MARTINI MAGERI
a Schönberg
DE
ADVOCATIA ARMATA
TRACTATVS IVRIDICO-HISTORICO-POLITICVS.

DE
ADVOCATIA
ARMATA,
SIVE
CLIENTELARI PATRONORVM
IVRE ET POTESTATE CLIENTVMQVE OFFICIO,
VVLGO Schutz und Schirms-Gerechtigkeit DICTO,
IN ET EXTRA ROMANO-GERMANICVM IMPERIVM,
MORIBVS PRISCIS ET HODIERNIS
RECEPTO,
TRACTATVS IVRIDICO-HISTORICO-POLITICVS.
IN QVO
EX DIVINIS LITERIS, SACRIS CONCILIIS, PATRVM SCRIPTIS, CANONVM DECRETIS, LEGVM SANCTIONIBVS, IVRIS FEVDALIS CONSVETVDINIBVS, PRISCAE ET RECENTIS MEMORIAE EXEMPLIS, SCRIPTORIBVS ITEM IVRECONSVLTIS, HISTORICIS ET POLITICIS, PONTIFICVM, IMPERATORVM, REGVM, ALIARVMQVE ILLVSTRIVM PERSONARVM DIPLOMATIS, MONIMENTIS, ANTIQVITATIBVS, VT ET DIVERSIS IMPERII ROMANO-GERMANICI, ALIORVMQVE REGNORVM, DVCATVVM ET CIVITATVM MORIBVS, CONSTITVTIONIBVS, ORDINATIONIBVS, AC CAMERAE IMPERIALIS, ET ALIORVM SVMMORVM TRIBVNALIVM REBVS IVDICATIS, INTEGRA ADVOCATIAE, CLIENTELARVM, AC SALVAEGVARDIAE NOBILISSIMA, QVOTIDIANA, VALDEQVE PRACTICABILIS, NVLLI TAMEN HACTENVS EX PROFESSO TRACTATA, IAM VERO AD HVIVS SECVLI MORES, NOSTRIQVE TEMPORIS CONSVETVDINES, ACCOMMODATA MATERIA, TAM PRACTICE, QVAM THEORICE, IVSTA METHODO COLLECTA, ET QVINGENTIS AMPLIVS AD EAM SPECTANTIBVS QVAESTIONIBVS EXPOSITA, ATQVE EXORNATA CONTINETVR,

AVTORE
MARTINO MAGERO A Schönberg, IC.
S. LATERAN. PALAT. AVLÆQVE CÆSAREÆ COMITE, ETC.
SERmi ET REVERENDISS. ARCHIDVCIS AVSTRIAE LEOPOLDI,
EPISCOPI ARGENT. ET PASSAV. ETC. CONSILIARIO.

ACCESSIT INDEX TRIPLEX, QVAESTIONVM EXPLICATARVM, DIPLOMATVM, RERVM ET MATERIARVM LOCVPLETISSIMVS.

EDITIO SECVNDA
CVI PRAEMISSA
BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII
CONSILIARII SAXONICI ET BRANDENBVRGICI, PROFESSORIS IVRIS ATQVE HISTORIARVM IN ACADEMIA IENENSI
PRAEFATIO
DE
ADVOCATIA MAIESTATICA
VT ET
CHR. FRANC. PAVLLINI,
INSIGNIS QVONDAM HISTORICI
DISCVRSVS HISTORICO-POLITICVS
DE ADVOCATIS MONASTICIS.

FRANCOFVRTI,
SVMPTIBVS IO. FELICIS BIELCKII,
MDCCXIX.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

BVRCARD GOTTHELF STRUVE.

PLures dantur Aduocatiarum species, inter quas illa, quæ Armata dicitur, atque Ecclesiæ protectionem, defensionemque concernit, a Iudiciali probe est distinguenda, quæ in potestate Iudicia exercendi, fredaque exigendi, consistit. Inde Aduocatia diuidi potest in Ordinariam atque Extraordinariam: illa ex Iure Maiestatico; hæc ex pacto oritur. Vtramq; haut incongrue distinguit doctissimus Parisiensium Antistes PETRVS de MARCA. * *Principes*, ait, *quidem Ecclesias in regnis suis constitutas ex officio tueri tenentur, quod ius protectionis ordinarium est, & a iurisdictione pendet. Sed aliud est ius quoddam protectionis extraordinarium, quod Ecclesiis sibi non subditis aduersus potentiorum vim publicam aut priuatam impertiri solent illi, qui alias ex munere suo ad id non obligantur. Hæc tuitio vel protectio ex eo profecta est, quod summi Pontifices aut ipsi etiam Imperatores proceribus viris aliquando demandarint, vt ab iniuriis Ecclesias sibi creditas extra ordinem defenderent, vel etiam, quod Ecclesiarum Episcopi aut Abbates cum assensu capitulorum & monasteriorum se in defensionem Procerum certis legibus tradiderint mercedis annua & pensionis perpetua, vt plurimum stipulatione adhibita.* Hæc vero Ordinaria, siue MAIESTATICA, quæ dici potest, ADVOCATIA talis est, quam Imperatores Regesque ex Supremo Dominii Iure, vel ipsis Ecclesiis sese subiicientibus exercent, vel Principes etiam vi Superioritatis sibi reseruarunt. Nec desunt ex omnibus Historiarum monumentis harum Aduocatiarum Exempla haut exigua. Primas sine dubio in Orbe Christiano fert Romanorum Imperator, Romanum cum Italico, Germanumque gubernans Imperium. Hunc Maiestatis Iure Aduocatum esse non vniuersæ solum Christianæ Ecclesiæ, ** sed Romanæ etiam, immo, Germaniæ etiam Ecclesiarum, diuersa nobis produnt Actorum Rerumque gestarum documenta. Testatur de eo Sententia Exauctorationis Wenceslai Imp. in qua inter alias caussas adducitur: *** *quod pacem in Ecclesia non promouerit, quanquam id summa orbis Christiani necessitas, nec non ipsius ceu Aduocati & defensoris Ecclesiæ munus efflagitaret.*

 Do-

* *De Concordia Sacerdotii & Imperii lib. I. c. XII.*

** Adgnouit illud iam olim AVGVSTINVS qui Leonem Augustum ep. LXXIX. sic adloquitur: *Debes Imperator incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam.*

*** Apud GOLDASTVM *Const. Imper. Tom. I. p. 140.*

Docent de eo Leges Imperii * atque Capitulationes, ** in quibus Imp. vocatur *Vogt und Schirmherr der Christlichen Kirchen*, quandoque etiam *Vogt der Welt*. Demonstrarunt etiam hanc Ecclesiæ Christianæ Aduocatiam Impp. omni tempore, curantes, ne quid Respublica Christiana caperet detrimenti. Cui ignotus est potentissimi Francorum, Germanorumque Imperatoris Caroli M. Zelus circa Religionem, dum in caussa Imaginum controuersa, an tolerari in templis, adorarique debeant, frequentissimam synodum Francofurtensem a. DCCXCIV. celebraret. Nolumus prolixi esse in Synodis Prouincialibus ab Impp. institutis, saltim, qua ratione vniuersæ prospexerint Ecclesiæ, videndum. Huc referendæ sunt Expeditiones Cruciatæ, contra Saracenos Turcasque, auspiciis ductuque Impp. potissimum susceptæ. Immo, diuersi Impp. hæc Aduocatiæ Iura mascule exercuerunt. Fridericus Barbarossa in scenam prodeat, qui, vt schismati Ecclesiæ suorum temporum medelam adferret, magna sollicitudine in congregando vniuersali Concilio adlaborauit, *** hoc ipso Ius Aduocatiæ ipsi competens, exercens egregie. Comprobauit illud etiam per generalem illam Synodum, quam in Municipio Burgundiæ, quod Leonæ dicitur, a. 1162. indixerat, ad tollendam caussam schismatis Papalis inter Victorem & Rolandum, ad quam venit tota Gallia, Alemannia, Prouincia, Burgundia, Lombardia, cum suis Principibus. Subsecutis Impp. aliquot, eo quot turbis vel Paparum, vel intestinis impedirentur, vires potissimum defuerunt, caussam Ecclesiæ vniuersæ promouendi, vsque dum Sigismundus Imp. pristinum Aduocatiæ Ius redintegraret. Hic enim pro tollendo schismate Papali, quod vniuersam Ecclesiam tantum adflixerat, & Hussitarum caussa componenda, laboriosissimam suscepit peregrinationem, qua magnam Europæ partem peragrauit, dum Italos, Gallos, Hispanos, Britannos, atque alias nationes ad Concilium in Germania celebrandum contraheret. Non deerat ipsi voluntas Ecclesiæ prospiciendi, si modo formidolosus Imp. iure auctoritateque sua pro debito vti sciuisset. Eadem mens erat Friderici III. Imp. multa etiam tentabat pro Ecclesiæ Statu restituendo, licet, eo quod in gerendis negotiis plus æquo negligens esset, atque negotia semper parum perfecta relinqueret, ad hoc parum idoneus. Filius æque ac Successor ipsius Maximilianus I. Concilium Pisanum ad Ecclesiæ emendationem a. 1511. institutum, ipsius Aduocatus **** plurimum promouit. Quanta sollicitudine in componendis religionis negotiis adlaborauerit Caro-

* In R. I. Treuirensi & Coloniensi de a. 1512. *p. I. Tit. I. §. 4.* Maximilianus I. ait: *daß wir als rechter Vogt und Schirmherr der Christlichen Kirchen.* Recessu Wormatiensi de a. 1518. Maximilianus I. in Prooemio seipsum vocat: *erwählten Kayser, Vogt und Schirm-Herr der Christenheit.* R. I. Spirensi de a. 1529. §. 1. *Ihr Kayserliche Maiestat als der Oberst Haupt und Vogt der Christenheit.* R. I. Augustæ de a. 1530. §. 9. *Wie uns als Ræmischen Christlichen Kayser, Oberstem Vogt und Schirm-Herr der H. Christl. Kirchen, von Amtswegen gebührt*, & §. 10. R. I. Spiræ 1541. §. 19. *Vns als Advocaten und Beschirmer der Christlichen Kirchen.* R. I. Augustæ 1548. §. 6. Idem Imp. in Diplomate Conrado Episcopo Herbipolitano super Aduocatia Monasterii Ebetacensis apud HERTIVM *de Iactit. vulgo Ord. Cisterc. Libert. p. 283.* dicit: *daß wir als Ræmischer Kayser, und der Kirchen, Clæster und Gottshæuser Oberster Vogt, Schutz-und Schirm-Herr &c.* Quare etiam SÆCHSISCH WEICHBILD art. VIII. *daß Ihm das Schwerdt die Kirche wieder alle Feinde des Glaubens zu verfechten befohlen.* MAGERVS *c. IX. n. 442.*

** *Art. I.*

*** Testem habemus idoneum, qui vitam ipsius scripsit, RADEVICVM, qui *lib. II. c. LIV.* tali modo loquitur: *Fridericus ancipiti malo noui schismatis permotus, consilio Principum decreuit dare operam, ne quid exinde seu Status Ecclesiæ, seu Resp. Imperii detrimenti caperet. Audiens itaque vtrumque electum in Episcopatus ordinem consecratum, alterum ab altero excommunicationis sententia condemnatum, sine iudicio Ecclesiæ controuersiam terminari posse non putauit. Auctoritatem autem congregandi Concilii, exemplo antiquorum Imperatorum, verbi causa Iustiniani, Theodosii, Caroli, sibi congruere putans, litisque decisionem legitimam esse non posse, nisi partibus hinc inde congregatis, considerans, ad citationem amborum Paparum, venerabiles viros & prudentes dirigit.* Idem *lib. II. c. LXIV.* tradit, quod Imp. in Concilio Papiensi a. 1160. Archiepiscopos & Episcopos tali modo fuisset adlocutus; *Quamuis nouerim officio ac dignitati Imperii penes nos esse potestatem congregandorum Conciliorum, præsertim in tantis Ecclesiæ periculis: (hoc enim Constantinus & Theodosius, nec non Iustinianus, seu recentioris memoriæ Carolus Magnus, & Otto Imperatores fecisse memorantur.)*

**** Patet hoc ex Litteris Maximiliani de Conuocatione & Celebratione Concilii apud GOLDASTVM *Constit. Imper. Tomo vno p. 421.* in quibus: *quum illis negligentibus, nos tanquam Imperator & eiusdem sanctæ matris Ecclesiæ aduocatus & protector, & quantum in nobis est, subuenire his tantis necessitatibus teneamur.*

Carolus V. vel omnibus constat, qui historiæ Germanicæ monumenta Recessusque imperii * probe excusserunt. Transactionis potissimum Passauiensis atque Pacis Religiosæ Historia de hoc satis testantur. Quanta cura in concilianda religione occupatus fuerit Ferdinandus I. & qua ratione non ferro, sed colloquiis potius atque Conciliis siue Nationalibus siue etiam Oecumenicis sit agendum, statuerit, THVANVS ** nos docet. Eadem mens erat Maximiliano II. Principi mitissimo, dum subditis suis tanquam Ecclesiæ Aduocatus, vsum Calicis impetraret. *** Rudolphus II. licet Romano Clero nimium addictus, se tanquam Ecclesiæ Aduocatum gessit, Silesiis, Bohemisque per Maiestatis litteras Religionis libertatem concedendo **** Matthiam vero atque Ferdinandum II. Zelus Religionis Pontificiæ a proposito plane diuertit, maxime, dum turbis intestinis detinerentur plurimum. Iura tamen auctoritatemque Aduocati Ecclesiæ iterum exercuit Ferdinandus III. Imp. idque per Pacem Westphalicam. Per hanc enim, reclamante licet & pene fremente Pontifice, Religionis Euangelicæ securitas fuit stabilita, tot Episcopatus atque Monasteria seculo addicta, quod ipsi tanquam Ecclesiæ Aduocato omnino competebat. Qui subsecuti sunt Impp. Augustissimi, Leopoldus inquam, Iosephus, atque qui nunc Imperii habenas tenet felicissime CAROLVS VI. adserendo Imperii Iura contra Episcopum Romanum ***** Eiusdemque attentata, Defensores egerunt Protectoresque Ecclesiæ. Ex vniuersali hoc Impp. Iure sequitur Aduocatia Impp. particularis, quam in sedem Romanam, diuersos Episcopatus atque Monasteria exercent. Sedis Romanæ Aduocatiam a Carolo atque Ottone M. originem ducere, vel in vulgus notum est, quibus etiam & Successoribus Ius ordinandi Papam per singularem Legem Regiam fuit concessum. ****** Hoc tamen Aduocatiæ Romanæ Ius in Successoribus Impp. Germanicis sæpissime fuit continuatum. Exemplo nobis sit Otto III. qui dum Imp. factus etiam Aduocatus Ecclesiæ S. Petri constitutus esse dicitur. † Idem de Henrico II. testantur Historiæ. †† Lotharius Imp. Innocentium Papam a Petro Leone deiectum tanquam Sedis Romanæ Aduocatus, armata manu restituit. ††† Fridericus I. Imp. in Instructione pro Rainaldo Cancellario, ad Regem Galliæ legato, se vocat specialem Romanæ Ecclesiæ Aduocatum. †††† Adgnouerunt hoc etiam ipsi Pa-

* Ipse enim Carolus R. I. Spir. de a. 1544. §. 77. sibi incumbere dicit, vt prospiciat, qua ratione dissidia religionis *zu Christl. Vergleichung und Erorterung gebracht werden mocht, immassen dann Wir, in Krafft unsers obliegenden Kayserl. Ambts zu befurdern schuldig.* Idem confirmatur per R. I. Augustanum 1548. §. 13.

** Lib. XXXVI. p. 286. de eodem: *Princeps prudentia, iustitia, liberalitate, mansuetudine, assiduitate, vigilantia nulli secundus, sed supra eas omnes virtutes, pietatis in illo & pacis in domo Dei constituendæ præcipuum studium fuit, nam vt in impetu Turcorum, cui impar viribus erat, sustinendo ac frangendo mora & arte vti optimum facto experientia didicerat, sic & in religionis negotio non igne & ferro grassari, ad quod ipsum & Galliæ regem plerique hortabantur, sed Colloquiis, Disputationibus, amicis collationibus, Comitiis denique siue nationalibus, siue œcumenicis, rem gerere tutius iudicabat.*

*** THVANVS *lib. XXXV. ineunte & lib. LXII. p. 134. in negotio autem religionis, quod in Germania multis abhinc annis agitatum est, eam rationem seruauit, vt cum a sacris maiorum nusquam recederet, non propterea Protestantibus suspectus fuerit, mediam emendationis viam tota vita consectatus: cui etiam post concilium Tridentinum ad finem perductum institit, impetrato suis calicis vsu a Pontifice; quem & pro sacerdotum coniugio sæpius interpellauit, sed nullo exitu.*

**** De his S. H. G. *diss. XXXIV.*

***** Dictum de eo fuit vberius in CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI *Vindiciis Iuris Imperatorii aduersus Vrbis Romæ Episcopos,* me Præside Anu. 1717. ventilatis.

****** Dictum de eo in SYNTAGM. IVR. PVBL. *diss. X. §. XXX.* Egit de eodem etiam IACOBVS BERNHARDVS MVLTZIVS *Repræs. Imperii p. I. c. VII. §. IV.*

† DITMARVS lib. IV. p. 353. *in ascensione Christi quæ tunc erat 12. Kal. Iunii anno ætatis suæ XV. regni XIII. Indictione octaua ab eodem vnctionem Imperialem percepit & Aduocatus Ecclesiæ Sancti Petri efficitur.*

†† DITMARVS lib. VI. p. 399. *& Rex Henricus a Papa Benedicto, qui tunc præ cæteris antecessoribus suis maxime dominabatur, mense Februario in orbe Romulea cum ineffabili honore suscipitur & aduocatus S. Petri meruit fieri.*

††† Extat Diploma Lotharii de a. 1133. apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. lib. VIII. p. 730.* in quo: *Maiestatis diuinæ dispensationi, & consilio placuit, nos patronum, & defensorem sanctæ Romanæ ecclesiæ statuere, ideoque necesse habuimus pro ipsius liberatione propensius laborare.* S. H. G. *diss. XVI. §. XXV.*

†††† Apud GOLDASTVM *Const. Tomo III. p. 341.*

pæ Romani. * Quare adhuc hodie ab Imperatore, dum coronatur, Consecrator quærit: *num Rex fidem Catholicam & Apostolicam seruare, sanctis ecclesiis ecclesiarumque ministris fidelis esse Tutor ac defensor velit.* Eadem Aduocati Sedis Romanæ Iura tribuunt Imp. Capitulationes etiam hodiernæ, ** licet Protestantes desuper cauerint, ne hoc ipsis vergat in Præiudicium, cum potius ratione Ecclesiæ vniuersalis etiam horum Iura defendere teneatur. *** Nec tamen Romanæ solum Ecclesiæ Aduocatum agit Imperator, sed etiam omnium in vniuersum Germaniæ Episcopatuum. **** Testatur de eo insigne Diploma Conradi III. Imp. quod cum hanc materiam plurimum illustret, ex CHIFFLETIO, ***** qui ex Tabulariis Brabantinis primus illud produxit, integrum hic adducemus: *Conradus Diuina fauente clementia Romanorum Rex Secundus* (alias Tertius) *tanquam Aduocatus Primus & Defensor Romanæ Ecclesiæ, & Omnium Ecclesiarum, Ecclesiasticarumque personarum, & bonorum eorundem sub sacro Romano Imperio existentium, attendens nulli licitum esse alicuius Ecclesiæ Aduocatiam vsurpare, nisi banno regio ad hoc esset institutus; quodque personis Ecclesiasticis graue esset, propter longinquitatem terrarum, præsentiam Regis adire, propter indigentiam eorundem: ea propter illustrem Godefridum Ducem Lotharingiæ & Marchionem, atque Comitem Louaniensem, omnium Ecclesiarum, Ecclesiasticarumque personarum, & bonorum eorundem sub Principatu Lotharingiæ constitutorum, & Successores ipsius Dominos Louanienses, seu Brabantiæ Dominatum obtinentes, pro tempore existentes, Aduocatos instituimus; mandantes, vt nomine Imperii contra omnem inquietationem, Ecclesiasticas personas, & earum bona tueantur & defendant; ita quod ab ipsis nihil per Potestatem recipiant aut exigant, præter Ius Aduocatiæ; quia Aduocati non debent esse depradatores, sed defensores Ecclesiarum &c.* Adgnouit hanc Ecclesiarum Aduocatiam Fridericus I. Imp. prout ex Diplomate ipsius Goslariensi Ecclesiæ a. 1188. concesso ******, patet, in quo: *Cum omnium sub imperio nostro Ecclesiarum curam geramus, eis tamen, quæ specialem ad nos & imperium habent respectum, decet nos specialem serenitatis nostræ gratiam impendere.* Et in alio clarius: *Cum ad omnium Ecclesiarum tuitionem atque protectionem iure intendere debeamus, specialiter tamen ad eas conseruandas atque protegendas, quæ nobis speciali dilectione ac ratione semper fuerunt & sunt, obnixe nostra versetur intentio.* Adgnouit eandem Synodus Ticinensis, † in qua decernitur: *Suggerendum est beatissimis Imperatoribus, quia hi qui monasteria & Sinodochia sub defensione sacri palatii posuerunt, ideo fecisse probantur, quod a nullo melius quam a summis principibus peragenda crediderint.* Hinc de Ludouico Germanico tradit RATPERTVS, †† quod regia potestate S. Galli Monasterium, cum omni-

---

* Vrbanus II. in Priuilegio Monasterio Hirsaugiensi concesso, apud TRITHEMIVM ad a. 1099. *Aduocatum autem Imperatorem Romanum, qui & noster Aduocatus est, præficimus.* Quare SÆCHSISCH WEICHBILD art. VIII. *daß der Kayser dem Stuhl zu Rom vorstehen soll von St. Peters wegen, davon er auch Römischer Vogt heisse.* Idem confirmatur per *c. Venerabilem X. de electione, c. Romani de Iureiurando Clem.* Quare etiam Theutonicis dicit consensum esse Regimen Ecclesiæ Gregorius VII. Papa *c. 15. dist. 5. de Consecratione.*

** Capit. Iosephina & Caroline art. I. *Daß wir in Zeit solcher unser Königlichen Würden, Amt und Regierung, die Christenheit, den Stuhl zu Rom, Pebstl. Heiligkeit und Christliche Kirche, als derselben Advocat in gutem treulichen Schutz und Schirm halten sollen und wollen.*

*** CAPIT. CAROLINA art. I. sub finem: *Soviel aber in diesem Articul den Stuhl zu Rom und Pebstl. Heiligkeit betrifft, wollen die der Augspurgischen Confession zugethane Churfürsten vor Sich und Ihre Religions-Verwandten, Fürsten und Stande (innschlüßig derselben Religion zugethanen freyen Reichs-Ritterschafft) Uns damit nicht verbunden haben, gestalten denn auch gedachte Aduocatia dem Religion- und Profan- auch dem Münster- und Osnabrückischen Friedens-Schluß zu Nachtheil nicht angezogen, noch gebraucht, sondern denen obgedachten Churfürsten und samtlichen ihren Religions-Verwandten im Reich gleicher Schutz geleistet werden solle, wie Wir Ihnen Churfürsten und samtlichen Ihren Religions-Verwandten auch solches, Krafft dieses, versprechen, und uns hiermit dazu verbinden.* IO. BVRCARD ROESLER *de Protectoriis Cæsareis cap. X. §. I.* MARTIN BOECKELS *de Iure Protectionis Clientel. p. III. c. I. n. 35.* IO. PHIL. SLEVOGTIVS *de Aduocatia Imp. Eccles. §. XXXIV.* MVLTZIVS *Repræs. Imp. p. II. c. VII. §. I.* & potissimum IO. CHRISTIANVS MÜLDENERVS Dissertatione *de Aduocatia & Protectione Imp. Ecclesiis vtriusque Religionis debita.*

**** Prout etiam defendit MVLTZIVS *Repræs. Imperii p. II. c. VII. §. VII. IX.* FRID. NITSCHIVS *ad Capit. Iosephi c. V.*

***** *Alsatia vindicata c. II.*

****** Extat hoc & insequens Diploma in LEVCKFELDI *Appendice ad Antiquitates Puldenses p. 286.*

† *C. XIX.*

†† *De Cas. S. Galli c. VIII.*

omnibus ad illud pertinentibus susceperit. Adgnouerunt illud vel a primis temporibus Germaniae Episcopi. Testantur de eo ANNALES BERTINIANI. * *Episcopi aiunt, se suasque Ecclesias Ludouico Balbo ad debitam defensionem & canonica priuilegia sibi seruanda commendauerunt.* Facit quoque in rem egregius locus DITMARI, ** qui, ipse Episcopus Merseburgensis, sic loquitur: *eo tempore quo supra memoratus Rex maxime vigebat, fuit in Bauaria quidam Dux Arnulfus nomine, praeclarus in mente pariter & corpore, qui omnes episcopatus in his partibus constitutos sua distribuere manu singularem habuit potestatem, sed cum hic post varios virtutum suarum ornatus vitam hanc finisset, successorum suorum nulli tantum reliquit honorem, quin potius Reges nostri & Imperatores summi Rectoris vice in hac peregrinatione praepositi hoc soli ordinant, meritoque prae ceteris pastoribus suis praefuit, quia incongruum nimis est, vt hi quos Christus sui memores huius terrae Principes constituit, sub aliquo sint dominio, absque eorum qui exemplo Domini benedictionis & Coronae gloria, mortales cunctos praecellunt.* Sic etiam CONRADVS VRSPERGENSIS: *** *ipsi Imperatores nihil huiusmodi iuris praesumpserunt sibi vindicare, praeterquam illud quod pertinet ad dominium totius terrae, vt sub protectione sua eas susciperent, & priuilegiis suis munirent, & fideliter defenderent.* Quare Gundelandus Abbas, Laureshamense Monasterium cum omnibus illuc pertinentibus in manus & mundeburdem gloriosi regis Caroli tradidit, quatenus priuilegiis insigniretur regalibus. **** Ex eadem ratione Bernhardus Claraeuallensis Abbas ad Lotharium Imp. scribit: ***** *non est meum hortari ad pugnam, est tamen aduocati Ecclesiae arcere ab infestatione Ecclesiae schismaticorum rabiem.* Idem ad Conradum Imp. ****** *vtrumque interesse Caesaris constat, & propriam tueri coronam & Ecclesiam defensare: alterum Regi, alterum communis Ecclesiae Aduocato.* Accedit singularis in quosdam Episcopatus Imp. Aduocatia. Brixiensem equidem Episcopatum Fridericus I. Imp. in specialem suscepit protectionem, Diplomate a. 1155. † euulgato: *Quapropter iubemus, vt praedictus Episcopus & ecclesia, cui ille auctore Deo praeest, cum omnibus moderno tempore iuste & legaliter ad eam pertinentibus terris, & hominibus, & caeteris rebus sub nostra defensione, & in mundiburdio consistant.* Licet Martinus V. Episcopus & Capitulum Brixiense professi fuerint, hanc Ecclesiam sub aduocatione Sigismundi, Austriae Ducis fuisse constitutam. †† Hildesheimensem Episcopatum Henricus II. sub tuicionem & mundiburdium recepit, ††† licet Aduocatos habuerit speciales. †††† Paderbornensem Episcopatum sub tuicione & immunitatis defensione constituit Ludouicus Pius. ††††† Passauiensem Episcopatum eodem modo suscepit Arnolphus †††††† atque Otto II. Imp. * Fridericus I. Imp. eiusdemque filius Henricus VI. dicuntur Aduocati Spirensis Ecclesiae. ** Praecipue vero Cistercienses Monachi eam iactant Praerogatiuam immunitatemque, vt ipsorum Monasteria nullo alio gauderent Aduocato, quam Imperatore. Prouocant ad Priuilegium Friderici II. de a. 1240. *** qui se Ordinis patronum fuit professus, atque Caroli IV. a. 1361. Monasterio *Kœnigs-Brunn* concessum, in quo Monasteria Cisterciensis Ordinis solum Impp. Aduocatiae reseruantur. **** Exemplum praebet Maulbrunnense Monasterium Dioecesis Spirensis, de quo Fridericus I. an. 1156. ordinauit: ***** *statuimus quoque edicto imperiali sancientes ne sepedicta Ecclesia per omnes possessiones suas praeter*

B nobis

* *Ad a. 877.*
** *Lib. I. p. 329.*
*** *p. 325.*
**** CHRON. LAVRISHAM. *ad a. 776.*
***** *Ep. CXXXIX.*
****** *Ep. CCXLIII.*
† Extat apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. Tom. II. p. 1089.*
†† Ex FELICIS MALLEOLI Operibus hoc exhibet HERTIVS *de Ialt. vulgo Ord. Cisterc. immun. p. 178.*
††† LVNIG *p. 256.*
†††† LVNIG *p. 258.*
††††† LVNIG *Tom. II. p. 696.*
†††††† Apud MAGERVM *c. V. p. 147.*
* LVNIG *Tom. II. p. 761.*
** CRVSIVS *Ann. Suev. lib. XI. p. II. p. 494.*
*** De hoc testatur AVB. MIRAEVS *Chron. Cisterc. p. 132.*
**** Apud BESOLDVM *Docum. Würtenberg. p. 647. Wann niemand Grawes Ordens Vogt seyn soll, dann Wir und das Reich alleine.*
***** Extat inter DOCVMENTA WÜRTENBERG. *p. 195.*

nostram personam vel successorum nostrorum in regno aliquem aduocatum habeat. Idem confirmauit Henricus VII. Friderici II. Imp. filius, Rex Romanorum an. 1232. * _tenore præsentium ipsi ecclesie in perpetuum confirmamus, & quia totalis aduocatus sumus ecclesie memorate, promittimus, vt aduocatiam ville pretaxate a nobis & Imperio nunquam alienemus per obligationem & venditionem, vel infœdationem & si in contrarium fecerimus immemores, decernimus nichil esse._ Et post hunc a. 1255. Guilielmus Batauus ** atque an. 1401. Rupertus Imp. *** Monasterium Eberacense Conradus IV. Rex Romanorum singulari Diplomate an. 1240. **** in protectionem suam suscepit, his verbis: _Hac siquidem ratione ad modernorum & futurorum plenam noticiam peruenire cupimus & protendi: quod nos ad supplicationem Albardi, venerabilis Abbatis de Eberaw, suique conuentus, Cisterciensis ordinis, fidelium nostrorum, salubriter ad imitationem viuorum progenitorum nostrorum, ipsam Ecclesiam Ebracensem cum personis & omnibus bonis suis, & specialiter cum prædio de Schwabach, cum attinente sibi parochia eiusque pertinentiis, sub nostra & Imperii protectionis præsidio assumsimus, speciali authoritate paterna, qua fungimur, & nostra firmiter statuentes, vt, sicut Ordo Cisterciensis ab omni Aduocatorum genere iuxta primariam institutionem suam semper liber extitit & immunis, sic deinceps eadem Ecclesia (excepto solo Romanorum Imperatore) nulli prorsus Aduocatorum (nisi cui voluntarie sese subiecerit, ita quod velle suum postea valeat immutare) per prædia & possessiones suas aliquatenus sit subiecta._ Eiusdem Ordinis est Monasterium Bebenhusanum, quod sub protectione sua & defensione constructum esse dicit Henricus IV. Imp. ***** Idem de Kaysersheimensi Abbatia testatur Fridericus II. Imp. per Priuilegium an. 1217. concessum. ****** _Ea propter notum facimus, Ordini Cisterciensi specialiter dilectione inhærere cupientes, Cæsareensem Ecclesiam quæ est eiusdem Ordinis Cœnobium, in protectionem & tuitionem nostram suscipimus._ Idem an. 1346. confirmauit Ludouicus Bauarus Imp. † atque an. 1434. Sigismundus. †† Monasterio Rothenmünster Fridericus II. Imp. an. 1237. ††† concedit: _sub nostra & Imperii protectione, & fauore speciali recipere dignaremur Aduocatiam ipsius monasterii, & prædiorum suorum prout ex generali approbata consuetudine & immunitate Cysterciensis ordinis nobis & imperio pertinent pleno iure in nostra reseruantes & Imperii ditione, & nullo futuro tempore a nostris & Imperii manibus alienari, vel subtrahi permittentes._ Et paucis interiectis: _in nostram & Imperii protectionem & fauorem nostra gratia recepimus specialem Aduocatiam ipsius monasterii ad nos iure speciali spectantem, permittentes in nostris & Imperii manibus retinendam, & quod nunquam eam a nobis alienari vel subtrahi permittemus._ Verum, quanta etiam sit Cisterciensis Ordinis, quam iactant, prærogatiua, non desunt tamen Exempla diuersorum Monasteriorum huius Ordinis, quæ alios æque obtinuerunt Aduocatos. Sic Ludouicus Bauarus Vlrico Würtenbergico, suo & Imperii nomine an. 1338. mandat, vt Monasterium Herren-Alb, tanquam Aduocatus protegat: †††† _daß du dich der vorgenanten Apptes, Convents und auch Clowsters, von unsern und des Reichs wegen, annemest, und sie schirmest, und auch vor allermenglich Ir Schirmer seyst._ Albertus I. tanquam Austriæ Archi-Dux de Monasterio _Kœnigs-Brunn_ definit: ††††† _obligantes nos, & vniuersos heredes nostros, ad tuitionem dicti abbatis super premissis aliumque seu alios abbates in eodem Monasterio pro tempore statuendos._ Hoc etiam Monasterium postmodum Aduocatiæ Würtenbergicæ fuisse subiectum, ipse BESOLDVS †††††† nos docet, licet Immunitatis Monasteriorum Ordinis Cisterciensis strenuus alias fuerit defensor.

Maul-

---

* _p. 801._

** _p. 803._

*** _p. 825._

**** Extat apud CASP. BRVSCHIVM _Monast. Germ. p. 149._

***** Singulari priuilegio, quod extat apud CRVSIVM _Ann. Suev. p. II. lib. XI. c. II._ & in DOCVM. WÜRTENBERG. _p. 362._

****** _Spicil. Eccles. Tom. II. p. 318._

† LVNIG _p. 329._

†† In huius priuilegio continetur _daß wir sie, ihr Closter, Leuthe und Güther, die sie haben, und fürbas gewinnen, niemands zu Vogten oder zu Vogtrechten empfelchen._

††† Extat priuilegium apud LVNIGIVM _Spic. Eccl. Tom. III. Suppl. p. 298._

†††† Extat inter DOCVM. WÜRTENBERG. _p. 154._

††††† Inter DOCVM. WÜRTENBERG. _p. 642._

†††††† DOCVM. WÜRTENBERG. _p. 694._

Maulbrunnense Monasterium auctoritate Rudolphi Habsburgici Fridericus Spirensis Antistes, singulari scripto de an. 1280. * sub suam protectionem suscepit & tutelam. A Spirensi Episcopo hæc Abbatia peruenit ad Palatinos. Postquam autem Maximilianus I. Imp. eandem Philippo Palatino ademptam Vlrico Würtenbergensi, *mit dem Schirm, und der Weltlichen Obrigkeit hohen und niedern Gerichten* addixisset, Abbas & Conuentus an. 1504. speciali pacto sese obligarunt, *den gedachten unnsern Gnedigen Herren, Hertzog Vlrichen, Seiner Fürstlichen Gnaden Erben und Nachkomen des Fürstenthumbs Wirttemberg, zu rechtem Erplichen Schutz- und Schirmherren uff Ræmischer Kæniglicher Maiestet Mandat uff und angenommen haben.* Monasterium in Walckenrieth licet Otto IV. Imp. in suam & Imperii protectionem & speciale patrocinium suscepisset, ** diuersos tamen & ipsum elegit Aduocatos Comites Clettenbergicos, Holnsteinenses & Werningerodanos. *** Monasterii Pegauiensis Aduocatiam Philippus Sueuus Imp. Friderico, Sommersenburgico Comiti, qui etiam de Groitz dictus est, concessit. **** Kaysersheimensis Monasterii Aduocatiam cum iure Territorii petit Palatinus Elector, renitente licet Abbate, cum Monasterii Conuentu. ***** Eberacensis Monasterii iura Carolus V. per singulare Priuilegium an. 1521. ****** Herbipolitano Episcopatui addixit: *dem Ehrwürdigen Conraden Bischoffen zu Würtzburg, Vnserm Fürsten und lieben Andachtigen seinen Nachkommen und Stifft daselbst, das vorgedacht Closter Ebrach mit seinen Leuthen, Gülten, Güthern und Zugehærungen, Schutz-und Schirms-Weise ewiglich incorporirt, eingeleibt und zugetheilt haben.* Hinc Abbates Episcopum Herbipolitanum vocant: *Ihren und des Closters gnadigen Lands-Fürsten, Erb-Schutz- und Schirm-Herrn.* † De Monasterio Seligenthal in Diœcesi Ratisbonensi IONGELINVS †† exhibet Chartam fundationis, in qua Lodemia Bauariæ Ducissa disponit: *vt filius eius Dux & Successores bonorum Monasterii perpetui sint Iudices & Defensores.* ††† Eadem ratione Abbas Monasterii Brumbacensis in Franconia †††† Comitem Wertheimensem vocat *unsern Gnedigen Herrn als Schirm-Herrn*, ad eandemque subiectionem ex Mandato Rudolphi II. Imp. de an. 1586. ††††† fuit obligatus: Monasterii Ergenthal Aduocatiam Fridbergensium Burggrauio singulari Diplomate confirmauit Carolus V. Imperator. †††††† atque Maximiliano II. * Immo in Burgundico Ducatu Cisterciensis Ordinis Monasteria Ducibus tanquam Patronis, ipse MANRIQVE, Annalium eius Ordinis Scriptor comprobauit. ** Illustre potissimum Exemplum præbet, quod Rudolphus Habsburgicus, Philippo Francorum Regi Monasterium Aureæ Vallis, Cisterciensis Ordinis, diœcesis Treuirensis, singulari Epistola *** commendat, hoc tenore: *Celsitudinem vestram attente rogandam duximus & hortandam, quatinus pro diuina sacrique Romani Imperii reuerentia, & pro vestra salute, nostram in hoc casu absentiam supportantes, prædictis abbati & conuentui vice nostra & auctoritate præfati imperii iuxta continentiam priuilegiorum, quæ ipsis concessisse dinoscimur, in personis & rebus quibuslibet, nec non super omnibus libertatibus sibi per quoscunque concessis & iuribus, contra quoscumque cuiuslibet conditionis, qui aduersus eosdem violenter aut iniuriose proteruiant; sal-*

 uo

* DOCVM. WÜRTENBERG. *p. 808.*

** Extat Diploma apud LVNIGIVM *Spicil. Eccl. Tomo III. p. 847.*

*** HENR. ECKSTORMIVS *Chron. Walckenried. p. 36. 278.* De his plenius LEVCKFELD *Antiquit. Walckenried. p. II. c. II.* Extant etiam Diplomata apud LVNIGIVM *p. 855. 856.*

**** *Chron. Montis Sereni p. 147. 149.*

***** In Camera adhuc caussa ventilatur. Vtraque pars scriptis caussam suam defendit. A parte Palatini prodiit: *Deductio Palatino-Neoburgensis:* A parte Monasteri: *Kurtzer und wahrhaffter Bericht Herrn Iohann, Abbts zu Kaysershaim wegen des Pfaltzischen Erb-Schutzes, Gerechtigkeit und Lands-Fürstlichen Obrigkeit 1608. 4.*

****** Extat apud HERTIVM *p. 248.* Vid. etiam IO. IAC. DRACO *de Orig. & Iure Patriciorum § VI. n. 20.*

† Ex Actis hoc demonstrauit HERTIVS *de Iactit. vulgo Ord. Cisterc. Libert. Sect. II. §. XII.*

†† *Not. Abb. lib. III. p. 12.*

††† Extat Diploma apud HERTIVM *p. 246.*

†††† Prout ex Wertheimischen Gegen-Bericht adlegat HERTIVS *l. l. p. 220.*

††††† Extat apud HERTIVM *p. 252.*

†††††† Extat illud apud HERTIVM *p. 277.*

* *P. 280.*

** *Tomo I. c. III. §. 8. ad a. 1198.*

*** Extat illa Noribergæ 1276. data, apud EDMVNDVM MARTENE *Anecdotorum Tomo II. p. 1555.*

uo iure ipsius imperii, vestræ gratiosæ defensionis, & opportunæ protectionis auxilium, patrocinium & leuamen ex regia bonitate dignemini tam libenter quam liberaliter impertiri. His Exemplis satis constabit, sub alio etiam Aduocato, quam Imperatore stare posse Cisterciensis Ordinis Monasteria, quidquid etiam MAGERVS subinde opponat. * Neque tamen Cisterciensis saltim Ordinis, sed etiam Benedictinorum sæpe Aduocatos egerunt Imperatores. Celeberrimum huius Ordinis Monasterium est Hirsaugiense, cui Vrbanus II. per Priulegium anni 1099. ** concessit: *Aduocatum autem Imperatorem Romanorum, qui & noster aduocatus est, præficimus: Propter multiplices tamen eius curas & dispositiones regni, liceat Abbati & fratribus de familia de Calwe eligere, si idoneus inuentus fuerit.* Fridericus II. vero Imp. Monasterio an. 1223. concessit: *** *statuimus insuper & sancimus, quod postquam Aduocatia eiusdem Monasterii ad manus nostras, & Henrici Illustris Romanorum Regis Karissimi filii nostri peruenerit a manibus nostris & heredum nostrorum alienari vel distrahi numquam possit, nec liceat nobis aut heredibus nostris in ipsa Aduocatia subaduocatum constituere, nisi quem Abbas & Conuentus eiusdem Monasterii postulauerint sibi dari.* Eiusdem Ordinis est Monasterium Laureacense, cuius Aduocatiam Rudolphus Habsburgicus an. 1274. suscepit **** his verbis: *ad instantem etiam eorundem Abbatis & Conuentus, & piam supplicationem eorum, Aduocaciam eiusdem Monasterii, omnium bonorum suorum præsencium & futurorum legitime conquirendorum, vbicunque sitorum, ac omnium Iurium suorum in nostram recipimus potestatem, ita vt nullum præter nos, vel quem eis propter necessitates aliquas pro bono statu ipsius Monasterii, deputandum duxerimus, habeant aduocatum.* Antiquissima Abbatia S. Maximini olim sub Regiæ Tuitionis clypeo & potestate permansit, ***** vel sub Impp. mundiburdio, ****** licet Treuirenses Archiepiscopi eandem sibi postmodum vindicauerint. † Fridericus III. Imp. Elchingense Monasterium dicit †† Aduocatiæ Imperiali solummodo subiectum, *so mit Vogthey und Schirm, und aller weltlichen Obrigkeit allein uns und dem Heil. Reiche ohn alles Mittel underworffen.* Id quod Maximilianus I. an. 1495. confirmauit. ††† De Monasterio Petershausen Fridericus II. *recipimus in specialem protectionem nostram Monasterium de Petridomo.* †††† Et Henricus VII. *promisimus dictas aduocatias ad manus nostras perpetualiter retinendas.* ††††† Ordinis Augustini Abbatiam Corbeiensem Ludouicus Pius, Carolus Crassus, atque Arnolphus Impp. sub suam tuitionem & specialem defensionem singularibus litteris constituerunt. †††††† De eiusdem Ordinis Monasterio Roth extat Priuilegium Friderici I. Imp. de an. 1179. * in quo: *præcipientes & statuentes quatenus super ipsum Domum Rotha, vel super Ecclesias, aut villas, aut curtes, aut homines, seu quascunque Ecclesiæ illius possessiones, aut pertinentias nemo vnquam Ius Aduocatiæ teneat, sed eadem ecclesia cum omnibus suis pertinentiis ab Aduocatis libera sub Imperatoriæ defensionis patrocinio quieta & inconcussa omni æuo deinceps permaneat.* Monasterio Weissenau Præmonstratensis Ordinis Fridericus I. Imp. a. 1164. ** concedit: *quod sint liberi & Immunes ab omni Aduocato, nec super se vnquam aliquem Aduocatum habeant, præter solum Imperatorem Romanum.*

* Plenius singula demonstrauit IO. NIC. HERTIVS in erudito Schediasmate, *de Iactitata vulgo Ordinis Cisterciensis Libertate ac exemptione a Superioritate & Aduocatia Regionum in S. R. G. Imperio Dominorum*, quod volumini Secundo Opusculorum ipsius accessit. Hic etiam contra MAGERVM disputat qui *lib. I. c. I. n. 27. & c. V. n. 443.* omnes alios Aduocatos exclusit. Licet & ipse MAGERVS *cap. I. n. 113.* fateri necessum habeat, etiam Cistercienses ad exemplum aliorum Ordinum alios quandoque sibi constituisse Aduocatos.

** Extat apud TRITHEMIVM *Ann. Hirsaug. ad a. 1099. & inter* DOCVM. WÜRTENBERG. *p. 550.*

*** Inter DOCVM. WÜRTENBERG. *p. 556.*

**** Inter DOCVM. WÜRTENBERG. *p. 731.*

***** Prout in Diplomate Ottonis M. apud ZYLLESIVM *p. 11.*

****** In Diplomate Ottonis M. apud ZYLLESIVM *p. III. p. 19.*

† Licet NICOLAVS ZYLLESIVS multa cura Defensionem Abbatiæ Imperialis S. Maximini susceperit, *Colonia 1648. f.* quæ tamen in omnium manibus haut reperitur.

†† In Diplomate apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. Tom. III. p. 275.*

††† Extat apud LVNIGIVM *p. 276.*

†††† Apud LVNIGIVM *p. 412.*

††††† LVNIG *p. 413.*

†††††† Extant apud LVNIGIVM *p. 59. 70. 72.*

* Apud LVNIGIVM *p. 453.*

** Extat apud LVNIGIVM *Spicil. Eccles. Tom. III. p. 748.*

num. Quare etiam in Diplomate Friderici I. Imp. de an. 1152. apud AVBERTVM MIRÆVM * Aduocatia Ecclesiæ Marsnensis in agro Falcoburgensi dicitur ad regnum pertinere. Idem ** Chartam exhibet, in qua: *Hoc etiam latere posteros nolumus, quod singula Ecclesia S. Remigii priuilegia in præfatis possessionibus nullum specialiter Aduocatum determinant, nisi Regem Romanorum.* Et in diplomate, quod S. Lamberti Cœnobio in Carinthia Otto II. Imp. concessit, *** sic habetur: *sic & ipse locus & in eodem loco, Deo & S. Lamberto militantes, sub nostri sint mundeburdii defensione suscepti.* De Monasterio *Nieder-Münster* Henricus II. Imp. **** *Nos ergo, ob diuinum amorem piæ eius annuentes petitioni, per hoc nostræ Maiestatis insigne, præfatum Monasterium, nostræ, nostrorumque post nos Successorum, Regiæ & Imperiali perpetuæ defensioni subiicimus.* Ab hac tamen Aduocatia, quæ Maiestatis Iure in certa quædam Monasteria competit Imp. distinctum est Ius Protectionis Generalis, quod Imp. in omnia plane Monasteria conueniebat. Patet hoc ex Priuilegio, quod Monasterio Schüssenrieth, Præmonstratensis Ordinis an. 1240. concessit Conradus IV. Rex Romanorum, in quo primum: *Cœnobium idem - - sub nostra & Imperii Protectionis præsidio recipimus speciali.* Deinde sequitur: *Volentes & statuentes nihilominus, vt idem claustrum, sicut & alia Cœnobia immediate pertinentia Romanæ Sedi priuilegiata libertate gaudeat, in eo, quod iure Aduocatitio nec nobis, nec alteri cuiquam sit obnoxium, aut ratione seruitii teneatur.* Patet hoc etiam ex Priuilegio Friderici II. Imp. quod Monasterio S. Crucis Ord. Cisterciensis in Archi-Ducatu Austriæ a. 1225. ***** concessit, in quo: *inhibemus omnino, ne quisquam Monasterii, aut vllius prædii vestri Aduocatiam in feudo a quoquam habeat, vel habere nullo nomine aut iure valeat, nec donationis alicuius prædii ratione, seu commissæ aut expeditæ Defensionis occasione, vel quasi a primogenitoribus hæreditaria successione Nomen & Ius Aduocati in vos aut vestra sibi quispiam vindicet & assumat.* Et paucis interiectis: *Defensorem vobis eum duntaxat, quem vos ipsi ad hoc elegeritis, deputamus, & habere concedimus, cui in vestra defensione, in contractibus, in causis ciuilibus & in aliis ciuilium negotiorum transactionibus, nostræ Vicis executionem in feudo habendam, non perpetuo obtinendam, neque hæredibus relinquendam, sed salua Vestra libertate, committimus; ita vt liberum vobis esse debeat, recusare eum & alterius Defensioni vos, & vestra committere.* Huius distinctionis etiam insigne argumentum præbet Rudolphi, Comitis de Hochenberg Diploma de an. 1318. ****** Monasterio Bebenhusano concessum, in quo: *omnia & singula bona, tam mobilia, quam etiam immobilia, præfato monasterio quocumque modo vel iure pertinencia, ad nostram protectionem ac defensionem recepimus & in hiis recipimus specialem. Confitentes insuper, quod nos bona Monasterii antedicti non vt Aduocatus eiusdem Monasterii, sed tanquam ipsius Promotor atque Defensor, quamdiu ante dictis dominis placuerit, defensare & gubernare debemus pro virium nostrarum posse.* † Sic Rupertus Imp. Protectionem Monasterii Heilspruck concedit Ludouico filio & successoribus eiusdem, Comitibus Palatinis, *also daß sie allewege eyn Pfaltz-Grave von uns unsern nachkomen und des Richs wegen schirmen sol uf allen rechten die yn und irem Gottesbuse zu recht und von alters zugehorend.* Idem Imp. Eberacensi Monasterio in Episcopatu Würtzburgensi Protectorem, *zu einem Schirmer* dedit Ditericum Fuchs, Equitem, *das er das Closter mit allen sinen Zugehorungen von unsern und des Richs wegen versprechen, verantwurten, schützen und schirmen sal, gem allemanylichen wo yn das danne not ist.* Carolus IV. Monasterio *von Czymmern Ordens von Cytel*, Diœcesis Augustanæ facultatem concessit: *das sie solten und mochten yn einen Vogt und Schirmer nehmen, der sie von sinen und des Richs wegen in allen iren Sachen beschirmen und verthedigen sollte bis an sin oder siner Nachkommen widerruffen.* †† Hoc autem certum, quod si Imp. Aduocatiam alicui concedat, supremam semper apud eundem residere, prout etiam adsertum videmus a MAGERO. ††† Neque tamen soli Imp. vi Maiestatis

C com-

* *Donat. Belg. lib. II. c. LI.*
** *C. XCV.*
*** WOLFG. LAZIVS *de Migrat. Gent. lib. III. p. 60.*
**** Extat apud HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tomo II. p. 406. ed. nov.*
***** Extat apud IONGELINVM *lib. IV. p. 19.*
****** Extat inter DOCVM. WÜRTENBERGICA *p. 400.*
† Plura exempla vide apud HERTIVM *sect. III. §. XV.*
†† Exhibet hæc exempla SCHILTERVS *I. P. lib. I. Tit. XXV.*
††† *C. IX. n. 204. seqq.*

competebat Aduocatia in Monasteria atque Episcopatus, sed etiam Principes non defuerunt, qui ex Dominii Supremi Iure idem Ius exercuerunt. * Primis quidem temporibus, dum maior Impp. in Prouincias, Statusque Germaniæ esset auctoritas, non nisi ex illorum concessione hoc iure fuerunt vsi, vsque dum eadem cum ipsa Statuum Superioritate sensim adcrescerent. Exemplo nobis sit Arnolphus Bauariæ Princeps, cui Ius constituendi totius Prouinciæ Episcopos concessit Henricus Auceps Germaniæ Rex, ** Henrico Leoni Saxoniæ Bauariæque Duci Fridericus I. Imp. auctoritatem concessit Episcopatus dandi confirmandique in omni terra Slauorum, quam ipsi vel primogenitores sui subiugauerant in clypeo suo & iure belli. *** Ex eodem hoc Supremo Aduocatiæ Iure Godefridus, Lotharingiæ Dux Verdunensem Ecclesiam ab iniuriis subaduocatorum liberauit. **** Quare etiam dum Fridericum, Lotharingiæ Ducem Alphonsus Romanorum Rex inuestiret, quintum Vexillum accepit in signum & inuestituram pro regalibus Imperatoriis in Monasterio S. Petri Metensis, & in alio Monasterio S. Martini Metensis, & quod debeat habere custodias Ecclesiarum in Ducatu suo. ***** De Friderico I. testatur OTTO de S. BLASIO: ****** *Regnum Burgundiæ cum Archisolio Arelatensi, quod Duces de Zeringen, quamuis sine fructu, tantum honore nominis iure beneficii ab Imperio, iam diu tenuerunt, a Bertolfo Duce extorsit, præstitis sibi trium Episcopatuum Aduocatia cum inuestitura Regalium, sc. Lausenensis, Geneuensis, Sedunensis.* Immo, Eugenius IV. Papa ipse Terras Cliuenses ab omni iurisdictione, potestate & Superioritate spirituali Coloniensis Archiepiscopi & Episcopi Monasteriensis eximit ac liberat, eademque iura Adolpho Cliuensi Duci, eiusdemque filio primogenito Iohanni concedit. † Tritum exinde oritur Prouerbium, Ducem Cliuiæ esse Papam in suis terris. Adgnouit illud Georgius, Saxoniæ Dux, Pontificiæ licet religionis addictissimus, qui in controuersia circa Balliuiam Thuringensem ab Ordine Teutonico ipsi motam, adserere non dubitauit: *Er ware in seinem Lande selbsten Pabst, Kayser und Teutscher Meister.* †† Quare etiam Theodoricus de Landsberg Monasteriorum suæ ditionis se adgnoscit defensorem, de quo sequens testatur Diploma hactenus ineditum. *In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Nos Theodoricus Dei Gratia Marchio de Landesberc omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris præsens scriptum inspecturis salutem in Domino. Quoniam fallax & sicut plurimum considerari potest fortitudo humana & vana huius seculi pulchritudo, præteriens velut vmbra, & sicut nos mane pertransiens, felices qui memorantes nouissima sua, operibus misericordie debent tam feliciter inseruire, vt in hac vita, concessa sibi diuinitus bona temporalia taliter dispensent, vt pro terrenis cœlestia, pro transitoriis eterna felici commertio recipere mereantur. Cuius rei consideratione permoti* OMNIVM DEO SERVIENTIVM VOLVMVS ESSE DEFENSORES, *specialiter tantum & præcipue conuentum sanctimonialium in Isenberch, vna cum omnibus suis in nostram recepimus protectionem pariter & tutelam. Nolentes vt quisquam hominum nostrorum ipsas in suis bonis audeat perturbare. Has enim ipsas omni iure vti volumus, & libertate sicut a dilecti patris nostri Domini Heinrici Marchionis Misenensis collatione & gratia libertatis tranquillitatem libera & quietissime tenuerunt. Quod autem burgenses nostri de Zwickowe hospitale ibidem constructum in præiuditium supradictarum sanctimonialium a perrochia, in qua primum fuit instauratum alienare nitantur penitus fieri nolumus. Nisi de ipsarum Dominarum fuerit voluntate. Præterea adhuc cauendum ne grauamen ipsis iam sæpe dictis dominabus a quoquam possit deinceps in hoc exoriri, præsens scriptum nostri sigilli*

* Adgnouit illud MVLTZIVS, dum in Repræsent. Imperii p. I. c. VII. n. 25. ait: *Et sic pleraque Cœnobia in Principum & Statuum ditionibus sita in eorum quoque Protectione & Aduocatia sunt, quamuis simul ipsorum superioritati quoad temporalia iam tum subiaceant.* Idem prosequitur *§. XII.* Demonstrantur etiam hæc in diuersis scriptis ratione Episcopatus Numburgensis eulgatis, apud HORTLEDERVM *lib. V. c. XII. XV. XVIII. XXIII.* Et apud IO. GEORGIVM REINHARDVM *de Iure Principum circa Sacra cap. I. §. XXVII.*

** LVITPRANDVS lib. II. c. VII. Henricum sic inducit loquentem: *æquum iustumque nobis videtur, vt quod prædecessores non habuere tui, tibi concedatur, scilicet, quatenus totius Boioariæ Pontifices tua subiaceant ditioni, tuaque sit potestatis vno defuncto alterum ordinare.*

*** Verba sunt HELMOLDI *lib. IV. c. LXXXVII.*

**** Extat Charta apud MARTENE *Anecdotorum Tomo I. p. 189.*

***** Extant litteræ Inuestituræ in LEIBNITII *Cod. Diplom. p. I. n. III.*

****** *Chron. c. XXI.*

† Extat Bulla apud LEIBNITIVM *Mantissa n. XXXIV. XXXV.*

†† STRYK *de Iure Papali Principum Euangelicorum c. I. § X.* HERTIVS *c. I. §. 177.* REINHARD *c. l. c. II. §. V.*

sigilli munimine fecimus communiri. Testes autem huius rei sunt Dominus Meinberus prothonoratius nostra curia & Theodoricus Scriptor noster dictus de Nabere, & nobilis noster Baro dictus de Vizzenburg & Bertherus noster Marschallus, & alii quam plures fide digni. Datum in Groisch anno Domini 1266. 2. idus Februarii indictione nona. Inde Misniæ olim Marchiones Aduocati erant Monasterii Montis Sereni; Hennebergici Comites Aduocati Monasterii Weserani. Burgundiæ Ducem tanquam Flandriæ Comitem omnium Ecclesiarum Cameracensium esse Aduocatum docet nos ENGUERANUS MONSTRELETUS * dum ait: *Le Duc de Bourgogne a cause de sa Comtè de Flandres, est garde de toutes les Eglises de Cambray heritablement, & a toujours, & pour la dite garde prend chacun an pardurablement certaines quantites des grains sur les terres & Seigneuries des dites Eglises au pais de Cambresis & se nomme icelle Seigneurie appartenant au dit Comte de Flandres la Gavene de Cambresis.* Ex eodem fundamento in Principum Germaniæ Litteris Inuestituræ ** reperimus, eosdem inuestiri: *mit allen Prælaturen und Clæstern, derselbigen weltlichen Obrigkeit, Schutz, rechten und Advocatien.* In Priuilegio autem Caroli V. Austriaco *** sic habetur: *Sie sollen auch haben all Vogtheyen und Vogtrecht, in Bistumben, Abteyen, Probsteyen, Clæstern, Gottsheusern und Khirchen, an leuten und guettern, die in iren Herrschafften und landen oder anderstwo gelegen sein, dern Erbvægt sie sein, und zu recht sollen sein.* Quare vel ipse Carolus V. Imp. Recessu Noribergensi **** Status Imperii *Schützer und Schirmer des Glaubens* vocare haud dubitauit, quibus vi Superioritatis, Fidei Defensio in Terris suis omnino competit atque Religionis. Exinde facile sequitur, quam firmo nitatur fundamento Ius Papale Principum Euangelicorum. Dum autem Principes hoc Aduocatiæ Iure fruerentur, potestas ipsis fuit relicta constituendi Subaduocatos. Testatur de ea charta apud MIRÆUM: ***** *Illud etiam statuimus, vt Comes Louaniensis nunquam in Aduocatiam Gemblacensem præter vnum Subaduocatum habeat, id est, vt donum huius Aduocatia a Rege, qui maior Aduocatus est, plusquam ad tertiam manum nunquam doueniat.* In alia Balduini, Flandriæ Comitis. ****** *Nos vero circa curam Principatus nostri occupati de singulis minutis rebus non valemus ad adiutorium vestrum venire. - - Igitur Arnolpho de Aldenarda, quia vobis vicinus, iniungimus supplere vicem nostri in paruis tantum negotiis, nobis maiora reseruantes.* Et in alia Philippi Flandriæ Comitis: † *Villas seu possessiones &c. sub mea protectione & aduocatione sunt, qui eiusdem ecclesia summus sum Aduocatus, & Aduocati earundem possessionum de me suas tenent aduocatias.* Hinc Aduocati illi, qui Maiestatis vel Superioritatis Iure Aduocatiam exercuerunt, dicebantur *Maiores*, *Summi*, *Superiores* †† vel etiam *Principales*, prout in Diplomate Eberhardi, Saltzburgensis Archiepiscopi: ††† *ne loco illi vllus deinceps a Principali aduocato per ius beneficiale subaduocatus ponatur.* Et in diplomate Friderici I. Imp. †††† *quod si quandoque ex consensu Præpositi & fratrum, principales Aduocati aliquem sibi procuratoris officio subsecundauerint.* Et in alio Henrici Bauariæ Ducis: ††††† *vt nulli subaduocato vel qualicunque Principalis Aduocati misso hac Aduocatia beneficiali concedatur iure.* †††††† Licet subaduocatorum nulla adhuc sub Carolingis occurrat mentio, qui demum seculo XI. fuerunt orti. * Hæc autem Aduocatia siue Superioritatis Iure, siue ex pacto orta, tanti fuit facta, vt potentiores etiam Principes eadem in titulis suis vterentur. Sic Ludouicus Brandenburgicus se vocat *Aduocatum Basilicarum Aquilegiæ, Tridenti & Brixiæ.* ** Flandriæ Comites

* *Chron. Vol. I. c. CXLIII.*

** ANDR. KNICHEN *de Sax. non prou. Iure c. V. n. 560.* ROSENTHAL *de Feudis c. IV. Concl. XIV. n. 2.* Facit huc etiam ERASMI à CHOCKIER *Tractatus de Aduocatiis Feudalibus.*

*** Apud CUSPINIANUM *Austria p. 39.*

**** *De a. 1524. §. 28.*

***** *Cod. Piar. Donat. c. LII.*

****** *c. LII.*

† *c. CLXVI.*

†† Apud MIRÆUM *Dipl. Belg. c. LXXXIII. & LXXXVI.*

††† *In Chron. Reichersberg. p. 201.*

†††† *Chron. Reichersberg. p. 210.*

††††† *c. l. p. 215.*

†††††† Vberius hac de materia ANT. MATTHÆI *de Nobilitate lib. II. c. XXIX.*

* Prout TENZELIUS demonstrauit in *Vindiciis pro Censura Diplomatis Lindauiensis p. 323.* qui vel ex eo fundamento dictum Diploma reprobat.

** In Diplomate quod exhibuit LUDEWIG in Syllabo Documentorum, Noribergæ Insignium Imp. Tutelati subiecto *p. 2.*

tes

tes Aduocati Atrebatenses dicebantur, quia Betuniæ erant Domini. *Erat enim*, dicit de Guidone, Flandriæ Comite OLIVARIVS VREDVS * *Dominus Betuniæ Protector Ecclesiæ & Cœnobii S. Vedasti Atrebatensis: dictusque Aduocatus, quod Aduocatus, siue appellatus in auxilium, mox adesset.* Considerantes autem, quænam Aduocatorum ex hoc Iure Maiestatis, Imperatori potissimum in Germanico Imperio sint iura, eadem sane haut exigui sunt momenti. Vulgaris siquidem Aduocati ex pacto sic constituti, Iura, diuersa nobis exhibent monumenta. Potissimum huc facit Henrici IV. Imp. Diploma Hirsaugiensi Monasterio an. 1075. concessum, in quo: ** *Sin autem aptum & vtilem aduocatum vndecunque sibi placuerit, eligat. Hic denique abbate petente a rege accipiat bannum legitimum & ter in anno si necesse fuerit, aut in ipsam cellam aut vbicunque vel quando abbati placuerit inuitatus ab illo veniat & ibi placitum iustum pro causis & necessitatibus monasterii rite peragat. Nullum autem aliud seruitium, ius aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat nisi tercium bannum & consuetudinariam iustitiam & legem quam ceteri aduocati in aliis liberis monasteriis habent super fures, proteruiam & censuales & cetera talia & in illis trium placitorum diebus in vnoquoque vnum maltrum de frumento, & vnum friskingum & vnum siclum de vino & cætera ad hæc pertinentia.* Eadem de Monasterio Gottesau, Hennebergici Tractus præscripsit Bertholdus, Comes Hennebergicus. *** *Vnd davon sol der Voigt keine Miethe oder Gabe nehmen, noch ihme gegeben werden, ohne das dritte Gebot, und was in andern Klœstern die Voigte nach gewœhnlicher Gerechtigkeit haben, auf einen ieglichen der dreyer Rechts-Tage einem, ein Malter Frucht, ein Frischling, ein Eymer Weins, und ander Ding dazu gehœrig.* Vocabatur hoc *das Vogt-Recht*, de quo Eberhardus, Comes Würtenbergicus in Diplomate Monasterio Lorch an. 1291. concesso: **** *quod de bonis prædictis non recipiemus nisi tantummodo ius aduocaticum quod vulgariter dicitur Vogt-Recht ab antiquo institutum.* Idemque ab Henrico III. Imp. in Concilio Ratisbonensi an. 1103. ordinatum & vbiuis fere terrarum receptum esse, dicit IO. a CHOCKIER. ***** Neque etiam Defensoris vel Mundiburdii pacto constituti Iura huc erunt referenda, quæ Innocentius IV. Papa in Bulla sua Conuentui Monasterii de Huysberg concessa, expressit, in qua: *vt nullus de cetero ius Aduocatiæ sibi vendicet in eodem, concedens vobis potestatem eligendi personam, quæ puniat furta, raptus, & quæ sanguinis vindictam requirunt, quæ per religiosos non est licitum exerceri, prout in literis inde confectis plenius continetur.* Facit huc etiam Concessio Friderici I. a. 1188. Ecclesiæ Simonis & Iudæ Goslariensi facta, ****** in qua primum Ius Imp. a Iure Aduocati probe distinguitur: *vt fratres Goslariensis ecclesiæ in ea libertate & honore permaneant, quod videlicet in domibus eorum & curtibus claustralibus nullus aduocatus nec aliqua persona secularis præter nostram propriam personam aliquid iuris vel iudicii habeat, siue in posterum sibi vsurpare præsumat.* Deinde subiicitur: *Cum enim de iure aduocatorum coram nobis in palatio Goslar questio moueretur, de communi principum consilio sententiatum fuit, quod in bonis ecclesiarum aduocati nichil iuris haberent, nisi tantum in tribus casibus in furto videlicet in pugna & in raptu & omnes aliæ questiones essent ad yconomum seu villicum ecclesiæ referendæ.* Alia plane ratio erat Aduocatiæ Imp. Maiestaticæ, cuius ope, potiora in Episcopos ipsi Iura competebant. Ex hac enim dependebat Inuestitura Episcoporum, olim ab Impp. per annulum & baculum exercita. Hanc, licet auctore Gregorio VII. turbulenti ingenii homine, Calixtus II. Papa diuersis artibus per pactum de a. 1122. Henrico V. Imp. extorqueret, † nihilominus Impp. ab illo etiam tempore, vbi discors fuerit electio, caussam illam, imponendo, quemcunque vellent Episcopum, definiuerunt. †† Plura eius supersunt Exempla:

---

* *Sigillis Comitum Flandriæ p. 41.*

** Extat apud TRITHEMIVM *Ann. Hirsaug. p. 239.* & inter DOCVM. WÜRTENBERG. *p. 513.* Idem vberius explicat BESOLDVS *p. 144. 536.*

*** CYR. SPANGENBERG *Chron. Henneb. lib. I. c. LXXIX. p. 75.*

**** Extat inter DOCVM. WÜRTENBERG. *p. 734.*

***** *De Aduocatiis qu. LIX.* quem sequitur BESOLDVS *Docum. Würtenberg. p. 735.* Eadem ex Diplomate Friderici I. quod Abbati Monasterii Sybergensis Ord. S. Benedicti Colon. Diœces. a. 1174. concessit, patet apud SCHILTERVM *Inst. Iuris Publ. lib. I. Tit. XXV.* Plenius de eodem egit ZEGER BERNHARD VON ESPEN *Iure Eccles. Vniu. p. II. Tit. XXV.*

****** Apud HEYNECCIVM *Antiquit. Goslar. lib. II. p. 185.*

† Controuersiam istam vberius exposuimus in S. H. G. *diss. XVI. §. III.*

†† Testatur de eo OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. lib. II. c. VI. *vt si forte in eligendo partes fiant, Regis arbitrii sit Episcopum, quem voluerit, ex Primatum suorum consilio ponere.* Concordat SÆCHSISCH LANDRECHT *lib. III. art. LIX.*

pla: * Et licet intermissum parumper hoc Imperatorum Ius fuerit, restitutum tamen an. 1688. in caussa Coloniensi, dum Leopoldus, Augustissimus Imp. ex eodem Aduocatiæ Iure, ** reprobato Fürstenbergio, Iosephum Clementem, hodiernum Electorem, Coloniensibus daret Archiepiscopum. Ex eodem capite Ius in bona Ecclesiæ competet Imperatori. Exercuerunt hoc Impp. diuersimode, dum libere olim de Episcopatibus atque Monasteriis dispofuerint. Sic Otto M. Hauelbergensem atque Brandenburgensem Episcopatus, Moguntino primum Archiepiscopo subiectos, inde detractos, Magdeburgensi Archiepiscopatui nouiter erecto subiecit. *** Idem Imp. Abbatiam Imperialem Mosburg in Bauaria, Frisingensi Episcopatui concessit. **** Henricus II. Imp. Bambergensem Comitatum, sub dioecesi olim Herbipolitana constitutum, inuito licet Antistite, in Episcopatum noua ratione erexit. ***** Idem Imp. an. 1017. Abbatiam Helmerdershusen hæredibus Ekkihardi Comitis abiudicatam & Imperio adsertam, Meinwerco, Paderbornensi Episcopo & Successoribus attribuit regendam. ****** Eodem anno Scheldecense Monasterium Paderbornensi Episcopo subiecit. † Henricus IV. Imp. an. 1065. Ellenhardo, Frisingensi Episcopo tradidit Abbatiam in Beurn, in Pago Sundergou, in Comitatu Sigmari Comitis sitam. †† Monasterium Alteich in Ducatu Bauariæ ad Imperium pertinens, Romanoque Imp. annuum canonem, quem seruitium regale vocarunt, soluens, Aduocati eius, Comites de Pogen a Romano Imperio in feudum acceperunt, & vsque ad tempora Friderici I. Imp. qui monasterium, vna cum Aduocatia, ob superuenientem inopiam Eberhardo II. Bambergensi Episcopo tradidit, possederunt. ††† Idem Imp. Abbatiam S. Crucis Nidernburgensem cum omnibus possessionibus Conrado, Ratisbonensi Episcopo donat, ita, vt singulis annis in Epiphania Domini XL. libras Ratisbonensis Monetæ, regio fisco de eadem persoluat; excepta tamen Aduocatia prædictæ Abbatiæ, cuius inuestituram sibi Imperator & suis Successoribus reseruabat. †††† Hanc etiam Ecclesias, Abbatiasque obligandi facultatem adgnouit CONRADVS VRSPERGENSIS, ††††† dum de Philippo Imp. sic loquitur: *Hic cum non haberet pecunias, quibus salaria siue solda praeberet militibus, primus cœpit distrahere pradia, qua pater suus Fridericus Imperator late acquisierat in Alemannia: ita, vt cuilibet Baroni, siue ministeriali villas seu pradia rusticana, vel Ecclesias sibi contiguas obligaret. Sicque factum est, vt nihil sibi remaneret prater inane nomen domini terra, & ciuitates seu villas, in quibus fora habentur, & pauca castella terra. Ea tempestate, idem Philippus Ecclesiam Vrspergensem obligauit titulo pignoris, nobili viro Bertholdo de Nifen & filio eius Heinrico, quam postea Prapositus, qui tunc fuit, & fratres de potestate eorundem tyrannorum liberauerunt, cum tantam cœpissent ibidem exercere tyrannidem, vt nequaquam posset Ecclesia conuentualis existere. Pro liberatione vero soluerunt CC. marcas argenti. Hic modus obligationis & solutionis Ecclesiarum, maxime Cisterciensis* D *& Pra-*

* Idem Fridericus definiuit discordem electionem in Coloniensi Archiepiscopatu, post Arnoldi mortem, de quo OTTO FRISINGENSIS *lib. II. c. XXXI. XXXII.* Sic ALBERICVS cum in Leodiensi Episcopatu esset discordia ad a. 1191. ait: *venerunt ambo ad Henricum Imperatorem, Imperator noluit Louaniensi regalia dare, dicens, quod electio deuenisset ad manum ipsius, ex quo habuerunt in electione discordiam.*

** Legatus enim Cæsareus Comes de Kaunitz in Propositione, Capitulo Coloniensi facta, apud LONDORPIVM *Tomo XIII. p. 605.* inter alia ait: *nunc vero vacante Archiepiscopali sede, Cæsaream Maiestatem sui muneris esse, & Aduocatia sibi in Ecclesias Germania competenti incumbere, duxisse.*

*** Hist. Erect. Magdeburg. apud MEIBOMIVM Tomo I. p. 735. *Dudo quoque Hauelbergensis & Dudellinus Brandenburgensis Episcopi, prius quidem Moguntino Archiepiscopo subiecti, sed tunc agente Imperatore, a debita sui obedientia absoluti Magdeburgensi Ecclesia & eius Archiepiscopo cum prafatis confratribus fidem & subiectionem promisere. Ipse namque Imperator erat constructor omnium harum, quas archiepiscopatui subiecerat, Episcopalium sedium.*

**** HVNDIVS *Metrop. Salisburg. Tom. II. f. 504.*

***** Vid. LAVR. FRIESE *Würtzburg. Chron. p. 754.* S. H. O. *diss. XXII. §. XXVI.*

****** SCHATENIVS *Ann. Paderborn. lib. V. p. 425.*

† *p. 433.*

†† HVNDIVS *Metrop. Salisburg. Tom. II. p. 95.*

††† HVNDIVS *Tom. II. sub rubr. Altaich & Bayr. Stamm-Buch p. I. f. 118. sub rubr. Graven von Pogen.*

†††† HVNDIVS *Metrop. p. 131.*

††††† *p. 333.*

& Præmonstratensis Ordinis hactenus inusitatus fuit, & libertatibus priuilegiorum ipsorum valde contrarius. Cum constet, quod priores Imperatores nullum tale ius sibi vendicabant in Ecclesiis prædictorum Ordinum. Adgnoscit igitur Vrspergensis Abbas Iura Impp. circa bona Ecclesiastica, nisi quod Cisterciensium atque Præmonstratensium Libertatem iactet. Fridericus II. Impp. an. 1216. Conrado, Ratisbonensi Episcopo concambii loco concessit Superius & Inferius Monasterium in Ciuitate Ratisbonensi, ab eodem accipiens alia loca atque possessiones.* Eandem facultatem exercuit Carolus IV. dum Pragensem Episcopum Iura Moguntini Metropolitani adgnoscentem a. 1345. in Archiepiscopum fecit sublimari, duos ipsi Episcopatus subiiciens, ipsique Ius coronandi Reges Bohemiæ concedens.** Nec desunt diuersorum Principum Exempla, qui circa Incorporationes, Transmutationesque Ecclesiarum consensum suum præbuerunt, quæ hic enumerare nimis longum foret.*** Illustre potissimum circa dispositionem Bonorum Ecclesiasticorum argumentum præbet Pax Westphalica, per quam tot Episcopatus atque Abbatiæ seculo fuerunt addictæ,**** Potissimum vero ius Gladii siue armata manu defendendi Episcopatus atque Abbatias, immo vniuersum Ius Belli & Pacis singulis, qui Maiestatis iure gaudent, competens, huc spectat. Quare Henricus, Dux Bauariæ haut incongrue,***** *ad nostram vel successoris nostri personam referre debebit, qui ex officio Ducatus pariterque Aduocatiæ non sine causa gladium portamus.* Accedit Ius cognoscendi atque decernendi in causis Episcopatum vel Abbatiam concernentibus, quod Aduocatis etiam Principalibus competit. De Imp. equidem, supremo in Germania Iudice, res omnis satis est comperta. De aliis vero Maioribus Aduocatis testantur exempla. Principalis Monasterii Montis Sereni Aduocatus erat Tidericus, Misnensis Marchio, qui causam inter Monachos atque Abbatem controuersam cognouit atque decidit.****** Simile Exemplum proponit IO. a LETDIS † de Controuersia inter Lubbertum Abbatem & Wilhelmum Egmundanum composita, dicens: *Dicto igitur die vtraque parte præsente sedit pro tribunali Wilhelmus Hollandiæ Comes, quem ante omnia rogabat Abbas, quatenus aliquem suo loco iudicem sisteret, & causas iniuriæ monasterii sui tanquam Aduocatus contra Wilhelmum allegaret. Quæsiuit e vestigio Comes in sententia. Si hoc saluo iure partis vtriusque facere posset. Dictauit sententia hoc esse licitum, & de iure deberet, eo quod esset Aduocatus Ecclesiæ. Sedit itaque pro tribunali quidam miles Theodoricus Bækell nomine. Proposuit Wilhelmus Comes &c.* Idem IO. a LETDIS †† aliud in causa Egmundensi factum decretum proponit: *decreuit ergo Comes consilio principum & nobilium suorum, & coram magna frequentia hominum promulgauit, quod Comes Hollandiæ solus sit legitimus aduocatus Ecclesiæ Egmondensis. Et quia in minoribus Ecclesia aduocato carere non potest, ideo palam determinat, vt, quem Comes Terræ & Abbas Ecclesiæ communi consensu elegerint, ille sit aduocatus, & aduocatiam non ex beneficio, sed ex condicto tandem teneat, quamdiu vtile videtur Abbati & Comiti.* Sequitur Ius Legum circa Episcopatus atque Monasteria, de quo non solum Capitularia Regum Francorum, sed etiam tot Leges atque Constitutiones Impp. Ecclesiasticæ a Goldasto, aliisque collectæ, satis testantur. Immo, si Papæ Bullas atque Priuilegia Episcopis vel Monasteriis dedissent, illorum confirmatio ab Impp. vel Dominis Territorii erat petenda. ††† Docent de eo litteræ Alberti atque Ernesti, Ducum Saxoniæ, quando Nicolao, Abbati S. Georgii, post obitum Guilielmi III. Saxoniæ Ducis, omnia Papalia & reliqua Priuilegia & Bullas confirmarunt litteris Gothæ datis VIII. post Mich. an. 1482. †††† *Vnd haben des vorgenanten Apte demuthi-*

* Extat Diploma integrum apud HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. II. p. 407.* titulo *Nieder-Münster.*

** ALB. ARGENT. *p. 145. &. H. G. diss. XXVII. §. III.*

*** Horum copiam nobis fecit IO. GEORGIVS REINHARDVS *in Meditationibus de Iure Principum Germaniæ circa Sacra cap. II. §. X.*

**** Faciunt huc IO. FRIDERICI RHETII atque ERICI MAVRITII Dissertationes *de Secularisatione.* Quibus addi potest CHRISTIANI THOMASII *Dissertatio de Natura Bonorum Secularisatorum*, qua potissimum eandem defendit.

***** *Chron. Reichersberg. ad a. 1161.*

****** Prout late narrat Auctor Chronici Montis Sereni *p. 89.*

† *Ann. Egmundanis c. XXX.*

†† *Chron. Belg. lib. XVIII. c. IX.*

††† Prout videre est apud MARCVLPHVM *lib. I. form. II.*

†††† Plura adlegat IO. GEORG. REINHARD *in Meditationibus de Iure Principum Germaniæ circa sacra c. II. §. VI.* qui etiam *§. XIII.* de Potestate Principum Legislatoria plenius agit.

ge Beie angeseen, in sin und sins Ordens und Closters erworben Bebstisch Bullen, Privilegien, freyheit und Gerechtigkeit gewillet &c. bewilligen, ernuwen, bestetigen und confirmiren auch die geinwertiglich in Crafft dis Brives. Ex eodem Iure Maiestatico fluit Ius Primariarum Precum, quod Imp. in singulis Imperii Episcopatibus atq; Abbatiis etiam Euangelicorum, ex antiquo iure * competit. Idem Ius Bohemiæ Reges ** atque Duces Brunsuico-Lüneburgenses *** iam olim exercuerunt. Ex eodem Capite Monasteria olim Regali Cameræ certum quid per annum inferebant. **** Hinc de Ludouico Germanico, postquam S. Galli Monasterium in Mundiburdium suscepisset, ait RATPERTUS: ***** *in eadem carta conscribi iussit regia dona sibimet ipsi secundum consuetudinem aliorum monasteriorum securitate præditorum quotannis ventura, id est duos caballos, & duo scuta cum lanceis.* Immo, ipsi Impp. vi Maiestatis, sine vllo Papæ indultu, solo Ordinum Germaniæ consensu, tributa atque collectas Bonis etiam Personisque Ecclesiasticis imposuerunt. Maximilianus I. dum an. 1495. in Comitiis Wormatiensibus Constitutionem de communi denario euulgaret, etiam huic personas Ecclesiasticas subiecit. ****** Idem repetitur in Ordinatione Regimenti de an. 1500. † atque in Recessu Imperii Treuirensi & Coloniensi de an. 1512. †† Quare in Recessu Imperii Spirensi de an. 1544. fuit decretum: ††† *Vnd zu diesem Christlichen milden Werck, sollen auch alle Stifft, Capitul, Klæster, Ordens-Leut, Kirchen, der Kirchen-Fabricken und Spital, sie syen in Stædten oder anderswo, geistliche und weltliche Brüderschafften, und alle andere geistliche Versammlungen, Communen und Clausen, von Mannen und Frauen, sie seyen exempt oder nicht, ihre Steuer und Anlag geben, in Betrachtung, was ihnen an Handhabung des Christlichen Nahmens und Glaubens, davon sie auch ihre Würden, Einkommen und Vnterhaltung haben, gelegen ist.* Ex eodem argumento superesse adhuc etiam hodiernis Impp. Ius, Tributa personis bonisque Ecclesiasticis imponendi, concludimus. †††† Eadem etiam a Germaniæ Principibus fuisse imposita, demonstrant Exempla. ††††† Vltimum demum ex hoc fonte Imp. Ius adueniebat ad Successionem in bona mobilia Archiepiscoporum, Episcoporum & Prælatorum atque stipendia primi anni vacante Episcopatu, quam Imp. adprehendebat, exercebatque, de quo Vrbanus III. Papa habito cum Friderico Barbarossa colloquio conquerebatur, Imp. tamen ad leges veteres atque consuetudines prouocante. †††††† Otto IV. Imp. dum Innocentius III. Papa ipsius electio-

* In Paralipomenis CONRADI VRSPERGENSIS *f. 362.* exhibentur Primariæ Preces a Rudolpho Habsburgico huius tenoris: *Rudolphus Dei gratia Rex, & semper Augustus, Honorabili in Christo deuoto Abbati &c. Gratiam suam & omne bonum. Cum ex antiqua & approbata, ac a Diuis Imperatoribus & Regibus ad nos producta consuetudine, qualibet Ecclesia in nostro Romano Imperio constituta, ad quam beneficiorum Ecclesiasticorum pertinet collatio, super vnius collatione beneficii, precum nostrarum primarias admittere teneatur.*

** Prout demonstrauit REINHARDVS *c. IV. §. XII.*

*** Patet hoc ex Diplomate apud LEIBNITIVM *Tomo III. Script. Brunsuic. p. 397.*

**** CHRON. LAVRISHAM. p. 91. *& seruitio centum marcarum, quod Regia Cameræ singulis annis ex eadem (sicut & aliis quibusdam Ecclesiis) iure antiquo inferebatur.*

***** *De Cas. S. Galli c. VIII.*

****** Sic enim in Procemio: *Nemlich, das die nachst-kommenden vier Iahr lang, und nicht langer, alle und iegliche Menschen, sie seyen Geistlich oder Weltlich, Frauen oder Mann, wes Würden, Stands, Ordens oder Wesens die sind, niemands ausgeschlossen, durch das Heil. Reich gantz aus, iahrlich geben.* Et Tit. IX. *Item sollen die nachgeschrieben sieben Schatz-Meister, in einem ieden Ertz-Bisthum einen Geistlichen zu Commissarien auff ein ziemliche Belohnung benennen, die obgenannt Vffsatzung von den Geistlichen, in Beywesen der geordneten von Bischoffen, auch ieglichs Iahrs vor dem Iahrs-Tag getreulich einzunehmen.*

† Tit. XXIX. *Item, ist auch angesehen, das alle Geistliche Personen, Mann und Frauen, sie seyen exempt oder nicht, in Betrachtung, was ihnen an der Handhabung, obgemeldt, gelegen sey, von allem ihrem Einkommen, Renthen, Gülten, Nutzungen, wie ihnen die zustehen, alle Iahr von viertzig Gülden einen geben sollen.*

†† *p. I. §. 22.* ††† *§. 34.*

†††† Prout etiam adseruit MVLTZIVS *Repræs. Imp. p. II. c. VII. n. 82.*

††††† Horum varia recenset REINHARDVS *de Iure Principum circa Sacra c. III. §. XV.*

†††††† ARNOLDVS LVBECENSIS lib. III. c. XVI. *affirmabat* (Papa) *quod Episcoporum exuuias iniuste acciperet, quæ dum ipsis mortuis de ecclesiis rapiantur, ecclesiæ quasi corrosa & expoliatæ ab Episcopis subintrantibus inueniuntur, ita vt ea necessitate quadam raptores iniusti inueniantur, dum ablatis stipendiis, quæ confiscata fuerant, de nouo resarcire cogantur.* Hanc materiam vberius persecutus fuit HENR. MEIBOMIVS *Script. Rer. Germ. Tom. III. p. 145.* & post eum REINHARD *de Iure Principum circa Sacra §. XII. seqq.* qui etiam Germaniæ Principibus hæc Iura competiisse testatur.

electionem adprobasset, huic iuri renuntiauit, quod per A. B. suam confirmauit Fridericus II. * Dolendum tamen, pleraque hæc Maiestatis Iura in Ecclesias Catholicæ Religioni addictas, vel ab Episcopis Romanis, indulgentibus Impp. vsurpari, vel ab his non exerceri. Neque tamen in sola Germania, quin etiam in aliis Europæ Regnis hæc Aduocatia est vsitata. De Regno Galliæ audiamus Præsulem Parisiensem, PETRVM de MARCA, ** qui, postquam de Aduocatia ista ex iure competente, egisset, addit: *Iure isto protectionis, defensionis vel aduocatiæ hereditate ad se transmisso potiuntur etiamnum quamplurimi Principes in Germania. Quod etiam quatuor abhinc seculis in Galliæ confiniis obtinebat, multis nobilium familiis se Aduocatorum & Vicedominorum nomine iactantibus, donec iura illa protectionum ecclesiasticarum Rex Christianissimus ad se solum in regno reuocauit.* Quare RENATVS CHOPPINVS ait: *** *Reges Franciæ tametsi concedant Comitibus terras cum pertinentiis, non censeri tamen generali eiusmodi concessione Aduocatias Monasteriorum transtulisse.* Sequitur ANTONIVS DADINVS ALTESERRA, **** Tholosanorum Iureconsultus litteratissimus, dicens: *Regibus maxime incumbit Aduocatia siue mundiburdium, id est, tuitio & defensio Ecclesiarum Cathedralium & Conuentualium totius Galliæ.* Et paucis interiectis: *Ecclesia, posita sub mundeburde regio, tum quod Ecclesia est in Republica, quæ vniuersa principis tutela & præsidio fouetur, tum quod Reges nostri Ecclesias Cathedrales & plerasque Abbatias & Prioratus fundauerunt, dotauerunt, aut saltem beneficiis suis adornarunt, vel quia ab initio fundatores priuati, Ecclesias & cœnobia seposita, vt in tuto essent, aduocatiæ & tutelæ principum passim commendarunt.* Patet hæc Regum in Episcopos auctoritas ex Edicto Clotharii II. de an. 593. in quo: *Episcopo decedente in loco ipsius qui a Metropolitano ordinari debet cum prouincialibus a Clero & populo eligatur, & si persona condigna fuerit, per ordinationem Principis ordinetur.* Quare etiam Ludouicus VII. Gallorum Rex Bituricensem Episcopum repudiauit, eo quod sine eius consensu fuerat ordinatus. ***** Hinc concessa Hugoni Abbati a Carolo Simplice Neustria, sub eadem Episcopatus non venerunt, prout ex CHRONICO ANDEGAVENSI ****** patet: *Iste itaque tractus cum datus esset ad integrum cum Comitatibus, Ciuitatibus & Abbatiis, Castellisque præter Episcopatus solos, qui in regia Domini cura retenta sunt.* De Burgundiæ Ecclesiis PHILIPPVS RIGORDVS. † *Igitur Reges Francorum prædictas Ecclesias in sua libertate semper custodire cupientes, quibuscunque Principibus terras custodiendas tradidissent, tamen Ecclesias sub potestate sua & protectione retinere decreuerunt, ne Principes, quibus custodienda terra a regibus delegabatur, Ecclesias vel Clericos ibidem Domino seruientes aliquibus angariis, talliis vel aliis Exactionibus grauare præsumerent: Veruntamen quia Dux Burgundiæ Ecclesias terræ sibi commissæ huiusmodi exactionibus frequentibus contra regias immunitates grauiter oppresserat.* Inde primus ille apud Francos Monarcha Christianus, Clodouæus, singulari decreto fundationem S. Petri Senoniensis, Theodechildæ filiæ rogatu factam sancitamque ait: *se sub sua defensione atque mundiburdio fundare.* †† Et in Synodo Confluentina sub Carolo Caluo an. 860. celebrata: ††† *Volumus vt Ecclesiæ & casæ Dei & Dei homines Clerici & monachi & nonnæ talem mundeburdem & honorem habeant sicut tempore antecessorum nostrorum habuerunt.* Idem confirmatur in Synodo Meldensi: †††† *Prouidendum est Regiæ Maiestati, vt monasteria, quæ ab hominibus Deum timentibus in sua potestate constructa, prædecessores illius causa defensionis & Mundiburdi susceperunt, vt libera libertate remota spe hæreditaria de illorum propinquitate ibidem religio obseruaretur.* Sic in Priuilegio Theodorici, Francorum Regis Mauri Monasterio dato, scribitur: ††††† *similiter petiit* (Maurus) *vt eum cum omni familia rebusque Monasterii sui, longe vel prope constitutis, sub nostro mundiburdio & defensione reciperemus.* Ex eodem Iure

* SYNTAGMA IVR. PVBL. *Diss. X. §. VII.*
** *De Concordia Sacerdotii & Imperii lib. I. c. XII.*
*** *De domaniis Franciæ lib. II. Tit. VIII. aph. VII.*
**** *De Ducibus ex Comitibus Prouincialibus lib. I. c. VI.*
***** Testante ROBERTO de Monte *ad a. 1142.*
****** Adlegante ALTESERRA *c. l.*
† *Hist. Philippi Augusti ad a. 1184.*
†† IOD. COCCIVS *de Dagoberto c. VI. p. 60.*
††† Apud BALVZIVM *Capit. Tom. II. p. 143.*
†††† *c. XVI.*
††††† Apud RVD. HOSPINIANVM *de Monachis lib. IV. c. XXIII.*

Iure Ecclesiis Protectores dabant atque Aduocatos subalternos. Sic Dagobertus exemplo maiorum Treuirensi Ecclesiæ Duces probos in Protectores & Aduocatos dedit. * Robertus Gallorum Rex Monasterio S. Maglorii Parisiensis prospexit, ** quatenus semper sub plenissima defensione & emunitatis tuitione corroborata permaneant. Reges Galliarum etiam tanquam Ecclesiarum Patroni subsidia ab iisdem petierunt, de quo GVILIELMVS BRITO: ***

Tempore cuiusdam guerræ rex prodigus æris,
Cum res exigeret, numerare stipendia multis
Clerum Remensem petiit, scriptoque rogauit
vt tibi subsidium fieret, quo gratior illi
ad tantos vellet sumtus impendere, gratis.
vt solet Ecclesia PATRONOS *sæpe iuuare.*

Curiæ vero Romanæ exactionibus plurimum se opposuerunt: Ludouicus IX. enim singulari sanctione pragmatica an. 1268. **** sic statuit: *Item exactiones & onera grauissima pecuniarum, per Curiam Romanam Ecclesiæ Regni nostri impositas vel imposita, quibus Regnum nostrum miserabiliter depauperatum extitit, siue etiam imponendas vel imponenda leuari aut colligi nullatenus volumus, nisi duntaxat pro rationabili, pia & vrgentissima causa, & ineuitabili necessitate, ac de spontaneo & expresso consensu nostro & ipsius Ecclesiæ Regni nostri.* Potius ipsi Reges de bonis Ecclesiæ disposuerunt. Testatur de eo illustre Exemplum Caroli VI. Galliarum Regis de quo AVCTOR PARALIPOMEN. CONRADI VRSPERGENSIS: *Per id tempus sedente apud Auinionem Innocentio VI. qui raram nisi ex Franciæ regno obedientiam erat consecutus, & Cardinales 30. ordinauerat, quibus grandi sumptu opus esset, dum Nichasii Remensis Abbate in Franciam misso, dimidiatam omnium Ecclesiarum partem eligere conabatur. Cui cœpto Scholastici Academiæ Parisiensis restiterunt missis ad Carolum Oratoribus, qui Pontificis prædictum haud æquum esse persuaderent. Audita Scholasticorum querela, rex exportari regno pecuniam vetat, & Ecclesiarum prouentus in tres partes distribui iubet, vnam in Ecclesiarum instaurationem, alteram dissoluendis earum obligationibus & debitis, tertiam quotidianis ministrorum vsibus adligauit.* Quis ignorat Ius Regaliæ, quod Galliarum Rex, iure Maiestatis ***** per omnes Gallici Regni Prouincias exercet. Describit illud Ordinatio ****** Philippi Regis tali modo: *Dum Episcopus alicuius Episcopatus, vbi Dominus Rex habet Regaliam, ab humanis decedit, immediate per obitum, seu mortem ipsius, Regalia in dicto Episcopatu est aperta, & succedit Rex loco boni & legitimi administratoris in omni temporalitate dicti Episcopatus, confertque Beneficia non curata, & hoc durante tempore ipsius Regaliæ.* Hoc Iuris Maiestatici argumentum præcipuum plures Galliarum Reges ab antiquo exercuerunt. Tacemus Carolingos, quorum Exercitium Iuris sacrorum satis est in aprico; Ad Capetingos potius procedamus, qui tot exerciti Iuris nobis præbuerunt documenta tam illustria. Henricus I. Monasteria atque Abbatias quasdam ex regali præcepto Imberto concedit præsuli Parisiensium, tali Rescripto: † *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Henricus gratia Dei Francorum Rex. Nouerit omnium posteritas sanctæ matris ecclesiæ fidelium & nostrorum, quod quidam Imbertus Parisiensis Ecclesiæ Episcopus, nostræ serenitatis adierit præsentiam, rogans & obnixe postulans, vt quasdam ecclesias in suburbio Parisiacensi nostræ potestati & antecessorum antiquitus mancipatas, sancti Stephani, scilicet martyris, Iuliani martyris, Seuerini solitarii, nec non & sancti Bachii, quarum quædam olim Abbatiarum dignitate sublimatæ erant, & ideo receptaculum & stationem congregationi canonicorum præbentes sanctæ Mariæ: sed propter regni perturbationem rebus concessis spoliatæ, solitudini vacantes, parum, aut nullum antiquæ possessionis retinuerunt statum, prædictæ Congregationi concederemus. Sed quia apud nos pro suis meritis prædictus Episcopus erat magnus, eius voluntati nolentes aliquid derogare, concessimus eius concessioni prædicta loca regali præcepto & liberalitate.* Eadem Iura Philippus Augustus Rex per

 Testa-

* Extat Diploma apud MAGERVM *p. 122.*

** Prout chartam exhibet MARTENE *Anecdotorum Tomo I. p. 107.*

*** *Philipp. lib. I. v. 766. seqq.* **** Apud LEIBNITIVM *Cod. I. Gent. Mant. p. 157.*

***** FRANCISCVS PINSSON Aduocatus Parlamenti, qui totus est in defendendis Regis Iuribus: *Traitté des Regales, a Paris 1688. 4.* adiecit: *Conference sur l' Edit de Controle,* vbi *p. 44.* ait: *Le droit de Regale appartient au Roi à cause de sa Couronne, & lui seul le peut exercer, ne le pouvant pas ceder, non pas mesme au Regent du Roiaume.* Vid. etiam PIGANIOL *de la* FORCE *Nouv. Descr. de la France Tom. I. c. XVII. art. VI. p. 255.*

****** Extat apud PINSSON *Tom. II. p. 376.*

† Extat apud GERHARDVM du BOIS *Hist. Eccles. Paris. lib. X. c. IV. p. 644.*

Testamentum * de an. 1190. confirmauit, vbi inter alia decernit: *si forte contigerit Sedem Episcopalem, vel aliquam Abbatiam vacare, volumus, vt Canonici Ecclesiæ, vel Monachi Monasterii vacantis veniant ad Reginam & Archiepiscopum sicut ante nos venirent, & liberam electionem ab eis petant; & nos volumus, quod sine contradictione eis concedant. Nos vero tam Canonicos quam Monachos monemus, vt talem Pastorem eligant, qui Deo placeat, & vtilis sit Regno. Regina autem & Archiepiscopus tandiu Regalia in manu sua teneant, donec electus consecratus sit, vel benedictus, & tunc Regalia sine contradictione ei reddantur. Præterea præcipimus, quod si Præbenda vel Beneficium aliquod Ecclesiasticum vacauerit, quando Regalia in manu nostra venient, secundum quod melius & honestius poterunt Regina & Archiepiscopus viris honestis & litteratis consilio fratris Bernardi conferant: saluis tamen donationibus nostris, quas per Litteras nostras Patentes quibusdam fecimus.* Ludouicus IX. licet Papæ alias addictus, dum prima vice an. 1248. in Terram sanctam tenderet, concessit ** Reginæ Matri: *Dignitates & Beneficia vacantia conferre, fidelitates Episcoporum & Abbatum recipere, & eis Regalia restituere, & eligendi licentiam dare Capitulis & Conuentibus vice nostra.* Idem Rex dum altera vice an. 1269. in Palæstinam abiret, concessit: *** *Personatus, Præbendas, Ecclesias, Capellanias & cætera Beneficia quæcumque vacare contigerit, extra mare in hac nostra peregrinationis absentia, ad nostrum Patronatum, Collationem, seu Præsentationem nostram tam ratione regalium, quam alio quocumque iure pertinentia, conferendi personis idoneis, & nullum aliud Beneficium habentibus, ac præsentandi ad vacantes Ecclesias, vice nostra, dilecto & fideli nostro Stephano Parisiensi Episcopo plenam & liberam committimus potestatem; dum tamen de consilio discretorum virorum Cancellarii Parisiensis Ecclesiæ, Prioris Fratrum Prædicatorum, & Gardiani Fratrum Minorum Parisiensium, vel duorum ex ipsis, in huiusmodi Collatione vel Præsentatione procedat, & in litteris Donationis vel Præsentationis specialiter exprimatur, quod ex autoritate & vice nostra sibi commissa, Collatio vel Præsentatio ipsa fiat.* Strenuus iuris Maiestatici in Ecclesiis adsertor erat Philippus Pulcher, qui magna auctoritate iura sua libertatemque Ecclesiæ Gallicanæ contra Bonifacium VIII. Papam defendit, dum publico edicto doceret: **** *Et si Catholicæ fidei & vniuersalis Ecclesiæ, Matris Fidelium, Sponsæ Christi negotium cunctos quos eiusdem participatio Fidei & Religio Christiana complectitur, principaliter & immediate contingat, ac proprium interesse respiciat singulorum: Nos tamen & alios Reges & Principes orbis terræ & principalius atque peramplius tangit & respicit, & ad ipsius promotionem negotii (cum causa deposcit) eo astricti tenemur obnoxius: quo ad exaltationem & augmentum eiusdem Fidei, ac defensionem Ecclesiæ & Ecclesiasticæ Libertatis commissam suscepisse recognoscimus & fatemur traditam diuinitus potestatem.* Philippus Valesius Regaliæ Ius per singulare Diploma de a. 1334. confirmat. ***** Idem Rex iam antea an. 1329. conuocauit Parisios omnes Prælatos regni Franciæ super corrigendis excessibus Prælatorum & Officialium eorundem. ****** Potissimum vero Carolus VII. Gallorum Rex egregium Iuris sui documentum dedit, dum ad Eugenium IV. Papam hoc modo scriberet: † *Credimus Sanctitatem vestram non ignorare, quod Prælati Regni nostri in præfectionis suæ primordio nobis præstant & præstare tenentur ligium plerique homagium, & alii fidelitatis iuramentum, pro suarum temporalitatibus Ecclesiarum, etiam illarum quæ nostrorum quorumcumque circumdantur a terris subditorum, aut quæ sita sunt infra dominia ipsorum, siue sint Duces, siue Comites, aut alii Domini temporales in ipso Regno quouis honore seu titulo fungentes: Sumus enim Prælatorum & Ecclesiarum huiusmodi Princeps, protector & conseruator secularis: nec subditi sunt ipsi Prælati & eorum Ecclesiæ aliis temporalibus aut sæcularibus Dominis, quam nobis omnesque in & sub Regalia continentur.* Idem Galliarum Monarcha nouis litteris a Papa petiit, vt, dum confirmationes Archiepiscoporum vel Episcoporum in Galliam dirigantur, has Litteras primum Regi esse offerendas, scribens: †† *dum per electionum confirmationes autoritate Apostolica seu alias Canonica, in illis aliqui præficiuntur Ecclesiis ob decus & honorem Dignitatis, & autoritatis nostræ Coronæ, Maiestatisque Regiæ, Rescripta & Bullæ super his emanata Nobis penitus dirigi debeant & destinari.* Quanto zelo in iisdem iuribus vindicandis egerit Ludouicus XIV. Gallorum Rex vel singulis constat. Docet de eo Regis Edictum de an. 1663. ††† in quo: *Encore que le Droit de Regale, que nous avons sur toutes les Eglises de nôtre Roiaume, soit l' vn des plus anciens de nôtre Couronne, & que sur ce fondement ce Droit ait été declaré nous appartenir universellement par Arrest de nôtre Parlement de Paris de l'*

année

---

* Extat apud PINSSON *Tom. II. p. 371.* ** Extat apud PINSSON *Tom. II. p. 373.*

*** Extat apud du CHESNE Script. *Hist. Franc. Tomo V. p. 423.* PINSSON *l. c.* GERH. du BOIS *lib. VI. c. XVI. p. 462.*

**** Extat apud PINSSON *Tom. II. p. 1281.* ***** PINSSON *p. 374.*

****** Prout tradit NANGII *Continuat. ad a. 1329.*

† Extat apud PINSSON *Tom. II. p. 387.* & apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. Tom. I. p. 411.*

†† PINSSON *p. 388.*

††† Extat apud PINSSON *p. 379.* qui etiam alia eiusdem tenoris Edicta exhibet.

année 1608. Ex eodem fundamento etiam Galliarum Rex Primariarum Precum Ius exercet, * atque in Collegiis Canonicorum S. Martini Turonensis & Sancti Mauritii Andegauensis peculiari iure Canonicatum obtinet, vt & in Collegio Cabilonensi, tradente CHOPPINO. ** Hispaniæ Reges, licet superstitioni plurimum tribuere soleant, non tamen omne Ius Aduocatiæ abiecerunt. Ferdinandus Catholicus equidem singulari mandato præcepit, vt omnes Bullæ Roma missæ, antequam executioni mandarentur, prius in Consilio Sanctiori examinarentur. *** Demonstrauit etiam IO. IAC. CHIFFLETIVS, **** quod Hispaniæ Reges, tanquam Lotharingiæ Inferioris Duces, Aduocati sint Ecclesiarum omnium huius Prouinciæ. Sic enim de Carolo, Regis Lotharii fratre, ab Ottone II. Imp. Citerioris Lotharingiæ Duce constituto, ait BALDERICVS: ***** *Cameracum vrbem suo pastore orbatam, causa tuitionis, festinanter ingressus est, vt a cunctis peruersoribus eam defensaret.* Henricus Dux Lotharingiæ Inferioris fide interposita an. 1208. firmiter ac fideliter promisit, † quod Ecclesiæ Coloniensi, & Archiepiscopo specialiter, omni consilio & auxilio in iuris sui conseruatione, contra omnem personam, totis viribus adsisteret, & nulla occasione, vel suggestione a tuitione Coloniensis Ecclesiæ discederet. Idem CHIFFLETIVS demonstrauit, quod eadem ratione Hispaniarum Rex teneat Aduocatiam Terrarum Brabantiæ vsque ad Rhenum, Ciuitatis Leodicensis, Vrbis Aquensis, Ciuitatis Treuirensis, Monasterii Imperialis S. Maximini, totius Alsatiæ. De Magnæ Britanniæ Rege inter Leges Eduardi †† fuit statutum: *Rex autem, quia vicarius summi Regis est, ad hoc est constitutus, vt regnum terrenum, & populum domini, & super omnia sanctam veneretur Ecclesiam eius, & regat, & ab iniuriosis defendat.* De Guilielmo Conquestore testatur Cantuariensis Monachus, EADMERVS: ††† *Primatem quoque regni sui, Archiepiscopum dico Cantuariensem seu Dorobernensem si coacto generali Episcoporum Concilio præsideret, non sinebat quicquam statuere aut prohibere, nisi quæ sua voluntati accommoda, & a se primo essent ordinata. Nulli nihilominus Episcoporum suorum concessum iri permittebat, vt aliquem de Baronibus suis seu Ministris siue incestu, siue adulterio, siue aliquo capitali crimine denotatum, publice nisi eius præcepto implacitaret, aut excommunicaret, aut ulla Ecclesiastici rigoris pœna constringeret.* De Henrico VI. ALB. ARGENTORATENSIS †††† *omnes in Regno suo per Papam ad beneficia quæcunque promotos expulit, sub pœna submersionis, ne quis inibi litteras Apostolicas quascunque & cuiuscunque tenoris exequatur cohibendo.* Idem Henricus Innocentio VI. Papæ de Consilio Cleri & populi Angliæ rescripsit, ††††† *quod in concessiones huius, quas ipse Papa faceret, præsertim aduenis, qui thesauros Ecclesiæ deferrent & in prouisiones prælatorum nullatenus consentiret.* Hinc etiam de Rege Iureconsulti Anglicani scribunt, quod sit persona mixta cum Sacerdote. †††††† Notissimus quoque est Primatus Regius, vi cuius in caussis Ecclesiasticis totius Regni, statuere potest quidquid Script. sacræ non repugnauerit. Exercet Ius Patronatus supremum, dictum *Patronage*, ita, vt, ex lapsu temporis, beneficiorum collatio ad Principem deuoluatur: Reditus vacantium Episcop. percipere potest ad vsum proprium; Facult. Episcopi eligendi concedit, nominat Capitulo idoneum ad Episcop. quem eligant, electo Regium adsensum præbet, Iusiurandum homagii ab Episcopo recipit, Iurisdictionem in personas ecclesiasticas exercet, Leges Ecclesiasticas condit, * Prætendunt æque contradicente licet Papa, Siciliæ Reges Monarch. Ecclesiasticam, eandemq; diuersis vicibus exercuerunt. Fundamentum eius petitur ex Vrb. II. concessione a. 1096. Rogerico facta, ** in qua: *Idcirco de tua probitatis sinceritate plurimum confidentes, sicut verbis promisimus, ita literarum authoritate firmamus, quod omni vi-*

* Hoc latius declarat PINSSON *Tom. II. p. 778.* IO. LIMNÆVS *Not. Regni Francici lib. II. c. VIII. lib. III. c. II.*

** De *Sacra Politia lib. I. Tit. IV.* *** Hist. du Cardinal de Ximenes *p. 306.*

**** *Alsatia vindicata cap. II.* ***** *Lib. I. c. C. ad a. 977.*

† Apud DINTERVM *lib. IV. c. XII. ad a. 1208.*

†† §. XVII. apud GVILIELMVM LAMBARDVM *de priscis Anglorum Legibus p. 142.*

††† *Hist. Noua lib. I. p. 6.* vbi SELDENVS in notis *p. 165.* ex Thesauro Cottoniano Diploma adducit, Ecclesiæ S. Martini de Bello donatum, cui plura concedit Priuilegia Episcopi Cicestrensis Iurisdictioni derogantia, stylo perquam imperioso concepta. †††† *ad a. 1351.*

††††† Apud ALB. ARGENT. *ad a. 1142.* †††††† CHAMBERLAYNE *Etat de Angleterre p. II. p. 91.*

* Hæc singula latius persequitur DAVID CALDERWOOD *Altari Damasceno c. I.* qui illud integrum, materiæ de Primatu Regis destinauit. Quare CHAMBERLAYNE p. 93. *Il est Pontifex Maximus, comme se qualifioient autrefois les Emp. Rom. tant Chrêtiens que Payens, il est le Chef de tous les Pasteurs d'Angleterre & il a non seulement vne Iurisdiction Ecclesiastique, mais il peut en exercer même quelques fonctions, comme fit Salomon qui donna la Benediction à son Peuple, consacra le Temple, & fit cette Priere, dont on se sert encore aujourdhuy dans la Dedicace des Eglises & des Chappelles; mais toutes les autres Fonctions spirituelles, comme l'Administration des Sacremens, de la Parole de Dieu & tous les autres Devoirs appartiennent aux Evêques, & aux Prêtres.* MIEG *L'Etat Nouveau de la Grande Bretagne Tome II. p. 433. Le Roi étant Chef de l'Eglise aussi bien que de l'Etat, (en quoi il a l'avantage sur tous les Princes Papistes) lui seul fait les Evêques par le choix des Chapitres, suivant son Congé d'elire. L'election faite, l'Evêque élu ne peut être consacré ni s'approprier les revenus de l'Evêché sans vn ordre exprés du Roi.* Plura multis exemplis illustrat Auctor Diatribes, *de antiqua Ecclesia Britannica libertate.*

** Extat hæc Bulla apud THOMAM FAZELLVM *de Rebus Siculis Poster. Decadis lib. VII. fin.* & LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. Prodr. p. 1.*

ra tua tempore, vel filii tui Simonis, aut alterius qui legitimus tui heres extiterit, nullum in terra potestatis vestra, prater voluntatem aut consilium vestrum, Legatum Romana ecclesia statuemus. Quinimo qua per Legatum acturi sumus, per vestram industriam Legati vice cohiberi volumus, quando ad vos ex latere nostro mitteremus ad salutem sanctarum ecclesiarum, qua sub vestra potestate consistunt, & ad honorem beati Petri, sanctaque eius Sedis Apostolica, cui devote hactenus obedisti, quamque in necessitatibus suis strenue & fideliter adiuuisti. Si vero celebrabitur concilium, & ibi mandauero quatenus Episcopos & Abbates tua terra mihi mittas, quot & quos volueris mihi mittas, alios vero ad seruitium ecclesiarum tuarum retineas. Hoc igitur fundamento nititur Tribunal Monarchiæ Siciliæ, quod adhuc locum habet. Testatur de hoc Siciliæ Regum Iure Gallorum Historicus, MICHAEL le VASSOR, * scribens: *Les Rois de Sicile sont depuis fort long-temps les seuls Papes de ce petit Roiaume. En vertu d' une certaine Bulle que le Pape Vrbain II. accorda, disent ils, à Roger Comte de Sicile & à ses successeurs, le Souverain du païs est Légat né du S. Siége. Son autorité spirituelle y est si grande, qu' il excommunie & absout par lui-même, ou par ses Magistrats, toutes sortes de personnes laïques & Ecclesiastiques, les Evêques, & les Cardinaux mêmes qui resident dans le Roiaume. Ce droit, dit-on encore, quoiqu' émané du S. Siége, est maintenant irrévocable: le Souverain le possede en propre. De maniére que le Roi d' Espagne est également Monarque pour le spirituel & pour le temporel en Sicile; il y a tous les mêmes droits, que le Pape a dans les païs de son obédience. Ieanne la Folle mere de Charles-Quint & plusieurs autres Princesses, aiant regné par elles mêmes en Sicile, chacune de ces Dames y a été le Sanctissimo Padre. Ce titre leur à été donné & à leurs Magistrats; elles ont pû en cette qualité presider aux Conciles Provinciaux & Nationaux, ou nommer des gens pour y presider en leur nom.* Dum igitur Cæsar Baronius Cardinalis Annalium Tomo vndecimo hanc Siciliæ Monarchiam Hispaniæ Regibus in dubium vocasset, tantum contra se Hispanorum odium concitauit. Septentrionales Sueciæ, Daniæque Reges, omne Sacrorum Ius in bona personasque Ecclesiasticas, ipsas etiam Ecclesias exercere, Reformationis in iisdem regnis Historia satis aperte testatur. In Comitiis enim Arosiensibus a. 1527. ** ipsi Episcopi adgnoscere necessum habuerant, quod antecessores abusi sint eminentia & priuilegiis officii, dum auderent se opponere Regibus & legitimo suo Magistratui. Quare etiam Gustauus Magnus ab initio statim Reformationis a. 1554. *** certa Decreta Ecclesiastica constituit. De hac igitur Aduocatia, licet sparsim quædam proponat Mågerus, omnia tamen ad Armatam refert, quæ nimis est generalis. Ignotum Mageri ipsius alias nomen erat, qui tamen, vt ipse auctor est, ab annis plusquam triginta, in diuersis tam spiritualibus quam secularibus Dicasteriis, maxime vero in Imperiali Camera Spirensi, consulendo, scribendo & patrocinando operam impendit. Inde Leopoldi Austriæ Archi-Ducis, Episcopi Argentoratensis atque Passauiensis factus fuit Consiliarius, a Ferdinando II. vti ipse in præmissa Dedicatione testatur, vna cum Liberis Nobilium Ordini adscriptus, atque Comitivæ Palatinæ dignitate exornatus. Ansam ad scribendum Tractatum huncce ipsi dedisse dicit ardua ac grauissima quædam in puncto amissi Iuris Protectitii controuersia ipsius patrocinio commissa, vt proinde multa ad hoc negotium congesserit. Probe de hoc Tractatus iudicat IO. HENRICVS BOECLERVS, qui, vbi de Aduocatiis agit, **** dicit: *hoc argumentum, ad exemplum perfecta tractationis excoluit Martinus Magerus a Schænberg de Aduocatia armata, vt vix opus sit alios citare.* Accedit huic Iudicio IO. CHRISTOPHORVS THILL, ***** addens: *vbi tamen vel verbo indicandum, quod laudatus Autor in illo toto libro non aliud quam mutuum Patroni & clientis erga se inuicem officium in protectionis munere ex instituto declarandum sibi sumserit, quam protectionem & clientelam ad Regimen Status subalterni in Iure Publico referimus.* Laus sua debita neganda MAGERO haut est, qui multo adparatu quidquid ad illustrandam hanc materiam conducere possit, congessit, & pro statu illorum temporum profert haut proletaria, Exempla etiam multa cura adfert, & Diplomata adducit. Verum, Leges veteresque Iureconsultos ad nauseam vsque adlegari videas, cum hoc primæ antiquitatis Germanicæ argumentum potius ex interioribus Historiæ monumentis debuisset declarari, quibus subinde destitutus fuisse, in eo etiam labi videtur, quod a Iure Aduocatiæ ad Iura Vogteiæ argumentum sumat, quæ tamen plurimum inter se distant. Adfert inde Diploma Caroli M. spurium fictumque, datum vt abferit Monasterio diuitis Augiæ. † Aliud autem quod Hirsaugiensi Monasterio ab Vrbano II. Papa fuit concessum, illustrat BESOLDVS. Nihilominus perutilem huncce Tractatum, ac nostra etiam ætate ad definiendas controuersias illustres esse proficuum, nemo forsan denegabit. Dum igitur ab eruditis, Viris etiam Illustr. Tractatus hic in Tabernis librariis sæpius frustra fuerit quæsitus, vtilem denuo publico operam præstitit Vir industrius, Io. Felix Bielckius dum, prout publicæ vtilitati hactenus prodesse cogitauerit, eundem etiam recudi faceret. Non defuissent equidem quæ ex Germanicarum Antiquitatum Thesauro moneri, suppleri, emendarique potuissent, cum tamen nec otium suppeteret, hæc saltim, ipso efflagitante, præfari duximus, atque hanc Tractationem Beneuolo Lectori pro merito commendare. Huic interim Præfamini ob materiæ rationem adiecta fuit CHRISTIANI FRANCISCI PAVLLINI *de Aduocatis Monasticis* Exercitatio, quæ ad Magerum supplendum plurimum conducit.

---

* *Hist. de Louis XIII. lib. I. p. 95.* Plenius vero LOVIS ELLIES DV PIN dans sa *Defense de la Monarchie de Sicile contre les Entreprises de la Cour de Rome a Amsterdam 1716. 8vo.*

** IO. BAAZIVS *Hist. Eccles. Sueo-Goth. lib. II. c. XIII. p. 225.* *** Hæc exhibet BAAZIVS *lib. II. c. XXX.*

**** *Not. S. Rom. Imp. lib. XVI. c. III.* ***** *diss. de Aduocatia Imp. Eccles. §. II.*

† *c. V. n. 431.* prout notauit PAVLLINI *de Aduocatis Monasticis §. VIII.*

CHRI-

CHRISTIANI FRANCISCI PAVLLINI

INSIGNIS QVONDAM HISTORICI

DISCVRSVS HISTORICO-POLITICVS

DE

ADVOCATIS MONASTICIS.

B. C. D.

§. I.

Monachus quis?

CVm Monachi extra *mundanarum rerum curam ad ſolam laudem DEI bonorumque operum actionem* conſtituti ſint, (a) ideoque *puram & humanis cogitationibus celſiorem vitam agere debeant, non vagari per populos, ſed eloquia diuina addiſcere, eademque meditari & docere*, (b) & tamen ex liberalitate Principum, aliorumque fidelium villas, ciuitates, imo ampla territoria, cum omnibus iuribus & priuilegiis, obtinuerint, nefas vtique & religio erat, ἑνὸς δὲ ἐστι χρεία, (c) immemores huiusmodi ſecularibus turbis, rixis, rebusque œconomicis ſeſe implicare. Oportet enim Epiſcopos *curis ſecularibus expeditos* curam ſuorum agere populorum, nec ecclesiis ſuis obediſſe diutius. Ipſi enim, iuxta Paulum Apoſtolum, peruigilant, tanquam rationem pro animabus eorum reddituri. (d) Hinc Imperatores Regesque Romani, ab æuo Carolino vsque ad Ottonis IV. tempora, ceu *Supremi Aduocati & Patroni Eccleſiarum, als Ober-Voigte und Schirm-Herrn der Chriſtlichen Kirchen*, (e) (qui etiam Aduocatias monaſticas inter *regalia & reſeruata* ſua olim retulerunt, vt ex *Dodechino*, (f) *Vrspergenſi*, (g) *Kranzio*, (h) aliisque ſatis liquet,) pia intentione iis dederunt *Aduocatos*, ſeu Vice-Dominos, *Innocentii IV.* verbo, defenſores, *edle Voigte und Schirm-Herrn*, non *prædatores*, (i) laicos tamen & potentes Viros, Principes, Comites, aut Milites, aliquando Vaſallos monaſteriorum, (k) qui non *pro terreno commodo, ſed pro DEI amore, ac peccatorum venia, nec non æterna beatitudinis mercede aduocatiam ipſam bene habere cupiant & tractare*, dicente *Honorio II.* (l) vt quod non præualeret ſacerdos efficere *per doctrinæ ſermonem*, poteſtas hoc impleret per *disciplinæ terrorem.* (m) *Volumus*, ait Carolus M. (n) *pro eccleſiaſtico honore & illorum reuerentia Aduocatos habere.* Næ ex canone XCIX Affricanæ Synodi, poſt Conſulatum *Stiliconis*, inducta eſt *Aduocatorum* defenſio pro cauſis Eccleſiæ, (o) ſi Autoribus credas.

Aduocati Eccleſ.

§. II. Sic Otto I. Imp. A. C. DCCCCXLVIII. *Lambertum*, Comitem Louanienſem, Abbatiæ *Gemblacenſis* in Brabantia conſtituit *Aduocatum.* (p) Scilicet Otto locum illum, cum omnibus ad ipſum pertinentibus, ab omni ſecularium, tam maiorum, quam minorum, dominio perpetuo immunem fecit, ſolique Regiæ defenſioni ſubiectum. Verum (ſubdit) quia Fratribus eiusdem loci (ſi quando incumberet aliqua neceſſitas) graue nimis eſſet, propter longinquitatem terrarum, præſentiam Regis ſemper adire; cum electione ipſius Domini *Wiberti*, & Abbatis, & Fratrum, dedimus *Aduocatiam* Abbatiæ de *Gemblones Lamberto*, Comiti Louanienſi, Viro forti & bellicoſo, qui, *vice noſtra*, contra omnium inquietationem *adiutor* ſit ac *defenſor.* Et *Fridericus III.* Imp. Epiſcopo Herbipolenſi *aduocatiam* cœnobii Benedictini *Comburgenſis*, ſeu *Camburgenſis*, in huius Diœceſi ſiti: *Carolus V.* protectionem monaſteriorum Comitatus *Wertheimenſis* Comitibus eiusdem in feudum commiſit: (q) *Ludouicus Pius* in ipſa fundatione *nouæ Corbeiæ* anno DCCCXXII. potentes Rugrauios *Daſſelenſes*, Illuſtris Monaſterii Vaſallos, iure hæreditario conſtituit fecitque *Nobiles Aduocatos.* Manſit etiam ſplendidum hoc officium (*edle Voigt-Ammt*) penes Comites *Daſſelenſes*, ab A. C. DCCCXXII. vsque ad MCCCXXIX. i. e. integris annis DVII. Queîs demum extinctis, præter ſolum, vti crediderant, *Bernhardum III. Henricus II.* Comes *Woldenbergenſis*, Antiſtes Hildeſienſis XXXIV. conſentiente *Bernhardo* Daſſelenſi, ex inſtinctu coniugis ſuæ, præfati Epiſcopi ſororis, quæ cum marito in ſterili connubio vixerat, ad ſe pertraxit oppidum *Daſſel*, caſtrumque *Hunnsrück*, cum omnibus pertinentiis, ab *Henrico Lützelburgico* Imp. non abs Abbate Corbeienſi, in feudum ſibi data. Quod cum in præiudicium Corbeiæ damnumque peregrinantis *Simonis*, *Bernhardi* fratris, (quem mendax rumor defunctum tulerat,) vergeret, vtique *Simon*, ad ſuos tandem reuerſus, vna cum Cœnobiarcha Corbeienſi *Diterico I.* ex gente *Dallwichia* ſato, fortiter reſtitit, Præſulemque *Henricum* a quieta poſſeſſione depulit. Hinc fœdæ ſimultates liteſque Corbeiam inter ac Hildeſiam ob hoc feudum. *Chron. Hildeſienſe MS.* ait: Anteceſſorem *Henrici Sigfridum II.* Dynaſtam Querfurtenſem, bona hæc Daſſelenſia emiſſe, ipſumque *Henricum* tantum confirmationem emtionis a *Lützelburgico* petiiſſe & obtinuiſſe. Idem chronicon aſſerit: *Adalogum*, Epiſcopum Hildeſienſem XXV. Comitatum Daſſelenſem a *Salome*, Ottonis Vidua, cum conſenſu *Friderici I.* Imp. emiſſe, eodemque iure Comitatum *Homburgicum* acquiſiuiſſe. (r) Sed vide ſis *Ioannem Letznerum* (s) rem aliter narrantem.

Gemblacenſ.

Comburg.

& Corbeienſ.

inde lites.

§. III.

(a) Tot. tit. X. ne Clerici vel monach. ſec. negot. ſe immiſc. (b) Henr. Petræus lib. de Monaſt. p. 53. (c) Luc. X. 42. (d) Dodech. append. ad Mar. Scot. ad an. 1110. (e) R. I. Colon. an. 1512. & R. I. Ratisbon. an. 1541. (f) ad ann. 1110. (g) ad an. 1111. (h) L. V. Saxon. c. 32. (i) Otto I. in dipl. anno 948. Abbatiæ Gemblacenſi dat. (k) Lehman. chron. Spirenſ. L. II. c. 36. (l) in confirmatione fundationis Monaſt. Denkhendorfenſis dat. anno 1124. (m) Iſid. de Prælat. p. 14. edit. Geneu. 1601. (n) Conſtit. c. 3. (o) Renat. Choppin. de Sacra Politia L. I. tit. 7. num. 18. f. 114. Lindenbrog. verb. Aduocatus. (p) vid. dipl. in Cod. donationum piarum Auberti Miræi c. 23. (q) Mager. de Aduocat. armat. c. 9. num. 775. ſeq. Eraſm. Chokier de Aduocat. feudal. (r) vid. etiam Bucelin. Germ. ſacr. P. I. pag. 18. B. Chron. Hildeſ. Reutal. in hiſt. Adalog. & Henr. II. (s) L. I. chron. Daſſel. c. 7. p. 7. B. & L. II. c. 2. p. 19. A.

§. III. *Simone* tandem *Dasselensi*, vltimo Gentis suæ, rebus caducis exemto, successor & cognatus *Henrici Otto II.* etiam Comes *Woldenburgensis*, prænominatum oppidum *Dassel* cum Præfectura *Hunsrück* & silua *Sollingensi*, aliisque pertinentiis, in possessionem quidem recepit; at *Henricus IV. Spigelius*, Abbas XXXVIII. eo rem perduxit, vt Hildesienses Episcopi Abbatem Corbeiensem, intuitu huius Comitatus *Dasselensis*, pro legitimo feudi Domino habere & reputare tenerentur, inque memoriam & recognitionem huius rei, officium *Nobilium Aduocatorum* iis commissum, vi cuius per Subdelegatos singulis annis in festo S. *Viti* Abbati Corbeiensi ministrarunt, præferentes eidem *argenteum* pedum, dantesque Monasterio *duos ceruos*, in pignus feudi Sollingensis, circa eandem solennitatem. (t) Mansit etiam hæc dignitas penes Hildesienses CXCII. annis. Sed anno MDXXI. vna cum oppido *Dassel* & castro *Hunsrück* ad Serenissimos Duces Brunsuicenses lineæ Wolfenbyttelensis deuoluta est.

composita,

§. IV. Ecclesiæ *Mindensis* Aduocati olim erant *Nobiles de monte, tom Berge*, etiam *Schalchesberg* dicto, quæ arx in Orientali Visurgis ripa fuit haud procul ab vrbe Minda. (u) *Schalck* idem erat ac *seruus*. Inde *Mariscalcus*, seu *Mareschalcus* & *Seneschalcus*. *Marc* est equus *eine Mahre*, *schalck* seruus, & ita *Mareschalcus* ἱπποδοῦλος, equorum administer, qui equorum curam gerit. (w) *Seneschalcus* armenti custos est. Honestiorem postea significationem nacta hæc dictio. Denotat enim regiæ mensæ, seu familiæ Præpositum *Seneschalck*, seu *Sineschalck*, & composita est ex *Sin*, seu *Gesin*, aut *Sind*, vel *Gesind*, i. e. familia, & *Schalck*, seruus, minister, vt sit *Magister domus*, *Administrator rerum familiæ necessariarum*. (x) *Claudius Lamoraldus Alfonsus de Ligne*, Seneschallus Hannoniæ vulgo vocatur, & haud ita pridem altercatione, quæ inter eum & *Heinricum Howardum*, Ducem *Norfolciæ*, genere Anglum, Bruxellis exarsit, quamque more seculi armis expedire gestiebat, materiam scribendi Nouellarum compilatoribus præbuit. (y)

Schalchesberg.

Seneschalcus,

§. V. *Eberwinus*, Comes Bentheimii & Steinfurti, duxerat *Annam*, infausti *Conradi*, vltimi Comitis Tecklenburgici, & Dynastæ Rhedensis, filiam, ex qua suscepit *Arnoldum* qui tres Comitatus *Bentheimensem*, *Steinfurtensem* & *Tecklenburgensem* simul complexus, matrimonio sibi iunxit *Magdalenam*, *Humberti*, Comitis Nuengarii & Limburgi filiam, a quo nouis ditionibus auctus est: neque enim solum dotis loco tres cum ea dynastias, *Bedburn*, (Bethbar) *Alpen & Helfenstein* accepit, sed etiam, mortuo anno MDLXXXIX. sine liberis affine *Adolfo*, *Lenepium* Baronatum, & Comitatum *Limburgicum*, ad Laynam in Westfalia situm, assentiente Domino directo, sibi asseruit; Præterea *Aduocatiam* hereditariam Coloniensis Diœces. quæ penes *Nuenarios* fuit, obtinuit. Atque ratione huius *Aduocatiæ* nullam Coloniæ executionem criminalem fieri posse, nisi prius malefici per noctis vnius spatium in potestate Comitis *Bentheimensis* fuerint, qui etiam ea propter Vicarium Coloniæ iuri suo tuendo habeat, *Sprengerus* refert. (z)

Eberwin. C. Bentheim. & Steinfurt

§. VI. Imperatorum vero Germanorum temporibus mos inualuit, vt Episcopi, Principes, Comitesque, cum in terris sibi subiectis Ecclesias & Monasteria conderent, ius *Aduocatiæ* sibi heredibusque suis in iisdem reseruarent. (a) Certe *Adelbertus*, S. Bremensis Ecclesiæ Metropolitanæ Archi-Episcopus, Fratresque eius *Dedo* & *Fridericus*, Palatini Præsides, in constructione cœnobii *Gozekensis* Ord. Benedict. Monachis quidem liberam electionem Abbatis, secundum timorem DEI & regulam B. Benedicti, permittebant, sic tamen, vt electus Archi-Episcopo Bremensi præsentaretur, & per Eum loco huic præponeretur. Quisquis etiam in eorum stirpe laicus ceteris ætate prouectior fuerit, huic loco *Aduocatus* constituatur. Deficiente vero tali in familia laudata, quemcunque Abbas cum consilio fratrum ad defensionem & vtilitatem loci expetierit, hunc Antistes Bremensis *Aduocatum* constituat. *Qui* Aduocatus *non, quæ sua sunt, quærat, nec populum suæ tuitioni commissum violentus aut iniuste opprimat, sed omnia cum consilio Abbatis agat, atque disponat, nec extra eius voluntatem aliquid in populo præsumat.* Datæ sunt fundationis tabulæ III. Kal. Octobr. anno MLIII. Ind. III. Episcopatus Domini Adelberti anno VIII. Act. Gozeka in Christi nomine Amen. (b) *Wicpertus*, Marchio Groizensis, licet insigne cœnobium *Pegauiense*, eiusdem congregationis Benedictinæ, a se conditum Apostolicæ Sedis iuri in perpetuum mancipavit, *aduocatiam* tamen eius ipse habiturus excepit. (c) Fundatores Monasterii *Lauterbergensis*, regulæ Augustinianæ, (non Benedict. vt Bucelin. vult, (d) hoc etiam specialiter sibi reseruarant, vt semper filiorum heredumque natu maior *Aduocatus* eiusdem ordinarius foret, nec *aduocatia* vlli vnquam iure feudi concederetur, nec *aduocatus* aliquid seruitii secularis, extra placitum Fratrum, in rebus Ecclesiæ quasi ex iure sibi vsurpare auderet, confirmante hoc *Honorio* Papa II. (e) Cum *Bertoldus II.* Comes Hennebergicus, cum consensu vxoris, filii, filiarumque suarum, circa A. C. MX. illustre Monasterium *Gottesau*, situm in Francia, in pago, qui dicitur *Albgaue*, iuxta fluuium *Albam*, in Comitatu *Forcheimensi*, Diœces. Spirens. conderet, serio voluit, vt *Aduocatus* tantum e sua familia eligeretur, quamdiu dignus & aptus quis ad hoc munus in ea reperiatur, a Cæsare postea confirmandus. (f) *Godebaldus*, etiam Comes Hennebergicus, huius nominis III. cum vxore *Luckbarde*, & ex vnanimi consensu heredum suorum, pro amore Christi, & propter sanctæ vitæ perennitatem, quendam proprietatis suæ locum (qui a nomine vicini

reseruatio Aduocatiæ.

Gozekens.

Pegau.

Lauterb.

Gottesau

(t) Id. L. I. c. 3. & 15. & L. II. c. 2. nec non in hist. Ludou. Pii edit. sec. c. 14. & 21. (u) vid. not. m. ad chron. Hildes. Reuterl. sub Gerhard. Episc. XXXIX. & chr. Mind. Watensted. sub Witek. II. & Otton. III. Conf. Meibom. not. ad chron. Schaumburg. T. I. rer. German. p. 585. & T. II. p. 227. (w) vid. lexic. Martin. (x) Id. l. c. (y) vid. Aut. Notit. Procer. S. R. I. L. V. c. I. §. 6. p. 744. edit. Tubing. 1684. (z) L. III. Iurispr. publ. c. 31. §. 5. (a) Lehman. chron. cit. L. IV. c. 1. (b) vid. libell. de fundat. Monast. Gozecens. a Mader. edit. & chr. Lauterberg. annex. p. 210. seq. (c) chr. Pegauiens. ad ann. 1106. (d) Part. II. G. S. p. 53. B. (e) chr. Lauterb. ann. 1127. (f) Spangenberg. L. I. chron. Henneberg. c. 39.

Vesseran. cini fluminis *Vessera* nomen accepit) manu emisit, & diuino seruitio circa A. C. MCXXXVIII. assignauit, eundemque Regularium Clericorum Monasterio initians, sub B. Mariæ patrocinio dedicari postulauit, dicente *Ottone*, Ecclesiæ Bambergensis Episcopo. *Aduocatiam* vero huius cœnobii *Vesserani* Gottwaldus Fundator sibi suisque heredibus reseruabat annuente Præsule. *Es hat aber Graff Gottwald die Vogtey des Klosters Vessera für sich behalten, und mit des Bischoffs zu Bamberg Wissen, Willen und Confirmation es also verordnet, daß der Convent zu Vessera allzeit einen Vogt aus seinen Erben und Nachkommen erwehlen solte. Vnd daß alsdenn derselbige, den sie dazu ordnen würden, und kein anderer ihr Kasten-Vogt und Advocat seyn solte.* (g) Quia *Folckenandus* de *Stowfen* fundator erat Monasterii *Adelbergensis*, Diœcesi. Constantiensis, ideo voluit *Fridericus I.* Imp. in confirmatione fundationis & immunitatis istius cœnobii, (h) vt nullum habeat *Aduocatum* præter illum, qui est vel erit Dominus de *Stowfen*. *Albertus & Ludouicus*, Fratres Comitesque *Hackebornenses*, conditores cœnobii *Hedeslebiensis* Monialium reformationis Cisterciensis in Diœcesi Halberstad, istud quidem ab omni iure *Aduocatiæ*, seu actione qualibet iugiter absoluebant, præterquam in occisione cuiuslibet, super quo debet *indicium sanguinis* ventilari. In quo casu, aiunt, nullum alterius dominium peti volumus aut requiri, cum ad nos solos claustri memorati & Dominarum ibidem Domino famulantium iure spectet defensio & tutela. Dat. in Wipera anno MCCLXV.

Adelberg.

Hedesleb.

§. VII. Vel ipsi Abbates, Abbatissæ, & Episcopi, speciali Principum fauore, *Aduocatos* eligebant, & inutiles rursus remouebant. Hinc *Burcardus II.* Præsul Halberstadensis XII. conditor cœnobii *Huysburgensis*, cœtus Benedictini, anno MLXXXIV. Kal. Nou. Ind. VIII. anno ordinationis suæ XXV. ita: *Concedimus, vt etiam Abbas loci ipsius sibi* Aduocatum *prudenter eligendo constituat, quem causa animæ suæ in necessitatibus suis indeficienter adesse considerat*, confirmante hoc, verbis non mutatis, *Reinardo* Episcopo A. C. MCXVIII. Kal. Nou. Indict. XI. *Et si* (est huius additamentum) Aduocatus *aliter, quam decet, agens, loco* incommodus *extiterit, permittimus industria Abbatis, vt Episcopi sui, & aliorum DEI amicorum auxilio*, illo remoto, *auctoritate Apostolica*, idoneum *sibi prouideat. Qui subrogatus nullum ab Episcopo seruitutis debitum pro* Aduocatia *rependere cogatur: sed vterque pro defensione loci æternam remunerationem & speret & consequatur.* Eadem verba repetunt verbis Reinhardianis *Vdalricus* anno MCLVIII. Indict. V. Pontificatus sui anno VII. *Degenone* Abbate Huysburgensi Monasterio præsidente, anno vero Sedis eius tertio, & *Gardolfus* (al. Bertholdus & Gerholdus) anno MCXCVI. Pacem minasque suas addunt *Alexander III.* (non *Leo*, vt *Bassaus* vult) & *Cœlestinus III.* anno MCXCVII. Qui posterior anno Pontificatus sui VII. ita: *Abbat volumus, vt quicquid super* Aduocatorum *institutione amotioneue ipsius Abbatiæ a bona memoria* Borchardo, Reinardo, Olrico, *& aliis Halberstad. Episcopis, rationabiliter est statutum, & eorum auctenticis continetur, firmum futuris temporibus habeatur & inuiolabiliter obseruetur.* In priuilegio *Caroli Crassi*, longe antea Ecclesiæ Paderbornensi dato, nimirum anno DCCCLXXXVII. XI. Kal. Octobr. hæc leguntur verba: *Hominibus quoque famulatum eiusdem monasterii facientibus in* Hursteromarcu, *qui Saxonice* Malmann *dicuntur, prædictum mundeburdum & tuitionem nostram constituimus, vt etiam coram nulla iudiciaria potestate examinentur, nisi coram Episcopo, vel* Aduocato, *quem eiusdem loci Episcopus elegerit.* (i) In tabulis *Ottonis M.* Imp. datis Ecclesiæ, *Mindensi* anno DCCCCLXI. Indict. IV. eadem reperies verba. (k) *Insuper concedimus eidem Abbatissæ*, (Kaminadensi in ripa Visurgis,) *vt nullus Marchio, nullus Comes, nullaque nostri Imperii magna vel parua persona in ea placitum facere, vel publicam functionem exigere præsumat, nisi* Aduocatus, *quem Abbatissa, quæ tunc temporis fuerit*, cum Sanctimonialium consensu, eligere voluerit, ait *Conradus II.* A. C. MXXIV. Indict. VII. VI. Febr. In confirmatione immunitatum Monasterii *Reinhardifontani* ab *Henrico III.* Imp. a. MLXXXVI. Ind. XII. Moguntiæ facta inter alia sic: Aduocati *tutela, quando & ipsa videtur eis necessaria, prædictus* Comes *sicut ab eisdem Fratribus est* electus Aduocatus, *quamdiu vixerit, permanebit, & ex posteris eius*, qui idoneus *huic dignitati fuerit. Nullus tamen vnquam* Aduocatus *esse præsumat, nisi quem Fratres* communi consilio prouiderint eligendum. *Qui si illorum & Monasterii* per omnia studeat commoditatibus, *diligatur ab omnibus. Sin autem* auarus, *nec illorum commoda, sed* sua quærens lucra, *habeant potestatem alium sibi eligere, & hunc, ex auctoritate Petri & Pauli, reprobare. Hic itaque, Abbate petente, a Rege accipiat bannum legitimum, & ter in anno, si necesse fuerit, vbicunque vel quando Abbati placuerit*, inuitatus *ab illo veniat, & ibi placitum iustum pro necessitatibus & causis Monasterii rite peragat, nullum vero aliud seruitium, ius aut beneficium sibi per hoc concedi cognoscat, nisi* tertium bannum, *&* consuetudinariam iustitiam, *videlicet super* fures, proteruiam, *& cetera talia, magisque inde, quod præcipuum est, æternam omnipotentis DEI speret retributionem. Nullo modo, nisi* Abbate volente & aduocante, *bona & loca Monasterii suis frequentibus temerariis & sine causa adeat, vel attingat, nec præsumtuosus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat, nec* Subaduocatum *pro se faciat, nec omnino aliquam calumniam, seu peruasionem Monasterio aut familiæ faciat.* In fundatione Monasterii *Anhusani* anno MCXLIII. facta, *Walterus*, per misericordiam DEI S. Augustensis Ecclesiæ Minister, ita: *Nullus ibi sit* Aduocatus, *nisi quem Abbas* saniori Fratrum suorum consilio *vbinis elegerit. Honorius II.* in confir-

Electio Aduocati, Huysb.

Paderb.

Mind. Kaminad.

Reinhardsfontani.

Anhusan.

(g) Id. L. II. c. 8. p. 87. (h) de anno 1181. (i) Vid. Monum. Paderborn. edit. prim. p. 107. (k) vid. diploma Tom. I. rer. German. Meibom. p. 740. seq. & p. 745. ac chron. Episcopor. Mindens. Anonym. a Pistorio edit. annex. diplom. num. I. II. &c.

confirmatione fundationis huius sic: *In* Aduocati *autem vestri electione Abbas liberam habeat potestatem, cum* Fratrum suorum consilio, *talem eligere, quem ad* defensionem libertatis Monasterii bonum & vtilem *esse cognouerit. Cælestinus II.* anno MCXLIII. & *Eugenius III.* anno MCXLIX. in hunc modum: *Liceat autem Vobis* communi consilio Aduocatum, *quem ad* defensionem eiusdem Monasterii vtilem esse *noueritis, libere eligere, ipsumque, si inutilis apparuerit, remouere, & alium, quem vtiliorem prouideritis, substituere.* In fundatione Monasterii *Laureacensis*, vulgo *Lorch*, Ord. S. Bened. Dioecet. Augustan. *Fridericus*, Sueuiæ & Franconiæ Dux, hanc quoque addidit conditionem, vt quisquis suæ cognationis *senior* extiterit, *defensor & Aduocatus* loci permaneat. (l) Fuit *Fridericus* ille Baro de *Staufen*, cui *Henricus IV.* Imp. pulso *Rudolfo* de *Rheinfelden* Anti-Cæsare, Sueuiæ & Franconiæ Ducatum commisit, simulque generum elegit. (m) Eiusdem *Friderici* Nepos erat *Fridericus Barbarossa. Si autem forte* (ait hic Imperator anno MCLIV. indict. II.) *a stirpe parentali dilapidando, distrahendo, sibi emancipando dotes Ecclesiæ, aberrauerit*, communi Fratrum *prædictorum* assensu *alius idoneus eligatur.*

Laurea.

§. VIII. Affert *Magerus de Aduocatia armata* (n) diploma Caroli M. sed spurium fictumque, datum, vt asserit, Monasterio *diuitis Augia*. In hoc meminit *Adelberti*, cognati Regii, ceu *Aduocati & defensoris* laudati cœnobii. Verum solide confutatum est a *Conringio* (o) in *censura Diplomatis Ludouiciani*, dati (Dîs si placet) Monasterio *Lindauiensi*. Eiusdem furfuris ipsum diploma *Lindauiense* est, cuius verba huc spectantia appono: *Idem autem* Aduocatus *bis in anno, semel in æstate, secundò in hyeme, placitum habeat, sed vltra duodecim equos nullum adducat, & tunc honeste procuretur. Quicquid placitando acquisierit, duæ inde partes erunt Abbatissæ, tertia* Aduocati. *Nullum domus DEI seruientem, sine Abbatissæ vel ipsius consensu, ad iudicium cogat. Nullum de familia, sine iusta sociorum suorum deliberatione, damnet, vel coherceat. Nullum* subaduocatum, *vel exactorem, sine Abbatissa permissione, sibi constituat. Nihil priuati muneris vel seruitii a quolibet loco, siue curte, siue acella ruris, quasi ex debito & statuto sibi iure exigat. Mansiones, seu pernoctationes vndique in locis eiusdem monasterii frequentare caueat. Quod si vltra statutum nostrum alicubi placitare voluerit, ipse de tertia sui parte ibidem sibi contingente prouideat, quod ad sumtum habere debeat. Nisi forte aliqua de causa ab Abbatissa illuc vocetur, a qua tunc decenter sibi exhibeatur, quod oportet. Proinde si quisque* Aduocatus *hæc statuta obstinata audacia transgressus fuerit, nisi sane resipuerit, sexaginta libras auri optimi, triginta Palatio nostro, triginta supradicto Monasterio persoluat, & ipsa* Aduocatia *cum ceteris commodis in perpetuum careat.* (p)

diplomata ficta.

§. IX. Iamtum *Aduocati* vsque adeo molesti & graues non erant cœnobiis, vt tot & tanta vincula iis iniici debuerint, quæ sane omni carent exemplo istius æui. Datæ quidem sunt aliquando *Aduocatis*, vna cum cura monastica, leges, sed tam duræ variæque tempore *Ludouici Pii* nullibi reperiuntur. Verum cum post πολιτικώτατον *Conringium*, Iusti & æqui Patronum, (q) Historicus nuper Ducalis Saxonicus, D. *Caspar Sagittarius*, (r) fabulam hanc candide examinauerit, lectorem ad eosdem amando. Nec tantillum fidei meretur diploma *Vitenburanum*, triplex *Aduocati* iuramentum enarrans, quod falsissimum est. (s) Leges Monasterio *Gottesau*, a *Bertoldo* Hennebergico Fundatore prudenter præscriptas, ipsius verbis narrabimus. (t) *Es solte aber der Convent iederzeit einen Voigt aus Graff Bertholden Nachkommen erwehlen, so fern einer aus denselben dazu tüchtig: Wo nicht, alsdenn anderswo einen suchen. Vnd denselben solte hernach, auf des Abbtes Bitte, der Kayser bestätigen, mit freyer Gewalt iæhrlich drey Send oder Synodos zu halten, da es Noth, im Kloster, oder wo der Abbt will und begehrt, in rechtlichen Sachen, das Kloster und dessen Zubehœrung belangend. Vnd davon sol der Voigt keine Miethe oder Gabe nehmen, noch ihme gegeben werden, ohne das dritte Gebot, und was in andern Klœstern die Voigte nach gewæhnlicher Gerechtigkeit haben, auf einen ieglichen, der dreyer Rechts-Tage einem, ein Malter Frucht, ein Frischling, ein Eymer Weins, und ander Ding dazu gehœrig. Sonst sol der Voigt dieses Kloster mit Vberfall nicht bekümmern, es sende denn der Abt nach ihme. Soll auch ausser den dreyen Synodis keinen Rechts Tag auf des Klosters Boden halten, auch nicht über Nacht im Kloster bleiben, ohne unvermeidliche Noth und Ehehafft. Soll auch nicht Macht haben einen Unter-Voigt zu setzen, noch einigen Wiederdrieß, oder Beschwerung, dem Kloster, noch dem Abt, noch dem Convent zu verfügen. Thæte ein Voigt hiewider, den soll der Abt stracks zu entsetzen, und einen andern zu erwehlen ohne Einrede Macht haben. Diese Ordnung hat Graf Bertold selbst also gestellt, und dem Kloster übergeben.* Sic autem dedimus ei (Lamberto, Comiti Louaniensi,) aduocatiam istam, vt nunquam ipse Comes, vel Successores sui, in Abbatia, vel in villis ad eam pertinentibus, aliquid accipere, aut per potentiam exigere debeant, præter *ius & beneficium sibi constitutum*, ait *Otto I.* in diplom. cit. In instauratione Monasterii *Hirsaugiensis* concedit etiam Comes *Adelbertus de Calwe* præfatæ cellæ (S. *Aurelii*, at quanta cella, in qua CCC. Monachi simul vixere,) *Aduocatum* aliquem de posteris suis fieri, si tamen loci ipsius Abbas, cum consilio Fratrum, talem inter eos invenerit, qui sicut ipse Comes nunc, non pro terreno

leges Aduocatorum.

& prædia.

Hirsaug.

com-

(l) Vid. Crus. P. II. L. IX. c. 2. f. 308. ann. Suev. (m) Lehman. chron. Spirens. L. V. c. 34. f. 467. (n) c. V. num. 431. (o) c. X. p. 166. seqq. (p) Vid. censur. Conring. c. 2. p. 9. seq. & c. 16. p. 305. (q) censur. cit. per tot. (r) in antiquitat. Lacus Bodamici c. 8. §. 20. seqq. (s) Conring. l. c. p. 307. seqq. (t) Chron. Henneberg. L. I. c. 39. p. 75.

commodo, sed pro æterna mercede sollicitus & studiosus, bona & constitutam Monasterii libertatem & iustitiam defendere voluerit. Sin autem aliter fecerit, *aptum & vtilem Aduocatum*, vndecunque sibi placuerit, eligat. Hic denique, Abbate petente, a Rege accipiat bannum legitimum; vt ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipsam cellam, aut vbicunque, vel quando Abbati placuerit, inuitatus ab illo veniat, & sibi *placitum iustum*, (*einen ordentlichen Rechts-Tag*) pro causis & necessitatibus Monasterii, rite peragat. Nullum autem aliud seruitium, ius aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi tertium bannum, (*den dritten Theil der Strafen*) & consuetudinariam iustitiam, & legem, quam ceteri *Aduocati*, in aliis liberis Monasteriis habent. Et in illis trium placitorum diebus, in vnoquoque *vnum maltrum de frumento, & vnum friskingum, & vnum sicilum de vino*, & cetera adhuc pertinentia &c. Præterea Idem constituit, quod, nisi Abbate volente & aduocante, bona & loca Monesterii suis frequentiis temerariis & sine causa minime adeat, vel attingat; nec præsumtuosus in eis placitum quodlibet, aut pernoctandi licentiam habeat; Nec *Sub-Aduocatum* pro se faciat, nec omnino aliquam absque ratione calumniam, peruasionem, aut iniuriam Monasterio, Abbati, aut familiæ faciat. Si autem, non vt *Aduocatus*, sed potius calumniator & peruasor Monasterii fuerit, omnino potestatem habeat Abbas, cum consilio fratrum, hunc reprobare, & alium sibi vtiliorem vndecunque eligere. (u) Eodem ore sermocinatur *Vrbanus II.* (w) Sub *Henrico III.* anno MCIII. in Concilio *Ratisbonensi* taxabatur salarium *aduocaticum*, vt esset tertia pars mulctarum, quod & vbiuis pene terrarum receptum attestatur *Chokier*. (x)

§. X. Næ melioris monetæ sanctiorisque fidei sunt literæ *Adelberti* Moguntini, quarum summam subnecto:

litera Archi-Episc. Mog.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, *Adelbertus*, DEI gratia Mogonciensis Archi-Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus, omnium tam præsentium, quam futurorum fidelium notitiæ tradimus, qualiter *Ernst*, Abbas Venerabilis Monasterii Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis, Sanctique Iohannis Euangelistæ, quod situm est in loco, qui *Reginberisbrunnum* dicitur, atque Serenissimus Comes *Ludowicus*, eiusdem Monasterii *Aduocatus*, pactum ineuntes constituerunt, vt idem Comes, & quicunque post eum *Aduocatus*, secundum priuilegia Romanorum Pontificum, quæ apud idem cœnobium seruantur, electus fuerit & constitutus, pro cunctis, quæ iuris sui videntur, duo tantum per singulos annos talenta, vnum in natali Sanctæ *Walpurgæ*, alterum ad festum Sancti *Michaëlis*, a Fratribus accipiat, & de cetero nihil amplius, quam æternæ retributionis præmium expetat. Non *Sub-Aduocatum*, absque consensu Abbatis & Fratrum, pro se constituat, nullum placitum super alicuius rei negotio in aliquo ipsorum *ditionis* loco, nisi forte Abbate petente & Fratribus, agat. De *furto* autem & *proteruia*, cum rei necessitas postulauerit, quando & vbi voluerit Abbas, eodem *Aduocato* præsidente, rite discussio fiat, & quicquid exinde, æquitatis dictante iudicio, prouenire potuerit, tertia pars ipsius *Aduocati*, reliquum Abbatis & Fratrum erit. Bona Monasterii suis temerariis frequentiis non adeat, nullum ex familia, nec eos, qui bona Monasterii incolunt, violenter opprimat, vel bona eorum iniuste diripiat &c. Actum Erpesfurt anno ab Incarnatione Domini MCXXV. Indict. III.

§. XI. *Emtum* deinde *venditumque* hoc officium & dignitas *Aduocatia* non modo ab *Aduocatis*, sed ipsis Abbatibus, seu Monasteriis. Prius probant literæ *Gardolfi*, Episcopi Halberstad. anno MCXCVII. *Henricus* & *Ludolfus* ab *Eylensted*, fratres, iure hereditario *Aduocatiam* monasticam *Huysburgensem* sibi vendicabant, quia Pater eorum iamiam decessurus eam adhuc tenebat. Abbas vero *Henricus I.* ordinationem eius penes se consistere asserens, tradidit eam *Sigfrido*, Comiti *Blanckenburgico*. Renunciarunt tandem *Eylenstedenses* omni iuri, quod in ea videbantur habere, obtinentes, consilio *Gardolfi*, a Monasterio, in recompensationem pecuniæ, quam Parens eorum minus caute pro *Aduocatia* dederat, XCV. marc. Distinctius cuncta videbis ex ipsis literis:

Aduocatia emts.

lit. Gardolf. Halberst.

IN nomine S. & Indiuiduæ Trinitatis. *Gardolfus*, DEI gratia Halberstadensis Episcopus in perpetuum. Quæ ratione pacis & concordiæ inter mortales aguntur, & maxime ea, quæ ad commodum & profectum pertinent Ecclesiarum, digne priuilegiorum roborantur testimonio, ne labente tempore, ipsa quoque in obliuionem labantur posterorum. Nouerit igitur futuræ posteritatis Vniuersitas, quod temporibus nostris inter *Huyesburgensem* Ecclesiam, & quosdam Ecclesiæ nostræ Ministeriales, videlicet *Hinricum de Eylenstede*, & *Ludolfum* Fratrem ipsius, super *Aduocatia Huyesburgensi* grauis exorta est controuersia. Præfati enim Fratres eo, quod Pater ipsorum eandem *Aduocatiam* aliquandiu possederat, & in extremo vitæ suæ positus, adhuc in possessione eius erat, ipsam sibi vendicabant. Dominus vero Abbas eiusdem *Aduocatia* ordinationem penes se consistere, & ipsam pro commodo Ecclesiæ suæ, & voluntatis suæ arbitrio, locandam asseruit, quod multiplici priuilegiorum suorum testi-

(u) Vid. documenta rediuiu. Monast. præcip. in Ducat. Würtenberg. Tubing. 1636. & quidem p. 516. (w) & p. 543. seq.
(x) de Aduocat. quæst. 59.

testimonio *Alexandri* Papæ, Venerabilium quoque Prædecessorum nostrorum, Halberstadensium Episcoporum, piæ memoriæ *Borchardi*, *Reinhardi*, *Odobrici*, euidentissime demonstrauit. Cum ergo vtraque partium ita iuri suo inniteretur, & vtrimque damna & incommoda plura perciperent, Nos pro vtraque partium dolentes, sicut debita sollicitudinis cura nos traxit, antequam causa mali vlterius inualesceret, partes nostras interponere dignum duximus, & licet sæpius in eodem negotio ante nostra frustrata deuotio, attamen per DEI gratiam, de vtriusque partis consensu, omnia sub certa compositionis forma complanauimus. Forma autem compositionis hæc fuit: Præmemorati Fratres omni iuri suo, quod in prædictam *Aduocatiam* habere videbantur, coram Nobis & omnibus, qui aderant, penitus renunciauerunt, & tam ipsi, quam amicorum suorum *Theodoricus de Sameringe*, & *Berthrammus* frater eius, *Haruuidus de Eylensted*, fide data in manus nostras promiserunt, quod ipsi præfatam Ecclesiam super eo nullo modo de cetero molestarent, & a petitione eiusdem *Aduocatiæ* in perpetuum quiescerent. Ad recompensationem ergo pecuniæ, quam Pater ipsorum pro ipsa *aduocatia*, licet minus caute, dederat, Dominus Abbas, ad consilium nostrum, XCV. marcas ipsis persoluit. Procedente tempore Dominus Abbas, libertate priuilegiorum suorum fretus, Comitem *Sifridum* de *Blanckenborch*, eo quod ipsum Ecclesiæ suæ vtilem & heredibus suis commodum speraret, secundum continentiam priuilegiorum suorum, de consensu Conuentus sui, in *Aduocatum* elegit, vt, si inposterum se hominibus importunum, & Ecclesiæ inutilem ostenderet, liberum sit Domino Abbati, absque reclamatione ipsius, alium substituere. Ne vero huius ordinationis nostræ seriem quisquam ausu temerario, vel quocunque malignandi ingenio infringere attemptet, nos eam, auctoritate Omnipotentis DEI, & Apostolorum Petri & Pauli, Episcopali quoque banno nostro confirmamus, & præsentem paginam inde conscriptam sigilli nostri testimonio roboramus. Huius rei testes sunt *Counradus*, Maior Præpositus, *Wernerus* Decanus, *Counradus* Camerarius, *Fredericus* Vice Dominus, *Geroldus* Cellerarius, *Borchardus* Archi-Diaconus in Isleue, *Hermannus* vero, Abbas in Ilsenborch, *Sifridus*, Abbas in Wideneborch, *Wolradus*, Abbas in Counradusburch, *Ekkehardus*, Abbas in Reinstorp. Laici, Comes *Albertus* de Winigerode, Comes *Henricus* de Reyenstein, *Borchardus de* Valckenstein, *Wernerus* Aduocatus, *Arnoldus* Aduocatus, *Arnoldus* de Burchdorp, *Rodolfus* de Gatersleue, *Sefarius* Præfectus, *Ioannes* de Gatersleue, *Anno* de Eylensted, *Fredericus* & *Ludegerus*, Fratres de Menhachen, *Alnericus* Camerarius, *Bartoldus* de Hordorp. Acta sunt hæc anno Incarnationis Dominicæ MCXCVII. Indict. XV. Cœlestino Papa III.

§. XII. Posterius confirmat *Eckstorm*. (y) inquiens: anno MCCXXIX. Monasterium *Walckenriedense* pro *Aduocatia*, quam Comites *Hohnsteinii* abs Imperio in feudo habebant, ipsis numerauit XXXVI. marcas argenti. Penes *Clettembergenses* Comites erat primum nobilis *Aduocatia* Walckenriedensis. Illis deficientibus Comitatus cum *Aduocatia* deuolutus est ad Comites *Hohnsteinios* circiter A. C. MCCLX. cum igitur *Henricus*, *Theodoricus*, & *Albertus*, Comites de *Hohnstein*, Fratres, satagerent fratrem suum *Ottonem* sacris initiatum facere Abbatem *Walckenriedensem*, contra *Conradum II.* electum, ipsique Comites vim facerent, *Conradus* Abbas Romam profectus apud Pontificem obtinuit, vt Comites *Hohnsteinii* cum omnibus suis amicis, Ministris & auxiliatoribus excommunicarentur in quartam generationem. *Ottonem* ferunt occisum esse a monachis in gradibus, quibus olim e porticu in dormitorium ascensus fuit. (z) *Rudolfus a Bernaug*, Abbas Fabariensis XLVIII. *Aduocatiam* sui cœnobii ab *Alberto*, Barone de Saxen, CCL. marc. emere cogebatur anno MCCLVII. Quod postea *Fridericus III.* Imp. approbans, Monasterium ab omni iurisdictione Patronatus & *Aduocatiæ*, seu quibuslibet subiectionis officiis, vniuersaliter exemit, teste *Bruschio*, (a) quem exscripsit *Magerus*. (b)

& vendita.

§. XIII. Ratus est *Lehmannus*, (c) munus *Aduocatorum* fuisse, Monasteria & Ecclesias, vna cum eorum bonis & hominibus, defendere, & iudiciis reique œconomicæ simul præesse. Idem sentiunt *Paurmeister*, (d) *Goldastus*, (e) & *Bangertus*. (f) *Andreas Knichen* (g) inquit: Præter autem *œconomiam*, & obuentionum rationes, iurisdictio tam *ciuilis*, quam *criminalis*, competebat *Aduocatis* sua origine; post Monasteria sibi acquirebant *ciuilem* iurisdictionem, sola *criminali* Aduocatis relicta. Verum confundunt *Aduocatos* cum *Oeconomis*. Hi saltem earum rerum, quæ ad vitæ alimoniam & reditus ecclesiasticos pertinebant, curam gessere. Distincta munia erant etiam in veteri Ecclesia, quod vetusti Conciliorum canones, vt Canon XXIII. Concilii *Chalcedonensis*, & canon LXXVI. Concilii *Carthaginensis* testantur, in quibus distinctio *τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐκδίκων* accurate notanda est. Etiam in Ecclesiæ Constantinopolitanæ muneribus ecclesiasticis *magnus Oeconomus*, (h) censuum, expensarum, & ratiociniorum in Episcopatu rationem habens, *ὁ πρωτέκδικος*, i. e. *primus defensor* dicitur, respectu aliorum *ἐκδίκων*, seu *defensorum*, vel *Aduocatorum*, quos inter eminuit ille ad curam captiuorum suscipiendam,

Officium Aduocati & Oeconomi distinctum.

(y) Chron. Walckenried. p. 91. (z) Idem p. 130. (a) in chronol. Monast. (b) lib. cit. c. I. num. 32. seq. (c) L. II. chr. cit. c. 36. (d) L. II. de iurisdict. Imp. Rom. c. 10. num. 24. (e) in gloss. ad Burchardi lib. de casib. monast. S Galli p. 414. T. I. rer. Alemannic. (f) ad L. III. chr. Slav. c. 18. p. 338. (g) de iure territorii c. 4. §. 394. (h) Ritual. græc. p. 275.

eandem, vtque sit iudex querimoniarum, quæ deferuntur ad forum. Distincte quoque de vtriusque officio *Fridericus I.* Imp. in priuilegio Ecclesiæ Goslariensi anno MCLXXXVIII. dato. *Perlata ad Nos importunitate, quam in bona Ecclesiæ nostræ* Goslariensis *aliquando exercere præsumserint* Aduocati, *vel villicationes eius locando, quod nihil ad eos, vel hereditates litonum Ecclesiæ sibi vsurpando, vel etiam mansos Ecclesiæ nouis collocando colonis. Nos hac illicita de cetero fieri authentico prohibentes edicto, nullam permittimus* Aduocatis *ad talia perpetranda potestatem. Cum enim de iure* Aduocatorum *coram Nobis in Palatio* Goslariensi *quæstio moueretur, de communi Principum consilio sententiatum fuit, quod in bonis Ecclesiarum* Aduocati *nihil iuris haberent, nisi tantum in tribus casibus, in* furto *videlicet, in* pugna, *& in* raptu: *& omnes aliæ quæstiones essent ad* œconomum, *seu villicum Ecclesiæ referendæ.* Idem patet ex antiquioribus diplomatibus.

Sub-Aduocati, §. XIV. Hi *Nobiles Aduocati*, seu *Principales*, (i) habebant interdum titulo beneficiariæ concessionis *Sub-Aduocatos*, seu *Sub-Aduocatores* suos, cum consensu Abbatis, vel Episcopi constitutos. In fundatione Monasterii *Laureacensis* Sub-Aduocati ordinatio prohibetur. Sic enim *Conradus* Rex: Nos igitur cognatum nostrum Ducem *Fridecum*, quem *vota Fratrum* elegerunt, eidem cœnobio *Aduocatum* præfecimus, vt eam *Aduocatiam nulli* penitus *personæ secundariæ* ipse, nec aliquis successorum suorum, regendam vel tuendam concedat, vel commendet, sed manu propria teneat. Datum A. C. MCXXXIX. in loco, qui dicitur *Laureacus*. Interdum *vnus* tantum *Sub-Aduocatus* ex permissione Regia constituebatur. Sic enim *Otto I.* (k) *Illud etiam statuimus, vt Comes Lonaniensis nunquam in* Aduocatiam Gemblacensem, *præter* vnum Sub-Aduocatum *habeat, i. e. vt donum huius* Aduocatiæ *a Rege (qui* maior Aduocatus *est) plus quam ad* tertiam manum *nunquam deueniat. Si autem (quod nolumus) nostram constitutionem contemserit, &* Aduocato *illi, qui sub se est, ex ipsa* Aduocatia *aliquid vsurpare, vel militibus suis beneficiare, consenserit, terram suam in camera Regis sibi abiudicatam sciat, & quidquid beneficii pro ipsa* Aduocatia *tenebat, de manu Regis, se amissurum nouerit. Porro* Sub-Aduocatus *in villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud iuris habebit, nisi per singulos annos de vnaquaque domo* denarium vnum, gallinam vnam, auenæ sextarium vnum &c. Erat autem primarium illorum

munus Aduocat. munus: (1) Ecclesias & Monasteria, bona & homines eorum in mundiburdum, seu tutelam & patrocinium recipere. Inde ipsi *Mundiburdi* dicti. (2) fundationes, oblationes, donationes &c. a fidelibus hominibus, seu ipsis Episcopis, & Abbatibus factas Ecclesiis, maioris fidei gratia acceptare & confirmare. Cum *Conradus II.* anno MXXVIII. Kal. Iul. Indict. XI. Imperii sui anno primo, curtem *Godelevesheim*, iniuste Monasterio subtractam, *Trutmaro*, Abbati Corbeiensi, restitueret, Monasterii *Aduocatus*, iussu Imperatorio, eam recepit. Testes inter sunt *Hanfredus* Archi-Episcopus, *Meinwercus* Episcopus Paderbornensis, *Godehardus* Hildesemensis Episcopus, *Sifridus* Episcopus, *Odalricus* Cancellarius, *Astulfus*, *Sigibertus*, *Bernardus* Dux &c. (3) cognoscere & dicere ius in causis criminalibus, seu *maioribus*, (vt *Fridericus* Halberstadensis vocat) super *furto*, *stupris*, *rapinis*, *incendiis* &c. a quibus abstinere oportet religiosos homines. (l)

mutuus consensus Abb. &c. & Aduoc. VVerner. Corbeiens. VVestergroningens. Ello, §. XV. Vti vero *inscius*, seu *inuitis* Abbatibus, vel Episcopis, nihil agebant *Aduocati* legitime aut valide: ita vicissim illi, sine horum consensu & autoritate, nihil ratificabant. In dedicatione Basilicæ in *monte sancto* e regione ciuitatis Huxariæ, a *Wernero* Abbate Corbeiensi XX. anno MLXXVIII. fundatæ, dicit Abbas: *Aduocato suo* Ottone Duce assentiente, & traditionem confirmante, *Popponem* (Antistitem Padeborn.) banno suo hæc acta semel atque iterum, & tertio confirmasse. Cum *Folcmarus I.* Abbas ibidem IX. [non *Bouo III.* (m)] Monasterium *Westergroningense* ad Bodam, instituti Benedictini, anno DCCCCXXXVI. ex hereditate *Sifridi*, Comitis *Walbeccensis*, (n) vel Marchionis Misniæ & Lusatiæ, (o) conderet, traditionem suam fecit adstante *Hogero*, Aduocato suo. (p) *Ello* quidam, Ministerialis Ecclesiæ *Gerenrodensis*, allodium suum, duos videlicet mansos in *Bikelinge*, vendíturus, more sueto *Hedwigi*, Abbatissæ Gerenrodensi, primum, deinde Ecclesiæ eiusdem Ministerialibus, obtulerat. Cum vero nullum reperiret emtorem, vt libere, sine suorum querela, vel vendere, vel donare sibi integrum foret, in præsentia Abbatissæ, a comparibus suis & petiit & obtinuit. Hic *Ello* in claustro *Huyesburgensi* factus postea conuersus, duos istos mansos cœnobio adiecit. Accidit autem, vt quidam *Erpo*, qui filiam eius in matrimonio habuerat, exque ea filium susceperat, hosce mansos iure quasi hereditario repeteret. Tandem res composita. Quæ vt firmior haberetur, in conspectu Abbatissæ, præsentibus multis aliis, id ore digitoque confirmauit *Erpo*, acceptis VII. talentis. Hinc Ecclesia *Huyesburgensis* multis annis legitime & quiete hos mansos retinuit, donec lis extincta renasceretur. Filia siquidem *Erponis Orda*, quæ adhuc puella cum patre suo dictis mansis omnino renunciarat, nunc *Rodolfo Gerstorpio* nupta, quasi veri nescia, rixas hasce recoxit. Habitis vltro citroque consultationibus, lex & æquum *Huyesburgo* tandem fauent. Quod vt stabile & inconcussum retineret, *Rodolfo*, & coniugi eius, tria talenta persoluit, præsentibus *Friderico* Palatino, eiusdem Ecclesiæ *Aduocato*, & duobus filiis *Athelberti* Marchionis, videlicet *Athelberto* Comite & fratre suo *Bernardo*, *Poppone*, Comite Blanckenburgico, *Burcardo* de Valcken-

(i) In priuil. Reichersberg. p. 202. & 210. (k) l. c. (l) Vid. Meibom. de orig. Helmestad. (m) Bucelin. Germ. sacr. P. III. p. 55. a. (n) Meibom. chron. Walbecc. pag. 2. (o) D. Mitus in encæniis Halberstad. (p) Meibom. in not. ad chron. Corbeiens.

tkenstein, *Wernero* de Arensted, *Gardolfo* de Hadmersleue, *Reperto* de Langele, *Frederico* de Hackeburn, *Güntero* de Wigenleue, Ministerialibus Gerenrodensibus: *Frederico*, *Arnoldo*, *Frederico* Nezil, & fratre eius *Ludolfo*, *Hermanno*, *Hilderico* & fratre eius, *Frederico* de Waledale, *Ioanne*, & fratre eius *Hermanno*, *Herdango*, *Conone*, *Alexandro*, & fratre eius *Geuehardo*, & *Ludolfo* de Gatersleue, *Nothungo*, *Alurico*, *Otbolrico* & fratre eius *Engelmaro*, Ministerialibus Quedlinburgensibus: *Frederico*, *Hermanno* de Ditfort, *Frederico* iuniore & *Otbolrico* de Horden. Hæc omnia *Vdalricus* Antistes confirmat, & transgressores fulmine anathematis ferit. *Bertoldus* Hennebergicus potestatem dederat Fratribus in *Gottesau*, Abbatem etiam amouendi, cum præscitu tamen Comitis regnantis, & *Aduocati* Monastici. (q)

§. XVI. Interdum vna Ecclesia *duos*, imo plures habuit *Aduocatos*, diuerso tamen respectu. Cum *Mauritius*, Comes *Spiegelbergicus*, Abbas Corbeiensis XLVI. non anno MCCCCXLIV. vt *Letzner* vult, (r) sed (quod alibi rectius notauit) MCCCCXXXIV. (s) cum *Ottone* Brunsuicensi, *Volaria* residente, pacem fecisset sanctam & inuiolabilem, eumque, ceu *nobilem Aduocatum* suum, recepisset, & confirmasset, eodem anno feria quinta ante festum corporis Christi *Ludouicum*, Hassiæ Principem, etiam *Protectorem*, seu *Aduocatum* elegit contra Westfalos, alia tamen intentione.

duo simul Aduocati

§. XVII. Cum vero *Aduocati* vel absolutam subiectionem, aliaue insignia iura sibi attribuerent, vel etiam grauia seruitia Monasteriis violenter obtruderent; non raro etiam duo Magnates de iure vnius *aduocatiæ* sibi inuicem litem mouerent, cuius rei luculentum exemplum habemus in *Albensi* monasterio, (vulgo *Herren Alb*) Ordin. Cistert. Diœces. Spirensis, ipso dicente *Rudolfo I.* Imp. (t) (Seruitia vero, quæ *Aduocati*, seu *conditionati Protectores*, per abusum, vel singularem conuentionem exigere solebant, erant, monachos cum suis in claustro, gangriis, curiis, molendinis, rebus & possessionibus, tam habitis quam habendis, & villis specialiter grauare in postulatione, ablatione, vel extorsione frumenti, vini, animalium, canum, pullorum, denariorum, fœni, pabuli, *Howtrecht*, *Hertrecht*, *Dabe*, *Frevel*, *Steure*, *Bethe*, *Vogte-Habern*, & præcipue venatoribus, canibus & vecturis &c.) *Rapacitas* tandem & *iniustitia* plerorumque *Aduocatorum* commouit Imperatores, Pontifices, & Abbates, vt eos seculo XII. aut initio XIII. amouerent, omni iure *Aduocatiæ* plurimis in locis extincto. Affert *Gelenius* (u) tres bullas *Honorii III.* omnes vno eodemque Pontificatus anno, quinto scilicet, qui fuit Christi MCCXXI. ad Colonienses perscriptas. Prima vehementer insectatur insolentias *Aduocatorum*: altera vacantes *aduocatias* vetat cuiquam conferre. Tertia prohibet, ne quæ oppignorationes fiant ab *Aduocatis*. Prima huius tenoris est:

cur amoti sint?

rapacitas eorum.

bulla Honorii III.

HONORIVS Episcopus, seruus seruorum DEI, Venerabilibus Fratribus, Archi-Episcopo Coloniensi, & eius Suffraganeis, salutem & Apostolicam benedictionem. Si Ecclesiarum *Aduocati* significatum sui nominis attenderent, vt deberent, studerent eas, ob reuerentiam *Aduocati* cœlestis, cui speciali titulo sunt adscriptæ, fouere beneficiis & viribus defensare: Sed, quod dolentes referimus, nonnulli eorum habentes *velamen malitiæ*, libertatem in bonis ecclesiasticis, in quibus *aduocationis* ius obtinent, non solum prodigaliter debacchantur, verum etiam ea diripiunt vt *pradones*. Quod Ecclesiæ Coloniensis prouinciæ iugiter experiri coguntur, sicut earum nobis transmissa conquestio patefacit. Quia igitur zelus nos comedit domus DEI, Fraternitati Vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli prosequentes proprium interesse, & quasi *collo vno & humero vno* Ecclesiarum onera comportantes, *Aduocatos* ipsos, vt contenti iustis, & ab antiquo statutis stipendiis, ab Ecclesiarum molestiis conquiescant, moneatis prudenter, & efficaciter inducatis. Quod si forsan vestris monitis non acquieuerint, ne medicinalis *Petri* gladius in manu vestra torpere rubigine videatur, in eos, iuxta quantitatem & qualitatem culparum, intendatis & remittatis, appellatione postposita, rigorem Ecclesiasticæ disciplinæ: ita quod Ecclesiæ ab huiusmodi oppressione respirent, & Vos exinde mereamini apud DEVM & homines commendari. Datum Lateranen. Kal. Marc. Pontificatus nostri anno quinto.

§. XVIII. Audiuerat hactenus *Fridericus I.* Episcopus Halberstadensis, e Comitibus nostris *Kirchbergicis*, gemitus & suspiria Ecclesiarum suarum, cumprimis *Huyesburgensis*, viderat *insolentiam & malitiam Aduocatorum*, qua velut *in seruitutem luti laterumque redigebantur sancta limina, ita, vt non amplius simplicem censum obtinere potuerint de bonis suis, sub tali & tanta tyrannide constituta*, secundum lamentationes *Meinhardi* Episcopi. (w) Adhibitis ergo in consilium Canonicis Halberstadensibus, aliisque bonis & prudentibus Viris, placuit perpetua Monasterii libertas, non obstantibus eiusdem priuilegiis, huic sanctioni contrariis. Legi sane merentur literæ eius, haud vno asterisco dignæ.

Frid. Halberst. Aduocat. infensus.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Amen. *Fredericus*, DEI gratia Sanctæ Ecclesiæ Halberstadensis Episcopus in perpetuum. *Aduocatorum* malitia, quæ diebus his malis in Ecclesias DEI desæuire consueuit, nos ammonet & compellit, vt ea, quæ ad earum liberationem perpetuam per nostram prouidentiam & laborem rationabiliter fuerunt ordinata, contra varios futuro-

literæ eius.

(q) Spangenberg. L. I. chron. Henneb. c. 39. (r) hist. Ludou. Pii edit. sec. 29. (s) l. c. c. 68. p. 146. Conf. *das Braunschweig. Wolfenbüttel. Gegen-Manifest* edit. ibid. 1671. pag. 63. *und in Beylagen* num. 11. (t) vid. Document. Würtenberg. cit. p. 137. (u) in hist. vitæ Engelberti, Colon. Archi-Episcopi. (w) In lit. anno 1244.

turorum incursus, qui veluti *flagellum inundans* in casu subsequente frequenter emergunt, tam valido nostræ firmitatis munimine roboremus, vt & facti nostri memoria quod in se proficuum continet, pariter & honorem, sub tali vigore consistat ac robore, quatenus a posteris inuiolabiliter obseruetur, & nullum a temeritate malorum contradictionis obstaculum sentire valeat in futurum. Eapropter notum esse volumus vniuersis Christi fidelibus, tam præsentis temporis quam futuri. Quod, cum Nos Ecclesiarum Nobis in Domino suffragancium clamorem assiduum, ex filiorum querimonia, super *Aduocatorum violentiam* in cordis nostri amaritudine sæpius audiremus, & Dilectus fidelis noster, Vir Nobilis & DEO deuotus *Sifridus*, Comes de *Blanckenborch*, qui *aduocatiam* Monasterii de *Huyesborch*, ex dilectorum filiorum Abbatis, Prioris, ac totius Conuentus electione, sub DEI timore pridem procurabat, manifestam *Aduocatorum* malitiam vna cum Nobiscum prospiceret, in se reuersus timuit, si *Aduocatiam* sibi ex electione commissam vsque in finem vitæ teneret, Monasterio sub libertate sua graue dispendium imminere. Volens hac in parte & saluti suæ consulere, & Monasterio præcauere, ne post mortem sui ipsius, quisquam heredum suorum iuris aliquid in *Advocatia* sibi vendicare, valeret, sicut eam de manu Abbatis regendam suscepit, ita etiam in manus eiusdem absolute resignavit eandem, petens a Nobis humiliter & devote, quatenus cœnobio, commisso Nobis in animam, pro debito nostro consulere dignaremur. Nos igitur deuotionem ipsius in Domino commendantes, & super ordinatione cœnobii tam ipsius, quam Maioris Capituli nostri, opportunum consilium requirentes, inuenimus tandem, sanum & vtillimum fore, Monasterium perpetua libertate gaudere, & nullius *Aduocati* importunitate, vel potentia intollerabili, qua plures premuntur Ecclesiæ, & *quasi in seruitutem luti & laterum sunt redactæ*, de cetero prægrauari. Vnde licet Monasterium memoratum, super libertate electionis *Aduocati*, plura & valida priuilegia noscatur habere, tamen, si ancilla partem aliquam cum libera in eis obtinere videtur, illam penitus eiiciendam decreuimus, in hoc priuilegio de prudentium consilio statuentes, vt deinceps prorsus liberum sit hac in parte, & tali libertate pro suo commodo perfruatur, vt nullum eligat, nullum vnquam habeat *Aduocatum*; & in causis maioribus, vtpote *furti*, *raptus*, & *sanguinis*, quas Religiosos non expedit tractare personas, eam dilecto in Christo filio *Sifrido* Abbati, suisque Successoribus, gratiam facientes, vt in causis talibus *mundiburdum* statuant, qui, vice & auctoritate nostra iudicet, quæ fuerint in iudicandis: mutatis tamen præsentis temporis personis huiusmodi, ne, propter huius vacationis frequentiam, pedem in *Aduocatiam* subtili malignatione figere valeant, & in ea sibi iuris aliquid vendicare. Si etiam causæ tales emerserint, quæ vires Abbatis excedere videantur, Nos ex tunc, ad vocationem ipsius, ei fideliter cooperabimur iudicando: ipse autem omne, quod exinde prouenerit, emolumentum habebit. In hunc modum volumus, vt huius *aduocatiæ* libertas, quæ nostris in diebus per DEI gratiam nostramque promotionem restituta est libertati, penes *Huyesburgense* cœnobium, secundum præmissa, nunc & in perpetuum libere conquiescat. Vnde etiam, vt præfato cœnobio, Nobis in Domino dilecto, per omnia caueamus, maxime, cum *vtroque iure*, *vtroque gladio*, & *spirituali* & *temporali* gaudeamus *imperio*, & regere ac defensare idem *vtroque gladio* teneamur, Venerabiles Dominos huius Sanctæ Halberstadensis Ecclesiæ Episcopos vniuersos monemus, in Domino rogamus, attente consulimus eis fide sincera, in remissionem suorum, his, peccaminum iniungentes, & ad validam totius firmitatis cautelam, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum districtius inhibentes eisdem, ne propter blandas amicorum adulantium preces, vel propter munera, quæ excæcant, dictam *aduocatiam*, quæ prorsus libera est, alicui hominum, tanquam ignari libertatis præmissæ, inpheodare vel obligare præsumant, nec excucionem aliquam, quacunque etiam necessitate eos cogente, contra voluntatem Abbatis & Conventus, faciant in eadem. Nos autem recognoscimus, & præsentis scripti priuilegio protestamur, quod si malignari vellemus, quod absit a Nobis, nequaquam eam obligare, vel inpheodare, vel excucionem facere aliquo modo possemus in ipsa: quod maxime, propter salutare remedium, tam a Nobis, quam a nostris successoribus statuimus inuiolabiliter obseruandum, ne cœnobium memoratum per ea, quæ præmisimus, in seruitutem aliquam redigatur, de qua sine graui rerum dispendio & labore subito resurgere non valeret. Ad hæc Nos, qui, propter Eius reuerentiam, quam Filius nihil negans honorat, prædictum eius cœnobium speciali eius dilectione diligimus, & semper intendimus honorare, libertatem *Aduocatiæ* cum omnibus bonis, quæ nunc possidet, vel in futurum iusto titulo poterit adipisci, sub nostram Episcopalem protectionem suscipimus, & banno nostro Synodali confirmantes ea Monasterio memorato, sub interminatione anathematis, districtius inhibemus, ne quis quacunque præsumcione temeraria Dilectos Filios, Abbatem & Fratres, in eis molestare vel prægrauare præsumat. Si quis autem, suadente Diabolo, hoc attemptare præsumserit, indignationnm DEI Omnipotentis, ac Beatorum Apostolorum Petri ac Pauli, & nostri anathematis vinculum se nouerit incidisse. Huius rei testes sunt *Meynhardus*, Maior Præpositus, *Arnoldus* Decanus, *Anno* Præpositus, *Almarus*, S. Pauli Præpositus, *Arnoldus*, Archi-Dyaconus in Oschersleue, *Cunradus*, Erfordiensis Præpositus, *Borchardus* Recheborch, Præpositus, *Conradus*, S. Mariæ Præpositus, *Bernardus*, Vice-Dominus noster, *Ludolfus* de Sladem, *Bardolfus* de Mey-

Meynersem, *Ioannes* Scolasticus, *Albertus*, Præpositus de Bureslo, *Elgerus*, Præpositus Goslariensis, *Conradus* de Vrobure, *Tydericus* Camerarius, *Otto, Richardus*, Sacerdotes maioris Ecclesiæ nostræ: Conuentuales *Ioannes* de Ilseneborch, *Hinricus* de Cunradesborch, *Cesarius* de Hildesleue, *Fredericus* de Lutter, *Albericus* Laici, *Tydericus* maior *Aduocatus*, *Wernerus* & *Conradus* Fratres de Suselitz, *Hugoldus* & *Hermannus* Fratres de Scherenbecke. *Hermannus* de Harbecke, *Ioannes* de Gatersleue, *Hinricus* de Cruge, *Gerhardus* de Papstorp. *Tydericus* Marschalcus, *Cunnemannus* de Badesleue, & alii quamplures. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis ac nostræ reparationis MCCXX. Indictione VIII. Præsidente S. Romanæ Sedi Reuerendissimo Patre Papa *Honorio*, huius nominis III. Regnante Serenissimo Domino nostro *Frederico*, Romanorum Imperatore semper Augusto. Et ne super præmissis omnibus aliquod posteritati, & præcipue nostris Successoribus, dubium generetur, hanc paginam inde conscribi, & tam sigillo nostro, quam Maioris Ecclesiæ, ac Conuentus antedicti, fecimus insigniri, maxime ob eam causam, vt eisdem nostris Successoribus tanto apertius detur intelligi, quod libertatem præmissam sæpedicto cœnobio debeant illibatam in secula conseruare, quod eis iterato *in ipsorum animas* diligenter iniungimus, Venerabile cœnobium, cum omnibus ad idem pertinentibus, cum attentione deuota eis commendantes in Ipso, qui pro nostra salute pendens in cruce Matrem Virginem Virgini commendabat. Datum Halberstad per manum Tyderici Notarii nostri.

§. XIX. Porro rapacitatem *Aduocatorum* testabitur quoque *Heithanricus*, Werthinensis ad Ruram Prælatus, qui graues querelas detulerat ad *Conradum II.* Imp. anno MXXXVI aduersus *Hermannum* Comitem, *Aduocatum* suum, Virum inter Westfalos potentem, quod is multis iniuriis tam se, quam familiam sui Monasterii diuexarat: aduersus quem Cæsar VI. Id. Octobr. acre rescriptum dedit in *Tuilide*, certoque agrorum stipendio eum iussit esse contentum. (x) Lepida historia, quam Autor *chronici Montis sereni* (y) his verbis narrat: *Aduocatia* Ecclesiæ *Pigauiensis* immediate ad Imperatorem pertinebat, nec cuiquam iure feudi conferri poterat, sed habebat potestatem eligendi Abbas, ad quantum temporis spatium volebat, quemcunque sibi videbat expedire. *Philippus* autem Rex *aduocatiam* hanc *Tiderico*, Comiti *Sommersenburgico*, qui etiam de *Groitz* dictus est, contra priuilegium istius Ecclesiæ, concessit, qui eam procaciter vsurpans, & ciues Pigauienses sibi violenter seruire compellens, nec ab ipsius Abbatis iniuriis temperauit. Nam & ab hominibus ipsius aliquando captiuatus est, & ab ipso ab Ecclesia Pigauiensi expulsus, per annum integrum in castro *Wirbene* a *Bernardo* Duce Saxoniæ, receptus, cum suis commoratus est. Accidit autem, vt Officiales Comitis vinum de vinea Abbatis, quæ est in villa *Hilpritz*, auferrent, *Groitz* ad castrum Comitis deducendum. Quo comperto, Abbas eos, qui circa se erant, armatos misit, vt eos, si esset possibile, prohiberent. Habens vero *dextrarium* electum, qui etiam propter ipsum notissimus erat, vnum seruorum, qui *Bruno* dicebatur, habitu suo, i. e. *cappa* indutum, in eo misit, præcipiens, vt ille signum ducens ceteros anteiret. Illis itaque cum vino iam recedentibus, Viri Abbatis eos cum festinatione insecuti sunt. Quorum vnus post tergum respiciens, & *signiferum* illum *cappatum*, videns, equumque agnoscens, Abbatem venire vociferatus est. Tantus autem repente metus custodes illos inuasit, vt, relictis curribus, priusquam in aliquo hostes experirentur, solum fuga præsidium quærerent, cum tamen eis, quos fugiebant, numero longe præstantiores fuissent. Isti vero, curribus cum vino ablatis, *Wirbene* reuersi, non sine iucunditate ab Abbate suscepti sunt. Splendidissimum cœnobium *Mulbronnense*, a *mulis* ita dictum, Diœces. Spirensis, sub regula S. Benedicti & constitutionibus Cistertiensium, fundatum a *Waltero* de *Lomersheim*, adiuuante *Güntero*, Episcopo Spirensi, Comite de *Liningen*, A. C. MCXLVIII. medio fere itinere inter *Pfortzhemium* Marchionum Badensium, & *Brettam*, Palatinorum Rheni ciuitates, quod *Eugenius III.* ipso anno fundationis in protectionem Sedis Apostolicæ suscepit, & *Frid. I.* Imp. confirmauit, statuitque, nullum nisi Cæsarem habere *Aduocatum*, vti reliqua huius Ordinis monasteria habent. *Walterus* iste in antiquis tabulis dicitur *Vir Nobilis*, *& ex antiqua prosapia in vtraque Parentum linea liber*, *& dum seculo militaret*, *moribus compositus*, *inque armis satis strenuus*. Idem vero *Fridericus* anno MCLXXVIII. se *Aduocatum* Spirensis Ecclesiæ vocat ratione Ducatus Sueuiæ. (z)

Heithanric. Werthinens.

hist. ridicula.

§. XX. Ciues Fuldenses, Abbati non magis, quam toti Congregationi infensi infestique, per fœdera & occultas coitiones sese applicantes *Aduocato* Fuldensi, *Ioanni*, Comiti a *Zigenhayn*, anno MCCCCXXXI. cœco & populari motu impetum faciebant in vetus oppidum, Præsulis arcem cum munitissima turri proruebant sternebantque, faces iniiciebant curiæ, annonam, pecus, supellectilem diripiebant, eodemque furore Decanum, cœnobitas aggressi, agebant pellebantque extra septa & domicilia, & familiari omni re despoliabant. Nec intacta a rapinis & incendiis rabiosæ multitudinis Monasteria Montium S. Petri & Deiparæ Virginis. Præsul inter hæc, cum tanto furori non par esset reprimendo, conticinio noctis Ecclesiæ turres occupat, manum suorum aduocat, familiam armat, & quicquid in supellectile, vetustis scripturis, ac bibliotheca eximium & præstans, mittit in tutiora. Inde congressi cum Comitis manu familiares Abbatis velitaria pugna, LXX. stirpis probæ milites & armigeros in certa-

motus Aduocati Fuld.

H 2 mine

(x) Schaten. T. I. Annal. Paderborn. ad h. a. p. 410. seq. (y) p. 147. & 149. seqq. (z) Crus. Part. II. Annal. L. 11.

mine capiunt, ipſeque Comes *Ioannes Zigenhaynius* ad Schlitzium oppidum vſque fuga elapſus, nihil propius ibi, quam vt captus cederet Abbati. Reliqua tibi dicet *Chriſtoph. Brower.* (a)

§. XXI. Anno MCCXXIX. *Gernotus* Abbas Nuenburgenſis, cui cum *Henrico*, Aſcaniæ Comite, ob nobilem Eccleſiæ ſuæ *Aduocatiam* male conueniebat, a Miniſtris Principis captus & excœcatus eſt. Linguam quoque eidem reſecuiſſent, niſi illa violenter retracta plenam ſectionem feſelliſſent. Quod tamen ob id impeditius loqueretur, læſam particulam per Chirurgum truncari, ac partem reliquam ad naturalem modum fecit reformari. (b) Recentiores aiunt, id factum ob ſcortationes, quas is cum *Sophia*, Abbatiſſa Quedlinburgenſi, exercuerat, adduntque, etiam caſtratum fuiſſe Abbatem. Crudele profecto hoc fuit facinus, & a Clericis tanti æſtimatum, vt propterea ſacrorum celebratio per totum Magdeburgenſem Archi-Epiſcopatum, ac viciniam omnem ſuſpenderetur. (c) Certe nec *Gernotus*, nec *Sophia* ſine criminibus fuit, itaque hæc ab *Henrico VI. Friderici II.* Imp. F. loco mota, potiſſimum id agentibus *Henrico* Anhaltino & *Hoiero*, Comite Valckenſteinio. (d) Verum quia *Henricus* ab *Alberto*, Archi-Epiſcopo Magdeburgico, excommunicabatur, Romam profectus ille, ab *Honorio III.* anathematis ſolutionem petiit & obtinuit. (e)

Abbas excœcatus.

§. XXII. De *rapacitate* & exactionibus *Hermanni*, Marchionis Badenſis, *Aduocati* Albæ Dominorum, vide *Documenta rediuiua Monaſteriorum in Ducatu VVürtenbergico*; (f) *Aduocatorum* vero Illuſtris Eccleſiæ *Gerenrodenſis* prolixius loquitur Archi-Epiſcopus Moguntinus apud *Hoppenrodium.* (g) Conqueſtæ nimirum erant Sedi Moguntinæ Abbatiſſa & Sorores *Gerenrodenſes*, quod *Aduocati* iſtius Eccleſiæ tam immodicis exactionibus & ſeruitiis aggrauarent homines & colonos ipſius, vt non poſſint ſoluere debitos ſibi cenſus. Ideo Præſuli Halberſtad. *archipolitica* auctoritate mandat violentiam illam deteſtabilem & corruptelam exſtirpare. Cum enim nonnulli *Aduocati* Eccleſiarum, prætextu defenſionis, in *Aduocatos* ea conditione aſſumti, vt ſtipendiis certis & ſeruitiis ſpontaneo deputatis Eccleſiarum iura, poſſeſſiones, & homines defendere deberent, facti ſunt ex defenſoribus offenſores, & eo, quod tam immoderatis exactionibus & ſeruitiis aggrauent homines, vt non poſſint propriis Dominis exſoluere debitos cenſus ſuos, aliisque illicitas diuidentes *Aduocatias* in partes interioribus ſuis, in graue Eccleſiarum diſpendium, eas infeudare præſumant. Quia vero puerilem meretur amictum, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, ſtatuit, quod ſponte aſſignatis ipſis ſibi ſtipendiis & ſeruitiis ſint contenti, prout coram Imperio eſt obtentum, Eccleſiarum iura, poſſeſſiones & homines defendant & protegant, (vt tenentur,) nihil aliud poteſtatis & iuris ſibi in eorum reditibus, iuribus, poſſeſſionibus & hominibus vſurpantes; redintegrent *aduocatias*, quas in partes dilaceraſſe & ſuis interioribus infeudaſſe noſcitur. Feudatarii eas occupatas dimittant. Quod ſi non fecerint, infra menſem, moniti per ordinarios, vel alios ſuperiores, ipſe *Aduocatus*, & ſuus feudatarius, ad id faciendum per excommunicationis & interdicti ſententiam compellantur. Dat. Erfordiæ VI. Cal. Ianuar. anno MCCLXXXIX. Adde, quæ *Bruſch.* habet, (h) de *Zwiefaltenſi* cœnobio agens.

Queſtus Gerenrod.

§. XXIII. *Iniuſtitiam* vero *Aduocatorum* recenſebit *Henricus Claudus* apud *Browerum.* (i) Fuerant hactenus inter *Fuldenſem* & *Hersfeldenſem* Eccleſiam innumeræ ſeditiones, contentiones & homicidia. Quas vt tolleret Imperator, mandat, vt ſi quis ex familia vtriusque Eccleſiæ aliquem ſeruorum, vel *S. Bonifacii*, ſeu *S. VVigberti*, inſequatur, & armata manu ad occidendum, ſeu deprædandam curtem eius, ſeu domum, infringat, eumque impugnet, illi, qui facti huius dux & princeps fuerit, *corium tollatur & capilli, & vtraque maxilla ferro candente comburatur*, reliqui ſequaces *cute & capillis* priuentur. Si autem aliquis occidatur, ſeu vulneretur, autor *VVeregeldum* Eccleſiæ, cuius homo occiſus vel truncatus eſt, reſtituat. Si vero *Aduocatus* aut mercede conductus, ſeu miſericordia amicorum motus, iſtud conſtitutum adimplere noluerit, *aduocatione* careat, & gratiam Regni amittat, niſi iuramento probarit, ſe inualorem reperire haud potuiſſe, quamprimum autem inuenerit, iudicium & iuſtitiam ſe facturum. *VVeregeldus*, ſeu *VVeregelda*, antiquis Germanis æſtimationis pretium eſt. In veteri Iuris Saxonici ſpeculo pretium, quo quis mortuum luit, *damit man einen Todten verbüßt*, i. e. 14. *alte Schock*, eſt gloſſa marginalis. *VVeregeltdef*, cuius vita pretio, pro capitis ſui æſtimati ratione, perſoluto redimatur, puta occulti latrocinii reus; ſecus autem, ſi manifeſti. (k) Multa etiam grauamina & damna Eccleſia S. Mariæ Halberſtad. abs *Aduocatis* ſuſtinuit, vt ex priuilegio *Henrici VI.* Imp. anno MCXCII. Ind. X. XIII. Kal. Mart. dat. clarius patet. (l) De *Porta*, a grauaminibus *Aduocatorum* liberata, vide M. *Iuſtin. Pertuch.* (m)

Iniuſtitia Aduocat.

VVeregeldus,

§. XXIV. Quidam igitur *Aduocati* malitiam ſeculi expendentes, ſalutisque ſuæ memores, ſponte reſignarunt, vt *Rudolfus* Comes Palatinus de Tübingen, qui reſignabat ius *aduocatiæ* Monaſterii *Blaubeurenſis* Ord. S. Bened. Diœceſ. Conſtantienſ. anno MCCLXVII. (n)

Aduocati ſponte reſignant,

Sigfri-

(a) L. IV. Antiq. Fuld. p. 321. (b) Chr. mont. ſeren. ad ann. 1219. p. 132. (c) id. ad ann. 1223. p. 153. (d) id. ad an. 1224. Chron. Magdeb. Anonymi T. II. rer. Germ. Meibom. p. 330. dicit, Abbatem fuiſſe combuſtum, & Abbatiſſam repulſam eiectamque de caſtro pro ſuis delictis, (e) Vid. hiſt. Anhaltin. D. Sagittar. c. 2. §. 18. (f) p. 154. (g) in annalib. Gerenrodenſ. ſub Mechtilde Abbatiſſa IX. T. II. rer. Germ. Meib. p. 435. (h) In deſcript. Monaſt. Germ. f. 184. (i) L. II. Antiq. Fuld. c. 15. (k) D. Zimmermann. analect. miſcell. menſ. XII. p. 663. (l) vid. D. Sagittar. Hiſt. Halberſtad. §. 55. p. 44. ſeq. (m) in chron. Portenſ. p. 58. & 61. (n) vid. cit. Documenta rediuiua p. 916.

Sigfridus, Comes *Blanckenburgicus*, aduocatiam *Huyesburgensem* anno MCCXX. *Sigfrido I.* Abbati absolute reddidit, approbante hoc *Friderico*, Episcopo Halberstad. qui omnem *aduocatiam* sustulit, (o) gratiam hanc specialem faciens Archimandritæ, vt in *causis maioribus* e. g. *furti, raptus & sanguinis*, quas non expedit tractare religiosas personas, *mundiburdum* statuat, qui iudicet, quæ fuerint in iudicandis, i. e. interprete *Innocentio IV.* qui puniat *furta, raptus*, & *sanguinis vindictam requirentia.* Sed antiquata nunc hæc *Friderici Kirchbergici* sanctio, cum *Fridericus III.* Potentissimus Princeps (cui vitam & triumfos vouemus innumeros!) *cuique suum* spondeat, & largiatur, ipsique Vicario suo Dominus claues vitæ & mortis longe lateque dederit, adeoque potentius *Friderico* Halberstadensi *vtroque iure, vtroque gladio, & spirituali & temporali gaudeat imperio*, eoque regere & defensare valeat feliciter omnes sibi subiectos. Ipsi Reges & Pontifices Romani, vt *Honorius II.* (cuius bulla data est Laterani Non. Decemb. Indict. XII. anno MCXXVIII. Pontificatus sui anno quarto,) omnia bona & priuilegia monastica integra & quieta tantum cupiebant *salua Diœcesani Episcopi iustitia & reuerentia, salua debita Eius reuerentia*, infit *Innocent. II.* (dat. Pisis per manum *Aluerici*, S. Rom. Eccles. Diaconi Cardinal. & Cancellarii, VI. Id. Iun. Indict. XIII. anno MCXXXV. Pontificatus sui anno VI.) *& canonica iustitia*, Adrian. IV. VI. Id. Aug. indict. IV. anno MCLVI. Pontificatus sui II. & Cœlestin. III. in bulla dat. Lateran. per manum *Centii*, S. Luciæ in Orthea Diaconi Cardinal. & Cancellar. tert. Non. Mai. Indict. XV. anno MCXCVII. Pontificatus sui anno VII. Cum omnium rerum in hoc vniuerso vicissitudo sit, cœnobia vtique non semper antiquam seruabunt faciem. Vix autem me contineo, quin confirmationem *Innocentii IV.* subiungam.

Frid. Sapiens El. Brand.

INnocentius Episcopus, seruus seruorum DEI, Dilectis Filiis Abbati & Conuentui Monasterii de *Huysborch*, Ordinis Sancti Benedicti, Halberstadensis Diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis, quod claræ memoriæ *Sifridus*, Comes de *Blanckenborch*, vestri Monasterii *Aduocatus*, prudenter attendens, quod *Aduocatus* Ecclesiæ idem intelligi debeat quod defensor. Quia tamen nonnulli, obmisso *defensionis* effectu, retinentes nomen improprie *Aduocati*, frequenter Ecclesiis magis obsunt quam prosunt, plus sunt oneri quam honori, & per quos debent defensari Ecclesiæ, multociens molestantur, ac per hoc volens inposterum indempnitati dicti Monasterii præcauere, Ius *Aduocatiæ*, quod in ipso habuerat, in manibus quondam S. Prædecessoris tui similiter Abbatis libere & perpetuo resignauit: nihil in eo suis heredibus penitus reseruando. Vnde bonæ memoriæ F. Episcopus Halberstadensis, Diœcesanus vester, sui Capituli accedente consensu, duxit deliberatione prouida protestandum, vt nullus de cetero *ius aduocatiæ* sibi vendicet in eodem, concedens vobis potestatem, eligendi personam, quæ *mundiburdus* vulgariter nuncupatur, quæ puniat furta, raptus, & quæ sanguinis vindictam requirunt, quæ per Religiosos non est licitum exerceri, prout in literis inde confectis plenius continetur. Quare Nobis humiliter supplicastis, vt, quæ ab ipsis, Episcopo & Comite, facta sunt in hac parte, Apostolico curaremus munimine corroborari. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, resignationem, statutum & concessionem huiusmodi, sicut prouide facta sunt, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem Omnipotentis DEI & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni XIII. Kal. April. Pontificatus nostri anno secundo.

bulla Innoc. IV.

§. XXV. At *Sigfridi Blanckenburgici* heredes bolum istum ægre sibi patiebantur eripi. Ideo *Henricus* Comes Ecclesiam *Huyesburgensem* & *Halberstadensem* rapinis & incendiis anno MCCXLIX. misere vastabat. *Meinhardus* vero Episcopus *murum & clypeum* se opposuit ad libertatem Monasterii ex integro conseruandam. Interim *Ludolfus*, Abbas Huyesburgensis XI. Ecclesiæ Halberstadensi CL. marcas pro damno, abs *Henrico* illato, restituisse dicitur.

Vastatio Ecclesiarum.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. *Meynardus*, DEI gratia Halberstadensis Ecclesiæ Episcopus in perpetuum. Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod cum Comes *Hinricus* de *Blanckenborch* Ecclesiam *Huyesburgensem* Nobis in DEO dilectam hostiliter inuaserit, eam rapinis & incendiis deuastando, volens sibi ius *Aduocatiæ* in eadem Ecclesia temere vendicare, Nos iamdictam Ecclesiam, Nobis in animam commissam, indebite deuastari & grauari conspicientes, volentes quoque ipsi Ecclesiæ debita sollicitudine prouidere, Nos & Ecclesiam nostram pro defensione ipsius Ecclesiæ *murum & clipeum* exposuimus, ad libertatem ipsius ex integro conseruandam, ab omnibus Antecessoribus nostris sibi concessam, & præcipue a Venerabili Patre, Domino *Frederico* Episcopo collatam, nec non a Sanctissimo Patre Domino Papa *Innocentio* confirmatam, post placita diuersa & expensas non modicas, a memorato Comite damnum maximum sustinuimus & iacturam. Itaque cum prædictum Comitem, post labores plurimos & expensas, reuocassemus a læsione dictæ Ecclesiæ, licet difficulter, dictus Comes

lit. Meinhardi Episcopi.

I

(o) Vid. §. 18.

mes per compositionem amicabiliter inter Ecclesiam & ipsum factam, renunciauit penitus omni actioni & petitioni, si quam contra ipsam Ecclesiam super tali Aduocatia videbatur habere. Quare Dilectus Nobis in Christo *Ludolfus*, Abbas Ecclesiæ, pro sui beniuolentia, damnum Nobis, pro libertate Ecclesiæ suæ, illatum, considerans & attendens, quasi *Vir prouidus & discretus*, cum Nos cerneret obligatos, tamen liberaliter & hilariter nostris & Ecclesiæ nostræ subuenit indigentiis, in CL. marcis, nostris in ea damnis & expensis, pro Ecclesia sua habitis, respondendo, ita tamen, vt de prædicta pecunia castrum & villicatio in *Scheninge* ad vsus nostræ Ecclesiæ redundarent, & hæc Ecclesiæ *Huyesburgensi* sint in testimonium perpetuum & munimen, si, quod absit, aliquis Successorum nostrorum contra ipsam Ecclesiam præsumeret malignari. Nos pro DEI & Gloriosæ Genitricis eius reuerentia & honore prædictam *Huyesburgensem* Ecclesiam in eadem libertate, qua sub nostris viguit Antecessoribus, volentes liberam conseruare, nec vnquam confirmationem Domini Papæ *Innocentii*, super ipsius libertate datam, infringere præsumentes, scripti nostri munimine, nostro & Ecclesiæ nostræ sigillis roborare ac testimoniis, ipsam prorsus liberam, nec vnquam, propter blandas amicorum preces, aut munera excœcantia, vel de alio quocunque cuiquam hominum infeodari licitam protestamur. Huius rei testes sunt *Hermannus* Præpositus, *Wigkerus* Decanus, *Borchardus* Vice-Dominus, *Cono*, *Rodolfus*, Portenarius, *Volradus* Scholasticus, *Euerwinus* Præpositus S. Bonifacii, *Ludolfus*, *Wittekindus*, *Heinricus*, *Hermannus*, *Christianus*, *Borchardus*, *Gerardus*, *Leutfriedus*, *Fredericus*, *Hermannus*, *Ludegerus*, *Ioannes*, *Ludolfus*, *Otto* de Vipech, *Otto* de Hertbeck, & *Otto* de Irckslеue, Maioris Ecclesiæ nostræ Canonici: *Tidericus* Decanus S. Mariæ, *Geuehardus* de Wernigrode, *Fredericus* de Kerberch, Comites: *Hinricus* de Eylensted, *Hinricus* de Ceringe, *Fredericus* de Hersleue, *Conradus* de Lere, *Hinricus* & *Tidericus* de Quensted, *Conradus* de Halberstad, *Geuardus* de Stage, *Nicol.* de Hoym, *Olricus* de Hordorp, *Hinricus* de Veltem, Milites, Ministeriales Ecclesiæ nostræ, & alii quam plures. Et ne talis ipsius Ecclesiæ libertas ab aliquo inposterum calumpniari valeat vel infringi, eam confirmauimus banno nostro, sub pœna excommunicationis districtius inhibentes, ne quis contra eam temere venire præsumat. Si quis autem præsumserit, indignationem DEI Omnipotentis & excommunicationis laqueum se nouerit incurrisse. Actum & datum Halberstad anno Gratiæ MCCXLIX. XVI. Kal. Iun. Pontificatus nostri anno VIII.

Renunciatio Aduocat.

§. XXVI. Demum anno MCCLI. *Sigfridus Blanckenburgicus* in placito generali *ad altam arborem, beym hohen Baum*, omni iuri, si quod in *Aduocatiam* habere visus est, liberaliter nec non affectu sincero æternum renunciauit.

SIffridus, DEI gratia Comes de *Blanckenborch*, in perpetuum. Quoniam ea, quæ circa temporalia fiunt & ordinantur negotia, per intervallum temporis a memoria hominum elabuntur, nisi voce testium stabilita fuerint & firmata, præterea viuaci littera commendata, nec non sigillorum appensionibus æternata. Idcirco ad futuri temporis dubium penitus remouendum, & quodquod ambiguum posteritati venturæ omnimode amputandum, ea, quæ per Nos rationabiliter sincero fiunt ex affectu, scriptis dignum duximus commendare. Nouerint igitur tam præsentes quam futuri, quod cum *ad altam arborem*, placitis ibidem generaliter indictis, cum Principibus & reliquis terræ Nobilibus essemus & Nos pariter constituti, præsentibus Viris Nobilibus & Honestis, videlicet Domino *Meynardo*, Venerabili Halberstadensi Episcopo, *Wigero* Decano, *Volrado* Præposito Walbicensi, Canonicis Halberstadensibus: Laicis vero *Burchardo* de Querenworde, *Burchardo* Filio ipsius, dilecto consanguineo nostro, *Olrico* Comite de Regenstein, & *Geuehardo* Comite de Wernigrode, In præsentia Domini *Ludolfi*, Abbatis Ecclesiæ *Huyesburgensis*, & *Tideriti* de Aspenstede, Monachi Ecclesiæ eiusdem, recognouimus in aperto, nihil omnino iuris in *aduocatia* prædictæ Ecclesiæ Nos habere. Et renunciamus ex toto liberaliter & sincere omni iuri, si quod habemus in eadem, hac fide bona nec non affectu sincero coram prædictis publice protestantes. Igitur Nos, ad cautelam magis habundantem, ne Ecclesia sœpedicta calumpniis, seu versuciis nostrorum hæredum inquietari, siue dispendio molestari valeat in futurum, animæ nostræ saluti, prout tenemur, ex debito duximus consulendum, nec non eidem Monasterio solerti industria ex integro præcauendum, & præterea ab heredibus nostris omnem suspicionis notulam abcidendam, & radicitus extirpandam, bona deliberatione ac prouida cuilibet prorsus impeticioni, quemadmodum in loco supra dicto, *ad arborem* videlicet, recognouimus, si nunc in perpetuum renunciasse, Nos integraliter profitemur. Insuper actioni qualicunque & iuri omni, si quod in præmissæ Ecclesiæ *aduocatia* visi fuerimus habuisse, filiis nostris *Hinrico*, *Sifrido*, *Hermanno*, *Burchardo* præbentibus voluntarium arbitrium & assensum. Huius rei testes sunt *Otto*, Comes iunior de Valckenstein, *Sifridus* de Dituorde, *Arnold* de Sandberg, Milites nostri Castrenses. *Gerardus*, Clericus Domini Abbatis de *Huyesborch*, Notarius, cuius præsens auctenticum est conscriptum, & alii quamplures. Et vt talis renunciatio *Aduocatia* Ecclesiæ videlicet supra dictæ rata, inconuulsa, irrefragabilis, & stabilis omni tempore permaneat & consistat, & ab omni inquietatione,

im-

impugnatione, & inpeticione Successorum nostrorum heredum sit libera æternaliter & secura, prænominatæ Ecclesiæ in robur validum & testimonium sufficiens præsentem literam erogamus appensione nostri sigilli validissime communitam. Actum & datum Blanckenborch anno Dominicæ Incarnationis MCCLI. XIII. Kal. Maii.

§. XXVII. Fuit igitur primus cœnobii *Huyesburgensis* Aduocatus *Fridericus*, Comes Palatinus Saxoniæ & Sommerseburgicus, abs *Alfrido*, Abbate secundo, electus. *Otto* postea, quintus Abbas, constituit *Willerum*, Militem *Eylenstedensem*; Quo defuncto *Henricus I.* Abbas septimus, substituit *Sigfridum Blanckenburgicum*, sponte sub *Sigfrido I.* Abbate decimo resignantem. Vt igitur priscis temporibus munus *Aduocatorum* latissimum erat, iurisdictionis *ciuilis* & *criminalis* administrationem complectens: ita progressu temporis Abbates illam ipsam vsurpare cœperunt, sola *criminali* Aduocatis relicta, quam pro arbitrio Abbates & Episcopi ad tempus in eos detulere, seu feudi loco concesserunt. *Albertus* vero, Landgrauius Thuringiæ, quem ἄστοργον vocant, seu *degenerem*, liberam pronuncians villam *Flemingen* a grauamine *Aduocatorum*, concessit Fratribus *Portensibus iudicium sanguinis* (*Halss-Gericht*) in ea villa. (p) Literæ datæ sunt in *Porta* anno MCCLXXVII. VI. Id. April. testibus *Sigefrido* de Hopfgarten, *Heinrico* de Colemas, *Hamemanno* de Haine, *Heinrico* de Schönbergk, *Friderico* de Schœnberg, Militibus, & *Marquardo* Sub-Notario,& aliis fide dignis. Idem ius confirmauit *Fridericus III.* (q)

Aduocati Huyesb.

§. XXVIII. *Wittekindus*, Comes Waldeccensis, *Aduocatus* Ecclesiæ Padebornensis, facti sui iniuriæque, Episcopo irrogatæ, pœnitens, omne damnum per prædas Ecclesiæ Padebornensi illatas liberaliter compensauit. Quippe inter ceteros Westfaliæ Proceres nomen militiæ sacræ professus, priusquam iter ingrederetur cum Imperatore, acceptis ab Episcopo *Bernardo* CCC. marcis, non modo *Aduocatiam*, sed & cetera bona iuraque, quæ clientelari titulo a Padebornensibus tenebat, in modum pignoris deposuit in manum Episcopi, ita vt si in expeditione mori contingeret, ipsa *Aduocatia* cum omnibus prædiis ac bonis cederet Episcopo, liberumque ei esset, *Aduocatum* ex cathedralis Collegii consensu deligere, quem vellet; nec in feudum dare necessum haberet, ne quid fratres aut consanguinei obtendere possent in successione huius tutelæ. Ipsas tabulas exhibet *Schatenius*. (r) *Aduocatia* hæc, mortuo *Wittekindo*, post quadriennium ab *Henrico IV.* Imp. pleno & confirmato iure asserta est Episcopo Padebornensi Francof. MCXCIII. Indict. XI. II. Idus Decembris. (s)

Aduocati Paderb. pœnitentia.

§. XXIX. Extensum aliquando *ius aduocatiæ* ad minutiora, e. g. ad mansos aliquot, & Ecclesias paganas &c. Anno MCCXLIV. Non. Nou. Pontificatus sui anno III. mandat *Meinhardus*, Episcopus Halberstadensis, *Ludolfo*, Abbati Huyesburgensi, cunctisque suis successoribus, in virtute Sanctæ obedientiæ, ne *aduocatiam* octo mansorum in *Rosten* nunc, seu in futurum vacantem, alienare, obligare, vel infeudare præsumant. Dat. Langenstein Anno MCCLVII. *Volradus*, Episcopus Halberstadensis, cum consensu Capituli, solutam *aduocatiam* duorum mansorum *Berckstedii* cœnobio *Huyesburgensi* contulit. Cuius rei testes erant *Fredericus*, Comes Kirchbergicus, *Volradus*, frater Episcopi, de Cranechfeld, *Hinricus* de Hordorp, *Iacobus* Geuenthusen, *Hinricus*, cognomento Ysenborde, & alii. Cumque quidam minus prouidi ius cuiusdam *Aduocatiæ* in prædictis mansis sibi vendicarent, eamque a Comitibus Wernigerodanis se in feudo tenere assererent, *Fridericus* & *Conradus* Comites, suo suorumque heredum nomine, omni iuri renuntiabant, vt plenius habetur in literis:

Aduocatia minutiorum rerum.

F*Redericus* & *Conradus* DEI gratia Comites in *Wernigerod*, Vniuersis præsentia visuris, seu audituris, cum subscriptorum notitia prospera semper frui. Cum rei gestæ veritas ambigitur, error grauis sæpissime generatur. Nouerint vniuersi, quod cum in DEO deuotus Abbas, & Conuentus Monasterii S. Mariæ Virginis in *Huyesborch*, duos mansos cum dimidio censuales, sitos in campo *Slansted*, a Monasterio in *Ringelem* emtionis titulo rite & rationabiliter emissent, quidam minus prouidi, & forsan per errorem, ius cuiusdam aduocatiæ sibi in prædictis bonis vendicabant, quam a Nobis se tenere in pheodo perhibebant. Nos vero, ob honorem eius, quam Filius nihil negans honorat, ac ad instantiam Abbatis & Fratrum in dicto *Huyesborch* DEO religiose militantium, de beneplacito & voluntate omnium heredum & coheredum nostrorum, quorum ad hoc merum & verum consensum habuimus & habemus, renunciamus vice & nomine nostro, ac eorum, libere & absolute omni iuri ac *aduocatiæ*, si quod, vel si qua nobis in prædictis duobus mansis cum dimidio hactenus competebat, volentes, vt prædicti Abbas & Conuentus dictorum duorum mansorum cum dimidio possessionem quietam, ac ab omni *Aduocatia*, onereque & iugo seruitutis cuiuslibet liberam, pacifice perfruantur, eorum orationibus nos suppliciter commendamus. In quorum omnium euidentiam atque robur, sigillorum nostrorum

Lit. Com. VVernigerod.

 appen-

(p) Chron. Portens. Pertuch. p. 56. (q) Id. chron. p. 65. (r) T. I. Annal. Padeborn. ad ann. 1189. p. 883. seq. (s) Id. l. c. p. 896.

appenſionibus roboramus præſens ſcriptum. Teſtes etiam hi exiſtunt Dominus *Aſchwarus* de Mynsleue, Dominus *Ioannes* de Goslaria, Dominus *Petrus* de Symenſtide, & plures alii fide digni. Datum Wernichrod anno Domini MCCCXXVI. in die S. Blaſii, Epiſcopi & Martyris pretioſi.

Aduocatia Erklenſis, §. XXX. Autor *Demonſtrationis chronologicæ* ſœpius a nobis citatæ (t) pro aſſertione iuris ſui Diœceſani allegat *Burcardum* de *Aſſeburg*, pro ſe ſuisque heredibus, cum conſenſu fratris ſui *Bertholdi*, Præpoſiti in Buſtorf, & Archi-Diaconi Huxarienſis, dimittentem pro XL. marcis denariorum Braclæ & Huxariæ legalium *Aduocatiam*, quam habebat in parochiam *Ercklen.* Hæc parochia ſita quidem in Diœceſi Padebornenſi, collatio tamen eius ad Corbeiam ſpectat, non ſecus ac parochia *Thulen* in territorio Colonienſi, cuius collatio etiam ad Corbeiam, ius vero Archi-Diaconatus ad Prælatum *Abdinghofenſem* intra Padebornam pertinet. Nec tantillum impedit, quod hic & iſte *Archi-Diaconus*, ſeu *Vice-Archi-Diaconus* nominetur. Quæritur, an huiusmodi Archi-ſeu Vice-Archi Diaconi (qui tamen ſimplices erant Presbyteri) abs Abbate, ſeu Epiſcopo fuerint conſtituti? Sic autem eſt cum aduocatia iſta *Ercklenſi.* *Burcardus* ab *Aſſenburg* Miles, cum præſcitu & conſenſu coniugis ſuæ *Agnetis*, & filiorum *Burcardi*, Canonici Maioris, *Egberti*, Canonici SS. Petri & Andreæ Apoſtolorum intra Padebornam, *Ioannis*, Canonici ad D. Petr. intra Huxariam, *Bertholdi* & *Werneri*, nec non filiæ ſuæ *Sophiæ*, omniumque aliorum heredum, anno MCCCXI. vendidit *Henrico*, Plebano in *Ercklen*, & Eccleſiæ ibidem pro XL. marcis denariorum Braclæ & Huxariæ legalium, totam *Aduocatiam*, cum omni iure & pertinentiis, in & extra villam ſitis. Et quia hanc *Aduocatiam* Dominus *Aſſenburgius*, ab *Hermanno*, Comite *Pyrmontano*, hic vero a Corbeia in feudum acceperat, ideo hunc contractum venditionis prænominatus *Aſſeburgius* fecit, conſentiente *Hermanno* Comite, eiusque Filio *Hildeboldo*, præſertim vero *Ruperto Horobuſio*, Abbate Corbeienſi, totoque Capitulo ſuo, tenore literarum deſuper Brackeliæ confectarum, quas Conſules & Senatus ibidem vna cum *Bertholdo*, Præpoſito Eccleſiæ Orientalis Paderborn. & Archi-Diacon. Huxar. *Burcardi* fratre, ſubſignarunt. Hinc anno ſequente MCCCXII. laudatus Abbas *Rupertus*, ipſam Eccleſiam *Ercklenſem*, eius dotem, & omnia bona, in & extra villam ſita vbicunque, tam habita quam habenda, atque homines eadem colentes, ab omni *Aduocatiæ* onere, & ab omni angariarum & perangariarum turbatione immunes fecit, & perpetuo libertatis iure ac commodo frui voluit.

claues monaſt. Aduoc. data, §. XXXI. Olim Monaſteria libera *Aduocatis* & Protectoribus ſuis, imo quandoque etiam aliis, *claues* tamdiu tradebant, quamdiu ipſi ibidem permanebant. Sane Prælatus *Herbertingenſis*, quando *Ebingorum* Vlmenſium (Fundatorum alicuius in templo ibidem capellæ) aliquis eo venerat, ei obuiam procedens *claues* cœnobii tradidit. (u) Comites Wertheimenſes aſſerunt, ſe in Monaſterio *Grumbacenſi* tanquam Protectores, Abbatia vacante, ius *clauium* habere, ita, vt ſi Abbas ibi moriatur, Comes Wertheimenſis vel ipſe, vel per ſuos, monaſterium, *claues*, & ea quæ ad Abbatem pertinuerunt, in cuſtodiam ſuam recipiat, & tamdiu, donec alius Abbas electus fuerit, retineat. (w) Olim quoque Nobiles de *Kemnat*, ceu *Aduocatos* Monaſterii *Irſin*, eo venientes, claues a Prælato poſtulaſſe, & ad ſe recepiſſe, refert autor, *ob die Reichs-Vogteyen wieder einzuführen ſind?* (x) vbi etiam addit: vrbarium quoddam vetus pagi *Riedæſchingen in der Baar* extare, quo aſſeratur, quod ſi Dominus pagi iſtius, *ein Vogt-Herr*, moriatur, & alius *Lindauiam* veniat, & ab Abbatiſſa Lindauienſi feuda eo pertinentia recipiat, Abbatiſſa iſta ipſi *claues* per noctem & diem, *ad panis & vini cuſtodiam*, in Monaſterio tradere teneatur.

Aduocatia Imperialis. §. XXXII. Interim ſalua manet in omnibus Imperatoris *Aduocatia Maieſtatica* ſuprema & vniuerſalis, quæ oſſibus illius arctiſſime inhæret, nec ab eo auelli poteſt, facto aliquo tertii; ſed Imperialis Superioritas in poſſeſſionibus omnibus, ac bonis immobilibus quibuscunque, tam propriis, quam alienis, tam feudalibus, quam allodialibus, etiam Eccleſiis conceſſis, ſalua & exemta ſemper & vbique manet, vti ex *Thom. Michaël.* (y) repetit *Ioann. Chriſtoph. Thill*, Poſonienſis, in ſua de *Aduocatia Imperat. Eccleſiaſtica* diſp. inaugurali, Ienæ ſub vmbone *Sleuogtiano* habit. anno 1690. (z) Ideo Electus Romanorum Rex & Imperator in capitulationibus initio ſtatim *artic. I.* iuramento promittunt: ſe *populum chriſtianum, Sedem & Pontificem Romanum*, & *Eccleſiam chriſtianam*, tanquam eorum *Aduocatus*, protecturos eſſe. Vide capitulationem *Caroli V.* (qua antiquiorem non habemus,) *Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. III. & IV.* Auguſtiſſimi *LEOPOLDI* & *IOSEPHI*, quod etiam in capitulatione perpetua inſertum legitur *artic. I.* incip. *Der erwehlte Römiſche Kayſer und König ſoll und will die Chriſtenheit, den Stuhl zu Rom, Päbſtliche Heiligkeit, und Chriſtliche Kirche, als derſelben Aduocat, in gutem treulichen Schutz halten &c.* Huic

Leopold. obligationi conueniens & illuſtre exemplum nuper dedit Inuictiſſimus *LEOPOLDVS*, (cuius *conſilio* & *induſtria* cuncta porro eueniant feliciter!) dum omnem curam & ſollicitudinem in hanc partem Reip. traxit, vt Eccleſiæ Metropolitanæ *Colonienſi* eius autoritate præfice-

(t) §. 31. (u) Vid. Cruſ. annal. Suev. P. II. lib. XII. c. 6. c. f. (w) Vid. autor. *des Wertheimiſchen Gegen-Berichts wider Würtzburg* c. 3. f. 40. Add. Mager de Aduocat. c. 10. num. 279. (x) p. 106. (y) de iurisdict. concluſ. 25. (z) theſ. penult.

liceretur Pastor & Archi-Episcopus, qui *idoneus doctrina & moribus, pacis praeterea & concordiae amans, Legibus Reip. assuetus, Caesari & Imperio fidus, potentia etiam validus existeret.* Hoc ipsum sane est, quo prouocauit Excellentissimus Caesaris Legatus in propositione Capitulo exposita, dum expresse pro comperto attulit, Caes. Mai. sui muneris, *Aduocatiae* puta, sibi in Ecclesias Germaniae competentis, duxisse Capitulo exponere, quod Archi-Episcopatui huic Electoralis dignitas annexa sit, quam conseruare, nec vlli discrimini obiicere oporteat. (a) Diuina igitur vox *Augustini*: (b) *Debes Imperator incunctanter aduertere, Regiam potestatem tibi non solum ad* mundi regimen, *sed maxime ad* Ecclesiae praesidium *esse collatam.*

Carolina §. XXXIII. Quid? quod *Carolus M.* cum *Aduocatia* Romanae Ecclesiae accepit simul, censente *Limnaeo enucleato*, (c) politicam administrationem omnium bonorum temporalium, Ducatuum scilicet, Principatuum, Dominiorum & territoriorum, quae Imperatorum, Regum, Patriciorum, aliorumque Principum beneficio Ecclesiae obuenerant, quorum donationes Ipse *Carolus* partim confirmauit, partim auxit & ampliauit. Quod posteriores Caesares minime animaduertentes, *Aduocatiam* Ecclesiae de tuitione & propagatione vniuersalis Ecclesiae, seu religionis christianae, interpretati sunt, quam illi, non *aduocatiae* nomine, quae proprie ad possessionum secularium gubernationem attinet, sed *Pontificatus maximi* titulo ac priuilegio habuere, vt patet ex rescripto *Leonis IV.* ad *Lotharium* Imperatorem. Cum tempore *Henrici V. Paschalis II.* nescio quo religionis & iustitiae zelo percitus, Ecclesiis, eorumque Praelatis, *regalia*, i. e. interprete ipso, Ciuitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, telonia, mercatus, *aduocatias* &c. abiudicaret, Imperioque restitui iuberet, (d) in faciem illi restitit *Conradus*, *Salisburgensis* Archi-Episcopus, nomine reliquorum Antistitum, clamans: huiusmodi *Paschali* non competere, neque se vectigalia, oppida &c. a maioribus suis quaesita, sibique relicta, ac seculis aliquot possessa, alteri cessuros esse. *iustitia Paschalis,*

Aduocati rationem reddant. §. XXXIV. Constat etiam ex *Stumfio*, (e) *Lehmanno*, (f) *Würstio*, (g) aliisque, huiusmodi *Aduocatos* olim Imperatoribus de bonis istis Ecclesiasticis rationem reddidisse, hanc inprimis ob causam, vt reditus Impp. essent cogniti, & si bella contra paganos, aliosue Imperii hostes gerenda forent, iis, pro cuiusque facultate, collectae & tributa, ad expeditiones pro communi Reip. christianae salute instituendas, imponerentur. (h) Imo a *Caroli M.* vsque ad *Ottonis IV.* tempora defunctorum Episcoporum & Abbatum bona *mobilia*, vel se mouentia, ad Fiscum & Cameram Imperialem pertinuisse, fusius probat *Lehmann.* (i) Et *Henric. Meibom.* senior (k) tabulas Imperiales profert, in quibus *Alberto* Magdeburgensi, eiusque Suffraganeis, specialem gratiam faciens, prouentus defunctorum, iure antiquo Imperio cedentes, ipsis donat & remittit. *Cum igitur* (est vox Augusti) *ex antiqua & antiquata consuetudine omnium Episcoporum decedentium, qui de iurisdictione sunt Imperii in quibuscunque redditibus reliquiae Fisco cedere debeant Imperiali, ob sinceram dilectionem memorati Archi-Episcopi, eiusque personae reuerentiam, Successoribus, dummodo a praesenti toga carnis exeunt, & omnium Suffraganeorum suorum Successoribus, in perpetuum concedimus, vt omnes prouentus Episcopales, qui de* functis Episcopis, Imperio cedere consueuerunt, *deinceps ad vsus ipsorum colligantur, & collecta referuentur, statuentes, vt si decedentes Episcopi aliquibus debitis fuerint innodati, ex exinde persoluantur.* Acta sunt haec anno MCCIX. Indict. XII. Dat. apud Brunsuie per manus *Walteri*, Regalis Aulae Proto-Notarii, XIV. Kal. Iunii. Plura de *Aduocatis* dabunt tibi alii. (l) *bona mobilia defunctorum ad Fiscum Imperialem pertin.*

Aduocatia S. Viti, §. XXXV. De *aduocatia S. Viti*, qua hodienum Imperator Praesulem Corbeiensem specialiter donat, adeoque munus ac titulum *Aduocati & Custodis perpetui* sacrorum S. Viti lipsanorum, quo a *Conrado III.* olim Abbas *Wicboldus* per aureum donationis Caesareae annulum insignitus fuit, ex innata Imperiali beneficentia itidem laudat, approbat, confirmat & innouat, in singulari dissertatione prolixius egimus, ad quam, si velit, Lectorem remitto.

Oeconomor. iniquitas, §. XXXVI. Ceterum de *rapacitate* & *iniustitia Oeconomorum* lectu dignae sunt tabulae Imperiales, quas licet olim protulerim, cum tamen valde vitiatas tibi reddiderit typographus, placet eas hic emendatiores sistere.

Lit. Conradi Imp. IN nomine Sanctae & Indiuiduae Trinitatis. *Conradus*, diuina fauente Clementia Romanorum Rex secundus. Si paci & tranquillitati Ecclesiarum DEI pia & benigna sollicitudine prospicimus, hanc vicissitudinem Nos a pio Creatore nostro acceptare speramus, vt & Regni, Nobis a DEO commissi, gubernacula in hoc tempore cum pace & tranquillitate possidere valeamus, & post regnum huius temporis in regno aeternae beatitudinis requiem apud iustum Iudicem inueniamus. Notum igitur esse volumus vniuersis Regni no-

(a) Zach. a Bona casa in tr. edit. de Archi-Episc. Colon. Conf. Thill. l. c. (b) epist. 79. ad Leonem Augustum. (c) L. I. c. 3. §. 18. (d) vid. Dodech. append. ad ann. 1110. (e) chr. Heluet. L. V. c. 3. (f) chr. Spir. II. c. 36. (g) chron. Basileens. L. I. c. 4. (h) Mager. de Aduocat. c. XI. num. 6. seq. (i) chron. cit. L. V. c. 67. (k) apolog. pro Otton. IV. Imp. (l) Weber. de iure Patronat. p. 65. seqq. Paurmeist. de Iurisdict. Imp. Rom. L. II. c. 10. n. 22. seqq. Reinking. de Regim. S. & E. Class. I. c. 9. n. 75. Limn. enucleat. L. I. c. 4. p. 21. Bangert. in not. ad L. III. Chron. Slau. c. 18. Mager. & Chokier l. c.

stri fidelibus, tam præsentis quam futuræ ætatis, hominibus, qualiter dilectus & fidelis noster *Wicboldus*, Corbeiensis Abbas, multimoda necessitate ipsius Monasterii compulsus, exposuit in auribus Clementiæ nostræ incommoditates & iniurias, quas a *Dapiferis* & *Pincernis* suis quidam Prædecessores eius sustinuerunt, & ipse a die Prælationis suæ in eodem Monasterio passus fuit. Siquidem *Dapiferi* & *Pincernæ*, & reliqui, qui ministerii locum in domo Corbeiensis Abbatis tenent, quam dignitatem vulgari nomine *Officia* appellant, quasdam abusiones in eisdem *Officiis* sibi vsurpauerunt, vt videlicet *omnia victualia & vniuersam substantiam domus Domini sui sub custodia sua teneant, & cui placuerit, his, inconsulto Domino suo, eadem bona seruanda & passim distribuenda conferant*, tantamque potestatem in istis Officiis sibi asserere conantur, vt Dominis suis palam & quasi de iure suo prohibeant, *ne claues & custodiam rerum suarum alicui committant.* Solent enim de rebus Dominorum suorum *proprias familias alere, ac milites suos pascere* in tantum, vt in propriis domibus plerumque aut tanta, aut etiam plura, quam Domini sui de facultatibus eorum, quas debuerant seruare, expendant, & in dissipandis bonis eorum modum omnino nullum teneant. Huiusmodi ergo superfluas & damnosas rerum suarum dissipationes, cum prænominatus fidelis & dilectus noster *Wicboldus*, Corbeiensis Abbas, de eadem domo eliminare, ac domum suam, secundum honorem DEI & propriam vtilitatem, ordinare tentasset, quidam de Ministerialibus eius *Rabano*, qui tunc Officium *Dapiferi* administrabat, cum fratre suo *Luidolpho*, & paucis consanguineis suis, multum ordinationi eius refragatus est, atque cum multa comminatione asserebat, quod potestatem officii sui, quam hactenus in domo illa exercuerat, nunquam, dum viueret, relicturus esset, ita, vt sub imperio suo essent vniuersa victualia Domini sui, ac potestatem de iis haberet tribuendi, cui vellet, nec dati aut accepti aliquam rationem Domino suo reddere, nec claues rerum suarum alicui seruare liceret, nisi quem ipse ordinasset. Hæc itaque contradictio inter Ministeriales Corbeiensis Ecclesiæ a præfato Abbate, Domino suo, ventilata est, & per iudicium eorum tam eidem *Rabanoni*, quam omnibus, qui huiusmodi dominationem sibi de bonis Domini sui vsurparent, omnis potestas de committendis clauibus, & de custodia rerum Domini sui abiudicata est, hancque potestatem Abbati Corbeiensi præscripti ex ea sententia iudicii vnanimiter adiudicauerunt, vt *claues & custodiam rerum suarum* liceret ei committere, absque consilio *Dapiferi* & *Pincernæ*, cuicunque voluisset. *Dapifero* autem & *Pincernæ* tale iudicium adiudicauerunt, vt in victualibus Domini nullam potestatem dandi, absque voluntate ipsius, prorsus habeant, sed cum Domino suo, secundum debitum officii sui, ad mensam seruierint, hanc dignitatem de officio suo consequantur, vt, *refecto Domino suo, ad mensam eius cum ceteris ministris de bonis Domini sui reficiantur*, &, præter hanc, nullam aliam potestatem de rebus ipsius exerceant. Huic comparium suorum iudicio cum idem *Rabano* acquiescere noluisset, prædictus fidelis noster Corbeiensis Abbas apud Clementiam nostram impetrauit, quod in plena curia nostra, quam *Spira* celebrauimus, iudicium super eodem verbo a Ministerialibus Regni sciscitati sumus, qui etiam in conspectu nostro & Principum Regni, idem iudicium, quod Corbeienses inuenerant, pari consensu asseruerunt. Aliam præterea molestiam idem *Rabano* Fratribus, qui DEO seruiunt in Corbeiensi Monasterio, irrogare præsumsit, quod videlicet *infra muros & ambitum cimiterii eiusdem Ecclesiæ hereditariam mansionem sibi vendicauit*; super qua mansione cum satis fuisset commonitus tum a Domino suo, tum a Fratribus Monachis, tum a comparibus suis, quatenus ab ea desisteret, noluit eorum salutaribus monitis obtemperare. Vnde Ministeriales Corbeiensis Ecclesiæ iudicii sententiam interrogati, abiudicauerunt tam ei, quam omnibus secularibus, beneficium in atrio Ecclesiæ, & quod reliquis Abbatum tale beneficium potuerit præstare. Cum adhuc reluctaretur, Nos item rogati a fideli nostro prædicto Corbeiensi Abbate, cum interrogassemus Ministeriales nostros super eodem iudicio, abiudicauerunt ei, in conspectu nostro & Principum, infra atrium Ecclesiæ, omnem hereditariam mansionem, & omnibus Abbatibus & Monachis talis beneficii concessionem. Orta est nihilominus & alia temeritas ab eodem *Rabanone*, quod intra muros Corbeiensis Monasterii quandam similitudinem dignitatis sibi hereditario iure vendicabat, quam *Præfecturam* appellabat, & se *Burcgrauium* appellari faciebat, cum omnes Abbates eiusdem Monasterii hanc potestatem semper sub se habuerint, vt quicquid a suis intra muros delinqueretur, aut ipsi corrigerent, aut *Camerario*, vel *Dapifero* suo, seu alicui de familia sua corrigendum absque vlla potestate, in perpetuum mansura, committerent. Hac autem potestate præfatus *Rabano* in tantum vsus fuit, vt eam vulgari nomine appellaret *Burckhabin*, &, secundum morem alicuius magnæ potestatis, sæpe infra muros placitaret. Et huiusmodi placita *Burckding* appellabat. Ad hæc placita famuli Fratrum Monachorum de *coquina*, & de *pistrino*, seu de quolibet eorum seruitio cogebantur venire. Qui etiamsi propter impedimenta seruitii Fratrum occurrere non poterant, violenter & contumeliose a famulis ipsius pertrahebantur, & panem & escam fratrum imperfectam relinquere cogebantur. Huiusmodi ergo temeritatem de hac *Præfectura* circa Corbeiense Monasterium ex iudicio Principum Regni prorsus interdicimus, & hanc potestatem in

manu

manu Abbatis esse, sicut antiquitus fuit, decernimus. Nam in veteribus Regum & Imperatorum praeceptis continetur, vt nullus Dux, nullus Comes, nulla alia secularis potestas, aliquam potestatem infra muros eiusdem Ecclesiae exercendi iudicium habeat, sed per Abbatem & personas, temporaliter a se ordinandas, quicquid a famulis Monasterii contra iuris & aequi rationem admissum fuerit, iudicari oporteat. Et si quid Principibus contra priuilegium Imperiale non licet, multo minus Ministerialibus licere constat. Hanc igitur *Praefecturam*, & supra dictam infra muros laicorum habitationem, atque *Dapiferi* & *Pincernae* de committendis clauibus potestatem, ab aliquo vsurpari, & hereditario iure vendicari in supra dicto Monasterio nullatenus permittimus. Sed has tres praedictas vsurpationes, secundum iudicia Ministerialium nostrorum atque sententiam Principum Regni, omnibus laicis, decreto in perpetuum valituro, interdicimus, & horum omnium potestatem Abbati tribuimus.


Iudicium de *clauibus* inuenit *Counradus*, Ministerialis noster de *Haga*:

De *habitatione intra muros* & de *Praefectura* iudicium dedit Ministerialis noster *Counradus de Walthusen*, Camerarius noster a thesauris.

Principes autem cum Ministerialibus suis hi interfuerunt:

Ortlevus, Basileensis Episcopus, & sui Ministeriales.
Heremannus, Constantiensis Episcopus, & sui Ministeriales.
Gunterus, Spirensis Episcopus, & sui Ministeriales.
Eilulfus, Murbacensis Abbas, & sui Ministeriales.
VValterus, Seltzensis Abbas, & sui Ministeriales.
Fritericus, Campidonensis Abbas, & sui Ministeriales.
N. *VVilzenburgensis* Abbas, & sui Ministeriales.
Clerus & populus *VVurmaciensis* Ecclesiae, quae tunc vacabat.
Clerus & populus *Fuldensis* Monasterii, quod tunc vacabat.
Clerus & populus *Laurishamensis* Monasterii, quod tunc vacabat.
Fritthericus, Dux Sueuiae & Alsatiae, & sui Ministeriales.
Otto, Palatinus de Withelispach, & sui Ministeriales.
Hermannus, Marchio de Bathen.
VVernherus, Comes de Haueckhesprech.
Othelricus, Comes de Lentzemborg.
VVilhelmus, Comes de Glitzperch.
Comes *VVilhelmus* de Iuliaco.
Comes *Imikho* de Liningen.
Comes *Vulframmus* de Werthein.
Marquardus de Grunpach.
Arnoldus Dapifer de Rottenburg.
Heinricus Marescalcus.
Reingerus Pincerna.
Thiepertus de Winsperch Camerarius.

Signum Domini Counradi, Rom. Regis II. Inuictissimi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Maguntini Archi-Episcopi & Archi-Cancellarii recognoui.

Dat. anno Dominicae Incarnationis MCL. indict. XIII. anno vero Domini Counradi Regis secundi Inuictissimi XII. Anno Domini Wicboldi, Corbeiensis Abbatis, III. Actum Spirae in Christo feliciter Amen.

§. XXXVII. Infra muros & ambitum coemiterii Ecclesiae hereditariam mansionem *confirma*-affectabat *Rabano*. Sed *Adrianus IV.* anno MCLIV. ita: *Praeterea constituimus, infra ambitum in primi muri memorati Corbeiensis Monasterii nemo Clericorum, vel laicorum iure proprietatis, vel beneficii, legis, mansionem aliquam vllo tempore habeat, sed totus ipsius loci ambitus Abbatis, Monachorum, & aliarum religiosarum personarum vsibus & habitationibus pateat.* Quod *Victor* & *Lucius III.* anno MCLXXXIV. plenius confirmant. Symbolum suum addit *Fridericus Barbarossa* anno MCLII. inquiens: *Sane quod Piissimum Praedecessorem nostrum Regem* Conradum, *ex iudicio Principum ac*

 Mini-

Ministerialium Regni, in plena curia statuisse cognoscimus, (al. agnoscimus) *Nos quoque eius vestigia sequentes, decreto in aeternum valituro firmamus atque statuimus, vt nullus laicorum habitationem infra muros praedicti Corbeiensis Monasterii sibi aliquando vsurpare audeat hereditario iure, sed cymiterium, quemadmodum congruum est, religiosorum habitationibus liberum & expeditum omni tempore pateat.* Et mox: *Et statuimus, vt nullus Iudex publicus licentiam in homines ad Monasterium Corbeiense, vel ad praenominatas cellas ipsius pertinentes, vllam iudiciariam habeat exercere potestatem. Sed omnis eorum res coram* Aduocato *ipsorum diffiniatur, & vt iustitiam, quae appellatur Burgbahn, nemo sibi vsurpare ibidem praesumat, nisi cui potestas ab eiusdem coenobii Abbate concessa fuerit &c. Hoc quoque simili firmitate praecepto nostro roboramus, vt* Dapiferi *atque* Pincernae *Corbeiensis Abbatis nullam omnino potestatem de* committendis clauibus *rerum Domini sui habeant, sed in dandis* clauibus *& ordinandis rebus domus suae liberam potestatem, quemadmodum a Praedecessore nostro per iudicii sententiam determinatum esse nouimus, Abbas in perpetuum obtineat &c.* Eodem iure & immunitate fruuntur Sorores *Herfordienses*.

testes. §. XXXVIII. Subscriptio meminit *Conradi II.* at tertius erat, licet in pluribus literis vocetur secundus. Testes inter eminet *Ortleuus*, Basileensis Episcopus, Comes a *Froburg*. Sequuntur *Hermannus* Constantiensis, nobilis de *Arbona*, *Günterus* Spirensis, Comes *Leiningensis*; Per *VValterum Seltzensem* intelligo Praelatum splendidi Monasterii *Seltzensis*, quod olim in Alsatia *Sauerem* inter & *Sultzbachium* amnes floruit, conditum ab *Adelheide* Ottonis M. coniuge. (m) *VViltzenburgense* asceterium Ordinis Benedictini situm erat in Dioecesi Eystedtensi. *Fridericus* Campidonensis huius nominis tertius erat gente *Klingensteinius*, patria *Augustanus*.

epilogus. §. XXXIX. Tu vero, Sancte Παράκλητε, (n) qui sub *flatus* symbolo nobis missus es, (o) cuiusque officium est, *afflatu suo languentes recreare, terrores discutere, vires sufficere, pauidos erigere, & confirmare, vt, quo ardentius pro veritate fatigamur, eo valentius reficiamur*, (p) Sanctissimi huius muneris memor,

Da virtutis meritum,
Da salutis exitum,
Da perenne gaudium!

(m) Bucelin. Germ. sacr. Part. II. pag. 81. B. (n) Ioh. XIV. 16. & 26. (o) Act. II. 2. (p) vid. Wilchii ἑορτογραφίας Part. prior. p. 318.

ROMA.

ROMANORVM
IMP. CÆSARI AVGVSTO
D. FERDINANDO II.
REGI GERMANIÆ,
HVNGARIÆ,
BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ, ETC.
AVSTRIÆ ARCHIDVCI, ETC.
PRINCIPI OPT. MAX.

Domino suo Clementissimo, submississima, deuotissimaque venerationis cultu prosequendo

SALVTEM.

Cumque deuota, humillimi obsequii testificatione perennem felicitatem precatur.

ETsi, Potentissime, Inuictissimeque IMPERATOR: Domine Clementissime: Fauentissima ipsius naturæ lege, vis omnis atque iniuria feuerissime inhibita sit, improborum tamen hominum malitia, inuidia, & dominandi cupiditas, eo nihilominus processit, vt cognatione, quam naturalis ratio, inter mortales constituit, non attenta, homines hominibus insidiari, eosque in persona & fortunis lædere, violenter inuadere, atque penitus interdum opprimere non intermittant. Ea de causa ad vim iniustam auertendam, præter varias violentiæ prohibitorias leges, qualis est Sanctio Iulia de vi publ. & priuata, Interdicta quoque plurima, quibus vim fieri Prætor vetat, multæ insuper Imperii Constitutiones (quales sunt, Aurea Bulla Caroli IV. Tit. 17. Reformatio Friderici III. Imp. Anno 1442. Francofurti facta, similiter Pax Regia Maximiliani I. tum Regis Romanorum Wormatiæ Anno 1495. erecta: Itemque declaratio & ordinatio per Cæsareæ Maiestatis Locum tenentes, & Electores Norimbergæ, Anno 1522. conclusa, insuperque eiusdem Maiestatis & Statuum Imperii Pax publica profana Anno 1548. Augustæ. ac deinceps etiam Anno 1555. Religiosa, &c.) factæ ac promulgatæ fuerunt.

Verum cum istis legum ac constitutionum repagulis humanæ naturæ corruptio, ab aliorum læsione ac inuasione haud satis reprimi ac coerceri posset, non omnes autem contra violentas oppressiones, propriis viribus sufficientes, ac tuti essent, ideo debilioribus Prouinciis, Populis, Ciuitatibus, ac Monasteriis, ad alia tutiora & magis præsentanea auxilii efficacioris, præsidia; aduersus potentiorum machinationes, atque insultus confugiendum fuit. Hac vrgente necessitate factum est, vt amicis, sociis & fœderatis omnes fere populi, inprimis vero Romani, qui iniendorum cum aliis populis, fœde-

fœderum neceſſitate, laboris & induſtriæ plurimum poſuere, vſi fuerint: Inde etiam patrociniorum & Clientelarum initia manarunt, ac deinceps, temporis ſucceſſu, Ius Protectionis, tam ſæculare, quam Eccleſiaſticum, omnium ferme populorum moribus, inductum atque receptum fuit.

Huius autem Iuris hodie admodum practicabilis, plenaque ac copioſa illuſtratione, meo ſane iudicio, digniſſimi, tractationem atque vberiorem deductionem, qua occaſione, & quibus de cauſis, ipſe ſuſceperim, & quem in conſtruendo opere modum ac ordinem tenuerim, in ſubiecto ad lectorem proœmio, fuſe explicaui.

Cum autem has meas vigilias, non inani oſtentatione ductus, ſed vt Iuniorum in Iure & praxi verſantium ſtudia, labore meo domeſtico, vtcunque promouerem, magnorum & præſtantium virorum, qui eaſdem vel integras perlegerunt, vel earundem ſummas prægustarunt, conſilio & frequenti hortatu, prælo Typographico ſubiectas abſolutasque in apertum proferri permiſiſſem, & pro more vſitato, iiſdem lucem aſpecturis, Patronum ac defenſorem, cuius felici auſpicio in manus hominum exirent, & contra inuidos Zoilorum morſus, præcipua quadam autoritate propugnarentur, liberiorique hominum aſpectu fruerentur, proponere oporteret, nemo mortalium, quam Cæſareæ Maieſtatis Veſtræ ſublimitas, ab ipſo ſtatim operis initio, ad hoc deſtinata, quæ in frontiſpicio ceu Numen aliquod præfulgeret, iuſtiori de cauſa hunc in locum conſtitui potuit ac debuit.

Si enim ille mihi Tutor: (quod in nuncupandis nouis commentationibus plerique potiſſimum obſeruant:) præferendus fuit, cui beneficiorum acceptorum nomine maxime obſtrictus eſſem, & pro collatis benefactis, aliquam veluti remunerando gratiam referrem, quis in me ornando & ſpecialibus honorum Titulis ſublimando, plus in me gratiæ poſuit, quam Cæſarea Veſtra Maieſtas, quæ ſuperioribus annis, me nec petentem, nec merentem, Nobilium ordini, vna cum liberis meis, clementiſſime primum accenſuit. Deinde ampliſſima Comitatiuæ Palatinæ dignitate exornauit, in ſpecialem ſuam, Imperiique & Domus Auſtriacæ, protectionem perpetuam recipiendo, ac ſingularibus inſuper Prærogatiuis ac Priuilegiis, omnem poſteritatem meam gratioſiſſime muniendo. Quod ſi igitur immemores beneficiorum, ex mente Ciceronis, adeoque omnium ſapientum iudicio, omnibus odio habentur, quis me ab ingrati animi vitio immunem eſſe dixiſſet, ſi primos ſtudiorum meorum fructus, alteri quam Cæſareæ Veſtræ Maieſtati obtuliſſem, vt cui non ſolum has exiguas primitias, præ omnibus aliis debere me libenter fateor; ſed & toti Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ indefeſſo ſtudio & humilimis ſeruitiis obligatiſſimum eſſe agnoſco. Cum igitur tantorum beneficiorum a Cæſarea Maieſtate Veſtra in me profectorum, nexu conſtrictus, qua eiusdem Maieſtatis ſuæ altitudine, qua virium mearum imbecillitate impeditus, hoc quidem tempore, omni me debito liberare non poſſem, hac in parte ſedulorum colonorum induſtriam imitandam eſſe cenſui, qui in annonæ caritate & ſterilitate penſionem, ſi non totam, aliquam tamen partem ad vſufructuarium adferri curant, vt ſi quando meliora ac fertiliora tempora affulgeant, reſiduum quoque præſtent.

Deinde vero ſi eam ob cauſam, quam librorum autores in dedicandis operibus ſuis, non in poſtremis habent, magnis Principibus noui libri inſcribuntur, vt a Patrono, in prima earum fronte conſpecto, aliquid lucis ac ſplendoris accipiant, a nullo ſane mortalium plus ornamenti, ac decoris, tenui huic ac immaturo partui, accreſcere potuit, quam ab Auguſtiſſima Maieſtate Veſtra, quæ in toto terrarum orbe omnes mortales amplitudine & dignitate antecellit.

Præterea ſi potens aliquis defenſor ac propugnator, huic libro quærendus fuit, cuius autoritate ac tuitione tutior in publicum prodiret, & inter homines inconuulſus appareret, nullus in mundo Cæſareæ Veſtræ Maieſtati, hunc ad finem præferri potuit, ad quam veluti tutiſſimam anchoram, totiusque non Germaniæ ſolum, ſed immenſi orbis Chriſtiani Vindicem & Auguſtum confugerem, ipſiusque Clypeo tuto deliteſcens, certiſſimam ac ſecuriſſimam mihi tutelam pollicerer.

Quod ſi inſuper nouæ lucubrationes, vt fieri maxime conſueuit, talibus Heroibus conſecrari debent, qui ſtudiis apprime fauent, eorumque cultores promouent, ac liberaliſſime remunerantur, ſuſcepti ſane laboris huius deſudatio, nulli iuſtiori ex cauſa inſcribi debuit, quam Auguſtiſſimæ Maieſtati Veſtræ: Quis enim Athletas in amœniſſimo litterarum campo decertantes benigniori fauoris aura, ad deſignatam victoriæ metam, præmiorum oſtentatione, & laborum exantlatorum compenſatione, vehementius

tius propellit? quam Cæsarea Vestra Maiestas, quis defessos ex alto studiorum pelago, ad portum delatos, liberaliori suscipit hospitio, quam C. V. M.? Quis denique Rempubl. literariam magis ornare, ornatam ampliare, ampliatam propagare, propagatam in flore conseruare studet, quam C. V. M.? Illi igitur ante omnes, si quid elegantiores Musæ parturiunt, merito consecrandum, dicandum, inscribendum, ad illamque tanquam vberrimum omnis liberalitatis fontem, declinandum, a qua illa etiam Iura, quæ in recognitionem supremæ potestatis, Imperiali culmini reseruata sunt, in alios non raro deriuantur.

Denique vt alias haud leuioris momenti debitæ Cæsar. Maiest. Vest. inscriptionis meæ causas breuitatis ergo, prætercam, ecquem fugit, Tractatum hunc, ex operis quoque ipsius argumento, nulli, quam Cæsareæ Maiestati Vestræ inscribendum ac deferendum fuisse. Cum enim in eodem, inter alia, quæ de Imperatoriæ Maiestatis amplitudine, passim deduxi, illud exquisite, & ex proposito, multis in locis, sigillatim exposuerim, Romanos nempe Imperatores (inter quos ex Serenissima Domo Austriaca progenitos Cæsarea Maiestas Vestra, numero bis senus, tanquam lucidissimum mundi sydus effulget) iam inde a primo Christiani nominis Cæsare, Constantino Magno, non solum Sacræ Romanæ Ecclesiæ perpetuam Aduocatiam iure optimo, maximo sustinuisse, sed totius etiam Romani orbis, quo ad protectionem & Iurisdictionem vniuersales Dominos, supremosque ac generales Protectores, defensores, ac conseruatores existere, omnemque ab iis tanquam a riuo defensionis potestatem promanare ac dependere, non alteri sane elucubratas a me de Protectionis Iure, operas, quam Cæsareæ Maiestati Vestræ, tanquam summo mundo Protectori, nuncupari atque dicari a me oportuit. Sicut enim orta ab Oceano ac deducta flumina in ipsum tandem refluunt, ita omne illud, quod in defensionis materia, a quoquam comportatum reperitur, ad summum orbis Romani Principem, tanquam principale defensionis pelagus, omnino remittendum est, a me vero, quod in præsenti Aduocatiarum tractatu, de tutelari patronorum Iure ac potestate, Clientumque officiis & obligationibus congestum est, ad Cæsaream Maiestatem Vestram, eo necessitatis cursu redire debuit, vt per hanc oblationem, atque inscriptionem, Cæsareæ Maiestati Vestræ, non tam sua reddi, quam mea offerri necessario confitendum sit. Imo vero hic ipse Patrociniorum Codex, eo iustius ac conuenientius Cæsareæ Maiestati Vestræ restituendus fuit, quod summis aliis, animi sui dotibus, quibus ad supremum Romani Imperii fastigium, euecta fuit incredibilem in defensa tota ferme Germania, inuicti animi fortitudinem, per incomparabiles Victorias, sub ipsis statim suscepti Regiminis turbatissimis initiis, felicissime adiunxerit.

Quis autem alias Maiestatis Vestræ laudabiles actiones ac heroicas virtutes, mente complecti, ne dicam verbis exprimere? quis admirabilem in præteritis periculis constantiam, in difficillimis negociis laborem in laboribus fortitudinem, in agendo industriam, in conficiendo celeritatem prædicare? quis in consiliis prudentiam, in cognitionibus iustitiam, in puniendis Aduersariis Clementiam, in primis vero a Cæsarea Maiestate Vestra vsitatam, in Deo colendo assiduitatem dicendo assequi, vel longissima oratione, ne dicam angusta Epistola enarrare potest?

Mihi quidem, licet id ipsum ad hoc litterarum genus magnopere pertinere sciam, animus non est, Maiest. Vest. præconia recensere, quod probe intelligam, eas vix multis voluminibus comprehendi posse, & vires in dicendo meas longe superare, in prosperrimo tamen felicitatis loco cum Deus Opt. Max. Cæsaream Maiestatem Vestram, collocarit, & hucusque singularibus contra Rebelles ac hostes suos Triumphis bearit, non possum non magnopere lætari, & concepta animo gaudia efferre.

Quis autem Cæsaream Maiestatem Vestram non fatebitur Victoriosissimam esse, cuius imperium, cum horrendis bellorum fluctibus, qua externis, qua internis agitaretur, ita tamen fortiter ac feliciter motus intestinos compescuit, pacis turbatores euicit, coniuratosque nominis ac familiæ suæ aduersarios ita prostrauit, vt quo magis illi magnitudinem Austriacam labefactare conati sunt, eo plus potentiæ ac roboris, Serenissimæ Domui huic, quam iisdem, quibus solis cursus finitur, limitibus, suarum Ditionum fines circumscripsisse notorium est, accreuerit & adiunctum fuerit.

Plura scribere conantem, non aliena a rerum circumstantiis consideratio, id facere prohibet. Ne igitur longiore verborum circumductione in publica commoda, quibus assidue promouendis, omnes Cæsareæ Maiestatis Vestræ, consecratæ sunt curæ,

peccare videar, id quod superest, Imperator Clementissime, eidem hasce exantlatorum in Iure laborum meorum primitias, munus quidem exiguum, & tanta sublimitate indignum, promptissimo tamen & deuotissimo animo eiusdem nomini inscriptas lucubrationes, ceu indubitabilem erga eandem, & totam Serenissimam Domum Austriacam, mentis meæ gratissimæ, tesseram, pro collatis in me beneficiis humillime offero, gratiasque eidem pro collocatis in me meosque amplissimis gratiis ac beneficiis, quas vel animus meus capere, vel proferre lingua potest, maximas ago, submississime deuotissimeque orans, vt Cæsarea Maiestas Vestra, hoc meæ in Illam humillimæ obseruantiæ indicium, ac certissimam gratissimi animi mei contestationem, pro singulari in præclaros cuiusque conatus affectione, & Heroica in Musas honestarumque disciplinarum cultores propensione, benigno & sereno vultu, innatoque Austriaco fauore, clementer suscipiat, atque Imperiali autoritate sua, tanquam Aiacis Clypeo, aduersus inuidorum hominum liuores, benigne protegat, tueatur, & qua me ante hac Clementia, immeritum quidem complecti, beneficiisque prosequi cœpit, deinceps etiam inter M. S. cultores, censu quidem graduque aliis imparem, animo tamen affectuque humillimo vix cuiquam secundum, patienter ferre non dedigneretur, sed & sub potentissima Maiestatis suæ Clientela latere Clementissime patiatur.

Quod si Sacra Cæsarea Maiestas Vestra, augustissimos vultus sui radios, toti terrarum orbi iam dudum datos, ad exigua hæc commentaria nostra flectere, benigne dignata fuerit, eadem, occasionem ad maiora & elaboratiora, quæ incepta iam sunt, & vt lucem ex impressione accipiant, forsan non indigna erunt, porrectura atque datura est.

Sicut autem ex gratiæ & beneficentiæ a Cæsarea Maiestate Vestra in me profectæ, ac liberalissime collatæ, amplitudine, ad humillimæ obseruantiæ, debitæ venerationis, plenissimi obsequii & perennis prædicationis ardentissima studia, obstrictissimum me esse sentio, ita præpotentem omnisque boni datorem Deum, Regum illum, Regnorumque Præsidem ac custodem, intimo ex sensu venerari, obtestarique nunquam desinam, vt Sacram Cæsaream Maiestatem Vestram, omni gloria florentem, Victoriosam, triumphantem, ac pro toto orbe Christiano assidue vigilantem, incolumem esse, & quam diutissime cœtibus mortalium interesse velit, sicque amplius fortunet, vt bene de toto Imperio, eque animi sententia mereri: salutaribus pacis bellique consiliis semper insistere, continua animi tranquillitate, post inquietiora nonnihil gubernationis auspicia, feliciter frui, debitas denique omnium ordinum acclamationes, vota, desideria, preces, iusti moderatique regiminis testes, secum in sepulchrum (quod vt sero eueniat, boni omnes exoptant) & in cœlum vsque ferre possit: Viuat: Valeatque Augustissima Maiestas Vestra æuiternum. Francofurti ad Mœnum, quo hos Commentarios excusos reuidendi causa, instantibus nundinis, me contuleram, postridie Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ. Anno post Christum natum M. DC. XXIV.

S. C. V. M.

Seruitio, Obsequio & studio humillimo deuinctissimus Cliens,

MARTINVS MAGERVS a Schœnberg, ICtus.

COM-

COMPELLATIO LECTORIS.

ETsi non immerito verendum erat, ab inuidis aliquam mihi ambitionis notam inustum iri, si nonnullas a Doctis viris, mei amantibus, Epistolarum ac carminum schedas, in commendationem Tractatus huius, expeditas, & sub finem impressi operis, ad me transmissas, hoc loco insererem, quod forte videri possem, me veluti suspensa hædera præcones allexisse, & emendicatis, quod dicitur, suffragiis, ad exornandum istum Commentarium meum, vti velle, iisque delectari: attamen cum hoc a multis aliis præstantissimis viris, ab omni laudis quærendæ cupiditate alienissimis, qui suas in lucem emiserunt lucubrationes, passim ac quotidie fieri, sæpiusque factitatum esse, probe scirem, ideo illas ipsas Epistolas ac odas a Typographo hoc loco apponi passus sum, non equidem ea de causa, vt popularem inde auram captarem, sed vt amicissimorum hominum voluntati satisfacerem, neque eos insumpti laboris impensa defraudarem, maxime vero, vt quanto desiderio nonnulli, editionem hanc efflagitauerint, quantaque mecum, veluti cunctabundo emansore, quod illos nimium protracta elucubratæ huius materiæ, publicatione diutius quam expectarant, suspenderim, contentione expostulauerint, aliqua ex parte cognosceretur: quia tamen illi ipsi Stimulatores, nominis mei studiosiores, cum in Epistolis, tum in versibus effictis in laudes meas nimis profusi, & si dicere licet, prodigi fuerunt: (quod amoris illorum erga me candidissimæ propensioni, magis quam Veritati tribuendum esse sentio:) illas tamen effusiones, hoc moderamine accepto, vt si Vigiliæ hæ meæ non tales sint, quales illi esse deprædicant, in aliis subsequentibus, maiorem exornandi eas ipsas diligentiam adhibiturus sim. Interim etsi melius memet ipsum norim, tamen fero æquissime, illos amore in me nimio decipi, aut alios idem velle deceptos, quos tamen eiusmodi errore imbutos, ea facile liberabit interpretatio, si sibi persuadeant, Laudatores illos, non ita sensisse, quod ea, quæ amore ducti mihi ascribunt, assecutus iam sim, sed ad assequenda ista, stimulos mihi suos admouere voluisse. Sed nunc ipsæ litteræ ac poëmata sequuntur.

EXEMPLVM LITERARVM, NOBILIS, CLARISSIMI, AC DOCTISSIMI VIRI, Domini Melchioris Goldasti Heiminsfeldii, &c. Illustrissimi Holsatiæ ac Schaumburgiæ Principis Consiliarii, sub ipso impressi operis fine, ad Autorem scriptarum.

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,

MARTINO MAGERO A Schönberg/

I. V. DOCTORI, S. PALATII LATERANENSIS ET AVLÆ CÆSAREÆ COMITI, CONSILIARIO ARCHIDVCALI AVSTRIACO ET EPISCOPALI ARGENTINENSI, &c.

Domino & Amico meo honorando.

S. P. D.

EGo vero, Nobilissime & Amplissime MAGERE, *Literas olim ad te dedi & bene longas, & rerum plenas ad* IVS ADVOCATIÆ, *hoc est, ad petita tua respondentium. Quas equidem nollem periisse, quod in iis singularia quadam notaueram, haud temere ab aliis animaduersa, & ad Institutum tuum cum maxime facientia. Sane animus quodammodo præsagiebat frustra me scribere, cum post discessum mercatorum, qui tuas mihi reddiderant, vix occasionem reperirem curandi meas ad te perferendas. Est enim* COMBERGA, *vbi tum degebas, in loco auio sita, quo per multas desertas Otthonianæ Syluæ ambages, Veredariorum & Tabellariorum opera difficulter demum penetrare solet.*

Interea tamen non neglexi Sciagraphiam illam operis tui elegantissimi, quam Humanitati tuæ placuit ad me transmittere, delineatam per Capitum & inibi discussarum quæstionum Indices, cum amicis & multorum Principum Consiliariis, nostrûm Vtriusque studiosissimis, communicare, eosdemque participes tuos facere, a quibus dici non potest, quanto desiderio opus istud tuum hactenus fuerit expetitum, quantisue studiis efflagitatum, vt quod semel promisisti, tandem expedires, ferresque expensum nobis lentum ac morosum nomen. Sic enim mecum plerique omnes sentiunt, nec maius quidquam, nec pulchrius, aut magis egregium, vel Excellenti ingenio tuo dignius, abs te instituti potuisse, tum ob materiei, quam describis, nobilitatem, tum ob eiusdem vsum illustrem in foro ac praxi ciuili canonicoue. Nam quocunque voles oculos tuos vertere, erit vt perstringat eos splendor huius Solis, radios suos in summum Pontificem Ecclesiæ Vniuersalis Præsidem, Imperatorem Orbis Christiani Dominum, in Cardinales mundi Vertices, in Patriarchas, Metropolitas, Episcopos, Abbates, Præpositos, cæterosque Prælatos: in Reges, Electores, Duces, Principes, Comites, Barones, Equites, & Magistratus honoratos, hinc actiue, illinc passiue, vibrantis atque extendentis. Et ne summa tantum Capita commemorem, ostende mihi aliquam Plebaniam vel Capellam, ostende oppidum vel marcam celebriorem, & ostendam ego tibi controuersas huius, quod tractas, Iuris seu Aduocatialis, seu Protectorii, siue Patrona-

lis quæstiones dicam an querimonias, quibus grauati clientes orbem terrarum supremasque Imperii & regnorum curias, incendunt.

Quamobrem noli dubitare, mi MAGERE, *quin quantum molestiæ, quantumque laboris tibi ob hæc studia adsumendum fuit, tantum inde commodi atque vtilitatis in vtramque Rempublicam, quà sacram, quà profanam, vbertim sit redundaturum. Pertende ergo, quod feliciter auspicatus es, atque vti nefas habes rerum maiorum, aduersus Ecclesiæ ac politiæ statum, quicquam facere, ita velis, quæcunque agis, ea maxime summis vtriusque Principibus placere: præsertim hoc exulcerato & maligno sæculo, cui scelus pro cælo, latrocinium pro patrocinio, &* Stürmen *vsque fuit pro* Schirmen: *cuiue nulla supremarum Maiestatum pietas tantum potuit opitulari, quin & minoribus potentiores aduersarentur, & Rempublicam illi profligarent, qui eam maximopere saluam pacatamque seruare deberent. Sed bene habet, quod nunc, postquam perpuduit, miscenda atque perturbanda Republica, spes sit pausam nobis aliquando horum malorum futuram, & modum iniquitati habitum iri, sub duobus istis moderatissimis orbis Christiani Monarchis, Vrbano VIII. Papa & Ferdinando II. Imperatore, quos Deus in hæc tempora reseruasse videtur, vt te viam comiter monstrante, miseris afflictisque opem, oppressis iustitiam, fidis ac deuotis gratiam, ferrent, administrarent atque rependerent. Quod vt ille largiatur, qui supra nos res humanas curat, id eius misericordiam ardentibus votis veneror, teque simul in eiusdem benignitate sperare constanter, ac fideliter iubeo, vt si minus gratiæ ab ingratis hominibus, at ab eo remunerationem exspectes, à quo omne bonum donum, omneque perfectum munus, superne est, descendens ab illo Patre luminum, apud quem nulla est mutatio, aut vlla conuersionis vmbra, vt verbis vtar Apostoli: Et qui tibi animum viresque dedit, vt tam difficilem arduamque rem aggressus concinnares, atque perficeres, is (crede mihi) non deerit præsentanea sua gratia, vel ἀπὸ τῆς μηχανῆς. Non ibo longius, nec tibi à remota antiquitate specimina virtutis, eamque comitati honoris, quod vnicum generosorum hominum solet esse præmium, ob oculos ponam: consideremus eos, qui te in pari consimiliq; cliuo, sed alia semita, antecesserunt, & quam laudis adoream, Tiraquellus in Primigeniis, Gailius in obseruationibus, Mascardus in Probationibus, Gilkenius in Vsucapionibus, Rulandus in Commissionibus, Friderus in Processibus, Zangerus in Exceptionibus, Farinacius in Quæstionibus,* Rosenthal *in Feudis, Knichius in Territoriis, Heringius in Fideiussionibus, Sixtinus in Regalibus, alii aliis in Argumentis illustribus, consecuti sunt, eandem tibi quoque ex* ADVOCATIIS, *paratam esse existima, per quas non modo nomen tuum ad sidera, vsque extolletur, summis omnium præconiis, verum etiam ad famam prouehetur immortalitatis, in æuiternum voluntatis diuinæ testimonium, vt conuerso patrio, nomine, in* pulchro monte *locatus, iam non* MAGER *voceris, sed Opimius, quod & in Deum & in homines opimam fœcundamque operam contuleris. In quo omine desino, & eundem Deum optimum Maximum precor, vt te Reipublicæ, tibi nobisque omnibus, diu incolumem sospitemque seruet. Dabam Bickenburgi inferiori Saxoniæ, Ex Aula Illustrissimi Holsatiæ ac Schaumburgiæ Principis. Eidibus Quinctilibus. A. C. M. DC. XXIV.*

MELCHIOR GOLDASTVS
HEIMINSFELDIVS.

Aliud Exemplum Epistolæ a Clarissimo & Doctissimo Iurisconsulto Domino Daniele Otthone, Illustrium ac Generosorum DD. Comitum ab Hohenloe, tum temporis, nunc vero Illustr. DD. à Geroltzeck, &c. Consiliario, ad Auctorem Anno M. DC. XX. missæ.

SALVTEM ET OBSERVANTIAM.

TArdius ad te scribo, Magnifice Vir, quam debui, quo nomine in contemptæ amicitiæ suspicionem vocor, sed hoc ipsum, quod commissum à me est, primum ex aliena culpa, quà de, tuæ literæ, pendet, deinde nunc quidem etiam corrigitur. Tractatus tui de Aduocatia quæ ad me misisti capita, quà potui diligentia perlegi, inque iis vidi (non loquar ironice,) vere culti atque aprei ingenii tui signa. Etenim materiam eius si spectem, ardua illa est, perque docte tractata: ordo atque forma totius operis ea est, vt omnes disserendi artem qui profitentur, eam veluti formosissimam filiam exosculari debeant. Non est igitur, vt meas animaduersiones expectes: Alexandrum sibi quærit hic Bucephalus. Tu modo perge hos excellentis ingenii fructus multis flagrantibus communicare, & in publicum afferre, Iuuabis sic multum communia studia, tuumque nomen atque memoriam, vna cum hoc scripto, magna cum laude & gloria, immortalitati commendabis. Salue vir Amplissime, meque inter cultores tuos cense, & vt hactenus, ama. Waldenburgi 4. Octobris 1620.

Tuæ Excellentiæ
Obseruantissimus
DANIEL OTTO D.

PROOE-

PROOEMIVM OPERIS DE ADVOCATIA

AD LECTOREM.

CVm de fiduciario Patronorum Iure, Lector Candidissime, clientumque officiis ac clientelarum prisca ac hodierna forma, argumento vt maxime practicabili, ita hactenus in tanta Scripturientium varietate ac numero, eo quidem tempore, quo ego illud exornandum suscepi, nulli ex professo, tractato, superioribusque haud solum seculis, sed & nostra ætate, quod diuersæ in Augustissimo Cameræ Imperialis Iudicio, super iure Aduocatiæ, introductæ, & adhuc indecisæ pendentes controuersiæ manifestum ac notorium faciunt, vsitatissimo, Tractatum hunc, exemplo aliorum, qui idem in diuersis tam publici, quam priuati Iuris, scriptionibus factitarunt, in hac nobili ac præclara tuitionis materia, quæ multos ac magnos tangit, non ea quidem præsumptione, quod tantum ingenii aut eruditionis in me sentirem, vt doctioribus, quos diua Themis, in celsiore sapientiæ gradu collocatos esse voluit, hac mea opera prodesse possem, sed vt meum saltem ardentissimum, iuuandæ rei litterariæ, desiderium, omnibus Iuris prudentiæ cultoribus, ad quos, ex hac mea Commentatione, non nihil frugis redundare forsan poterit, patefacerem, ex diuersis autoribus, quorum nomina infra positus Elenchus continet, haud exiguo labore concinnatum, in lucem euulgare constituissem, arbitratus sum ex vsu me facturum, si qua occasione & quibus de causis hanc de Aduocatia vberiorem tractationem susceperim, ante omnia tibi lectori, ne quid inconsulto aggressus esse viderer, verborum compendio complecterer atque explicarem.

Cum præter innumeras alias, quibus ab annis plusquam triginta, in diuersis tam spiritualibus, quam secularibus Dicasteris, maxime vero in Imperiali Camera Spirensi, consulendo, scribendo, & patrocinando, operam impendi, iudiciales causas, ardua ac grauissima quædam, in puncto amissi iuris protectitii, controuersia, patrocinio meo commissa fuisset, ac proinde multa ad hoc argumenti genus, ex aliis conquirendi, & propria meditatione extruendi, litis illius deductio, necessitatem mihi imponeret, etsi tenuitatis meæ conscius probe scirem, me non potuisse absolutæ perfectionis opus conficere, huius tamen materiæ per se nobilissimæ ac lectissimæ, non solum dignitate, sed etiam elegantia & iucunditate inprimis incitatus, non obstante hoc in genere scriptorum inopia, integrum super illa, Tractatum, succisiuis, & ab officii, mihi incumbentis munere horis vacuis, vt plurimum tamen eo, quo me Anniuersarius pedum morbus, lecto affixum tenebat, tempore, summa animi alacritate, eo modo contexere cœpi vt in illum omnia ad hanc Iuris partem pertinentia studiose redegerim, certamq; methodum obseruando & iuxta receptum ICtorum morem procedendo, præmissis dubitandi rationibus, per subiecta decidendi argumenta, plerasque in protectionis materia occurrentes quæstiones, vltra numerum quingentesimum sese extendentes, recte ne ac solide, alii iudicabunt, definiuerim: quo in labore, dum per aliquot annorum curricula, quibus & alias non minus nobiles atque ab aliorum tractatione remotas lucubrationes adornaui, persisterem, accidit, vt opere hoc sub manu paulatim succrescente, cum quæ adderem noua quotidie occurrerent, illud ipsum opinione multo maius ac prolixius euaserit.

Res quidem est fateor, quam mihi non sentio adesse, magnæ doctrinæ, ingenii vero maximi, materiam nouam, de qua nullus scriptorum ex instituto quicquam vulgauit, in publicum producere, sicut enim artis non magnæ videtur esse, ea, quæ de re aliqua literis committenda, iam antea in vtramque partem ab aliis disposita sunt, colligere, atque in iisdem alterutram in partem discessionem facere, aut ea quæ aliorum beneficio inuenta fuerunt, noua aliqua ratione roborare, ita vicissim, quod nemo facile nisi expertus credere potest, res est laboris non exigui, sed difficultatis maximæ, de argumento per neminem prius tractato, commentarium scribere, & tanquam nouam incognita in via orbitam imprimere. Ea de causa facile mihi persuadeo, non defuturos, qui me temeritatis & audaciæ insimulaturi sint, quod tantam rem, animo complexus sim quantam vix homines exquisita doctrina, præstantique ingenio præditi, suscipere ausi fuissent. Hanc quidem ob causam editionem huius libri, in tempus aliud non inuitus distulissem, nisi eandem amicorum efflagitationes expressissent.

Verum enim vero, cum eius mihi in mentem venisset, quod insigni excultus doctrinâ, Petrus Faber Cap. 1. Agonist. prudenter innuit, dum inquit, præposterum sibi semper ac inutilem eorum visum esse, in omni scriptionis genere, laborem, qui actum agunt, nec alia, quam quæ vel cæteris omnibus, vel eruditorum cohorti placuisse constat, ipsi in medium proferunt, etiamsi alio fortasse modo, (quod de Stoicis apud Marcum Tullium li. 4. Tuscul. legitur) ea enarrent ac edisserant, illius contra eximii ac præcellentis ICti bonum esse factum, qui in hac Iuris disciplina, quam tractamus & excolimus, adhuc Iuuenes informat, eaque tantum scribendo exhibet, quæ ore alio indicta sunt, illius certe grauissimum Iudicium, me sponte currentem adeo ad opus hoc perficiendum incitauit ac confirmauit, vt nulla me cogitatio a suscepto semel exornandæ huius materiæ consilio abstrahere potuerit.

Quod enim alios a scribendi studio abducere solet, verentes, ne alii diuersæ opinionis sensu imbuti, eorum commentationes, erroris redarguant, quod quidem in hoc argumenti genere tanto magis verendum esse videbatur, quod propositæ in hoc ipso Tractatu, quæstiones pleræque nouæ, a nemine prius tactæ, multo minus definitæ reperiantur, quod ipsum & me, quo minus huius materiæ tractationem susciperem non immerito deterrere potuisset, quia tamen econtra illud occurrebat, in amplissimo Iuris stadio currenti, liberum esse, de quibuscunque controuersiis, suam ingenue proferre sententiam: Vt vel hinc quorsum etiam res euadat, alii, qui acutius vident, atque eruditione plus pollent, rem certius definiendi maiorique industria & consideratione eiusmodi disceptationes, & controuersos Iuris articulos discutiendi, occasionem arripiant, vt communicatis in hunc modum viribus, optatam & expeditam securitatis semitam arripere liceat, ea de causa, quidquid alii de laboribus meis iudicaturi forent, non admodum magni faciendum esse duxi.

Ita pariter nec illa, quæ vt plurimum plerisque summis viris legumque scientiam perfecte callentibus impedimento esse, omnemque educendorum in lucem nouorum tractatuum, voluntatem eripere solet, innata multis detrahendi consuetudo, a concepta edendi operis huius voluntate auocare me potuit. Etsi enim non me fugiat, quantis difficultatibus & periculis is, qui suas, in materia præsertim ab aliis inexplicata, lucubrationes seculo hoc, licet delicate literato, præter modum tamen exulcerato euulgat, se exponat, eo quod vix vllum librum prodire contingat, qui non inuidorum calumnias & Sycophantarum morsus sustineat: istam tamen obiectam periculi formidinem, temporumque difficultatem, tanto magis contempsi, quanto minus decet bonum virum, illa quæ ad publicam multorum vtilitatem, inprimis vero ad Dei Opt. Max. gloriam tendunt, propter hominum quorundam maleuolorum sinistrum iudicandi morem prætermittere, eoque minus, quod non omnes eodem detrahendi vitio laborent, sed infinitus adhuc candidorum virorum numerus existat, qui gratissimo affectu noua de materia confectos tractatus complectuntur, laude prosequuntur, & magna etiam liberalitate labores istiusmodi excipiunt.

Quod si tamen præter spem aliqui futuri sint, qui carpendi & detrectandi vitio laborantes, has meas vigilias cauillari aut prorsus contemnere satagent, nihil ego istorum, vt leuissime dicam, putidorum hominum inanes voces moror, qui suis seipsos latratibus tandem conficiunt, nec a prudenti vllo viro magni æstimantur: Quia enim ipsi latent, latrant, & quia non capiunt, carpunt, alienique nominis contemptu gradum sibi facere conantur ad laudem, imo vero ad labem. Quod si autem præstantiori a natura, instructi ingenio, & sublimiori Iuris peritia imbuti, magisque in tractandis rebus versati, aliqua in hisce lucubrationibus meis, certis ac solidis rationibus duxerint confutanda, tantum aberit, vt id ego moleste feram, vt quo pluribus & solidioribus argumentis diuersum probauerint, eo maiorem me ab his gratiam iniisse existimaturus sim, qui non indigna hæc duxerint, in quibus improbandis operam ipsi suam collocarent. Cupio itaque hæc omnia ab omnibus in bonam partem accipi; & si per errorem alicubi me lapsum aduerterint, quod mihi quidem, in hoc præsertim scribendi argumento, in quo quos sequerer ante confectum hunc commentarium, non habui quenquam, contingere facile potuit, haut grauatim ignosci, maxime vero si qui meliora his aut veriora nacti fuerint, ea in publicum proferri, vehementer desidero, vt ita collatis inter se plurium sententiis, tandem veritas ipsa, quæ omnibus maxime curæ esse debet, in apertum prodatur.

Quod si vero quis eo me nomine, in crimen vocandum esse putauerit, quod plurimis in locis aliorum verba retulerim, atque huius protectionis tractatui inseruerim, is me, vt spero, omni culpa facile liberabit, qui tritum illud Comici secum perpendet, nihil dici posse, quod iam prius dictum non fuerit, quamuis in hac commentatione, si quis nonnulla a me nouiter excogitata nouoque ordine disposita esse dixerit, se ipsum falsurus non sit, vt taceam interim plagii notam nulli scriptorum inuri posse, qui in citandis autoribus, quorum verbis vtitur, candidus ac fidelis est, alioquin plerosque scribentes repetundarum accusare oportebit. Quod si insuper nonnulla, vt sane non pauca se offerent, in hoc opere explanando, pluribus in locis repetita, & in idem recidentia videbuntur, cogitandum erit, id non sine causa factum, nam sicuti rami multiplices, cum ab vna tantum radice exoriantur, eandemque vim ac naturam retineant, diuersa tamen spacia in arbore occupant, atque huc & illuc ad varios vsus feruntur, sic in vna eiusdem argumenti tractatione, quamuis multiplices tum quæstiones, tum probationes, itemque rationes atque autoritates, ex iisdem fere principiis deductæ sese obtulerint,

quæ

quæ idem prope sonare videntur, eas tamen propriis locis distinguere atque suas singulis sedes, ad diuersa probanda ac corroboranda, prout aptius visum est, ita accommodare curaui, vt nemo easdem, frustrà repetitas probabiliter existimare debeat. Illud denique magnopere mihi verendum fuit, ne lectores paullo delicatiores probaturi non sint, quod in eruenda e Iuris penetralibus Patrocinii Clientelaris materia, alicubi nimis forsan prolixus fuerim, bonamque huius operis partem diuersis Diplomatum copiis consarcinarim, & variis interdum digressionibus, quæ aut sine incommodo omitti, aut breuius perstringi poterant, consumpserim: Quare omnino, quæ mihi facti huius ratio fuerit, beneuolum lectorem admonendum hoc loco duxi.

Quamuis igitur verbosis Commentariis, dilucidam veritatem inprimis anteponendam esse, ipse etiam plane censeam, & facile recorder, ex iis, qui librum in manibus habuerunt, magni nominis Iurisconsultos, Amicos & Fautores meos suasisse, vt hunc satis amplum tractatum, nonnihil contraherem, quia tamen non nisi magno labore id effici potuit, malui verbosum, quam ieiunum illum in manus hominum exire.

Quod vero ad Diplomata & alias diuersas literas, earumque extractus passim huic operi insertos, attinet, etsi non nemo, illa tantum verba (quemadmodum multis in locis feci) quæ ad subiectam materiam spectabant, apponenda esse existimaret, quia tamen ad rem melius percipiendam, consultius esse iudicarunt alii, non mutilata sed integra literarum documenta ascribi, idcirco his potius, quam illi obsequendum esse duxi, eam maxime ob causam, quod liberum cuique sit, illa legendo præterire, vel ad rem duntaxat pertinentia, quæ alio passim charactere excusa sunt, percurrere.

Sed vt tandem ad ipsius ordinis in hoc tractatu obseruati explicationem descendam, precium operæ erit, (susceptæ compositionis summa capita breuiter perstringere, & totius operis architecturam quasi per indicem, legentium oculis subiicere.

Quoniam igitur, monente Iustiniano Imp. generalia præmittenda sunt specialibus, ea de causa vt præscriptam a Doctis Methodum sequerer, initio operis huius præmisi quæstiones quasdam prolegomenales, quæ sunt tanquam principia & fundamenta totius structuræ.

Et primo quidem, ne quis existimaret, me in materia inutili ac minus necessaria, commentando operam posuisse, in primo Capite de vtilitate ac necessitate Aduocatiæ, & num Protectoribus infirmiores in protectionem assumere, vel his e contra clientelam in illorum sese conferre liceat vel expediat, disputationes duas non otiosas institui, easque per rationes dubitandi & decidendi, allatis passim Exemplis, diligenter ac fuse prosecutus sum.

Ea autem expedita, quia in rei cuiuslibet tractatione, inprimis etiam verborum ratio habenda est, eo quod nemo res intelligat, nisi prius verba (quæ testante Platone, in Cratylo,) sunt instrumenta, quibus res significantur, cognouerit, idcirco secundo statim capite, varias Iuris Clientelaris Aduocatorumque ac clientum diuersis in linguis, appellationes in medium attuli.

Etsi vero Methodi lex postulare videbatur, vt specierum enumerationi definitionem Aduocatiæ præmitterem, quia tamen multa Iuris protectitii, variaque membra occurrerunt, de quibus principaliter agere mei non fuit instituti, idcirco, vt clarius constaret, in quo Protectionis genere omnis nostra tractatio futura esset, exemplo aliorum quorundam doctrina excellentium Iurisconsultorum, singulas easque diuersas Clientelarum formas, in tertio Tractatus nostri capite, enumerare, ac deinceps primum, speciei ad tractandum propositæ descriptionem in sequenti capite quarto, afferre, consultius existimaui.

Deinde vt prolegomenis istis, nempe vtilitatis seu necessitatis, etymologiæ, definitionis, diuisionis Aduocatiæ solide perceptis, fons & scaturigo etiam eiusdem extaret, Caii nostri in l. 3. ff. de orig. Iuris, consilium secutus, in prima clientelarum principia diligentissime inquisiui, earumque non solum ortum ante Romanæ vrbis incunabula, ab ipsa antiquitate latissime deduxi, sed & qualiter Aduocatia hodierna inde propagata, atque ad nostra vsque tempora continuata fuerit, quinto operis Capite accurate edocui.

His ita quasi principiis ac fundamentis præmissis, cum omnis res ex suis caussis optime intelligatur, & tum rem vere scire dicamur, quando eiusdem caussas perspectas habemus, imo causæ sint quasi fontes aliqui perennes ac redundantes, vnde secundum Aristot. 3. Meta. c. 2. & Plat. in Theat. omnia quæcunque rerum natura capit, ac continet, existunt ac profluunt: idcirco cognitis Aduocatiæ vtilitate, Notionibus, Definitione, diuisione atque origine, eiusdem caussas, per insequentes disputationes, ordine percurri, in quo naturalem caussarum seriem obseruans, primo quidem causam efficientem, quæ teste Philosopho in 2. Phy. secundum esse spectata primas tenet, attigi; Et hæc quidem cum duplex sit, mediata, nempe Aduocatos ad defensionem clientibus præstandam, constituens: Et immediata, scilicet Aduocatiæ partes gerens, & defensionem clientibus exhibens: Ideo prius de illis, quinam Aduocatos constituere in sexto; de his vero, qui Aduocati esse possint, in septimo Capite egi.

Inde a caussa efficiente ad materialem transitum faciendo, de personis circa quas Protectio versatur, hoc est, de clientibus & quinam in clientelam recipi possint, vel non, haud minus ordini conuenientem disquisitionem in Octauo Capite institui.

Cæterum quia materialem caussam subsequi debet formalis, ideo materiæ subiunxi formam

rum Aduocatiæ, modusque constituendæ ac transferendæ protectionis Nono capite enumeraui.

Expositis porro quæstionibus, quæ ad tria illa causarum genera spectarunt, recto insuper ordine subsequenti Decimo Capite ad finem & effectus Iuris clientelaris transgressus sum, iisque absolutis de Protectorum officio, & protegendi circumstantiis, in Capite vndecimo, ea quæ ad materiam propositam pertinere visa sunt, copiose attuli.

Præterea quoniam, præter enarrata superiori capite defensionis accidentia, de loco, tempore & iteratione protectionis præstandæ etiam nonnihil dicendum erat, ideo de tribus illis loci, temporis & numeri circumstantiis, id quod ad earum materiam spectare videbatur, duodecimo Capite attexui.

Quia vero non minus etiam ad protectorum munus ac officium pertinet, scire, aduersus quosnam defensio præstanda sit, ideo decimo tertio Capite, personas offendentium considerando, quatenus clientes contra eos defendendi sint, diligenter explanaui.

His omnibus per ordinem absolutis, cum Methodi lex docentes vlterius astringat, vt quæ rei positæ accidant, eiue affinia sint, vel econtra eidem repugnent, non negligant, idcirco in subiectis tribus capitibus decimoquarto, de protectionis adiacentibus, decimoquinto de eiusdem cognatis & affinibus, & decimo sexto de contrariis Aduocatiæ, & quibus illa modis dissoluatur atque amittatur, fusissime tractaui.

Verum enimuero, quia ea omnia quæ in relatis huc vsque capitibus persecutus sum, vt plurimum ad Theoriam spectant, Iurisprudentiæ autem, & ad eam pertinentium rerum, vis omnis non tam in cognitione, quam eiusdem vsu & praxi, hæc vero in actionibus potissimum consistit, idcirco post enucleationem, ad Theoriam spectantium Capitum, priusquam receptui canerem, in sequenti Capite decimo septimo de actionibus tam clientibus, quam patronis, siue contra se mutua, siue aduersus alios competentibus, nec non de Saluæguardiæ Cæsareæ iudicio per omnia circumstantiarum genera accuratissimam tractationem institui.

Cum vero Iudicii tota vis in probatione consistat, ac probatio quasi anima totius processus habeatur, maximeque victoriam causæ, & decisionem respiciat, ideo actionum explanationi, Caput vltimum, in quo de probanda protectione fuse agitur, subiunxi.

In his octodecim principalibus Capitibus, ad quæ fere omnes, quotquot de Aduocatia existere possunt controuersiæ, non incommode referri possunt, quingentas ferme quæstiones ad protectionis materiam spectantes attigi, summoque studio enodaui. Vt vero, Beneuolus Lector, primo statim aspectu quæ & quales in tanto hoc volumine quæstiones ad protectionis materiam proprie pertinentes, (aliæ enim incidentes disquisitiones huic indici non insertæ sunt) cognoscere queat, earundem Elenchum hoc loco subnectendum esse putaui.

INDEX

INDEX CAPITUM ET QUÆSTIONUM,

QUÆ IN

TRACTATU DE ADVOCATIA,

AD IPSAM PROTECTIONIS MATERIAM SPECTANTES PROPONUNTUR, EXPLICANTUR, ET RESOLVUNTUR.

CAPUT SEXTUM.

QUÆST. I.

CAPUT SEPTIMUM.

QUÆST. I.

CAPUT OCTAVUM.

QUÆSTIO I.

CAPUT NONUM.

De forma Protectionis, & quibus modis Jus Advocatiæ constituatur, acquiratur, atque jam acquisitum in alios transferatur. 322

QUÆSTIO I.

CAPUT DECIMUM.

De fine Advocatiæ & ejus effectibus. pag. 444

QUÆSTIO I.

CAPUT UNDECIMUM.

De protectorum, tam prioris, quam posterioris ævi, moribus ac muniis, itemque protectionis hodiernæ usu, extensione, restrictione, aliisque tutelaris officii qualitatibus. 500

QUÆST. I.

CAPUT DUODECIMUM.

Ubi quando, & quoties, Advocati tutelares clientes suos defendere teneantur. pag.555

QUÆSTIO I.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Protectores contra quosnam defensionem clientibus præstare teneantur. fol.576.

QUÆST. I.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

De adjacentibus Advocatiæ, & iis quæ conventioni protectitiæ communiter accedere solent. fol. 611

QUÆST. I.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

De affinibus seu cognatis Advocatiæ, & quibus personis tam Advocati, quam clientes comparentur. pag. 644.

QUÆST. I.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

De contrariis Advocatiæ, & quibus modis jus protectionis amittatur, dissolvatur, ac finiatur. pag. 660.

QUÆST. I.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

QUÆSTIO I.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

QUÆSTIO I.

d quis

ELEN-

ELENCHUS
DIPLOMATUM, RESCRIPTORUM IMPERIALIUM, ALIORUMQUE DOCUMENTORUM LITERARIORUM TRACTATUI DE ADVOCATIA INSERTORUM.

A.

Gra-

T. Theo-

diploma

T.

V.

diploma

W.

CA-

CATALOGUS ALPHABETICUS,

AVCTORVM PRÆCIPVORVM IN PRÆSENTI DE ADVOCATIA TRACTATU PASSIM ALLEGATORUM, ADJECTIS EORUNDEM COMMENTATIONIBUS, DE QUIBUS SINGULI SCRIPSERUNT, ET IN QUIBUS CITATI SUNT MATERIIS.

A.

Abbas Panorm. ex Lectur. in Ius Canon.
Franc. Accursius in gloss. ad jus civil.
Acevedo IC. Hispanus ex constit. Hispan.
Philotus Achillis in Som. virid. de iurisd. Reg. & Sacerdot.
Iacobus AEmilianus IC. in consil.
AElianus de natura animant.
Joannes ab Affelen in Polit.
Matth. Afflict. IC. Gallus ex variis tract.
Barthol. Agricola IC. Germanus ex tract. de Advocato.
Aimoinus Monachus histor. in Gallica.
Ioan. Hier. Albanus IC. in consil. & de potest. Papa.
Franc. de Albergottis IC. in comment. jur. civil.
Arnoldus Albertus in Rep. Rubr. de Haret.
Anton. Albitius Florent. nunc in civit. Imp. Kempten habitans, in stemmat. Princip. & Ducum.
Andreas Alciatus IC. Gallus in comment. jur. civil.
Petrus de Aliaco Cardinalis Cameracensis in libr. de Reformat. Eccles.
Sylvester Aldobrandinus Cardinal. ex Institut. jur.
Alexand. de Imola IC. Italus ex lectur. & consil.
Alex. ab Alexand. Italus ex lib. genial. dier.
Ioannes Althusius IC. Germ. ex lib. polit.
Iacobus Almainus in tract. de potest. Ecclesiast. & Laic.
Alphonsus Alvarez Guerrerus in specul. utriusque dignit.
Alphonsus de Avendano IC. Hispanus in tract. de Execut. mandator.
Iacobus Alvarottus IC. ex tract. Feudal.
Alvarus de Planctu Eccles.
M. Ant. de Amatis IC. Italus in Decisionib.
Amanellus de Claris aquis in singularib.
D. Ambrosius Episcopus Mediol. ex Epist. & aliis.
Vitus Amerbachius in annotat. ad constit. Carol. Magn.
Ioannes de Amicis IC. Italus in consil.
Scipio Amiratus in discurs. ad Tacit.
Ammianus Marcellinus Histor. in histor. Roman.
Ioannes de Anania Canonista in comment. ad jus canon.
Augustin. de Ancherano in tract. de potest. Papa.
Petr. Ancharanus Canonista in Clem. Unic. de jurejur.
Anticlaudianus poeta in suis serm.
Petrus de Andlavv Canon. Colmar. de Romano Imperio.
Angelus in summa Angelica.
Christophorus Angerer IC. German. Professor Academ. Friburgensis, Authoris praceptor in consil. manuscript.
Angesisius antiquus scriptor in vit. Carol. Magn.
Marcabrunus ab Anguillis IC. in consil.
Fabius de Anna IC. Italus in consil.
Io. Vincentius de Anna IC. Italus in consil.
Annaeus Robertus IC. Gallus in lib. rer. judicat.
Petrus Antibolus IC. in tract. de munerib.
S. Antoninus in histor. Tripartita.
Appianus in Mario.
Prosper Aquitanicus D. August. discip. in lib. de vita contemplat.
Fabius Arcas IC. in decis.
Archidiaconus in Comment. ad Ius Canon.
Jacobus Ardizonius IC. in summa feudal.
Jacobus de Arena IC. Italus in Comment. ad jus civil.
Angelus Aretinus IC. Italus ex jure civil.
Franciscus Aretinus IC. Italus in consil.
Benedictus Aret. Theol. in problemat. Theolog.
Jacobus Aretius IC. Gallus Cancellarius olim Francia

cia in comment. ad jus civil.
Augustinus Ariminensis IC. Italus in addit. ad Angel. de maleficiis.
Henning. Arnisaus IC. Germ. de jur. Majest.
Aristoteles in Politicis.
Francisc. Arius de bello.
Arnobius in tract. adversus gentes.
Arrianus Histor. Antiq. in histor. de gestis Alexand. Magni.
Dominicus Arumaeus IC. Professor Ienensis ex discurs. ad auream Bullam Carolinam.
Ascanius Clemens IC. in tract. de patr. potest.
Io. Bapt. Asinius IC. Italus in tract. Execut.
Athenaeus in Dipsonoph.
Stephanus Aufrerius IC. Italus in decis. Capell. Tholos. & aliis.
D. Augustinus Episcopus Hipp. ex variis locis.
Ausonius Poeta Roman.
Ioannes Aventinus histor. ex annal. Bojor.
Balthasar Ayala de jur. & officiis bellicis.
Iacobus de Ayello IC. de jure adhoa.
Iacob Ayrer IC. German. ex comment. ad L. ut vim, ff. de I. & jur.
Azo IC. Italus in summa jur. civil.
Joan. Azorius in Institut. moralium.

B.

Gaspar Battius IC. in tract. de decima praest.
Franc. Balbus IC. Italus in tract. de praescriptionib.
Hieron. Balbus Episcopus Gurtzens. de coronatione.
Francisc. Balduinus IC. Gallus in comment. ad L. 12. Tab.
Baldus IC. ex comment. in jus civil. & Canon.
Joan Paulus Balzeranus IC. in tract. feudal.
Andreas Barbatia IC. Italus in consil. & lecturis.
Claudius Brachaeus IC. de verb. signif.
Bardellon IC. Italus in consil.
Antonius Bardus IC. de tempore util. & contin.
Caesar Baronius Cardinal. ex annal. Eccles.
Christian. Barth. IC. Germ. Assessor Cameral. ex Tom. Bescheyd vnd Vrtheil des Keys. Cammerg.
Bartholus ex comment. in jus civil.
Bartholomaeus Philippus in discurs. de consil.
M. Ant. Bauerius IC. Italus in tract. de mora.
Henricus Bavarius IC. in singularibus.
Guido de Baysio IC. in comment. ad Decret.
Beatus Antonius IC. Ital. de Excommun.
Ludolph. de Bebenburg Episcopus Bambergensis de Juribus Regni & de vet. Germ. Princ. zelo.
R. P. Martinus Becanus S. J. Theol. in Analys. Vet. & Nov. Testam.
Petrus à Beeck in historica descript. Aquisgran.
Jo. Georgius Bechtius IC. German. Advocat. Reipubl. Argent. de securit. & salv. conduct.
Francisc. Becius IC. Italus in consil.
AEgidius Bellamera IC. in decision.
Petrus de Bellapertica IC. in comment. ad jus civil.
Robertus Bellarminus Cardinalis in Operib. controv.
Barthol. Bellenz. in Apostill. ad Barth.
Nicolaus Bellonus IC. Gallus in consil.
Petrus Belluga in specul. Princip.
Jacobus de Belviso IC. Italus in tract. feudal. & aliis.
Petrinus Bellus ex tract. de re militar.
Antonius Benbonella de Godentiis in suscitab. & pace Relig.
Benedictus Beinhardus IC. German. in different. jur. Sax. & Comm.
Tileman de Benignis auctor fictus lib. 4. in syntagm. decis. Cameral.
Cornelius Bennicosa IC. Italus in comm. ad instit. de Actionib.
Matth. Berlichius IC. Germ. conclus. pract. ad constitut. Sax.
D. Bernhardus ex variis locis.
Augustinus Berous IC. Italus ex consil.
Joan. Bertachinus IC. Italus ex Repertor. & aliis tractatib.
Barthol. Bertazolius IC. Italus ex consil.
Bernh. Bertram IC. Germ. de pace Relig.
Stephanus Bertrandus IC. in consil.
Christoph. Besold. IC. Germ. Professor Tubingensis.
Angelus de Besutiis IC. inter consil. Zas.
Nicol. Betsius IC. Germ. de pact. famil. illust.
Joach. Beust IC. Germ. in L. admonendi ff. de jurejur. & in comment. jur. civil.
Johannes Bidenbach IC. Germanus in quaest. nobil.
Gabriel Biel Theol. German. Academ. Tubingens. Professor.
Petrus Binsfeldius Theol. Suffragan. Trevirens. in tract. de injur. malef. & aliis.
Biretta IC. in consil.
Biteralf. ex metro Germ. antiquis de Principe Hennibergens.
Petrus Bizarus de bello Cyprio.
M. Antonius Blancus IC. Italus in tract. de indiciis.
Joan. Blancus IC. Italus in Epitom. Feudal.
Jo. Bapt. de S. Blasio IC. in tract. de correlat.
Blondus Flavius in histor. Rom. Pont.
Boccalin. de Pietra del Paragone in discurs.
Verg. de Boccat. tract. de manutent. in possess.
Henr. Bocer. IC. Germ. Profess. Tubingens. Academ. ex volum. disput.
Stephanus Bodeus IC. in comment. jur civil.
Joan. Bodinus IC. & Politicus de Republ.
Nicol. Boerius IC. Gallus in decis. & notis ad LL. Longobard.
Boethius in variis.
Henricus Boich IC. in comment. ad jus canon.
Joannes Bolognetus IC. Italus in comment. ad jus civil.
Ludovicus Bologninus IC. Italus ex comment. jur. civil.
Bernh. Bombinus IC. Italus in consil.
Hippol. Bonacossa IC. Ital. in thesaur. commun. opin. & aliis.
Jac. Bonaudus IC. in paneg. post tract. Jo. de Terra rub.

Catald. de Boncompagnis IC. Ital. inter consil. crim.
Anton. Bonfinius Histor. Vngar.
Ioan. Bonifacius IC. de furtis.
Benedictus Bonius IC. in tract. de censib.
Ioan. Borcholt IC. Germ. ex consil. & var. tract.
Camil. Borellus IC. Italus de praestant. Reg. & consil.
Matth. Bortius IC. Germ. de jure maiestat. inter discurs. Arum. vol. 1.
AEgid. Bossius IC. Italus tract.
Ioan. Boterus Italus de illust. stat. & Polit. & allgemeine Weltbeschreibung.
Ioannes Botta IC. Italus in consil.
Matth. Boss. IC. in addit. ad tract. Bapt. de S. Blas.
R. P. Christophorus Boverus S. I. Theolog. in antiquit. Fuldens.
Thomas Bozius de statu Italiae.
VVenceslaus Brack. IC. Germ. in tract. de Term. Iuris.
Rudolph Brand IC. Germ. disput. de Except.
Cornelius Petr. Brederodius IC. Germ. in tract. Appellat.
Henricus Breulaus in compend. milit. togat. & armat.
Barnabas Brissonius IC. in Lex. & in appendice praetermiss. verbor.
Hieron. Bruckner IC. Germanus in addit. ad decis. Gerhard. Maynard.
Ioannes Brunnick IC. Germ. de homagio subjectivo.
Henricus Brunnius IC. Germ. disput. de variis universitat. specieb.
Albertus Brunus IC. Italus in tract. de Augment. & in consil.
Conradus Brunus IC. Germ. in tract. de legation.
Caspar Brusch. ex Chronolog. Histor. Monast. Germ.
Mich. Buchinger Theolog. in Histor. Eccles.
Guilhelmus Budaeus IC. Gallus ex comment. jur. civil.
Bulgarus IC. in comment. ad jus Civil.
Jacob. Boulinc IC. in Rep. L. Capitalium ff. de poenis.
Henricus Buntingus Histor. Germanus in Bruns. & Luneburg. Chron.
Georg. Adelbertus Burckhard IC. Germ. Reipubl. Norica consil. in append. comment. Valent. Voltz. ad L. Cornel. de sicar.
Franc. Burchars Germ. ex Freystellung.
Franc. Bursatus IC. Italus in consil.
Paul. Busius IC. Germ. de Republ.
Hier. Butigell. IC. Italus in comment. ad jus Civil.
Jacobus Butrigarius IC. Italus in comment. jur. Civil.
Ant. de Butrio IC. Italus in comment. ad jus Canon.
Gerlac. Buxdorff IC. Germ. ex dissert. ad auream Bullam.
Abraham Bzovius continuator Annal. Baronii.

C.

Caspar Caballinus IC. Gallus in milleloq.
Georgius Cabedo IC. Hispanus in decisionib.
Vincentius Cabotius IC. Gallus disput. de jure publ.
Joann. Bapt. Caccialupus IC. Italus in tract. Feudal. & comment. jur. civil.
Caelius Rhodiginus in variis lectionib.
Bartol. Capolla IC. Italus ex comment. jur. Civil.
Hieron. de Cavallis IC. Hispanus in specul. commun. opin.
Hier. Cagnol. IC. Gallus ex comment. jur. civil.
Marcellus Cala IC. Italus in tract. de modo articuland.
Cajetanus Theolog. in comment. ad quaest. D. Thom. de Aquino.
Apoll. de Cald. in discurs. super tract. Boteri Della Ragione di stato.
Caspar de Caldersinis IC. Italus in consil. de jure Patronat.
Petrus Calefatus IC. Italus in tract. de Equest. dignitat.
Ambrosius Calepinus in Lexico.
Vitalis de Cambanis IC. Italus in tract. clausular.
Philipp. Camerarius IC. Germ. ex meditat. Histor. & tract. Feud.
Joan. Camman IC. Germ. ex disput. de Regal.
Thomas Cambigius IC. in tract. de Testib.
Nicolaus Camuratus ant. scriptor. in Epist.
Anton. de Canario IC. Italus in tract. de insinuat.
Henricus Canisius IC. Germ. Profess. Ingolstadiensis in Instit. jur. canon.
Joann. Anton. Cannetius IC. in Extravag.
Canonhiero Italus del Introduzz. alla polit.
Claudius Cantiuncula IC. in consil.
Capicius IC. Italus ex investitura Feud. & decis.
Scipio Capicius IC. Italus in addit. ad decis. patern.
Petr. Dominicus Capiferreus IC. Italus in tract. de Numer. Testium in test. requisit.
Benedict. Capra IC. in conclus.
Carolus Magnus Imp. ex Capitularib.
Vincent. Carotius IC. Italus in tractat. de oblationibus & aliis diversis.
Horatius Carpanus IC. Italus ad Italus, Mediolan.
Ludovicus Carrerius IC. in pract. criminal.
Otho Casman. IC. Germanus in Vita polit.
Cassadorus IC. Italus in decisionib.
Cassiodorus ex lib. varior. & Epist.
Caroli IV. Imp. aurea Bulla.
Guilhelmus Cassiodorus in Titul. de constitut. decis.
Restaurus Castaldus IC. de Imperat.
Paul. de Castro IC. Italus ex comment. jur. civil. & consil.
Alphonsus de Castro de justa haeretic. punit.
Cataldinus IC. Italus de Syndicatu.
Catullus Poeta.
Bognimus Cavalcanus IC. Italus in decis. & tract. Test.
Martinus de Caxariis IC. in tract. de pace & confoed.

Geor-

Georgius Codinus comment. de official. Palat. Constant.
Georg. Cedrenus Histor. Graecus.
N. Cerola IC. in praxi Episcopal.
Joan. Cephalus IC. Italus in consil.
Mich. de Cesena in lib. ad Reg. Rom. & Princip. Alem.
Laonicus Chalcondylas de rebus Turcicis.
Joan. Charion histor. Germ. in Chron.
Ludov. Charondas IC. Gallus in tract. feudal.
Chassand IC. Italus in decis. de jur. Patron.
Barthol. Cassan. IC. Gallus ex consuet. Burgund.
Jacob. Chifletius Gallus in descrip. Vesuntione.
Julius à Chokier IC. German. in Thesaur. Politic.
Erasmus a Chokier IC. German. in Epist. dedicat. ad Tract. de Advocatiis feudalib.
Renatus Choppinus IC. Gallus ex comment. de Gall. consuet. & domanio, & sacra politia.
Bermundus Cherer IC. in tract. de publ. concub.
D. Chrysost. Episc. in Psalmos David.
Nathan Chytraeus in histor. Saxon.
M. T. Cicero ex variis.
Joan. de Cirier IC. in tract. de primogenitur.
Nicol. Cisnerus IC. Germ. Assessor Cameralis in dissert. de Henrico Luzelburg.
Paulus de Citadinis IC. Italus Prof. quondam Friburgensis in tract. de jure Patronat.
Francisc. de Claperiis IC. Gallus in centur. consil. Fiscal.
Arnold. Clapmar. IC. Prof. Altorff. Politic. de arcan. Rerump.
Julius Clarus IC. Hispanus ex lib. sentent.
Angelus de Clavasio in summa.
Claudianus Poeta Romanus de Honorii consul.
D. Clemens ex lib. recognit.
Clemens Alexandrinus in lib. Stromat.
Ascanius Clemens in tract. de patr. potest. effect.
Andreas Cludius IC. German. in tract. de jure sequest.
Joach. Cluten IC. Germ. Professor Academ. Argent.
R. P. Jodocus Coccius S. I. Theologus in Vita Dagoberti Regis Franc.
Anton. Coler IC. Germ. de Imp. Rom.
Joan. Coler IC. de Alimentis.
Matth. Coler IC. Germ. in consil.
Hippol. à Collibus IC. Germ. de increm. Urb.
Philip. Cominaeus Histor. Gall.
Jac. Concenatius IC. in quaest. jur. singular.
Connanus IC. Gallus ex comment. jur. civil.
Conradus Abbas Urspergensis chron.
Franc. Conscius Decanus IC. in comment. ad jus canon.
Anton. Contius IC. Gallus in Feudali tract.
Hermannus Contractus Monach. S. Galli in chron.
Joannes Corasius IC. Gallus in comment. ad jus civil.
Ant. Maria Coratius IC. Italus in tract. de communi opin.
Corduba IC. Italus in comment. ad jus civil.
Aurelius Corbulus IC. de jure Emphyteut.

Barnabas Cornazanus IC. in decis. Lucens.
Petr. Philip. Corneus IC. ex consil.
Anton Corsetus IC. Italus in tract. de potest. Reg.
Rainalius Corsicus IC. in addit. ad consil. olradi.
Petrus de Corro IC. in comment. Feudal.
Emanuel Costa IC. Italus in comment. jur. civil. & tract. de jur. & fact. ignor.
Sebast. Costalius IC. in comment. ad jus civil.
Claud. Coterinus de jur. & Privilegiis milit.
Ernestus Cothman. IC. Germ. in consil.
Catellianus Cotta IC. Italus in Memorabil.
Annibal Crantius IC. Italus in quaest. pro Duce Venet.
Joan. Crato Cancell. Imp. in Epist. dedicat. ad Rudolph. II. Imp. praefixa hist. Dubrav.
Aymo Cravetta IC. ex consil.
Martinus Cromer. Historicus in histor. Polon.
Joan. Crotus IC. Italus in comment. ad jus civil.
Joan. Cruceus IC. Gallus in comment. ad cod.
Mart. Crusius Prof. Ling. Graeca Tubing. ex Annal. Suevic.
Quirinus Cubach IC. Germ. in Iurisp. Germano-publ.
Hieron. Cucalon IC. Italus in addit. ad lectu. Decii.
Ant. Cuichus IC. Italus in instit. jur. can.
Jacob. Cucacius IC. Gallus ex usib. Feud.
Franc. Cumanus IC. Italus in comment. jur. civil.
Raphael Cumanus IC. Italus in consil.
Guilhelm. de Cuneo IC. Italus in comment. ad jus civil.
Matth. Cuno IC. Germ. in tract. de pact.
R. P. Adam Cuntzen S. I. Theol. in Polit.
Joachimus Curaeus in Annal. Siles.
Francisc. Curtius IC. Italus ex tract. Feudal.
Francisc. Curtius Junior IC. Italus in consil.
Luchinus de Curte IC. in allegat. pro communi. ter. sanct.
Orlandus de Curte IC. inter consil. calcan.
Rochus de Curte IC. Italus de jure Patronat.
Joann. Cuspinianus in Vita car. magn. & car. calv.
Cynus IC. Italus in lectur. jur. civil.

D.

Andr. Dalner IC. Germ. de jure patronat.
Jodocus Damhouder IC. Germ. ex pract. crim.
Lambertus Danaeus in solit. Christian.
Hardevicus Dasselius IC. Germ. in tract. de divid. & individ.
David Rex & Propheta in Psalmis.
Joan. Dauth IC. Germ. in hypotypos. contra Knichen & ex in aliis tract.
Tiber. Decianus IC. Italus ex pract. criminal.
Philip. Decius IC. Italus in consil.
Joannes Nicol. Delphinus IC. in tract. de jure Patronatus.
Democratus Philos. antiq.
Demosthenes orator Graecus in orationib.
Petr. Denaisius IC. Germ. Assessor camer. de Iure Cameral.
Joan. de Deo in tract. de doctrina Advocator.

Hermanoctius Detus IC. in comment. ad jus. Civil.
Paulus Diaconus Histor. Lombard. addit. ad Eutrop. de Vit. Impp.
Florez Diaz de Mena IC. Hispan. in quæst. pract.
Menardus Diaz IC. Hispan. in Reg. juris.
Dictis Cretensis de bello Trojano.
Richardus Dietherus IC. Germ. in disput. de summa sum. Imp. potest.
Sebast. Dieterich IC. Germ. Advocat. Suevo-Hallens. disp. de Advocatia.
Conradus Diez Archid. Ferdinandi Secretarius in Germ. Hist. Archiducum Austriæ.
Joan. Dilectus IC. in tract. de arte testand.
VVilhelm Dillichius Hist. Germ. in Chron. Brem.
Diodorus Siculus in Histor.
Richard Dietherus IC. Germ. in disput. de summa Imp. potest.
Dodechinus Mariani Continuator in hist.
Dodechindus Abbas continuator Chron. Marian. Scoti.
Domnizzo Presbyter & poeta antiquus in vita Comitissæ Mathildis.
Hugo Donellus IC. Gallus in comment. jur. civil.
Georg Draudius in Sched. Reg. Agap. & Fürst. Tischreden.
Matth. Dresser. in Isagoge Hist. in hist. Rom.
Joann. Drezler IC. Germ. in Concordant. ad consil. Beroi.
Carolus Degrissal in tract. Reg. Franc.
Francisc. Duarenus IC. Gallus in tract. feud. disput. & aliis.
Ianus Dubravius in Hist. Bohem.
Petr. Duennas IC. in Reg.
Guilhelmus Durandus dict. Speculator IC. Italus in specul.
Iacobus Durantus in lib. Varior.
Dynus IC. Italus in Reg. jur.

E.

Georg. de Ecclesiis IC. Italus inter consil. feudal.
Paulus de Eleazaris IC. in comment. jur. civil.
Eginhardus in vita Caroli Magni.
Eguinarius Baro IC. Gallus in comment. ad jus civil.
Acatius Enenckelius IC. Germ. Baro in Hohenhaim in tract. de Privileg.
Arnoldus Engelbrecht IC. Germ. ex disquisit. de jurisd. Imp.
Ennius Poeta antiquus.
Cyriacus Erbsen in der Sächsischen Chronick.
Petr. Eremita Italus in Cant. Ital.
VVaremundus ab Erenberg IC. ex Meditat. pro fœderib.
Ant. Eugenius IC. Italus in consil.
Euripides Poeta Græcus in supplic.
Eusebius in Histor. Eccles.
Georg. Everhardus IC. Germ. Profess. Ingolst. ex consil.
Nicol. Everhardus senior IC. Germ. in Top. & consil.
Ant. ab Exea IC. in tract. de pact.
Guilhelm. Eysengrien Hist. Germ. in Chron. Spirensi.
Mich. Eyzinger in Relat. Hist.
Aben Ezra in explicat. Veteris Testam.

F.

Ant. Faber IC. Gallus in comment. ad jus civil.
Joannes Faber IC. Gallus in comment. ad Institut. Justiniani.
Petr. Faber IC. Gallus de Reg. juris & lib. semest.
Andreas Fachineus IC. Italus Prof. Ingolstadiensis in consilt. & lectur.
Ludovicus Fachsius IC. Germ. in consil.
Paulus Fagius in annotat. ad paraphr. Chaldaicam Onkeli.
Joan. de Fantuca in comment. ad 4. lib. sententiar.
Prosper Farinacius IC. Rom. ex decis. & quæst.
Henr. Farnesius de simulachro Reip.
Thomas Fastolus IC. Rom. in Opus decis.
Felinus Sandeus IC. Italus ex comment. jur. Can.
Joan. Ferrarius Montanus IC. Germ. in tract. feudal.
Petr. Ferrariensis IC. Ital. in pract. de form. Libellor.
Joan. Feraldus Gallus in tract. de Insign. Reg. Franc. jur.
Berengarius Fernandus IC. in Repetit. jur. civil.
Thomas Ferratus IC. Italus in tract. Cautelar.
Æmilius Ferratus IC. in comment. ad jus civil.
Æmilius Ferretus IC. de justo & injusto bello.
Joan. Bapt. Ferretus IC. Italus in consil.
Arnoldus Ferron. IC. Gallus in consuet. Burdeg.
Remigius Feschius IC. Germ. ex dissert. de fœder.
Nicol. Festasius IC. Italus de Æstimo.
Ioan. Fithardus IC. Germanus Advocatus Francofurtensis in consil.
Florianus de S. Petro IC. Italus in comment. jur. civil.
Diaz Ferrez IC. Hispan. in quæstionib.
Lucas Annæus Florus hist. in hist. Roman.
Vbert. Folieta Italus in elogiis.
Petr. Foller. in addit. ad Marant. de ordine iudicior.
Ortholphus Fomannus IC. Germ. in comment. jur. civil.
Ioan. Petr. Fontanus IC. Germ. de pact. nuptial.
Joseph. Fontanellus IC. Italus inter consil. criminal.
Fontinus IC. in addit. ad Clement. Romani de jurejur.
Stephanus Forcatulus IC. Gallus in tract. feudal.
Guilhelm. Fornerius IC. in comment. feudal.
Rodolph. Fornerius Gallus rerum quotidianar.
Valentinus Forster IC. Germ. in tract. de success.
Iacob. de Franchis IC. Italus ex tract. feudal.
Vincent. de Franchis IC. Italus in decis.
Francisc. Cremonensis IC. Italus in singul.
Philip. Franc. IC. Italus in Lectur. jur. can.
Sebastian. Francus Hist. Germ. in Vita Caroli Calvi.

Va-

Valent. Francus IC. Germ. in tract. de fidejus.
Marin. Freccia IC. Italus ex tract. feud.
Marq. Freher IC. Germ. Consiliarius Com. Palat. ex notis ad Andlau de Rom. Imp.
Petr. Friderus Mindanus IC. Germ. de Process. Cam.
Leonhard. Frizius IC. Germ. Syndic. Imp. Civitatis Gemund.
Froissardus Hist. Gallic.
Ioan. Bapt. Fulgosius IC. Italus in comment. ad jus Civil.
Barth. Fumus Casista in aur. armilla.
Paul. Fuscus Episcopus in singularib.

G.

Ant. Gabriel IC. in commun. opinion.
Robertus Gaguinus Hist. Gall.
Ant. Gail. IC. Assessor Camer. ex lib. obser. & aliis tract.
Ant. Galeatius Malvensis IC. in consil.
Claud. Galenus Medicus de differentiis pulsuum.
Joan. Gallicus IC. inter consil. feudal.
Joann. Gallus IC. in quæst.
Andreas Gambara IC. in tract. de offic. & potest. Legat.
Ant. de Gamma IC. in decis.
Garsias IC. Hispan. in tract. de Expens.
Joann. Garzias de Nobilitate Hispan.
Hieron. Garzon IC. in tract. de fœmin. ad feud. recip.
Lancell. Gauliaula IC. Italus in comment. jur. civil.
Procop. Gazæus Sophista in comment. ad lib. Reg.
Aul. Gellius ex noctib. Atticis.
Joan. Gemelius IC. Germ. ex compend. jur. feud.
Dom. de S. Geminiano IC. Italus in comment. jur. Canon.
Alber. Gentilis IC. Germ. de jure belli.
Scipio Gentilis IC. Germ. in tract. de jurisd.
Iacobinus à S. Georgio IC. de Homagiis.
Petr. Gerard. IC. in singul.
Andreas Gerhardus IC. Germ. Consiliarius Saxonicus inter discurs. Arum.
Joan. Goropius Becanus in Beccesilanis.
Christ. Gevvold IC. German. Consiliarius Bavaric.
Hieron. Giachar IC. in addit. ad Clarum.
Hier. Gigas IC. Italus ex tract. ad L. Majest. & aliis.
Ludov. Gilhaus. IC. Germanus in arb. iudic. & aliis.
Petr. Gilkenius IC. Prof. & Consil. Herbipolens. ex comm. ad Cod. & de Vsucap.
Adrian. Gilmannus Auctor filius ex decis. & Symphorem.
Paul. Gerlandus IC. Italus de sortilegiis.
Bern. de Girand. in Histor. de Francia.
Iustin. Goblerus IC. Germ. in Latin. ord. Polit. Caroli V.
Rudol. Goclenius Germ. ex quæst. Ethicis.
Melchior Goldastus IC. & Polit. Principis Schaumburg. Consil.

Godefridus Viterbiensis in Chron. Univers. quod Pantheon inscrips.
Henningus Goden. IC. Germ. in consil.
Joann. Gœddeus IC. Germ. de contrah. stipul. & aliis tract.
And. Gæchusius IC. Germ. ex discurs. Arum.
Goffredus IC. Italus in comment. jur. can.
Antonius Gometius in comment. jur. seu var. resolut.
Balthasar Gomez. IC. in tract. de potest. in seipsum.
Ludovicus Gomezius IC. Hispan. in comment. ad Instit.
Joseph Gonzalez IC. in decis. variar. quæst.
Dionys. Gothofredus IC. Prof. Heidelberg. ex gloss. ad corp. civil.
Gothofredus Antonius IC. Germ. in disput. feudal.
Ant. Goveanus IC. Gallus ex lib. var. lect.
Ludovicus Gozadinus IC. Italus in consil.
Thomas Grammaticus IC. in decis.
R.P. Ludovicus Granatensis Hispan. Ord. Prædicat. in meditat. orat. Domini.
Jacob. de Graphiis in decis. cas. conscient.
Carolus de Grassaliis Hist. Gall. de Regn. l. Franc.
Jacob. de Grassis in decis. cas. conscient.
Joan. de Grassis IC. in tract. de cessione iur.
Achil. de Grassis in decis.
Michael Grassus IC. in recept. sent.
Hieron. Gratus IC. Italus in consil.
Gregorius Magnus Papa ex Epistol.
Gregor. Nazianzenus Theol. in Orat. de S. Athanas.
Gregorius Turonens. Histor. Gallicus.
Ludovicus Grempius IC. Germ. in Analys. dialect.
R.P. Christoph. Grenzinus S.I. Theol. Provincialis in Epist. ad Autorem script.
R.P. Iacob. Gretserus S.I. Theolog. in vita S. Henrici II. Imp.
Bernh. Grevaus IC. Germ. ex conclus. ad Geilium.
Paulus Grillandus IC. Italus ex summa criminali.
Joan. Grimmius IC. Germ. in consil. Illust. IC. & Academ.
Hugo Grotius IC. Hist. German. de antiq. Bat.
Ianus Gruterus in discurs. ad Tacitum.
Joan. Gryphiander IC. Germ. ex discurs. Arum.
Alphonsus Guerrerius in Thesauro Christ. Religionis.
Anton. de Guevara ex horologio Princip.
Francisc. Guiccardinus Historicus Italus in histor. Ital.
Ludov. Guiccardinus in lib. rerum memorab.
Guilhelm. Benedictus IC. Gall. in Rep. c. Raynutius.
Francisc. Guilimannus Histor. Germ. de antiquitate Helvet.
Cosmas Guisinier IC. Gallus in tract. super pragmat. Ludov.
Georgius Gumpeltzheimer IC. Germ. disp. inter discurs. Arum.
Gundissalvus de Villediege de Hæreticis.
Guntherus Ligurinus Poeta in vita Frider. Imp.
Joan. Gutierez. IC. Hispanus in quæst. canon.

H.

Leopoldus Hackelman IC. Germ. in disp. jur. Canon.
Matthæus Hænonius IC. Germ. in disp. polit.
Dionys. Halicarnasseus ex antiquit. Roman.
Herm. Hamelman histor. in Olden. Chron.
Gulielm. Hannetonius IC. de jure feudal.

 Joan.

Joan. Hannitius IC. in Rubr. ff. solut. matr.
Constantinus Harmenopulus in Epit. jur. civil.
Joan. Harnisch IC. Germ. ex discurs. Arum.
Joan. Harprecht IC. Germ. Acad. Tubing. Profess. in comment. ad instit.
P. Christ. Hartmannus Bibliothecarius Monast. Einsidlen nunc Praepositus ad S. Geroldum in annalib. ejusdem celeberrimum coenobii.
Hart. Hartman IC. Germ. Consil. olim Palatino-Electoral. in observat. Cameral.
Liborius Hattyser IC. Germ. in analys. feud.
Hymo super Cantic. Moysis & Epist. ad Hebraeos.
Petr. Heigius IC. Germ. ex quaest.
Stowolick Helinschod in hist. Anglica in Elisab.
Christoph. Helvicus hist. Germ. in Theatr. hist.
Hemmingius in Libell. de Conjugio.
David Hepingk IC. Germ. ex dissert. de jure protect.
Francis. Herculanus IC. Italus ex tract. de non offen.
Anton. Hering IC. Dom. Comitum Oldenburg. Consiliarius de Fidejussionib.
Christoph Herpfer IC. German. in praecept. polit.
Pontus Heuter histor. Gallus in hist. rer. Burg.
S. Hieronymus ex divers. operib.
Hincmarus antiquus scriptor in Epistolis.
Arnoldus Holstein IC. in tract. de privil. statutor.
Homerus poeta Graecus.
Jo. Vincent. Hondedeus IC. Italus in consil.
Phil. Honorius Polit. Italus in Thesaur. polit.
Horatius Poeta.
Frider. Hortleder IC. de Bello German.
Sebast. Hornmoldus IC. German. Repertor. sent. jur.
Lambertus Hortensis de bello Germanico.
Rudolph. Hospinianus de orig. & progress. Monach. & Templorum.
Leo Hostiensis in Chronica.
Nicolaus Hostiensis IC. Italus in summa jur. canon.
Franc. Hotomannus IC. Gallus ex usib. Feud.
Hubertus Thomas Leodius de origine Palat.
Hugo Celsus in tract. de offi. quat. praelat. & in consil.
Wigulaus Hundius histor. Germ. in Metrop.
Helfricus Udalricus Hunnius IC. Germ. Prof. Acad. Giess. in disput. de iuramento fidelitatis.
Fridericus Husanus IC. Germ. in tract. de propriis hominib.

I.

Jamblichus de Mysteriis AEgyptior.
Jason de Maino IC. Italus in comment. jur. civil.
Joannes Igneus IC. Italus in comment. jur. civil.
Joan. de Imola ex comment. jur. Can.
Innocentius III. Papa ex comment. in jus Canonic.
Joan. Intriglioius IC. Italus de Feudis.
Wilhelmus Iocher IC. Germanus Consiliarius Bavaricus, relat. Donowerdana defensor. in tract. der Erinnerung.
Paulus Iovius Episcopus Comensis ex histor.
Joannes de Isconia IC. in tract. feudal.
Andreas de Isernia IC. Italus de feud.
Isocrates Graecus orator.
Julius Caesar de bello Gallico.
Melch. Iunius Orator. Prof. Argent. ex quaest. politicis.
Justinus histor. in Trogo.
Juvenalis poeta in Satyris.

K.

Joan. Kahl IC. Germ. in Lexico.
Bartholom. Keckerman. Polit. & Philosoph. Germ. ex System. polit.
Adamus Keller IC. Germ. Consiliar. Austriacus de offic. Iuridico-polit.
Rabbi David Kimhi in explicat. vet. Testam.
Carolus à Kirchberg Canonicus Passaviens. Seren. Archiducis Leopoldi consiliarius in doctiss. tract. de feud. ex provident.
Herm. Kirchner IC. German. Profess.
Laurentius Kirchoff. IC. Germanus collector consil. var. ICtorum.
Caspar Klock IC. Germ. in dissert. de contribut.
Matth. Klockius IC. Monast. Salemitani Advocatus ex anticateg. contra Dn. Comites montis Sancti.
Andr. Knichen IC. Germ. Saxon. de Iure territor. & aliis tract.
And. Kahl Germ. de servit. feudalib.
Reinhardus Konig IC. Germ. disput. de majestat. & foeder.
Joan. Koppen IC. Germ. in decis. quaest.
Henricus von Kortenbach in Ryth. German.
Albertus Kranzius histor. in Metrop. & aliis.
Iacob Werner Killinger IC. Germ. de Ganerbiis castror.
Wilhelm. Kyriander IC. Germ. Syndicus Civit. Trevirens. ex histor. de eadem.

L.

Lactantius Firm. ex tract. de ira Dei.
Joan. Bapt. Laderchius IC. Italus in consil.
Laertius de jus Philosopher.
Conradus Lagus IC. Germ. in vita comparat. jur. civil. & Sax.
Caesar Lambertinus IC. Italus in tract. de jure Patronat.
Joan. Steph. Lambertinus IC. Italus in comment. de contractib.
Lambertus Schaffnaburgensis.
Conrad. Lancellotus IC. Italus in templo Iudicum.
Joan. Paulus Lancellotus, IC. Italus in instit. jur. can.
Lancellotus Gallus in comment. ad Tit. ff. de lib. & posth.
Robertus Lancellotus, IC. Ital. in tract. de attentatis.
Bernhardus de Landriano IC. in addit. ad Panorm.
Ioan. Langius in Epist. medendi.
Thomas Lansius IC. Germ. in discurs. de Lege Regia.
Lapus IC. Italus in allegat.
Perez de Lara IC. Hispanus in tract. de Anniversar.
Martinus Laudensis IC. Italus de considerat. & ex aliis tract.
Hieron. de Laurentiis IC. in decision. Aven.
Wolff. Lazius histor. Germ. Caesareus de Migrat. gent. & Republ. Romanor.
Albertus Leander Italus in descript. Ligur.
Paulus de Leazarus IC. in comment. jur. Canon.
Christoph. Lehman histor. Spirens.
Caspar Leipols IC. Germ. de Concurrent. Iurisdict.
Leo magnus Theol. ex serm. in natali Petr. & Paul.
Leonclavius ex Pandect. Turcar.
Ioan. Iacobus de Leon IC. inter consil. Bruni feudalia.
Elbertus Leoninus IC. Germ. in consil.

Ioan.

Joan. Iacob. de Leopardis IC. Italus inter consil. feudal. diversor.
Valentinus Leuchter Theol. Darmst. ex tract. von Bündnissen.
Joan. de Lignano IC. Italus ex comment. jur. civil. & de Amicitia.
Fridericus Lindebrog Historicus Germ. in Histor. Archip. Brem. & aliis.
Erpold. Lindenbruch in Chron. de gestis à Carolo Magno.
Iustus Lipsius ex Polit. & de Civil. doctrina.
Titus Livius histor. Roman.
Loarez IC. Hispanus in respons. super oppido Mula.
Sigismundus Loffreus IC. Italus in consil.
Joan. Longovallius IC. in tract. de iurisdict.
Gregor. Lopez IC. Hispan. in comment. ad LL. Hisp. & aliis tract.
Lorhardus de verb. apod.
Petrus Loriotus IC. in comment. jur. civil. & aliis.
Nicol. Losaus IC. Italus in tract. de jure universit.
Renatus de Losing de increment. Imper.
Alexander Loß IC. in addit. ad Barthol.
Lucanus poeta antiq. de bell. civil.
Luitprandus Diaconus Ticinens. in sua histor.
Joannes Lupus IC. in tract. de just. & jur. obtent. & reten.
Joann. Lydius in glossis latino-Barb. junctis Nicol. Clemang. operibus.
Nicol. de Lyra Theol. in serm. sacris.
Thom. Lyrer Histor. Germ. in antiq. chronica.

M.

Nicol. Machiavellus ex disput. de Republ.
Macrobius ex lib. Saturnal.
Gregorius de Magalotiis IC. in tract. de salvoconduct.
Petr. Dominicus Magdalenus Capiferreus IC. Italus in tract. de num. Testium in Testam. requisitor.
Iulius Magenhorst in comment. ad ordinat. Cam. Sperens.
Ægydius Magister IC. in tract. de Regal.
Ioh. Bapt. Magonius IC. Italus de recta patrocin. rat. & decis. Lucens.
Simon Majolus Episcopus Canicular. dier.
Ioan. Major Theol. in comment. in 4. Sententiar.
Philip. Maister ex specul. Notarior.
Gulielm. Majus in Polemographia Berg.
Albericus de Maletis IC. in comment. de Testib.
Celsus Mancinus Ravennas in tract. de jure Principatuum.
Vincentius Mancius IC. Italus in tract. de Tutel.
Iacob. Mandellus IC. Italus in consil.
Horatius Mandosius IC. Italus in addit. ad consil. Belloni.
Quintilianus Mandosius IC. Italus in addit. ad consil. Lud. Roman.
Marcus Manlius Poeta ex lib. Astron.
Francisc. Mantica Card. de tacit. & ambig. Convent.
Marcus Mantua IC. Italus in consil.
Paulus Manutius Venetus in Apophtheg.
Robertus Maranta IC. Italus de ord. judicior.
Nonius Marcellus in hist. Rom.
Iacob. Marchisell. IC. Italus in Sylva quæst. pract.
Theodorus Marcilius IC. in comment. ad L. 12. Tabular.
Francis. Marcus IC. Gallus in decisionib.
Thomas de Marinis IC. in tract. feudal.
Philip. de Marnix in resol. quæst. polit.
Ludovicus Marotus IC. in consil.
Marsilius Patavinus in defensore pacis publ.
Hippol. de Marsiliis IC. Italus in singularibus.
Marta IC. Neapol. de jurisdict.
Martialis Poeta.
Franciscus Marzarius IC. in consil.
Ioseph. Mascardus Episcopus in tract. de Probationibus.
Alderanus Mascardus IC. Italus de general. stat. Interp.
Ant. de Massa Galesius IC. Italus in form. Cameral. obligat.
Garsias Mastril. IC. Hisp. in tract. de Magistratib.
Mastrillus IC. in decis.
Masuerius IC. Gallus in pract. civil.
Matth. Mathesilanus IC. in singular.
Petrus Mathiensis de L. hist. de Franc. narrat.
Thom. Maullius IC. Germ. de Homag.
Gerardus Mazolius IC. in consil.
Sebast. Medices IC. Italus in tract. de casib. fortuit.
Henricus Meibomius, Germ. in chron. Riddagshus.
Joan. Meichsner IC. Germ. ex decis. Cam.
Martinus Meyer IC. Germ. Cancellarius Moguntinus in Epistola ad Æneam Sylvium.
Otho Melander IC. Germ. Consil. Cæsareus in Idea stud. politici.
Iac. Menochius IC. Italus Prof. Pataviens. Auctoris præceptor honorandus ex tractat. & consil.
Ioan. Menzer IC. in carm. Germ. cujus inscrip. das glückhaffte Schiff von Zürch.
Emanuel Meteranus histor. Belg.
Joan. Meursius, in glossar. Græco-Barb.
Iac. Mycillus IC. Germ. Cancellarius Comitum Hohenloens. in consil. Chomberg contra Limpurg.
Francisc. Milanensis IC. Italus in decisionib.
Anton. Melissa in sermonib.
Joan. Thomas Minadous IC. in consil.
Christ. Mingius IC. Germ. de superior. territorii.
Joan. Monachus IC. Germ. Acad. Lipsiensis Professor Prim. in comment. ad jus Canon.
Ant. Monachus Melyt ex locis commun.
Alphon. Moditius IC. ex comment. instit.
Etherius Mohr IC. Germ. disput. de iurisdict.
Georgius Mohr IC. Germ. Consil. Austriacus Oenipontanus in tract. de jure venand.
Ludovicus Molina Hispan. Theolog. in tract. de justitia & jur.
Ludovicus Molina IC. Hispanus de Hispanor. primogenitur.
Carolus Molinæus IC. Gallus in comment. ad consuet. Paris. & aliis tract. de Monarch. Francia.
Daniel Moller IC. Germ. in comment. ad const. Saxon. & Semest. libris.
Moller de fide hæret. servanda.
Petrus Monchada IC. Ital. in addit. ad comment. jur. Gozadini.
Monet. tract. de decim.

Joan. Philippus Monspelius IC. Italus in consil.
Alphonsus Mont. IC. Hispanus in comment. ad LL. Hispan.
Paulus Montanus IC. in tract. de tutel.
Petrus Montaigne in tract. de Parlament.
Paulus de Monte Pico IC. Italus in comment. ad jus civil.
Petrus de Monte in tract. de Monarchia concil.
Fabianus de Monte IC. de emptione & vendit.
Hieron. de Monte IC. Italus in tract. fin. regund.
Martinus Monterus IC. in decis. Aragon.
Ioan. Maria Monticellus IC. in tract. de testib.
Sebastian. Monticulus IC. in tract. de vend. hæred.
Petrus August. Morla IC. Hispan. in empor. quæst.
Nicolaus Moronus Iur. Cons. Italus in tract. de fid. treug. & pace.
Thom. Morus IC. Angliæ Cancellar. ex Vtopia.
Petrus Mosellanus in notu ad Aul. Gellium.
Nicol. Mozius IC. ex tract. feud.
Sebast. Munsterus in Cosmographia.
Joan. Bernardinus Muscatellus IC. Italus in pract. fidejuss.
Barthol. Musculus IC. Germ. de success. convent.
Hier. Muscornus IC. de jurisdict.
Huldricus Mutius in Chron. Germ.
Lud. Myler. IC. Germ. Dn. Com. Oettingens. Cancellar. ex disput. de Advocat.
Ioach. Mynsinger IC. Germ. Cancellar. Bruns. ex observat.

N.

Nicolaus de Neapoli IC. Italus in tract. feudal.
Alex. Nævius IC. in systemat. Iuris.
Marcus Anton. Natta IC. Italus in consil.
Ioan. Nauclerus Hist. Germ. ex Chronica.
Antonius Negusantius IC. de pignorib. & hypoth.
Nellus in tract. de Bannitis.
Nepos de monte Albano IC. in tract. de testib.
Nevizanus IC. Italus ex sylva nupt.
Alex de Nevo IC. in consil.
Joan. Nicasius IC. Italus ex inst. juris.
Christoph. de Nicellis IC. in cons. feudal.
Nicephorus Gregoras ex hist. ecclesiast.
Nicetas Acomitanus in histor. Bizantin.
Theodorus à Niem de Privileg. & jur. Imperii.
Joann. Nigerdinus IC. Germ. in disput. ad inst.
Iosias Nolden IC. Germ. de statu nobilium civil.
Sieur della Noue, En les discours politiques & militaires.

O.

Georg. Obrecht. IC. Germ. Prof. Argent. de defens. necess.
VVilhelmus Ocamus Theol. in Dialog.
Odo Abbas Cluniacens. de translat. S. Martini ad Fulconem Comitem Andegavens.
Sfortia Oddo IC. Italus in tract. de restitut. & cons.
Laurentius Ohm IC. German. in tract. de jure Episcop.
Olaus magnus Episcopus in histor. Gothor.
Joan. Oldendorpius IC. Germ. ex formul. action. & aliis.
Antonius Olibanus IC. de actionib.
Conradus Oleman IC. Germ. in Antinom. juris feudal.
Seraphinus Olivarius IC. in decisionib.
Olradus de Ponte IC. Italus in consil.
Origenes Theolog. ex Epist. ad Roman.
Iacobus Orlebaus. IC. ex respons. an extant. masc. fam. exclud.
Daniel Otto IC. Germ. Dn. Comitum de Hohenloe, nunc Baronum de Geroltzeck Consil. de jure publ. Imperii.
Otho Episcopus Frisingens. Hist. Germ.
Ovidius Naso Poeta ex variis locis.

P.

Fulvius Pacianus IC. Italus de probationib.
Iulius Pacius IC. Gallus Prof. Heidelbergens. Academ. in comment. jur. civil.
Gabriel Paleottus Archiepiscopus Bononiens. de sacri consist. consultat.
Matth. Palmerius in Chron.
D. Guido Pancirola Prof. Patav. IC. Italus insignis Authoris Præceptor honorandus in comment. ad notit. Orient. & consil.
Henricus Panthaleon Germ. in tract. de viris illust.
Onuphrius Panvinus de comit. Imper.
Guido Papa IC. Gallus ex decis. & consil.
Ferrerius Papponius IC. Gallus in Arrestis Gall.
Guilh. Paradinus Historicus Gall. in Annal. Burgund.
Joannes de Parisiis in tract. de regal. & papal. potest.
Petrus Paulus Parisius IC. Italus ex consil.
Parladorius IC. in tract. rer. quotidian.
Petrus Pascalius de Legatis.
Nicolaus de Passeribus IC. in tract. de privat. script.
Paterculus Hist. Rom.
S. Paulus Apostol. ex Epistol.
Tobias Pauermeister IC. Germ. de jurisd.
Pausanias in Eliacis.
Joan. Francisc. de Pavinis IC. Italus de offic. & potest. capit. sede vacant.
Petrus Peccius IC. Germ. in tract. de Eccles. adificand. & aliis.
Ascon. Pedianus in comment. Ciceronis de divinatione.
Achillis Petrocha IC. Italus in consil.
Ludovicus Peguerus IC. Italus in decis. criminal.
Lucas de Penna IC. Gallus ex comment. in Cod.
M. Anton. Peregrinus IC. de jure Fisci & Consil.
Benedictus Pererius Philosoph. ex comment. in Physicam.
Guilhelm. de Perno IC. in tractat. Feudal.
Æmilius Perattus IC. Italus in comment. ad tit. ff. de liber. & posth.
Francisc. Personalis IC. Germ. in quæst.
Florianus de S. Petro IC. in comment. ad jus civil.
Achilles Personalis IC. in tract. de adipiscend. possess.

Petr

Petr. Anton. de Petra in tract. de potest. princip.
Henricus Petreus IC. *Germ. Brunovicens. ex tract. de Monaster.*
Anton. de Petrucio IC. *Italus in comment. jur. civil.*
Francisc. Pfeil IC. *Germ. ex consil.*
Iulius Pflug Episcopus Naumburgens. in Repl. contra Elect. Saxon.
Nicolaus Pfochius IC. *Germ. Consil. & Prof. Herbip. de Regal.*
Phtonatus, lib. ...
Philippus Bergomensis *in supplem. histor. Antonin.*
Anton. Piaggius IC. *Italus in tract. de Tutor. & Curator.*
Anton. Pichardus IC. *in comment. ad inst. Iustin.*
Valer. Pierius ex hieroglyph.
Pileus IC. *antiq. in quæst. divers.*
Pindarus Poeta græcus.
Arius Pinellus IC. *in tract. de bonis matern.*
Virgil. Pingizer. IC. *Germ. in quæst. Sax.*
Reinerus de Pisis in summa verb. obedientia.
Guerrinus Piso IC. *in tract. feudal.*
Hartm. Pistor. IC. *Germ. in quæst. jur.*
Simo. Pistor. IC. *Germ. in consil.*
Modestinus Pistor. IC. *Germanus in consil.*
Petr. Pithœus IC. *Gallus in notis Mosaicis.*
Petrus à Placa IC. *in tract. de delict.*
Max. Planud. in Æsopi vita.
Joan. de Platea IC. *Italus ex comment. jur. civil.*
Francisc. de Plato IC. *Italus de excommun.*
Plautus in Comœd.
Gemistus Pletho in Histor. de rebus Græcor. Persar.
Plinius in hist. natur.
Plinius Iunior in panegyr.
Joan. Bapt. Plotus IC. *Italus in comment. jur. civil.*
Plutarchus ex variis.
Petrus de Podio IC. *Italus inter consil. Feder. Senens.*
Lancellotus Politus IC. *Italus in tract. de substitut.*
Asinius Pollio Roman. in dictis ad Iul. Cæsar.
Julius Pollux ex lib. Onomast.
Polianus in lib. stratagem.
Polybius Histor. Roman.
Poncetus IC. *in tract. de jure municip.*
Io. Bapt. Pontanus IC. *in tract. de spoliis.*
Joan. Iovianus Pontanus Italus in lib. de liberalitate.
Amadeus de Ponte IC. *Gallus in consil. annex. decis. Thesauri.*
Christophorus Portius IC. *in comment. ad institut. Justin.*
Jac. Philipp. Portius IC. *Italus in consil.*
Simon de Pratis IC. *Italus in consil. & tract. ult. volunt.*
Pandulph. Prateus IC. *Gallus in Lexic.*
Joan. de Prato IC. *comment. jur. civil.*
Petrus Premus IC. *Italus in tract. de securit. promiss.*
Frider. Prenninger IC. *Germ. Advocatus Rotenburgo-Tuberanus.*
Andreas Presbyter in Chron. Bavar.
Procopius de bello Gothico.
Proclus in comment. in Alcibiad.
Propertius Poeta.
Prosper Aquitanicus in tract. de vocation. gent.
Frider. Pruckman. IC. *Germ. Consiliar. Elect. Brandeburg. in tract. de Regal. & consil.*
Psellus ex lib. de dæmonibus.
Francisc. Purpuratus IC. *Italus in consil.*
Paris de Puteo IC. *Italus in tract. de Syndicat. & reditu Feud.*
Jac. Puteus Cardinalis in decisionib.
Pyrrhus Englebertus IC. *Gallus in consuet. Aurel.*
Ioan. Pyrrhus IC. *Gallus in consuet. Aurelian.*

Q

Anton. Quetta IC. *in consil.*
Quintilianus ex institut. orator.

R

Radevvicus Histor. rebus de gestis Frider. Imp.
Jac. Ravardus IC. *ex comment. Civilibus.*
Arnoldus Raiger IC. *Germ. in Repert. juris.*
Joan. Reinardus in comment. Feudi.
Petrus Ramus Gall. in scholiis ad Metaphys.
And. Rauchbar. IC. *German. in quæst. jur.*
Alexand. Raudens. IC. *de Analog. & ex consil.*
Petrus de Ravenna IC. *Italus in tract. feudal.*
Joan. Rainaudus IC. *Italus in tract. feudal.*
Petr. Rebuffus IC. *Gall. ex variis.*
Joan. Redin. IC. *Gall. in tract. de majestate Principis.*
Guilhelmus Redoanus IC. *in tract. de reb. Eccles. non alienand.*
Laurentius Reichvvein in form. supplicat. cameral.
Theod. Reinking IC. *German. de Regim. secul. & Eccles.*
Reinerus Reineccius in hist. Annal. Franc.
Henningus Rennemannus IC. *Germ. disp. jurisp. Iustin.*
Iustus Reuber IC. *Germ. in tract. de Testib.*
Nicol. Reusner. IC. *Prof. Laugingens. ex consil. & decis.*
Rhegino Abbas Primiensis, in chron.
Beatus Rhenanus Histor. Germ. in descript. Germ.
Gregorius Richter Germ. in axiom. Histor.
Jac. Rickius IC. *German. de proba aquæ frigid.*
Rimsgindus Presbyter in lit. sub Lud. Pio Imp. script.
Hippolytus Riminaldus IC. *Italus in consil.*
Jac. Riminaldus IC. *Italus in consil.*
Jac. Riminaldus Iunior. IC. *Italus in consil.*
Francis. Ripa IC. *Italus ex comment. jur. civil.*
Conradus Rittershusius IC. *Germ. Prof. Altorfensis de feud. ex comment. ad Salvianum.*
VVilhelm. Rodingus IC. *Germ. in Pandect. Cameral.*
Roffredus Beneventanus IC. *Italus in form. Libell.*
Roffredus Beneventanus IC. *ex praxi jur. Pontificii.*
Petrus Rogemorter in sermon. politicis.
Bartholomæus Romuleus IC. *in comment. jur. civil.*
Ronchegall. IC. *Italus ex comment. jur. civil.*
Gerardus de Roo Archiducis Ferdinandi Bibliothecarius in histor. Archid. Austriæ.
Albericus de Rosate IC. *Italus in comm. jur. civil.*

Ant. de Rosellis IC. *Italus in tract. de potest. Imp. & sup.*
Henricus Rosenthal IC. *Advocatus Camer. de Feudis.*
Herm. Esaias Rosenkorb in pract. forens. Cameral.
Francisc. de Rosier Histor. Gallus in Stem. Lothoring.
Joannes Rosinus ex antiquit. Roman.
Petrus Royzius IC. *in decis.*
Flaminius de Rubeis IC. *Ital. in consil.*
Hieron. Rubeus in Hist. Ital. & Raven.
Ant. Rubeus IC. *Ital. in consil.*
Nicol. Rucker IC. *Germ. inter consil. cantiuncul.*
Joan. Rudinger IC. *Germ. in observat. pract.*
Ruffinus Histor. antiq. in Historia sacra.
Carolus Ruinus IC. *Ital. ex consil.*
Rutger. Ruland IC. *Germ. de commission.*
Mart. Rumelin IC. *Germ. Profess. Tubing. ex comment. ad A. B.*

S.

Cato Saccus IC. *Italus in comment. ad jus civil.*
Anton. Sabellicus Hist. Italus in Ennead.
Marius Salamanius IC. *Italus ex Rep. L. ut uniff. de l. & l.*
Barth. Salicetus IC. *Italus ex Lecturis & Consil.*
Salvianus Massiliensis de providentia Dei.
Crisp. Salustius Histor. de bello Iugurth.
R. P. Sanchez S. I. Theolog. Hispanus in comment. quadragesimalib.
Ioan. Saruberiensis ex Policrat.
Joseph. Scaliger Italus in diversis.
Caspar VVilhelm Scipio IC. *Germ. in decis. Cam.*
Marianus Scotus in chron.
Simon Schardius IC. *Germ. in Lexico Iurid.*
Frid. Schenck Baro à Tautenberg in comment. Feudal.
Ioach. Schleplix. IC. *Germ. in comment. ad promp. jur. Klammer.*
Caspar Schiferdecker IC. *Germ. in disput. forensib.*
Joan. Schlestanus Hist. Germ.
Joan. Schneidevvin IC. *Germ. in tract. Feud.*
Guerro Pison Soaccius IC. *Italus in praelud. Feud.*
Barthol. Schobinger IC. *Germ. de S. Gallo in Parenethecis.*
Georg. Schonborn IC. *ex Lib. Politicor.*
Fredericus Schot IC. *Italus in consil.*
Ludolph. Schrader IC. *Germ. de Feud.*
Jac. Schultes IC. *Germ. in loc. commun. Bruner. à Sole.*
Joannes Schulter IC. *Germ. Cancellar. Ducis VVirtemb. & tandem Syndicus Suevo-Hallensis ex consil.*
Hieron. Schurpff. IC. *Germ. ex consil.*
Christophorus Schvvanman IC. *Germ. de Processib. Camer.*
Frider. de Senis IC. *Italus in consil.*
Claudius Seysel IC. *Gallus de Feud.*
Joan. Sichardus IC. *Germ. in consil. & in vet. Iurisp.*
Sigismundus Baro Herbersteinius in Hist. rer. Moscoviticar.
Singeldus de Homodeis IC. *Italus ex consil.*
Carolus Sigonius Italus de Regn. Ital.
Silius Italicus Poeta.
Jac. Simanca in tract. de Republ.
Regnerus Sixtinus IC. *Germ. ex tract. de Regalibus.*
Emanuel Soarez IC. *Hisp. in Thesaur. Commun. Opin.*
Bartol. Socinus IC. *Italus Prof. Senens. ex tract. & consil.*
Anton. Sola IC. *Gall. in constit. Sabaudiae.*
Brunorius à Sole IC. *Italus in addit. ad Felin.*
Francisc. Sonsbeck IC. *in tract. feud.*
Everhardus Speckhan IC. *Germ. in quaest. jur. divis.*
Iac. Spiegelius IC. *Germ. in Lexico jurid.*
Sebast. Stelbag IC. *Germ. in consil. de jure braxand. Cerevisiam.*
Benevenutus Stracha IC. *Italus in tract. de Mercat.*
Iac. Streit IC. *Germ. Prof. Academ. Friburgens. Authoris Praeceptor honorandus in consil. manuscript.*
Christoph Sturtz IC. *German. in Reg. jur. civil.*
Joann. Petr. Surdus ex consil. decis. & tract. de Aliment.
M. Ant. Surgens IC. *Italus de praefect. praetor.*
Marquardus à Susannis IC. *Italus in tract. de Iudaeis.*
Ludov. Schvvartzmayer IC. *Germ. Consil. Caesareum.*

T.

Sebastian. Tennagel in veter. monument. pro Gregor. 7.
Publ. Terentius in Comaed.
Themistius in orat. de Amicit.
Theodoricus Ostro-Gothorum Rex in Epistola ad Clodovaeum F. R. dato.
Theophilus ex institut. juris.
Anton. Thessaurus IC. *Sabaudus in decis.*
Thessaurus Iunior IC. *Italus in addit. ad decis. patern.*
AEgidius Thomatius IC. *Italus in tract. de collect.*
Jac. Thomingius IC. *Germ. ex decision.*
Jac. Augustus Thuanus Hist. Gall.
Frider. Tilemannus IC. *Germ. in disput.*
Anton. Timaus IC. *Italus in addit. ad Instit. jur. Can. Lancelloti.*
Andreas Tiraquellus de jure primogen. & ex aliis tract.
Hieronymus Torniellus in Annal. sacror. & prosan.
Ioan. Trithemius Monach. Theolog. & Hist. ex Chron.
Thomas Trivisanus IC. *Italus in decis. Palat. Apostol.*
Joan. de Turre Cremata IC. *Italus ex comment. jur. Can.*
Tuscus Cardinalis in conclusionib. jur. practicar.

V.

Anton. Vacca IC. *in comment. ad Tit. ff. de verb. obligat.*

Vacon

Vacun à Vacun IC. *in declarationib. Legum Civil.*
Alvarus Valascus IC. *Hisp. ex decis. Reg. Lusit. & tract. de jure Emphyt.*
Roland. à Valle IC. *Italus ex consil.*
Ferd. Vasquius IC. *Hisp. ex quaest.*
Ioan. Vaudus ex lib. quaest.
Florent. à Venningen IC. Germ. *in consil.*
Paulus AEmilius Verallus IC. *in decis.*
Octavianus Vestrius IC. Roman. *in pract.*
Ambrosius de Vignate IC. *Italus in consil. Feudal.*
Joan. *de Villemat* IC. *Italus in comment. jur. civil.*
Petrus de Vineis IC. *Germ. Imp. Frid. II. Cancell. in Epist.*
Bonifacius de Vitalinis IC. *Italus in prax. crim.*
Francisc. Vivius IC. *in Thesaur. communi. Opin.*
Mich. Vlcurrunus in tract. de Regimine *mundi.*
Matth. Vogel Theol. ex penu Theolog.
VValther à Vogelvveid in antiquis Rythmis.
Gabriel Volaterranus ex lib. Geograph.
Raphael Volaterranus in Histor.
Martinus Vranius IC. *Germ. Cancellarius Constant. Epis. in consiliis.*
Caesar de Vrsillis IC. *Italus in addit. ad decis. Afflict.*
Octavianus Vulpellus IC. *Italus in tract. de Treug. & pace.*
Herm. Vultaeus IC. Germ. *Prof. Marpurg. de feud. & ex consiliis.*
Petrus de Vzollis IC. *tract. de Notar.*

W.

Joann. *Jac. de VVallhausen Germ. de defensione patria.*
Georgius VValvvinter in Parthenio litigios.
Joan. *VVamesius* IC. *Germ. in tract. de Appellat. & consil.*
Christophorus VVarsevicius in libro Parallelar.
Paul. Matth. VVehner IC. *Advocatus Kitingens. ex Pract. Observ. Cameral. & aliis.*
Guilhelmus de VVerdena IC. *Germ. Prof. quondam Ingolstadiens. in consil. Manuscript.*
Eberhardus à VVeyh. IC. *Germ. in discept. de Reg. elect. & success.*
VVerner Gebhard in Fürstl. Tisch-Reden.
Matth. VVesenbeccius IC. Germ. *ex lect. & consil.*
Petrus VVesenbeccius IC. Germ. *in consil.*
Iodocus VVillichius in comment. ad Tacit.
Christ. VVinter IC. *Germ. in synops. de Collect.*
Hieronymus VVolfius in lect. memorabil.
Bernhard. VVurmser IC. *Germ. in pract. observat.*
Iacob. VVympheling. Histor. Germ. in Epitom. rer. Germ.

X.

Xenophon de Republ. Atheniens.
Xiphilinus in vita Caesar. in Nerone.

Z.

Franc. Zabarella Cardinalis IC. *Italus ex comment. in jus canon.*
Joann. *Zanger* IC. *Germ. Prof. Academ. Tubing. in tract. de except.*
Vdal. Zasius IC. *Prof. Friburgens. ex comment. ad jus civil. feud. & consil.*
Caspar Ziegler IC. *Germ. ex addit. ad prax. Calvol.*
Christ. Zobel IC. *Germ. in tract. de different. jur. Saxon. & com.*
Joan. *Zonaras Histor. ex vitis Caesarum. & annal.*
Ernest Zorn IC. Germ. *disput. de Iurisd.*
Iustus Zinzerlingus IC. Germ. *in disput. de Appellat.*
Vbertinus Zuchardus IC. *ex repet. Rubr. C. de pact.*
Ludovicus Zunta IC. *Italus in respons. pro uxor.*
Remmarus o Zvveiter in antiq. manuscript. teutonico carmine.
Viglius Zvvichemus IC. *Germ. in comment. ad Inst.*
Theodorus Zvvinger in Theatro.

ANONYMI AUTORES ET OPERA.

Auctor Actor. Palat. Neoburg. contra Monast. Caesariens. super praetensa Advocatia haereditaria.
Basilicon Eclog. li.
Recessus Imperiales diversi.
Compilator Privilegiorum ord. Cistertiens.
Compilatores Hist. Eccl. Magd.
Author Käyserßheimischer *Confutation contra* Pfaltz-Newenburgische *Deduction.*
Author wolvermeinten *Discurs*, warumb die Catholischen.
Author Wertheimischen Gegenberichts *contra* Würtzburg.
Parthenius Litigiosus.
Interpres AEschyli in Persis.
Colleg. Mejeranum Argentinen.
Acta SS. Martyr. Sebastiani & sociorum.
Informator contra Relationem Donavverdicam.
Cancellarius quidam Imp. in histor. Theodorici Veronens.
Poeta quidam vetustiss. in Paraphras. veter. Testam.
Auctor des gründlichen Bericht des H. Reichs Statt Fridberg / Stand *Regal. Privil.*
Consilium manuscriptum T. M. in materia Advocatiarum.
Chronicon magnum Belg.
Codex Vaticanus pervetustus Epistol. per summos Pontif. scriptarum.
Annalium Austriae codex pervetustus.
Authores consiliorum in causa Braunschweig.
Ordinatio Cameralis.
Collegium Iuridicum Papiense.
Collector praejudiciorum Cameralium.
Acta in causa Ortenburg *contra* Bayern.
Auctor Actorum Pacificationis Coloniensis
Schwabenspiegel.
Chronica Laurishamensis.
Auctor Hypom. ex Guicciard.
Abstemius in Fabulis.
Rota Bononiensis inter consil. feudal.
Consilia Academiae Altorfinae.
Compilator Cistertiensium Privilegiorum Episcopi Viennensis innominatus.
Auctor discursus, wie dem Juristenwerck zu helffen.
N. von Wengen *in Rythmis antiq. Germanicis.*

LECTORI.

Quæ sequuntur, amice Lector; cum omissa fuissent, in ipso Cap. II. fol. 41. reponenda, & num. 3. sequentem in modum legendum, scias.

QUod igitur ad Hebraicas primum, nostri de quo tractamus, juris significationes attinet, id primo per nomen מגן MAGEN, quod *Scutum* Clypeum proprie, & Metaphorice *Protectionem* denotat, effertur. Sic enim Regius Psaltes in Psalmo juxta Hebræorum distinctionem 35. ver. 2. vocat, dum inquit: החזק מגן וצנה וקומה בעזרתי *Hachsek* MAGEN *vetZinnah, vekuma beesrasi*, Apprehende scutum & clypeum, & exsurge in adjutorium mihi. Idem etiam habetur Genes. 13. in princ. ubi factus est sermo Domini ad Abramum per visionem, dicens: אל תירא אברם אנכי מגן לך *Altira Abram, anochi Magen lach*, Noli timere Abram, ego sum clypeus tuus.

Secundo Protectionis jus designatur Nomine צנה *TZinna*, umbo, clypeus, ut in antecedenti loco, & Psal. 91. 4. צנה וסחרה אמתו *Tzanna vesochera amitto.* Clypeus & parma est veritas ejus.

Tertio Protectionis jus apud Hebræos vocatur Nomine מסך MASACH, Protectionem proprie designans, quemadmodum hoc usurpat Regius propheta in Psal. 105. v. 38. פרש ענן למסך *Paraschanan lemosach*, Expandis nubem in protectionem.

Quarto Hebræi idem jus adumbrant per Nomen צל Umbra, Protectio, unde habetur in Ps. 121. v. 5. אדני שמרך אדני צלך *Adonai schomerecha, Adonai tzillecha*, Dominus custodit te, Dominus est protector tuus.

Quinto vox nostra Protectio apud eosdem Hebræos signatur per Nomen עזר *Eser*, & עזרה *Esra*, Auxilium ac Defensionem denotans. Sic enim Regius propheta Psal. 22. v. 20. ad Deum clamando ejus protectionem invocans, ait: ואתה אדני אל תרחק אילותי לעזרתי חושה *Veatta Adonai al tirchak, eialusi leesrati chuscha*, Tu autem Domine, ne elongeris, fortitudo mea ad defensionem meam festina. Hæc & alia similia, quæ prætereo, etsi in genere Protectionem significent, tamen Synecdochice etiam ad Protectionis jus recte accommodantur. Rabbini vero in suo Corpore Juris, quod Talmud vocant, Græcorum voce utuntur, & frequenter dicunt סניגוריא *Sinigoria*, *συνηγορία*, id est, Defensio, patrocinium causæ, cujus oppositum קטיגוריא *Catigoria*, *κατηγορία*, Accusatio. Sic סניגור *συνήγορος* Advocatus, Patronus, causam alicujus in judicio defendens, cui opponitur קטיגור *κατήγορος* Accusator. Sic dicunt פרקליט *Praklit*, Advocatus, patronus, defensor: פרקליטא *Praklatia*, Advocatia, defensio, protectio.

His positis subdatur. Quod deinde ad Gratas, &c. aucto, in sequentibus connectendus, verbo Numerali seu connectivo, vel pro SECUNDO*, ponatur,* TERTIO, *& sic consequenter.*

DE ADVOCATIA,

SIVE

IURE PROTECTIONIS.

CAPUT I.

De utilitate & necessitate Advocatiarum, & num potentioribus infirmiores, in Protectionem assumere, vel his contra, in clientelam illorum sese conferre liceat, vel expediat?

SUMMARIA.

De rebus inutilibus, & in bene constituta Republica non tolerandis, frustra disputatur, num. 1.

Utrum Regibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus, seu cujusvis ordinis Potentioribus, alienos homines in protectionem suam recipere, expediat, *num. 2.*

Negativa n. 3. Affirmativa, n. 62.

Patrocinia Vicorum olim in Repub. Romana per sanctiones Imperatorum inhibita. n. 4. Declara ut n. 90. in fraudem scilicet fisci, aut Reipub. contracta.

Jactura causæ afficiuntur, qui potentiorum patrocinia advocant. n. 5.

Legibus vetitum bona aliena & Agricolas mercede accepta, defendere, n. 6. Intellige ut infra n. 90.

LEO & ANTHEMIUS *Impp. id quod inter Patronum & clientem gestum est, irritum faciunt, n. 7. Intellige ut n. 92.*

Tabelliones super rusticani patrocinii contractu instrumenta conficientes proscriptione bonorum puniti. n. 8.

Vici ac villæ, ad aliorum patrocinia confugientes publice vendicata. n. 9.

Protectionem Vicanorum suscipientes qua pœna mulctati fuerint. n. 10.

Titulos, vel insignia prædiis litigiosis potentum nomine, quasi horum sit possessio, aut res tutelæ eorum commissa, affigere, Arcadii & Honorii Impp. constitutione gravissime prohibitum. n. 11. Declaratur. n. 92.

Titulos prædiis alienis apponere solius est fisci, n. 12.

Vicani potentiorū, clientelam subeuntes, graviter puniti, 13.

Clientelas Julius Cæsar factionis nomine appellavit. n. 14.

Factionis nomine malorum consensus & conspiratio intelligitur. n. 15.

Amicitia, quod inter bonos est, inter malos hoc est factio. 16

Factiones clientelares in Gallia in omnibus civitatibus & pagis frequentes fuere. n. 17.

Factiones clientelares, in quem finem olim constituta. n. 18.

Factionis nomen turpe ac vitiosum. n. 19. Olim tamen etiam honestum fuit. n. 95.

Factionis propria descriptio. n. 20.

Clientum & dominorum nomina, ut bene regerentur populi, tollenda, voluit Democritus. n. 21. Declaratur atque refutatur. n. 96. & 97.

Clientela etiam per Auream Bullam Caroli IV. itemque Constitutionibus ac Recessibus Imperii prohibita. n. 22. Contra n. 100. & 103.

Colligationes ac confœderationes omnes sunt illicitæ, quas civitates, vel alii subditi prætextu parentelæ, seu Advocatiæ ineunt, n. 23. Declara ut n. 101. si fiant absque auctoritate ordinariorum.

Protectio Recessibus Imperii de Annis 1529. 1541. & 1555. expressim vetita, n. 24. Intellige ut n. 105. & 106. Intuitu nempe religionis, aliave illicita ex causa contracta.

Advocatia Monastica generatim ac speciatim interdicta n. 25. Contra. n. 109. & seq.

Abbates ac Monachi in Synodo Cabilonensi patrocinio seculari sub excommunicationis pœna uti prohibentur, n. 26. Intellige ut num. 110. De judiciali scilicet ad seculares refugio, non autem protectionis jure.

Victor III. Papa Advocatias in prædiis & hominibus Ecclesiarum aliquem sibi usurpare injustum esse censuit. ibid. Intellige ut sub. n. 110. declaratur.

Cisterciensis ordo ab omni Advocatorum genere juxta primariam suam institutionem, immunis est. n. 27.

Cæsariensis Monasterii fundator in fundatione ejusdem sancivit, ut Fratres illius nullum præter Filium Virginis Advocatum susciperent. n. 28.

Epternacense Monasterium à Pipino Seniore Francorum Duce, Anno 696. constructum ab omni Protectorum jugo ex fundatoris institutione liberum. n. 29.

Salemitanum Monasterium, ne alium post Deum, excepto Cæsare, Advocatum haberet, Imperatores plurimi præceperunt. n. 30.

Monasteria ordinis Cistertiensis exstruenda inprimis ab omni seculari dominio & Episcopali Iurisdictione eximi debent. 31.

Eadem in spiritual. sub solius GENERALIS, *& summi Pontificis, in secularib. vero sub solius Imperat. tutela existunt. ib.*

Monasterii PFEFERS *olim Barones de Saxey Advocati ac Protectores. n. 32.*

Fabariense Monasterium Anno 734. sumptibus Caroli Martelli in Rhætia Alpibus, constructum, à Friderico II. Imp. ab omni Advocatia onere universaliter exemptum, ibid.

Alber-

Albertus à Saxen Advocatum Fabariensium eosdem graviter infestat, & castrũ eorum Wartenstein violenter occupat. 33

Advocatia Fabariensis cuidam de Falckenstain impignorata. num. 34.

Fridericus II. Imp. Fabariense cœnobium ab omni Advocatia & patronatus jurisdictione universaliter exemptum in suam & Sacri Imperii perpetuam protectionem recipit. n. 35.

Prohibita quæ reperiuntur, non censentur esse permissa. 36.

Alienarum rerum cura ac defensio difficilis & periculosa. n. 37. *Intellige ut n.* 127.

Protectionis alienæ obligatio non videtur carere summis periculis. n. 38.

Protectoris Clientes suos prælio defendentis, ditiones aliis interea hostes ne invadant, timendum est. n. 39. *Declara ut sub n.* 127. *habetur.*

Tempus, belli pro clientibus per protectorem suscipiendi, incertum. n. 40.

Protector omni momento ad subeunda pro clientibus bella obstringitur. n. 41. *Intellige ut n.* 128.

Adventus hostium & belli metus calamitatem adferunt. 42

Bellum concitare facile, sed extinguere difficile. n. 43.

Bellorum quæ sint mala & incommoda. n. 44. & 48.

Bellum perditionem animæ, corporis & bonorum inducit. 45

Bellum malorum omnium cumulus & sentina. n. 46.

Militum colluvies ex quo hominum genere colligatur. 47

Marti unde nomen? ibid.

Scutum potius semper quam gladius assumendus. n. 49.

Bella & dissensiones propter Advocatias aliquoties orta. num. 50.

Defensio judicialis ubi competit, protectioni extrajudiciali locus non est. n. 51. *Intellige ut n.* 133.

Magistratus ideo constitutus, ut vim & injuriam propellat. num. 52.

Petitionem se habere prætendens, jure experiri debet. 53.

Vis esse censetur, quando id, quod deberi sibi quis putat, non per judicem reposcit. n. 54.

Judiciorum vigor, Jurisque publici tutela ideo constituta est, ne quis seipsum ulciscatur. n. 55.

Magistratus quos sua Jurisdictione componere potest, ii ad arma confugere non debent. n. 56.

Singulis concedendum non est, quod per Magistratum publice corrigi potest. n. 57.

Deus Magistratum, loco suo, rebus humanis præposuit, ut hominum errata emendet. n. 58.

Magistratus ad curam & officium pertinet, ut Respublica quieta, & tranquilla sit. n. 59.

Leges ideo repertæ, ut nihil manu propria & impulsu, agatur. n 60.

Privato non indulgetur, sed magistratui convenit, militari manu coercere contumaces. n. 61.

Homines omnes communi protectionis jure, naturali quadam cognatione invicem conglutinati. n. 63.

Homo homini Deus, homo homini lupus. ibid.

Natura non nisi optima & perfectissima quæque in suo genere efficit. n. 64.

Natura quare binas homini manus, aures & oculos geminos tribuerit. n. 65.

Clientela quem in finem instituta? n. 66.

Reipublicæ permagni interest, provincias ac familias quasvis in suo statu illæsas permanere. n. 67.

Clientelarum susceptarum finis bonus ac Reipublicæ salutaris est. n. 68.

Finis qualis est, tale & id censetur, cujus est finis. n. 69.

Unumquodque laude dignum est bonum, cujus finis bonus ac commendabilis est. n. 70.

Advocatia conventio est pia ac firma pax hominum imperio subjectorum, in cujus tranquillitate totius orbis regularitas conquiescit. n. 71.

Protectionum jura sunt reliquiæ conjunctionis inter Principes Ecclesiasticos & Politicos. n. 72.

Pacem & tranquillitatem quærere & conservare omnes decet, imprimis vero Principes. n. 73.

Concordia altrix otii, seminarium bonorum civium, seges civitatum, & bonum sine quo nemo novit sua bona. n. 74.

Discordia ordinum venenum, præcursor ruinæ, omnia opportuna faciens insidiantibus. n. 75.

Partialitas in Republ. est instar vermis in caseo. n. 76.

Clientela ineuntur, ne subditi, qui à proprio Magistratu defendi non possunt, alienis dominis subjiciantur. n. 77.

Mutatio dominorum & magistratuum periculosa. n. 78.

Lugubre & deplorandum est, subditos eorumque bona ac prædia in manus ac potestatem pervenire externam. n. 79.

Imperator tam integras ditiones, quã privatas etiam familias in suã & sacri Imperii protectionem frequenter recipit. 80.

Exempla ejusmodi receptionis. ibid.

Argumentum ab Imperialis Salvaguardiæ specie, ad generalem protectionis constituendæ usum afferendum, valet. 81.

Archiduces Austriæ plurima tam Monasteria, quam civitates in speciali protectione habent, ibid.

Constantia, Villinga, Friburgum Brisgoiæ sub protectione Domus Austriacæ ibid.

Exempla honesta, ac Reipubl. utilia quoad fieri potest, quemlibet imitari decet. n. 82.

Legitimum habetur, quod fit quotidie, vel solitũ est fieri. 83

Nec ab eo recedendum, nisi evidens subsit utilitas. n. 84.

Protector ob defensionem alterum susceptam licite paciscitur de honorario ei à susceptis persolvendo. n. 85.

Protectores, ex annui clientum honorarii solutione, magnam utilitatem percipiunt. n. 86.

Ladislaus Ungariæ Rex, à forore Zelomiri Dalmatarum Regis Uxore, ob protectionem sibi contra seditiosos exhibitam, hæres regni institutus. n. 87.

Magnates alterum patrocinia ambire non est insolens. ib.

Hispania, Polonia, Suetia & Dania Reges protectionem Hanseaticarum Civitatum expetiverunt. ibid.

Patrocinia Principes ambientes non facile repellendi & quare. ibid.

Advocatiam corruptione adepti, potentiam suam pro clientibus raro usurpant. ibid.

Officium protectionis honorificum est & non parum dignitatis in se continet. n. 88.

Honorantiis Advocato debitis annumerantur xenia caritia, blanditiæ & similia. ibid.

Officium quodlibet, jurisdictionem cum administratione conjunctam habens, honorabile reputatur. ibid.

Defensio omnis, qua violentia occurritur, honesta reputatur. ibid.

Officium amicitiæ proprium & humanitatis plenissimum est, alterius defensionem suscipere. n. 89.

Obligatio nulla tam efficax, quam tenuium contra potentiores, & bonorum adversus improbos promissa defensio. ibid.

Reipublicæ potenti nihil magis honestum est, quam egentibus auxilium præstare. ibid.

Turca aulam suam portum & Asylum oppressorum inscribit. ibid.

Privilegiatus & exemptus à factionibus publicis privilegii sui prætextu, excusare alios non debet. n. 91.

A fine actus omnes distinguuntur. n. 93.

Privilegia, prædiis, villis, ædibus, arma Cæsarea, in fidem Salvaguardiæ Imperialis, affigendi, ab Augustis frequenter conceduntur. n. 94.

Solibus duobus neque mundus regi, neque orbis summa duo regna, salvo statu terrarum habere potest. n. 98.

Imperii summam penes unum esse in rerum magnarum administratione saluberrimum est. n. 99.

Confœderationes & colligationes subditorum sine auctoritate ordinariorum Iure communi sunt illicitæ. n. 102.

Confœderatio privatorũ adeo Legibus exosa, ut si ejus pangendæ gratia coeant, conspiratio, si desuper jurent, conjuratio, si cõtra Magistratũ occasione illius insurgant, Rebellio reputetur. ib.

Bohe-

Protectoribus molestis ac difficilibus hodie carere magnum commodum. n. 165.

Detrimentum aliquando exiguum pati, quam se sub prætextu defensionis in servitutem conjicere satius est. n. 166.

Defendere se aliter, quam auxiliariis militibus non valens, rectius cum hoste pacem facit, quam si protectionis subsidium quærat. n. 167.

Princeps ambitiosus, aut Respubl. avara opprimendi aliquem optimam habet occasionem, si quis ei defensionis gratia supplex fiat. ibid.

Patrocinium Reipub. cujusq; tutissimũ est, recte agere. n. 168

Defensio nulla præstantior, quam mutua inter cohabitantes concordia, quovis propugnaculo præferenda. ibid.

Utopiani nulla cum gente fœdera ineunt, & quare. n. 169. Arguuntur. n. 355.

Hominem homini ipsa natura conciliat. n. 170.

Principum etiam optimorum animi dominationis licentia in pejus abripiuntur. n. 171.

Potentiores spe dominandi allecti sub patrocinii specie ab invasione bonorum clientelarium nullo rationis freno retinentur. num. 172.

Magnates, ut maxime pietatem colant, sæpius tamen regnandi cupiditate, jus violare solent. n. 173.

Libido dominandi in plerisque tam vehemens, ut inter personas Imperii æmulas non distinguat nec proprio sanguini parcat. num. 174.

Exempla ejus rei notabilia, Henrici V. Imperatoris, Adolphi Geldriæ Ducis & Ferdinandi Arragonii, in parentes impiorum. num. 175. 176. 177.

Regnandi cupiditate in civitatibus præsertim liberis, nihil tetrius. n. 178.

Reip. prima pestis est fovere eos, qui dominari cupiunt. n. 179

Apud dominandi cupidos nihil est probitatis aut fidei. n. 180

Regnandi cupiditate & libidine omnia humanitatis & naturæ jura conculcantur ac prosternuntur. n. 181.

Exempla erepta per Advocatiam libertatis. n. 182.

Ariovistus Germanorum Dux à Sequanis contra Heduos protector assumptus. n. 183.

Ariovistus Sequanos clientes durissime tractat, in eosque multis modis desævit. n. 184.

Sequanorum, cum equo Æsopico, qui cervum juxta se in pascuo ferre non poterat, comparatio. n. 185.

Sequani Ariovistum, quem protectorem invitarunt, Dominum ferre coacti sunt. n. 186.

Ariovistus Sequanis per 14. annos potẽter dominatus. n. 187

Athenienses ex Sociali Græcorum fœdere ac patrocinio dominatum arripuerunt. n. 188.

Fœderis percussi inter Athenienses & totam Græciam forma, per ardentem ferri massam, in mare projectam. n. 189.

Romanorum potentia exterorum populorum clientelis mirum in modum aucta. n. 190.

Cameracum, Verodunum, Tullum, clarissima Imperii Urbes, in clientelam finitimorũ se dedentes ab Imperio avulsa. n. 191.

Henricus II. Gallorum Rex sub prætextu defensionis prædictas tres Imperii Urbes sibi adjunxit. n. 192.

Constantienses, Trajectenses, Viennenses & Metenses sub protectionis specie libertatem amiserunt. n. 193.

Turca occasione suscepta aliorum protectionis imperii sui fines mire protulerunt. n. 194.

Joannes Hungariæ Rex sub protectionis titulo regnum in servitutem conjecit. n. 195.

Hungari sub protectionis titulo in servitutem Turcicã conjici, quam libertate eligendi Regis privari, maluerunt. n. 196

Joannes Pannoniæ Rex, ob metum Austriacorum in Turcorum clientelam susceptus, misere postmodum & serviliter ab eodem oppressus. ibid.

Valesii, Valdaostas à se in tutelam susceptos, sub patrocinii specie, imperio suo subjicere conati. n. 197.

Sigismundus Poloniæ Rex Liflandos contra Moschovitarum Regem in tutelam susceptos, turpiter deseruit. n. 198.

Prussia ab Alberto Brandenburgensi in Poloniæ Regis tuitionem dedita, sub defensionis titulo, in ejusdem potestatem redacta. n. 199.

Joannes Comes de Wertheim Monasterii Brumbacensis Patronus, idipsum magnis damnis & turbationib. afficit. n. 200.

Hermann⁹ Comes Palatinus ab Adelberone Episcopo Trevirensi, ejusdem Ecclesiæ & Civitatis protector constitutus. n. 201

Hermannus idem Treverens. Ecclesiæ Advocatia potentior factus, eandem Ecclesiam infestat eique castrum Trisse, cum attinente terra, adimere tentat. n. 202.

Rapoto Comes de Wolfersvvack Banthensis monasterii Protector, eidem bona plurima auferens ad S. Otthonis commonitionem eadem restituit, & ad damnorum compensationem plura etiam de suis addit. n. 203.

Instituta, quibus ad Monasteriorum deprædationem rerumque Deo dicatarum alienationem, via aperitur, non sunt suadenda. n. 204. Declaratur. n. 362.

Advocatiæ causa, in nonnullis Monasteriis certus equorum pabulo monastico saginandorum, numerus à Patronis obtruditur. Fodrum tempore venationis, pro venatoribus, & canibus extorquetur. n. 205.

Protectores sub tutelæ prætextu multa à clientibus per fas nefasque extorquent, & iisdem damna inferunt. ibid.

Augia divitis Monasterium impiorum Advocatorum deprædationibus & rapinis, aliisque adversæ fortunæ casibus ad summam tenuitatem redactum. n. 206.

Ab Advocatis magis nummos quam clientum salutem quæri Monachi cujusdam Zwifaltensis querela. n. 207.

Monasteria plurima sub Patrocinii titulo à potentioribus invasa, ac propriis usibus applicata. n. 208.

Maximiliani II. de Monasteriis ab Imperio avulsis, querimonia. n. 209.

Francisci Burchardi de eadem re querela contra Protestantes, qui monasteria occuparunt. ibid.

Advocatia monastica, Principibus sæcularibus, propter nimium abusum non facile committenda. n. 210.

Monasteria nonnulla etiam à Catholicis Principibus, Advocatiæ prætextu occupata. n. 211.

Exempla odiosa silentio prætereunda. ibid.

Advocatiæ prætextu in bona Deo semel dicata nulli involare licet. ibid.

Protectiones & clientela hodie minime necessaria, sed inanes ac superflua esse videntur. n. 212. Contra. n. 364.

Magistratus quilibet suos subditos per se defendere tenetur. n. 213.

Territorii custodia ad officiũ cujuslibet Domini spectat. n. 214

Subditi omnes sub Protectione Dominorum suorum esse debent. n. 215.

Magistratus hac lege & conventione datus intelligitur, ut curam subditorum gerat, & defensionis ministerium illis præstet. n. 216.

Duces Circulorum per Imperatorem ac Status Imperii in quem finem in Germania constituti sint. n. 217.

Protectione magistrat⁹ generali existente specialis Advocatia otiosa & supervacanea esse videtur. n. 218. Contra. n. 298.

Omnes post Imperatorem, Potestates virtute protectionis ordinariæ sibi competentis subditos sibi commissos protegere obligantur. n. 219.

Præfecti Urbium ad tuendam popularium quietem milites stationarios per provinciam dispositos habere debent. n. 220.

Magistratus imperantes satellitibus instructi sunt, ut per eos oppressis subveniant. n. 221.

Protectorum extraordinariorum Patrocinio opes subditorum summopere exhauriuntur. n. 222. Contra. n. 369. & 370

Patrocinium potentiorum tenuiores magno olim pretio, ac omni fere substantia ipsis addicta, redimere cogebantur. n. 223.

Experientia efficax rerum magistra. n. 224.

Abusus rerum bonarum est pessimus ac frequens. n. 225.

Advocatia nil aliud esse videtur, nisi mera vexationis redemtio. n. 226.

Quibus

Quibus molestiis ac vexationibus adacti, minores Status majorum protectioni subjiciuntur, n. 227.

Subditos non redigi ad paupertatem interest Reipub. n. 228.

Egestas sceleri proclivis est. n. 229.

Inopia & avaritia hominem ad maleficium maxime commovere solent. n. 230.

Pauperes lucri causa facile mali quid admittere, lege præsumunt. n. 231.

Egestate subditorum, authoritas magistratus & Dominorum vilescit. n. 232.

Majestas principis sine subditorū viribus parū tuta est. n. 233

Dives solus vulgo sapiens habetur. n. 234.

Authoritas est anima & vita Imperii. n. 235.

Cōtemptus magistratus, est mors & interitus imperii. n. eod.

Protectores sæpius ordinarios clientium Dominos, levi ex causa turbant, eosdem contra ipsos iniq. defendentes. n. 236.

Deditio in alienam protectionem subditos adversus magistratum suum animare videtur. ibid. Contra n. 379.

Reipub. quæ periculosa sunt, diu consistere nequeunt. n. 238.

Venena intra corpus humanum assumpta, nisi per vomitum rejiciantur, haurienti exitium pariunt. n. 239.

Venena in substantiam corporis converti, & cum ea coalescere, impossibile est. n. 240.

Usu longævo continuata, & approbantibus Impp. introducta, Reipubl. utilia censentur. n. 241.

Consuetum fieri dicitur necessarium. n. 242.

Protectionis instituta multorum sæculorum usu frequentata & ab ipsis Imppr inita sunt. n. 243.

Argumentum à consuetis fieri, in Iure fortissimum. n. 244.

Eventus stultorum magister. n. 245.

Currere retrorsum præstat, quam perpetuo male procurrere. num. 246.

Iure naturali ac gentium permissa reprehensionem non merentur. n. 247.

Defensio seu tutela rerum ac personarum cuilibet Iure natura ac gentium permissa. n. 248.

Cohærentia absque Imperatoris consensu pro rerum defensione, licite fit. n. 249.

Hostis juste punitur, qui te prior invasit. n. 250.

Defendere seipsum uti licet, sic etiam ad sui suorumque defensionem advocare alios permissum. n. 251.

Auxilio ac societate aliorum, quisque præsertim tenuior opus habet. n. 252.

Natura hominem hominis egere voluit, ut genus nostrum sibi invicem tanto arctius devinciret n. 253.

Ad auxilium mutuum præstandum omnes in hac mundana statione juncti sumus. n. 254.

Nihil tam humanum est, quam alterius infortunium suum ducere. n. 255.

Hominum societate ad varias fortunæ vicissitudines levandas, opus est, ut æquiore animo fortuita toleremus. n. 256.

Defendere alium optimum dicitur factum. n. 257.

Protectio & clientela unde qualiter primitus introducta. n. 258

Tutelam ob corporis rerumq. suarum quod quis facit, omni Iure permissum. n. 259.

Clientes ut cum rebus suis, in tuto sint, alterius protectionem quærunt. n. 260.

Prohibitū quod non reperitur, concessum esse censetur. n. 261

Clientela nusquam in Iure prohibita reperitur. n. 262.

Erubescentia est sine Lege loqui. ibid.

Amicitiam copulare naturæ consentaneum atque affine est. num. 263.

Amici optimi, inter quos charitas est arctissima. ibid.

Amicus fidelis validum est munimentum, & qui invenerit ipsum, invenit thesaurum. ibid.

Vita supellectilem optimam comparavit, qui amicos paravit. ibidem.

Regni præsidia non sunt exercitus, neque thesauri, sed amici, num. 264.

Amicitia omnibus rebus humanis anteponenda. ibid.

Amicitia colenda est, quod sine ea tuto, & sine metu vivi non possit, ne jucunde quidem. ibid.

Reguli Germaniæ mutua ope ac amicitia jure à potentiorum injuria se facile defenderant. n. 265.

Amicorum verorum mutua auxilia, quantumvis humilia, fortissimos hostes superant. n. 266.

Fasces conjuncti quanta difficultate rumpantur, Scyluri tela docent. ibid.

Protectionis unio arctissimum amicitiæ vinculum. n. 267.

Nemo fere reperitur cui æmulos & hostes natura non creaverit. n. 268.

In periculis fido socio minus quam aqua & igne carere possumus. n. 269.

Lais Sidoniorum Princeps, quod cum nulla gente fœdus aut societatem contraxerit, facile olim victa. n. 270.

Constantinus Palæologus Imp. Constantin. Venetorum fœdus & auxilia respuens, Imperium occidentale amisit. n. 271.

Clientelari instituto in Republ. nihil pulcrius, nihil fructuosius reperitur. n. 272.

Protectorum defensione conatus improborum quasi arietibus evertuntur. n. 273.

Clientes per alieni Advocati susceptionem duplici gaudent præsidii beneficio. n. 274.

Æquitas non permittit id alicui denegari quod ipsi prodest, & alteri haud nocet. ibid. n. 275.

Protectionis pacta, fœderibus affinia. n. 276.

Civitates confœderatæ Dominis fiduciariis seu protectoribus similes. n. 277.

Confœderationes pro rerum ac personarum defensione initæ omni jure permissa sunt. n. 278.

Quod intellige, in recognoscentibus superiorem, cum illius consensu. n. 280.

Fœdus inter privatos proprie non contrahitur. n. 279.

Vi armorum ablata, ope confœderatorum raptori extorquere licet. n. 281.

Fœdera ad hostes terrendos, suosque tuendos, recte inventa sunt. n. 282.

Conspirationes improbæ & coitiones turbulentæ Jure vetantur. n. 283.

Clientela dominandi cupiditate suscepta nullatenus probantur. n. 284.

De protectionis Jure varia Impp. Constitutiones. n. 285.

Caroli Magni de eligendis Advocatis statutum. n. 286.

Ludovici Pii de iisdem Advocatis Constitutio. n. 287.

Advocatorum ac protectorum eligendorum qualitates ibidem expressa. n. 288.

Lotharii I. de iisdem lex. n. 289.

Lotharius II. Eremitici Monasterii Advocatos Anno 1136. certis legibus obstrinxit. n. 290.

Friderici II. de Advocatis Constitutio, qua non nisi unicum cujuslibet Monasterii Advocatum, esse præcipit. n. 291.

Sigismundi Imperatoris, de Advocatorum officio lex. n. 292

Advocatia numerantur inter Regalia. n. 293.

Regalia ut Ecclesiastici renuncient Imperatori, conventum inter Henricum V. Imp. & Paschalem Papam. n. 294.

Advocatia Ecclesiæ Romanæ, ad Imperatorem tanquam Regale pertinet. n. 295.

Jus protectionis inter Regalia Imperator Principibus conferre solet. n. 296.

Salva guardia ac securitatis concessio, inter Reservata Imperatoris numeratur. n. 297.

Jüdenschutz à Dd. communiter accensetur regalib. n. 298.

Jus habendi & in tutelam recipiendi Judæos Reservatis Imperii accensetur. n. 299.

Principes Electores ex Aurea Bulla jus habent suscipiendi Judæos n. 300.

Quod tamen & aliis Regalia habentibus hodie concessum est. n. 301.

Iudæorum recipiendorum jus, etiam peculiari privilegio haberi potest. n. 302.

Judæi habent vetera privilegia Cæsarea de commerciis & negotiationibus, cum Christianis exercendis, n. 303.

Judæorum in protectionem recipiendorum jus Comites Werthaimii titulo feudali ab Imperio tenent. n. 304.

Pacis conservandæ gratia quæ fiunt, omni jure licita sunt. num. 305.

Virtus unita validior, & ad universitatis conservationem utilior, quam dispersa & singularis. n. 306.

Clientela Romanorū antiqua communiter approbata. n. 307.

Protectorum & clientum mutua obligatio commendatur ab Halicarnass. n. 308.

Advocatia hodierna priscis Romanorum clientelis surrogata. num. 309.

Radice quicquid ex aliqua descendit, necesse est ut ejus unde descendit, naturam sapiat. sub eod.

Surrogatum sapit naturam ejus in cujus locum surrogatur. num. 310.

Argumentum à vi surrogationis in Jure fortissimum. n. 311.

Advocatia hodierna utiles, necessaria ac valida. n. 312.

Fœdus clientelare Juri & consuetudini est maxime consentaneum. n. 313.

In protectionem Principis alterius, Urbes & Nobiles Imperio immediate subjecti sese mit Leib und Gut *dare possunt, nec inde Imperio quicquam decedit. n. 314.*

Jus protectionis Principibus, Civitatibus Imperialibus & cuivis populo libero, permissum esse, indubitabile est. n. 315.

Exempla diversorum Regum & populorum, qui sese Romanorum olim clientelæ submiserunt. n. 316.

Capuani ut à Samnitum incursionibus tuti essent, in Romanorum fidem se contulerunt. n. 317.

Nemo solus sibi ipsi quæque necessaria subministrare, & se ab aliorum injuria tueri potuit. n. 319.

Bello offensivo opponendum est bellum defensivum, & offensioni defensio. n. 320.

Viatori in latronum manus incidenti ducem itineris invenisse saluberrimum. n. 323.

Respublica multa tenuiores à vicinis in Tutelam assumpta, contra invasores rerū suarum tuta ac salva persliterunt. n. 324.

Narses Italiæ Exarchus nunquam hostilem in prælio effundere sanguinem proposuit, nisi prius in templo aliquo lacrymas profudisset, & pro obtinenda victoria, divinam opem implorasset. num. 326.

Advocatia propter nonnullorum ea abutentium malitiam, culpanda aut evitanda non est. n. 327.

Res probe instituta, temere non abolenda, etiamsi aliqui ea abutantur. ibid.

Abusus non tollit rei substantiam. n. 328.

Opus non ex se, sed ex causa extrinsecus adveniente reprehensibile fit. ibid.

Non ex natura rerum, quibus utimur, sed ex causa utendi & modo appetendi probandum, vel improbandum est, quod facimus. num. 329.

Ornatus mulierum non est peccatum ex ipsis rebus, sed ex parte hominis. ibid.

In mundo nihil tam sanctum & excellens reperitur, quin in abusum trahi possit. n. 330.

Tutorum malorum exempla. n. 331.

Andronicus Alexii Græcorum Imperatoris filii tutor, ut ipse imperaret, pupillum necavit, & imperium arripuit. n. 332.

Stilico & Ruffinus Britannus, ob tutelam Honorii, & Arcadii filiorum Theodosii Imperatoris, inique gestam, Romæ Honorii jussu, una cum sociis trucidati. n. 333.

Demetrius, nepotis ex fratre Antiocho primogeniti tutor, eundem, ut ipse imperaret, necari curavit. n. 334.

Joannes Cantacuzenus tutor Calo Joannis Palæologi Imperatoris sibi imperium usurpare conatus, n. 335.

Manfredus Friderici II. Imp. nothus, sub tutelæ prætextu Siciliam & regnum Neapolitanum occupans, exitium præbuit familiæ Ducum Sueviæ. n. 336.

Ludovicus Morus Mediolani Ducis patruus tutorio nomine principatū affectans, seipsum una cum pupillo & universa Italia, in extremas calamitates & perniciem præcipitavit. n. 337.

Eudes Hugonis Capeti patruus, Caroli Simplicis curator occasione tutelæ regnum in suam familiam transtulit. n. 338.

Ludovicus Sfortia tutor fratris filiorum tutorio nomine monetas cudit, & pupillos demum Ducatu privavit. n. 339.

Albertus I. pupillo & nepoti suo Joanni avita bona tradere recusans, ex insidiis occisus. n. 340.

Fridericus Comes Palatinus nepotem suum sub tutelæ velamine, Electoratu ac provinciis et subditis spoliare tentans, Imperialis banni fulmine percussus, à proposito deterritus fuit. num. 341.

Tutela res minus tuta, incerta, fallax, fragilis & periculosa. num. 342.

Tutores raro nomini suo respondent. n. 343.

Tutores rectius tollitores, quam tuitores dicuntur. n. 344.

Gerhaber / *id est tutores ejusmodi, ab Imperatore Maximiliano* Gernhaber *vocati. n. 345.*

Tutela propter malos & infideles tutores è medio non tollenda. n. 346.

Nulla Juris aut æquitatis ratio patitur, ut quæ pro utilitate hominum introducta sunt, ea duriore interpretatione contra ipsorum commodum ad severitatem producantur. n. 347.

Quod favore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum nolumus inventum videri. n. 348.

In usu hominum bono ac licito nihil reperitur, ex quo iisdem pernicies irrogari non possit. n. 349.

Leges & dispositiones contrahentium non accommodantur ad futura contingentia. n. 351.

Paucorum malitiæ non plus, quam probitati multorum, favendum est. n. 352.

Malis propter bonos prodesse, quam bonis propter malos deesse, satius est. n. 353.

Advocatia justis cautelis munita omni carēt periculo. n. 354.

Dei providentia est mutationum omnium inscrutabile fundamentum. n. 356.

Populos justorum principum imperia contemnentes, tyrannorum flagella experiri non est iniquum. n. 357.

Regnorū sicut & aliarum rerum sua mortalitas est. n. 358.

De futuro statuere ex præteritis, prudentis non est. n. 359.

Exemplis non est judicandum. n. 360.

Protectorum potius bonorum, quam malorum exempla ob oculos ponenda. n. 361.

Advocatia propria & principaliter ad Ecclesiarum & Monasteriorum conservationem constituta sunt. n. 363.

Magistratus boni officium in defensione adversus vim externam consistit. n. 365.

Defensione propria deficiente, Magistratui non est salubrius remedium, quam externæ defensionis præsidium à vicinis quærere. n. 366.

Respublicæ etiā tenues à vicinis in tutelā & societatē assumptæ, contra hostes potentissimos tutæ ac tutatæ fuerunt. n. 367.

Imperia infima, cum propulsandis hostibus non sufficiunt, necessario defensores in subsidium sibi asciscere debent. n. 368.

Subditorum opulentia ac potentia nimia Reipubl. multifariam obest. n. 371.

Divitiæ nimiæ deteriores hominum mores reddunt. n. 372.

Virtutes eum revereri difficile est, qui semper fortuna secunda usus est. n. 373.

Divitiæ subditorum nimiæ publicam tranquillitatem turbant, & magistratibus valde sunt obnoxiæ. n. 374.

Potentia subditorum frequens occasio est ad dominium apprehendendum. n. 375.

Machiavelli dogma, subditos inopia coercendos, ut facilius in fide & concordia retineantur. n. 376.

Subditi potentia destituti, non facile defectionem meditantur. n. 377.

Malum id haberi, quo bene licet uti, æquum non est. n. 378.

Advocati boni, malis & Rebellibus aliorum subditis, quos in clientela habent, aures præbere non debent. n. 379.

Cum, lector candidissime, illibatam ab aliis, & à nemine hactenus, ex professo pertractatam Advocatiæ materiam, integro Commentario explanare aggressus essem, institutæ disputationis argumentum à me postulare videbatur, ut, exemplo Clarissimorum nostri temporis Jurisconsultorum Domini PETRI GILKENII, excellentis ingenii ac eruditionis viri, Professoris, dum vixit, Herbipolensis Academiæ, celeberrimi, & Domini ANTONII HERINGII, Oldenburgicorum Comitum Consiliarii prudentissimi, (quorum hic in consummatissimo de Fidejussoribus Commentario, inprimis *utrum fidejubere liceat*, ille vero in doctissimo de Usucapionibus Tractatu, initio susceptæ enarrationis, *An jus, de quo agit, præscriptionum, contra naturalem sit æquitatem* disquirendo indicat,) ipse pariter in principio propositi operis, priusquam Advocatiarum penetralia ingrederer, illud inprimis, *utrum protectionis conventio, tanquam utilis seu necessaria suadenda, vel ob pericula, ex clientelis sapientèle provenientia, quà protectoribus, alios in tutelam suscipientibus, quà Clientibus, in potentiorum tuitionem se conferentibus, fugienda potius & vitanda sit*, & quæ ad talem considerationem pertinerent argumenta, per rationes dubitandi, & decidendi, enodarem, ne scilicet frustra, † ejus rei, qua de, An usu introduci, & in bene constituta Repub. tolerari debeat, prius non liqueret, tractationem suscepisse viderer.

1

Cum autem disceptationis istius, duo membra, quorum unum speciatim Clientum, aliena auxilia quærentium, alterum vero nominatim Protectorum, sese ad alienam defensionem obstringentium, conditionem respicit, excutienda occurrerent, operæ, & laboris pretium esse putavi, utramque disquisitionem separatim tractare.

Utrum alienos homines in Protectionem suscipere Iure permissum sit, vel Patronis expediat?

Videndum ergo primo loco, respectu ipsorum Advocatorum Tutelarium: quorum tractatio tanquam digniorum, merito præmittenda est;

Utrum † Regibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus, seu cujusvis ordinis potentioribus Statibus, Jure licitum sit, vel expediat, alienos homines in peculiarem Tutelam ac protectionem suscipere.

2

3

Negativa.

Et hujus quidem † propositæ quæstionis scopum, assumpta in consilium ratione, diligentius considerando, primo sane intuitu, nullius è re Principis, aut Reipublicæ esse videtur, gravissimum alienæ defensionis onus, in se recipere, neque id, si maxime velit, per Jura licere, ex consequentibus, concludendum esse apparet.

4

Ratio dubitandi prima.

Si enim † antiqua primum spectemus Jura, jam olim florente Romanorum Republica, per sanctiones Imperatorum, Patrocinia vicorum rusticorum, & Civitatum, quæ sese in tutelam Magnatum & Patronorum conferebant, severa sub animadversione, inhibita fuisse reperiemus, idque clare patet, *ex Rescripto Impp. Dioclet. & Maximiani ad Aristobulum in l. 1. Cod. Ne liceat potentioribus, &c.* ubi dicti Imperatores, ex Constitutione M. Aurelii Claudii consultissimi Principis, sanciverunt, 5 jactura causæ † afficiendos esse eos, qui sibi potentiorum patrocinium advocarunt, *& ibidem* Gothofredus 6 *in glossa lit. A.* notat legibus † vetitum fuisse bona aliena, aut Agricolas, mercede accepta, defendere, *per textum in l. 2. C. ut nemo ad suum patrocin. &c.* ubi pariter prohibetur, ne quis Agricolas in clientelam suscipiat, redituum alteriusve lucri promissione recepta; & colligitur idipsum clarius *ex l. 1. dict. Tit. 53. lib. 11.* ubi Imperatores Leo & Anthemius mandant, ut nullus recipiat rusticum, vel alium in suum patrocinium, & id quod inter Patronum † ac Clientem gestum est, irritum faciunt, Tabelliones † qui super ejusmodi patrocinii contractu, instrumenta conficiunt, proscriptione bonorum plectendos esse statuunt. Item vicos aut villas † eorum, qui ad aliorum patrocinia confugiunt, publice vendicari jubent. Personas † vero, quæ hujusmodi confugientes suscipiunt, Nobiliores quidem centum Librarum auri pœna mulctandos, mediocres vero, quemadmodum & eos, qui ut tales in aliorum sese protectionem conferrent, opem, operam, vel ministerium præbuerunt, publicatione bonorum puniendos esse sanciverunt.

7

8

9

10

11

Sic etiam Imperatores † Arcadius & Honorius *in l. unic. C. de his qui potent. nom. tit. præd. affig. &c.* sub gravissima pœna inhibuerunt, ne ulli potentiorum nomine titulos litigiosis prædiis affigant, velut arma, aut insignia, nomine potentum, quasi ejusmodi prædia possiderent, illave eorum tutelæ & salvæguardiæ commissæ essent.

12

Jure siquidem communi soli fisco titulos hujusmodi † imponere permissum est, videlicet testato publicis personis præsentibus, & solemni Juris ordine servato, uti Athalaricus *apud Cassiodor.* inhibet, *Si quis*, inquit, *legum ordine prætermisso, nomina, publicos titulos, præsumpserit affigere, &c.* Gregorius quoq; ad Constantiam Augustam *lib. 4. Epist.* queritur, de Stephano quodam chartulario, quod nomine fisci loca singulorum invaderet & titulos imponeret indicta causa. Faciunt etiam ad propositum Divi Augustini, de iis, qui titulos potentiorum suis prædiis affigunt, *ad Psalmum vigesimum primum* consignata verba: *Ne domum*, inquit *ipsius invadat aliquis potens, ponendo ibi titulos potentis, titulos mendaces, quarum scilicet domuum, ipse vult esse possessor, & frontem domus suæ, de titulo alieno munire, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abstineat se ab invasione.*

Extat insuper ejusdem prohibitionis Constitutio Græca, latinæ cujusdam subdititiæ loco, quæ cum propositam rationem, cumprimis etiam, corroborare videatur, eam ex *libris Basilicor. lib. 56. tit. 13. c. 2.* qui in paucorum forte manibus sunt, desumptam, integram hoc loco subjiciendam duximus. Ea autem ita habet,

Constitutio Græca, deditionem in potentioris clientelam prohibens.

Μηδεὶς κωμήταις προστασίαν ὑποσχέσθω, μηδὲ δεχέσθω γεωργοὺς ἐπὶ τούτῳ ὑπόσχεσιν προσόδων ἢ ἑτέρου κέρδους λαμβάνων, μηδὲ τις παραβαίη ταῦτα, καὶ τοῖς προειρημένοις ἐπιτιμίοις ὑποκείσεται, καὶ ἑτέρᾳ μείζονί τινι ἐμπεσεῖται κινήσει. πρὸς τούτοις καὶ οἱ κωμῆται οἱ μὲν δοῦλοι ὄντες τοῖς δεσπόταις ἀποδοθήσονται σωφρονισθέντες, οἱ δὲ ἐλεύθεροι κ' λίτρας ζημιοῦνται καὶ τύπτονται μετὰ δέκα τῶν πρωτευόντων τῆς κώμης, καὶ διηνεκῶς ἐξορίζονται ἐν ᾧ γνώμῃ πάντων ἐχωρίσαν.

Hæc eadem in Latinum versa, subsequentis est tenoris.

Eadem Latina.

Ne quis vicanis patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam suscipiat, redituum alteriusve lucri promissione recepta, & ut qui hæc non servaverit, supradictis pœnis, majorique commotioni subjaceat. Præterea ut vicani † si servi sint, dominis castigati reddantur; si liberi, 20. libris multentur, & verberati una cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur, dummodo scientibus omnibus secesserint.

13

Elucescit ergo, eadem hac constitutione adeo severe deditionem in potentioris clientelam vetitam fuisse, ut præter servos Dominis castigatos reddendos & liberos, 20. libris mulctandos, universus insuper

vicus, quo ſciente unus ſe in potentioris clientelam dedit, decem primorum perpetua relegatione, plecti, juſſus fuerit.

Verum non priſci duntaxat Imperatores, clientelas damnaſſe viſi ſunt, ſed & antiquiſſimos Scriptores eaſdem contemptui habuiſſe, apparet. Ita namque Magnus 14 ille Julius † Cæſar Clientelas ejuſmodi improbando culpabili eas prorſus ac probroſo Factionis nomine (quo nimirum *Nonio teſte*, malorum conſenſus † & conſpiratio intelligitur; quod enim inter bonos † eſt amicitia, 15 hoc inter malos eſt factio, ut ait Saluſt. *de bello Jugurth.* 16 Ein zuſammenrottung/ Auffruhr und Zwittracht unter den Bürgern/ da einer begehrt über den andern zu ſeyn) 17 appellare non dubitavit. *In † Gallia*, inquit, *lib. 6. de bello Gall. non ſolum in omnibus civitatibus atque pagis, partibusque, ſed pene etiam in ſingulis domibus factiones ſunt, earumque factionum ſunt principes, qui ſummam auctoritatem earum judicio habere exiſtimantur, quorum ad arbitrium, judiciumque ſumma omnium rerum conſiliorumq; redeat. Id ejus rei cauſa antiqui-* 18 *tus † inſtitutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret. Suos enim opprimi quisque & circumveniri non patitur, neque aliter ſi faciat, ullam inter ſuos habet auctoritatem.* Quibus verbis clientelare jus notari ſcribit Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 47. Syntagm. Jur. cap. 7. num. 17.* eumque referens Georg. Schonborn. *Politicor. lib. 7. cap. 9.*

Ratio dubit. II. à judicii Cæſaris de clientelis Judicio.

19 Quam autem turpe ac vitioſum ſit factionis † nomen, ex *Feſto* colligitur. *Ab initio*, inquit, *honeſtum vocabulum fuit, Græce ἀιρεσις. Unde factiones Hiſtrionum & quadrigariorum dicebantur, nunc vero nomine factionis* 20 *ſeditio & arma dicuntur, Græce στασις.* Nam eſt † civium in diverſa ſtudia diviſio, cum aliqui ſeſe principes & primarios in civitate efficere conantur.

21 Præterea etiam Democritus, quemadmodum Laertius *lib. 9. de vita Philoſophor.* refert) jam olim ac multo ante Jul. Cæſaris tempora, ut bene regerentur populi, dominorum & clientum nomina omnino è medio tollenda eſſe voluit, eo quod illi ſuperbe imperare cupientes, hi tyrannice ſibi imperari nolentes ſanguinem innoxium fuſuri, tenuioribus vim, nobilibus exitium allaturi eſſe, viderentur. Quæ omnino vitari poſſe cenſuit, ſi neque principatus, neque dominatio, neque ſervitus in mundo foret. Anton. de Guevar. *in Horolog. Princip. lib. 1. cap. 28.* Hinc etiam Philoſophus *in Politicis* dicit, ſævam eſſe injuſtitiam, quæ arma habet, qualis nempe eſt Advocatia armata, *Pet. Ritterus de confraternitat. confœd. & pact. ſucceſſ. concluſ. 1. in ſcholiis ſub lit. B.*

22 Tertio non ſolum † antiquis Imperatorum legibus, ſed & noviſſimis Imperii Conſtitutionibus, ac Receſſibus ſubditos alterius in patrocinium ſuſcipere, vetitum, & conſequenter etiam Advocatiæ prohibitæ fuiſſe videntur.

Ratio dubitandi III. à prohibita Advocatia per conſtitutiones Imperiales.

Cujus rei primo argumentum ſumitur ex textu Aureæ Bullæ Caroli IV. Imp. *tit. 15. verbo prætextu parentelæ.* Unterm Schein Schutz und Schirms, 23 ubi reprobat, irritat, ac damnat Imperator omnes † illicitas colligationes, & confœderationes, quas Civitates, vel alii ſubditi, prætextu parentelæ, ſeu Advocatiæ faciunt, & ineunt, ibidemque Imperator pacta ejuſmodi ineuntibus, ultra pœnam infamiæ, & decem librarum auri, amiſſionem inſuper libertatum, & privilegiorum irrogat. quem textum ad hoc adducit Thom. Michael *de Jurisdict. concluſ. 138. in fine* & Gerlac. Buxtorff. *in elegantiſſ. ſua diſſertat. ad 17. priora Aur. Bull. cap. concluſ. 99. in ſcholiis lit. F.*

Sic etiam Fridericus I. Imp. *Conventicula quoque*, inquit, *& omnes conjurationes in civitatibus & extra, etiam occaſione Parentelæ inter Civitatem & Civitatem, & inter perſonam & perſonam, ſive inter Civitatem, & perſonam, modis omnibus prohibemus fieri.* Radowic. *lib. 2. c. 7. de reb. geſt. Frid. c. unic. §. Conventicula. de pace tenend. inter ſubd. 2. Feud. 53.* Arum. *ad A. B. diſcurſ. 6. ad cap. 15. th. 2.* Quod etiam Gunther. *in Ligur. lib. 8.* hiſce verſibus expreſſit.

Nec conventiculum, vel conſpiratio fiat,
Sive ſodalitii, ſeu juncti ſanguinis aſtu,
Urbibus in noſtris, tali ſub lege vetatur.

Adhæc † idipſum manifeſtius colligi videtur ex *Receſſ. Imper. Comit. Anno 1529. habitor.* §. Wir auch Churfürſten/ꝛc. hiſce verbis, haben uns einmüthiglich verglichen/ daß keiner des andern Unterthanen und Verwandten/ deß Glaubens/ oder anderer Urſach halber/ in ſondern Schutz und Schirm wider die Obrigkeit nehmen ſollen/ꝛc. Et inſuper *in Receſſu Comitiorum Anno 1541. Ratisbonæ habitorum.* ubi *in* §. Und damit im H. Reich Teutſcher Nation/ꝛc. in quo confirmatur denuo der hievor auffgerichte Nürnbergiſche Friedſtande/ *in fine* his verbis cautum reperitur, daß die Proteſtirenden niemands der andern ſeiten zu ſich tringen/ bewegen oder ziehen/ auch des andern theils Unterthanen in Schutz und Schirm nicht annehmen/ noch wider ihre Obrigkeiten verthädigen ſollen/ꝛc. ubi ad minimum Advocatia Proteſtantibus erga Catholicos prohibita fuiſſe videtur.

24

Præterea idem repetitum eſt in *Receſſ. Imp. Anno 1548. in princip.* & *de Anno 1555. Auguſtæ. Tit. de Pace religion.* §. Es ſol auch/ ubi publico Imperii decreto diſerte ſancitum fuit, ne quis utriusque religionis ſubditos in ſuam protectionem recipiat. hiſce verbis, Es ſol auch kein Standt den andern/ noch deſſelben Unterthanen zu ſeiner Religion tringen/ abpracticiren/ oder wider ihre Obrigkeit in Schutz und Schirm nehmen/ noch verthädigen in keinem Wege.

Quarto, quod ad monaſticam Protectionem ſeu eccleſiaſticam, quæ omnium communiſſima & frequentiſſima eſt, Advocatiam attinet. ea † tam generatim, 25 quam ſpeciatim prohibita eſſe reperitur, Generatim quidem in Synodo † Cabilonenſi *cap. 15.* ubi diſerte ſub excommunicationis pœna præcipitur, ne Abbates aut Monachi, patrocinio ſæculari utantur.

Ratio dubitandi IV. ab Advocatia Monaſtica prohibitione generali & ſpeciali,

Et Victor III. Papa, *in Geilenhuſenſibus de Inveſt. Eccleſ. & decim. ſub Frideric. I. & Henrico VI. Impp. Anno Chriſti 1184. habitis Comitiis.* Advocatiam † in præ- 26 diis ſeu hominibus Eccleſiarum, aliquem ſibi uſurpare, injuſtum eſſe conqueſtus eſt. Goldaſt. *Conſt. Imp. Tom. 2. pag. 50.*

Sic etiam Gregorium X. Papam, qui Anno 1271. ſedit, *per c. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* Advocatorum Laicorum aſſumptionem, ſine ſpeciali Pontificis conſenſu, fieri prohibuiſſe, docent *ibidem* Joh. Andr. Zaſ. *conſil. 7. n. 1. & ſeq. lib. 2.* Schenck. *de Feud. lib. 3. Tit. 5. §. quicunque.* Gilm. *deciſ. 1. n. 161.* Roſenth. *de Feud. c. 4. concl. 14. n. 51.* Wehner. *pract. obſ. Verb.* Vogtey & alii *in cap. VI.* allegati.

Speciatim vero totus ordo † Ciſtercienſis (ut diplo- 27 ma Conradi IV. Romanorum Regis & hæredis Regni Hieruſalem, in favorem Monaſterii Ebracenſis, Anno nimirum 1240. proditum, expreſſe edocet) ab omni Advocatorum genere juxta primariam inſtitutionem ſuam liber atque immunis fuit, referente Gaſp. Bruſch. *cent. 1. Chronolog. Monaſter. German. in fundat. Monaſterii Eberach, apud Abbat. 7.*

Hinc etiam nuncupatim Cæſarienſis Monaſterii fun- 28 dator † Henricus Comes de Lechsgemündt/ in fundatione ſua, quam acta inter Illuſtriſs. Domum Palatinam Neoburgicam & prædictum Cœnobium Advocatiæ prætenſæ integram exhibent, expreſſe inhibuit, ne fratres ejuſdem Cænobii, *ullum Advocatum præter Filium Virginis haberent, aut ſuſciperent.*

Exemplum à celeberrimo Monaſterio Cæſarienſe diœceſis Auguſtanæ.

Sic

Sic & Pipinus Senior, Francorum Dux, Caroli Martelli parens, amplissimum † ac opulentissimum Monasterium Epternacense, quatuor milliaribus à Treviris versus Lutzelburgum intra septem altissimorum montium vertices situm, quod Anno Domini 696. ad petitionem S. Wilibrodi primi Archiepiscopi Trajectensis, prædictus Pipinus fundavit, ab omni † protectorum jugo liberum esse, & nullius nisi solius Dei Mundiburdio subsistere voluit, ceu patet ex privilegio ejusdem, prædicto Abbati concesso, quod sic inter cætera habet: Ita volumus Abbatem nostrum Epternacensem exemptum, ut nullius subsistat Mundiburdio, nisi solius Dei, &c. Bruschius *in descript. Monaster. ejusdem fol.* 141.

29 *Ab exemplo Monasterii Epternacensis.*

Eundem in modum celeberrimum monasterium Salemitanum † ordinis Cistertiensis, in Episcopatu Constantiensi situm, quod *Guntraminus Liber Baro de Addelsreutin*, circa annum 1130. liberaliter fundavit, ne alium post Deum Opt. Max. Advocatum, excepto solo Romanorum Imperatore, haberet, aut susciperet: Rex „Romanorum *Conradus III.* Anno 1142. his verbis: *Quia* „*vero Fratres ejusdem monasterii alium Advocatum post* „*Deum, præter Nos, non habens, &c.* Item, *Fridericus I.* „*Barbarossa* Anno 1155. sequentibus verbis: *Quia vero* „*Fratres ejusdem Ordinis, speciali obedientia subjectione ad* „*Romanam spectant Ecclesiam, cujus Nos Speciales Advo-* „*catı ac Defensores sumus, aliquam personam ibi officium* „*Advocatiæ gerere, vel usurpare omnino sub obtentu gra-* „*tiæ nostræ, interdicimus, &c. Henricus VI.* Anno 1193. „plenius vero *Carolus IV.* Anno 1348. simili verborum „formula. *Verum quia Fratres ejusdem Ordinis sub solius* „*Romani Pontificis tuitione consistunt, cujus Nos Speciales* „*Advocatus confitemus, favente gratia Salvatoris ipso-* „*rum quoq; paci, quieti atq; libertati, tam præsentium,* „*quam futurorum caute in posterum providere volentes,* „*autoritate Regia inhibemus, ne aliqua persona ibi, seu in* „*bonis sive grangiis ipsorum officium Advocatiæ gerere,* „*vel sibi usurpare præsumat*, aliique posteriores Imperatores singularibus prohibuerunt literis, quarum extractus exhibet Clarissimi nominis hac ætate Jurisconsultus, & Antiquitatum indagator solertissimus, Dominus, & amicus meus summe colendus, *Matthæus Klockius* ejusdem Monasterii Advocatus nobilissimus, *in Anticategoriarum part. 5. de Probationib. section. 1.2.3.4.5.6. & aliis subsequ.*

30 *Ab exemplo Monasterii Salemitani.*

Quinimo si ipsam, laudatissimi Ordinis hujus Cistertiensis primariam in propagandis domibus rationem attendamus, ejusdem institutio & norma præcise † requirit, ut fundanda & exstruenda Monasteria, inprimis ab omni sæculari dominio, & Episcopali etiam Jurisdictione prorsus eximantur, & in spiritualibus sub † solius Generalis Ordinis & Summi Pontificis obedientia, in sæcularibus vero sub solius Imperatoris, vel Regis Rom. tutela existant; id quod *ex Compilatore Cistertiens. Privileg.* allegatus D. Klock. *d. p. V. Antecat. in fronte probation.* sequent. verb. indicat.

31

Erstens ist zu wissen/welcher im Heiligen Römischen Reich/ein Kloster des Heiligen Ordens von Cisterts stifften oder bauen will/der muß (vermög deren von Päpsten/ Käysern und Königen stattlicher confirmirten diß Ordens Institution, Capitulation & Chartæ charitatis) zuvor zum Bischoff/ und dann auch zu dem Weltlichen Fürsten des Lands/ kehren/ihren consens und Vollwort werben/daß sie gestatten und zugeben wollen/daß in Spiritualibus das künfftige extruendum monasterium, niemands andern/ dann dem General Ordinis & summo Pontifici: Im Weltlichen aber auch niemands andern/ dann nur der Käys. oder Königl. Majest. unterthänig/gehorsam und wärtig seyn dörffe/ vor und ehe der Bischoff/ oder der Lands-Fürst und Lands-Herr/ den Ort befreyen/ und auß ihrer Geistlichen und Weltlichen Jurisdiction loß und ledig zehlen/fangt man kein Kloster an zu bauen/ oder Mönche darein zu setzen. Und mit dieser Weiß/ Invention und Caution kommen und gehen die Mönche und ihre Leut in das neue Kloster/ gantz Frane und Frey/ keines Ordinarii Bischoffen/ Lands-Fürsten oder Herren/Jurisdiction vorhin unterworffen oder zugewandt: Sondern mit ihrem Kloster/ Leut und Gütern/ fürhin & perpetuo sub speciali tutela & Advocatia S. Sedis Apostolicæ, & S. Cæs. vel Rom. Regiæ Majest. constituti, habiti, retenti atque reservati.

Nec vero prædicti solum Cistertiensis Ordinis Claustra, sed aliorum quoque Religiosorum Cœnobia, Imperatores ab Advocatorum onere sæpiuscule liberarunt.

Ita quoque Imperator Fridericus II. cum ei innotuisset, quantum detrimenti, *Barones † de Saxen*, Advocati & Protectores, olim Monasterii Fabariensis in Churiensi diœcesi, & Rhætiæ Alpibus siti † *à Carolo Martello* sub Theodorico II. Rege Galliarum Anno Christi 734. extructi, eidem Cœnobio intulissent, illud Anno 1257. ab omni Advocatiæ onere universaliter exemit.

32 33

Hostilitates autem ab iisdem Saxensibus Advocatis Monasterio illatas Bruschius *in descriptione Monasterii ejusdem* in hunc sensum recenset: Cum Anno 1206. Conradus Zwifalthun Abbas præesset, ad eundem venit nobilis quidam Cœnobii ministerialis suadens ut Abbas, undique tum bellicis rumoribus & tumultibus ingruentibus in Saxo vicino robustam aliquam arcem, sibi ac suis, ædificaret, in qua periculosis temporibus tutus esse posset. Abbas tali consilio obtemperans nihilque mali metuens construxit maximis laboribus ac sumptibus, prope Monasterium, castrum Wartenstein, & huic operi architectum quasi præfecit nobilem virum hujus consilii auctorem. Is videns magnificum & robustum castrum esse ædificatum, mox contra Abbatem sublevato calcaneo arcem illam occupat & Cœnobio sese opponens, omnibus injuriarum & molestiarum generibus Abbatem & ejus Monachos affecit. Habebat tum Fabariense Monasterium, Advocatum *Albertum Baronem de Saxen.* Is Abbatis precibus excitatus, insidiatur tam diu Wartensteinensis arcis violento occupatori, donec aliquando apud Ragusium eum deprehensum, in castrum Saxense abduceret, quem ibi incarceratum per biennium & sex menses detinuit. Ipse † vero mox eadem violentia Wartensteinensem arcem, occupans, non Advocati, sed hostis Fabariensium personam & animum induit. Moritur interim Abbas Conradus, in cujus locum sufficitur Dominus Ludovicus Vipertus de Sangallo. In hunc jam manus etiam Albertus Saxensis Comes injicit, capitque eum, & per septem hebdomadas in carcere castri sui Saxensis detinet, tamdiu videlicet, donec ille sese nihil amplius postulaturum polliceretur: talibus conditionib. dimittitur è custodia Abbas. Pergit Albertus & injuriam injuria cumulans, Advocatiam cuidam de Falkenstein † 34 impignorat pro 70. marcis argenti puri; paulo post moritur relinquens filios tres Henricū, Albertū, & Vlricū, Dominos de Saxen, qui ita paternam hæreditatē partiti sunt, ut Vlricus haberet castrum Saxense, Henricus arcem Clanzensem, Albertus vero castrum Wartensteinense, quod diu possedit, eoque quiete potitus est. Interim vita excessit etiam Abbas Ludovicus, electusq; Hugo de Villingen annū Christi circiter 1240. sub cujus gubernatione thermæ Fabarienses inventæ sunt, paucis annis præfuit, cui postea Rudol. à Bennang. successit, cujus temporibus Minorita quidam Berchtoldus Fabarium veniens gravissima habita concione Baronem adeo commovit, ut in Castri restitutionem consentiret, dum Abbas Advo-

Advocatiam, ducentis quinquaginta auri Marcis, pro Monasterio redimeret, sic & castrum & Advocatiæ jus, ad Abbatem Rudolphum redit: Prædictus 35 † vero Imperator Fridericus castri & Advocatiæ emptionem approbans Cœnobium Fabariense denuo ab omni jurisdictione patronatus & Advocatiæ, seu quibuslibet subjectionis oneribus penitus exemit, ipsumque Monasterium in specialem suam & Imperii perpetuam protectionem suscepit.

Hæ autem tam generales, quam speciales assumendorum protectorum inhibitiones, atque monasticarum Advocatiarum liberationes, seu exonerationes, à prædictis Imperatoribus, Regibus & Principibus, ut dictum est, factæ non fuissent, si clientelas ejusmodi monasticas è re monasteriorum esse putassent. Unde non immerito infertur, tales Advo- 36 catias esse de genere prohibitorum, per regulam † quod quæ inveniuntur prohibita, non censeantur esse permissa, arg. *l. nec non. ff. ex quib. caus. major. l. unum. ff. de procur. c. 1. d. l. procur. in 6.*

Ratio dubitandi V. à difficultate gerendarum clientelarum.

Præterea, missis etiam clientelarum prohibitionibus, inficias ire nemo potest, † difficillimam esse alienorum hominum, rerumque defensionem, ac curam, *text. in l. re mandat. C. mand.* ideoque obligationem alienæ protectionis † non vacare 37 summis periculis, in promptu est, & Imperat. innuit 38 *in c. 1. Authent. ut qui se oblig. Nov. 72.* Quod & palam tradit Christoph. Sturc. *Comment. in Reg. Jur. l. 198. num. 1.* Id quod vel hinc manifeste patet, Nam inter infinitas inferendi belli occasiones, hæc quoque usitata est ratio: ut (ne fides quæ certis diu firma fuit pactis, violata esse videatur,) non adversus confœderatum ipsum, sed clientes ipsius, aliquis ipsi infensus bella moveat, certo fore sperans, ut patronus ad defensionem eorum se adcingens, ipse quoque dimicandi secum præbeat occasionem, aut si in fidem susceptos non tueatur, commissæ argui possit perfidiæ, atque hac quoque ratione facilem ad se oppugnandum hostibus aditum præbeat, monente Machiavell. *disputat. de Republica lib. 2. cap. 9.* Quis etiam 39 diffitebitur fieri posse, ut dum † protector militari subditorum suorum manu adjutus, alienorum hominum, fidei suæ commissorum, saluti atque incolumitati intentus, auxilio iis ferendo distringitur, alius interea ipsius ditiones invadere, eumque una cum Clientibus, præliis frangere, atque subigere queat, cujus rei Historias evolventi exempla non deerunt.

Quibus probe consideratis, nemo facile inficias ierit, periculosum esse, aliorum patrocinia ambire, sive enim subeas, sive suscipias, conversio saltem, si non eversio, à tergo est. Bodin. *de Republ. lib. 5. c. 6. n. 587.*

Ratio dubitandi VI. à periculis bellorum incumbentium.

Sexto insuper, tametsi, hoc periculo, alienæ cupidus suscipiendæ defensionis, non arceatur, tamen per iis etiam, ob id maxime à Clientelis ambiendis cuilibet abstinendum esse videtur, quod Protector constitutus omni momento ad subeunda † pro 40 Clientibus bella obstringitur: quæ obligatio sane gravissima maximeque fugienda censeri debet. Etsi 41 enim † tempus, quo bellum, pro Clientibus, protector inire debet, incertum & in eventu positum sit, tamen asserente Cicerone *pro L. Manilia*, non solum ad- 42 ventus † belli, sed & metus ipse calamitatem affert, tollitur etiam omnis securitas in bello, & pericula varia omnibus intentantur, vide Judic. *c. 5. 6. 7. 11.* Jer. *c. 5. & 6.* Esa. *c. 16. 32. & 37.* Ioel. *c. 1. & 2.* Deuter. *cap. 28.* omnis lætitia tollitur in eo. Esai. *cap. 24.* Jerem. *cap. 7. cap. 10.* 43 *& 25.* Matth. Vogel. *in penult. part. 4.* Bellum quidem † facile suscipitur, sed non ita deponitur, nec ejus initium & finem in ejusdem potestate esse constat; Nec usquam minus, quam in bello, eventus respondet. Itaque quantumvis quis opibus confidat, non debet tamen certa pro incertis mutare, ut dicit *Salust.* Bello insuper appropinquante exhauriuntur subditorum † opes, luctu funestantur domus, omnia latro- 44 nibus, furibus, stupratoribus implentur. Et gloss. *in l. un. in verb. si desinunt, C. publica lætitia lib. 12.* Bellum, inquit, † perditionem animæ, corporis, & substantiæ 45 inducit, offenduntur devictorum corpora cæde, vulneribus, turpitudine, vinculis, servitute: Cæde afficiuntur & occiduntur non solum qui se tueri conantur, sed & sæpe qui projectis armis se dedunt: Caput Ducis obtruncatum, lanceæ infixum spectaculo fertur, viri nobiles cæterique milites, ut bestiæ mactantur, filii ante ora parentum trucidantur, terra corporibus interfectorum cooperitur, flumina sanguine multo cruenta fluunt, honestæ fœminæ, matres, nurus, virgines à scelerato milite ludibrio habentur, quibus vita non adimitur, per triumphum ab hoste abducuntur, servitute perpetua premuntur. Omnia cæde, cruore, cadaveribus, luctu plena: Milites plerunque castra sequuntur, non ut bonam & justam causam defendant, sed ut spoliato & exuto omnibus fortunis adversario, ditiores domum redeant, pileis inter se nummos distribuant, holosericum non ulnis, sed hastis metiantur, &c. Hinc illud *Poeta.*

Nulla fides, pietasque viris qui castra sequuntur. 46

Hinc bellum dicitur, per antiphrasin, quasi minime bellum, & contra, quod sit omnium malorum quandiu grassetur cumulus, sentina, lerna. Eo enim confluit colluvies † facinorosorum hominum, rapto- 47 rum, adulterorum, stupratorum, lenonum, sicariorum, latronum, piratarum, veneficorum, furum, abigeorum, perditorum, perjurorum, blasphemorum, maleficarum, lenarum, scortorum, quorum omnium cætibus veluti tortoribus cogitur Princeps uti, & quos antea domibus, pagis, urbibus, regno & principatu, justitia exigente, exturbarat, in urbes, domos cum stipendio revocat, fovet & cervicibus populi sui imponit, & fœtorem scelerum inter subditos spargit, quo vel Deus ipse durius in populum & Principem animadvertit, pestemque & famem accumulat, ut dum mala belli desideramus, plenitudine malorum abundemus, Funditur † humanus sanguis & sæpe innoxius, invo- 48 lutis bonis in peccatum aliorum, orphani plures & viduæ, ex divitibus pauperes multi, communis omnium sollicitudo, sumptus indefiniti, inculta arva, deserti pagi, subversæ urbes, religio corrupta, vel intercepta vel neglecta, magno civium cruore comparantur victoriæ, si quæ adhuc contingant, crudelius tractant suos, qui hodie se dicunt milites, quam hostes, audendi quælibet impune hodie licentia est bellum. Dicunt Græci quod ἄρης Mars † habet appellationem ἀπὸ τοῦ αἴρειν καὶ ἀναιρεῖν à tollendo seu occidendo, aut à damno Phtonatus *lib. περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως. c. περὶ ἄρεως. de Marte.*

Cum igitur tanta belli eventuri, ad quod se Patronus necessario adstringere debet, mala ac pericula sint, nemo sane ob mediocre honorarium, tali periculo sese obnoxium facere debet, cum admonente prudentissimo Lipsio scutum † semper magis, quam gladius 49 assumendus sit. *de civil. doctrin. lib. 6.*

Atqui ob ipsas Advocatias bella † & dissensiones ali- 50 quoties ortas esse testantur, & exemplis comprobant Compil. histor. Eccles. *cent. 13. c. 8.* Crus. *Annal. Suevic. lib. 10. p. 2. c. 5.* Brusch. *in Epist. magn. oper. omn. Germ. Episc. Tom. 1. c. 8. in Hardovico 35. Episc. August.* & Trithem. *in Chron. Hirsaug. p. 232.*

Pro asserenda denique negativa definitione, potentio-

Ratio dubitandi ultima, quod offensionem timentes iure experiri debeant.

tentioribus nempe infirmiores in Protectionem recipere, minus convenire, ex eo colligi videtur, quod extrajudicialis † defensio, qualis est clientelaris Tutela, minus honeste, ac licite suscipiatur, quandocunque iis, qui læsionem aliquam, sive in personis, sive rebus suis timent, per remedia Judicialia succurri potest. Nam & eam ob causam sublimiores † Magistra- 51 tus constitutos esse palam est, ut nimirum per illos 52 vim, & injuriam nobis factam, amoveamus, *l. extat. 13. ff. quod metus causa*, ubi Callistratus ait, optimum 53 esse, † ut si quis putet se habere petitiones, actioni- 54 bus experiatur. Nam & vim † esse, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per Judicem reposcit; Quibus consonat textus *in l. ult. C. unde vi.* Minus igitur honestum esse videtur, posthabito Magistratu, alienorum hominum protectionem suscipere.

55 Idcirco enim Judiciorum † vigor, Jurisque publici Tutela, in medio constituta est, ne quisquam sibi ipsi per alienum defensorem procuret ultionem, ut provide sanciverunt Impp. Honor. & Theodos. *in l. Nullus 14. C. de Judæis, & Calicol.*

Unde etiam Ulpianus *in l. si cujus rei ff. de usufr. & quemadmodum quis utatur, fruatur*, æquissimum esse 56 statuit, ut quos Magistratus suo † potest, ac debet Jurisdictione componere, ii ad arma, & rixam, ceu clientelares Advocati facere solent, non procedant, id, quod Celso quoque *lib. 20. Digestor.* Justitiæ consonum visum fuit, & Juliano etiam placuit per *text. in d. l. 14.* æquissimum esse.

Hinc & Paulus *in l. non est singulis 176. de Reg. Jur.* 57 ait, non esse † singulis concedendum, quod per Magistratum publice fieri potest, ne occasio majoris tumultus oriatur.

58 Siquidem Deus magistratum † rebus humanis tanquam Deum aliquem præsentem præposuit, qui jus dicat, & hominum errata emendet, & corrigat, Christ. Sturtz, *in comment. ad L. non est. ff. de reg. Jur. num. 4.* per text. *in constit. tanta. ff. præfixa. vers. 28. text. in c. discordantes. dist. 90.* atque ad ejus 59 † curam & officium pertinet, arg. *l. cui præcipua. 57. ff. de V. S.* ut Resp. quieta & tranquilla sit. *l. congruit. ff. de off. præs.* & text. est *in auth. ut jud. sin. quoq. in princ. Nov. 8. & auth. ut divinæ jussiones. Nov. 114.*

60 Nam & ea de causa reperta † est sacra legum reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu. Cassiod. *lib. varior. c. 4.*

Etsi igitur magistratus contumaces etiam mili- 61 tari † manu coercere possit, text. *in l. qui restituere. 68. ff. de rei vend.* non tamen id privato indulgetur, quinimo, si quis forte rem sibi debitam propria authoritate possidere præsumpserit, præterquam quod jus crediti, dominiumque rei amittat, *l. extat. ff. quod met. caus. & l. si quis in tantam. C. unde vi. c. non placuit. 16. q. 7.* etiam quandoque veluti pacis turbator, capite punitur, *l. fin. ff. de re mil.*

Ex quibus omnibus, haud obscure concludi posse videtur, tutelam à protectoribus contra prædictarum legum sanctiones minus recte suscipi.

Sententia affirmativa.

62 Verum his omnibus non obstantibus, si quis rem attentius consideret, non dubitamus, eum contrarium responsurum, & nobiscum in eam sententiam iturum, ut defensionis fine factam clientum susceptionem, non minus laudabilem, quam utilem esse protectoribus, judicaturus sit.

Ratio decidendi I. à lege naturæ.

Primum enim, cum ex ipsis naturæ humanæ 63 principiis liquido constet, † per se omnes etiam homines, uno ac quasi communi protectionis jure invicem esse conglutinatos, adeoque naturam ipsam, quandam inter eos cognationem constituisse, ac proinde secundum Deum homines hominibus maxime utiles, imo Deos esse posse, qui & ideo ut inter se alii aliis prodesse possent, generati, juxta illud, homo † homini Deus, homo homini lupus, arg. *l. 3. ff. de just. & jur.* nulla sane ratione negari potest, quamlibet homines tuendi rationem naturæ maxime esse consentaneam, ac commendatione dignam.

Sic enim optime se habent, quæ naturæ congruunt, eo, quod artifex † natura optima & pruden- 64 tissima, non nisi optima & perfectissima quæque suo in genere efficiat. Natura † vero ipsa, uni homini 65 non unam, sed duplices manus, non unam, sed binas aures, non unum, sed geminos oculos tribuerit, ut melius scilicet propagaretur officium quod duorum societate complere oportuit, ex Cassiod. *Epist. lib. 3.* Melch. Jun. *quæst. polit. 74 p. 1.* eleganter D. Chrysost. *in Psalm. 134. Dextras*, inquit, *à Deo habemus, ut & nobis ipsis & aliis injuria affectis opem feramus, ut scelera de medio auferamus, ut his, quibus violentia & detrimentum affertur, portus simus, & refugium.* Ex quibus perspicue colligitur, auxiliarem illam hominum conjunctionem, qualis in protectionis conventione exhibetur, naturali conformitati quam proxime accedere.

Ratio decidendi II. à fine & effectu.

Secundo cum ratio summa & principalis hujus protectitii Juris, quoad ipsos tum Advocatos, tum eorundem tutelæ subjectos clientes ex fine & effectu, de quibus abundanter egimus *cap. 10.* petenda sit, negare nemo potest, hanc clientum protegendorum conventionem ea inprimis † de causa in- 66 stitui, ut provinciæ, Civitates, seu communitates in tutelam susceptæ, ab aliorum injuriis ac molestationibus tutæ atque incolumes consistere possint: At vero † Reipublicæ permagni interest, omnes 67 provincias ac familias in suo statu permanere illæsas. *l. 1. §. 13. ff. de ventr. inspiciend. l. 9. C. de quæst.*

Cum igitur palam sit, clientelarum susceptarum finem † bonum, ac Reipublicæ salutarem esse, infi- 68 cias ire nemo poterit, earundem susceptionem pariter esse laudabilem, atque utilem. Qualis enim finis, tale quoque censetur id, cujus est finis, exemplo *l. 1.* 69 *§. hujus studii. ff. de Justit. & Jure.*

Hinc etiam vulgo receptum axioma dictitat, unumquodque † bonum, ac laude dignum esse, cu- 70 jus finis bonus, ac commendabilis est. *l. non intelligitur §. quando autem. ff. de Jure Fisci l. si non sit §. pervenimus ff. de auro & argent. legat. l. Receptum ff. commun. prædior.*

Ratio decidendi III. ab alio fine specto.

Tertio hanc rationem fortiter corroborat, quod per susceptionem in Clientelam maxime foveatur ac conservetur pax & concordia inter suscipientes ac susceptos, adeo ut † Advocatiæ conventio dici 71 merito debeat, pia & firma pax hominum Imperio subjectorum, in cujus tranquillitate totius orbis regularitas conquiescit, *ut loquitur* Imperator Henricus *in Extravagant. quemadmodum in læs. majest. crim. procedat.* And. Knichen. *de jur. territor. cap. 5. num. 498.* ubi dicit Jura protectionum † esse reliquias 72 conjunctionis quondam inter Principes Ecclesiasticos & Politicos.

Hanc igitur pacem † & tranquillitatem quærere 73 custodire & conservare omnes decet, inprimis vero Principes. *tot. tit. de pac. tenend. & ejus violat. & de Pac. Constant. Recess. Imp. Wormat. de Anno* 1495. Vom Landtfried. Bald. *in proœm. Decret. §. Rex pacificus num. 17. & in l. 1. num. 3. ff. de pact.* Sed ut † concor- 74 dia dives radix est, altrixque otii, seminarium bonorum civium, seges Civitatum, & illud bonum, sine

quo

quo nemo novit sua bona, Paschal. *in legat. cap.* 53. 75 *pag.* 339. Ita † discordia ordinum venenum, præcursor ruinæ, omnia opportuna insidiantibus faciens. Liv. *li.* 3. Bodin. 4. *de Repub. c.* 1. *n.* 386. Petr. Gregor. *lib.* 23. 76 *de Repub. c.* 3. *n.* 13. ubi ex Baldo † partialitatem in Republ. dicit esse tanquam vermem in caseo.

Ratio decidendi IV. ab inconvenienti. Quarto patrocinia impotentiorum eam quoque ob causam per Advocatos tutelares suscipiuntur, ne Clientes † qui forte à propriis suis magistratibus 77 defendi satis haud possunt, alienis & peregrinis dominis subjiciantur, quod ne fiat, maxime etiam Reipublicæ interest, per notata Innocent. *in c. auditis. col.* 1. *de præscript.* Panorm. *in c. inter quatuor. de ma-* 78 *jor. & obed. num.* 6. *in fin.* † Fit enim mutatis Dominis ex diversarum gentium commixtione, corruptio morum, mutatio legum, &c. Petr. Gregor. *libr.* 4. *de Republ. cap.* 4. *num.* 14. & 15. qua mutatione nihil periculosius civitatibus Plat. *libr.* 7. *de legib.* Bodin. 4. *de Republ. cap.* 3. *num.* 426. Petr. Gregor. *libr.* 10. *de Re-* 79 *publ. cap.* 5. *num.* 17. Quid quod satis lugubre † & deplorandum, non ipsis modo subditis, sed & Dominis, videre ac pertimescere homines suos eorumque bona ac prædia in potestatem transire externam, arg. *l.* 38. *ff. de rei vendicat. l.* 1. §. 2. *de liber. agnosc. l.* 35. *de pignor. act. l. cum oportet. C. de bon. qua lib. l.* 22. *C. de admin. tut.* Orloshaus. *in respons. an extant. masc. fam. exclud. acie vir. cap.* 29. *num.* 1. & *seqq.* Reusner. *cons.* 3. *n.* 30. *vol.* 1.

80 Quinto quotidiana & infinita testantur exempla, quod † summi, totius orbis Romani, protectores Imperatores non solum integras ditiones in suam ac sacri Romani Imperii tutelam, sed & privatas familias in peculiarem protectionem recipiant, attestante Gailio *libr.* 1. *obser.* 54. *num.* 7.

Ratio decidendi V. ab exemplo Imperatorum integras ditiones in Tutelam suscipientium & Salvas Guardias frequenter concedentium.

Integrorum Regnorum, Ducatuum, Comitatuum, ditionum & Civitatum, maxime vero Monasteriorum ac sacrorum Collegiorum ab Imperatoribus in Tutelam receptorum, exemplis historiæ abundant, & nos passim in hoc Tractatu, præsertim *Cap.* 5. *de Origine Advocatiæ*, plurima adduximus: Privatarum autem familiarum in Cæsaream Tuitionem susceptarum, Cancellaria Imperialis, infinita subministrare potest. Ut tamen nonnulla & hic afferam, eum in modum, D. Paulus Matthias Wehner Ann. 1610. una cum uxore, liberis, famulis, subditis & hominibus à piissimæ memoriæ Imp. Rudolpho II. susceptus fuit, ut ipse testatur *in Pract. Observ. verbo* Schirmsbrieff / ubi & alia exempla Salvæguardiæ privatis concessæ enumerat. Et ne longe abeam, ita pariter Augustissimus Imperator Ferdinandus II. meipsum quoque Anno 1620. cum omnibus Hæredibus ac posteris meis, in specialem Tutelam, cujus particula huc pertinens *infra sub num.* 94. refertur, clementissime suscepit. Aliud exemplum suppeditat Fridericus Hortleder in Process. deß Teutschen Kriegs / *Tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 10. ubi notat, daß in sondern Spruch / Schutz und Schirm Käys. Maiest. und deß Reichs auffgenommen sind der Meister S. Johanns Ordens in Teutschen Landen / desselben Ordens Commenthurn / Commenthureyen und Häuser / wie auß Caroli V. Schutzbrieff Herrn Johann von Hattstein Johanniter-Meister Anno 1540. den 24. May zu Antorff gegeben / zu ersehen. Alia Diplomatum hujusmodi exempla occurrunt, in gründlichem Bericht / von deß H. Reichs Stadt Friedberg / Standts-Privilegien / &c. *part.* 2. *pag.* 27. & nonnulla refert Philipp. Meister *Spec. Notar. lib.* 5. *pag.* 715. 723. & 729.

Quod igitur à summo Principe, Imperiique capite fieri quotidie videmus, quis idipsum in Imperii membris inferioribus nempe Principibus, Comitibus, Baronibus, aliisque Statibus reprehendere ausit? cum utrobique quoad defensionis præstandæ formam eadem sit ratio, & recte etiam ab Imperialis Salvæguardiæ specie † ad generalem protectionis con- 81 stituendæ usum argumentum inducatur, arg. *l. veniunt.* 22. §. *senatus. ff. de petit. hæred. l. omnium,* 20. *ff. judicati. l. filii* 84. *ff. de verb. signif.*

Ratio decidendi VI. ab exemplis aliorum Principum. Quod si etiam sexto intueri velimus morem ac consuetudinem tam prisci sæculi, quam hodierni temporis aliorum principum ac rerumpublicar. quæ alienos homines in tutelam susceperunt, infinita prope exempla ante oculos erunt. Ut enim reliquos taceam, constat sane Serenissimos Domus Austriacæ Archiduces, quam plurima non solum Monasteria alibi nominata, sed & Civitates, † quarum in numero 82 Constantia, Villinga, Friburgum Brisgoiæ & aliæ plures continentur, jam pridem in protectionem suscepisse & hodie earundem Advocatos existere. Exempla † vero honesta & Reipublicæ utilia quoad fieri potest, imitari quemlibet decet. *l.* 1. §. *secundo loco. ff. de postuland. l. cum quadam C. de administr. tutor.* Ergo & Patroni tot aliorum exemplis commoniti impotentiorum clientelas suscipere non recusabunt. Quod enim quotidie fit † vel solitum est fieri, legitime fit, 83 *l. si quis donaturus. ibique gloss. de usufruct. l. quod si nolit.* §. *quia assidua de ædilit. edict. l. certi condictio.* §. *si nummos. ff. si cert. petat.* Hinc infertur, quod præsumendum est pro his quæ diu agitata sunt in Ecclesia Dei, patiente & tolerante superiore *c. constitutus de relig. dom. c. Ecclesiasticarum distinct.* 11. Unde † ele- 84 ganter dicit Ulpian. *in l. pen. ff. de constit. Princip.* Non recedendum ab eo jure quod diu æquum visum est, nisi evidens subsit utilitas.

De consuetudine autem, qua protectionum & Advocatiarum Jus, in Imperio Romano receptum est, præter experientiam Hier. Schurff. *consil.* 23. *nu.* 5. *cent.* 3. And. Gail. 2. *obser.* 54. *n.* 10. Warem. ab Erenberg. *Medit. pro Fœder. li.* 1. *cap.* 4. *num.* 12. Rofredus Benevent. *in practica Juris Pontificii parte* 5. *Tit. de utilitat. qua debetur num.* 25. Auctor Symphorem. *Tom.* 2. *part.* 3. *Suppl.* 23. Herm. Vult. 1. *Feud.* 11. *num.* 17. testantur, Confer ea quæ ad propositum latius deducta sunt *cap.* 5. *num.* 493. Ubi ostensum, consuetudinem istam Recess. etiam Imperialibus approbatam & confirmatam esse, eandemque extra Imperium quoque vigere. Farin. *decis. novit. noviss.* 146. *num.* 26. & *seq.* Alvar. Valasc. *decis. Reg. Lusitan. consult.* 105. *num.* 62. & *seq.* insinuant.

Ratio decidendi VII. ab auctoritate Ulpiani. Septimo decisionis nostræ æquitas ex eo etiam manifesta fit, quod Ulpian. *in l. metum* 9. §. *animadvertendum. ff. quod metus causa*, scribit, Pomponium rectè definivisse, si quo magis te de vi hostium vel latronum vel populi tuerer vel liberarem, aliquid à te accepero vel te obligavero, non debere me hoc edicto teneri, nisi ipse hanc tibi vim submisi, ceterum si alienus sum à vi, teneri me non debere, ego enim operæ potius meæ mercedem accepisse videor: † Quibus ex 85 verbis satis constat, infirmiores à potentioribus in Tutelam suscipi, æquitati conforme esse, ideoque Protectoribus licitum esse pacisci de honorario, ab iis qui in protectionem recipiuntur, solvendo, idque juste pro alterius defensione, de quo alibi fusius, accipi posse *gloss. in c. non inferenda* 23. *q.* 3. Bart. *in d. l. metum* §. *sed licet.* ubi ait, licere mihi accipere pecuniam, ut te à violentia liberem, & *ibi* Albanus adducit Signorol. *cons.* 167. *col.* 5. & *cons.* 79. *col.* 3. & *cons.* 162. & 245. *gloss. in c. culpa de reg. jur.* Dynus *in reg. non est sine culpa eod. tit. in* 6. Roman. *cons.* 117. Marius Salomonius *in repet. l. ut vim. ff. de just. & jur. n.* 17. Si ergo ex sententia Ulpiani recte quis accipit mercedẽ pro aliorũ tuitione, con-

consequitur non minus etiam recte fieri, si aliqui in tuitionem recipiantur.

Ratio decidendi IIX. ab utilitate Clientelarum.

Nec prætereundæ sunt octavo loco utilitates & emolumenta quæ ex Clientelis suscipiendis, susceptisque haud mediocria proveniunt, propter quæ non immerito eædem sapientissimis quibusque utiles visæ sunt; 86 Cum † enim ob protectionem à robustiore susceptam, plerunque a Clientulis annuatim magna aliqua, honorarii & arrhabonis loco, in pecunia parata aut aliis rebus, Patrono constituto, summa numeretur, vulgo Schirmsgült / Schutz- und Verspruch-Geld / Schurff. *cons. 23. num. 3. & seq. cent. 3.* Simon Pistor. *cons. 19. vol. 1.* Petr. Frider. Mindan. *de process. lib. 2. cap. 14. ante num. 28.* (qua de nos an eam recipere honestatis sit, *cap. 14.* fuse tractamus) ac proinde respectu obligationis protectitiæ annui Advocatorum reditus augeantur, diffiteri nemo potest, Clientelæ usum Protectoribus fructuosum atque utilem esse, atqui natura nos docet, ut ea quæramus quæ ad salutem nostram compendii aliquid adferunt, Hippol. à Collib. *de increment. urb. cap. 9.*

Quinimo sæpius fit, ut Patroni fidelem defensionis operam Clientibus exhibentes, ab iisdem aliis etiam liberalitatis officiis affecti largissima remuneratione donentur. Sic cum Zelomiro Dalmatarum Regi, absque liberis mortuo, uxor successisset, ea fratrem Ladislaum Ungariæ Regem, quod ab eo contra seditiosos fuisset protecta, hæredem regni instituit, ex quo tempore Dalmatia & Croatia Ungaris parere cœperunt. Bonfin. *lib. 4. decad. 2.*

Hinc Magnates ipsos quoque aliorum Patrocinia 87 ambire, non est insolens. Sic enim † Suetiæ, Poloniæ, Daniæ, ac Hispaniæ Reges, atque Alenconium Ducem, Hansaticarum Civitatum protectionem ambiisse, Honorius *in thesaur. Pol. rubr. de iis, qui Lig. Hans. prot. amb.* testatur, ubi is etiam suadet, ambientibus sic Patrocinia Principibus repulsam, (ut quæ plerunque care Clientibus constare solet, cum quem Patronum habere noluerunt, dominum ut suum, & quidem acerbum ferre debeant, contingere facile possit, ad dicta Imp. *in l. 19. §. 3. C. de test. manum.*) haud facile dandam esse. Quod si tamen muneribus Clientes corrumpendo, aut aliis pravis artibus aditum sibi ad protectionis munus aliquis munire consueverit, sperari haud potest, ut is ad Clientum salutem potentiam suam usurpaturus sit, per ea, quæ de urbis Imperium sic comparante verissime disserit Machiav. *diss. de Rep. lib. 1. c. 18.*

Ratio decidendi IX. ab Honesto.

Conclusive prædictis argumentis non inscite additur, & hæc ratio, qua ad suscipiendam aliorum defensionem potentiores tanto facilius induci debent, 88 quod officium † protectionis non parum dignitatis in se contineat, & valde honorificum sit, attestante Gilmanno 1. *decis. 1. num. 189. & seq.* ubi refert Advocatiam Vogtey / quæ singularem defensionem exigit, honorem tribuere, quod & post alios non obscure indicat Dn. Joannes Schulter Cancellarius olim Wirtenbergicus *in consil. manuscripto in causa controv. Advocatiæ* Gebsattel *contra* Rotenburg *dato, quæst. 1. num. 8.* ubi scribit, Advocatiæ Jus dignitatis rationem habere, quæ cum officio defendendi conjuncta sit. *c. Qui Advocatiam, de pace tenend. & ejus violat. in Usib. Feud.* Ubi post alios singulariter Cujacius & Hotoman. ita tradunt. Inter honoris autem, qui Advocatiæ officio cohæret, alias partes, referuntur Honorantiæ, † sicuti sunt Xenia & caritiæ seu blanditiæ & similia. Ad istam enim honor[illegible]entiam pertinent omnes operæ obsequiales & reverentiales, uti verba sunt Bald. *in consil. 419. ad evidentiam. in princ. vol. 1.* qua ratione Patrono Ecclesiæ honor exhiberi solet, ut digniorem locum in sedendo obtineat, & ex honore ejus personæ annexo, alimenta ab Ecclesia recipiat, ut inquit Abbas Panorm. *in c. præterea illas. 2. de Jure Patronat.* & sequitur Joan. Petr. Surdus *tr. de Alim. Tit. 9. quæst. 22. num. 14.* cum hujusmodi Jus Patronatus sit honorificum Abb. *in Rubr. num. 4. eod. Tit.* Inprimis autem Advocatis Ecclesiarum, ob conjunctam olim administrationis œconomicæ inspectionem & Jurisdictionem, Jus Advocatiæ honorem & dignitatem tribuere solebat. Quoties enim officium, † Jurisdictionem etiam modicam, cum administratione conjunctam habet, nec nudum onus officio annexum est, dignitas dici potest, David Hepingk. *dissert. de Jur. Protect. §. 15. lit. B.* Cæterum per se etiam separatim considerata, omnis legitimam † defensionem, qua violentiæ occurritur, honestati maxime esse congruam, arg. *l. 1. §. Vim. ff. de vi, & vi armat. Gloss. Institut. de Jure natural. §. quod vero.* Gloss. *& Dd. in l. 1. C. unde vi.* Bart. *in l. §. Hac autem interdictio, ff. de itin. actuque privat.* Canonistæ *in 1. distinct. Jus naturale,* Cardinal. Zabarella *in Clement. 2. §. cæterum de re judicat.* Petr. Philip. Corn. *Consil. 134. lit. B. part. 3.* unanimiter affirmant.

Verum inficias ire nemo potest, susceptam à Protectoribus Clientelam legitimam esse defensionem illorum, qui iisdem se submiserunt, uti ex ipsa Advocatiæ definitione (qua de *cap. 4.* agitur) luculenter patet, consequitur ergo Clientelam, seu Advocatiam esse honestam, & consequenter à potentioribus amplectendam.

Relatio ad alias decidendi rationes in posteriori quæstione adductas.

Quis denique ad firmandam hanc decisionem nostram, nonnullæ etiam in posteriori capitis hujus membro decidendi rationes adductæ, pertinent, ideo hic pluribus accumulandis, supersedendum esse censeo.

Quod si tamen rationum harum momentis, ad conclusionem nostram firmandam alicui forsan minus satisfactum fuerit, is saltem, ut confidimus, aliorum nobiscum sentientium Testimoniis acquiescet.

Ratio decidendi ultima à Testimonio aliorum Advocatias commendantium.

Quod enim recte sapienterque faciat is, qui aliorum imbecillium Tutorem, ac defensorem sese constitui patitur, præter alios inferius in altero capitis hujus membro adductos auctores clarissime testantur Bart. Angel. Lucas de penna *in l. 1. C. de excusat. muner. lib. 10.* Abbas, ac cæteri Canonistæ *in c. ex parte, &c. accepimus de Privileg.* Feudistæ *in c. Imperialem de prohib. Feud. alien.* And. Knich. *de Sax. non provoc. Jur. cap. 5. num. 495.* quibus subscribit insignis Jurisconsultus Christoph Sturcius *in Commentar. ad Reg. Jur. ad l. Invitus 198.* ubi ait officium esse † Amicitiæ proprium, & humanitatis plenissimum, alterius defensionem suscipere. 89

Quorum sententiæ manus porrigit Bodinus *lib. 1. cap. 7. de Republ.* ubi statim initio affirmat, Jus hoc Clientelare seu protectionis omnium maximum ac pulcherrimum inter Principes censeri, & paucis interjectis, addit. Nullius † obligationem tam esse efficacem, quam eorum qui tenuium contra potentiores, bonorum adversus improbos, innocentium contra sceleratos, caput, famam ac fortunas tueri promiserunt. Quod etiam non inconcinne noviter tuetur sub præsidio D. Joan. Gryphiandri Joan. Harnisch *inter Arum. discurs. Academ. 26. Vol. 2. de Subditis Vasallis ac Clientibus conclus. ultima.* ubi scribit Clientelas publicas hodie tam Patrono quam Clientibus expedire. Quibus novissime accedit post hæc scripta visus D. Hepingk. *in doctiss. sua dissert. de hac materia,* quam in Academia Basiliensi, pro summis in utroque Jure insignibus consequendis censuræ publicæ expositam Typographus Dn. Ludovicus König,

rum Commentarius hic noster jam prælo destinatus esset, obtulit, *conclus.* 5. *lit.* F. scribit, Jus protectionum non tantum apud Germanos, sed & alias exteras nationes esse receptum, ideoque dignum quod plenius & copiosius illustretur, & tanto magis quidem quod exiguæ priscorum & modernorum IC. quibus illustrari possit, faces accensæ reperiantur. Conferunt huc etiam apprime, quæ scribit Christ. Besold. *dissert. de fœder. Jure cap.* 4. *num.* 12. *Nihil* inquit, *Reipublica* † *potenti honestum magis, nihil magis Christianum est quam maxime egentibus auxilium præstare, & iis succurrere, qui in periculo versantur.* Herm. Kirch. *disputat. de Republ.* 17. *th.* 1. *lit. A.* & *B.* Nihil hoc dignius, nil gloriosius docebant Romani: Hacque ratione eorundem Rempubl. amplissimam evasisse constat. Hoc idem, fide tamen sublesta, æmulatur Turcicus Imperator; qui ideo aulam † suam Portum & Asylum omnium oppressorum inscribit. Soranz. *in Ottoman.*

Ratio ad contraria Argumenta.

Porro his quæ in subversionem decisionis nostræ initio capitis adducta fuere argumenta nihil officiunt.

Responsio ad primam dubitandi rationem propter objectam Imperatorum Clientelæ prohibitionem.

Quod enim primo loco ex Imperatorum Diocles. & Maximiani, Arcadii & Honorii † Itemque Leonis & Anthemii, & ibidem subjecta Græca Constitutionibus illarum erat, Patrocinia ejusmodi fuisse vetita, Respondetur, † legibus illis Imperatores tantum mandasse, ne quis in fraudem fisci, vel alterius aliquem rusticum, vel alium in Patrocinium suum reciperet, nequaquam vero per allegatas constitutiones ipsasmet clientelas, sed contractus potius, sub 90 velamento Protectionis in fraudem ac præjudicium fisci Cæsarei, initos ac simulatos prohibitos fuisse. Unde Leo Imperator ejusmodi Clientelas in fraudem Reipubl. contrahi nolens, fraudi duntaxat illorum, qui rusticanos atque adscripritios ditiores à solutione tributi & præstatione publicarum functionum sub fictis & simulatis contractibus defendebant, obviare, nequaquam vero laudabile Clientelarum institutum è medio tollere voluit.

Cum enim potentes nonnulli illis temporibus ab oneribus publicis, & munerum exhibitione immunes ac privilegiati essent, ii villas, castra, aliosque rusticanos homines, in protectionem suam suscipiebant, simulabantque, bona susceptorum esse ipsorum propria, & ne ex iis in tutelam suscepti quippiam penderent, sub falso Privilegii prætextu impediebant. Interim tamen eorundem opibus inhiando defensionis nomine, bona illorum sibi ipsis applicabant.

Eo autem ex Patrocinio, cum Republica damno afficeretur, Imperator Leo personas ejusmodi, quæ contra publicam utilitatem aliquos in Clientelam suam susceperant, & vicissim tali sub fuco ad aliorum Protectiones atque præsidia confugientes seque à publicis functionibus, sub potentia ac privilegio aliorum excusantes, merito plectendos esse statuit.

91 Qui enim privilegiatus atque † exemptus est à functionibus publicis, alios sub prætextu privilegii sui excusare non debet. *l. fin. in fin. C. de annon. & trib.* Joan. de Plat. *l. si quis post. C. ut nem. ad suum Patrocin. susc. vic. vel rust. eor.*

Ex quibus satis colligitur, legitimas Clientelas nulla ratione fuisse prohibitas, sed eorum tantum Patrocinia improbata esse, qui se & bona sua potentioribus fraudandorum publicorum tributorum causa tuenda, & defendenda addixerant, ut eleganter præter alios Cujac. *ad tit. C. ut nem. ad suum Patroc. suscip. vic. vel rust.* explicavit.

Eo enim, ut dictum est, modo sub specie Clientelarum potentiores vicanorum & rusticorum bona sibi vendicabant, vel relinquebant susceptis sub certa Patrocinii mercede, quod multæ Constitutiones damnant, *in tit. de pat. vic. C. Theod. & Just. Nov.* 17. & *Tiberii de divin. dom.*

Responsio ad aliam Arcadii & Honorii legem adductam.

Quod itidem de Impp. Arcadii & Honorii ex 92 *l.* 1. *C. de his qui potent. nom.* de Titulorum vel armorum in litigiosis prædiis, appositione vel affixione, asserta prohibitione objectum fuit, id nihil, ad elusionem vel impeditionem Advocatiæ, momenti habet: Ut enim ea inferendi alteri metus & trepidationis causa recte prohibebantur, ita (cum † à 93 fine omnes distinguantur actus, *l. qui injuria ff. de furt.*) depellendi à se periculi & evitandi timoris gratia, eorundem Titulorum ac armorum appositio, recte rursum permittitur, ut colligere est ex dictis Bart. & Baldi *ad l. sanctum ff. de rerum divis.* Chassan. *in consuet. Burg. Rubr.* 1 *de Just. verbo & droits. n.*67. *in fine & n.* 47. Matth. Afflict. *ex Const. Regni. quæ est de Regalib.* Joan. de Plat. *ad l. cum sæpe conting. C. de erogat. milit. Annon. lib.* 12.

Etsi vero per se nulli privato homini, Armorum ac Titulorum Regiorum appositio concessa sit, nulli tamen denegatum est, arma † Cæsarea, Aquilam 94 nempe Imperialem, aliosque Titulos & insignia Principum in competentis Salvæguardiæ obtentæ, indicium, prædiis, villis, ædibus etiam privatis affigendi, ab Augustis Imperatoribus, licentiam petere atque impetrare, quemadmodum tota die hoc ipsum per Imperatorem in datis Salvæguardiæ, qua de *in cap. penultimo de Actionibus & alibi* fusissime tractatum est, Privilegiis, hisce ac similibus verbis concedi videmus. Und damit solch unser Käyserlich Protection, frey Sicherheit und Handhab / Verspruch / Schutz / Schirm / Geläyt und Salvaguardia männiglich kundbar und wissend sey / auch würcklich vollnzogen werde: So vergönnen / erlauben und geben Wir / ermeltem N. und dessen Erben und Erbnehmen hiemit Unsern vollkommenen Gewalt und Macht / daß sie / so offt es ihnen gefällig seyn / und es ihr / und ihrer Güter / und Leut Notturfft erfordern wird / können oder mögen entweder selbst / oder durch ihre Befelchhaber jedes Orths an ihre Schlösser oder andere ihre Persöhnliche Haußhaltung und Wohnungen / Possessionen / Höff / Vorwerck und Schäffereyen Unser Käyserlichen Adler / und deß Heyl. Reichs / auch Unserer Königreich und Erblande Wapen / sampt oder sonderlich zu gezeugnüß Unsers Käyserlichen Schutz / Handhab und Salvaguardia anschlagen. Und hinwieder / wenn es ihnen gefällig / mit gebührender Reverentz abnehmen / von allermänniglich ungehindert und ungeirret.

Et ad hunc quidem sensum primo loco, ad prætensam Advocatiæ eversionem, objecta Imperatorum rescripta recte intellecta, Juri protectionis in Republica introducendo & conservando, nihil repugnare palam est.

Responsio ad II. dubitandi rationem ad Iulii Cæsaris dictum.

Quod deinde, Julium Cæsarem, Clientelas subfactionis nomine improbasse ibidem objectum fuit, nihil decisioni præmissæ obstat. Nam olim ut *supra* dictum est, factionis † vocabulum, attestante 95 *Festo* honestum erat, nec semper de latronibus, conspiratoribus, ac pacis publicæ turbatoribus, quorum Tragici exitus ubique in historiis sunt obvii, intelligebatur. Quin & factionis appellatione Clientelas eundem magis approbare, quam vituperare voluisse ex eo manifestum evadit, quod easdem in Gallia olim frequentatas ipsemet *locis infra cap.* 5. adductis commemorat.

Neque

Responsio ad Democriti sensum.

Neque adversatur etiam præmissæ decisioni nostræ, illud Democriti dogma cum Socraticis (quamvis is Pythagoræorum imitator esset) asserentis, è Republ. Dominorum ac clientum nomina tollenda esse, &c.

96 Primum enim Democritus *ibidem* clientum † nomine non tutelares, sed serviles ac subditos intelligit.

97 Deinde prædicta Socraticorum † opinio, optimum esse ajentium, si imperandi ac parendi juribus omnino sublatis, omnia communia, cunctique homines æquales forent, omnium tum Philosophorum tum politicorum sententia è Repub. Christianorum pridem sublata atque explosa: Pythagoricorum vero è contra, nullam Rempubl. diu consistere posse, nisi ubi suum quisque habet, ac uni omnes obediunt, adseverantium sanior doctrina ubique approbata atque usu recepta est. Aristot. *lib.1. Polit. cap.5.* Anton. de Guevar. *d. lib.1. cap.28. num.108.*

98 Quemadmodum enim neque † mundus duobus solibus regi, ita neque orbis salvo terrarum statu duo summa Regna habere potest. Justin. *lib. 11. histor.* sed

99 saluberrimum in rerum magnarum administratione est, summam Imperii penes unum esse, sicuti in exercitu, uni omnes Imperatori, in navi omnes uni gubernatori, in alveari apes omnes uni Regi obedire videmus; Cum ergo apes non sint absque Rege in alveari, non æquum est, homines absque Rege, ac Capite esse in Republ. alioquin in apum alveari parum mellis, in hominum vero Republ. fellis abunde erit. Lactant. *de ira Dei cap.11.* Plin. *lib.11. cap.17.* Et hæc quidem nonnihil extra materiam contra vanam Democriti conjecturam.

Responsio ad Philosophum de immani potentia.

Minime denique huc facit, quod ex Philosopho de immani potentia adductum fuit, quia is de injusta violentia & oppressionibus, quorum finis est, ut concutiant & rapiant, non de armata defensione, cujus finis est, ut pax & tranquillitas conservetur, clientes protegantur, & eorundem incolumitas inviolata maneat, intelligendus est.

Horum igitur, aliorumque authorum quæ afferri in speciem ulterius possent, dictis nihil obstantibus, omnino tenendum est, Advocatiam legitime ac recte usurpatam, veluti optimum, ad tuendos imbecilliores, pharmacum, licet aliquid veneni ex abutentium malitia, quandoque attrahat, nequaquam tamen repudiandam esse.

Responsio ad Ill. dubitandi rationem ex Aurea Bulla & Recess. Imp. allegatam.

100 Tertio vero nihilo magis officiunt Advocatiæ suscipiendæ, quæsita ex † Aurea Bulla argumenta, Imperiique diversis Recessibus prætensæ inhibitiones.

Nam ad Carolinam prohibitionem quod attinet, si textus illius sano intellectu legatur, ac perpendatur, nulla ex eo Advocatiæ prohibitio extorqueri potest, quia Imperatoris mens est, & text. *ibi* allegatus id tantum innuit, quod colligationes, protectio-

101 nis & parentelæ nomine, absque † authoritate dominorum, quorum subditi sunt, & in quorum districtu consistunt, iniri non possint. Arum. *ad A. B. ad c.15. §. 2. vers. attamen text. noster.* ubi rationem assignat, quod ab omni confœderatione & colligatione injuria abesse debeat. Simon Pistor. *cons.19. nu.33. vol.1. int. consil. Mod. Pist.* Si autem subditi absque dominorum suorum authoritate protectionis conventiones instituant, Domini eorundem injuria afficiuntur, dum ex eo illorum diminuitur authoritas, quasi ita viribus ac potentia enervati sint, ut suos amplius subditos protegere non possint: quo de plenius *in cap.5. in quæst. An subditi absque consensu alterius se Protectioni submittere possint,* egimus. Quare ex allegato A.B. textu illud duntaxat Interpretes colligunt, & concludunt, omnia illicita conventicula, conspirationes, colligationes & confœderationes, quas Civitates vel aliæ communitates, sub velamento parentelæ, aut alterius quæsiti coloris prætextu, absque Dominorum suorum auctoritate faciunt, atque ineunt, per laudatissimum Imperatorem vetari. Quemadmodum per se Jure quidem communi privatis & aliis subditis, qui privatorum loco sunt, fœdera omnino prohibita, *Tot. Tit. ff. de colleg. illic.* Roland. *de commiss. p.3. libr.5. cap.10. num.1.* Meichs. *decis.22. Tom.4.* Buxtorff. *in A. B. §. 98. lit. C.* Cujus etiam in Imperii Capitulat. habetur ratio *in §.* Wir sollen und wollen auch alle unziemliche Bündnüssen/ etc. ubi Impp. promittunt se omnes illicitas subditorum, Nobilium & populi confœderationes atque conspirationes contra Electores, Principes & alios initas sublaturos & abolituros. Sic etiam omnes subditorum & inferiorum colligationes † &

102 confœderationes illicitæ & prohibitæ præsumuntur, *in Constit. Pac. publ. de Anno* 1548. *in princip. ibi.* daß keiner einige Conspiration, oder Bündnüß wider den andern auffrichte. *Constit. Frid. de pace tenend. §. conventicula.* Ubi Isernia Alvarot. Afflict. Bald. & alii Jason. *3. consil.86. num.1.* Cravet. *cons.258. num.16.* Laudens. *de confœderat. q.20.* Castald. *de Syndic. q.266.* Gigas *de c. L. Majest. lib.1. Rubr. Qualiter crim. læs. Majest. committ. q.48. nu.3.* Ernest. Zorn *disput. de Jurisd. §.22. lit. C.* Hinc etiam expresse ejusmodi confœderationes & pacta, tanquam sacris LL. reprobata reprobat ac damnat Handhabung des Landfriedens *Anno* 1495. zu Wormbs auffgericht. *Tit.* die Königl. Maj. sol kein Krieg anfangen. Matth. Steph. *de Jurisd. libr.2. p.1. cap.1. n.60.* Quo conferunt insuper textus *in L. 1. & 2. ff. de colleg. l.1. ff. quod cujusque univers. l.1. & l.2. C. de sedit. l.5. C. de his qui ad Eccles. confug. l. conventicula.15. C. de Episc. & cler. l.2. C. de decur.* Marta Neapol. *de Jurisd. part.2. cap.23. n.8.* Ægid. Boss. *tit. de crim. Cas. Maj. n.24.* Mynf. *cent.6. obs.2. num.1. & seq.* Hier. Laurent. *decis. Aven.89. per tot.* Camill. Borell. *de præstant. reg. Cath. cap.34. n.12.* M. Ant. Surg. *de præf. Prat. lib.1. cap.25. num.23.* Arnold. Clapmar. *lib.3. arcan. rerumpubl. cap.13. in fin.* Bodin. *de republ. lib.3. cap.7.* Heig. *quæst.4. num.44. & seq. p.1.* Marin. Frecc. *de feud. lib.4.* Arnisæ. *de Jur. Majest. lib.1. cap.4. num.16 & seq.* Schrader. *de feud. p.10. sect.10. num.27.* Rol. à Vall. *cons.17. num.32. & seq. lib.2.* Joan. Borcholt. *cons.9. quæst.4. part.1.* Guido Pap. *decis.87. num.9. & decis.639. num.4.*

Et ista quidem fœderum inter privatos prohibitio adeo stricte inhibita est, ut si quidem inter se coierint, conspiratio, gloss. *in c. per tuos de Simonia.* Io. de Imola *in Clem. Pastoralis num.48.* Jo. de Turre cremat. *in c. conjurationum. n.5. 11. q.1.* Si jurato id fiat, conjuratio. Dd. communiter *ad L.5. C. ad L. Jul. Majest.* Georg. S. homb. *7. Polit. c.17. & 18.* Et ubi in specie taliter contra suum Magistratum insurgunt subditi, Rebellio vocari soleat, de qua late Gigas *d. Tract. Rubri. de Rebellib.* Qualis fuit seditiosorum rusticorum, Anno 1522. dignissimis armis repressa, æquissimoque coercita supplicio. Sleidan. *lib.4. & seq.* Goclen. *quæst Eth.104. p.442.* Item colligatio quorundam Imperii Nobilium, quorum caput erat Guil. Grumbachius, qui postea receptus à Joan. Frid. D. Saxon. in arce Gothana, ea capta, in quatuor partes fuit dissectus. Thuan. *Hist. lib.41.* Quibus recte Bohemorum & iisdem adhærentium confœderatorum, superioribus annis inenarrabiles Germaniæ calamitates, causantes Rebelliones contra Regem suum Electum & confirmatum Invictiss. Imp. Ferdinandum II. annumerari possunt.

Nulla autem ratione ex allegato † Aureæ Bullæ

103 textu probari potest, tutelas ad bonum finem, defen-

sionis nempe, initas per Carolum Imperatorem ibidem improbari, siquidem plura † ab eodem Imperatore cum susceptæ, tum aliis commissæ protectionis exempla suppetant, quorum multa passim per totum hunc tractatum in recensione Advocatorum Monasteriis olim assignatorum, adnotavimus, ex quibus palam fit eundem Imperatorem nulla ratione Advocatias improbasse, alias auctor earundem non fuisset. [104]

[105] Præterea quod ad objectos ex Recessibus † Imper. Comit. Annorum 1529. 1541. 1548. 1555. textus attinet, nulla pariter Advocatiæ prohibitæ auctoritas ex iis elici potest. *Responsio ad Recessus Imperiales.*

Nam Constitutiones illæ, ut verba earundem aperte innuunt, de ejusmodi protectoribus † loquuntur, qui alterius subditos in protectionem recipiunt, intuitu religionis, aliave illicita ex causa, prædicando ad se pertrahunt Ann. 1529. per verba, deß Glaubens oder anderer Ursach halber/ vel contra magistratum proprium, per verba *ibid.* Wider die Obrigkeit in Schutz und Schirm nehmen/ & pariter Anno 1541. Wider ihr Obrigkeit verthätigen/ itemque in Recessu 1555. *ibid.* zu seiner Religion tringen/ abpracticiren/ und wider ihre Obrigkeit in Schutz nehmen. De legitima autem Advocatia, quæ rectum nempe defensionis licitæ finem respicit, è medio tollenda, nullum ibi verbum reperitur. Cum enim honesta sit omnis ratio conservandæ salutis, † & Magistratus nonnulli ob distantiam, vel impotentiam interdum suos tutari non possint, ad tradita Felin. *in c. cum non liceat n. 12. de præscriptionib.* Gigas *de crim. læs. Majest. lib. 1. quæst.* 50. Matth. Steph. 2. *p. 1. cap.* 2. *num.* 128 *de Jurisd.* Alph. Moditius §. *Plebiscitum dub.* 35. *num.* 1. *Institut. de Jur. nat. gent. & civil.* Acevedo *Tom. 4. consil. Hispan. Tit. 3. Leg. 1. num. 9.* Thoming. *consil.* 13. *num.* 43 *lib.* 1. in quo Albertum Brandeburgicum Teuthonici ord. Magistrum, ob id quod omni auxilii spe destitutus, in Poloni Clientelam se tradiderit, à pœna banni excusare nititur, Joan. de Imola *consil.* 34. *num.* 3. Petr. Bell. *in tract. de re milit. in* 8. *part. Tit. Unic. num.* 41. *ad finem*, ideo necessitas quandoque, protectionis alienæ subsidia extorquet. Ideo in posteriori Recessu Comitior. Anno 1555 Augustæ habitor. *fol.* 5. *vers.* Es soll auch kein Standt/ etc. ubi pene eadem verba repetuntur, clare subjicitur. Und soll hiemit denjenigen / so hievorn von alters Schutz und Schirmherrn anzunehmen gehabt/ hierdurch nichts benommen/ und dieselbigen nicht gemeynt seyn/ etc. [106] [107] [108]

Ex quibus verbis aperte Jura Protectionis ratificantur, approbantur, atque in dispositione Juris communis relinquuntur, *arg. l. commodissimis. ff. de lib. & posthum.* At Jure communi licitas, utiles ac necessarias esse Advocatias ex prædeductis decidendi rationibus ad oculum patet, & alibi etiam passim in hoc opere à nobis probatum fuit.

[109] Frustra insuper in Patrocinium contrariæ sententiæ accersitur delineata quarto loco, ut videbatur, protectionis † maxime Ecclesiasticæ ex Cabilonensi Concilio generalis atque ordinis totius Cistertiensis specialis protectionis colorata prohibitio. *Resp. ad IV. dubitandi rationem à generali Advocatiæ prohibitione.*

Quod enim in prædicta † Synodo decretum reperitur, ne Abbates ac monachi Patrocinio sæculari utentur, id non de Advocatia Ecclesiastica, sed judiciali potius Ecclesiasticorum ad principes sæculares refugio, exaudiendum est. Quemadmodum id aperte colligitur ex verbis subsequentibus, nec ad principis præsentiam sine Episcopi sui permissu, ambulare audeant, id quod etiam clarius verba *ejusdem capitis sub n. 11.* posita, quæ ita habent, ostendunt. [110]

Pervenit, inquit textus, ad sanctam Synodum, quod Judices publici contra veteranam consuetudinem, per omnes Parochias vel monasteria, quas Moses Episcopus circuire consuevit, ipsi illicita præsumptione videantur discurrere: Etiam & clericos vel Abbates, ut coram eis compareant, invitos atque districtos ante se faciant exhiberi, Quod omni modo religioni non convenit nec Canonum permittit authoritas. Unde omnes unanimiter censuimus, sententiantes, ut deinceps ista debeant emendare. Etsi præsumptione, vel potestate, qua pollent, excepta, invitatione Abbatis, aut Archipresbyteri, in ipsa Monasteria, vel parochias aliquid fortasse præsumpserint, à communione omnium sacerdotum eos convenit sequestrari.

Imo porro tantum abest, Advocatias Ecclesiarum aliqua Conciliorum lege interdictas fuisse, ut è contra in Concilio Milevitano & Carthaginensi, (quæ quo tempore habita fuerint, *cap.* 5. *circa num.* 141. dictum est,) expresse statutum ac decretum fuerit, ut propter afflictionem pauperum, defensores adversus potentias divitum ab Imperatoribus postulari debeant, qui & postea ab iisdem, *ut d. c.* 5. fusius explicatur, statim à Constantini Magni temporibus, per Imperatores dati fuerunt.

Quod vero eodem loco de Victore III. Papa, & Gregorio X. summo Pontifice objectum est, quod hic in Comitiis Gailenhusensibus, Advocatias in prædiis seu hominibus Ecclesiarum, usurpare aliquem, iniquum esse, conquestus fuerit, dicta illius non de vero Advocatiarum usu, sed de abusu qui passim irrepserat, intelligenda sunt. Gregorius vero, sicut *in cap.* 6. fusius explicamus, non de simplici Advocatiæ Jure, sed de rerum immobilium & Jurium Ecclesiæ, sub prætextu Advocatiæ, facta alienatione & mala usurpatione loquitur, uti post gloss. Archid. Gemin. Anchor. & Franc. *in d. cap.* 2. testatur Georg. Everh. *vol.* 1. *consil.* 56. *num.* 4. 6. & 7. Quare dicendum simplex Advocatiæ Jus, quod citra rerum Ecclesiæ alienationem vel in iam usurpationem recte constituitur, neque à Victore III. nec Gregorio X. prohibitum, aut improbatum esse.

Quod vero ad specialem ordinis Cistertiensis ab omni Protectorum genere exemptionem attinet, tantum abest, ut per illam ulla Advocatiæ prohibitio inferri possit, ut eandem apud alios communi in usu maxime fuisse, manifeste probetur.

Communi namque calculo receptum est, Jus singulare in uno, † quo aliquis eximitur, denotare Jus commune esse contrarium, in aliis non exemptis *l.* 1. *ff. ad munic. l. quod vero.* 14. & 2. *& seqq. ff. de Legib.* Joan. Harprecht. §. *patitur* 2. *num.* 23. *Instit. de Injur.* Quo pertinet communis illa Theorica, quæ dicitur, † exceptionem confirmare regulam in omnibus aliis casibus non exceptis, Catheran. *decis.* 50. *num.* 10. & *seqq.* Marc. Anton. de Amat. *decis.* 86. *n.* 13. Vinc. Carot. *decis.* 19. *n.* 77. Alu. Valasc. *decis.* 136. *num.* 8. [111] [112]

Cum enim circa & post Caroli M. tempora Ecclesiis & Monasteriis omnibus & singulis per Impp. tanquam supremos legitimosque Ecclesiarum Advocatos, Oeconomi ac defensores (quorum Imp. Leo *in l. prof. 6. C. de his qui ad Eccles. confug. in §§. nempe* 2. 4. 5. & 6. sæpius repetitam facit mentionem) dari soliti fuissent eosdem Episcopi &

pi & Prælati aliorum Ordinum etiam inviti recipere coacti † fuerunt, adeo ut illis † sine Patronorum atque œconomorum assignatorum consilio & assensu, (quod *in cap. XI. de officio Advocat.* plenius tetigi) in bonis vel rebus temporalibus aliquid decernere & agere (ni juxta sanctionem *c. in quibusdam. distinct.* 89. divinis vellent subjacere regulis) non licuerit; Unde non abs re, post Innocent. & Joan. Andr. Abbas Panorm. *in c. quoniam. de Jure Patronat. n.* 9. cumque secutus Wesenbec. *1. consil.* 48. *num.* 3. Jus Patronatus seu Protectionis servitutem † quandam Ecclesiæ fuisse, scripserunt. Hinc Joh. Stumpf. *Chron. Helvet. lib.* 5. *cap.* 5. *in fine.* commemorat, quod cum Wernherus Abbas S. Galli pignoris Jure Advocatiam Monasterio acquisivisset, † expresse provisum fuerit, daß er Abt nicht ohn ein Kasten-Vogtey seyn solle. Ex quo elucescit Advocatias Ecclesiarum veteres, non tam ratione commissæ & usurpatæ ab ipsis in gubernandis Monasteriorum rebus temporalibus, potestatis, quam Advocatos habendi, ad conservandam libertatem Monasteriis impositæ necessitatis, institutas fuisse, intuituque præstationum annuarum Advocatis factarum servitutem quandam splendidam & amabilem aureasque compedes dici potuisse, ita eleganter colligente Davide Hopingk *in novissima dissertatione Histor. Jurid. de Protectionis Jure, conclus.* 15. *in notis post lit. F.*

113 Non attento igitur quod † religiosi Cistercienses, in prima, ut dicitur, fundatione id privilegium acceperint, ut inviti ejus ordinis Abbates ac Monachi nullos cogerentur suscipere Advocatos, iidem tamen cum aliorum ordinum familias ac monasteria ab injuria potentiorum tuta esse animadverterent, non modo universi sed & singula Monasteria in Clientelam Imperatorum aliorumque Principum sese dediderunt, vel sponte ab iisdem in protectionem specialem suscepta fuerunt.

Quod ipsum quidem exemplis singulatim pluribus hic ostendere possemus: Sed quia aliorum hujus ordinis Cœnobiorum constitutas Advocatias in hoc ipso passim tractatu inservimus, sufficiet hoc loco ostendere magnificum illud, quod in objectione positum fuit Cæsariense Monasterium, à prima † statim fundatione sua, non obstante ejusdem Fundatoris de nullo alio, nisi Virginis Filio, assumendo Advocato, facta prohibitione, Imperialem cum ordinariam, tum extraordinariam protectionem libenter agnovisse, hodieque agnoscere.

Id quod luculenter ostendit Auctor Keyserßheimischer *Confutation contra* Pfältzische *Deduction in respons.* auff die vier Pfältzische Hauptbehelff. §. damit nun diesen Pfältzischen/ rc. *sequentibus verbis*; und erscheint aus dem Stifftsbrieff selbst unverneinlich heiter und klar / daß der Stiffter Gemüth und Meynung keines wegs dahin gangen/ daß sie dem Römischen Keyser und dem Reich mit ihrer Stifftung/ ichtwas nachtheiligs haben verhandeln oder fürnehmen wollen. Dann ob sie wol in der Fundation lauter disponirt/ daß ihr Stifftung ausser der Jungfrauen Mariä Sohn/ keinen Patronen haben/ auch weder sie/ ihre Erben und Nachkommen/ noch einiger König/ Fürst oder Bischoff das wenigst darüber zu gebiethen oder zu verbiethen haben/ oder sich einiger Superioritet oder Juris patronatus anmassen solten/ so wird doch in solcher Prohibition weder des Römischen Käysers/ noch des Römischen Königs gedacht rc. & paulo post. Und ist dem Reich hierinnen nichts vergreiffliche/ oder præjudicirliches verhandelt/ noch auch das Kloster von den Stifftern wider einige Pflicht / von des Reichs Superioritet eigens Gewalts eximirt worden / sondern besagtes Kloster Keyserßheim / ist noch einen weg als den andern / unter des Reichs Universal-Schutz und Protection verblieben/ rc. & quæ sequuntur.

Constat igitur modo dictum Monasterium à primæva sua origine non solum sub Universali Imperii protectione extitisse, sed & subsecutis annis, à diversis Impp. in specialem tutelam receptum, ac subinde aliis etiam substitutis Advocatis defendendum, ab iisdem commissum fuisse, id quod diversa in prædictis Actis publicata diplomata clare ostendunt.

Ad immediatam enim tuitionem quod attinet, illud per Fridericum II. Imp. Anno 1217. in specialem Imperii † protectionem peculiari diplomate susceptum 115 primo fuit.

Postea vero idipsum Imperator † Rudolphus I. 116 Anno 1274. Ludovicus IV. Anno 1346. Carolus IV. Anno 1353. Wenceslaus Anno 1397. Rupertus Anno 1401. Sigismundus Anno 1418. Maximilianus I. Anno 1503. Carolus V. Anno 1520. & 1534. rursus, Ferdinandus Anno 1559. & Maximilianus II. Anno 1566. Monasterium Cæsariense, ut eorundem diplomata in præallegatis actis publicatis inter Pfaltz-Neuburg & Keyserßheim inserta edocent, in suam & Imperii protectionem adsciverunt, quæ Advocatia in præsentem etiam diem continuata durat. Interdum tamen summi Principes tanquam ordinarii ac legitimi protectores idem Cœnobium aliis etiam Imperii Principibus tuendum commiserunt.

Anno namque 1330. Imperator Ludovicus id Berchtoldo Comiti de Grayspach & Marstetten/ dicto de Neiffen defendendum commendavit. 117

Deinde vero Carolus IV. Imp. Subadvocatiam ejusdem monasterii Anno 1355. Civitatibus Ligæ Suevicæ, in primis autem Consulibus ac Civibus Augustanis, Ulmensibus, Eslingensibus, Hailprunnensibus & Nordlingensibus commisit. 118

Anno vero 1362. idem Carolus Imperator, Tutelam prædicti Monasterii Imperiali Civitati Nordlingensi soli delegavit. 119

Reperitur tamen quod idem Monasterium Cæsariense Anno 1349. in protectione Illustr. Dn. Stephani, & post illum Anno 1372. ejusdem & Friderici Fratris Comitum Palatinorum ac Bavariæ Ducum fuerit, quemadmodum narratur in der Pfältzischen Information-Schrifft. § wie denn auch Käyser Ludwigs Sohn. *f.* 4. & idipsum etiam protectionum diplomata edocent. 120

Circa annum autem Dominicæ incarnationis 1441. Cæsariensis Monasterii Advocatiam Fridericus & ejusdem postea filius Albertus Marchiones Brandenburgens. ex commissione Imperatoris Sigismundi tenuere. 121

Postea vero quam Comitatus Grayspacensis, in quo sæpedictum Monasterium Cæsariense situm est, per decretum Coloniense Anno nimirum 1510. DD. Othoni Heinrico & Philippo fratribus Comitibus Palatinis Rheni ac Bavariæ Ducibus adjudicatus fuit, iidem & paulo ante eorundem curator Fridericus, sub hoc prætextu, hæreditario Jure, una cum Comitatu Cæsariensis † Monasterii Advocatiam ad se rapere tentarunt, cum † quod in territorio, ut dictum est, Comitatus Grayspacensis, id constitutum esset, tum quod eorum majores, quandoque vel ab Imperio, vel Abbatibus ac Conventu ejusdem Advocati cooptati fuissent, tum maxime quod Comitatu eo mit aller Mannschafft/ Kloster-Vogteyen und andern Obrig- und Gerechtigkeiten investiti essent. Verum cum ejusmodi conatui Abbas † ac Conventus se graviter opposuissent, & coram Judicibus Ligæ Sueviæ judicialiter conventi, in possessorio absoluti fuissent, tandem eo res devenit, ut inter eosdem temporalis quædam, ad utriusque partis lubitum revocabilis protectio sub annua centum florenorum pensione, iisdem Ducibus, pro defensionis obligatione exsolvenda, pacta fuerit. 122 123 124 125

Hactenus de diversis Monasterii Cæsariensis Protectoribus.

116 Quamvis autem † magnæ industriæ ac lectionis Cæsareus quondam Historicus Wolffg. Lazius *de Migratione Gentium lib. 8. in Genealogia Marescalcorum de Pappenhaim*, eosdem Marescalcos à Callatyn, & Pappenhaim, (quorum Etymon & præconia doctissimus Dn. Matth. Klock nova & veteri familiaritate & studii communione mihi conjunctissimus *in Epist. Dedicatoria Commentario in l. transigere. ab eod. pridem vulgato præfixa*, & Dn. Joachimo Pappenheimii & Grænbaci Domino inscripta, scite depingit) circa Annum Domini 1291. præmemorati cœnobii Cæsariensis generales & antiquiores Advocatos extitisse, autumet, idipsum ex antiquo probare intendens diplomate, quod ita habet.

Litera Hiltebrandi de Pappenhaim, quibus reditui quatuor Metretarum Avenæ, Jure Vogthiæ in Reckardsried / sibi competenti, renunciat.

Ego Hiltebrandus de Pappenheim, Imperialis Aulæ Marescalcus notum fieri cupio, præsentium inspectoribus universis, quod cum in bonis Curiæ Fratrum de Cæsarea Cisterciensis ordinis dicta vulgo in Reckardsried / quatuor metretæ avenæ jure Advocatiæ mihi competentes, meisque progenitoribus ab antiquo, sano ductus consilio in animæ meæ remedium tenore præsentium renuncio: & quæ sequuntur in literis datis de Anno 1291.

Ego tamen ejusdem Lazii assertionem à vero alienam, & eundem æquivocatione vocabuli Advocatiæ, quod superiore ætate, interdum etiam pro Vogthia seu Jurisdictione, quemadmodum *subsequenti Capite aliquot adductis auctoritatibus*, planum fecimus, sæpissime ac communiter usurpatum legimus, in errorem inductum fuisse existimo.

Ego enim quatuor illas Metretas avenæ Jure Advocatiæ competentes, intelligo, ratione Jurisdictionis seu Vogthiæ, quam Hiltebrandus ille de Pappenhaim in bonis Curiæ Fratrum Cæsariensium habuit, fuisse debitas, & sic, verba illa, non pro Jure defensionis, quod bonis illis inesse non potuit, sed pro Jurisdictione accipienda esse arbitror.

Ex quibus omnibus evidens est, non obstante Fundatoris sæpe dicti monasterii Cæsariensis sanctione, (id quod pariter de Epternacensi, Salemitano, quod hodie Sereniss. Domum Austriacam in Sub Advocatum habet, & Fabariensi, quod sub protectione Helvetiorum existit, cœnobiis sentiendum ac dicendum est,) Advocatos nihilominus pro usu & necessitate eorundem Monasteriorum assumptos fuisse.

Sed ut ad resolutionem aliarum dubitandi rationum supra adductarum, à quibus, occasione prædicti Monasterii Cæsariensis longius digressi sumus, revertamur:

Responsio ad V. dubitandi rationem à difficultate defensionis certam.

Scrupulum quinto loco motum, quo objectum fuit, alienorum hominum ac rerum tuitionem esse difficilimam, & cum periculo conjunctam, facile amovebimus, si meminerimus conventionum naturam non ab eventu † rariori, minimeque sperato, sed ex intentione & fine contrahentium esse dijudicandam. *l. ea quæ raro. ff. de reg. jur.*

127 Quemadmodum enim ex iis, quæ ἐν ἀπαράλογῳ & forte uno aliquo casu accidere possunt, jus non constituitur, sed ad ea potius aptari debet, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, frequenter & facile eveniunt, ita etiam in contrahendo Advocatiæ fœdere, eorum quæ raro accidunt, ratio habenda non est, juxta Græcorum sententiam, prædictam regulam sequentem in sensum exponentium, τὰ σπανίως συμβαίνοντα ἐν ἐνεχυρῶ ἐν τοῖς νομοθετικοῖς συναλλάγμασι καθ' ἀλληλεύματα, adde text. *in l. 3. 4. 5. & 6. ff. de Legib.* Ecquid enim, (ut totam argumenti hujus vim breviter eludamus,) tales, aut similes objectiones obstant? Deo soli & protectioni divinæ omnia tribuenda non nemo affirmat? ergo media tollit, cum aliis protectionum fœdera inita timet? non timet, quod solus est, dissensionem ex clientelis probat oriri exemplis? facilius extra Advocatiæ conventionem diffidium erit, infaustum prælium timet? vinci solum pejus erat, Pacem laudat? non immerito, nihil tamen, aut est faciendum injuste, aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus. Polyb. *lib. 4.* Quin ex mente Ciceronis *lib. 1. Officior.* nec pax fœderibus Clientelaribus obstat, imo iis conservatur, & bellum impeditur.

Quod vero ibidem adjectum fuit, periculum esse nedum Protector, educta hominum suorum copia, clientes suos oppressos juvare conatur, alii interea hostes, illius ditiones invadant, illud similiter è numero raro contingentium esse censetur, & juxta prædicta, à clientelæ susceptione neminem remorari debet, cum præsertim futurus Protector, id discrimen evitare facile possit, si interea, dum clientibus opitulatur, alia in terris suis præsidia collocet ac relinquat: ut taceam, interim, quod is, tali casu, ceu pluribus *in cap. 11.* ostensum est, ab omissa clientum defensione excusatus habeatur.

Responsio ad VI. dubitandi rationem ex difficultate belli gerendi motam.

Porro nihil etiam, quod sexto loco objectum fuit, movere debet Protectorem futurum, quod sese per clientelæ susceptæ conventionem ad bellum eveniente defensionis necessitate contra oppressores Clientum suscipiendum, obligare teneatur. Cum enim ejusmodi certaminum casus incerti sint & rariores, tanto minus eorum eventum Protector reformidare debet, per prædicta.

Deinde vero etiamsi sæpius pro Clientibus pugnandum esset, quia tamen † Patroni, sicut *infra in cap. 11.* abundanter à nobis probatum fuit, non nisi ad justum ac defensivum bellum pro iis gerendum obstringuntur, causa nulla est, cur id extimescant. Sicut enim † fortitudinis vis & perfectio magis posita est, in sufferendo, quam suscipiendo, ita virtus & perfectio belli magis sita est, in defendendo quam inferendo: atque adeo omnis † pugna perfectior est, ratione defensionis quam offensionis, quia defendere magis est juris naturæ & politici officii, quam offendere. Keckerman. *Systém. Polit. lib. 1. c. 29.* 128 129 130

Ad depellendas igitur injurias tam subditis quam Clientibus illatas, si aliter illæ averti nequeant, necessitatibus humanis exigentibus ad tuendam libertatem necessario arma sumenda: Sicut enim modestiæ est conquiescere, si absit injuria, ita † stultitia & improbitas censetur, illatas non ulcisci injurias, Plato 5. *de Repub.* Aristot. *Polit. 7. cap. 8. & in Rhetoricis ad Alexand.* Thucyd. *lib. 1.* Livius *lib. 2. decad. 3.* Unde ut alias nihil turpius est, quam sine certamine, Jure suo cessisse, ita nec præclarius quicquam, quam pro dignitate & libertate, omnem experiri fortunam. Livius *lib. 42. c. 50.* 131

Et habet † etiam bellum sua commoda: Cogit etiam homines esse justos ac temperantes Arist. *Polit. 7. cap. 9.* Continet alios in officio, quia nemo audet provocare eum, aut injuria afficere, quem intelligit promptum & expeditum esse ad defendendum. Livius *Decad. 3. lib. 5.* 132

Quod non attendunt, qui multa, ne bellare necesse sit, voluntarie remittunt, ad quæ bello & armis cogi non possunt, Idem Livius *lib. 25. cap. 45.* Effœminata enim hæc pectora, colo quam sceptro digniora, serenum tranquillumque beatæ pacis statum in militaris

ris disciplinæ sinu & tutela quiescere. Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 1. Et bella, ut sine injuria in pace vivatur, suscipienda. Cic. 1. *Offic.* monet, pacemque servientibus, quam bellum liberis graviorem esse, Livius *lib.* 10. *c.* 13. docet. Et fugiendum quidem bellum esse, non tamen ita fugiendum, ut omnia ne in id incidamus perpeti & sustinere velimus, Polyb. *histor. lib.* 4. docet. Mascula magis virtus † in Samnitibus emicuit, quos adeo ne infeliciter quidem contra Romanos defensæ libertatis tædebat, ut vinci, quam non tentare victoriam maluerint. Livius *lib.* 10. *c.* 32. Et recte, quid enim vel æqualitatem in Republ. vel fiduciam libertatis jucundissimum nomen laudatemus, nihil paci si esset anteponendum? Justa & honesta si pax sit, res quidem omnium pulcherrima. Ut tamen ea frui valeamus, interdum nullo alio nisi belli interventu obtinere possumus. Et certe ut maxime à bellis, aliis inferendis, abstinere conemur, occasiones tamen eorum vitare, & pace perpetua frui, non semper possumus, cum præ manibus sunt, qui nos lædere conantur, ut inde bella defensiva suscipiendi necessitas oriatur. Nicol. Machiavel. *disput. de Rep. lib.* 1. *cap.* 19. *p.* 300. D. Hopingk. *d. different. th.* 5. *lit. B.*

Quod si vero metu justi defensivi belli gerendi clientelarum usum evitandum quis asserat, is quoque omnium confœderationum societates è medio tollendas esse, fateri cogetur. Imo vero conductionem belli Ducum ac Capitaneorum, qui tempore pacis, certo annuo honorario, eum in finem constituuntur, ut ingruente bello conducentibus auxiliis suis præsto sint, bestellte Kriegs-Obriste und Hauptleut/ prorsus abrogabit, eamque, licet ubivis fere usitatissima sit, irritam faciet. Sic etiam milites præsidiarios qui passim in Regnorum finibus ad locum aliquem tuendum vel servandum collocantur, die in Besatzungen liegen / è medio removebit. Sed quantam absurditatem ista secum trahunt, tantam hujus objectionis inerme telum, infirmitudinem habere, facile apparet.

Responsio ad ultimam dubitandi rationem.

Ultima denique dubitandi ratio, plus coloris, quam difficultatis habet. Quod enim dictum est, clientes aliorum vim, aut læsionem timentes, ad remedia Judicialia, & ordinariorum Magistratuum, quibus Turbatores, vel offensores subjecti sunt, subsidia confugere posse, id nullo modo Advocatiarum susceptionem impedire, aut remorari debet, cum enim vim † majorem inferentes, plerumque potentiores sint, & judicialiter conveniri haud possint, vel etiam conventi, seu accusati, tam cito non pareant, clientes, Advocatorum suorum præsidio, etiam extrajudiciali auxilio, vim vi licite propellere possunt. *arg. l. sed etsi* 5. *in princ. ff. ad L. Aquil. l.* 1. §. *vim vi ff. de vi, & vi armat. cap. significasti. de homicid.* ubi Pontifex Innocent. III. ait, omnes leges, & omnia Jura permittere, vim vi repellere. 133

134 Imo lex ipsa, in casu necessariæ † defensionis contra injustas offensiones singulis arma in manus porrigit. Cicer. pro Milon. Florentinus *in l.* 3. *de L. & l. ubi omnes Dd. & per tot. mater. defensionis:* eleganter Oldend. *post d. l.* 3. *in quæst. de bello publ. & priv.* Tilem. *p.* 2. *disp.* 1. *th.* 14. *&* 18.

135 Unde recte statuunt Legislatores, † deficiente Jure & judicio, quod necessarium factu est, supplere ensem, indeque propriam ultionem licitam esse, Bart. *in l. hostes. n.* 9. *ff. de capt. & postl. rev.* Bald. *ad rubr. de treug. & pac. n.* 8. Nevizan. *in syl. nupt. lib.* 4. Alex. *cons.* 139. *n.* 2. *vol.* 1. diserte docuerunt.

136 Necessitas quippe justum † & probabile facit, quod alias licitum non esset. *l. quis posuerint.* 27. *ff. de manum. test. l. si alias.* 7. §. *bellissime. ff. quod vi, aut clam.*

Progressio ad II. quæst.

Et hactenus quidem primum institutæ disceptationis membrum: An nimirum ex Juris communis, legum vel Constitutionum permissu, liceat, vel è re Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, Civitatum, vel quorumcunque procerum sit, alienorum hominum patrocinia suscipere, atque ad defendendos alios sese obligare? suis numeris absolutum est. 137 Restat modo ut alterius etiam capitis, quod clientes respicit, tractationem persequamur, in qua videndum atque enucleandum est: *An † & clientibus conducat atque consultum sit, sese aliorum potentiorum protectioni submittere?*

Verum clientibus consultum sit, ac conducat aliorum potentiorum protectioni se submittere.

Cujus disquisitionis argumentum tanto minus cuiquam ingratum fore arbitror, quanto plures se offerunt species & exempla, quæ † prima fronte suadere videntur, nullo modo Protectores seu Advocatos 138 tutelares, à clientibus expetendos atque assumendos esse.

Præsentantis Negativa. Ratio dubitandi I. à cessante Iuris obligatione.

139 Primum enim jus commune neminem cogit alienis hominibus res suas tuendas committere, aut alieno subsidio inniti, imo † paucis exceptis casibus, quibus tutores, curatores seu administratores certis personis ac rebus adjungi solent, reliquis non solum libera tuendarum rerum suarum potestas permittitur *l. fin. C. de pact. l.* 25. §. 1. *ff. solut. matrim. l. tutor.* 8. *ff. de in lit. jurand.* sed & gravis injuria incurritur ab eo, qui alienarum rerum custodiæ se implicat, neque leviter suspectus est, qui operam suam ingerit invito, *l. qua omnia* 25. *ff. de procurat.*

140 Et quamvis † priscis temporibus, Episcopatibus atque Abbatiis Advocati ac Patroni constituti fuerint attestante Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 4. *n.* 326. & Christ. Lehman. *histor. Spirens. lib.* 2. *c.* 18. ubi refert, daß zu Königs Carolomanni Zeiten / Anno nempe 742. den Graffen insonderheit in ihren Bestallungen eingebunden/ daß sie ihnen der Kirchen in Städten und gantzen Gaw/ Schutz und Schirm sollen anbefehlen seyn lassen/ *capit. lib.* 5. *cap.* 5. Baron. *Annal. Eccles. ad Annum* 742. *sub n.* 24. *Decrevimus*, inquit Canon Carolinus « *ut secundum Canones unusquisque Episcopus in sua parochia solicitudinem gerat, adjuvante Gravione, qui Defensor Ecclesiæ ejus est, ut populus Dei paganias non faciat.* » Non tamen quenquam ad illos auxilii implorandi causa confugere coactum fuisse, uspiam legimus, aut reperimus.

Ratio dubitandi II. à libertate arbitrii.

141 Deinde etiam ex sacris literis edocemur, hominem † ratione atque arbitrii libertate à Deo instructum, in manu consilii sui, non alieni, relictum fuisse. *Ecclesiast.* 15. Unde absurdum videri potest, eum qui à Deo conditus fuit ad ejus imaginem, & similitudinem, ut aliis animantibus præesset, sibi ipsi in rebus suis non sufficere, sed ad alienam opem confugere debere.

142 Unde † qui homines aliorum sese tutelæ ac protectioni subjiciendos suadent, ii nihil aliud facere videntur, quam compedes iis injicere, eosque libertate, res suas administrandi ac defendendi spoliare, & è diverso aliis facultatem præbere, in eosdem involandi, atque in clientelam susceptos vexandi, quasi ipsimet rebus suis haud superesse possint, quæ omnia potius vitanda, quam cuiquam persuadenda esse, ratio ipsa monere videtur.

Ratio dubitandi III. à confugio ad divina præsidia.

143 Cui rationi, alia pinguior ex sacris libris deprompta, majus robur addere videtur. Ne enim homines cujuscunque conditionis, humana quærere † debeant patrocinia & auxilia, sed potius in quibusvis impressionum casibus & emergentibus necessitatibus ad divina præsidia confugere, & consequenter, nullius Patroni clientelæ sese submittere debeant, non solum sacræ paginæ monitis, sed & Paganorum exemplis

plis commonentur, atque impelluntur. *Maledictus enim vir ille, qui fiduciam habet in homine, & statuit carnem brachium suum, à* JEHOVA *autem* RECEDIT *animus ejus*, per Jeremiam, 17. v. 5. vocatur. Et Esaias 31. v. 1. & 3. imprecatur, *Væ descendentibus in Ægyptum ad auxilium, & qui innituntur equis; qui confidunt curribus, cum multi sint, & Equitibus, cum sint numerosi valde, neque respiciunt ad S. Israelis &* JEHOVAM *non requirunt. Ægyptius enim homo est, non Deus fortis, & Equi eorum caro, non autem spiritus. Quare extendente manum suam* JEHOVA, *corruet Adjutor & cadet adjutus, pariterque hi omnes deficient, Regumque vinculum dissolvetur.* Job. 12. v. 18. *Ut enim Aquila:* inquit Moyses *in Cantico Deut.* 32. *vers.* 11. *& seq. excitat nidum suum, pullis suis incubat, pandit alas suas, & assumit eum; portat eum super alas suas: sic* JEHOVA SOLUS *duxit populum, nec fuit cum eo Deus fortis Alienigena.*

Unde omnis qui de Christi ECCLESIA est, populus sub TRINUNIUS DEI, DEI FORTIS, IUSTI, SERVATORIS, præter quem nullus, & nusquam præterea est DEUS, tutelares se recipit alas, David Hopingk *differt. de Iure Advoc.* §. 1. *lit. B. In* JEHOVA *est,* ait Psaltes 91. *Receptus meus & propugnaculum meum. Deus meus est, cui confido. Quandoquidem ipse me erepturus est à laqueo aucupantis, à peste ærumnosissima, Ala sua protecturus me, cum sub alas ipsius me recepero: Clypeus & parma est fides ipsius.* Et Ps. 118. *v.* 6. *& seq.* JEHOVA *enim adest, imo despicit osores, nec timet, quid sibi faciat homo.* Et metum omnem si quis esse, ut certe potest, *cap.* 43. & 45. excutit Esaias Propheta, dum sanctum in persona Jacob & Israel Dei verbis ita affatur populum. *Sic ait* JEHOVA *creator tuus, ô Iacob, & formator tuus, ô Israel,* NE TIMETO. *Nam vindicavi te, vocavi te nomine tuo, meus es. Quum transis per aquas tibi adsum, & per flumina, ne inundent te. Quum ambulas per ignem, non ureris, & flamma non incendet te. Nam* EGO JEHOVA, *Deus tuus sanctus Israelis, Servator tuus sum* NE TIMETO, *Nam tibi adsum, Ego Ego sum* JEHOVA, *& nullus est prater me, Servator. Ego* JEHOVA *sum, sanctus vester Creator Israelis, Rex vester, An non Ego* JEHOVA, *nullusque amplius Deus, prater me,* DEUS *fortis, Justus, Servator? Nullus prater quam ego,* & si quæ sunt similia, quorum Biblia plena sunt.

Nec desunt in hanc rem Ethnicorum exempla: Numa siquidem Pompilius † Rex quondam Romanorum, ad patrocinia Deorum Tutelarium, primus omnium confugere solitus est, cum enim hostium incursus aliquando ei nuntiaretur, At ego inquit, sacrifico. Plutarch. *in vita Num. Pompil.* Sic etiam Samnites, † ad extremas adducti angustias, ad Religionem demum, ceu remedium extremum se receperunt Machiavel. *disput. de Republ. lib.* 1. *c.* 15. *princ.*

Ex quibus tum dictis Biblicis, tum exemplis allatis omnino commoneri videntur in periculis positi homines, ut posthabito humano adjumento, ad Dei Opt. Max. opem potius & præsidium implorandum sese recipiant.

Ratio dubitandi IV. à periculorum consideratione.

Quarto tametsi hactenus inductæ dubitandi rationes in considerationem non trahantur, summa tamen pericula, quæ Advocatiam, ut plurimum insequuntur, eandem tanquam dubio lubricam eventu clientibusque sæpiuscule nocivam ac infelicem, prorsus evitandam, omnino suadere videntur. Quis enim in hoc turbulento rerum statu, adeo infans est, qui 144 nesciat, sæpius clientes † occasione susceptæ alienæ protectionis, libertatem amisisse, ex liberis clientes, ex clientibus servos, effectos fuisse, & non ipsis duntaxat, sed † multoties etiam ordinario ipsorum magistratui, omnem superioritatem, per ejusmodi extraordinarios & potentiores protectores à subditis assumtos, paulatim debilitatam, tandemque penitus ereptam fuisse; atque † ita sæpenumero jus defensionis in po- 145 tentiores translatum coactæ subjectionis occasionem extitisse, & amissæ Jurisdictionis causam fuisse, id quod præter experientiam optimam periculorum ejuscemodi magistram, nuncupatim testatur Petr. Frider. Mindan. *de mandat. Camer. lib.* 2. *c.* 14. eumque referens Thom. Maullius *tract. de homag. tit.* 11. *post nu.* 6. Waremund. ab Erenberg. *meditat. pro fœder. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 13. ubi dicit, nisi † clientes in suscipiendis protectoribus caute cir- 146 cumspiciant, facile evenire posse, ut libertatem amittant, atque ita ex constituta protectionis tutela, subjectionis potius periculum incurrant, quam defensionis beneficium consequantur. Quo faciunt notata Petr. Gregor. Tholosan. *lib.* 11. *de Repub. c.* 11. *n.* 6. ubi scribit primum post protectionem gradum, Invasionem esse inhiantis nempe Patroni, in bona clientum, & *n.* 9. ubi itidem præsensissima protectionis ineundæ pericula ostensurus, diserte scribit, tyrannorum † morem esse nutrire factiones, 147 & discordiæ semina, inter populum & principem spargere vel inter nobiles & plebem dissensiones ac inimicitias conciliare, atque ea occasione confugientium ad se subditorum, protectionem suscipere, ut ea mediante gradum † sibi faciant, ad principatum & tutando infirmiores, do- 148 minatum in eos acquirant, quomodo Pisistratus † Atheniensem Rempubl. evertisse & Tyrannidem exercuisse dicitur, cum inopum causam adversus divites tuendam suscepisse se finxerat. Plutarch. *in Solone.* Quod qui meditantur, horum fraus in parvis sæpe præstruit fidem, ut cum operæ pretium est magna cum mercede fallant Liv. *lib.* 28. *c.* 42. Tunc autem maxime hoc accidere solet si non rata sit fides, ubi jam melior fortuna ruit. Senec. in Herc. Oeteo. vel ubi tale hominum est ingenium, ut cum fortuna mutent fidem Liv. *lib.* 8. *c.* 24. quibus cum perfidis sociis, major ac periculosior quam cum veris hostibus dimicatio est, *Idem lib.* 1. Ii enim qui cum corpore † videntur esse nobiscum, mente tamen & animo contra nos sunt, multo nequiores sunt hostes, illis qui foris sunt; cum per amicitiæ speciem, quæ sunt inimica, gerant. *can.* 1. *dist.* 93. tales sunt, qui amicitiam præferunt verbis & fronte, reipsa vero, & animo, manifestis hostibus tanto sunt nocentiores, quanto occulta odia valentiora sunt professis, R. P. Adam Cuntzen, S. I. Doctor Theologus & SS. literarum in Archiep. Academia Mogunt. Professor Polit. 1. *cap.* 1. §. 7. Hanc autem Versipellem hominum naturam, non facile attendunt subituri in alterius clientelam, sed falsa sæpe boni spe decipiuntur, suum ipsius appetentes interitum, & bene monentibus confidere nolentes, fato quasi in suam trahuntur perniciem, atque ut Dantes *de Monarchia* loquitur suum clara voce expetunt interitum, salutem abhorrentes Machiav. *disput. de Republ. lib.* 1. *c.* 53. Dum igitur sperato patrocinio, tanquam magno beneficio inescantur, minus à periculo sibi cavent quam feræ bestiæ, quæ cibum ad fraudem suam positum, plerumque aspernantur atque refugiunt. Liv. *lib.* 41. *c.* 23. Natura enim homines † fere ita sunt affecti, ut eo magis confidant, seque totos tradant, quanto minus, ne opprimantur, metuunt. Tanto minus autem unumquemque vel Principem, vel Rempubl. metuunt, quanto majorem eorum humanitatem ac benevolentiam experiuntur. Incerta tamen hac spe sæpe decipi solent atque ad res speratas, animum intendentes ruinam ipsi suam moliuntur, Machiav. *loc. cit. lib.* 2. *c.* 27. Unde sæpiuscule in protectorum potestatem sic irruunt, eique involvuntur, ut nullum postea sperare possint effugium, quod quidam ostendere volentes, Testudinem † solari percussam radio ac supernatantem in summo aquæ, pingunt, Ipsa enim vehementioribus solis (præcipue in mari Indico, ubi & multæ & magnæ sunt, ac solis vis acrior est:) impedita radiis ita

ita exficcatur, ut in gurgitem deferri nequeat. Unde fit, ut vel facillime capiatur, vel cum mergi non possit, inedia extinguatur. Valer. Pier. *Hieroglyph. lib.* 25. *Rubr. de Testudine p.* 199. *col.* 2.

Quod considerans doctissimus Hippolytus à Collibus *in tract. de Princip. cap.* 34. non abs re adseverat, accipere in clientelam, modum esse propagandi imperii, quo Principes nonnulli uti consueverunt. Quo respiciens auctor gravissimus Dn. Tob. Paurmeister, non abs re memoriæ prodidit, Advocatiam 149 † singularem esse modum, quo Prælatorum potestas, præ aliis Statibus, plerumque diminui soleat, *tract. de jurisdict. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 18. unde colligendum Prælatis Monasteriorum periculosum esse, potentiorum defensiones quærere, cum sæpe contingat potentiores Patronos 150 † similes canibus evadere, qui dum ad gregis custodiam aluntur mansueti solent esse, adultiores facti ferocia moti famis intemperantia, aut prava crudelitate concitati in gregem sæviunt, & quandoque oves dilaniant.

Cujus exemplo, ad nocivam ac infelicem alicujus clientelam irrito conatu confugientem, significare volentes Ægyptii, passerem & Noctuam apposite satis figurare soliti sunt. Siquidem passer aliave quæpiam avicula, infestas aucupis artes declinare volens, ad Noctuam, cujus patrocinio periculum evitare posse sperat, confugit, sed enim ibidem intercipitur, ubi perfugium sibi adesse male existimavit. Pier. Valer. *Hieroglyph. lib.* 20. *p.* 144.

Bodini judicium de Advocatiis.

Hinc magnus ille Politicus, quem in hac disciplina primum omnium cornicum oculos confodisse dictitant, licet alias Germanicæ laudis perquam parcus, Joan. Bodin. *de Republ. lib.* 5. *c.* 6. ancipitem Advocatiæ conditionem oculis subjiciens ad propositum accommodatissime adseverat, *clientelare* 151 † *fœdus omnium periculosissimum esse, nisi bene accurateq; clientum libertati caveatur:* & paulo post. *Periculosum esse,* inquit, *alterius principis clientelam suscipere, periculosius etiam sine justissima causa subire: eamque* 152 † *præcipuam esse bellorum fere omnium materiam, ex qua Civitatum & imperiorum conversiones ac sæpissime eversiones sequuntur,* eo quod occasione clientelarum subditi à suorum dominorum fide ac obedientia, ut alienis imperiis pareant, distrahantur, qui etiamsi nullius imperio teneantur; se ipsos tamen, suaque omnia potentiorum arbitrio subjungere videntur, & eosdem quos illi hostes, nacti sunt, jam pro Dominis agnoscere coguntur.

Hinc prudenter vir doctissimus Amicus noster singularis Dn. Fridericus Prenniger Imperialis Civitatis Rotenburg. Tuberanæ Advocatus *ad c. veniens. extra de Testibus. sub n.* 7. scribit, conventiones de 153 † Protegendo hodie tantum fieri, vexationem redimendarum causa, quas eo modo tollere, ipsa necessitas cogit *arg. can. Christianis* 11. *q.* 1. Quo pertinent apposite dicta per Electorem Coloniensem *ab Auctore des wolmeinenden Discurs, warum die Catholischen fol.* 187. *allegatum*, daß nemlich frembder Monarchen und mächtiger Stände Hülffleistung, gefehrlich / und nur zu Untertruckung und Bezwingung deren / die solche vermeinte Hilff überkommen / gemeynet sey.

Dominici Arumæi, Victoris, & Ziegleri.

Sed ultra adductos Auctores, jus protectionis, respectu iniquorum Patronorum, summo cum periculo conjunctum esse, testatum insuper faciunt Arumæus, *discurs.* 28. *conclus.* 63. & 66. ubi addit rationem, quod nimirum Patronus 154 † hoc modo quasi in possessionem Civitatis clientelaris ponatur, quam postea ab eo extorquere difficile sit, ideoque non leve domino præjudicium inferatur, Zacharias Victor, *de causis exempt. conclus.* 20. ubi subjicit ævi nostri calamitates suggerere, quod multoties eveniat, ut quos clientes 155 † opis causa evocant, postea eosdem ipsimet metuant. Id quod cum Alenzonio nostra ætate, bene experti sunt Belgæ, teste Lipsio, *lib.* 1. *Epist. miscel.* Meteran. *hist. Belg. de Anno* 1583. Casp. Ziegler *ad primum Calend.* 5. *Landsassii conclus.* 1. *n.* 101. addens rationem, Quod videlicet ascitus Protector 156 † magis hoste noceat, & sanius sit pati Milvi prælia, quam absque bello mori.

Andr. Knichen. Arnoldi Engelbrecht.

Quorum authoritatibus manus porrigens maximi nominis IC. Dn. Andr. Knichen. *in Epop. hypotyp. Dauth. sect.* 5. *n.* 183. ubi de Advocatia disserens ait, protectorem 157 † quærere præter ordinarium & hæreditarium Dominum admodum esse periculosum. Cui nominatim adstipulatus, Arnold. Engelbrecht / *in disquisit. de jurisdict. imper. thes.* 66. *in scholiis lit. B.* expressim adseverat in confœderationibus protectionis causa ineundis periculosum esse præter ordinarium dominum alium quærere, præsertim potentiorem, spirare id semper 158 † aliquid contra superiorem, & modum quidem alium esse se sensim eximendi, rem tamen eandem, &c. Quod ipsum etiam inculcat Dn. Remigius Feschius *dissert. elegantissima de Fœderibus th.* 23. *lit. A.* dicens, fœdus clientelare omnium aliorum fœderum esse periculosissimum, cum rarum non sit, ut Patroni in dominos vel etiam in Tyrannos evadant.

Pauli Busii.

Hinc & præstantiss. IC. Paul. Busius *in tract. de Republ. lib.* 1. *c.* 12. Institutas 159 † à Romulo clientelas, ut tenuiores auctoritate patrum ab injuriis potentiorum tuti essent, utiles quidem Reipubl. fuisse existimat, ut autem singulares personæ 160 † integras provincias in tutelam suscipiant, qualem Cicero Siciliam habuit, eodem scribente *Epist. ad Att. lib.* 14. & hodie ut plurimum clientelæ sunt, minus tutum putat, idque eo, quod inde aucta privatorum potentia Reipubl. perniciosæ sint.

Si enim publicam 161 † tranquillitatem disturbat, quandoque nimia quorundam ex civibus opulentia, propter emergentem inde inter cives inæqualitatem, quæ tam in 162 † opibus & bonis quam dignitatibus ad commovendas seditiones est efficacissima, attestante Aristot. *lib.* 5. *Polit. cap.* 4. & 8. quanto magis optimatum ac principum potentia Reipubl. suspecta videri debet.

Pauli Matth. Wehneri.

Quibus evidenter adstipulatur Paul. Matth. Wehner *in Metamorphos. sua rerumpublicar. cap.* 18. ubi *in principio* statim *d. cap.* Advocatiæ incommoda hisce vulgaribus verbis depingit. Ob wol Schutz und Schirms-Gerechtigkeit kein Underthenigkeit mit sich bringt / noch die Schirm- und Schutz-Herrn der Schutzverwandten Obrigkeit seyn / sondern allein mit gewissen Bedingungen / außtrücklichen Verträgen einander wandt und zugethan / uber welche kein Theil den andern tringen oder beläftigen soll / und consequenter die Regimenten hierdurch nicht mutirt oder verwandelt werden sollen. So ist es doch ein gantz unbeständig und gefährlich 163 † Werck / und kan leichtlich auß unbedachtsamer Nachlässigkeit oder anderer Ursachen geschehen / daß auß dem Schutz ein Obrigkeit erzwungen wird / und stehet es gemeinlich übel / wann ein Regiment sich in eines andern Schutz ergeben muß / und ausser ihme für sich selbsten nicht genug / noch mechtig ist / seinen Feinden zu widerstehen / inmassen die tägliche Erfahrung / daß durch diese Schutz-Vereinigung mehrmahlen ein Regiment in eines andern Hand gerathen / allzusehr bezeuget. Hæc Wehnerus.

Henrici Rosenthali.

Item quoque asserere visus est, doctiss. Dn. Henric. Rosenthal, *tract. feudal. cap.* 4. *conclus.* 14. *in notis ad lit. B. circa finem* adseverans, olim quidem magni 164 † beneficii loco habitum fuisse in clientelam alicujus Domini recipi, hodiernis autem temporibus clientes 165 † maxi-

maximi commodi loco reponere debere, quod difficilibus & molestis Protectoribus careant. Idque ob secutum, qui in dies magis, magisque crevit, abusum.

Ea de causa non abs re præallegatus Dn. Mindan. 166 *d. lib.* 2. *c.* 14. tutius esse † existimat, exiguum aliquod, gustu licet insuaviore, pati detrimentum, quam sub plausibili protectionis titulo servitutem, annuo emere salario à potentioribus; quorum nocituram potentiam, ut in navigando procellam vitabit sapiens hoc primum cavens ne vitare videatur, D. Hepingk §. 46. *lit. B.*

Hine etiam Machiav. *disput. de Republ. lib.* 2. *c.* 20. autumat, cum res eo devenit, ut quis non nisi auxi-167 liarib† se defendere possit militibus, cum hoste quocunque tandem modo pacisci, & delatas pacis conditiones acceptare, quam hujusmodi quærere protectionis subsidia longe satius esse. Auxiliares enim copias, etsi semel profuerint, multoties tamen postea nocuisse, ex priscis & recentibus exemplis edocemur. Siquidem Princeps † ambitiosus, aut Respubl. avara, opprimendi aliquem commodiorem, quam si defensionis gratia sibi fiat supplex, habere nequeunt occasionem; Idque tum maxime si non tantum, ut se defendat, sed etiam ut aliis bellum inferat, auxilia imploret. Is enim eo contendit, quo pervenire nequit, & id appetit, quod acquisitum difficulter conservat cum ab eo cujus beneficio comparatum est, etiam auferri possit.

Unde prædictus Frid. Mindanus prudenter statuit 168 tutissimum cujusque Reipubl. patrocinium † esse recte agere, jus & justitiam administrare, cum vicinis, cujuscunque illi conditionis sint, pacem ac amicitiam colere, & si quæ contra jus, privilegia, vel immunitatem, attententur, placide ac citissime sedare ac componere æquissimis de Jure & æquitate permissis & constitutis mediis utendo, ad notat. Jacob. Wern. Kyllingeri, 169 *de Ganerb. Castror. discurs.* 3. *n.* 66. Ubi dicit nullam † Arcium & Burgorum defensionem, esse præstantiorem, quam pacem & mutuam inter cohabitantes concordiam quovis propugnaculo præferendam.

Ex quibus etiam fundamentis vir insignis Thomas Morus, *lib.* 2. *Utopiæ.* Utopianos † fœdera, quæ protectionis Juri valde sunt affinia, cum nulla gente inire testatur; Fœdera, inquit, quæ reliquæ gentes toties ineunt, frangunt ac renovant, ipsi nulla cum gente feriunt; quorsum enim fœdus inquiunt, quasi non homi-170 nem † homini satis natura conciliet, quam qui contemserit, hunc verba scilicet putes curaturum?

Allusio Æsopica ad pericula Advocatiæ.

Cæterum ad hanc periculorum plenam Protectionis aleam admodum venuste alludit Æsopæus ille Apologus, quo de pulchre Sigonius, *lib.* 18. *de regn. Ital.*

> *Accipitrem milvi pulsurum bella, columba*
> *Accipiunt regem, Rex magis hoste nocet,*
> *Incipiunt de Rege queri, quia sanius esset,*
> *Milvi bella pati, quam sine Marte mori.*

Quo etiam illa non inelegans fabulosa fictio refertur, cum rogante aviculas cuculo cur se fugerent, quia accipitrem te fore subveremur, responderent. Plut. *lib.* 171 6. *apoph.* Vera fictio est, clare edocens, quod † optimorum Principum animi dominationis licentia abripiantur in pejus, & eorundem finis ex laudabili initio facile in malum inclinet. Idem Plutarch. *in Syll. & Pyrrho.* Tacit. 15. *Annal.* Cic. 13. *ad Attic.* Lips. 2. *Politic. c.* 5. Grotius *de antiq. Reip. c.* 6.

Non enim unde cæperunt, ibi consistunt exempla, sed quemlibet in tenuem recepta tramitem, latissime evagandi sibi viam faciunt, & ubi à recto semel est deerratum in pejus pervenitur, nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum, Paterc. *hist. Rom. lib.* 2. Hinc moribunda, & ex alio pectore vox illa Pompeji.

> *Domum Tyranni quisquis introierit,*
> *Haud liber exit, liber etsi venerit.*

Quo & illud Varronis pertinet:

> *Qui potest plus, urget; ut pisces sæpe minutos*
> *Magnu' comest, ut aves enecat Accipiter.*

Ita enim hic rerum ambitus sese habet, nihil pene ut sit, quod non alterius damno vivat, nihil quod cuiquam prædæ non sit, ut venuste adverrit Scalig. *exerc.* 185. *dist.* 5. Et in hac mundi corruptione sic comparatum est, ut potentior imbecilliorem coerceat, Thucyd. *in orat. Athen. contr. Laced.* & natura ei dominetur. *Arist.* atque ut vulgatum & verum habet proverbium, Serpens ni serpentem voret, Draco non fit.

Videmus autem quotidie † Principes, & ceteros po- 172 tentiores, spe dominandi allectos ab invasione alienarum possessionum nullo rationis freno retineri, sed objecta formosa patrocinii specie imperio clientum magis magisque inhiare, eorum bona ad se rapere & plerumque ob innatam dominandi libidinem per fas & nefas clientes demum plane sibi subjicere. Unde non abs re Cæsar olim dixit Magnates † & Principes 173 aliis in rebus ut maxime pietatem colant, regnandi tamen gratia, sæpe jus violare. Quæ quidem, cæca & temeraria animi dominatrix † cupiditas, in plerisque 174 tam vehemens esse solet, ut inter personas Imperii æmulas non distinguat, adeoque nec proprio sanguini parcat, ut Manil. *lib.* 4. *Astron.*

> *Ecce patrem nati perimunt, natosque parentes.*

Cujus rei exemplum Henricus † ejus nominis Impera- 175 tor V. præbuit, qui genitorem suum impie persecutus solio imperiali deturbavit, Otto Frising. *lib.* 7. *hist. c.* 40. & Geldriæ † Dux Adolphus horribili & inaudita 176 quadam audacia, patrem suum de nocte, cum esset quieti se daturus acerrima hyeme cæpit & per quinque milliaria deductum, absque calceis, in deterrimum carcerem & obscurissimum, regnandi libidine detrusit. Philipp. Cominæus *lib.* 5. *comment. de Ludovico XI.* Sic etiam † Alphonsus II. Arragonius, Caroli VIII. 177 Gallorum Regis, armis territus Ferdinando filio Regnum tradidit, ipse in Siciliam fugit, recuperato per Ferdinandum Regno fama est cum cum filio serio admodum egisse, ut Neapolim ubi odium adversus se olim conceptum in benevolentiam propemodum conversum erat, reduceretur, Ferdinandum vero magis regnandi cupiditate, quam paterna pietate ductum argute nec sine aculeo respondisse: tandiu exspectaret dum ab se ita Regnum esset stabilitum, ut ne iterum ipsi esset fugiendum, Jovius *lib.* 3. *Histor.* Qua quidem regnandi cupiditate præsertim in liberis † Civitatibus, ut scribit Cicero nihil tetrius, nihil 178 fœdius excogitari potest. Prima † namque pestis est 179 Reipubl. fovere eos, qui dominari cupiunt, ut scribit Zasius, *de orig. jur. fol.* 130. *num.* 4. Ad quod † non impertinenter refertur illud Roberti Gaguini dicentis, *nihil apud dominandi † cupidos probitatis aut fidei* 180 *esse.* Et Natalis Comitis *lib.* 2. *Histor.* scibentis prosterni † & calcari omnia humanitatis & naturæ Jura, cupi- 181 ditate ac regnandi libidine.

Verum ut hæc ipsa per præcitatos auctores tacta pe- 182 ricula evidentius pateant, non gravabor quinto loco nonnulla ex infinitis, ubi † sub plausibili protectionis prætextu, aurea libertas pessum iit, testimonii loco, exempla afferre vetera & nova.

Ratio dubitandi V. ab exemplis amissæ per Protectionem suscepsionem libertatis.

Et quidem inter antiqua illud memorabile est, quod jam olim tempore Julii Cæsaris Anno ante Christum natum 72. cum Ariovisto contigit. Cum 183 enim † Hedui nunc Burgundiones, & Sequani, seu Arverni, vehementer inter se multis annis de poten-

I. Exemplum

tatu,

Sequanorum, Ariovistum contra Heduos Protectorem eligentium.

tatu contendissent, eaque de causa ad arma venissent; hi ad Germanorum auxilia confugientes eorundem Ducem Ariovistum magna mercede protectorem atque auxiliatorem assumplere. Qui & mox ipsius ingenti Germanorum multitudine succurrens hostes eorum Heduos ita devicit ac depressit, ut omnem nobilitatem ac equitatum amiserint: Ut autem victi tanto minus servitutis jugum excutere possent, coacti sunt Hedui Sequanis non solum obsides dare nobilissimos Civitatis, sed & jurejurando adstringere, sese neque obsides repetituros, nec auxilium à populo Romano imploraturos, neque etiam recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent. Interim 184 † tamen Ariovistus superbe ac crudeliter etiam Sequanis imperare cœpit, in eorumque finibus considens, illos licet clientes suos, durissime tractavit. Quin etiam obsides nobilissimorum quorumque poposcit, ac in illos, si quæpiam ad voluntatem ac nutum ipsius non agerent sæviendo, multis variisque modis eos divexavit, ac crudeli dominatu pressit. Tertiam insuper partem agri Sequani, qui fuit optimus totius Galliæ occupavit, & ex altera tertia parte eos decedere jussit, quod paucis ante mensibus, viginti quatuor Germanorum hominum millia ad eum venissent, quibus locus ac sedes 185 pararetur. Sicque idem † Sequanis, quod equo illi Æsopico accidit, qui fertur olim habuisse litem cum cervo quodam in eodem pascuo victum quærente, quem cum non posset propter naturæ suæ ferociam tolerare, nec propriis tamen viribus superare, atque ut maxime cupiebat, ex pascuo expellere, hominis forte transeuntis opem imploravit; præsto tibi, homo ille inquit, ero, cervumque pascuo ejiciam, ea tamen lege, ut patiaris tibi frænum imponi, eoque injecto conscendere tergum tuum me sinas, dum contra cervum in pugnam pervenero; Quod passus est primum equus, & eo modo superatus, expulsusque cervus; Verum cum victoria obtenta gratias agendo equus putaret, se liberum, is domitus ab homine auxiliatore, in perpetuam 186 servitutem abducitur. Sic Sequani † protectorem atque auxiliatorem invitarunt, quem postea dominum 187 ferre coacti sunt. Ariovistus † enim majori terræ eorum parte occupata eos imperio suo subdidit, iisque per annos quatuordecim potenter dominatus est, usque dum à Julio Cæsare devictus solum denuo vertere adactus fuerat, Jul. Cæsar *de bello Gall. lib. 1.*

Equi se vindicari à cervo postulantis apologus.

188. Eodem pertinet quod de † Athiensibus refert Joan. Bodin. *de Republ. lib. 8. cap. 6. Cum enim Persæ,* „inquit, *Græciam deseruissent, Græcorum Civitates, ex-* „*ceptis oppido paucis, societatem per legatos æquis fæderi-* „*bus coierunt, ut sua quaque Civitas libertate ac Imperii* „*majestate frueretur, omnium autem commune ærarium* „*esset ad Apollinis, quo pecunias omnes sociorum in annos* „*singulos cogi placuit, ut communi consensu accepti & ex-* „*pensi rationes exigerentur. His conditionibus ac legibus ju-* „*rati omnes sacrificioque solenni fæderibus percussis, Ari-* 189 *stides Atheniensium legatus, ardentem † ferri massam in* „*mare dejiciens, deos omnes deasque testatus: sic, inquit,* „*repente pereant, qui datam fidem fefellerint, ut igneam* „*vim ab aqua extinctam videmus.* Alios diversos fœderis feriendi modos ac ritus eleganter refert Alex. ab Alexandr. *genial. dier. lib. 5. c. 3.* Claud. Coterinus *de jur. & privileg. milit. lib. 3. c. 21.* Camer. *Medit. histor. cent. 1. c. 6.* Waremb. ab Erenberg. *de fæder. 1. c. 3. post n. 20.* „Sed ad rem. *Athenienses igitur pecunias communes so-* „*ciorum, ut classem pararent, in arcem Palladis conge-* „*runt, deinde sociorum opibus locupletiores facti cum tri-* „*butis ac vectigalibus illos prægravarent, sibi ipsis non mo-* „*do immunitatem, verum etiam imperium Græciæ peperc-* „*runt: Cum sociale fædus in patrocinium mutassent, ac* „*tandem etiam dominatum arripuissent.* Melch. Junius,

II. Exemplum. Atheniensium Græcos in societatem recipientium & postea deprimentium.

quæ. polit. 74. part. 2. ex Xenophonte *de Republ. Atheniensi.* Sic & olim etiam † omnes fere populi Romano- 190 rum patrocinia invocantes ea occasione ab iisdem in omnimodam subjectionem abrepti sunt, cujus rei multa refert exempla Matth. Wehner. *in Tract.* von Veränderung der Regimenten / *cap. 18. per tot.* Caspar Ziegler *ad Praxin Cal. §. Landsassii concl. 1. n. 103.*

Ad exempla autem recentiora, & in sinu Germaniæ obvia, quod attinet, habemus præ oculis clarissimarum Urbium † fata, Cameraci, Tulli, Veroduni, 191 quæ cum in clientelam Regis Galliæ, se olim dederant, postea temporum vertente periodo sub plausibili Advocatiæ titulo, ab Imperio avulsæ sunt. Choppin. *in lib. de commun. Gall. consuet. p. 2. n. 4. & lib. 2. de Domanio. tit. 8. n. 8.*

Exempla recentiora & nostra.

Qua de re Boterus Italus, *de Polit. lib. 8. c. 6.* Hæc inquit, ars alienarum nempe Urbium & Imperiorum defensionem suscipiendi, Principibus seculi nostri, non est incognita, notissima certe fuit Henrico II. † 192 Gallorum Regi, quippe qui sub prætextu defensionis Imperii Civitatum, adversus Carolum V. miro astu, tres Urbes munitissimas sibi adjunxit, propositum quidem suum specioso libertatis prætextu, (pileum enim inter duos pugiones præ se ferebat,) velans, licet apud prudentes prætextus illi nullius momenti esse soleat, existimantes ejusmodi velamentis, tanquam malitiosis dolis, perfidiam deteriorem reddi. Refert D. Arumæus *Discurs. Acad. 27.* Caspar Ziegler *ad Praxin Calnol. §. Landsassii. concl. 1. n. 102.* Zachar. Victor. *de caus. exempt. concl. 20. in schol. ibid.* Quin & simili ratione Constantiam, Trajectum ad Mosam † ac Viennam Austriæ, Metensemque Civitatem 193 Imperio ademptas fuisse, & ex eo, quod aliorum protectioni incaute se submiserint, eandem libertatem amisisse referunt, Warem. ab Erenb. *meditat. pro fæder. c. 4. n. 13. ad fin.* Hipp. à Coll. *tr. de princ. c. 34.* Schonborn. *Polit. lib. 5. c. 7. in fin.* Paul. Matth. Wehner, *metamorph. Rerumpubl. c. 18.* Quo etiam modo Hispani Neapolin & Siciliam subegerunt, assertore Dom. Remig. Fesch. *differt. de fæder. c. 23. in schol. sub lit. A.* Et Augustum aliquot olim Urbes Romanis confœderatas Patrocinii prætextu sibi subjecisse, author est Sueton. *in Aug. c. 47. & Tiber. c. 37.*

Urbium Protectionis tacita interventu ab Imperio avulsarum exempla.

Quin & nota est Principis Alenconii facta sub specie protectionis apud Fœderatos Belgas machinatio, de qua Germ. Franc. *in repræsent. pac. gener. c. 11.* Item Turcæ apud Transylvanos, *de Mercur. Francois sub Anno 1612. fol. 606.*

Sic etiam notorium & miserandum est, occasione susceptæ protectionis Turcarum † Imperatores 194 Imperii sui fines mirum in modum protulisse. Tartarorum enim Præcopitum, Georgianorum, aliorumque patrocinio accepto, iis non secus, ac suis, in dilatando imperio usos esse tradit idem Hipp. à Coll. lib. *d. c. 34.* aliisque exemplis adductis illustrat Wehner. *ubi supr.*

Hunc item in modum sub plausibili protectionis 195 titulo Joannem † Hungariæ Regem ac Isabellam conjugem ejus, regnum in servitutem conjecisse legimus; Cum enim illis cum Ferdinando Romanorum Rege pro Hungariæ corona decertantibus ad resistendum Ferdinando sat virium non suppeteret, ideoque ad Solymanni Turcarum Imperatoris auxilium confugientes, in ejusdem tutelam se dederent, ut ejus beneficio in regnum, quo jam à Ferdinando Rege exuti fuerant, restituerentur, oblata hac occasione Solymannus in Hungariam ingentem militum copiam deducens, mox aliquot urbes ac munitiones non sine magno Christianorum clade occupavit, eaque victoria elatior factus, tandem Joannem clientem

Simile Joannis Hungariæ Regis exemplum.

tem suum, quem antea regno restitutum, amicum & beneficiarium appellarat, clientela in servitutem mutata, potestati suæ penitus subjugavit. Unde quod

196 mirandum est, evenit, Hungaros † sub protectionis titulo in servitutem Turcicam conjici, quam libertate eligendi Regis privari, maluisse, Laurentius Surius *in comment. rer. in orbe gestar. ad Annum* 1529. Paul. Matth. Wehner. *in metamorphos. rerumpubl. cap.* 18, Jovius *lib.* 28. Ab his exemplis alienum non est, quod Historici de Johanne † Pannoniæ Rege memoriæ prodiderunt, quod idem nimirum cum se ob metum Austriacorum, in Turcorum clientelam tradidisset, ab iisdem postea servilem in modum penitus oppressus fuerit, notante inprimis Bodino. *lib.* 5. *cap.* 6. *de Republ.*

197 Pari modo Valesios † Helvetiæ populos Anno 1559. Valdaostas, à se in tutelam susceptos sub hac patrocinii specie imperiis suis subjicere conatos fuisse, nisi Francorum Regis auxilio id præpeditum fuisset, scribit Joan. Bodin. *lib.* 5. *de Republ. cap.* 5.

Valesiorũ, Valdaostas in clientelã susceptos subjugandi conatus.

198 Ita quoque assertore eod. Bodin. *d. lib.* 5. *cap.* 6. Sigismundus † Augustus Rex Poloniæ postquam patrocinium Liflandorum contra Regem Moschovitarum suscepisset, fœdere postea cum eo percusso, clientes turpiter non tam deseruisse quam prodidisse dicitur.

Sigismundi Poloniæ Regis Liflandorum infidelis Patrocinii exemplum.

199 Sic denique & Prussia † ab Alberto Marchione Brandenburgensi, Ordinis Teutonici Magistro, in Poloniæ Regis tuitionem dedita, paucis ab hinc annis, sub defensionis titulo in Regum Poloniæ potestatem devenit, Paul. Matth. Wehner. *in metamorph. rerumpubl. c.* 18.

Prussia protectionis quæsita occasione in Poloni potestatem redacta.

Verum ne exempla etiam particularium locorum præsertim monasticorum, quibus Patroni occasione usitati Juris Advocatitii non parum damni clientibus intulerunt, obticeamus, etsi innumera extare nemo ignoret, ex infinitis tamen unum aut alterum solum referam.

Colligitur inprimis nocivi patroni indicium ex literis à generali Capitulo ordinis Cisterciensis ad Joannem Comitem de Wertheim Anno Domini 1494. scriptis, atque nuperrime *ab Auctore* Wertheimischen Gegen-Berichts / *Contra* Würtzburg / *part.* 2. *sub Num.* 18. evulgatis, quæ indicant prædicti Domini Comitis † benevolam antea protectionem, eo tempore à dicto Monasterio aversam,

200 idipsum in magnis damnis & anxietatibus constituisse; Literas vero, quæ hoc ipsum palam faciunt, lector apud prædictum Authorem, si lubet, videre potest.

Exemplum Joan. Comitis Wertheimij olim Brumbacensis Monasterii, nocivi Advocati.

201 Aliud hujus considerationis exemplum habemus in Hermanno Comite † Palatino, Ecclesiæ quondam Treverensis Advocato, qui ab Adalberone Episcopo Protector Ecclesiæ simul & Civitatis ejusdem constitutus, illaque Advocatia potentior factus, eidem † postea castrum Trisse cum attinente terra, quam Otto Comes de Reineck Ecclesiæ Trevirensi cesserat, adimere tentavit, cujus tamen conatus,

202 sanctus vir Adalbero divino quasi subsidio repressit. Historiam hujus rei ex Kyriandri ejusdem Civitatis Syndici *Histor. Trever. part.* 11. quia vulgo in manibus non est, adscribere juvat.

Hermanni Comitis Palatini Advocati Archiepiscopat. Treverensis infestatio.

Anno Christi, *inquit ille*, 1148. cum Palatinus Comes Hermannus Castrum Trisse occupasset, operibusque munivisset, id cum attinente terra Comes Ottho de Reinecka cessit Adalberoni, & Ecclesiæ Trevirensi recuperandum: quamobrem mox ab Adalberone obsideri cæpit. Adducente autem cohortes suas Palatino, Episcopus triduo pugnandi copia facta talem ad milites orationem habuit. O vos amici beati Petri, ô sanctæ defensores Ecclesiæ, qui hodie pro Deo atque pro justitia mortalia corpora vestra, hostili gladio opposuistis; respicite hoc signum Crucis, hoc, inquam, signum terribile adversariis Iesu Christi. Hæc est crux, in qua Hermannus Comes Palatinus mihi juravit fidelitatem, die illa, qua Advocatum Ecclesiæ nostræ ipsum constitui; die qua illas vires illamque potentiam ei contuli, per quam me modo infestat: Tunc prædixi ei in hac cruce esse de ligno Domini, in quo ille, cujus hæc sacrosancta refulget imago, de hoste humani generis triumphavit. Tunc cum accepisset omnium communem confessionem, indulgentia facta & absolutione, benedictionem super eos faciens, ita omnes animavit, ut in nemine timiditatis signum appareret. Comiti Namurensi vexillum commisit, ipse suis manibus crucem gestabat. Hæc cum nunciata essent Palatino legatos de pace misit, & uti præsidium suum castro abire permitteretur obtinuit: Episcopus castro potitur. *Hactenus Kyriander.*

203 Mentionem quoque facit Bruschius *in descript. monaster. Bambensis* de parum † fideli Advocato ejusdem Cœnobij Rapotone Comite de Wolfeswack, qui cum plurima Monachis bona abstulisset, Anno tandem 1117. à S. Otthone Episcopo Bambergensium ad meliorem mentem revocatus, quicquid bonorum & prædiorum per vim cænobio abstraxerat, non modo restituit, sed de suis etiam facultatibus complura ad damnorum per se illatorum recompensationem adjunxit.

Ex quibus exemplis, & aliis innumeris Historicorum relationibus satis manifestum est, Advocatos Monasteriorum officio fidelis Patrocinij, frequenter abuti consuevisse, idque etiam colligitur, *ex c.* 12. *de pœnis. c.* 13. *de elect. in* 6. *c.* 3. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. *cap.* 23. *de Iure patronat. & ca.* 7 *in fin. de stat. Monach.* juncto *ca. unic.* §. 7. 2. *F.* 27. Hinc illæ etiam de Advocatis querelæ apud Archid. *in d. c.* 2. *de reb. Eccles. non alien.* à Greg. Everh. *consil.* 56. *n.* 10. *vol.* 1. relatum, quæ certe à vero non sunt plane alienæ. Etsi enim nonnulla Monasteria superfluis commessationibus, sumptibus immensis, structuris inutilibus, & magna deliciarum licentia, plusquam Advocatorum rapacitate non raro etiam ad inopiam redigantur, multoties tamen etiam per Patronos, inutiles atque avaros, qui Advocatia ad dominatum nimium abutuntur, maxima detrimenta patiuntur, ut *infra* pluribus etiam deductum est.

Horum igitur, aliorumque plurimorum, quæ ab Historicis memoriæ prodita sunt, exemplorum consideratione, omnino quidem inferendum esse videtur, propter dubiam clientibus protectionis ineundæ aleam eventuram, omnem Advocatiæ usum è medio potius tollendum, quam introducendum esse.

Neque vero prædicta assertio, ultra exemplorum hactenus adductorum evidentiam, rationibus caret, 204 quin & sequentium argumentorum fulcimento sustineri posse videtur.

Ratio dubitandi VI. Ab incommodis Advocatiarum insequentibus.

Quod enim ejusmodi instituta, † quibus deprædandi monasteria, resque Deo dicatas auferendi, ac proprium in usum convertendi via aperitur, atque occasio admodum proclivis offertur, improbanda

potius,

potius, quam suadenda sint, ipsa incommodorum inde enascentium consideratio evincit.

At vero quotidiana rerum experientia palam facit, per Protectores, ab Ecclesiasticis præsertim personis, & 205 suæ protectioni commissis monasteriis, sub † tutelæ prætextu immodicos sæpius reditus exigi, alicubi equos certo numero missos, (ut nominatim fit in Monasterio Kirchaim) monastico pabulo saginari, Webner. *in Pr. observ. verb.* Vogthey / *p.* 651. Theodor. Reiningk *de regim. secul. & ecclef. lib.* 3. *claſ.* 1. *c.* 9. *nu.* 59. Fodrum tempore venationis, den Aß zur zeit der Jagt/ postulari, crebras hospitationes exerceri, aliaque multa similia sæpe per fas & nefas extorqueri, adeoque occasione Advocatiæ plurima Monasteriis damna inferri, id quod providentissime etiam sua ætate testatus est Zasius, *feud.* 10. *concl.* 8. dum scripsit: *Verum isti*, (id est Monastici Advocati) *pro defensione, ad quam tenentur, monasteria, & eorum subditos sæpe supprimunt, pro patrocinio oppugnant, subterunt, spoliant, gravant, premunt, flagellant personis, rebus, bonis, privilegiis, & juribus Monasteriorum abutuntur, contra Canonum prohibitionem.*

Quod ipsum etiam præter alios Conradus Baro de Zimbern annum circiter 1427. ejus seculi poeta insignis, 206 de Cænobio † divitis Augiæ, cum aliis adversæ fortunæ casibus tum Advocatorum deprædationibus ac rapinis, in summam copiarum tenuitatem dejecto, sequentibus versiculis deplorat.

Augia regalis, dives quandoque fuisti,
Nunc talis qualis, quia plurima damna tulisti
Augia regalis, tu per multos tribulata,
Sed facunda malis in multis debilitata,
Augia sublimis te primitus annihilavit
Flamma duplex hyemis: hinc vis te præcipitavit
Tu captivato pastore tuo doluisti,
Et male tractato, sibi re compassa fuisti,
Incumbunt avidi post raptores generales,
Tollunt impavidi primoque ministeriales
Res tibi collatas à principibus reverendis,
Sorbent sublatas ac insidiantur edendis,
Hi Defensores *humiles quandoque fuerunt,*
Nunc se raptores crudeles constituerunt, &c.

Brusch. *in descript. Monaster.* Reichenau. *sub Abbate* 53.

Conqueritur hoc ipsum Monachus quidam Zvvifaltens. Chronographus per Martin. Cruſ. *Annal. Suev. pars.* 2. *lib.* 9. *c.* 20. adductus, innuens ut plurimum, ma- 207 gis nummos, † quam salutem clientum ab Advocatis quæri, ideoque satius esse, oppressores pecuniis, quam armis Advocatorum reprimere, dum ait:

Nunquam nobis profuit, imo multum nocuit, Martiali gladio nosmet defendere; damnum nostrum longo tempore experti sumus, in hoc semper cumulare, nunquam minuere, nunquam sedare. Auro & argento cum Dei adjutorio hactenus maxime ab invasoribus protecti sumus. Nam nullus noster Advocatus, nisi pro suo lucro nostris oppressoribus fuit oppositus. Omnes enim quæ sua sunt, quærunt. „ Nummus semper fuit præcipuus noster Advocatus: ipse Rex noster fuit, & Dominus. Hoc quam maxime de manibus furentium potuimus nos liberare, bellantibus rebellare, discordes pacificare, indomitos domare, furentes contra nos refrænare, &c. Hæc ille.

208 Quinimo experientia docet quotidiana † per Advocatos Monasteria in protectionem suscepta non solum in nummis flagellari, sed exempla etiam manifestum faciunt plurima in Romano-Germanico Imperio, Cænobia, & Collegia, una cum eorum reditibus sub unico protectionis Titulo à nonnullis Principibus, aliisque hominibus invasa, propriis usibus, contra expressam Juris prohibitionem applicata, atque ab Imperio avulsa fuisse; ut hoc pridem conquestus est, laudatissimus Im- 209 perator Maximilianus † secundus hisce verbis, daß das heilig Reich an seinen Gliedern nicht allein von frembden Potentaten mercklich geschwächt / sondern daß sich auch etliche selbst davon absondern / viel Prälaturen / Graff- und Herrschafften/ auch Fürstenthummen durch allerley mittel darvon entwendet / zertheilt/ und dermassen zertrennt / daß man jrer Anschläg nicht häbig seyn kan / ja auch gantz auß der Matricul verlohren werden. Recess. Imper. Anno 1570. §. Als wir dann weiters/ *x.* & An. 1548. §. dieweil auch etliche/ *x.* Idque etiam gravissime non sine opprobrio † Protestantium Franc. Burckhard. *Auto. p.* 3. *c.* 16. sequentibus verbis exagitat. Wo sind jrer Eltern Stiffte und Klöster? Ist es nicht alles profanirt, abgethan/ niedergerissen unnd verwüstet? Sind nicht auß Bisthumben weltliche Fürstenthumb / auß den Kirchen/ Zeughäuser / Roßställe / Dantzhäuser / Pulverkästen / Badhäuser / *x.* auß den Klöstern gemacht worden? Quod & Henric. Petreius Consiliarius Brunov. *in Tract. de Monaster. pag.* 74. à Petro Syring. *discurſ. de pace Relig. concluſ.* 38. citatus negare non potest, adseverans exempla eorum non deesse, qui res Deo dicatas attrectare, atque diripere, cœnobia invadere, eorumque census in usus profanos convertere, & muneris atque officii sui immemores, epulis & crumenis tantum intentos literarum & pauperum penitus oblitos, Christi panem confidenter devorare ausos fuisse, maleque concoxisse, ac re ipsa, sed sero nimis expertos fuisse, Fundatorum devotas execrationes, (Wer die Güter nimbt / demselben soll Lung unnd Leber im Leib verschren: Item wer das thut / den straffe deine (Juste Deus ultor) Hand mit Armuth / Kranckheit/ Schmach unnd Schand / quod sæpius factum exempla Historicorum, clare docent,) gravi effectu non caruisse. Et si quidem liceret enumerare ea, quæ à Protestantibus Principibus ac Magistratibus monasteria, sub prætextu Juris Advocatitii ejectis inde vitam religiosam colentibus, viris ac fœminis occupata, atque profanata sunt, infinita prope se numero proderent, adeo ut non ita pridem summæ eruditionis vir, Dn. Nicolaus Pfochius Consiliar. ac Professor Herbipolen. *in compend. de Regalib. nu.* 58. verissime scripserit, orta † religionis dissensione tantum apud 210 seculares protectores abusum Advocatiæ irrepsisse, ut merito propter illum protectionis jus iisdem denegandum sit.

Utinam vero hujusmodi Monasteriorum, intuitu prætensarum in ipsa Advocatiarum, factas invasiones, spoliationes, ac desolationes passim ob oculos positas, de diversæ à Romana Catholica fide Religionis, Imperii Statibus duntaxat deplorandas haberemus, & experientia non manifestum faceret, in multis etiam Catholicis † Germaniæ Episcopatibus nonnulla va- 211 cua, & Religiosis hominibus destituta, cœnobia sub compendioso protectionis Titulo, olim occupata, nunc penitus desolata, reperiri, quæ hoc loco recensere abstineo, & Platonem *de Republ.* susurrantem audio, ὦ τοῖχε οἱ λόγοι χαλεποί; *difficiles & cum discrimine sunt sermones.* Verum res ipsa loquitur, & exemplis Germania, quod deplorandum est, abundat, quæ cum odiosa, † sint, & Veritas etiam eam vere edicenti apud invidos odium pariat, tacitus prætereo, exemplo Ausonii Poetæ elegantissimi, qui in aliis terminis ait:

Per mille possum currere exempla, ut probem
Prades vadesque pœnitudinis reos:
Sed nolo quenquam nominatim dicere
Sibi quisque vestrum dicat & secum putet.

Imprimisque consideret, quod D. Ambrosius Basilicam Imperatori tradere jussus, eidem animo plusquam masculo respondit; *Nec mihi fas est*, inquit, *tradere;*

dere; nec tibi accipere, Imperator, expedit. Domum privati nullo potes Jure temerare: Domum autem Dei existimas auferendam? noli te gravare Imperator, ut putes, te in ea, quæ divina sunt, imperiale aliquod jus habere. Noli te extollere; sed si diutius vis imperare, esto Deo subditus. Scriptum est, quæ Dei Deo, quæ Cæsaris, Cæsari.

Nullo igitur Jure, minus vero sub prætextu † Advocatiæ, potentes in bona Deo semel dicata involare, eave in formam patrimonialium redigere possunt, aut debent, nisi id Patrimonialibus suis bonis evenire velint, quod olim accidit Aquilæ, cui videnti ex carne agnina sacrificium Jovi in ara fieri, advolanti, bonamque partem auferenti, carbo igneus alis adhæserat, quo postmodum & nidus ac pulli, quibus prædam advexerat, combusti sunt. Rem enim sacram aut Religiosam profanam fieri non posse, vel ab Ethnico discimus Venuleio: In quem sensum quoque nihil mortales à Diis immortalibus usucapere posse, ait Cicero *in Oration. de respons. aruspic.*

Et sicut ipsa Ecclesia religionis & fidei mater perpetua est: ita ejus Patrimonium jugiter conservandum esse illæsum, graviter rescripserunt *Leo & Anthemius.* Bernhard. Bertram. *discurs. de Pace Religioni data* 878. *& seq.*

Ratio dubitandi VII. à cessante necessitate.

Sed his omissis, ad reliquas dubitandi rationes, gradum faciendo, constat insuper hisce temporibus, minime † necessarias, sed plane inanes atque superfluas esse, Advocatias, eo quod quilibet ordinarius Magistratus suos † subditos per se defendere, ac tueri obligatus sit, & ipso Jure tuitio & protectio subditorum, sicut & custodia † totius territorii ad officium Domini cujuslibet loci spectet, ita probante textu *in l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. præsid.* per quem text. Ancharan. *in cap. 1. de offic. & potest. delegat. in 6. ante nu. 1.* in terminis Conservatorum, similiter arguit, ex eo, quod illicita coercere ad officium ordinarii pertineat, conservatorum provisionem videri superfluam. In quorum sententiam concurrunt Bart. *in l. ne quid. circa princip. ff. de incend.* Bolognin. *in Authen. habita nu.* 173. *C. ne filius pro patre.* Dec. & Hieronym. Cagnol. *in l. culpa caret. ff. de reg. jur.* Guid. Pap. *quæst. penult. num.* 10. Boer. *decis.* 304. *num.* 6. Roland. à Vall. *consil.* 18. *num.* 28. *volum.* 3. Joan. Petr. Surdus *consil.* 289. *num.* 3. Hieronym. Schurff. *consil.* 23. *num.* 3. ubi ait, *omnes † subditos debere esse sub protectione dominorum suorum, & dominos eos defendere.*

212
213
214
215

Quod ipsum eleganter ex recentioribus nuperrime attestatur Johan. Jacobus de Wallhausen/ *in Tract. de defensione Patriæ,* oder Landtrettung *lib. 1. cap. 1.* Ubi scribit, daß einer jeden Obrigkeit/ sie seyn in geistlichen oder weltlichen Stand gesetzt/ *defensio sui, suorumque subditorum,* die Beschützung seiner Unterthanen/ nicht allein zulässig/ vnnd Juris divini & naturalis seye/ sondern auch einer jeden Obrigkeit/ welcher von Gott Vnterthanen zu regieren anvertrawt vnd vndergeben seynd/ aufferlegt vnd befohlen werde/ solche zu schützen vnnd schirmen. Idem tradit Ferdinand. Vasq. *illustr. quæst. lib. 1. cap. 41. num.* 20. Ubi addit a communi Dd. opinione receptum esse, quod magistratus, † hac lege & conventione censeatur esse datus, ut curam subditorum gerat, & defensionis ministerium illis præstet, nec hac in re periculum etiam vitæ pertimescere debeat. Eoque pertinet quod Cicero docet, *in orat. pro Sextio: Sudandum, inquit, est iis qui magistratum gerunt, pro communibus commodis, adeunda inimicitia, subeunda sæpe pro Republ. tempestates, cum multis audacibus improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum.*

216

Et multo minus hodiernis temporibus subditi peculiari Advocato, ac Patrono opus habere videntur, eo quod pace publica omnis violentia prohibita sit, per Recess. Imper. *de Anno* 1521. *de Anno* 1548. *& de Anno* 1555. *& passim,* ac denuntiationibus bellicis per universum Imperium exulare jussis, pax inter omnes sub Banni & proscriptionis pœna, constituta ac sancita sit, Reichsabschied *de Anno* 1594. Sicuti & literarum belli denunciatorialium scriptores eadem qua ipsi Authores pœna tenentur. Recess. Imper. *de Anno* 1549. §. dergleichen. Peinlich Halßgerichts-Ordnung Caroli V. *art.* 128. *&* 129.

Quinimo ut commodius hæc dominorum quorumlibet in subditos defensio fieri posset, subsequentibus etiam temporibus in Imperii Germanici † Circulis ac regionibus (quarum *in Recess. Imper. Anno* 1500. sex ordinatæ fuerunt, *& in Recessibus de Annis* 1512. *&* 1522. pro commodiori tuitione pacis publicæ, & contra hujus turbatores ac violatores executione quaternis auctæ sunt. Denaiss. *Jur. Cam. tit.* 72.) Duces per Imperatorem ac Status constituti fuerunt, quorum munus est, pacatas provincias conservare, & eorum tranquillitatem contra seditiosos, grassatores, aut eandem prædonio more violantes tueri, eos conquirere, persequi, & ad pœnas legitimas, ope & consilio Adjunctorum seu Assessorum deposcere ac condemnare, *dd. Recessib.* Denaiss. *tit.* 212. §. 2. *& seq.* junct. *tit.* 213. *n.* 2. *&* 3. Generali † autem illa, de qua diximus, ordinarii magistratus protectione subsistente, specialis aliqua Advocatia otiosa, inutilis atque supervacanea esse videtur, per tradita à doctiss. D. Bechtio. *disput. Theor. Pract. elegantissima de Securit. & salvo conduct. conclus.* 42. ubi dicit, *omnes etiam post Imperatorem potestates † astrictas esse, virtute protectionis Jure ordinario sibi competentis, subditos sibi commissos defendere, l. ult. in princip. ff. quod metus causa, l. 2. in princ. §. post originem* 13. *ff. de origin. Jur. l.* 1. §. 11. *ff. de offic. præfect. Urb.* Ubi præfectus † Urbis ad tuendam popularium quietem, habere jubetur milites stationarios per provincias dispositos, *l.* 3. *& l.* 6. §. 2. *ff. de offic. Præsid.* Quem in finem Magistratus † quilibet majores, instructi sunt Apparitoribus & Satellitibus una cum Imperio, ut mandare possint, subvenire oppressis, ac succurrere, ut pluribus exornant, Obrecht. *tract. de defens. cap. 7. in 4.* Thom. Michael. *de jurisd. conclus.* 138. *lit.* C. Mart. Rumelin. *ad Aur. Bull. Caroli 4. dissert.* 3. *concl.* 9. *part.* 11.

217
218
219
220
221

Octavo clientelas, maxime mercenarias, susceptis in eam valde esse nocivas, eamque etiam ob causam evitandas, ex eo inferendum & definitive concludendum fore videtur, quod iis, opes † subditorum, qui patronis, non mediocres annuatim pensiones erogare cogantur, summopere exhauriantur. Uti de quadam civitate, quæ quotannis mille quingentos florenos, pro protectione Schutz-und Schirm-Gelt/ solvere tenebatur, refert Simon Pistor. *consil.* 19. Qua de causa antiquas etiam clientelas maxime improbavit Salvianus Massiliensis, *lib.* 5. *de provid. Dei,* ubi graviter conqueritur opes scilicet tenuiorum, patrociniis magnatum exhauriri; cujus verba asscribere hic non gravabor.

222

Ratio dubitandi VIII. à diminutione opum clientelarium.

Ut vim, inquit, exactionis evadant, tradunt se ad tuendum protegendumque majoribus, deditities se divitum faciunt, & quasi in jus eorum ditionemque transcendunt. Nec tamen grave hoc esset, si potentes patrocinia ista non venderent, si quod se humiles dicunt defensare, humanitati tribuerent, non cupiditati. Illud grave ac peracerbum est, quod hac lege tueri pauperes videntur, ut spolient, hac lege defendunt miseros, ut miseriores faciant defendendo. Omnes enim ij, qui defendi videntur, defensorib. suis omnē fere substantiam suam, priusquā defendantur, addicūt. Ecce quæ sunt auxilia ac patrocinia majorū; Nihil susceptis tribuūt, sed sibi. Novū genus venditionis & emptio-

emptionis: venditor nihil tradit, & totum accipit. Emptor nihil accipit, & totum penitus amittit. Hæc Salvianus.

Ad quem Commentator ejusdem Conradus Rittershusius accommodate notat jus clientelæ, seu patrocinii, 223 tempore Salviani, usitatum fuisse, quod tenuiores † dedititios sive susceptos, à potentioribus redimere oportebat, omni fere substantia sua ipsis addicta. Quod sane miserum defensionis genus vere scriptor ille morum censor gravissimus judicabat.

Quod si etiam hodierni sæculi pravos mores obser- 224 vemus, experientia, quæ est rerum † efficax magistra, ut est *in ca. quam sit 6. de elect. lib. 6.* nos edocebit, ut multa alia imo pleraque in abusum (qui est rerum bona- 225 rum † pessimus & frequens) veniunt, ita & protectionem, sive Advocatiam in corruptionem ita descendisse, 226 ut hodie nihil aliud † esse videatur nisi mera vexationis 227 redemptio. Ex quo enim pleonexia † hominum in tantum inolevit, ut plerunque status, & magistratus majores, minores, præcipue vicinos, multis turbationibus, oppressionibus, violentiis, detractionibus, invasionibus, spoliis, occupationibus & usurpationibus juris alieni adeo divexent, molestent, litigiis intolerabilibus gravissime onerent, & tantum non prorsus pessundent, sit, ut de avertendo tali jugo, vel excutienda nimia molestatione, & sublevando cruciatu isti misere afflicti, majores scil. magistratus, Civitates, & Respubl. seriocogitent, & proinde sese potentiorum illorũ & Principum πανευμήνῳ protectioni, sive Advocatiæ, tanquam oves lupo, magnis sumptibus ad redimendam, ut supradictum est, vexam, sese committant, indeque subditos suos pauperiores quoque efficiantur.

Cum autem Reip. multum intersit, subditos non re- 228 digi † ad paupertatem, *§. sed & major Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. Jur.* Menoch. *conf.* 28. *n.* 23. *per l.* 1. *ff. de bon. damnator.* Matth. Wesenb. *tom.* 1. *conf.* 45. *nu.* 12. Thom. Michael. *disp. de jurisd. conclus.* 138. *lit. c.* Sed potius habere locupletes, juxta textum, qui utrumque dicit *in §. cogitatio vers. consideravimus in Auth. ut judic. sine quoq. suffrag. fiant. col.* 3. de quo plene per Doctores *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* Bart. *ante n.* 24. *&* 45. Socin. Sen. *col.* 11. *v. Quarta* Seysel. *col.* 7. *in princ.* Socin. Jun. *n.* 258. Zasi. *nu.* 38. Ripa. *n.* 117. *&* 118. Georg. 229 Everh. *conf.* 13. *n.* 6. *vol.* 1. cum quod sceleri † proclivis sit egestas, & propter inopiam multi delinquere soleant, ut *Ecclesiast.* 27. scribit. Quod & Sycophanta ille Plautinus *in Trinummo* suo experimento conqueritur.

> *Viden*, inquit, *egestas, quid negocii dat homini misero mali?*
>
> *Qui ego nunc subigor trium nummorũ causa, ut has Epistolas dicam ab homine me accepisse, quem ego qui sit homo nescio,*
>
> *Neq; novi, neq; natum, nec ne is fuerit? id solide scio.*

Et probat *Cicero*, dum inquit, *Duæ res sunt quæ ma-* 230 *xime homines † ad maleficium commovere possunt, inopia & avaritia.* Itaque Plato *dialog.* 4. *in pr. de Republ.* inopiam, cum rerum innovatione illiberalitatem & maleficia gignere tradit. Hinc & legibus non parum 231 suspecta est fides, † probitas & integritas pauperum, eosque lucri causa facile nefarii quidpiam admittere præsumunt. *l.* 3. *ff. de testib.* Tum quod paupertate sub- 232 ditorum † auctoritas etiam magistratus & dominorum vilescat, adferente Jacob. Orleshaus. *in illustr. respons. An fœm. in succes. regnor. princ. & c. jur. exclud. acie* 233 *varii. c.* 39. *n.* 30. Ubi dicit, parum tutam † esse sine viribus subditorum majestatem Principis, quod sine ea non dignam Principe, principi reverentiam subditi præstent, quodque ea sit hominum stoliditas, ut sapien- 234 tem solum † divitem, pauperes vero omnes insipientes existiment, prout dixit Horat. *Epistol.* 19. *ad Vall.*

> *Vos sapere, & solos aio bene vivere, quorum*
>
> *Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.*

Vili autem & abjecta subditorum de magistratu opinione, nihil est in Republ. perniciosius; Auctoritas † 235 quippe est anima & vita Imperii, ut testatur Just. Lips. *in suis doctiss. monis Polit.* qua abjecta & contempta † 236 mors atque interitus ejusdem consequatur, necesse est, Jacob. Orleshaus. *dicto c.* 39. *n.* 37.

Nono denique potissimum etiam respectu Magistratus homines suos in alienam protectionem committentium ea de causa illicita, inhonesta, & improbanda esse Advocatia videtur, quod suscepti Protectores † non raro ordinarium clientum suorum magistratum, quasi quasi ex causa facile turbent, dum subditos contra eum, etiam ibi, ubi justissimam eos puniendi ac mulctandi causam habet, sub protectionis prætensione, defendere conantur, atque hoc modo eosdem alieno auxilio fretos adversus Magistratus suos animare quodammodo, & armare, adeoque audaciores reddere censentur, in deme sie sich an jr Schutzherrn hencken / und vermeynen ihrer ordentlichen Obrigkeit Gebotten zu widerstreben / und bißweilen dero straffen durch frembde Hülff außzuwicklen / id quod non abs re notandum esse censuit doctiss. Academ. Tubing. Professor, Dn. Mart. Rumelin, *ad A. B. Carol. IV. dissert.* 5. *p.* 2. *thes.* 9. Hoc ipsum autem paci & tranquillitati publicæ, cui in primis studere omnes decet, *arg. l. congruit.* 13. *in pr. ff. de offi. præs.* valde inimicum esse nemo diffiteri potest. Arum. *discurs. ad A. B.* 6. *thes.* 2.

Ratio dubitandi IX. ab inhonesto.

Quamvis autem ex his, & aliis, quæ in eandem sententiam afferri possent, concludendum esse videatur, consultum non esse clientibus ut alterius protectioni se submittant, sed Advocatos potius cane pejus & angue fugiant, tantoque minus assumant; Attamen contrarium, utiles nempe licitas & quandoque necessarias esse clientelas magis est quod affirmemus. 237

Decisio affirmativa.

Nam primo quemadmodum ea † quæ Reip. ac hominum societati perniciosa sunt, tanquam ipsi naturæ adversa, diu consistere nequeunt, sed aut exturbantur, velut è corpore Reip. ne illud perturbent, ex quo & ipsius Reip. interitus consequatur necesse est, perinde ut venena intra corpus † humanum assumpta, nisi per vomitum rejiciantur, ei, qui hausit, exitio sunt, nunquam enim in substantiam † corporis converti, & cum ea coalescere possunt, eleganter Conrad. Rittershus. *in partit. jur. feud. in proleg.* Ita illa vicissim, quæ † approbantibus ac scientibus Augustis in Imperium Romanum introducta, usuque laudabili multo tempore frequentata sunt, ab omni reprehensione aliena, utilitati autem publicæ maxime proficua esse præsumuntur, per text. notab. *in l. si quis donaturus & ibi glo. ff. de usufr. l. quod si nolit. §. quia assidua*, & *ibi* Bald. *ff. de ædil. edict. l. certi condict. § si nummos. & ibi* Bart. Ang. Alex. Jas. & Dd. *ff. si cert. pet. l. ut liberis & ibi* Alb. de Rosat. Jas. & Dd. *C. de collat. l. certe, in fin. ff. de precar. c. cum Martha, ibique per glos. de cel. miss. c. prudent. in princ. ibique Cardin. de offic. deleg.* Bald. *in l.* 3. *§. cognoscit. ff. de offic. præf. vig.* Hinc & eleganter Bald. *in l. quicunque in* 4. *notab. vers. scias autem, de servis fug.* notat, id, quod consuetum † est fieri non dici arbitrarium, sed necessarium, arg. *c. ex parte, de consib.* 238 239 240 241 242

Ratio decidendi prima à diuturno Advocatiarum usu.

At vero in propatulo ac *infr. in Cap. V. de Orig. propagatione & continuatione Advocatiæ.* ex fide Historica, & plurimis cum exemplis tum diplomatis solide ac uberrime demonstratum est, protectionis & clientelæ instituta † jam olim ante multa secula in usu fuisse, continuataque serie à Romanis ad nos promanasse, atque hodie passim etiam in Germania non solum scientibus, approbantibus, ac confirmantibus Cæsaribus, fieri ac iniri, sed per ipsos quoque Imperator. hominum, ac lo- 243

ac locorum maxime Ecclesiasticorum Advocatiam ac defensionem, quod *supra sub n.* 80. ostensum & passim hoc ipso tractatu infinitis docetur exemplis, aliis committi, ac demandari.

244 Tralatitium autem est, sumptum † ab usitato seu à solitis & consuetis fieri, argumentum esse fortissimum per Jura paulo ante allegata, Matth. Stephan. *in Dialect. Jur. loco* 62. Everhard. *ibid.* Quod si vero eventus, qui stultorum

245 † Magister est, ut Livius indigitat *lib.* 2. *Decad.* 3. hoc patrocinii institutum Reipub. ac hominum societati perniciosum esse ostendisset, aut eos, qui vel ejusdem auctores vel approbatores ac imitatores extiterunt, hallucinatos fuisse appareret, ecquis arbitretur tam insanos, ac stolidos homines fuisse, ut re perniciosa tamdiu tamq; constanter, præsertim Imperatores laudatissimi, usi fuis-

246 sent cum, ut vetus verbum habet, *præstet*, † *retrorsum currere, quam perperam male*, μεταδραμεῖν ἢ κακῶς δραμεῖν.

247 Secundo laudabile esse Advocatiæ institutum inde elucet, quod ea, quæ Jure † naturali ac gentium permissa sunt, reprehensionem non mereantur, *l. Gracchus* 4. *C. ad leg. Jul. de adult. l. sancimus.* 25. *C. de administr. tut. l. nemo.* 151. *ff. de reg. Jur.* Jason *in l. transigere num.* 12. *C. de transact.* Sed defensio † sive tutela rerum ac personarum per seipsum, vel alium Advocatum exercen-

Ratio decidendi II. à cognatione Juris naturalis cum defensionis instituto.

248 da Jure gentium ac naturali concessa est, *l. ut vim* 3. *ff. de Just. & Jur. l. sed & partus* 12. §. 1. *ff. quod metus causa. l.* 1. §. *vim vi.* 27. *& l.* 3. §. *cum igitur.* 9. *ff. de vi & vi armat. cum similibus.* late Jacob. Ayrer. *in comment. d. l. ut vim. & prolegom. nu.* 42. *& seq.* Menoch. *consil.* 32. *num.* 3. 4. *&* 27. qui dicit, cohærentiam † absque Im-

249 perator. consensu pro rerum defensione licite fieri. & Bertazz. *consil.* 77. *num.* 12. *in crim. lib.* 1. *Juxta communem* enim *omnium legem*, inquit Thucyd. *lib.* 3. *juste*

250 † *punitur hostis, qui te prior invasit.*

251 Quo autem Jure alicui † soli seipsum defendere licet, eodem etiam ad sui suorumque defensionem etiam alios Protectores advocare atque constituere permissum est, Paul. de Cast. *in l. refectionis ff. communia prædio.* Barthol. Cæpoll. *in Tract. de Servit. urb. c.* 23. Bertach. *Repert, vers. Defensio. n.* 4. Ex quibus consequitur Advocatiam, quæ nihil aliud est, quam defensio, Jure naturali licitam ac permissam esse, per ea quæ latissime in hanc rem deduximus alibi.

Ratio decidendi III.

Tertio cum ad sui, suorumque defensionem, maxime adversus plures, unus sibi ipsi non sufficiat, quia, ut proverbio vetere fertur, *Ne Hercules quidem adversus du-*

252 *os*, sed plurium † societate atque auxiliaribus copiis quisque fere, præsertim tenuior atque impotentior, indigeat; Advocatiæ autem conventio ad hoc instituatur, ut alter alteri in casu necessitatis opem ferat, consequitur, eandẽ veluti natura ipsa ducente ac docente, juste ac recte iniri,

253 ac contrahi. Natura † siquidem hominem hominis egere voluit, ut genus nostrum tanto arctius sibi invicem conciliaret ac devinciret. *l.* 4. *de just. & Jur.* Et juncti sumus

254 † omnes in hac mundana statione ad præstandum mutu-

255 um auxilium, nihilque tam humanũ † est, quam alterius infortunium suum ducere: Quo spectat, quod ad varias

256 fortunæ † vicissitudines levandas societate hominum opus sit, ut æquiore animo fortuita toleremus. Hinc di-

257 citur, quod † alium defendere, optimum sit factum. *l. servus & ibi glos. ff. de serv. export.* Paril. 4. *cons.* 2. *n.* 176.

Quo etiam Ciceronem respexisse constat, dum *in Offi-*

258 *ciorum libris*, inquit, *primitus † sagacem populorum provisionẽ, sibi delegisse, justum aliquem virtute præstantẽ, cujus ductu & imperio contra adversantium oppressionem se defenderent, & indomita gentis malitiam justitia legibus coercerent.* Petr. de Andlo. *lib.* 1. *de Imper, Roman. c.* 1.

Quarto quod proximo argumento congruit, vulga-

259 tissimi Juris est, id, quod aliquis ob tutelam † corporis rerumque suarum facit, Jure optimo maximo concessum ac permissum esse, text. expressus *in l. ut vim* 3. *ff. de Justit. & Jure l. scientiam* 45. §. *qui cum aliter* 4. *ff. ad L. Aquil.* Sed clientes, † qui se in alterius protectionem

Ratio decidendi IV. à permissione defensionis.

260 committunt, ob tutelam corporum rerumque suarum, id unice faciunt, ergo talis submissio, Jure permissa ac licita est. Mart. Rûmelin *ad Aur. Bul. Carol.* 4. *dissert.* 5. *Thes.* 9. *part.* 2.

261 Quinto corroboratur conclusio prædicta isto etiam argumento: Quicquid † in Jure non reperitur prohibitum, id censetur esse permissum, *l. nec nos* §. *quod eis ff. ex quib. caus. major. l. quæcunque* §. *quæ à pupillo. cum ibi notat. ff. de public.* notat gloss. *in l. ab ea parte ff. de probat. & in* §. *final. in verbo Participium in Authen, quib. mod. nat. effic. sui.* Georg. Everhard. *consil.* 13. *nu.* 20. *vol.* 1. Verum nullibi in Jure † prohibitum inveni-

Ratio decidendi V. à cessante prohibitione clientelarum.

262 tur, se & bona sua in alterius potentioris protectionem submittere, cur igitur non stet, ac liceat quod mutatum non est. *vulgat. l. sancimus* 27. *ibi quod n. non mutatur. C. de Testam. l. præcipimus.* 33. *in fin. C. de appellat.* Si igitur absque lege † loqui erubescentiæ adscribitur. *l. illam* 19. ibi *eo, quod nulla constitutio super hujusmodi collatione posita esset, C. de collat. Novell.* 18. *cap.* 5. *in princip.* quanto magis erubescendum, si contra legem asserere quid velimus.

Sexto clientelas, de quibus sermo est, commendat, quod illæ pactiones, seu conventiones, per quas vera inter homines amicitia contrahitur & conservatur dissuadendæ nullo modo, sed obviis, ut dicitur, ulnis ãplectendæ omnino sint, siquidem † copulare amicitiam ipsi naturæ cõ-

Ratio decidendi VI. à copulanda amicitia bona.

263 sentaneum, atq; affine sit, teste Aristot. 4. *Ethic. &* 8. Joan. de Lignan. *de Amicitia c. de distinct. amic. nu.* 7. nec de genere malorum, *l. lata.* 228. §. *amicos ff. de verb. signif.* imo virtuosũ, Nicol. Everhard. *in Top. in loco de tanquã.* ubi ad hoc probandum adducit *cap.* 5. Matth. 14. *&* 15. Joan. Optimi † vero amici esse dignoscuntur, inter quos charitas est arctissima, *d. l. lata l.* 8. *l. pen. ff. de castr. pecul.* Dominic. Arumæ *discurs. Academ. de Jure publ.* 28. *conclus.* 34. Amicus autem † fidelis validum est munimentũ, & qui invenerit ipsum, invenit thesaurum, Anton. Monach. Melyt. *in locis comm. ser.* 24. Et Bias; *optimam*,

264 † ait, *sibi vitæ supellectilem comparavit, qui amicos paravit.* Cui consonat illud Salustii, *non exercitus*, † *neq; thesauri præsidia regni sunt, verum amici.* Eleganter etiam Cicero *in Lælio. Amicitiam*, † inquit, *omnibus humanis anteponamus; nihil enim est tam natura aptum, tam naturæ conveniens, ad res vel secundas vel adversas*, & *lib.* 2. *de Finib. Amicitia*, inquit, *colenda* † *est, quod sine ea tuto & sine metu vivi non possit, ne jucunde quidem.*

Quo pertinet quod Paul. Jov. *lib.* 32. *Histor.* de Germaniæ Regulis scribit, eos nempe mutua † ope & san-

265 ctissimo liberalis amicitiæ Jure, seipsos ab injuria potentiorum facile defendisse. Nam & *Publio* teste, mutuus verorum Amicorum consensus † auxilia etiam hu-

266 milima adeo firmat, ut fortissimis etiam resistere possint. Quanta autem † difficultate conjuncti fasces rumpantur, Scyluri tela docent.

267 Verum protectionis unionem vinculum esse amicitiæ, nemo non intelligit; Arctissima enim charitas inter protectores & clientes esse debet, cum hi illis omnia vitam etiam ac salutem propriam credant, atq; committant. Tales itaq; amicos, quib. credas tantum, quantum tibi, nempe te tuaq; omnia, ut Senec. *lib.* 1. *epist.* 3. loquitur, quærendos retinendosque esse quis negaverit;

Septimo, cum gliscente inter homines tanta habendi cupiditate, nemo fere reperiatur, cui natura æmulos † & hostes non produxerit, non omnes autem

Ratio decidendi VII.

268 virib. propriis adversus oppressiones illorum tuti esse queant, ideo sicut alii populi, & inprimis Romani sociis & fœderatis usi sunt, ita etiam imbecilliores patro-

Patronos & auxiliatores sibi comparare debent, ne tempore occurrentis periculi, aliena ope destituti, opprimantur. Besold. *de jur. fœder. c.* 1. *nu.* 2. Hinc recte Ecclesiastes *c.* 4. *v.* 5. monuit, fido † socio, qui cadentes erigat, minus nos, quam igne & aqua carere posse. Quod olim experta est Lais † in terra Sidoniorum, *Judic. cap.* 18. quæ facile ab Israelitis victa fuit, quod cum nulla gente aliquid societatis habuerit. Ita & Constantino † Palæologo Imp. Constantinopolitano fœdus & auxilia Venetorum in præsentissimo periculo respuenti, à Turcis Imperium universum orientale ademptum est. Fesch. *differt. de fœder.* § 1.

[269] [270] [271]

[272] *Ratio decidendi VIII.* Octavo, si clientelarem honestatem cum utilitate conjunctam spectemus, nihil sane in universa Rep. † comperiemus pulchrius ac fructuosius, laudabili ejusmodi inter clientes & protectores instituto, quo clientes à sceleratorum oppressionibus defenduntur, & in pristina illorum libertate conservantur.

Quid enim si ab hostibus, si à latronibus ac prædonibus per fas, nefasque subditi invadantur, premantur, si bona eorundem iniquissime diripiantur, & superiores Domini eos defendere nolint, aut forte ob multitudinem hostium, vel loci distantiam haud possint, quis non tum utiles, maximeque proficuas publicæ tranquillitati, videt esse protectorum tabellas, quibus quasi † arietibus instar fœderum pravæ actiones, & conatus nefarii improborum adversariorum destruuntur, evertuntur, ac in nihilum rediguntur. [273]

[274] *Ratio decidendi IX. à commodo duplicis tutelæ, per Advocatiæ susceptionem quæsita.* Nono, si effectum deditionis subditorum in alienam clientelam respiciamus, eandem in casibus requisitæ defensionis clientibus † plurimum profuturam cognoscemus, ut qui præter ordinarium magistratum, alios etiam habent, à quibus protegantur, & defenduntur, à conductis nempe Advocatis. Cum igitur naturalis ratio † & æquitas non permittant, ut alicui denegetur, quod ipsi prodesse potest, & alteri communiter non nocet, ex sententia Pauli, *in l.* 2. *§. Item Varus.* 5. *verf. quanquam. ff. de aqu. pluv. arcend.* & Ulpian. *in l. ubicunque.* 21. *ff. de interrog. & in l. in creditore.* 38. *ff. de evict.* & Impp. Theod. & Valent. *in l. rescripta.* 7. *ibi: Nisi forte sit aliquid, quod non lædat alium, & prosit petenti. C. de prec. Imp. offer.* quanto magis illud concedendum, quod non solum haud obest, sed etiam prodest. *l. solvendo.* 39. *ff. de neg. gest. l. solvere* 53. *ff. de solut.* [275]

At vero sic se habet, cum submissione subditorum in clientelam, proinde nulla Juris ratio patitur, ut eam quis illicitam esse putet.

[276] *Ratio decidendi X. à comparatione confœderationum.* Decimo ambiguitate quoque omni istud caret, Advocatias, ac confœderationes maxime esse affines, sibique invicem correspondentes, nuncupatim id astruentibus Waremund. ab Erenberg. *de fœder. lib.* 1, *c. ult. n.* 12. & Joan. Camman. *de Regal. disp.* 5. *th.* 104. Ubi ex Keckermanno 1. *Syst. Polit.* 24. astruit, fœdus laxius esse primo inter Principem, Patronum, seu defensorem, & eos, qui ejus se defensioni committunt: quod etiam aperte innuit, Ayala. *lib.* 1. *de jur. & offic. bell. c.* 7. ubi enumeratis fœderum specieb. tertio generi, (quando scilic. qui hostes nunquam fuerunt, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coeunt,) adjungit illam conventionem, qua provincia, vel civitas se Protectioni & tutelæ alicujus Principis subjicit, vel certis conditionibus accedit. Et confœderationem admodum affinem esse Advocatiæ, nominatim quoque Clarissimi nominis IC. Dn. Sebastianus Dietherich / Advocatus Civitatis Hallensis Sueviæ, amicus mihi conjunctissimus, publice defendit, *conclus. ult. disp. de Advocat.* Idque testatur etiam Bodin. *lib.* 1. *cap.* 7. *de Republ.* ubi dicit, *clientelam inter summos Principes aliud nil esse, quam fœderatam consociationem, qua quidem alter alterius majestatem observare tenetur, ut ab omni injuria potentiorum tutior esse possit.*

Hujus quoque loci sunt, quæ tradit Althusius *in Polit. c.* 17. ubi scribit, confœderatas † civitates liberas similes esse Principibus, vel dominis fiduciariis, qui se ad tempus certum, vel indefinitum, jure clientelari protectionis ergo, Reip. & Politiæ alicui certo stipendio addicunt, & se commendant in protectionem alterius, retinentes propriam potestatem, libertatem, & priorem dominum, tantum quoad pacta conventa alium recognoscentes. Mynsing. *conf.* 13. *nu.* 10. *& cent.* 6. *observat.* 2. Cui accedit Herman. Goeshusius inter Arum. *discurs. Academ.* 28. *de salubri contra vim externam fœderum remedio*, qui *concl.* 60. *& seqq.* inter fœderis species annumerat fœdus clientelare, seu jus protectionis. [277]

At vero omni plane caret dubio, fœderum pactiones Jure divino, † naturali & scripto esse licitas, sicut eleganter & diffuse probat Warem. ab Erenberg. *de fœder.* 1. *ca.* 2. & ex eodem Goeshusius *inter* Arum. *discurs.* 28. *concl.* 33. *& seqq.* Besold. *differt. de jur. fœder. c.* 1. *n.* 5. Leucht. Theol. Darmst. *in tract.* von Bündnussen. Remig. Fetsch. *de fœder. thes.* 5. *lit. A.* Sicut in specie tradunt Dd. permissum esse, superiorem recognoscentibus, pro defensione rerum, vel personarum confœderationes inire. Bart. *in extrav. ad reprimendam. verb. occulte. n.* 2. ubi dicit, ligas, quas hodie faciunt Civitates, Barones, & alii superiorem recognoscentes, si ad eorum defensionem fiant, Jure subsistere, quem allegat, & sequitur Mynsing. *cent.* 6. *observ.* 2. *n.* 45. *Si*, inquit, *defensio tam rerum, quam personarum licita, cur non quoque ligam pro defensione inire liceret?* arg. *l. Gracchus.* 4. *C. ad L. Jul. de adult.* Ægid. Boss. *tit. de crim. las. majest. num.* 25. *& seq.* Farinac. *pract. crim. t.* 4. *q.* 113. *nu.* 38. quibus nominatim suffragatur multo rerum usu, doctrinaque insignis IC, vir aulicus, & Politicus, Dn. Ludovicus Myler Cancellarius Oetingensis, *in sua de Advocatia, eleganti disputatione, Ann.* 1594. *Marpurgi habita*, in qua tamen non nisi decem prioribus Conclusionibus hanc materiam obiter tangit, in reliquis Jus Patronatus Ecclesiasticum persequitur. Is, inquam, *thes.* 4. cum casus, in quibus confœderatio, sine Imperatoris licentia & consensu, ab Imperiali aliqua Civitate, aliove S. Romani Imperii Statu, licite iniri, ac fieri possit, proposuisset, hunc singulariter expressit, quando nimirum aliquis se defendere non potest, astipulante Bald. *conf.* 262. *lib.* 2. *& in l.* 1. *in princ. num.* 2. *ff. quod quisque jur.* late Menoch. *consil.* 28. *per tot.* Boss. *de crimin. las. majest. nu.* 23. Alex. *conf.* 224. *lib.* 2. [278]

Et quamvis non liceat iis, qui superiorem recognoscunt, nec jura superioritatis habent, confœderationes inire, ad notata Warem. ab Erenb. *lib.* 2. *de fœder. cap.* 1. *nu.* 42. ubi dicit, inter † privatos proprie non contrahi fœdus, aut illud nomen fœderis non nisi abusive mereri, tamen colligationes, † quæ ad defensionis finem, etiam à subditis inferiorum Principum & dominorum eriguntur, cum authoritate, & consensu illorum fieri possunt. Jacob Werh. Kyllinger *de Ganerb. Castror. discurs.* 5. *n.* 32. Sic ordinatio Cameræ, contra Pacem Publicam læso, aut oppresso, ablata, vi armorum † raptori extorquere, & ab hoste, qui ipso jure & facto pœnam Banni incurrit, & violatæ pacis publicæ pœnam reposcere permittit, idque vel incontinenti, vel cum amicorum & confœderatorum convocandorum copia datur. *Ordinatio Camer. p.* 2. *tit.* 9. *§.* So jemand *vers.* Aber den Beschädigten / *ibi*, seine Freunde und Helffer. [279] [280] [281]

Fœdera igitur, uti recte inventa fuere, & omni ævo, usitata, ut conjunctis viribus ac armis hostes terrere, † nostros tueri possimus, ad tradita Ubert. Foliet. *tract.* [282]

tract. de fœderib. Cels. Mancin. *lib. 6. de Jure princ. c.* 13. Alex. ab Alex. *lib. 5. genial. c. 3.* Camerar. *horar. successiv. cent. 1. c. 6. & cent. 2. c. 78.* Bodin. *lib. 5. de Repub. c. 6.* Petr. Greg. Tholos. *lib. 11. de Republ. c. 11.* Cominæ. *lib. 2. pag.* 360. Mantic. *lib. 27. de tacit. convent. tit. 7. n. 7.* Sic etiam protectionis uniones præclare ac laudabiliter erectæ, intelliguntur, ut in tutelam suscepti clientes fide atque præsidio Protectorum salvi atque incolumes esse queant. Et quemadmodum è contra Con-

283 spirationes † improbæ, ac coitiones turbulentæ, quæ à fœderum communione prorsus exclusæ sunt, omni Jure vetantur *l. 3. ff. ad leg. Juliam de vi publ. l. conventicula C. de Episcop.* Aurea Bull. *tit. 15 & in Pace publica de anno* 1495. §. Auch sollen. Cataldin. *de Syndicat. quæst.* 266. Ruland. *de commiss. part. 3. lib. 5. c. 10. n. 1.* Meichsner. *nervosa decis. 22. tom. 4.* Cum rei flagitiosæ nulla sit societas, *l. 57. ff. pro socio. l. 35. §. 2. ff. de contra. empt. l. 1. §. 14. ff. de tutel. & rat. distrah.*

284 Sic etiam fiduciariæ † clientelæ, quæ per infidos & nimia dominandi cupiditate incensos, Advocatos, non defendendi, sed perdendi clientes intentione, susceptæ fuerunt, nequaquam suadendæ, sed omnibus modis detestandæ sunt.

Ratio decidendi XI. à latis veterum Imperatorum legibus de advocatiis.

Undecimo, si Advocatiæ minus essent commendabiles, non tot Imperatorum leges ac decreta super eadem sancita ac publicata fuissent.

Extat autem † præter alias sparsim hinc inde in hæc Commentaria conjectas, variæ de hac re Constitutiones Imperatoriæ, inter quas primo occurrunt quæ *in*

285 *Capitularibus* † Caroli Magni *lib. 2. Tit. de Advocatis*

286 *& Vice-dominis* habentur, ubi ipse Carolus de eligendis Advocatis ita statuit:

Volumus, ut Advocati in præsentia Comitum eligantur, non habentes malam famam, sed tales eligantur, quales lex jubet eligere.

287 Deinde Imper. † Ludovicus Caroli filius de iisdem Advocatis sequentem legem tulit: Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus cunctoque clero, omnino præcipimus Vicedominos, præpositos, Advo-

288 catos sive † defensores bonos habere, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam facientes, vel diligentes, de judicibus autem vel centenariis atque tribunis, vel vicariis dignum esse censuimus, ut si mali fuerint reperti, de ministerio suo abjiciantur.

Et Imper. Lotharius I. de iisdem ita sancivit: *Volumus*

289 † *ut Episcopi & Abbates & Abbatissæ suos Advocatos habeant, & pleniter justitiam faciant ante Comitem suum, &c.*

Sic & posterioris ævi Imperatores ejusdem rei non immemores, certas Advocatis leges posuerunt.

Speciatim Lotharius II. An. 1136. cum monasterii Eremitici antiqua roboraret privilegia, in suo confirmationis diplomate *in Annalib. ibid.* relato, Advoca-

290 tos † ejus loci sequentibus verbis obstrinxit:

Statuimus, *inquit*, & jubemus, ut ejusdem loci Advocatus super officialem & familiam, quæ infra immunitatem cottidie servire debet ad usus fratrum, nullam habeat potestatem, nisi prout Abbas voluerit & petierit. Exterius vero ab omni exactione non minus coercemus eum: Præcipientes ut cum clero nihil: cum ministerialibus vero, & familia ejusdem, quæ foris est, non nisi ex judicio agat, & quod judicio acquisierit, Abbati quod suum est inde tribuat. Cum censualibus etiam tam liberis quam capitalibus idem observet, ut nihil cum ipsis contra justitiam agat. Et in his omnibus Abbatem suum debitum recognoscat. Secundarios etiam Advocatos, imo exactores omnino interdicimus, &c.

291 Eundem in modum † Fridericus II. *in Constitutionibus* Anno 1235. in conventu Principum regni Teutonici Moguntiæ publicatis, de Protectoribus Ecclesiastic. sequentia c. 16. edixit: Wir gebieten auch fleissiglich/ und als das recht ist/daß der Gottshüser Vogt syn soll/ und beschirmen syn Vogthy/ als es wol statt gen Gott und gen unsern Hulden: vnnd sich an der Gottshüser Gut also haben/ daß ihr Vogthy da ist/ daß uns kein grosse Klage von jhne nit komme. Wer das nit thut/vnd kompt es zur Klage/ so wöllen wir es richten so festiglich/als daß recht ist/ daß wir darauß niemand schonen wöllen.

Et c. 17. Wir wöllen und gebieten daß vber ein Kloster oder vber ein Gottshuß nit mehr dann ein Vogt sy/als lang der Landfriede wehrt: Vnd wer das nicht helt/ oder darwider thet/ dē soll der Landfried straffen/ vnd wann der Landfriede vßgeht/ so soll es dann niemand an sym Rechten icht schaden.

292 Similiter Imperat. † Sigismundus *in Aurea sua* Bulla in Comitiis Norinbergæ Anno 1431. habitis. *c. 4.* de Advocatis sequentia ordinavit. Vnd hetten einige Kloster Kirchen/oder Geistliche personen/ sich jemand/ in welchem Stand/ Würden oder Wesen der were/mit jren Leutē und Gütern in Schirm vnd Schutz befohlen/ vnnd das auch zuthun von Römischen Keysern/ Königen oder jren Stifften gefreyet vnd begnadet/vnd gemechtiget weren: So sollen doch solche Vögt oder Schirmer solche Klöster Kirchen und Geistliche personen an jhren Leuten vnnd Gütern nicht beschweren noch beleidigen/wider jhr Stifftung/ Recht/ Gnad/ alt herkommen und Freyheit.

Deßgleichen ob wir oder vnser Vorfahren Römische Keyser oder König solch Kloster und Kirchen/jemand anders befohlen hettē/oder sie hinfür befehlen würden/ dieselben sollen auch von jhren Vögtē und Beschirmern an jren Leuten vnd Gütern in vorgeschriebener massen vnbeschwert bleibē.

293 Duodecimo Advocatias permissas esse, ex eo non obscure colligitur, quod eædem etiam jam olim Regalibus † accensitæ fuerint, nominatim attestante Cujacio *de feud. lib. 5. in not. ad constitut. Friderici Imper. de Jure fisci. Regalia*, inquit, *sunt Civitates, Ducatus, Marchia, Comitatus, moneta, Teloneum, mercatus*, Advocatiæ, *omnia Jura centurionum, id est villicorum, turres & villa cum omnibus pertinentiis suis, militia, & castra.*

Ratio XII. à collatione Regalium.

Testatur idipsum Dodechinus Abbas *in Appendice ad Mariani Scoti Chronic. An.* 1110. hisce verbis: *Rex vero*, inquit, *prædia & regalia, Ducatus scilicet, Marchionatus, Comitatus &* Advocatias *dudum à Carolo ejusq; successoribus Christianis Imperatoribus Ecclesiæ collatas reciperet, ea conditione ne Pontifices regali manu annulo & virga investirent quæ S. Spiritui, auctoritatique sanctorum Canonum contraria viderentur.*

Et colligitur idipsum ex charta conventionis inter Henricum V. Imperatorem & Paschalem Papam An. 1110. super investituris Ecclesiasticorum initæ, quam una cum constitutione ejusdem Imperat. Dn. Goldast. *tom. 1. Constit. Imp.* nobis exhibet. Charta autem dictæ conventionis eidem constitutioni subnexa sic habet:

Dn.

Dn. Papa præcipiet Episcopis præsentibus in die Coronationis Regis, ut dimittant 294 † regalia Regno, quæ ad Regnum pertinebant tempore Caroli, Henrici & aliorum prædecessorum ejus: & scripto firmabit sub anathemate, ne quis eorum vel præsentium vel absentium, vel successorum eorum, intromittant se ullo modo, vel invadant eadem regalia, id est Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, teloneum, mercatum, ADVOCATIAS, omnia Jura centurionum, id est, villicorum, turres & villas, quæ regni erant, cum omnibus pertinentiis suis.

Charta conventionis inter Heinricum V Imperatorem & Paschalem Papam Investituras Ecclesiasticorum concernens.

Ejusdem rei fidem facit ibidem subjectum Paschalis Papæ decretum, in quo inter alia ista habentur.

Tibi itaque, fili charissime, HENRICE Rex, & nunc per officium nostrum DEI gratia Romanorum Imperatori & Regno regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad Regnum manifeste pertinebant, tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, & cæterorum prædecessorum tuorum. Interdicimus etiam & sub anathematis districtione prohibemus, ne quis Episcoporum seu Abbatum præsentium, vel futurorum eadem regalia invadant, id est, Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, teloneum, mercatum, ADVOCATIAS, Jura centurionum & turres quæ regni erant, cum pertinentiis suis, militiam & castra; & ne se deinceps nisi per gratiam Regis de ipsis regalibus intromittant. Sed nec posteris nostris liceat, qui post nos in Apostolica Sede successuri erunt, aut te aut regnum super hoc inquietare negotio.

Denique & nostri ævi auctores Protectionis Jus inter regalia numerant, nominatim Rutger. Ruland. *de interrogat, lib. 2, cap. 1. num.* 4. Camman. *disp. 5. de Regalib. Th.* 78. *&* 104. quibus consensum præbet præter Arumæum Matth. Bortius *in discurs. Academ. de natura Jur. Majest. & Regal. cap. 3. conclus.* 40. *ad finem glossæ*, asserens, obscurum non esse, quod Advo- 295 catia † Ecclesiæ Romanæ Imperatori competens, ad Regalia pertineat, eo quod Imperator defendere teneatur Ecclesiam, ut vis, fraudes, interna & externa mala, ab ea arceantur, Lips. *lib. 2. advers. Dialog.* idque Jure majestatis, quod ad Reges Christianos dicente Augustin. 2. *tract. in Joh.* pertinet, ut pacatam habeant matrem suam Ecclesiam. Rationem addit Carolus Magnus. *in resc. de non ador. imag.* §. 2. Goldast. *tom.* 2. *Constit. Imper.* Pari modo Advocatiam regalibus accenset novissime Dominus Nicola. Pfochius Consiliar. ac Professor Herbipol. dum vixit clarissimus, *in Procyopadia de regal. num.* 58. diserte adseverans, Im- 296 peratorem inter † regalia contulisse, & adhuc Catholicis Principibus conferre Jus protectionis, & Advocatiæ super Abbatias, Ecclesias & Monasteria in suis principatibus sita. Sic & Thom. Michael. *de Jurisd.* 297 *conclus.* 11. Salvæguardiæ † seu absolutæ & plenæ securitatis concessionem inter reservata Imperatoris dinumerat post Joan. à Plat. Chassan. Jason. Cagnol. & Neuizanum auctoritate eosdem allegantis Menoch. *consil. 29. incip. Non parum substiti num.* 23. Joachim. Cluten. *Syllog. rer. quotidian. conclus.* 12. *per l. relegati.* 4. *in fin. ff. de pœn.* Menoch. *lib. 2. arbitr. jud. quæst. cas.* 336. *nu.* 23. *vers. cum solus princeps.* Jodoc. Damhoud. *in pract. crimin. cap.* 26. *t. de publ. fide.* Francisc. Marc. *decis. Delphin.* 68. *num.* 6. *p.* 1. Boer. *decis.* 179. *num.* 1. Francisc. Herculan. *in tr. de caut. de non offend. cap.* 39. *rubr. de Salvoconduct. nu.* 18. Joan. de Platea *in l. final. C. de erog. annon. milit.* ubi Salvamguardiam dicit esse quid regale.

298 Sic etiam Jus † & potestatem recipiendi Judæos in protectionem, Jüden-Schutz in numerum regalium referri communiter tradunt Dd. *ex constitut. Aur. Bull. Caroli IV. tit.* 9. Ord. Polit. Augustæ edita Anno 1546. *de Judæis*, & Ordinat. Polit. Thom. Michael. *de Jurisd. conclus.* 48. Bernard. Grevæus *pract. conclus.* 5. *in coronid. num.* 4. Petr. Heig. *part.* 1. *q.* 4. *num.* 30. Freher. *ad Petr. de Andlovv. de Rom. Imper. pag.* 186. Goldast. *in tractat.* Reichs-Satzungen *pag.* 186. & *Tract. Statut. Imperial. pag.* 86. ubi clare demonstrat, jus † 299 habendi & in tutelam suscipiendi Judæos esse de reservatis Imperii, Hieron. Brûgkner. *in addit. ad decis. Gerard. Maynhart. lib.* 4. *decis.* 4. *num.* 4. Unde patet, quod quamvis sint, qui tum propter text. *Exod.* 23: 32. tum propter blasphemias, execrationes, & usuras eos in Christianorum terris non tolerandos existiment, Wesenb. *in parat. C. de Judæ. num.* 4. ubi allegat Menoch. *cons.* 100. *num.* 225. Contrarium tamen non solum per jus civile. *tot. tit. C. de Judæ. Nov.* 146. *Nov.* 45. *Nov. Leon.* 55. & Canonicum. *tot. tit. extr. de Judæ. & Sarac.* Sed etiam per Constitutiones Imperii *text. in c.* 9. *Aur. Bull. &* in der Policey-Ordnung *de Anno* 1530. *tit.* von den Juden. *&* Policey-Ordnung *de Anno* 48. *eod. tit. & de Anno* 77. *tit.* 20. approbatum esse, modo pacifice secundum leges vivant, Tiber. Decian. *prax. crimin. lib. 5. cap.* 11. *num.* 4. *& seq.* Paris. *cons.* 2. *num.* 10. *& seq. lib.* 4. Joan. Drezler. *in concordant. ad Bero cons.* 209. *lib.* 3. Franc. Beci. *cons.* 84. *per tot.* Roland. à Vall. *cons.* 25. *per tot. lib.* 3. qua de re alio loco *in cap.* nimirum *octavo*, ubertim egisse nos, lector cognoscet. Adde in comprobationem, quæ hisce conformia adducit Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num.* 16. ubi licet, 300 † Electoribus tantum ex Aurea Bulla jus habendi Judæos, tanquam regale competat, tamen † 301 aliis etiam regalia habentibus id omnino concessum esse scribit, adeo ut hoc ipsum generaliter aliis regalibus additum sit, ut cum Electoribus commune sit factum, & addit *ibid. n.* 20. per peculiare † 302 privilegium etiam jus illud haberi posse, qualia in Imperio non pauca sunt, inter quæ ejusmodi vidisse se scribit, in quibus Judæi vocantur der Käyserl. Majest. Cammer-Knecht habentes vetera privilegia † 303 Cæsarea, de commerciis & negotiationibus, cum Christianis exercendis, ut apparet ex Imperialis Civitatis Francofordianæ *Reformatione part.* 2. *tit.* 12. ubi varia de Judæis in specie statuuntur, quæ dignissima sunt, ut extra Rempubl. Francofordiensem etiam legantur, & passim aliis in locis, in quibus cum Judæis commercium est, observentur. Præcitatis auctoribus dilucide adstipulatur Dn. Nicol. Pfoch. *in compend. de Regal. num.* 50. Quibus omnibus adjungo in terminis vom Juden-Schutz contendentem auctorem des Wertheimischen Gegenberichts. Contra Würtzburg *part. 1. cap* 13. *f.* 332. ubi asserit, Es geben die Wertheimische Reichs-Lehen-Brieff zu erkennen / daß die † 304 Jüden Freyheit und Schirms-Gerechtigkeit / der Graffschafft Wertheim / von dem Reich zu Lehen überlassen / auch durch die Herren Graffen zu Löwenstein nicht allein zu verschiedenen mahlen / von der jetzt regierenden / auch beyden nechst abgeleibten Käyserl. Majestät empfangen / Sondern (deßelben continuirt exercitium und hergebrachte possession an die Sonne zustellen) den Juden zu Schwartzberg / Lautenbach / Freu-

denberg/ Remlingen/ Heydenfeldt/ und andern Orthen Schutzbrieff gegeben / auch die Herrn Graffen vergleiches Jährlich Schutz / Fron / und Schatzungs Geld etlich 20. Jahr genossen / empfangen und eingenommen / und gegen frembde Anmassung / Krafft solches Regals den Juden Schutz gehalten haben / referendo se ad Imperiale Rescriptum *sub num.* 143. an Graff Georgen von Castell / daß er die Jüden zu Remlingen unmolestirt / unnd Löwenstein an dero solcher Orthen habendem Regal des Jüden Schutzes / unbeträchtigt lassen sol / Sub dato Prag / den 17. Decembr. Anno 1596.

Ex quibus colligitur, Advocatiam quemcunque in modum consideretur omnimodo inter regalia referendam esse: Sive enim loquamur de Advocatia, ut in Imperatore residet, & in quantum eidem in Romanam & alias quascunque Ecclesias competit, sive intelligamus, ut Cæsar eandem Principibus in investituris concedit, sive ut alios quoscunque in Protectionem recipit, omni respectu, id quod testimonio præcitatorum Dd. evidens est, Regalium nomen meretur.

305 *Rat. decidendi XIII. à pacis conservanda occasione.*

Decimo tertio conclusio nostra confirmatur sequenti dogmate; Quæcunque defensionis † gratia fiunt & tanquam in statione pacis conservandæ causa inita sunt, ea omni jure licita esse dignoscuntur, sicut ex Bart. Bald. Andr. de Isern. Jason. Schurffio. Mynsing. Quetta & aliis adstruit Frider. Hortleder *inter Arum. discurs. Academ.* 26. *conclus.* 24.

Quod autem Jus Protectionis ad hunc ipsum finem utiliter ac summa cum ratione instituatur, latissime à me probatum est *infra c.* 10. *de fine & effectib. Advocatia.*

306 *Rat. decidendi XIV. à virium conjungendarum commodo.*

Decimo quarto communi Philosophorum calculo approbatum est, virtutem † unitam longe potentiorem, indeque ad conservationem cujuslibet universitatis multo utiliorem magisque fructiferam esse, quam dispersam ac singularem. Patricius *li.* 1. *de reg. Tit.* 13. Melch. Jun. *quæst. polit.* 4. *rat.* 5.

Sed liquidum est, per Protectoris adjunctionem vires ejusdem cum Clientum potentia solidissime uniri. Ergo talis unio tanquam utilissima omnibus modis commendanda est.

307 *Rat. decidendi XV. à vi surrogationis.*

Decimo quinto, nemo est inter scriptores veteres ac recentiores, qui antiquas † Romanorum Clientelas, quibus de nos *in cap.* 5. *de Orig. Advocatiarum*, latissime egimus, non summopere commendaverit, easque Clientibus utilissimas fuisse senserit. Ita præ-

308 ter alios *in d.* 5. *cap.* magno à nobis numero allegatos auctores Dionysius † Halicarnassæus *lib.* 2. *antiq. Roman.* mutuam illam inter Clientes & Patronos obligationem, summa in laude ponit, & antiquissimum Romuli institutum Reipublicæ utilissimum fuisse, prædicat. Quapropter per multas ætates permansisse mutua Patronorum ac Clientum officia, haud secus, quam cognatas necessitudines, posteris per manus tradita testatur Joan. Rosin. *antiquitat. Romanar. lib.* 1. *cap.* 16.

309 Constat autem hodiernas Advocatias in locum antiquarum † Clientelarum, id quod nos *d. cap.* 5. *n.* 85. plurimorum auctoritate edocuimus, subrogatas fuisse. Cum igitur ex causæ primæ influxu operetur secunda. Zas. 2. *consil.* 1. *num.* 107. Et quicquid ex aliqua radice descendit, id ejus unde descendit, naturam sapere necesse sit, *c.* 1. *de vasal. decrep. ætat.* 2. *Feud.* 14. Decius *cons.* 78. *col. ult.* Rein. König. *de Reg. in secul. & Eccles. libr.* 1. *class.* 4. *c.* 14. *num.* 36. & 37. surrogatumque

310 † sapiat naturam ejus, in cujus locum surrogatur, per text. notabilem *in l.* 1. §. *hac actio*, & ibi Bart. *ff. si quis testam. lib. esse juss. & in l. unic.* §. 1. & *ibi* Cinus Bald. Salicet. *C. de rei uxor. actione l. filia* §. 1. & *ibi Doctor. ff. de cond. & demonst. l. si cum* §. *qui injuriarum.* & *ib. gl.* Bart. Bald. *ff. si quis caution. l. si donata,* §. *si sponsus,* & *ibi gloss. ff. de donation. int. vir. & ux.* Curt. *in tract. Feud.* 2. *p.* 2. *num.* 43. Roncheg. *in l. nemo num.* 34. *ff. de duob. reis.* Cald. *in l. si curatorem. in verb. læsis. num.* 68. *C. de restit. in integr.* inficias ire nemo poterit, Advocatias etiam hodiernas magnopere commendandas esse, cum argumentum † à vi surrogationis in Jure fortissimum esse 311 constet, attestante Nicol. Everh. *loc. eod.*

312 *Rat. decidendi ultima ab auctoritate aliorum Clientelas commendantium.*

Denique hanc ipsam de utilitate, necessitate ac validitate Tutelaris Advocatiæ satis superque confirmatam sententiam infiniti Authores amplexi sunt; Ita Warem. ab Eremb. *de fœder. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 36. scribit; Civitates recte quærere Protectores, & *lib.* 1. *c.* 4. *num.* 12. dicit, Civitates Imperiales, vel liberas, etiam aliis subjectas, necessitate exigente, assumere posse Protectorem, qui lite inter Civitatem & Principem, vel alium pendente, in justa causa eandem defendat.

Huic insuper sententiæ accedens ex modernis Regner. Sixtin. *cons. Marpurg. tom.* 3. *cons.* 8. *num.* 104. dilucide testatur, Protectionem † Juri & consuetudini 313 esse maxime consentaneam, eandemque firmat. Andr. Gail. *obs.* 54. *num.* 3. & 4. *lib.* 2. ubi multas alias authoritates pro hoc allegat & communiter à Dd. teneri adseverat.

Et de generali illa consuetudine etiam testatur Hieron. Schurff. *cons.* 23. *num.* 1. *cent.* 3. ubi ait, *quotidie dominos temporales potentiores, recipiunt minus potentes sub Jurisdictione sua,* & *num.* 5. dicit, *hoc observari ex communi usu seu consuetudine per totum Romanum Imperium, ut experientia, quæ est rerum magistra, docet.*

Quod ipsum † etiam Compilator Symphorema- 314 tis tanquam orbi manifestum perfunctorie indicat, multas urbes, Nobilesque Imperio immediate subjectos se in alterius principis protectionem mit Leib und Gut dare posse, inde tamen Imperio ne hilum quidem decedere *tom.* 2. *part.* 3. *tit.* 3. *supplic* 23. Marpurg. *cons.* 19. *num.* 145. *vol.* 3. Modest. Pistor. *cons.* 43. *num.* 20. Simon Pistor. *cons.* 19. *num.* 18. Zach. Viet. *Quæst. de causis exemption. Imper. conclus.* 20. *in Scholiis circa med.*

Nominatim etiam Advocatias approbans Georg. Schonborn. *Politic lib.* 6. *c.* 6. *Sane,* inquit, *in fidem & Clientelam, Protectionemve suam suscipere Civitatem aliquam prohibitum non est.* Herm. Vult. *lib.* 1. *de Feud. cap.* 8. *num.* 17.

Idem communibus suffragiis receptum scribit Joan. Cammannus *de regal. disput.* 5. *thes.* 106. hisce verbis, *Et hoc jus † Clientela,* inquit, *inter Status Imperii, & ita non solum Principis (licet ejus majestate indignum putet* Bodin. *lib.* 1. *de Republ. cap.* 7. *num* 68. *in alterius se* 315 *clientelam dare, à quo recte recedit* Kirchn. *disp. polit.* 17. *de Republ. thes.* 1.) *sed & civitatibus Imperialibus & cuivis populo libero permissum esse minus dubii habet* l. 7. §. 1. *de capt. & postlimin.* Bodin. *lib.* 5. *de Republ. c.* 6. *n.* 581.

Prædictis Auctoritatibus accedit testimonium Joan. Boteri, *de illustr. statu & Politia lib.* 6. *c.* 15. sequentem in modum scribentis, *Instante* inquit, *periculo, quod non tantum præsentem libertatis amissionem, sed totius ditionis versionem minatur, non vitio sibi princeps ducet, sese alterius principis tutela fideiq́; submittere, cum nimirum ab hostium incursionibus ipsemet vindicare se non potest.* Hænon. *disp. Polit. ult. th.* 19. Arnis. *de Jure Majest. lib.* 1. *c.* 6. *in fin.* Kirch. *de Republ. disp.* 17. *th.* 1. *lit.* a. Richt. Dither. *de summa Imper. potest. th.* 16. cum majestatem suam, (ut alii etiam dictum) per eam submissionem non amittat, sed salvam retineat, Reinh. König *disp. de majest. th.* 19. apud Arum. 2. *disc.* 17. idque exemplis † illustrando, Historici 316 docent. Sic Ptolomæum quondam Ægypti, Archelaum Cap-

um Cappadociæ, Prusiam Bythiniæ, Reges, sese absque majestatis diminutione Romanorum protectioni submisisse Tacit. 2. *Annal.* Dion. *lib.* 57. & Livius *lib.* 55. testantur. Ita etiam Saguntini Ætoli &c. Romanorum tutelæ se commiserunt olim. Poly. *libr.* 3. Et Syracusani † in Clientela Marcellorum, Lacedæmonii in Claudiorum, Puteolani Brutorum, Neapolitani Liciniorum, Bononienses Antoniorum, & Allobroges Patrono Fabio usi sunt. Alex. ab Alex. *dier.* 317 *genial.* 24. Sic & Capuani Romanis † sese submiserunt olim, ut à Samnitibus, à quibus insignibus sæpissime cladibus affecti fuerant, tuti essent. Remigius Fetsch. *de fæderib.* 6.23. *in notis sub lit. B.* Recentiora Christianorum, alienis Clientelis se submittentium exempla *Cap. V. de Orig. Advocatiæ*, quamplurima suppeditat.

Ex quibus omnibus satis perspicuum esse existimamus, Advocatias non solum honestas, utiles ac quandoque necessarias esse, ac proinde Clientes, certis ac fidelibus defensoribus esse securos, maxime expedire.

Solutio contrariorum Argumentorum.

Nec obstant huic decisioni ea quæ superius pro confirmatione contrariæ sententiæ in medium adducta sunt.

318 *Resp. ad I. dubitandi rationem à cessante Iuris obligatione.*

Quod enim primo loco objectum fuit, jure communi neminem compelli defensorem rerum suarum adsciscere, respondetur, nec caveri legibus, ut indigens cibo & potu alimenta ab habentibus quærat, aut ægrotus, ut medicum adeat, sive qui in judicio contendit, ut Advocatos consulat, aut ædificaturus domum, ut architectum accersat, hæc enim jus naturæ, & ratio ipsa, atque humanæ imbecillitatis necessitas satis unumquemque docent, ita ut si quis hæc negligat, aut se illis indigere non agnoscat, se parum judicio valere manifeste ostendat. Etsi igitur jura neminem cogant, Protectorem alienum sibi acquirere extra tempus necessitatis, quia tamen sæpe fit, ut in tanta dominandi libidine potentiores aliqui, alienos homines in potestatem suam redigere conentur, & interdum magistratus proprii ad defendendos Clientes suos satis virium non habeant, ut supra dictum est, ideo sæpe necessitas cogit aliorum subsidia quærere.

Quis enim tantæ unquam industriæ, tantæque so-319 lertiæ repertus fuit, qui necessaria † solus sibi ipsi subministrare, & se ab aliorum injuria tueri potuerit? Nihilominus tamen etiamsi certos Protectores constitutos habeamus, ad præcavendos tamen sumptus, quantum in nostris est viribus, adniti debemus, ut proprio etiam Marte impendentibus rerum nostrarum invasionibus alienis, accurramus: Si vero malis avertendis haud sufficientes esse possumus, tunc vi externæ, alienam, protectorum scilicet, opem opponere nos decet. Arum. *discurs. Aca-* 320 *dem.* 18. *conclus.* 17. & 18. ubi dicit, bello † offensivo opponendum esse bellum defensivum, sicut offensioni defensio licite opponitur. *libr.* 3. *ff. de Justit. & Jur.*

Respons. ad II. dubitandi rationem à libertate arbitrii.

Quod deinde secundo loco dictum fuit, hominem in manu consilii sui à Deo relictum fuisse, unde si necessarium esset ei ad auxilium alterius confugere penderet potius à manu aliena, quam à sua. Ad hoc respondetur, quod † per Protectoris electionem, li-321 bera rerum suarum, jure naturali ac divino competens, administratio, nemini auferatur, siquidem jus protectionis, ut *alibi* edocetur, nullam jubendi, aut imperandi potestatem protectoribus tribuit, ideoque sine periculo libertatis auferendæ, quivis se aliorum tuitioni submittere possunt, dummodo id adhibita in consilium ratione ac supervenientibus debitis cautelis, quibus de *alio capite* tractatur, fiat.

Quod vero in eadem objectione additum fuit, Deum non deesse ullis animantibus in rebus necessariis ad vitam, & propterea absurdum videri, quod homo, quem aliis animantibus præfecit, sibi ipsi non sufficiat, sed indigeat alieno auxilio. Respondetur nobis id non officere, quia sicuti non dicitur naturam defuisse homini in rebus necessariis quamvis illum nudum & imbellem procreaverit, nec ei arma & tegumenta sicut aliis animantibus dederit, D. Thom. 1. *part. quæst.* 91. *art.* 3. *ad* 2. quoniam rationem & manus ei subministrarit, quibus possit hæc sibi comparare, sic dedit ei liberum arbitrium, quo se ad Dei inprimis auxilium atque hominum converteret D. Thom. 1. 2. *quæst.* 5. *art.* 5. *ad* 1. Cum id, quod per alios possumus, per nos aliquo modo posse dicamur, Aristot. 3. *Ethicor.*

Quare nec illud, quod subjectum erat, Protectoris constituendi licentiam labefactat, quia idipsum priori responsione elusum jam est, ex eo, quod Protectio † 322 jam inita, arbitrium de rebus suis statuendi Clientibus nequaquam auferat, nec Protectori (dummodo is potestate sua abuti nolit) ad invadendum Clientelares facultates fræna relaxet. Quin potius fatendum est Clientelas ad avertendam vim externam optimum esse remedium, quod in majorem clientum utilitatem redundat.

Quemadmodum enim homini † imbecilliori per 323 ignota loca peregrinanti, si forte in latrones inciderit, optabile ac salubre est ducem itineris ac conservatorem vitæ invenisse, sic egentem auxilio, illud tempore difficili ac periculoso, à Patrono constituto, expectare ac consequi posse, valde jucundum ac commodum est, quemadmodum negari haud potest, hoc solo remedio multas † sæpe respublicas quæ in po-324 tentiorum tutelam sese dederunt contra turbatores ac invasores rerum suarum, ut prius etiam indicatum fuit, sæpiuscule tutos ac incolumes perstitisse: Exempla habemus elegantia 1. *Macchabæor. cap.* 8. recentiora innumera historiæ suppeditant.

325 *Resp. ad III. dubitandi rationem à confugi. ad divinam opem ductam.*

Præterea tertia † dubitandi ratio pro astruenda negativa opinione allata, frigidior est, quam, ut multa confutatione indigeat. Quamvis enim bonum & rectum sit, in omnibus occurrentium oppressionum periculis, ad divinam inprimis opem confugere, ac Dei Opt. Max. præsidium implorare, atque exposcere, tamen ita divino fidendum auxilio, ut nihilo segnius, quantum in nobis est, etiam ipsi, ad libertatem conservandam, nostra adnitamur industria, & dum ad copias hostium fundendas, atque res nostras tuendas, imbecilliores nos esse cognoscimus, vicinorum etiam Patronorum, ut adjumento nobis sint, dextrasque porrigant, adminicula atque auxilia non negligamus, quorum tamen subsidiis ita quoque fidendum, ut divini Numinis implorationem non prætermittamus, exemplum Narsetis sequentes, qui nunquam hostilem in prælio † effundere sanguinem, in ani-326 mum induxisse fertur, nisi prius in templo aliquo lachrymas profudisset, ac divinam misericordiam pro obtinenda victoria obtinuisset.

Resp. ad IV. dubitandi rationem à periculis ductam.

Non officiunt insuper quarto loco objecta pericula, quibus multoties Advocatiam in abusum traduci, atque protectionis officium in usurpationem potestatis transivisse, dictum fuit. Facilis enim patet ad eadem responsio, propter nonnullos scilicet † malo-327 rum Advocatorum abusus, rem ipsam, id est, Advocatiam rectam, atq; legitimam, è medio non esse tollendam,

neque

neque bonos idcirco, quod nonnulli mali ac improbi sint, Advocatos esse reprehendendos ac loco movendos.

Ecquid enim ob insperatas Advocatiæ vicissitudines defensionem Clientibus, quorum Domini ad eosdem protegendos satis virium non habent, eripiemus, vel ob improbitatem quorundam protectorum fugiendas Clientelas censebimus? Vitemus igitur alias etiam cujusvis generis conventiones, ecquid etiam ob nonnullorum hominum malitiam omne fugiemus humanum consortium, vel propter rei optimæ abusum eandem statim è medio tollemus? abusum arguamus, rem bonam conservemus.

Res enim probe instituta, non temere aboleri debet, etiamsi aliqui ea male abutantur per. text. *in Constit. C. de veter. Jur. enucleand.* & *in Rhetor.* Tullius inquit, *In nullo enim genere bonorum, aliquid est tam rectum in quo abutendo, vitium non reperiatur.* Vsillus *in Proœm. ad Tit. Instit. de Action. n.20.* Ubi de abusu Actionum.

328 Nam † & alias abusus rei substantiam minime tollit, ut ex Joan. Goropio Becan. *in Beccesilanis lib. 1.* tradit Anton. Hering. *de fidejuss. c. 1. n. 39. per c. neq. enim 14. q. 5.* Parthe. Litigiol. *lib. 1. c. 7. n. 35.* Semper enim à condito orbe rerum humanarum hæc vicissitudo fuit, ut optima quæque corrumperentur paulatim ad pravitatem, ut ait Petr. Peckius *de jure sistendi cap. 5. num. 23. vers. existimo vero.* Nec opus ex † se, sed ex causa fit, crimen, teste Joan. Sarisberiensi *Policratico lib. 4. cap. 4.*

329 Hoc amplius † non ex natura rerum, quibus utimur, sed ex causa utendi & modo appetendi probandum vel improbandum est, quod facimus. *c. quisquis 41. dist. Summ. Angelica in verb. ornatus in princ.* Jacob. Marchitell. *in Sylv. quæst. pract. quæst. 31. num. 1.* ubi ostendit, ornatum † mulieris non esse peccatum ex ipsis rebus, sed ex parte hominis, & sic non usum rerum, sed libidinem esse in culpa, &c.

Quemadmodum itaque non sequitur, Armorum & omnium fere rerum in natura existentium esse abusum, Ergo iis non utendum: Sic similiter non procedit collectio, multas protectionum pactiones infaustas & infelices fuisse, & multos Advocatos officio suo abusos, plus detrimenti, quam emolumenti suis Clientibus attulisse, idcirco è Republ. exterminandam esse penitus Advocatiam, ac bonos etiam & fideles protectores non esse adhibendos. Et posset sane eodem argumento, ipsum Jus, ipsa Judicia, urbs ex urbe, mundus è mundo

330 ejici, cum † nihil tam religiosum, tam sanctum atque excellens in mundo reperiatur, quod non deterrimi alicujus abusus indicis redoleat; Neque esset quis mentis compos qui usum vini interdicere aut abolere vellet, quod plures inebrientur aut saturitate ac crapula lædantur, Pet. Gregor. Tholos. *de Republ. lib. 7. cap. 11. num. 81.* Quæ crassa insulsa, & plumbea argumentandi ratio non minus reprehendenda esset, ac si quis contenderet Tutelas impuberum atque curatelas minorum è Republica abolendas esse. Quis enim nescit sæpius Tuto-

331 res † improba dominandi cupiditate incensos pupillorum suorum Imperia & regna invasisse.

332 Exemplo esse potest Alexii † Græcorum Imperatoris filii Tutor Andronicus, qui ut ipse imperaret Pupillum suum Alexium necavit, & Imperium arripuit.

Exempla eorum qui Tutelis ac curatelis abusi sunt.

Voluerunt hac eadem arte abuti Stilico & Rufinus Britannus tutores in suorum pupillorum, Honorii at-

333 que Arcadii filiorum Imperatoris Theodosii perniciem, & data opera clam vocatis in Galliam Vandalis summam Imperii potestatem conati sunt in Eucherum filium transferre, nisi præventi fuissent ab Honorio, cujus jussu Romæ in foro Pacis, una cum Euchero filio & aliis conjurationis sociis, trucidati sunt, Paul. Diacon. *lib. 13. additionis ad Eutrop. de vitis Imperatorum Romanor.* Carol. Sigon. *lib. 1. de Imper. Occid.* Molinæ. *de Monarch. Franc. n. 14. & seq.*

334 Sed neque Senatus Romanus † probavit Demetrii rationem, qui mortuo Antiocho fratre Rege Syriæ relicto admodum parvulo filio, dicebat æquum esse se regnum petere, quod sicuti jure gentium majori fratri cessisset; ita nunc sibi, qui pupillum ætate antecederet, deberi, tutius existimante Senatu penes pupillum regnum, quem tamen impius ille necari postea curavit. Justin. *lib. 34.* Petr. Gregor. *de Repub. lib. 26. c. 4. n. 10.*

335 Ita pariter cum Andronicus † Junior Græcorum Imperator moriturus circa annum 1344. reliquisset filio suo Calojohanni Palæologo nato 12. annorum tutorem Joannem Cantacuzenum, is omisso tutoris nomine, non pro tutore, sed pro vero Imperatore sese gessit, at postea inde armis à Palæologo dejectus fuit, ut scribunt Laonicus Chalcondylas *lib. 1. de reb. Turcic.* & Nicephor. Gregor. *lib. 11.*

336 Sic Manfredus † nothus ex stirpe illustriss. Sueviæ Ducum, sub prætextu tutelæ, Siciliam, regnumque Neapolitanum occupans, occasionem exitii præbuit serenissi. Suevicæ familiæ.

337 Et Ludovicus † cognomento Morus Mediolani Ducis patruus, ambitione sua, pupillum ex fratre nepotem, matremque ejus ex Arragonica Regum Neapolitanorum familia procreatam, seipsum & universam Italiam, sub tutoris nomine principatum affectans, in extremas calamitates & miserandam perniciem præcipitavit. Nicol. Betlius *de pact. famil. illust. c. 7.*

338 Sic † quoque Eudes Patruus Hugonis Capeti, Caroli Simplicis Curator tutelæ occasione in suam familiam regnum transtulit. Girard. *lib. 5. fol. 467.* Ludovicus †

339 Sfortia tutor fratris filiorum tutorio nomine monetas cudit, ac demum pupillos Ducatu privavit. Cominæ. *lib. 7. cap. 2.* Albertus I. † fratris filio, pioque pupillo

340 Joanni, avita tradere differens bona, ex insidiis fuit occisus. Stumpff. in der Schweitzer Chronic. *lib. 7. f. 214. b.* Münster *Cosmogr. lib. 3.*

341 De Friderico † Comite Palatino Bavariæ Duce, qui nepotem sub velamine tutelæ Electorali dignitate omnibusque ei subditis provinciis spoliare tentavit, nisi Imperialis banni fulmine perculsus ab iniquo proposito deterritus, & in ordinem redactus fuisset, notior est historia, quam ut hic prolixe lectori in memoriam sit revocanda.

342 Hinc non sine ratione Papinianus tutelam † *rem esse* dixit *minus tutam, incertam, fallacem, fragilem, & periculosam l. in fideicommiss. §. nonnunquam in fin. de usur.*

343 Plerunque enim † tutores non satis suo nomini resp. ondent Quod & Hispani agnosc unt quibus est proverbium vulgare. *No vi hazienda que medrasse, puesta en manos de tutor de Eyeaguirre, en la roya.* Hinc etiam † Alber *in*

344 *l. 1. ff. de Tutel* scribit, *Tutores hodie* (de malis & perfidis loquens) *non recte dici Tutores, sed Tollitores ab effectu.* Paul. Montan. *tract. de Tutel. c. 4 ab init.* Quo † respi ens

345 Maximilianus Imperator, Gerhaben (qua voce Austriaci Tutores indigitant) festive Gernhaber vocare solebat. Paul. Matth. Wehn. *pract. obser. lit. G. verb* Gerhaber. Christ. Besold. *dissert. Nomicopolit. 3. diss. 4. n. 8.*

346 Jam si quis ex istis similibusque malorum ac infidelium Tutorum exemplis, tutelas † è medio removendas esse clamitet, quis eum sanæ mentis fore crederet?

Quis enim nescit, etiam in segetibus lolium, & inter herbas etiam saluberrimas noxias & venenosas pullulare, propter ea tamen neque triticum, neque olera innoxia aspernamur, non magis quam Nilũ, alioquin Ægypto frugiferũ calumniantur, quod Crocodilũ habeat, aut aspidem. Imo si aliquid accidit quod nosmetipsos, aut res nostras parũ lætis successib⁹ fovit, id cõtinuo nõ est malũ & in exitiabilis rei, opinione ponẽdũ, *juxta illud Ovidii:*

careat

——— *careat successibus, opto*
Quisquis ab eventu, facta notanda, putat.

Protectio itaque per se & in se optimum pharmacum, contra insidias & molitiones potentiorum adversus tenuiores, tametsi veneni aliquid ex malitia hominum attrahat: bona, bonis, improba improbis, tamen non tolletur. Abutuntur multi pretiosissimo verbo Dei, ergo verbum Dei culpandum vel nunquam 347 audiendum? minime gentium. *Nulla* † etenim *Juris ratio*, ut inquit Modestinus *libr. 8. respons. aut æquitatis patitur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem. l. 25. ff. de* 348 *legib.* Et † quod favore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum, quamvis id oblique & κατὰ συμβεβηκὸς non raro eveniat, nolumus inventum videri. *l. quod favore C. de leg. c. quod ob gratiam. de reg. jur. in 6. l. plures in fin. C. de fid. instrum. l. generaliter. in fin. C. de secund. nupt.*

Quod ipsum etiam ex D. Augustini sententia, valde pulchre canonizatum legimus *in c. de occidendis 23. q. 5.* dum scriptum reliquit: *Absit ut ea, quæ propter bonum ac licitum facimus, aut habemus, si aliquid per hæc præter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur, alioquin nec ferramenta domestica aut agrestia sunt habenda, ne quis ex eis vel se, vel alterũ interimat. Nec arbor a plantanda, ne quis se inde suspendat, nec fenestra facienda, ne per hanc se quisquam præcipitet.* 349 & mox addit: *Quid † enim est in usu hominum bono ac licito, unde non possit etiam pernicies irrogari?* In quam sententiam multa utilia Quintilianus scripsit *libr. 2. capite 17.* ubi post nonnulla exempla enumerata, *Quis nescit ignis* ait, *aquas sine quibus nulla sit vita, & Solem Lunamque præcipua siderum aliquando etiam nocere: Quo quidem modo nec duces fore utiles, nec Magistratus, nec medicinam, nec ipsam denique sapientiam consectandam esse, inferre liceret*, & *ibidem* subdit *cibos aspernemur, quia sæpe attulerunt valetudinis causas, nunquam tecta subeamus, quia super habitantes aliquando procumbunt, non fabricetur militi gladius, quia potest uti eodem ferro latro.* vide *ibidem* plura valde pulchra ad hoc.

350 Nec † refragatur etiam sententiæ nostræ, quod ut dictum est, jus protegendi sæpe subjectionis & jurisdictionis initium extiterit; id enim raro & aliis forte concurrentibus inconvenientiis accidit: nec ob id Protectoris assumendi institutum improbandum est, 351 quia leges † & contrahentium dispositiones non intelliguntur accommodæ ad futura contingentia & quæ raro accidunt, asserente text. *in l. ea, quæ raro cum ibi notat. & l. sequent. ff. de legib.* Loriot. *in cap. 1. §. & quia, de his qui feud. dar. poss.* verus autem Advocatiæ finis eo respicit, Clientes non ut amittant, sed retineant libertatem illibatam, eamque ob causam conducunt auxilium potentioris, eleganter Warem. ab Erenb. *de fœd. lib. 1. c. ult. n. 13.*

Quare absurdum & inconveniens plane videtur, propter paucorum quorundam Protectorum malitiam generaliter omnibus utilissimum Clientelæ beneficium non sine gravissimis rationibus inductum, 352 ac tot seculis continuatum auferre velle, ne plus † malitiæ paucorum, quam probitati multorum favere vi- 353 deamur. Quinimo hoc casu satius est, † prodesse etiam malis, propter bonos, quam bonis deesse propter malos, ut inquit Seneca *lib. 3. de benefic. c. 28.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 1. num. 43.*

Resp. ad aliorum dicta, qui Advocatias improbare,

Nihil insuper deferendum est allatis eodem sub passu authoritatibus illorum qui Advocatias improbare visi sunt.

Nam ii qui dicunt Clientelas esse periculosas de immoderatis, inconsultis, ac temerariis protectionum unionibus loquuntur, † ideoque addunt *videntur.* 354 cautelas, in pactionibus earundem observandas, quibus adhibitis nihil subesse periculi, evidens est. Cujusmodi autem cautelis in contrahendo Jure Protectionis Clientes uti debeant, nos *in cap. IX. de forma Advocatiæ* explanavimus, præcipuasque *ibidem* enumeravimus.

Quare & ipsemet illis, qui alteri se in Clientelam dant, caute agendum esse, alibi consului, eosque diligenter admonui ut in protectionis capitulis rationem sui habeant, ne inde occasio subjectionis potius quam protectionis beneficium oriatur, id quod præter alios prudenter etiam, ac consulto suadet Richard. Dieterus *de summa summ. Imper. potest. conclus. 16.* & post eum Petr. Syringus *de pace religion. conclus. 44.* ubi indicat, summa, ex parte Clientum, cautela utendum esse, ne dum illi alterius se protectioni committentes, Charybdin fugiendo, in Scyllam incidant, & sub specioso jucundæ libertatis nomine, improvisa servitute opprimantur.

Alii autem non incusant rem ipsam, sed tantum abusum Advocatiæ in culpam vocant, quibus jam antea satisfactum est.

Aliorum insuper dicta, si recte perpendantur, magis ad commendationem, quam vituperium Patrocinii tutelaris, referri possunt, sicut ante ex Bodini verbis uberius allatis, quibus inprimis Clientelæ extolluntur, ostensum fuit. Omnibus vero qui de Advocatia sentiunt inconvenientius, eruditissimus ille IC. & Politicus Petr. Gregor. Tholosan. vel unicus satisfacere potest, dum utilissimas protectionis uniones commendans *lib. 11. cap. 11. num. 6.* diserte profitetur, non officere exempla, quibus docetur aliquos ex protectionis officio transiisse in usurpationem potestatis: *Nam aliud est* inquit, *invadere potestatem, aliud protegere.*

Etsi vero Petri Friderі *ibidem* adductum, plenum prudentiæ & fidelitatis consilium minime respuendum esse ducamus, libenterque concedamus, prætactam protectores habendi necessitatem, quoad nosmetipsos interdum evitari posse, si cum D. Synæsio *Epist. 2.* τὸ φοβεῖσθαι τοὺς νόμους ἀφοβίαν μεγίστην, adversus potentiores esse statuamus: & recte agere, Jus & Justitiam administrare, cum vicinis omnibus amicitiam colere, contra Jus attentata, ex Jure & æquitate placide componere, cum eodem Fridero ad pacem conservandam non inconveniens remedium esse arbitremur, quia tamen nocendi voluntas, (quod à Bruto Tribuno Plebis, veluti ab oraculo in populi Romani concione sapienter dictum) ambitiosis & imperandi cupidis hominibus nunquam deesse, indeque evenire solet, daß auch der Fried liebet länger nit / als sein Nachbar will / Fried haben kan / adhuc sæpius ut libertatem retineamus, ad oportuna præsidia consequenda, Protectores suscipere, necesse habemus. Persæpe enim quæ ratio omittenda esse suadebat, necessitas, quæ efficacissimum humanæ imbecillitatis duramentum est, teste Valer. Max. *lib. 1. cap. 2.* à nobis etiam invitis extorquet. Nicol. Machiav. *de Repub. lib. 1. cap. 6. p. 33.*

Resp. ad Thomæ Mori authoritatem fœdera improbantis.

355 Facili denique labore ea refelluntur, quæ Thom. Morus *lib. 2. Utop.* commendat, videlicet Utopiæ gentes, id est prudentiores, fœdera nulla cum gente ferire, cum naturæ consortium fœderis vice habeant, & homines melius benevolentia quam pactis, animo quam verbis conjungantur, neque eum, qui naturam negligat, curaturum verba putet.

Speciosa quidem hæc videntur, quæ tamen momentosius pensiculata cum superioribus evanescunt.

Nam hoc pacto nulli contractus, nisi nudis verbis, civili obligatione remota, essent celebrandi; verum si legibus

legibus munita ac jurata fides læditur, propter depravatam hominum naturam, & insitam labem, quanto magis simplex hominum loquela, ut plurimum fuco & fallacia plena?

Nec enim jus protectionis duntaxat, sed omnes actiones ac conventiones humanas, quamvis per se optimas, malitia improborum mortalium, quæ in hac rerum omnium depravatione, ac humana imbecillitate præcaveri non potest, corrumpit ac perturbat, cujus abusus causa si eas tolli jusseris, mundum vitandum aut omnem societatem humanam erroribus plenam, vel communionem omnium rerum introducendam dixeris, qua tamen via nullam fraudem, nullam circumscriptionem expectandam multi frustra opinantur.

Resp. ad V. dubitandi rationem ab exemplis eorum, qui ob quandam ab aliis protectionem libertatem amiserunt, ductam.

Præterea nihil etiam ad amoliendam Advocatiam conferunt exempla quinto loco adducta, seu vetera seu nova, quibus ex initæ Protectionis causa libertatem amissam fuisse narratur.

Cum † enim providentia Dei immota, unicum sit omnium mutationum inscrutabile fundamentum, quod belle consideravit Domin. Arumæ. *de Jure publ. discurs. Academ.* 28. *concl.* 13. ideo vel dicere possumus, id ob Principum populive delicta ex divina voluntate accidisse, vel enumeratas Respubl. quæ tali 356 ex causa sub jugum alterius venerunt, proprii magistratus Jurisdictioni se temere subtraxisse, ac aliorum sese Clientelis submittendo eas, quibus opus fuit, cautelas non adhibuisse, ideoque imprudentiæ propriæ pœnas 357 luisse: Populi † enim & regna, quæ justis Principum Imperiis parere noluerunt, non raro deinde violenta immanium tyrannorum Imperia pertulerunt; Nam qui mitium sceptra Principum contempsere, crudelium tyrannorum flagella experiri non est iniquum, ut ait Anton. de Guevar. *in Horolog. Princ. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 109. Et hæc quidem non minima causa est, quod multi Status Imperio avulsi, provinciæ exemptæ, regiones aliorum dominiis intextæ sint, nec face nec 358 viatico investigandæ; Uti enim rerum † omnium, sic & regnorum sua mortalitas est, provinciæque velut pilæ datatim de manu in manum propelluntur. Quis cum Manilio numeret,

——— eversas urbes, Regumq; ruinas
Inq; rogo Crœsum, Priamumque in littore truncum?

Quam Imperiorum mutationem, aliarumque rerum sublunarium imbecillitatem & inconstantiam, novit etiam & agnovit Cicero 3. *de Orat.* dum nullum rerum genus, quod aut avulsum à cæteris per seipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam atque æternitatem conservare possint, pronunciat, secutus forte Euripidem in Jone, nervose, uti hoc expresserat his verbis, τὰ θνητὰ τοιαῦτα οὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει: Quam ejus Gnomen Ovid. 15. *Metamorph.* eleganter sic reddidit.

Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim, sic ad ferrum venistis ab Auro,
Secula, sic toties versa est fortuna locorum.
Vidi ego, quod fuerat quondam floridissima tellus
Esse fretum, vidi factas ex æquore terras.

Atque eo collimavit *in Hercule suo furente*, SENECA, dum inquit,

——— Sic magna fuit, censuq; virisq;
Perq; decem potuit, tantum dare sanguinis annos
Nunc humilis veteres tantummodo TROIA ruinas
Et pro divitiis tumulos ostendit Avorum.
Clara fuit Sparte, magno viguere Mycenæ,
Nec non etiam Cecropis, nec non Amphionis Arces
Vile solum Sparta est, altæ cecidere Mycenæ,
Oedipodionæ quid sunt, nisi nomina THEBÆ?
Quid Pandionia restat, nisi nomen, ATHENÆ?

Deinde ab infausto præteritarum Advocatiarum eventu futurarum fortuna non est metienda, cum quod & alias ex præteritis † statuere de eo, quod futurum est, 359 prudentis non sit, uti ex Anchar. Alex. & Dec. docuit Surdus. *tract. de alim. tit.* 8. *privil.* 1. *n.* 7. tum etiam quod exemplis † non sit judicandū, *l. nemo. C. de sent. & interloc.* 360 *omn. Jud.* Coler. *tract. de alim. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 32. *in fin.* Aldobrand. *in §. ex non scripto nu.* 23. *Inst. de Jur. nat. gent. & civil.* Herm. Vulte. *cons. Marpurg.* 34. *n.* 54. *vol.* 1.

Quin e contra potius hac in parte bonorum ac utilium † Protectorum exempla in memoriam revocare 361 debemus, quæ diligentius pensitata multo plures Advocatos tutelares, qui Clientes etiam in extremis periculis constitutos à violentis aliorum oppressionibus liberarint, eorumque vitam & fortunas illæsas conservarint, extitisse docent, prout testantur auctoritates Historicorum passim obviæ.

Cæterum cum adhuc ultra prætensas prohibitiones, auctoritates atque exempla Advocatiis adversantia, nonnullæ etiam rationes, in contrarium adductæ fuerint, non omittam ad easdem etiam singulatim respondere.

Resp. ad VI. dubitandi rationem ab incommodo.

Ad primam igitur alias in ordine sextam dubitandi 362 rationem qua objectum erat, instituta, quibus Monasteriorum, ac rerum sacrarum diripiendarum via atque occasio patet, magis improbanda quam suadenda esse, respondetur negatione assumpti: Contrarium enim potius verum est. Nam Advocatiæ propriè ac principaliter ad conservationem † Ecclesiarum, Monasteriorum, re- 363 rumque Deo dicatarum constitutæ sunt, ut eleganter docet Udalr. Zasius, *lib.* 2. *cons.* 7. *n.* 6. & 7. ubi dicit *Advocatiam eo solo fine introductam usq; continuatam esse, ut Ecclesiæ Jura defendantur.* & Advocatos, nisi in utilitatem Ecclesiæ non assumi auctor est Cardinal. *in cap. præterea de Jur. patronat.* quod & regulare esse propalat præstantiss. IC. Joan. Schulter Cancellarius olim Wirtenb. *in consil. quodam in causa* Schutz und Schirm *pro* Chamberg *confecto quasi.* 1. *n.* 1. Ubi tradit, ex pacto Advocatiæ ob majorem securitatem non tantum ampliorem utilitatem ad Cœnobia, ejusque membra redundare, ipsis in pace & tranquillitate securius vivere valentibus, sed nec ea ratione jus ordinarii superioris in quoquam labefactari, arg. *text. c. accepimus & c. ex parte ibiq; Dd. de Privil. & excess. prælat.* Schurff. 3. *consil.* 23. *num.* 1. Sixtin. 3. *Marpurg. cons.* 8. *n.* 48.

Resp. ad VII. dubitandi rationem, à cessante necessitate ductam.

Quod vero jam ad septimam dubitandi rationem, † pro contraria sententia stabilienda, allatam, attinet, 364 quod scilicet generali, à quolibet magistratu subditis debita protectione existente, specialis Advocatia otiosa, atque superflua sit, ea parum momenti in se continet. Etsi enim, ut dictum est, superior quisque subjectos sibi homines tueri, atque defendere, ipso jure teneatur, quis tamen ignorat, multoties evenire, ut vel propter virium imbecillitatem, vel loci distantiam aliave intervenientia impedimenta, proprii magistratus suos defendere non possint, ideoque illis aliunde accersito auxilio, atque aliena protectione opus sit?

Quamvis igitur officium † cujuslibet boni magistra- 365 tus, in tuitione adversus vim externam ceu aliquot in locis commentarii hujus ostensum fuit, versetur; contra eandem tamen sæpius etiam aliam vim, ceu offensioni defensionem opponi necesse est; Quia vero illam vel propriam, cum scilicet imminens periculum à Capitibus subditorum propriis viribus propulsatur; vel alienam, quando nimirum subditis per vim injustam oppressis, alieno subsidio succurritur, esse oportet, propriam autem defensionem † multoties 366 deficere contingat, idcirco eo casu, vi illatæ resistendi remedium salubrius non datur, quam defensionis præsidium, ab externis quæsitum ac Clientelare fœdus cum vicinis & potentibus Rebuspub. contractum, ut ab his

his auxilium tempore difficili ac periculoso oppressi exspectare ac habere possint. Idque eo amplius, quod hoc pacto ob majorem securitatem non tantum uberior fructus, & utilitas ad subditos eorumque Magistratus redundet, ipsis in pace & tranquillitate secundius vivere ut modo dictum est, valentibus. Ea de causa inficias ire nemo potest, Advocatias haud solum utiles, sed sæpius etiã

367 necessarias esse. Hoc enim remedio multæ † tenues Respub. cum se in societatem Protectorum contulissent, contra potentissimos hostes tutæ, ac inviolatæ permanserunt. argum. eorum, quæ leguntur 1. *Mach. c. 8. per tot.*

Qua de re extat etiam testimonium Joan. Boter. *de illustr. stat. & polit. lib. 1. cap. 2. vers. Adde hoc.* ubi ait, *Imperiorum quædam esse ampla & summa, quædam media, quædam vero tenuia & infima, quæ cum propulsandis*

368 † *hostium incursionibus non sufficiant, in sui securitatem necessario sibi asciscere debere defensorem & tutelarem, &c.*

369 Octavo insuper non est, quod † negotium facessat ea dubitandi ratio, quâ dictum fuit, subditos ex annua pensione protectoribus eroganda egestatem incurrere, ideoque Advocatiam admittendam non esse: Multiplex † enim ad hoc dari potest responsio. Primo enim haud abs re, eam quam fingunt paupertatis consequentiam negare licet. Nec enim semper subditi, sed multoties ipsi magistratus protectionis honorarium

370 pendunt, aut si illi solvant, id per capita plerunque distribuitur, quorum cum multa sint, exiguum quiddam singulis numerandum venit, idque per se nullam inopiam inducere potest. Ne dicam, eo etiam posito,

Responsio ad VIII. decidendi rationem à diminutione opum Clientelarium.

371 quod † non desint tradentes nimiam subditorum opulentiam atque potentiam multifariam obesse Reipubl.

372 Ac primo quidem † nimias per se divitias atrociores, ac deteriores hominum mores reddere: Eleganter Cicero: *Corrupti sunt*, inquit, *depravatique mores admiratione divitiarum. lib. 2. Officior.* Ex 4. *ad Herenn.*

373 *Difficile est* † ait, *virtutes eum revereri, qui semper fortuna secunda sit usus.* Tum nimiam opulentiam publicam tranquillitatem plerunque turbare Aristot. *lib. 5. polit. cap. 4. & 8. in fin.* Nimiam denique subditorum

374 † potentiam magistratibus, ac præcipue Regibus & Principibus valde inimicam atque exitiosam esse. Idem refert *d. lib. 5. cap. 3. & cap. 6. in princip.* Jacob. Orloshaus. *in respons. an fœm. à success. regnor. Princip. extant. masc. jure exclud. Acie muliebr. c. 18. per tot.*

375 Nimiam enim subditorum † potentiam sæpius iisdem præbuisse occasionem, ad dominium apprehendendum, multa passim docent exempla.

376 Ex quibus illud † Machiavelli dogma, quamvis multis suspectum, haud tamen omnino improbandum videtur, posse nimirum subditos, si inopia cohibeantur, in pace, concordia & fide facilius retineri, & à motu ac rebellione contineri *lib. 3. disput. cap. 25. in princip.* Kyllinger. *de Ganerb. Castror. discurs. 4. nu. 11.* scribens,

377 Subditos † potentia destitutos non facile defectionem meditari.

Quod vero ibidem ex Salviano, Rittershusio & Zasio, contra Protectionis instituta objectum fuit, illud nostratibus Advocatiis nihil derogat. Ii enim adductis in locis abusum duntaxat Advocatiarum culpant, easque solum Clientelas impugnant, quæ in susceptorum detrimentum vergunt, magisque Protectorum commoda, quam Clientum defensionem respiciunt; usum autem rei bonæ propter abusum non tolli, paulo ante ad nauseam diximus. Quare etiamsi aliquando Advocatiæ inutiles fuerunt Clientibus, non

378 tamen idcirco improbandæ sunt, cum æquum † non sit, id haberi malum, quo bene uti licet. Quintil. *Instit. orat. lib. 2. c. 16.*

379 Quod insuper ad nonam † attinet objectionem, qua probari videbatur, subditos alienæ protectionis auxilio fretos, adversus Dominum suum insolentiores atque audaciores evadere, eamque ob causam deditionem in alienam Clientelam minus honestam esse: ad eam respondetur id raro & non nisi à malis Rebellibus & immorigeris subditis fieri, quibus boni ac prudentes Advocati aures præbere non solent. Quare inductam consequentiam minime veram esse constat.

In considerationem etenim trahendum non est, illud, quod per abusum aliquando contingit, sed ad hoc quod justum, æquum & frequens est, respectus haberi debet, per ea quæ *supra* ad hoc fuse allegata sunt.

Sed hæc hactenus de utilitate ac usu laudabili Advocatiarum tam suscipiendarum per Patronos, quam subeundarum per clientes, adducta sufficiant. Nunc ad diversas Juris Clientelaris Advocatorumque ac Clientum denominationes in sequenti capite explicandas accingimur.

CAPUT II.

De variis Juris Clientelaris, Advocatiæ, Advocatorum ac Clientum appellationibus, Synonymis, Homonymis, & Æquivocis diversarum Linguarum.

SUMMARIA.

Verborum significatio præmittenda, ne incertitudo legenti fastidium pariat. n. 1.
Protectionis Jus in diversis linguis Græca scilicet, Latina, Germanica, Gallica, & Longobardica designatum. n. 2.
Advocatiam quibus nominibus Græci appellent. n. 3.
Patroni nomen unde primitus sumptum, sub n. 3.
Patroni apud Romanos diversa officia & appellationes, ibidem.
Advocatiarum appellationes Latinæ quot & quænam. n. 4.
Advocatiarum nuncupationes Latinæ duodecim, ibid.
Protectionis Jus fuit olim, ita etiamnum hodie clientela vocatur. n. 5.
Clientela & Clientum voces latissime patent. n. 6.
Clientela latissime sumpta quid complectatur. n. 7.
Clientela pro observantia, & clientelaris officii agnitione sumpta. n. 8.
Clientela etiam Clientum officium erga patronos denotat. n. 9.
Clientela etiam clientum multitudinem significat. n. 10.
Clientes quinam dicantur. n. 11.
Clientes unde denominentur. n. 12.
Clientum alia appellatione diversa. n. 13.
Clientum duo olim genera, & quænam. n. 14.
Clienta in fœminino, quæ sub Patrocinio alicujus extiterat, olim dicebatur. n. 15.
Clientes antiquitus etiam vocabantur suscepti. n. 16.
Clientes etiam dicuntur, quorum causæ in judiciis per Advocatos aguntur. n. 17.

D

Vasalli

Vaſalli etiam Clientes vocantur. n. 18.
Clientum nomen Colonis etiam attributum. n. 19.
Clientis nomine etiam ſervi olim vocari ſoliti, n. 20.
Clientes fideles Patronis, dextra nuncupati. n. 21.
Rapaces & minus fidi ſiniſtra. n. 22.
Itemque ancillæ dominis penſa diurna reddentes. n. 23.
Cliens denique pro Delegato ibid.
Protectionis Jus communiſſime appellatur Advocatia. n. 24.
Clientela Advocationis vocabulo etiam indigitata. n. 25.
Lotharii Imperatoris Lex de Advocatis. n. 26.
Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ eorumq; Advocati olim ab hoſtibus recipiendis immunes fuere. n. 27.
Advocatia etiam patrocinium forenſe ſignificat. n. 28.
Advocatione & foro interdicere quid importet. n. 29.
Advocatia etiam dignitatis nomen denotat & quale. n. 30.
Itemque Feudum ſignificat & quale. n. 31. & 34.
Advocatus male agens cauſam domini, feudo privari poteſt. num. 32. & 36.
Advocati feudum non eſt hæreditarium & quare. n. 33.
Inter Advocatiæ & Guardiæ feudum, quænam ſit differentia, num. 35.
Feudum Advocatiæ dupliciter à Feudiſtis uſurpatur. n. 37.
Advocatio item eſt amicorum ad opem favoremq; præſtandum, facta coitio, aut cœtus ipſe cauſidicorum, aut ipſa cauſæ defenſio. n. 38.
Advocatia item pro negotii alicujus publici procuratione ſumitur. n. 39.
Advocatus, cui Præfectura aut munus aliquod, præſertim cauſarum diſceptandarum publice commiſſum eſt. numero 40.
Advocatio, pro Advocatione cauſarum, per ſuperiorem Judicem ab inferiori facta. n. 41.
Advocatio pro eo hominum cœtu, qui ad perhibendum teſtimonium advocatur, ſumpta. n. 42.
Advocatia etiam pro Juriſdictione uſurpatur. n. 43.
Henrici Imperatoris literæ, quibus Aſſindienſem Abbatiſſam Imperii Principem, in poſſeſſionem Advocatiæ ſuæ in Rollingshauſſen immittit. n. 44.
Advocatiæ Jus, non penes Clientem, ſed aliam ab eo diverſam perſonam conſiſtere neceſſe eſt. n. 45.
Patroni ac Clientis qualitas in uno & eodem ſubjecto ſimul eſſe nequit. n. 46.
Correlativa neceſſario, ex duobus correlatis conſtare debent. num. 47.
Protectores & Clientes ſunt correlativa. n. 48.
Clientela Jus ſe habet ad Clientelam ut correlatum, ibidem.
Correlativorum uno poſito, ponitur & alterum. n. 49.
Vidimus Literarum Ludovici IV. Imp. quibus Henricus VI. Imp. tertiam partem Advocatiæ, ſeu Juriſdictionis, in Gebſattel à Conrado de Nortenberg ſuæ Majeſtati ceſſam, Eccleſiæ Chombergenſi donat. n. 50.
Quod quis non habet, alteri donare non poteſt, n. 51.
Non entis nullæ qualitates. n. 52.
Subſtantia carens caret & accidentibus n. 53.
Protectionis Jus proprie ſumptum, perſonas ac res alienas defenſioni commiſſas, non proprias, reſpicit. n. 54.
Rudolphi Comitis Raperſvilenſis literæ, quibus filiæ ſuæ Eliſabethæ victalitium in bonis à Monaſterio Eremitarum feudalibus, conſtituit. n. 55.
Guilielmi Comitis de Gulche, literæ Reverſales, ſuper feudo ab Otthone Comite Palatino accepto. n. 56.
Pallentia olim Juriſdictionis prætoriana tribunal. n. 57.
Ab Advocatia, Advocatus qui Clientum defenſionem ſuſcipit denominatur. n. 58. Vel e contra ab Advocato, Advocatia. ibid.
Advocati Tutelaris & forenſis elegans comparatio. num. 59.
Advocatus Clientelaris ſuſceptum in tutelam, contra quamcunque injuriæ vim & invaſionem tueri obligatur. numero 60.

Advocatus qui aliorum protectionem ſuſtinet, utrum ab Advocando, vel à Germanico vocabulo, Vogt/ derivetur. n. 61. & 203.
Advocatus pro Advocato antiquitus dictus. n. 62.
Advocati, Patroni & Defenſoris termini an ſint convertibiles. nu. 63.
Advocatorum diverſæ ſignificationes. n. 64.
Vocabulorum ab uſu in rei perceptionem facilius ducimur. nu. 65.
Advocatus communiter dictus qui cauſis agendis occupatur. numero 66.
Advocati, Patroni, ac Procuratoris differentia. n. 67.
Advocati Camerales, olim Procuratores Fiſci dicti. n. 68.
Advocatus etiam pro Patrono Eccleſiarum accipitur. numero 69.
Advocato ſeu Patrono Eccleſiæ, in clerum Jus nullum competit, nu. 70.
Advocati interdum Judices dicti. n. 71.
Advocati olim etiam dicebantur, qui amico in judicium vocato, pro tribunali aſſiſtebant. n. 72.
Advocati olim apud Germanos iidem dicebantur, quibus Principum nomine, integræ Provinciæ, ditiones ac majores Civitates regendæ commiſſæ fuerunt. nu. 73.
Advocatorum Imperii Provincialium olim quatuor. numer. 74.
Advocati ejusdem magnæ olim dignitatis & authoritatis. nu. 75.
Comitibus præferebantur. n. 76.
Penes Epiſcopum Baſilienſ. olim ejusmodi Advocati Baſileæ conſtituendi poteſtas. n. 77.
Advocati ejusmodi conſtituendi poteſtas ab Epiſcopo ad Civitatem translata. n. 78.
Comites Palatini ſub Francorum Regibus urbis Trevirenſis perpetui Advocati conſtituti. n. 79.
Henricus Comes Palatinus Anno 1198. Advocatiam urbis Trevirenſis Joanni Trevirorum Archiepiſcopo reſignat. n. 80.
Literæ Henrici Comitis Palatini, quibus Advocatiam, ſeu Præfecturam urbis Trevirenſis Joanni Archiepiſcopo ibidem reſignat. n. 81.
Witechindus à Carolo M. Præfectus Saraborum conſtitutus. num. 82.
Ditiones aliæ quoq; ſub Advocatiæ titulo ab Impp. aliis mandata, n. 83.
Suevia in Comitiis Wormatienſib. ab Henrico Imp. in Landt-Vogtiam tributa. n. 84.
Advocatia plerumq; vocatur Jus protegendi ſeu protectionis, numero 85.
Jus protegendi alias etiam ſervitus eſt ſupra ſolum alienum tectum habendi. n. 86.
Servitus illa qualiter exerceatur. n. 87.
Suggrunda & Suggrundia quid. n. 88.
Protectores quinam. n. 89.
Eorundem diverſæ appellationes. n. 90.
Protectores domeſtici olim quinam dicti, & ex quibus electi fuerint. n. 91.
Caracalla & Cajus Caligula Imperatores inter protectores ſuos occiſi. n. 92. & 95.
Protectoribus præfuit Comes Domeſticorum. n. 93.
Diocletian. ante adeptum Imper. Comes Domeſticor. n. 94.
Protectores illi Spatarii, Stipatores, Laterones interdum, verius Latrones dicti. n. 95.
Protectores ejusmodi Domeſtici, Hattſchieris noſtratibus Aulæ Imperialis comparati. n. 96.
Janizari Turcarum, iidem, qui olim Protectores apud Impp. nu. 97.
Protectores & Patroni Conſiſtoriales qui dicantur & munus eorum. n. 98.
Conciliorum Protectores conſtitui ſoliti, ibid.
Ludovicus Comes Palatinus Concilii Conſtantienſis Protector electus, ibid.

Concilii

Concilii Tridentini quinam Protectores. ibid.
Jus protectionis nuncupatur etiam tutela, tuitio, Jus tutelare. num. 99.
Tutela antiquitus etiam Jus Clientelare dicebatur. numero 100.
Tutela nomen, Græcis κηδεμονία pro quavis protectione accipitur. n. 101.
Tutela communiter pro defensione pupillorum sumitur. num. 102.
Tutela pupillaris quid sit. n. 103.
Tutela pro conservatione corporis sui, in rettung / quandoque usurpatur. n. 104.
Tutela pro sustentatione, & refectione à Papiniano usurpata. nu. 105.
Tutores & Tutelares unde dicti. n. 106.
Dii Tutelares qui & unde nominentur. n. 107.
Tutelares Dii locorum in obsidione urbium evocabantur ab obsidentibus, & quare. n. 108.
Tutelaris prætor, quid muneris gesserit. n. 109.
Tutelaris prætoris officium omnium primus M. Antoninus Imp. introduxit. n. 110.
Advocatia communiter etiam Jus defensionis appellatur. num. 111.
Advocatialis interdum defensio appellata. n. 112.
Jus defensorum itidem. n. 113.
Defensores qui, & unde dicantur. n. 114.
Defensionis & defensoris in Jure varia significata reperiuntur. num. 115.
Defensio instantis offensionis propulsatio. n. 116.
Defendere pro avertere, repellere, & prohibere. n. 117.
Defensores canes excellentes, vertagi vulgo Retter dicti. num. 118.
Defensionis vox pro vindicta sumpta. n. 119.
Defensio apud Canonistas purgatio per Duellum, Aquam frigidam, vel ferrum candens. n. 120.
Defensor pro Advocato Ecclesiæ usurpatus. nu. 121.
Defensor etiam pro tutore hodie accipitur. num. 122.
Defensor item dicitur, qui alterum in judicio defendit. num. 123.
Defensor ejusmodi forensis, Procurator, & Syndicus quomodo differant. nu. 124.
Iis hodie Burgemagistri, sive Consules nostri æquiparantur. nu. 125.
Defensores apud Romanos olim qui dicti fuerint. numero 126.
Eorum diversæ appellationes. n. 127.
Ejusmodi defensores etiam in municipiis ex plebe creati. num. 128.
Defensores ejusmodi singulis Civitatibus olim præfecti. num. 129.
Defensorum istorum quodnam fuerit officium ac potestas. numer. 130.
Defensores Ecclesiæ alii, à Summis Pontificibus constituti. numer. 131.
Defensorum hujusmodi officium & dignitas. num. 132. 134. 135. 136.
Defensorum ejusmodi à summis Pontificibus constituendorum formula. num. 133.
Clericus in prima instantia coram Episcopo suo conveniendus. num. 137.
B. Sebastianus à Cajo Papa Ecclesiæ defensor constitutus. numero 138.
Advocatia sæpius nominatur Jus Patronatus seu Patronale, Patrocinium tutelare. n. 139.
Item Jus fiduciarium, quod autumante Bodin, sanctius est Jure Patrocinii. nu. 140.
Patronatus extra protectionis usurpationem in triplici significatione accipitur. nu. 141.
Patronatus libertorum. nu. 142.
Patronatus libertorum unde originem habeat. n. 143.
Patronatus Advocatorum forensium. n. 144.
Patronorum nomine cur Advocati olim appellati. num. 145.
Patroni & Advocati forenses an differant, & quomodo. num. 146.
Jus Patronatus Ecclesiarum. num. 147.
Patronatus Jus Ecclesiasticum utilitatem, honorem, & onus defendendi importat. nu. 148.
Advocatia vox non raro accipitur pro Jure Patronatus Ecclesiastico. nu. 149.
Ecclesiæ parochiales in Hohenstauffen / Hochdorff & Unter-Ensingen ab Henrico Episcopo Constantiensi Monasterio Adelbergensi incorporatæ. n. 150.
Patronatum qui habent Patroni dicti, sub n. 150.
Patronus pro ratione prædictorum Jurium sibi competentium triplicem pariter habet significationem. nu. 151.
Patroni beneficiales qua de causa eo nomine gaudeant sub nu. 151.
Patronorum appellatione non veniunt Domini proprietarii vulgariter Leibherren. nu. 152.
Patroni, Advocati, Vicedomini, & Rectores Ecclesiarum proprie loquendo diversi sunt. nu. 153
Protectionis Jus super personis Ecclesiasticis temporale est. 154.
Patronatus Jus ecclesiasticum an sit temporale, vel spirituale? n. 155.
Patronus etiam pro Feudi Domino usurpatur. nu. 156.
Patroni Francis olim illi Principes dicti quibus ex ephebi filii tondendi committebantur. nu. 157.
Patroni etiam victores Civitatum appellati. nu. 158.
Patronus pro sancto illo, in cujus venerationem templum aliquod consecratur. num. 159.
Galerius Max. oratoria construendi primo Christianis potestatem indulsit. nu. 160.
Constantinus M. templa erigendi privilegium concessit. 161.
Advocatia Politicis hodie frequenter Jus Clientelare dicitur. numero 162.
Protectio quandoque etiam, licet rarius, vocatur parentela. numero. 163.
Advocatia indigitatur etiam voce conservatorii & Advocatus conservatoris. nu. 164.
Conservator est Judex datus ad tuendum aliquos contra manifestas injurias omnes vel certas, judiciali non utens indagine. nu. 165.
Conservator ab injuria non manifesta, sed causæ cognitionem requirente, defendere non potest. nu. 166.
Maximilianus Bavariæ Dux Conservator Monasterii S. Crucis in Donawert. nu. 167.
Conservatorii quæ sint proprietates. nu. 168.
Ejusmodi defensioni se ingerens, mandatis pœnalib. suspensione ab officio, condemnatione in expensas, arceri potest. 169.
Nisi Privilegiis eorum, quibus ejusmodi conservatores dati sunt, id expresse in contessum fuerit. nu. 170.
Conservator an possit cognoscere de offensa Clientum suorum, si ea ab offendentibus negetur. nu. 171.
Affirmativa decisio ibid.
Judex de cujus jurisdictione dubitatur, num ad eum pertineat cognitio nec ne, desuper cognoscere potest. n. 172.
Conservatorium non concedi personis sæcularibus sed duntaxat Episcopis vel aliis dignitatem in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis obtinentibus, an verum. n. 173.
Conservatoria in Romano Imperio non sunt permissa, si Clientes in alterius quam conservatoris territorio habitent. n. 174.
Conservatoria non sunt perpetua, sed tantum temporalia. nu. 175.
Advocatia à Canonistis interdum Vicedominatus nominata. num. 176.
Vicedominus unde, & quis dicatur. nu. 177.
Vicedominus olim dictus, qui rebus Episcopalibus præerat. 178.
Vicedominus & Oeconomus quatenus differant. n. 179.
Vicedominus proprie appellatur, qui loco & vice domini rei ipsius administrat. ibid.

A Carolo

A Carolo IV. item Anno 1355. interdictum, ne quis in Regno Bohem. præter Imp. aut Regem talem hominem haberet. nu. 251.

Advocatia denominatio sæpius etiam per voces Verthädigung/Hülff/Handhabung/ *fieri solet. nu. 252.*

Verspruch/Versprechung / *id est defensa idem quod* Schutz und Schirm. *n. 253.*

Verspruch-Herr und Verspruch-Geld *unde dicta. num. 254.*

Salarium quid, & varia ejusdem appellationes. n. 255.

Protectores ibidem quandoque Procuratores, Schaffner und Pfleger *nuncupati. n. 256.*

Iidem Vitzthumb/Vitzthume & Besorger *appellati. num. 257.*

Protectores quales Episcopi, & Abbates assumere debeant. nu. 258.

Vitzthomb *Advocati etiam dicti, n. 259.*

Vicedomini proprie rerum ac ditionum Episcopalium administratores olim dicti. n. 260.

Advocatia quibus nominibus à Gallis appelletur. num. 261.

Advocatia Barbaro-Latina ac Longobardica appellationes. num. 262.

Advocatia priscis Alemannis Mundiburda seu Mundiburdium, Mundium, Mumburgium, seu Mandiburgium & Mamburgium vocata n. 263.

Mamburgus quis & unde dicatur, n. 264.

Mundebardii vox priscis sæculis tutelam duntaxat pupillarem proprie significabat. n. 265.

Postea ad omnes tutelas generaliter & ad jus protectionis quoq; accommodata. n. 266.

Mamburgus quis dicatur. n. 267.

Maurs-Münster *Monasterium à Theoderico Francorum Rege Anno 724. in defensionem receptum. n. 268.*

Othonis II. Imp. Privilegium donationis Monasterio S. Lamberti in Carinthia facta. n. 269.

S. Lamberti Monasterium ab Ottone II. Imp. in protectionem receptum. nu. 270.

Fredum Vox Francorum mulctam fisco vel judicio debitam, Germanis Frevel/ *significat. n. 271.*

Werigeldum est mulcta pecuniaria pro fuso sanguine data. n. 272.

Nuiungeldum & Triungeldum itidem voces Francica, mulcta pecuniaria, commisso furto imposita, species & quales. num. 273.

Fredum itidem Pacem Frieden *dictum. nu. 274.*

Parata sunt exactiones operarum forte perangaria Frondienst *num. 275.*

Mansiones, sive mansionatici quid. n. 276.

Advocatia ut plurimum etiam vocatur Salva Guardia num. 277.

Waldsassen *monasterium Anno 1417. à Sigismundo Imp. in Imperialem tuitionem receptum. n. 278.*

Custodia & defensionis jus diversum est à Jure præsentationis in Ecclesia. n. 279.

Salvi habitus vocabulum interdum pro Salvaguardia usurpatum. n. 280.

Salva Guardia proprie sumitur pro extraordinaria privilegiataque Cæsarea protectione. n. 281.

Feudum Guardia quod dicatur. n. 282.

Guardio seu Guardianus unde dicatur. n. 283.

Guarentare quid sit. n. 284.

Guardia pro Militum manu, sumpta. n. 285.

Castaldia proprie est gubernatio, qua res Domini gubernantur, uti & Castaldus Gubernator vel Vicedominus. n. 287.

Castaldus similis procuratori & actori possessionum Domini n. 288.

Castaldia etiam feudum denotat, quod Castaldo seu gubernatori domus à verum Domino in recompensationem conceditur. n. 289.

Cum igitur ex deductis, *superiori capite* argumentis, adhibita in consilium ratione, usum Advocatiæ, nemo facile improbaturus sit, nos suscepto ejusdem exornandæ munere, quemadmodum in cæteris artibus, ac disciplinis, primam omnium de artis † Vocabulis, reique ad tractandum propositæ, nominibus, investigationem, instituendam esse monemur, *l. 1. ff. de J. & J. l. 1. §. 1. & 2. ff. de pact. l. 1. de reb. cred. l. 1. ff. de furt. l. 1. §. 1 ff. de susp. tut.* & per Bald. *in l. libert. C. de oper. libertorum,* D. Remig. Fesch. *dissert. de Fœder. §. 2. lit. C.* ea potissimum de causa, ne incertitudo nominum obscuritasque vocabulorum, lectorem remorentur; Ita quoque in Juris hujus Tutelaris explicatione, post edoctam ejusdem, qua utilitatem, qua necessitatem, in prima quasi acie, vocum nominumque, quibus *Advocatia, Advocatus, Defensio, Defensores, Clientela, Clientes, Tutela, Tutores, Patronatus, Patroni, Protectio, Protectores,* ac *Protecti,* aliæque horum cognatæ appellationes indigitantur, significationes adducere, ac singulos materiæ enucleandæ terminos sigillatim declarare, operæ precium esse duximus. *Continuatio.* 1

Quia vero diversæ, in diversis linguis (Græca nimirum Latina, Germanica, Gallica & Longobardica) Protectionis seu Advocatiæ appellationes reperire † est, idcirco, ut singulorum dilucida habeatur cognitio, easdem ordine, una cum earundem æquivocis, Homonymis, & Synonymis enumerabimus. 2

Quod igitur ad Græcas † Advocatitii Juris, Nomenclaturas attinet, primo illud appellatur, θητεία. Servitus, cultus, Isocrates ἐπὶ θητείᾳ ἰέναι. Proprie tamen ea voce Athenienses Clientelam, & Θῆτες, Clientes dixerunt, quos πενέστας seu μενέστας Thessali, εἵλωτας Lacedæmonii nominare consueverunt, notante Dion. Halicarn. *Rom. antiq. lib. 2. §. Cæterum 2. Verb. Patricios autem,* ubi tradit, Thessalos & Athenienses priscos Clientibus superbe abusos fuisse, operasque liberis & ingenuis hominibus minime convenientes illis imposuisse, & si quando imperata non fecissent, verbera intentasse. 3 *Advocatiarum appellationes Græcæ.* I.

Secundo Advocatia Græcis dicitur Προστασία, id est, Patrocinium. Sic enim Plutarchus *in Romulo* docet. Latinos vocare πατρωνείαν, quam Græci προστασίαν, cum quispiam pro alio se opponit & ejus defensionem suscipit. Demost. αὐτὸ ἐστι. Προστασίας οὐκ ἔτυχον, Auxilio Patroni sunt destituti. Et Appianus *in Mario.* Πάτρωνας καλοῦσι τοὺς προστάτας οἱ Ῥωμαῖοι. Hos ipsos alio nomine ἀμύντορας, Mart. Cruf. *Annal. Suevic. lib. 8. p. 2. c. 2. p. 250.* appellat. II.

Tertio nominatur Πελάτεια, id est Clientela, usurpante Gaza de senectute, à quo, verba πελάτης, & πελάτις, Minister, Cliens, Mercenarius, unde Plutarchus *in Romulo* scribit, ipsum Romulum, κλίεντας appellasse, quos Græci vocant Πελάτας, quamvis eos Interp. Æschyli *in Persis,* vicinos & domesticos nuncupet. III.

Quarto Advocatia Græcis notatur, verbo, ἀμυντορία, quod significat defensionem & auxiliationem. Sic verbum, ἀμύντωρ, pro Defensore atque Auxiliario, Xenoph. usurpat, τίνας ἂν ἀμύντορας ἡδίους τούτων λάβοιεν; Et in fœminino ἀμυντορίς id est adjutrix. Gregor. *in Patris Epitaph.* Τίς δ' ἱερῶν ἢ χηρῶν ἀμύντωρ ἀμυντορίς. IV.

Generatim tamen ἀμύντωρ de quocunque, qui alicui assistit, effertur; & ἀμυνταίειν, est in judicio alicui adesse. Thom. Dempster. *antiq. Rom. lib. 5. in Paralip. ad c. 30. in fine* allegatus à Davide Hepingk *dissert. de Protect. Jur. §. 7. lit. G.*

Quinto vocant Græci Advocatiam ἀσφάλειαν, id est, secu- V.

est securitatem, tutelam, munitionem, custodiam, incolumitatem, diligentiam, qua res i.: tuto est. Theophil. *lib.* 1. *Instit. civil.* ἀσφάλειαν ποιεῖν. & ἀσφάλειαν παρέχειν: afferre securitatem. Plut. *in Cicer.* ἀσφαλείας δὲ καὶ σωτηρίας χάριν τὸν δῆμον ἐφύλαττεν ... Hinc & ipse Cicero *de Finib. lib.* 2. ex dogmatibus Epicuri φιλίας ἀσφάλειαν συντελουμένην, convertit Amicitiæ præsidium firmissimum. Eademque vox Livio & Salustio, est fides publica, quam interdum & pro Patrocinio ac Clientela sumi infra indicavimus. Id quod dixit Andog. ἀσφάλειαν κηρύττειν, fidem publicam dare, in fidem præconio seu edicto recipere.

VI. Sexto hoc jus Clientelare Græcis vocatur ὑπόχεσις, *l.* 1. *C. ut nem. ad suum Patroc. lib.* 11 *in Basilic*, notante Pandulph. Pratei. *in Lex. voc. Clientela.*

VII. Septimo nuncupatur Πατρωνεία id est Patronatus, seu præsidium à verbo πάτρων, ωνος deductam, quo sæpe utitur Theophil. *lib.* 1. *Instit. civil.* & Plutarchus *in Romulo*, ubi refert, Patronum quendam ex his, qui Evandrum in Italiam consecuti sunt, imbecilliorum curam gessisse, eisque præsidio fuisse, ab eoque Latinos Patroni nomen accepisse, ubi πατρωνεία quoque legitur pro Patronatu & præsidio.

VIII. Octavo novitiores Græci Advocatiam Ἡγεμονίαν id est Imperium, Principatum, Ducatum, vocant, welche wir Teutsche die Herrschafft / Ober-Herrlichkeit und Reichs-Vogthey heissen / observante doctissimo Dn. Matth. Klok. Advocato Salemitano, Amico nostro observandissimo, piæ memoriæ *in Anticat.* Salmanßweilischen Gegenberichts *contra* Heiligenberg *ad* §. 9. *verb.* Ἡγεμονίαν.

IX. Nono denique Advocatia à Græcis specialius & magis usitate à verbo Βοηθέω, auxilior, adjuvo, patrocinor, defendo, ad vim arcendam accurro, nominatur, Βοήθεια id est Patrocinium, præsidium, subsidium, adjumentum, remedium seu auxilium, quod præstant Βοηθοὶ *l. fin. C. de Tab. Scrib. lib.* 10. seu adjutores, quorum apud Romanos munus erat, officiariis ægritudine præpeditis vel negotiorum multitudine obrutis opem ferre, *l.* 10. *C. de numerar. lib.* 12. Unde adjutores Quæstoris, *l. fin. C. de prox. Sacr. Scrin. lib.* 12. Adjutores sacræ memoriæ, *l.* 13. *&* 14. *C. eod.* Adjutores Magistri officiorum, *l.* 5. *C. de princip. agent. in reb. lib.* 12. & alii, quos recenset Brisson. *in Appendice prætermiss. quarundam vocum, libris de V. S. adjecta, lit. A. voce: Adjutores.* Tempore autem Caroli M. & prædecessorum Impp. Patroni, ac curatores illi, in quos Episcopi, Sacerdotes, & Monachi, pecuniarum prædiorum, reique familiaris curam rejecerant, Βοηθοὶ dici cœperunt, notante Avent. *Annal. Bojor. lib.* 6. *p.* 480.

Et hucusque de Græcis Advocatiæ denominationibus. Apud Latinos † autem sequentes Juris hujus appellationes reperiuntur. 4

I. *Advocatiæ appellationes Latinæ.*

Primum uti antiquitus, sic & hodie Jus illud vocatur † Clientela, quamvis ea vox magis apud auctores priscos quam hujus ævi Juris Interpretes usitata reperiatur, qua de videri possunt Gell. *Noct. Attic. lib.* 5. *c.* 13. Halycar. *lib.* 1. *Antiq. Rom.* Coler. *consil.* 33. *num.* 60. Colleg. Argent. Majeran. *lib.* 37. *T.* 14. *th.* 1. Synzig. *disput. de Jure Protect. conclus.* 2. & post hunc D. Hepingk. *dissert. noviss. de Jure Advocat. th.* 6. *sub lit. E.* Gail. 1. *obs.* 54. Gumpelzheimer *inter Discurs. Arum. vol.* 2. *d.* 27. *th.* 2. Sic proprie & usitate, Clientela, pro Protectione & Patrocinio accipitur, *in l.* 1. *C. ut nemo ad suum Patrocin. suscip. rust. lib.* 11. *ibi. Hæ autem personæ, quæ contra publicam utilitatem, in clientelam suscepisse, collatores detectæ fuerint.* & *ibid. in l.* 2. *Ne quis vicinis Patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam suscipiat.* Sic etiam Cicero *in Divinatione*, confirmare amplissimas Clientelas acceptas à majoribus: & passim aliis multis in locis Clientelæ vocabulo frequentissime utitur. Oldendorpius *in Tabul. Action. verb. Feud.* hanc ipsam Clientelam, vocat Jus Clientelarium, ajens illud olim fuisse, cum Provinciales in Clientelam sese darent toti Senatui Romano, vel aliquibus Proceribus, quos velut Patronos observabant: ut vicissim ab illis protecti, pace ac tranquillitate fruerentur. Cic. *in Verr. act.* 5. subdens, Tale, hoc sæculo, Jus esse, quod Principes & Comites in Civitates & Monasteria, protegendi causa, habent. Hoc tamen loco sciendum est Clientelæ † & Clientum voces latissime patere, atque ad omne genus Vasallorum, Servorum, Libertorum, Subditorum & Civium, qui summæ cujusdam potestatis Imperio tenentur, pertinere, Bodin. 1. *de Republ. cap.* 7. 6

Hinc Clientela † generalissime sumpta, non tam Clientum, respectu Protectionis ita proprie dictorum, quam Subditorum, Libertorum & Vasallorum defensionem continet: dum nimirum Magistratus subditos, Patroni Libertos, Feudales Domini Vasallos, Advocati Clientes, suo quisque obligationis modo tuetur ac protegit; Hi vero e contra illos obsequio, observantia, amore & debitis officiis prosequuntur. 7

Clientela Homonyma.

Sed ad Homonyma Clientelæ quod attinet, illa primũ accipitur pro ipsa † observantia & obsequio, quod Homagium dicimus, sive pro clientelaris officii agnitione ac sponsione, tradente ex Bud. *ad l. Herennius. ff. de evict.* Petr. Greg. Tholos. *Syntag. Jur. lib.* 47. *c.* 7. *num* 18. 8

II. Secundo clientela dicitur, clientum officium † erga Patronos, notante Ambr. Calepin. *in suo Lex. Verb. Clientela*, unde committere, vel conferre se in Clientelam alicujus, est sese alterius Clientem profiteri, & ejus Patrocinio, sive, ut Gallorum vulgus loquitur, Salvæguardiæ, sese committere. *Terent. in Eunuch.* 9

Thais Patri se commendavit in Clientelam & fidem.

III. Tertio verbum Clientelæ multitudinem † Clientum, qui potentem aliquem Primatem, principemve favore prosequuntur, ejusque dignitatem, factionemque ducti aliqua mercede, vel beneficio, tutantur significat: Sicut famulitium famulorum, ministerium ministrorum, equitium equorum, sodalitium sodalium, frequentiam denotat. Qua de Clientela, in hoc significatu accepta, loquitur Cicero *ad Attic. lib.* 14. *Scis quam diligam Siculos, & quam illam Clientelam honestam judicem.* 10

Clientum appellatio.

Illi porro, qui Clientelæ † se submiserunt, Clientes dicuntur, quasi colentes eos, quorum se Patrociniis commisere, quod Patroni ab iis tanquam filii colerentur: Sicut enim Clientes in alicujus potentioris ductum se applicantes, perpetua patronorum protectione defendebantur, ita ipsi vicissim eos omni obsequio colebant & venerabantur. Et in hac significatione Clientis nomẽ accipitur *in l.* 3. *ubi Goth. ff. de usu & habit. l.* 89 *ff. de Furt. l.* 7. *ff. de capt. & postlim. revers.* Dion. Halicarn. *Rom. antiq. lib.* 2. *§. Cæter.* 2. *verb. Patricios autem*, qua de re plene *in c.* 5. tractatur. 11

Unde etiam à colendo † Clientes dictos non male existimant Connan. *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 1. Rævard. *ad l. in testam. ff. de regul. Juris*, Gumpelzheimer *d. discurs. th.* 1. 12

Alii eosdem homines † ligios ab eligendo Patrono, vel quod se singulari amicitiæ vinculo cum Patronis ligabant, nominarunt Jo Brunnick. *de Hom. subjectiv. c.* 1. *concl.* 11. alibi suscepti, dicuntur *l.* 1. *§.* 1. *ff. de pœn. l.* 3. *de usu & habit. l. quidam* 131. *de Verb. oblig. l.* 4. *C. de dignitat.* Paul. *lib.* 5. *sent. Tit.* 15. *§.* 1. Alth. 1. *Dicæolog. Jur. c.* 31. *n.* 21. Thomas Dempst. *antiquit. Rom. lib.* 1. *in Paral. ad c.* 16. *ex l.* 6. *§.* 5. *& ibi Gothofr.* ex Petr. Pitho. *in notis Mosaicis capite Nono.* Asseclas & familiares indigitat, Cæsari suo tempore (ut *cap.* 1. dictum est) Clientelas factionis, & qui eam subibant Ambastorum nomine vocari fuerunt, notante D. Hepingk. *th.* 6. *lit. E.* Roffredus, quod alibi latius explicui, eosdem vocat commendatos seu recommendatos, Itali Affidatos. Plutarchus vero πελάτας ἀπὸ τοῦ πελάζειν, teste Petr. Greg. Tholos. *Syntag. Jur. Univers. lib.* 47. *c.* 7. *n.* 16. appellarunt. 13

Fuisse

14 Fuisse autem duo olim clientum † genera: hic ignorandum non est. Alii cives Romani humiles, & tenuioris sortis homines, qui sese una cum suis in capite & fortunis protegendos potentioribus committebant. A. Gell. *Noct. Att. lib. 5. cap. 13.* & *ibi* Petr. Mosell, *in notis.* Horum mentio fit *in l. 3. ff. de usu & habitat. & in l. 5. §. 1. de his qui effud. vel dejec. l. 3. §. 6. de pen. leg. l. si libertus 89. de Furt. l. si delegatio §. quod si delegatione facta C. de Nova.* Alii homines provinciales erant, qui populi Romani Imperio se dediderunt, ac propterea parte aliqua suorum agrorum donati fuerunt, & patronos suos comiter observarunt *l. 7. de capt. & postl. revers.* quorum conditio ad vasallorum similitudinem propius accedit, ut ex Hotom. & Petr. Greg. Tholos. annotavit David Hepingk. *d. l. 7. in notis ad lit. l.*

Clientum duo genera.

Non solum autem in genere masculino, clientes, sed 15 etiam in fæminino olim, fæminas † clientas appellabant, quæ sub patrocinio & tutela alicujus erant, veluti Moniales, quarum cœnobia, ut plurimum, sicut & hodie consuetum est, certos habebant protectores. Fœminino in genere usus est Plaut. *in Mil. Habeo ancillam clientam meam adolescentulam.* Idem *in Rud. jam clientas reperi.*

Cæterum clientes antiquitus frequenter susceptorum 16 † nomine indigitabantur, quod inprimis videre est apud Salvia. *lib. 5. de gubern. Dei*, cujus verba *sup. cap. 1.* adduximus, idque testatur etiam S. Augustin. *in quæst. mistis.* ubi inter alia scribit. *Nunquid, si mala vita sit Advocatus, contra susceptum ejus pronunciabitur; hoc est officium Advocati, ut secundum Juris Ordinem, suscepti sui causam peroret, nunquid poterit vita ejus, si turpis est, obesse causæ suscepti?* Id quod etiam Cujac. *in Comment. ad tit. Cod. ut nemo ad suum patrocin. susc. vic. vel rustican.* docet, ubi definit susceptos esse clientes, qui se & bona omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt. Sic susceptus accipitur *in l. 1. C. de princ. agent. in reb. lib. 12. Neve sub unius persona suscepti fraude quadam, aliena negotia inferenda esse pertentent.* Joan. Calvin. *in suo Lex. verb. suscepti*, Gothofred. *ad l. 132. ff. de* 17 *verb. obliga.* Hodiernis insuper moribus clientes † dicuntur, quorum causam patrocinio nostro in judiciis tuendam suscipimus, *l. 1. C. de advoc. divers. judic.* ita Imperator *in l. rem non novam. §. Patroni C. de judic.* eos qui causas suas Advocatorum fidei commiserunt, clientes vocat. Unde Ovidianum illud *lib. 1. de Amor.*

Qui modo patronus, tunc cupit esse cliens.

Idem *lib. 3. de arte amandi:*

Facundus causam, sæpe clientis agat.

Præterea verbo clientis & clientuli in Jure feudali vo- 18 camus † vasallos, qui ab altero feudum accipiunt, eumque pro Domino feudi recognoscunt, *ca. 1. in fin. ex quib. caus. de feud.* And. Khol. *tract. de servit. feud. in proœm. n. 7.* Borch. *de feud. c. 2. n. 4.* Knich. *de sublim. & Reg. Territ. Jur. c. 1. n. 192.* Alciat. *in l. patroni de verb. signific.* ubi dicit, clientum hodie instar obtinere, quos barbara voce vasallos vocamus.

Porro Petr. Greg. Thol. *syntag. 14. c. 10. n. 6.* autu- 19 mat, clientum nomen etiam colonis † convenire, qui se culturæ prædiorum dominicorum, seu glebæ una cum suis addicebant, quales fuerunt Mariandini servi, qui sese Heracleotis voluntarie subjecerunt, ea stipulatione & lege, ut sibi vitæ necessaria ministrarent, de quibus Athenæus *lib. 6. c. 7.* Invenimus insuper & servos olim etiam 20 clientum † nomine vocari solitos, quod ex Coripp. Affrican. *lib. 4. n. 5.* attestatur Dempst. *antiq. Rom. lib. 1. in Paralip. ad c. 16.* ex sequent. versic.

Ante pedes Domini, faciunt qui jussa clientes
Adstabant læti. ——

Ante pedes, recte, quod clientes Asseclas vocet Glossarium vetus, ut notat Jacob. Cujac. & proprie servi à pedibus, ad pedes, ante pedes dicuntur. Juvenal. *Sat. 7. vers. 142. togati ante pedes.* Seneca *Epist. 27. Habebat ad pedes hos: & l. 3. de benef. cap. 27. Servus, qui cænanti ad pedes steterat.* Sueton. *in Calig. cap. 26.* At circum pedes dixit Tullius 3. *Verrina*, M. Martial. *lib. 12. epigr. 89.*

Bis Cotta soleas perdidisse se questus
Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

Et quia potior meliorque humani corporis pars dextra esse perhibetur, fidi clientes † patronorum suo- 21 rum dextræ appellabantur. Stat. *lib. 5. Sylv. 1.*

—— Vidi omni te pridem in flore nitentem
Vidi alte propius, propiusq; accedere dextra.

Martial. *lib. 11. Epigr. 70.*

Lydia dicebar, domino fidissima dextra,

Et è contra servi † fures, rapaces, aut parum Dominis 22 suis fidi, seu census direptores aut prodigi, sinistræ dicebantur. Q. Catull. *epigram. 45.*

Porci & Sacration dua sinistra
Pisonis.

Læva quippe furtis apt. M. Paut. *Persa Act. 1. Scen. 2.*

Ubi est illa tua furtifica læva?

Ovid. *lib. 13. Metamorph.*

Convexi, & timida nataq; ad furta sinistra.

Et in specie de servis Penestis & Menestis, hoc roborat Tholos. *d. l. n. 5. & 6.* ubi addit, illos etiam qui Jurisdictioni Dominorum locorum subjiciuntur, clientes dici posse.

Ancillæ quoque quæ pensa diurna reddebant dominabus clientes † dictæ sunt, ut patet ex illo Horatii *lib.* 23 *2. Od. 18.*

Trahunt honestæ purpuras, clientes.

Denique *in l. 3. C. de Novat.* cliens accipitur pro delegato, annotante *ibid.* Gothofr. Et hæc hactenus de clientelæ & clientum appellationibus.

Secundo, Jus nostrum, de quo agimus, Latinis Junio- 24 ribus communiter appellatur † Advocatia, Bodin. *5 de Repub. n. 585.* ubi scribit, id quod Latini patrocinium & clientelam vocant, id Juniores Advocatiam nominasse, cujus mentio fit *in c. quia clerici. 6. ibi. Quidam Advocatiam comparant, de Jure Patronat. & in c. penult. de pœnis ibi Advocati Advocatiam amittant. & in c. un. § quicunq; de Pace tenend. & ejus viol. in Usib. Feud.* Vult. *1. de Feud. 8. n. 17.* Jacob. Synzius *disput. de Jure protect. concl. 3.* Joach. Stephan. *Instit. Jur. Can. lib. 2. c. 11. n. 42.*

Advocatia Latina appellatio II.

Eandem etiam denominationem usurparunt And. Knichen *de Jure terri. c. 4. n. 325.* Paurmaist. *de jurisd. c. 10. n. 19.* Joan. Gemel. *in compend. Feudali part. 10. verbo deterioratio*, Petr. Michael. *disput. de Jurisdict. Thes. 55.* Renat. Choppi. *de sacr. Polit. lib. 1. tit. 7. n. 12.* ubi scribit *feudisticis legib. defensionem, Tutelamque sacerdotalis collegii vel Monasterii, dici Advocatiam*, quibus accedit Ulric. Zasius *cons. 7. n. 15. lib. 2.* & alii passim, quos huc transscribere otiosum esset.

Pari significatione Jus hoc protectionis † Advoca- 25 tio appellatur, sic illud nominat Bonifac. *in c. generali. ibi Advocationis & defensionis extra de electionib. & electi potest. & in c. Salvat. 1. q. 3. c. in quibusdam 12. de pœn.* Cujac. *ad Const. Frid. 2. F. 27. de pace tenend. & in Const. Henrici II. Claudi Imp. de An. 1023.* quā Goldast. *Const. Imp. Tom. 2. p. 46. & seq.* refert, & *Clement. un. Rom. §. eidem etiam de jurejur.* Sic & idem jus clientelare, Advocationis vocabulo, denominatū jam olim etiam fuisse, liquet ex Ll. Longobardicis, ubi Lothar. Imp. *lib. 2. tit. de Advocatis & Vicedominis*, sequentem in modum statuit.

Singulis † Episcopis, Abbatib. Abbatissis, 26 duos concedimus Advocatos habere; eos quoque unum, qui causam procuret, alium qui Sacramentum deducat: eosque quamdiu Advocationem tenuerint, ab hoste relaxamus.

27 Ex qua itidem lege patet, non solum † Episcopos, Abbates atque Abbatissas, juxta *l. 1. C. de Episcop. & cler.* sed eorundem etiam Advocatos ab hostib. recipiendis immunes fuisse, nominatim id annotante Nicol. Boer. *in notis ad d. L. Longobard. Lit. a.* Habent autem eadem vocabula ADVOCATIÆ & ADVOCATIONIS alia etiam diversa significata.

Advocatia Homonyma.

I. Primum enim Jure † communi Advocatia accipitur pro ipsa Advocati judicialis actione, postulatione 28 seu patrocinii præstatione, Ulpian. *in l. puto autem. §. 1. ff. de postulando. text. in l. 1. C. de his, qui in exil. dat. lib. 10. & in lib. 1. C. quib. muner. excusent. hi eo. lib.* Hinc Advocatiam præbere est causam agere. *l. 1. ff. de* 29 *inoffic. testament.* Et Advocatione † ac foro interdicere, prohibere est officio Advocandi, quod genus pœnæ est. Foro tamen plus est, quam Advocationibus interdicere: Siquidem illi, quibus foro interdictum est, omnino forensibus negotiis abstinere coguntur, hi vero duntaxat ad tempus. *Ulpian. in l. moris, de pæn.* Papinianus author est Imperatorem Titum Antoninum rescripsisse, eum, cui Advocationibus in quinquennium interdictũ esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi: *l. Imperator, de postuland.* Hinc Advocationes postulare, nil aliud est, quam à Prætore (hic enim Advocatos dare solebat. *l. 1. § 4. de Postuland.*) Advocatos petere, *l. 23. §. fin. ff. ex quib. caus. major.* hocque sensu pro ipsis Advocatis *l. 3. Princip. & ibi Gothof. C. de pact.* & pro ordine eorum *l. 8. & 17. C. de Advoc. divers. judic.* Advocatio accipitur, D. Hepingk, *dissert. de Jure protectionis th. 7. lit. B,* Inde etiam Advocationes infidæ, quæ litis clientisve secreta pandunt *l. aut facta 16. ff. de pæn.* nomen sumpserunt.

II. Secundo vero in Jure Canonico † Advocatia deno- 30 tat dignitatem quandam Urbis, aut Ecclesiæ Præposituram, ut voluit Tob. Paurmaist. *de jurisdict. Imper. Rom. c. 9. n. 22. lib. 2.* ubi ad hoc allegat Cujac. *ad constit. Friderici de pace tenend. in usib. feud. & c. Salvator. 1. q. 3. c. in quibusdam. de pœnis. c. præterea. de Jure patronat.* quamvis textus *dd. cc.* si recte inspiciantur, de nostra Advocatia, proprie & in terminis loquantur.

III. Tertio in usibus feudorum accipitur Advocatiæ † 31 vocabulum, pro feudo Advocatiæ, quod est feudale beneficium, quod datur Advocato Principis vel alterius Domini, pro advocando & Patrocinio præstando, in causis judicialibus, secundum Alvarot. *in prælud. feud. divis. 18.* ubi idem censuit, de procuratia, Judicatura & Notaria, vel alio officio, cui annexum fuit certum feudum Jas. *in prælud. feud. n. 126. vers. item habemus.* Petr. Nicol. Mozz. *in tract. feud. rubr. de divis. feud. ca. 20.* Capycius *in investit. feud. rubr. feud. gener. col. 26. verb. feudum Advocatia,* ubi subdit, quod si Advocatus 32 † inornate, vel imperite tractet causas Dominicales & sit garrulus & indecens, debeat feudo privari. Menoch. 33 *de arbitr. jud. quæst. 68. n. 9.* ubi dicit, † quod ejusmodi Feudum Advocatiæ non transeat ad successores Advocati, cum appareat concessum, ratione peritiæ Jacob. de Franch. *in prælud. feud. rubr. spec. feud. num. 215.* Rebuff. *in declar. feud. n. 43.* novissime Tob. Paurmaist. *de jurisdict. lib. 2. c. 9. n. 20. In Usibus feudorum,* inquit, 34 *Advocatia † accipitur pro beneficio adjuncto Advocati officio, quod is pro Domino ornate & solerter præstat.* Schrad. *tract. feud. p. 5. c. 6. n. 22.* ubi vult, id esse annale, sicut feudum Castaldiæ & Guardiæ, quamvis Steph. 35 Forcat. *de feud. c. 3. n. 12.* differentiam statuat inter feudum Guardiæ, & feudum Advocatiæ, volens illud sua natura, finito anno auferri posse, hoc vero non nisi culpa aliqua inornati & insolentis patroni interveniente.

Qua de re disquisitionem instituere hujus loci non est, videri de eo potest D. Hepingk *dissert. de Jure Protect. th. 17.* & ante ipsum Dn. Rosenthal. *Synops. feud. c. 2. conclus. 72.* ubi de hoc Advocatiæ feudo late disserit & communiter Feudistæ de eo tractant *in §. publici latrones, vers. quicunque Advocatiam, de pace tenend. & ejus violat.* ubi dicitur, † *si quis Advocatiam suam in-* 36 *ordinate tractaverit, & à Domino suo monitus non resipuerit, sed in sua perduraverit insolentia, quod ordine judiciario Advocatia exuetur, & si exutus Advocatiam invaserit: pro violatore pacis habeatur,* de cujus §. genuino sensu & interpretatione *infra in cap. XVI. de contrariis Advocatiis* multa diximus.

Hanc autem Advocatiam, licet Vult. *1. feud. 8. n. 17.* Feudum innominatum, mercedis ob quodcunque munus seu officium, constitutæ definiat, dupliciter † tamen 37 duntaxat illud in Jure Feudali sumitur. Primo pro eo, quod Dominus Advocato litis pro patrocinio & Advocationis labore concedit, Schrad. *de feud. p. 2. c. 4. n. 23.* Rosenth. *de feud. c. 2. q. 72. n. 1.*

Secundo accipitur pro eo feudo, quod hodie maxime ab Ecclesiis, Principibus, Comitibus & aliis Statibus, defensionis nomine conferri solet, Obrecht. *1. feud. 6. num. 18. & seq.* Rosenthal. *d. loc. ca. 4. conclus. 14. lit. E.* per *d. c. un. §. 7. & ibi* Schenck. Cujac. & Gothofred.

IV. Quarto Advocatio item est amicorum † coactorum 38 ad opem favoremque præstandum facta coitio, aut cœtus ipse patronorum & causidicorum, aut ipsa causæ defensio. Cic. *in Epist. fam. ad Trebatium. In re militari multo es cautior, quam in Advocationibus.*

V. Quinto Advocatia sumitur pro negotii † alicujus 39 publici procuratione, Calvin. *Lexic. hoc verb.* Hinc Advocatus videtur idem fuisse, qui à Pragmaticis nostris Commissarius † vocatur, cui præfectura, aut munus 40 aliquod ac præsertim causarum disceptandarum publice mandatum est. Hinc *in libro Legum Francicarum 3. c. 11. de Advocatis & Vicedominis*: Ut tales eligantur, qui sciant & velint Justitiæ causam discernere & determinare, statutum est.

VI. Sexto causarum Advocationes dicuntur, etiam earundem Advocationes, † quæ per Judicem superio- 41 rem ab inferiore fiunt, Ordinat. Cam. *p. 2. Tit. 31. ibi.* daß dem Keyserlichen Cammergericht ohnverhindert einiger Restitution, Supplication, ADVOCATION oder anderer suspension und Auffschlag / sein freyer starcker ohnverhinderter Lauff gelassen. Bart. Agricol. *in Advocato c. 8.* de quibus *in Commentar. ad Ordination. Judicii superioris & inferioris Suaviæ* nos copiose pertractamus.

VII. Septimo Advocatio, pro eo hominum cœtu, † qui 42 ad dicendum in judicio testimonium, & ut causæ mœstis opitulaturus adsit, advocatus est, accipitur, *in l. 20. ad l. Cornel. de Fals.* Wesenb. *in Parat. ibid. num. 5.* Quamvis enim advocare generaliter convocare significet, Varr. *lib. 5. de ling. Lat.* proprie tamen ad jus pertinet, & homines patrocinii, testimonii, vel consilii causa convocare denotat.

VIII. Denique nec illud leviter prætereundum hic, sed observatione dignissimum est, quod Imperatores superioribus seculis vocabulum Advocatiæ frequenter etiam pro † jurisdictione simplici seu Vogtia u- 43 surpaverint, cujus rei locupletissimum testimonium inprimis præbent literæ Henrici Imperatoris Anno 1309. electi, per quas Assindiensem Abbatissam Imperii Principem, in possessionem Advocatiæ suæ in Rollingshausen / ex qua per Adolphum, Comitem de Marchia, violenter ejecta fuerat, rursus immisit: Sed juvat ante omnia ipsas literas, quæ sequentis sunt tenoris, hic inserere.

HENRICUS Dei gratia Romanorum 44 Rex, & semper Augustus, universis Imperii fidelibus, quibus præsens scriptum fuerit osten-

Henrici Imperatoris li-

tere quibus Abbatissam Assindiensem Imperii Principem in possessionem Advocatiæ suæ in Rollingshausen/ immittit.

ostensum, gratiam suam & omne bonum: Insinuatione præsentium ad universorum cupimus notitiam pervenire, quod nos dilectam Principem nostram ASSINDIENSEM Abbatissam, de plenitudine consilii nostri, in possessionem Advocatiæ suæ Rollinghauß/ misimus, ex qua Advocationis possessione, sicut asserebat, à Comite ADOLPHO de Marchia per violentiam fuerat ejecta, & in eadem possessione memoratam Abbatissam in omnibus defensare proponimus diligenter; Volumus etiam, quod si prænominatus Comes de Marchia affirmet se aliquod jus habere in Advocatia antefata, in nostra præsentia proponat plenam Justitiam recepturus; Inhibentes nihilo minus, eidem Comiti, ne prælibatam Abbatissam, super possessionem Advocatiæ in Rollingshausen / quam à nobis debet, & ab Imperio tenere, in alio judicio, quam coram nobis impedire præsumat, volentes quoque, ut coram nobis omnia per Justitiam diffiniantur, præterea mandamus sub attentu nostræ gratiæ, firmissime præcipientes, quatenus coram fideli nostro Burggravio Werdensi, omnes ministeriales & ministratores ECCLESIÆ ASSINDIENSIS super omni querimonia & satisfactione debita, Juri pareant, & obediant eidem, sicut indignationem Nost. voluerunt evitare, Datum apud Spiram, Idibus Decemb. Indictione quarta, &c.

Quod autem vocabulum ADVOCATIÆ in præmisso immissionis diplomate non denotet protectionem, seu defensionem, nec memoratæ Abbatissæ jus aliquod patronale seu tuitionis, intuitu Advocatiæ illius in quam immissa fuit, in Pago Rollingshausen competat, sed per eandem vocem Jurisdictio duntaxat civilis, seu Vogtia intelligatur, ex eo apparet, quod jus † defensionis seu Patronale, activè non penes Abbatissam, quæ in possessionem Advocatiæ pagi, ut opinor, sui Rollingshausen/ immissa fuit, esse possit, sed necessario penes tertium aliquem, cui protegendi munus incumbit, esse debeat. Alias enim sequeretur, ipsam Abbatissam simul esse sub propria sua protectione, & sic vices clientæ ac Protectricis uno eodemque tempore sustinere, quod absurdum, & naturæ correlativorum contrarium esset. Sic enim ambo correlativa, hoc est Patronæ ac clientulæ qualitas † simul in una eademque persona consisterent, quod, ut dictum est, adversatur legi correlativorum, quæ semper constat ex † duobus correlatis, & in personalibus necessario duas personas desiderant & repræsentant, quod diserte testatur Everh. *in Topic. loco à correlat. sub nu.* 1. Quemadmodum enim existente Patre, necessario alia persona filius esse debet, ita si cliens est, Protectorem seu Advocatum requirit, aliam nempe à cliente personam. Protectores autem & clientes sunt correlativa, ut post Coler. *consil.* 33 *num.* 57. docet Synzius. *disput. de Jure protect. conclus.* 1. *ex l.* 89. *ff. de furt.* Sicque jus clientelare respectu Patroni, se habet † ad clientes, ut correlatum, unde posito uno † ex correlativis necessario & alterum poni debet, juxta gloss. notabilem *in clement. unica verb. Æternaliter C. de sum. Trin. & fid. Cathol.* Ad hæc si prædicta Abbatissa possessionem Advocatiæ hoc est Juris Tutelaris super proprio, ut supponitur Pago, ex Cæsareo rescripto nacta fuisset, contingeret in eadem diversam & plene contrariam obligationem, qua clientulæ, qua Protectricis concurrere atque extare, contra *l. si ab omnib.* 107. *§. si quis servum. ff. de legat.* 1. quam ad hoc allegat Georg. Everh. 1. *consl.* 55. *n.* 66. Et sequeretur eandem offensoris & defensoris partes sustinere simul, cum tamen nemo contrariis officiis eodem tempore clientis scil. & defensoris fungi possit, ad notata Arnisæi *lib.* 1. *Polit. c.* 11. Rationi igitur consentaneum est, in prædictis literis vocem Advocatiæ non pro Jure defensionis, sed potius pro Jurisdictione intelligendam esse. Quod si tamen locus ille Rollingshausen/ ad alium, & non ad ipsam Abbatissam, vel Monasterium ipsius pertineret, tunc & ipsa Advocatiam seu jus protectionis, vel aliam quandam in eo Præfecturam habere posset, eoque casu aliud de significatione hujus vocabuli, in literis illis usurpati dicendum foret, utut tamen sit ea, quæ hic scripta sunt, absque ullius præjudicio scripta & dicta esse volumus.

Sic etiam Imperatorem Henricum VI. ADVOCATIÆ vocabulo pro Jurisdictione usum fuisse, manifeste ostendit VIDIMUS Literarum Ludovici IV. super donatione tertiæ partis Jurisdictionis, seu Vogtiæ, in Pago Gebsattel/ quam idem Henricus Imperator, à Conrado de Nortenberg, in manus Cæsareas assignatam Ecclesiæ Chombergensi liberali ac Regali manu, condonavit: Earundem literarum cum & Martinus Crusius *in Annal. Suevicis Tom.* 3. *lib.* 4. *c.* 4. mentionem faciat, exemplum hoc loco subjiciam, quod ita habet.

Vidimus Literarum Ludovici Imperatoris, quibus Henricus VI. Imper. tertiam partem Advocatiæ seu Jurisdictionis, in Gebsattel/ à Conrado de Nortenberg suæ Majestati resignatam, Ecclesiæ Chombergensi donat.

Nos LUDOVICUS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad Universorum notitiam volumus pervenire, Privilegia inclytæ recordationis, Henrici & Henrici prædecessorum nostrorum in Imperio, prout hic subscripta sunt, nostris aspectibus præsentata. NOS HENRICUS DEI GRATIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUST. Ad universorum notitiam volumus pervenire. Quod nos inclytæ Recordationis Henrici Romanorum Regis prædecessoris nostri Illustris, literas vidimus, tenorem, qui sequitur continentes, IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS HENRICUS Divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus. Ea quæ nostris temporibus in Regni nostri terminis aguntur negotia, quamvis per prudentum Virorum promoveantur consilia, decet tamen, & est necessarium, Magnificentia Regali confirmari, quæ consueverunt per evolutionem temporum sæpius immutari, volentes itaque indemnitatibus omnium Ecclesiarum salubriter providere, Notum esse cupimus omnibus præsentem paginam inspicientibus, fidelem nostrum, CONRADUM DE NORTENBERG, tertiam partem Advocatiæ in Gebsattel suæ Jurisdictioni hactenus attinentem, in manus nostras assignasse, & nos partem eandem Advocatiæ videlicet memoratæ, nobis resignatam, Ecclesiæ Chombergensi, liberali simul & Regali manu condonasse, utilitati dictæ Ecclesiæ pleno

jure hactenus servituram. Et ne quisquam Donationem istam audeat, vel possit immutare, præsentem paginam conscribi & Sigillo nostro Regali mandavimus confirmari. Hujus rei testes sunt, Ditricus Venerabilis Treverensis Archiepiscopus, Hermannus Wirtzeburgensis Episcopus, Pertoldus Argentinensis Episcopus, Hermannus Marchio de Baden, Conradus Pyncerna de Clingenberg, Waltherus Pyncerna de Lymburg, Conradus de Weinsperg, Conradus de Schmickelfeld, Henricus filius Blindis, Hermannus frater ejus, Fridericus quondam Schultetus in Hallis, Enkembertus Henricus immodicus Hallenses, & alii quam plures. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini Millesimo Ducentesimo Tregesimotertio. In cujus nostræ Visionis & approbationis testimonium, præsentes conscribi, & nostræ Majestatis Sigillo jussimus communiri. Datum in Castris apud Wißbaden / VIII. Idus Novemb. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Decimo octavo, Regni vero nostri Anno Quarto.

Quod autem in ascriptis Donationum literis vox Advocatiæ non pro clientela, seu Jure protectionis accipiatur, inde clare patescit, quod eo tempore anno scilicet 1318. Monasterii Chombergensis tutela patronalis, apud Petrum Archiepiscopum Moguntinensem, per Ludovicum IV. Imperatorem, singulari in id Anno nempe Millesimo trecentesimo decimo octavo, dato diplomate, quod in Archivo Chomburgensi etiamnum existit, in quo præfatus Imperator dictum Archiepiscopum Principem ac Secretarium suum charissimum nominat, eidem specialiter demandata, nequaquam vero apud Conradum de Nortenberg fuerit, ideoque is talem Advocatiam, hoc est protegendi jus, quod non † habuit, alteri donare non potuit. *c. Nemo potest plus Juris 79. extr. de Reg. Jur.* cum nemo det, quod non habet, *L. Traditio ff. de acquir. rer. domin.* Jacobut. de Franchis *in usu feud. tit. 1. de his qui feud. dare possunt* §. 1. *n.* 20. tum quod non entis † nullæ sunt qualitates, *l. 2. & ibi Bart. ff. de usufr. l. 1. ejus qui 41. vers. quod si stipulatus* & *ibi* Alexan. & Jas. *n.* 3. Dec. *nu.* 6. Reliquique Doct. *ff. si cert. petat.* tum quod id quod caret † substantia, careat & accidentibus, juxta doctrinam Bald. *in l. cum oportet 6. in princip. n. 18. circa fin. C. de his, quæ liber.* Deinde adversatur tali significationi, ea etiam, quam *supra* in diplomate Henrici Regis Romanorum, quo Abbatissam Assindiensem in Advocatiam in Rollingshauß immisit, attulimus, ratio, quia scilicet nemo sui ipsius Protector seu Advocatus esse possit.

51 52 53

54 Proprie enim sumptum protectionis † jus, personas, ac res alienas, quæ defendi debent, non proprias, id quod *in ca. 4. definita Advocatia* manifestum facimus, respicit.

Unde nec in Chombergensem Ecclesiam vel ejusdem Antistitem talis Advocatia, pro clientela, sumpta, transferri potuit, per ea quæ *supra* hanc in rem copiosius adductæ sunt. Absque dubio igitur hoc loco dicendum est, tertiam partem Advocatiæ donatæ, esse & fuisse tertiam partem Jurisdictionis civilis, seu Vogtheicæ, in Pago Gebsattel / ad Ecclesiam Chombergensem spectante, quam nobile collegium Chombergense, una cum aliis duabus partibus ab iis acquisitam, etiam nunc hodie in quieta possessione, vel quasi, obtinet.

Usurpatæ insuper Advocatiæ pro Jurisdictione vestigium aperte colligitur ex instrumento Rudolphi Comitis Rapersvilensis, quo filiæ suæ Elisabethæ Anno 1261. victalitium in bonis à Monasterio Eremitarum feudalibus constituit. Instrumentum illud extat *in Annalibus noviss. ejusd. Monast. ad Annum* 1261. & verba ex eodem deprompta ad institutum nostrum pertinentia, ita habent:

55 Noverint igitur tam posteri, quam præsentes, quod ego RUDOLPHUS Comes de Raperswil recognosco & profiteor, quod universas Advocatias quas super possessionibus monasterii HEREMITARUM extra montem, qui vocatur ETZLIN, sitis, habeo, vel à me in fœdo habentur, à dicto monasterio fœdaliter possideo, sicut id à meis progenitoribus, & compatriotis ad meam, & omnium provincialium noscitur pervenisse, quas etiam Advocatias cum aliis meis fœdis à dicto Monasterio habitis de generosa Domini ANSELMI præfati Monasterii Abbatis benignitate filiæ meæ Elizabeth, per manus ejusdem Abbatis obtinui, concedi, & assignari, ut post meum obitum tam Advocatiæ prædictæ, quam etiam alia mea fœda ad eam libere titulo fœdi devolvantur. Omnia etiam mea fœda, quæ à sæpe dicto monasterio Heremitarum, præter Advocatias habeo, & possideo, de gratia supradicti Domini Abbatis uxori meæ MECHTILDI titulo, qui vulgariter Lipdinge dicitur, concessa & assignata sunt, quo usque ipsa vixerit, nihilominus possidenda.

Multo etiam expressius reperitur vocabulum Advocatiæ pro Jurisdictione usurpatum in literis Reversalibus Wilhelmi tunc adhuc Comitis in Gülch / cui Jurisdictio in aliquot pagis ab Otthone Comite Palatino Rheni Duce Bavariæ sub verbo Advocatiæ decies repetito infeudata fuit. Reversalium autem, quas Freherus *lib. 1. Orig. Palatin. c.* 8. suppeditat, talis est tenor.

Literæ Reversales Wilhelmi Comitis de Guliche, super Feudo ab Otthone Comite Palatino accepto.

WILHELMUS Comes † de Guliche profitemur, quod nos ab Illustri Domino nostro, Ottone Comite Palatino Rheni, Duce Bavariæ, feudum, quod à patre ejusdem Ludovico egregio Duce Bavariæ tenebamus, sub hac forma recepimus & pacto, quod nos de proprietate nostra in redditibus XX. marcarum eidem resignavimus & cum priore fœdo recepimus ab eodem, ita 56 tamen, quod datis ducentis marcis, dicti redditus XX. marcarum ad nos redeant absolute. Super horum autem effectu & robore fidejussores sunt Præpositus Wilhelmus Advocatus Aquisgranensis, Christianus Pincerna de Nidecke, Henricus Buuf, Carsilius milites de Guliche. Hæc utique infra spacium unius anni effectu debent compleri. Bona autem prioris fœdi specialiter, & nominatim, & localiter sunt subscripta; Advocatia in Brichse, Advocatia in Viletge, Advocatia

catia in Wesle, Advocatia in Berchaim / Advocatia in Pfaupfindorff / Advocatia in Holvvilre, Advocatia in Münstere, Advocatia in Greznich, Advocatia in Vrochem, bona in Zulpeche, quibus attinet Ecclesia S. Mariæ, Advocatia in Dornich. Comitatus & jus nemoris. Bona vero pignoris sunt allodium totum, quod dictus Comes Bavariæ habet apud Flovercke. Hujus facti sunt testes prædictus Præpositus Aquisgranensis, Hartmannus Comes de Dilingen, Ludovicus Pincerna de Ovica, Wilhelmus Dapifer Junior de Alzeia, Hertvvicus de Hirzberg. Bruno de Alzeia milites, cum toto consilio Domini nostri Comitis Palatini, Wilhelmus Advocatus Aquisgranensis, C. Pincerna de Nidecke, cum toto consilio nostro. Ad hujus facti robur huic literæ nostrum fecimus appendi sigillum. Datum apud Franckenfurt/ Anno gratiæ 1230. 26. Calend. Martij.

Sed ne plura in hujus rei comprobationem, quod scilicet olim Advocatiæ vocabulum pro Jurisdictione civili, sive Vogthey usitatum fuerit, facit authoritas eruditissimi IC. antiquitatum indagatoris solertissimi Marquardi Freheri Consiliarii Palatini. Is enim *cap. 8. part. 2. de orig. Palat.* faciens mentionem Advocatiæ Tulpechensis, interpretando eandem vocem in margine adscribit Germanicam Vogthey / quam communissime jurisdictionem vocamus, sed juvat ipsa verba hic subjicere.

Vogthey. Kirchengifft. Die Pallentz. Hoheitsachen: Wildbann.

Advocatiam, inquit, *Tulpechensem in Ecclesia ibidem S. Mariæ, sed & supremo Judicio Pallentia, dicto intus & extra Zulpeche cum omnibus pertinentiis in quibus XXIII. curtes ad* Schinelberg *& Kempenses attinentes, & banno forestis inter Mosam & Rhenum, alto & basso, supra & infra terram, &c.*

57 Quo loco ex eodem observandum, jurisdictionis prætorianæ Tribunal olim voce Francica † Pallentiam dictum fuisse, nimirum ut interpres vetustissimus Evangeliorum Otfridus prætorium sive aulam Pilati præsidis reddit Pallinghuß his verbis:

Ther Biscof Kaiphas was thar.
Job ther herizoho in war.
Giang er selber in gegin [illegible]
Thar zi demo Pallinzhus.

Sic & præter allegatum Freherum verbo Advocatiæ pro Jurisdictione usum legimus Paul. Matth. Wehner. *in obser. pract. lit. S. Verbo* Schatzung *fol. 588. vers. Solvitur autem census.* Ubi scribit Collectas Imperii imponere illum Magistratum, qui jus Advocatiæ, Gerichtsbar vnnd Vogtbare Underthanen / Bawren und Hindersassen haber, Sailer. *in sent. Camer.* 10. *Martii An.* 1563.

58 Cæterum ab Advocatia † illa Tutelari, is qui clientes tuendos suscipit, Advocatus vocatur, per tex. *in c. hoc consultissimo, de reb. Eccl. non alien. in 6, c. præterea, 2. &c. quia clerici 6. de Jure patronat. c. in singulis. in fin. de statu monach. c. quibusdam. 12. de pœnis. & in c. generali 13. de elect.* Vel potius, ut alii existimãt, ab Advocato Advocatia dicta est Bodin. *1. de Republ. 7.* Advocatus vero ab advocando, quod vocatus seu accersitus læsis clientibus opem ferat, opinante Cujac. *in paratit. C. de advocat. diverf.* & Barthol. Agricol. *in Advocato n, 3.*

Ratio autem hujus denominationis inde colligi-59 tur, quod sicut Advocatus † Judicialis clientem in judicio ab omni injustitia, & adversarii technis tuetur, suisque defensionibus ipsum erigit, fatigatum reparat, gloriosæque vocis confisum munimine, ejusdem vitam & bona defendit, ut dicit text. *in l. advocati C. de advocat. diverf. Judicior.* ita vicissim Advocatus † cli-60 entelaris eum, quem in tutelam suscipit, contra quamcunque injuriæ vim & invasionem tutatur, & salvum conservat, Gail. *Pract. observat. lib. 2. obs. 54. n. 2.* Ubi scribit: *quemadmodum Advocatus litis operam suam præstat clienti suo soluto ex pacto annuo solario*, text. *in l. 1. §. in honorariis. ff. de extraordinar. cognitionib. & in l. unic. C. de suffrag.* ita Patronus, sive Advocatus fiduciarius & tutelarius dato ex pacto annuo honorario, eos quos in tutelam & defensionem recepit, contra injuriam aliorum & vim majorem, etiam armata manu protegere & defendere debet, text. *in c. imperialem de prohibita feudi alienat. per Frider.* text. §. 1. *Auth. de hæred. & Falcid.*

Plerique tamen negant talem Advocatum, † qui Pro-61 tector est, ab advocando, ut Gailius *dicto loco* autumat, sed à germanico, Vogt/ denominatum fuisse, ut ex Wehnero, asserit Gumpelshaimer *discurs.* von Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit. *b. 2. lit. C.* Quod ipsum etiam sentit summæ eruditionis & acerrimi judicii IC. Christoph. Besold. *in discurs. noviss. de Jure fœder. cap. V. sub nu.* 7. Ubi ex paraphrasi clientum, die einem zu versprechen stehn/ existimat Tutelarem Patronum vocari Advocatum; quasi pro cliente suo loquentem, eumque defendentem, ibidem suadens, Patronos hos, suo judicio, non ab advocando, latinisque Advocatis, sed à germanico Vogt/ denominari: Quæ autem hac de re mea sit conjectura, *paulo inferius sub. n. 203. verbo* Vogthey / *latior habetur explicatio.*

Antiquos etiam, pro Advocato, Arvocatum, † R. 62 pro D. usitando, vocasse, post Priscianum, Lipsius *antiq. lect. lib. 5. c. 13.* notat.

Quamvis autem Wesenb. *consf. 48. nu. 14. p. 1.* post Hostiensem & Zasium existimet; Advocatum, Patronum & defensorem Ecclesiæ; terminos † esse conver-63 tibiles, id tamen non nisi late accepto Advocati vocabulo, in generali sensu procedit, non vero, quatenus Patronus jus Ecclesiarum & beneficiorum, quo ad nominationem & præsentationem Clericorum, habet, cum, ut *alibi in hoc tractatu* ostensum est Advocatia nostra Ecclesiastica, à Jure Patronatus Ecclesiastico separatum jus contineat. Reinkingk *de Regim. Secul. & Ecclesf. lib. 3. clas. 1. c. 9. n. 62.*

64 *Advocati Homonymia.* Quemadmodum autem Advocatiæ & Advocationis Vocabula diversimode sumuntur, sic etiam † Advocatorum significationes Variæ sunt, quarum usum, utpote à quo in rei † perceptionem tanto facilius provehimur cognoscere oportet, Scaliger *exercit. 1. dist. 1.* 65

I. 66 Primo autem communiter Advocati † dicuntur, qui causis agendis, defendendis, *Ulpian. in l. 1. §. 11. de extraordin. cognit.* Vel utrumque præstando, Gilm. *1. decis. 1. n. 24.* aut etiam interpellando, & intercedendo adsunt: Unde Advocati, Patroni, Causidici, Oratores, item Rhetores & Togati hodie sæpe pro eodem sumuntur, eorumque munus Causidicina Ammiano dicitur, Gothofred. *ad Rubr. C. de Advocat. diverf. jud.* Proprie tamen Advocatus † à Patrono differt: hic causam 67 agit, ille in consilium advocatur, Gothofred. *d. loco.* Advocati suscipiunt personas: Patroni seu Procuratores negotia. Advocati sunt Jurisperiti, qui consilio suo adsunt Actori vel Reo, Procuratores sæpe Juris parum gnari. Illi quasi tutores sunt: hi curatores, proinde Advocatis nostris sumus suscepti aut clientes. Procuratoribus sumus Mandatores, vel domini, ideoque munus Advocatorum peragitur extra locum judicii; Procuratorum non nisi in judicio, illi causam instruunt, hi perorant, illi magis agunt calamo, hi ore. Illud igitur difficilius est, hoc facilius, illud munus

nus est honorabile, hoc vile, Vult. *Comment. Instit. ad princip. tit. de Actionibus. n.* 28. 30.

II. 68 Secundo Advocati Cameræ † Imperii olim dicti sunt Procuratores Fisci, seu Præsides, subjectis Imperii impositi, ut Imperatoris Fiscum administrarent, Wehner. *Pract. obs. lit. V. verb.* Vogthey/ ubi refert, Alioquin Advocatos Cameræ nominatos fuisse, qui publicæ pecuniæ functionem & procurationem Imperatoris vice gerebant, qui & Advocati Fisci, & tandem denique Fiscales vocati sunt, quos sub Cameræ Nuntiis (quorum æquata habebatur potestas cum Ducibus) fuisse testatur Goldast. *Alem. Tom. 1. part. 1. in gloss. fol.* 180. Confer. *l. 4. C. de Advocat. Fisc.* ubi Cujac. ac Gothofred. notant Advocatos istos Fiscales, in Aula apud Comitem Thesaurorum sacrarum largitionum: in provinciis apud Procuratorem Cæsaris, & in Urbe apud Præfectum Ærarii intervenisse.

III. 69 Tertio Advocati nomen etiam Patrono, † præsentandi jus habenti tribuitur *c. 24. in princip. ibi cum Advocatus clericum idoneum Episcopo præsentaverit, &c.* Ratio denominationis est, quod & hic Ecclesiam defendere teneatur, per text. *in c. quia clerici. & ibi Abb. Panorm. n. 2. de Jure Patron.*

70 Etsi vero talis Advocatus Ecclesiæ & hujus bonorum tutelam & defensionem habeat, nullum † tamen jus in clerum & ipsius domesticos seu familiam ei competit, quia clerici, cum tota familia sua, & omnibus domesticis, tam Lege Diœcesana, quam L. Jurisdictionis, Episcopo loci subjecti sunt, *ut ex Novella* 57. supr. I. *c. 7. n.* 48. Joach. Steph. demonstrat.

IV. 71 Quarto insuper licet alius † Judex, alius Advocatus sit, uti ex diversitate nominum constat arg. *l. 7. C. de Codicil.* Georg. Everh. *consil. 56. num. 81. vol. 1.* Attamen & Judices interdum Advocati dicti sunt, ut singulariter notat Caspar Schifferdecker / *disp. forens. 3. Tract. 29. q. 1.* ubi scribit, in Silesia olim omnem Jurisdictionem penes Principes & exinde Reges fuisse, ab iisque singulares tam in Villis, quam in civitatibus & oppidis ad eos pertinentibus judices constitutos fuisse, qui ADVOCATI vulgo appellati fuerint, & illum quidem, qui in Civitatibus & oppidis Jurisdictionem exercuerit, hæreditarium Erbvogt/ alium qui in Villis, judicandi munus obibat, Advocatum Provincialem Landvogt/ dictum fuisse. Herm. Hamelm. *in Oldenb. Chron. p. 3. p.* 455. Ubi Judices Frisonum illorum, qui Rustringer/ Ostringer/ & Wangerer/ dicti sunt, Advocatos, Civium vero in Wierden judices Oldermans vocatos esse observavit, David Hopinck *dissert. de jur. Protect. th. 7. sub lit. B.*

V. 72 Quinto antiquis dicebantur Advocati, † non solum qui pro clientibus jus dicebant, sed etiam qui Amicis in Judicium vocatis pro Tribunali assistebant annotante Franc. Hotom. *in annotat. ad orat. Cicer. pro Quintio. in princip. Moris,* inquit, *erat, in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos omnes advocare, quorum auctoritate moveri judices posse putabantur, atque Advocati dicebantur, qui scilicet præsentiam suam Amico, ut eorum præsidio, ab injuria Adversarii tutus esset, commodabant,* uti *ex Cicer. pro Cæcin.* Brisson. *de verb. signific. lib. 1. ad vocem Advocati* notavit. Hinc Ascon. Pedian. *in Cicer. de divinatione,* ait, Advocatum esse eum, qui alterum in judicio defendendo aut jus suggerit, aut suam Amico commodat præsentiam.

VI. 73 Sexto denique, nec illud hic circa Advocati vocabulum obticendum est, quod superioribus temporibus passim in Germania, ii etiam Advocatorum † nomine indigitati fuerunt, quibus magnorum Principum nomine, integræ provinciæ, ditiones, ac majores Civitates regendæ commissæ fuerunt, qualis olim fuit Advocatia Turicensis, cui præfuit Berchtoldus Dux Zeringiæ, tali Titulo usus, Dei ac Imper. ac Regum dono Judex Constitutus & Advocatus in omne Thuregum Imperialem Jurisdictionem tenens, Petr. Pithoeus *oper. posthum. Miscell. lib. 1. des Memoires des Contes heredit. de Champagne & Brie pag.* 473. Guilim. *Antiq. Helvet. lib. 2. c. 15. pag.* 284. Et hujusmodi officia etiamnum hodie multis in locis in usu sunt. Horum Advocatorum † Imperii Provincialium quatuor olim fuere. Unus Misniæ: Reliquos ignoramus. 74 Goldast. *in collect. Const. Imp. in corp. memb. Imp. Germ. p.* 36.

De his Advocatis post alios extat Testimonium doctissimi IC. Dn. Matth. Klock Advocati Salemitani Amici nostri *in Anticategor*: Salmanßweilischen Gegenberichts / *contra* Heiligenberg / *in notis ad §. 3. verbo* Vogthey/ ubi scribit, se plura antiquissima instrumenta versavisse, in quibus Advocatus est, ein Landvogt/ Minister vero sive Ministerialis ein Landrichter. Et ex testimonio Card. Baronij *Annal. Ecclesia. Tom. XII. Anno* 1186. §. 9. & Dn. Melchioris Goldast. *Tom. 2. Constit. Impp. pag.* 50. manifestum evadit, Imp. Frider. Barbarossam, Advocatias Monasteriorum, quas suo interdum nomine Principibus, Comitibus & Nobilibus potentioribus administrandas commisit, voce PRÆFECTURARUM indigitasse, & similem appellationem ejusdem Nepotem Frider. II. usurpasse, testatur Sebast. Tengnagel. *in vet. Monument. pro Gregor. 7. sive Hildebrando Pontif. Max. Epist.* 78. & Bzovius. *Annal. Tom. 13. An. 1245. col. 527. & 528. in verbo Cabalcata; Exercitu, Parlamento, Mercato seu foro & Procuratione sive Fodro.* Hinc & Albert. Krantzius *in Metrop. lib. 5. c.* 21. Bremensem Advocatiam, vocat judicium Urbis temporale, & *lib. 6. c. 1. sub fin.* Urbis Imperium & *c. 28.* Præfecturas, ditiones, & Advocatias tanquam Synonyma conjungit. Et horum quidem Advocatorum auctoritas atque dignitas † priscis seculis haud exigua fuit, 75 eamque proinde Principes interdum, ut plurimum autem Comites, Barones, & magni nominis Nobiles tantum, atque Equestris ordinis viri obibant, sicut testatur Christ. Urstitis. *in epitom. histor. Basiliens. c.* 12. Ubi ex quodam diplomate Santalbano ostendit, nomen Advocati, Comitibus † ea tempestate, antelatum fu- 76 isse, atque ex aliis antiquioribus instrumentis edocet, Advocatum consulis nomen antevertisse, ejusque constituendi potestatem in Urbe Basilea, penes Episcopum Basiliensem olim fuisse, adducto ibidem exemplo Comitis Webrneri de Hohenberg / qui à Burckarto tum temporis Episcopo constitutus, Urbis Advocatum egit, postea vero sub Carolo IV. illam † Ad- 78 vocatiam, authoritate Imperiali ad Civitatem legitime pervenisse. Uti apparet *ex historia Caroli IV.* cui Basilienses anno Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo (Referente Alberto Argentoratensi) juris Advocatiæ conservandi juramentum præstitere, ita, ut ultra ducentos quinquaginta annos ejusmodi Advocatum designare soliti fuerint. Hinc etiam insignis ille antiquitatum Scrutator & doctissimus IC. Marquar. Freher. *in notis ad Petr. de Andlo de Imp. Rom. c. 13. lib. 1.* commemorat: In magno illo Trevirensi Palatio, sub Francorum Regibus, & diu postea Comites † Palatinos sedem habuisse, qui & perpetuam Ur- 79 bis illius præfecturam, sive Advocatiam gesserant, à qua regio illa Urbis circa Palatium die Graffschafft etiamnum vulgo vocatur.

Illam autem Advocatiam, cum aliis appendiciis tam feudalibus quam allodialibus, Henricus Comes † Pa- 80 latinus Anno 1198. ut ex Kyriandri *Histor. Trevirens. part.* 13. cognoscere licet; Joanni Trevirorum Archiepiscopo resignavit. Verba literarum factæ resignationis ita habent.

Notum

81 *Litera Henrici Comitis Palatini, quibus Advocatiam seu Praefecturam urbis Treverensis Joanni Archi-Episcopo ibidem resignat.*

Notum sit tam † praesentibus quam futuris, quod HENRICUS Palentinus Comes Rheni, qui filiam praedecessoris sui Conradi Palatini Comitis legitime duxerat, resignavit B. Petro, & venerabili Treverorum Archi-Episcopo JOANNI die pascae in Curia Episcopali apud Treverim Advocatiam ejusdem Civitatis, cum omnibus appendiciis tam feodatis, quam non feodatis, nec non omnia annualia servitia, quae praedecessor suus supradictus habuit in villis Archi-Episcopi sitis in pago, qui Trehere alias Regerge dicitur, & in omnibus villis Archi-Episcopi sitis supra Mosellam, sub tali forma. Quod idem Palentinus juravit super clavium Domini, & super omnes reliquias, in eadem capside contentas, quod nec ipse nec aliquis haeredum suorum, eandem Advocatiam & praedicta feoda unquam repereret; Archi-Episcopus quoque sub poena Excommunicationis inhibuit, quod nec ipse nec aliquis successorum suorum praedictam Advocatiam & eadem feoda imposterum alicui hominum infeodaret, nisi indignationem Dei omnipotentis & sententiam excommunicationis incurreret. Hujus rei testes sunt, qui etiam eodem tempore praesentes aderant Gerhardus Abbas Prumiensis, Rudolphus major Praepositus, Wilhelmus major Decanus, & omnes Archi-Diaconi, nec non quatuor Abbates, &c. Acta Anno Dominicae incarnationis 1198.

82 Caeterum Carolus etiam Magnus † Witechindum, Witechindi Magni filium declaravit & constituit Praefectum seu Landvoctum Saroborum Obristen Land-Vogt oder Burggraffen zu Zerbeck. Fabric. *de orig. Saxon. lib. 5.* Spangenberg. *Chronic. Querfurt. lib. 1. cap. 29.*

83 Sic & aliae ditiones † ab Imperatoribus sub Praefecturae seu Advocatiae titulo quibusdam commissae fuerunt.

84 Uti nominatim Advocatiam † Sueviae per Henricum Imperatorem in Comitiis Wormatiensibus constitutam meminit Andr. Knichen. *de Jure territ. cap. 4. n. 318.* Cum enim Sueviae Dux, de familia Rotephaniorum, ferociter & superbe resisteret Duci Bavariae, Henricus Imperator in Comitiis Wormatiensibus decrevit, terram Suevicam Praefecturam, ein Landvogthey nominitandam, Praefectum vero regionis ein Land-Vogt von Schwaben/ auff dem Schloß genandt St. Voigtsberg ob Ravenspurg der Statt gelegen/ Thomas Lyrer *in perventust. sua Chron. fol. 73.* qui tamen mons non Voigtsberg à Bergdiq, sed à S. Vito, St. Veitsberg/ vocatur. Et hactenus de Advocatiae & Advocati appellationibus polysemis, satis multa: ad alias porro ejusdem denominationes progrediendum est.

85 *Advocatia appellatio latina III.*

Tertio igitur Jus nostrum, de quo agimus, nominatur Jus protegendi seu protectionis. Hoc ipso enim nomine Alexand. III. *in cap. recipimus.* & Innoc. III. Pontif. Rom. *in cap. ex parte de priv. & excess. privileg.* Advocatiam indigitant; quae appellatio etiam communissima est, ut post Gailium *lib. 2. obs. 54.* Knichen *de Sax. non prov. Jur. cap. 5. n. 495. & seq.* Simon Pist. *lib. 1. cons. 19.* Petr. Fridr. Mindan. *de process. in Cam. extrahend. lib. 2. cap. 14.* Joan. Camman. *de Regal. disput. 5. Thes.* 104. Joan. Bapt. Magon. *de rect. patrocin. rat. cap. 1. num.* 17. D. Hopingk. *disput. de Jure Advocat. th. 7. lit. D.* ubi ex Joan. Bapt. Laderch. *consil.* 101. *n.* 9. & Joan. Bapt. Magon. *de rect. patrocin. rat. c. 1. n. 17.* hortat generali protectionis nomine omnem defensionem comprehendi. Et hac ipsa etiam appellatione utitur D. Conrad. Rittershus. *tract. feud. c. 2. n. 1. & 15.* similiter eruditiss. Dn. Sebast. Dietherich. *Thes. 5. 9. 12. 14. 17. 20. 22. & 26.* vulgata protectionis voce utitur, pro Advocatia, *in sua disput. de hac materia* Anno 1592. Tubingae habita.

86 Alio tamen significatu Jus † protegendi, est servitus supra solum alienum protectum habendi *l. 2. de ser. Rust. praed.* Donell. 11. *comm. 4. §. protegendi Jus est.* Zas. *in l. provincial. §. meminisse. num. 2. de oper. nov. nunt.* eaque exercetur, quando deducto tecto † ligna supra vicini aream fundumve suppositis fulcris vicino aedes suas protegere licet. Connan. *lib. 4. cap. 9. num. 4.* Coras. *in rubr. de servitut.* Schard. *lex. verb. protegendi Jus*, hinc protegere est tectum ad protegendas ab injuria pluviae aedes projicere seu extendere, ut docet Wesenbec. *in paratit. ff. de serv. urb. praed. nu. 8.* Et ejusmodi protecta, id est, partes tecti prominentes, quibus stillicidia, à parietibus arcentur, Suggrundae † & Suggrundia, vocantur, *l. 5. §. praetor ait*, ubi Budaeus. *de his. qui dejec. vel effud. l. pen. C. de aedif. privatis tot. tit. de damn. infect.* & Alciat. *in l. malum 241. §. inter. de verb. signific.*

87

88

89 Porro, qui alios † in clientelam suscepere Protectores dicuntur, Gail. *2. obs. 54.*

90 Fuit autem protectorum nomen apud veteres † aliter etiam usurpatum. Nam apud Imperatores Romanos

91 protectores † domestici à Gordiano Augusto instituti, dicebantur, qui coram Principe armati stantes Imperatoris corpus defendebant, eumque Palatio exeuntem comitabantur, & ejus Palatium custodiebant *glossa in Rubrica C. de domest. & protector. lib. 12.* Joan. Cruceus *lib. 12. Tit. 17. Comment. ad Cod.* quod etsi ipsum nomen satis indicat, clarius tamen explicat Honorius A. *in L. devotissimos C. Theod. de Domesticis & Protect. Devotissimos*, inquit, *Protectores, qui armatam militiam subeuntes non solum defendendi corporis sui, verum etiam protegendi lateris nostri solicitudinem patiuntur, unde etiam Protectorum nomen sortiti sunt, inglorios esse non patimur, sed ut devotissimis nuper protectoribus domesticis, ita his quoq; honorem congruum condonamus, ut praeter Primicerium, decem primi eorum, clarissimatus dignitate fruantur.*

92 Horum etiam meminit Spartianus *in Caracalla*, quem scribit, in mari, † cum Asiam trajiceret, antenna fracta naufragii periculum fecisse, in scapham tamen cum Protectoribus descendisse, postea autem in medio itinere, inter Carras & Edessam, cum vesicae levandae gratia ex equo descendisset, inter Protectores suos, occisum fuisse. De iisdem Procopius scribens, *ἀνεδόμενοι sunt*, inquit, *& alii in Palatio longe praestantiores, quoniam majus ipsis stipendium solvi consuevit, ac digniori militiae nomine honestantur: Hi domestici & protectores vocantur.* Horum alii Equites, alii pedites fuerunt. Zonoras *in Diocletiano*, Equites proprie domesticos, Protectores vero pedites dictos fuisse autumat. Sed Justinianus domesticos tam in equitum, quam in Peditum scholis collocat, *l. Restituenda C. de Advocat. divers. Jud.* Cassiodorus quoque eos commiscet, qui ex septem scholis Armeniorum praestantissimorum 3500. numero, eligebantur, teste Suida *in verbo σχολάριοι, Scholarii*, inquit, *erant ter mille quingenti ad Palatii custodiam deputati, omnium praestantissimi ex Armeniis electi, quibus maius stipendium caeteris tribuebatur.* His duo millia Justinianus addidit qui supernumerarii sunt appellati, prout scribit doctiss. D. Guido Panciról. Profess. Pataviensis, quondam Praeceptor meus honorandus *in Comment. in Notitiam Orient. c. 10.*

Ubi de his plura, quæ huc referri possent, sed exscribendi laborem omittentes, id solum addimus: Protectores istos domesticos habuisse superiorem Comi- 93 tem, † qui ipsis præerat. Et ajunt Diocletianum, 94 quando Imperator creatus est, Comitem † domesticorum fuisse Cujac. *ad l. 1. C. de domestic. & Protect.* Habebat etiam sub se Comes iste quosdam, qui à Valentiniano *in l. omnis C. Theodos. de domestic. & Protect.* Deputati nominabantur, & publicas Comitum domesticorum jussiones exequebantur: Hos credo fuisse, quos domesticos Ministros Cassiodorus *lib. 9. ad Vilum*, vocat, & Comitibus ad obeunda munera publica obsequebantur. Sed de his & aliis Comitum Veterum differentiis fusissime tractavi *in Commentariis propediem lucem visuris, de officio Comitum Palatinorum.*

95 Cæterum posteriores Principes Græci, prædictos † protectores Spatarios nominaverunt, iidem interdum stipatores, laterones, interdum verius Latrones & parricidæ, quales fuere, qui Cajum Caligulam Imp. Anno Christi 42. vel secundum alios 44. in Palatio occiderunt, ac spiculatores etiam vocabantur, à genere hastæ, quam ferebant, teste Lazio de *Republ. Roman. lib. 4. cap. 13.* quales † sine dubio in aula Imperatoris ho- 96 die dicuntur Hartschierer.

97 Porro extat talis schola † protectorum, adhuc apud Turcarum Imperatorem, qui decumanos pueros qui ad militiam videntur esse idonei undique in provinciis suis ad militiam idoneos conquirit, exercitatosque schola, aliquot annis ex his Janizaros, hoc est protectores efficit. Wolffgang. Lazius *d. c. 13.*

98 Cæterum protectores † etiam hodie dicuntur qui in Urbe Roma ex Consistorio, vel Senatu Cardinalium singulis nationibus deputantur, unaquæque enim provincia ex Cardinalium Senatu, singulaque Regularium Sodalitia, habent suos patres, seu patronos tutelares quos Protectores vocant, quorum munus est, electiones, & alias provinciæ sibi addictæ, causas, in sacro Senatu proponere, & oppositoribus respondere, Petr. Gregor. Tholosan. *syntagm. Jur. lib. 15. cap. 4. n. 15.*

Sic & protectores sacrorum Conciliorum potentes alii eligi solent, quemadmodum Ludovicum Com. Palat. Rheni Ruperti Regis Rom. Filium Constantiensis Concilii Protectorem ac defensorem electum fuisse, & Joannem XXIII. Papam à Concilio sibi traditum tribus ferme annis in castro Manheim in custodia tenuisse, Trithem. *in Chron. Duc. Bavar. p. 117.* author est. Et Regem Hispan. Decretorum Concilii Tridentini Protectorem esse, Hier. de Cævall. *spec. comm. opin. contr. comm. tom. 4. q. 897. n. 220.* scribit, ad hoc *cap 20. sess. 25. Concil. ejusd.* allegans, ubi tamen non Rex Hispaniæ in specie, sed Imperator, Reges, Principes, & Status omnes ea, quæ sunt Ecclesiastici juris, Patrocinio suo tecta venerari, & in libertatem illorum impedientes, animadvertere monentur.

99 Quarto Jus Advocatiæ nuncupatur etiam Tutela, † Tuitio seu Jus Tutelare, quemadmodum in Constit. Ottonis I. à Goldast. *Const. Imper. Tom. 2. pag. 43.* & in Theodor. Goth. Regis *Constit. 9.* ab eodem *Tom. 3. pag. 33.* relatis, appellatur, & pari significatione usurpat Dominus Conradus Rittershus. *in tractat. suo feudal. elegantiss. cap. 2. num. 1. & in orat. de Frider. Barbaross. tractatui eidem praeinserta. Ad nos vero*, inquit, *qui in Academia Norimbergensium sub tutela illius Francidos ocelli vivimus*, &c. Eadem voce Jus protectionis indigitant Gail. *d. observ. 54. num.* 1. Coler. *consil. 33. n. 55.* Jacob. Sinzius *disputat. de Jure protect. conclus. 3.* Sic etiam Hotomann. *in dictionar. verbor. feudal.* ex Renat.

Advocatia appellatio latina. IV.

Choppin. *de sacra polit. lib. 1. tit. 7. num. 12. in med.* Advocatiam vocat Tutelam sacerdotalis alicujus collegii, vel Monasterii. Eodem utitur Bald. *in l. 1. C. si quacunque potest. pradit.* ubi ait, Tuitionem nil aliud esse, quam protectionem.

Pariter etiam Tutelæ vocabulo antiquitas clientelare † jus nominavit. Unde Cic. *in oration. pro Sestio*, de 100 clientela loquens, *In ejus Magistratus Tutela*, inquit, *Reges atque extera nationes semper fuerunt.* Et *de natura Deorum. Apollo is, cujus in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt.* Hinc dicimus in alicujus Tutela esse, latere in tutela ac præsidio alicujus, sich in eines Schirm und Schutz enthalten.

Accipitur igitur Tutelæ nomen, pro quavis protectione. † Græcis προστασία. *l. 14. C. de Juda. & Colic. l. 1. ff. de* 101 *Minor.* Cicero *lib. 3. de fin. Atque etiam Jovem cum optimum & maximum dicimus, quicunque eundem salutarem, hospitalem, statorem, hoc intelligi volumus, salutem hominum in ejus esse tutela.* Horat. *lib. 1. Epist. 1.*

—— rerum tutela mearum

Cum sis: ——

Notum tamen est, tutelam communiter etiam sumi pro defensione † pupillorum, ut docet Servius Sulpit. 102 Jurisconsultus quem refert Paulus *in l 1. ff. de tut.* & Imper. Justinian. *Instit. eod. tit. princip. Tutela*, inquit, *est vis † & potestas in capite libero, constituta, ad tuen-* 103 *dum eum, qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, Jure civili data ac permissa*, Vincent. Manzin. *tractat. de tutel. & curat. quæst. 1. princip. num. 1.* Continetur tamen & Tutelæ appellatione Cura, *l. cum pater ff. de condit. & demonst.*

Sumitur etiam Tutela pro † conservatione per Flo- 104 rent. *in l. ut vim Digest. de I. & I. Quod quisque ob tutelam*, zu Rettung / *corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur.*

Idem translate positum, pro sustentatione † vel re- 105 fectione reperitur apud Papinianum *in l. divort-a §. fin. ff. solut. matrim.*

Cæterum à Jure Tutelæ, qui eam susceperunt Tutores, † vel Tutelares appellantur, quasi Tuitores, vel 106 defensores, argum. *l. 1. Digest. de Tutel. & l. 1. Digest. de minor.* Anton. Piagg. *tractat. de tutor. & curat. quæst. 1. num. 3.* Vasqu. *illustri. controvers. lib. 1. cap. 41. n. 20.* Meichsner. *1. decis. 41. pag. 179.* Mart. Crus. *Annal. Suevic. lib. 11. par. 2. cap. 17. pag. 500.* & hoc nomine Advocatos appellitat Vult. *de feud. lib. 1. cap. 8. sub num. 17. §. Innominatum est.* Hinc & teste Macrob. *lib. 3. Saturnal. cap. 8.* Dii, † Tutelares, id est, urbium præ- 107 sides, olim gentilibus vocabantur, in quorum Tutela illæ gentes, vel urbes esse putabantur. Hi autem in oppugnationibus † urbium, de quo *in subsequenti* etiam 108 *capite*, dicemus, certo carminis genere evocari solebant, ne cum ipsis etiam diis bellum susceptum videretur, arbitrantes non posse aliter subigi loca, nisi evocatis & absentibus tutelaribus, ut ex eod. Macrob. *d. loco & Livio lib. 5.* attestatur Gregor. Tholosan. *syntagm. Jur. lib. 34. c. 21. n. 7.*

Hinc quoque tutelaris † prætor, cujus officium 109 erat pupillis tutores attribuere, dictus est, quem omnium † primus, M. Antonius Imperator, consti- 110 tuisse existimatur, ut *in vita ejus* narrat Capitolinus.

Quinto Jus hoc de quo agimus, appellatur defensio, & Jus defensorium Zal. *consil. 7. num. 61. lib. 2. l. 6. §. 5. C. de his qui ad Eccles. confug. cap. praterea & ibi Cardinal. extra de Jure Patron. & Clem. Romani de Jurejur.* Concil. Milevit. *cap. 16.* & Concil. Carthaginens. V. *c. 9.* & communius Jus defensionis, † uti docet pulcher- 111 rimus textus *in cap. in quibusdam 12. de pœnis ibi*: cum igitur, quod ad defensionis subsidium est inventum, ad

Advocatia latina appellatio V.

ad depressionis dispendium non debeat retorqueri, prohibemus expresse, ne Patroni vel Advocati seu Vicedomini super præmissis de cætero plus usurpent, quam reperiatur in Jure permissum. Id ipsum patet ex traditis Wesenbec. *consil. 48. num. 3.* ubi dicit, Juri patronatus inesse Jus defensionis ac Tutelæ. Hostiens. *de Jure Patronat. num. 1. & 3.* Panorm. *in rubr. ejusd. tit. n. 4. & in cap. quia clerici. numer. 2. eod.*

In nonnullis diplomatis reperitur cum adjuncto, & 112 nominatur *Advocatialis defensio*, † ceu videre est, ex diplomate quo Otto Ludovicus & Stephanus Comites Palatini, Anno 1295. ad instantiam Henrici Episcopi Ratisponensis, consuetudinem illam Judicum & officialium, qui res & bona clericorum decedentium occupabant, & suis usibus applicabant, sustulerunt, ibi: *sive Jus Patronatus seu* ADVOCATIALIS DEFENSIO *ad nos, vel quoscunque alios pertineat.* Integrum Diploma exhibet Hundius *in Metrop. Salisb. in descript. Episcop. Ratisponens. Tom. 1. sub lit. K.*

113 Alias etiam nominatur *Jus † defensorium*, uti illud inter cæteros Zasius *consil. 7. num. 61. lib. 2.* vocat, ex *cap. præterea & ibi Cardinal. extra de Jur. Patronat. l. 6. §. 1. C. de his qui ad Ecclesf. confug. cap. 16. Concil. Carthag. in V.* Dom. de S. Gemin. *in cap. generali ibi opp. quod. de elect.* Obrech. *3. de jurisd. 6. n. 35.*

Cæterum Tutelam ejusmodi gerentes, vocantur de-114 fensores † ceu docet text. express. *in cap. salvator. 1. quæst. 3. §. nomine vero ibi: defensoris nomine Advocatum Synodus intelligit*, idipsum nominatim etiam tradit Wesenb. *d. cons. 48. n. 14.*

115 Alias autem defensionis † & defensoris in Jure variæ sunt significationes.

Defensionis & Defensoris Homonymia.

Siquidem primo in genere defensio instantis imminentisque offensionis † propulsatio dicitur arg. *l. 3. ff. de I. & I.* Farin. *oper. criminal. par. 5. Tract. de Homicid.* 116 *quæst. 125. Tit. 14. num. 2.* quæ etiam in delictis persæpe præstatur *cap. qui consensit 100. caus. 11. q. 3. Beat. Ant. de Excomm. c. 3. n. 7.*

Et in generali hac significatione præter vulgatum 117 usum propriè tamen & Latinè, vox † Defendere, pro avertere, repellere & prohibere capitur apud Cicer. *in Orat. pro Rosc. Amer.* & Propert. hoc versu:

Nympharum cupidas semper defende rapinas.

Quod Gell. *9. Noct. Attic. 1. in fin.* & ibi Petr. Mosell. *in not.* & post eum Lipsius *2. var. lect. 22.* observavit.

Hocque sensu inter genera canum qui excellentes 118 sunt, defensores, & Vertagi † vernacula nostra, Retter / vocantur, de quibus Camerar. *medit. hist. cent. 2. cap. 93.*

119 Pro vindicta † sumi vocem defensionis ex Judith. *cap. 9. vers. 2.* Roman. *12. vers. 19.* adnotavit ex Tornielli *Annal. Sacror. & profan. Tom. 2.* David Hopingk. *dissert. de Jur. Protect. §. 7. ad lit. E.*

Præterea Feudorum auctores defensionem cum vo-120 cant † purgationem, quæ, Actore intentionem suam non probante, à Reo per Sacramentum cum duodecim Sacramentalibus, fieri solent, intelligunt *cap. un. §. 2. 1. feud. 4.* Similium defensionum seu purgationum Jure Canonico interdictorum, duo sunt genera, Unum Duellum *cap. 1. & 2. de purgat. vulgari*, qua de nos *in Tractatu de Retorsionib. injuriarum cap. 1.* tractamus. Alterum Judicium aquæ frigidæ *cap. 2. de purgat. vulgar.* (quam penitus examinandam nuper re assumpsit Rickius *de Proba aqua frigida* compendium exhibens) vel etiam aquæ ferventis *capit. 7. & 20. caus. 2. quæst. 4.* Idem ferri candentis *capit. final. de purgat. vulgar.* aut igniti *d. cap 7.* Borchold. *de Feud. 7. num. 48. & sequent.* David Hopingk. *de Jure Protect. §. 7. lit. E.*

Quod jam attinet ad verbum defensoris, eo nomine etiam Advocatus † Ecclesiæ venit *in cap. Salvator* 121 *1. q. 3. & in cap. venerabilem 34. versic. Nunquid enim si Principes 2. ibi Sedes Apostolica Advocato & defensore carebit, &c. extra de elect. & electi potest.*

Deinde etiam usurpatur Defensor quandoque pro tutore † & curatore, *l. 1. qui petant tutor.* quandoque 122 accipitur pro eo, † qui absque mandato, cum sola 123 satisdatione, alterum in Judicio defendit atque tuetur, ut est text. *in l. minor. cum duab. proxime sequentib. ff. de procurator.*

Qua in significatione defensor † à procuratore non 124 usquequaque videtur distare. Itaque Arcadius *in l. 2. C. de defensor. Civitat.* defensores vocat, quos Græci *σινδίκους* appellant, qui scilicet laborem personalis muneris sustinebant, & pro Republica agebant, & conveniebantur.

Cæterum apud Romanos defensores olim, quibus hodie Burgemagistri, † sive Consules nostri æquipa-125 rantur, erant † qui plebem defendebant contra injurias 126 & iniquas rogationes Curialium. *l. utili. 3. in defensoribus 4. l. defensores. 5.* uti Impp. Grat. Valent. & Theodosius mandant, ut Plebem vel Decuriones ab omni improborum insolentia & temeritate tueantur, & id tantum quod esse dicuntur esse non desinant *C. de defensor. civit. & in l. fin. C. de Jure emphyteut. l. unic. C. de offic. Jurid.* Alexand. Joan. Cruceus *in lib. 1. Cod. tit. 51.* sed frequentius vocantur defensores † Civitatum, 127 *l. privil. 9. id vero ff. de Sacrosanct. Eccles. l. penult. in fin. C. de infan. expos.* Iidem vocabantur etiam defensores disciplinæ *l. per omnes. C de defens. civit. l. adversus. 8. de usur.* Insuper & iidem nuncupantur defensores Rerumpublicarum, qui alias Syndici dicuntur, qui magistratus non sunt. Ita accipiuntur *in l. 1. §. tutor. ff. quand. appell. sit. l. 1. §. 1. l. fin. §. Defensores de muner. & honor. l. ab his munerib. 10. in ff. de vacat. muner.*

Præterea etiam vocabantur locorum defensores *l. 3. C. eod. Utili*, inquit, Gratianus, *ratione perspectum est, ut innocens & quieta Rusticitas peculiaris Patrocinii, id est defensoris locorum beneficio perfruatur*, Item parentes Plebi- *l. 4. C. eod.* ubi Impp. Grat. Valent. & Theodos. Defensori Theodoro præcipiunt, ut imprimis parentis vicem Plebi exhibeat, eamque liberorum loco tueatur; unde & defensores Plebis appellantur. *in l. unica C. officio Juridici.*

Ejusmodi autem defensores, quemadmodum in urbe ex nobilioribus & ditioribus urbis civibus, ita etiam in † municipiis ex Plebe creabantur decreto civitatis, 128 *l. 2. l. defensor. C. de defens. Novel. 15. c. 1.* Et singulis † 129 civitatibus unus ejusmodi defensor præficiebatur, *l. ex hac 30. C. de donat. Donel. 17. commen. 7.* Ad eligendos autem ejusmodi defensores, Antistites Clerici, Curiales, aliique nobiliores conveniebant, & eorum Judicio Orthodoxus nominatus defensor à Præfecto Prætorio comprobabatur *l. defensores 8. C. eod.*

Tales defensores cognitionem † habebant, in causis pecuniariis usque ad aureos 50. *l. 1. C. eod.* postea us-130 que ad trecentos. *Novel. 15.* & qui forte plus petebat dolo malo, ut causa à defensore transiret ad præsidem, litem amittebat: si enim summa non excedebat quinquaginta aureos Præsidem provinciæ non licebat adire, sed prius apud defensorem agendum erat, & ab eo ad Præsidem appellabatur *d. Novell. 15. c. 3. in fin.* Cujac. *ad l. 11. de Jurisd. & in Novell. 15.* ubi suppresso nomine Govean. *in d. l. 11. num. 2. de Jurisdict.* defensores Jurisdictionem habuisse negantem, carpere videtur.

Leviora etiam crimina audiebant, & puniebant,

sed deprehensos in majoribus criminibus, in carcerem detrudebant, mittebantque ad provinciæ Præsidem *l. utili. l. per omnes l. defensores 7. C. de defens. civitat.* Jus item prehensionis reorum *l. per omnes 6. cum l. seq. C. de defens. Civit. l. neminem 22. C. de Episcop. aud.* & servorum fugitivorum Reique persequendi, potestatem habebant, *d. l. 1. C. de defens. Civitat. l. mancipia C. de servis fugit* Cassiodorus *lib. 3. variar.* ad eosdem etiam, ne res carius quam æquum esset, venundarentur, curam spectasse scribit: Tributorum etiam exactoribus adversus eos, qui negligentius solvebant, opitulabantur, & velut Præsidis Provinciæ in urbe vices gerebant *§. deinde d. Novell. 15.* Pancirol. *in libello de Magistrat. Municipalib. cap. 9.* ubi plura *de civitatum defensor.*

Denique apud defensores civitatum testamentorum, & donationum insinuationes, & Judiciorum acta fiebant, quæ ad ejus Jurisdictionem spectabant *l. penultim. C. eod. paragraph. Jusjurandum de defensor. civit. coll. 3.* Coral. *Miscell. lib. 3. cap. sext.* Poncet. *tractat. de Jure municipal. num. 20.* Thom. Michael. *disp. de jurisdict. Thes. 129.*

Sed hæc hactenus de antiquis Civitatum Defensoribus, qui à Magistratu Romano Politico constituebantur, dicta sufficiant. Illud autem pariter notandum est, post conversam ad fidem Christi, urbem Romanam, à

131 summis † Pontificibus certos etiam clericos defensores

132 ordinatos fuisse, qui potissimum pauperum † defensioni inserviebant, & ab ipso Pontifice in diversas Provincias mitti solebant, tum ad curanda Ecclesiæ patrimonia, & illius legata exigenda, tum ad alia diversi generis negotia obeunda, sicut Gregorii Magni ad eos perscriptæ *Epistolæ* docent, maxime 17. 18. 19. *& vigesima lib. 17.* ex quibus illorum constitutio & officium plenius cognoscuntur.

133 Formula † autem constituendi ejusmodi defensores, inter ejusdem Gregorii Epistolas *lib. 4. Epist. 25. Ind. 13.* sequentibus verbis expressa extat, quam, cum eorundem officium magis declaret, hic subjungere non pigrabor. Ea talis est.

Formula constitutionis defensorum.

Ecclesiasticæ utilitatis intuitu id in nostro sedit arbitrio, ut, si nulli conditioni vel corpori teneris obnoxius, nec fuisti clericus alterius Civitatis, aut in nullo tibi Canonum obviant statuta, officium Ecclesiæ defensorum accipias, ut quicquid pro pauperum commodis tibi à nobis injunctum fuerit, incorrupta & vivaciter exequaris: usurus hoc privilegio, quod in te habita deliberatione contulimus, ut omnibus, quæ tibi à nobis fuerint injuncta complendis, operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis sub Dei nostri judicio rationem. Hanc autem Epistolam Paterio Notario Ecclesiæ nostræ subscribendam dictavimus.

134 Hæc de ordinatione defensoris. Ad horum † officium spectabat, ut dictum est, oppressis subvenire implorantibus Apostolicæ sedis auxilium in provinciis, ad quas curandas mittebantur.

135 Idem vero Gregorius in causis † Episcoporum, quomodo iidem defensores se gerere deberent, *in d. lib. 7. Epistol. 66. data ad Vitalem defensorem Ind. 2.* ista habet.

Si cujusquam clerici (ut assolet) culpæ casus emerserit, in qua sibi petere debeat adjutorem, ad eundem Episcopum reverenter accede; & sicut causæ meritum cognoveris, apud eum non defensor culpæ, sed potius intercessor existe; ut hac provisione & poscenti feras auxilium, & Jura præpositi non turbentur. Si qui vero sunt, qui justa poposcerint, eis per te auxilium sedis Apostolicæ non est negandum, sed tamen ita servandum est, ut uniuscujusque Episcopi reverentia & clericorum disciplina, per defensionis tuæ experientiam minime solvatur. Hæc Gregorius ad Vitalem, cum clerici discoli adversus Episcopum suum interpellassent Defensorem Apostolicæ sedis.

Sed & eundem, qui *supra*, † Romanum defensorem 136 in Siciliam missum, qua discretione judicii oppressis & opem Ecclesiasticam implorantibus subvenire debeat, ita alia ad eundem scripta Epistola docet *d. lib. 7. Epist. 14. Ind. 2.*

Patrocinia, *inquit*, Ecclesiastica (sive mea suscipiatis scripta, sive etiam minime fuerint directa) sub tanto moderamine debetis impendere, quatenus hi, qui in furtis publicis implicati sunt, à nobis non videantur injuste defendi: ne opinionem male agentium ex indiscretæ defensionis ausu in nos ullo modo transferamus: sed quantum decet Ecclesiam admonendo & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis succurrite, ut & illis opem feratis & opinionem S. Ecclesiæ non inquinetis, &c.

Reprehendit vero idem Sanct. Gregorius *alibi* defensorem quendam, qui clericos, despecto suo Episcopo, faceret ad suum tribunal exhiberi, decernitque ut prima † instantia omnino fieri debeat apud Episcopum, elegantemque hanc sententiam prodit, *lib. 9. Epist. 22. Ind. 4.* 137 Si sua, *inquit*, unicuique Episcopo Jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur? Admonet autem, ut sive clericus, sive laicus, causam contra Episcopum habeat, tunc defensor vel judicet, vel cogat ipsos deligere Judices.

Cæterum prima de Ecclesiæ defensore mentio fit sub Papa Cajo, qui Anno salvifici partus 286. sub Dioclet. & Maximian. Impp. Martyrium passus est.

Is enim legitur primæ † prætorianorum cohortis 138 Ductorem S. Sebastianum Ecclesiæ defensorem constituisse.

Testantur hoc ipsum Acta SS. Martyrum Sebastiani & Sociorum, quæ inter alia sic habent.

Remanserunt autem cum venerabili Papa Marcellinus & Marcus, & Pater eorum vir clarissimus Tranquillinus, itemque B. Sebastianus & juvenis corpore pulcherrimus, sed pulchrior mente S. Tiburtius. Tum quoque Nicostratus Protoscriniarius cum fratre suo Castorio & conjuge Zoe, & Claudius etiam cum fratre suo Victorino & filio Symphoriano, qui fuerat ab hydropisis morbo liberatus. Hi soli, reliquis omnibus cum Chromatio proficiscentibus in urbe; cum Cajo Pontifice remanserunt, qui Marcum & Marcellianum Diaconi honore sanctificavit. Tranquillinum verò Patrem eorum fecit presbyterum, & B. Sebastianum qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, Ecclesiæ Defensorem constituit, cæteros vero Subdiacones fecit. Hæc ex dictis actis Cæsar Baron. *tom. 2. Annal. Eccles. ad Annum Christi 286. n. 8.* ubi itidem primam hic de Ecclesiastici defensoris munere mentionem fieri notat.

Postea

Postea enim horum defensorum munia Gelasius Papa Ecclesiasticis officiis conjunxit, ut constat *ex c. 9. pr. dist. 77.* Successu autem temporis sub Gregorio Magno Anno Christi 598. eorum in urbe officium Regionariis annumeratum fuit. Idem Magistratus postea in Ecclesia duravit, ut post Baron. testatur Spond. *in Epit. Annal. ad annum Christi 286. num. 3. & in Anno 188. n. 7. & 598. n. 2.* ubi hoc eos habuisse scribit, privilegium, ut in Ecclesia Pontifici assisterent, eo vero absente cum reliquo clero sederent.

139 Sexto Jus hoc † protectitium, vocabulo Patronatus, non olim tantum decora appellatione pauperum & humilium Tutelam cohonestavit Romulus, ut *in c. 5.* speciatim *ex Halycarn, & aliis* diximus, sed etiam hodie non infrequenter ita nuncupatur, ut nominatim testatur D. Hopingk post hæc scripta visus, *differtat. noviss. conclus. 6. lit. E.* Jacob. Synzius *disput. Argent. Anno 1621. habita th. 3.*

Item Jus patronatus vocat Gylm. *1. decis. 1. n. 155.* Et Patrocinium Bodin. *5. de Republ. 6. n. 155.* Et Patrocinium Tutelare vocat Farinac. *decis. novis. noviss. 146. n. 1.* Quod enim Patrocinia etiam auxilia defensiones & Tutelam significent, patet *ex L. 4. C. de SS. Eccles. & ex Rubr. C. ut nem. ad suum patrocin. lib. 11.* Quod etiam observatur, ex Salust. *in Catilin.*

Idem quoq; JUS PATRONALE post Gail. *2. observ. 54. in princ.* nominat Andr. Knich. *de sublim. & Reg. Jur. c. 4. n. 389.* idemque in elegantissimis suis *comment. de Sax. jur. provoc. nesc. §.* Schutz-und Schirms-Gerechtigkeit *c. 5. n. 495. v. Jus patronale seu protectionis*, Joan. Cammannus, *de Regal. disputat. 5. Thes. 104.* David Hopingk *differt. de Jur. protect. th. 7. lit. C.* quod etiam nominatim testatur Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 9. in princ.* asserens, Jus

140 fiduciarium † seu feudale sanctius esse patrocinii jure, quod à Magistris legum Jus patronatus appellari affirmat.

141 Habet tamen Jus patronale † præter hanc usurpationem, qua pro Jure protectionis accipitur, alias multiplices significationes, ut post Cardinalem Zabarell. *in rubr. de Jure patronat. in princip.* docet D. Hopingk *differt. de Jure Advocat. conclus. 7. lit. C.*

Juris patronatus alia significata.

I. Prima est Juris civilis, † ubi Patronatus pro Jure

142 manumissoribus in bona & personas libertorum competente, & in exactione operarum, successione ab intestato, & bonor. possess. contra Tabulas potissimum consistente sumitur, quod ex præambula manumissione servorum iis competere, integri Tit. ff. & Cod. osten-

143 dunt, idque originem † sumpsit à lege 12. Tabularum: Ex jure enim gentium introducta sunt bella, *l. ex hoc jure. ff. de justit. & jur.* Ex bellis introductæ sunt hominum captivitates, & servitutes, contra hominum naturam: cum omnes homines liberi nascerentur, *§. 1. Inst. de Libertin. §. 1. & §. servi autem Instit. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Cum autem de jure gentium à principio servitus esset incognita, & manumissio, postquam servitus invasit, secutum est manumissionis beneficium: quo beneficio invento, ut homines possent ad suam naturam restitui, cum de jure gentium omnes nascerentur liberi, tria hominum genera esse cœperunt, scilicet liberi, servi, libertini, qui ex servitute à dominis manumissi fuerant, *d. §. 1. Instit. de Libertin.* ab ista autem manumissione successit jus patronatus, per manumissionem, id est, dationem libertatis: qui dominus fuerat, efficiebatur patronus ipsius liberti. Et ab illo patronatus jus dictur, de quo *in tit. ff. de jur. patr. & C. de bon. libert. & jur. patr. & Inst. de success. libertor.*

II. Secundo, dicitur Jus patronatus † Advocatorum,

144 qui patrocinio suo causis agendis operam navant, patroni causarum appellantur *cap. secundo 15. quæst. 2. cap. ex literis, de transactionibus. cap. ult. ne clerici vel monachi. text. in l. rem non novam §. patroni. C. de Judiciis. l. advocati C. de advocat. divers. Judicior.* Barthol. Agricol. *in Advocat. cap. 1.* Et quia Patroni † ex lege Romu-

145 li clientum causis adesse, easque defendere cogebantur, ideo factum est, ut oratores & Advocati causarum Patroni quoque dicerentur, non solum Philologis, sed & Jureconsultis, ut apud Justinianum *in l. rem non novam. §. patroni. C. de Judic.* Patroni tamen † & Advocati

146 apud Ciceronem plurimum differunt. Nam, ut docet Asconius, *in Divinatione*, Patronos appellat oratores, Advocatos vero Jurisperitos, qui oratoribus Juris ignaris in causis quid Juris esset suggerebant, quemadmodum nunc quandoque causidici Civitatis Advocatos monere solent.

III. Tertio, Jus Patronatus ex Jure † Canonico est Jus

147 idoneos rectores in Ecclesiis instituendos Episcopo offerendi potestas quod alicui in Ecclesia acquiritur eo, quod ipse vel ejus authores Ecclesiam posuerint, ædificarint, vel opibus non minimum auxerint, consensu Episcopi adhibito, *cap. Monasterium 16. q. 7. c. 25. in fin. de Jure Patron.* Abb. Panorm. *ad Rubr. ejusdem Tit.* Franc. Pfeil *consil 183.* Gilman. *2. decis. 1. n. 155.* ex quo Ju-

148 re cum utilitate † honor & onus defensionis simul resultant. Et de illo Jure Patronatus tractant Canonistæ *in cap. quicunque & c. decernimus, 16. q. 7. & tot. tit. de Jure patronat.* omniumque fusissime Lambertinus, qui ingens de hac materia volumen edidit.

Advertendum tamen est, quod sicut vox Patronatus sæpius accipitur, pro jure protectionis, sic è diverso vox Advocatiæ † etiam sumitur pro jure Patronatus in

149 hac tertia significatione designati. Ostenditur hoc aperte ex literis subjectis, quibus Henricus Episcopus Constantiensis, Monasterio Adelbergensi Ecclesias parochiales in Hohenstauffen / Hochdorff / & Vnder Ensingen incorporavit, quæ sequentis sunt tenoris.

HENRICUS Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Constantiensis, & Administrator perpetuus Curiensium Ecclesiarum, ad perpetuam rei memoriam, &c. Ipse consentiente Præposito, Decano, & toto Capitulo Constantiensis Ecclesiæ: Abbati & Conventui ADELBERGENSI supplicantib. annuens, Ecclesias parochiales in Hohenstauffen cum capella castri Hohenstauffen / atque in Hochdorff / & Vnderensingen / cum earum pertinentiis (quarum jus *advocatiæ* ac præsentandi ab olim ad magnificum & generosum Dominum Vlricum Comitem de Wirtenberg pertinebat: & nunc justo donationis titulo in hoc monasterium erat translatum) simpliciter & pure uniendas illorum necessitatibus ducens, annexuit † & in-

150 corporavit, ut subditis suis, in animarum cura providere, hospitalitatem tenere, spiritualia & Archidiaconalia solvere, & alia onera supportare possent. Act. 1454. Decemb. 14. Indict. 2.

Litera Henrici Episcopi Constantiensis, quibus Monasterio Adelbergensi Ecclesias parochiales in Hohenstauffen Hohendorff & Vnderensingen incorporavimus.

Cæterum qui Patronatus Jus habent Patroni vocantur juxta Plutarch. *in Rom.* Zas. *in Epit. Feud. de Feud. amission. n. 58.* & Tutelares Patroni (sic dicti quod quasi Patres clientib. præessent & ut filiis consulerent, Dionys. Halicarn. *lib. 2. Rom. antiq.* Knich. *de sublim. & Reg. territ. Jure c. 4. n. 389.* A triplici autem illo † pa-

151 tronatus Jure is, cui aliquod horum Jurium competit, in trina pariter significatione Patronus dicitur, videlicet respectu Juris Patronatus Ecclesiastici, Patronus

nus Ecclesiæ qui jus habet nominandi & præsentandi ad beneficium. Hinc sicut illi qui civitates aut nationes devictas in fidem receperunt, aut alias defenderunt, Patroni vocati sunt, Cicer. 1. *offic.* Bodin. 5. *de Republ. 6.* Ita etiam cum similem defensionem Patroni beneficiales Ecclesiis præstent aut præstare debeant, recte etiam à Canonistis Patroni appellantur, sive quod dilectione paterna, quam erga Ecclesias habent, eo nomine gaudeant, *juxta Panorm. in Rubr. de Jur. Patronat. n. 6.* sive quod partem redituum Ecclesiasticorum consensu Episcopi capiant Joach. Steph. *Inst. Jur. can. lib. 2. cap. 11.* vel potius quod sicut Patres de non esse, ad esse, filios efficiunt, ita & hi de non esse ad esse, Ecclesiam deducant, sic autumante D. Hopingk *dissert. de Jure protect. conclus. 7. sub lit. C.*

Alter vero nominatur Patronus forensis, qui causas in judicio defendendas suscipit, de quo habetur *in L. rem non novam §. Patroni, C. de Judiciis, & in L. Advoc. C. de Advoc. divers. & in ca. unico 15. q. 2.* vel denique Patronus Liberti, ex manumissione servi effectus, de quo mentionem faciens Mart. Uranius *consil. 39. Tom. 2. num. 11.* dicit, Patroni appellatione non venire

151 hos quos vocamus Dominos † proprietariorum, vulgariter Erbherrn. Singulorum species eleganter explicat Paul. de Citadin. *in tract. de Jure patronat.* Wesenbec. *consil. 41. num. 14.*

153 Cæterum, proprie loquendo, † Patroni, Advocati, Vicedomini, Custodes & Rectores Ecclesiarum, ut *supra* quoque diximus, diversa sunt, ut clare probatur *ex cap. præterea 23.* ubi etiam expresse observat gloss. 2. & DD. *extra de Jur. patron.* Idem apparet *ex cap. generali. 13. de elect. in 6.* Sicut diversa ponuntur etiam *in cap. pen. ext. de pœn.* Quod satis corroboratur etiam ex eo,

154 quia, ut *cap. seq.* habetur Jus Advocatiæ † mere est temporale, licet sit protectio personarum & rerum Ecclesiasticarum, Georg. Euerhard. *consil. 55. n. 31.* sed

155 Jus patronatus ex multorum sententia spirituale † est, vel ad minus spirituali annexum, *cap. quanto*, ubi plene not. *extr. de judiciis.* Quamvis Dn. Gilkenius *tract. de usucap. part. 3. c. 9. sub num. 7.* acriter contendat, id sæculari Juri potius adscribendum esse per rationes *ibid.* adductas, à quo & ego alienus non sum. Verum præter adductas hactenus tres Patronorum Nomenclaturas, verbum Patronus plura adhuc significata habet.

156 Jure enim Feudali per vasallos Dominus † à quo illi

IV. Feudum habent, communiter Patronus vocatur, Rosenth. *de Feud. c. 10. concl. 7. n. 6. & 15.*

157 Deinde etiam Francis † olim Vicini Principes, quibus à Regibus Exephebi filii patrocinii causa tondendi committebantur, patroni appellati fuerunt, testante Paul. Diacon. *de gest. Longobard. lib. 6. c. 37.*

158 Sic etiam Ij qui † civitates aut Nationes bello devictas olim in fidem receperunt, aut alias defenderunt, Patroni vocati sunt, Cicer. 1. *de offic.* Bodin. 5. *de Republ. 6.*

V. Præterea communissimo vocabulo † Patroni, uti-

159 mur, pro Sancto illo, in cujus venerationem templum aliquod consecratum fuit, uti testatur Paul. de Citad. *in tract. de Jure Patron. p. 2. de Patronorum generibus n. 9.* ubi dicit, Patronos Ecclesiæ illos dici, in quorum honorem Ecclesia ædificata, quibusve ea dicata est, quod illam scilicet, & eum qui ædificari fecit, tueri, illisque patrocinari debeant, *cap. pia mentis cap. Frigentius 1. q. 7.* Ad originem ejusmodi dedicationum quod attinet, illud Historicos antiquiores evolventibus, obscurum non

160 erit, quod Galerius † Maximus Imp. Orationum Domus seu Dominica primus omnium Christianis pro voluntate sua instaurandi licentiam publico Edicto permiserit, post eum vero templa erigendi privilegium Constanti-

161 nus † Magnus iisdem concessit. Nam ante illius tempora, à nullo unquam Romano Pontifice in ullius Divi honorem, Basilica erecta fuerunt, sed humillima tantum oratoria Christiani habuerunt, teste Eusebio *hist. Eccles. lib. 9. c. 10.* & Ottone Frising. *Annal. lib. 4. c. 3.* testib.

VI. Verum de ista templorum dedicatione & consecratione *subsequente capite* aliquid dictum est, qui autem de mutuatorum à Sanctis nominum impositione ulterius informari cupit, eum Spondanus *in Epit. Annal. Baronii ad Annum Christi 717. num. 4.* sufficienter instruet.

162 Redeundo igitur ad Protectionis Nomenclaturas septimo insuper Advocatia à Politicis hujus ævi, ut plurimum nominatur Fœdus † clientelare, eo quod cum fœdere ordinario, *ut in cap. de Affinibus Advocatia* edocuimus, magnam habeat cognationem. Hoc termino utitur Dn. Remig. Fetschius, *dissert. de fœder. §. 23.* Kirch. *de Republ. disput. 17. §. 2. lit. E.* Hænon. *disp. polit. ult. §. 20.* Reinh. König *discurs. Arum. 19. §. 22. vel 2.* Besold. *disp. polit. 6. §. 25.* D. Daniel Otto Consiliarius D. Comitum de Hohenloe, *in dissert. Juridico-polit. de Jure publ. Imp. Rom. c. 11.* ubi Advocatiam dicit, esse fœdus clientelare, inter Principem, Patronum, seu Defensorem dem Schutz-Herren: & eos qui sunt sub ejus defensione, Schutz Verwandten/ qui tamen Jura suæ Reipublicæ integra retinent. Eandem denominationem usurpat Arumæus *de Jur. publ. discurs.* 28. defendente Herman. Goehausio *conclus.* 60. 63. 65. Camannus *de regal. disput. 5. conclus.* 104. ubi dicit, Advocatiam seu clientelam à Latinis fœdus clientelare vocari.

Advocatia latina denominatio VII.

163 Octavo nominatur quandoque etiam, licet rarius, Protectio, parentela, quo verbo Carolum IV. *in Aurea Bull. Tit. 15.* usum esse reperimus, ibi prætextu Parentelæ, ubi textus Germanicus habet unterm Schein Schutz und Schirms. De eadem vocis hujus pro Advocatia usurpatione testimonium exhibet Remig. Fetschius *dissertat. de Fœderib. Thes. 23. in notis ad lit. N. verbo item Parentela.* Sic etiam lego usurpasse auctorem Pfältzischer Information-Schrifft *super controversia prætensa hæreditariæ protectionis monasterii Cæsariensis, fol. antepenult. ibi:* Über das Closter hergebrachter *Parentel*-Casten-Vogthey und Erb-Schutz-Gerechtigkeit.

Advocatiæ latina appellatio IIX.

164 Nono exploratum est, jus protectionis † etiam indigitari per vocem Conservatorii, unde & protectores conservatores denominantur: Id quod videre est *ex articulis positionalibus in causa fractæ pacis in puncto mandatorum de relaxando & restituendo,* In Sachen Herrn Burgermeisters vnd Raths der Statt, L. als Keyserlichen Conservatorn deß Closters Marienwald/ S. Brigiden Ordens/ im Hertzogthum Sachsen gelegen/ ubi actores *in art. 5.* ponunt, Wahr seyn/ daß von Hochlöblicher Gedechtnuß Sigismunden/ vnd Herrn Friderichen Römischen Keysern/ die Herrn Burgermeister vnd Rath der Statt L. gedachtem Closter Marienwald und seinen Gütern zu Conservatorn, Schutz und Schirm-Herren verordnet/ gesetzt/ und bestättiget worden. Laurent. Reichwein/ *in formular. supplicat. cap. 1.*

Ejusdem nominatio latina IX.

165 Definitur autem conservator † ab Ancharan. *in c. 1. de offic. & potest. delegat. in. 6. n. 1.* Judex datus ad tuendum aliquos, contra manifestas injurias omnes vel certas judiciali non utens indagine.

166 Unde patet Conservatorum † officium in hoc consistere, ut illos, quibus sunt deputati defendant à manifestis injuriis, text. & glos. *in d. c. 1. de offic. & potest. deleg.* Sed quid si injuria non sit manifesta, sed plenam causæ cognitionem requirat, utrum conservator possit se impedire, respondet *gloss. ibid.* quod non, sed pro hoc recurrendum esse ad ordinarium.

Sed

Sed quod ad ipsa conservatoria attinet, multam de 167 illis mentionem facit, occasione † conservatorii à Cæsarea majestate Serenissimo ac Illustriss. Principi Maximiliano Bavariæ Duci super Monasterio S. Crucis in Donawert concessi, Informator contra Relationem Donawerdicam *part.* 2. *fol.* 385. Ubi ex Iure Canonico nonnullas conservatoriorum proprietates deducit,

168 Primo, quod de Iure Conservatoribus † non plus tribuatur, quam nuda defensio a manifestis seu notoriis injuriis, nihil vero in illis, quæ aliquam judicialem indaginem seu cognitionem exigunt; adeo, ut qualitas facti, num scilicet juste vel injuste quid fiat, ut & alia omnia, quæ obscura vel ambigua sunt, ad ordinarii 169 Iudicis disquisitionem pertineant, & † conservatores ab ejusmodi cognitione mandatis pœnalibus, puta suspensione ab officio & condemnatione in expensas arceantur, per text. *in d. c.* 1. & *c. ult. de offic.* & *potest. de-* 170 *leg. in* 6. † Quod tamen *ibidem* glossa limitat, nisi in privilegiis istorum religiosorum vel aliorum, quibus dati sunt conservatores, aliud diceretur, videlicet, ut possent cognoscere de injuriis & aliis causis; etiamsi requirerent judicialem indaginem, & communiter in privilegiis illa clausula apponi solet.

171 *Sed quid si offensa manifesta negetur, utrum conservator possit cognoscere an sit manifesta?* R. gloss. quod sic. alias quilibet posset impedire Iurisdictionem ipsorum Conservatorum, quia quilibet conventus semper negaret injuriam manifestam: † Unde quando dubitatur de Iurisdictione alicujus Iudicis, ad eum Iudicem spectat cognoscere, an cognitio ad eum pertineat, necne? *l. si quis. ff. si quis in Ius voc. non ierit.*

Conservator an possit cognoscere de offensa Clientum suorum, si ea ab offendentibus negatur. Affirmativa decisio.

Deinde, quod ea Episcopis † vel eorum superioribus dignitates in cathedralibus vel collegiatis Ecclesiis obtinentibus, minime vero sæcularibus, nihil tale ha- 172 bentibus, concedi debeant, *c. hac constitutione* 15. *de* 173 *off.* & *pot. deleg. in* 6. Hinc Auctor Pfältzischer Informations-Schrifft contra Keysersheim. *in fine* refert, quod cum Anno 1519. authoritate Sedis Apostolicæ existens tum temporis Rector Ingolstadiensis, Conservator monasterii Cæsariensis deputatus esset Guilielmus & Ludovicus fratres Bavariæ Duces minime admittere voluerint, ut ejusmodi conservatorium, quod Augustanus & Aichstadiensis Episcopi acceptare jam antea recusarant, præfatus Rector susciperet; eo quod ex hoc Iurisdictio ipsorum, aliorumque Principum tam sæcularium quam Ecclesiasticorum, in quorum ditionibus dictum monasterium bona ac subditos haberet, non mediocriter debilitari, indeque ingentes controversiæ exoriri possent.

174 Insuper, quod ejusmodi conservatoria † in Romano Imperio non sint permissa, si clientes in alterius, quam conservatoris territorio habitent, uti non solum Iura Canonica innuunt, dum Ecclesiasticum in Monasterio Ius habentem pro conservatore admittunt, sed & Imperiales Constitutiones consonant, quæ ejusmodi defensiones atque Advocationes propinquis duntaxat Circulorum Statibus demandant.

175 Quarto, idem Informator tradit † conservatoria non esse debere perpetua, sed tantum personalia, tum, quod morte conferentis evanescant, *d. c. hac constitutione.* 15. tum, quod industrialia sint, personæque industriam requirant, cujusmodi concessiones ad hæredes non transire constat, adeo ut si in contrarium quid factum fuerit, ex Canonum sanctione annullari atque cassari penitus debeat.

Asserta autem informationis dogmata, an & quatenus Iuri conformia sint, non est hujus loci, nec instituti nostri, disquirere, de iis videri potest Relationis defensor *in* 2. *part.* der Erinnerung, quam videre nobis nondum licuit, licet eam, facta ab Auctore editionis spe, multi hactenus desideraverint.

Decimo Jus hoc nostrum Patronale, de quo præ- 176 sens Tractatus agit, interdum etiam nominatur, apud Canonistas & alios passim scriptores, hanc vocem usurpantes, Vicedominatus. Schrad. *in lexico, verbo, Vicedominus*, ubi dicit, Vicedominatum illis esse Jus patronatus, Jacob. Synzius *disput. de jure protect.* §. 3.

Advocatiæ latina appellatio. X.

Inde etiam Patronus † ac defensor constitutus ap- 177 pellatur Vicedominus, ut est textus *in c. præterea* 23. *de Iur. patronat.* ibi, præsenti decreto statuimus, eos, sive Advocati, sive Patroni sive Vicedomini censeantur à gravaminibus Ecclesiarum cessare. & *in c. in singulis. in fine, de statu monach.* ibi compescant Advocatos, Vicedominos, Patronos, ne monasteria præsumant offendere in personis aut rebus. & *in d. c. in quibusdam, de pœnis, statim in principio, ibi,* Advocati seu Vicedomini se in tantam insolentiam erexerunt. Eadem voce, in hoc significatu, usi sunt *Zasius de Feud. part.* 10. *n.* 55. Foman. *ad Tit. C. de Iurisdict. quæst.* 24. *per c. Diaconum distinct.* 89. Erenb. *de fœder. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 13. Joach. Steph. *Instit. Iur. Can. lib.* 2. *c.* 11.

Sic etiam in constitutionibus Caroli Magni Protectores Vicedomini nuncupantur, *c.* 15. *de Advocatis* sancitur, ut pravi Advocati Vicedomini, Vicarii & Centenarii tollantur. Similiter in *capitul. ejusd. D. Caroli Imp. lib.* 3. *c.* 38. expresse Vicedominus pro Advocato Tutelari, ponitur. *Volumus*, inquit textus, *ut medio mense Majo missi in sua legatione conveniant cum omnibus suis Episcopis, Abbatibus, Comitibus ac vasallis nostris, Advocatis nostris, ac Vicedominis, Abbatissarum, & si necesse fuerit, propter opportunitatem conveniendi, in duobus vel tribus locis habeant placita sua cum illis Comitibus quibus congruum fuerit, ut ad unum locum possint convenire.* Et Zasius prædictus *d. part.* 10. *conclus.* 8. de Advocatis monasteriorum loquens, aperte testatur Advocatos seu Patronos, Vicedominos nominari. Quamvis Speculator *lib.* 1. *Rubr. de* † *Vicedomino.* asserat, Vicedominum proprie esse 178 eum, qui præest rebus Episcopalibus, in confirmationem adducens textum *in c. volumus* 2. *distinct.* 89. ubi Gregorius Anthemio Subdiacono *lib.* 9. *Epist.* 66. scribit, se velle, ut Pascasius Vicedominum sibi ordinet, & *c. Salvator.* 1. *q.* 3. ubi textus dicit, Nomine Procuratoris Synodum intelligere quemlibet Ecclesiasticarum rerum Administratorem, ut, verbi gratia Præpositum Oeconomum, Vicedominum. Differt tamen Vicedominus † ab Oeconomo, quod hic rebus Canonicorum, 179 ille vero rebus Episcopalibus præsit *c. volumus c. Diaconus* & *c. sequent. dist.* 89. & notat Bertach. *repertor. verb. Vicedominus* Simon Prat. *in Lex. eodem vocabulo.* Generatim autem & proprie loquendo, Vicedominus † appellatur, qui loco & Vice domini res ipsius administrat, eique Vicariam operam præstat, Calvin. *Lexico Iurid. verb. Vicedominus.* Hotom. *in verbis Feud. eod.*

Undecimo Jus hoc Advocatiæ † appellatur interdum 180 fides, ut apparet ex text. *l. in sacris.* 12. *in princip. C. de Advocat. prox. sacror. scrin. lib.* 12. *ibi.* Insuper etiam Colonos seu adscriptitios & servos eorum in hac regia urbe degentes eodem beneficio potiri, fidei pro tempore Adjutoris viri spectabilis proximi, vel unius ex statutis committendos.

Advocatia denominatio Latina. XI.

Sic & Cicero fidei † vocabulum usurpat pro Cliente- 181 la *in epist.* 227. inquiens. *Ea societas universa in mea fide est,* Et *ad Atticum, Civitatem*, inquit, *in Catonis fide locatam funditus perdidissem.* Et *pro Planco* 280. *Municipia, quæ in fide mea erant.* Cæsar *lib.* 2. *de bello Gallico,*

Henrici Divitiaci ac Haduorum causa sese eos in fidem recepturum & conservaturum dixit. Inde & illa locutio, Deorum hominumq; fidem implorare, id est, opem & defensionem, ut solent ii, quibus aliqua fit injuria, aut aliqua vis infertur.

Et hanc fidei pro clientela usurpationem novissime approbat Anton. Hering. in elegantiss. *suo tract. de fidejussionib. c. 2. num. 15.* ubi dicit, fidem aliquando tutelam seu Tuitionem (ut vulgus dicit, Salvamguardiam & assecurantiam) patrocinium, defensionem, opem, auxilium seu clientalem significare, & ante eum Budæus idipsum declarat *in suis annotat. ad l. Herennius. ff. de Evictiom.* ubi multa de vocabulo fidei, pro Advocatia sumpto ex authoribus adducit.

182 Sumitur autem non raro etiam fidei † vox, pro salvo conductu & securitate publica, sicher Gelett. Borch. *in §. in summa Inst. de his, qui sunt sui vel alien. Iur.* Ioann. Georg. Becht. *disp. venustiss. de securit. & salvo conduct. c. 1. thes. 9.*

Hinc & eleganter dicimus, dare fidem publicam, id est, publico nomine securitatem vel impunitatem promittere. Cicero *Orat. 3. in Catilin. Introduxi Vulturtium, fidemque ei publicam jussu Senatus dedi*; Et accipere fidem publicam, idem est, quod impetrare salvum conductum, sic interponere fidem publicam est, alicui salvum conductum dare. Salust. *in Iugurth. C. Memmius pop. Roman. persuadet, uti L. Cassius, qui tum prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, eumq; interposita fide publica Romam duceret.* Venire fide publica, quod nos dicimus venire sub salvo conductu. Salust. *ibid. Comes ejus, qui Romam fide publica venerat.*

Hæc tamen fidei appellatio, non omnem omnino, 183 sed eam † tantum, quæ à legis ministro datur securitatem, exprimit, annotante Bechtio *d. disp. thes. 9.*

XII. Duodecimo Ius protectionis appellatur etiam licet rarissime, Recommendatio ac recommandigia. Card. Tuschus *pract. conclus. lit. C. conclus. 638. n. 5. & 23.* relatus à Besold. *dissert. de Iure feud. c. 5. n. 7. in fin.*

Advocatiæ appellationes Germanicæ.

Et hactenus de diversis Advocatiæ Latinis denominationibus, nunc superest, ut quibus verbis eadem nostrate lingua vocitetur, aperiamus.

I. Primum autem Ius illud protegendi communiter appellatur † Schutz und Schirm/ Schutz und Schirms-
184 Gerechtigkeit/ à Germanico schützen/ handhaben/ schirmen/ schauren/ beschauren/ schüren oder beschutten/ Wehn. *Pract. obser. verbo* schauren/ Item Beschirmung Gail. 2. *obs. 54.* Gilman. 1. *decis. 51. n. 14.* Knichen *de Iur. Sax. provoc. nesc. verb. Ducum. c. 5. n. 495.* Simon Pistor. *lib. 1. cons. 19.* Camman. *de Regal. disp. 5. th. 104.*

185 Germanis olim etiam Ius hoc † Trost/ seu Trustis, i. e. fidelis amicitia, seu Tuitio dicta est Gold. *in Gloss. lit. T.* Zasius vero Jus hoc Tutelare, *cons. 7. n. 14.* Schirms-
186 Vogtey † nominat, uti etiam Ioan. Stumpff. *Chron. Helv. lib. 6.* vom Zürchgäw *cap. 21.*

187 Hinc qui aliorum † se protectioni submittunt Schutz und Schirms-Verwandten/ Schirms-Genossen & Schirms-Angehörige/ Gilman. 1. *decis. 51. n. 14.* Wehn. *verb.* Schirms-Verwandten/ Caspar Ziegler. *in concl.* §. Landsaß *conclus. 1. n. 84.* appellari consueverunt.

188 Ii autem qui protectionem † sustinent, vocantur communiter Schutz- und Schirms-Herren. Vultejus *de feud. cap. 8. post. num. 17. verb. innominatum.* Ioan. Gemmel *compend. feud.* p. 10. *verbo Deterioratio*, Paul. Matth. Wehner. *Pract. obs. lit. S. verb.* Schirms-Verwandten. Georg. Schönborner *polit. lib. 4. cap. 6.*

Aliquando tamen istiusmodi Schirm-Herrn/ pro-
189 pter abusum commissæ sibi potestatis, verius † Sturm-Herren quam Schirm-Herren/ vel Schutz-Herren pro Schutz-Herren/ non immerito nominari possent, eo, quod sæpius Iura Clientum profligent potius, quam protegant, ut eleganter advertit politissimi ingenii ac summæ eruditionis vir Dn. Adamus Keller. I. V. Licentiat. consiliarius Austriacus, amicus meus, dum in vivis fuit, singularis, *c. 11. v. Advoc. lib. 2. de offic. Iurid. polit.*

De quibus etiam apposite loquitur Zasius *Tract. feud. c. 10. concl. 8. verum isti*, inquit, *pro defensione, ad quam tenentur monasteria & subditos sæpe supprimunt, pro Patrocinio oppugnant, subterunt, spoliant, gravant, premunt, flagellant, personisq; & rebus privilegiis, bonis & Iuribus Monasteriorum abutuntur.* Quod etiam hodie Monasteriis & collegiis Ecclesiasticis frequentissime contingere testatur communis illa rerum magistra experientia.

Sic & alibi notant Doctores, interdum Tutores melius dici posse Tollitores † quod frequenter pupillorum 190 bona tollant, ac furentur, aut alias tutelam male administrent, quod exemplis illustrat Dn. Obrecht. IC. clariss. *in disp. de Patrocin. pupillor.* Idemque ante eum notaverunt Alberic. de Rosat. & Spigelius *in suis Dictionar. in verbo tutela & verb. Tutor.* sequitur Vincent. Manzin. *in tract. suo de Tutel. & curat. quæst. 1. num. 20.* Et in ejusmodi Tutores graviter invehitur Dn. Jodoc. Damhoud. *in libello suo quem Patrocinium pupillorum inscripsit. cap. 1.* Et hujusmodi furta committentes † contra pupillos suos pœna deportationis & 191 publicationis omnium bonorum puniri debere, recte existimat Matth. de Afflict. *in Neapol. decis. 401. sub n. 10.* Anton. Piagg. *tract. de tutel. q. 1. n. 3.*

Iidem etiam protectores † & quidem propriissime 192 vocantur Schirm-Vögt/ Stumpff. *Chron. Helvet. lib. 7. c. 3.* de quibus *infra sub nomine* Vogtey.

Olim etiam † Pfleger Stumpff. *Chronic. lib. 7. cap. 3.* 193 Schaffner. Idem *ibid. lib. 5. cap. 3.* & Rodolph. Hospin. *de Orig. & Progress. Monach. lib. 4. c. 21.* Vitzthumb/ † oder Vicedumb/ Warem. ab Erenb. *de fœder.* 194 *lib. 1. c. 4. n. 13.* & Besorger/ † Wehner *d. loc. verb.* 195 Vogtey Knich. *de subl. & reg. territ. Iur. c. 4. n. 390.* olim dicti sunt.

Hoc autem loco circa vocabulum Schirm-Herren ignorandum non est, eo nomine indigitari passim † 196 Magistratus, qui à Iudicibus Consistorii Rotwilensis, & aliorum Tribunalium Provincialium post latam in aliquem Banni sententiam & immissionem, ex primo & secundo decreto (quarum illam priorem, † Anleyten/ 197 hanc, erlangt Recht/ vocant,) pro executione facienda implorantur. Nam executores illi, appellantur Schutz- und Schirm-Herrn/ hoc est, Einsatzherrn/ Rotweillische Hoffgerichts-Ordnung/ *part. 2. tit. 13.* & Paul. Matth. Wehner. *ibid. in annotat. Lit. H.* Gylman. *tom. 1. Symph. part. 2. tit. 13. & tom. 2. part. 3. tit. 17.* ubi suppeditat formulas supplicationum pro deputatione executorum, & immissorum, Schützer und Schirmer/ & umb Schutz- und Schirm-Herrn auff beschehene würckliche Immission, &c.

Et literæ † illæ, quibus petitur executio, dicuntur 198 Schirm-Brieff/ quando in prædictis judiciis Beleutung/ hoc est, citatio per edictum vel publicum proclama ertandt/ auch folgends Anleytung/ seu immissio ex primo decreto erfolgt/ und niemand erscheint/ wird darauff erlangte Recht/ welches Krafft hat der Immission ex secundo decreto, und darüber auch Schirm-Brieff an die Obrigkeit gegeben/ darunter die Güter gelegen/ welche auch solche zu exequiren schuldig ist. Rothweilische Hoffgerichts-Ordnung *d. p. 2. tit. 13. in fine.* Wehner. *pract. obs. Lit. A. verb.* Anleydt/ und Anleytung.

Casus in quibus ejusmodi † Schirm-Brieff con- 199 cedi solent, Ordinat. Rotwil. Iud. *p. 10. T. 1. §. 1. & 2.* his verbis exprimit, über des Aechters Güter werden Anleyt-Brieff/ auch Anleyt-Besitzungs-Brieff/ dem

dem Kläger gegeben / hernach wird ihm auch ein Volg-Brieff und ein Schirm-Brieff darauff ertheilt / wann ihm dann die werden / so mag er zu den Gütern greiffen / und damit thun nach der Brieffe besagen: Man giebt ihm auch Schirmer darüber (quomodo etiam Appellanti defensores seu Schirm-Herrn / deputentur, patet ex Barth. Bescheid und Urtheil des Kayserlichen Cammer-Gerichts. *Tom. 2. in A.* 1532. *1. Julii.*)

Deinde etiam Schutz- und Schirm-Brieff dicuntur 200 protectionis † privilegia, quæ ab Imperatore privatis etiam personis interdum dari consueverunt, quæ vulgo literæ Salvæguardiæ dicuntur, daß sie / ihre Kinder und Güter in der Kayserlichen Majestät / und des Heiligen Reichs Schutz und Schirm seyn sollen / id est quod ipsi, eorum liberi & bona sub Cæsareæ Majestatis & S. R. Imperii defensione & protectione esse debeant. And. Gail. *pract. obs. lib. 2. obs. 54. num. 7.*

Hæ autem Salvæguardiæ literæ Schutz- und Schirm-Brieff / interdum etiam Assecurationis seu salvi conductus literæ sunt, & dicuntur, quas in Aula Imperatoris facile & sæpissime; in Camera vero, raro admodum, & difficulter obtineri posse, Iul. Magenhorst. *cent. obs. Cam. Imp.* (quæ comment. ejusdem *in ord. Cam.* adjecta est,) *obs. 49.* testatur & præjudiciis confirmat.

201 Proprie tamen † in nostra hac materia Schirm-Brieff / vocentur Tabulæ protectitiæ, seu Patroni obligatio, quæ scripta capitula protectionis complectitur.

Secundo Ius Advocatiæ, nostrate lingua, vel plurimum nominatur † Vogthey / Wehn. *Pract. obs. verb.* 202 Vogthey Zas. *2. cons. 7. n. 14.* Remig. Feschi. *differt. de feud. th. 23. in notis ad L. N.* Dav. Hopingk. *diss. de Iure Protect. th. 7. lit. H.* Foman. in comment. *ad Tit. C. de Iurisd. n. 24.* ubi Monach. *de Iurisd. c. 4. n. 14.* eadem voce Ius Protectionis usurpantem refert, quibus addo Ioan. Camman. *disput. Iuridico-Polit. de Iurib. Majest. 5. th. 104.* eodem nomine Ius Advocatiæ indigitantem. Sic & eandem appellationem, diversa Imperatorum diplomata pandunt, & in specie Literæ Friderici III. Imperatoris, qui Anno 1485. Advocatiam Monasterii, nunc Nobilis Ecclesiæ Collegiatæ Chomburgensis à civitate Imperiali Hallensi revocando, hisce verbis usus est: Wir haben die Vogthey und Schirm / etc. Et Caroli IV. Imp. in dem Abfindungs-Brieff der Reichs-Vogthey über Salmenschweil gegen Graf Albrechten von Werdenberg Anno 1348. *ibi.* die Vogthey des Klosters zu Salmenschweiler / Integrum Diplom. continetur *in Anticateg. Dn.* Matth. Klockii *fol. 148.* Cujus generis sexcenta afferri possent. Cæterum ejusdem vocabuli Vogthey usurpationem ad propositum diligenter explicuit And. Knich. *tract. de sublim. & Reg. Territ. Iure c. 4. num. 324.* & Matth. Wehn. *Pract. obser. verb.* Vogthey.

Advocatia denominatio Germanica. II.

203 Quod vero ad vocis hujus Etymologiam † attinet, contrariæ JCtorum & Politicorum opiniones reperiuntur. Nonnulli enim ex Neotericis (quorum sententiæ David Hopingk. *d. differt. th. 15. in notis ad lit. A.* subscribit) Germanica ista vocabula, Vogt / Vogthey / à Græcis Βοηθὸς, Βοήθεια descendere, opinantur, tum quod utriusque vocis eadem sit significatio, Jodoc. Willich. *in Corn. Tacit. Germ. Rubr. 18. & 21.* (Βοήθεια enim ut Græcis administrationem, Præfecturam, & auxilium denotat, ita etiam vernacula nostra, Vogthey Præfecturam & administrationem significat) Knich. *de subl. & Reg. Territ. Iure c. 4. n. 368. & seq.* Tum quod Germani inferiores, & Saxones, Græcorum more B. perinde ac F. sive V. consonantem efferant, docente Joan. Avent. *in Nomenclat. nom. quorundam proprior. Germ.* (quæ ejusdem Annal. Bojor. præfixa est) *lit. B & V.* ubi Æneam Sylvium, quod Vo ithlandiam licenter & inepte terram Advocatorum verterit, non observato eo, quod nomina propria non vertenda, sed literis, aucta & diminuta, Romana incude formanda sint, taxat; Alii vero ab his discessionem faciunt, iique viri doctissimi antiquitatum Scrutatores diligentissimi Dn. Matth. Klock. Advocatus dum vixit Salemitanus, Melch. Goldast. Ioan. Meurs. & horum sequaces qui existimant, à Germanico Vogt Advocatū Tutelarem, vel contra ab Advocato Vogt derivari.

Hujus enim deductionis assertor prætactus Dn. Klock. *in Anticateg.* Salmenschweilischen Gegen-Berichts *contra* Heiligenberg *in notis ad §. 9. ad verb.* Hypomnias ex Meursii *glossar. Græco-barb.* enucleate firmat, Vogthey / aliis Volathey / seu Voithey / etsi quidem, quo ad parilem significationem reipsa sit Græcorum Βοήθεια, non tamen inde sumpsisse Germanos, prout opinantur quidam, alii vero nescio quod Vödeit comminiscuntur, ipse ein Vogt / oder ein Faut / à PRÆFECTO vel ab ADVOCATO deducit, ADVOCATUS enim nobis à VOCT: plenius & integre, ein Voct vel ein Vogt designat. Sic etiam doctissimus Dn. Melch. Goldast. *in annotat. ad Tyrol. Scotor. Reg. Paræneses ad Filium.* per aphæresin corrupto VOCaT, quasi AdVOCATum denominatum fuisse demonstrat. Horum sententiam novissime etiam insecuti sunt Georg. Gumpelsheim. *inter Arum. discurs. 27. th. 2. vol. 2. lit. C.* asserens Advocatiam non ab Advocando, ut Gail. *2. obs. 54. n. 2.* à simili argumentatur, sed Germanico Vogt descendere, Besol. *class. 2. disp. pol. th. 21.* quem refert & sequitur Reinh. König. *de amplif. Rerump. per feud. th. 21.* qui tamen Besold, *discurs. noviss. de iure feud. th. 5. sub n. 7.* ait, se voculam Vogt minime derivare per ἀφαίρεσιν ab Advocato, ut vult Goldast. *rer. Aleman. Tom. 1. fol. 214.* eo, quod mere priscum sit Germanicum Vogt / pro Magistratu, sicut ex multis antiquissimis Germanorum veterum Rythmis *infra post n. 214.* adductis, manifesto colligitur.

Mihi quidem hujus voculæ Vogt / originationem diligentius perscrutanti in mentem venit, eandem ab Hebraico פרקד BOKETH, quod præfectum significat, tam ex vocis consonantia, quam ex significationis paritate, non insulse derivari posse: Si enim ex voce illa BOKETH, more Germanorum prædicto, B. ut F. vel V. consonans, efferatur, antiquum Nomen Germanicum, VOKET, seu quod idem est Voget & per contractionem abjecta litera E. Vogt ab eoque Vogthey / habebimus. Qua tamen in re aliorum certiores conjecturas hujusmodi vocabulorum afferentium Iudicio, me lubens submitto.

Cæterum hanc ipsam vocem Vogthey † ambiguam, 204 & ex materia subjecta, usuve regionis significationem illius eruendam esse Mynsing. *decad. 13. Respons. 3. n. 9.* Gilman. *1. decis. 2. n. 154.* & Wehn. *Pract. obs. verb.* Vogthey / recte notant.

Inter alia significata, Vogthey † curatelam quandam 205 significat: Hinc in Hoffgerichts-Ordnung zu Rothweil *p. 2. Tit. 5. & p. 11. Tit. 1. & seq.* dicitur, daß Frauen / Jungfrauen / Pfaffen / Münche / Nonnen einen Vogt zu Rechten haben sollen. Et in Schwabenspieg. *lib. 1. c. 259. & 273.* maritus uxoris suæ curator, seu Vogt / esse jubetur.

Imo vox illa assertore And. Knich. *de Territ. Iur. c. 4. n. 386.* etiam ad villicos † seu Oeconomos & colonum 206 massarium, secundum Italos, Alban. *cons. 44. n. 6. lib. 3.* communi usu expansa fuit. Hinc Mart. Cromerus *in Hist. Polon. lib. 2. f. 141.* inter plebeios Magistratus in Pagis Scultetum, sive Advocatum hæreditarium, veluti, deductorem & defensorem Coloniæ refert, ut ita Advocatus sumatur pro Vogto.

Conti-

Communiter tamen assertore eodem Dn. Knichen 207 vocabulum Vogthey accipitur, pro omnigena † Iurisdictione Civili Domino loci competente cui insunt atq; inhærent varia Jura, quæ Dn. Knich. *ibidem* separatim enarrat: & post eum Paul. Matth. Wehner *Pract. obs. lit. V. verb.* Vogthey. Alle Herrschafft so einer an einem Orth hat / & sic considerata Vogtia est quæ districtum cum Iurisdictione continet Wesenbec. *consil.* 95. *num.* 19. & *seq.* Knich. *de sublim. & Reg. Territ. Iure, c. 4. n. 98 & seq. n. 340.* Reichwein *in formul. p. 1. Rubr. de Const. pacif. Reg. Vot. 9. n. 19.* Besold. *de Iurisd. Imp. Rom. in fin. p. 95.*

Sic & Martinus Uranius *tom. nondum impresso 4. consil.* 33. *num.* 12. scribit, daß die gemeine Verständnis in dem Land Schwaben also stehe / daß bey dem Wort Vogthey verstanden werde die Obrigkeit des Gerichtszwangs über Gottsheusig / oder ander Leute Güter und Personen / alsdann die / so solche Obrigkeit haben / Vogt-Herrn genennt werden.

208 Similiter ut Iurisdictio † generice accepta, ita & Vogthey merum mixtum Imperium complectitur. Mynsin. *d. consil. num.* 9. 110. & 125. & *in primis num.* 11. ubi tradit, daß man gemeiniglich einen Vogt für einen solchen Richter in einer Stadt achte / qui non tantum de civilibus, sed etiam de criminalibus cognoscat causis: quod ex Schwabenspieg. *lib. 1. cap. 390.* §. 3. firmatur his verbis: Ein Vogt soll richten alle Frävel und Wunden / und Schwerdtzücken / und umb den Todschlag / und umb heimsuchen und was Frefel und Unzucht ist und heisset.

Composita diversa Germanica vocis Vogtey.

Cæterum ex Vogtheia illa Clientelari emanant voculæ Schirmvogt / † Stumpf. *Chron. Helvet. lib. 6. c. 6.* Vogthey-Herr / Vogt-Juncker Io. Rudinger. *sing. obs. cent. 3. obs. 20.* quibus illi denominantur, qui protectionis administrationem sustinent, ut post alios notat

I. 209 Vultejus *de feud. lib. 2. c. 8.*

Quemadmodum ex eadem vocula compositi Provinciarum & ditionum præsides vocantur Land-Vögt / 210 † de quibus *supra in verbo Advocatia*, & de iisdem plura Besold. *de Iurisdict. Imp. Rom. quæst. 21.*

II. Secundo Castellorum Præfecti † Burg-Vogt / quo 211 nomine in Iure Sax. Burggravius Magdeb. sæpius indigitari solet, weil er in der Stadt Magdeburg das höchste Richter-Ampt / das des Kaysers ist / verwesete. Weichb. *d. art. 8. & 44.*

III. Tertio Dienst-Vogt / † de quibus Conr. Lagus *in* 212 *comparat. Iur. Civil. & Sax. lib. 2. Tit. 8.*

IV. Quarto Unter-Vogt / qui mulctas, Frefel und Bussen pro emendatione delictorum in municipiis recipiunt, & hinc receptores dicuntur. Joh. Ruding. *sing. obs. cent. 5. obs. 31.*

V. Quinto Reichs-Vogt / per quos in civitatibus Imperialibus Iurisdictionem & Imperium primitus exercere solebant Imperatores Stumpf. *Chron. Helvet. lib.* 213 *6. c. 14.* Ejusmodi Præfecti † Civitatum plerunque Comites, vel Episcopi erant, Lehman *lib. 4. c. 2. & lib. 2. c. 18. ac 22.* qui ibi vicarium habebant, quem Schul-214 theissen † indigitabant. De quo Simlerus *lib. 2. de Republ. Helvet.* notat ex legibus Longobardorum, quod 215 Schultheiß judicem denotarit, qui † de debitis pronunciabat, pignora capiebat, & creditoribus satisfieri cogebat, (unde & etymon vocis sit à debito atque jubendo) non tamen habuisse plenam Iurisdictionem, sed Comitum potestati obnoxium fuisse. Et hinc sæpe ejusmodi officia des Schultheissen oder Reichs 216 Richter-Ampt / ad vicinos † Principes, frequentius & plerunque ad ipsas Civitates Imperiales, pignorationis Titulo, aliisve Impp. concessionum modis pervenisse, ac tandem, Iure proprietatis iisdem obvenisse 217 constat. Sic in civitate † Imp. Rotenburg - Tuberana officium Iudicis, quod multo tempore, ipsa Civitas ab Imperio Iure pignoris tenuit, subsecutis postmodum annis soluto pignore, per redemptionis forte contractum, Iure proprietario ad eandem pervenit, Georg. Everhard. *1. cons. 56. in princip. & passim per discurs.* idque in aliis similibus Civitatibus usu venisse, experientia loquitur. Sic Iurisdictio sive Advocatia urbis Tigurinæ † Zæringiæ Ducibus, ab Henrico IV. 218 Imp. tradita fuit, teste Guillimanno 3. *de reb. Helvet. c. 5. fol. 350.* Stumpff. *6. c. 15. fol. 151.* quæ postea ad cives à Wenceslao pervenit. Stumpff. *c. 19. fol. 160.* Sic quoque Abbas † S. Galli sæpè adfectavit die 219 Reichs-Vogtey zu S. Gallen quæ postea etiam civibus cessit. Stumpf. *lib. 5. c. 6. fol. 28. a & fol. 29. b. ac & c. 8. fol. 45.*

Ejusmodi autem † officia nomine quidem tenus eti- 220 amnum hodie in multis Germaniæ urbibus supersunt, qui vulgo appellantur Reichs-Schultheiß / Reichs-Richter / Reichs-Pfleger / Reichs-Ampmänner / Mandatarii vel perpetui Vicarii Imperatoris, ipsum olim repræsentantes, ut Norinbergæ, Rotenburgi ad Tubarum, Halæ Suevorum aliisque passim locis, sicut ex Münstero *Cosmogr. lib. 5. c. 56.* Joan. Stumpff. *histor. Helvet. lib. 6. c. 15. & 27.* prodidit Knichen. *d. cap. 4. num. 320.* quorum officium nullum aliud est, quam in criminalibus præsidere, in civilibus vero assidere, nec non in causis debitorum extrajudicialiter decernere, & vicem Imperatoris gerere, regere Rempubl. puniendo delinquentes & mulctando, &c. Quamvis hoc officium hodiernis † temporibus in civitatibus 221 præsertim Imperialibus postquam omnimoda Iurisdictio & reliqua civitatibus Imperialibus concessa potestas, non amplius per præfectos Cæsareos sed per ipsos cives, seu Magistratus ab iis constitutos explicari cœpit, valde imminutum veterique auctoritate destitutum reperiamus. Illud sane auditu mihi singulare visum est quod officium ejusmodi Præturæ, in oppido Imperiali Roßheim / in Alsatia prope Molsheim / sito, hodiernis adhuc temporibus penes privatam familiam RUMELIORUM, Iure hæreditario, ac Feudi Imperialis Titulo persistat, quod hoc tempore providus ac discretus vir Dn. Franciscus Bernhardus Rumelin Archigrammateus Benfeldensis, Iure etiam confiscandi (quod rarissimum est) admixto administrat, & in prædicto oppido Roßheim suo loco Subscultetum ordinat, ac constituit.

VI. Sexto Thum-Vogt † sunt administratores bono- 222 rum Episcopalium vel capitularium Ecclesiarum cathedralium, quos Herbipoli Obley-Vogt / vel Obley-Schreiber nominant, qui & alibi dicuntur Groß-Vogt / Reiner. Reineck. *Annal. Franc. lib. 4. circa annum* 802. Prædictæ denominationis der Thum-Vogt exemplum suppeditant antiquissimi Austriæ Annales à Wolff. Lazio reperti qui mentionem faciunt Comitum à Thrasma, Episcopatus Ratisponensis Advocatorum, Henrici Frederici & Hardingi qui in testimonium adhibiti fuerunt, à Conrado III. Imp. in exordiis cœnobiorum Baumgartenberg. & S. Hippolyti de Anno Salutis nostræ 1141. His successerunt Otho & Ernestus Advocati; quorum primus Leopoldo sexto & dignitate secundo Austriæ duci, Rechberg castrum ac dominium vendidit. Unde legitur in antiquis Austriæ Annalibus. Der Thum-Vogt Otto von Regenspurg / dinget den Hertzog zu Oesterreich Rechsperg auff daß Hauß-Leut eigen / und Bürge und alles sein Gut / das er zu Oesterreich hett / damit ist auch das gefallen an das Land / etc.

VII. Septimo ad eandem classem pertinet vocabulum 223 Römischer Vogt / qualis de Iure Sax. dicitur Imperator

224 perator † Welch. art. 8. ubi habetur, daß der Keyser dem Stul zu Rom fürstehen soll von S. Peters wegen / davon er auch Römischer Vogt heisse. Item / daß ihm das Schwert/ die Kirche wider alle Feinde des Glaubens zu verfechten/ befohlen. Videtur autem Imperator Romanus ex eo † dictus Ecclesiæ Romanæ ADVOCATUS, quasi à Romano Pontifice, AD, Ecclesiæ Catholicæ, Imperiali auxilio recipiendas Justitias, cæterasque relevandas necessitates, seu AD Romanum suscipiendum Diadema, *VOCATUS* sit, nimirum ut in ejus fortitudine brachii defensentur Ecclesiæ libertates, & Jura manu teneantur, hæreses extirpentur, cultus Christianæ fidei amplietur & inimicis ejusdem prostratis, populus Christianus in pacis pulchritudine sedeat & requie opulenta quiescat, ad tradita per Abrah. Bzovium *Annal. Eccl. Tom. 13. An. 1201. n. 4. An. 1209. num. 2. An. 1213. num. 4. & A. 1263. num. 2. col. 708. 711. & 714.*

Cæterum ipsi etiam Imperatores Advocati Titulo in publicis Imperii Recessibus passim vtuntur. Sic enim Maximilianus Imp. in Auffsatzung und Ordnung zu Trier und Cölln Anno 1512. auffgerichtet §. 4. sese einen rechten Vogt / und Schirm-Herrn der Christlichen Kirchen; & Carolus V. *in constit.* wider die Widertäuffer zu Speyr Anno 1529. auffgerichtet §. 1. Seipsum Obersten Vogt und Beschirm-Herrn deß Heil. Christlichen Glaubens. Item in R. A. zu Augspurg Anno 1530. auffgerichtet §. 10. Schirm-Herrn der Heil. Christlichen Kirchen/ & §. 11. Obersten Vogt der Christenheit. Et in R. A. zu Regenspurg Anno 1541. auffgerichtet/ §. 19. Einen Advocaten und Beschirmer der Christlichen Kirchen/ semetipsos nominant, ut allegatorum Recessuum verba ostendunt.

Hinc & Imperatores, ut *infra in cap. V.* pleniori Stylo edocuimus, cum inaugurantur, solemne Jusjurandum præstare solent Ecclesiæ Jura integra se & illibata servaturos, Annæus Robert. *rer. Judic. lib. 3. c. 1.*

Unde & D. Augustinus, *Hoc*, inquit, *pertinet ad Reges seculi Christianos ut temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam, unde spiritualiter nati sunt. c. quando 24. q. 4.* idque si non faciant, Deo tenentur reddere rationem, propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam acceperunt, Isidorus *in c. Principes 23. q. 5. c. ult. distinct. 96.*

Conferunt ad hoc ipsum notata And. Knich. *de Jure Territ. c. 4. n. 314.* ubi, Vogti nomen, etiam ad Imperatorem extensum esse scribit.

Sic & prisci Germani, ut ex *infra* allegatis testimoniis patet, Imperatorem ac Regem Romanor. eadem voce Romanum Advocatum dixerunt Römischen Vogt/ verbo (ut existimat præcitatus Melch. Haimisfeld. Golda. *in annot. in Tyrol. Scoto, Reg. paraneses ad filium*) per aphæresin corrupto † vocat, quasi Advocatum.

Ita Reinmarus à Zwetter *in antiquo quodam manuscripto Teutonico carmine.*

Das Riche / dast des Keysers nihe.
Er ist sin Pfleger und sin Voget.

Waltherus à Vogelvveide.

Her Keyser ich bin vrone Botte
Und bringe zu Botschafft von Gotte,
Er hies zu klagen ir sit sin Voget
In sines Sunes Lande broget.

Hardeggere.

Und hilff den Künic Chunrad also
Das er mit Rechte ein Vogt ze Rome werde.

Idem Walther loco jam laudato.

Von Rome Voget / von Palle Künic lat uch erbarmen.

Tanhuser.

Den Voget von Rome ich dicke wol gesehen han.

Stückere qui ante quingentos annos fuit *in Caroli Magni gestis.*

Ufstünt der Bischoff Turpin.
Vogt von Rome sprach er do / rc.

Scilicet ad Carolum Imperatorem. *ibidem.*

Ich han minem Scheppahre
Gelobet / doran ich stete sin
Daß ich nimmer wider in
Keinen Vogt wil gewinnen.

Ignorandum tamen non est apud antiquos etiam Germanos, alios etiam præter Advocatos quoscunque, quodcunque Imper. habentes eo nomine appellatos fuisse, veluti Duces ac Principes, vt notat idem Melch. Haimisfeld. Goldast. *in supracitat. annotat.* & luculenter id colligitur ex Anonymo illo *in vet. Testam.*

——— Als Nemrot
Jr Richter / und ir Vogit gebot.

Biterolf. *in metro suo itidem manuscript. de principe Hennenbergensi.*

Den edlen Voget/ man toten dahin für den Keyser trug.

225 Ea imo vox Voget † ad Deum quoque Opt. Max. expansa reperitur.

Ita Cancellarius quidam Imperatoris Innominatus *in Historia Theoderici Veronensis.*

O Himel Kunig / im Himel Voget
Gewaltig Vurste in Lufften gar.

Et Anonymus, sed vetustissimus Poeta *in Paraphr. veteris Testam.*

Richer Gott / HErre vber alle Krafft
Voget Himelscher Herrschafft.

226 Sunt denique octavo Schirm † oder Casten-Vögt quorum descriptio hujus loci propria est.

227 Porro à verbo Vogthey pro Advocatia sumpto, promanat etiam nomen † Vogtrecht / Jus Advocatitium seu Advocaticum quo honorarium quod Advocato quotannis penditur designatur. And. Knich. *de Jur. territ. c. 4. num. 400.* Paul. Matth. Wehn. *obser. pract. verb. Vogthey fol. 651.* Quod etiam luculenter ostenditur ex antiquo, quod subjicimus diplomate Eberhardi Comitis Wirtenbergensis, Advocati Monasterii Lorchensis, quod sic habet.

228 Universis præsentium inspectoribus tam præsentibus quam futuris. Nos † EBERHARDUS, Dei gratia Comes de Wirtemberch constare volumus & profitemur: quod cum dilecti in Christo ABBAS & Conventus in LORCH ordinis S. Benedicti nos unanimiter & concorditer elegerint pro adjutore seu tutore bonorum ipsorum: personas & res seu bona ipsius Monasterii in nostram recipimus defensionem sub tali conditione: quod de bonis prædictis non recipiemus, nisi tantum modo jus Advocatitium (Advocaticum) quod vulgariter dicitur Vogtrecht ab antiquo institutum. De bonis vero ipsorum de quibus ab antiquo non dabatur jus Advocatitium, etiam nos nihil recipiemus per aliquas exactiones: sed libera permanebunt. Et tamen pro totis viribus & posse nostro, eadem tenemur defensare. Insuper si per aliquem nostrum officialem contra formam præ-

Diploma Eberhardi Comitis Wirtenbergici quo se Advocatum Monasterii Lorchensis profitetur, ab eoque se præter jus Advocaticum nihil recepturum promittit.

præscriptam gravati fuerint, eundem deponemus, & ad beneplacitum eorum alium substituemus, de damnis illatis per eundem illicitè, satisfacientes. Vniversa perscripta, fide data vice Sacramenti, promisimus inviolabiliter observare. Si vero (quod absit) in omnibus periculis prænotatis, seu in aliquo eorum negligentes fuerimus & remissi: prædicti Dn. Abbas & Conventus eligendi alium tutorem liberam habebunt potestatem. Testes omnium præmissorum sunt, Suiggerus de Gundelfingen. Berchtoldus frater suus: Wolframus de Bernhusen senior, Wolframus filius suus; Wolff dictus de Stain. Reinhardus de Hochenberch, Ulricus dictus Spete. Henric. dictus Rische milites. Benedictus de Stain, & Rudigerus de Waldhusen. Qui etiam omnes nobiscum, & pro nobis, præmissa promiserunt observare. Ut autem universa & singula rata permaneant, & à nobis inviolabiliter observentur, præsentes ipsis contulimus, nostri Sigilli munimine communitas. Datum & actum Anno Domini M.CCXCI. Mariæ Magdalenæ.

229 Sumitur tamen sæpiuscule etiam nomen † Vogt-Recht / pro eo, quod Magistratui Iurisdictionem habenti solvitur, quod præ cæteris testatur Martinus Uranius quondam Cancellar. Episcopatus Constantiensis *Tom. 4. conf. 53. nondum vulgat. n. 12.* ubi scribit, daß bey dem Wort Vogt-Recht dasjenige / so der Obrigkeit von der Vogthey und Schirms wegen gereicht wird / verstanden werde.

230 Tertio Advocatia inprimis Ecclesiastica, composito † etiam nomine communiter vocatur Casten-Vogthey / Erb-Casten-Vogthey sumpto vocabulo Casten / continenti pro contento, seu frumento adnotat. Thom. Mich. *disp. de Iurisd. Thes. 55. lit. G.* & Io. Geor. Becht. *disp. de securo & salvo conduct. c. 10. circa fin.* Dn. Rosent. *de feud. c. 4. conclus. 14. num. 2.* Wehner. *Pract. observat. lib. 5. verb.* Vogthey. Ruding. *Pract. observ. 20. num. 5. cent. 5.*

Advocatia appellatio Germanica III.

231 An autem hodiernis moribus in Romano-Germanico Imperio, usus, † qui ista Iuris specie plurimum pollet, aliquam inter Casten-Vogthey & simplicem Advocatiam Schirm-Vogthey differentiam introduxerit, seu quod idem est, an verbum Kasten-Vogthey / secundum mores hodierni temporis, plus Iuris in se contineat, aut virtute compositi vocabuli, secum inferat atque importet, hoc est, utrum Advocati Monasteriorum, qui juste nomen eines Casten-Vogts usurpant, hodiernis temporibus majorem potestatem, ex munere protectitio, quam simplices Advocati, gemeine Schirm-Vögt in locis suæ tutelæ commissis habeant vel Iure exercere queant; non inutilis disquisitionis esse videtur; & mirum sane est, neminem hactenus id explanasse; cum tamen nonnullis in locis, Principes aliique Status, qui Advocatiæ vestigia fixerunt, præsumpta occasione, quod vel olim majores ipsorum in diplomatis, Casten-Vögt indigitati fuerint, vel ipsi hodie ita vocentur, potestatem suam, sæpius tamen magis instinctu versutorum Officialium, quam proprio motu, aut ullo Iure competente, ultra defensionis limites extendendo, administrationi bonorum Clientelarium, qua de re, *in cap. X.* singulatim egimus: sese ingerere præsumunt, atque alia, sub prætextu Advocatiæ, Iura usurpare conantur, quorum illicitis conatibus, ut in tempore repagula ponantur, nec talibus Patronis, ultra consueta, quippiam concedatur; aut si de facto agant, Iure & judicio postulatis, frenum imponatur, consultum est.

Casten-Vogthey utrum plus Iuris in se contineat quam Schirm-Vogthey seu simplex Advocatia?

232 At vero ad propositæ quæstionis scopum, † quod attinet, videntur sane ii protectores, qui Castenvogthiam habent, & non nudi defensores, sed Casten-Vögt nominantur, plus Iuris habere quam Advocati simplices, idque exemplo priscorum in Episcopatibus ac Monasteriis olim constitutorum Advocatorum, qui temporibus Carolinis communiter † Casten-Vögt appellati fuerunt, & præter defensionis munus id quod *d. cap. XI.* pleniori bucca enodavimus, res Ecclesiasticas administrabant, fructuum, redituumque tam perceptionem, quam erogationem curabant, & ne bona Ecclesiastica dilapidarentur, vel sine justa causa, alienarentur, rationem habebant, unde & potissimum nomen der Casten-Vögt sortiti sunt.

Affirmativa. Ratio dubitandi pro Affirmativa.

Quin & præter hæc olim Monasteriorum Advocatiæ, civilem & criminalem Advocatis tribuebant Iurisdictionem & prælatorum potestatem; secundum investituræ tenorem, observantiam & consvetudinem, non parum diminuebant: progressu tamen temporis monasteria ipsa civilem usurpabant Iurisdictionem, criminalem solam Advocatis relinquebant, qui Prælatorum nomine, merũ exercebant Imperium, Zas. *in l. 3. n. 29. de Iurisd.* Alber. *in l. 2. §. 1. n. 2. de admin. rer. ad civit. pertin.* Gail. 1. *de PP. 8. n. 12.* Lancell. *in templ. omn. Iudic. c. 5. §. 3. n. 27. lib. 2.*

233 Cum igitur vetera de Ecclesiis, earumq; personis loquentia Iura † in hodiernis etiam rebus ac personis locum habere debeant arg. *l. 32. ad L. Aquil.* Bero. *conf. 91. n. 21. vol. 1.* ejusmodi sane Protectoribus, qui Castenvögt appellantur, major potestas, quam simplicibus Advocatis, etiamnum hodie, concessa ac permissa esse videtur.

234 Verum enim vero si naturam hodiernæ Advocatiæ recte perpendamus, contrarium † asserendum est, modernis nempe Protectoribus qualescunque sint, & quocunq; nomine indigitentur, occasione ac virtute Advocatiæ, Krafft des Schutz / præter tuendi potestatem, eiq; annexa, plus Iuris non competere, ideoque in protectione, tam Ecclesiarum, quam locorum sæcularium, regulariter Advocatis Ius defendendi tantum tribui.

Negativa sententia

235 Æthiologia decisionis inde manifesta est, quod Advocatiarum hodiernarum constitutio stricti † sit Iuris, adeoque nil nisi quod de præcisa earundem natura, vel nominatim, expressum est, in iis veniat, arg. *l. 99. de verbor. oblig.* Georg. Everh. *consil. 56. num. 69.*

Ratio decidendi I.

Deinde hæc ipsa decisio confirmari videtur, ex eo, quod moderni scriptores non aliam inter simplicem Schirm-Vogthey / & compositam Advocatiam Casten-Vogthey / discrepantiam constituant, nisi quod hæc proprie dicatur Advocatia Ecclesiarum Besold. *de Iure fœd. c. 5. n. 8.* ubi notat, Monasteria suos plerumq; habuisse protectores, eorumq; Ius Advocatiam Ecclesiasticam, vulgo Casten-Vogthey indigitari Stumpff. *lib. 5.* der Schweitzer Chronic. *c. 3.* Quod ipsum etiam ex Rosenth. & Wehnero adseverat Dav. Hopingk. *in novissima sua dissertatione de Iure Advoc. seu Protect. §. 7. lit. F.* ubi subdit, illos qui Advocatiæ Ecclesiasticæ præsunt, Casten-Vögt / i. e. præfectos granarii seu redituũ granarii nuncupari; Secularium vero locorum & hominum Protectores, ex Wehner. *d. loc. verb.* Mundbar / Schutz-Herrn / Schirm-Herrn ex Vult. 1. *de feud. 8. n. 17.* Vogthey-Herrn / ex Rudingerosin. *obs. cent. 3. obs. 21.* Vogt-Junckern / ex Stumpff. *Chro. Helv. lib. 6. c. 6.* Schirm-Vögt denominari. Et hanc declarationẽ nominatim etiam inducens D. Io. Georg. Becht. *diss. de secur. & salvo conduct. ad fin. c. 10.* asserit, Advocatos, si Ecclesiarum, Cœnobiorum seu monasteriorum sint, Advocatiam limitatam Casten-Vogthey habere ejusque jus tanquam fructuosum de consvetudine quorundam Germaniæ nostræ locorum, præsertim Alsatiæ, in feudum concedi; Sin

Ratio decidendi II.

ā: Sin autem universitatis, urbis vel domini alicujus secularis, Patroni sint, in specie Schutz- und Schirms-Herrn / ipsosq; clientes Schutz- und Schirms-Verwandten indigitari; neque enim ullam aliam apud auctores inter prædicta vocabula discrepantiam reperire hactenus potuimus.

Ratio decidendi ultima ab autoritate.

Hanc denique assertionem nominatim etiam post hæc scripta visus tuetur D. Hepingk. *dissert. de Iur. protect. novissim. concl.* 50. *in notis sub lit. A.* ubi aperte 236 scribit, regulariter Advocatis † Jus defendendi tantum tribui, & *ibid. in fin.* asserit præter defensionem eique annexa, modernis protectoribus, plus Iuris haud competere, & *sub lit. C.* similiter tradit, hodiernam Advocatiam strictas habere fimbrias & ultra defensionis terminos extendi non posse juxta Natt. *consf. 636. n. 95. & seq. tom.* 3. Mod. Pistor. *cons. 43. n.* 30. *vol. 1.* Dn. Vult. *cons. Marp. 19. n. 146. vol. 3.* Mantic. *de tac. convent. tit. 7. n. 19.* Et Meichsn. *dec. 4. n. 176. lib. 2. tom. 2.*

Responsio ad rationem dubitandi supra positam.

Cæterum Advocati hodierni, plus Iuris usurpare præsumentes in eo se fundare non possunt, quod officium, munus & potestas priscorum Ecclesiasticorum Advocatorum, ultra defensionis limites, se extenderit; quia ab antiqua illa † Monasteriorum Advocatia, extra 237 defensionis materiam, ad hodiernam protectionem (quæ à Iurisdictione & usurpatione aliorum Iurium, tradente Geor. Everh. *cons. 56. n. 94. vol. 1.* & Auctore des Gründt. Berichts des H. R. Statt Friedb. Stands/ Regal. Privil. *p. 1. punct. 1. n. 19.* separata est) invalide arguitur, uti nominatim testatur T. M. *in cons. W. nondū impresso, in resol. q. 1. & 2.* relatus per D. Hepin. *loco...*

Quamvis enim veteres Monasteriorum Advocati civilem & criminalem jurisdictionem usurpantes, clientum suorum nomine haud solum Iustitiam administraverint & Iudicium exercuerint, sed etiam obventionem ac redituum Ecclesiasticorum curā & administrationem, ut *supra* dictum fuit, habuerint; Postquam tamen Episcopatuum ac monasteriorum opes magis creverunt, & Episcopi aliique Ecclesiarum præsules, potentiores facti, à Ludovico Pio, Caroli Magni filio, in Principes Imp. cooptati sunt & de universa Iurisdict. instar principum secularium, investiti fuerunt, mansit quidem in usu vetus tam compositum, quod simplex Patronorum nomen; omnis autem administratio opum seu bonorum Ecclesiasticorum in desuetudinem abiit, atque ad ipsos Episcopos, & Ecclesiarum Antistites, retentis alicubi, nudæ defensionis causa, Patronis devoluta fuit, uti recte ex Hospin. *lib. 5. c. 6. de Templ. orig.* annotavit D. Hepin. 18. *in Scholiis post lit. E,* & ante ipsum in literas retulit Paurmeister *l. de Iurisd. 26. n. 18.* Licet Monaster. immediate Imper. subjecta, Iurisdictionis criminalis administrandæ causa interdum Advocatos asciscere, vel Ius illud Feudi Titulo in aliquos transferre consueverint, uti etiam commemorat Knich. *de Iure Territ. c. 4. n. 394. & seq.* Ex quidem sub Paschale II. immunitatem & libertatem, amoto hujusmodi administratore, Antistites receperunt, cujus causa aureum (quem Bizantium, Germanice ein Ducaten Diplomata vocant) ad Lateranense Palatium mittere quotannis jussi fuerunt, Avent. *Annal. Bojer. lib. 6.* Utcunque igitur olim Advocati Ecclesiarum, per multa tempora, Iurisdictionem, & administrationis Oeconomicæ inspectionem conjunctam habuerint, in Imp. Romano-Germanico tamen Advocati potissimū defendendi & protegendi causa non aliis negotiis sese ingerendi gratia constituti esse intelliguntur, quia Advocatia hodierna † nihil aliud est quam defensio & tutela, & Advocatus sive simplex sive compositus Schirm- oder Casten-Vogt / tanquam nudus defensor, qui in tuitionem susceptos, ab omnibus oppressionibus, protegere, in reliquis autem rebus, Clientes suos, imperturbatos relinquere tenetur, ut post Host. Panor. Wesenb. *cons. 41. n. 14. p. 1.* & Gilm. *Symph. Supplicat. Tom. 2. p. 1. vot. 26. n. 10. & Tom. 1. p. 1. T. 6. vot. 2. n. 4.* nominatim testantur, id quod innuere etiam videtur Rosenth. *de feud. c. 4. concl. 14. n. 2.* ubi dicit Advocatiam Ecclesiæ, in Alsatia, & vicinis locis, dici die Casten-Vogthey / seque in antiquis libris vidisse vocem, Casten-Vogt / qua nos in Germania utimur, latine redditam fuisse Advocatū, cui regulariter (ut *infra c. 10. de effectib.* peculiari quæstione monstravimus) nullum administrationis sed nudum defensionis Ius competit, *ad finem* subdens, se magnos viros dubitare vidisse, quid Iuris [illegible] Advocati (simplices nempe, hoc est Vogthey oder Schirm-Herrn) habeant & num iidem sint, cum illis, qui Casten-Vogt appellātur, quod ille non inficiando asserere videtur, cū & illos audierit, & viderit, non alia, sed eadē quæ alii simplices Protector. usurpāt, Iura prætēdere, adeoq; † deno- 238 minationē illam compositam, pro simplici, per antiquū loquēdi modum, Synechdoch. usu introductam fuisse.

Ex quibus satis colligitur, hodiernis moribus, regulariter nulli protectori, virtute protectionis, seu prætexto Advocatiæ, sive eum Castenvogt sive Schirmvogt nominemus ullā administrationem vel aliam potestatē in Ecclesiis ipsorum defensioni subjectis, competere ac permissam esse, nisi eam quod limitationis loco singulariter notandum est † ex speciali conventione, fundatio- 239 ne, investitura, inveterata consuetudine vel legitima præscriptione nactus fuerit. Et hanc nostram limitationem nominatim admittit etiam præcitatus D. Hepingk. *diss. de Iure protect. concl. 57. in fine notar.* ubi scribit, si alia ex fundatione, Investitura vel cōsuetudine antiqua, Advocati quæsita habeant Iura, ex iis perinde atque ex Iuris dispositione illorum æstimandam esse potestatem consulente Franc. Pfeil *cons. 113. n. 4.* per text. *c. 25.* ibi, Nisi aliter de sua Iurisdict. obtineat, *extra de Iure Patronat.* qua de re benevolus lector *in cap. 10.* de effectu Advocatiæ, quem ad locum proprie hæc spectat disputatio, longiorem reperiet tractationem.

Porro à voce illa composita Casten-Vogthey / ut ex 240 hactenus deductis patet, ipsi protectores appellantur Castenvögt i. e. præfecti granarii seu proventuum frumenti Rosent. *de feud. c. 4. concl. 34. n. 2.* Simon Schardius *in lexico verb. Advocat. monaster.* Castenvogt Zas. *cons. 7. in princ. lib. 2.* Ioan. Gemm. *in comp. feud. part. 10. verb. deteriorat.* Matth. Wehn. *pract. obs. lit. V. verb.* Vogthey D. Hepin. *dissert. de Adv. l. 6. in notis ad lit. E.*

Quarto Advocatia (quæ ut ex deductis manifestum 241 est, hodie communiter ac proprie Schutz und Schirm / Schutz und Schirms-Gerechtigkeit appellatur) olim Germanis Trost seu trustis, id est, fidelis Advocatia, seu tuitio dicta fuit ut ex Goldasti *glossar. vocab. Barbaro-Germ. lit. T.* attestatur D. Hepingk. *dissert. Histor. Iurid. de protect. seu Advoc. Iure conclus. 6. lit. F. in notis.*

Advocatiæ denominatio Germanica IV.

A quo verbo, consequenter, ipsos protectores Tröster nominari convenit, quod alias etiam ut *supra* nota- 242 tum est à Stumpf. *Chron. Helv. lib. 7. c. 3.* Pfleger; itemque *lib. 5. c. 9.* Schaffner / & priscis seculis Besorger appellati fuerunt ut testatur And. Knich. *de sublim. & Reg. territ. Iur. c. 4. n. 390.* & ex eodem Wehn. *Pract. obser. verb.* Vogthey / Lazius *comment. Reipubl. lib. 21. c. 3.*

Interdum etiam vulgari lingua Protectores non mul- 243 tum alieno à Voicti vocabulo, aliquando tamen corruptiori reperimus etiam vocatos fuisse, Fauth der Kirchen h. e. Advocat. Eccles. quod evidens est ex diplomate Othon. I. quo ad preces Ruperti Episcopi Spirens. eidem Eccles. Iura regendæ civitatis contulit, quæ prius ibidem Comites Cæsar. exercebant; Easdem literas à Christoph. Lehman. *Chron. Spirens. lib. 4. c. 3.* in Germanicum translatas, quia elegantes sunt, atque ad rem faciunt integras hic subjicere lubet, quæ ita habent.

244 *Diploma Othonis I. Imperator. quo Iura regendæ Civitatis Spirens. quæ ibidem Comites Cæsarei prius exercebant, ejusdem Episcopo concedit.*

Im Namen der H. vntheilbaren Dreyfaltigkeit. Otho von Gottes Gnaden König: Wann Wir auf Bitt vnd anhalten der Geistlichen/ so sie an Vns gelangen lassen/ zur Nutzbarkeit ihrer Kirchen etwas erspriesßlichs erweisen/ so glauben Wir ohn allen Zweiffel/ daß Vns solchs zu gegenwertigem Leben/ vnd zur Belohnung in ewiger Seligkeit fürträglich gedeyen werde. Derhalben fügen Wir allen Vnsern Getreuen/ die jetzo im Leben sind/ oder hernach folgen werdē/ zuwissen/ was gestalt Wir aus Liebe vnd Reverentz der seligen Gottesgebährerin Mariä/ vnd ersuchen Ruperti Bischoffs der Kirchen zu Speyr/ einē Gebots-Brief/ welchen Vnser Altvatter von Gottes Gnaden Keyser vnd Mehrer des Reichs/ vnd hernach auch Vnser Vatter seliger Gedächtnüß/ gleichfals durch Gottes Vorsehung Keyser vñ Mehrer des Reichs/ der Kirchen zu Speyr vnd derselben Fürstehern/ nemblich den Bischoffen geschenckt vnd gegeben hat/ zu vernewern/ vnd wider zu beschreiben aus Königlicher Milde befohlen/ des Inhalts/ daß kein Hertzog noch Graf/ noch kein andere Obrigkeit Ritterlichen Stands/ oder ein ander vnbekante Regiments-Person/ denn allein ein Bischoff zu Speyr/ oder dessen Fauth der Kirchen/ aus Vnserm Befehl vnd Vergünstigung/ in der Stadt Speyr/ oder in derselben Refier ausser der Stadt/ das ist in Alt Speyr/ oder Dorff Speyr/ oder in den Gemärcken/ die der Stadt zugehörig vnd daran gelegen/ in Geschäfften vnd Sachen groß oder klein Tagsatzung zu halten/ oder offentlich Gericht zu besitzen hinfürter Macht vnd Gewalt haben. 2. Auch zu Vnsern vñ Vnserer Nachkomen Nutzē/ in Crafft des Königlichen Bañs/ kein Stewr heischen. 3. Noch etwas von Gütern/ von Geld/ von Zoll noch andern Gefällen in die Königliche Camer oder fiscum verwenden. 4. Noch kein Mensch/ so der H. Kirchen oder Vns mit Trew vñ Hulde zugethan ist/ in die Kirchen/ Oerter/ Felder oder andere Güter der vorbesagten Kirch zu Speyr/ die sie rechtmässig vnd mit gutem Titul/ in den Grafschafften/ oder Bottmässigkeiten/ vnd was derselben daselbst von GOttes vnd der H. Jungfraw Maria wegen gegeben vnd zugeeignet ist/ besitzt vnd in hat/ Sachen zu verhören/ Frefel vnd Buß zu fordern/ Losament vnd darzu gehörige Bereitschaft zu bestellen/ oder Bürgen hinweg zu führen/ oder der Kirchen Leibeigen oder freye Leut vnrechtmässig gefänglich anzunehmen/ zu gehen oder zu komen sich vnterstehen/ oder alles das/ davon zuvor gesagt/ zu heischen vñ zu erfordern sich anmassen soll: Sondern Wir gestattē allen Geistlichen/ vnter Vnser Freyheit vnd Schirm/ in ruhigem ordentlichen Stand zu leben/ vnd zu allen Zeiten vor Vns vnd Vnsers Reichs Beständigkeit/ GOttes Gnad vnd Barmhertzigkeit zu erbitten.

Vnd damit diß Vnser Privilegium von frommen Christen vnd Vnsern Getrewen desto mehr statt vnd Glauben finde/ auch desto fleissiger in Ewigkeit in acht genommen werde: Haben Wir diesen Brieff darüber zu schreiben befohlen/ vnd mit Vnserm aufgedruckten Insiegel vnd Vnserer eignen Hand Vnterschrifft bestätiget. Geben den 3. Augusti An. 989. im 6. Jahr Vnserer Regierung. Geschehen zu Ingelheim.

Advocatiæ denominatio Germanica V. 245

Quinto appellatur Ius nostrum clientelare, vulgari etiam nomine † Mundburt quæ vox significat freyen Schutz und Schirm/ hoc est Advocatiam, defensionem, tuitionem, clientelam. Melch. Haimisfeld. Goldast. *in rationali constit. imperial. fol. 22.* ubi ex constitutione de pace Confluentiæ ab Imp. Ludov. Iuniore edita, sequentia verba recitat. §. 15. volumus, ut Eccles. & casæ Dei & Episcopi, & Dei homines, Clerici & Monachi, & Nonnæ talem Mundeburdum (M. S. Mandeburdem) & honorem habeant, sicut tempore nostrorum antecessorum habuerunt.

246 In legibus Longobardicis sæpe occurrit Mundii vox, & plerunque significat tutelam sicuti *supra* etiam attigimus. 247 Unde & Mundoaltos sive † Mundualtos, dixere tutores, ab administrando dominio, quos nos hodie Trewsorger/ Gerhaber/ & Vormund/ quasi præfectos dominio vocamus, Item 248 Mündlein/ Vnmündig/ Mundbare antiquum Francicum verbum pro eo der feinen Vogt hat/ qui caret Tutore & qui se propter ætatem defendere haud valens, tutoris potestati subjectus est. Hinc & illa Iuris Alamannici formula: Er ist noch nicht Mundbar/ i. e. nondum est sui Iuris. Haimisf. Goldast. *d. loc. fol. 60.* Sicque vocabatur, ein Mundbarer Fleck/ Pagus in quo nemo habebat Iurisdictionem. Bar enim vox idem est quod Frey unde & Barones Freyherrn. Besold. *discurs. de comit. & Baron. num. 17.* Hinc & Germani dicunt entbehren/ pro mangeln.

Primogenia vox est à Germanico vocabulo Mund os, oris: Inde Vormund Tutor quasi os Pupilli, weil er ihn verspricht/ Vnmündig Pupillus carens ore der sich selbst nicht versprechen kan. Hincque Mundium etiam sumitur pro Patrocinio sive clientela: unde & illa de clientibus verba literis privilegiorum ex stylo hodierno communiter inseruntur die einem zu versprechen stehen. Et ex eo etiam forte Protector vocatur Advocatus, quasi pro cliente suo loquens, eumque defendens. Paul. Matth. Wehn. *Pract. obser. lit. M. verb.* Montmaß.

249 Hinc veniunt verba † Mund-Herr/ Mundmann/ Mundleut/ Mundgelt. Et multis in locis in rationibus Advocatorum seu præfectorum in den Casten-Rechnungen reperiuntur peculiares tituli, & rubricæ von Vorspruch vnd Mundleuten/ hoc est von Schutz- vnd Schirms-Vnterthanen quorum domini tutelares vocantur Mundherrn/ quibus persolvitur annuus census Mundgelt.

Also müssen die Vnterthanen zu Tauber-Zell/ welche sonsten dem Stifft Herrieden mit Erbhuldigung zugethan/ vnd dem Herrn Marggraven zu Brandenburg allein als Schutz- vnd Mundleut verwandt/ Jährlichen auff Michaelis 15. fl. Mund-Geld geben/ welches der Castner von Creglingen verrechnet.

Et ejusmodi Schutzleuten oder Mundleuten dantur Schutz-Brieff/ in quibus Advocati Schutz-Herrn fatentur, daß sie N. N. in ihren sonderlichen Schutz/ Schirm vnd Verspruch auf- vnd angenommen/ vnd denselbigen mit seinem Leib/ Haab vnd Guth nichts weniger/ dann andere Vnterthanen schützen/ schirmen/ versprechen vnd verthädigen/ 2c. de quo hominum genere libero, videantur ea, quæ *in cap. 6. hujus commentarii*, plurima inserta sunt. Atque ita etiam usurpatur vocabulum Montmann oder Mundmann in den Abschieden/ Wann einem solchen Schutz-Mann ein Abschied gegeben wird/ id quod praxis testatur & quotidiana experientia.

250 Ejusmodi homines † Montmanne/ prohibiti fuere Anno Christi 1236. in Keyser Friderichs des andern

Rechten

Rechten *cap.* 9. §. 1. ubi dicitur: Wir verbiethen auch / daß niemand keinen Montmann habe. Goldast. *in rescript. & constit. Impp. fol.* 72. *tom.* 1. & Carolus IV. Imp. Anno 1355. 5. April. probibuit ne 251 quis alius † quam Imperator, vel Rex, in Regno Bohemiæ solche Leut halte / die man gemeiniglich Mundleut zu nennen pflegt / apud Goldast. in Reichs-Satzungen *fol.* 152. §. 12. & §. 4. ubi dicit Imp. sampt denen / so sich gleichsam unter einer Farben / den jenigen / so man die Mund-Leut gemeiniglich nennet / unter einen Schutz zu benennen pflegen.

252 Sexta Advocatiæ denominatio vulgari nostra lingua fit per verba † Verthädigung / Hülff / Handhabung / Manutention / quæ uti Synonyma defensionis, passim in usu esse solent, ut videre est im Burgundischen Vertrag / so Anno 1548. zu Augspurg auffgerichtet / quem *in cap. V.* verbotenus positum lector reperiet. In *illius. n.* §. 4. *incip.* Aber nichts desto weniger talis Advocatiæ seu Protectionis vocabula ponuntur, und dagegen in des Heiligen Reichs Schutz / Schirm / Verthedigung und Hülff begriffen seyn.

Advocatiæ appellatio Germanica VI.

Sic etiam Ferdinan. I. Rex Romanor. in dem Lothringischen Vertrag / Anno 1542. auffgericht / *in* §. 3. *incip.* Noch dannoch / rc. Ducem Lotharingiæ Antonium una cum Ducatu in Imp. protectionem suscipiens; similibus utitur verbis, den obgemelten Unsern Schwagern Hertzogen Anthoni / seine Erben und das Hertzogthumb Lothringen in Jhro Kays. Maj. und des H. Reichs Schutz / Schirm und Verthedigung hiemit also auff und annehmen.

253 Septimo Ius nostrum defensionis sæpiuscule etiam nominatur, vulgariter Verspruch / † Versprechnüß i. e. defensa à verbo versprechen defendere, sicuti in his terminis sumitur, *in Formula fœder. inter Principes innominatos*, quam Waremb. ab Erenb. *lib.* 2. *de fœd. circa fin. p.* 205. exhibet, ubi *in* §. 2. habetur: Were es auch / daß jemand / wer der were / Uns Fürsten einen die seinen / oder die in seinem Versprechnüs und Schirm stünden / rc. Sic & idem vocabulum usurpat Simon Pistor. *cons.* 19. *n.* 6.

Advocatiæ denominatio Teutonica VII.

Zum vierdten *ibi.* in ihren Verspruch und Schutz genommen / rc.

Ejusdem insuper Usurpationis exemplum præbent literæ protectitiæ Iudæis ab Imperat. Carol. V. Spiræ An. 1544. in Comitiis concessæ, ubi *circa med.* hæc verba habentur: Und darzu dieselb Unser gemein Judischheit von neuem in unsern und des Heil. Reichs Verspruch / Schutz und Schirm genommen und empfangen. Et vox ista in aliis privilegiis Advocatitiis passim inserta reperitur.

254 Et hinc defensor dicitur † Verspruch-Herr & honorarium, quod protectori quotannis penditur, Verspruch-Gelt / Schurff. *cons.* 23. *n.* 3. *cent.* 1. Knichen *comment. de Saxon. non provoc. Iur. c.* 5. *n.* 304. Paul. Matth. Wehn. *in suis obser. de verb.* Vogthey.

255 Ejusmodi autem † honoraria communiter in legibus appellantur salaria, quæ alicui tuendi sui causa præstantur, ita nominat Scævola *in l. ult. ff. de in rem ver. & in ult. ff. de act. & obligat.* Plinius *lib.* 31. *c.* 7. *Sal honoribus*, inquit, *militiaq; interponitur, salariis inde dictis.* Alias merces dicitur, quam quis pro opera percipit, cujus appellationes pro causis erogationum variant. In militibus enim stipendia, in nautis naula, in præcone præconia, in judicibus sportulæ dicuntur *l.* 1. *Cod. de sport.* & *l.* 1. *C. de suffrag.* & taxantur *Auth. ut jud. sine quoque suffrag. fiant.* in Advocatis honoraria, Græci συνηγορικά appellant, *ut tot. tit. ff. de var. & extraord. cognit.* in præceptoribus διδάκτρα Latinis Minervalia, in Apparitoribus ἐκβιβαστικά, in proxenetis ἑρμηνευτικά, in nutritoribus τρόφιμα aut nutritia, in aulædis πεπλάνια, in repertoribus εὕρετρα, in servantibus rem σῶστρα, in nunciis & indicibus μηνύτρα, in commentariensi carceratica, & si quæ hujusmodi sunt.

256 Theodosius tamen Imperator in suis legibus Protectores nominat † procuratores, Schaffner oder Pfleger / ut nominatim attestatur Jo. Stumpf. *Chron. Helvet. lib.* 7. *c.* 3. Rudolph. Hospin. *de orig. & progr. Monach. lib.* 4. *c.* 21. Knich. *de sublim. & reg. Territ. Iure c.* 4. *n.* 390. Tob. Paurmeister *de Iurisdict. Rom. Imp. c.* 10. *n.* 26. Warem. ab Erenberg. *medit. pro fœder. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 13. *in fine.*

257 Non raro denique, ut *supra* diximus, hujusmodi Advocati ac Protectores Vicedomini, vulgo Vitzthum / Vitzthume oder Vicedume Warem. ab Erenb. *de fœd. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 13. qui & Besorger Wehner. *pract. obs. verb.* Vogthey Knich. *de subl. & Reg. Territ. Iur. c.* 4. *n.* 390. olim appellati sunt, ut præter alios tradit Christoph. Lehman. *Chron. Spiren. lib.* 2. *c.* 36. *in fin.* Solche / inquit, hat man Advocatos, Vögt / Casten-Vögt / oder auch Vicedominos genennt. Et patet id ipsum ex antiquis Longobardor. legib. ubi *lib.* 2. *Tit. de Advocat. & Vicedominis* à Ludovico Imperatore subsequentem legem sancitam habemus.

258 Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus cunctoque clero omnino præcipimus, Vicedominos, præpositos, Advocatos sive defensores bonos habere, non crudeles, nec cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes & in omnibus justitiam facientes vel diligentes.

259 Quam vocem Germani retinentes, Advocatos à nomine Vicedominorum corrupte † nuncuparunt Vitzthomb / quod approbat communis usus loquendi, & nominatim tradit Hospinian. *de orig. Monach. cap.* 20. *de exempt. Monaster. & Abbat.* §. *vocati sunt.* Henric. Bocer. *part.* 4. *disputat.* 13. *thesi* 38. Ioan. Stumpf. *libr.* 3. *Chronic. Helvet. cap.* 3. Erenberg. *dict. capit.* 4. *num.* 13.

260 Proprie tamen Vitzthomb † ex sententia Speculatoris supra allegati, nominantur administratores rerum ac ditionum Episcopalium, qualem Episcopatus Bambergensis continuum habet in Carinthia, ex Canonicis ejusdem Ecclesiæ Capitularem.

261 Et hucusque de Germanicis Advocatiæ appellationibus: succedunt nunc Gallicæ.

I. Denominatur autem Gallis jus nostrum patronale, Anoison sive Avoizon, aut Avouerie Bodin. 1. *de Repub.* 7. *p.* 105. *& lib.* 5. *c.* 6. *n.* 585. Et vocem Gallicam Avober Gregorius X. in hac significatione posuit, sumpto ex Concilio generali Lugdunensi *c. hoc consultissimo de reb. Eccl. non alien. in* 6. hisce verbis utendo, Seu ab ipsis eadem ABVOCANDO, prout in quibusdam vulgariter dicitur *Avober* vel ipsos Patronos vel Advocatos Ecclesiarum, seu bonorum ipsarum perpetuo, aut ad tempus non modicum constituendo &c. olim & Advocatia Gallis Mambornie, dicta, Goldast. *in glossar. verb. Thenton. lit. M.* Froissart. *lib.* 2. *cap.* 155. Fussent en garde, traille, tutele, cure, Mamburnie. Hodie magis usitate Salveguarde, Gold. *d. loc. lit. S.* item protection & defense nuncupari solet. Et hæc de Gallicis Advocatiæ denominationibus.

Advocatiæ appellationes Gallicæ.

II.

III.

262 Quia vero in priscis Imperatorum diplomatis reperiuntur etiam nomina † Barbaro-latina sive Longobardica, quibus Advocatia ac Jus Protectionis, denominata fuit, ea *sub finem hujus capitis* etiam recensebimus.

Advocatiæ appellationes Barbaro-Latinæ & Longobardicæ.

263 *Advocatiæ denominatio Barbaro-Latina I.* Primum igitur Imperatores in antiquioribus Diplomatibus, quibus loca sacra in protectionem receperunt, frequenter, Ius patronale, Mundiburdium † Mundeburda, Mundium, Momburgium, Mandiburgium & Mamburgium nominarunt, ceu docent Rud. Hospin. *de orig. Monach. lib. 4. c. 22.* Goldast. *constit. Imp. Tom. 3. p. 162. in capit. Pipini. II. Regis Roman. cap. 20.* unde & usitatissima in legibus priscis Germanorum sub Mundeburde/ vel defensione suscipere, Mundeburden eligere Lindebrog. *in glossario juncto Codici LL. antiquar.* Ion. Lydius *in glossis Latino-barb.* quæ additæ sunt operibus N col. Clemang. *verb.* Mandeburde. quibus adde Renat. Choppin. *lib. 1. de Sacr. polit.* ubi *tit. 7. sub. num. 12.* ait, veteris memoriæ Scriptores Advocatiam Mundiburdiam appellasse, & Advocatos 264 etiam Maniburgos † ipse ibidem appellitat, quod testatur etiam Andr. Knichen. *de subl. & reg. territ. Iur. cap. 4. num. 328. & de Sax. non provoc. priv. verb Ducum. cap. 5. num. 494.* Ioan. Camman. *politico-jurid.* 265 *de regalib. 5. thes. 104.* Quamvis autem nomen † illud Mundiburdii priscis seculis tutelas duntaxat Pupillorum continuerit, quemadmodum argumento est Lex illa Salica, quæ sic habet: Si quis ingenuam Puellam, vel mulierem, quæ in verbo Regis vel Ecclesiastico est, accipere vel reducere sine parentum voluntate, de *Mundeburde*, id est è tutela 266 abstulerit, &c. postea tamen eadem vox Tutelis † Pupillorum, propria, ad Ius Advocatiæ principaliter, id quod innumeris diplomatum exemplis, ostendi potest, extensa fuit: Imo idipsum vocabulum pro Iure protectionis acceptum, sub ipsis plantatæ in Germania fidei Christianæ initiis usitatum fuisse, ex variis diplomatibus à Guil. Paradino *in Annalib. Burgund.* adductis. quorum nonnulla *in Cap. V. de orig. Advocat.* verbotenus repetita sunt manifeste colligitur, idque *insequenti Capite*, à nobis insertæ etiam securitatis literæ ostendunt quas olim Carolus Martellus S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, cum is à S. Gregorio Papa in Germaniam ad propagandum Christianismum, missus fuisset, concesserat, in quibus hæc vox Mundeburde aliquoties repetita continetur,

Ejusdem usurpationis exemplum, præbet privilegium Caroli Magni, & ejus conjugis Hildegardis Monasterio Ottenbeurensi Anno 769. concessum, quod inter alia sic habet.

Quoniam Principem ac defensorem Ecclesiarum nos fecit Dominus, ne ejus ingrati esse videamur munificentiæ, &c. quapropter notum sit omnibus Principibus nostris & fidelibus, qualiter nos ad petitionem dilectissimæ conjugis nostræ, HILDEGARDIS illustris Reginæ, Abbatem nomine TOTTONEM, ex Monasterio, quod vocatur UTENBURA, cella nova, cum hominibus, una & rebus ipsius monasterii, sub nostro Mundiburdio & defensione, propter illicitas malorum hominum infestationes accepimus & retinemus, &c.

267 Unde hoc jus qui habebant, tanquam † mundiali potestate præditi, in Principum Constitut. nominatim Ottonis I. super liberalit. Eccles. à Goldast. *Tom. 2. p. 42. relat.* Mamburgi hoc est Advocati à Longobardis nominati sunt: Quamvis etiam qui curator Reip. *in libris Pandectarum* dicitur, Feudisticis temporibus Mamburgus appellatus fuerit. Unde Mamburgium, curatio in formula Regni accepti à Bosone apud Guil. Paradin. *Annal. Burg. lib. 1. Omnibus ut munivistis, legem justitiam, & rectum Mamburgium, auxiliante Deo, conservabo.* Dicebatur & Mandiburdium, ut paulo *supra* in formula regni delati: Defensionem & Mamburgium singulis exhibentes. In quibusdam locis Manibourgus mendose legitur.

Eodem etiam vocabulo Mundeburdii usum esse legimus, Theodoric. † Francor. Reg. in confirmatione Monasterii Maursmeister/ de quo, in defensionem suam Anno 724. recepto, sequentem in modum scribit ad Ludfridum Alemannorum Ducem: 268 Si petitionibus Deo servientium (quæ ad eorum quietem & tranquillitatem pertinent) libenter præstamus, atque ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exercemus, & ad mercedem vel stabilitatem regni nostri pertinere confidimus &c. Quapropter per præsens decernimus atque jubemus præceptum, ut neque vos, neque juniores vestri seu successores, nullaque omnino, cujuscunque sit potentiæ persona, ipsum Abbatem, neque monachum, neque certe homines suos injuriari nec condemnare, nec ei infra vel extra Monasterium rem irrationalem facere penitus, neque de rebus ad se pertinentibus quippiam auferre præsumat, sed liceat ei suisque omnibus sub immunitatis titulo & nostro mundiburdio, vel defensione cum omnibus rebus suis & Monasterii sui secundum normam patrum Dn. Benedicti & Dn. Columbani quietos residere atque securos, &c.

Similiter & alii postmodum Imperatores in suis diplomatibus eandem vocem pro Advocatia usurparunt Palam id facit inter cætera donatio Cœnobio S. Lamberti in Carinthia per Othonem II. facta, quæ ita habet.

269 *Diploma Othonis II. Imperat. quo Religiosos Monasterii S. Lamberti in Carinthia in protectionem recepit.* OTHO divina favente clementia Imperator Augustus; Si aliquid de nostræ magnitudinis regia munificentia Dei Ecclesiis emolumenti pro stabilitate illarum conferimus, procul dubio illud in mercede proprium habemus. Quapropter omnium fidelium nostrorum animadvertat industria tam præsentium quam futurorum, qualiter nobis interventu & admonitione Othonis Carentorum Ducis, quoddam nostræ proprietatis spatium ex omni parte in latitudine sive longitudine jugera tria in monte Carentino, cum dimidia parte ligni montis illius in latere positi cum X. jugeribus pratorum juxta flumen Glana jacentium ad Ecclesiam S. Lamberti Martyris, qualicunque supradicti montis parte excepta nostra regali sede inibi S. Lamberto servientibus placuerit, perpetuo possidendam tradere, atque delegare, cum exitibus & reditibus, & cum omnibus utilitatibus ad præfata jugera pertinentibus, ea videlicet ratione, ut nemini quicquam in eadem Ecclesia DEO militantes

inde

inde debeant, nisi quod ad Dei servitium spectat. Sed ipse locus, & in eodem loco Deo & S. Lamberto militantes *sub nostri sunt Mundiburdii* † *defensione suscepti*, ita videlicet ut nullus Judex publicus, vel quilibet ex Judicaria potestate, in Ecclesias, aut loca, vel agros seu reliquas possessiones, quas vel nunc idem locus S. Lamberto donatus possidet, vel quæ deinceps in Jus ipsius divina voluerit pietas augere, ad causas audiendas vel ad Freda exigenda, aut mansiones, vel adparatas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ injuste distringendos, aut ullas redhibitiones seu illicitas exactiones requirendas, &c.

270

Hæc ex diplomate, ubi & freda † & adparata voces Franciæ vetustæ quas in legibus Francicis & Alemannicis sæpe legimus occurrunt. De fredis genere mulctæ † fisco ves Judicio debitæ, lex Saliqua hujusmodi legitur.

271

Si quadrupes hominem occiderit: ipsa quadrupes, quæ eum occiderit, immediate Werageldo suscipiatur, & aliam medietatem dominus quadrupedis solvere studeat absque fredo, quia quod quadrupedes faciunt, freda non exiguntur. *Et iterum.* Si quis servum, fugientem ad Ecclesiam, vi abstraxerit & injuriam Ecclesiæ fecerit: componat XXXVII. Sol. ad Ecclesiam, & pro fredo solvat in fisco LX. Sol. quod contra legem fecerit & Ecclesiæ honorem non impenderit.

De Fredo insuper & Werigeldo alia lex habetur. Si quis liber liberum infra januas Ecclesiæ occiderit, cognoscat se contra Deum injuste fecisse, & Ecclesiam Dei polluisse. Ipsam Ecclesiam, quam polluit, cum LX. Sol. componat, & in fisco fredum acquirat, parentibus autem legitimum Werigeldum solvat.

272 273 Erat igitur Werigeldum † pecuniaria mulcta, pro sanguine fuso data: ut † Nuyngeldum & Truingeldum, pœnæ fuerant pecuniariæ; &c.

Fredi autem vel fredæ nomen dupliciter olim usurpabant Franci: Vel enim id, ut ex LL. modo adductis patet, vocabant pœnam, judicio vel fisco, id est, magistratui debitam, ob vim injuriamve illatam & violatam legem, quam majores nostri mutata voce Fredel dicebant, hodie nos Germani corruptius Frefel nominare solemus. Vadian. *de colleg. & monaster.* Er muß den Frefel / das ist / die Buß oder die Straff/ oder den Frieden zahlen.

274 Deinde Fredum hoc † ipsum quoque est, quod nos hodie Frieden vocamus. Populi enim illi Francorum ferocissimi & ad arma prope sola nati perpetuo fredo, hoc est, pace obligabantur, ne quid vi & armis gereretur, quod publicæ tranquillitati obesset. Idem Vadian. *in Epist. ad Bullinger.* Goldast. *tom.* 2. *part.* 1. *rer. Aleman.* Quem morem & Germani multis annis post Fridericum primum in omni Germania Principes custodiverunt, uti hodie quoque einen Friedstand oder Lands-Frieden nominant. Quin & ipsi ad magistratum delati dicuntur den Frieden angeloben/ data manu ex fide præstiti juramenti nihil amplius se turbaturos pollicentes, Christ. Lehman. *Chron. Spir. lib.* 2. *cap.* 44. Atque hinc non pacem solum hac voce, sed & mulctam etiam, quæ pacem violanti irrogabatur, scribæ significabant.

Cæterum quod ad voces Mansiones ac Paratas quæ passim etiam in antiquis diplomatis sunt obviæ attinet, Paratæ † videntur fuisse operarum exactiones, forte parangariæ, Frohn-Dienst. Melch. Goldast. *in rational. tom.* 1. *constit. imperial. ad Caroli Magni Epistolam ad Pipin. Reg.*

275

Mansionatici sive Mansiones † sunt loca, in quæ quis Ius habet divertendi & hospitandi, idque vel ex proprietate, vel ex contractu aliquo aut antiqua consuetudine cujus non extet apud homines interrupta memoria. Cujusmodi mansiones in prædiis, fundis, monasteriis &c. constitutas hodieque retinemus, vulgo dicuntur Atzung/ Außspann. Aristoteles *in Politic.* loca, quieti præstituta, iter agentibus vocat *καταγωγάς*. Cujac. *comment. in feudor. consuetud. lib.* 1. *tit.* 1. Idem Goldast. *Alemann. rer. tom.* 2. *chart.* 90. Sed de his *in cap. X.* latius actum est.

276

Secundo Ius protectionis Semibarbaro, Latino ac Longobardico seu Italico vocabulo dicitur † Salvaguardia, sive Custodia per Gregor. X. *in c. generali de Elect. & Electi potestat. Generali*, inquit, *constitutione sancimus, universos & singulos, qui custodiam, sive guardiam Advocationis seu defensionis, &c.* ubi etiam hoc notat Guid. & Bays. si. Natta *cons.* 237. *n.* 2. & 3. *Tom.* 2. voce Guardiæ (quam pro custodia positam à Germanico warten esse formatam Hotom. *in comment. de verb. Feud. Lit. G.* opinatur) Ius protectionis denotat ac complectitur.

Advocatia Appellatio latino-barbara II. 277

Eadem voce usus est Imperator † Sigismundus in Privilegio quo Monasterium Waldsassen in Nariscis ad Wundrebum amnem situm Cisterciensis instituti, amplissimum Anno Dn. 1417. cum omnibus bonis ac Iuribus in Tuitionem ac Salvamguardiam Imperialem suscepit, attestante Bruschio *in descript. Monast. ejusdem sub Abbate* 27. Corroborat Gilkenius *tract. de usucap. part.* 3. *c.* 9. *n.* 13. ubi dicit, posse custodiam sive guardiam, item Advocationis seu defensionis titulum in Ecclesiis vel Monasteriis ex antiqua consuetudine ad aliquem deferri: ubi idem *ad finem* subjicit diversum esse † Ius custodiæ & defensionis à Iure præsentationis. Cacheran. *decis.* 88. *num.* 35. ubi scribit, sub nomine custodiæ venire Salvamguardiam & Ius protectionis allegans Ioann. de Plates, *in l. fin. C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. ubi dicit, custodiam in Gallia dici Salvaguardiam, Iason Mayn. *consil.* 57. *n.* 2. *vol.* 3. Iacob. Synzius *disput. de Iure protectionis* § 3. ubi asserit, Advocatiam in Iure Canonico appellari Guardiam & Custodiam allegans *c. Salvator.* 1. *q.* 3.

278

279

Interdum etiam pro verbo Salvæguardiæ usurpantur nomina Salvi-habitio, Goldast. *in glossar. lit. S.* & *Ius guardia* Ioach. Steph. *Instit. Iur. Can. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 40. & 42.

280

Proprie tamen loquendo, Salvaguardia non denotat veram Advocatiam, sed extraordinariam † illam privilegiatamque Cæsaream Protectionem, quam summus Princeps pro defensione personarum & rerum nonnullis tribuit, qua de *in cap.* 3. actum, & de eadem passim in hoc Tractatu multa occurrunt, plurima autem *in cap. penultimo*, dicta reperiuntur. Confer ulterius de Salvaguardia Guid. Pap. *decis. Gratianop. quæst.* 56. 77. 551. Menoch. *consil.* 140. Boer. *decis.* 247. Heig. 2. *q.* 25.

281

Alias etiam Guardia † feudum est, quod constituitur alicui, propter custodiam rei domini custodientis, hoc est, quando Dominus Curti, domui suæ vel prædio,

282

Iure Feudi, custodem apponit, Borch. *de Feud. c.* 4. *n.* 31. Unde † Guardianus seu Guardio dicitur ille, cui talis custodia est commissa, vel cui castra & territoria custodienda traduntur, vulgo Burg-Vogt / de quo Rosenth. *de feud. cap.* 2. *conclus.* 68. videri potest. Inde † guarendare pro defendere *in usibus feud.* dicitur *de lege Conrad. c.* 1. §. *sunt pares.* 283 284

Guardia insuper pro Militum † manu ponitur apud Dillich. *in Chron. Brem. p.* 176. Interdum etiam pro salvo conductu accipitur, Wehn. *verb.* Geleyd. 285

Non desunt denique qui Ius Advocatiæ etiam peregrina voce, Castaldiam † appellant, ita Martin. Uran. *cons.* 82. *tom.* 1. *n.* 5. Advocatiam vocat Castaldiam, & describit, esse Ius, quod ratione protectionis seu Tuitionis Advocato, seu Castaldo competit. 286

Proprie tamen, sumptum hoc vocabulum in lingua Lombardica dicitur † gubernatio qua domini res gubernantur, uti & Castaldi gubernatores † vel Vicedomini nuncupantur à Zas. *de feud. degenerant.* Et erat Castaldus non absimilis † procuratori & actori possessionum domini, cujus fit mentio *in l. ult. C. quod cum eo qui in alien. potest.* secundum Alvarot. & glossa. *in c.* 1. *de feud. guard.* Erat autem *Castaldus* velut Oeconomus quidam, cui res dominica gubernanda committebatur instar Oeconomi Ecclesiastici, arg. *l. jubemus nulli C. de Sacrosanct. Eccles.* Prate, *in Lexic.* 287 288

Sumitur etiam Castaldia pro † feudo quod Castaldo, id est, procuratori seu gubernatori domus aut rerum nostrarum, ad hoc, ut domum vel res nostras, gubernet, conceditur Rosenth. *Synops. feud. c.* 2. *quæst.* 68. *n.* 1. ubi quatenus annuum sit, vel transeat ad hæredes, enucleate docetur. 289

Et hæc de verborum ad Ius Advocatiæ pertinentium diversarum linguarum significationibus, forsan nimis multa, nunc ad reliqua progrediendum.

CAPUT III.

De Advocatiæ, seu Protectionis diversis speciebus.

SUMMARIA.

Definitio rei regulariter divisioni ejusdem præmittenda, n. 1.
Divisio per singula rei proposita genera excurrens, totam entis confusionem explicat, numer. 2.
Res eadem secundum varias considerationes varie dividi potest, num. 3.
Protectio latissime sumpta alia est divina, alia humana, n. 4.
Divina Protectio quid? n. 5.
Divina Protectionis testimonia ex sacris literis, n. 6.
Divina Protectio, alia mere divina, alia quasi divina, & quæ utraque? n. 7.
De Angelorum Protectione & custodia sacra Scriptura testimonia, n. 8.
Iudith Angelo duce Holofernem vicit, ejusque exercitum confudit, n. 9.
Iosue in agro Ierichon Angelum evaginato gladio sibi in auxilium adstantem vidit, n. 10.
Hominibus singulis à nativitate Angeli custodes dati, nu. 11.
Angelos pro defensione Ecclesiæ militantes pugnare horrendus Herodis Agrippæ exitus comprobat, n. 12.
S. Michaelem Archangelum Ecclesia Catholica Patronum ac Protectorem agnoscit, n. 13.
Angeli bonor. defensores ac Protectores adversus dæmones, n. 14
Angeli boni & mali, ubique in aere, in terra, in aquis, &c. 15
Angeli tutelares Regnis & Principatibus quoque dati, n. 16.
Locus nullus est qui Angelos non habeat præsides, num. 17.
Horum quæ sint munia & officia, num. 18.
S. Michael Synagogæ Iudæorum peculiaris custos fuit, n. 19
Hungariæ Protectrix beata Virgo Maria, num. 20.
Hungariæ Regnum à S. Stephano B. Virgini dedicatum, n. 21
Hungari olim magna celebritate, festum Assumptionis D. Virginis colebant, n. 22.
S. Steph. Hungariæ Regis cultus erga Deiparam virginem, 23
Hispani B. Iacobum Apostolum Patronum colunt, n. 24
Polonorum Patronus S. Stanislaus salutatur, n. 25
Saxones S. Vitum Patronum habebant, n. 26
Longobardi sub tutela S. Ioan. Baptistæ, n. 27.
S. Sabin. Christianorum militum Patronus, ac Protector, 28.
Arnulph⁹ Spoletan⁹ Dux ethnicus à S. Sab. in acie defensus 29
S. Steph. Hungar. Rex auspiciis S. Martini paganos in Pannonia devicit, 30.
S. Stephan. Hungar. Rex victor ex spoliis victorum S. Martino monasterium in Pannonia fundat, ibid.
Decimas eidem ex captivorũ facultatibus adeo persolvi voluit, ut decimam quisq; prolem S. Mart. in monasterio daret, ibid.
Turonensis civitas sola S. Martini corporis oppositione contra Harstingum Nortmannorum Ducem eam obsidentem defenditur, n. 31
Clodoveus contra Alaricum Gothorum Regem pugnaturus ad victoriã obtinendã S. Martino Patrono equum vovet, n. 32
S. Martin. bonus adjutor in auxilio, sed mercede carus in negotio, n. 33.
D. Felix martyr Nolanis à Barbaris obsessis visibiliter suppetias tulit, n. 34
S. Ambros. Mediolano à Conrado II. Imp. obsesso, hostes flagello insecutus. n. 35
S. Sebast. caput pro tutela loci circumductum, ditionem Magdeburgensem ab hostium depopulatione conservat, 36
S. Henric. Imp. Sclavos auxilio SS. cœlitum Georgii, Laurentii, & Adriani in fugam convertit, n. 37
Cremonenses auxilio SS. Martyrum, Petri & Marcellini, victoriam à Mediolanensibus obtinent, n. 38
Sarraceni à Iacobo Arragon. Rege præsidio S. Georg. devicti, 39
S. Georg. in expeditione Friderici Barbaros. cõtra Turc. suscepta, à Ludovico Comite Helfensteinio aciẽ præcedere visus, 40
B. Mar. Virginis imago à S. Luca depicta & in Monasterio ejusdem Constantinopoli asservata, per urbem deducta, eandem à Saracenorum obsessione liberat, n. 41
Christi imago, Hierosolymitanos eam portantes Chosrois Persarum Regis urbem obsidentis machinas dissolvit, n. 42
S. Vincent. Tunica Cæsar Augustam obsessam à Francor. invasione defensat, n. 43
Veneta Reip. S. Marcus patrocinatur, n. 44
Colonia Agripp. SS. Severinum, Cunibertum, Alilolphum Evergislum & Albinum Martyr. Patronos habet, n. 45
Brunovicensis Civitas S. Autorem Patronum agnoscit, n. 46
Tarentini S. Cataldum Patronum venerantur, n. 47
Moguntinæ sedis S. Mart. primus & præcipuus Patronus. n. 48
S. Kilianus urbis & diœcesis Herbipolensis Patronus, n. 49
S. Petrus Bambergensis & Wormatiensis Episcopatuum Patronus, n. 50
Wangensis oppidi Imperialis, S. Martinus Patronus in porta depictus, ostenditur, n. 51.

Militum

Militum sacrorum Monarchorumque ordinibus nomina à propriis Patronis plerumq; indita, n. 52
Carmelitæ S. Heliam Protectorem agnoscunt, 53
Pictores S. Lucam, Fabri Eulogium, Calcearii Crispinum & Crispinianum, Sartores Gutmannum, Figuli Goarem, Eustachium Venatores Advocatum venerantur, 54
Homines ut plurimum singuli etiam certos sibi Patronos ex Sanctorum numero eligere consueverunt, 55
S. Petrus à B. Ignatio Lojola Societatis Iesu institutore semper cultus & in Patronum ascitus ibidem, cum aliis particularium personarum exemplis, ibid.
Patronorum è cœlitum ordine singulis Ecclesiis assignandorum mos & templa consecrandi ritus unde & à quibus originem sumpserint, n. 56
Consecrationes templorum Deo gratas esse insigni miraculo ostenditur, 57
Carolo Magno, ad dedicationem Basilicæ Aquensis, 364. Præsules convocante, cum actu imminente Monulphus & Gondulphus Tungrenses obiissent, quasi viventes consecrationi adsunt, eaque peracta monumenta sua repetunt, 58
Gentiles è Deorum suorum numero certos similiter sibi Patronos eligere soliti, 59
Gentilitas omnibus hominum actionibus certos Parastatas assignare consuevit, 60
Gentiles inprimis Civitates in certi Dei, Deæve tutela constituerunt, 61
Deorum Tutelarium ante urbium expugnationem evocandorum ritus Ethnicus, 62
Protectio humana, alia ordinaria alia extraordinaria est, numer. 63
Ordinaria quæ sit, 64
Protectio ordinaria tam in legum & Canonum sanctione, quam peculiaribus Imperii constitutionibus fundatur, numer. 65
Vitam suam ad Iuris legumque præscriptum omnes instituere debent, 66
Legum regimine boni defenduntur, mali coercentur, numer. 67
Protectio, pax & securitas publica diversis Imperatorum constitutionibus severissime præcepta, 68
Protectio ordinaria sæcularis non spiritualis censetur, 69
Imperatori generalis Protectio ipso Iure competit, 70
Imperatoris proprium est universos communiter tueri & vindicare, 71
Imperator Dominus mundi quo modo nominetur, num. 72
Ius Protectionis ordinariæ à dominio directo & utili cæterisque Iuribus realibus separatum est, 73
Imperatori totius orbis Romani dominatus, Iurisdictio inspectio, ac protectio à Deo concessa, ut eum defendat, numer. 74
Religionis & sacrorum cura ad Imperatorem pertinet, ibidem.
Imperatori pax Ecclesiæ in religionis Christianæ unitate custodienda, 75
Imperator securitatem publicam in Imperii limitibus per constitutiones, officia civilia & militaria tueri debet, numer. 76
Imperator omnes bona facientes protegere ac illæsos conservare debet, 77
Legum defensio ad Imperatorem quoque spectat, ibid.
Saxoniæ Elector Iuris Saxonici defensor. ibid.
Regibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus merum & mixtum Imperium habentibus, ipso etiam Iure ordinario suorum subditorum incumbit protectio, numer. 78
Regum in Scuto erectiones olim factæ, subditorum defensionem significant, 79
Principibus defensionem subditorum omittentibus iidem servire non tenentur, 80
Principes aliiq; Domini gladium, ea de causa acceperunt, ut pacis custodes ac subjectorum defensores existant. n. 81
Principi etiam Ecclesiæ ejusque bonorum defensio incumbit, num. 82
Princeps sæcularis ad Ecclesiæ ejusve bonorum defensionem vocatus non succurrens excommunicari potest, 83
Religionem Princeps armis tueri obstrictus est, 84
Religio sincera Deiq; cultus Principatuum ac Rerumpubl. fundamentum, ibid.
Ethnicorum Legum latores initium LL. suarum à religione & Numinum veneratione fecerunt, 85
Regnum abjecta religionis cura legibusque ad religionem pertinentibus violatis, minus recte administratur, ibid.
Sapientiæ omnis initium timor Domini, ibid.
Tyranni in regnis suis etiam scelere partis justitiam & religionem, non ob amorem, sed propter se ipsos introducere & colere coacti sunt, 86
Civitatibus Imperialibus in Cives ac subditos suos competit ordinaria protectio, 87
Clerici in Civitatibus degentes æque ac Cives defendendi, numer. 88
Clerici arctioris defensionis causa interdum, ut Spiræ in Civium numerum recepti, 89
Magistratus quilibet territorii sui subditos virtute protectionis Iure ordinario sibi competentis, defendere tenetur, 90
Subditi naturæ æquitate dominorum suorum statum asserere tenentur, 91
Oberherrn unde Magistratus dicti? 92
Principes aliosq; superiores tales esse oportet, ut se potius subditorum Patrocinium, quam Imperium suscepisse cogitent, 93
Superior videns subditum in periculo constitutum, eidem succurrere tenetur, quantum potest. 94
Magistratus officio suo ideo fungitur, ut subditorum saluti prospiciat, 95
Magistratus obligatus est territoria sua purgare à malis hominibus, 96
Protectioni ordinariæ cohæret jus indagandi & persequendi homines provinciæ quietem turbantes, das Recht des streiffens / 97
Pauperes, egeni, orphani, viduæ & aliæ miserabiles personæ sunt sub generali protectione magistratus, 98
Pauperum Deus ipse curam gerit, 99
Pauperum Patrocinium suscipientibus magistratibus Deus florentem victoriis & opibus rempublicam tradit, 100
Vidua simpliciter non habetur pro persona miserabili, 101
Viduas ac dotes earum Ecclesia protegere tenetur, 102
Dotis causa pia censetur, 103
Viduas & pupillos tangens vel lædens, pupillam oculi divini attrectare dicitur, 104
Viduæ & pupilli propter orbitatem magis sunt privilegiati, quam studiosi, 105
Senes ob imbecillitatem & senectutis venerationem sub protectione generali comprehenduntur, 106
Mulieres quoque generalis protectionis privilegio gaudent, numer. 107
Scholares ob favorē scientiæ speciali fruuntur protectione, 108
Scholarium protectio ac securitas quibus in rebus consistat, numer. 109
Summus Pontifex præter Ecclesias pariter etiam homines sibi subjectos protegere tenetur, 110
Pontifices sæpius Regna, Provincias & Urbes contra Barbaros tutati, 111
Urbanus II. Papa Anno 1095. per populos cruce signatos, Hierosolyma Saracenis erepta tota Asia & Syria fidei hostes ejecit, 112
Peregrinantes sub ordinaria & generali summi Pontificis protectione consistunt, 113
Protectio & securitas ista non solum Romipetas includit, sed ad omnes Religionis ergo peregrinantes extenditur, 114

Saxo-

Saxoniæ Dux in Cella Paulina habet Advocatiam superiorem, den Ober-Schutz / oder Ober-Vogthey/ *n.* 207
Episcopus Herbipolensis Collegii Chombergensis Advocatiam superiorem habet, & Barones de Limpurg inferiorē, n. 208
Advocatia inferior quæ? n. 209
Advocatus inferior, Under-Vogt/ After-Schirm-Herr/ Undergesetzter Vogt *nuncupatur, n.* 210
Protectio dividitur etiam in Ecclesiasticam, & secularem, 211
Protectio Ecclesiastica quid? n. 212
Denominatio fit à potiori, n. 213
Principatus & jurisdictio ad subditorum, non ad regentium utilitatem sunt, n. 214
Advocatia jus Ecclesiasticum mere est temporale, n. 215
Protectio secularis quid? n. 216
Welpho V. Princeps Altorffensis Vinearum monasterio anno 1130. *cellam Panthaleonis subjicit, n.* 217
Protectio alia est universalis, alia particularis, n. 218
Universalis quæ? n. 219
Monasteria & Civitates tenuiores communiter vicinorum Principum protectioni se committere solent, n. 220
Clientela potentiorum olim etiam apud Romanos integræ provinciæ & Civitates cum omnibus bonis se dediderunt, n. 221
Illustratur exemplis, n. 222. *&* 223
Particularis Advocatia quid? n. 224
Vasallus ratione certi territorii obligatus non tenetur Principi respectu alterius regni bellum gerenti servire, n. 225
Dux Wirtenbergensis tres pagos ad monasterium Maulbronnense spectantes Palatini tutelæ certo pacto tradidit, n. 226
Principes subditos suos à se remotiores frequenter alterius Principis vicinioris protectioni commendare solent, n. 227
Magistratus ad subditorum defensionem obligatur, sive per se, sive per alios, n. 228
Auxiliandi commoditas propter loci distantiam facile perit, num. 229
Auxilium moras non patitur, n. 230
Cunctatio in omnibus negotiis, præcipue bellicis, maxime noxia est, n. 231
Advocatia alia privata, alia publica, n. 232
Publica quænam? n. 233. *& quæ privata? n.* 234
Protectionis privilegia ab Imperatore etiam privatis personis dari consueverunt, n. 235
Clientele privatæ in Germania sub initium fidei Christianæ viguere, n. 236
S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus ad fidem Christi prædicandam in Germaniam missus, à Carolo Martello in defensionem susceptus, n. 237
Clientela privata olim etiam tempore Romuli in usu fuere, numer. 238
Eæque tam personales, quam hereditariæ, n. 239
Fœdus Herculis cum Musis pactum, n. 240
Protectores & promotores virorum doctorum nobiles, nobilium cultores, & prædicatores docti esse debent, n. 241
Protectio alia personalis, alia realis, alia mixta, n. 242
Earum descriptio, n. 243
Protectio alia gratuita, alia mercenaria, n. 244
Protectio gratuita quæ? n. 245
Protectio gratuita hodie rarissima olim frequentior, ibid.
Protectionis gratuitæ exempla, n. 246. *&* 247
Banni vox diversas significationes habet, n. 248
Bannum hodie communiter exilii speciem, quæ proscriptio dicitur, denotat, n. 249
Banna item Iure Canonico trinam futuri matrimonii denunciationem, quæ in Ecclesiis ex suggestu editur, significat, numer. 250
Bannus seu bannum antiquitus edictum, quo die Vasalli armis instructi ad Comitatum adesse debeant, significavit, numer. 251
Bannum item mulctam, quam luere cogebatur, qui edicto non parebat, demonstrabat, n. 252
Bannum tertium, trientem mulctæ judiciariæ denotat, n. 253
Fredum LL. Salicis etiam pro mulcta, vulgo Frevel/ *sumitur, num.* 254
Bannum LL. Longobardicis pro 60. solidorum, vel totidem ictuum pœna accipitur, n. 255
Bannitus, bannire, verba, quid denotent? n. 256
Heribannus vocationem ad exercitum significat, n. 257
Heribannum generaliter omnem mulctam, quæ Domino debetur, significat, n. 258
Heribannum specialiter pro mulcta, quæ pro militiæ desertione penditur, accipitur, n. 259
Heribannum item contributionem ad persequendum bellum cum consensu Statuum regni subditis, fisco exhausto, impositam significat, n. 260
Bannum insuper sumitur pro signo ingressum in alterius fundum cohibente, n. 261
Bannum item territorium seu Ius terrendi sive jurisdictionem demonstrat, n. 262
Territorium denotat Ius, quod magistratus intra suos fines exercet, n. 263
Territorium, inter cujus fines Ius dicendi est, n. 264
De territorio dicuntur, qui jurisdictionis intuitu terreri possunt, num. 265
Bannwahrt *quid nostris significet? n.* 266
Bann *sæpiuscule judicium criminale,* Blutbann / Halß-Gericht *significat, n.* 267
Iurisdictio superior olim non poterat conferri nisi à solo Rege, num. 268
Terrendi Ius expediebant Romani per Magistratus, n. 269
Abbates olim Iurisdictionem per Advocatos exercebant, n. 270
Advocatis præter œconomiam competebat jurisdictio civilis & criminalis, n. 271
Advocati Iuris dicundi potestatem à Rege vel Imperatore accipiebant, n. 272
Placitandi Iuris enodatio, n. 273
Placitum Franco Gallis pro conventu Procerum Regni speciali aut generali ad res provinciæ tractandas sumebatur, n. 274
Placitum à Germanico Platz / *id est, loco deductum, n.* 275
Franciæ Regum Calendis Maji coram tota gente præsidendi mos ad salutandum & obsequia ac dona accipienda, n. 276
Suitensium Calendis Majis publice conveniendi, & singulos eorum officiales eligendi mos, n. 277
Χειροτονία qualis suffragandi modus? n. 278
Placitum etiam pro foro & judicio accipitur, n. 279
Placitum tenere Feudistis idem est, quod veteribus conventum aut forum agere, n. 280
Placitum item pro decreto ponitur, n. 281
Placuisse Senatui olim dicta, quæ per Senatum decreta erant, num. 282
Placita insuper IC. dicuntur, quæ prudentum autoritate recepta, inducta consuetudine sunt, n. 283
Placitum denique etiam controversiam seu litem judiciariam significat, n. 284
Hinc placitum custodire est judicio interesse & causas agere numer. 285
Advocati placitare, postulare seu litigare etiam contra illos, quorum sunt vasalli, possunt, n. 286
Placitare est litigare, seu causas forenses agere, n. 287
Placitare item est jurisdictionem exercere Gericht halten / *num.* 288
Placere & placitum pro convenire & pacto convento in Iure nostro quoque sumuntur, n. 289
Panthaigiung / monatliche oder quatemberliche Bann-Gericht *in centenis Austriacis adhuc hodie supersunt, numer.* 290
In centenis antiquis quales olim conventus habiti ex lege Salica, n. 291
Frisingi vox, nostris Frischling / *quid denotet? n.* 292
Advocatia mercenaria quæ? n. 293
Protectionis jus aliud feudale, aliud non feudale, n. 294
Protectio feudalis quid? n. 295

Advo-

PRÆMISSIS porro Advocatiæ, Advocatorum ac clientum, diversis appellationibus, Synonymis & Homonymis, juxta Methodi legem, ejusdem Advocatiæ definitio subjicienda ac in medio ponenda fuisset, siquidem justus rerum ordo desideret, ut priusquam in suas species dispertiatur, in-2 primis quid † res sit, explicetur, ex traditis Corasii *de Juris arte lib. 1. c. 11.* Verum quia in amplissima Protectionis materia, ad evidentiorem totius argumenti hujus explanationem nonnullæ defensionum species, quæ ad institutam tractationem principaliter non pertinent, præmittendæ atque exponendæ fuerunt, idcirco, ut in limine statim, benevolus Lector intelligere posset, de quo Protectionis genere potissimum disserere, nobis propositum esset; exemplo aliorum quorundam doctrina excellentium IC. eo quod teste Bald. *in proœm. ff.* nulla ars absque commoda divisione, recte tradi atque intelligi possit, singulas prius Protectionum formas earumque descriptiones, in medium adducendas esse, operæ precium duximus.

2 Cum enim divisio † tanquam diligens quædam exploratrix per omnia rei propositæ genera excurrens, partesque singulorum intuens totam entis confusionem explicet, deinde vero exploratis eum in modum & quasi ante oculos positis, singulorum membrorum generibus, definitio velut lumen ad propositam speciem illustrandam succedens, naturam ejusdem certius explanet, non arbitrati sumus, multum nos à naturæ & doctrinæ ordine, quorum ille à minus perfectis ad perfectiora, hic à facilioribus ad difficiliora paulatim progreditur, discessionem facturos, tametsi huic illam præponeremus.

Quandoquidem igitur una † res secundum varias 3 considerationes varie etiam dividi potest, idcirco hic etiam plures diversis respectibus Protectionum partitiones afferri possunt. Quod si tamen fractiones potius, quam veras divisiones attulerimus tanto minus nos quispiam neglectorum in dividendo præceptorum logicorum arguet, quanto studiosius, apud singulas distributiones, quæ genera sub vera Advocatiæ definitione complecti voluerimus, indicavimus.

Rem igitur ipsam † aggrediendo, latissime si Pro- 4 tectionem accipiamus, ea primo omnium in divinam & humanam distribui potest.

Protectionis divisio summa.

Divina autem † protectio est qua Deus Opt. Max. 5 totum genus humanum, omniaque à se creata protegit, conservat ac tuetur. Unde & † multis sacræ pa- 6 ginæ locis Protectoris nomen Divinæ Majestati inditum reperimus.

Ita namque divinus Psaltes, *Psalm. 26. v. 1. Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? & Psal. 32. v. 20. Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adjutor & Protector noster est.* Itemque *Psal. 58. v. 6. Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine;* Et rursus, *Psalm. 70. v. 7. In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris meæ tu es protector meus.* Id ipsum testatur *Eccles. 2. v. 13. Quoniam,* inquit, *pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata, & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.* Et *Macchab. lib. 2. c. 8. n. 6.* hisce verbis: *Et qui promiserat Romanis, se tributum restituere de captivitate Ierosolymorum, prædicabat nunc Protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum invulnerabiles esse, eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas.* Et hoc ipsum denique *Genes. 15. v. 1.* Deus ipse testatur in persona Abrahami dicens: *Noli timere Abraham, ego protector tuus sum & merces tua magna nimis.* Alia sacræ Scripturæ testimonia in hunc sensum directa, prætereo non invitus.

Potest autem divina illa protectio non incommode subdividi in mere divinam, † & quasi divinam; illa 7 soli Deo convenit, hæc etiam sanctis Cœlitibus, potissimum vero Angelis custodibus attribuitur.

De horum enim tutela † & protectione erga homi- 8 nes plurima non solum in sacris literis vestigia, sed in prophanis etiam infinita extant testimonia.

Et in sacris primo quidem *Exod. 23.* ubi Dominus Moysi promittebat, *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te & custodiat in via, & inducat in locum, quem præparavi: Iudith. 13.* ubi ipsa † Angelo Duce 9 superbum vicit Holofernem, ejusq; dissectis cervicibus, totum confudit exercitum, & salva atque intacta, cum spoliis ac triumpho reversa est. Sic illa Deum laudans id protestabatur, *Vivit Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem & ibi commorantem; & inde huc revertentem. Et non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati, revocavit me vobis, gaudentem in victoria sua, in evasione mea, & in liberatione vestra:* Ios. 5. qui vidit in agro † Ierichontino Angelum evaginato gla- 10 dio stantem in auxilium ipsius accinctum. Psaltes. *Angelis suis* (ita *Psal. 91. v. 11.* pios alloquens) *mandavit de te, ut custodiant te, in omnibus viis tuis te conservent: ambabusq; ulnis sustineant ne ad lapidem pedem tuum offendas.* Faciunt etiam textus *ad Hebr. 1. v. 14.* & inprimis *Actorum cap. 12. v. 15. Matth. 18.* ubi constat ex veritatis testimonio † certissimo, singulis 11 hominibus datos esse custodes à nativitate, quod in

Christi

Christi Salvatoris nostri, Regisque Angelorum verbis radicatum videmus, quando tam districte interminabatur, ne parvulis per malum exemplum offendiculum poneretur, neve in minimo illis injuria, quod parvuli essent, fieret; ad terrorem, inquit, *Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.* Ac si dicat, Angeli illi, qui parvulis à Deo dati, & in tutelam concessi sunt, etiam eadem opera in Dei Patris mei consistunt præsentia, parati ipsorum, contra vos, causam agere, querelas deponere, & vindictam, si opus est exposcere, atque suos clientes ulcisci, si ullam eis intuleritis injuriam. D. Hieronymus, *super Matth. lib. 3.* una propemodum sententia & Angeli custodis officium, Deique in nos ob id beneficium, & implicite, quid nostri vicissim, erga eum sit muneris, ostendit, dum sic ait, *Magna dignitas animarum, ut una quæque habeat ab ortu nativitatis, in custodiam sui Angelum deputatum: Si tanta apud Deum dignitatis nostræ sunt animæ, quo loco nos eas habere debebimus, quantique præsidium tantum pendere?* Hoc officii Angelici etiam D.Paulus aperte describit *ad Hebr. 1.* dum sic interrogat. *Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministeriũ missi, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis.*

Et contra Draconem Angelos bonos præliari ex 12 *Epistola* Iudæ & *Apocal. c. 12.* constat. Pro defensione † vero Ecclesiæ & piorum contra Diabolos pugnare, sanctas hasce creaturas & militantis in hisce terris Christi Sponsæ Ecclesiæ, persecutores fundere, evidenti nobis argumento est, horrendus Herodis Agrippæ exitus *in Actis Apost. cap. 12.* descriptus: Atque hinc Michae-13 lem † Archangelum, ob insignia ope ejus, accepta beneficia Patronum ac Protectorem, Ecclesiam agnoscere Catholicam Henric. Spondanus *in Epit. Annal. Eccles. Baron. in Anno Christi* 60. *n.* 9. accommodate edicit.

Sed infinita ejusmodi sunt tum in sacris Bibliis, tum in Historiis Ecclesiasticis, virisq; Sanctorum exempla, quibus clarum est, strenue Angelos commissis sibi clientibus patrocinari, proque illis, quando opus est, contra hostiles insidias, decertare: Adeo ut neque in vita, neque in morte, sua eos ope destituant donec ad vitam perduxerint æternam. Qua in re licet superfluum sit plura addere, non destituimur etiam prophanis testimoniis. Testatur id inprimis Iuris peritorum ocellus Bald. *in l. 2. §. fin. C. commun. de legat.* ubi dicit, *Ange-*14 *los † bonos nos defendere, à dæmonib. in aere quandoq; commorantib. qui possunt nocere nobis in bonis & perso-*15 *nis.* Cum enim dæmonum † turba ubiq; insidias posuerit, in cœlo, in aere, in terris, in aquis, sub terra, in igne (tot enim sunt dæmonum classes Iamblic. *de myster. Ægyptior.* Psellus *in lib. de dæmonib.* vel Satellitia) Deus Opt. Max. tot ibi objecit illis Dominos Angelos bonos, qui obsistant illorum conatibus. Quamobrem Plato, *in Symposio Protagora Politico Critia, Legib. & Epinomide,* ut ab Hebræis illud didicerat, *Caprarũ custodiam* dixit, *non permitti capris, sed hominib. hominum vero Angelis. Nos,* inquit, *sicut oves, mira divinorum Pastorum custodia semper egemus.* Quod innuit etiam Orpheus, dum ait *in princ. Hymnor.* se cecinisse de bonis & malis dæmonib. cælestibus, aeriis, aquatilibus, subterraneis, & per ignem incedentib⁹ quib⁹ consentit etiam Proclus *in Comment. in Alcibia.* Plat. *Bonus,* inquit, *dæmon cujusque unumquemq; custodit à pueritia, actionesq; omnes exploras & verba: ante parentes providet, & post parentes adest, tanquam totius vitæ gubernator, atq; post obitum dux est nobis ad Iudices.*

16 Nec singulis tantum † hominibus sed & principatibus ac regnis Angeli quos Rabini, observante Camerar. *medit. histor. cent. 3. c. 13.* Intelligentias alii Genios appellant, tutelares seu defensores quorum ope & ministerio regna conservantur & proteguntur, ad custodiam delegati sunt, adeo, ut infidelibus quoq; Nationibus ad tuendam primam in illis naturam, quæ bona Dei est creatura, Angeli deputati esse dicantur, unde D. Clemens *lib. 2. recognit.* refert D. Petrum asseruisse, cujusque gentis proprium esse Angelum, & Cl. Alexand. *lib. 6. stromat.* Dionys. Areopag. *de cælesti hierarch. c. 9.* Synagogæ Iudæorum † peculiarem fuisse custodem S. 17 Michaelem, & alium Persarum & regni Persici. Et nullum qui Angelos † non habeat Præsides esse locum ex 18 illo Angeli *Daniel. 10. v. 13.* constat, ajentis *Princeps Regni Persici stetit coram me uno & viginti diebus, cum ecce Michael primus ex Principibus primariis venisset ad adjuvandum me. Ego relictus sum ibi apud Reges Persia,* Haymo *super Cant. Moys. & c. 1. Epist. ad Hebraos.* Horum autem † qui Imperiis præsunt Angelorum nul-19 lum dubium est, quin hæc sint munia: Omni momento in statione sua & excubiis contra Diabolos esse, Imperia tueri, ad ruinam inclinantia fulcire, adversa omnia averruncare, & Dæmones tumultuantes reprimere, atque compescere. Simon. Majol. *Canicul. dier. Tom. 2. c. 1. fol. 433. & seq.*

Post Angelos Protectores accenseri etiam possunt huic protectioni, Cœlites alii, quorum manifestam defensionem homines sæpius experti sunt: Et eorundem-ne quis exempla verissima desideret, proferam nonnulla ex Historicis fide dignis, è quibus illud inprimis notabile est, quod beatissimæ Virgini Mariæ Ungaria, † 20 cujus ea specialis habetur Patrona, jam olim attributa fuerit, ad cujus rei fidem faciendam Chartuitii Episcopi, qui vitam S. Stephani Regis Hungariæ scripsit, testimonium ipsius Authoris verba referendo, afferre operæ precium existimo. *Erat,* inquit, *Rex ille fidelis & integer in omnib. factis suis, Deo toto pectore deditus* [illegible] *additus, se ipsum quoq; & regnum suum per votum & oblationem in perpetua Virginis Mariæ † tutelam, assiduis precibus* 21 *contulit.*

Exempla protectionis quasi divina.

*Cujus sacratissimæ Virginis honor † & gloria ante in-*22 *felicissimum Religionis dissidium tam fuit celebris apud Hungaros, ut festum Assumptionis ejus, tacito proprio nomine, sua lingua* Diem Dominæ *appellarint. Vt vero prædictus Rex pijssimus, propensiorem tantæ Virginis defensionem † & Patrociniũ posset promereri, in ipsa regia* 23 *sedis civitate, quam Albam vocant, in ejusdem perpetuæ Virginis laudem & honorẽ grandem & insignem, atq; imprimis celebrem Basilicam condidit, opere sane mirifico, cælatis chori parietibus & pavimento marmore strato.* Chartuit. *in vita S. Stephani Regis Hung. c. 10. 11. & 12.*

Eam ipsam autem tutelam in hodiernum diem apud Hungaros Catholicos superesse, argumento est, jusjurandum in cujusvis novi Regis Hungarorum inauguratione, à quolibet præstandum, in quo post DEUM vivum, per B. Virginem, Regni ejus tutricem, expresse etiamnum hodie solenniter juratur.

Sic Regni Hispan. B. Jacobus † Apostolus, cujus Ci-24 neres Compostellæ servantur, præcipuus est Patronus, Henr. Spond. *in Epit. Annal. Eccles.* Baron. *in An. 844. n. 5.* & Boter. in allgemeiner Welt-Beschreibung *lib. 1. p. 1. pag. 18.* ubi scribit, Alphons. IX. Hisp. Regem ob victoriam adversus Miramolinum obtentam, in honorem B. Jacobi ordinem, qui totius Hispaniæ nobilissimus est, instituisse.

Polonorum Patronus est † S. Stanislaus, referente 25 Thuano *part. 2. Hist. lib. 57. in Anno 1574. pag. 1272.*

Saxones omnes S. Vitum † Martyrem (cujus reliquia-26 rum translatio Parisios sub Pipino Rege Roma transplantatæ fuerant) in novæ Corbejæ, ab Imperatore Ludovico, suasu Adelhardi propinqui sui, ad exemplum Corbejæ Gallicanæ, apud Saxones erectũ Monasterium An. Chr. 836. facta est, post annos vero centũ S. Wenceslao Bohemiæ Duce petente. Corbæja Pragam destinata, & effectui data est) cujus tamen reliquias nobilissima Elwacensis quos Ecclesia sibi vendicat: Patronum fulce-

susceperunt, quos mira per eum consecutos esse beneficia: e contra vero postquam è Gallia translatus fuerit, ab internis, externisve bellis eam nunquam quievisse, ex Surio Spond. *d. loco in An. 136. n. 4.* refert.

27 Sic etiam Longobardos olim † in S. Joannis Baptistæ tutela fuisse, luculentus superioris sæculi Historicus Carolus Sigonius *de Regno Italiæ lib. 1. ad annum 601.* hisce verbis testatur: *Caeterum*, inquit, *dum hæc armis foris geruntur, Theodelinda domi studiis pacis intenta, oppidum olim Moguntiacum, tum vero Modoetiã appellatum quod XII. millib. passuũ aberat à Mediolano, nobilitavit: nam & regiam ibi magnificam condidit, & regia basilicam nobilissimã addidit. Basilica inde D. Ioannis Baptistæ nomini consecrata, ipsa se, ac Longobardos multis ei templo muneribus obligavit, ab illo tẽpore Longobardi publico voto illius Divi fuere Patrocinio commendati.*

Non aliena ab his tradit Paul. Diac. *lib. 5. c. 6.* de Constante Imperat. Græco adversus Longobardos bellum gesturo loquens his verbis: *Prius*, inquit, *ad solitarium quendam, qui prophetiæ spiritum habere dicebatur, abiit, studiose ab eo sciscitans, utrum gentem Longobardorum, quæ in Italia habitabat, superare & obtinere posset. A quo cum servus* DEI *spatium noctis expetivisset, ut pro hoc ipso Dominum supplicaret: facto mane ita eidem Augusto respondit: Gens Longobardorum superari modo aliquo non potest: quia Regina quædam ex alia provincia veniens, basilicam B. Ioan. Baptistæ in Longobardorum finib. construxit, & propter hoc ipse B. Ioan. pro Longobardorum gente continue intercedit. Veniet autem tempus, quando ipsum oraculum habebitur despectui, & tunc gens ipsa peribit. Quod nos ita factum esse probavimus: quia ante Longobardorum perditionem, eandem B. Ioannis Basilicam, quæ utiq; in loco qui Modicia dicitur, est constituta, per viles personas ordinari conspeximus: ita ut indignis & adulteris, non pro vitæ merito, sed præmiorum datione idem locus venerabilis largiretur.* Hæc Paulus Diaconus fide dignissimus Historic.

28 Præterea S. Sabinum † Patronum ac protectorem Christianorum militum habitum jam olim quoque fuisse, ex prænominato Petro Diacono refert dictus Sigonius *eodem lib. 1. ad annum 591.* insigne miraculum, cum Ariulfo Duce Spoletano factum liquido demonstrans.

Sed juvat rem ipsius Sigonii verbis, quæ ita habent, explicare. *Dum hæc Rex*, inquit, *de Agilulpho Longobardorum Rege loquens, gerit, Ariulfus Dux Spoleti cum lecta manu ad Romanam urbem oppugnandam accessit, atq; ibi hominum omnis generis cædem ingentem fecit. Fuitq; tum in magno periculo civitas, quod Theodosius Imperator veteranis eductis præsidia tyronibus suppleverat, neque solito stipendio illos affecerat. Digressus inde, quod spes omnis ad irritum cecidisset, Camertes invasit, atq; illis magno prælio superatis oppidum in potestatem redegit. Hunc quanquam gentilem, narrat Paulus in acie à beato Martyre † Sabyno protectũ. Quod ille non sine sua, omniumque admiratione in hunc modum comperiit. Quippe domum repetens instituto forte cum suis de rebus gestis apud Camerinũ sermone quæsivit de proximis, quinam ille fuisset, quem in prælio fortiter præ cæteris dimicantem vidisset? respondentibus autem illis, neminem se fortius pugnantem illo ipso Duce vidisse, subjecit: Profecto multo me in omnibus rebus meliorem vidi alium, qui me, quoties hostium aliquis petiit, scuto suo protexit: postquam autem Spoleto appropinquavit, ubi beati martyris Sabini Episcopi sita Basilica erat, cujusnam illa tam ampla domus foret, rogavit, cui responsum est à Catholicis, S. Sabinum martyrem ibi quiescere, quem Christiani in bello defensorem haberent, ac propterea opem eius precibus exposcere consuessent. Tum Ariulfus, ut qui tenebris erat gentilitatis oppressus, Et fieri potest, inquit, ut homo mortuus aliquod viventibus auxilium præstet? Atq; hoc dicto, equo degressus Basilicam visendi studio intrit. Pleruq; autem in divinam precationem conversis, ipse picturas Basilicæ lustrare oculis cœpit. Cum autem figura Sabini Martyris occurrisset, lætus mox jurejurando affirmavit tali omnino & forma, & habitu virum fuisse illum, qui se in acie protexisset.*

29

Non minus etiam de S. Martino Patrono nostro multa exhibitæ defensionis præstitæque protectionis exempla apud Historicos extant.

De illo enim præcitatus Cartuitius *in vita S. Stephani Reg. Hungar. lib. 5.* scribit, eundem Regem Anno Domini 997. auspiciis † S. Martini Paganos vicisse. 30

Rem memoria dignam his verbis idem auctor prosecutus est; *Diaboli*, inquit, *instinctu populus gentilis Christianæ fidei jugo colla supponere noluit, & cum Princib. Domini sui imperio subducere se moliebatur. Itaq; depopulabantur ejus urbes, prædia vastabant, possessiones diripiebant, ministros cædebant, & ut cætera taceam, etiam ipsi insultabant. Cumq; ab hujusmodi improbitate revocare se nollent, nec suo furori & amentiæ modum statuerent, Dux ipse divinæ virtuti confidens ad edomandam illorum rabiem cum sui exercitus copiis sub signis Dei dilecti Pontificis Martini, & clarissimi Martyris Georgii movit in hostes, qui tum forte urbem obsidebant quam vulgo Vesprinum vocant. Quod quidem illi in ejus fecere contumeliam, ut quem ad locum ille familiarius consuevisset accedere, ibi ipsi considerent, essetque ex eo loco facilior ipsis aditus ad alia præsidia occupanda. At ille divina fretus ope & clementia illos aggressus est, & illis quidem suis armis confidentib. ipso vero Fide armato, utrinq; congressi sunt. Victis tandem hostibus, & partim cæsis, partim captis, Dux victor abscessit, & sapienter quidem de illorum villis & agris, sive possessionibus statuens, non quemadmodũ olim Saul, qui superatis Amalechitis contra quam Dominus jusserit, ex eorum spoliis optima quæq; servaverat, sed quia Pannonia beatissimum Martinum apud se natũ gloriatur, cujus etiam, meritis vir Christi fidelis, ut jam dictum est, victoriam reportavit, nihil de rebus eorum in suos usus convertit, sed ex Dei amantium consilio juxta ejusdem S. Præsulis fundum, eo loco, qui sacer mons dicitur, ubi S. Martinus, cum in Pannonia degeret, precari solitus erat, sub ejus nomine Monasterium construxit, possessiones & reditus sufficiẽter ei tribuens. Idem vero de Episcopis constituit, ex illorum captivorum facultatib. decimas persolvi volens, idq; adeo exacte, ut si quis decem haberet proles, decimam prolem S. Martini cœnobio daret.*

Sic etiam sola ejusdem S. Martini † corporis oppositione Civitatem Turonens. quam Hastingus Nortmannorum Dux obsidens expugnare conatus erat contra impetum eorundem defensam fuisse testatur Odo Abbas Cluniacensis *in libello de translatione S. Martini ad Fulconem Comitem Andegavensem*, his verbis. 31

Contigit, inquit, *ut Gallia superioris partibus incensis Turonum simili eam incendio consumpturus descenderet, Ambasio itaq; & universis quæ inter Ligerim & Karum continebantur in favillam redactis, Turonũ obsidet. Portis igitur custodias admovet, & ne quis tute exeat magno studiosoq; conamine providet. Aggeres etiam construit, aspera complanat, & quicquid urbi capiendæ cõmodum esset, ordinat. Alieni infortunii rumor delatus conceptæ formidini fomitem subministrat, muros tamẽ reparant, & turres, & propugnacula resarciunt, & sagittarũ grãdine præmissa varios subjungunt assultus. Iam muri crebro quatiũtur ariete, & machinarum ictibus cedentes ruinã suis minãtur. Obsessi virib⁹ deficiẽtes, spei penit⁹ solatio destituũtur.*

Tandem vero divina inspirante gratia, in se reversi B. Patroni sui Martini corpus pie rapiunt, & ad locum, in quo belli violentior impetus erat deferentes, mortuum pro vivis propugnatorem opponunt. O admirabilem per omnia virũ, qui dum adhuc viveret signipotens appellatus, vigorem virtutis astris intulit, defunctus etiam bellipotens triumphator hostium cuneos sola sui præsentia confecit? Vere mirabilis Deus in sanctis suis. Sancti siquidem patrocinante suffragio, & obsessis securitas & confidentia redditur, & obsessoribus formido & pavor non modicus immittitur. Fugiunt ergo Dani; fugientes Turonici persequuntur; fugientium pars gladio cadit, pars capta retinetur,

*citur, & pars fuga subsidio elapsa est, & usque ad sextum lapidem ab urbe persecuti sunt Danos, triumphatoris sui corpus cum hymnis deferentes cum gloria, per quem sibi triumphus cessit & victoria. Unde & in ejusdem belli triumphalis memoriam, in ipso loco, in quo sancti constitit corpus, in honorem ipsius fabricata est Ecclesia, quæ propter belli eventum Sancti Martini belli sortita est vo-*32 *cabulum.* Aliam denique exhibiti Clodoveo † Gallorum Regi ab eodem S. Martino auxilii, ad victoriam contra Alaricum Gothorum Regem obtinendam, memorabilem Historiam ex Sigeberto, Urspergensi, Trithemio, & Gaguino recenset Christoph. Lehman. *Histor. Spirens. lib. 3. cap. 2.* hisce vulgaribus verbis.

Im Jahr nach Christi Geburt 509. hat König Clodoveus Alaricum der West-Gothen König / so damals noch in Franckreich/ihr anwesen gehabt / zu bekriegen fürgenommen/ehe/und bevor sich aber Clodoveus in Kriegs-bereitschafft gestellt / hat er S. Martino, den er ihme nach der Tauff zum Patron und Fürbittern erwehlet / ein sehr gut köstlichs Pferd gelobt / so er zum Sieg wider die Feind würde verholffen seyn / doch dergestalt / daß ihm dasselbig Pferdt mit Geld wider an sich zu erlösen frey solt stehen: Demnach er nun die Victori von den Gothen erlanget / und 100. fl. für das Pferd S. Martino zu zahlen befohlen / hat das Pferde von der Wahlstat nit können geführt werden / sondern ist an seinem Ort bestanden / der König hat befelch gethan / daß man noch 100. fl. zu den vorigen legen solt / als diß beschehen / ist dem Pferd auff der statt geholffen / und dem König geliefert werden / darüber König Clodoveus gesagt / *Bonus est* 33 *Martinus † adjutor in auxilio, sed mercede carus in negocio*, S. Martin gibt einen guten Beystand / er nimbts aber thewer genug bezahlt. Sigeb, Trith. Ursp. & Gaguin.

Similia per alios Sanctos exhibitæ protectionis exempla ex B. Augustino *lib. de cura agenda pro Mort. c. 16.* & Fulgosio depromit Sim. Majolus *dier. Canic. Tom. 1. colloq. 2. p. 31.* ex Sanctorum Catalogo Divum 34 Felicem † Martyrem, obsessis à Barbaris Nolanis visi-35 biliter suppetias ferentem; & B. Ambrosium † Mediolano à Conrado II. Imp. obsesso, hostes flagello insequentem producens, cum quo ad S. Ambrosium quod attinet, Guilh. Eysengrien *in Chron. Spirens. pag. 178.* concordat. Non absimili exemplo, cum Anno Christi 1075. Frid. Barbarossa Imp. tum alia Saxoniæ loca, tum Magdeburgensem agrum igni ferroque perdere decrevisset & Sacerdotis cujusdam suasu, ca-36 put † S. Sebastiani, pro tutela loci circumductum fuisset, ditionem Magdeburgensium à depopulatione conservatam fuisse, ex compilat. Hist. Eccles. Magd. *cent. 11. c. 6.* narrat David Hepingk *dissert. de Jure Protect. §. 2. in notis sub Lit. K.*

Aliud patrocinii, auxiliique à Protectoribus Cœlitibus præstiti memorabile extat exemplum *in vita Henrici II. Imperatoris* per R. P. Jacob. Gretserum S. I. Theologum doctissimum nuper edita, ubi *sub. cap. 4.* indubitata historicorum fide inter alia refertur ab eodem Imperatore in suscepta contra Sclavos expeditio-37 ne bellica, tres † cælites S. Georgium S. Laurentium & S. Adrianum in Acie exercitum Cæsareum præcedere visos ab iisque adjutum fuisse. Cujus rei fides ut certior sit, ipsius autoris qui in omnium manibus forte non est, verba adscribere non piget.

Cum, inquit *Principes Poloniæ, & Bohemiæ certaminque Sclavicarum gentium Primates Romanum Imperatorem cum exercitu ad debellandos eos advenire cognoverunt, innumerabili multitudine collecta in bellum ei obviam processerunt. Quod Regi pio per speculatores suos cito innotuit, & sicut in omnibus angustiis suis solebat ad orationis arma confugit, invocatoque super se nomine Domini; beato Laurentio, S. Georgio & beato Adriano Martyrib. se summumque exercitum protegendum cum summa devotione commisit. Et cum omnes perceptione corporis & sanguinis Domini confortati fuissent, ad locum certaminis venerunt. Ubi cum Rex beatus verbis exhortatoriis ad viriliter agendum singulorum animos erexisset; videns innumerabilem adversariorum multitudinem, clamavit ad Dominum, & ait: Deus qui conteris bella ab initio; eleva brachium tuum super gentes, quæ cogitant servis tuis mala, Disperge illos in virtute tua, & destrue eos protector meus. Pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti: Hæc dicens aperti sunt oculi ejus, & vidit gloriosos Martyres Georgium videlicet Laurentium, Hadrianum cum angelo percutiente, exercitum suum præcedentes: & hostium cuneos ad fugam compellantes. Et sicut exercitus Senacherib. ab Angelo percutiente contritus est, & periit, ita & omnis barbarorum ista multitudo per virtutem Dei conterrita projectis armis sine effusione sanguinis Christianorum fuga præsidium quæsivit.* De eadem visione extat testimonium Bonfin. *Dec. 2. libr. 1.* de Henrico. Cum sæpe ante prælium Eucharistia muniret exercitum, Laurentium, Georgium & Adrianum cum armato Angelo, Divos suam aciem, præcessisse suspexit.

Aliud insuper impertiti per Patronos Cœlestes, SS Martyres Petrum & Marcellinum auxilii exemplum ex eod. Sigonio *lib. 16. de regno Ital. Tom. 13. Annal. Ecclesiast. ad annum 1213. numer. 22.* recenset Dn. Abrah. Bzovius sequentibus verbis.

Protectionis per cælites præstita hominibus exempla.

Hoc, inquit; *anno Cremonenses † insignem victo-*38 *riam de Mediolanensibus retulerunt. Eam inopinato partam, cum Civitas admirabunda spectaret, statim religiosa ac pia illa incessit opinio, eam non humano auxilio, sed præsenti SS Martyrum Petri & Marcellini subsidio esse obtentam. Etenim cum imminente pugna imbellis multitudo supplex in urbe ad eorum sepulchrum, vota in æde D. Thom. pro victoria faceret, duas exinde exire, atque eodem subinde se referre columbas aspexit, qui vero in castris erant, duos juvenes equis albis insidentes, ac vestibus albis indutos acri sese impetu in aciem Mediolanensem incitantes, ac vi & virtute sua cuneos eorum tanquam cœlesti quodam fulmine perrumpentes ac demum terga dare cogentes viderunt. Quare animadversa & cum duarum columbarum urbano omine comparata, Cremonenses pro certo habuerunt, se cœlesti duorum Martyrum præsidio tanta victoria potitos esse. Itaque communi decreto festum eorum, quod 4. Idus Junias agebatur, in posterum 4. Nonas celebrari sanxerunt, atque ad perennem domestici decoris prodendam memoriam, carrocium quod eripuerant conservandum in majori Basilica posuerunt.*

Sic etiam cum anno 1229. Arragonum † Rex Jaco-39 bus, contra Sarracenos ingenti prælio decertaret, præsidio S. Georgii eosdem subegisse & vicisse narrat ex Bernard. Gomes. *lib 6. Histor.* idem Bzovius.

Eo inquit, *die obtenta scilicet victoria non Christianorum modo, sed & Saracenorum, qui aderant testimonio comprobata fama fuit in prima equestri Christianorum acie Equitem quendam fulgentibus indutum armis, equoque & ephippiis splendentem albis conspectum fuisse, ejusque aspectu, & pugnandi ardore, Saracenorum animos maximo consternari timore cœpisse, quem creditum est, (regia testante historia) Beatum Georgium fuisse, qui Patronus ac defensor regnorum Arragonum in eo conflictu, suis contra Saracenos adfuit militibus: iis præsertim, qui ejus insigne purpuream scilicet crucem Domini gerebant.*

De præsentissimo per eund. S. Georgium, in expedi-

40 peditione per Imperatorem Fridericum † Barbarossam contra Turcas An. 1190. suscepta, exhibito auxilio commeminit etiam Mart. Crus. Tubingen. Academ. Oratoriæ, ac Græcæ Linguæ Professor *Annal. Suev. part. 2. libr. 11. cap. 18.* ubi refert à Ludovico de Helfenstein, visum fuisse S. Georgium præcedere aciem Christianorum, iisque opitulatum, adeo ut cum vix ex Christianis sexcenti equites essent, sex millia tamen Turcorum in eo prælio cæsa, & quatuor millia fugata fuerint. Et hanc visionem prædictus Comes Helfensteinius jurejurando confirmasse dicitur: Hæc Crusius ex *Anonymi Epistola ad Pontificem, qua incipit: Credentes Sanctitatem vestram esse cupidam, circa notitiam rerum ab Imp. gestarum: ea qua vidimus & manibus tractavimus sine adulterina falsitatis admixtione, succincta brevitate vobis scribere curavimus.*

Prædictis exemplis alia quæ præcitatus Hepingk *d. loco* de Imagine JEsu Christi Domini nostri ejusque Genitricis B. Virginis à S. Luca depicta, S. Vincentii Tunica ex historicis profert, addere operæ precium duco: *Urbis*, inquit, *Constantinopoleos ab obsidione Saracenorum liberationem B. Mariæ † Virgini adscribit Paul.* 41 *Diac. rer. Rom. libr. 21. Erat enim Constantinopoli: (inquit Vicentius à Compil. hist. Eccl. Magdeb. cent. 8. c. 13. p. 871. relatus) in S. Dei Genetricis Monasterio B. Mariæ, quæ Odigitria, id est deductrix vocabatur, imago, à S. Luca depicta, cum ista per totam civitatem, omni die Martis processionem faciebant cives. Obsessa igitur Civitate, cum orantes & jejunantes pugnarent: quidam Imaginem illam adferri & ab omnibus ad illam hoc modo Orationem fieri monuit: Sancta Dei genetrix, quæ toties nos liberasti, libera nos modo de inimicis Filii tui, & si vis, ut Imaginem hanc tuam non mergamus in mari, merge illos. Cumque dixissent, ille secreto tenuit Imaginem sub undas, & statim procella surrexit, & omnes naves Saracenorum, aut mersit, aut fregit.*

Aliter paulo hæc narrantem Henric. Spond. *in Annal. Eccles. Baron. Epit. in Anno Christi 717. n. 4.* qui 42 volet conferat. Hierosolymitanos etiam Christi † Imaginem portantes, Chosrois Persarum Regis urbem obsidentis, machinas dissolvisse, apud Compil. *d. lo. cent. 8. cap. 9. pag. 605.* legimus; qui *cent. 6. cap. 6. rubr. Ritus circa orationes p. 336.* ulterius memorant, ab exercitu Childerici Francorum Regis Cæsar-Augusta obsessa, Cives, planctu maximo, nigris indutos vestibus, & sparso in caput cinere muros circuisse, à DEO li- 43 berationem petiisse, & tunicam S. Vincentii † insuper circumgestasse. Addit Spondanus *d. loc. in anno Christi 542. n. 3.* tunicæ hujus per muros in jejunio & fletu cum psalmodia Ecclesiastica circumductæ virtute mirabili, civitatem à Francorum invasione defensam, eademque tunica in obsidionis redemtionem ab obsessis accepta, Anno Christi 542. in Gallias ovantes rediisse Francos.

Et his diversorum Sanctorum visibiliter hominibus exhibitæ protectionis, per præmemoratum D. Hepingk enarratis exemplis (quæ ipse quidem non aliter, quam de ope ministeriali creaturæ à Creatore demandata, & nomine atque virtute mandantis præstita, admittit) Rivum hunc, ne in infinitum fluat, claudere juvat. Plura hanc in rem qui expetit, Henr. Spond. *in Anno Christi 844. n. 5. & in anno 971. n. 4.* Just. Lips. *in D. Virg. Hallens. c. 6.* Luitprand. *hist. lib. 3. c. 2.* & alios consulat.

Cæterum, ut hanc Patronorum Cælestium classem plenissime perlustremus, illud etiam notorium est, multas etiam cum Respublicas & Civitates, tum Ordines sacros, tum etiam opificum Collegia, certos quosdam, è cœlitum ordine Advocatos ac Tutores habere, quorum nomina & exempla à D. Hepingk *in dissert. de Jure protect. in notis ad §. 2.* recensita, hic etiam ex eodem subjicere placuit.

Hunc in modum Reipublicæ † Venetæ Patrocinium 44 D. Marco ab Hieron. Megis. *in descript. urb. Venet. lib. 1. c. 7.* & Camerar. *Meditat. histor. cent. 1. cap. 44.* adscriptum legimus. Coloniæ † Agrippinæ SS. Seve- 45 rinum, Cunibertum, Agilolphum, Evergistum, & Albinum Martyrem, Patronos datos esse, & statis anni temporibus circumferri solere, P. Mersæus *in Catal. Elect. Eccles. cap. 1. §. 76.* testatur. A civitate Brunovicensi, † S. Autor Archi-Episcopus quondam Treviren- 46 sis (utpote cujus ope & beneficio obsidio, qua anno Christi 1199. per Regem Philippum civitas pressa fuit, soluta esse putatur) salutatur patronus, juxta Bünting. in Braunschweig. und Lüneb. Chronick / *p. 1. rubr.* von König Otten dem Vierdten. *p. 140. & 178.* S. Cataldum, quondam Tarentinæ, † urbis Pontificem, ci- 47 ves Tarentini Patronum venerantur, Alex. ab Alex. *Gen. dier. libr. 3. c. 15.*

Ita Sedis Moguntinæ S. Martinum † primum & præ- 48 cipuum dicet patronum Casp. Brusch. *Epit. magn. op. omn. Germ. Episcop. tom. 1. c. 2. in Diethero Archiepisc. Mogunt. LXIIX.* Herbipolensis autem urbis & Dioecesis S. Kilianum † esse patronum P. Serrarius S. I. in 49 ejus vita testatur. Bambergensis & Wormatiensis Episcopatuum S. Petrum † suscipere tutelam. de illo 50 Cyriac. Spangenberg Hennenberg. Chronick *lib. 2. c. 1.* de hoc Brusch. *d. loc. c. 7. in S. Amando X. Wormat. Episc.* scriptum reliquere.

Sic Imperiale oppidum Wangense † S. Martinum, 51 quod ejusdem in Turri ad portam, qua itur Lindavium, eleganter depicta imago ostendit, Patronum veneratur. Sed ejusmodi Patronorum, à Rebuspubl. Episcopatibus, urbibus & oppidis ascitorum, exempla infinita sunt, quæ commemorare ociosum est.

Militum insuper Sacrorum Ordinibus † plerunque 52 à Patronis quorum auspicio instituti fuerunt, diversa nomina indita esse, usus docet quotidianus. Quod in specie de ordine Militum S. Joannis sacrorum Hieron. Megis. in Beschreibung des Johanniter-Ordens. *c. 14. p. 171.* asserit. Idem de variis monachorum Ordinibus judicium est. Carmelitas Heliam † sibi facere 53 patronum, Henric. Petrei. *de Monaster. p. 1. col. 1.* testatur. Alii aliis, quorum regulæ sunt adstricti, superbiunt Auctoribus, & Conservatoribus; quos omnes hoc loco recensere ubi non historias explicaturos, sed exemplorum aliquot inductione dictis, saltem fidem nos facturos constituimus: extra Chorum esset saltare.

Quod vero attinet, ad Artificum & opificum collegia, pictores † S. Lucam, Eulogium Fabri, Crispi- 54 num & Crispinianum Calcearii, Sartores Gutmannum, Figuli Goarem, Eustachium Venatores patronos habere solent.

Non raro insuper tam multi, quam singuli etiam homines † peculiarem sibi eligunt Patronum; uti de Petermannis Lovaniensibus à S. Petro Patrono, sic dictis, *in Lovanio suo libr. 2. cap. 4. in princip.* de se ipso vero *in D. Virgine Hallensi cap. 1. in princip.* Justus Lipsius testatur his verbis: *A prima*, inquit: *adolescentia D. Virginis amorem & cultum indui, eamque patronam mihi & Ducem in molestiis in omni vita cursu elegi.* Hactenus D. Hepingk *in notis ad §. 2.*

Sic & è Petro Ribadeneira, R. P. Jacobus Bidermannus *in Compendio rerum à B. Ignatio Loiola Societatis Jesu Institutore gestarum numer. 11.* refert, S. Petrum, ab eodem à primis annis, principe studio cultum

55 cultum in † Patronum adoptatum fuisse, qui & ipsum, strage in bello accepta, req; ad summum vitæ discrimen adducta morbo decumbentem aspectabili ore invisit, medicaque quasi manu eidem ægritudinem detersit.

Porro ex hac ipsa Divorum protectione multipliciter usurpata, communem † illam inolevisse consuetudinem, ut singulis templis ac Basilicis in earundem consecrationibus certi ac peculiares è Cœlitum ordine, Patroni tutelares assignarentur, probabile est, unde etiam Patroni Ecclesiæ illius dicuntur, in quorum honorem ædificata atque consecrata fuit, quo de *præcedenti etiam c. 2.* nonnihil dictum est:

Patronorum è cœlitum numero singulis Ecclesiis assignandorum mos unde profluxerit? Templa consecrandi ritus & origo quando cœperit.

56

Cæterum ad ritum & originem consecrandi templa, quod attinet, quamvis nonnulli Scriptores eam primis Episcopis Romanis attribuant, tamen in historiis melius versati, & antiquitatis periti facile advertent, Constantinum Magnum primum Imperatorem Christianum hujusmodi apud Christianos, templorum dedicationibus occasionem & initia dedisse. Is enim cum Byzantium instaurasset, eaque urbe, quam Κωνσταντινούπολιν nominavit, pro sede Romani Imperii, uti decrevisset, eandem Deo consecrare voluit, atque ad ejus consecrationem & dedicationem 318. Patres, qui Nicææ in Bithynia, eo tempore Synodum celebrabant, vocavit, idemque cum postea Hierosolymis Christo templum admodum magnificum extruxisset, pulcerrimeque exornasset, eo Episcopos, qui Tyri concilium habebant ut ad ipsum dedicandum venirent, clementer accivit, cujus exemplum cum Pontifices tum Episcopi, postea secuti, nova templa Deo inprimis ac certis Cælitibus dedicarunt. Henr. Meibomius *in Chronico Riddagshusensi in designatione ejusdem Monasterii, Abbate 12. Ludolpho fol. 33.*

57 Quod autem Sacrationes illæ, Deo † non invisæ, sed acceptissimæ sint, ex eo admiratione dignissimo miraculo colligitur, quod referunt Chronog. aliquot, & ex iis etiam pientissimus P. Petrus Canisius *in Martyrologio*, quod nempe cum Christianissimus Imperator

58 Carolus † Magnus, ad dedicationem magnificentissimæ Basilicæ Aquisgranensis, quæ anno gratiæ DCCCIV. in maxima Ducum, Marchionum, Comitum, præsentia facta est, tot Episcopos, quot annus integer dies continet, adesse voluisset, inter cæteros vero Monulphus, & Gondulphus Turonenses præsules, vocati, interim defuncti inhumati tamen in Ecclesia Trajectina, jacuissent, iidem resumptis spiritibus, consecrationi quasi viventes adhuc intervenerint, eaque peracta, cunctis stupore defixis sua monumenta repetierint.

Et hactenus de Christianorum cælestibus patronis.

Ad Gentiles, qui Christianæ fidei lumine destituti fuerunt, quod attinet, ii non minus Dei Opt. Max. & Angelorum Tutelarium in locum ex Deorum suorum

59 † numero, certos sibi patronos Tutelares asciverunt, universos vero in Jovis tutela esse voluerunt, quem optimum Maximum, Salutarem Hospitatorem, Satorem (vel Sospitatorem) dixerunt, uti ex Cicerone *lib. 4. de fin. bon. & mal.* tradit Thom. Dempster à Muresk. *antiq. Rom. lib. 2, in Paralip. ad c. 5. p. 243. & lib. 5. in Paralip. ad c. 30.* Quin imo omnibus homi-

60 num † actionibus, quas speciatim, longa serie, *in notis ad Tertiam Thesin.* D. Hepingk. *d. dissertat.* recenset, certos Parastatas, Gentilitas attribuit & assignavit, maxime vero urbes, Patronos præcipuos, *ibidem* D. Hepingk enumerat, in Dei Deæque alicujus Tutela † esse voluerunt. Eos vero Tutelares Deos inprimis Romani, utpote quibus persuasum erat, urbes omnes in Dei alicujus patrocinio existere, è civitatibus

61

62 † obsidione cinctis, antequam eas in potestatem suam reciperent, sacris quibusdam ritibus & certo carmine quod ex Sammonici Sereni. *rer. reconditarum lib. 5.* Macrobius 3. *Saturnal. 8.* & post eum Camerar. *medit. histor. cent. 2. cap. 10.* & Rosin. *antiq. Rom. lib. 10. cap. 18.* referunt, evocari soliti fuerunt, atque ita locum ipsum Religione liberarunt, uti loquitur Ulpianus *in l. 9. §. 2. ff. de divis. rer. & qual.* idque ideo, quod aut aliter urbem capi non posse existimarent, aut etsi possent, Deos tamen captivos habere nefas judicarent. Longe autem sublimiorem cultum & urbis præterea illæsæ restitutionem dummodo à favore ejus desisterent diis illis evocandis submisse spoponderunt. Macrob. 3. *Satur. 9.* Alex. ab Alex. *gen. dier. lib. 6. c. 4.* P. Gregor. Tholos. *synt. jur. univ. lib. 24. c. 10. n. 5.* Camer. *medit. hist. cent. 2. c. 10.* Rosin. *d. loc. lib. 10. c. 18.* & Majol. *d. loc. tom. 2. colloq. 1. p. 467. & 434. & colloq. 2. p. 537.*

Verum in ista divinæ protectionis materia nimis diu immorati, post *Dei, Angelorum, Divorum* & *Idolorum* hucusque enarrata patrocinia, quasi ex longissimo diverticulo in viam redeuntes, relicto Theologis, cælestis defensionis argumento, ad quos id proprie pertinet, ad alterum propositæ divisionis membrum, Humanam nempe protectionem, descendemus, ejusque deinceps species prosequemur.

Quod igitur ad hanc attinet clientelam seu protectionem, ejus prima & potentissima divisio fieri potest, in Ordinariam, † quam & Generalem seu Universalem appellare licet, & Extraordinariam seu Specialem, vel Particularem.

Humanæ protectionis divisio.

63

64 Ordinaria protectio † est, quæ Jure ordinario, officii dignitatisve ratione, omnibus Magistratib. tam secularibus quam ecclesiasticis, adeo competit, ut eorundem munia & potestatem necessario comitetur, & insequatur, Recess. Imp. *de Anno 1530. Augusta erect. §. 10. ibi* von Ampts wegen *& §. seq. verb.* Auß aufferlegtem Keyserlichen Ampt.

Quinimo talis defensio, Fascibus & Imperiis, quorumlibet dominorum, adeo annexa & conjuncta est, ut ab initio statim, cum dignitate & officio, absque ulla recusatione, præstari debeat, unde & necessaria appellatur, per Gilman. 1. *decis. 1. n. 24. & seq* adeo, ut quibus incumbit, illi nequidem Juramento, ab ea sese liberare possint, *arg. c. 12. extra de foro compet.* August. Bero. *consil. 8. n. 16.* quem refert & sequitur D. Hepingk *nupera dissertat. de Jure protect. Thesi 8. in notis lit. B.* Adde *votum in causa Revis. N. contra B.* (quod habetur, *Symphor. Tom. 1. par. 3. vot. 23.* & apud Thilm. Benig. *Syntag. 2. decad. 4. vot. 3. n. 56. §. adhunc quoque punctum* deß Geleits / ubi refert, ejusmodi protectionem formaliter dependere ex Jure Burggraviatus, quo is de quo loquitur princeps, Jure ordinario subditos territorii sui protegit.) Confer ad eandem hanc partitionem quæ scribit eleganter Dn. Jo. Georg. Bechtius *disput. de securit. & salv. conduct. cap. 3. conclus. 32.*

Cæterum hæc ipsa ordinaria protectio, quasi commune legis & Imperii præsidium pro omnibus innocentibus militare censetur, *arg. Nov. 17. c. 13. in fin. c. 1. §. si quis hominem, de pace ten. lib. 2. de feud. tit. 27.* Coler. *de process. executiv. part. 4. c. 1. nu. 204.* Gylman. *symphorem tom. 1. p. 1. tit. 2. n. 123.*

65 Fundatur autem † universalis illa ordinaria protectio non tam in generali Legum ac Canonum sanctione, quam peculiaribus Imperii Constitutionib.

 Cum

66 Cum enim ad præscriptum † Iuris legumque utpote vel à natura, naturalive ratione cordibus inscriptarum Arist. *lib. 5. Ethi. c. 7.* Cicero *lib. 1. de legib. & Orat. pro Mil. in pr. §. 1. & pen. Inst. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. §. 3. l. 9. & pen. ff. de Iust. & Iur. cum similib.* vel communi Reipubl. sponsione ac consensu sancitarum *l. 1. 2. & 32. ff. de legib. l. 20. §. 6. ff. de pet. her.* Coras. *d. l. 1. n. 16. ff. de leg.* Ferd. Vasq. *illustr. cont. lib. 1. c. 45. n. 3. v. est & quarta:* & passim *in Recessib. Imperii,* ponderando verba: So haben Wir uns mit den Ständen &c. und sie sich mit Uns verglichen. Pruck. *§. soluta potestas. c. 3. n. 64.* omnes vitam suam instituere debeant, fit, ut boni † legibusque obsequentes harum regimine defendantur, mali contra & immorigeri pœnarum, quas illæ minantur frænis cohibeantur, ac coerceantur. Ioan. Georg. Becht. *in elegantiss. disputat. de securitate & salvoconduct. cap. 3. thes. 35.* 67

Sic etiam cum veteribus tum novis Imperii sanctionibus † quod & pariter *in primo Capite* ostensum est, ordinaria & generalis protectio, pax ac securitas severissime præcipitur ac fulcitur non solum Constitutione Religionis de Anno 1555. de qua Gail. *lib. 1. obser. 2.* Denais. *in Iure Cam. tit. 216. & tit. 181.* Petr. Frid. Mindan. *libr. 1. process ... à c. 27. usque 33.* Schwartzmeyer/ *miscellan. cap. 20.* Bidembach. *quæst. 3.* & late Gylman. *symph. tom. 1. p. 1. tit. 3.* sed etiam Constitutione Pacis publicæ, de Anno 1495. & 1548. alibique passim in Recessib. Imp. Gail. *lib. 1. obs. 3. & duobus libr. de Pace publ.* Denais. *tit. 211. & 4. seqq.* Nic. Vigel. *in constit. Carol. pub. Iud. c. 6. sect. 3.* Gylman. *d. tom. 1. part. 1. tit. 1.* text. elegans in Recess. de Anno 1566. §. Wiewol sich. ubi de pace publica ad communem omnium tuitionem & securitatem sarta tecta custodienda. Quin & Constitutione Pignorationis, Ord. Cam. *part. 2. tit. 22. in pr.* Gail. *lib. 1. obser. 2. in pr. & de pignor. obs. 1.* litigiosæ possessionis. 68

Etsi vero de prædicta ordinaria protectione, hoc in Tract. agere non mei sit instituti, quia tamen ejusdem explicatio ac deductio ad meliorem nonnullarum de eadem, passim insertarum quæstionum, intelligentiam, conducit, idcirco per generalia procedendo, ejusdem naturam & amplitudinem, per singula personarum cum secularium, tum ecclesiasticarum capita, hic declarabimus.

Cum igitur istiusmodi defensio non ecclesiastica, aut † spiritualis, sed mere secularis habeatur, primum de sæcularibus, deinde de ecclesiasticis personis agam. 69

Inter seculares igitur, ordinaria ac generalis, de qua loquimur protectio, inprimis incumbit ac ipso † Iure defertur tanquam universali protectori, Sacræ Cæsareæ Majestati per notata à Restaur. Castald *de Imperatore quæst. 52.* Zoanner. *de Rom. Imper. n. 149. & 151.* Peregrin. *de Iure Fisc. lib. 1. Tit. 1. n. 40. & seq.* Thom. Mich. *de Iurisd. concl. 9.* Arnisæo *de jure majest.* & aliis ab eo accumulatim recensitis. *Besold. in colleg. Polit. class. 1. disput. 9. thes. 2. & 7.* Iust. Meier. *in dissert. Iuridico-polit. Quomodo Imp. sit mundi Dominus Thes. 4. lit. C.* eleganter Vasq. *controv. illust. lib. 1. c. 51. n. 72. Imperatorem,* inquit, *cumprimis solertiam decet, ita totius & universi Imperii curam gerere, ut Imperii utilitas interrupta persistat, & singulorum statum illæsus conservetur. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. text. in §. 1. in princ. de hered. in Falcid. §. 1. Auth. de armis.* Gail. *de pace publ. 1. c. 1. n. 1.* Choppin. *de domin. Franc. tit. 26.* Ubi Imperatorem ait teneri omnibus à se dependentibus subditis prospicere, ut & eorum conditio in qua sunt positi, salva ac integra permaneat. Unde & partes suas quovis in gravamine pro subditis interponere, & inprimis etiam quando Magistratus inferiores in auxilio ipsis ferendo vel justitia administranda negligentiores sunt; clementer eos tueri & promovere tenetur, Garsias *de Expens. c. 12. n. 56.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. c. 1. n. 26.* 70

Et hinc à summo Principe specialiter tuitionem petere nonnullis superfluum videtur, eo quod per se ac jure ordinario Imperator omnes & singulos protegere debeat, Alphons. Alvarez *de jur. ac potest. Rom. Pont. Reg. c. 55. n. 3.* Unde Justinian. *in Novell. 134. c. final. in princ. Nos oportet,* inquit, *humani generis protegere infirmitatem.* Theod. Goth. Rex *in Constitut. 198. de Tut. & Mundib. extantes apud Goldast. Const. Imp Tom. 3. p. 89.* Ubi innuit, Imperatoris † proprium esse universos communiter tueri, & vindicare, jus & justitiam cuivis administrare, per text. in *Recess. Imp. Anno 1530. Augustæ erect. §. 7. ibi* als einem Christlichen Kayser/der Rechts niemand weigern soll &c. *& §. 63. verbis* und aber Uns als Römischen Kayser gebüret einsehens zu haben/ daß niemands das seine mit Gewalt wider Recht vorgehalten. 71

Et hujus quidem potestatis respectu, nec non protectionis & administrationis Imperii, Imperator nominatur Dominus † mundi *l. 9. deprecatio. ff. ad L. Rhod. de jact.* & corporalis mundi Deus, eminens super omnes Bald. *consil. 238. lib. 1.* Cotta *in Memora. verbo Imperator.* quæ in Lege verba illa, DOMINUS MUNDI, non enuntiative & narrative, cum Cævall. *Specul. com. opin. Tom. 4. q. 906. n. 24. & seq.* sed MUNDUM per Synecdochen totius pro parte de orbe Romano, *juxta l. in orbe ff. de Stat. hom.* accipimus, non quod orbis Romanus majorem mundi partem per se constituat (siquidem Romanum Imperium, quo tempore maxime floruit sub Trajano Principe vix Trigesimam orbis terrarum partem complecti potuisse Bodin. *1. de Repub. 9. n. 129.* scribat, ubi verba *d. l. 9.* ad pompam & dignitatis amplificandi causa dicta esse refert) sed quod contemplatione Regnorum & Rerumpubl. aliarum, ob præeminentiam & superioritatem potior orbis totius pars non immerito dicatur. Steph. Forcat. *in Comment. Feud. c. 12. n. 14.* Vocatur autem Imperator Dominus ratione protectionis & administrationis: non vero respectu directi dominii, & proprietatis rerum singularium quæ habent Dominos suos speciales, juxta sententiam Bulgari glossatoris, cui reliqui subscripsere *in proœmio Digesti veteris in princ. verbo Sanctionem.* Ubi tradunt, Romanum Imperium & res contentas in eo esse sane Imperatoris, ratione solius Iurisdictionis, administrationis ac protectionis, non autem proprietatis. Neque etiam Principes, vel Magistratus alii rerum ad subditos suos pertinentium, quo ad proprietatem, sed duntaxat quoad protectionem & Iurisdictionem sunt domini, *l. 1. §. initio, versic. cum urbem de offic. Præfect. urb.* quod eleganter declarat post Abbat. Felin. Socin. & Curt. Iun. Cavalc. *in addit. decis. 45. n. 63.* Quare si subditorum bona usurpent, arripiant, aut alteri concedant, injusti sunt, atque ad restitutionem tenentur. Molin. *de Iustit. & Iure Tom. 2. disput. 28.* id quod eleganter etiam explicat Zoannet. *in Tract. de Rom. Imp. n. 150.* Pacian. *de probat. lib. 1. c. 7. n. 49.* A proprietate igitur, ut diversa est Iurisdictio ita & jus protectionis ordinariæ ac universalis Imperatori competens, à dominio † directo & utili, cæterisque juribus realibus particularium dominorum, separatum est, ut diserte ostendunt post Bart. Cephal. *lib. 3. consil. 328. n. 26. & seq.* Thoming. *cons. 9. n. 28.* Menoch. *cons. 437. n. 8.* 72 73

Et dicto modo Imperatorem omnium & singulorum, quæ in territorio totius orbis Romani existunt protectorem & conservatorem existere, post alios elegantissime explanat Claud. Bertazol. *in addi. ad consil. Bart. Bertaz. 363. in crim. v. habet ergo.* Restaur.

Castald.

Castald. *de Imp. q. 97. n. 2. & q. 51. n. 5. & seq.* Palat. Rub. *in Rep. cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor.* Gabriel *com. conclus. tit. de acq. rer. dom. concl. 3. n. 1. & seqq.* Petr. Anton. de Petra *de jure quas. per prius. non toll. cap. 24. n. 7.* Marta Neap. *Tract. de Iurisd. q. 4. cap. 125. n. 12. & seqq.* Ioh. Pet. Surd. *decis. 288. num. 19.* Anton. Galeat. *consil. 91. num. 49. vol. 1.* Burlat. *cons. 29. num. 28.* Iacob. Mandel. *consil. 62. n. 10. 20. & 40.* Paris. *consil. 1. n. 12. vol. 1.* Antonius Faber *in Cod. definit. forens. lib. 1. tit. 2. defi. 48. n. 8.* quibus accedit D. Becht. *de secur. concl. 38.* asserens hunc ipsum in finem, à Deo Opt. max. per leges etiam scriptas, universalem totius Romani orbis dominatum Iurisdictionem, inspectionem ac protectionem, concessam fuisse Imperatori, *Matth. 22. & Luc. 2.* Inprimis vero ad Imperatorem pertinet sacrorum ac Religionis cura & protectio *Nov. 6. in pref.* ubi Iustinianus monet maximam Imperatorem, circa vera Dei dogmata habere sollicitudinem. Hinc *in l. 3. princ. C. de summa Trinit.* dicitur, Imperatoriam majestatem decere subditos de Religione commonefacere. Religio enim quasi anima Reipubl. est qua sublata ipsa concidit. Unde eo ipso, quo Reipubl. salus Imperatori commendata est, Religio quoque curæ esse debet. Arnis. *de jure majest. lib. 1. cap. 6.* Quamobrem utriusque Tabulæ custos est atque præses arg. Deuteron. 17. *ver.* 19. Adeo autem sacrorum hæc tuitio ab Impp. suscipienda est, ut nec in periculis deseri debeat, quod D. Ludovici Galliæ Regis & Godefridi Lotharingiæ & Bullionii Ducis exemplis illustrat *Lips. in monit. & exemp. poli. lib. 1. c. 2. mon. 2.*

75 Imperator itaque non solum pacem † Ecclesiæ in religionis Christianæ unitate custodire *l. 8. in pr. vers. nam pax Ecclesia. & §. 4. & 5. C. de summ. Trin. c. fin. dist. 96. in pr. & c. 1. & 2. dist. 97. c. qui contra. 32. caus. 24. q. 3. Conc. Trid. de statut. & consuet. contra libert. Eccl.* & passim *in Recessib. Imperii,* Lipl. *lib. 4. polit. c. 2.* sed etiam securitatem publicam, præsertim in provin-76 ciis sibi † subjectis, Imperiique limitibus per Constitutiones & officia sua civilia & militaria jugiter tueri obligatur, *l. nam salutem 3. in pr. ff. de offic. praef. vig. l. 3. in fine l. 1. in pr. ff. de off. praef. d. l. 2. C. de off. Praefect. Praet. Afric. l. 4. C. de offic. Mag. mil. l. unic. ibi, ut modis omnibus, qua pro universar. provinciar. salute sanctimus sortiantur effectum C. ut omnes Iud. tam civiles quam milit. &c.* Paul. Griland. *de relax. carcerat. specie 2. q. 1. n. 2. Nov. 17. c. 2. Recess. de Anno 1555. §. Nach dem.* quo pertinent, quæ de Prudentia principis cum togata tum militari tractant nostri, & cumprimis Ioan. de Arze Hispanus *in proœm. Inst.* & Lipsius *in politicis.* & attento, quod salus populi principatus finis sit. *Nov. 149. c. 3.* ubi Goth. Guicciard. *hypomnesi politic.*

77 *64.* omnes † bona facientes protegat *auth. habita C. ne filius pro patr.* & illæsos conservet. *Nov. 85. in prin.* Hinc etiam in multis Imperii Recessibus Imperatori Romano tribuitur, quod sit der gantzen Christenheit ein Schutz- und Schirm-Herr. Recess. Aug. *de An.* 1518. §. Erstlich. Item Recess. zu Speyer *Anno* 1529. §. 1. *ibi* Obrister Vogt unsers Christlichen Glaubens / & simul *alibi* adductis.

Cæterum præter sacrorum hanc tutelam & curam Legum quoque defensio † & custodia ad Imperatorum aliorumque Principum gladium portantium, ut nempe vindices Legum sint, curam & sollicitudinem communi omnium gentium Iure pertinet Ioh. Baptist. Schwartzenthaler *process. Iudic. lib. 3. in fine* idemque *ad l. Nemo 13. C. de sent. & interloc. n. 17.* Unde & Elect. Saxoniæ defensor † & Tutelaris Iuris Sax. dicitur Iust. Zinterling *de Appell. Thes. 70. lit. D.* Abel Strasburg. *consil. 5. n. 35.* And. Rauchb. *q. 40. n. 13.* Pet. Heig. 1. *q. 4. n. 35.* Deinde ex secularibus post Imperatoriam Majestatem ordinaria ac generalis subditorum protectio, ipso etiam Iure incumbit Re-78 gibus † Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus civitatibus, & omnibus, generatim Magistratibus, ut eleganter docet Dn. Bechtius *disput. de securit. & salv. conduct. conclus. 42.*

Et de Regibus venustissime Seneca tradit

——Hoc Reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapiet dies,
Prodesse miseris, supplices fido lare
Protegere——

79 Ad quam subditorum defensionem & securitatem, ut Reges tanquam SCUTUM † eorum se natos intelligerent, elevationes seu Erectiones in SCUTO antiquitus in eorum inauguratione, observatæ fuerunt, ut recte ex Sim. Majolo *dier. canic. Tom. 5. col. 5.* adnotavit D. Hepingk *dissert. de jur. Protect. §. 12. ad lit. B.*

Hinc & Hebræi ut *superiori capite* indicatum etiam est vocem מגן MOGEN id est Scutum pro ipsa protectione usurpare solent. Habent autem Principes aliique Imperii Status Ecclesiarum suarum initio ab Imperatoribus sibi demandatam tutelam; ex constitutionibus vero Imperii jam jure proprio R. A. *de Anno* 1524. zu Nürnberg auffgericht §. 28. *ibi.* daß wir uns versehen / die Ständt des Heyligen Reichs / als Schützer und Schirmer des Glaubens. Ludovic. Fasch. *consil. 55. n. 5. inter illust. JCtorum consil. Tom. 2.* Ant. Coler. *de jure Imp. Germ. sect. 72. in fine.* Et ea de causa Imperatores olim Principibus jurisdictionem & alia Regalia concesserunt, ut ipsi eo alacrius & potentius subditos ac populos suos contra hostes defenderent, post Ferrar. Mont. Thom. Mich. *de Iurisd. conclus. 44. lit. B.* eundemque ob defensionis finem in Imperii Germanici & Franciæ finibus Caroli M. successores variis distracti bellis cum Danis & Nortmannis, omnibus in locis resistere non possent, viris magnanimis & bellandi gloria deprædicatis, diversas ditiones patronali sibi jure retento dono dederunt, ut ex Pont. Heuber. *rer. Burgund. lib. 6.* testatur. D. Hepingk *dissert. de jure Advocat. concl. 12. sub lit. C.*

Et de Principibus, aliisque Dominis temporalibus sunt textus *in c. administratores, & c. Principes 23. q. 5.* adeoque illi subditos defendere tenentur, ut si id facere omittant, neque hi illis servire † obstricti sint, 80 id quod in Schwabenspieg. *lib. 1. c. 52. §. 13. in fine* sic exprimitur, Wir sollen den Herren darumb dienen / daß sie uns beschirmen / und als sie uns nicht beschirmen / so ist man ihnen auch Dienstes nicht geständig. Omnes etenim legitimi Regentes, Rectores, Principes, judices, quocunque nomine aut voce nuncupentur, non propter se, aut suam, sed propter subditos, subditorum utilitatem creati, delecti ac dati intelliguntur, ad similitudinem & imaginem minorum tutelæ: Nam ut tutela inventa fuit ad tuendum eum, qui se per ætatem tueri non potest, ita & dominatus ad tuendos eos, qui per ætatem vel senium, vel morbum corporum vel animorum vel sexum vel imbecillitatem, sese adversus potentiorum injurias, rapinas, violentias, impetus tueri non possunt humanis necessitatibus id exigentibus introductus est. Bald. *in l. ex hoc Iure. ff. de just. & jur.* notatur *per Gloss. in l. 2. §. post originem ff. eod. & in l. 2. §. pen. de orig. jur. Par. de Put. de Syndic. tit. de Excessib. Regum.* Quam in rem eleganter Cicero *lib. 1. offic. Omnino,* inquit, *qui Reipubl. præsunt duo Platonis præcepta teneant, unū ut utilitatem civium sic tueantur, ut quicquid agunt, ad eam referant; obliti commoderū suorum, alterū, ut totū Reipubl. corpus sic curent ne cum partē aliquā tuentur, reliquas deserant.*

Et recte, Ideo enim Principes aliique Domini tem-

82 temporales gladium † à Deo acceperunt, ut pacis custodes, & hominum sibi subjectorum defensores existant. Benedict. Aret. *problem. Theol. part. 2. Rubr. An Christian. vim & injur. propulsare liceat.* Et hæc quidem ordinariæ protectionis obligatio non solum rerum temporalium defensionem complectitur, sed etiam ad defensionem Ecclesiæ & bonorum ejusdem porrigitur *per Gloss. in c. 1. de suppl. neg. prael. in 6.* Mart. de Gar. *tract. de princ.* ubi dicit quod 83 † Principes seculares adeo teneantur ad protectionem Ecclesiarum, & bonorum Ecclesiæ, ut, si vocati non defendant, excommunicari possint. *per gloss. in cap. Adrianus, 2. distinct. 63.*

Quin & eadem quoq; ad defensionem religionis extenditur *arg.* Ps. 101. 104. & 118. Esai. 49. *vers. 23.* adeo 84 † ut eandem etiam armis tueri obstrictus sit Princeps, Ferret. *de instit. & injustit. bell. n. 68.* Kirch. *disp. 6. thes. 2. lit. e. Frid. Tilem. disp. 1. pand. thes. 16.* Religio enim syncera, 85 Deique † cultus Principatuum ac Rerump. omnium debet esse primum Petr. Greg. *lib. 23. de Repub. c. 9. n. 4. & lib 8. c. 2. n. 1.* omneq; imperii fundamentum omne stabilimentum in Religionis constitutione, consistit Polyb. *lib. 6. Hist.* quam sententiam invictiss. Imperator Carolus V. sæpius in conventib. repetitam dedit Kirch. *disp. 9. Reip. car. 4.* πρῶτον ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἐγχειρεῖν habet lex vetustissima, cujus meminit Halicarnass. *lib. 2.* 86 quam † secuti celeberrimi etiam Ethnicorum legumlatores initium legum suarum à religione & Numinum veneratione fecerunt Marsili. Ficin. *in comm. ad. Min. Platon. in pr.* Arist. 7. *polit. 8.* ubi seriem positurus illorum quæ ad Principum & Rerumpublicarum felicitatem postulantur exordium sumit ἀπὸ τῆς ἱερατείας. Regnum enim, ubi Princeps religionis curam abjicit, legesque ad religionem pertinentes rectas & inviolabiles non servat nec à timore Domini, qui *initium omnis est sapientia Syrach. 1. v. 16. Psal. 111. v. 2. Reg. 11. c. 17.* facit initium, minus recte administratur, indeq; contemptus oritur imperantium, ex quo ipsarum etiam Rerumpubl. corruptiones ac eversiones consequi necesse est. Arnisæ. *lib. 2. Polit. c. 4.* Camman. *disp. 3. de Regal. thes.* 6. unde etiam tyranni, eo quod imperia sua etiam scelere parta absq; justitia & religionis præsidio & observatione diu consistere non posse animadverterent, justitiam & religionem, non quidem propter amorem & excellentiam, sed propter seipsos introducere & colere sunt coacti, ut hac ratione regnum vel via potentiæ, vel electionis acquisitum confirmarent, & subditos in officio continerent. Eberh. à Weyhe *de reg. elect. & succed. fol. 42.*

Præterea alii etiam Imperii Status, quos in specie recensere, nimis longum esset, eandem tuitionem subditis suis strenue, & fideliter præstare tenentur. Inter Status autem Imperii, cum & civitates Imperiales numerentur, 87 ordinaria † quoq; hæc defensio iisdem in cives ac subditos suos competit, quemadmodum etiam alia, quælibet civitas municipalis, cives & homines suos defendere, Farin. *oper. crimin. part. 5. tract. de homic. q. 125. n. 316.* & liberorum loco tueri obligatur. arg. *l. 4. C. de defensor. civit.* Nam, quoad cives suos patris vicem sustinet, Dn. Menoch. *cons. 28. n. 32. lib. 1.*

88 Et hinc etiam clerici † in civitatibus degentes, ut ab iis defenderentur, sæpius in numerum civium cooptari voluerunt, quod An. 1381. Spiræ 89 † accidisse, dum clerici quam plures & Conventus quatuor Monasteriorum, Ordinis Carmelitarum, S. Augustini, Dominici, & Francisci, in civium numerum recepti sunt. Christoph. Lehman. Speyer. Chron. *lib. 7. 66. in fin. & c. 9.* testatur.

Generatim denique vi jurisdictionis sibi competentis omnes & singuli magistratus ad subditorum territorii sui defensionem obstringi docet text. in *l. 1. §. 12. de offic. praef. urb.* Innoc. *in c. pro illorum. de praeb.* Bolog. *in l. ut vim. n. 10. de just. & jur.* & ante eum Panorm. *in c. quarta. de sent. excom. & c. 1. de restit. spol.* & facit *l. 1. §. hujus studii. ff. de just. & jur.* Bald. *cons. 188. n. 5. vol. 2.* ubi tradit, quod ad quemlibet Dominum pertineat, defendere causam & patrimonia subditorum, Innoc. *in c. dilecti. Ex. de appel.* Matt. Steph. *2. de Juris, p. 1. c. 1. memb. 1. n. 15.* Fel. *in c. audītis n. 27. de praescr.* gloss. & DD. *in c. 4. in fine de Priv. in 6.* Ayrer. *de hom. necess. part. 1. n. 286.* Vasq. *illust. controv. c. 43. n. 11.* Sicut enim subditi 91 † juris naturalis æquitate atq; instinctu tenentur asserere statum dominorum Pruck. *de Reg. c. 3. n. 35.* Abbas Pano. *in c. pervenit n. 1. de immun. Eccl.* Natta. *cons. 557. n. 7. Tom. 3.* Card. Tusch. *pract. Jur. concl. Tom. 6. lit. P. concl. 133.* Pet. Ant. de Pet. *de jure quaesit. per Prin. non toll. c. 15. n. 42.* ubi hoc ipsum de incolis etiam affirmat: ita & hi vicissim subditorum *c. 1. §. fin. de form. fid. c. jus militare dist. 1. cum similib.* Coler. *cons. 39. n. 47.* Molinæ. *ad consuet. Parisiens. tit. 1. §. 2. gloss. 3. n. 6.* Gail. *de arrest. Imp. c. 6. n. 23. & c. 8. n. 3.* Regner. Sixtin. *inter cons Marp. cons. 8. n. 46. vol. 3.* subdens, quod divina 92 † ac humana jura cuilibet ordinarios magistratui serio jubeant, & velint, ut suos subditos eorumq; bona contra injustam vim defendant ac tueantur, indeque ipsi nomen Ober-Herrn nacti sint. Hinc apposite Vida *lib. 2. de Reipub. dignitate, Principes*, inquit, 93 † *& qui aliis praesunt tales esse oportet. ut cogitent, civium se potius patrocinium suscepisse quam Imperium aut dominationem:* talesque Rectores Plato non dominos sed Reipublicæ servatores vocat, in quorum tutela tuto ac libere vivitur nulliusq; rei cura major eis incumbit, quam civium libertas: quæ ab æquitate proficiscitur, cujus nihil magis est proprium, 94 † quam pari jure vivere in multitudine. Quare superiores videntes aliquem suæ jurisdictioni subjectum, in periculo constitutum, ei omnino succurrere tenentur, quantum possumus, Quia idcirco 95 † magistratus officio suo fungitur, ut subditorum saluti prospiciat *l. 2. §. originem 13. ff. de orig. jur. l. 1. §. 12. ff. de off. praef. urb. l. 3. & l 6. §. 2. ff. de off. praesid. l. ult. ff. quod metus causa.* quapropter non solum instructus est satellitibus & apparitoribus, sed etiam imperio, ut mandare aliis possit, quo tali subveniant & auxilium præstent, ut præclare docuit Geor. Obrecht *tract. de defens. c. 7. n. 40.* adde Gail *de arrest. c. 8. n. 12.* Unde pariter 96 † omnes & singuli Magistratus obligati sunt territoria sua purgare à malis hominibus *l. 3. & 13. ff. de offic. praesid. l. 4. §. 2. ff. ad leg. Jul. pec. Recess. Imp. An. 1559.* und haben uns. Bossius *tit. de captura. n. 76.* Borch. *c. un. quae sint regalia. n.* 27. Mynsing. *cent. 5. obs. 70.* Gail. *lib. 2. obs. 64. n. 2.* Denaisſ. *tit. 213. §. 8.*

Quia prædictæ protectionis ordinariæ 97 † cohæret jus indagandi, conquirendi, persequendi istius farinæ homines provinciæ pacem & quietem turbantes, vulgo das Recht deß Straiffens Fich. *cons. 63. n. 8. in fi. vol. 2.* & patet ex vot. Thilm. de Benig. *synt. 2. dec. 4. vot. 3. n. 77. & 78. Jo. Geor. Becht. d. disp de salvo cond. thes. 42.* Maxime vero tutelæ 98 † & protectioni magistratus generatim subsunt egeni, orphani, pupilli, viduæ, aliæq; miserabiles personæ, quas eleganter in ordinem congessit præceptor meus D. Men. *de arb. Jud. q. cas. 66. per tot.* Bald. *in l. 1. in pr. C. quando imp. inter pup. & vid.* Rol. à Valle *cons. 87. n. 57. vol. 2.* sequitur Col. ad *c. nihil prod. 2. n. 2. de praesc.* Ubi dicit, maxime ad tutelam & curam principis pertinere egenos & orphanos, per text *in c. gloria episcopi 71. q. 2.* Nam & Deus ipse 99 † insignem pauperum curam gerit, eosq; evehit, *Ps. 113. v. 7. 1. Sam. 2. 8.* & Magistratib. tenuiū patrocinium suscipientib. florentissimam 100 † opib. & victoriis Rempublicam tradit Schönborn *lib. 6. polit. c. 10.* Et quod dictum est de viduis, quamvis 101 † regulariter, nisi quando sunt pauperes oppressæ, vel spoliatæ, non numerentur inter Personas miserabiles ut est glossa singularis *in c. significantib. de offic. deleg.* glos. & Dd. *in l. 1. C. quan-*

C. quando Imp. inter pup. & vid. Nihilominus tamen 102 Ecclesiam viduas earumq; dotes † protegere teneri, expressim sancitur *ine. nuper. de don. inter vir. & mulier.* & sequitur Jac. Henrichm. *conf.* 10. *n.* 7. *lib.* 2. Dotis etenim 103 † causa inter pias censetur secundum Bart. *in l. si ego. in prin. ff. de jure dot. & in l.* 2. §. *fin. ff. de don. Bald. in rep. l.* 2. *vol.* 2. *C. de SS. Eccl. & in l. mandat. col.* 4. *C. mandat. & l. sicut. C. de act. & oblig.* Jac. Henrichm. *d. conf.* 10. *n.* 9.

Quinimo Viduarum & pupillorum protectio sacris fidem immotam facientibus literis talis tantaque est, ut 104 viduas atq; pupillos tangentes pupillum † oculi divini attrectare, eosdem prementes, cædentes, violantes, ultricibus divinæ iræ flammis, vindictæ, punitioniq; immisericordi ac severæ sese offerant. Joan. Georg. Becht. *disp. de securit. & salvoconduct. class.* 5. *thes.* 265. ubi di- 105 citur viduas & pupillos † propter orbitatem magis esse privilegiatos quam studiosos, authoritate Sichard. *ad Auth. habita n.* 20. *C. ne fil. pro patr.* Oldendorp. *de Jur. singular. tit. de privil. quæ bon. lit. profess. fall.* 5.

106 Præterea etiam sub generali † protectione specialiter comprehenduntur senes, non solum imbecillitatis senilis comiseratione, sed vel ob magnam quoque senectuti debitam venerationem, de qua *Lev.* 19. *l. semper* 5. *ff. de Jur. immun. Nov.* 80. *c.* 5. §. 1. Coras. *par.* 2. *de Jur. art. c.* 6.

107 Eadem insuper privilegiata securitate gaudent † mulieres, partim intuitu præcipui ejusdem muneris, quod est concipere ac tueri conceptum *l.* 14. §. 1. *ff. de ædil. edict. l.* 2. *vers. cum enim. C. de indict. vid. toll.* & commiseratione propter auxilia & obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculum & ipsam multis legum privilegiis ditatam liberorum procreationem. *l.* 12. *C. qui pot. in pign. hab. c.* 2. *de convers. infid.* partim etiam reverentia pudoris illibati, cum primis in eo sexu conservandi *l. un. ubi Dd. C. de rapt. virgin.* Joan. Georg. Bech. *de securit. & salvoconduct. class.* 5. *conclus.* 245.

108 Scholares denique, ob favorem † scientiæ & dignitatis per eam consequendæ, *l.* 7. *& l. ult. C. de profess. & Med.* Coler. *process. execut. p.* 2. 3. *n.* 119. speciali fruuntur protectione, per constitut. Friderici *in auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* ubi Pacius *c.* 4. *n.* 3.

109 Nominatim autem ista securitas ac † protectio, in eo consistit, ne scholares ulla afficiantur injuria, adeo ut eos injuriantes, ultra communem injuriarum pœnam, Ipso etiam Jure infamia notentur, Oldendorp. *in d. Auth. verbo Secure & verb. vindicare.*

Deinde in eo, ne possit in ipsos sive per arrestationem, sive per detentionem personæ manus injici, Coner. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 154. *&* 157.

Præterea in eo, ne bona illorum pignorentur sub pœna quadrupli, notante Pacio *c.* 5. *n.* 3. *effect.* 2. & latius *c.* 8. *p. tot.* post Angel. & Salicet. Coler. *d. p.* 2. *c.* 3. *n.* 133. Quod nonnulli eo extendunt, ut ne in loco quidem studii ob non solutam domus, convictusque pensionem, vel aliam causam ipsos, aut eorum libros, quasi tacitæ hypothecæ Jure detineri posse censuerint Jas. Angel. & Zas. §. *Item Serviana Inst. de Action.* & ibidem Schneid. *n.* 25. Rebuff. *Tom. I. ord. Reg. c.* 19.

Denique in eo, ne gabellæ, pedagia, guidagia, ab ipsis neq; pro rebus, quas studii causa transferunt, exigantur. Rosent. *de Feud. c.* 5. *concl.* 48. & ab eo relati.

Et hæc hactenus de ordinaria Sæcularium protectione. Nunc de Ecclesiasticorum superest, ut dicamus & nonnihil.

110 Inter illos igitur Summus † pontifex imprimis non solum Ecclesias & personas ecclesiasticas, sed alios etiam sibi subjectos homines sæculares, instar aliorum dominorum temporalium protegere tenetur, ceu Leo IV. de seipso rescripsit, sequentib. verbis, *c. scire* 23. *q.* 8. relatis, *Scire vos inquit oportet, quod nunquam ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi: sed si necessitas ulla occurrerit, præsentialiter vindicamus: quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus, & præcipui adjutores.* Hactenus ille,

Et vero pontifices † Romanos sæpius Christianorum Regna provincias, urbes, tam in Occidente, quam in Oriente, adversus Barbarorum, & infidelium incursiones, armis tutatos esse, eo fine, ut Religio Christiana sarta tecta conservaretur, vel oppressa à Barbaris in integrum restituta refloresceret, Historici passim testantur, & nominatim Urbanum II. id tentasse, ac feliciter perfecisse, post Platinam, Thom. Stapleton, *de magnit. Eccles. Rom. lib.* 2. *c.* 8. auctor est. 111

Idem enim Urbanus † pontifex An. Chr. 1095. Turcis Syriam & Asiam pene totam obtinentibus, & ipsa quidem Hierosolyma à Saracenis fere quingentis annis occupata, Imperatoribus autem Græcis otio & ignavia torpescentibus, & ab omni cum Latinis fœdere, ad communem hostem expugnandum, abhorrentibus, primus omnium incœpit populos cruce signare, & in concilio Claremontano, celeberrimam expeditionem, adversus Saracenos & Turcas, usque ad ter centena armatorum millia, indicere, qui exercitus Nicæa primum Urbe Turcis, mox Hierosolyma Saracenis erepta tota Asia & Syria fidei hostes ejecit. Hoc sacro bello confecto ad ea quæ fortissime recuperata fuerunt, conservanda, diversi sacrorum militum Ordines instituti fuerunt, de quorum defensione ex voto præstanda, *paulo inferius*, agitur. 112

Peculiariter autem sub generali protectione summi pontificis † Episcoporum, Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum omnium esse dicuntur peregrinantes, qui voto concepto Religionis ergo proficiscuntur, vulgo Pilgerin und Wallfarter. Qamvis enim iidem specialiter se, suave in protectionem Papæ non posuerint, cum tamen eos, qui peregrinationis causa Romam accedunt, vigore constitutionis per Celestinum III. *in cap.* 1. *de cleric. peregrin.* latæ, una cum rebus suis sub Apostolica protectione securos esse conveniat, ideo tales peregrinantes sub generali Ecclesiæ protectione esse dicuntur, per text. *in d. c.* 1. *c.* 2. *ubi* sub tuitione vestri regiminis *dist.* 73. Innocent. *c. significantib. ext. de off. deleg. per d. c. si quis Romipetas, & peregrinos,* 24. *quæst.* 3. ac facit *Auth. omnes peregrin.* ubi etiam notat Bald. *num.* 1. *&* 2. *C. communia de success.* Matt. Coler. *tract. de process. execut. p.* 3. *c.* 11. *n.* 105. ubi dicit, peregrinos habere speciale privilegium, ut sint sub protectione Ecclesiæ. 113

Hæc autem securitas non tantum includit Romipetas, sed generatim † ad omnes Religionis ergo peregrinantes extenditur, ideoque & ipsos immunitate ab offensione in sua peregrinatione frui debere colligitur ex tex. *in c. fin. de treug. & pac.* quæ in hoc consistit, ne illis sive in persona, sive in bonis ulla injuria damnumve inferatur, *cap. illi qui peregrinos,* 25. *causa* 24. *q.* 3. ne teloniorum pedagiorumve exactionibus molestentur *c. si quis Romipetas,* 23. *de caus. & quæst.* nec pro repressaliis capiantur. Panorm. in *ca. licet de for. compet.* Damhoud. *prax. crim. c.* 97. *n.* 24. 114

Cæterum post summum pontificem ordinaria protectio incumbit etiam † Episcopis (quorum nomine in latissimo significatu etiam Cardinales, Patriarchas, Archi-Episcopos, Abbates & alios in dignitate Ecclesiastica constitutos comprehendimus) ii enim omnes æq; ut alii Magistratus, defendere tenentur populos sibi commissos, atq; hinc cornutas, ut cornibus se defendant, mitras gestant, quo respexit à Card. Tusch. *pract. conclu.* 44. *Tom.* 6. *n.* 2. relatus Ægid. Bellam. *conf.* 40. *n.* 22, ubi scripsit, *Pontifices muti, cum sint cornuti, non audent cornibus uti.* 115

Et de incumbenti Episcopis ordinaria suorum defensione *in Concil. Toletan. IV.* circa tempora Honorii I. celebrato, *cap.* 31. statutum expresse fuit, ne scilicet Epi-

116 Episcopi, eam, nempe defensionis, † curam à Deo sibi impositam abigere debeant. D. Hepingk. *dissert. de Jure Protect. §. 13. lit. B.*

Porro specialiter, etiam ad Religionis & terrarum Christianarum adversus infideles tuitionem, omnes 117 † Militum sacrorum quotquot sunt, ordines, ex Regula cui astricti sunt, tenentur, ut patet ex Recess. Imp. *Anno 1471. Ratisbon. sub Frid. III. publicato. §. 59. ibi.* Daß der Ritterlich Orden/ zu Rettung und Schirmung des Christlichen Glaubens hoch verpflichtet sey.

Denique alii omnes in dignitate aliqua ecclesiastica, uti dictum est, constituti, ut etiam Clerici. non solum 118 subditos, si quos habent, sed inprimis etiam res † Ecclesiarum, quibus inserviunt, adversus illarum occupatores defendere tenentur, per tex. *in c. generali, ibi illos vero qui fr. de Elect. in 6.* & notatur *in c. si quis Presbyter, de reb. Eccles. non alien.* Quod nominatim etiam docuit Petr. de Anchor. *in c. fine possessione de Reg. Iur. in* 119 *6. n. 10.* Et hoc † adeo, ut pro tempore, quo non defendunt Ecclesiam ab oppressione, jus percipiendi proventus perdant, & defensione assumpta illud recuperent, ut ex eodem Anchor. notavit D. Hepingk *dissert. de Iure Advocat. §. 13. ad lit. B, in fine.*

Et his de ordinaria Protectione, fusius forte, quam necesse fuit, pro ejusdem sufficienti declaratione, allatis, benevolum Lectorem contentum fore speramus, quæ licet, ut præfati sumus, ad præsentem nostram de Advocatia tractationem principaliter non pertineant, quia tamen eorundem explanatio ad nonnullas in hac commentatione, occurrentes disputationes, magnam lucem afferunt, ideo & hanc speciem incidenter saltem enodare operæ precium duximus.

Quod vero jam attinet ad extraordinariam Advocatiam, in qua tota hæc nostra commentatio potissimum 120 versatur, illam † vocamus, quæ speciali Principis gratia, mandato, lege vel partium conventione, ad eum finem constituitur, ut suscepti in Clientelam una cum bonis & subditis ab aliorum invasionibus, violentiis & oppressionibus defendantur.

Et hujus speciei Advocatiarum exempla, quotidiano 121 usu comprobata, passim in Imperio † Romano, plurima reperire est, eaque, ut *alibi* etiam diximus, multo tempore usitata fuerunt, ut præ cæteris testantur Hier. Schurff. *cent. 3. cons. 23. per tot.* Knichen *de Iur. Saxo. pro nesc. c. 5. verb.* Schutz- u. Schirms-Gerechtigkeit *n. 495.* Ritterhus. *part. feudal. c. 5. n. 5.* Matth. Coler. *cons. 33. n. 55.* Pet. Greg. Tholos. *c. 11. de Republ.* Oldendorp. *in tabula Action. classib. subjecta verbo Fund.* Gumpelsheim, *inter discurs. Arum. 27. vol. 2. de Iure Clientelar. conclus. 2.* Remig. Fetschius *dissert. de Fœder. conclus. 23.* & novissime D. Hepingk. *dissert. de Iure protect. §. 5.* ubi ex diversis auctoritatibus probat istiusmodi Advocatiarum Iura non tantum apud Germanos, sed & alias exteras nationes esse recepta, & Recessu Imperii Augustano de Anno 1555. §. Es sol auch. 23. verb. und sol hiemit/ etc. approbata & confirmata esse, ideoque earum materiam dignam sibi videri, quæ plenius & copiosius illustretur.

Ut ergo adhuc melius ordinariæ & extraordinariæ Protectionis natura & qualitates cognoscantur, subsequentes tres inter illas, singulares differentiæ notandæ 122 sunt, quod illa nepe ordinaria † subditis debita defensio per Magistratus suos ordinarios, ab initio statim, in consequentiam superioritatis necessario præstetur, *l. 2. §. 3. & 4. C. de offic. Praefect. Praetor. Afric. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Præsid.* & eo ipso subditi vicissim Magistratui suo obstringantur, *arg. l. 1. §. 2. & 3. ff. de muner. & honor.* Hier. à Laurent. *Rota Avinion. decis. 126. n. 3.* Extraordinaria vero à susceptis Protectoribus ab initio non coacte, sed voluntarie suscipitur.

Deinde ordinaria † Tuitio procedit ex jure radica- 123 to in personis Magistratuum, ob Iurisdictionem, quam in subditos habent, tenditque ea defensio principaliter in ipsorum Dominorum commodum & utilitatem, ut scilicet ea tutela subditos sub sua retineant jurisdictione: Extraordinaria vero defensio per constitutos protectores suscepta, non ipsorum causa, vel ut sua defendant, sed quod Clientum est conservent, aut acquirant, non suo, sed eorum quibus assistunt emolumento, exercetur, per notata Gilm. 1. *decis. 1. à n. 24. usq; ad n. 31.*

Tertio etiam in eo maxime discrepant quod ordinaria † protectio à Magistratu & Dominis tempora- 124 libus, nulla hoc nomine peculiariter constituta mercede, sed omnino gratis fieri debeat, D. Hepingk. *de Iur. protect. §. 16. lit C versic. omne tamen hoc.* per rationem. quod vi Iurisdictionis protectionem ordinariam suis debeat, *ut supra* ostensum est. Extraordinaria vero ac pactitia Advocatia plerunque interveniente annuo honorario suscipiatur atque exhibeatur, quo de *in c. 14.* late disputatum.

Sed his ita præmissis, instituta tractatio admonet, ut deinceps extraordinariæ protectionis species designemus, quarum quidem multiplices divisiones, ratione conditionum, sub quibus existunt, assignari possunt.

Primo igitur loco extraordinarium protectionis Ius 125 non incommode † distribuitur, in SALVAMGUARDIAM singularem ac privilegiatam, & in Advocatiam communem.

Extraordinaria protectionis divisio I.

Illius causa efficiens & finalis inde † patescit, quod, cum in tanta hominum perversitate ac mundi malignitate, innocentes multivariam offendantur, lædantur ac opprimantur, inter alia quibus succurri ipsis posse visum est, remedia summi Principes æquissimum judicarunt, salvam ipsis gvardiam largiri, ut eadem territi Adversarii ab eorundem offensione abstinerent, ad notata Bart. & Dd. *in l. illicitas. §. Ne potentiores. ff. de offic. præsid.* Felin. *in Rubr. de Treug. & pac.* Jason. *in l. si super col. final. C. de Transact.* Guid. Pap. *decis. Gratianop. q. 418.*

Hanc autem Salvamguardiam definiunt † esse pro- 126 tectionem & securitatem, quæ minus potentibus contra potentiores, à superiori potestate, Coras. *in d. l. illicitas. §. Ne potentiores. num. 2.* vel etiam absolute ad suam ac bonorum suorum tutelam petentibus Amicis, aut alioquin charis præstatur, & materna lingua, nobis Schutz und Schirm communiter appellatur de cujus violationis pœna, actione & ejusdem requisitis ac circumstantiis pleno cornu *in c. de actionibus,* tractavimus.

Cæterum hanc Salvamguardiam melioris intelligentiæ gratia dividere licet in † Imperialem, & non Imperialem.

Salvaguardia subdivisio I.

Imperialis est, quam ipse † Imperator pro defen- 127 sione personæ ac rerum tribuit, quam lingua verna- 128 cula Kayserlichen Schutz appellare solemus, quando scilicet privatæ personæ, vel etiam communitates seu integræ ditiones, eorumque subditi & liberi, bonaque sub Cæsareæ majestatis, & sacri Romani Imperii defensione & protectione recipiuntur, de cujus Salvæguardiæ viribus, citra crimen sacrilegii nemo dubitare potest *l. 3. C. de crim. sacril.* Oct. Cachetan. *decis. Pedemont. 11. n. 16. & seq.*

Non Imperialis † contra est, protectio & securitas, 129 quæ ab aliis puta Regibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus † aut liberis Civitatibus pro rebus & personis indulgetur. Nam præter Reges alii, etiam qui in suis regionibus, Civitatibus & oppidis Iura † imperii obtinent, salvum conductū concedere possunt, Menoch. *cons. 100. n. 166. l. 1.* Nic. Moro. *tract.*

tract. de fid. treug. & pac. quaest. 105. num. 9. Farinac. *prax. crimin. tit. 4. q. 29. n. 109.* Ioh. Sithard, *cons. crim. 5. n. 20.* Otho Melander *comment. Cameral. par. 1. n. 54. §. verum his minime.* Confer Iod. Damhoud. *in pract. crim. cap. 26. Tit. de publ. fide.* Franc. Hercul. *in tract. de Caution. de non offenden. c. 37. Rubr. de Salvo conduct.* Franc. Marc. *decis. Delphin. 68. n. 6. p. 1.*

Eandem autem protectionem, sive ab Imperatore, sive ab aliis provenientem non incommode quatuor iterum modum subdividi posse censeo.

Salva Guardia subdivisio II. 131. 132 Uno, & principaliter quidem secundo modo ratione subjecti, ea secari potest, in saecularem † & Ecclesiasticam: Hanc voco, quando † personae Ecclesiasticae, illam vero cum saeculares in singularem protectionem ac Salvam guardiam ab Imp. vel aliis Principibus suscipiuntur.

Hujus partitionis ratio inde colligitur, quod tam Laici quam Clerici in specialem Principum Clientelam recipi soleant. cujus rei innumera extant exempla, & id ipsum clare testatur D. Menochius *arbitr. quaest. lib. 2. cent. 4. casu 338. num. 6.* ubi scribit se vidisse 133 Serenissimum Ducem † Sabaudiae, Abbati & Monachis Carthusiae vallis Pixii apud montem Regalem Pedemontium amplissimam salvam guardiam concessisse.

Salva Guardia subdivisio III. Tertio generatim eadem Salvaguardia dividi solet in absolutam † seu generalem & limitatam, uti eam dispartitur Dn. Ioan. Georg. Bechtius Advocatus Ar-134 gentinensis *in doctiss. disp. de securit. & salv. conduct. cap. 10.* & ex eodem D. Hepingk *dissert. de Iure protect. §. 14. in notis sub lit. A.* Cujus tamen sententiam in eo haud approbare possum, quod *ibidem* scribit, absolutam hanc & generalem Salvamguardiam non 135 † nisi à summo Principe (si quidem is eo nomine † 136 Imperatorem intelligat,) ut communiter pro eo accipitur *l. 9. ff. ad L. Rhod de jact. l. 1. in princ. de constit. l. 1. §. 1. ff. de suis & legit. l. 2. §. ult. ad Senatusconsult. Tertyl.* Iosua Majus *inter Arum. discurs. 13. vol. 2. de Princip. Roman. potest conclus. 2. lit. B.* ubi notat, nomen Principis secundum excellentiam ei competere, in quem populus Romanus omne Jus suum transtulit, *l. 31. ff. de LL. l. 1. in princip. ff. de constitut. princip. l. 1. in princ. de offic. ejus, cui mand. l. 20. ff. de petit. hered. & passim alibi*) non etiam à principibus inferioribus. Contrarium enim ex ipso, quem ad hoc in assertionis suae comprobationem allegat, Menochio, edoceri potest. Is enim *d. loco ad num. 3.* ubi ait, protectionem & Salvamguardiam absolutam, quae defensionem Iuris & facti continet, solum principem concedere, per ea verba Ducem Sabaudiae, minime vero Imperatorem intelligit. Unde non obstat allegatum *ibi* antiquum Decretum Ducale, quo prohibentur inferiores principes, aliquem sub sua protectione & 137 Salvaguardia recipere, quia illud tanquam locale † ad alios exteros principes trahi nequit. per ea quae eleganter notavit Roland. à Valle *consil. 86. num. 12. & sequent. lib. 1.*

138 Caeterum Salvaguardia † absoluta & generalis, est quae omnem omnino tam facti, quam Iuris defensionem continet.

139 Ejusmodi absolutae Protectionis † vestigia videre est in Caesareis diplomatis, quae in haec verba communiter dari solent. Wider diesen unsern Kayserlichen Schutz / Schirm und Salvaguardia keines weges betrüben / arrestirn / hemmen / beleydigen / einfallen / gefänglich bestricken / straffen / plündern / oder auch in ander Weg / wie solches immer zugehen und geschehen möcht / beschweren / sondern sie und alle die ihrigen und waß denselben zuständig / wie auch das Nahmen haben mag / dabey allerdings unbeleydigt bleiben / auch ausser ordentlichen Rechtlichen Proceß / und darin ergangenen / und in der andern Instantz publicirten End-Urtheil nicht anfechten / noch bekümmern lassen.

140 Limitata autem protectio † est quae certae defensionis limitibus continetur atque includitur, ut si defendendus Cliens, forte plures habeat possessiones ac subditos, in diversis locis, & unam ex illis Imperator, vel alius Princeps, reliquis exclusis, protegendam suscipiat. Bechtius *loco citat.*

141 Talem Salvamguardiam † fuisse illam, quae à Mauritio Saxoniae Duce Monasteriis Mühlfurth & Kronschwitz Anno 1546. die 11. Novembris, data est, cujus tenorem apud Hortleder / Reichs-Handlung *Tom. 2. lib. 3. c. 4. 5.* videre est, ut & illam quae ab Henrici Julio Duce Brunov. & Luneb. Hieronymo Sanders Anno 1594. die 1. Novemb. concessa est, cujus literae Braunschweig. Historischer Handel *par. 1. Memb. 1. capit. septim. numero 64.* extant. D. Hepingk *dissert. de Iure Protect. §. 14. in notis sub lit. A.* subindicat.

142 *Salvaguardia subdivisio IV.* Quarto haec Salvaguardia subdividi potest † in eam, quae in genere & non contra certam personam, etiam nemine citato, & citra causae cognitionem conceditur; & in eam, quae adversus certas personas, à quibus impetrans se sibi metuere narrat, & regulariter quidem citatis eis, ac cum causae cognitione tribuitur, sic nominatim observante eod. Bechtio *circa fin. de capite decim.* Additum est in hac descriptione verbum REGULARITER, quia interdum & sine causae cognitione conceditur, & nihilominus illi, contra quem impetrata fuit, ob principis quem facile adire & revocationem obtinere potest, voluntatem solam observanda est. Menoch. *arbit. Iud. quaest. 338. numero 8. & 9.*

143 *Ejusdem subdivisio V.* Quinta porro subdivisio est, † qua dispartitur Salvaguardia in eam quae diplomatis vel literis patentibus in modum privilegii, per notata Anton. Fabr. *Cod. de fin. forensium lib. 3. Tit. 12. defin. 5. numero 1.* Gail. *2. obser. 54. numer 7.* & in eam, quae per signi seu veli tituli ve impositionem, de qua *in l. 2. C. ut nem. privat. Tit. prad. suis.* & nos *in cap. 1.* mentionem fecimus, vel per appositionem custodum Menoch. *d. loco num. 11. & 12.* sub ista communiter verborum † forma conceditur. 144

Und damit solche unsere Kayserliche Protection / Frey-Sicherheit / und Handhaab / Verspruch / Schutz / Schirm / Gleydt / und Salvaguardia männiglich kundtbar und wissendt sey / auch wircklich vollzogen werde; So vergönnen / erlauben / und geben Wir ermeldtem N. und dessen Erben und Erbnemmen hiemit unsern vollkommenen Gewalt und Macht / daß sie so offt es ihnen gefällig seyn / und es ihr und ihrer Gütter und Leut Nothdurfft erfordern würde / können oder mögen / entweder selbst / oder durch ihre Bevelchhaber jedes Orts an ihre Schlösser oder andere ihre Persöhnliche Haußhaltung und Wohnungen / Possessionen / Höffe / Vorwerck /

Vorwerck / und Schäffereyen / unsern Kayserlichen Adler / und des heyligen Reichs / auch unserer Königreich / und Erbländer Wappen / sampt oder sonderlich zu Gezeugnuß unsers Kayserlichen Schutzs / Handthaab und Salvaguardia, wo die allenthalben angeschlagen / und hinwider / wann es ihnen und den ihren gefällig / mit gebührender Reverentz abnehmen / von allermänniglich unverhindert und ungeirret.

Et de hac armorum seu insignium appositione nonnihil *supra in capite primo* dictum, de eadem vero, quatenus per illam Ius protectionis ac Iuris patronatus præsumatur, *in capit. ultimo* copiose actum est.

Cæterum ut hæc specialis Imperatoriæ protectionis forma clarius innotescat, circa verba illa in unsern und des heyligen Reichs sonderbahren Verspruch / Schutz / Schirm / und Salvaguardiam empfangen / und aufgenommen / etc. 145 singulariter † advertendum est, talem receptionem in Imperatoris ac Imperii tutelam per obitum recipientis Imperatoris non extingui, sed ipso etiam decedente, firmam nihilominus esse ac consistere. Ratio est, quia licet Imperator, qui præest Imperio, 146 mortalis sit, ipsum tamen Imperium † immortale est, semperque durat, per multa allegata *cap. 17. de contrariis*, ubi fusissime hoc per aliquot casus deduximus.

Ex voculis insuper illis, zu Recht / colligitur, pro- 147 tectionem non concedi, nisi in justis † causis, prout etiam securitatem, seu fidem publicam contra Jus dari non debere constitutum est, *Nov. 17. capit. 5. 6. & 7. Edict. 2. & edict. 13. capit. 10.* & cumprimis in der peinlichen Halßgerichts-Ordnung. *articul. 76.* & *Recess. Imper. de Anno* 1570. §. Wir wöllen.

Ex adjectis quoque verbis, supra insertis, oder auch in ander Wege / wie solches immer zugehen und geschehen möcht / beschweren / innuitur Salvam ejusmodi 148 guardiam habentem nullo modo inquietandum † vel molestandum esse, per text. & Dd. *in l. sancimus 25. in princ. Codic. de administrat. tutor. l. 2. §. 1. Codic. de quadr. præscript. l. 6. C. de postlim. revers. Nov. 138.* post Dd. à se cumulatos Prosper Farinac. *prax. crimin. par. 1. tit. 4. quæst. 29. numer. 1. & sequent.* nec ullam debere experiri injuriam, nullam incurrere læsionem, damnum aut periculum. *l. 6. §. 2. ff. de off. præs. l. 28. §. 7. ff. de pœn. Authent. habita. Codic. ne fil. pro patre. Nov. 5. capit. 2. §. 1. Nov. 17. capit. 6. argument. l. 1. §. quotiens. 17. ff. de ventr. in possess. mitt. gloss. in l. si mandatum. 59. §. ult. ff. mandat.* Angel. *in l. 1. ff. qui satisd. cog.* Anton. de Butr. & Imol. *in cap. quoties. secund. de pact.* quos hanc in rem allegat. Straccha *in præfat. de assecurat. numero 60.* & Ant. Corset, *in suis singul. verb. securus.* Zas. *consil. 9. numero 26. & consil. 10. numero 13. varior. cons. German.* 149 *tom. prim.* Quia securus dici † non potest, qui periculis, contumeliis & oppressionibus est obnoxius, ut ex Plin. *lib. 3. Epist.* refert Petr. Premus *in tract. de securit. promiss. in princip.*

Per verba itidem, Erbens-Erben / Salva illa guar- 150 dia extenditur ad † omnes ejus posteros, quia semper & in qualibet dispositione, nisi materia subjecta vel mens disponentis aliud suadeat, Hæredes primi 151 acquirentis reputantur † hæredes in infinitum, per notata *in l. fin. & ibi gloss.* Bartol. *in secund. notat. & alii Codic. de hered. instit.* Modestinus *in l. qui per successionem, 194. ff. de reg. Iur.* *Qui per successionem*, inquit, *quamvis longissimam defuncto heredes constiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes existunt.* Et Ulpian. *in l. heredis 170. ff. de verb. & rer. signific.* *Heredis* ait, *appellatione † omnes significari successores credendum est,* 152 *etsi verbis non sint expressi.* Ruin. *consilio quart. numero 8. vol. 3. & consilio quinquagesimo octavo, numero 7. vol. 5.* Matth. Brun. *consilio quadragesimo tertio, numero quart. vol. 1.* Oldrad. *consilio primo, numero secund.* Barba. *consilio quinquagesimo quarto, col. 14. vers. & quia hæres heredis vol. terti.* Simon de Prætis *consilio 205. numero 1. vol. 1.* Cephal. *consilio trecentesimo nonagesimo tertio, numero 50. vol. 3. consilio quadringentesimo septuagesimo secundo, numero 22. & consilio 517. numero 62. vol. quart.* Bertrand. *consilio 67. numero 4. vol. 7.* Beto. *consilio centesimo quinto, numero 1. vol. 2. & consilio nonagesimo quarto, numero 16. vol. 1.* Corn. *consilio ducentesimo sexagesimo primo, numero 17. vol. 1. & consilio septuagesimo sexto, numero 6. vol. 2.* Bolognet. *consilio 23. numero 26.* Thom. Doccius *consilio 130. numero secund.* Iohann. Thom. Minadous *consilio decimo, numero 26.* Hinc est, ut; si dicamus, hære- 153 dem † teneri vel ex contractu, vel dolo, culpave defuncti, simul etiam hæredem hæredis, & ulteriores includamus, *l. plures, Digest. depos. cum similibus.* Hinc etiam est, conditionem, ut hæredi detur, impleri etiam in hæredis hærede *l. cum ita, 94. ff. de condit. & demonstrat.* Iohann Gœddæus *ad l. 65. numero secund. Digest. de verb. & rer. significat.*

Quamvis ponderando hanc materiam protectionis, quæ transitoria est ad hæredes, nihil interesset, sive de uno hærede, sive de hæredis hærede diploma illud Cæsareum disponeret, per doctrinam Bartol. *in l. Gallus. §. etiamsi parente. ff. de lib. & posthum.* dum vult, nihil referre, an dictum sit, tibi hæredique tuo, an tibi hæredibusque tuis: modo materia sit transitoria ad hæredes; utroque enim casu transit ad omnes, ad quos transire potest in infinitum, not. Jas. *in l. secund. numero 199. Codic. de jure emphyt.* Guilielm. de Perno *in suis notab. inter consilia feudalia ult. part. numero 35.* Barth. Camerar. *in cap. Imperialem. vers. unde reassumendo. de probib. feud. alien. per Feder.* Et videtur hoc dictum Bartoli communiter approbatum, quicquid idem Bart. dixerit. *in l. 1. de constitut. Princ.* qui reprobatur *ibi per* Jas. *col. fin.* late Tiraquell. *de retract. conventio. §. 1. gloss. 6. numero 20. cum sequent.* Alexand. Raudens. *tracta. de Analog. univoc. & æquivoc. lib. prim. capitul. 15. numero 81.*

154 Quibus autem casibus appellatio hæredis † tantum contineat proximum hæredem & non alios, eleganter tradit Gœddæus *in l. heredis appellatio. n. 4. & seq. ff. de verb. signif.*

155 Sed hic quæri potest *an ejusmodi † protectio ad heredes extensa comprehendat descendentes masculos duntaxat, eorumque filios vel quoscunque etiam extraneos heredes?*

Salvaguardia Imperialis heredum mentionem faciens an includat & extraneos.

Et videtur hanc Salvamguardiam non nisi de masculis descendentibus esse intelligendam, † per notata Bart. *in d. l. Gallus. §. etiamsi parente. ff. de liberis & posthum.* & sequitur Ruin. *consilio decimosexto,* 156 *col. 2. in 2. casu. vol. 1.* & quod verba pro se & hæredibus capiantur pro descendentibus masculis, respondit Riminal. *consilio ducentesimo sexagesimo septimo, numero 19. vol. 2.* & absque dubio veniunt solum filii & descendentes masculi & per masculum, inquit Bero *cons. 65. sub. numer. 52. vol. 1.* per text. *in cap. primo, §. diversum.*

Negativa. Ratio dubitandi pro sententia Negativa, ab auctoritate.

§. *diversum. de alien. feud.* & *cap.* 1. §. *perfecto de L. Corradi.* & testatur de communi Socin. Iun. *conf.* 72. *num.* 25. & *seq. vol.* 1. & Plot. ad Martin. de Laude *conf.* 89. *numer.* 40.

Et quod verbum, *hæredibus*, intelligatur pro descendentibus masculis, tradit Ruin. *consil.* 15. *num.* 5. *vol.* 1. juxta notata *in cap.* 1. §. *filiam vero, de successione feud.* & *c.* 1. *de natura feud.* idem Ruin. *cons.* 18. *num.* 1. & *seq. vol. eod.* suffragatur Curt. Iun. *cons.* 1. *sub num.* 15. *ad fin. vers.* & *istud maxime procedit.*

Idque procedit saltem, si aliqualiter constet, concedentem sensisse de liberis. Socin. Iun. *cons.* 42. *col.* 2. *in princ. vol.* 3.

157 Verum, his non attentis, † in proposita protectionis specie contrarium concludendum esse existimo. *Decisio Affirmativa.*

158 Ratio est, quia verbum, † hæres, regulariter verificatur in quolibet hærede, id est, tam in hærede sanguinis, quam etiam extraneo: juxta tradita Bart. *in l. Gallus.* §. *etiamsi parentes. ff. de liber.* & *posthum.* quem sequitur *ibi.* Bald. Angel. Imola. Aretin. Alexand. & Socin. quibus accedunt Specul. *in tit. de locat.* §. *nunc aliqua. vers.* 113. Abb. *in c. in præsentia. col.* 7. post Anton. de Butr. *ibid. col* 3. *de probat.* Salycet. *in l.* 2. *in* 20. *quæst. C. de iure emphyt.* Corne. *cons.* 272. *col.* 2. *vol.* 4. Ruin. *consil.* 188. *col.* 1. *vol.* 2. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 1. *gloss.* 6. *num.* 26. Anton Gabriel. *lib.* 6. *de verb. significat. conclus.* 2. *n.* 1. *Ratio decidendi I.*

Deinde eandem hanc meam opinionem suffulcit, quod in Cæsareis diplomatis oratio recipientis in specialem protectionem, soleat esse universalis, & non solum ejus qui in protectionem recipitur, hæredum, sed uxoris quoque ejusdemque officialium, famulorum, & quorumcunque ad eum pertinentium mentionem expressam contineat, ut patet ex verbis, Sampt seiner Ehelichen Haußfrauen und Kindern / auch derselben Erbens-Erben Dienst / Amptleut / zugehörigen und Verwandten / mit aller ihrer Leib / Haab / und Güttern / Lehen und eygen / wie sie solches alles sampt dem Immuniteten und Freyheiten / Recht / und Gerechtigkeiten in ihrer Gewähr und Besitz haben / *etc.* *Ratio decidendi II.*

159 Nam oratio, etiam indefinita † assumit naturam universalis, quando talis universalis mens disponentis colligitur ex alia parte dispositionis, (prout hic) Didac. *variar. resolut. lib.* 9. *cap.* 13. *num.* 9. *vers.* 9. Menoch. *cons.* 173. *num.* 29. *lib.* 2. Corroboratur, quando subjecta materia de omnibus cogitatum fuisse suadet (ut hic) *gloss. c. ut circa verb. aliorum. de elect. lib.* 6. Didac. Covar. *d. c.* 13. *sub. num.* 1. Menoch. *d. cons.* 173. *num.* 26. Alex. Raudens. *de Analog. univoc.* & *aequivoc. lib.* 1. *cap.* 35. *n.* 35.

Nec obstant *superius* adducti in contrarium respondentes Dd. quia illi omnes loquuntur in materia feudali, ubi aliter vocabulum hæredis accipitur. In feudis † enim ex eorum natura hæredum appellatione 160 veniunt descendentes tantum ex primo acquirente, nulli extranei vel ejus collaterales *c.* 1. *de natura feud. success. c.* 1. §. *adoptivus* §. *fin. si de feud. defunct. fuer. controvers. inter dom. c.* 1. *de feud. fœmin.* Alciat. *ad l.* 65. *ibique* Gœddæus *num.* 1. *ff. de verb. signif.* *Responsio ad objectam dubitandi rationem.*

Sed hucusque de primo propositæ divisionis membro Salvæ nimirum guardiæ, nunc ad alteram, Advocatiæ nempe communis, partem ex intervallo satis longo descendimus.

161 Dicitur autem communis hæc Advocatia seu Protectio extraordinaria qua suscepti in fidem Clientes, vel ab ipsa Lege, seu Canone, vel ex concessione, aut mandato superioris vel ex privata conventione aut alio quovis modo per Protectores obligatos contra vim injustam, proteguntur.

Ea ipsa autem diversis respectibus diversimode dividi potest.

Priusquam tamen ad partitiones descendamus, in primis notandum est, extraordinarium hoc protectionis Ius in his terminis duplici † pacto constitui 162 posse. Uno modo, quod ut plurimum fit, cum suscepti Clientes alieno Magistratui, seu Domino qui nullum in eos imperium habuit, in protectionem committuntur, vel ipsi sese submittunt, quo de nominatim Regner. Sixtin. *Marp. consil. Tom.* 3. *cons.* 8. *n.* 48.

Alio modo, quando inter Magistratum proprium ejusque subditos, peculiari contractu, vel superioris mandato, speciale protectionis Ius constituitur, quod fieri posse & solere, *cap.* 8. *quæst. penult.* exemplis & auctoritatibus probavimus, quo casu ratione subditorum ordinaria seu genaralis, & extraordinaria seu specialis defendendi obligatio in Protectoribus, contrahitur atque concurrit.

163 His præmissis Advocatiam, † primum ratione causæ efficientis distribuere possumus in legalem, vel conventionalem. *Advocatiæ communis I. Divisio.*

164 Legalem vocamus, † quam Advocatus ab ipsa lege vel Canone habet, sicut Imperator Ecclesiæ Romanæ Advocatus ac defensor est legitimus, prout diversis in locis commentarii hujus ostensum est, Itemque ii qui ex causa fundationis structuræ seu refectionis, dotationisque congruæ Ecclesiarum, jus patronatus consecuti sunt, præter jus præsentandi, quod habent, canonici earum protectores, contra quosvis oppressores sunt & esse debent.

165 Hinc Manifestum est; illos Patronos † qui Ecclesias vel Monasteria fundarunt, sibique in iis tacite vel expresse jus clientelare reservarunt, ipsa lege seu Canone dictante, legitimam habere Advocatiam, quia ut alibi etiam dictum est, Patronus Ecclesiam ab omnibus oppressionibus defendere tenetur, ita text. *in c. filiis* 16. *quæst.* 7. Hostiens. *in summa Tit. de jur. patronat.* §. *Quid competat.* &c. ubi declarat, verbum onus scilicet defendendi & tuendi Ecclesiam, & ideo dicit eum vocari Advocatum seu defensorem. Archidiac. *in d. c. filiis.* Innoc. *in Rubr. de jur. patronat.* Philip. de Serna. *in c. nobis in ult. notab. extr. eod.* Inde etiam Canonistæ decidunt, quod Patronus non defendens Ecclesiam omni ejus commodo privari debeat. Canonistæ & gloss. *in verb. defendere. c. tributum* 23. *q. ult.* Verum de istis aliisque adipiscendæ Advocatiæ modis *in cap.* 9. *de forma Advocatiæ* accurate actum videbit benevolus Lector.

166 Advocatia autem Conventionalis est, † quæ stipulatione mutuo consensu & libera voluntate partium constituitur, ut quando ex conventione Ecclesiæ Prælatus, Princeps, Comes, civitas, aliave universitas superiorem recognoscens, liberam rerum suarum administrationem habens, se una cum subditis & fortunis tutelæ potentioris confectis plerumque super ea re tabulis clientelaribus commendat. Lud. Myler. *in sua de advocat. disputat. thes.* 3. Bechtius *disput. de securit.* & *salvocondu. cap.* 10. *fin.* D. Hepingk *in nupera dissert. de Iur. protect.* 6. 16. *lit. B.* ubi conventionalem Advocatiam describit, eam esse, quæ stipulatione, mutuo consensu & libera protectorum, clientumque voluntate constituitur.

167 Deinde dividi potest in mandatam, & non mandatam, quam hoc respectu propriam dicere possumus, *Advocatia* argum.

communis divisio II. argum. Iurisdictionis quæ similiter in delegatam & ordinariam distribuitur.

168 Mandata seu delegata † Advocatia est, quam quis ex jussu ac mandato non proprio, sed mandantis nomine, cujus partibus fungitur, exercet, *argu. l. 3. ff. de offic. ejus cui mand. est Iurisdict.*

169 Non mandatam, † seu propriam vocare possumus, quam quis absque præcepto superioris, Iure proprio ex lege, conventione, vel alia quavis libera causa administrat. *arg. l. ordinariam Codic. de offic. rector.*

Vt tamen recte intelligatur hæc divisio, notandum

170 est, verbum † proprium in nativa significatione dici, in quo dominium habemus, *l. 3. de usufruct. l. 13. ff. de acquir. rer. domin. l. 2. ff. quib. mod. ususfruct. amitt.* Cujac. *in paratit. ad tit. de acquiren. rer. domin.*

Deinde in lata significatione etiam κατα χρηστικῶς protectio propria dicitur, quæ à nullo superiore delata, sed commissa alicui lege, vel Canone confirmata reperitur. arg. eorumquæ in term. Iurisd. tradit Paurmeist. *lib. 1. c. 10. n. 6. de Iurisdict.*

Applicando igitur hos intellectus ad materiam Advocatiæ, facile cognoscimus secundum priorem intellectum protectionem proprio Iure habere omnes magistratus & personas illas, quas *supra in secunda divisione principali* enumeravimus.

In altero autem sensu ii etiam proprio nomine Advocatiam habere dicuntur, quibus illa ex lege, vel canone competit, quos *in præcedente distributione* recensuimus.

Tertia Advocatiæ, præ cæteris notanda, distribu-

171 tio est, quod alia sit † simplex, alia administratoria

Advocatia communis Divisio III. seu cum administratione conjuncta, per notat. Thom. Michael. *de Iurisdict. conclus. 55.* Paul. Matth. Wehner. *pract. obs. verb.* Vogthey / *ibi* sive ea simplex sit, sive administrationis inspectionem conjunctam habeat. Paurmeist. *de Iurisdict. lib. 2. capit. 9. numer. 24.* Warem. *ab Erenberg lib. 1. de fœder. c. 4. n. 16.* Camman. *disput. politico-Iurid. de jurib. majest. disp. 5. thes. 104.* Thom. Maullius *tract. de homag. c. 11. n. 13.*

172 Simplex † est, quæ præter nudam protegendi obligationem, aut honorarii receptionem nullam administrationis inspectionem continet, quam Vogthey / vel blosse Schutz-Gerechtigkeit dicimus.

173 Advocatia autem administratoria, † seu cum administratione conjuncta est, quæ præter defendendi necessitatem administrationis quoque curam adjunctam habet, quam Casten-Vogthey appellamus, sumpto vocabulo Casten continente pro contento, id est, redditibus temporalibus. Paul. Matth. Wehner. *loco citat.*

174 Et olim † plerunque principibus in cœnobia sub eorum districtu sita competebat inspectio, administrationem justitiæ, & temporalium potissimum continens, ut sine horum consensu bona immobilia Monasterii alienari vel oppignerari haud possent. per tradita Panorm. *in rubr. de Iur. Patron. num. 4. in fin. per c. filiis 16. quæst. 7.* Redoan. *in tract. de reb. Eccles. non alien. sub rubr. de caus. cognit. in alien. fact. num. 3.*

Utrum vero secundum mores hodierni temporis protectores composito vocabulo Casten-Vögt dicti, majorem potestatem, quam simplices Advocati, gemeine Schirm-Vögt / habeant, vel Jure exercere possint, *in præcedenti II. capite* quo lectorem remittimus definitum est.

Protectionis ordinaria divisio IV. Quarto insuper jus protectionis, ex praxi hodierna etiam hanc divisionem recipit, ut sit vel simplex, † vel ut fit interdum, cum Iurisdictione aliqua

175 conjunctum, quam partitionem nominatim prodidit Ioan. Camman. *de regal. disp. 5. thes. 104.* eandemque insinuat Petrus à Breck *in Histor. narrat. Acquisgran. Civitatis cap. 7.* ubi cum narrasset, qualiter Fridericus I. Imperator Brabantiæ Duces Acquisgrani Advocatos constituisset, subdit dijudicare se non posse, num id intelligendum sit de prima & alta Advocatia, quæ solum auctoritatem & protectionem includit, an etiam de ea, quæ Iurisdictionem particularem annexam habet, veluti hodie nonnulli distinguunt. *Advocatiæ communis divisio IV.*

176 Est autem † Advocatia, quæ nullam Iurisdictionis usurpationem admixtam habet, sed ab omni Imperio prorsus separata est, præterque nudum defendendi jus nihil continet, quales per se regulariter omnes tutelæ sunt, & esse debent, quia ordinarie jus protectionis separatum est ab omni Iurisdictione, dominio directo & utili, ut *supra* quoque dictum est.

177 Econtra Iurisdictionalis † protectio est quæ vel criminalem, vel civilem, aut utramque Iurisdictionem admixtam habet, usu longævo, pacto, aliove titulo acquisitam. Parthen. ligitiosl. *lib. 1. cap. 16. num. 13.* Grevæus *ad observat. Gail. lib. 2. conclus. 54. numer. 2.* Rosenthal *synops. feud. lib. 1. cap. 4. conclus. 14. num. 4.* Ubi recte subjungit, quod & optima rerum magistra, quotidiana experientia testetur, in quibusdam advocatiis ita obtentum, ut Advocati jus dicant inter subditos ipsius Ecclesiæ pro Episcopis & Abbatibus. Sicut etiam forma investituræ, Advocatiæ, Episcopatus Tarvisini, à Zarabella Cardinal. *cons. suo 123. incip. super præmisso, &c. præposita de Anno 1271.* indicat, ubi postquam dictum, quod Episcopus vasallum investierit de Advocatia, cum omni Comitatu, & signoria, tam in terra, quam in aquis, ad ipsam spectantibus, & subjecisset, proventus aliquos ipsius Advocati, addit, *pro quibus omnibus & singulis defendere & manutenere teneatur ipsam Tarvisinam Ecclesiam, & ejus possessiones, & bona, fideliter & legaliter, & ipsum Episcopum etiam cum gladio, si oportuerit, defendere, & pro Episcopo in prædictis terris, id est oppidis judicia facere consueta, &c.*

178 Quinta Advocatiæ partitio, à qualitate temporis constitui potest, ut aliam dicamus † esse temporalem seu tempore definitam, quæ in certos annos, vel ad vitam Patroni Clientisve durat, ad notata Frider. 2. *de Mandat. 14. c. 4.* Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 6. num. 906.* aliam perpetuam, qualis tamen nunquam præsumitur, nisi Tabulis id comprehensum fuerit, Bodin. 1. *de Republ. 7. numer. 68.* vel præscripta fuerit Maul. *de Homag. Tit. 11. num. 4.* illam vulgo nominamus Temporal-Schutz / hanc Erb-Schutz / seu Erb-Vogtey. Ita ex Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat. cap. 14. numer. 2.* dispertitur Ioann. Camman. *disp. politico jurid. de Iurib. majest. 5. thes. 104.* & post illum novissime Iacob. Synzius *in disput. de Iure protect. th. 15.* ubi notat, protectionem, vel in diem & ad certum tempus, auff ein gewisse Jahrzahl / *arg. l. 28. C. de pact. l. 1. l. 27. §. 1. ff. eod.* Coler. *cons. 33. num. 55.* Ruding. *cent. 3. obs. 20. numer. 5.* vel in perpetuum, (als ein ewigen unwiderrufflichen Erb-Schutz) concipi, cui nunquam pœnitendo renuntiari, nec Clientes se eximere possunt. Et † hanc perpetuitatem fere in iis Advocatiis receptam observare est, quæ vel beneficii nomine, vel Iure Territorii præscriptæ, vel ex pacto in ordines Religiosos constitutæ & acquisitæ sunt. *Advocatiæ communis divisio V.*

179 Sic etiam post Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 6. num. 580.* Waremb. ab Erenberg. *c. 1. num. 45. lib. 2. meditat. pro fœder.* adserit, fœdera indefinite † vel ad certum tempus contrahi, quamvis ibi doceat Hebræos, Germanos, Romanos & alios perpetua & æterna fœdera con-

180 dera constituisse, quæ n. 18. in lera † salis vocantur, de quibus alibi etiam diximus.

Rationem denominationis à sperata perpetuitate 181 desumptam facile constat, cum nihil eorum, † quæ ex elementis concreta sunt sale sit incorruptius. Bodin. *lib. 2. c. 2. de Dæmonomania.* Quo in loco tradit, diabo- 182 lum † à sale abhorrere, cum sal sit æternitatis & immortalitatis signum, neque putredine neque corruptione infectus unquam, sed ipse à corruptione atque putredine omnia vindicans. Diabolus vero nihil procurat 183 † aliud, quam rerum creatarum corruptionem & dissolutionem, ut generationem Deus. Quamobrem salem mensæ loci sancti, omnibusque universe sacrificiis apponi lex Dei imperat. *Levit. 2.* quod mandatum ab Hebræis Plato videtur didicisse, cum salem à Diis affirmat diligi. Hinc è diverso communiter dicitur, 184 quod † Magiae stryges in conventibus suis convivia tractantes, licet omnis generis cibos, sive veros sive apparentes habeant, sale tamen prorsus careant. 185 Enarrat ad hoc † propositum convenientem historiam Paul. Girlandus *lib. 1. de sortileg.* qui vixit Ann. 1537. Sabinum quendam non procul Roma fuisse ab uxore persuasum, ut se exemplo ipsius, certis unguentis inungeret, eoque pacto cum Magis aliis exportaretur: credentem itaque illum à diabolo istud non esse, sed ex vi unguenti & enunciati sermonis, uxori paruisse, tum delatum in Beneventanum Comitatum, idque sub nucem, ubi versabantur Magi innumeri epulantes, idem fecisse quod faciebant alii, cumque sæpius salem, quem perhorrescunt diaboli, petiisset, & sal tandem (ut videbatur) ei allatus esset vernaculo suo sermone dixisse, laudato sia Dio pur è venuto questo sale, laudetur Deus, quandoquidem hic advenit sal: simul atque Dei nomen fuit pronunciatum, omnem diabolorum Magorumque conventum momento evanuisse, miserum illum Sabinum solum ac nudum remansisse, qui domum mendicans ad centesimum milliare reversus est: reversum uxorem accusasse, quæ viva igni fuit tradita, postquam veritatem facti agnovisset, aliasque quam plures accusasset, quæ evictæ similiter incendio fuerunt sublatæ.

Sed redeundo ad propositum: Clientela temporalis 186 † est quando ea ad certum tempus, vel ad libitum, seu liberam utriusque partis revocationem constituitur, D. Hepingk. *differt. de Jure protect. §. 17. ad lit. A.* ubi dicit, hanc temporalem Advocatiam, vulgo, Gott-Vogthey dici, allegans ad hoc Dalner. *Tract. de Jure Patron. n. 110.*

Ad hanc autem Advocatiam, illa, quæ gratis sponteque fit (qua de *infra*) referenda est, quia in ea nec faciens, nec recipiens defensionem, ut perpetuo præstetur & recipiatur, cogi potest, *l. invitus, & l. invito.* 187 *ff. de Reg. Jur.* Exemplum ejusmodi temporalis † Advocatiæ *supra in primo capite* circa protectionem specialem inter Comitem Palatinum Neoburgicum & Monasterium Keysersheim Anno 1553. initæ videre licet, & ejusmodi temporalis Clientelæ usus in Imperio Romano frequentissimus est.

188 Perpetuum autem protectionis † jus accipimus, quando vel clientes ipsi mutua conventione, quod tamen non consultum esse alibi docuimus, in perpetuum sese protectoris Tutelæ ac defensioni submittunt, vel Advocatia ejusmodi ab Imperatore vel summo Pontifice alicui Principi, Comiti, aut Reipubl. omnibusque ejus successoribus in perpetuum committitur. Vel Patronus eandem à tanto tempore, cujus primordia ignorantur, ita præscripsit, ut eam perpetuo habiturus sit, Rudinger. *3. obser. 20.*

Ad hunc modum etiam perpetuum de operis præstandis † pactum fieri posse notat Matth. Coler. *de* 189 *process. execut. l. 1. c. 9. n. 73. & 74.*

Non solum autem Imperatores, aliosque potentes, Monasteria quandoque in perpetuam Tutelam suscepisse multis *in c. 5. & 9.* adductis exemplis planum fecimus; aliaque Chronicorum libri ad satietatem suppeditant.

Sic Henricus † IV. Imp. Anno Christi 1125. Ec- 190 clesiam in Sponheim/ cum omnibus rebus, possessionibus, Juribus ac proprietatibus, sub Tutela ac protectione Regiæ defensionis suæ, & Romani Imperii, perpetuæ suscepit, Trithem. *in Chron. Sponheim. pag. 240.*

Sed & interdum iidem Impp. Monasteriis Jure successivo perpetuos † Advocatos assignarunt, cujus 191 rei exemplum habemus in nobili Monasterio Chombergensi, cui Imp. Fridericus III. Rudolphum Episcopum Herbipolensem omnesque ejus successores, perpetuos protectores constituit, adeoque immutabiles ac certos esse voluit, ut eandem Advocatiam, una cum aliis suis Regalibus Feudi Titulo, ab Imperio recognoscere teneantur, idquod, pro re nata, *infra* etiam *in c. 8. ad finem*, adducto diplomatis extractu, exposuimus.

Quin & ipsi Cœnobiorum fundatores † Advocatiam 192 eorundem suscipientes, illam sæpiuscule perpetuam atque ad hæredes transitoriam esse sanciverunt, id quod præter exempla, *altero subsequentis proxima divisionis membro*, subjecta, Martinus Crusius *Annal. Suevic. lib. 9. p. 2. c. 13. p. 346. & lib. 11. par. 2. c. 11. p. 474.* nec non Joan. Stumpf. *Chron. Helvet. l. 7. c. 9.* ostendunt, ubi hic totidem verbis refert, daß Graff Werner † von Habspurg ein im- 193 merwehrende Satzung gemacht hab / daß hinfüro allwege / der ältest unter seinen Söhnen und Nachkommen / die Schirm-Vogthey / oder das Closter Muri haben solte / doch solt er solche nit haben / noch besitzen / als ein Eigenthum / auch nicht von Erblichem Rechten / sonder allein aus besonderer Freyheit seyn und genennet werden / ein Beschirmer deß Closters / sonsten soll er kein Gewalt / noch Eingriff haben.

Sextæ divisioni prænotatæ affinis est sexta, qua jus illud tutelare † impersonale & hæreditarium seu in 194 hæredes transitorium, paulo strictius, hoc membrum quam in proxima divisione, sumendo, distribui potest. *Advocatia communis divisio VI.*

Personale † voco, quando advocatia ita constitui- 195 tur ut non nisi ad vitam unius, aut plurium personarum certarum duret, & cum iisdem extinguatur.

Personalis ejusmodi Advocatiæ vestigia † cernere 196 licet in exemplo, quod Joan. Stumpff. *Chron. Helvet. lib. 4. c. 49.* memorat, ubi refert Ducem Berchtoldum † de Zæringen minoris Burgundiæ administratorem, 197 qui ultimus hujus stemmatis ac nominis erat, ab Ulrico de Sax. Abbate Cœnobii Sangallensis, sibi advocatiam dicti Monasterii Sangallensis pro se tantum ac filio suo, si quem progigneret (tum enim filium nondum habebat) conferendam postulasse, proque ea Abbati ac Monasterio certam pecuniæ summam se soluturum promisisse, &c.

Ejusmodi † insuper personalis Advocatiæ illustre 198 exemplum extat in Monasterio dicto zum Loch in Comitatu Ripvariæ ad Lacum, sive stagnum amplissimum vix duarum horarum spacio circumeundum ac emetiendum, perpetuo monte undiq; cinctum sito quod Henricus quidam antiquior Comes Palatinus & Dn. de Lacu, cum filiis careret, annuente conjuge

juge sua Adelheida circa annum 1093. regnante Imp. Henrico III. fundavit. Fundationis literas exhibet Marq. *Freher. in orig. Palatin. part. 1. cap. 9.* quæ cum elegantissima de Advocatorum muniis capitula contineant, ab instituto alienum non fuerit, eas integras hic subjicere, quarum tenor iste est:

199 *Diploma Henr. Comitis Palatini Rheni & Dn de Laco, quo fundatio monasterii zum Loich continetur, & ipsimet Henr. ad vitam suam protector constituitur, ac deinceps Monachis libera eligendi Advocati libertas indulgetur.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ego HENRICUS Dei gratia Comes Palatinus Rheni & Dominus de Lacu, ad muniendam quietem humilium spiritu. Notum facimus cunctis Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam præsentibus: Quod cum absque liberis essem, annuente & cooperante uxore mea ADLEIDE, pro remedio animæ meæ & æternæ vitæ consecutione de patrimonio meo scilicet Lacho, in honorem beatæ Dei genetricis Mariæ, sanctique NICOLAI monasterium regulæ monasticæ cultoribus incolendum fundavi, propriisque bonis dotavi, sub præsentia & cognitione domini HILBERTI venerabilis Trevirorum Archiepiscopi: *Advocatum vero non alium, quam me ipsum, quamdiu vixero, huic cœnobio constituo*: post mortem vero meam, quem fratres præfati monasterii sive ex privignis meis, sive in provincia, viribus & benignitate, sed & subveniendi opportunitate idoneum præviderint ejusdem monasterii familiis & possessionibus, præficiatur Advocatus, quod

200 dicitur † Dingvogt: si tamen hoc decretum & subscriptum se observaturum esse promiserit, videlicet, si bona Ecclesiæ viriliter tueri, & familiam ejus clementer & humane tractare voluerit. Noverit itaque omnino sibi observandum, ne Advocatiam vel conjugi in dotem, vel alicui in beneficium dare præsumat, nec alium pro se substituat, cum sciat, hunc honorem se hæreditario Jure non contingere, sed hanc provisionem pro remedio animæ suæ ad tutelam monasterii de manu Abbatis se suscipere. Præterea nec aliquando in bonis Ecclesiæ hospitando Ecclesiam vel familiam ejus gravet, nec injusta servitia ab ea, nec violentas exactiones, quas precarias vocant, aliquando exigat. In cujus Advocati negotio non alius minister, neque Vicarius, neque Subadvocatus præerit, nisi qui villicus Abbati fuerit. Nunquam ad publicum placitum considebit, nisi à fratribus, si res ita popoścerit, invitatus fuerit. Cum invitatus venerit, serviatur ei, quod & honori ejus sit congruum & pati possit Ecclesia, ne vel sumptuum ejus, vel comitatus nimietate, contristetur. Ita vero agat, & tam pium, tam modestum, tanquam benignum fratribus & familiis eorum se exhibeat, ut dignus honore sui nominis existat, & pro officio fideliter administrato remunerationem à Christo, beata Maria interveniente suscipiat. Quod si timoris Dei oblitus, quos fovere debuerat, violenter oppresserit, & admonitus infra sex hebdomadas non satisfecerit, tandem Ecclesiastico anathemate percussus Advocatiam amittat, & alium fratres potentia, modestia & defendendi possibilitate utilem & efficacem sibi eligant, qui sub prædicta conditione ipsam Advocatiam administraturus suscipiat. De cætero desidero, & quantum de mortuo vivens possum firmiter statuo, ut ubicunque in provincia vita excessero, nusquam nisi in præfato monasterio sepeliar. Idem de Advocatis omnibus, & de uxore mea fieri volo & constituo. Ne autem quisquam hæredum meorum vel successorum aliquam injuriam Domino DEO & beatæ Mariæ quandoque inferre intendat, de bonis, à me huic monasterio collatis, ea nominatim supponi placuit, quæ & Episcopali banno confirmari fecimus, scilicet Crufft, cum Ecclesia, Bedendorff / & Heimbach / & eorum adjacentia Belle / Feide / Alfane / Willenburg / hæc inquam beatæ Mariæ tradidi, cum omnibus appendiciis, id est, utriusque sexus mancipiis, ædificiis, areis, exitibus & reditibus, agris, quæsitis, & conquirendis, pascuis, viis & inviis, aquis, aquarumque discursibus, molis, molendinis, piscationibus, vineis, vinetis, sylvis atque cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit. Acta sunt hæc Anno incarnationis Domini, millesimo, nonagesimo tertio, indictione prima, regnante Serenissimo Imperatore Henrico tertio, Anno autem regni ejus tricesimo octavo, Pontificatus vero Domini Hilberti Trevirorum Archiepiscopi quarto decimo. Ut autem hæc nostra traditio firma & inviolabilis in perpetuum permaneat, cartam hinc inde conscriptam sigilli nostri impressione insigniri fecimus. Hujus constitutionis testes sunt Dominus meus Hilbertus Trevirorum Archiepiscopus, Sigefridus privignus meus, Henricus Dux de Limberg / Wilhelmus Comes de Lutzenburg cognati mei, Walravius & frater ejus Volcko Comites de Anlo, Dudo Comes de Lucenburg / Hermannus Comes de Vierrenburg / Meffridus Comes de Wiede / & frater ejus, Richvvinus de Kempenich / Burkhardus de Vlbruck / & frater ejus Henricus, Reinholdus de Isenburg / Wolkoldus de Broel.

201 Hæreditaria autem † Advocatia dicitur, quando in constituendo Jure patronali protectio non tantum in personam primi patroni, sed in hæredes ac successores etiam ipsius concepta atque directa fuit, Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat. c. 14. n. 2. in fin.* Joan.

Joan. Camman. *disput. de Juribus majest. 5. thes. 104.* & Joann. Georgius Becht. *disput. de securit. & salvo-conduct. ad fin. capit. 10.*

102 Exemplum hæreditariæ ejusmodi protectionis depromere licet ex Diplomate, quo Anno 1190. Conradus Comes Palatinus Rheni Cœnobium Ravengerspurgense in suam & hæredum suorum protectionem perpetuam assumpsit. Ipsum diploma à doctissimo viro Dn. Marquard. Frehero, Consil. Archipalatino nobis *part. 1. c. 11. de Orig. Palatin.* communicatum in rei fidem non gravabor subnectere, quod ita habet:

Nos CONRADUS Dei gratia Comes Palatinus Rheni, omnibus & singulis, ad quos præsentes literæ pervenerunt, cupimus esse notum.

Diploma Conradi Comitis Palatini Rheni quo Monasterium Ravengerspurg in protectionem hereditariam suscepit.

Quod cum curtis, & bona Monasterii sancti CHRISTOPHORI IN REVERGYRSPURG apud villas nostras Diepach & Mannenbach sita, de manu illustris Comitis BERTHOLDI fundatoris dicti Monasterii ad ipsum Monasterium dignoscantur Jure liberrimo devoluta, imo etiam jure pleno sibi salvo, tam in aquis & pascuis, quam in viis & inviis, sylvis & nemoribus Villarum nostrarum prædictarum, quo ad omnes usus Curtis & bonorum eorundem Religiosi viri Præpositus, & Conventus Monasterii præfati curtem ipsam, & bona contributioni annuæ precariæ universitatis dictarum villarum nostrarum, ab antiquo impositæ ad alleviandum eis onus hujusmodi, per hoc non solum dictæ universitati, sed nobis & nostris hæredibus complacere sperantes sub certa summa quatuor marcarum denariorum voluntate spontanea submiserunt tali conditione, quod si quid de curte, & bonis his alienari contigerit in futurum, si fuerit in valore unius marcæ, duos denarios portabit dictæ precariæ, ab hujusmodi alienati possessore, quocunque in antea existente, sive nobilis, sive alterius conditionis extiterit à modo persolvendos, Curti vero & bonis prædictis de summa quatuor marcarum præfatarum in perpetuum defalcandis. Eodem modo de reliquis, quæ alienari contigerit, observando proportionaliter; nec non duobus denariis Treverensibus vel altera moneta æquivalente, pro tempore computandis pro denario quolibet de prædictis. Nos autem Comes Palatinus præfatus considerantes in præmissis dictorum Religiosorum affectuosam circa nostra & nostrorum beneplacita voluntatem, & præcipue favorem monasteriis impensum Deo fore acceptabilem intuentes, ipsum monasterium cum omnibus suis in nostram & hæredum nostrorum protectionem perpetuam assumpsimus bona fide. Veruntamen quamvis itaque nostri hæredes, nostrique & eorum officiati, ac tota universitas terræ nostræ, dictum monasterium in personis & rebus debeamus de cætero fideliter defensare: Universitas tamen villarum Diepach & Mannenbach prædictarum, ratione contributionis prænotatæ dabit ad hoc, & maxime ad conservationem Juris & libertatis curtis & bonorum præfatorum operam, præ aliis ampliorem, etiam contra omnem hominem dicto Juri & libertati contrarium facientem. Ad quod se dicta universitas sponte astringit, pro se & suis successoribus omnibus, fide corporali dictis Religiosis loco juramenti præstita, coram nobis. Dicta enim curtis & bona in omnibus aliis præter contributionem memoratam, libera sunt penitus & exempta: ita, quod etiam nobis & nostris hæredibus, nec non dictarum villarum Diepach / & Mannenbach universitati excepta duntaxat contributione eadem, nihil Juris seu potestatis cujuscunque, competit in eisdem, ac in eorum incrementis, emolumentis & proventibus universis, nec non in dictæ curtis incolinis, familiæ, jumentis, vecturis, hospitationibus ac rebus aliis quibuscunque. Ne igitur Juri & libertati hujusmodi per aliquem mortalium in posterum aliqualiter derogetur, dictam curtem & bona, in nostræ, & hæredum nostrorum protectionis & pacis gratiam recipimus specialem, dantes eisdem religiosis præsentes literas super Jure & libertate prædicta, ac super omnibus præmissis, nostri sigilli appensione firmiter roboratis. Acta sunt hæc præsentibus, una cum spectabili Comitissa Palatina IRMENTRUDE nostra conjuge legitima, testibus subnotatis, Henrico Dapifero nostro, Henrico, de Dicke / Budone de Lonh, Friderico de Reteberck / Ecclesiastico de Bacharaco, Ecclesiastico de Diepach / & aliis quam pluribus fide dignis. Datum Anno Domini 1190. Kalend. Aprilis, in castro nostro Stakelun.

103 Hæreditariæ insuper ac perpetuæ † Advocatiæ inter eandem illustrissimam Palatinorum familiam & Waldtsassen Cisterciensis instituti Monasterium amplissimum Anno 1495. pactæ exemplum subministrat Gasp. Bruschius *in Chronolog. Monaster. German. in descript. ejusdem cœnobii sub Abbate XXVI. Conrado secundo*, qui cum per discordiam, aliqua Monachorum parte Johanni cuidam suffragante, electus, nec tamen ad præsulis dignitatem admissus fuisset, absente Imperatore Heydelbergam petens, Palatinum Johannem Electorem, Christophori Danorum Regis patrem, ut Imperatoriæ majestatis locum tenentem accessit, ibique

 que

que ex Abbatia sese ejectum conquestus est, qui tamen in electione habuisset plura & potiora etiam vota. Respondet Palatinus *accepturum se eum in suam tuitionem, ea tamen lege ac conditione, ut esset ista Cœnobii Waldsassensis tuitio apud Palatinos hæreditaria ac perpetua.* Cui petitioni cum à potiore Monachorum parte assensum esset, pervenit cœnobium hoc in Palatinorum tuitionem, quod antea sub regni Bohemici defensione fuerat, post Egram regno Bohemico oppignoratam.

203 Simile in hæredes † transitoriæ Advocatiæ exemplum subministrat, diploma confirmationis Cœnobii Lorchensis, quo Imperator Fridericus II. id ipsum monasterium à majoribus suis ædificatum, perpetuæ hæredum suorum protectioni subjectum, esse sancit, diploma autem sic habet:

104 *Diploma Friderici II. Imperatoris, quo Monasterium Lorchense in protectionem recipit, ejus Jura confirmat Advocatiamque sua ac hæredum suorum potestati vendicat.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, FRIDERICUS II. Dei gratia Roman. Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ, ad æternæ vitæ felicitatem, & temporalis regni nostri incrementum, nobis credimus proficere, si Ecclesiis Dei optatam providere curaverimus quietem, & circa commodum earum curam & operam impenderimus diligentem. Ea propter universis Imperii fidelibus tam præsentis ævi quam futuri duximus declarandum, quod nos Cœnobium LORCH à progenitoribus nostris in honore perpetuo Dei genitricis & Virginis Mariæ feliciter fundatum, ac de propriis ipsorum prædiis donatum, sub nostræ majestatis, cum personis Domino illic famulantibus, & cum universis bonis suis mobilibus & immobilibus ubicunque constitutis, necnon cum mancipiis, utriusque sexus, *specialem recepimus protectionem.* Confirmantes eidem Monasterio, quæcunque bona in præsentiarum legitime possidet, vel in posterum præstante Domino justis modis poterit adipisci. Ad hæc visis & diligenter inspectis progenitorum nostrorum privilegiis Friderici Ducis ejusdem loci primi fundatoris, Conradi Regis, Friderici Imperatoris nostri, ad imitationem eorundem de prædicti cœnobii profectibus solliciti semper esse cupientes, tam ipsius montis in quo Monasterium situm est, quam etiam omnium bonorum suorum longe vel prope constitutorum, *Advocatiam ab hodie in antea in nostram & hæredum nostrorum accipimus potestatem*, volentes eam totam & integram nostro & hæredum nostrorum dominio esse subjectam, ad honorem & reverentiam Virginis intemeratæ statuentes, & firmiter præcipientes; ut nulla unquam persona humilis vel alta, Ecclesiastica sive sæcularis audeat se intromittere de prædicta Advocatia vel ejus pertinentiis, aut ipsam vel in parte, vel in toto, de nostra vel hæredum nostrorum potestate unquam calliditate aliqua alienare. Quod qui facere præsumpserit, iram omnipotentis Dei, & nostræ sublimitatis gravem offensam, se noverit incurrisse, atque in vindictam sui reatus mille libras auri examinati componat, dimidium Cameræ nostræ reliquum passis injuriam persolvendum. Ad hujus etiam facti nostri robur perpetuum præsens exinde privilegium conscriptum, sigilli nostri charactere jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt: Conradus Ratisponensis Episcopus, Sifridus Augustensis Episcopus, Hartvvicus Eistettensis Episcopus, Cono Elvvacensis Abbas; Comes Albertus de Everstein/ Rudolphus Palatinus Comes de Tübingen/ Comes Ulricus de Helffenstein/ Comes Egeno de Urach/ & filius suus, Anselmus Marscalcus de Justingen/ Bertholdus de Druchburg/ Albertus de Stiucelingen/ Bertholdus de Bundelach/ Dieto de Ravenspurg/ Berengerus de Ravenstein/ Everhardus Dapifer de Tanne/ Conradus de Tanne/ Conradus & Bernoldus de Stouphen. Et alii quam plures.

Signum Domini Friderici secundi Romanorum Regis invictissimi & Regis Siciliæ. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis millesimo CCXV. Indictionis III. Regnante Dn. Friderico Romanorum Rege glorioso & Rege Siciliæ, Anno regni ejus tertio Datum apud Ulmam XIII. Kalend. Julii.

Quemadmodum vero hodie Jus protectionis † 205 Advocatitium, apud multos hæreditarium est, sic etiam antiquis temporibus jus illud Clientelare non personale modo sed etiam hæreditarium atque gentilitium fuit, ut auctor est Cicero *lib. 13. Epist.* Silio *scribens: Quare si te*, inquit, *fautore usus erit, amplissimas Clientelas acceptas à majoribus confirmare poteris, & beneficiis suis obligare.* Idem *ad eund. præterea cum sociis scriptura mihi summa necessitudo est, non solum ob eam causam, quod ea societas universa in mea fide est, sed etiam quod plerisque sociis familiarissime utor.* In mea fide est, id est in meorum patrocinio. Quod ipsum etiam disputando asserit Synzius *disput. Argentinæ habita.* th. 2 scribens, Jus hoc clientelare non personale tantum, sed gentilitium, ad agnatos quoque & gentiles transiens fuisse. Quinimo jus illud antiquum Clientelare apud Romanos magis gentilitium & in agnatos gentilesque transscribi solitum, quam personale fuisse, præter adducta Ciceronis testimonia, ex ejusdem etiam *orationibus pro Planco & Roscio Amerino & contra Verrem* licet colligere.

206 *Advocatia communis divisio VII.*

Septimo dispertitur jus illud patronale in † Advocatiam superiorem & inferiorem sive subalternatam, sed quod idem est in mediatam & immediatam, ut si Prælatura vel Cœnobium existat in territorio Principis, Comes autem, Baro, vel potens aliquis Nobilis principi subjectus in eo habeat jus protegendi, tum Principi Jure superioritatis Advocatia superior ac sublimior, die Obervogthey

they / & Oberschutz competit. Andr. Knichen, *de Jure territor. capit. 4. numer. 338.* ubi ait, hunc in modum

207 Ducibus Saxoniæ superiorem † Advocatiam in Cella Paulina competere. Idem refert & sequitur Paul. Matth. Wehner. *pract. obs. verb.* Vogthey. Tob. Paurmeist. *de Jurisdict. lib. 2. cap. 9. numer. 23.* Camman. *de regal. disput. 5. thes. 104. in fine.*

208 Sic etiam Episcopus † Herbipolensis sublimiorem Advocatiam, & Domini Barones de Limpurg inferiorem habent collegii Chombergensis, quam & Episcopus quivis cum aliis suis Regalibus ab Imperatore in feudum accipere tenetur.

209 Inferior autem, seu subalternata † Advocatia est, quam Comes, Baro, vel Nobilis Principi alicui subjectus, vel alias ex Commissione superioris Patroni in aliqua Civitate, Monasterio vel collegio habet, eamque communiter nostro idiomate vocant Affter-Schutz.

210 Hujusmodi autem inferior † Protector nominatur Unter-Vogt / Affter-Schirm-Herr / Nachgesetzter-Vogt/ & hanc ipsam divisionem in terminis post Knichen *loco citat.* posuere Tob. Paurmeist. *d. ca. 9. n. 23.* Camman. *d. disp. 5. thes. 104.*

Advocatiæ communis divisio VIII. Octavo Jus tutelare respectu susceptorum Clientum, sive ab objecto circa quod versatur, dividitur in Ecclesiasticum † & seculare. Quæ divisio fundatur *in c. ex parte. in 2. de privileg.* ibi sive Clericus, sive laicus.

211

212 Ecclesiasticum † dicitur, quando Clientes in protectionem recepti sunt, clerici aut regulares, sive protector sit sæcularis, sive Ecclesiasticus; quia denominatio † fit à potiori. Hoc autem respectu potiores considerantur clientes protectoribus, quia clientela est instituta propter clientes & non propter Patronos, quemadmodum † omnis potestas & jurisdictio, sive illa popularis sit, sive principalis, sive etiam legalis ad meram subditorum, non etiam regentium utilitatem est ut post Platon. Ciceron. S. Irenæ. & D. Thomam & denique post universam fere tam ICtorum quam Theologorum & etiam Philosophorum turbam tradit Ferdin. Vasq. *illustr. controvers. cap. 1. num. 102.* Dominic. Sotus *de Justit. & Jur. lib. 3. quæst. 6. artic. 4. vers. aliam vero.* dum de rege loquens, ait, *licet non Respublica propter ipsum, sed ipse propter Rempublic. sit institutus, & ideo omnia*, inquit, *debet ad publicum commodum referre, &c.*

213

214

215 Et hoc quidem Jus Advocatiæ † Ecclesiasticum mere est temporale, & nihil spiritualitatis in se habet, licet sit protectio personarum & rerum Ecclesiasticarum, non secus ac jus patronatus ex dotatione Ecclesiæ competens, quod licet alii spiritualibus annexum statuant *in c. quanto de judic. &c.* proprie tamen spirituale non esse *alibi* defendimus.

216 Seculare protectionis † jus e contra dicitur, quando clientes in fidem ac tutelam recepti sunt personæ sæculares: Hoc est quando princeps sæcularis, Comes Baro, Nobilis, Civitas, Castrum, Pagus vel villa, eorumque bona, sive omnia sive certa quædam ab alio superiore sive sæculari, sive Ecclesiastico protegenda suscipiuntur. Dn. Sebast. Dieterich. *disp. de Advocat. thes. 4.*

217 Ecclesiasticæ † ac sæcularis ejusmodi protectionis partitio continetur in literis Welphonis V. ex Altorffensium Principum stirpe progeniti, qui Vinearum Monasterio Cellam Panthaleonis, Anno salutis 1130. vigore diplomatis quod ita habet, subjecit.

Diploma VVelphonis Ducis Noricorum, quo cellam S. Panthaleonis ad Buchorn/ Monasterio Vinearum subjicit.

WELPHO Dei gratia Dux Noricorum, universis hujus ætatis & futuræ salutem & omne bonum. Audientiæ omnium vestrum duximus ventilandum, quod nos Monasterii in WINGARTEN beneficia ex præclaris nostrûm parentibus à primaria fundatione collata · cupientes accumulare, Cellam de Buchorn in honore S. Panthaleonis fabricatam, cum Ecclesia S. Andreæ in nostram jurisdictionem, à viro illustri Othone, Comite sancti loci, cum omni patrimonio suo, juste ac legaliter devolutam, provisioni vel regimini Chunonis Abbatis memorati Monasterii, ac omnibus suis successoribus committimus & devote subjicimus: quatenus Sanctimonialibus Deo & Sanctis, sub professione Regulari, illic famulantibus, de Priore, ad regendum ipsas, & curam plebis habendam, apto provideant, ibidemque Regularem vitæ disciplinam procurent custodire. Intercedentes, ne aliquis nostrorum successorum aut hæredum, ad quos justa successione devenerit *Advocatia VVingartensis*, præscriptæ cellæ, Advocatiam præsumat alienare, aut ullo modo alicui infeudare. Quod si quis ex ipsis immemor hujus decreti, hoc violaverit, vi careat & nullius sit firmitatis: sed in civium, *sicut in Ecclesiastica similiter protectione sæculari*, fabrica præscripta, nostrorum recolendæ memoriæ progenitorum, inseparabilis adhærebit. Datæ & ordinatæ apud Altorff in Epiphania, Anno Dominicæ incarnationis 1130. Regnante Lothario Imperatore. Astiterunt huic commissioni Henricus frater noster, Rodolphus Bregantiensium Comes, Poppo Comes de Kyburg / Marquardus Comes de Schwartzache/ & alii plurimi.

218 *Advocatiæ communis divisio IX.* Nona advocatiæ † divisio, alio tamen respectu universalitatem considerando, quam *supra* circa generalem & specialem protectionem dictum fuit, est, ut alia sit universalis, alia particularis, respectu nempe subjecti, quod protegendum suscipitur.

219 Universalis est quando † cum omnibus & universis bonis ac subditis Princeps, Comes, Baro, Prælatus, Civitas vel communitas alicujus potentioris protectioni subditur vel commendatur. Et hujusmodi hodie per Romanum Imperium pleræque sunt Advocatiæ.

220 Nam videmus communiter, non solum † monasteria, sed etiam Civitates Germaniæ tenuiores, se sub vicinorum Principum vel aliarum Civitatum potentiorum tutelam & protectionem dedere, quæ certa protectionis lege superiorem agnoscunt, & extra pacta conventa sua placide fruuntur libertate ut inquit Dn. Gail. *lib. 2. obs. 54. per allegata ibid.*

221 Et hunc in modum olim apud Romanos † integræ etiam Civitates, ac provinciæ aliorum Protectioni in totum sese cum omnibus bonis commiserunt, eoque

222 exemplo † Bononienses olim in Antoniorum clientela fuisse testatur Sueton, *in August. c. 16.*

223 Et Siculos † in Marcellorum fide constitisse probat Cicero *in Verrem Act. 5.* loco, ubi ait: *Itaque nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni: Verres in eorum locum*

 substitu-

substitutus. Quam in te tantam virtutem esse aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam tam illustrem, tam splendida provincia traducere ad te, auferre à certissimis antiquissimisque patronis? Tu ista stultitia, nequitia, inertia, non modo totius Siciliæ, sed unius tenuissimi Siculi clientelam tueri potes? Idem *Philip. 2. Vexavit Puteolanos, quod Cajum Cassium, quod Brutos patronos adoptassent.*

224 Particularis Advocatia est, † cum non totus principatus, Comitatus, Baronia vel universitas, sed pars tantum subditorum, vel pagus, aut villa aliqua propter vicinitatem, vel aliam commoditatis, aut necessitatis causam alicujus tutelæ submittitur. Et tunc protector non tenetur nisi ad defensionem solius pagi ac villæ illius particularis sibi in tutelam commissæ, neque eo casu obligatus est protegere ipsius pagi aut villæ Dominum, multo minus alias ipsius Civitates aut 225 ditiones, sicut in simili vasallus † alicujus principis ratione certi Dominii non tenetur eum juvare in bello contracto, respectu aliorum regnorum, nisi Dominus paratus sit illi expensas solvere, Alciatus *respons. 161. n. 11. arg. l. in agris 16. ff. de acquir. rer. domin.* Schrader. *de feud. part. 6. n. 68.*

Hunc in modum Consul & Senatus Rottenburgo-Tuberanus, solum Pagum Gebsattel ad Nobile collegium Chombergense spectantem, Ann. 1400. certis conditionibus in Protectionem particularem suscepit, adeo ut præter illum Pagum, nihil ex aliis Chombergensibus pertinentiis, eorundem clientelæ submissum fuerit.

226 Sic Dux Wirtembergicus † tres pagos, eorumque incolas ad monasterium Maulbronnense pertinentes Septemvirali Palatinatui propter confinitatem territorii singulari pacto in protectionem tradidit.

227 Et hæc res non rari est exempli, ut Princeps, vel alius superior subditos suos aliquanto longius remotos eorumque bona ac possessiones, alii Principi vel magistratui, ob hujus finitimam vicinitatem defendendos commendet.

228 Magistratus enim † suos subditos defendere tenetur sive id immediate per se, sive mediate per alios faciat. *l. illicitas. 6. l. congruit. ff. de off. præsid.* Carol. Molin. *consuet. Paris. §. 1.*

229 In his autem casibus, donec subditis † injustam vim patientibus, auxilia afferrentur, omnis auxilliandi commoditas propter longinquitatem loci facile periret 230 Ferd. Vasq. *illustr. q. lib. 1. c. 21.* Auxilium enim † moras non patitur, juxta illud Nasonis lib. 11. *Metamorphos.*

Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit.
Dum superest aliquid, cuncti coëamus ad arma.

Sic etiam non inconcinne Silius Italicus *lib. 1. belli Punici* cecinit.

Pelle moras, brevis est magni fortuna favoris.

Cui consonat illud Senecæ *in Thyeste.*

Serum est cavendi tempus in mediis malis.

Philipp. Cammerar. *cent. 1. horar. succisivar. post præfat. Epist. 1. ex Lucan.* allegat.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

quem versum sic allegat Hippol. de Marsil. *sing. 284. incip. tolle moras.* Et *ibi* prædictus Camerarius Cuncta-231 tionem in omni † negotio præcipue bellicis, maxime noxiam detestatur. Qua in re tamen considerandus text. elegans *in l. tutor qui repertorium. §. 1. ff. de admin. tut.* dum dicit, *non cunctatione moratoria, sed nec præcipiti festinatione debet quis partibus suis fungi,* & sic medium tenendum quod est tutissimum, & semper eligendum, tanquam temperamentum ex duobus contrariis, ut habet gl. *in l. si servus. 25. de pignor. all.* pulchre Nevizan. *in silva nuptial. c. 2. n. 99.* ubi versus ad hoc citati:

Inter utrunque vola, medio tutissimus ibis Ovid. *de art.*
Major enim mediis gratia rebus inest.

Decimo insuper Advocatia haud inconvenienter dividi potest in † publicam & privatam *arg. l. 5. §. publ. ff. de pact.* ubi Ulpian. ait, omnia pacta aut publica esse aut privata. Et antiquis quoque clientelam, & publicam & privatam, id est, tam oppidorum & civitatum quam singulorum fuisse, post Historicos testatur Petr. Gregor. Tholosan *in syntagm. Jur. univers. lib. 47. c. 7. n. 16.* 232 *Advocatiæ communis divisio X.*

Publica † Advocatia est, quæ à Principe, Comite, 233 Prælato Civitate, aut Communitate, non privatæ alicujus personæ causa, sed respectu Reipub. contrahitur, & hoc intuitu passim omnes fere clientelæ instituuntur, in iisque non quid legibus aut Jure gentium receptum sit, sed quid necessitas & usus Reipub. exigat, potissimum inspicitur, per tradita Matth. Wesenbec *in comment. ad tit. 14. de pact. lib. 2. n. 4.* ideoque publicæ dicuntur.

Privata autem † clientela est, quando quis privatim 234 cum sua familia in alicujus, puta Imperatoris vel Principis, aut Civitatis potentioris protectionem ac tutelam suscipitur, Andr. Gail. *obs. 54. n. 7. lib. 2.* ubi notabiliter dicit, talia protectionis † privilegia ab Im-235 peratore etiam privatis personis dari, ut ipsi, eorum liberi & bona sub Cæsareæ Majest. & sacri Rom. Imperii tutela & protectione esse debeant; & hæc ipsa respective cum Salvaguardia participat.

Hujusmodi autem † privatas clientelas, jam olim 236 etiam in Germania, quo primum tempore Fides Christiana nostris prædicari cœpit, usitatas fuisse, inprimis elucet ex literis protectionis ac securitatis S. Bonifacio † Archiepiscopo Moguntino à S. Gregor. Pontifice 237 in Germaniam misso per Carolum Martellum, Lotharii quondam Regis Francorum Palatinum, seu ut appellabatur Majorem domus, concessis, quas à Frontone Duceo Societat. Jesu Professore viro Ecclesiasticarum antiquitatum studiosissimo exscriptas è Codice Virdunensis Ecclesiæ nobis exhibet summum Romanæ Ecclesiæ decus Illustriss. ac Reverendissimus Card. Cæs. Baronius *lib. 9. Annal. Ecclesi. ad Annum 724. n. 2.* insequentis tenoris.

Diploma Caroli Martelli quo S. Bonifacium in specialem protectionem suscepit.

Dominis sanct. & Apostolicis Episcopis, Ducib. Comitibus, Vicariis, domesticis, vel omnibus agentibus, Juniorib. nostris, seu missis decurrentib. & amicis nostris, Illustris vir CAROLUS Major domus bene cupiens vestri.

Cognoscatis, qualiter Apostolicus vir in Christo Pater BONIFACIUS Episcopus ad nos venit, & nobis suggessit, quod sub nostro Mundeburde, vel defensione, eum recipere deberemus, quod ita nos gratanti animo fecisse cognoscite. Proinde nos taliter, uti fecimus, ei manu nostra roboratam dari, ut ubicunq; ubi & ubi ambulare videtur, cum nostro amore, vel sub nostro Mundeburde & defensione quietus, & conservatus esse debeat, in ea ratione, ut justitiam reddat, & simpliciter justitiam accipiat. Et si aliqua causatio, vel necessitas ei advenerit, quæ per legem definiri non potuerit, usq; ante nos quietus vel conservatus esse debeat tam ipse, quam qui per ipsum sperare videntur, ut ei nullus ullam contrarietatem vel damnationem adversus eum facere debeat, nisi ut

ut omni tempore sub nostro Mundeburde vel defensione quietus & conservatus residere debeat. Et ut certius credatur, manu propria subter firmavimus, & de annulo nostro subter sigillavimus.

238 Fuisse autem olim † etiam priscis Romanorum Regibus ejusmodi clientelas privatas, unius scilicet familiæ in alterius protectione existentis, in usu traditum est à Plutarch. *in Historia Romuli* his verbis *ἐτίμησε δὲ τοὺς δυνατοὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν διῄρει πάτρωνας ὀνομάζων ὅ ἐστι προστάτας ἐκείνους δὲ κλίεντας ὅ ἐστι πελάτας.* De eadem clientela privata Tullius mentionem facit *pro Roscio Amerino. Nam*, inquit, *cum multos veteres à majoribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque observare destiterunt, ac se in fidem ac clientelam Chrysogoni contulerunt.* And. Gail. *pract. obs. lib. 2. obs. 54. n. 7. in fin.*

239 Et hoc quidem jus † Clientelarum privatum non personale tantum, ut ita loquar, sed etiam hereditarium fuisse atq; in agnatos & gentiles transiisse ejusdem Ciceronis testimonio in *Orat. pro M. Marcello* ita loquentis aperte probatur. *Idem*, inquit, *scu hoc Cajus Marcellus, scit is quem adesse video Lentulus Marcellinus, quorum fide atque præsidio Siculi maxime utuntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adjuncta est.*

240 Ex hujus privatæ clientelæ † fonte illud fortitudinis laboriosæq; militiæ ac virtutis equestris simulachrum emersisse credibile est, quo Herculem cum Musis pepigisse hoc fœdus ferunt, ut dum illæ contra vim & injurias hostium armis ipsius tegerentur, hoc suo patrono beneficium atq; officium vicissim præstarent, ut illius nomini æternitatem memoriæ scriptis suis conciliarent, quo ingeniosæ fictionis documento nihil aliud significare voluit fabulosa vetustas, quam ea quæ inter equestrem & literatum ordinem esse oporteat confœderationis & amicitiæ vincula, nimirum ut protectores

241 † & promotores Doctorum hominum viri nobiles, nobilium vero cultores & prædicatores docti haberentur, illi res præclaras domi forisque gererent, hi rerum ab illis gestarum gloriam immortalitati consecrarent. Herman. Kirch. *in tract. de leg.*

Sed ut reliquas protectionis species absolvamus non

242 (*Advocatia communis XI. divisio.*) abs re etiam undecimo loco jus † clientelare prout circa rem aut personam versatur, *arg. l. jurisgentium l. pactorum, & l. hered. 21. ff. de pact.* dispartiri potest in personale, reale aut mixtum.

243 Personalem † Advocatiam voco, quando, vel sola persona in protectionem recipitur vel defensio contra certam personam tantum promittitur, exempli gratia: Si hic vel ille Dux, Rex aut princeps te injuste oppugnabit, suppetias feram. Realem vero quando citra personam bona duntaxat & possessiones in tutelam committuntur, Mixtam vero cum tam res quam personæ in protectionem recipiuntur.

Quamvis autem supra etiam in tertio divisionis genere personalis protectionis speciem constituerim, quia tamen ibi alio respectu personalis Advocaria, quam hic accipitur, divisionis membra non coincidunt.

Supra enim eo modo personalem tutelam consideravimus, quatenus ea personam protectoris non egreditur, nec in alium transit, *arg. l. si unus. 27. §. pacta. 4. in fi. & l. idem. 25. §. 1. ff. de pact.* Hic autem personalem clientelam, ut dictum est, designamus, quatenus persona tantum absque bonis in protectionem suscipitur.

244 (*Advocatia communis XII. divisio*) Duodecima Advocatiæ divisio † dari potest qua in gratuitam & mercenariam, distinguitur, *arg. l. 1. l. si remunerandi. §. ita ut omnes. 36. in pr. ff. mandati.* D. Hepingk. *dissert. de jure protect. th. 16.*

245 Gratuita est, quæ gratis † præstanda suscipitur & in qua nulla patrono merces sive annuum honorarium constituitur.

Hæc si sponte suscipiatur, & pro beneficio, quod uti Livius *lib. 43. c. 42.* inquit, *precium in accipientium relinquit animis*, & loco singularis officii, si nullo interveniente honorario præstetur, existimandam & si mascule ac dextre, absque fuco exhibeatur, summe laudandam ac probandam censuit Gilman. *1. Dec. 1. n. 32.*

Quamvis autem hodiernis temporib. rarissima Advocatiæ sic præstitæ exempla suppetant, nisi quod in Germania, Gallia & Belgio Majorum, & nostra ætate, ob Religionis nexum à nonnullis auxilia oppressis exhibita fuerint, olim tamen, non pauci pietatis zelo inducti Monasteriorum Patrocinia gratis susceperunt.

246 Inter alia vero ejusmodi protectionis † exemplum suppeditat diploma ab Urbano II. summo Pontifice Monasterio Hirsaugiensi Anno 1095. concessum, in quo summus Pontifex hisce verbis Gotfridum Comitem de Calwe Adalberti filium constituit.

Advocatum vero, *inquit*, sive protectorem vobis Gotfridum præfati Comitis Adalberti filium instituimus, si hujusmodi, Deo præstante, fuerit, ut Ecclesiæ & servis Dei honorem debitum exhibeat, & prædicti Monasterii utilis & studiosus defensor fuerit. Sin autem secus; in vestra sit potestate, eligere vestræ Ecclesiæ idoneum protectorem, qui sine lucri sæcularis exactione, id divinæ servitutis obsequium strenue ac reverenter exhibeat.

Non dissimile gratuitæ Advocationis monumentum suggerunt Codicilli confirmatorii fundationis Chomberg. Anno 1090. regnante Henrico, Magni Henrici, Augusti filio erecti, in quibus Ruothardus Archiepiscopus Moguntinus cui fundatores Monasterium subjecerunt, inter cætera de Advocato insequentem in modum statuit.

De Advocati, *inquit*, electione, hoc statutum esse notandum est, ut quemcunque Abbas loci illius cum consilio fratrum suorum ad defendendam Monasterii libertatem & justitiam utilem invenire possit; QUI NON PRO TERRENO COMMODO SED PRO ÆTERNA MERCEDE HOC PATROCINIUM SUSCIPERE VELIT, hunc absque alicujus contradictione eligat, & bannum legitimum non jure hæreditario eum à Rege suscipere efficiat, cujus Advocati libero concessum est arbitrio; ut semper, si velit, post sanctam hebdomadam Penthecostes feria secunda placitum habeat, in villa, quæ dicitur, Thingenthal / & non in Anno sæpius nisi ab Abbate invitatus, in prædicto autem placito ad servitium ejus debet Abbas ei dare Malterum frumenti pro faciendo pane, & Friscingum unum porcinum, & duos ovinos & vinum cæteraque ad hæc sufficientia. Si autem hic Advocatus temerario jure contra statuta aliquem faciat Subadvocatum, aliasque calumnias vel injurias Monasterio, Abbati vel familiæ faciat, omnino potestatem habeat Abbas cum adjutorio Episcopi & consilio fratrum hunc reprobare & alium sibi utiliorem undecunque eligere.

Hactenus verba in confirmatione comprehensa.

 Quod

Quod ipsum clarioribus verbis exprimitur in diplomate per Trith. *in Chr. Monast. Hirsaugiensis* posito, 247 quo Henricus † Imperator testamentum Adelberti Comitis de Calwe super restauratione Monasterii Hirsaugiensis confectum, confirmat, ubi inter cætera de Advocato sequentia habentur.

Concedit etiam Comes prædictæ cellæ Advocatum aliquem de posteris suis fieri, si tamen loci ipsius Abbas cum consilio fratrum talem inter eos invenerit, qui sicut ipse Comes nunc, non pro terreno commodo, sed æterna mercede sollicitus & studiosus bona & constitutam Monasterii libertatem & justitiam defendere voluerit. Sin autem aptum & utilem, Advocatum undecunque sibi placuerit eligant. Hic denique Abbate petente à Rege accipiat bannum legitimum, & ter in anno si necesse fuerit, aut in ipsam cellam aut ubicunque vel quando Abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, & ibi placitum jussum pro causis & necessitatibus Monasterii rite peragat. Nullum autem servitium aliud, jus, aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi tertium bannum & consuetudinariam justitiam & legem quam cæteri Advocati in aliis liberis Monasteriis habent, super fures, proterviam & censuales & cætera talia. Et in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltrum de frumento, & unum frisgingum & unum siclum de vino & cætera ad hæc pertinentia. Præterea item constituit, quod nisi Abbate volente & advocante bona & loca Monasterii suis frequentiis temerariis; & sine causa minime adeat vel contingat. Nec præsumptuosus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat, nec Subadvocatum pro se faciat, nec omnino aliquam absque ratione calumniam, persuasionem aut injuriam, Monasterio Abbati, vel familiæ faciat. Sin autem non ut Advocatus sed potius, ut calumniator & pervasor monasterii fuerit, omnino potestatem habeat Abbas cum consilio fratrum hunc reprobare, & alium sibi utiliorem undecunque eligere.

Cæterum cum in hac Imperiali confirmatione nonnulla vocabula obscura & incognita passim occurrant, operæ pretium videtur earundem veram significationem priusquam ad alia digrediamur, enucleare.

Quærere igitur imprimis quis posset, quid sibi velint verba illa, *Hic denique Abbate petente à Rege accipiat Bannum legitimum.* Ad horum verborum expli- 248 cationem notandum est Banni † vocem diversas habere significationes.

249 Et primo ex hodierni temporis moribus † Bannum die Acht/oder deß Reichs Bann accipitur pro exilii specie, quæ proscriptio dicitur, ac definitur ab Oldend. esse id, quo omnia humanitatis Jura vicissitudinesque officiorum & commercia interdicuntur rebellibus. Gailius autem *c. 1. de pace publ. num. 20. libr. 2.* definit esse judicialem censuram, qua violatoribus pacis publicæ aqua & igni interdicitur, ita ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus vero impune tam in persona, quam rebus offendi possint.

Banni autem in hac significatione sumpti in Pandectis nulla fit mentio. In Codice vero de banno Imperiali loquitur *Authen. item nulla C. de Episcop. & Cler. & Authen. item quacunque C. eod. tit. Auth. Gazaros C. de heret. & Manicha.* Item *in libris feud. tit. hic finitur lex. §. 1. & tit. de statut. & consuetud. contra lib. Eccles. edit. §. nos Fridericus.* Canones quoque Banni mentionem faciunt *in cap. fœlicis, de pœnis in 6.* Sed etiam eo jure † Banna vocantur trinæ futuri ma- 150 trimonii denunciationes, quæ in Ecclesiis ex suggestu eduntur, & sine quibus matrimonia clandestina dicuntur. *text. in cap. cum in tua de sponsalib. text. in cap. fin. qui matrim. accus. poss. & in c. fin. de clandestin. despons.* Vide Gothofred. *ad Nov. Leon. 89. in med. ibi sacra benedictionis testimonio.*

Antiquitus autem Bannus † seu Bannum duo si- 251 gnificabat, primo edictum, qua die vasalli armis equisque instructi ad Comitatum adesse debebant, deinde sanctionem, hoc est mulctam † quam luere coge- 252 batur is, qui edicto non parebat. *Cap. Carol. Si hoc non impleverit: beneficium perdat: & qui beneficium non habuerit, bannum solvat:* Et *alibi. Qui hoc fecerit, tantas vices bannum solvat, quanta mancipia vendit: & si non habet pretium semetipsum donet, usque dum ipsos bannos solvat.* Pardulph. Pratejus & Calvin. *in suis Lexic. Jurid.*

Sic Bannum pro mulcta usurpatum legitur in his ipsis Henrici Regis literis ibi. Nullum autem servitium aliud, jus aut beneficium, sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi tertium bannum & consuetudinariam justitiam & legem, quam cæteri Advocati in aliis liberis monasteriis habent super fures, proterviam, & censuales & cætera talia, &c.

Intelligitur enim ibi Per *tertium* † *bannum* Tri- 253 ens quia de mulcta judiciaria † quam Frevel vocant 254 Freda Ll. Salicis dicitur. Lazius *de migr. gent. lib. 3.* Abbas ut *alibi* fusius explicatum memini, semissem Advocatus trientem recipiebat. Trithem. *Chro. Spanheimens. sub Anno 1325.* Bruschius; *de Monast. Germ. in privilegio Caroli Magni Cœnobio Vitenburhano indulto.*

Cæterum bannum in legib. † Longobardicis so- 255 lidorum 60. vel totidem ictuum pœnam significat, & id quidem constanter, nisi si legis ipsius verbis aliter definitum esset, † Bannum autem & ab eo 256 Bannire verbum, eadem omnino significatione, qua à Francis, hodie usurpatur, in eis quoque legibus accipi indicant *cap. 1. tit. 67. legis Ripuarior. tit. 17. legis Frison. tit. 40. lib. 4. leg. Franc.* Quibus in locis ad bellum à principe vocati dicuntur banniti, & Heribannum vectigal pœnæ causa quod ab eis exigitur, qui Heribanno id est, Domini, ut tum quidem loquebantur, aut principis vocationi parere contempserint. *cap. 71. & 72. libr. 4. leg. Franc. & libr. 3. Longobard. tit. de Heribanno.* Porro uti Bannus, sic eodem quoque significatu Heribannus primo vocationem ad exercitum; deinde mulctam absentis Francis olim denotabat, authore Christ. Lehman. *in Chro. Spir. lib. 2. c. 44.* qui eleganter hisce vulgaribus verbis explicat. Heribannus ist zuforderst ein Königlich oder Keyserlich Gebott zum Krieg / welches man nach gehabtem Rath und gemachtem Abschied mit den Ständen und Städten deß Reichs allenthalben verkündiget / daß sich Jedermann / den die Ordnung erreicht / wider den Feind in bereit-

bereitschafft verfassen soll. Wer solchem Gebott zuwider entweder fürsetzlich / oder aus unerheblichen Ursachen und des Königs sonderbarer Erlaubnuß daheim verblieben / der ist in des Königs Bann / daß ist / in Straff 60. solidorum gefallen / die man unnachläßlich zahlen müssen.

Complectebatur autem Heribannum duplicem pœnam; 258 Generaliter quidem mulctam † omnem, quæ domino debebatur, quasi ab Herr & bannus. Specialiter 259 vero eam quæ pro militiæ † desertione pendebatur, quasi ab Herr / quod exercitum significat. Unde & compositum Kriegs-Heer *leg. Franc. l. 4. cap. 71. Quicunque liber homo in hostem bannitus fuerit, & venire contempserit, plenum heribannum, id est solidos 60 persolvat; aut si non habuerit unde illam summam persolvat, semetipsum pro Wadio in servitium principis tradat donec per tempora bannus sit persolutus. Et qui propter heribannum se in servitium tradidit, si moriatur, heredes ejus de ipso banno obnoxii non fiant.* Pratejus *in suo Lexic.*

260 Sed & Heribannum † quoque contributionem, exhausto per bella continua fisco regio, ad belli necessariam prosecutionem cum consensu statuum universa regni subditis impositam, designabat annotante eodem Lehman *d. c. 44.* ubi ita habet.

Zum andern hat das Wort Herbann den Verstandt wann die Königliche Cammer durch vielfältig Kriegs- und andere Kosten erschöpfft / deß Reichs Stände und Unterthanen Geistliche und Weltliche sich mit einem Zuschuß und Schatzung zubelegen bewilliget / daß dieselbe gleichfals ein Herbann genent worden. Hanc contributionem Hinemarus *Epist. 4. cap. 14.* exactionem hostilem Feind-Schatzung indigitat. Providendum est, inquit, ne subditi affligantur in ædificiis superfluis, in exactione hostili, si Deus pacem tribuerit.

De hoc autem Heribanno passim *in ll. Franc.* & *Cap. Caroli M.* fit mentio Ita *cap. lib. 3. cap. 14.*

De Herbibanno volumus, ut nisi fideliter exactare debeant absque ulla persona, gratia, blanditia seu terrore secundum jussionem nostram, id est, ut de homine habente libras sex in auro argento, brunis æramento, pannis integris, caballis, bobus, ovibus, vaccis vel alio peculio, ita ut uxores eorum vel infantes non fiant despoliati, pro hac re sed de eorum vestimentis accipiant legitimum heribannum; id est; libras tres: &c.

Et constit. Carol. fol. 77. Ut heribannum aut aliquod collectum pro exercitali causa Comites de liberis hominibus recipere aut inquirere non præsumant, excepto si de palatio nostro aut filii nostri missus veniat, qui illum heribannum requirat, ubi Amerbachius in not. ad eand. Constitut. tributum hoc heribannum dici tradit, quod ea pecunia proprie conferretur ad militiam, sive, ut tributum, sive ut mulcta. Sed hæc de Heribanno.

261 Bannum insuper † capitur pro signo ingressum in alterius fundum cohibente, ut si in limitib. seu terminis fundi seu prati crux vel aliud simile ponatur, vel figatur auctoritate judicis ordinarii, vel territorii, vel civitatis, habentis imperium merum seu aliam jurisdictionem, cujus indictæ pœnæ adversus scientes & violantes bannum habent executionem, *l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. lib. 50.* notat expresse Petrus Jacobi *in Rub. de action. ex pauperis §. item notandum. circa fin.* & Petr. Greg. Tholosan. *lib. 3. syntagm. Jur. c. 11. num. 5.*

Præterea Bannum significat † territorium, seu 262 jus terrendi quod magistratus inter suos fines exercet, *l. pupillus §. territorium ff. de verbor. significat.* sive jurisdictionem denotat, ut ex Craverta *consf. 873. numer. 12. tom. 4.* tradit Andr. Knichen. *de jure territor. cap. 3. num. 298.* Paul. Matt. Wehner. *pract. observat. verb. Bann. §. Interdum absolute,* Hinc Flaccus de cond. agror. inquit, *Bellis gestis victores † populi terras omnes* 263 *ex quibus victos ejecerunt, publice atque universaliter territorium dixerunt, inter quos fines jus dicendi esset* Camil. Borell. *cons. 86. n. 7.* † Hinc dicuntur de † ter- 264 ritorio, qui intuitu jurisdictionis terreri possunt, Be- 265 rous *consil. 22. num. 20. vol. 3.* Unde nostratibus † 266 Bannwarth est territorii custos. Sæpiuscule etiam Bann idem est quod † judicium sanguinis, sive crimi- 267 nale, vulgo der Blut-Bann / Halß-Gericht / quia Bannum Judicandi super sanguine nihil aliud est quam potestas Jurisdictionis criminalis: unde sanguinis, sive criminali judicio condemnatus non inepte etiam Bannitus dici potest. Wehner. *de loco. §. interdum* Bann. Et in his ultimis significatis arbitror prædictum verbum Bannum legitimum esse accipiendum, quod nempe à Rege suscipere oportebat. Olim enim jurisdictio superior non † poterat conferri nisi à solo Re- 268 ge. Landr. *l. 3. artic. 64. §.* des Königs Bann mag niemand leihen / dann der König selbsten. Matth. Col. *Process. Execut. p. 2. c. 1. num. 125. post. princ.* Matth. Berlichius *Concl. pract. 1. n. 13.*

Quemadmodum enim bannum illud, † seu jus ter- 269 rendi, id est, potestatem dicendi jus vel administrandi jurisdictionem Romani expediebant per magistratus, puto Coss. Proconsules, Legatos Præfectos urbi &c. quibus limitata erat concessa jurisdictio, excepto Præfecto prætorio, proprietatem provinciarum & totius imperii, nec non dominatum sibi reservantes, And. Knich. *de jure territ. c. 1. num. 180.* Ita Abbates † olim aliique Ecclesiastici Antistites juris- 270 dictionem exercebant per Advocatos suos seu protectores.

Præter enim œconomiam & obventionum rationes, jurisdictio † tam civilis quam criminalis olim, 271 id quod suo loco à nobis dictum est, competebat Advocatis antiquitus, attestante eod. Knich. *de jure territ. c. 4. n. 329.*

Oportebat autem Advocatos potestatem † illam 272 jurisdicundi à Rege vel Imperatore suscipere, utpote, qui initio Monasteriis Advocatos adsignarunt, nominatim annotante Holpin. *de orig. Monach. lib. 4. c. 21. Panrmeist. de jurisd. lib. 2. c. 9. n. 26.* eam tamen non hæreditariam, sed temporalem donec nempe iidem tali munere præessent.

Præterea in prædictis literis mentio fit placiti, ter quotannis si necesse fuerit in ipsa cella aut ubicunque, vel quandocunque Abbati placebat, pro causis & necessitatibus Monasterii exercendi. Hinc necessaria exurgit † *Placitandi juris* enodatio. 273

Placitum autem apud Franco Gallos olim diversimode sumebatur.

Placiti & juris placitandi diversa significationes.

Vno modo pro conventu procerum, † Regni vel Imperii tam speciali, quam generali, ubi nempe de communibus provinciæ, vel civitatum reb. tractabatur à Germanico † nimirum vocabulo Platz / id est, loco 274 designato ad conventum Wolff. Lazius *de migrat. gentium lib. 3.* And. Knichen *de jure territor. c. 4. n. 48.* 275 Hinc legitur ista lex Saliqua.

Quod si postquam servum ad ligneum implicuerit, fuga lapsus fuerit ad placitum veniens, cum tribus testibus in aratho conjuret, quod

servus

servus ille quem ad ligneum repræsentare debuerat extra ejus voluntatem fuga lapsus sit, & sic denuo placitus ei concredatur.

Vulgo adhuc dicimus, soll ihme widerumb Platz geben werden. Patet idem ex Gregor. Turon. *libr. 7. cap. 13. Petimus*, inquit, *ut usque in placido, quod inter se Guntchrannus & Childebertus Reges dabunt sustineatis.* Et mox. *Igitur adveniente placito directi sunt à Childeberto Rege.* Et Aimoinus *libr. 5. c. 38.* Ubi pactionem pacis commemorat factæ inter Ludovicum Regem, & Ludovicum ipsius consobrinum: *Condixerunt*, inquit, *placitum, & in ipso placito hæc, quæ sequuntur, inter eos consensu fidelium suorum servanda convenerunt, in quo placito communi consensu inventum est, ut ipsi Reges redirent cum Sacra &c.* Item *c. 41.* Ubi de Carolomanno Ludovici Balbi filio loquitur: *Et sic*, inquit, *reversus Wormatiam placitum suum Calend. Novemb. habiturus à Nortmannis recessit.*

Sic idem Aimoinus *libr. 4. cap. 30.* ubi de Rege Dagoberto commemorat: *Generale indixit placitum in loco nuncupato Bigargio: ad quod propere convenientibus cunctis Franciæ Primoribus Kalendis Majis Rex solio residens aureo, hoc apud eos habuit orationis exordium.* Item *cap. 41.* Ubi de Clodoveo Rege loquitur: *Medius inter eos solio residens aureo, hoc habuit orationis exordium.*

276 Moris autem erat Francorum † Regibus Kalen. Maji præsidere coram tota gente, & salutare & salutari, obsequia & dona accipere, ut ex Sigeberto *in Chron. Anni 662.* testatur Francisc. Hotomann. *in sua Francogallia cap. 10.* Quod Georg. Cedrenus totidem prope verbis sic exponit. Κατὰ δὲ τὸν Μαΐου μηνὰ προκαθέζεσθαι ἐπὶ παντὸς τοῦ ἔθνους, καὶ προσκυνεῖν αὐτοῖς καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν δωροφορεῖσθαί τε κατὰ συνήθειαν καὶ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς.

277 Permansit vero ista Cal. Maji † conventus habendi consuetudo apud Suitenses in hodiernum diem. Nam singulis annis primo Maji (ut ipsemet Anno 1582 cum eo tempore Lucernæ literis operam navarem, atque ad pagum Suitensem valetudinis ergo, mutandique aeris gratia à Domino *Landammano* Schore dicto evocatus fuissem, vidi ac interfui) omnes totius Pagi Schwitz incolæ in pulcherrimo prato conventum agunt, in quibus singuli officiales ab universo populo erectis in vota digitis manibusque sublatis publice ac promiscue eliguntur.

Eum autem suffragandi modum antiquissimum, 278 χειροτονίαν, veteres † vocabant, Xenophon. *libr. 3. expedit. Cyri minor.* Paleoth. *de sacri consist. consultat. par. 5. quæst. 3.*

Atque hæc quidem de solenni Concilio, quod Historici & Galli & Germani depravata Latini sermonis consuetudine, modo curiam, modo conventum generalem, plerumque autem placitum appellarunt. Gregor. Turon. *lib. 7. cap. 14.* Aimoin. *libr. 4. cap. 109. Medio mense conventus generalis apud Theodonis villam magna populi Francorum frequentia celebravit. Et paulo post: Eminuit in hoc placito piissimi Imperatoris misericordia singularis.* Nam moris fuit, ut in illo Concilio undique Regi mitterentur munera, quod & aliis multis locis traditur: quibus Concilium illud conventus generalis appellatur. Aimoin. *lib. 4. cap. 64.* ubi de Pipino Rege loquitur, *Coegit, ut promitterent, se omnem voluntatem illius esse facturos, & annis singulis honoris causa ad generalem conventum equos trecentos pro munere daturos.*

279 Secundo accipiebatur placitum † pro foro, & judicio, ut in *Capitulari Caroli, ut nullus ebrius suam causam in mallo* (id est in judicio) *possit conquerere, nec testimonium dicere, nec placitum Comes habeat nisi jejunus.*

Quod igitur veteres † conventum, aut forum agere 280 dicebant, id Feudistæ placitum tenere dixerunt, *leg. Frision. titul. 14. Dicat ille qui homicidam illum interpellavit, se in placito publico eum interpellare velle, & ita faciat: interpellet eum in placito coram judicibus.* Radevicus *libr. 2. ab exordio. Jam dies placiti affuit, quo Romanum principem ad Campestria Roncaliæ sicut condictum invitabat. Sic in Lombard. libr. 2. titul. de feriis. 49. leg. 1. Etiam dominicus dies honoretur, & eum colere omnes studeant, ut eo liberius possint fieri omnia mercata & placita à Comitibus.* Sed plura hujus rei testimonia persequi laboris esset infiniti, & ut opinor supervacanei.

Tertio interdum ponitur placitum † pro ipso decre- 281 to, authore Budæo *in l. ult. de Senatoribus Carol. in capitul. artic. 12. Quæ bonæ memoriæ genitor noster Placita constituit, & nos conservare debemus*, Prateius *in suo Lexico.* Et in formula fœderis cum Mediolanensibus apud Ottonem Frising. *lib. Frid. 1. cap. 41. Legati Imperatoris in palatio sedeant, & placita ad eos delata ad honorem Imperii definiant.* Hinc & † placuisse se- 282 natui olim dicebantur quæ senatus censuerat *leg. 21. §. item placere, ff. de pet. hæred.* Placita & † Placere etiam in 283 libris nostris dicuntur quæ prudentum auctoritate recepta, inducta, constitutave sunt *leg. 4. ff. de pact. leg. 4. ff. de Jur. codicill.* Joan. Calvin. *in lexic. verb. placuisse.*

Quarto denique placiti † vox interdum usurpata le- 284 gitur pro ipso litigio seu controversia, liteve judiciali, ut colligitur *ex constitut. Caroli Magni Cap. 1.* ubi habetur talis lex. *Ut comites pupillorum & orphanorum causas primum audiant, & in venationem non vadant illo die quando placitum debent custodire, nec ad partum.*

Placitum enim custodire, † est interesse judicio, 285 causas audire ac dijudicare Vitus Amerpach. *ad dictam Caroli constitut.* Hinc Specul. *in proœm. suo n. 23.* dicit, placitandi scientiam esse prorsus necessariam, per quod juxta propositam *ibi* materiam, intelligit judicia publica, sive jurgia juridica, aut ordinem judiciarium, in publicis palatiis, seu foro, prout ex *seqq. ibid.* clare patet. Et hoc ipsum verbum PLACITUM *in c. 1. extra de feriis*, secundum vulgare Italorum accipi pro jurgio seu litigio, prout etiam usurpatur *in cap. 1. extr. de immunit. Eccles. DD. passim* tradunt, prout etiam ibidem non frustra notat placita sæcularia non esse in Ecclesia tractanda, sed Ecclesiastica sic. In quo significatu etiam Hemming *in libello de conjugio* usurpat. *ibi: Et hoc juramentum præstabitur in publico placito.* &c. Et Petr. Gregor. *de Repabl. lib. 2. cap. 6. in fin.* scribit, *ad palatium seu placitum Comitis*, id est judicis. Et idem Gregor. *in syntagm. lib. 49. cap. 6.* quod agit de Advocato juris *n. 13.* ex arresto quodam supremæ curiæ Anno 1384. lato, probat, quod Advocati † pos- 286 sint placitare id est, postulare seu litigare contra illos quorum sunt vasalli.

Unde patet vocem placitare sumi pro † litigare 287 & causas agere. Carolus Magnus *in donatione Ulmensi Monasterio divitis Augiæ facta apud Nauclerum. Si advocatus in prædicta villa placitare voluerit, ut non pluribus quam triginta equis ad placitandum veniat, & tale servitium quale tunc requiritur eidem Advocato Abbas decenter & honeste exhibeat.* Et mox: *Quicquid placitando ibidem adquirat, tertia parte retenta, duas Abbati reddat.* Quod ipsum etiam ex Hotom. *de verbis feudalib. in verb. placitum & placitare* & Prattejo formalibus verbis ejusdem Hotomanni latius cognoscere licet, qui unanimiter testantur verbum placitare, nihil aliud significare, quam in foro litigare & causas agere.

Plati-

288 Placitare deinde significat † jurisdictionem exercere, Gericht halten / ut recte ex Crus. *Annal. Suev. par. 2. lib. 1. cap. 7.* advertit Knichen. *de jure territ. c. 4. nn. 49.* Inde & Vitus Amerbach. *in annotat. ad Constitut. Carolin. cap. 9.* dicit placita esse vel jurisdictiones vel judicia, vel conventus ad disceptandas causas institutos, ut sæpe hæc vox habetur *in LL. Longobardicis* ubi & titul. est *de his qui ad placitum venire coguntur, &c.* Et in hac significatione in prætactis literis, similiter, uti evidens est, vocabulum illud accipitur.

Præterea etiam per vocem PLACERE ea dicuntur, 289 † quæ inter aliquos convenere, & placitum pro pacto convento, vel ipsa conventione sumi in Jure nostro; notius est quam ut probatione ulla indigeat. At quia *superius* de placitis Francorum mentio facta est, ubi publicæ causæ cognoscebantur, non abs re facturus videor, si legem Francorum de illis introduxero † præsertim cum vestigia hujusmodi placitorum seu umbræ potius adhuc in Centenis & Comitatibus maxime Austriacis supersint, quæ Germani 290 † Monatliche / oder Quatemberliche Pan-Gericht / Pandadigung appellantur. Lex vero saliqua sic habet.

291 Ut conventus † secundum consuetudinem antiquam fiat in omni Centena, coram comite, aut suo Misso, aut coram centenario ipse Placitus fiat & de Sabbatho, aut qualem diem Comes aut Centenarius voluerit, de septem in septem noctes, quando pax parva est in provincia, quando autem melior est, post quatuordecim noctes fiat conventus in omni Centena, sicut superius diximus. Et si quis alium mallare voluit, de qualicunque causa in ipso mallo publico debet mallare ante judicem suum, ut ille judex eum distringat, secundum legem, & cum justitia respondeat vicino suo, aut qualiscunque persona eum mallare voluerit, in unum cum placito mallet causam suam: in secundo si vult jurare, juret secundum constitutam legem & in primo mallo spondeat sacramentales & fidem jussores præbeant, si lex habet, & Wandium, donet admissum Comiti vel centenario, qui præest, ut in constituto die, aut in legitima jurent, aut si culpabilis est, componat, qualiter per neglectum non evadat. Et si evaserit 60. solidos de fredo, sit semper culpabilis.

Sed & hæc forsan nimis prolixe & non absque tædio candidi lectoris addaximus.

Restat adhuc corruptum illud vocabulum vernacu-292 lum † Frislingus vel in fœminino, Frisginga / quod ex mea conjectura & allusione vocis, designare videtur, animal, quod nondum in justam magnitudinem excrevit, à Germanis Frischling appellatum, sive sit porcellus, sive juvencus sive aliud nondum justæ magnitudinis, unde alibi Fringingus porcinus, porcello pro ovinus ovicula sumi videtur. Unde & venatores porcum sylvestrem anniculum aut adultum Frischling vocant.

Dn. Goldastus *Tom. 3. rer. Aleman. fol. 58. & 60.* Friscinium Seigam habet quæ voces in donatione Othrami sub Carolo Pipini filio extantes scrofam adultam, quæ ad pariendum lactandumque idonea est significasse videntur, ex conjectura Wehner. *in pract. observat. Lit. F. verb. Frischinga*, ubi à lactando Saigam quasi Seugam dictam existimat.

Multoties etiam idem vocabulum occurrit *in Capit. Caroli Magni lib. 4. c. 67. & 69.* ubi de viatico Missorum hæc ordinata fuisse reperiuntur.

De dispensa missorum nostrorum qualiter unicuique juxta suam qualitatem dandum vel accipiendum sit, videlicet Episcopo panes 40. Frisgingæ tres, de potu modii tres oporcellus unus, pulli tres, ova 15. annona ad caballos modii quatuor. Abbati, Comiti atque ministeriali nostro unicuique dentur quotidie Panes 30. Frisgingæ 2. de potu modii duo, porcellus unus pulli tres, ova 15. annona ad caballos modii tres. Vasallo nostro panes 17. Frisginga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova decem, annona ad caballos modii duo.

Hæc autem Christoph. Lehman *Chron. Spir. lib. 2. c. 10.* ita vertit.

Wann der Gesandt ein Bischoff gewesen / hat man vor denselben und sein Gesinde geben sollen 40. Brod / drey Schüncken / ein Spönsaw / drey junge Hüner und 15. Eyer / drey Maß Wein oder Bier nach Gelegenheit der Ort zum Getranck / vor die Pferde täglich vier Mäß Habern *lib. 4. c. 67. & seq.*

Wann der Gesandt ein Abt oder Graff / oder Königlicher Hoff-Juncker oder Edelknecht gewesen / hat man demselben / und seinem Gesindt vermög der Ordnung geben täglich 30. Brot 2. Schüncken 1. Spönsaw / 3. Hüner 15. Eyer 2. Maß Getrancks / 3. Mäß Habern für die Pferde.

Ist der Gesandter einer ein Ritter / vassus Königlicher Lehenman vasallus, oder Hoffdiener gewesen dem hat man sambt den seinen täglich geben 17. Brodt 1. Schüncken / ein Spönsaw / 2. Hüner 10. Eyer 2. Maß Getranck / vor die Pferde 2. Mäß Habern.

Ex quibus patet quod illic, uti & non raro alibi etiam hæc vox Frisgingæ non pro porcello, sed pro parte duntaxat pedis porcellini einen Schüncken κατὰ συνεκδοχὴν pars scilicet pro toto sumatur.

Sed ut post longissimam, in explicandis præmissis vocabulis susceptam digressionem, rursus in viam redeamus, atque alterum, propositæ duodecimæ divisionis membrum prosequamur, Mercenariam † Advo-293 catiam dicimus quæ annuo interveniente Honorario constituitur, qualem propter conventionem & annale salarium, semper pro officio duntaxat haberi placuit Gil. *1. dec. 1. n. 33.* Et talis plerumque in Germanico Romano Imperio omnes esse generalis consuetudo edocet.

Utrum vero ab eo qui protectorem constituit, annuum ejusmodi Honorarium stipulari liceat, vel Advocatus deputatus honeste recipiat peculiari disquisitione in *Cap. XIV.* exacte definivimus.

Decimo tertio distribuitur jus † Advocatiæ in feu-294 dale, & non feudale. Illud appellamus † quando vel 295 ipsi clientes, vel illorum superior magistratus ipsum jus protectionis in subditos alicui in feudum concedit.

Exemplum est apud Zasium *consil. 7. lib. 2.* in † quo 296 consuluit super revocatione feudalis Advocatiæ Monasterii cujusdam per Episcopum Viterbiensem cuidam Nobili Hartmanno in feudum concessæ, idemque *tract. feud. part. 10. concl. 8.* testatur Nobiles Barones, ac cæteros potentiores ab Episcopis Advocatias in temporalibus monasterii negociis in feudum habere. Cujusmodi Advocatiæ feudum Ferrar. Montan. *l. 1. c. 6. §. nono de feud.* asserit apud Germanos esse admodum frequens.

Non

297 Non feudale † est e contra, quando jus Protectionis è contra simpliciter tantum absque feudi beneficio constituitur.

298 Decimo quarto, Advocatia alia est cum † incolatu, 299 alia sine incolatu. Illam † voco quando quis non solum clientelæ alicujus se subjicit, verum etiam domicilium laremque in ditionem protectoris transfert, & sub eo habitat.

300 E contra vero Advocatiam † sine incolatu appello, cum clientes extra territorium Advocati degentes se in fidem alicujus defensionis causa dedunt antiquo domicilio non commutato.

Ad hanc Advocatiæ speciem commode referendam 301 esse arbitror illam quam Domino † Colonorum censualium in alterius territorio habitantium qui vulgo Hindersassen vocantur, competere dicunt. Pet. Greg. Thol. *Syntag. Jur. lib. 14. c. 10. n.* 11. ubi scribit, hos, in clientela esse illorum, quibus Tributa pendunt, de quibus olim etiam cautum fuit, ne in alienam transire clientelam, eorumve extraneus suscipere patrocinium posset *l. 1. C. ut nem. ad suum patr. suscip. rustic. lib. 11. & l. 1. 2. & 3. de Patrocin. vicor. lib. 11. Cod. Theod.* D. Bechtius *de secur. & salv. cond. c. 10. ad finem.* ubi tradit, horum protectionem, Domino 302 † censuali dem Zins-Herren competentem, ordinario territorii Domino non præjudicare, cujus traditionem sequitur D. Hepingk *dissert. de jure protect.* l. 14. *lit. B.* ubi ad hoc allegat Socinum *in c. recepimus, num. 8. & 11. ext. de Privil.* & Gilman. *Symph. Tom. 1. p. 3. vot. 23. n. 57.* Ego tamen, ut verum fatear, non attentis horum traditionibus, non video nec intelligo, qua ratione, hodierni censiti, ex eo quod pensionem Tributum seu censum præstent, sub censualis Domini protectione, per se absque peculiari conventione existere soleant, uti nec de Emphyteutis tale quid jure cautum reperitur.

Notabile autem inter eos, qui cum, vel sine inco-303 latu † sunt, discrimen existit.

Qui enim in civitatem, pagum aut districtum Protectoris se conferunt, fiunt quasi subditi Advocatorum atque apud eos forum sortiuntur. Nam proprie quis 304 subditus dicitur † ratione domicilii habitationis text. *in l. domicilium ff. ad municip. & in l. fi. in patria. C. de incol. lib. 10. gloss. ordinaria in clem. unic. §. eisdem in verb. subditos. de foro compet.* Dec. *in c. ad nostram n. 3. de appell. & cons. 661. incip. in casu de quo.* Soc. *in c. licet ratione n. 8.* Felin. *ibid. n. 23. de for. compet.* Alex. *in l. penult. n. 12. ff. de jurisdict. om. jud.* Gail. *de pi-*305 *gnor. obs. 15. n. 2.* Domicilium † quippe jurisdictioni provinciali habitantes subjicit, *gloss. in d. clem. unic. §. eisdem. verb. subditos.* Gail. *lib. 2. obs. 35. n. 2.* Col. *de process. exec. p. 2. c. 1. n. 23.* Surd. *cons. 313. nu. 66.* ubi in id infinitas allegationes accumulat. Thom. Michael. *disp. de jurisdict. conclus. 57. lit. b.*

E diverso autem alii Clientes, qui duntaxat se in clientelam dederunt, nequaquam subditi fiunt, si sub protectore domicilium non habeant, nec in hos ex contractu Advocatiæ, ut *alibi* plenius enucleabitur, aliquod resultat imperium.

306 Decimo quinto Advocatiæ † conventio instar cæterorum contractuum dividi potest, in puram vel conditionalem *arg. §. omnis cum seq. Inst. de contra. stip. §. post mortem. & seq. Inst. de inu. stip. l. cum qui §. 1. ff. de contra. & commit. stip. l. cedere diem ff. de verb. signif. l. omnia 7. l. seq. ibique Dd. ff. de reb. cred. si cert.* 307 *pet.* Tota enim hæc res, † ut cætera omnia posita est in arbitrio & voluntate contrahentium. Tunc enim 308 unumquodque debitum † esse oportet, cum contrahentes secundum juris formas debitum esse velint, 309 voluisse autem † id intelliguntur, quod verba sonant Gæld. *de contrahend. stipul. cap. 8. conclus. 3. n.* 111. Quare multum interest, an pure, vel conditionaliter concepta sit protectionis promissio: Ex ea enim apparebit, an defensio debita sit vel deberi speretur, *leg. 10. leg. 11. leg. 12. cum ibi not. ff. de verbor. significat.*

Pura autem tutela seu protectio † est, quæ pure pro- 310 mittitur, sine adjectione temporis vel conditionis. Et sic in pure promissa † defensione præstitutum defen- 311 dendi tempus nullum est, nulla dies, quæ expectetur si præsens sit periculum, sed statim nata est protegendi obligatio, ut confestim Advocatus ad tuendos clientes requiri possit. *d. l. cedere diem. ff. de verb. signific. arg. d. §. omnis cum seq. Inst. de contrahend. stipul. ibique Dd. omnes post. gloss. d. l. omnia. 7. l. seq. ubi Dd. ff. de reb. cred. si. cert. d. l. 10. 11. & 12. ff. de verb. signif. d. l. cum, qui 41. §. 1. ibique interp. ff. de contrah. stip.*

Pura autem ideo † vocatur, quia vacua & libera est 312 ab adjuncto temporis, promissam defensionem differentis, seu ab iis rebus, quæ stipulationis vinculum ejusve usum & effectum differre solent, ut loquitur Donellus *ind. l. cum qui 41. §. quoties, n. 3. ff. de contrahend. stipulat.* vel obligationis statum mutant. *l. 1. §. si simpliciter. ff. eod. tit.* Qui ita promittat, haud absimilis est illi, qui hodie defendere spondet *l. liber homo. 118. §. 1. ff. d. tit.*

Conditionalis Advocatia † est, quæ in aliquem even- 313 tum dubium, defensionis obligationem protrahit, ut si conventio tuendi hac vel simili conditione fiat, si mille annuos mihi dederis te defendam. Et sic conditionalis protectio nihil est aliud, quam in alicujus rei vel facti eventum obligationis nascendæ vel defensionis exhibendæ adjecta dilatio, *arg. §. sub conditione. Inst. de contrahend. stip. l. 8. l. 9. l. 10. l. conditio in præteritum l. si ita stipulatus fuero ff. eod. tit. l. cum ad præsens ff. de reb. cred. l. unic. C. ut codic. tollend. l. legata 41. l. infasto &c. l. conditionum, 91. ff. de cond. & demonstr.* Sive, ut Cyno placet *in l. 1. C. de inst. & substit.* quando aliquid promittitur in casum dubium, qui potest se habere ad esse & non esse, & sic in futurum eventum. Sed de his aliisque conditionibus sub quibus Advocatia iniri solet, plura habentur *in cap. 9. de forma.*

Decimo sexto jus clientelare † dividi potest in protectionem reciprocam, & non reciprocam. Reciproca † quam Gegenschutz appellare possumus protectio est, quando mutuis pactionibus protector & cliens, in id se obligant, ut non solum Advocatus clientem defendat, sed & necessitate ita ferente, cliens propter vicinitatem forte vel aliam commodiorem causam pagum aliquem vel homines ad patronum spectantes vicissim tueri debeat. *Advocatiæ communis divisio XVI* 314 315

Non reciproca † e contra est, quando pactio vel com- 316 missio faciendæ Protectionis sic tantum initur aut delegatur, ut potentior alterius imbecillioris defensionem tantum præstet susceptus autem in tutelam ad nullam tuitionem obligetur per text. vulgatiss. *in d. c. recepimus. Ext. de priv.*

Tametsi vero adducta species reciprocæ defensionis magis ad naturam † fœderis quam protectionis accedat, 317 eo quod fœdus † mutuum auxilium & defensionem re- 318 ciprocam importet, Bald *in l. executorem C. de execut. rei jud.* Martin. Laudens. *de confœderat. quæst. 7.* ubi dicit, naturam fœderis hanc esse ut alterum adjuvet. Cui astipulatur Natta *consil. 507. n. 23.* ubi post Bald. tradit confœderationem nihil aliud esse, quam mutui auxilii causa adversus hostes, vel oppressores, inter aliquos factam promissionem.

Quia tamen & per † confœderationem unus venit sub 319 protectione alterius *arg. l. non dubito 7. ff. de captiv.* pulchre tradit. Bald. *in d. l. executorem col. 1. v. sed quæro quid de civitatib. confœderatis C. execut. rei judi-*

cat.

cat. Albert. Brun. *conf.* 86. *n.* 7. *& sequens.* ubi plures allegat. Idcirco & hanc protectionis speciem huc congerere libuit.

320 Decimo septimo non inconvenienter etiam Advocatiam in† armatam & togatam dividi posse censemus, ad notata Bech. *disp. de secur. & salvocondu&t. thes.* 53. nos referentes.

Advocatia communis divisio XVII.

321 Advocatiam seu defensionem † togatam vocamus quæ legitimis fit judiciis, quibus ubi res moram fert, ante omnia experiundum est *arg. l. non est singulis 96. ff. de reg. jur.* Bodin. *lib.* 5. *de Repub. c.* 6. *n.* 620. Camman. *disp.* 3. *politic. Jurid. de Jurib. majest. thes.* 59. Ad hoc propositum Henric. Breulæ. *in compend. milit. togat. &*

322 *armat. p.* 1. *c.* 1. *n.* 1. Advocatum dicit, esse militem † togatum forensem legibus & Jure clientulos suos defen-

323 dentem. Quemadmodum enim per milites † armatos vita, & patrimonia hominum foris in expeditionibus defenduntur: sic eadem ratione per Advocatos solertes in conflictu disceptationeve judiciali non armis, sed jure & legibus, domi inque judicio, nostra aut recuperantur, aut à calumniantium iniquis impetitionibus defenduntur, idem Breul. *d. c.* 1. *n.* 12.

324 Hisce accedit definitio haud inconveniens, † Asconii Pedian. *in Cic. de divinat.* & Terent. *in Eunucho Act.* 2. *scena.* 3. ubi ait, Advocatum, nempe togatum esse eum, qui alterum in judicio defendendo, aut Jus suggerit, aut suam amico commodat præsentiam. Arma-

325 tam autem Advocatiam nominamus, † quæ ut plurimum armis expeditur, *pr. prœm. Inst. & pr Const. de Inst. Cod. confirm. l. advoc.* 14. *C. de advoc. diverf. Jud.*

326 *Nov.* 85. *per Gothof. l.* 5. *ff. de Just. & Jure.* † Ut quæ lex ipsa in casu necessariæ defensionis contra injustas offensiones singulis in manus porrigit. Cic. *pro Milon.* Florentin. *in leg.* 3. *ff. de Just. & Jur.* ubi omnes Dd. & per totam materiam defension. eleganter Oldend. *post d. l.* 3. *in quæst. de bello publ. & privat.* Tilem. *p.* 1. *disp.* 1. *thes.* 14. *&* 18. adde de defensionis auctoritate gravissima verba Guicciard. *lib.* 19. *histor. pr.*

327 De utriusque Advocatiæ genere † perbelle Leo & Anthemius Impp. Callicrati Præfecto Prætorio *in d. l. Advocat.* 14. *C. de advoc. diverf. Jud.* in sequentem modum rescripserunt; *Advocati qui dirimunt ambigua fata caussarum, suaq; defensionis viribus, in rebus sæpe publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam si in prœliis atque vulneribus, patriam parentesque salvarent; nec enim solos Imperio nostro militare credimus illos, qui gladiis & clypeis & thoracibus nituntur, sed etiam Advocatos; militant namq; caussarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam & posteros defendunt.*

Cæterum nos de hac armata, non togata Advocatia (quæ nec in proposita à nobis *sequenti in Capite* definitione comprehenditur, & hoc loco incidenter tantum attingitur) præsentem laborem qualem qualem suscepimus; de Advocatia togata forsan etiam suo tempore acturi.

Et hactenus de diversis Advocatiæ partitionibus, ac differentiis ex forma accidentaria, sive extrinseca, uti etiam variis subjectis & adjunctis, quoquo modo collectis ac congestis, quas, ea ex causa quod essentiam veræ distributionis non habeant, si quis forte rigidius ad leges divisionum Logicas excutere velit, & nonnullis magis differentiarum, quam specierum nomen convenire arbitrabitur, non magnopere ei repugnabimus: Nunc ordo propositus nos admonet, ut *insequenti Capite* Advocatiæ ad tractandum nobis propositæ, descriptionem afferamus.

CAPUT IV.

De Advocatiæ definitione.

SUMMARIA.

Definitio in omni disputatione necessaria, 1.
Absq; definitione disputare, est sine fundamento ædificare, 2.
Definitione subsequentia plurimum illustrantur, 3.
Definitio à rerum tractatione cum judicio suscepta nunquam abesse debet, n. 4.
Advocatiæ definitio nulla in toto corpore Juris reperitur, 5.
Advocatiæ descriptiones variæ variorum referuntur, 6.
Advocatiæ definitio D. Andreæ Knichen IC. Saxonis, 7.
Dn. Henrici à Rosenthal, Advocati Cameræ Spirensis, 8.
Dn. Francisci Hotomanni IC. Galli, 9.
Dn. Thomæ Michaelis, Assessoris Cameræ Spirensis, 10.
Dn. Ludovici Myleri, Cancellarii Oetingensis, 11.
Dn. Conradi Ritterhusii, Professoris Altorfensis, 12.
D. Henrici Boceri, Professoris Tubingensis, 13.
D. Sebastiani Dietherich, IC. clarissimi, Advocati & Consiliarii Civitatis Imperialis Suevo-Hallensis, 14.
Impugnatur, quod nimis angusta, 15.
D. Joan. Georg. Bechtii, Syndici Argentinensis, 16.
D. Joannis Cammanni IC. Brunopolitani, 17.
D. Leonardi Fritzii Syndici Gamundiani, 18.
Dn. Hermanni Goechusii Brakela-Westphali, 19.
Dn. Hippolyti à Collibus Consiliarii Electoris Palatini, 20.
Dn. Remig. Feschii plenior & elegantiss. Advocatiæ definitio, ib.
Dn. Davidis Hepingk Juris Advocatitii satis bona descriptio, ibi.
D. Jacobi Synzii ibid.
Definitionis disputatio magis convenit in scholis, quam in foro versantibus, 21.
Advocatiæ descriptio paulo pinguior ab Autore ponitur, n. 22.
Definitiones intelligentibus rei effectum sunt supervacua, & ignorantibus non necessaria, 23.
In definitionibus parum ac modicum utilitatis existit, 24.
Juris interpretes non minus de accuratis rerum definitionibus laborare debent, quam aliarum scientiarum doctores, 25.
In omni bona definitione genus ac differentia comprehendi debent, 26.
Genus materiam & forma partem complectitur, 27.
Materia & forma ideo sive substantiæ causæ dicuntur, n. 28.
Genus proximum in definitione ponendum, quod continet omne remotius, 29.
Discrimen inter clientes, vasallos & tutelares, 30.
Suscepti quinam olim dicti fuerint, 31.
Protectores tam ad personarum quam rerum ad clientes pertinentium defensionem tenentur, 32.
Quilibet se ipsum ac res suas defendere potest, 33.
Protectionis Jus respicit personas ac res alienas, non proprias, 34.
Defensionem legitimam præcedere debet offensio, 35.
Defensio à Protector. contra injustos tantum oppressores præstanda, 36.
Interpretatio capienda, ex qua nõ resultet iniquitas, ibid.
Concessio Principis regulariter facta intelligitur sine læsione Juris tertii, 37.

Obligatus ad defendendum muneri suo satisfacit, si injuste oppresso succurrat, n. 38.
Injuria verbum hic accipitur pro læsione sive damno, culpa & non Jure dato, 39. & 40.
Advocatus an solam etiam vim, quæ clientibus etiam absque injuria inferatur, propulsare teneatur, n. 41.
Negativa, n. 42. *Affirmativa*, n. 47.
Et particula copulat, n. 43. *Declara ut* n. 49.
Plura quando copulantur ad unum effectum, loco unius habentur, 44.
Vim à Magistratu illatam, propulsare non licet, 45.
Ratio ejus, n. 50.
Vis nulla absque injuria, n. 46. *Declara, ut* n. 51.
Vis sola etiam absq; injuria clientibus illata per eundem Advocatum propulsanda, 48.
Et particula interdum naturam disjunctivæ induit, 49.
Verba de facto & de Jure cur in definitione apposita fuerint sub n. 51.
Defensionis vocabulum late & stricte sumptum quid exprimat, 52.
Defendendi verbum, directum ac proprium protectoris officium designat, 53.
Defensio proprie & substantialiter idem est quod protectio, 54.
Jura protectionis & defensionis principaliter spectant ad Principem, 55.
Protectionis verbum ad omne defensionis genus extenditur, ibid.
Verba, provisione legis hominisve introductum, causam efficientem protectionis constituendæ designant, 56.
Honorarium annuum, quod protectoribus penditur, non est de substantia Juris Advocatiæ, 57.
Advocatiæ in Romano Imperio plerunque beneficium certæ pensionis annuæ annexum habent, 58.
Advocati forenses mercedem à clientibus vel annuum salarium juste recipiunt, 59.
Protectores ab iis qui defensionem eorum ambiunt, licite honorarium stipulantur, 60.
Protectio æquiparatur operis, 61.
Protectores pro defensione non semper honorarium recipiunt, sed amore Dei & Ecclesiarum quandoque eam exhibent, 62.
Pictores exigua tabella magnam hominum multitudinem depingentes, multorum summa tantum capita, cætero corpore abscondito, sæpius exprimere solent, 63.

Continuatio hujus capitis.

PRÆMISSIS porro Advocatiæ, Advocatorum & clientum, Synonymis, & Homonymis, quæ ad evidentiorem materiæ hujus intelligentiam pertinere visa sunt, una cum elucidatione diversarum Protectionis specierum, nunc amplius institutum nostrum exigit, ut propius ad susceptum Advocatiæ argumentum accedentes, propriam ejus vim & 1 potestatem definiendo explicemus. Definitionem † enim in omni disceptatione rei propositæ ac controversæ omnino esse necessariam, communis eruditorum consensus probat. Aristot. *2. Analyt. cap. 17.* & est *text. in l. 1. de tutel. l. 1. de testam. l. 1. de dolo malo.* Alciat. *1. de verb. signific.* Decian. *consil. 123. num. 18.* Vant. *in tract. null. in princip.* Marc. Anton. Peregrin. *de Jure* 2 *fisci lib. 1. tit. 1. num. 2.* Adeo ut absque † definitione dissertationem instituere nihil aliud sit, quam sine fundamentis ædificare, ut recte dixit Bald. *in prælud. feud. num. 8.* Kirchn. *de Republ. disput. 1. Thes. 1.* Camman. *disput. politico-Jurid. de Jurib. Majest. disput. 1. thes.* 3 83. Definitio † enim quasi lux & tæda quædam accensa splendore suo & claritate singula quæ sequuntur ma-4 xime illustrat, ut merito † cujuslibet rei tractationem, quæ cum ratione suscipitur, præcedere debeat, quo nimirum majori cum fructu, & minori cum difficultate intelligatur, quid sit de quo habetur disputatio, monente M. Tullio. *lib. 1. de offic.*

Et quidem, ut brevibus me expediam, constat, in toto Juris † corpore nullam Advocatiæ hujus definitio- 5 nem reperiri. Non desunt tamen ex modernis † Inter- 6 pretibus, qui varias ejus Juris excogitarunt descriptiones.

Et inter primos † quidem occurrit explanatio clariss. 7 IC. Dn. Andr. Knichen. *comment. de Sax. non provoc. Jur. cap. 5. n. 495.* qui Jus patronale seu Protectionis nihil aliud esse ait, quam *defensionem quandam, quam potentior præstat inferiori contra vim invasionis & quamcunque violentiam de Jure & facto.*

Advocatiæ descriptio I. Andr. Knichenii.

Deinde Henricus à Rosenthal † in locupletissimo 8 *tract. suo feud. cap. 4. conclus. 16. num. 2.* sequentem in modum Jus illud depingit. *Advocatia*, inquit, *est singulare Jus protectionis Ecclesiæ, pro quo, prout convenit, vel antiquitus obtentum est, annui quid præstari solet, vel alium aliquem fructum plerunque annexum habet*, ubi *num. 3.* scite admonet, quoniam, in Jure scripto quid Juris per eam tribuatur Advocatis, non satis definitum reperiatur, ideo illud ex consuetudine, pactis & conventionibus ediscendum esse. At hæc descriptio non est generalis, sed Advocatiam Ecclesiasticam duntaxat includit.

II. Advocatiæ descriptio Rosenthalii.

Hotomannus similiter *in dictionar. verb. feud.* Ad- 9 vocatiam dicit, esse *tutelam & defensionem sacerdotalis alicujus collegii per potentem aliquem Principem, Comitem, Nobilem vel Civitatem susceptam.* Sed horum descriptiones cum Ecclesiasticam tantum Advocatiam exprimant haud sufficere videntur.

III. Advocatiæ descriptio Hotomanni.

Præterea Thom. Michael. † in elegantiss. sua *disp. de* 10 *Jurisdict. conclus. 13. lit. e.* Advocatiam paulo generalius acceptam definit esse *Jus clientes fiduciarios contra vim majorem & violentiam aliorum protegendi.*

IV. Advocatiæ descriptio Thomæ Michaelis.

Aliam insuper Advocatiæ descriptionem † prodidit D. Ludovic. Myler. Cancellarius Generosi ac Illustr. D. 11 Godefridi Comitis Oetingens. *disp. de Advocatia Marpurgi Anno 1594. habita, thes. 2.* in hæc verba eam describens: *Advocatia est Jus alienas personas & bona ab injuria defendendi, lege, hominisve conventione constitutũ.*

V. Advocatiæ descriptio Ludovici Myleri.

Verum hæc definitio aliquanto strictior est, quam oportet; cum enim interdum etiam proprii subditi à proprio magistratu in specialem protectionem, prout in superioribus capitibus, tam Juribus, quam exemplis ostensum est, & sic non tantum alienæ personæ recipiantur, consequenter hæc Advocatiæ descriptio non omnibus ad propositum spectantibus, atque *præcedente capite* enumeratis post divinam & ordinariam inde exclusas protectionum speciebus accommodari potest.

Obiter etiam protectionis Jus definiendo declarat D. Rittershus. *tract. feud. cap. 2. n. 15.* id esse videlicet † *Jus* 12 *moribus receptum, quando scilicet Princeps aut Comes aliquis sit Protector sive Advocatus & Patronus alicujus Monasterii aut Civitatis, vel etiam una Civitas potentior alterius imbecillioris defensionem protectionemq; suscipit.*

VI. Advocatiæ descriptio Rittershusii.

Accuratius paulo Advocatiam describit D. Henri- 13 cus Bozer. IC. & primarius Academiæ Tubingensis Professor *class. 4. disput. 13. nu. 40.* *Advocatiam esse officium à Jurisdictione sejunctum tuendi & defendendi universitatem aliquam & personas ac bona eorum.* Hos insecutus clariss. † D. Sebast. Dietherich. paulo clarius 14 Advocatiam definit esse *Jus aliorum personas & bona adversus injuriam defendendi certa conventione constitutum.* Sed † hæc definitio angustior est, nec omnes ut 15 dixi *præcedente Capite* explanatas protectionum species continet. Nam & quædam Tutelæ fiduciariæ ex præscripto Canonum promanant, absque conventione constitutæ, de quibus copiose *capite nono tractatur*, quas præcedens descriptio non complectitur.

VII. Advocatiæ descriptio Henric. Bozeri.

Advocatiæ descriptio Sebast. Dietherici.

Quare

16 Quare nonnihil † laxius eandem sequenti modo describens, Joan. Georg. Bech. *disp. de securit. & salvo-conduct. cap.10. Advocatia*, inquit, *est, qua clientes fiduciarii contra vim majorem & violentiam aliorum proteguntur, quam Advocatus vel ab ipsa lege Canone ve habet; vel ex conventione.*

VIII. Advocatia descriptio Joan. Georg. Bechtii.

17 Non inscite insuper Jus clientelæ describit † Joan. Cammannus *disp. Polit. 5. Thes. 104.* esse *Jus defensionis, per Patronum clienti, contra injuriam aliorum & vim majorem præstanda, pro quo cliens vicissim Patrono ad observantiam, & annuum plerunque Honorarium obstringitur.*

IX. Advocatia descriptio Joannis Cammanni.

18 Luculentam etiam ac † brevem Advocatiæ definitionem in Epistola ad me superiori anno data, omni liberali doctrina politissimus Dn. Leonhardus Fricius Amicus meus singularis, Reipubl. Gæmundianæ Suevorum Advocatus ac Syndicus mihi suggessit subsequentem; *Justum* nempe *tuitionis ab offensione damno & inquietatione ex conventione vel officio debitum præsidium.*

X. Advocatia delineatio Leonhardi Fricii.

19 Aliam descriptionem † haud ita pridem *inter discurs. Academ. 28. conclus. 60.* Herman. Goechusius protulit, ajens *Advocatiam esse fœdus inter Patronos, qui Germanice* Schutz oder Schirmherren *dicuntur, & eos qui sub eorum sunt defensione, cum hi se volentes illius protectioni committant, sed tamen Jura sua Reipub. integra retinentes, nisi quod pro defensione certam pensionem annuam præstare teneantur.*

XI. Advocatia descriptio Goechusii.

20 Posuit etiam delineationem clientelæ præstantiss. Jurisconsultus Hippolyt. à Collibus *in suo Principe cap. 34.* subsequentem. *Clientela inter Principes*, inquit, *nihil aliud est, quam fœderata consociatio, qua quidem alter alterius majestatem observare tenetur, ut ab injuria potentiorum tutior esse possit.* Verum hæc descriptio, magis convenit confœderationi, seu Advocatiæ reciprocæ, quam ei, de qua præsens Commentarius instituitur.

XII. Advocatia descriptio Hippolyti à Collibus.

Pleniorem, denique ac elegantissimam Advocatiæ formam suggessit Remig. Fetschius in doctissima eaque nuperrima *dissert. de Fœderib. §. 23.* eam definiens esse *conventionem publicam qua Principes alieve persona nobiliores, populi vel civitates, salvâ majestate, salvoque Jure suo, dominorumque suorum sub certa plerunque pensione annua in potentiorum protectionem transeunt, ut irruente hoste & alia quavis necessitate urgente, ipsorum gaudeant Patrocinio.*

XIII. Remigii Fetschii.

Inter novissimos vero D. Hepingk Jus Protectionis ex instituto definit, *Jus esse clientes contra vim majorem & violentiam aliorum defendendi, Jure vel conventione constitutum. de Jure Advocat. dissert. §. 15.*

XIV. Davidis Hepingk.

Jacobus autem Synzius *in disput. de Jure protect.* Argentinæ Anno 1623. impressa §. 4. Advocatiam definit esse *Synallagma quo quis, vis & metus depellendi causa, Patrocinium & tutelam potentioris, promissa ob id annua pensione, seu honorario paciscetur, aut stipulatur.*

XV. Jacobi Synzii.

Horum omnium & singulorum allatas seu definitiones, seu descriptiones ad intelligendam rem propositam etsi sufficere existimemus, ideoque eas impugnare propositi nostri non sit, eo, quod talis † Disputatio magis Dialecticis & Scholasticis, quam versantibus in foro, conveniens esse videatur, Carol. Molin. *consuetud. Paris. Tit. 2. §. 32. in verb. Arrest. n. 6.* ubi nullum esse precium operæ existimat, in definitionibus superstitiose tempus insumere, quasi id ipsum nihil utilitatis & plurimum solicitudinis habeat. Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 3. num. 2.* Quia tamen in plerisque hucusque adductis Advocatiæ descriptionibus, aut nonnulla superflua esse, aut aliqua desiderari videntur, idcirco ut singulas *superiori Capite* enumeratas, *ibidem* non expresse exclusas Protectionum species sub definitione complectamur, eam hunc in modum, haud inconvenienter, definiri posse arbitramur.

21

22 *Advocatia est Jus † in clientelam susceptos, eorumque bona contra vim & injuriam de Jure & de facto, defendendi sub annuo plerunque honorario, Jure constitutum, vel conventione, aliove modo introductum.*

Descriptio Advocatiæ Auctoris.

Hæc nostra qualiscunque Juris protectitii ad tractandum suscepti, descriptio, si arrideat, retineri, sin minus, alia quævis ex allatis substitui potest; Satis enim esse existimo intelligentiam rei † habere; cum definitiones illis, qui rem & effectum cognoscunt, supervacuæ, ignorantibus vero non necessariæ esse videantur, ut tradit Galen. *lib. 4. de different. pulsuum*, quem refert Tiraquel. *in quæst. 1. in princip. de Jure primogen.* Cujus sententiæ fuit etiam Salicet. *in rubr. C. de probation. sub num. 1.* ubi post varias recitatas definitiones subjungit, quod quamcunque aliquis teneat non esse vim, si sane intelligatur. Quem sequitur *ibid.* Marsil. *in princ.* subdens, † in his non esse insistendum, tanquam in definitione parum vel modicum utilitatis existat, rectius tamen meo quidem judicio, sentit R. admodum Nobilis ac doctiss. D. Carol. à Kirchberg. Serenis. Archiducis Leopoldi Consiliarius & Cathedralis Ecclesiæ Passaviens. Canonicus in elegantiss. & graviss. *Discurs. de feud. ex pact. & provid. c. 3. n. 16.* ubi scribit, Juris † interpretem non minus laborare debere, quam alterius disciplinæ Doctorem, ut accuratas rerum definitiones constituat, cum assertore Petr. Fabro, *in l. omnis definit. n. 5. ff. de R. Jur.* nihil obstet, cur Juris potius, quam aliarum artium verba, apte definiri non queant, adeo certe, ut & regulas Logicorum in hac legali Philosophia diligenter observandas esse censeat, Chassan. *in Catal. glor. mund. part. 10. consi. 18.* & eum, qui nescit definire, à disputando removeat, Neviz. *1. Sylv. nupt. n. 171.*

23

24

25

Cæterum à nobis allata definitio paulo fusior est, & regulis Dialecticorum, ut nostra fert opinio præallegatis descriptionibus conformior esse videtur. Continet enim genus ac differentiam, † quæ in omni definitione comprehendi debent, ut post Dialecticos tradit Bart. *ad l. 1. ff. de testa.* & sequuntur Dec. & Cagnol. *ad d. l. omnis definit. ff. de regul. Jur.* Genus autem in definitionibus omittendum non esse, vel ex eo constat, † quod non materiam modo, sed & formæ (quæ duæ † causæ *veiæ* dicuntur) Lothar. *de ver. apod. c. 6.* Timpl. *3. metaph. c. 2. q. 9.* Perer. *lib. 5. Phys. c. 5.* partem amplectitur, Zabarel. *lib. 1. de prop. necess. c. 9. & lib. 2. de prim. mat. c. 18.* Ram. *lib. 7. schol. metaphys. c. 10.* Et sumendum quidem † est genus proximum, utpote quod continet omne remotius, Arist. *6. c. loc. 25.* Zab. *d. lib. 1. de prop. necess. cap. 9.* Demonstratur autem Genus per verbum, Jus, cum plus in se contineat, quam suum definitum. Non enim omne Jus est Advocatia, sed bene è converso.

26

27

28

29

Genus definitionis.

Differentiæ vero cognoscentur ex verborum declaratione, quæ in ipsa definitione continentur.

Differentia definitionis.

Apposita ergo primum sunt verba IN CLIENTELAM SUSCEPTOS, ad differentiam † vasallorum, qui communiter etiam clientes vocantur, quasi colentes dominum, ut ab eo defendantur, & qui vicissim dignitatem domini tuentur propter feudi beneficiũ ab eo acceptũ, Oldéd. *de actio. beneficiar.* Sic & Alciat. *in l. patro. de verb. sig.* scribit, clientum hodie instar obtinere, quos barbara voce vasallos vocamus. And. Kohl. *de serv. feud. in proœm. n. 7.*

30 *Explicatio Verborum* CLIENTELAM SUSCEPTOS.

Suscepti autem jam olim etiam † dicti sunt, qui se & bona sua potentioribus tuenda commiserunt, Salv. *lib. 5. de gubernat. Dei, quærunt*, inquit, *auxilia & patrocinia majorum, nihil susceptis tribuunt, sed sibi.* Sic & Servius *lib. 6. Æneid.* Clientes nominat susceptos, & confer huc quæ diximus *supra c. 2.*

31

Deinde adjectæ sunt voces, *eorumve bona*, eo quod † Protectores tam ad personarum, quam rerum ad clientes pertinentium defensionem, id quod *inf. cap undecimo* fuse probabitur, obligati sint. Intelligendæ autem hic sunt Personæ ac res alienæ quodammodo. Quamvis enim quilibet etiam seipsum † ac res proprias defende-

32 *Explicatio verborum* EORUMVE BONA.

33

fendere possit, uti communiter Dd. *in l. ut vim. 3. ff. de Just. & Jure.* statuunt, Hippol. de Marsil. *in l. 1 in prin. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Clar. *lib. 5. sentent. §. homicidium, n. 24.* 34 † In Protectorum tamen defensione, de qua in præsentia tractatur, respectus habetur ad clientes & sic aliorum sive alienas personas, quæ ad sui suorumque defensionem non satis virium habent, unde hoc protegendi officium non propriam, sed alienam tutelam respicit.

Quod tamen ita intelligi velim, ut vocabulum *aliena* non excludat proprios subditos, qui, ut *VIII. Capite* ostendimus à propriis etiam magistratibus in specialem tutelam assumi possunt, sed ipsos tantum protectores & eorundem bona tanquam aliena exclusa esse volumus.

35 Sequuntur deinde in definitione verba *contra vim, & injuriam*, ut enim quis pro legitimo defensore † habeatur, necesse est, præcessisse, aut expectari offensionem illicitam, quam Protector repellat, ad notat. Gædd. *in discur. Acad. de extrajudic. defens. disp. 2. concl. 2. lit. C.*

Explicatio verborum contra INIURIAM defendendi.

36 Hinc est, quod defensio † contra injustos tantum oppressores intelligatur, non contra eos, qui legitimam causam legitime persequuntur. Petr. Frid. Mind. *de mand. lib. 2. c. 18. n. 25.* Thom Marull, *tract. de homag. tit. 11. n. 2. v. secund. inde sequitur.* Natt. *cons. 237. n. 2.* ubi dicit in Salva Guardia, seu protectione Principem protectorem censeri promittere, quod defendet & proteget contra illos, qui de facto turbaverint, aut inquietarint, non contra illos, qui de Jure, ne aliter interpretando resultet iniquitas, quod vellet defendere contra eos, qui habent potiora jura in rebus, & sic inde orirentur injuræ, unde jura nascuntur, contra *l. meminerint. C. und. vi.* 37 & semper † concessio Principis intelligitur facta sine læsione juris tertii, *c. ex literarum. de auth. & us. pall. l. 2. §. si quis à prin. & §. merito. ff. ne quid in loc. publ. l. impuberi. 40. ff. de adminst. tut.* Gerl. Buxtorff. *in dissert. ad 17. prior. Aur. Bull. cap. concl. 93. in schol.* Fulv. Pacian. *cons. 134. n. 31.* ubi 38 in terminis asserit, quod obligatus ad † protegendum dicatur suum munus adimplevisse, & obligationi suæ satisfecisse, si defendat, quando quis injuste opprimitur, ut eleganter ait Anchar. *cons. 87. emisso. n. 2. col. 2.* & Felin. *in c. causam, quæ. n. 66. v. similiter dicit. Ext. de rescript.* Dec. *in l. non videtur defendere. n. 6. v. & ideo qui promittit. ff. de reg. Jur.* & Gozadin. *cons. 94. An Illustrissima Domina, n. 43. v. quinto ego habeo.* Joan. *in l. stipulatio ista. col. fin. & ibi Dd. ff. de verb. obligat.* Quod ipsum pluribus *in cap. 11.* de Advocatorum officio explanatum lector reperiet.

Notandum tamen est in hac definitione verbum, 39 † *injuria*, non accipi pro contumelia seu injuria verbali, quemadmodum sumitur *in §. Injuriam, Institut. de Injur.* & Ulpian. *in l. 1. ff. eod. tit.* & declarat Cynus *in l. si non convitii. num. 4. & ibi* etiam Albert. *nu. 3. C. eod.* Azo. *in summa de Injur. nu. 1.* Hostiens. *in summa eod. col. 1. vers. quot modis dicatur injuria.* Bonif. de Vitalin. *in d. tit. de Injuria. n. 3.* & magis distincte Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 1. c. 17. rubr. de injur. n. 1. & seqq.* & habetur *Inst de injur. in princ.* & *ibi* gloss. Aret. & Nicas. *n. 1. & seq. Instit. de injur.* Grill. *in summ. criminal. rubr. 24. §. fin. n. 1. & seq.* Jacob. de Graffiis *decis. 105. cons. 17. n. 1. lib. 2. part. 2.*

40 Sed intelligenda est vox † injuriæ, pro læsione, sive damno, culpa & non Jure dato vel dando, *in l. 1. ff. si quadrup. paup. fecisse dicat* dum inquit Ulpian. *Pauperies & damnum sine injuria facientis datum. in l. si quis 3. §. si is. 3. ff. quod quisq; Iuris in alterum. & c. in l. solet. 3. de feriis, & dilat. in l. argent. 10. in fin ff. de edend. in l. si ex caus. 9. §. nunc videndum. 2. ff. de minorib. 25. ann. in l. licet gratis. 6. §. 1. & §. 4. ff. Naut. Caupon. stabul. in l. si longius. 18. v. nam & Iulian. C. de Iudic. in l. Papinian. 8. in princ. & in §. 14. ff. de inoffi. testam. l. Imper. 26. ff. de serv. rust. præd. in l. nam satis. 6. v nec sit. quemad. serv. amit. item in tot. tit. ff. & C. ad leg. Aquil. in l. prætor. ait. 1. §. hæc in factum actio. de his qui dejecer. vel effuder. in l. 1. §. is quoque. ff. serv. corrupt. l. in duob. 28. §. colon. 6. de jurejur. in l. 1. si pecuniam. 5. §. 2. ff. de condict. caus. dat. caus. non sec. in l. ad eos. 19. ff. commoda in l. solutum. 11. §. 4. de pignor. act. in l. illud quoq; 7. ff. de tribut. act. l. quod si. 3. §. sed si. 4. de in rem vers. l. sed de damno. 41. ff. locat. l. qui domum. 57. ff. eod. l. qui servandarum. 14. §. 2. & 3. ne præscript. verb. in l. servum quem. 37. ff. de pignorib. l. quod si nolit. 31. §. 5. de ædilit. edict. l. impuberi. 40. de administ. & peric. tut. in l. si tutor. 9. de tutel. & rationib. distrahend. in l. SC. Pisonian. 8. de S. Syllanian. in l. mutu. 21. §. 2. de legat. 3. l. in ratione. 30. in princ. ad l. Falc. in l. sed cum. 12. ad SC. Trebellian. l. si filius. 10 de collat. bonor. l. si filia. 3. de dot. collat. in l. 1. §. emancipatus 13. de conjung. emancip. lib. l. Carbonian. 3. §. missum autem. 13. de Carbonian. edict. l. operis. 43. de oper. libert. l. prætoris offic. 5. §. 2. de damn. infect. l. fluminum. 24. §. hac stipulat. 3. ff. eod. l. 1. §. & restituendi. 4. de publ. l. locatio. 9. §. 5. d. tit. l. quanta. 12. §. 2. ff. eod. l. si debitor. 45. §. 1. de fideicommis. libert. in l. ordinata. 24. §. si is. 4. de libera. caus. l. liber homo. 54. §. sed damn. 2. de acquirend. rer. domin. l. à D. Pio. 15. §. sed si emptor. 7. de re judic. l. quod autem. 6. §. simili modo. 11. ff. quæ in fraud. creditor. l. prætor. ait. 2 §. merito. 10. ff. ne quid in loco public. l. si in agrum. 3. in princ. ff. de via publ. & itin. publ refic. l. si alius. 7. §. est & alia. 4. Quod vi aut clam. l. stipulat. 5. in fin. de verbor. oblig. l. si plures. 12. in fin. ff. rem pupill. sal. fo. l si fine 22. §. quod si. 2. ff. rem ratam haberi l. impuberem. 23. de furt. l. nam & ff. eod l. jure naturæ. 106. de reg. jur. in Novel. 64. c. 1. in fin. de hortulan, in c. prim. est caus. 22. q. 2.*

41 Sed hic non abs re † quæret aliquis, An posita in descriptione nostra, verba ista VIS ATQUE INIURIA ad defensionis permissionem copulative an disjunctive accipienda sint, hoc est, An Advocatus solam etiam vim absque injuria illatam propulsare teneatur.

Advocatus an solam vim, quæ citra omnem injuriam infertur propulsare teneatur.

Et prius sane † ex eo dicendum videtur, quod particula ET † natura sua, copulativa non disjunctiva sit, sicque regulariter unum verbum altero copulet *l. unic. §. Huius C. de caduc. tollend. l. Titia textores. §. nihil. l. si. duob. in prin. ff. de lega. 1. l. Reos, §. cum in Tabul. ff. de duob. Reis. l. 1. C si plur. un. sent.* Hart. Pistor. *q. 35. n. 13. li. 2.* Achil. Pedroch. *respons. de interp & resol. contract. n. 69.* Everhard. *in loc. à natur. Copula. n. 3.* 42 43

Hinc est, quod cum plura † copulantur respective ad unum effectum, habeantur loco unius, docen. e Bart. *in l. Scire debemus num. 2. ff. de verb. obligat.* & probatur, *ex l. si hæredi plures. ff. de conditio. instit. & §. si plures conditiones Inst. Tit. de hæred. instituend.*

Ratio dubitandi Negativa pro Copulativa acceptione.

Deinde prædicta verba conjunctim esse accipienda, inde concludi posse videtur, quod vim † à Magistratu illatam, propulsare legibus sit prohibitum tradentibus id Angelo & Decio *ad l. 3. ff. de Justit. & Jure* ex eo, quod vis illa careat injuria, *l. injuriam. 13. §. 1. ff. de injur.* 44 45

Ratio dubitandi II.

Quibus additur Tertio, quod nulla † vis proprie sit, quæ non etiam in se injuriam contineat, aut certe pro vi non habeatur Gæddæus *in discurs. Academ. de extrajud. Defens. disputat. 1. conclus. 3. lit. C.* ubi ait, nullam vim inferri ab eo, qui renuentem obtorto collo, quod olim usitatum erat in Jus trahit, *arg. l. 5. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 9. ff. de verb. signific.* 46

Ratio dubitandi III.

Hunc denique intellectum, quod nempe vis cum injuria debeat esse conjuncta, multi ex Juris Interpretibus sequuntur, *in d. l. 3. ff. de Just. & Jur.* Angelus post Cynum Jason. Decius & alii.

Ratio dubitandi IV. ab auctoritate.

Verum eorundem auctoritate, † & adductis argumentis non obstantibus, mihi videtur, solam etiam † vim, quæ clientibus etiam absque injuria infertur, per eorum Advocatum propulsandam esse, & consequenter separatim etiam eadem verba, non incongrue accipi posse, id quod etiam placuisse video Franc. Zoan. *num. 2. part. 1.* Bartol. Romul. *num. 4. ad d. l. 3. ff. de Justit. & jur.* Obrecht. *in disp. ad eandem conclus. 28.* Gædd. *de extrajud. defens. disp. 1. conclus. 3. lit. C.* 47 48

Decisio affirmativa pro disjunctiva acceptione.

lit. C. illa ratione suffultis, quod regulariter liceat vim repellere, tametsi absque injuria irrogetur, *l. 3. §. 1. ff. de injur.* quod d. auctor *conclus. 6. lit. G.* multis rationibus ac legibus *ibid.* allegatis satis superque demonstrat.

Responsio ad contraria adducta.

Neque obstant illa quæ in contrariam partem adducta fuere.

Quod enim ad primum attinet, novum haud est, sæpius particulam conjunctivam † pro disjunctiva accipi, atque ob materiam subjectam, copulam Et suam vim & potestatem amittere, ac naturam disjunctivæ induere, Gædd. *l. 29. ff. de verb. signif.* Fortun. Garc. *in l. Gallus. §. quidam recte. n. 24. per illum text.* ubi etiam Lancel. Gal. *n. 12.* Mar. Salomon. *n. 45.* Æmil. Perrot. *n. 7.* Joan. Ant. Rub. *num. 39. ff. de lib. & posth.* Wesenbec. *in Tract. Feud. c. 6. n. 22. v. Quarto.* Cacheran. *decis. 81. n. 18.*

49 *Responsio ad I. dubitandi rationem.*

Deinde non obstat alterum Argumentum, cum ea 50 non sit ratio, cur vim † à Magistratu illatam non liceat repellere, quod injuria careat, sed quod non tam sit offensiva, quam punitiva, quæ à magistratu juste infertur, & quidem ex officio Gædd. *d. disputat. 1. conclus. 3.*

Responsio ad II. dubitandi rationem.

51 Tertia dubitandi ratio non stringit, † ideo, quia quando vis naturalis pro vi non habetur, illud tantum fit quo ad actionem injuriarum, ut ea non competat, non autem quo ad repulsionem defensivam Gædd. *ibidem.*

Responsio ad III. dubitandi rationem.

Non obstat denique auctoritas Angeli, Cyni, Decii & Jasonis, quia illorum opinio, ut ex prædictis patet, ab aliis communiter rejicitur.

Responsio ultima ad Auctoritates allatas.

Adjunximus insuper descriptioni nostræ, Verba De Jure et de facto, quia, ut *in c. XII.* de circumstantiis loci, temporis ac aliarum defensionis qualitatum *numeris 46. & seq.* abunde multorum adductis auctoritatibus edoctum est, Patroni tutelares, defensionem tam de Jure, quam de facto præstare tenentur, de Jure quidem, id est cum justam ac in Jure fundatam contra Turbatores, ac Violatores suos sese defendendi ac tuitionis à Patrono quærendæ causam habent: de facto autem, id est contra vim injustam quæ facto ipsis inferri timetur, protegendi sunt, per ea quæ latissime de vi ac significatione eorundem verborum *in d. c. 12.* deducta sunt, quo lectorem, ne eadem diversis in locis repetenda sint, remittimus.

52 Cæterum, Defendendi seu defensionis vocabulum in definitione positum ambiguum est, & latissime sumptum, omnem conservationem, vel etiam conservandi conatum, quocunque id fiat modo à quocunque, & contra quodcunque malum denotat cujus significationis exempla passim vita humana abunde demonstrat. Strictiore autem significatu, eam solummodo defensionem exprimit, quæ Juri nostro consentanea est, quam Juridicam seu legitimam vocant. Gædd. *in discurs. Academ. de defens. extrajudicial.* 53 *Thes. 1. lit. A.* Et hoc significatu defendendi, † verbum in allata Protectionis descriptione positum, directe quidem proprium Patroni officium designat, Nam ipsissimæ Protectorum partes sunt, clientes tueri ac defendere, prout *infra cap. de officio protectorum* hoc ipsum fusissime deducetur, & quidem armis ac manu militari, quia natura defensionis exigit arma in publicis etiam non privatis. *l. 1. C. de domest. & protector. l. 19. ff. ad SC. Syllanian.* text. *in cap. Imperialem de prohibita feud. alien. per Frider. & §. 1. in Auth. de hered. & Falcid.* Alciat. *1. consil. 2.* Regner Sixtin. *tom. 3. cons. Marpurg. consil. 8. n. 105.* Hier. Schurff. *consil. 23. nu. 1. & 2. cent. 3.* Erenb. *de fœder. lib. 1. cap. ult. n. 12.* Joan. Georg. Beche, *de securit. & salvoconduct. cap. 10. ad fin.*

Verbi, Defendendi, explicatio.

Sed pro meliori declaratione hujus verbi sciendum 54 est, quod defensio, † proprie loquendo, in substantia idem sit quod protectio, attestante Bald. *consil.* 312. *n. 2. part. 4.* quem referendo sequitur Petr. Anton. de Petra *in tract. de potestat. princip. c. 26. n. 1.* qui *ibi* ad hoc adducit textum *in prima constitut. ff. in princ.* ubi dicitur, Jura protectionis † & defensionis spectare ad 55 Principem, id quod etiam scribit Menoch. *arb. Jud. quæst. cas. 338. n. 3.* nempe in protectionem alios recipientes esse Principes vel Jura Principum obtinentes. Protectionis autem Verbum sua natura ita late patet, ut ad omne † defensionis genus produci possit, Bodin. 56 *lib. 1. de Republ. c. 7.* indeque etiam *in Tit. Cod. de domest. & protect.* de iis dicitur, qui latus Principum cingendo quasi protegunt, ut notat *ibi* Gothofred. Quæ ipsa significatio specialis Doctoribus nostris, in causarum decisionibus & Consiliis admodum familiaris est, & secundum eam Protectores, Schutz- und Schirms-Herrn / clientes Schutz und Schirms-verwandten / tanquam correlativa dicuntur, ut post Colerum, *consil. 33. n. 17. arg. l. 84. ff. de furt.* hæc & aliæ verborum ad hanc materiam pertinentium significationes *in ca. II.* latius explanatæ reperiuntur.

Adjecta insuper fuerunt definitioni nostræ verba Sub annuo plerunque honorario.

Quamvis enim non sit de † substantia Protectionis, 57 ut defensoribus honorarium annuum pendatur, ut *suo loco* dicemus, tamen † hodiernæ Advocatiæ in Romano 58 Imperio plerunque certæ pensionis, sive in pecunia, fructibus, servitutibus, sive aliis rebus solvenda, onus annexum habent. Jacob. Synz. post hæc scripta visus, *disput. de jur. protect. Argent. Anno 1621. habita Thes. 14.* ubi concludit in patronum Protectionis, ut plurimum, mercedem, seu honorarium quoddam aliquot nempe modios frumenti, vel amphoras vini, vel certam partem aut quantitatem proventus annui, protectionis nomine, seu operæ conductæ causa deduci solere, arg. *l. metum. 9. §. 1. in fin. ff. quod met. caus. l. 1. §. in honorariis. 10. ff. de var. & extraord. cogn. l. unic. in pr. C. de suffrag.* Specul. *tit. de salar. Advocat. nu. 12.* Gail. *1. observ. 44. nu. 3.* Borch. *de pact. c. 5. nu. 86.* Rosenthal. *c. 4. conclus. 14. n. 2.* Quemadmodum enim communiter, † Advocati litis, ut operam suam præstent clienti, 59 mercedem ab eo stipulantur, vel certum ex pacto annuum salarium, ut probatur per text. *in l. § 1. in honorariis. ff. de extraord. cognit. & l. unic. C. de suffrag. cap. fin. de postuland. ca. non licet. 11. q. 3. & c. non sane. 14. q. 5.* Elegantissime Decian. *in apolog. advers. Alciat. cap. fin. num. 155.* ubi pluribus hoc graphice exornat.

Explicatio verborum Annuum honorarium.

Sic etiam Patronis, sive Advocatis fiduciariis & Tutelaribus ab iis, qui protectionem ipsorum desiderant, honorarium † stipulari licitum & æquum est, *cap. mili-* 60 *tare, 5. vers. de protectoribus, & vers. si amplius quæris, 23. q. 3.* Tiber. Decian. *respons. 18. n. 22. vol. 1.* Menoch. *lib. 1. cons. 32. n. 64.* War. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. c. ult. nu. 6. ibi:* insuper & certa annua pensione soluta, &c.

Cum enim protectio † æquiparetur operis, arg. *leg.* 61 *vulgata, stipulationes non dividuntur. 72. verb. operas, vel his simile. de verb. oblig.* Simon Pistor. *cons. 19. vol. 1. nu. 23. inter consilia Modestini Pistor.* Operæ autem merces debeatur *l. cum duob. §. si in coeunda. ibi,* opera pretium recipit, *ff. pro socio & l. metum, §. quod licet. ff. quod metus causa.* ubi singulariter dicit text. esse mercedem operæ, & aliquem teneri ad restitutionem, si vim submisit Simon Pistor. *d. cons. 19. nu. 16.* Ideo annuatim à clientibus certum quid Protectoribus pendi vulgo Schutz- oder Verspruch-Geld / non est iniquum, Schurff. *consil. 23. num. 3. & seq.* Obrecht. *de defens. necess. c. 7. n. 44.* Coler. *cons. 33. n. 55.* Subjuncta tamen hoc loco fuit particula plerunque hoc est, non semper, † quia in- 62 terdum nihil temporale accipiunt Advocati, sed opere pietatis & amore Dei Ecclesiarum & hominum Ecclesiasticorum defensionem præstant.

Explicatio verbi Plerunque.

Ad hunc modum plerunque summi Pontifices atque Imperatores Romani Imperii Statibus aut Urbibus Imperialibus nulla remunerationis annuæ facta mentione Monasteriorum ac collegiorum Ecclesiasticorum tutelam ac protectionem committunt, ceu patet exemplis *cap. praeced.* allatis.

Verborum IVRE CONSTITVTVM *explicatio.*

Subsequitur postea particula, IVRE CONSTITVTVM, tum quod antiqua Romanorum clientela, ac Protectores ex LL. Romuli, moribus priscis & hodiernis magna parte approbatis descenderit, tum quod ipso Jure (ut *in cap. IX.* affatim edocuimus) ex Lege nimirum tam divina, quam humana, unde etiam primaria ejusdem divisio, qua in Legalem & conventionalem protectionem, dispartitur, profluit, tum etiam ex Canone (ut nominatim *d. cap. sub nu.* 442. & *multis subsequentibus* passim ostendimus) Advocatia exsurgat.

Quia tamen illa, non ex sola Lege, aut Canone promanat, sed ut plurimum ex stipulatione, mutuo consensu & libera protectore clientumque voluntate & pactionibus ortum sumit, aliisve modis diversis *in d. cap. IX.* fuse explicatis, constituitur, ideo in descriptione nostra, subjuncta sunt verba CONVENTIONE ALIISVE MODIS INTRODVCTVM. Ex quibus patet harum particularum adjectione causam efficientem variosque constituendæ protectionis modos designari.

Verborum CONVENTIONE, *aliisve modis introductum explicatio.*

Et hæc hactenus, quæ ad explicationem definitionis nostræ qualemcunque facere videntur, dicta sufficiant; In quibus quidem asserendis, ut in materia simili de fœderibus eleganter adduxit Waremund. ab Erenberg. *cap. 1. lib. 2. in fin.* pictores sequi placuit, quibus cum exigua † tabella ingens aliqua hominum multitudo depingenda est; illi multorum vultus & ora, nonnullorum summa capita tantum, exprimunt, cæterum corpus omittentes & abscondentes. Ita & nos in describendo protectionis Jure summa tantum materiæ fastigia, quatenus rei definitæ declarationem adumbrant, attingere voluimus, deinceps ejusdem Juris originem *cap. proximo* indagaturi.

63

CAPVT V.

De origine, propagatione, & continuatione Clientelarum, & qualiter ad morem antiquarum, hodiernæ Advocatiæ introductæ, usuque continuo, in & extra Romano-Germanicum Imperium, moribus priscis & hodiernis recepto, hactenus observatæ fuerint.

SUMMARIA.

Origine non repetita aggredi materiam nefas est, n. 1.
Origine rei non indagata, ejusdem præsertim obscura, cognitio haberi non potest, numer. 2.
Scriptores industrii in rerum tractatione, non solum naturam, causas, effectusque, sed etiam originem indagare solent, 3.
De protectionis origine indagatio jucunda, 4.
Perfectum est, quod omnibus suis partibus constat, 5.
Principium, cujusque rei potissima pars est, 6.
Principium, dimidium totius est, 7.
Principium plus, quam dimidium totius est, 8.
Principiorum enucleatione multa fiunt perspicua, quæ in tractationem veniunt, 9.
Dimidium facti, qui bene cœpit, habet, 10.
Primæva clientelarum exordia, ante Urbem ROMAM *conditam, repetita, 11.*
Clientelarum origo antiquissima, 12.
Clientelæ apud quosnam populos primitus in usu fuerint, n. 13.
Clientela apud Græcos non diuturna fuerunt, 14.
Clientelis Græci primo omnium turpiter abusi sunt, 15.
Græci clientes servos, à servitute, & fœminas ministras à ministrando nuncupavere, 16.
Clientes πελάται, *unde Plutarchus dictos derivet, 17.*
Clientelæ à quibus ad Romanos derivatæ, & cur receptæ fuerint, n. 18.
Clientelarum usus, apud Græcos vitiis antiquatus, à Romulo ad Romanos utiliter traductus fuit, 19.
Patrocinia unde sic dicta? 20.
Clientela veteres à Romulo melioribus institutis decorata, 21.
Clientela à Romulo honestis appellationibus exornata, n. 22.
Zasius Friburg. Academ. in quo Auctori Doctoratus insignia collata sunt, lumen clarissimum, 23.
Clientela apud Romanos in quem finem constituta fuerint, 24.
Clientela apud Romanos in magna veneratione fuerunt, 25.
Clientum & Patronorum conjunctio apud Priscos arctior, quam cognatorum, 26.
Apud Romanos secundum parentes, primum locum pupilli, inde clientes, tertio hospites, postea cognati habuerunt, 27.
Patroni, clientum defensionem etiam contra proprios cognatos susceperunt, 28.
Patronis pro Clientibus, etiam contra cognatos; neminem contra clientes, testimonium dicere fas erat, n. 29.
Clientela, tanquam honestissimum conjungendorum civium, continendæq; Reip. vinculum, in XII. Tabb. relata, 30.
Patroni & clientes mutuis officiis sibi olim devincti erant, 31.
Patronorum veterum erga clientes quæ fuerint beneficia, n. 32.
Patroni pro clientibus in judicio stare, & pro iisdem responsa dare soliti, 33.
Maxime vero injuria affectos judicialiter vindicabant sub, n. 33.
Eorundem tam absentium quam præsentium in quovis negotiorum genere curam gerebant, ibid.
Patroni ad amandos clientes instar liberorum ac consanguineorum, lege antiqua astricti, ibid.
Clientes à Patronis filiorum loco habiti, 34.
Patronis honorificum erat multos habere clientes, 35.
Appius Claudius à Sabinis cum quinq; millibus clientum Romam ingressus, 36.

Roma-

Testimonio

Caroli

Leo III.

principatus dignitatem evectum, num. 411.

Otto III. Imp. Monasterium S. Lamberti in protectionem assumit, 412.

Henricus II. Monasterium Altaha in Bavaria situm cum omnibus ejusdem bonis in tuitionem recipit, 413.

SS. Felicis & Regulæ Monasterium Monialium Tiguri à Ludovico II. Imp. An. 861. in protectionem receptum, 414.

Henric. Rex An. 1045. Virginum Monasterium in Schennis sub specialem suam protectionem assumit, 415.

Advocatia Monasteriorum ab Impp. suscipienda usq. ad nostra usq. tempora continuatur. 416.

Lindaviense Monasterium, An. 1589 ab Imp. Rudolpho II. cum universis hominibus, ac bonis suis in specialem protectionem receptum, ibid.

Advocatia Monasteriorum ab Imperatoribus quando aliis demandata fuerit, n. 417.

Fridericus I. Imp. claustro Adelbergensi Dn. de Stauffen protectorem constituit ibidem.

Idem Monasterio Seckingen filium suum Ottonem Burgundiæ Palatinum Advocatum assignavit, ibid.

Bavariæ Dux Monasterii Campidonensis Marschalcus, Saxoniæ Pincerna, Comes de Montfurt Dapifer, Comes de Nelenburg Camerarius olim à Carolo M. constituti, ibid.

Campidonense Monasterium ab Hildegarde Caroli M. conjuge An. 777. fundatum, 418.

Eidem Monasterio à Carolo M. quatuor Protectores constituti, n. 419.

Henricus II. Imp. Comitatum Bambergens. in Episcopatum erigit, ac eximiis privilegiis ac reditibus ornat, 420.

Henricus II. Imp. quatuor Electores Imperii, officiales Episcopatus Bambergensis constituit, 421.

Electores quatuor illa Episcopatus officia ac ministeria ab Episcopo Bambergensi in feudum accipiunt, 422.

Eaque in subfeudum quatuor Nobilibus, de Auffsäß / Bomenofelden / Ebner, & Rotenhan concesserunt, à quibus etiam deserviri solent, 423.

Sericum D. Kunegundis filum quid sit, 424.

Bamberga quare muro non cingatur, 425.

Electoratum 4. Electores Imperii Seculares ab Episcopo Bambergensi in feudum non habent, sed eundem ab Imperio recognoscunt, 426.

Augia Divitis Monasterium à B. Pyrminio, Syndelesii Comitis & Caroli Martelli subsidiis An. 724. erigi cæptum, 427.

Augiæ divitis Abbates olim plerig, sicut & Monachi ex antiquissimis Principum, Comitum ac Baronum prosapiis, 428.

Ex Augiæ divitis Monasterio multi ad Episcopales Cathedras Ticinensem, Argentoratens. Basiliens. & Constantiensem, aliasque evocati, 429.

Advocatia divitis Augiæ per Carolum M. cognato suo Adelberto Comiti Brigantino commissa, 430.

Donationis Villæ Ulmensis Monasterio Augensi factæ confirmatio, 431.

Carolus M. Advocati eligendi libertatem defuncto Adelberto eidem Monasterio concedit, 432.

Carolus M. Advocatum certis legibus Abbati & Monasterio Augiensi obligat, 433.

Ab Advocato statutas leges transgrediente Advocatiam auferendam cavet, ibid.

Lotharius Imperator Monasterii Motholochiensis, Advocatum Raguerum Lotharingiæ Ducem, ad instantiam Hetti Archiepiscopi Trevirensis constituit, 434.

Ordo Cisterciensis ab omni Advocatorum genere juxta primariam institutionem, semper liber extitit, n. 435.

Conradi Imperatoris literæ quibus Monasterium Eberacense cum ejusdem prædio Schwabach in suam & Imperii protectionem assumit, & ab omni alia præterquam solius Imp. Advocatia eximit, 436.

Eberacensis Monasterii Advocatia, Ottoni à Wolffskehl / Episcopo Herbipolensi, ab Imp. Friderico Bavaro, certis conditionibus committitur, 437.

De Advocatis diversis eidem Monasterio à diversis Impp. assignatis, n. 438. & 439.

Advocatia Eberacensis Monasterii ad neminem alium, quam Imp. aut Regem Roman. pertinet ex privilegio Caroli V. n. 440.

Advocatorum libera electio per Imperatores Abbatibus quomodo concessa, n. 441.

Carolus M. Ottenbeurrano Cœnobio, Advocati cujuscunque eligendi libertatem concedit, 442.

Henricus IV. Imp. similem Advocati pro libitu suscipiendi licentiam Monasterio Alperspachensi An. 1123. permittit, 443.

Ordo Cisterciensis Benedictinæ primum professionis postea Bernhardinorum nomen assumpsit sub n. 443.

Ordo Cisterciensis super electione Advocatorum specialiter privilegiatus, ibid.

Potestas eligendi Advocatum Monasterio Hirsaugiensi à fundatore, Comite de Calw data, 444.

S. Crucis Monasterio in Donawerth eadem libertas à diversis Impp. concessa, 445.

Helffensteinii Comites ejusdem Monasterii olim Protectores An. 1360. n. 446.

S. Blasii Monasterio eadem facultas à Conrado Rom. Rege An. 1141. tributa, 447.

Luitholdus & Cuno Comites de Achalm, Zwifaltensis Monasterii fundatores, 448.

Advocati constituendi libertatem concedunt Impp. Romani, Abbati & conventui Zwifaltensi, 449.

Advocatiam hujus Monasterii, qui successive habuerint, 450.

Archiduces Austriæ ejusdem cœnobii Advocatiam longissimo tempore habuerunt, idque diligenti ac clementi tuitione tutati sunt ibid.

Archiduces Austriæ, administrationem Advocatiæ hujus Monasterii, Princip. Würtembergensibus nonnunquam ad tempus aliquod commiserunt, ibid.

Comites Wirtemb. hac occasione Advocatiæ Jus sibi omnino arrogare præsumpserunt, ibid.

Potestas eligendi Advocatos, non solum per Imp. sed etiam Pontifices, Archiepiscopos & Fundatores Monasteriorum Abbatibus olim concessa, 451.

Advocati olim non nisi æquitatis & fidelitatis amatores ab Imperatoribus eligi jussi sunt, ibid.

Ex Pipini II. & Longobard. LL. quales Advocati eligendi, 452.

Virtutis & honoris templa apud Romanos ita constructa erant, ut per illud in hoc esset ingressus, ibid.

Advocatiæ ad honorē nō nisi virtuoso patere debet aditus, ibid.

Quomodo summi Pontifices instar Impp. Advocatiam locorum Ecclesiasticorum ea vel in protectionem suscipiendo, vel eorundem defensionem aliis committendo, vel liberam eligendorum Protectorum facultatem tribuendo sibi adsumpserint, n. 453.

Hirsaugiense Cœnobium ab Erlafrido Comite de Calwe & filio ejus Nottingo An. 838. conditum, 454.

Hirsaugiense Monasterium à Gregorio IV. & VII. nec non Urbano II. Pontificibus, in protectionem assumptum, 455.

Anhusen Monasterium à Manegoldo, ejusq, filiis Comitib. Palatinis Tübingens. circa annum 1125. in Brentzana valle constructum, 456.

Anhusen Monasterium à Celestino II. Papa, in tutelam susceptum, 457.

Anhausen aliud Cœnobium ad oppidum Wassertrüdingen / ab Ernesto Comite de Wassertrüdingen / & Hartmanno Barone de Lodenburg Anno 958 fundatur, 458.

Idem olim sub Imperialium urbium Dinckelspühlensis, Gamundiens. & Nordling. tutela fuit, 459.

Calixtus II. Papa, quindecim Monasteria diversis in locis à S. Othone Episcopo Bambergensi erecta An. 1124. in S. R. Ecclesiæ protectionem recipit, 460.

Alienari non debent, quæ semel DEO dicata sunt, 461.

Murense Monasterium in Helvetia, à Papa Urbano II. ea conditione in protectionem suscipitur, ut Abbas pro patro-

cinio, Sedi Apostolicæ quotannis nummum aureum Romam mitteret, n. 462.

Monasteriense Cœnobium ab Innocentio II. & Lucio III. Papa in tutelam Sedis Apostolicæ susceptum, 463.

Casamarii Monasterium Honorius II. Papa [...]conditum in tutelam suam recepit, 464.

Glastingebiri Monasterium in Anglia ab Edgaro Angliæ Rege & S. Dunstano Archiepiscopo Cantuariensi conditum. n. 465.

Idem Monasterium à Johanne XIII. Papa Anno 971. ad conditorum petitionem in protectionem assumptum, num. 466.

Qualiter Pontifices Ecclesiis ac Monasteriis in tutelam susceptis certos interdum Advocatos ipsi dederint, n. 467.

Gottfridus Comes de Calvo Hirsaugiensi Monasterio ab Urbano II. Pontif. Advocatus assignatur, 468.

Banduſienſis Monasterii in Sicilia Rogerius & Boamundus Nortmannorum Ducis filii ab Urbano II. Advocati constituti, 469.

Archiepiscopi quandoque nomine summorum Pontificum Monasteriis, aliisque Ecclesiis, Advocatos dederunt, ibid.

Quomodo Pontifices Abbatibus ac Præsulibus Ecclesiarum nonnunquam Advocatorum pro arbitrio assumendorum libertatem concesserint, num. 470.

Paschalis Papæ diploma quo Alperspachensis Cœnobii jura confirmat & Abbati ejusdem Advocati pro arbitrio suscipiendi facultatem concedit, 471.

Hirsaugiensi Abbati protectoris pro libitu assumendi potestas ab Urbano II. conceditur, si è fundatorum familia nullus ad eam reperiatur idoneus, 472.

Hirsaugiensis Monasterii Advocatus Imperator Romanus, nu. 473.

Advocatus Hirsaugiensis de privilegiis Monasterii non violandis Abbati & Imperatori jurare debebat, 474.

Cœlestinus II. Pontifex Cœnobio Aubausiano Advocati eligendi liberam potestatem indulsit, 475.

Summi Pontifices unde sibi in Episcopatus, Monasteria aliaque Ecclesiastica collegia vendicandæ protectionis occasionem nacti fuerint, numer. 476.

Fundatores non raro Ecclesias à se constructas in Summorum Pontificum protectionem, sua sponte obtulerunt, num. eod.

Byblingense Monasterium ab Ottone & Hartmanno Comitibus de Kirchberg An. 1099. in honorem S. Martini fundatum, 477.

Byblingense Monasterium à fundatoribus Romano Pontif. oblatum ac totaliter donatum, 478.

Byblingensis Abbas Cameræ Apostolicæ in perpetuam hujus oblationis memoriam singulis annis Ducatum Byzantinum olim numeravit, 479

Zwifaltensis Monasterii fundatores sine hæredibus decessuri ejusdem Advocatiam Mangoldo Comiti de Väringen commendarunt, 480.

Zwifaltensis Monasterii Advocatia à Comitibus Varingensibus ad Sedem Apostolicam devenit, 481.

Zwifaltense Monasterium multis immunitatibus à Summis Pontificibus & Impp. donatum, 482.

Tarraconensis Episcopatus ex fundatorum oblatione ab Urbano II. in protectionem assumitur, 483.

Tarraconensis Civitas à Berengario Comite Barchinonensi Ecclesiæ Rom. donata, 484.

Tarraconensis Civitatis donatio ab Urbano II. Papa confirmatur eademque in tutelam ejusdem assumitur, n. 485.

Quomodo Reges, Principes, Comites, aliique Domini temporales, Pontificum & Impp. exemplo sacrorum locorum Patrocinium susceperint, n. 486.

Theodericus Francorum Rex Maursmünster Monasterium ad petitionem Abbatis ejusdem in tutelam suscepit, 487.

Qualiter fundatores locorum sacrorum sibi, posterisque suis tutelam eorundem vindicaverint, n. 488.

Banthensis Monasterii situs, n. 489.

Banthense Monasterium ab Hermanno Marchione Voburgensi, ejusque conjuge Alberade Comitissa de Banth. Anno 1071. conditum, 490.

Hermannus Voburgensis Marchio Herbipoli hastiludio periit, n. 491.

Hermannus Voburgensis Marchio in Banthensi Monasterio à se fundato Advocatiam sibi suisq. hæredibus reservavit, 492.

Quomodo Civitates, pagi, ac reliqui Status seculares ad imitationem veteris Clientelæ, Ecclesiasticorumque exemplo Protectores sibi asciverint, n. 493.

Saxoniæ Duces Electores, Civitatis Erphordiensis vetustissimos esse Protectores, asseruit Ehrenberg n. 494.

Erphordia an litiis Saxoniæ Ducum Protectioni se commiserit, 495.

Protectiones liberarum Civitatum sunt frequentes, communique usu & consuetudine approbantur, 496.

Consuetudo Advocatorum suscipiendorum Recessibus Imperialibus etiam roboratur, ibid.

Reges quinam & qualiter in potentiorum tutelam sese commiserint, n. 497.

Scotiæ regnum olim sub tutela & patrocinio Regum Angliæ, ibidem.

Ianus Balliolus Scotorum Rex Anno 1293. Scotiæ regnum se sub Anglorum patrocinio possidere professus, ibid.

Constantinus Scotorum Rex ab Adelstano Angliæ Rege sub patrocinii titulo in verba sua jurare coactus, ibid.

Muleasses Tunetorum Rex Anno 1535. à Carolo V. regno restitutus in protectionem suscipitur, 498.

Joannes Angliæ, Ferdinandus Castellæ & Philippus Galliæ Reges ab Honorio III. Papa in protectionem suscepti, 499.

Berengaria Angliæ, & Sanctia Castellæ Reginæ Anno 1228. & 1229. in Gregorii IX. Pontificis tutelam se commiserunt, n. 500.

Carolomannus Galliæ Rex cum uxore sua Anno 1234. & Richardus Angliæ Rex cum Jolante Arragoniæ Regina An. 1238. ab eod. Gregorio IX in tutelam recepti, n. 501.

Innocentius IV. Mendogonum Lithuaniæ, & Henricum Angliæ Reges in Apostolicæ sedis clientelam recipit, n. 502.

Ludovicus Galliæ Rex, à Clemente IV. An. 1267. in protectionem susceptus, 503.

Duces qualiter aliorum potentiorum Protectionem quæsiverint, n. 504.

Dux Montensis olim per Legatum Poloni Regis patrocinium imploravit, ibid.

Duces Lotharingiæ in specialem Imperii protectionem An. 1542. à Ferdinando Rege suscepti, ibid.

Lotharingiæ Ducatus liber & nemini subditus exceptis certis ejus partibus Imperio in feudum cedentibus, 505.

Lotharingiæ Duces ad publicas Imperii contributiones obstricti, 506.

Lotharingiæ Ducatus una cum subditis suis à processib. mandatis & omni jurisdictione Imperii tam in prima quam secunda instantia immunis, 507.

Medicea familia in summi Pontificis, Galliæ Regis, Venetiarum & Mediolani Ducũ protectionem ex fœdere assumpta, 508.

Carolus V. suos Inferioris Germaniæ Ducatus & Comitatus, in Imperii tutelam commisit, 509.

Vladislaus Poloniæ Dux ab Honorio III. Papa An. 1218. in Apostolicæ sedis protectionem susceptus, 510.

Bavariæ Ducum familia Palatina per connubium inserta complures Regulis, Comites, Barones in ejusdem tutelam se dederunt, 511.

Præpositus Elwangensis in Ducis Würtembergici protectione quondam extitit, 512.

Elwangensis Præpositura à Magistro Ordinis Teutonici im[...]sa, per

Continuatio Capitis hujus ad praecedentia.

EXPLICATIS huc usque Clientelæ & protectorum Synonymis, Homonymis, definitionibus, ac divisionibus, origo porro ejusdem indaganda venit, admonente IC. *in l.1.ff. de orig. Jur.* & nominatim adhortante *Glossa marg. in l. 2. ff. de reb.* 1 *cred. & si cert. pet.* ubi notat, nefas † esse materiam aggredi, origine non repetita. Coras. *ad l. filium quem ff. famil. hercisc. n.1.* ubi testatur, haberi non posse per- 2 fectam † rerum præsertim obscurarum cognitionem, initiis ejusdem non perceptis, originisque ignoratione sæpissime fieri, ut falsa, pro veris, per Interpretes nobis obtrudantur; Quod igitur aliis in rebus fa- 3 cere industrios † Scriptores, adverto, ut non tantum naturas, qualitates, causas, effectusque rerum propositarum enucleent, sed incunabula quoque, initia, & natales earundem studiose diligenterque indagent, id mihi in proposita clientelarum & patronorum eno- 4 datione, quod illam ipsam originis † indagationem non mediocrem lectori jucunditatem allaturam sperem, haud negligendum esse existimo.

Cum enim juxta Philosophorum sententiam, *in* 5 *omni rerum genere, id perfectum † esse prædicetur, quod ex omnibus suis partibus constat*, affirmante id etiam Cajo nostro *lib.1. ad l. 12. Tabularum, & in l. facturus* 6 *1. ff. de orig. Jur.* cujusque vero rei potissima † pars sit principium atque origo, tradente Platone, *lib. 2. de Repub.* & innuente text. *in l. procuratorem 8. in princ. ff. mandati*, Wesenb. *in rubr. ff. de orig. Jur. Et principium* 7 *sit dimidium † totius*, ut antiquum diverbium habet, cujus meminit idem Plato *in 6. de leg.*

8 Quin imo principium plus sit, quam dimidium † to- 9 tius operis atque per principiorum † indagationem quæ consulente Cothm. *respons. 52. n.151. & cons. 67. nu. 122. vol. 2.* potissimum inspicienda, multa fiant perspicua, quæ in tractationem veniunt ut pulchre differit Aristot. 1. *Ethic. c. 7.* item *lib. 10. problematum c. 15.* & 5. *Politic. c. 4.* Seneca *in Epistola ad Lucilium* 34. Ausonius *in Epigramm. ad Cupidinem*, Horatius *in Epistolis*, dum inquit

10 *Dimidium † facti qui bene cœpit, habet.*

Tiraquell. *in l. si unquam 8.5. verbis omnia vel partem n. 9. C. de revocand. donat.* Coras. *in d. l. facturus 1. verb. principium*; Ideo protectionum ac clientelarum jura explicaturus priusquam ad ulteriora pergam atque ad ipsas Juris hujus causas, transitum faciam, exemplo ICtorum *in l. necessarium 2. d. tit. de orig. Jur.* ante 11 omnia Juris tutelaris principia, & primæva † Patrociniorum, & Clientelarum exordia, à capite atque ipsius urbis Romanæ, initiis veluti ab ævo, repetenda existimavi, ut primo statim intuitu cuilibet constare possit, quo primum tempore & qua urgente necessitate, vel invitante utilitate, clientelæ institutæ, cujusve regno aut Imperio Advocati tutelares sacrosancti inter gentes esse cœperunt.

Cum enim hæc ipsa materia à nullo hactenus scriptore explanata perquam obscura sit, variisque sparsim implicita quæstionibus, ego, qui hanc ipsam, quoad fieri poterit, dilucide ac conveniente Methodo explicare, atque in unum colligere, Deo largiente gratiam suam, proposui, nihil omittam, quod ad necessariam illius cognitionem, vel decorem spectare putavero.

Origo Clientelarum à Græcis antiquissima.

12 Quod igitur ad Juris hujus Clientelaris † originem attinet, quamvis de certo introductionis ejus tempore nihil solidi afferri possit, certum tamen est, id ipsum non esse novum aut recens, sed antiquissimum; Nam ante 13 Urbem † conditam & Romuli tempora, non modo apud Græcos Athenienses ac Thessalos, vetustissima Patronorum ac Clientum instituta viguerunt, sed etiam Celtis Illyricis, Asiaticis, atque Ægyptiis usitatissima fuerunt, attestantibus Halicarnassæo *lib. 2. antiquitat. Roman.* Varrone *lib. 1. de reb. Rustic.* & Bodin. *lib. 1. cap. 7. de republ. nu. 16.* Synzius *disp. de Jure protect. th. 6.*

Clientela Græcorum.

14 Verum ejusmodi Clientelæ, ut idem tradit *Halicar-* 15 *nassæus* apud Græcos non diu † firmæ constiterunt, eo quod ii, temporis successu, in superbiam, libidinem, avaritiam cæterasque vitiorum labes, prolapsi, pessimum in modum clientibus abusi fuerint, operas iis imponentes hominibus liberis minime convenientes. Quin etiam si aliquid jussi id statim ad nutum Patronorum non facerent, mox ipsi in eorum terga sævientes, eosdem tanquam servos severissime castigabant durissimeque tractabant; Inde propter severam 16 † in eos animadversionem, ac subsecutum Clientelarum abusum, Athenienses sub clientela constitutos, Θῆτας à servitute, Thessali vero πενέστας id est servos, & feminas πελάτιδας id est ministras appellaverunt, sicque ejusmodi nominum usurpatione, iisdem Clientibus, in ipsa statim appellatione fortunam servilem objecerunt. Quamvis Plutarch. *in vita Romuli* Clien- 17 tes πέλατας † dictos autumet à verbo πελάω vel πελάζω aut πελάζομαι, quod appropinquare aut alicui voluntarie accedere significat, quod in fidem alterius venientes, eum in Patronum adoptarent. Petr. Gregor. Tholos. *in Syntagm. Juris Univers. lib. 47. cap. 7. n. 16.* id quod Marcus Tullius Cicero his verbis innuit, *vexavit*, inquit, *Puteolanos & Cajum Cassium, quod Brutos sibi adoptassent.*

Clientela Romanorum à Romulo restaurata.

18 Etsi vero Græci, ut dictum est, non ut decuit † Clientelas usurpaverint, sed iis pessime, uti etiam hodiernis temporibus, non raro fit, abusi fuerint, earundem tamen laudabile institutum, optima imitatione ad Romanos dimanavit. Statim enim ab Urbe condita, postquam Romulus obtruncato fratre Remo, regnum solus occupavit, Sabinis in urbem receptis populum Romanum, in certos ordines, Patricios nimirum & Plebejos, divisit, atque id quod apud Græcos vi- 19 tiis antiquatum erat, virtute † apud suos renovans, ut mutuam omnium inter se concordiam tueretur, ac aleret, hanc ipsam Clientelam, ad cives suos, summa cum laude traduxit, patribus quos in Senatum allegerat, plebem ascripsit, & unumquemque Senatorem certum plebejorum numerum in suam Clientelam suscipere jussit, optione cuique è vulgo data, ut è Patriciis, quem quisque vellet, defensorem ac Patronum sibi legeret simulque omnibus execrationibus devovit eos, qui Clientes deseruissent. Unde Festus 20 scribit *Patrocinia † appellari cœpta ex eo, quod Plebs distribueretur inter Patres, ut eorundem opibus tuta esset.* 21 Quare idem Romulus antiquissimum † Græcorum, Celtarum, Illyricorum, Asiaticorum & Ægyptiorum, in recipiendis Clientibus, morem, cum novo illo ac laudabili instituto suo, conferens, non melioribus solum rationibus Clientelas exornavit, constituens ut omnia pro Clientibus Patroni facerent quæ pro filiis patres, & è diverso eam Clientes Patronis exhiberent reverentiam, obsequium, & pietatem, quam Parentibus filii, sed 22 honestioribus † etiam decoravit cognominibus, eandem non dominatum, sed Patronatum & Clientelam suscipientes, non dominos sed Patronos, susceptosque non servos, sed Clientes nominari voluit, excogitata nimirum honesta & perhumana copula qua plebejos & Patricios arctissimo vinculo colligaret, sicut hoc ipsum ex Halicarnassæo Agellio, Livio & Plutarcho brevius tamen deducit Jo. Rosin. *Roman. Antiquit. lib. 5. c. 16.* & eleganter tradit Molinæus *in Comment. ad consuet. Paris. tit. 1. n. 8.* quod & Zasius † Academiæ quondam Friburgensis, 23 in qua mihi Doctoratus insignia collata fuere, lumen clarissimum, ex *eodem Halicarnassæo, in comment. ad l. necessar. 2. ff. de orig. Jur. verbo Curias*, nominatim edocet, causam

causam finalem ejusmodi clientelæ in usum reductæ adjungens, ne scilicet † injuria locupletum in humiles, vel vicissim egenorum invidia in potentes redundaret, sed mediante illo clientelari nexu, mutua potius inter illos concordia foveretur. 24

25 Et fuit sane clientelarum istiusmodi institutum † apud eosdem Romanos in tanta veneratione, ut M. Catone auctore, istiusmodi patronorum † & clientum conjunctio arctior habita fuerit, quam agnatorum & propinquorum, ut Gellius eleganter ostendit, de gradu atque officiorum ordine disserens *lib. 20. c. 1. Noct. Atticar. & lib. 5. c. 13.* ubi scribit more majorum, secundum parentes, primum locum tenuisse pupillos Tutorum fidei creditos, deinde clientes, qui sese in tutelam ac patrocinium contulerunt, tertio loco hospites postmodum cognatos & affines Masfurius Sabinus *Jur. Civ. lib. 3.* ex quo conjunctionis vinculo tanta inter eos fides extitit, ut patroni etiam contra † proprios clientum cognatos defensionem subire tenerentur, ut ex eodem Gellio protulit Petr. Greg. Tholosan. *Syntagm. Jur. lib. 47. c. 7. n. 18.* Unda M. Cato ait, *adversus cognatos Patronus † pro cliente testatur, testimonium contra clientem nemo dicit.*

Clientelarum institutum, apud Romanos admodum venerabile.

26 27 28 29

30 Hinc etiam sanctissimi † hujus Juris clientelaris, quod prudentissime Romulus, tanquam honestissimum conjungendorum civium continendæque Reip. vinculum, instituerat, solennem in suis tabulis superesse memoriam voluerunt Decemviri, legem de deligendo Patrono sequentem ferentes, PLEBEI *quem sibi ex Patriciis Patronum volunt, eligunto.* Sichard. *lib. 3. veter. Jurisprudem. ad LI. Romuli.*

31 Ut vero earundem Clientelarum † disciplinæ, tanto firmiores ac constantiores perdurarent, Romulus commoda tam patronis, quam clientibus addidit officia, ideoque prædicti tutelares Patroni ac clientes habuerunt inter se mutua quædam humanitatis ac benevolentiæ instituta, in superiorum provida protectione, & inferiorum fideli obsequio, consistentia, quibus ultro citroque, hi officia, illi beneficia, sibi invicem exhibebant, prout asserit idem Halicarnass. *d. lib. 2.*

Beneficia Patronorum in Clientes.

32 Primo enim Patroni † clientibus Jura, quorum illi rudes & ignari erant, interpretabantur, & respondebant de iisdem, Halicarn. *d. loco.* Quod Horatius *lib. 2. Epist. 1.* sequent. expressit versibus:

I. In explicando iure consistens.

> *Roma dulce diu fuit & solenne, reclusa*
> *Mane domo vigilare, Clienti promere Jura.*

33 Deinde pro iis injuste † oppressis etiam in judicio respondebant totisque eos viribus defendebant, eorumque causa nullum Patrocinium sive publicum sive privatum recusabant, uti hujus rei præ cæteris locuples testis est Plautus *in Menaech.* hisce verbis

II. In Patrocinio præstando.

> *Juris ubi dicitur dies simul*
> *Patronis dicitur, quippe qui pro illis*
> *Loquantur, male quæ fecerint, aut ad*
> *Populum, aut in Jure apud Judicem res est*
> *Sicut me hodie nimis sollicitum cliens*
> *Quidam habuit, neq; quod volui agere quidquam*
> *Licitum est, ita me attinuit, ita me detinuit,*
> *Apud Ædiles pro ejus factis plurimis,*
> *Pessimisque causam dixi ——*

Maxime vero pro clientibus injuria † affectis, Patroni lites suscipere, causasque illorum, contra accusatores tueri solebant. Præterea Clientum æque absentium, ac præsentium † curam gerebant, & quidquid liberorum suorum causa clientes solent, in rationibus pecuniarum, & contractibus eorum facere, id patroni summo studio pro susceptis suis exequebantur. Halicarn. *ibidem.* Hinc & lege antiqua cautum erat, ut Patroni clientes ita charos haberent, ut suos liberos & sanguine junctos. Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib. 6. c. 10.* & Gellius *noct. Atticar. lib. 20. c. 1.*

III. Cura pro præsentibus & absentibus. Dilectio instar filiorum.

Nec solum Patroni prædictis in rebus clientibus suis præsto fuerunt, sed ea omnia, ut pauca pro multis dicam, in eos beneficia contulerunt quæ parentes † in filios solent, omnem illis quietem publice & privatim quærentes, Joan. Rosin, *antiquit. Roman. lib. 1. c. 16.* Quæ omnia fere Cic. *Verr. 1.* nervose complexus est dum inquit, *ad meam (Siculi) confugiunt fidem, per me auxilium sibi à vobis petunt, me defensorem calamitatum suarum, me ultorem injuriarum, me sui cognitorem Juris, me causa totius actorem esse voluerunt.* 34

Nequaquam vero Patroni more Græcorum abutebantur suis Clientibus, ut servis, sed eosdem honestissime tractabant; unde magna eos laudis ornabat accessio, si clientes † haberent quamplurimos, sive propria virtute partos, sive hæreditario jure acquisitos, id quod Plaut. *in Menaech. actu 4.* attestatur hisce verbis 35

> *—— Morem habent hunc*
> *Clientes sibi omnes volunt esse multos*
> *Bonine an mali sint, id haud quæritant*
> *Res magis quæritur quam Clientium*
> *Fides ejusmodi clueat:*
> *Si est pauper atque haud malus, nequam habetur*
> *Sin dives malus est, is cliens frugi habetur.*
> *Qui neq; leges neq; aequum bonum usquam*
> *Colunt, sollicitos patronos habent.*
> *Datum denegant quod datum est, litium*
> *Pleni rapaces, viri fraudulenti*
> *Qui aut fœnore aut perjuriis habent rem*
> *Partam, mens est in querelis.*

Ad quem & Horatius *Carm. lib. 3. Ode. 1.* allusisse videtur, ubi innuit in alio candidato, valere nobilitatem generis, in alio celebrem famam à virtutibus ortam, in alio magnum Clientum numerum, dum inquit

> *—— hic generosior*
> *Descendat in campum petitor,*
> *Moribus hic meliorq; fama*
> *Contendat, illi turba clientium*
> *Sit major ——*

Hinc Appius Claudius, à quo Appiorum familia processit, à Sabinis, Romam cum quinque † millibus clientum migrasse traditur, ut est testis Valerius. 36

37 Ad hunc etiam, magno cum applausu, conjunctum multorum clientum morem, alludit Cic. *in divin. 1.* in hisce verbis *Clarissimi, inquit, viri nostræ civitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab Hospitibus clientibusque suis, & exteris nationibus, quæ in amicitia populi Romani ditioneque essent, injurias † propulsare, fortunasq; illorum defendere.* 38 39

Clientum erga Patronos obsequia.

Et hæc de beneficiis patronorum, erga clientes. Nunc quod ad horum erga eosdem obsequia † attinet eorũ plurima diversaq; fuisse allegati auctores referunt.

I. In dotandis Patronorum filiabus consistens.

Primum enim Patronis † in omnibus rebus honestis obsequentes, eosdem ad paupertatem redactos pecuniis suis, aliisque rebus juvabant, maxime autem egentibus ad † dotem filiarum, cum eas nuptui tradere vellent, contribuebant. 40

II. In redimendis captivis.

41 Deinde si quis ex ipsorum patronorum numero, in † vincula venisset, aut aliquis ex liberis eorum ab hoste captus esset, eosdem quamprimum redimebant.

III. In liberandis obæratis.

42 Textio nexos, à † creditoribus, vel ære mulctatos, propria pecunia liberabant, idque non coacte nec gravatim, sed sponte, & prompta benevolentia, non quasi fœneris loco, sed ob referendam gratiam.

IV. In participatione publicorum impendiorum.

43 Quarto, Publicorum quoque † impendiorum, quæ Magistratuum honorumve nomine fiebant, eosdem per omnia participes non secus, quam genere conjunctos, faciebant.

V. In solvendis Litium æstimationibus & mulctis dependendis.

Quinto Privatarum † quoque litium æstimationes & mulctas publicas pecuniarias, pro Patronis solvebant, attestante eodem Halicarnasseo & Joh. Rosin. *antiquit. Romanar. d. c. 16.*

Sexto clientes Patronis suis non pace † tantum, & domi, 44

VI. In auxilio militari. domi, in omnibus periculis negotiisque sed bello etiam militiæque aderant, licet clientelis onus militiæ annexum non esset. Gerard. Niger *lib. de feud.* Thom. Demster. *in Paralipom. ad Rosini antiquitat. Roman. c.16 lib.1.* Claudian. *lib. 2. in Ruffin.*

—— Circumq; armata Clientum
Agmina privatis ibant famulantia signis.

45 Septimo insuper, quod ex Plauti verbis conjicere licet, Clientes olim in æde † sacra convivium patronis apparari curabant quod cœnam popularem vocabant, Petr. Faber. *in lib. Semestr. c.6.* Sic enim apud Plautum Philo loquitur *in Trinummo Act. 2. Scen. 4.* *VII In exhibenda cœna populari.*

—— Quid tunc si in ædem ad cœnam veneris
Atque ibi opulentus tibi par forte ibi veneris
Apposita sit cœna popularem quam vocant,
Si illi congesta sint epula à clientibus,
Si quid tibi placeat, quod illi congestum siet
Edasne, an incœnatus cum opulento accubes.

46 Octavo clientes etiam honoris causa magno † numero patronos comitabantur, dum iidem filios suos naturales, vel adoptivos in forum deducebant, eo die, quo ipsi togam virilem induebant, & singulis vel privatis Senatoribus commendabantur, comitante scilicet toto clientum numero, ut nuncupatim annotavit Thom. Demster. *in Paralipom. antiquit. Romanor. lib. 5. c. 32.* *VIII. In commendandis Patronis, dum eorum filii Togam virilem sumerent.*

47 Commendabant autem patres † filios suos tyrones fidei Senatorum, cujus rei clara sunt argumenta apud Tit. Livium 5. *Decad. lib. 5. ad finem: filium postremo Nicomedem Senatui commendavit.* Q. Symmach. *lib. 2. Epist. 42. Commendaveram tibi* inquit, *dudum Macedonis clarissimi viri filium, cum foro tuo nomen dedisset, credo eam rem pro studio meo juveni accommodasse; sed quia parentibus nihil satis est, & efficacior quibusdam videtur petitionis iteratio, rogatus denuo postulatum retexo, non ut novam causidico benevolentiam præstes, sed ut jam tributam digneris augere.*

Elegans formula commendationis istiusmodi apud C. Suetonium *in Augusto cap. 56. Nunquam filios suos populo commendavit, ut non adjiceret, si merebuntur,* pulchre Claudian. *de 6. Hon. consul.*

—— te cum prælarga vocavit
Ditandis ad dona tribus, fulgentia tecum
Collecti trabeatus adit delubra Senatus
Romano puerum gaudens offerre favori.

48 Nono solebant etiam clientes olim Calendis † Januarii patronis suis munuscula quædam tenuia, grati animi indicium, nempe assem minimum & mel offerre, accedentibus caricis & dactylis palmarum inauratis. Thom. Demster. *in paralipom. ad cap. 13. lib. 1. Rosin.* quod etiam Ovidius sequentibus versibus indicat. *lib. 1. Fastor.* *IX. In offerendis munusculis Calend. Januar.*

Quid vult palma sibi, rugosaq; carica, dixi,
Et data sub niveo, condita mella, cado.
Omen, ait, causa est, ut res sapor ille, sequatur
Et peragat captum dulcis, ut annus, iter.
Dulcia cur dentur vides, &c.

Idem Martial. *epigramm. lib. 8.* attigit, de phiala loquens aurea quidem, sed gracili & vili ad Paulum hisce versibus.

Hæc linitur sputo, Jani cariota Calendis
Quam fert cum parvo sordidus asse cliens.

Idem *in Xeniis:*

Aurea porrigitur Jani cariota Calendis
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

Nec vero hæ minutiæ aliter quam honorarii loco 49 dabantur, nequaquam vero pro mercede, † quia unius assis pensio mercedem non sapit, *l. si quis conduxerit. ff. locati.*

Dulcia tantum & honesta cliens officiose tradebat Domino, ut visum est Forcat. *de feud. cap. 2. sub numer. 16.* ubi ex Macrobio *lib. 1. Saturn. cap. 7.* refert, 50 quod cum multi occasione † Saturnii festi per avaritiam à clientibus ambitiose munera exigerent, idque onus tenuiores gravaret, Publicium Tribunum plebis legem tulisse, ut non nisi cerei ditioribus mitterentur.

Et est probabile, à prædicta † clientum donandi 51 consuetudine, quæ Calendis Januarii fiebat dandi strenam ad nos fluxisse usum, hoc est ejus muneris, quod in principio anni, boni ominis gratia, datur, quando Tranquillus scribit, † Equites Romanos 52 solitos fuisse quotannis ferre strenam, Augusto Cæsari, in Capitolio etiam absenti, Calend. Januar. quod hodie etiamnum apud nos ubique servatur, diverso tamen modo.

Itali enim summi, † dant infimis, in Anglia vero, 53 ut testatur Polydor. Vergil. *de rerum inventor. lib. 5. cap. 2.* inferiores deferunt strenam superioribus, & Regi principes singuli: In Germania sine discrimine deferunt strenam tam inferiores superioribus, quam superiores inferioribus, & æquales æqualibus, qui tamen dantibus aliquid vicissim donant, ut liberalitas, ceu boni animi nuntia, mutuo compensetur. Illud vero plerisque populis usitatum est, ut etiam sine munere primum anni exordientis diem lætis ominibus faustum felicemque precentur.

Decimo etiam inter alia honoris ornamenta, quæ Clientes olim suis Patronis deferebant statuarum † erectio numeratur, quas iisdem in privatis domibus & atriis ponere consueverunt, ut ex Plinio *libr. 34. cap. 4. & 6.* post alios testificatur Dempster. *paralip. ad cap. 16. Ant. Rom.* Eodemque pertinet Apulæi locus *ad lib. 3. Metamorph. Ac tibi civitas omnis pro ista gratia honores egregios offeret. Nam & patronum scripsit, & ut in ære stet imago tua decrevit.* *X. In statuis ponendis.* 54

Ejusmodi decretorum exempla † quædam in veterum monumentis etiamnum extant, ex quibus hos centones excerpsit Radulp. Fornerius *lib. 4. c. 4. rerum quotid.* 55

Unus est de pelluinis & vestinis (eorum meminit Plinius *lib. 3. c. 12.*) quo Nummiam Variam, patrocinii honore, affecerunt.

PLACERE VNIVERSIS CONSCRIPTIS NVMMIÆ VARIÆ C. F. SACERDOTI VENERIS FELICIS PRO SPLENDORE DIGNITATIS SVÆ PATROCINIVM PRÆFECTVRÆ NOSTRAE OFFERRI PETIQVE AB EIVS CLARITATE ET EXIMIA BENIGNITATE VT HVNC HONOREM SIBI A NOBIS OBLATVM LIBENTI ET PRONO ANIMO SVSCIPERE, ET SINGVLOS VNIVERSOSQVE NOS REMQVE PVBLICAM NOSTRAM IN CLIENTELAM DOMVS SVÆ RECIPERE DIGNETVR, ET IN QVIBVSCVNQVE RATIO EXEGERIT INTERCEDENTE AVCTORITATE DIGNITATIS SVÆ TVTOS DEFENSOSQVE PRÆSTET TABVLAMQVE ÆNEAM HVIVS DECRETI. N. VERBA CONTINENTEM OFFERRI EI, &C.

Non dissimile decretum in veterum monumentis extat, cujus fragmentum subjiciam.

PLACERE CONSCRIPTIS LEGATOS EX HOC ORDINE MITTI AD T. POM-

POMPONIUM BASSUM CLARISSIMUM VIRUM, QUI AB EO IMPETRARENT IN CLIENTELAM AMPLISSIMÆ DOMUS SUÆ MUNICIPIUM RECIPERE DIGNETUR PATRONUMQUE SE COOPTARI. TABULA HOSPITALI INCISA HOC DECRETO IN DOMO SUA POSITA PERMITTAT, &c.

Idem à Collegiis, & corporibus factitatum olim constat, ut Patronis aliisve personis de se bene meritis statuas dicarent. *l. ult. C. de statu & imag.* Exemplum in antiqua inscriptione Neapolitana.

QUOD POSTULANTE CN. GAIO PUDENTI O.V. DE FORMA INSCRIPTION. D. ANDA. STATUÆ QUAM DENDROPHOR OCTAVIO AGATHÆ. P.C.N. STATUERUNT CN. PAPIRIUS SAGITTA ET P. ÆLIUS EUDÆMON. II. VIR. RETULERUNT Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. PLACUIT UNIVERSIS HONESTISSIMI CORPORIS DENDROPHORORUM INSCRIPTIONEM QUÆ AD HONOREM .... DARE. QUÆ .... SERTA EST.

Aliud exemplum in prisco lapide, cujus ut & superiorum integram formulam quia referre longum esset, extrema tantum verba subscribam.

HUIC CORPUS SUARIORUM ET CONFECTUARIORUM AUCTORIBUS PATRONIS EX AFFECTU EIDEM JURE DEBITO STATUAM PATRONO DIGNAM PONENDAM CENSUIT.

Quo loco non de nihilo additur illa clausula EX AFFECTU JURE DEBITO, imo ni fallor ad amoliendam adulationis suspicionem. *l. 1. C. de stat. & imag.*

Meminit etiam statuæ Patrono positæ Senec. *lib. 5. de benef. c. 8. Quomodo,* inquit, *nemo se portat, quamvis corpus suum moveat, & transferat, quomodo nemo, quamvis pro se dixerit adfuisse, sibi dicitur nec statuam sibi tanquam Patrono ponit?*

56 Plerunque autem collegia artificum, † qui suos etiam habebant Patronos, iisdem statuas ejusmodi in foro aut loco maxime conspicuo erigere solebant, Thom. Dempsterus *in Paralip. ad Joan. Rosin. de antiquit. Rom. lib. 1. c. 16.* Cujus rei ampla satis habemus testimonia ex vetustis inscriptionibus, quarum quasdam tantum subjiciam, una est Tergesti in Istria.

L. Vario Papirio. Papiriano IIVIR. I. D. IIVIR. ID. Q. Q. Prætor. Fabr. Rom. et. Tergesto. Flam. HADRI. Pont. Augur. collegium Fabrum Patrono merenti.

Altera Reatæ in Italia.

T. Fundilio. Gemino, VIVIR, Aug. mag. mu. Augustales. Patrono. & quinq. perpetuo. optime. merito. hic arce. Augustalium se. vivo. H.S.XX. dedit, ut ex reditu. summæ. die Natali. seu, IIII. Calend. Febru. præsentes, vescerentur & ob dedicationem statuæ. decurionibus. & seviris. & juvenibus. sportulas, & populo epulum. & oleum. eadem. die dedit.

Tertia Bergomi in Italia.

C. Cornelio C. F. Vot. Municiano. Præfect. coh. Prim. Damasc. Trib. mil. leg. III. August. præfect. Fabr. Curatori. Reipublic. Otesimorum IIII. Viro. I. D. Pontifici. Flamini. in Divi. Claudii. Bergomi Patrono plebs urbana.

Est & alia Urbini in Italia.

C. Vesino. C. F. Stell. Vindici populi. Urvini Patrono. suo. & municipii. Ædil. IV. Vir viar. curandar. Trib. mil. leg. VIII. Aug. & quæ sequuntur.

Privato, etiam clientes, nomine, statuas Patronis, suis sumptibus privatis, erigi curasse, unica vetus descriptio, quæ in Hispaniis visitur, ostendit.

L. Domitio. Gallicano. Papiniano C. V. leg. III. August. pr. pr. provinciæ. Germaniæ inferioris. leg. August. pr. pr. Dalmatiæ Cos. devotissimo. & innocentissimo. Aurelius. Julienus Patrono incomparabili.

Historicos citare supervacanei esset operis, cum obvii sint passim loci, ab aliis in hoc notati. Unum addo Claudianum *in paneg. de consul. Manlii Theodori.*

Hinc te pars Lybiæ moderantem jura probavit,
Quæ nunc tota probat, longi sed pignus amoris
Exigua peperere mora populumq; clientem
Publica mansuris testantur, vocibus æra.

Et hæc de clientum erga Patronos obsequiis & officiis, horumque vicissim erga illos beneficiis.

57 Communiter autem † utrisque neque pium, neque fas erat, accusare se invicem in judiciis, unde Patronus contra furantem clientem pro re sua agere haud poterat, *l. 89. de furt. Tholos. Syntag. lib. 47. c. 17. n. 16.* nec adversus se mutuo testimonium dicere, nec suffragium ferre, nec cum inimicis se conjungere.

Patronorum ac clientum mutua vincula.

Qui contra † fecerat Diis inferis devovebatur, & lege de Proditoribus, quam Romulus sanxerat, tenebatur: Convictum autem ejusmodi, † criminis, licebat cuivis ut Diti sacrum interficere; Mos enim Romanis erat quos vellent impune occidi, eorum corpora Diis inferis devovere. Joan. Rosin. *antiquitat. Roman. lib. 1. cap. 16.* Agellius *lib. 5. cap. 13. & lib. 20. cap. 1.* Balduin. *ad leg. 12. Tabular. cap. 5.* Unde Servius exponens illud Vergilii, *Et fraus innexa clienti* ait in 12. Tabulis scriptam fuisse hanc legem SI CLIENTI FRAUDEM FAXIT SACER ESTO, quam vir multiciæ lectionis Theodor. Marcilius pleniorem, uberioremque tulit ex Halicarn. *Histor. Rom. lib. 2. Patronus si clienti clientve Patrono fraudem faxit, sacer esto,* Sixt. Cæcilius *apud Gell. 20. c. 2. Nec prius,* inquit, *ullum facinus æstimatum est, quam si quis probaretur clientem derisui habuisse.* Et e contra, ut *infra* dicetur, piaculum erat clienti, injuria afficere Patronum, proinde ut servo, Liberto, supplici, quos pariter Patrono obligari putat Cicero *de Invent. lib. 1. in fin.* pariterque nominatos legimus *in l. si vero plures. §. ff. de his, qui effuder. vel dejec.* Arnisæus *de Jur. Majest. cap. 1. 3. num. 2.*

I. In prohibita adversus se invicem testimonii dictione consistens.

58

59

II. In vetito, cum alterutrius inimico, conjunctione.

Unde & Servius in explicat. *d. versus* Vergiliani: *si clientes,* inquit, *quasi colentes sunt, Patroni quasi patres tantundem est clientem quantum filium fallere*: & hoc posse fieri ex Horatii dictis intelligitur, qui cum loqueretur de avaris potentibus, ait de vicino cliente *lib. 2. od. 18.*

——pellitur paternos
In sinu ferens Deos,

Sane & dolum defensione illa Tutelari per 12. Tabulas vindicatum fuisse, scribit Cicero *lib. 3. de offic.*

Et quod ait lex SACER ESTO, idem est, ac si diceretur improbus & intestabilis esto.

60 Sacros autem † antiqui vocabant homines execrandos & deteſtandos, qui ob maleficium judicati erant,& quibus ſacris interdicebatur, ſicut prolixe explicat Budæus *in annotat. Pandect. ad l. 2. ff. de pœn.* Unde Plaut. *in Bacchid. Act. 4. ſcen. 6.*

Men' criminatus eſt? optume eſt, ego ſum malus,
Ego ſum ſacer, ſceleſtus.

Horat. *lib. 2. ſermon, Satyr. 3.*

Prætereane vos titillet gloria, jure
Jurando obſtringam, ambo, uter ædilis fuerit, vel
Veſtrum Prætor, is inteſtabilis & ſacer eſto.

Feſtus ait, ſacrum hominem eum eſſe, quem populus 61 judicavit ob maleficium, neque homicidii † damnabatur, qui eum occiderat, ſic leg. Tribunitia indultum erat, etiamſi quis eum, qui plebiſcito ſacer eſſet, occi- 62 diſſet, parricidii reus haud fieret. Inde verbum † ſacrare. Livio *lib. 2. ab Urb.* capitur, pro devovere, & deteſtabile decernere & ita morti addicere, ut impune occidi & violari poſſit: *Ante omnia,* inquit, *de provocatione adverſus magiſtratum ad populum, ſervandaque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi conſilia iniiſſet grata in vulgus leges fuere.*

63 Sed & ultra hæc tam clientibus quam Patronis ingens utrinque beneficiorum ſibi invicem † exhibendorum certamen erat, ne vincerentur mutua gratia, & benevolentia, dum clientes ſummis viribus eniterentur, ut nullum Patronis negarent miniſterium, viciſſimque Patroni nullo corrumpi poſſent pretio, aut nullum pecuniarum, vel aliud acciperent donum, ut clientibus moleſtiam aliquam inferrent: ut nominatim teſtantur Halicarn. *antiq. Roman. lib. 2. §. ceterum. verſ. Patriciis autem.* Liv. *lib. 1.* Plutarch. *in Romul.* A. Gell. *noct. Attic. lib. 5. cap. 13.* Quin & tanta illis erat in omni vita temperantia & felicitatem virtute, non fortuna metiebantur. Roſin. *antiquit. d. c. 16.* Et hæc quidem mutua Patronorum & clientum catenata beneficia, nulla ſpecies figurave, quam per veſpertiliones catenatim ab invicem dependentes convenientius delineari poſſunt: Illud enim genus mutuam inter ſe quandam habet benevolentiam, & ſæpe quaſi catena quadam contexta, ſi qua illi inferatur vis, mutuo ſibi cohærent, imbecillitati ſuæ invicem adferentes opem, viſique ſunt alius ab alio alarum hamis, una ad alteram porrectis, pendentes, longum veluti produxiſſe funem. Pier. Valer. *Hierogl. lib. 25. rubr. de veſpertil.*

III. In mutua gratia & benevolentia conſiſtens.

64 Cæterum non tantum † in ipſa Urbe frequentes, celebreſque erant clientelæ iſtæ, quibus plebs tuta Patriciorum erat Patricinio, ſed & coloniarum, ac ſociarum, amicarumque civitatum, & bello ſubactarum, quæque ſuos habebat Protectores, & quoscunque vellet ex Romanis proceribus ſibi eligebat Patronos, teſte Ciceron. *lib. 1. offic. Illi,* inquit, *qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, ut eorum Patroni eſſent, more majorum receptum fuit.* Quin & exteri † civium exemplo commoti, cum eos ab injuria potentiorum tutos eſſe animadverterent, non modo ſinguli, ſed etiam univerſi, atque adeo urbes ac provinciæ in clientelam ſenatorum ſe ipſos adjunxerunt. Hinc Cicer. *lib. 5. Epiſt. 4. in fin.* ſcribit: Cyprum Inſulam Cappadociæque regnum & Citizeos. *4. de finib.* Catonis vocat clientes. Et Fabricium Luſcinum univerſos Samnites in clientela habuiſſe teſtatur Valer. Maxim. *lib. 4. cap. 3.* Sic & præcitatus Cicero *lib. 2. de Leg.* Locros Romanorum vocat clientes. Sic etiam gens Marcellorum, urbis Syracuſarum clientelam, Antonii Bononienſium, ac deinceps alii aliorum præſidium ſuſcipiebant, ita tamen, ut quæcunque moriens 65 † in Urbe peregrinus poſſideret, ea Patronus Jure applicationis, quod alio *cap.* tetigimus, tanquam hæres caperet.

Clientela exterorum.

Conſtat etiam in more veterum illud quoque poſitum fuiſſe, ut quiſque populus, ac quæque nationes, populo Romano confœderatæ † unum haberent ex proceribus Romæ Patronum, in cujus clientelam ſeſe 66 darent, ut ſi quando iis opus eſſet, eorum illi cauſam tuerentur. Cicero *in Divinat.* Ut Siculi † M. Tul- 67 lium Ciceronem, Allobroges Fabium Sangam, Syracuſani Marcellorum familiam, Lacedæmonii Claudiorum & Bononienſes Antoniorum. *Scis, quam diligam Siculos,* inquit M. Cicero, *& quam* honeſtam illam clientelam judicem, Cicer. *ad Attic.* Tranquillus item de Bononienſium clientela; *Bononienſibus quoque* ait, *publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam facit conjurandi cum tota Italia, pro partibus ſuis.* Sueton. *in Auguſt.*

Clientela confœderatorum.

68 Ex quo factum, ut ſæpe numero † Senatus controverſias Civitatum, ac gentium ad earum Patronos remiſerit, eorumque judicia rata habuerit, adeoque ab his initiis ex authoritate Romuli firma Romanis coaluit concordia, † ut per ſexcentos & amplius annos, 69 multis licet ac magnis inter plebem & honoratos exortis de Republic. controverſiis, nunquam tamen ad inteſtinas cædes ventum fuerit, ut poſt Halicarn. *d. loc.* Livium *lib. 1.* & Plutarch. *in Romul.* prolixius tradit Joan. Roſin. *antiquit. Roman. lib. 1. cap. 16.* & nuncupatim notavit R. P. Adamus Contzen S. Joan. Theologiæ & SS. literarum in Archiepiſcopali Academia Moguntina Profeſſor doctiſſimus, *1. Politic. cap. 18. §. 12.* ubi ait: Patronorum clientumque tantam apud Romanos neceſſitudidem fuiſſe, ut ſexcentorum annorum ſpatio inter Patricios & plebem nullæ diſſenſiones ad ſanguinem devenerint, ſublatis vero vinculis illis, poſtquam fraus innexa clientibus fuit cædibus Rempubl. mutuis interiiſſe, & ad unum tyrannum delatam fuiſſe.

70 Hunc inſuper clientelarum morem non apud Græcos ſolum, & poſt illos penes Romanos, ſed & apud † Gallos alioſque populos exteros in uſu fuiſſe ex Julio Cæſar. *lib. 6. & 7. de bello Gallico* colligere eſt. Ait enim *quo quiſque amplior eſſet, eo plures clientes habuiſſe:* Et rurſus, *More Gallorum,* inquit, *nefas eſſe deſerere clientes dominos ſuos etiam in extremis malorum.* Et alibi: *Hi autem,* inquit, *qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Heduis conjungi poterant, ſe Rhemis in clientelam dederunt, Hos illi diligenter tuebantur, ita & novam & repente collectam authoritatem tenebant.*

Gallorum clientela. Clientelarum uſus qualiter antiquus etiam Romanorum tempore uſitate apud Gallos viguerit.

71 *In Æduorum autem fide † & clientela reperio fuiſſe, primum Senones, quibus cum Pariſienſes paulo ante ſuam Civitatem fœdere & ſocietate conjunxerant, tam Bellovacos, quorum erat Civitas Magna & plurimum inter Belgas virtute authoritate, & hominum multitudine valebat.* Cæſar. *lib. 2. c. 4. & lib. 7. c. 7.*

72 Idem Trevirorum † clientes numerat Eburones, & Condruſos *lib. 4. cap. 2. Arvernorum antẽ tantam ait, multitudinem fuiſſe, ut non modo ſe Æduis adæquarent, verum & paulo ante Cæſaris adventum magnam clientiũ partem ad ſe traduxerint, lib. 6. c. 4. & lib. 7. c. 10.* Aliud hujus rei teſtimonium extat apud eund. Cæſarem *lib. 6. de bello Gallico:* ubi de Equitum ordine loquens ait, *Atq. eorum ut quiq. eſt genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe Ambactos clientesq. habet. Hanc unam gratiam potentiamq. noverunt.* Erat autem priſcis Celtis 73 † Ambactus ſive *Ambacht* idẽ quod Helvetiis Ammann ſive noſtris Amptmann/ Hinc Ambactia ein Amptmanſchafft / oder Pflege annotante Paul. Matth. Wehner, *Pract. obſerv. verbo* Amman. Ambactus tamen apud Enniũ lingua Gallica ſervus dicitur, ſeu miniſterialis. At prio-

priorem significationem approbat And. Knichen *de jur. territor. c.* 4. *n.* 181. attestans etiam hodie ditiones seu Regiones, in Ambactias, Empter distribui, voce & instituto mere vetusto Germanico & Francico, quod & Freherus, ex Pithæo 1. *advers. c.* 8. observavit. *orig. palat. cap.* 5.

Alludit etiam ad prædictam, de Gallorum ad morem Romanorum, adscitis clientibus, consuetudinem, Bud. *ad l. Herennius. ff. de evictien.* ubi hunc morem clientelarũ Gallis vetustissimum fuisse asserit. Et Bodin. *c.* 7.

74 *de Rep.* Jus † illud clientelare à Romanis, qui Gallias coloniarum multitudine illustrarunt, ad Gallos originaliter traductum esse autumat. Imo non apud prædi-

75 ctos solum Galliæ populos, † verum etiam Hispanos antiquitus clientelas usu viguisse, testatur præcitatus Cæsar *lib.* 2. *de bell. civ.* ubi refert, Pompejum magnas in Hispania clientelas habuisse.

Hispanorum clientela.

76 Sed ut ex his tandem pedem referam, istud † clientelæ sanctissimum institutum, tanquam saluberrimam Patronorum & plebejorum, potentiorum & tenuiorum, locupletum & egenorum civium. cognatam necessitudinem, per multas ætates Latinos diutissime retinuisse, religiosissimeque coluisse, ac deinceps, veluti per manum ad posteros propagasse, Romanarum antiquitatum studiosi scriptores memoriæ prodiderunt: Rosin. antiquit. Rom. *lib.* 1. *c.* 116.

Et Corasius quidem præstantissimus Galliæ IC. *in comment. ad l. illicitas.* 6. *§. ne potentiores. ff. de offi. Præsid.* scribit, hanc Patronorum, clientumque necessitudinem perseverasse ab Urbe condita, ad Alexandrum Se-

77 verum usque, qui in † Imperat. unanimi militum, Senatus, ac totius populi consensu, post occisum M. Aurel. Ant. Heliogabalum, quem tamen vetustiora monumenta, & ejusdem numismata Elagabalum vocant, Anno humanæ salutis ducentesimo vigesimo quarto,

78 electus fuit, interemptus † vero in expeditione Germanica, apud Moguntiam anno 237. cum imperasset annos tredecim. Sub hoc eodem Imperat. Ulpian.

79 IC. floruit, † qui *d.* §. sancivit, oportere Præsidem Provinciæ curare, ne potentiores opprimant humiliores, aut patrocinantes humilioribus, falsis criminibus insectentur, ut eos à clientum suorum defensione deterreant.

80 Imo easdem clientelas non † tantum stante Republ. Romana, sed & postea sub Augustis, usque ad Wandalicas & Gothicas irruptiones, durasse expresse affirmat Petr. Heig. 2. *q.* 1. *n.* 6.

81 Constat autem ex historiis, Hunnos, † seu Gothos, Wandalicos, Duce Attila, flagellum Dei dicto, excrescente hominum malitia, sub Imperatore Theodosio ab anno post Christum natum, 442. usque ad annum

82 454. passim in Europa † crudelissime desævisse, donec Attila, *Marcellino* teste, Aetij hortatu, mulieris manu, cultro confossus, vel ut Paul. Diac. *in histor. Rer. Romanar.* quam *Appendicem* posuit ad *Eutropium*, testatur, eruptione sanguinis, qui ei de naribus solebat effluere, suffocatus, atque extinctus esset.

83 Inde etiam in Pandectis † frequens clientum fit mentio, solentque IC. cum libertorum mentionem faciunt, clientum etiam meminisse. Hinc, cum Ulpia. *l.* 2. §. *ult. ff. de usu & habit.* tradidisset, posse eum, qui usum domus habet, recipere libertos suos, subjecit Paulus, *& clientes.* Idemque Ulpianus *l.* 3. §. *sed quod. ff. de pen. leg. Quod*, inquit, *diximus* USUS SUI CAUSA PARATUM, *accipiendum erit, & amicorum ejus & clientium & universorum, quos circa se habuit*, & in *l.* 6. §. 1. *ff. de his, qui dejec. vel effud.* inquit, *si quis gratuitas habitationes dederit libertis vel clientibus vel suis vel uxoris: eorum nomine teneri, si quid dejecerint vel effude-*

84 *rint*, † Paulus vero *l. si libertus ff. de furt.* respondit, *si libertus Patrono vel cliens furtum fecerit, furti accusationem non nasci*, Nempe domestica suorum furta illa leviora paterfam. domi castigabat.

Sed hujus maxime loci est Proculi responsum, quod in Pandectis extat. *l. non dubito* §. 1. *ff. de capt. & postlim. reverf.* hisce verbis: *Clientes nostros intelligimus liberos esse, etiamsi neque authoritate, neque dignitate, neque viribus nobis pares sunt: sicuti liber est populus, in cujus fœdere comprehensum est, ut alterius populi, veluti Rom. majestatem comiter conservaret.*

Nec vero in Pandectis solum, sed etiam in Codice clientis vocabulum reperitur. Nam Gordianus *lib.* 3. *C. de notat. Imper.* clientum meminit, & significat, Patronos ab iis non solitos exigere quod deberent. Nam cum diceret, de legatione rite facta, novationis causa aliquem omnino liberari, adjecit: *Frustra vereris, ne ideo, quod quasi à cliente non facias exactionem creditor, ad te periculum redundet.*

Et hæc hactenus de veterum clientelarum institutis ac moribus, earumque continuatione, propagatione, & occasu, pro re nata, in medium attulisse sufficiat.

85 Nunc autem ad hodiernæ † Advocatiæ initia propius accedendo, dubio omni caret illud etiam, quo hodie utimur, JUS PATRONATUS Protectionis seu Advocatiæ, ad exemplum & imitationem priscarum illarum clientelarum, apud Christianos usu introductum, & ad nostra usque tempora, in Imperio Romano continuatum fuisse uti nuncupatim asserit Dn. Andr. Gail. *lib.* 1. *observ.* 54. *num.* 2. *ad finem*, ubi Advocatiam nostram ex Budæo, à Jure Patronali, olim apud Romanos usitato, rectissime deducit, atque ab eodem fluxisse adseverat.

Advocatia hodierna quali- ter à priscis Gentilium Romanorum moribus ad Christianos tradu- cta fuerit.

86 Quam deductionem, & ante hos non ineleganter firmavit Renat. Choppin. *lib.* 1. *de sacra Polit. cap.* 7. *num.* 12. asserens, priscis † seculis, ad normam antiquorum Romanorum, Ecclesias sibi Advocatos adscivisse, præpotentes Dynastas, sacrorum prædiorum vectigaliumque Patronos & assertores, quibus cum sentire videtur Henning. Arnisæus *de Jure Majest. lib.* 2. *cap.* 3. *sub num.* 2. *verf. cliens vero*, ubi scribit ex veterum Romanorum clientelis, apparere, eos, qui certis præstant Principibus pensionem, ut eorum potestate tuti sint, quales sunt plurimæ in Germania civitates, ad ordinem clientum pertinere, ab iisque non aliter differre, nisi quod Patrocinium, quod alii gratis habent, illi precio admercentur.

Neque ab horum opinione alienus esse videtur R. P. Adamus Contzen S. T. Doctor, Theologus & SS. Literarum in Archiepiscopali Academia Moguntina Professor Polit. *lib.* 1. *cap.* 16. §. 12. nominatim astruens, manere etiamnum in Germania Protectorum nomen, & Jus antiquum, quod fuit apud veteres, quo multæ provinciæ in potentium familiarum clientela esse dicebantur. In eadem sententia sunt Coler. *consil.* 33. *n.* 60. & Collegiales Argentinenses Mejeriani *lib.* 37. *tit.* 14. *thesi* 3. relati per Jacob. Syncium *disputat. Argent. de Jure protect. conclus.* 2. ubi de clientelæ hujus origine & Jure vetustissimo testatur. Ad hoc ipsum & conferunt notata Guer. Pison, Soac. *in prælud. feud. c.* 4. *num.* 6. ubi ex Zasio *ad l.* 2. *ff. de orig. Juris*, autumat, vestigia quædam & simulacra veteris clientelæ, seu Patronatus apparere † in Cardinalibus, quod pro commendatis sibi Ecclesiis & Monasteriis, eadem facere teneantur, ad quæ Patroni olim clientibus suis obligati erant.

Eandem vero originis hujus deductionem inprimis approbat, post hæc scripta visus, D. Hepingk in nupera *dissert. de Jure protect. concl.* 15. *in notis lit. F.* ubi defendit

fendit, ex Romuli instituto nostris moribus receptum Jus protectionis fluxisse, idque repetit *in thesi 18. ad lit. D.* ubi allegatis Budæo & Gailio subscribens, pariter ex Rittershusio 1. *Feud. 2. num.* 15. affirmat, Jus † Protectionis moribus nostris receptum è clientelis apud Romanos usitatis descendere, atque ad patronalis Romani Juris exemplum, Imperatores † & Reges Romano-Germanicos primitus civitates Imperiales in specialem suam protectionem recepisse, cum ob distantiam locorum ipsi eas defendere haud possent, Advocatos & officiatos suos in illis habuisse, qui subditos in iis habitantes, tuerentur, quod & Rol. à Valle *cons. 1. nu.* 110. *vol. 1.* innuit de Cæsare, Regibus & aliis magnis Principibus affirmans cum tales ubique moram trahere & habitare non possent, ideo inventos fuisse Vicarios, Vicegerentes & alios officiales: Cum autem his ipsis tanquam privatis, civitates, contra violentias potentiorum defendere factu difficile esset, earundem protectionem vicinis ac potentibus Principibus, usque ad liberam & arbitrariam Imperatorum revocationem, commissam, parique modo, ante factam de Pace publica Constitutionem ob diffidationes in Germania usitatas, protectionis † Jus ab imbecillioribus, per modum contractus in potentiores translatum fuisse, quemadmodum hanc ipsam originationem T. M. *in consilio quodam, nondum impresso VV. quæst.* 1. ex historiis eruisse idem D. Hepingk *ibid.* attestatur, & quodammodo comprobat Christ. Besold. 1. *discurs. de Jure Imperial. Civit. sub n.* 1. & 2. Cujus rei insuper se testem exhibet Andr. Knich. *comment. de Sax. non provoc. Jur. verb. Ducum Saxon. c. 5. n.* 553. Ubi is quidem Advocatias † Ecclesiarum, secundum Affricanæ Synodi post consulatum Stiliconis habitæ, Canonem 99. introductas atque à Pipino & Carolo Magno ortas fuisse scribit.

Opinio Andreæ Knichen de origine Advocatiarum Ecclesiasticarum.

87 88 Verum ego, salva tanti viri existimatione, Monasticæ Advocatiæ seu Ecclesiasticæ clientelæ usurpationem † multo vetustiorem esse, & cum ipsa monastici status institutione à Romanorum moribus ad Christianos Imperatores traductam esse, id quod ex multis argumentis *paulo inferius* adductis elucescet, asserere non dubito.

Opinio Knichii reprobata.

89 Quoniam igitur † ad veram certamque Advocatiæ Christianæ originem ac propagationem ostendendam, plurimum conducit, scire, quibus temporibus, Religiosi illi ordines inchoaverint, ideo eorum prima principia, hic altius repetere haud injucundum, nec ab instituto alienum esse duco.

90 Ea autem de re variæ † ac discrepantes sunt auctorum sententiæ, quas hoc loco referre nimis longum 91 esset. † Rem ipsam igitur, iis prætermissis, aggrediendo, verius puto, instituta Monachorum post trecentesimum à Christo nato annum circa tempora Constantini Magni initium habuisse, † eorumque origi-92 nem Jure optimo ad S. Antonium Thebæum, utpote Cænobitarum omnium fama celeberrimum, eorundemque auctorem ac principem referendam esse. Hu-93 jus opinionis inter alios virum insigni † scientia ac auctoritate incomparabilem, antiquitatum omnium indagatorem solertissimum, Illustr. D. Cæsarem Baron. S. R. E. Cardin. *Annal. Eccles. tom. 3. ad annum* 328. *n.* 18. assertorem habemus, quam similiter approbat Hospinian. *de Orig. & progress. Monach. lib. 3. class. 1. c.* 1. & alii plures ab his adducti.

Origo monasticæ Religionis seu Monachismi.

94 Ejusdem enim Antonii † perecelebris fama iis temporibus adeo increbuit, ut attestante Polyd. Virgil. *de invent. rer. lib. 7. c. 1. in fin.* Helena Constantini mater, ejus sanctitate commota, non solum se cum filio, ei per literas commendarit, sed & ipse religiosissimus Imperator insigni ejus virtutum laude incitatus ad eundem pietatis ergo, uti refert S. Athanas. *in vita Anton.* literas officii & amoris plenissimas dederit, ut quem tam longe absentem non liceret aspicere, aut præsentem alloqui, internuncio saltem literarum inviseret, & cum eo pariter sermonem haberet.

Licet vero S. Anton. non ante † omnes Monachos, 95 fuerit, primum tamen mire omnium studia ad eam vitam amplectendam invitavit, monachisque prima in Oriente, prout & S. Basilius in Græcia fecit, dogmata tradidit: Cum enim ad eum invisendum quamplurimi ex omni hominum genere confluerent, & ab eodem ad contemptum seculi, & perfectæ vitæ studium arripiendum, sedulo invitati, idem vivendi genus, & institutum capesserent, † complura condi-96 dit monasteria, cœnobiticæque ipse primus vitæ jecit in eremo fundamenta, adeo, ut cœnobitarum monachorum idem institutor merito habeatur, & censeatur.

Non est igitur, quod quis hujusmodi Instituti primas Basilio tribuat, quæ debentur Antonio: Basilius enim imitator † potius accessit; quam inventus est auctor, 97 attestante eod. Baron. *n.* 19.

Hoc ipsum autem Monasticæ vitæ genus, quod maxime tum florebat, in Palæstina, Syria, Asia minori, Cappadocia, Ponto, Armenia, Mesopotamia, & in Borealibus regionibus S. Martinus Episc. † Turonens. 98 Patronus noster hoc eodem sæculo in Gallias, S. August. in Africam transvexit, teste prædicto Baron. *nu.* 21. In Anglia † vero circa annum Christi 703. Benedicti cujusdam minoris, viri sanctissimi opera, mona-99 chismus, assertore eodem Baron. *ad annum eund. nu.* 5. mirifice propagatus est. Ad Germaniam autem quod attinet, † cum Gregor. II. Pontifex Romanus Anno 100 724. S. Bonifac. ad Evangelicæ prædicationis provinciam obeundam, eo misisset: is monasticam disciplinam in Germania plurimum auxit, ad eamque propagandam multos † cum viros, tum fœminas, sanctitate 101 probatas, ex Anglia evocavit.

S. Martinus Antistes Patronus.

At vero ante illius in Germaniam adventum, Monachismus adolescere cœperat, † Nam, ut *infr.* refer-102 tur, jam olim tempore Constantini Magni, Anno nimirum Christi 333. S. Maximini Monasterium prope Treverim extructum fuisse. † Nec non S. Martini Pa-103 troni nostri, ibid. monasterium instituti Benedictini ad ipsos urbis muros infra saxeum pontem vetust[illegible] mum, in dextra Mosellæ fluminis: erectum & ex Tetradii, consularis viri privata domo, in scholasticæ primum Congregationis habitationem ac in domum Dei & oratorium Annum Christi circiter 406. imperantibus Arcadio & Honorio, ac ipso S. Martino Turonensi Episcopo virtutibus pleno coruscante commutatum ac deinde in cœnobium conversum esse historici produnt, † Cum enim jam dictus S. MARTINUS ad urbem Tre-104 virensem venisset, & Tetradii Consulis servum, ibi malo spiritu correptum à Dæmonio liberasset, Consul, † ut 105 esset pro præstito beneficio gratus, Sanct. Martino domum suam dono dedit, hac lege, ut vir Dei, ex ea ipsa, oratorium & domum precationum S. Cruci dedicatam faceret, uti refert Gasp. Brusch. *Chronol. Monast. German. cent. 1. ad S. Martin. Treverens. Monaster.*

SS. Martini & Maximini Cœnobiorum vetustas, de quo infra latius nu. 106.

Sed hæc pro instituti ratione de Monachorum origine hactenus.

Porro cum erectis † monasteriis, in primævis sta-106 tim Conciliis pariter sancitum fuisset, ne se mundanis, vel secularibus negotiis religiosi immiscerent, *clem. 1. §. qui vero, de stat. monach.* & *ibi* Canonistæ, nec ea, quæ mundi sunt, tractarent, sed potius jejuniis, orationibus & lectionibus sacræ scripturæ tantum intenti essent, in Synodis sæpe sancitum fuit. Nam generaliter monachis interdictum esse † officiorum secularium usum, 107 gloss.

Causa introductionis Advocatiarum Ecclesiasticarum.

gloss. astruit *in cá. milit. de vasall. mil. qui arm. bell.* ubi dicitur, quod religionem ingressus desinat esse dominus rerum suarum. Hinc & D. Paulus *Nemo militans Deo implicet se negotiis secularib. 2. Tim. 2. v. 4. text. in c. cum ad verum. dist. 96.* & habetur *tot. tit. extr. & in 6.* ne clerici, vel *monach. secul. negot. se immisc.* Et nihil commune clericorum publicis actionibus vel ad curiam pertinentibus, cujus corpori non sunt annexi, habere debere, Honor. & Theodos. Impp. *in l. 17. C. de Episc. & cler.* constituerunt. Unde & Orig. *lib. 9. in Epist. ad Rom. Qui praest fratrib. aut Ecclesia,* inquit, *in sollicitudine esse debet, non humanarum causarum, nec rerum secularium, &c.* Et certe de Monachis, ne mundanis se immisceant negotiis, pervulgatus olim atque olim ab omnibus Imperii Statibus communiter approbatus Canon, monachis secularium officiorum usum interdicit, cujus Ludovic. I. Imp. Joan. Stumpff. *Chron. lib. 5. c. 3.* laudat authorem, quia tamen Monasteria per principum liberalitatem, sæpius amplissimis territoriis, oppidis, arcibus, pagis, castris, aquis, piscinis, campis, pascuis, silvis &c. cum omnibus simul juribus ac privilegiis civilibus, & Ecclesiasticis donabantur, & uti ex innumeris antiquorum Principum largitionibus evidens est, munificentissime exornarentur, ne profanis irretiti curis ac cogitationibus Abbates & Monachi, secularia negotia omissis spiritualibus tractare cogerentur, singulis prope monasteriis ab Imperatoribus ac Regibus, laici, quibus omne administrandæ Reipoliticæ studium incumberet, constituti fuerunt, ne, ut dictum est, religiosi ac monachi, qui rerum cœlestium desiderio & vitæ solitariæ sollicitudine, mundanas vanitates deseruerant, rursum per secularium tractationem, à divino studio abstraherentur, & earum quasi contagio inquinarentur.

Causa prima ex instituto Regula ac professionis monasticæ.

Et hanc primam ac potissimam monasticæ, seu Ecclesiasticæ Advocatiæ introducendæ causam fuisse testatur, inter alios novissime D. Hepingk *dissert. de jur. protect. th. 18. lit. B.* ubi scribit, *cum ex Principum liberalitate territoria ampla cum oppidis, &c. non raro monasteriis donarentur, hinc factum, ne spiritualibus omissis, secularium horum Abbates & monachi curam habere cogerentur, quod ab Imperatoribus & Regibus laicos, quibus temporalia illa administranda traderent, eligere jussi sunt, ipsi interim divinis probe fungerentur officiis.*

Et hanc rationem Advocatiarum necessitatis probe considerans Carolus M. instrumento donationis, quo Ulmam monasterio Reichenaw/ contulit, expresse inseruit, ejusq; intuitu Advocatum instituit, uti apud Erpold. Lindenbruch *in Chro. gest. Caroli M. p. 252. 6.* & Naucler. *vol. 2. gen. 27.* videre est. Itemque memorat Hospin. *de origin. Monacha. li. 4. c. 21.* ubi dicit, ex prædicta causa se originem habere Jus Patronatus, die Casten-Vogthey/ Ecclesiarum & cœnobiorum. Hincmar. *c. 7. n. 31. Debet,* inquit, *unusquisque tam pro Ecclesiasticis, quam etiam propriis suis actionibus habere Advocatum, non male suspectum, sed bonæ opinionis ne dum humana bona attendit, æterna bona perdat.*

Quia tamen mores & conditiones temporum inprimis considerandæ & secundum easdem actiones humanæ dirigendæ ac regulandæ sunt, ea de causa hodiernis temporibus rigor † antiquorum Canonum, rerum secularium usum & administrationem Monachis prohibentium, merito temperandus esse videtur, & pro necessitate temporum Religiosi ac clerici ab omni rerum profanarum curatione & gubernatione arceri non possunt. Cum enim inprimis Ecclesiarum Antistites ab ipsis etiam sæcularibus administratoribus rationes sumere necesse sit, oportet sane eosdem sæcularium negotiorum habere peritiam, quam Prælatis esse necessariam, ipse Papa Gregorius *lib. 8. Epist. 40.* olim clero & Nobilibus Neapolit. rescripsit. Debent namque Prælati subditis non solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat, ut autem Prælati hæc omnia plene possint perficere, sæcularium negotiorum solertiam, quæ absque usu & exercitio acquiri nequit, eos habere oportet: ut eorum cautela, & Ecclesiæ serventur, indemnes, & cuique necessaria pro suo modo ministrentur: unde quendam in Episcopum electum, propter simplicitatem suam, ne ejus occasione res Ecclesiæ dilapidarentur à Gregorio, repulsum fuisse legimus *in 1. part. Decreti distinct. 39.*

108

Hinc videmus plerumq; in Abbates eligi, qui rerum sæcularium experientiam habent & ad rem domesticam attenti ac boni Oeconomi futuri esse putantur, Adam. Keller. *de offi. Jurid. polit. li. 1. c. 11. v. tum igitur Prælat.*

Secundam vero constituẽdi Advocatos causam præbuit, quod Episcopi & Abbates interdum bona † Ecclesiastica male administrarent, ac dissiparent. Quemadmodum enim propter malam Prælati administrationẽ, beneficium † non vacans ad manus suas Domini temporales reducere possunt, Tessaur. *decis. 131. n. 11.* & Judex † Laicus administrando Justitiam ac dissipationem bonorum Ecclesiæ inhibendo negligentiam Ecclesiastici Judicis supplere potest, D. Menoc. *Retin. posse. Rem. 3. n. 336.* & Joa. And. *in c. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.* Sic etiam ob malam Abbatum & Prælatorum administrationem, Advocatos bonos ac industrios Monasteriis dari necessitas suasit, atque Ecclesiæ utilitas suggessit: Et hac de causa (ut unum ex infinitis exemplũ promamus) Anno 1465. Helvetios † die Eydgenossen von den Waldstetten/ Monasterio Engelberg/ Advocatos constituerũt, referent. Joa. Stumpff. *Chron. Helv. li. 7. c. 3.* Et hæc ipsa depravata † clericorum res Ecclesiasticas administrandi ratio, inter alias potissima fuit causa, quod Principes & Magistratus, à Paschale II. pro aurei Byzantini annua pensitatione olim sublatam Laicalem Monasteriorum administrationem, posterioribus sæculis, prudentissime postliminio quasi revocaverint in usum, Rudolph. Hospin. *de orig. Monach. li. 4. c. 21.* ubi ex Marsilii Patav. *defens. Pac. pro Ludov. IV. Imp. p. 2. c. 29.* subjicit ab Episcopis temporalibus bonis abutentibus, secundum divinam & humanam Legem Principes aut fideles Legislatores eadem revocare posse ac debere, quod tamen non admittendum censemus.

II. Causa ob malam bonorum Ecclesiasticorum administrationem.

Accessit & huic instituto alia † etiam necessitatis causa. Cum enim interdum potentiores mundi proceres Ecclesiasticis bonis tanquam corvi rapaces inhiarent, eaque ad se pertrahere, & in usus suos convertere non omitterent, adeo ut quandoque Ecclesiæ ministris & pauperibus necessaria vitæ sustentatio vix suppeteret, ad eorundem rapacitatem & audaciam confringendam Ecclesiæ ac Monasteriis, defensoribus non minus justis quam potentibus, opus habebant.

109

Causa III. ab incolumitate Ecclesiarum ac monasteriorum.

Hinc, ait præcitatus D. Hepingk *d. conclus. lit. E. cum monasteriis, Mysterii quasi præda in foribus jam jam adesset ruina, ad referendam Corvorum & Vulturum multorum rapacitatem (quæ sane tum quod Clerici resistere non possent, tum quod Christum & Apostolos imitari volentes, cum nullo contendere judicio vellent, cum bonorum Ecclesiast. multitudine crevit) Defensores, non minus justi, quam potentes, magis quam ignis & aqua necessarii Monasteriis & Ecclesiis esse videbantur.* Quo & illud pertinet quod Waremb. ab Erenberg. *1. fœder. c. 4. nu. 14.* in scripta retulit, ajens ab Imper. Regibus & Principibus olim Advocatos datos fuisse, progressu vero temporis Ecclesias & Abbates per se sumpsisse ut eo minus improborum hominum injuriis expositi essent. Hospin. *de orig. Monach. d. loco.*

Eadem causa instituta Advocatia diplomatis

Et hanc ipsam necessariæ Advocatiæ causam videre licet

diversis ostenditur. licet passim in Diplomatis, quibus Advocati olim constituti ac ordinati fuerunt, istis vel similibus verbis, *Ut Ecclesiarum res prospere serventur, nec deinceps à grassatoribus quicquam molestiæ iisdem inferatur.* Franc. de Rosier. *Stem. Lothar. ac Barr. Duc. diplom.* 1. & 2. ac aliis pluribus huic libro *passim* insertis.

Monasterium S. Maximini. Nominatim vero causæ hujus necessitas elucescit ex literis piissimi Imperat. *Ludovici* Primi *Caroli Magni* filii, quo Treverensis Ecclesiæ ac Cœnobio *S. Maximini*, *Sadigerum* Austriæ Mosellanicæ Ducem Anno Christi 814. *Advocatum ac Protectorem,* dedit. Ipsum Diploma in hæc verba conceptum extat apud Franc. de Rosier. *Stem. Lothar. sub n.* 18. quod ita habet.

110 *Ludovici I. Imperatoris Diploma, quo Sadigerum Austriæ Mosellanicæ Ducem, Treverensi Ecclesiæ ac Monasterio S. Maximini, Advocatum ac Protectorem dedit.*

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. LUDOVICUS *Dei Gratia Romanorum Imperator*, ac Francorum Rex, omnibus tam futuris, quam præsentibus æternam in Christo salutem. Quoniam non leviter à memoria labitur, quod literis mandatur, nec facile violatur, quod scripto auctoritatis solidatur: ea propter quod factum est, nostris diebus dignum memoria ad sciendum, & ad dandum literis nostris communicari posteris mandamus. Noverit ergo omnium nostrorum fidelium præsentium, & futurorum notitia, qualiter de Cellis beatorum HILARII *Confessoris*, quæ modo cella S. MAXIMINI, Episcopi dicitur, ac beati EUCHARII *Pontificis*, quæ nunc vocatur cella Sancti *Matthiæ* Apostoli in prædio Sancti *Petri Treverica* Urbis juxta Urbem, ac Mosellæ flumen ædificatis, quas Dominus genitor noster CAROLUS invictissimus Imperator, ac Christianissimus Rex, prædecessorum suorum mores sequens ad Ecclesiam Sancti *Petri* Trevericæ Urbis regiæ potestatis Jure tradiderat, ac perpetua stabilitate formaverat, VACUANDUS ejusdem Sanctæ Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus in generali Palatio nostro Metis querolosis se precibus proclamavit, plangens eas abs Vidone filio Vidonis, filii Lamperti, filii Martini, filii Clodulphi, filii Arnulphi contra libitum suum, suorumque fidelium usurpatas sub obtentu precarie, ac de supradicta Ecclesia violenter abstractas. At nos, per omnia, omnem præfati Vidonis, ac suorum per ordinem recolentes, fallaciam, jam calliditatibus detectis, querimoniam illius veram esse agnovimus. Perpendentes ergo, verentesque, ne forte, quod absit, de Eleemosyna genitoris nostri ac prædecessorum nostrorum Regum detrimentum animæ nostræ faceremus, pro conservanda eorum pietatis munificentia, ipsas cellas cum consilio, ex judicio Episcoporum, Ducum, & Comitum nostrorum, maxime dilecti consanguinei nostri, Domini SADIGERI filii Ferrici, filii Loheri, filii Lamperti Ducis Austriæ Mosellanicæ, ac Moselant, quem *præfatarum Ecclesiarum Advocatum, rectorem protectorem per præsentem chartam constituimus*, memorato Treverensi reddidimus. Ut autem præsens nostræ reformationis scriptum inviolabiliter per succedentia tempora, in Dei nomine, obtineat stabilitatem, propria manu cum Duce *Sadigero* subter eam firmavimus, & sigillorum nostrorum impressionibus jussimus insigniri. Data Metis. Idibus Augusti, Anno Dominicæ incarnationis D. CCCXXIV. Imperii, ac regni nostri Anno XV.

Ludovicus Romanorum Imperator, ac Francorum Rex.

Sadigerus Dux Austriæ Mosellanicæ, ac Moselant.

Hæc charta duobus sigillis roborata, uno aureo, Domini Ludovici, in quo est insculptum scutum partitum. Prior pars ornata Aquila bicipiti secunda liliis: Altero cereo Domini Sadigeri, in quo est impressum scutum decoratum cruce, ac carbunculo.

Monasterium Belli Prati. Clarissime insuper exprimitur causa illa finalis institutarum Advocatiarum Ecclesiasticarum, in diplomate quo Fridericus de Lotharingia Comes de Guise & Vadani Montis, Anno Domini 1390. fratres de Bello Prato, in protectionem ascivit, sub insequenti literarum formula.

111 *Friderici Comitis de Guise litera quibus fratres de Bello Prato cum omnibus eorum bonis in fidem suam ac Tutelam recepit.*

Cunctarum quidem Ecclesiarum pacem inquirere nos oportet, earum maxime, quæ nobis dilectionis affectu & locorum vicinitate sunt affines. Quo circa notum facimus præsentibus, & futuris quod ego FRIDERICUS *de Lotharingia*, *Comes de Guise, & Vadani montis*, filius Domini Joannis Ducis Lotharingiæ, & Marchionis, Deum habens præ oculis, ac motus precibus Uxoris meæ Dominæ MARGARETHÆ Comitissæ Vadani montis, de assensu suo, ac filiorum meorum Antonii, Johannis Ferrici, Henrici, nec non filiarum mearum Allidis, Mariæ, Margarethæ, confirmavi omnia privilegia, quæ parentes mei Duces Lotharingiæ dederunt in feudis meis, nec non quæ parentes Uxoris meæ dederunt fratribus beatæ Mariæ de BELLO PRATO. Insuper ad coercendam malitiam malignorum, qui spiritu maligno pleni, cupiunt vexare eosdem viros religiosos, *sub protectione mea pono omnia bona, ac redditus ejusdem Ecclesiæ*, tam quos habent in terris meis, & Comitatu Vadani montis, quam Castelli. Actum Anno M. CCCCX. Arma, benda cum avibus, ac tribus Lamberiis.

Eandem causam evidenter demonstrant literæ Renati Andegavensis Siciliæ ac Hierosolymæ Regis, Lotharingiæ, Barri & Andium Ducis, quibus prædictos fratres, ne à malevolis aliqua damna paterentur, in fidem suam recepit, sequentem in modum.

112 *Renati I. Siciliæ ac Hierosolymæ Regis litera, quibus eorundem Fratrum Cœnobium ac possessiones in manum suam recepit.*

Quoniam filios adoptionis à capite Christi mundatos duris ac diris afflictionibus affligere mundus immundus consuevit: idcirco dignum & justum est, ut Ecclesiæ Dei in via peregrinationis hujus, mutuis se confoveant charitatis visceribus, ne sint sine affe-

affectione, & absque fœdere. Quocirca notum facimus posteris & præsentibus nos videlicet RENATUS *gratia Dei Dux Andegavensis, Barri, Lotharingiæ, & Marchio Pontis Moncionis, Comes Provinciæ, &c.* quod devotione & pietate moti, Fratres BELLIPRATI, ne eis à malevolis aliqua damna inferrentur, *domum eorum, ac omnes eorum redditus, ac possessiones in manu nostra suscepimus*, Actum Nanceji, Anno M. CCCCXXXV.

Arma, Arragonia, Sicilia, Hierusalem, Andes, Barrum.

Ejusdem tenoris sunt literæ Renati II. Siciliæ, Arragoniæ, Hierosolymæ Regis, Ducis Lotharingiæ, Barri, Calabriæ, Andegaviæ, filii Federici à Lotharingia Vadani montis Comitis, quibus similiter Bellipratensis Monasterii bona confirmat, ejusdemque sese protectorem ac defensorem declarat, illæ autem sic habent,

113 *Renati II. Siciliæ ac Hierosolymæ Regis literæ simi les priori bus.*

Quoniam filii hujus sæculi sapientes sunt, ut faciant mala contra simplicitatem religiosorum malignantes & machinantes, ecclesiastica jura malitiose convellere non formidant: Idcirco ratio postulat, & servorum Dei religio promeretur, ut Eleemosynas Ecclesiæ Dei legitime datas legitimo testimonio tueamur. Inde est quod nos notum facimus posteris & præsentibus: Ego videlicet RENATUS *gratia Dei Rex Siciliæ, Arragoniæ, Hierusalem, Dux Andegaviæ, Lotharingiæ & Marchio Pontis Moncionis, Comes Provinciæ, Vadani montis, &c.* quod paternarum virtutum imitator pro posse existens, ac ne ingratitudinis vitio coram Deo arguar, de beneficio mihi collato devotione motus erga Deum, beatam Virginem, ac fratres BELLIPRATI, quorum orationum meritis ipse Deus me à multis eripuit malis, ac tribulationibus, restitui eorundem parentum meorum donationes factas Ecclesiæ *Beatæ Mariæ*, ac fratribus de BELLOPRATO, confirmo, liberaliterque sub auctoritate mea facultatem do ipsis Fratribus utendi eisdem donationibus, prout mei prædecessores dederunt. Insuper & præsenti scripto declaro *me esse ipsorum protectorem, ac defensorem in omnibus rationi congruis, ac eorum possessiones accipio in meam fidem.* Datum Nanceji, Anno Dn. M. CCCC. XLII. Insignia ut nunc timbrata aquila.

Sed in hanc rem nimium profusi, omissis pluribus diplomatis, ut antiquitatem Advocatiarum Ecclesiasticarum, auctoritate etiam Conciliorum antiquissimorum, notoriam faciamus, earundem antiquitas, ex eo satis manifesta evadit, quod in Concilii Melevitani, quod D. Augustino Præside in Numidia ab Episcopis totius Africæ tempore consulatus Arcadii & Honorii Anno post natum Christum 402. circa tempora Innocentii I. Papæ habitum est, & *Tom. 1. Concil. fol. 286.* extat, inter alia, *cap. 16.* statutum fuerit, ut omnibus Ecclesiis à Principe Advocati atque protectores postularentur.

114 *Synodi Melevitanæ decretum*

Verba Canonis ita habent † *Placuit etiam, ut petatur à gloriosissimis Imperatoribus qui jubeant Judicibus dari petitos sibi defensores scholasticos qui in actu sint, vel in officio defensionum causas am Ecclesiasticarum, more Sacerdotum ut provinciæ idem ipsi, qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro Negotiis Ecclesiarum (quoties necessitas flagitaverit) vel ad obsistendum callide decipientibus vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi Judicum Secretaria.* Hactenus verba Canonis.

de protectoribus petendis.

Sic etiam constat, insequenti tempore, circa tempora Anastasii Papæ in Concilio † Carthaginensi Quinto post Consulatum Cæsarii & Attici Sexto Calend. Junii Anno salutis nostræ 398. celebrato, quod reperitur *Concil. Tom. 1. pag. 262.* Legationem ad Imperatores Arcadium & Honorium pro petendis defensoribus Ecclesiæ, decretam fuisse. Eodem enim in Concilio, ut *cap. 9.* habetur, subsequens Decretum hac de re sancitum sic habet: *Ab Imperatoribus universis visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum provisione Episcoporum delegentur.* Hæc quidem Patres in eodem Concilio congregati decreverunt, quæ & obtinuisse videntur. Nam de magistratu in Africa, qui loco Imperatoris dicebatur *Defensor Ecclesiæ* Possid. *in vit. S. August. capit. 12.* meminit, & perseverasse in posterum ejusmodi in Ecclesia defensores, S. Gregorius pluribus epistolis fidem facit, ut ex iis refert Illustriss. Card. Cæsar Baronius *Annal. Eccles. Tom. 5. Ann. Christi 398. n. 33.*

115 *Concilii Carthaginensis decretum de Protectoribus petendis.*

Ex his igitur antiquissimis conciliorum decretis primo firmissime contra Knichii pronuntiatum, institutam † Advocatiæ Ecclesiasticæ ad tempora Pipini & Caroli Magni referentis, sumitur cum ea concilia quadringentis eoque amplius ante Caroli Magni ævum annis celebrata fuerint, eoque tempore Protectorum Ecclesiasticorum usus viguerit.

116 *Argumentum I. contra Andreæ Knichii Originem Advocatiæ Ecclesiasticæ ad Pipinum & Carolum Magnum referentis sententiam ex conciliis ductum.*

Deinde id ipsum quoque ex vetustissimis diplomatibus & multis antiquorum Galliæ Regum exemplis evincitur. Quamvis enim non dubitemus, antiquiora etiam, quæ non vidimus, priscorum Advocatorum, mentionem facientia extare documenta, illud tamen certo constat, non solum tempore Dagaberti Regis, † qui teste Nauclero, *vol. 2. gener. 23.* circa annum Christi 600. in Austrasia regnavit, & sic ducentis annis ante Caroli Magni Imperium vixit, protectorum Monasticorum constituendorum morem viguisse, imo multo etiam ante † Dagaberti Regis ætatem, apud Gallorum Reges, Ecclesiasticas Advocatias in usu fuisse, non solum Modoaldus Trevirensis Ecclesiæ Archiepiscopus, sed & ipse Dagabertus duobus subsequentibus diplomatis, evidentissimum facit. In his enim apertissime continetur, ab anterioribus etiam Francorum † Regibus, Sigeberto, Theodeberto, Theodorico & Lothario ipsius Dagaberti genitore, Treverensi Ecclesiæ, Duces Mosellanicos in Protectores & Advocatos, *usitato*, ut literæ habent *more*, datos atque adsignatos fuisse.

Argumentum II. adversus eundem ex antiquis Diplomatis depromptum.

117

118

119

Ea ipsa autem diplomata, quæ ex Francisco de Rosiere *Stemmat. Lotharing. sub n. 1. & 2.* desumpsimus, in majorem rei fidem, integra hic subjicere lubet, quorum prius sub insequenti verborum formula conceptum, ita habet.

120 *Dagaberti Francorum Regis diploma, quo ad morem antecessorum Franciæ Regum bo-*

In nomine Domini Amen. † DAGABERTUS *Rex Francorum* illustribus Duci Austriæ Mosellanicæ ARNULPHO, ac cæteris Ducibus, Comitibus domesticis, vel omnibus agentibus tam ultra quam citra Rhenum, Ligerim, Mosellam tam absentibus, quam præsentibus. Istud ad augmentum vel stabilitatem regni nostri, sine dubio in Dei nostri nomine credimus perma-

nes & immunitates Ecclesiæ Treverens. confirmat, eidemque Arnulphum Austriæ Mosellanicæ Ducem Protectorem assignat.

permanere, si sacerdotum petitionibus, vel Ecclesiarum rectis postulationibus id, quod nostris auribus patefecerunt perducamus ad effectum. Ideoque vir Apostolicus Pater noster MODOALDUS Archiepiscopus Trevirensis præceptum prædecessorum nostrorum anteriorum Regum, parentum nostrorum, *Sigeberti, Theodeberti, Theoderici*, imo bonæ memoriæ ac recordationis LOTHARII gloriosi Genitoris nostri, eorum manibus roboratum obtulit obtutibus nostris, in quo erat insertum, quod non solum idem genitor noster, verum etiam præfati Reges prædecessores ejus, videlicet Francorum Reges, quascunque res boni ac sancti viri pro divinæ contemplationis intuitu, ad partem S. PETRI Trevirensis Ecclesiæ delegaverunt, suorumque auctoritatibus, sigillorum confirmaverunt, quatenus eorum regnum super eo auxilio tueretur, & postmodum in æthereo regno cum Christo fine beato gauderent. Pro rei firmitate idem præfatus Præsul *Modoaldus* deprecatus fuit sublimitatem nostram, ut *paternum ac prædecessorum morum sequentes* hujusmodi auctoritatis præceptum ob amorem Dei & Reverentiam S. Petri de eisdem rebus fieri juberemus. Cujus petitioni libenter assensum præbuimus, & hoc nostræ auctoritatis præceptum erga ipsam Ecclesiam pro divini cultus amore & animæ nostræ remedio fieri decrevimus. Per quod præcipimus ac jubemus omnes res vel facultates ad Ecclesiam S. Petri Trevericæ urbis pertinentes, scilicet Cellam S. Hilarii, quæ modo appellatur cella sancti Maximini, quæ est in prædio S. Petri constructa, castella, viros, villas, vineas, sylvas, homines & quicquid largiente clementia divina deinceps ad eam augmentandam Ecclesiam circa Rhenum, Ligerim, vel Mosellæ fluvium in regno nostro insistit, omnia super Jure & potestate S. Petri Trevirensis Ecclesiæ, ejusque Pontificis perpetualiter mancipatura permanere. Pro qua re melius observanda, ac ut præfatarum Ecclesiarum res prospere serventur, videlicet beati Petri ac beati Maximini, ne deinceps à grassatoribus quicquam molestiæ inferatur, præfatæ Ecclesiæ beati Petri Trevericæ urbis, & Fratribus antedictæ cellæ beati Hilarii quæ modo appelletur cella sancti Maximini, quæ est in prædio S. Petri constructa, *Protectorem, Rectorem, & Advocatum damus Illustrem Dominum, Dominum Arnulphum, sanguine regio natum, parentem nostrum ac instructorem Austriæ Mosellanicæ Ducem, cui hæc omnia fideliter observare præcipimus.* Præterea pari modo statuimus, ut nullus ex Ducibus, publicis judicibus, vel aliquis ex judiciaria potestate in monasterio circa Ecclesias, cellas, vicos, agros, homines, vel loca, alia impedimenta ponat, sed liceat memorato Præsuli, ejusque successoribus omnia præfata in integrum perpetuo tempore pro remedio animæ nostræ, seu parentum nostrorum, sicut in præcepto genitoris nostri piissimi continetur, quieto ordine possidere, & nostro fideliter parere imperio, ac nostri Dn. Arnulphi. Sed ut hoc nostræ authoritatis præceptum planiorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ matris, videlicet præsentibus, & futuris temporibus verius credatur, & diligentius à successoribus nostris observetur, illud propria manu cum Principibus nostris subterfirmavimus, & annulorum nostrorum impressionibus signari jussimus. Data 4. Kal. August. Anno ab incarnato Domino 623.

Alterum vero subsequentis est tenoris:

121 Dagoberti ejusdem simile diploma quo in favorem Modoaldi Trevirensis Archiepiscopi eidem Ecclesiæ, & cellæ S. Matthiæ dictum Arnulphum Austriæ Mosellanicæ Ducem Protectorem constituit.

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. DAGOBERTUS divina favente & ordinante providentia Rex Francorum.

Expedit cuilibet auctoritati, personæ tum maxime primatibus, regiis, humilibus ac moderatis sub religione degentium precibus obtemperare & eorum quietem & pacem pro facultate fovere, & post munire. Igitur noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium quam futurorum sagacitas, quod vir venerabilis & Apostolicus pater noster Dn. MODOALDUS sanctæ Treverensis Ecclesiæ Archiepiscopus nostris obtulit obtutibus præceptum anteriorum Regum Francorum, in quo erat insertum, quod prædecessores, Reges videlicet Francorum omnes res quascunque boni & sancti viri pro divinæ contemplationis intuitu, ad partem S. PETRI Treverensis Ecclesiæ delegaverunt, suorum decretorum auctoritatibus confirmaverunt, *& Duces probos in protectores & Advocatos dederunt*, quatenus eorum regnum superno auxilio tueretur & postmodum cum Christo Rege Regum regnarent in cœlis. Pro rei veritate & firmitate præfatus Præsul postulavit Celsitudinem nostram, ut *paternum ac prædecessorum Regum mores sequentes* hujusmodi auctoritatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam S. Petri, de eisdem rebus fieri juberemus, ac eis protectorem seu Advocatum daremus. Cui petitioni libenter consensum præbuimus & hoc nostræ auctoritatis & *protectionis præceptum* erga ipsam Ecclesiam pro divini cultus amore & animæ nostræ remedio fieri decrevimus. Per quod præcipimus atque jubemus omnes facultates vel res ad Ecclesiam S. Petri urbis Trevericæ pertinentes, scilicet cellam sancti Eucharii, quæ modo appellatur Cella S. Matth. Apostoli, quæ est in territorio *S. Petri* principis Apostolorum constructa, castella, vicos, villas, vineas, sylvas, homines, vel quæque largiente clementia divina deinceps ad augmentandam eandem Ecclesiam circa Rhenum, Ligerim, vel Mosellam fluvios in regno nostro insistentia, omnia super Jure & potestate *S. Petri* Treverensis

rensis Ecclesiæ ejusque Pontificis perpetualiter mancipatura permanere. Pro qua re melius observanda, ac ut præfatarum Ecclesiarum res prospere serventur, videlicet, ne beati Petri & *beati Eucharii* Ecclesiis deinceps à grassatoribus quidquam molestiæ inferatur, præfatæ Ecclesiæ *beati Petri* Trevericæ urbis & fratribus antedictæ cellæ beati Eucharii quæ modo appellatur cella S. Matth. Apostoli, quæ est in prædio S. Petri constructa *protectorem, Rectorem & Advocatum damus* illustrem Dn. Dominum ARNULPHUM sanguine regio natum, ac instructorem nostrum, Austriæ Mosellanicæ Ducem, cui hæc omnia fideliter observare præcipimus. Præterea pari modo statuimus, ut nullus ex Ducibus publicis Judicibus, vel aliquis ex Judiciaria potestate in monasterio circa Ecclesias, cellas, vicos, agros, homines, vel loca alia impedimenta ponat, sed liceat memorato præsuli suisque successoribus omnia præfata in integrum tempore perpetuo pro remedio animæ nostræ seu parentum nostrorum, sicut in præcepto piissimorum antecessorum nostrorum continetur, quieto ordine possidere & nostro fideliter parere imperio, ac Dn. Arnulphi. Sed ut hoc itaque nostræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostris videlicet præsentibus & futuris temporibus verius credatur, & diligentius à successoribus nostris observetur, illud propria manu cum principibus nostris subterfirmavimus & annulorum nostrorum impressionibus signari jussimus. Data 3. Idus Novembr. Anno ab incarnato Domino 623.

Dagobertus Rex Francorum †.
Cunibertus Archiepiscopus Colonensis †.
Atto Episcopus Metensis †.
Pipinus Episcopus Spirensis †.
Arnulphus Dux Austriæ Mosellanicæ †.
Pipinus Dux Hasbaniæ Major domus †.

Hæc charta sex sigillis roborata est, uno aureo, quinque cæreis. Primum quod & aureum Dagoberti est, habens insculptum scutum liliis plenum. Secundum, tertium, quartum, quæ & cærea, Episcoporum sunt sigilla in quibus impressæ sunt Episcoporum sedentium figuræ. Quintum quod & cæreum Dn. Arnulphi in quo impressum est scutum ornatum cruce & escarbocle seu Carbunculo. Sextum, quod & cæreum Domini Pipini in quo est impressum scutum munitum fascia.

Ab eodem etiam Dagoberto, anno post natum Christum 622. Monasterio † S. Mauritii ad Sarram flumen à se constructo, Clodulphum prædicti Arnulphi Ducis filium more solito Protectorem assignatum fuisse ex sequenti diplomate, quod idem Francisc. de Rosieres *in Stemmat. Lotharing. sub n.* 3. nobis exhibet indubitate colligitur. Diploma autem, tali sub forma editum legitur,

122 *Monasterium S. Mauritii ad Sarram.*

Dagoberti ejusdem diploma aliud, quo Abbatiam Monasterii Theologiensis, Ecclesiæ Archiepiscopali Trevirensi tradit, eidem cœnobio Clodolphum Austriæ Mosellanicæ Ducem Advocatum constituit.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. DAGOBERTUS divina ordinante clementia Francorum Rex. Prudenti consideratione agitur, ut dispositionum vel commutationum sanctarum memoriæ literarum constitutio tradatur, quoniam per repræsentationem scripti oblivionis nebula tollitur, & mala machinantium pravitas destruitur. Quapropter comperiat omnis sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, præsentium scilicet & futurorum solertia, quoniam vir Apostolicus pater noster Dominus MODOALDUS Archiepiscopus Trevirensis adiit culmen serenitatis nostræ, supplicans ut quandam Abbatiam *S. Mauritii* Martyris (quæ vocatur Monasterium *Theologiense*) à nobis constructam, ac juxta fluvium Sarræ in Ducatu Austriæ Mosellanicæ nuncupato constitutam, ad Ecclesiam S. Petri principis Apostolorum, quæ constructa constat in Civitate Treverensi, ubi principalis Episcopatus sui sedes esse dignoscitur, ad honorem Dei sanctorumque ejus ibidem quiescentium traderemus: statimque nos congruæ ejus suasioni volentes ob reverentiam sui gratanter satisfacere, decrevimus ita fieri.

123 Dedimus quoque eandem † Abbatiam cum universa integritate sua ad præfatæ sedis ecclesiam, in beatæ memoriæ Chilperici Regis, avi nostri, nec non Clotarii genitoris nostri paternorum quoque nostrorum videlicet *Chilperici* & *Clotarii* Christianissimorum Regum animæque nostræ perpetuam commemorationem, cum Ecclesiis, vineis, campis, hominibus, viis quæsitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, & cum universis appenditiis, & adjacentiis suis. Et præfatis Ecclesiis, & Patri fratrum prædictæ cellæ *S. Mauritii* super Sarræ flumen constructæ, *protectorem Rectorem & Advocatum illustrem Dn. Dominum Clodulphum Austriæ Mosellanicæ Ducem, Arnulphi Ducis filium, sanguine regio natum constituimus.* Hæc itaque universa per hoc præsens nostræ auctoritatis præceptum ad sæpe memoratam sedem æternaliter pertinenda donamus, tradimus, ea scilicet ratione, ut præfatus † Episcopus successoresque illius similem perpetuis temporibus ex prælibata Abbatia habeant potestatem, veluti de cæteris Episcopatis causis, juxta utilitatem ipsius Ecclesiæ cuncta, prout illis placuerit, secure disponere, quatenus Rectores ejusdem sedis, cum omni clero eorum regimini subacto, tam pro nobis, quam pro antedictis prædecessoribus nostris, & *Protectore constituto*, Dei misericordiam semper exorare delectet. Hæc donationis nostræ authoritas, nullo unquam successore nostro irrumpente, solidissimam in Dei nomine, per omnia mundi volventis secula obtineat stabilitatem, quam munimine nostro roboratam, manu nostra cum Duce Clodulpho subtus ea firmavimus, quod & fecit *Cunibertus*, Archiepiscopus Coloniensis, annulorum nostrorum impressionibus, jussimus sigillari. Dat. Kal. Maji Anno Dominicæ Incarnationis 622. Actum Metis, in Palatio Regali, in Dei nomine feliciter.

124

Sed & prædictus Rex DAGOBERTUS non solum, ut 125 dictum est, alijs † Ecclesiis Advocatos constituit, sed monasteria etiam à se condita (ceu inter alia literæ fundationis monasterii Weissenburg Anno 623. datæ docent) in specialem protectionem suscepit, Diploma fundati cœnobii extat *in Chron.* Joan. Trithemii *Spanheim. Abb. de Regum Gall. origine.* quod hic integrum subjicimus,

Monasterium Weissenburg in Ecclesiam Collegiatam erectum.

Dagoberti Francorum Regis diploma, quo docetur eundem ad pœnitentiam miraculosè vocatum Weissenburgense monasterium condidisse, atque in protectionem suam recepisse.

Dagobertus Magnus, divina Clementia Rex Francorum, omnibus regni sui primatibus, imo cunctis Christi fidelibus, præsentibus ac futuris, &c.

Notum † facimus, quod patre meo Clothario defuncto, paterni regni curam suscepi, sed vivendi ductus levitate, deceptus regalis officii debitum neglexi, &c. Inter alios excessus meos & ecclesiarum Dei destructor & dissipator esse cœperam, nec Divinæ Majestatis oculos, nec hominum veritus acclamationem, tandem Dei benignitas obstinatæ mentis superbiam conterens, virga correctionis iniquitates meas correxit, & castigato mihi veniam non negavit. 126 Nam raptus in sublime, divinæque Majestati, inter choros sanctorum in habitu judicantis sedenti, præsentatus, à sanctissimis ecclesiarum patronis pro rebus Ecclesiasticis per rapinam à me distractis & consumptis, graviter sum accusatus, &c. Cumque conscientia gravatus, non auderem delicta defendere, ex arbitrio præsidentis pœnæ sum addictus; deinde cæso & pœnis gravioribus affecto, succurrit mihi tandem specialis meus Patronus S. *Dyonisius* Martyr, qui precibus suis, & instantis pœnæ dilationem & pœnitentiæ mihi tempus obtinuit. Idem quasi modum pœnitentiæ imponens in hoc mihi spem plenæ posuit indulgentiæ, si ad honorem Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum sanctorum, quos magis offenderam, domum divinis aptam servitiis construerem: qua promissione lætatus libens vovi dimissusque à 127 superis redii. † Igitur sub certa spe remissionis peccatorum nostrorum reddentes alacri studio votum, quod fecimus, Ecclesiam in honore S. Trinitatis & S. Mariæ perpetuæ Virginis & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in loco, qui dicitur Weissenburg, construximus, quam sublimare & regali munificentia ditare decrevimus. Donamus ergo ei, & perpetuo dari volumus de rebus fisci, illic adjacentibus, quicquid ad nos spectat, tam in villis, quam in mancipiis, &c. Item, nullus secularis ibi jurisdictionem habeat, 128 &c. illud etiam pari decrevimus authoritate † ut nullus Pontificum Nemetensis Civitatis, vel reliquorum Episcoporum aliquam ibi dominandi, vel quaslibet causas agendi habeat facul-129 tatem, sed sub † nostræ *emunitatis defensione* Pater monasterii omnia possideat, homines ejusdem monasterii per fines regni nostri, nulli telonium persolvant, &c. Ut hæc inconvulsa permaneant, chartam hanc adjectione sigilli nostri roboratam signavimus. Dat. in ipso monasterio, mense Majo: die XI. Anno regni nostri 23. Anno Domini 623.

Porro paternis etiam insistens vestigiis Rex † Sigis- 130 bertus Dagoberti filius ad instantiam Modoaldi Archiepiscopi Trevirens. Anno 653. Monasteriis beatorum Eucharii & Hilarii quæ prædictus Dagobertus genitor ipsius Ecclesiæ Treverensi tradiderat contra Hattum Ecclesiarum præfatarum prædonem, Advocatum ac protectorem constituit Martinum præmemorati Clodulphi filium, sicut insequens ejusdem diploma quod Franciscus de Rosieres *ante Stemmat. Lothar. Ducum* ponit, verbotenus testatur.

Monasterium SS. Petri & Eucharii in urbe Trevirensi.

In nomine Domini SIGISBERTUS divina favente gratia Francorum Rex.

Sigeberti Francorum Regis diploma, quo Martinum Austrasiæ Mosellanicæ Ducem tutorem SS. Maximini & Matthiæ à Genitore Dagoberto Ecclesiæ Trevirensi traditorum, contra Hattonem eundem invasorem, protectorem constituit.

Quoniam adoptionem filiorum Dei præstolamur, ad quam per pacem attingitur, teneamus pacem invicem & in omnes. Beati enim pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Ubi enim † altercationis invicem dispendium incurritur, ibi pacis residet dissidium, quæ Ecclesiarum gratiosam fovet & incrementat quietem. Igitur noverit omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum notitia, qualiter de cellis beatorum Hilarii quæ modo cella S. MAXIMINI dicitur, ac B. Eucharii, quæ nunc vocatur cella S. Matthiæ, in prædio S. *Petri* Trevericæ urbis ædificata, quas Dn. Genitor noster *Dagobertus* Christianissimus Rex prædecessorum suorum mores sequens ad Ecclesiam S. Petri Trevericæ urbis regiæ potestatis Jure tradiderat, ac perpetua stabili- 131 tate firmaverat, MODOALDUS ejusdem ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus in generali palatio nostro querelosis se precibus proclamavit, plangens eas abs malis grassatoribus quorum dux † quidam nomine *Hattus* est 132 contra libitum suum suorumque fidelium usurpatas ac de supradicta Ecclesia violenter abstractas. At nos per omnia omnem præfati *Hatti* ac suorum per ordinem recolentes fallaciam, jam calliditatibus detectis, querimoniam illius veram esse agnovimus. Perpendentes ergo & verentes, ne forte, quod absit, de eleemosyna genitoris nostri ac prædecessorum nostrorum Regum detrimentum animæ nostræ faceremus: pro conservanda eorum pietatis munificentia ipsas † cellas cum consilio & judicio 133 Episcoporum, Ducum, & Comitum nostrorum, maxime dilecti consanguinei nostri *Dn. Martini, filii Clodulphi, filii Arnulphi Ducis Austriæ Mosellanicæ ac Moselant*, quem præfatæ *B. Petri* Ecclesiæ ac Fratrum, ac antedictarum cellarum *Advocatum*, | *Rectorem, protectorem, per præsens præceptum constituimus* memoratæ Ecclesiæ Trevirens. reddidimus. Ut autem præsens nostræ reformationis scriptum inviolabile per succedentia tempora in Dei nomine obtineat stabilitatem: propria manu cum Duce Martino ac Cuniberto, Archiepiscopo Coloniensi, ac Ramaclo, Episcopo Trajectensi subter eam firmavimus, & sigillorum nostrorum impressionibus jussimus insigniri. Data Aquisgrani Idibus Maji Anno Dominicæ Incarnationis 653.

Et

Et memoratur etiam *in Chronic. Magn. Belg. f.* 27. Pi-
134 pini *Caroli Magni* avi pellicem, Alpaidem, fundasse † Ecclesiam & collegium Canonicorum, in Hugardis, eique Advocatum & Patronum, Ducem Austrasiorum sive Austriæ inferioris dedisse, relatore Christoph. Leh-man. *Chron. Spirens. c.* 26. *lib.* 2.

Sed ut alia ejusmodi constitutiones Advocatiæ ex-
135 empla de Pipino, † Carolo Magno ejus filio, itemque Ludovico, qui pariter ex more & consuetudine majorum suorum hic Fernium, ille Locherum, Pipinus Lambertum Austriæ Mosellanicæ Duces pro cellis seu monasteriis SS. Petri & Hilarii Advocatos instituerunt, ut eorundem diplomata apud d. Francisc. de Rosieres *sub n.* 9. 12. & 18. inserta edocent, omittamus, illud etiam non minimum continuatæ vetustatis clientelarum Ecclesiasticarum momentum præbet, quod multo tempore, etiam ante Carolum † Magnum, Byzantinos Imperatores Catholicos in actu inaugurationis, non minus atque à Carolo Magno, ejusque successoribus, ceu postea dicetur, fieri consuevit, de protegenda Ecclesia solenne sacramentum præstiterint, nominatim adseverante multorum insignium auctoritate stipa-
136 to Marquard. Freher. antiquitatum indagatore diligentissimo *in suis ad Petr. de Andlaw de Imper. Rom. notis elegantiss. lib.* 2. *c.* 6. ubi is, loquens de processu Coronationis Constantinopolitanorum Cæsarum, ait, coronandos electos Imperatores jurasse Patriarchæ, ante omnia de conservanda religione Orthodoxa quod testatum facit diversis in locis Paul. Diacon. Aquileiensis *in Historia sua Lombard.* & Zonar. *histor. By-*
137 *zantin. lib.* † Jurabant autem, non ut nostri, per sacrosancta Evangelia, sed per sacrosancta & vivifica crucis ligna, ut ex Paul. Diacon. notat idem Marquar. Freher.
138 *d. c.* 6. Præterea † cavebant etiam de confirmandis Juribus, & privilegiis Ecclesiæ, ceu refert Nicetas Aconitan. *in Histor. sua Byzantin. fol.* 268. His peractis benedicebantur, ungebantur, & coronabantur stemmate aureo regio, in summo S. Sophiæ templo, manu Patriarchæ, qui & ipse plerunque antea in Concilium electionis adhibitus fuerat, teste eod. Paul. Diacon. *d. loc.*

Tertium Argumentum Dn. Knichii opinionem evertens ab antiquissimo, de Ecclesia protegenda, etiam apud Græcos Imperatores usitato jurandi more ductum.

Quorum omnium rituum verba formulæ solemnia, minutatim cognosci possunt tum ex illis Byzantinis scriptoribus, jam laudatis, tum è Curopalate, sive Georgio Codino *Comment. de officialib. Palat. Constantinop.* & *offic. magn. Ecclesiæ.* & Leunclajo *in Pandect. Turcar.* &c.

Imo vero non solum Christianis Imperatoribus, sed
139 nec Ethnicis † apud Romanos olim nisi Juratis, Rempublicam administrare licuisse, scriptores testantur.
140 Quod nominatim de Trajano, † qui post Tyrannidem Neronis, Caligulæ, & aliorum, Senatui Romano, antequam Imperii gubernacula suscepisset, fidem suam Juramento obstrinxit, ex adductis *ibi* Auctoribus probat Antonius Coler. *de Jure Imperii Germanici sectionis primæ conclus.* 32. ubi testatur, postmodum, Imperatores Græcos hoc secutos esse, dum Pontificibus Romanis jurare soliti sunt, quod scilicet fidem Catholicam tueri velint, idemque testatum facit Richardus Dieterus *de summa summi Imper. potest. conclus.* 74. ubi dicit nullum, præter Turcicam, ita stupidam ac barbaram esse gentem, † quæ non in Regibus suis inaugurandis, aliquam ab illis fidem ac Juramentum exigat. Auctor *vindict. contra Tyran. q.* 3. Bodin. 1. *de Repub. c.* 8. Petrus Syring. *de pace Relig. conclus.* 19. *lit. B.* Et hujusmodi jurandi morem, non solum in Imperatoribus ac Regibus, sed etiam minoribus Magistratibus, usu receptum fuisse, credendum est. Jurabant
141 enim non solum Atheniensium † prætores, ut dicit *Suidas*, nisi ea præstarent, propter quæ magistratum gererent, se auream statuam dedicaturos esse, in Urbe, Delphis & Olympiæ: sed etiam Lacedæmoniorum † prima- 142 tes ut testatur Aristoxenus Pythagoricus, *in libro Apophthegmatum*, ante susceptum imperium, juramentum præstabant, se imperaturos juxta leges Civitatis, prout ex iis retulit Georg. Draudius. *in Scheda regia Agapeti Diacon. aphorism.* 13. *f.* 586.

Quod vero ad Imperatorum, de Ecclesiis & Religione Christiana defendenda Jusjurandum attinet, dubium non est ejusmodi Jurandi consuetudinem, apud Christianos † Imperatores in usu continuo permansisse. 143 Hinc non abs re Dn. Sigism. Seld. Imperialis Vicecancellarius *in consil. de Cæsarum & Paparum potestate part.* 3. & 4. meminit Constantini Magni & aliorum Constantinopolitanorum Impp. temporibus, cum Ecclesia Romana bonis temporalibus non admodum esset aucta, & Pontifices debitæ observantiæ cultu Imperatores prosequebantur, illi vero ultro fidem Christianam defenderent, optimum ubivis in orbe Christiano rerum omnium fuisse statum, & negotia fidei optime processisse, id quod & Petrus Anchoranus *in Clement. Unica de Jurejurand. notab.* 17. testatur.

Nominatim autem post Imperatores Orientales, tale Juramentum pro defensione † Ecclesiæ Apostolicæ, Leoni III. Papæ Carolum Magnum in coronatione Anno 800. præstitisse Historici testantur, cujus tenor apud Spond. *in Epit. Annal. Ecclesiast. Baron. d. anno n.* 3. & Goldast. *Const. Imper. Tom.* 2. *p.* 5. extat. Et sic quoque Othonem Imp. Joa. Papæ jurasse, Goldast. *d. loco p.* 43. refert. Ferdinandum I. Imp. Juramentum illud Pontifici præstitisse Dn. Seld. *d. loco p.* 28. testis est. Et illum quidem inveteratum Jurandi † morem, Ethnicis, ut dictum est, Imperatoribus, Græcisque usurpatum, & post illos à Carolo Magno restitutum, atque ab omnibus postmodum Cæsaribus ac Romanorum Regibus usitate receptum, in præsens adhuc vigere, notorium est. Sic enim Invictissimus præsens noster Imperator & Triumphator Ferdinandus II. patrio idiomate inter alia jurasse perhibetur: daß ihr Key. May. die Christenheit und Stul zu Rom/auch Bäpstliche Heyligkeit vnd die Christliche Kirche/ als derselben Advocat/ in gutem trewlichem Schutz und Schirm halten/rc. cujus integram Formulam Joan. Bruningk. *in conclus. Inaugural. c.* 1. *conclus.* 429. exhibet.

Verum enimvero non attento etiam Juramento, quod ab omnibus Imperatoribus jam inde à Constantino Magno de protegenda Ecclesia Romana, sede Apostolica, & Papa (quod ex electi Regis Rom. & Imp. obligatione Principibus Electorib. Francofurti in electione & Aquisgrani in coronatione jurata satis constat) præstitum fuisse ostendimus, ex eo ipso etiam firmissimum roborandæ nostræ, contra Dn. Knichii incunabula Ecclesiasticæ Advocatiæ Pipino & Carolo Magno nuncupantis opinionem decisionis momentum sumi potest, quod nimirum ut *supra* etiam *in c.* 3. tactum fuit, Imperatoribus ipso † Jure absque ullius Jurisjurandi religione, Tutela ac defensio Ecclesiarum, maxime vero 144 Romanæ, sedisque Apostolicæ & Papæ, ex officio incumbat *l.* 1. 3. 9. 10. & *tot. Tit. C. de summa Trinit.* & *c. clerici. ext. de Jure Patron. c. conventior.* §. *penult. v. Bonus Imperator auxilium quærit Ecclesia* 23. *q.* 8. *Text. in clem. unic. vers. ipsius Ecclesiæ debeant esse promptissimi defensores de Jurejur.* & *in constit. Frider. Imper. de pace tenenda,* & *ejus violat. in princip. ibi Ecclesias, sive Ecclesiasticas personas sublimare,* & *ab incursu* & *invasione quorumlibet defensare intendentes*, idque adeo & tanta cum obligatione, ut Papa eosdem Ecclesiam non defendentes, excommunicare † possit per tradita à Hier. de Cævall. *Specul. com. Opin. Tom.* 4. *q.* 897. *n.* 304. & Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 4. *conclus.* 333. *n.* 10. Imo & deponendi eosdem potestatem habeat ut voluit Restaur. Castal. *de Imper. q.* 81. Guid. Pancirol. *consil.* 119.

Argumentum IV. contra Knichi sententiam ex obligatione Iuris, quo Imperatores Christ. ad defensionem Ecclesiarum devincti sunt desumptum.

*conſ.*119.*n.*32.Petr. *de Fideicommiſſ.q.*12.*n.*281. Jo.Montaigne *tract. de Parlament, n.*16. quod tamen alii Electoribus, penes quos electio eſt Imperatoris, rectius tribuere videntur, qui etiam hac ſibi competente poteſtate uſi, Wenceslaum † Imp. inter alias cauſas, ob non præſtitam Eccleſiæ defenſionem Anno 1400. depoſuerunt, Dn. Goldaſt. Reichs-Satzung. *part.* 1. *fol.* 158. Quod ipſum innumeri ſcriptores, cum antiquiores, nominatim Alvarottus *tract. Feudal. tit. de pace tenend. inter ſubditos n.*7. Innocent. *in c. licet ex ſuſcepto de for. compet.* Hier.Balb. *de coronat. p.* 25. Joan.de Lignano *tract. de bello c.*15. Cardinal. *in d. c. unic. de Jurejur. notab.* 10. Auguſt. de Anch. *in tract. de poteſt. Papa qua.* 35. *arg.* 6. Decius *in c. Recepimus n.* 17. *de Privileg.* Lupol. de Beben. Epiſcopus quondam Bambergenſ. *de Jur. Regni c.* 3. *&* 9. *in fine.* tum moderni, Caſp.Leipold. *de concurrent. Juriſd. quæſt.*19.§. *His vero.* Dn. Menoch. *arbit. Judic. q. caſ.*538. *n.* 7. ubi ad alios quoque Principes hoc extendit, *per c. Principes c. Regum, ca. adminiſtratores* 23.*q.*5. Pet.de Andlaw *de Imper. Roman. lib.*2.*c.*18. Quirin Cubach. *Juriſp. Germano publ. c.*23 *n.*27. aliique paſſim teſtificantur. Hinc & illuſtriſſ. Cardinalis Baronius *Annal. Eccleſiaſt. lib.*5. *A.*422. *n.*3. ſcribit, Eccleſiæ Religionis, & Jurium Eccleſiaſticorum † defenſionem, ſolidum eſſe ad ſuſtinendum Imperii molem fundamentum ac ſuſtentaculum, quo ſi careat, corruat, neceſſe eſt, idque cum in aliis mundi Proceribus, tum evidenter in Galliæ Monarchis oſtendi poſſe ait: Quamdiu enim defenſores † Eccleſiarum & rerum Eccleſiaſticarum vixere Francorum Reges & Imperii Principes, ut Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus pius & alii qui legibus, armis, multoque ſanguine, bona Eccleſiaſtica illibata ſervarunt, felices illi fuere, eorumque hoſtes victi jugo ſubmiſſi, nomenque Francorum ſumma gloria, toto orbe diffuſum, ubi vero direptione rerum Eccleſiaſticarum adverſus Deum conflatum eſt bellum, imbelles populi, Reges ſocordes, & obtuſa eorum facta ſunt arma, ut pluribus exemplis oſtendit Baronius *lib.*10. *Annal. A.* 845. *n.* 33.

145

146

147 Maxime autem ſupremam Romanæ † Eccleſiæ Advocatiam Imperatori ac Regi Romanorum primitus ſemper attributam fuiſſe, præ cæteris ſolide comprobant text. *in c. venerabilem verſ. nunquid de Elect.* And. Knich. *de Sax. non provoc. Jur. verb. Ducum Saxoniæ c.* 5. *n.* 557. Etherius Mohr *de Juriſdict. c.* 1. *b.* 15. Hinc Pipino † & Carolo Magno, magnorum ac præcipuorum Eccleſiæ Romanæ Protectorum nomen, Othoni vero magno Defenſoris, Henrico II. ſeu ſancto Advocati S. Petri titulum attributum fuiſſe, alioſque Imperatores eodem olim uſos fuiſſe ex Reiner. Reinec. *annalibus* Ditmarſo & Fabricio oſtendit *ibidem* Knich. Sic & Ludovicum I. Imp. Catholicæ fidei propugnalem, Mich. de Ceſena *in lit. ad Regem Rom. & Principes Aleman.* apud Goldaſt. *Monarch. S R. I. tom.* 2. ſalutat.

148

149 Quinimo Imperatores ipſi Advocatos † & defenſores Eccleſiæ ſeſe paſſim appellarunt, Eccleſiæque protectionem Jure quaſi divino, à divina providentia ad ſe pertinere ſæpius profeſſi ſunt.

Teſtimonia Imperatorum ſeſe Advocatos eſſe Eccleſiarum maxime Romanæ.

Hac ratione Juſtinianus *in l.* 1. *C. de offic. præf. prat. Afr.* ſervum Eccleſiæ ſe vocat, atque *Novell.* 3 *in fin.* non minorem ſibi horum, quæ ſanctiſſimis Eccleſiis proſunt, quam animæ ſuæ curam ſibi eſſe profitetur: Quo pertinet id, quod Carol. M. *in reſcript. de non adorand. Imag. contra Synod. Patrum Græciæ in Concil. Francof. Anno* 794 dato, & à Goldaſto *conſti. Imp. tom.* 2. relato, ſic reſcribit, *Quoniam Eccleſia in ſinu Regni gubernacula, Deo tribuente ſuſcepimus, neceſſe eſt, ut in ejus defenſione ob exaltationem ejus, Chriſto auxiliante, toto annisu certemus ut ab eo boni ſervi & fidelis nomine cenſeri valeamus.*

Teſtimonium Juſtiniani. Teſtimonium Caroli Magni.

Eleganter id ipſum teſtatur generatim de Imperatoribus loquens Albertus † I. Rudolphi I. Filius *in diplomate* per Baronium *Tom.* 10. *Annal. Eccle. Anno* 996. *ſub n.* 48. allato, quod inter alia ſic habet:

150 *Teſtimonium Alberti primi Archiducis Auſtriæ Rudolphi I. Filii.*

Recognoſcens igitur, quod Romanum Imperium per ſedem Apoſtolicam de Græcis † translatum eſt in perſona Magnifici Caroli in Germanos, & jus † eligendi Romanorum Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum certis Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus eſt ab eadem ſede conceſſum, à qua Reges & Imperatores, qui fuerunt & erunt, pro tempore recipiunt gladii temporalis poteſtatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, pia devotione & ſyncero corde profiteor, quod Romanorum Reges in Imperatores poſtmodum promovendi per ſedem eandem ad hoc potiſſime & ſpecialiter aſſumantur, ut ſint *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Advocati, Catholicæ fidei ac ejusdem Eccleſiæ præcipui defenſores, &c.*

151

152

Idem expreſſim profitetur Frideric. † I. Imp. *in Epiſtola ſua Anno Chriſti* 1159. *ad Antipapam & Cardinales Romanos*, qua eoſdem ad Concilium Papienſe convocat, conſcripta ſequentibus verbis.

153 *Teſtimonium Friderici I. Imp.*

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus Rolando Cancellario cæteriſque Cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum Pontificem, ſalutem & omne bonum. Quoniam divina præordinante clementia Romani Imperii gubernacula ſuſcepimus, oportet ut in omnibus viis noſtris ipſius legem cuſtodiamus, cujus munere, cujus voluntate dignitatis noſtræ apicem adepti ſumus. In hoc itaque ſacratiſſimo propoſito conſtituti, *cum omnibus Eccleſiis in Imperio noſtro conſtitutis debeamus patrocinari, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ tanto propenſius debemus providere, quanto ipſius cura & defenſio à divina providentia creditur nobis eſſe commiſſa ſpecialius.*

Evidenter id ipſum patet teſtimonio Sigiſmundi † Imperatoris *in Epiſtola Anno* 1413. *Carolo Franciæ Regi*, ad invitandum eum ad Concilium Conſtantienſe, miſſa, quæ ſic habet.

154 *Teſtimonium Sigiſmundi Imp.*

Inter profecto curas varias noſtris proceſſibus influentes, ſollicitudo cottidiana nos excitat, qualiter generali bono ſtatui totius populi Chriſtiani multivarie, multiſque modis noſtris temporibus proficere valeamus, ut cum in die illa noviſſima, die ſcilicet diſtricti & tremendi Judicis diſcuſſio venerit, plenam poſſimus ipſius Dei ſuper favente clementia de commiſſis nobis talentis, duplicato Dn. importando, reddere rationem. Maximo etenim deſiderio jamdudum tenebamur, ut diebus noſtris videre poſſemus unicam Chriſti ſponſam Catholicam Eccleſiam feliciter reformatam. Poſtea vero cum ad Imperialia gubernacula fuiſſemus aſſumpti, *id quod erat nobis in deſiderio tranſivit in præceptum, cum teneamur ſanctam matrem Eccleſiam per Imperiale officium tueri, cujus etiam Canones ſanctorum patrum nos appellant Advocatum & defenſorem, &c.*

Accedit

Accedit prædictorum Imperatorum Testimoniis 155 laudatissimi Cæsaris † Caroli V. auctoritas, qui cum per peculiarem quandam, & elegantem, ad Collegium Cardinalium 20. Novembris, Ann. 1559. Bruxellis datam epistolam, eosdem, post Pauli III. Pontif. Maximi obitum, ad novi & idonei electionem cohortaretur, inter alia hisce verbis, se Ecclesiæ Patronum ex veteri majorum instituto esse pronunciat, *Etsi*, inquit, *nihil dubitamus, vos pro vestro officio, in Rempubl. Christianam, & pietate, provinciam hanc, ea prudentia & maturitate gesturos, quam & præsens Reipubl. Christianæ status, & omnium de se expectatio postulat, ac neque nostris, neque alterius monitis, ad eam rem opus esse arbitremur: Attamen ut in mentem venit nos ADVOCATI ECCLESIÆ munus & provinciam, sustinere, eoque nomine ex veteri majorum instituto in partem hujus solicitudinis vocatos esse, non potuimus neque certe debuimus, officio nostro deesse quin huic rei omnium maxima gravissimaque partes nostras interponeremus. Quod ut eo magis præstare cupiamus, & studium religionis nos invitat, & muneris nostri ratio, ac jurisjurandi Religio, qua Ecclesiæ Dei, & huic sanctæ Sedi devincti sumus, ad hoc quasi adigunt & impellunt, & quæ sequuntur*, elegantissima de Pontificis eligendi qualitatibus. *Inter Epistolas Mundi procerum fol.* 305.

Pluribus Impp. testimoniis hoc loco accumulandis ne lectori tædium moveamus, sponte supersedemus: Illud sane in aperto quoque est, adeo Impp. 156 non erubuisse munus † hoc protectionis de se ipsis prædicare, ut etiam in literarum inscriptionibus, cum titulis aliis hunc *Defensoris Ecclesiæ*, conjungere, & cum defensionis onere, atque Ecclesiæ cura & te-157 stamento † & dispositione inter vivos, filiis mandata ad posteros transire voluisse; quod de Carolo M. Spondan. *in Anno Christi* 794. *n.* 2. 806. *n.* 3. & de Ludovico Pio Gold. *const. Imp. tom.* 2. *p.* 20. *in ejusdem Lud. Pii de pac. publ. & divis. reg. fac. inter fil. Anno* 837. *ordinata constitutione* testatur. Ejus particulam hic subjicere lubet, ita habentem.

Particula Testamenti Carolini, quo filiis suis defensionem Romanæ Ecclesiæ injungit atque demandat.

Super omnia, *inquit*, jubemus ut ipsi tres fratres curam & defensionem Ecclesiæ S. Petri simul suscipiant, sicut quondam ab avo nostro Carolo & beatæ memoriæ Pipino Rege, & à nobis postea suscepta est, ut eam cum Dei adjutorio ab hostibus defendere nitantur, & justitiam suam quantum ad ipsos pertinet & ratio postulaverit, habere faciant. Similiter & de cæteris Ecclesiis, quæ sub illorum fuerint potestate, præcipimus ut justitiam suam & honorem habeant, & pastores atque rectores venerabilium locorum, habeant potestatem rerum, quæ ad ipsa pia loca pertinent, in quocunque de his tribus regnis illarum Ecclesiarum possessiones fuerint.

Constat autem, istam testamenti Carolini de obligatione defensionis Romanæ Ecclesiæ periodum in omnibus postea successorum divisionibus repetitam fuisse, ut speciatim notat *Pithæus* in partitione facta à Ludovico Imperatore inter tres suos filios, Pipinum, Ludovicum, & Carolum de qua Cæsar Baron. *Annal. Eccles. libr.* 9. *ad Annum* 838. *num.* 1. & 2.

Testimonium ex Recessib. Imperialib.

Quin & illud generatim Recessus Imperiales evolventi, haud obscurum est, Cæsares non olim duntaxat, sed & hodie etiam in Defensoris † Ecclesia-158 rum, titulis plausisse, eosque publice usurpasse, id quod primo ostendit Recessus de *Anno* 1518. §. Erstlich / ubi Imperator der gantzen Christenheit Schutz vnnd Schirmherr / nominatur. Deinde nuncupatim Advocatus Ecclesiæ *in Recess. Ratisponensi, de Anno* 1543. §. Aber Churfürsten / *ibi*: Vnd Vns als Advocaten / vnd Beschirmer der Christlichen Kirchen &c. appellatur. *Item Recessu Augustano, de Anno* 1530. §. Auff solch / &c. & §. *sequent.* Nach dem aber / &c. ibi Als Römischen Keyser vnnd Obersten Vogt der H. Christlichen Kirchen / indigitatur. Sic etiam *in Recess. Spirensi de Anno* 1529. *sub tit. Constitution.* wider die Widertauffer. §. 1. Obrister Vogt vnsers Christlichen Glaubens / nuncupatur.

Cum igitur, tam ex Legum auctoritate, quam ex propriis Impp. testimoniis, Imperiique Recessibus, manifestum sit, jus & obligationem defensionis Ecclesiarum Imperatoribus, non ut aliis, ex vinculo specialis conventionis, sed Jure Imperialis à Deo concessæ potestatis, competere, & necessitate officii, incumbere, nemo sane, assumpta in consilium ratione, inficiabitur, Ecclesiasticam Advocatiam: (licet absolutam rerum vetustarum cognitionem assequi haud proclive sit:) sub initia statim Christianorum Imperatorum, inter quos Constantinum Magnum familiam duxisse constat, non autem temporibus primum Pipini ac Caroli Magni, usu introductam fuisse.

Et de Constantino Magno extat testimonium Sigismundi Imperatoris *in Reformation. sua cap.* 10. *libr.* 2. *pag.* 151. *Basil. editionis*, in qua de Imperatore Constantino fidei Christianæ Advocato & protectore constituto sequentia habentur.

Also bestund der Keyser wol / vnd regiert ehrlich und löblich biß auff die Zeit / daß Constantinus der groß Keyser kam / der aussetzig worden / den der Bapst Sylvester reiniget vnd schön machet / vnd er empfieng den Keyserlichen Gewalt von dem Bapst in Lehens weiß / vnd als ein Statthalter vnd BESCHIRMER deß Heyligen Christlichen Glaubens / vnd nam in sein Handt das Weltliche Schwert / da ward von jhme alle Ordnung und Weltlich Recht gesetzt vnd gemacht.

Argumentum V. adversus Knichii sententiam ab auctoritate ductum.

Quod ipsum etiam præter adducta & adhuc *inferius* adducenda argumenta, auctoritate etiam Clarissimi & Doctissimi viri Domini Christophori Gevvoldi Consil. Bavarici, Juris publici & antiquitatum studiosissimi confirmatur. Is enim *in comment. de Roman. Imper. Septemviratu capit.* 8. *pag.* 168. *edition. ultim. Ingolstadiensis*, adducens ex Reginaldo Polo, *libr.* 2. *de fens. Ecclesiastic.* insignem pro sede Apostolica, locum, qui *in fine* de Regibus & Principibus sæcularibus loquens, ait eos à Deo † Nutricios Ecclesiæ sedisque 159 Apostolicæ defensores & Advocatos esse constitutos: notabiliter subdit, hanc † praxin, (hoc est defenso-160 rum atque Advocatorum Romanæ Ecclesiæ) semper à Constantino Magno usque ad nostra tempora ita obtinuisse, piosque ac Catholicos Cæsares, Reges, Principes omnes, proprium hoc officium sibi vendicasse, nec non ut facerent à Pontificib. Romanis requisitos fuisse.

Quo pertinet id quod Platina, *in vita Gregorii III.* scribit, *Consueverunt*, inquit, *Pontifices Romani si quid mali ab externo hoste immineret, auxilia ab Imp. Constantinopolitano petere.* Id quod Lupold. de Babenberg. *in libr. de veter. Ger. princ. in fide Christi zelo* multis exemplis declarat.

A quorum sententia non abhorrent ea, quæ in

literas retulit Matth. Boetius *inter Arum. discurs. Acad. tricesim. vol. 1. de nat. jur. Majest. capite. 3. conclusione.* 40. ubi advocatiam Ecclesiæ Romanæ à potesta- 161 te † Patriciatus à Constantino Magno (Zosimo *lib. 2. Histor. Eccles.* & Goldast. *in Ration. ad Bull. Hadr. I. v. dignitatemque Patriciatus*, testib.) introducti ori- 162 ginem † suam ducere asserit, quo tendunt ea quæ scribit Ludolph. de Bebenburg *de jurib. Regn. & Imp. Rom. c. 13.* ubi *ex gloss. 2. §. Adrianus distinct.* 63. asserit, per hunc Patriciatum intelligi Advocatiam Ecclesiæ Romanæ, quam habet Rex Romanorum vel Imperator ab Ecclesia Romana.

Quia enim temporib. Græcorum Imperatorum Patricii, in omnibus Reipublicæ, ut patres filiis prospiciebant, Pet. Greg. Thol. *syntag. jur. lib. 47. c. 16. n. 2.* per text. *in §. Generaliter tit. const. qua dig. in Auth. collat.* 6. Hinc patricium Suidas πατέρα τῦ κοινῦ, vocat & 163 quem populus † Romanus Patricium, illum Pontifices Advocatum nominabant: Ejus appellationis hanc esse 164 † rationem arbitror quod quemadmodum apud Ethnicos Romanos sacrorum procuratio tuitioque incumbebat Patriciis, ita non inconveniens erat, ut in Religione Christiana, qui Ecclesiam defenderet Patritiatus indigitatione notaretur.

Si ergo prædictus Patriciatus à memorato laudatissimo Imperatore originem trahens, ut ex allegatis auctoribus evincitur, non aliud fuerit, quam ipsa Ecclesiæ Romanæ Advocatia, indubitanter concludendum est, ab eodem Imperatore, eandem clientelam Ecclesiasticam, introductam fuisse.

Argumentum V. contra Knichii opinionem à Patriciatu Constantiniano assertum.

Ex quo etiam haud obscure colligitur, per D. Andream Knich. minus recte Carolo Magno Advocatiæ cunabula, adscribi, siquidem non ex ea duntaxat quam Dominus Knich. assignat, ratione, quod nimirum Pipini & Caroli Magni temporibus Pontifices Romani, adversus Longobardorum irruptiones ipsorum imploraverint præsidia, eorumque auxiliis adjuti fuerint sed à primis potius Imperatoribus fide Christiana imbutis, qui Ecclesiam Romanam & dependentes ab ea ordines primitus auxerunt, protexerunt, & amplificarunt, Ecclesiasticæ protectionis principia deducere oportet.

Si enim ad annos & Imperatores Christianos, quibus protectio Ecclesiæ ac Monasteriorum curæ fuit, respiciamus, eam non illo demum tempore, quo Pipinus ac Carolus Magnus Ecclesiæ Romanæ opem tulerunt, exortam atque usitatam, sed jam inde à Constantino Magno quem Divus Augustinus *lib. 2. contra Petilia. cap.* 93. ob tuitionem Ecclesiarum, felicem nuncupat, graviter cultam atque ad omnes postmodum Imperatores fidem Christi secutos, propagatam, & quasi de manu in manum traductam fuisse cognoscemus.

Quoniam igitur hic unice ac potissimum in hoc uno versamur, ut ostendamus ab ipsis Romanis Gentilibus clientelam nostram Germanorum, aliorumque populorum moribus receptam, posteaque Ecclesiasticam eti- 165 am Advocatiam jam inde non multis post Christum † natum sæculis ad Christianos Imperatores absque interruptione derivatam fuisse, eorundem seriem ordine percurrere & qualiter eorum singuli, paucis exceptis, se veros Ecclesiæ Romanæ tutores atque patronos exhibuerint, adductis in medium variis eorum rescriptis, palam facere, instituto nostro inprimis convenire ducimus.

Ordiendo igitur à primo Christianæ professionis laudatissimo Imperatore Constantino Magno, qui An- 166 no Christi 306. totius exercitus † suffragantibus votis 167 Constantino vita functo imperium accepit, Historiæ

Series Imperatorum

ostendunt, sub eo Romani † Imperii populos rerum statu adeo tranquillo potitos esse, ut defensione armata iis temporibus non eguerint, id quod Eusebius *in vita Constantini libr. 2. cap.* 19. hisce innuit verbis. *Porro,* inquit, *impiis hominibus è medio sublatis, & potestate tyrannica deleta, mundus de reliquo veluti Solis claritate collustratus fuit, universaque orbis terræ partes, quæ Romanorum parebant ditioni, in unum coaluerunt, quin etiam dum gentes, quæ Orientem occupabant, alteri parti adjicerentur, & uno generali principatu tanquam capite quodam totum corpus adornaretur, unius Imperii potestas per omnes pervasit, illustres præterea lucis ex pietate nascentis splendores, iis, qui antea in tenebris & mortis umbra consedissent, & latos & serenos dies impertierunt, neque erat ulla amplius præteritorum malorum recordatio; quippe omnes absque victorem hymnis celebrabant hunc usque conservatorem solum Deum se agnoscere fatebantur. Iste imperator universo pietatis genere eximi-* 168 *us & victor † egregius (hanc enim appellationem cognominis loco victoria sibi à Deo contra hostes & inimicos donata maxime propriè convenientem invenit) Orientem recuperavit, & unum conjunctum cohærentemque principatum, more veteri Romanorum sibi ipsi subjecit ac non modo Deum omnibus, qui in Imperii sui finibus continebantur, palam prædicare cæpit, verum etiam universum mundum gubernantis potestatis, quæ Romanorum ditionis erat propria præclare admodum administravit. Malorum porro, quæ antea cunctos mortales oppresserant, metus sublatus fuit & qui ante fracto animo & demisso fuerant hilari vultu obtutuque læto alter alterum aspexerunt. Tum choreis & hymnis primum Deum summum omnium Regem esse prædicarunt, deinde victorem Constantinum ejusque filios modestissimos, Deoque charos Cæsares acclamationibus continuis, extulerunt. Erat jam veterum malorum & impietatis cujusque oblivio, jam suavis præsentium bonorum usus & delectatio, jam jucunda futurorum expectatio.* Hucusque Eusebius.

qui soli protectores atque Advocatos Romanæ Ecclesiæ ipsi exhibuerunt. Constantinus Magnus primus ex Imperatoribus Christi fide imbutus Ecclesiæ strenuus protector.

Quod autem Ecclesiastica Tutela de cujus origine *hic* nominatim disceptamus, sub hoc ipso laudatissimo Imperatore Constantino Magno, in usu fuerit, præter alios quos antea in ejus rei comprobationem citavimus: Testem insuper produco Casp. Bruschium antiquitatum Ecclesiasticarum indagatorem diligentissimum, *Chronograph. Monaster. in descript. vetustissimi cœnobii, ad Sanctum Maximinum, extra urbis Treverica Martiam portam siti,* una cum prædicti autoris Assecla Rudolpho Hospiniano *de orig. Monachat. lib. 4. c. 14. p. 143. paulo ante finem* quibus in locis uterque testatur, hoc ipsum † monasterium ordinis primum & regulæ orientalium Monachorum, nunc vero Benedictinæ professionis ab ipso Imperatore Constantino sub perpetuo duraturam tuitionem Imperatoriam susceptum fuisse, ita 169 ut hodie adhuc ab omni Archiepiscopali & Episcopali 170 jugo † exemptum in temporalibus soli Imperatori Romano, in spiritualibus soli summo Pontifici immediate 171 subsit. Abbas vero hujus loci ita privilegiis † & dignitatibus ac singularibus prærogativis insignitus ac donatus est, ut, Decanus septem præcipuarum Ecclesiarum Treverensium, & Imperatricis Augustæ Archicancellarius sit.

Argumentum VII. adversus Knichium ex receptu à Constantino Magno, in specialem ac perpetuam protectionem S. Maximini Monasterio, ab eodem extructo, seu fundato.

Fundatum autem fuisse dicitur hoc ipsum Cœnobium opulentissimum, † ex Regio Divæ Helenæ Palatio, Anno humanæ salutis Trecentesimo trige- 172 simo tertio, imperii videlicet Constantini Imperatoris vigesimo tertio, ab ipso Christianissimo ac optimo Cæsare Constantino, ad petitionem prædictæ S. Helenæ matris suæ eo ipso nimirum tempore, quo 173 Agritium Patriarcham † Antiochenum Treverim accersitum ejusdem urbis Episcopatui præfecerat, uti ex D. Hieronymo & Orosio nominatim attestatur præter adductum Bruschium Hospin. *de orig. Monach.*

Fundatio Monasterii S. Maximini.

naeb. lib. 4. c. 14 circa fin. Michael Buchinger *in Hist. Ecclesiast. sub Papa Sylvest. I. circa fin.*

Quibus addo majoris adhuc auctoritatis testimonium præcipuæ eruditionis viri Reverendi Patris Joci Coccii Societatis Jesu Theologi absolutissimi, qui *in vita Dagoberti* Regis Francorum pronuper in lucem data, *Cap.* 22. Tutelam Imperatoribus commissam Ecclesiasticam jam olim sub ævum Imp. Constantini Magni usitatam fuisse, sequentibus verbis clarissime testatur.

Extat inter veteres, inquit, *ejusdem Cœnobii Tabulas Diploma regium, Mameliano Abbati, qui Dagoberti ætatem vixit, datum, in quo Dagobertus Rex præfatum Mamilianum in sui Monasterii vestiganda origine, uti ab se jussus fuerat versatum, antiquis schedis ita traditum reperisse; Monasterium id Regale quondam templum seu mavis Regiam Constantini Magni extitisse: volente verò & jubente eodem Imperatore, ab Agricio urbis Antistite D. Joannis Evangelistæ honori dicatum. Præterea pro comperto haberi, Helena Augusta Matris munificentia atque auctoritate per id tempus aggregatos, in eundem locum ex Orientali disciplina Christi pauperes, hisque Joannem Antiochenum, qui cum Agricio Treviros accesserat, Moderatorem impositum; sanxisse vero Constantinum, ut ne locus is in alterius cujuspiam potestate atque TUTELA præterquam Imperatorum esset.* Hæc de Tutela Monasterii S. Maximini antiquissima atque ab ipso Constantino Magno ordinata doctissimus P. Coccius piæ memoriæ, qui SS. Alsatiæ Tutelarium ibique natorum, vel denatorum, sanctimonia & prodigiis clarorum genuinas vitas felicibus Serenissimi Archiducis Leopoldi auspiciis, nisi immaturus, omnibusque doctis ac piis viris dolendus obitus intercessisset, in lucem reducturus, aliaque compluria de rebus Alsaticis è tenebris eruturus, prædictam Dagoberti Historiam elegantissimam priusquam è vita simul & scriptionis elimatione, decesserat, in antecessum dedit.

174 Sed & præter adductos auctores ejusdem † Cœnobii antiquitatem & originem luculenter comprobat Dagoberti Gallorum Regis subsequens à Bruschio *in descrip. ejusdem Monasterii* nobis communicatum diploma, Memiliano XIII. ejus loci Præsuli concessum quod ita habet:

Dagoberti Francorum Regis diploma, quo Monasterii S. Maximini origo, & antiquitas luculenter ostenditur ejusdemq. bona & immunitates confirmantur.

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Omnium Christianorum noverit industria, qualiter DAGOBERTUS Rex potentissimus, cum convenienti consilio Episcoporum meorum, Comitumque legatos de mea parte ad Abbatem *Memilianum* direxi, mandans ei, ut diligenter inquireret, indeque per se ipsum indicaret, quibus authoribus illud Monasterium *S. Maximini* constructum, vel cujus Imperio à pristinis temporibus esset subjectum.

Hanc legationem Abbas cum fratribus sollicite percipiens, perlectisque in eodem loco quibusdam vetustissimis chartulis inventum est, idipsum Monasterium *Constantini Imperatoris* fuisse Regale templum atque jussu ejus dedicatum in honore *S. Joannis Evangelistæ* à *S. Agritio* venerabili Archiepiscopo, in quo videlicet templo (ut idem pater Monasterii nostræ Regalitati patefecit, certa relatione) *Helena* sacra Dei famula petente & favente, supradictus Imperator pauperes Christi congregavit, eisque virum Dei Joannem præposuit ut in servitio Dei semper vacarent, & pro se orationibus insisterent, & insuper illius loci habitationem aliæ personæ nolint subdere, nec suæ successorumque Imperatorum potestati. His rebus ita esse firmiter intellectis, Regio more constituto atque firmissima jussione præcipio, ut nullus unquam proterve illud Monasterium, in quo Abbas supradictus præesse videtur, audeat inire, vel ullam inhumanitatem illi violenter inferre. Igitur ut assidua recordatione mei meorumque præsentium maneret in prædicto Monasterio, ipsorum † *S. Maximini* præbendariorum, victualia sub præmemorato Imperatore constituta, meis ex parte prædiis augere curavi, quorum nomina hæc sunt, *Kannis, Crassiacum, Lunevvich, Regiodola vallis, Polich, Budeliacum, Talenc, Loanta.* Hæc loca ad Regiam curtem quæ dicitur decima, pertinent, quam curtem cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, hoc est, quicquid prædii visus sum habere, à fluvio, qui nuncupatur Rubera, usque ad sylvam, quæ dicitur Ider, *S. Maximino* Præsuli in perpetuam hæreditatem contradidi. Insuper etiam † cum consilio & rogatu meorum principum, catervis ibi Deo de servituris, hanc legem firmiter & perpetualiter in posterum habendam decrevi scilicet ut centenorum ibidem monachorum semper integra manent, & inconvulsa congregatio, excepto, si Imperatorum, Principumve, per secula succedentium benevolentia prædiis augmentetur, vel thesauris. Et si † propter paganorum, vel infidelium Christianorum devastationem, eisdem Christi servitoribus penuria, ultra modum ingruerit, & per thesauri effusionem expelli nequiverit, Dei omnipotentis & mei, meorumque successorum habeant licentiam, allodium cum familia, à fidelibus illo contradicentibus dandi & vendendi antequam Dei destruantur servitia: Et ut istius chartulæ confirmatio in ævum permaneat: describi eam præcepi, & nostro sigillo eam inde firmavi. Actum pridie Nonar. April. Anno regni nostri duodecimo Moguntiæ feliciter Amen.

175 176 177

178 Sed ad propositum Imperatorum ordinem, ex intervallo desertum, rursus revertendo, quantopere supradictus Imperator † *Constantinus* Christianam religionem restituerit, Ecclesiamque dictis antea Ethnicorum persecutionibus prostratam erexerit, quamque strenuum sese Ecclesiæ ac Religionis Christianæ Protectorem exhibuerit, nominatim testatur Euseb. *libr. 3. cap. 3.* hisce verbis. *Quemadmodum*, inquit, *probitatis hostis dæmon gravi in prosperum Ecclesiæ statum exardescens invidia tempore pacis & lætitiæ, seditionis procellas, & tumultus intestinos contra illam excitavit. Sic Imperator Deo charus* Constantinus *ea, quæ ad suum spectabant officium, minime neglexerit, sed omnia contraria his, quæ antea à tyrannica crudelitate admissa instituit, & quemque Ecclesiæ hostem inimicumque facile devicit &c. quæ nos prolixitatis vitandæ causa omittimus.*

179 Eo autem vita functo ejusdem filios † *Constantium*, & inprimis *Constantem* Imperatores non minori Ec-

Constan- clesiam *tium &*

Constans post obitum Patris imperium adeptis, Anno 337.

clesiam ac Religionem Romanam cura protexisse Theodoretus *lib. 2. c. 5.* hisce verbis edocet: *Athanasius, inquit, ad Constantem accedens, de factionis Arrianæ, insidiis conqueri, bellum contra fidem Apostolicam excitatum lamentari, & tum patris, tum magni Concilii Nicani, quod ille convocaverat ei in memoriam reducere cœpit. Talia cum gemitu & lachrymis apud* Constantem *Imperatorem elocutus, eum ad patrem æmulandum excitavit. Nam simul atq; ista audivit, literas scripsit ad fratrem, quibus eum hortabatur, uti hæreditatem pietatis paternæ, integram inviolatamque servaret: illum enim Imperium, pietate stabilivisse, tyrannos, qui Romanos oppresserant profligasse: & barbaros undiq; in suam potestatem redegisse. Quibus literis persuasus* Constantius *mandatum dedit, ut Episcopi, tam orientis quam occidentis, Sardicam, quæ est in Illyria urbis Daciæ primaria, adventarent, nam aliis multis morbis vexabatur Ecclesia, ad quos curandos concilium necessario requirebatur.* hactenus Theodoretus.

Ex quo apparet liquido, *Constantem* Magni *Constantini* dignissimum filium, qui & parentis ut recte Baronius *Annal. Ecclesiast. tom. 3. Anno Christi 350. n. 6.* asserit, pietatem in his visus est plurimum superasse, (haud enim invidiosa hujusmodi erit comparatio. Nam *gloria* 181 *patris* † *est filius sapiens* Proverb. c. 15.) dum adeo co- 182 luit † officiis Athanasium exulem etiam adversus *Constantium* fratrem, paratus pro uno Athanasio illi bellum inferre; non destitisse totum orientem & occidentem commovere donec Oecumenico Sardicensi coacto cócilio Arrianorum violentos retuderit impetus, & ortho- 183 doxos † calumniam passos, à suis ipsorum sedibus electos Episcopos, sententia absolutos, in proprias Ecclesias, invito & moras nectente *Constantio*, adversantibus & reclamantibus Arrianis, postliminio restituerit; quos olim primo, pater *Constantinus* imprudens deceptus ab Eusebianis ejecerat, & deinde eorundem instigatione perfidorum, *Constantius* frater majore jactura atque ignominia proscripserat.

Constantii Imperatoris Rescriptum ad Taurum prætorio Præfectum de claudendis Deorum Gentilium templis.

Quin etiam *Constantium* lege publica lata jussisse o- 184 mnia † ubique claudi Deorum templa manifeste edocet ad Taurum Præfectum prætorio ab eodem Imperatore scripta *l. 4. de paganis. in C. Theo.* quæ sic habet: *Placuit omnibus locis atq; urbibus universis claudi protinus templa, & accessu vetitis omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari: volumus etiam cunctos sacrificiis abstinere, Quod si quis forte aliquid hujusmodi perpetrarit, gladio ultore sternatur. Facultates etiam perempti fisco decernimus vindicari & similiter affligi rectores provinciarum, si facinora vindicari neglexerint. Dat. Cal. Decemb. Constantio quarto & Constante A A. Coss.*

Jovianus Anno Christi 363. Imperator electus.

Tertio jam ulteriusin cœpta Imperatorum serie pergendo, omisso Juliano Apostata & persecutore Eccle- 185 siæ in quo Constantini linea defecit *Jovianus*, † eum in Imperio Anno 363. insecutus summis etiam viribus Ecclesiam protexit atque fidem Christianam propagavit id quod ex Sozomeno *lib. 6. c. 6.* aperte testimonio colligitur. *Cum præterea, inquit, experientia didicisset* Jovianus *Imperium propter iram divinam in Julianum, qui ante ipsum regnaverat, accensam esse acerbe afflictatum esse, abjecta tamen omni cunctatione, scripsit ad præsides Provinciarum uti ad Ecclesias frequenter, convenirent, divinum Numen studiose colerent, docerentq; suos solam religionem Christianam verum Dei cultum in se comple-* 186 *cti. Ecclesiis insuper* † *& clericis, viduis & virginibus immunitatem reddidit & quicquid vel ad commodum vel ad honorem religionis Catholicæ ac Romanæ Ecclesiæ spectabat, quod à* Constantino *ac liberis suis sancitum fuerat, à Juliano autem postea eversum, summo studio redintegravit, atque restituit.*

187 Illud etiam propensum *Joviani* Imp. erga statum † Ecclesiasticum animum declarat, quod is legem custodem sacrarum virginum ut tradit idem Sozomen. *d. lib. 6.* adversus earum raptores severissimam, promulgari jusserit: *Misit, inquit, item ad Secundum Præsidem generale edictum, quo jubebat, ut, qui sacram virginem, vel ad nuptias contrahendas pellicere conaretur, vel lascivo quodam obtutu aspiceret maxime omnium, si per virum rapere tentaret capitis supplicio mulctaretur. Istam legem ideo tulit, quod quidam improbi viri, regnante Juliano, tales virgines vel vi vel persuasione in hanc corruptelam inductas, sibi connubio junxissent, quemadmodum fieri solet, cum religionis statu perturbato turpis libido, id genus sceleris consciscendi, impunitatem proponit.* hæc Sozomenus.

Joviani Rescriptum adversus raptores virginum. ad Secundum Præfectum Prætorium. Causa Rescripti publicati.

Extat quidem legis hujus pars illa de iis, qui adeo execrandum scelus vel tentare præsumpserint, tam *in Codic. Theodosiano*, quam Justinianeo *libr. 6. Cod. de Episc. & cler.* descripta his verbis. *Imperator Jovianus August. Secundo Præfecto P. Si quis non dicam rapere sed attentare tantum jungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.*

Summa sane & illa laude digna habentur, quæ ab eodem *Joviano* primum, ut imperium adeptus est (ut decebat Christianum Principem) decreta fuisse testatur Gregor. Nazianzen. *in orat. de laude Athanasii* hisce verbis: *Hoc porro Juliano nimirum, extincto Imperator alter exoritur nequaquam ore impudens quemadmodum is, de quo ante verba fecimus, nec duris & ærumnosis operibus & edictis Israelem opprimens, sed mira pietate animique lenitate præditus, Qui, ut præclarissimum Imperii sui fundamentum jaceret, rectamque legum sanctionem, unde conveniebat auspicaretur, cum omnes alios Episcopos* † *tum eum nempe Athanasium, ante omnes, qui omnibus virtute antecellebat, & circa dubitationem ullam, pietatis causa bello vexatus fuerat, ab exilio revocat. Quin etiam fidei nostræ unitatem à multis laceratam & perturbatam atque in sexcentas opiniones partesque distractam sibi tradi postulavit, ut maxime quidem universus orbis; si fieri posset in fidei negotio consentiret, spiritusque auxilio in unum coiret: sin minus, ipse certe optimæ parti sese adjungeret, simulque & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet, excelse simul & magnifice de rebus maximis cogitans.* hactenus hæc Nazianzenus. 188

Jovianus curat restitui exules Episcopos.

Quarto, insuper, † cum post *Jovianum* altero statim 189 Imperii suscepti anno *Valentinianus* Anno Christi 364. & ab eodem in consortem Imperii assumptus Frater germanus *Valens*, uterque ab initio Catholicus, imperare cœpissent, ipsis pariter Tutelam Ecclesiæ & hominum Ecclesiasticorum inprimis curæ fuisse, ex eo liquet, quod sacras virgines, † viduas ac pupillos à censu capitatio- 190 nis statim exemptos esse voluerint, dum ad Vicentium Præfectum Prætorio Galliarum, *l. 4. de censib. Cod. Theod.* sequentem in modum rescripserunt.

Valentinianus Anno Domini 364. Imperator electus. Valens à fratre Valentiniano in collegam Imperii ascitus eodem Anno. Lex eorundem Impp. Virgines viduas & pupillos à censu capitationis eximens.

In virginitate perpetua viventes, & eam viduam, de qua ipsa maturitas pollicetur ætatis nulli eam esse nupturam, à plebeia capitationis injuria vindicandos esse decernimus item pupillos in virili sexu, usque ad viginti annos ab istiusmodi functione immunes esse debere: Mulieres autem donec virum unaquaque sortitur. Dat. 10. Kal. Dec. Valentiniano & Valente A A. Coss.

Addiderunt insuper ne Christiani ab exactorib. die Dominico conveniri possent *l. 10. de Exact. C. Theod.*

Idque ex aliis etiam duobus rescriptis ad Prætextum præf. urbis datis manifestum evadit, quorum altero Hæreticos ab urbe pelli, altero autem Basilicam urbis à schismaticis occupatam, Damaso Pontifici Romano restitui jussit, utrumque extat cum aliis in pervetusto Codice Vaticano, in quo scriptæ sunt Epistolæ complurium Rom. Pontificum, quorum prius ita habet.

Impp.

191 Imp. Prætextato *Dissensionis* † *auctore sublato omnis causa discordia sopienda est, ne aliqua remanente materia nihil prosit è medio sustulisse fomitem jurgiorum. Prætextate parens charissime. Quamobrem præcelsa sublimitas tua*, Defensoris Ecclesiæ urbis Romæ, *sive Damasi sacræ Legis Antistitis petitione perspecta qua una tantum Ecclesia ex Catholica religioni obsequio à dissidentibus adhuc dicitur retentari. Quoniam pro publica securitate metuendum est, ne aliquis hinc iterum tumultus oriatur (quandoquidem non parva sit separationis effigies, ut tale aliquid putetur occlusum Damaso) eam jubebit aperiri: ut singuli universique cognoscant, quo unitas studio colenda sit, qua omnibus pace vivendum: cum Ecclesiis restitutis plenissimam postulet congregationem ubique promissa concordia.* hæc de reddenda Basilica Valentinianus. De

Rescriptum Imp. eorundem de reddenda Basilica Damaso Papa.

192 pellendis † vero ab urbe sociis Ursicini, ad eundem quoque Prætextatum sic scripsit.

Rescriptum de pellendis ab urbe Schismaticis.

Ea nobis innata est moderatio, ut publicam disciplinam sine cujusquam calamitate munire cupiamus. Itaq, quoniam animarum adversarum occasionibus non faventium Ursicini sociis & ministris, quos præcelsa Sublimitas tua propter quietem urbis æternæ de medio putavit esse tollendos, Roma tantum, cujus tranquillitati studemus, excepta ubicunque voluerint, absque religionis injuria, (ut peregrinari potius, quam exulare videantur) proprio liceat jure versari, Prætextate parens charissime. Neque enim interest nostra, quem habitationis eligant locum, dummodo incentivis dissensionis ablatis firma sit rursus in plebe concordia. Dat. pridie Idus. Jun. A A. II. Coss.

Non tamen inficiari possumus, *Valentem* postea An-

193 no 370. cum ab Ecclesia † Catholica descivisset, & Arrianis adhæsisset, protectionis debitæ oblitum contra orthodoxos vehementissimas excitasse persecutiones,

194 Et *Valentinianum* † etiam in Ecclesiæ defensione remissiorem factum indulsisse hæreticis & gentilibus.

Cum igitur quinto *Valentiniano* è vita sublato *Gra-*

195 *tianus* ejusdem filius, Anno 385. Imperator † inauguratus esset, qui aliquot annis una cum patruo *Valente* & *Valentiniano* fratre imperium administravit, is non minus etiam se strenuum Ecclesiæ Romanæ Protectorem ac defensorem uti ex variis illis Rescriptis infra insertis colligitur, exhibuit, idque dilucide testatur Sozomenus *lib.*

Gratianus Anno 375. ad Imperii culmen admissus.

196 7. *c.* 1. ubi inquit: *Gratianus † interim una cum fratre universum Romanum Imperium adeptus, cum patrui sententiam non probaret, qua ille pertinaciter istos*, nempe catholicos, *fuerat persecutus, qui religione ab ipso dissenserant, omnibus iis, qui ab illo vivente religionis ergo in exilium pulsi fuerant, reditum, ad suas sedes, Ecclesias concessit.* Quod ipsum etiam expressius innuit in libris ad Gratianum datis D. Ambrosius qui *Epistola* 26. inter alia hæc habet: *Reddidisti*, inquit, *ecclesiæ perfidorum ora atque (quod utinam) & corda clausisti.*

197 Quin & idem Imperator † Gratianus statim extincto orthodoxæ fidei perduelle *Valente* legem tulit, eaque hæreticos, Ecclesias Catholicis cedere, jussit, de qua quidem lege hæc Theodoretus *libr. cap.* 2.

Conscripsit, inquit, *legem qua jubebat, tum pastores ejectos in exilium redire, suisque gregibus restitui, tum sanctas Ecclesias tradi iis, qui Damasi communionem am-*

Gratiani Lex adversus Arrianos.

198 *plexarentur.* Hic Damasus † Episcopus Romanus fuit in illius Ecclesiæ administratione successor Liberii, vir sane propter vitæ præstabilis ornamenta insignis, qui quoad ejus fieri poterat, doctrinam Apostolicam assidue tutatus est, ut autem lex, quam dixi modo, majorem haberet authoritatem misit cum ea Ducem Saporem, virum id temporis propter nominis & famæ celebritatem facile præstantissimum, cui dedit in mandatis ut tum Arrianæ blasphemiæ præcones, tanquam feras quasdam agrestes, è sacrosanctis templis exigeret, tum optimos pastores sanctis eorum gregibus restitueret.

Inde vero è prælio, quo Gothos Anno 379. vicit,

199 reversus, aliam † legem promulgavit, qua hæreticorum omnium ora blasphema compescuit, ad Hesperium Præfectum Prætorio ita scribens *in l.* 5. *de hæret. Cod. Theodos. & l.* 2. *Cod. Just. eod. tit.*

Omnes vetita legibus & divinis & Imperialibus hæreses perpetuo conquiescant. Quisquis opinionem plectibilem Dei profanus imminuit sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pandat. Quisquis redempta, venerabili lavacro corpora parata morte, tabificat, id auferendo quod geminat, nempe baptismum sibi solus talia noverit, alios nefaria institutione non perdat, omnesque perversæ istius superstitionis magistri pariter & ministri, seu illi sacerdotali assumptione Episcoporum nomen infamant, seu quod proximum est, presbyterorum vocabulo religionem mentiuntur, seu etiam se diaconos, cum nec Christiani quidem habeantur, appellant. Denique antiquato rescripto, quod apud Sirmium nuper emersit, ea tantum super catholica observatione permaneant, quæ perennis recordationis pater noster & nos ipsi victura in æternum æque numerosa jussione, mandavimus. Dat. 3. Non. August. Mediol. Accept. XIII. Kal. Septemb. Ausonio & Olybrio Coss. Hæc ex *Codice Theodosiano* antiquiori deprompsit Illust. Card. Baronius.

Gratiani Lex adversus Hæreticos.

In *Codice* autem Justiniano *d. l.* 2. *de hæret.* cum hæc habeantur summatim constricta his additur ista appen-

200 dix. *Hæreticorum autem † vocabulo continentur, & latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel levi argumento à judicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare.* Hæc ibi.

201 Quin & antea idem Imperator pro † clericorum immunitate *l.* 24. *de Episcop. & Cler. Cod. Theodos.* ita rescripsit: *Presbyteros, Diaconos, subdiaconos atque Exorcistas, & Lectores ostiarios etiam, & omnes perinde, qui primi sunt personalium munerum expertes esse præcipimus. Dat.* 13. *Non. Mart. Gratiano IV. & Merobaude Coss.*

Lex Gratiani de immunitate clericorum.

202 Sexto porro adscitus à *Gratiano* postmodum † in collegam Imperii Anno Christi 379. *Theodosius*, militis cujusdam strenuissimi ejusdem nominis, quem *Valentinianus* ad oppugnandum Firmum Tyrannum in Africam miserat filius non minus acri etiam studio, Ecclesiæ

203 Tutelam gessit, nihilque antiquius † habuit, quam de fide Catholica bene mereri, de quo S. Augustin. *De civit. Dei. lib.* 5. *cap.* 26. sic ait, *Inter hæc omnia ex ipso initio Imperii sui non quievit, justissimis, & misericordissimis legibus adversus impios laboranti Ecclesiæ subvenire, quam Valens hæreticus favens Arrianis vehementer afflixerat: cujus Ecclesiæ membrum esse magis, quam in terris regnare gaudebat.*

S. Augustini testimonium de Theodosii in Ecclesiam studio.

204 Hujus quidem rei fidem facit, aurea † illa sanctio *in l.* 2. *de fid. cathol. Cod. Theodos.* ab ea Thessalonicæ promulgata, quæ sic se habet.

Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius A A A. ad populum urbis Constantinopolitanæ. Cunctos populos, quos Clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque nunc ab ipso insinuata declarat; quamq, Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum virũ Apostolicæ sanctitatis. Hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque doctrinam Patris & Filii, & Spiritus sancti unã Deitatem sub parili majestate, & sub pia Trinitate credamus: Hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosq, judicantes, hæretici dogmatis infamiã sustinere, ac conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere, divina primum vindicta post etiã motus nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus ultione plectendos. Dat. 3 Cal. Martias Thessalonicæ, Gratiano A. quintum & Theodosio A. I. Coss.

Theodosii sanctio de fide catholica.

Nec

Constans post obitum Patris Imperium adepti. Anno 337.

clesiam ac Religionem Romanam cura protexisse Theodoretus *lib. 2. c. 5.* hisce verbis edocet: *Athanasius, inquit, ad Constantem accedens, de factionis Arriana, insidiis conqueri, bellum contra fidem Apostolicam excitatum lamentari, & tum patris, tum magni Concilii Nicani, quod ille convocaverat ei in memoriam reducere cœpit. Talia cum gemitu & lachrymis apud* Constantem *Imperatorem elocutus, eum ad patrem amulandum excitavit. Nam simul atq; ista audivit, literas scripsit ad fratrem, quibus eum hortabatur, uti hareditatem pietatis paterna, integram inviolatamque servaret: illum enim Imperium, pietate stabilivisse, tyrannos, qui Romanos oppresserant profligasse: & barbaros undiq; in suam potestatem redegisse. Quibus literis persuasus* Constantius *mandatum dedit, ut Episcopi, tam orientis quam occidentis, Sardicam, qua est in Illyria urbis Dacia primaria, adventarent, nam aliis multis morbis vexabatur Ecclesia, ad quos curandos concilium necessario requirebatur.* hactenus Theodoretus.

Ex quo apparet liquido, *Constantem* Magni *Constantini* dignissimum filium, qui & parentis ut recte Baronius *Annal. Ecclesiast. tom. 3. Anno Christi 350. n. 6.* asserit, pietatem in his visus est plurimum superasse, (haud enim invidiosa hujusmodi erit comparatio. Nam *gloria* 181 *patris † est filius sapiens* Proverb. *c. 15.*) dum adeo co-182 luit † officiis Athanasium exulem etiam adversus *Constantium* fratrem, paratus pro uno Athanasio illi bellum inferre; non destitisse totum orientem & occidentem commovere donec Oecumenico Sardicensi coacto côcilio Arrianorum violentos retuderit impetus, & ortho-183 doxos † calumniam passos, à suis ipsorum sedibus electos Episcopos, lementia absolutos, in proprias Ecclesias, invito & moras nectente *Constantio*, adversantibus & reclamantibus Arrianis, postliminio restituerit; quos olim primo, pater *Constantinus* imprudens deceptus ab Eusebianis ejecerat, & deinde eorundem instigatione perfidorum, *Constantius* frater majore jactura atque ignominia proscripserat.

Constantii Imperatoris Rescriptum ad Taurum pratorio Prafectum de claudendis Deorum Gentilium templis.

Quin etiam *Constantium* lege publica lata jussisse o-184 mnia † ubique claudi Deorum templa manifeste edocet ad Taurum Præfectum prætorio ab eodem Imperatore scripta *l. 4. de paganis. in C. Theo.* quæ sic habet: *Placuit omnibus locis atq; urbibus universis claudi protinus templa, & accessu vetitis omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari: volumus etiam cunctos sacrificiis abstinere, Quod si quis forte aliquid hujusmodi perpetrarit, gladio ultore sternatur. Facultates etiam perempti fisco decernimus vindicari & similiter affligi rectores provinciarum, si facinora vindicari neglexerint. Dat. Cal. Decemb. Constantio quarto & Constante A A. Coss.*

Jovianus Anno Christi 363. Imperator electus.

Tertio jam ulterius in cœpta Imperatorum serie pergendo, omisso Juliano Apostata & persecutore Eccle-185 siæ in quo Constantini linea defecit *Jovianus*, † cum in Imperio Anno 363. insecutus summis etiam virib. Ecclesiam protexit atque fidem Christianam propagavit id quod ex Sozomeno *lib. 6. c. 6.* aperte testimonio colligitur. *Cum praterea, inquit, experientia didicisset* Jovianus *Imperium propter iram divinam in Julianum, qui ante ipsum regnaverat, accensam esse acerbe afflictatum esse, abjecta tamen omni cunctatione, scripsit ad prasides Provinciarum uti ad Ecclesias frequenter, convenirent, divinum Numen studiose colerent, docerentq; suos solam religionem Christianam verum Dei cultum in se comple-186 cti. Ecclesiis insuper † & clericis, viduis & virginibus immunitatem reddidit & quicquid vel ad commodum vel ad honorem religionis Catholica ac Romana Ecclesia spectabat, quod à* Constantino *ac liberis suis sancitum fuerat, à Juliano autem postea eversum, summo studio redintegravit, atque restituit.*

187 Illud etiam propensum *Joviani* Imp. erga statum † Ecclesiasticum animum declarat, quod is legem custodem sacrarum virginum ut tradit idem Sozomen. *d. lib. 6.* adversus earum raptores severissimam, promulgari jusserit: *Misit*, inquit, *item ad Secundum Prafectum generale edictum, quo jubebat, ut, qui sacram virginem, vel ad nuptias contrahendas pellicere conaretur, vel lascivo quodam obtutu aspiceret maxime omnium, si per virum rapere tentaret capitis supplicio mulctaretur. Istam legem ideo tulit, quod quidam improbi viri, regnante Juliano, tales virgines vel vi vel persuasione in hanc corruptelam inductas, sibi connubio junxissent, quemadmodum fieri solet, cum religionis statu perturbato turpis libido, id genus sceleris consciscendi, impunitatem proponit.* hæc Sozomenus.

Joviani Rescriptum adversus raptores virginum, ad Secundum Prafectum Pratorium. Causa Rescripti publicati.

Extat quidem legis hujus pars illa de iis, qui adeo execrandum scelus vel tentare præsumpserint, tam *in Codic. Theodosiano*, quam Justinianeo *lib. 6. Cod. de Episc. & cler.* descripta his verbis. *Imperator Jovianus August. Secundo Prafecto P. Si quis non dicam rapere sed attentare tantum jungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.*

Summa sane & illa laude digna habentur, quæ ab eodem *Joviano* primum, ut imperium adeptus est (ut decebat Christianum Principem) decreta fuisse testatur Gregor. Nazianzen. *in orat. de laude Athanasii* hisce verbis: *Hoc porro Juliano nimirum, extincto Imperator alter exoritur nequaquam ore impudens quemadmodum is, de quo ante verba fecimus, nec duris & ærumnosis operibus & edictis Israelem opprimens, sed mira pietate animique lenitate praditus. Qui, ut praclarissimum Imperii sui fundamentum jaceret, rectamque legum sanctionem, unde conveniebat auspicaretur, cum omnes alios Episcopos † tum eum nempe Athanasium, ante omnes, qui omnibus virtute antecellebat, & circa dubitationem ullam, pietatis causa bello vexatus fuerat, ab exilio revocat. Quin etiam fidei nostra unitatem à multis laceratam & perturbatam atque in sexcentas opiniones partesque distractam sibi tradi postulavit, ut maxime quidem universus orbis; si fieri posset in fidei negotio consentiret, spiritusque auxilio in unum coiret: sin minus, ipse certe optima parti sese adjungeret, simulque & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet, excelse simul & magnifice de rebus maximis cogitans.* hactenus hæc Nazianzenus.

188 *Jovianus curat restitui exules Episcopos.*

Quarto, insuper, † cum post *Jovianum* altero statim 189 Imperii suscepti anno *Valentinianus* Anno Christi 364. & ab eodem in consortem Imperii assumptus Frater germanus *Valens*, uterque ab initio Catholicus, imperare cœpissent, ipsis pariter Tutelam Ecclesiæ & hominum Ecclesiasticorum inprimis curæ fuisse, ex eo liquet, quod sacras virgines, † viduas ac pupillos à censu capitatio-190 nis statim exemptos esse voluerint, dum ad Vicentium Præfectum Prætorio Galliarum, *l. 4. de censib. Cod. Theod.* sequentem in modum rescripserunt.

Valentinianus Anno Domini 364. Imperator electus.

Valens à fratre Valentiniano in collegam Imperii ascitus eodem Anno. Iidem eundem Impp. Virgines viduas & pupillos à censu capitationis eximunt.

In virginitate perpetua viventes, & eam viduam, de qua ipsa maturitas pollicetur atatis nulli eam esse nupturam, à plebeia capitationis injuria vindicandos esse decernimus item pupillos in virili sexu, usque ad viginti annos ab istiusmodi functione immunes esse debere: Mulieres autem donec virum unaquaque sortitur. Dat. 10. Kal. Dec. Valentiniano & Valente A A. Coss.

Addiderunt insuper ne Christiani ab exactorib. die Dominico conveniri possent *l. 10. de Exact. C. Theod.*

Idque ex aliis etiam duobus rescriptis ad Prætextum præf. urbis datis manifestum evadit, quorum altero Hæreticos ab urbe pelli, altero autem Basilicam urbis à schismaticis occupatam, Damaso Pontifici Romano restitui jussit, utrumque extat cum aliis in pervetusto Codice Vaticano, in quo scriptæ sunt Epistolæ complurium Rom. Pontificum, quorum prius ita habet.

Impp.

191 Imp. Prætextato *Dissensionis † auctore sublato omnis causa discordia sopienda est, ne aliqua remanente materia nihil profit e medio sustulisse fomitem jurgiorum. Prætextate parens charissime. Quamobrem præcelsa sublimitas tua,* Defensoris Ecclesiæ urbis Romæ, *sive Damasi sacra Legis Antistitis petitione perspecta qua una tantum Ecclesia ex Catholica religionis obsequio à dissidentibus adhuc dicitur retentari. Quoniam pro publica securitate metuendum est, ne aliquis hinc iterum tumultus oriatur (quandoquidem non parva sit separationis effigies, ut tale aliquid putetur occlusum Damaso) eam jubebit aperiri: ut singuli universique cognoscant, quo unitas studio colenda sit, qua omnibus pace vivendum: cum Ecclesiis restitutis plenissimam postulet congregationem ubique promissa concordia.* hæc de reddenda Basilica Valentinianus. De

Rescriptum Imp. eorundem de reddenda Basilica Damaso Papæ.

192 pellendis † vero ab urbe sociis Ursicini, ad eundem quoque Prætextatum sic scripsit.

Rescriptum de pellendis ab urbe Schismaticis.

Ea nobis innata est moderatio, ut publicam disciplinam sine cujusquam calamitate munire cupiamus. Itaq; quoniam animarum adversarum occasionibus non favemus Ursicini sociis & ministris, quos præcelsa Sublimitas tua propter quietem urbis æternæ de medio putavit esse tollendos, Roma tantum, cujus tranquillitati studemus, excepta ubicunque voluerint, absque religionis injuria, (ut peregrinari potius, quam exulare videantur) proprio liceat jure versari, Prætextate parens charissime. Neque enim interest nostra, quem habitationis eligant locum, dummodo incentivis dissensionis ablatis firma sit rursus in plebe concordia. Dat. pridie Idus. Jun. A A. II. Coss.

193 Non tamen inficiari possumus, *Valentem* postea Anno 370. cum ab Ecclesia † Catholica descivisset, & Arrianis adhæsisset, protectionis debitæ oblitum contra orthodoxos vehementissimas excitasse persecutiones,

194 Et *Valentinianum* † etiam in Ecclesiæ defensione remissiorem factum indulsisse hæreticis & gentilibus.

195 Cum igitur quinto *Valentiniano* è vita sublato *Gratianus* ejusdem filius, Anno 385. Imperator † inauguratus esset, qui aliquot annis una cum patruo *Valente* & *Valentiniano* fratre imperium administravit, is non minus etiam se strenuum Ecclesiæ Romanæ Protectorem ac defensorem uti ex variis illis Rescriptis infra insertis colligitur, exhibuit, idque dilucide testatur Sozomenus *lib.*

Gratianus Anno 375. ad Imperii culmen admissus.

196 7. *c.* 1. ubi inquit: *Gratianus † interim una cum fratre universum Romanum Imperium adeptus, cum patrui sententiam non probaret, qua ille pertinaciter istos,* nempe catholicos, *fuerat persecutus qui religione ab ipso dissenserant, omnibus iis, qui ab illo vivente religionis ergo in exilium pulsi fuerant reditum, ad suas scil. Ecclesias concessit.* Quod ipsum etiam expressius innuit in libris ad Gratianum datis D. Ambrosius qui *Epistola* 26. inter alia hæc habet: *Reddidisti,* inquit, *ecclesiæ perfidorum ora atque (quod utinam) & corda clausisti.*

197 Quin & idem Imperator † Gratianus statim extincto orthodoxæ fidei perduelle *Valente* legem tulit, eaque hæreticos, Ecclesias Catholicis cedere, jussit, de qua quidem lege hæc Theodoretus *libr. cap.* 2.

Conscripsit, inquit, *legem qua jubebat, tum pastores ejectos in exilium redire, suisque gregibus restitui, tum sanctas Ecclesias tradi iis, qui Damasi communionem amplexarentur.* Hic Damasus † Episcopus Romanus fuit in illius Ecclesiæ administratione successor Liberii, vir sane propter vitæ præstabilis ornamenta insignis, qui quoad ejus fieri poterat, doctrinam Apostolicam assidue tutatus est, ut autem lex, quam dixi modo, majorem haberet authoritatem misit cum ea Ducem Saporem, virum id temporis propter nominis & famæ celebritatem facile præstantissimum, cui dedit in mandatis ut tum Arrianæ blasphemiæ præcones, tanquam feras quasdam agrestes, è sacrosanctis templis exigeret, tum optimos pastores sanctis eorum gregibus restitueret.

Gratiani Lex adversus Arrianos.

198

Inde vero è prælio, quo Gothos Anno 379. vicit, reversus, aliam † legem promulgavit, qua hæreticorum omnium ora blasphema compescuit, ad Hesperium Præfectum Prætorio ita scribens *in l.* 5. *de hæret, Cod. Theodos. & l.* 2. *Cod. Just. eod. tit.*

199

Omnes vetita legibus & divinis & Imperialibus hæreses perpetuo conquiescant. Quisquis opinionem plectibilem Dei profanus imminuit sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pandat. Quisquis redempta, venerabili lavacro corpora parata morte, tabificat, id auferendo quod geminat, nempe baptismum sibi solus talia noverit, alios nefaria institutione non perdat, omnesque perversæ istius superstitionis magistri pariter & ministri, seu illi sacerdotali assumptione Episcoporum nomen infamant, seu quod proximum est, presbyterorum vocabulo religionem mentiuntur, seu etiam se diaconos, cum nec Christiani quidem habeantur, appellant. Denique antiquato rescripto, quod apud Sirmium nuper emersit, ea tantum super catholica observatione permaneant, quæ perennis recordationis pater noster & nos ipsi victura in æternum æque numerosa jussione, mandavimus. Dat. 3. *Non. August. Mediol. Accept. XIII. Kal. Septemb. Ausonio & Olybrio Coss.* Hæc ex *Codice Theodosiano* antiquiori deprompsit Illust. Card. Baronius.

Gratiani Lex adversus Hæreticos.

In *Codice* autem Justiniano *d. l.* 2. *de hæret.* cum hæc habeantur summatim constricta his additur ista appendix. *Hæreticorum autem † vocabulo continentur, & latis adversus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel levi argumento à judicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare.* Hæc ibi.

200

Quin & antea idem Imperator pro † clericorum immunitate *l.* 24. *de Episcop. & Cler. Cod. Theodos.* ita rescripsit: *Presbyteros, Diaconos, subdiaconos atque Exorcistas, & Lectores ostiarios etiam, & omnes perinde, qui primi sunt personalium munerum expertes esse præcipimus. Dat.* 13. *Non. Mart, Gratiano IV. & Merobaude Coss.*

201

Lex Gratiani de immunitate clericorum.

Sexto porro adscitus à *Gratiano* postmodum † in collegam Imperii Anno Christi 379. *Theodosius*, militis cujusdam strenuissimi ejusdem nominis, quem *Valentinianus* ad oppugnandum Firmum Tyrannum in Africam miserat filius non minus acri etiam studio, Ecclesiæ Tutelam gessit, nihilque antiquius † habuit, quam de fide Catholica bene mereri, de quo S. Augustin. *De civit. Dei. lib.* 5. *cap.* 26. sic ait, *Inter hæc omnia ex ipso initio imperii sui non quievit, justissimis, & misericordissimis legibus adversus impios laboranti Ecclesiæ subvenire, quam Valens hæreticus favens Arrianis vehementer afflixerat: cujus Ecclesiæ membrum esse magis, quam in terris regnare gaudebat.*

202

203

S. Augustini testimonium de Theodosii in Ecclesiam studio.

Hujus quidem rei fidem facit, aurea † illa sanctio in *l.* 2. *de fid. cathol. Cod. Theodos.* ab ea Thessalonicæ promulgata, quæ sic se habet.

204

Impp. Gratianus. Valentinianus & Theodosius A A A. ad populum urbis Constantinopolitanæ. Cunctos populos, quos Clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque nunc ab ipso insinuata declarat; quamq; Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum virũ Apostolicæ sanctitatis. Hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque doctrinam Patris & Filii, & Spiritus sancti unã Deitatem sub parili majestate, & sub pia Trinitate credamus: Hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosq; judicantes, hæretici dogmatis infamiã sustinere, ac conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere, divina primum vindicta post etiã motus nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus ultione plectendos. Dat. 3 *Cal. Martias Thessalonicæ, Gratiano A. quintum & Theodosio A. I. Coss.*

Theodosii sanctio de fide catholica.

Nec

205 Nec in eo solum *Theodosius* egregius † *Ecclesiæ Advocatus ac defensor* ei laboranti præsto fuit, sed in compescendis ac funditus extirpandis ejusdem hostibus omnem movit lapidem ceu nominatim testatur Marcellinus Comes *in Chron. Anno Christi* 308. cum ait: *His consulibus* Theodosius Magnus *postquam de Scythis & Getis triumphavit, expulsis continuo ab Orthodoxorum Ecclesiis Arrianis qui jam fere per quadraginta annos eas sub Arrianis Imperatoribus tenuerant, nostris Catholicis Orthodoxis restituit Imperator Mense Decembris.* hæc ipse.

206 Similiter ab eodem præstita † Ecclesiæ defensio ac propagatio evidentius adhuc colligitur ex alia ejusdem sanctione *in l. 3. de fide Catholic. Cod. Theodos.* qua is Imperator Anno 381. cum sciret complures hæreticos sub Catholico nomine adhuc retinere Ecclesias, speciatim sacerdotes aliquos, quorum fidem spectatam habuit, nominavit, sancivitque, ut, qui eorum communione jungerentur, iidem Catholici haberentur, & Ecclesiis præficerentur, sanctio autem sic habet.

207 *Theodosii lex de expellendis ab Ecclesia hæreticis.*

Theodosius Imp. ad Auxonium Proconsulem Asiæ.

Episcopis tradi omnes Ecclesias † mox jubemus qui unius majestatis atq; virtutis Patrem & Filium & Spiritum sanctum confitentur ejusdem gloriæ claritatis unius, nihil dissonum, profana divisione, facientes, sed Trinitatis ordinem, personarum assertionem, & divinitatis, profitentes, quos constabit communione Nectarii Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ nec non Thimothei intra Ægyptum Alexandrinæ urbis Episcopi esse sociatos: quos etiam in orientis partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi: nec non in Asia Proconsulari, atque Asiana Diœcesi Amphilochio Episcopo Iconiensi, & Optimo Episcopo Antiocheno, in Pontica diœcesi Helladio Episcopo Cæsariensi & Otrejo Melitene & Gregorio Episcopo Nisseno, Bretannio Episcopo Scythiæ Marmano Episcopo Marciopolitano communicare constiterit. Hos ad obtinendas Catholicas Ecclesias ex communione probabilium sacerdotum oportebit admitti: omnes autem, qui ab eorum, quos commemoratio specialis expressit, fide communionis dissentiunt, ut manifestos hæreticos ab Ecclesiis expelli, neque his penitus posthac obtinendarum Ecclesiarum Pontificum facultatemque permitti, ut vera ac Nicænæ fidei sacerdotia casta permaneant, nec post evidentem præcepti nostri formam malignæ locus detur astutiæ, Dat. 3. Cal. Aug. Heracleæ Eucherio & Syagrio Coss.

208 *Theodosii sanctio qua salvum vult esse jus ecclesiasticum.*

Denique ne plura hic accumulemus, acerrimum status Ecclesiastici Patronum fuisse *Theodosium* palam facit rescriptum ejus ad Optatum Præfectum Augustalem Ægypti de Ecclesiastico jure illibate servando *in leg. 3. de Episcop. judic. Cod. Theodos.* his verbis: *Graviter admodum mota est nostra clementia quadam ab his, qui Episcoporum sibi nomina vendicant, perpetrata & contra leges non minus divinas, quam humanas improbata temeritate commissa: vexatos etiam nonnullos Orthodoxorum clericos, quorum ætas huic injuriæ à sacerdotio repugnabat flagitatos itineribus, quæstionarius deditos, atq; hæc omnia per eos commissa, qui ad tegumenta frontis, sacerdotii nominis titulos præferebant. Denique lectis in consistorio precibus quibus Episcopalis pietas aliquid postulans refragatur, denegatque, idcirco continua lege sancimus, nomen Episcoporum vel eorum qui Ecclesiæ necessitatibus serviunt: ne ad judicia sive ordinariorum sive extraordinariorum judicum pertrahatur. Habent illi Judices suos nec quicquam his publicis commune cum legibus, quantum ad causas tamen Ecclesiasticas pertinet, quas decet Episcopali authoritate decidi. Quibuscunque igitur mota fuerit quæstio, quæ ad Christianam pertineat sanctitatem, eos decebit sub eo judice litigare, qui Præsul est in suis partibus omnium sacerdotum, id est, per Ægypti diœcesin, Optate charissime ac jucundissime. Quare laudabilis auctoritas tua arbitrio temperato, quicquid negotiorum aliunde incidet, terminabis, habituro Pontificium sacræ disceptationis Timotheo Episcopo, quem sibi omnes etiam suo judicio prætulere: Est enim vir, cum omnium sacerdotum susceptatione venerandus, tum & nostro judicio approbatus. Hucusque Theodosii rescriptum.*

209 Ex quo colligitur *Theodosium* infensissimo accepisse animo, quod Episcopi † deferrent ad Præfectos vel ipsum Imp. excessus Collegarum, vel crimina inferioris Ordinis sacerdotum, subterfugientes Episcopale judicium eosque rejicit Imperator, nec audiri passura Præfectis, quos & dato rescripto convenit ab Ecclesiasticis judiciis penitus abstinere, quæ ad Episcopos Ecclesiasticarum rerum ac personarum legitimos judices deferri mandavit.

210 *Arcadius & Honorius Theodosii filii Anno post natum Christum 395. Imperium administrant*

Septimo insuper tribus istis † Imperatoribus *Gratiano* scilicet Anno post Christum natum 383. *Valentiniano* Anno 391. *Theodosio* autem Anno 395. vita functis, cum piissimi Theodosii filii *Arcadius* ætatis annum agens vigesimum primum & *Honorius* annos natus decem Imperium eodem Anno suscepissent, *Arcadius* natu major parentis maxime pii insistens vestigiis nihil

211 prius † habuit, quam Ecclesiæ sedulam curam ac Protectionem suscipere Christianam Religionem fidemque Catholicam sartam tectam servare ac saluberrimis cōmunire legibus. Nam mox in ipso Imperii ingressu contra hæreticos gravissimam tulit legem, atque ad Ruffinū Præfectum Prætorio *in leg. 26. de hæret. C. Theod.* Anno Christi 395. mense Martio inprimis ista rescripsit,

212 *Arcadii Lex adversus Hæreticos.*

Omnes pœnas, † cuncta supplicia, quæ sanctionibus Divæ recordationis, genitoris nostri adversum hæreticorum sunt pertinaces spiritus constituta, nostro etiam decreto reparantes decernimus: quicquid etiam his est contra meritum delinquentium spe correctionis, speciali quadam sanctione concessum, id irritum esse, Eunomianorum vero perfidam mentem & nequissimam sectam speciali commemoratione damnamus: statuimusq; omnia quæ con[illegible] illorum vesaniam decreta sunt, illibata custodiri, illud addentes: Ne quis memoratæ sectæ militandi, aut testandi, vel ex testamento sumendi habeat facultatem, ut sit omnibus commune damnum, quibus etiam communis est religionis furor; cessante videlicet, si quid à patre nostro quibusdam fuerat super testandi jure beneficio speciali concessum. Dat. 3. Id. Martii Constantinopoli Olybrio & Robino Coss.

Et rursus subsequenti Anno, eorundem petulantiam cum illi procaciter accepta à Præfecto licentia se inferrent in urbem, cohibuit dato ad Clearchum urbis præfectum adversus eosdē ejusmodi rescripto *in l. 30. de hær. Cod. Theodos.* quo & ipse Præfectus puniendus esset.

213 *Alia Arcadii adversus Hæreticos sanctio.*

Cuncti hæretici † procul dubio noverint omnia sibi loca hujus urbis adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive quæ Diaconica appellantur, vel etiam Decanica, sive in privatis domibus, vel locis privatis Fisco nostro adcorporandis. Præterea omnes clerici Hæreticorum ex sacratissima urbe pellantur, neque his finibus liceat convenire. Ad hoc iis interdicatur omnibus ad litaniam faciendam intra Civitatem noctu vel interdiu profanis coire conventibus. Statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuæ, si quid hujusmodi fieri vel in publico vel in privatis ædibus concedatur. Dat. 5. Non. Martii Constant. Arcadio quartum & Honorio tertium coss.

Nec vero remissiori studio Ecclesiæ tutelam gessit *Honorius*.

214 *Honorii in Ecclesia tuenda studium.*

Nam statim etiam patrocinii † Ecclesiastici munilsa Imperii sui primordia consecrans nominatim Ecclesiæ servientibus tuitionem deferri peculiari rescripto præcepit, simulque omnia à prædecessoribus Imp. Catholicæ Ecclesiæ collata privilegia Anno salutis

395. con-

395. confirmavit. *l.29. de Episc. & cler. C. Theod.* inserta ad Hiericum ita rescribens.

Honorii Lex qua Ecclesiis servientium tuitio omnibus injungitur.

Quæcunque à parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas Ecclesias præcipimus. Nihil igitur à privilegiis immutetur omnibusque, qui Ecclesiis serviunt, tuitio deferatur. *quia temporibus nostris addi potius reverentia cupimus, quam ex his, quæ olim præstita sunt immutari. Dat. 10. Kal. Aprilis, Mediolani Olybrio & Probino Conss.*

215 Imo vero, ut idem certissimum † Ecclesiæ Protectorem sese ostenderet, adversus perturbatores Ecclesiarum & inferentes injuriam in personas ac loca sacra capitale statuit supplicium. Rescriptum desuper ab utroque Imperatore datum à S. Gregorio Papa citatur, & *in Epistola 53. lib. 11. ad Joannem* recitatur his verbis.

Lex Arcadii & Theodosii adversum inferentes injuriam personis & locis ecclesiasticis.

Arcad. & Honorius Augusti, Theodoro Præfect. Prætor.

Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in Ecclesias catholicas irruens sacerdotibus & ministris vel cultoribus ipsis vel cultui ipsi locoque aliquid importet injuriæ: quod geritur, à provinciæ rectoribus animadvertatur, atque ita provinciæ moderator sacerdotum & clericorum, & Catholicæ Ecclesiæ ministrorum loci quoque ipsius, & divini cultus injuriam Capitali in convictos seu confessos reos sententia noverit vindicandam.

Et post pauca: *Sitque cunctis laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris injurias, veluti publicum crimen insequi, atque de talibus reis ultionem mereri &c. Dat. 6. Kal. Maji Mediolani, Honorio Aug. quater, & Eutychiano ter Consulibus.* ita apud Gregorium.

216 Sic idem Imperator *Honorius* † Anno subsequenti 401. Immunitatem concessit clericis & Monachis, ad Pompejanum Proconsulem, talem in modum rescribens *l. 36. de Episc. & cler. C. Theod.* inserta.

Honorii sanctio qua immunitatem clericis & Monachis concedit.

Quicunque Catholicæ religionis clericis intra eum modum, unde victus emendi, vendendique, usum lege præfinitum exercent ab auraria pensione habeantur immunes. Ab his quoque, quos à publicis laboris actu & gradus clericatus, & quod non minus est sanctior vita defendit: præcipimus temperari nec enim ullum eorum, qui excepti legibus probabuntur, sui jacere patimur injuria &c. Dat. prid. Id. Jul. Mediol. post Consulatum Stilichonis & Aureliani VV. CC.

Hæc rescribens pro Catholicis tantum Africanæ Ecclesiæ Imperator, tacite admonitos voluit Donatistas, ut alienos ab Ecclesia ab Imperatore rejectos haberi, ut ita ea vexatione tributorum ad mentem integram redire deberent. Quod vero iisdem quibus clericos privilegiis frui voluit eos, *quos*, inquit, *sanctior vita defendit*, per hos esse monachos intelligendos omnes, puto consentient.

217 Adjecit plus Imperator † præcitatis legibus alia etiam pro rebus & personis Ecclesiasticis rescripta *in Cod. Theod. sub ll. 40. & 41. d. titul.* extantia, ne scilicet bona Ecclesiastica diversis aliis, præter Canonicam pensionem, teneantur obligata muneribus, †

218 neve clerici apud alios judices, quam Episcopos judicio postulentur, voluit enim *Honorius* Ecclesiasticum judicium Episcopis in omnibus illibatum servari & ut sacrosanctum inviolatum custodiri. Ipsa rescripta, ne prolixitate hujus capitis lectorem offendam, inserere, omitto, qui ea legere ambit, ad fontes ipsos recurrat.

Ut tamen penitius de solicita Imperatoris hujus in Ecclesiam Romanam tutela constet prætermittere non possum, quin in plenam clientelæ probationem Epistolas huic argumento inprimis inservientes hic atteram quas nimirum Anno 419. Bonifacius Pontifex eo tempore Romanus ad Imperatorem optimum scripsit & hic contra ad eundem rescripsit, quæ ita habent.

Bonifacius Episcopus Honorio Imperatori.

Bonifacii Papæ Epistola ad Honorium Imperatorem.

Ecclesiæ me, cui Deus noster sacerdotium meum, vobis res humanas regentibus, deputavit, cura constringit, ne causas ejus, quamvis adhuc corporis commoditate detineat propter conventus, qui sacerdotibus universis, & Clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi Principis desint. Siquidem secus, quam oporteat eveniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentem desidiam videbimur, quid civitatis quietem Ecclesiæ pervertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus divinæ cultor religionis Domino favente præsidias, nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est divinis semper rebus animo promptiore favisse) firmo ac stabili jure custodiatur, quod per tot annorum seriem & sub illis etiam Principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, id est (ut fidens utar licitis) ut sub vestræ imperio Clementiæ minime quæ sunt illicita formidantur, Ipsa enim *Ecclesia devotionem tuam* (*Christianissime Imperator*) meó quidem *sermone, sed suo venerabili appellat affectu, quam Christus Deus vester noster fidus victor & gubernator Imperii, uni desponsatam sibi & intactam virginem servat, ne in eam aliquos insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempestatis insolita rumore turbari contingat* gloriosissime & tranquillissime Imperator Auguste

Bonifacius Honorio commendat Ecclesiam.

Ipsa ergo (quæ uni desponsata vestra tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit appellat, præterita, præsentiaque repetit: vobis: inquit, gloriose imperantibus crevit meus, qui modo tuus est, populus, tam fidus DEO, quam tibi, qui es Princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependet Imperii, teste (apud quem & de cujus sede agitur) sancto Petro solicitis pro religionis observantia vocibus clamat, cum solicita petitione miscetur oratio, ne hos, varias in res semel effusa distrahat à cultu solito, tentatore solicitante discordia. Angeretur pluribus, Princeps Christianissime, mater Ecclesia, nisi apud te suarum esset secura causarum, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua divino cultu pariter cum Imperio semper florente vicisset. Habet refugium, pium, tuæ mansuetudinis animum, cum suæ religionis veneratione conjunctum; cum quicquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus & consacerdotibus meis probatissimis viris, à me, & ab omnibus, qui Ecclesiam faciunt, hujusmodi legatis, quibus precamur,

camur, sacræ causam religionis persequentibus, in urbe vestræ mansuetudinis, hoc animo, quo postulatis annuitis, in perpetuum statum universalis Ecclesiæ consulatis. Dat. Kalendis Juliis.

His Bonifacii literis perceptis Honorius Imperator eidem in hunc modum respondit.

220 *Responsio Honorii Imperatoris ad Papam Bonifacium.* *Victor Honorius inclytus † triumphator, semper Augustus Sancto & venerabili Bonifacio, Papa Urbis æternæ.* Scripta beatitudinis tuæ debita reverentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti DEO maximas gratias, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati, & ideo revertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus ac petimus, uti quotidianis orationibus Apostolatus tuus, studium ac votum suum, circa salutem atque Imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse, cognosce, quod sanctimonia tua de Ecclesiarum aut populi perturbatione solicita est; quæ, ut ne aliqua ratione possit evenire, satis clementia nostra credit esse provisum. Denique beatitudine tua prædicante, id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut, si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitione esse cessandum. At si duo contra fas temeritate certantes, fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem: sed illum solum in sede Apostolica permansurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum judicium & universitatis consensus elegerit. Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditionis conspirantibus, tentare conentur, cum certum sit nulli partium sua studia profutura.

Hæc Honorius Imper. ad Bonifacium de futura sede vacante solicitus.

221 *Theodosius cum Honorio Patruo Imperii compar factus Anno Domini 402.* Octavo, præterea humanis exempto † Arcadio postquam *Theodosius* ejusdem filius cum *Honorio* patruo Imperii habenas suscepit, exemplo majorum singularem etiam sese exhibuit hominum Ecclesiasticorum protectorem ac cultorem, attestante id Socrate *Histor. lib. 7. cap. 22.* ubi inter alia scribit, Theodosium adeo pium fuisse, ut *omnes † Dei sacerdotes honorifice coluerit, ac protexerit.* Hinc etiam recte Baronius *tom. 5. Annal. Ecclef. ad Ann. 413. sub numer. 3. & 4.* attestatur, Theodosium provide

222

223 † Imperium defendisse, tuendo Ecclesiasticam immunitatem & Religionem: Cui rei testimonio est ipsius Theodosii ad Acacium Berœensem Antistitem & alios Orientis Coepiscopos & Anachoretas Anno 432, data Epistola, quæ extat *apud Conci. Ephes. edit. Pels. tom. 5. c. 10.* & ita se habet,

224 *Epistola Theodosii ad Acacium Berœensem &* Nihil omnino eorum omnium † à nobis est prætermissum, quæ religionis Christianæ causa nostro studio effici debuerant. Atque hoc ipsum sanctitas vestra cum à Joanne piissimo Ecclesiæ Antiochenæ Episcopo, rum à cæteris quoque sanctis Episcopis, qui *alios Orientales Episcopos.* apud illum versantur, dilucide cognoscere poterit. Acciderunt autem nonnullæ inter quosdam circa religionis negotium difficultates & controversiæ, quas quidem è vestigio de medio tollere & abolere exoptabamus; verum negotiorum magnitudine & multitudine impediti, quod volebamus & conabamur, conficere non valuimus. Certa nihilominus fixaque stat sententia, ab hoc conciliandæ pacis studio non prius desistere, quam misericors Deus vestris intercedentibus precibus Ecclesiis unionem & pacem restituere dignabitur. Decet proinde vestram sanctitatem omni diligentia, studio ac contentione hæc à Deo deposcere, vosque probatos Romanæ religionis sacerdotes esse manifesto argumento declarare.

Quod vero ad hanc *Theodosii* Augusti Epistolam spectat, velim nomenclaturam observet alienus à Religione Catholica Romana Lector, qua Imperator *Religio Romana Catholica.* † fidem Catholicam propriori vocabulo *Romanam religionem* appellat: propriori, inquam: quoniam 225 dicendo tantum fidem Catholicam, cum omnes † 226 fere hæretici eam apud se esse profiteantur, haud facile illos distingues eo nomine (dum agitur cum ipsis) à veræ pietatis cultoribus, secus autem voce illa † *Romana Religionis* quæ peculiaris & propria est 227 Orthodoxorum.

Nono postquam † *Valentinianus* III. Theodosii 228 hujus ex sorore Placidia Nepos, ab eodem Anno post *Valentinianus III. Anno Christi 425. ad Imperium assumtus.* natum Christum 425. Augustus appellatus Imperii coronam accepisset tanquam verus etiam Ecclesiæ defensor, non minus ac alii hactenus enarrati Imperatores pro acceptis à Deo insignibus, pias valde edidit sanctiones, quibus concessa Ecclesiis privilegia illibata esse voluit, ea de re ad Bassum Comitem rerum privatarum sequentem in modum, rescribens *l. 47. de Episc. & cler. C. Theod.*

Privilegia Ecclesiarum omnium † quæ seculo nostro 229 *Valentiniani Sanctio, qua jura ecclesiastica restituuntur.* *tyrannus inviderat, prona devotione revocamus, scilicet, ut quicquid à Divis Principibus constitutum est, velque singuli quique Antistites pro causis Ecclesiasticis impetrarant, sub pœna sacrilegii jugi solidata æternitate serventur. Clericos etiam quos indiscrete tiro ad secularem judices debere deduci, infaustus præsumptor edixerat, Episcopali audientiæ reservamus. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio, &c. Dat. 8. Id. Octob. Aquileia D. N. Theodosio A. XI, & Valentiniano Cæs. Coss.*

Ut autem urbs † Roma ab omnium hæreticorum 230 *Valentiniani Lex adversus Hæreticos.* illuvie purgaretur: idem Imperator adversus eosdem ejusmodi promulgavit edictum *l. 62. de hær. C. Theod.*

Manichæos hæreticos schismaticos omnemque sectam Catholicis inimicam ab ipso aspectu urbis Romæ exterminari præcipimus, ut nec præsentia criminosorum contagione fœdentur. Circa hos autem maxime urgenda commotio est, qui pravis suasionibus à venerabilis Papæ sese communione suspendunt, quorum schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His conventione præmissa viginti dierum condonavimus inducias: intra quos nisi ad communionis redierunt unitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem solitudine quam eligunt macerentur. Dat. 6. Kalend. Aug. Aqui. Theo. A. XI. & Val. Cæs. Conss.

Se-

Sequenti vero mense de iisdem ad Proconsulem Africæ ejusmodi rescriptum dedit. 63. *C. eod.*

231 *Alia contra eosdem ad Proconsulem Africæ.* *Omnes † hæreses, omnesque perfidias, omnia schismata, superstitionesque gentilium, omnes Catholicæ legis inimicos insectamur errores. si quos vero hac quoque clementia nostra statuta pœna comitetur, & noverint sacrilegæ superstitionis auctores, participes consocius proscriptione plectendos: ut ab errore perfidiæ, si ratione retrahi nequeunt, saltem terrore revocentur: & universo supplicationum aditu in perpetuum denegato criminibus debita severitate plectantur &c. Dat. prid. Non. Aug. Aquileiæ D.N.Theod. A. XI.& Valentiniano Cæs. Conss.*

232 Idem quoque *Valentinianus* † cum Theodosius Imperator ab Eutychete, atque Dioscoro deceptus, & in transversum actus, Flaviani Episcopi Constantinopolitani injustam damnationem ratam habuisset & nonnulla etiam, quoad fidem, minus recte agerentur, in Synodo Ephesina ad eundem pro defensione & pro Romano Pontifice tanquam egregius Romanæ Ecclesiæ protector sequentem in modum scripsit:

Domino meo Theodosio gloriosissimo Victori ac Triumphatori perpetuo Imperatori & patri Valentinianus gloriosus triumphator semper Augustus & filius.

Litera Valentiniani ad Theodosium. *Cum advenissem in urbem Romam ad Divinitatem placandam, sequenti die ad Basilicam Apostoli Petri processi, & illic post venerabilem noctem diei Apostoli, & à Romano Episcopo; & ab aliis cum eo ex diversis provinciis congregatis rogatus sum scribere, vestræ mansuetudini,* de fide, quæ cum sit conservatrix omnium animarum, dicitur perturbata, quam nos à nostris majoribus traditam debemus cum omni competenti devotione defendere *& dignitatem propriæ venerationis* B. Apostolo Petro *intemeratam & in nostris temporibus conservare, quatenus* beatissimus Romanæ Ecclesiæ

233 *Romanus Pontifex de fide & Sacerdotibus judicat.* Episcopus, *cui principatum † sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide ac sacerdotibus judicare, Domine sanctissime Pater & venerabilis Imperator. Hac enim gratia secundum solennitatem Conciliorum, & Constantinopolitanus Episcopus eum per libellos appellavit propter contentionem, quæ orta est de fide.*

Huic itaque postulanti & juranti salutem nostram communem annuere non negavi, quatenus ad tuam mansuetudinem meam petitionem ingererem ut prædictus sacerdos congregatis ex omni Orbe etiam reliquis sacerdotibus intra Italiam, omni præjudicio summoto à principio omnem causam, quæ vertitur, solicita probatione cognoscens, sententiam ferat quam fides & ratio vestræ divinitatis expostulat, non debet enim nostris temporibus contra religionem turbatam petulantia prævalere, dum incommota fides hactenus fuerit conservata. Ad perfectiorem vero agnitionem vestræ dignitatis direximus etiam gesta per quæ desideria & acclamationes omnium pietas vestra cognoscat. Hactenus Valentinianus ad Theodosium.

Extant hæ literæ *tom.1.Conciliorum ante Chal. concil.*

Decimo insuper, cum post defunctum Theodosium

234 † Imperii Romani sceptrum *Martiano* Anno scilicet

235 450. delatum fuisset, is etiam tanquam verus † Ecclesiæ patronus nihil antiquius habuit, quam dissipatam Ecclesiam Romanam adhibito in consilium Leone Papa Synodoque universali indicenda componere. uti ipsemet Imperator *in sermone ad Episcopos in concilio Chalcedonensi Act.*1. habito dilucide testatur, cujus hoc est initium.

Martianus defuncti Theodosii in Imperio successor Anno post natum Christum 450. factus

236 *Exordium sermonis* *Ubi primum divino judicio † ad Imperium sumus electi, inter tantas necessitates Reipubl. nulla nos magis causa constrinxit, quam ut Orthodoxa & vera fides Christiana, quæ sancta atq; pura est, indubitata omnium animis insideret,* & cætera, quæ recitat Baronius *ad annũ* 451. *n.*113.

237 *Martiani ad Synodum Chalcedonensem.* Deinde ejus in tuenda † fide Catholica studium ardentissimum ex eo etiam comprobatur, quod simul ac in Imperium elatus est, recens obortos Eutychianos hæreticos gravissima in eos promulgata sanctione, quæ est *ult. in C. Just. de Apostat.* reprimere studuit, ea lex ita habet,

Martiani Lex adversus Eutychianos. *Eos, qui Catholicarum Ecclesiarum clerici vel orthodoxæ fidei monachi, relicto vero Orthodoxæ religionis cultu Apollinaris vel Eutychetis hæresin & dogmata abominanda secuti fuerint: omnibus pœnis, quæ superioribus legibus adversus hæreticos constituta sunt, jubemus teneri. & extra ipsum solum Romani Imperii repelli, sicut de Manichæis præcedentium legum statuta sanxerunt. Dat. Kal. Aug. Valentiniano VII. & Avieno Conss.*

238 Rursum vero eodem sui Imperii † exordio idem *Martianus* ad præcipuum Ecclesiæ visibile caput convertens oculos ejus nutu cuncta agere statuens animo ad S. Leonem Romanum Pontificem has literas dedit *ante Concil. Chal. tom.*1. *Concilior.*

Martiani ad Leonem Pontificem litera. *Ad hoc maximum Imperium venimus Dei providentia & electione Senatus excellentissimi, cunctaque militia; Unde pro reverenda & catholica religione Christianæ fidei cujus auxiliis virtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in Episcopatu divinæ fidei possidentem sacris literis in principio justum credimus alloquendam, invitantes atque rogantes, ut pro firmitate statuque nostri Imperii æternam divinitatem tua Sanctitas deprecetur, ut & tale propositum atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato per celebrandam Synodum te auctore maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicæ fiat, ab omni scelere pura & intemerata consistens. Actum Constantinop. consulatu Valentiniani perpetui Aug.* hactenus epistola.

239 Quod ipsum etiam manifeste edocet ejusdem *Martiani* fragmentum sanctionis de Ecclesiarum privilegiis in Justinianeum Codicem illatum *l.* 12. *C. de sacrosanct. Eccles.* istis verbis.

Impp. Valent. & Martianus Augg. Palladio Præfecto Prætorio.

Martiani sanctio de Privilegiis Ecclesiarum. *Privilegia, quæ generalibus constitutionibus universis sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ religionis retro Principes præstiterunt firma & illibata in perpetuum decernimus custodiri. Omnes sane pragmaticas sanctiones, quæ contra Canones Ecclesiasticos interventu gratiæ, vel ambitionis elicitæ sunt, suo robore & firmitate vacuatas esse præcipimus. Et quia humanitatis nostræ est, egenis prospicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint salaria etiam, quæ sacrosanctis Ecclesiis in diversis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, jubemus nunc quoq; inconcussa & à nullo prorsus imminuta præstari: Liberalitatique huic promptissime perpetuam tribuimus firmitatem. Dat. Aetio & Studio Conss.*

Quam quidem legem, ut dicamus à Martiano potius quam à Valentiniano sancitam, cum utriusque Imperatoris habeat nomina inscripta; Præfecti Palladii nomen, ad quem data est, Martiani esse necessario fateri admonet. Etenim ipse Constantinopoli gerebat præfecturam, ut ex *Novellis* ejusdem Martiani Imp. apparet.

240 Denique ne plura de hujusmet Imperatoris † *Martiani* egregie perfuncta Clientela consecter, haud illi satis visum fuit, fidei Catholicæ se exhibuisse patronum, sed & personas etiam Ecclesiasticas, pristinæ restitui voluit jurium libertati, antiquatis legibus illis, adversus libertatem Ecclesiasticam ab aliis Imperatoribus antea promulgatis, quibus & interdicebatur clericis, ne quid ex testamento relictum à viduis caperent. Itaque ista ad Palladium præfectum Prætorio Mart. *Nov. tit.* 5. rescripsit.

241 *Martiani Sanctio qua,* *Sæpe materiam scribendis ferendisq; legibus † negotia inopinato exorta suppeditant, & aut novas constitui sanctiones*

242 *tas, aut durius & asperius latas faciunt abrogari. Æqualis enim in utroque aequitas est, vel promulgare, quæ justa sunt, vel antiquare, quæ gravia sunt. Nuper cum de testamento clarissimæ memoriæ Hipatiæ, quæ inter alios virum religiosum Anatolium presbyterum in portione manifesta bonorum suorum scripsit hæredem, amplissimo Senatu præsente, tractaret pietas mea, & dubium videretur, an vera esse deberent hæ voluntates viduarum, quæ testamento suo aliquid his clericis relinquunt, nisi sub prætextu religionis hujusmodi fœminarum domos adeunt, Cum lex divæ memoriæ Valentiniani & Valentis Gratiani Ecclesiasticos, vel eos, qui se continentium volunt nomine nuncupari, nihil quacunque liberalitate viduarum extremo judicio permittat adipisci: contra vero hæc divæ memoriæ Valentiniani, Theodosii & Arcadii constitutio legeretur: Inspicientibus & æstimantibus nobis lateris animum, visum est, justa ac rationabili pœnitentia priorum constitutionum vigorem antiquare voluisse. Nam cum in prima lege viduarum tantummodo mentio facta sit, in secunda autem tantummodo diaconissarum: intelligitur, eam constitutionem, quæ viduarum & diaconissarum meminit, de lege utraque dixisse.*

Quod cum de voluntate lateris & de sanctione legis nobis videretur, universum testamentum nobis jussimus relegi atque replicari, & cum repertum fuisset, alias quoque partes ejusdem voluntatis ita juste & prudenter institutas, ut nullum bene de se meritum, neglexerit, multa sacrosanctis Ecclesiis, multa pauperibus, multa monachis religionis intuitu, multa captivorum redemptioni commota miserabili eorum sorte contulerit, multa libertis suis eadem latorum sibi obsequiorum contemplatione præstiterit: alteram quoque partem institutionis, in qua Anatolium presbyterum reliquit hæredem advertimus ordine fuisse dispositam. Ea enim mobilia, quæ plurimis juste ac pie reliquit, per hunc voluit universa compleri, ut non solum hæredis, sed etiam dispensatoris fungatur officio. Ideoque hujusmodi clarissimæ memoriæ Hypatiæ voluntatem etiam in ea parte, qua Anatolium presbyterum instituit hæredem, mea auctoritate firmavi

243 *Sed ne imposterum vel ex prioribus constitutionibus, quarum fecimus mentionem, & quas nunc præcipio penitus abrogari, vel ex præsentis negotii dubitatione aliquid forte relinquatur ambiguum securitati vel fiduciæ morientium providentes generali perpetuoque victura hac lege sancimus, ut sive vidua, sive diaconissa sive virgo DEO dicata vel sanctimonialis mulier sive quocumque alio nomine religiosi honoris vel dignitatis fœmina nuncupetur, testamento vel codicillo suo, quod tamen alia omni juris ratione munitum sit, Ecclesiæ vel Martyrio vel clerico, vel monacho vel pauperibus aliquid vel ex integro vel ex parte in quacunque re vel specie crediderit relinquendum, id omnibus modis ratum signatumque consistat, sive hoc institutione, sive substitutione, sive legato aut fideicommisso per universitatem vel specialiter, sive scripta sive non scripta voluntate fuerit relictum, omni imposterum de ejusmodi negotio ambiguitate summota: donationibus etiam vel qualibet liberalitate tam viduarum quam diaconissarum sive virginum quæ Deo dicatæ sunt, vel sanctimonialium quæcunque in Ecclesiam, vel Martyrium, vel clericum, vel monachum vel pauperes collata fuerint, pari robore firma esse præcipio, Palladi parens charissime Augustorum. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua, ea, quæ generali legis hujus sanctione decrevi, edictis ex more propositis ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. 10. Kalend. Maji Constantinop. Anthemio viro clarissimo Consule.*

Concessa facultas donandi clericis.

144 Cæterum † undecimo postquam *Marcianus* ab amicis Aetii, dolo Maximi cujusdam senatoris ex stirpe illius Maximi Tyranni ut scribit Procop. *de bell. Wandal. lib. 1.* quem Theodosius è medio sustulit, occisus,† atque *Leo*

Leo Imperator Anno Domini 457. electus.

245 *Tribunitius* Thrax ipse quoque genere Anno humanæ salutis 457. Imperator Romanorum salutatus fuit, statim ad eum S. Leo Romanus Pontifex literas ex more gratulatorias dedit, † hortatusque est ad protectionem ejus, quam una cum Imperio acceperat à prædecessore Marciano Augusto fidem Catholicam defensionemque Chalcedonensis Concilii; quod tantopere hæretici cum in Ægypto tum in Palæstina labefactare conati sunt. Leo Augustus igitur tanto excitatus classico, licet sponte curreret, vehementius tamen in opus fertur. Quamobrem nihil antiquius habuit, quam fidei orthodoxæ consulere, & quibus eam valeret viribus obfirmare atque solidius stabilire. Ad quod præstandum salubre illud consilium iniit ut sanctionem amplissimam ederet, qua significaret, se confirmare omnia à prædecessoribus Imperatoribus adversus hæreticos promulgata decreta. Atque inprimis quæ pro firmitate Chalcedonensis concilii haud pridem à Marciano Augusto sancita fuissent edicta. 246

Leo Imperator Catholicam fidem tuetur.

Adjecit postea ut ad † Metropolitanos omnes Orientales literas daret quibus reliqui pariter admonerentur Ecclesiarum minores Episcopi ut cujus essent fidei redditis literis facerent manifestum: ex quo alterum de duobus efficeretur, ut vel in hunc modum calculo omnium orthodoxorum iterum ipsorum confessione Chalcedonense concilium firmaretur, & proinde ac præsentes essent in Synodo sua scriptione fidem Catholicam communirent, vel ex hoc qui essent hæretici palam fierent, detectique tum sententia Episcoporum tum etiam legibus Imperatorum è gradu sedeque protinus pellerentur. † Horum omnium fidem faciunt literæ Alexandrinorum & Ægyptiorum Orthodoxorum ad ipsum Leonem Imperatorem postea redditæ extantes *inter epist. illust. personar. pro Concil. Chalc. tom. 2. conc.* in quarum exordio ista narrantur. 247 248

A superna gratia modo divinitus confortatus juste non cessas pro communi utilitate cogitare, post Deum cunctorum venerabilis Imperator. Quapropter etiam omnis fortitudo verborum tuis vincitur actibus quibus divinitas exornatur & verba ad hoc eis necessaria non sunt, quibus opera facere noscuntur indicium. Nuper enim electus à Deo & purpura exornatus optimum judicasti propositum tuum magnum ostendere, quem ipse omnium Creator elegit benignis initiis largitorem remunerando bonorum, quando repente in ipso principio voce vestra ex scripto procedente piissima ad sanctissimos metropolitanos Episcopos infragibilem Ecclesiæ Catholicæ crepidinem roborastis, & priorum omnium piissimorum Principum constituta pro orthodoxa religione firmastis.

Sanctio Leonis Imperatoris pro fide Catholica.

Insuper & iis quæ nuper à sanctæ memoriæ Marciano *principe nostro sancita sunt, consona decernentes nihil aliud estis mercati, quam pacem omnium & stabilitatem Reip. frænantes linguas eorum, qui adversus Ecclesias Christianas consurgunt, & blasphemant Deum aut in eum quocunque modo delinquunt. Injuria namque Dei manifesta est hæreticorum abscindentium semetipsos à recta fidei sententia. Quapropter hanc optime sciens venerabilis Imperator maligni prolem existere, insidiantis quieti sanctarum Christi semper Ecclesiarum eamque immutilatam pacem consistere non sinentis: recte providentiam tuam studuisti mox adhibere, ei per omnia resistentem: quod est opus piissimorum principum: pro Orthodoxa fide pugnantium, & resistentium primitus malis extrinsecus venientibus & animabus fidelium adversantibus.*

Hæc de institutione Leonis Imperatoris ipso regni sui exordio fidem Catholicam confirmantis optimique principis specimen edentis, sic posteris relinquentis exemplum Imperatoribus, quodnam tantæ moli regiminis debeant subjicere fundamentum, ut sit ab omni hostium turbine inconcussa atque stabilis permansura.

Nec minus † etiam ardens *Leonis* Imperatoris in defendendis Ecclesiis studium indicat sanctio ejus de 249

Eccle-

Ecclesiastica immunitate servanda ad Eurythrium data, ad quam cum extet *l. 6. C. de his qui confug. ad Eccles.* eo lectorem remittimus.

250 Eo autem tempore, præter Imperatores, † alios etiam peculiares extitisse *Ecclesiarum Advocatos atque defensores*, verba ejusdem legis aperte innuunt. In eadem enim *sub §. 2. Incip. quod si in finibus. ibi. religiosus Oeconomus seu defensor Ecclesiæ*: & rursus *in §. 6. incip. quod si hoc facere vers. sane si intra fines.* istis verbis *studio & providentia viri Reverendissimi Oeconomi sive defensoris Ecclesiæ diligentia.*

251 Quod autem antiquitus Advocati seu † Protectores, de quibus agimus, Oeconomi etiam dicti fuerint; testatur Nicol. Camurat. hisce verbis: *Advocati antiquitus Ecclesiis & cœnobiis à Regibus præficiebantur erantque tanquam procuratores, œconomi & administratores Ecclesiasticorum proventuum.* &c. quæ ad hoc allegat Christoph. Lehman. *Chron. Spir. libr. 2. c. 36.* ubi subdit, solche hat man Advocatos, Vögt oder Kastenvögt oder auch vicedominos genennt/als im Gesatz *de immunitate Cap. libr. 3. c. 25.* Si aliquod damnum ibi datum fuerit. Si homo furtum aut homicidium vel quodlibet crimen foris committens infra immunitatem fugerit mandat Comes Episcopo vel Abbati vel vicedomino ut reddat ei reum. Idem clarissime prodidit Andr. Knichen. *comment. de Sax. non provoc. jur. verb. Ducum cap. 5. numer. 499. ibi unde & redundat differentia inter Advocatos, qui & Oeconomi Defensores Majores domus, & vicedomini dicebantur &c.* Cum ergo textus in *prædicta L. 6.* manifeste indicet, temporibus prædicti Leonis Imperatoris, & sic plus quam trecentis ante Pipinum & Carolum Magnum annis certos Ecclesiarum defensores extitisse, prædicta Knichii opinio Ecclesiasticæ protectionis initia ab eosdem referentis, vel hoc unico textu convincitur.

Argumentum IIX. D. Knichii sententiam infirmans ex textu L. 6. C. de his qui confug. ad eccles. ab Imp. Leone Anno 457. electo lata, desumptum.

Remanserunt denique ejusdem † Leonis Imperatoris egregia pietatis monumenta in pluribus religionis ab eo editis sanctionibus, nec non in sacris ab ipso erectis ædibus, ut inter alias, quam pro clericis ac monachis *in leg. 33. Cod. de Episc. & cler.* sanxit ne ad secularia

252 judicia traherentur, & aliæ ad eorundem bona spectantes. Illæ etiam adhuc extant, quibus sanctas Ecclesias ac domos hospitales Constantinopolitanæ civitatis privilegiis honestavit. *l. 36. C. eod. tit.*

253 Duodecimo insuper postquam Leo † Imperator inter vivos esse desiit, subsecutis duobus Cæsaribus *Zenone*, cujus Imperium septendecim Annos duravit, & *Anastasio*, qui annis viginti septem regnavit, quorum uterque hæresis contagione conspersus fuit, hic quidem verus simulator orthodoxæ religionis, † sub iis, inquam, Clientela, de qua agimus, Ecclesiastica

Clientela ecclesiastica, aliquot annis sub Zenone & Anastasio quiescens.

254 aliquot annorum curriculo nonnihil quievit & neglecta jacuit miserandusque Christianæ Reipubl. status

255 extitit † universo orbe hæreticorum dominiis subje-

256 cto. † Italiam namque urbemque Romam Herulo-

257 rum Rex Odoacer Arrianus in potestate habebat, † qui eandem mutato nomine à se Odoacriam denominavit Sebast. Münster. *Cosmograph. lib. 2. de Italia.* Sic quidem Romanum Imperium in universum subla-

258 tum & oppressum defecit circa annum Christi † 471. Odoacer enim in urbe Roma regni sedem constituens, in eadem annos 14. dominatus est idque tanta cum potentia tantisque viribus, ut nullis Zenonis Imperatoris Constantinopolitani, vel consiliis, vel armis ejici potuerit. Gallias itidem Principes Burgundiones & Gothi, iidemque Arriani & Franci adhuc Gentiles partiti erant, Hispania pariter Go-

259 thos Arrianos Dominos patiebatur, † Africæ etiam Gensericus, dirus tyrannus Arrianusque & Ecclesiæ persecutor infestissimus præerat *Vict. de persecut. Wandal. lib. 1.* universum vero Orientale Imperium Zenonem, & post ipsum Anastasium Eutychianos hæreticos simulata perfidia sustinuit Cæsar Baron. *Annal. Eccles. tom. 6. sub Anno Christi 476. n. 6.*

260 Posteaquam vero decimo tertio extinctis istis Ecclesiæ Catholicæ hostibus magis, † quam patronis Anno post natum Christum 518. *Justinus* ad Imperii

261 fastigium evectus est, † sub eo neglecta aliquot annorum interstitio clientela Imperatoria magnopere rursus effulsit. Cui rei argumento sunt literæ ab Hormisda Pontifice Max. ad eundem Anno 519. missæ, quæ extant *tom. 1. Epist. Rom. Pont. epist. 23.* quarum hoc est initium.

Justinus Anno Christi 518. ad Imperium evectus.

Hormisda Episcopus Justino Augusto.

262 *Sumptam de Imperii vestri ortu lætitiam, † quamvis apud nos pollentem merito præcedentis quoque geminastis alloquio, reciproca devotione testati jam tunc secutura providimus, quæ nunc de Ecclesiastica unitatis affectu cœlestis gratia inspirante significastis. Habet ergo, clementissime Imperator, præsentem de tali voto jam gloriam; sed expectatur de perfectione perpetua. Hæc sunt validissima Imperii vestri fundamenta, quæ in ipso nascentis regni vestri principio, divinam universis præferunt sancta dispositione culturam. Tenete itaque hanc piæ solicitudinis curam & pro Catholicorum pace, sicut cœpistis, insistite, quia Deus noster, qui vobis hunc tribuit animum, elegit etiam, per quos præstet effectum: Nam & Episcoporum vota precesque nobis effusas gratanter amplectimur, qui tamen loci sui consideratione commoniti ea desiderent, quæ dudum ut sequi vellent, sedis Apostolicæ exhortatio crebra non defuit. Et quoniam clementiam vestram id cupere, illos etiam hæc didicimus postulare, quæ res hactenus Ecclesiarum pacem sub contentiosa obstinatione diviserit, nec pietatis vestræ, nec illorum refugit, velut latenti causa, notitiam.*

Advocatia Ecclesiastica sub Justino Imperatore iterum refulsit. Hormisdæ Papæ ad Justinum Imperatorem Epistola.

Quid igitur facere debeant, & literis vestris, & libelli, quem direximus serie continetur. Hæc si Deo nostro & clementia vestra adjuvante suscipiunt & sequuntur, poterit ad eam quam maximo desideramus ardore, perveniri concordiam. Filius præterea noster V. C. Gratus sacri consistorii Comes, & Magister scrinii memoriæ ostendit in se vestrum allegationis sua maturitate judicium cujus mora sensibus vestris, eo referente, melius afferetur. Hæc ad Justinum Hormisda.

263 Contestantur etiam Justini † Imperatoris suscepti in Ecclesiam ac religionem patrocinii pium affectum ea quæ idem summus Pontifex ad eundem Imperatorem dicto Anno elegantissime perscripsit. Earundem literarum ex Codice Vaticano per illustriss. Dn. Baronium depromptarum, atque *Annal. tom. 7. num. 6. ad Annum 519.* insertarum verba, quibus laudabile amplexæ à Justino Clientelæ Christianæ institutum comprobatur, ita habent.

Hormisda Justino Augusto.

In tantum pro gratia Divinitatis gloria vestra famam constat extensam, & ita vos suffragante vita mentis laudabiliter mundo contigit innotescere, promulgante beatissimorum hominum opinione vulgante, ut super vos potius credatur dilatatum culmen Imperii, quam per Imperium vos aliquis dicat agnosci. Certum est quidem, hujusmodi protectione vestra pristino splendori accessisse decoris cumulum; sed sicut tenuistis olim moribus principatum, sic cum vos per ora gentium impatiens secreti magnitudo detulerit, ad nos quoque (sicut mystica loquuntur scriptura) testimoniis suavitatis vestræ odor advenit, & quæ sequuntur brevitatis ergo hic omissa.

Alia Hormisdæ Pontificis ad Justinum Epistola.

264 Nec vero censendum est, Imperatori † summum

 Pon-

Pontificem iis verbis esse blanditum. Is enim ceu ardentissimus cleri protector, ac fidei Catholicæ non defensor modo, sed & restaurator vigilantissimus primo statim Imperii sui Anno gravissimum promulgavit edictum, quo jubebantur exules omnes fidei causa sub Anastasio condemnati ad propria postliminio redire debere, pristinosque gradus atque honores recipere, subrogati vero in ipsorum locum hæretici procul pelli aliisque pœnis exagitari. Insuper addidit, ut lege pariter confirmaret sacrosanctum Chalcedonense concilium juberetque ipsum in sacras inferri tabulas, & ab omnibus observari utque pax tutissima omnibus Ecclesiis redderetur. At licet non extet ipsum quidem edictum mentio tamen ejus habetur *in Actis magni Saba.*

265 Mox etiam idem, † qui zelo Catholicæ fidei æstuabat Catholicus Imperator post promulgatum primum edictum pro fide Catholica ejusque cultoribus secundum adjecit, quo exagitavit Severianos hæreticos, vel alios Ecclesiæ Catholicæ perduelles, dum vetuit, ne hæretici fungi publicis muneribus possent, ab omnique essent militia alieni. Non extat ipsum quidem, verum ejus meminit Justinianus Imperator in *constitutione à se sancita adversus omnes hæreticos*, ubi cavit, ne dotalia privilegia hæreticis mulieribus prodessent.

266 *Justinianum Imperator, Anno Domini 527. Justino surrogatus.* Decimo quinto cum deinceps *Justinus* morbo senioque gravatus *Justinianum* ex sorore nepotem Anno dominicæ incarnationis 527. Imperii successorem delegisset, eundem Avunculi sui exemplo nihil eorum quæ ad Ecclesiæ fideique catholicæ tuitionem spectarunt, omisisse, notorium faciunt ea, quæ eo imperante Joannes Ecclesiæ Romanæ summus Antistes ad eundem Justinianum nec minus hic ad istum perscripsit. Extat utriusque Epistola *sub finem L. 7. C. de summa Trin.* quæ cum longiores sint, earum duntaxat primordia hic apponere placuit.

267 Ea igitur, quam Papa Joannes ad † Justinianum dedit Epistola ita incipit:

Epistola Ioannis Papæ ad Iustinianum Imperatorem. *Inter claras sapientiæ ac mansuetudinis vestræ laudes, Christianissime Principum, puriore luce, tanquam aliquod Sydus, irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio edocti Ecclesiasticis disciplinis Romanæ sedis reverentiam conservatis, & ei cuncta subjicitis, & ad ejus deducitis unitatem, ad cujus auctorem, hoc est, Apostolorum primum Domino loquente præceptum est: Pasce oves*

268 *meas.* † *Quam esse omnium vere Ecclesiarum caput & patrum regula, & principum statuta declarant, & pietatis vestræ reverendissimi testantur affatus. Patet igitur in vobis impletum fore, quod scriptura loquuntur: Proverb. 8 Per me reges regnant, & potentes scribunt*

269 *justitiam. Nihil est enim,* † *quod lumine clariore præ-*

270 *fulgeat, quam recta fides in principe,* † *nihil est quod ita nequeat occasui subjacere quam vera religio, Nam cum auctorem vitæ vel luminis utraque respiciant, recte tenebras respuunt, & nesciunt subjacere defectui &c.*

271 *Epistola Iustiniani Imperatoris ad Ioannem Pontificem.* Textus autem Imperatoris Epistolæ † talis est, *Reddentes honorem Apostolicæ sedi, & vestræ sanctitati, (quod semper nobis in voto fuit, & est) &, ut decet patrem, honorantes vestram beatitudinem, omnia, quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinavimus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis,* quoniam semper nobis fuit magnum studium unitatem vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctarum Dei Ecclesiarum custodire, *qui hactenus obtinet, & incommote permanet, nulla intercedente contrarietate. Ideoque omnes sacerdotes universi Orientalis tractus, & subjicere & unire sedi vestræ sanctitatis properavimus. In præsenti ergo quæ commota sunt quamvis manifesta & indubitata sint, & secundum Apostolicæ vestræ sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme custodita & prædicata, necessarium duximus, ut ad notitiam vestræ sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quicquam, quod ad Ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum & indubitatum sit, quod movetur ut non etiam vestræ innotescat sanctitati: quæ caput est omnium sanctarum Ecclesiarum. Per omnia enim (ut dictum est) properamus honorem & auctoritatem crescere vestræ sedis. Manifestum igitur facimus vestræ sanctitati &c.*

272 *Prædicta Iustiniani ad Ioannem Epistola an sit genuina vel supposititia.* Etsi vero hic epistolam Justiniani † ad Johannem Pontificem illamque ab ipso ad eum redditam Franc. Hotomannus *lib. 1. c. 1. respons. amicabil.* Romanæ Ecclesiæ auctoritatem labefactare satagens, partum esse supposititium, aliquot inductis argumentis ostendere nititur, in eo tamen operam, oleumque perdidit. † Nam e contra doctissimus Cujacius *observ. lib. 2. c. 26.* prædictas Epistolas agnoscit genuinas secutus sententiam dissertissimi Alciati, qui *lib. 4. parerg. c. 23.* hæc

273 de his habet.

Sunt qui & suspectam habeant Joannis Pontificis epistolam quæ sub titulo de summa Trinitate in Justiniani Codice sita est, dicuntque in antiquis Codicibus non inveniri, quod ut arbitror, eo faciunt, ut illos adjuvent, qui Romani Pontificis auctoritatem deprimunt, quo nomine alios quoq; auctores depravatos ab eis deprehendi, ut Othonis Frisingensis Chronica, & Lygurini poetæ carmina quædam: Ego in antiquis plurimis eam extare scio, nec ulla suspicione convelli posse. Quod si unus aut alter Codex non habeat, id scriptorum injuriæ tribuendum, qui eam quandoque omiserint, quod non multum ad legalis scientiæ materiam pertineret, non tamen ideo hæsitandum est, quin genuinum, g ermanumq; Joannis sit fœtus. Hucusque Alciatus, cui absque ullo hæsitationis scrupulo vir insignis juris æque consultissimus Cujacius non tantum, ut diximus inhærens adstipulatus est, verum etiam ex epistola ejusdem Joannis Pontificis ad Senatores eandem sententiam firmius roboravit ac penitus stabilivit.

Manifestæ insuper per Justinianum, susceptæ Ecclesiasticæ protectionis studium evincit, de eodem Imperatore in Synodo Romana ab Agathone Papa pronunciatum præconium: in Epistola † enim,

274 quæ extat recitata *in Synod. 6. Act. 4.* ad Heraclium & Tiberium Imperatores post recitatos sanctos Orthodoxos Episcopos, qui adversus hæreticos pro fide Catholica certamen inierunt, mox de Justiniano hæc subdit. *Et pro omnibus æmulator veræ & Apostolicæ fidei piæ memoriæ Justinianus Augustus, cujus fidei rectitudo, quantum pro syncera confessione DEO placuit, tantum Rempubl. Christianam exaltavit. Et utiq; ab omnibus gentibus ejus religiosa memoria veneratione digna censetur, cujus fidei rectitudo per augustissima ejus edicta in toto orbe diffusa laudatur, quorum unum quod ad Zoilum Alexandrinum præsulem adversus Acephalorum hæresin missum est pro Catholicæ fidei rectitudine satisfacere sufficiens, cum hac nostra humilitatis suggestione vestræ tranquillissimæ Christianitati dirigentes per præsentium latores offerimus &c.*

Et in alia rursus Epistola ad eosdem Augustos Romæ ex Synodo centum viginti quinque Episcoporum missa Theodosii Magni atque Marciani fidei catholicæ præstantiam prædicavit, hæc de Justiniano mox infert, cum præfert iisdem: *Sicut extremi quidem, præstantissimi tamen omnium magni illius Justiniani, cujus ut virtus, ita & pietas omnia in meliorem ordinem restauravit, cujus instar fortissima vestra clementia principatus virtutis quidem conatibus Rempub. Christianam tuetur, & restaurat in melius pietatisq; studiis Catholicæ succurrit Ecclesiæ.* Hæc sunt ex Agathone Romano Pontifice Justiniani præconia.

275 Non quidem nos præterit, † eundem *Justinianum* paucis ante obitum suum annis, ubi semel pacis & con-

& concordiæ Ecclesiasticæ ineundæ velamento, cœpit cum hæreticis habere consuetudinem, quos procul pellere & more Catholicorum Imperatorum, in exilium mittere debuisset, eorum venena minus caute evitasse, dumque adversantes sibi Romanos Pontifices aversari cœpit & persequi, factum esse, ut tum majorem fiduciam conciliaret hæreticis, tum etiam adversus eos clamantium ora Orthodoxorum obstruxerit, ex quibus partes hæreticorum redditæ fuerint firmiores. Sed & quod quidem essent inter se confligantes hæretici ad invicem separati, æque factum est, ut (quod consuevit in ludis Circensibus) alteri ipsorum parti, adversus alteram fautorem se Imperator addixerit, hincque infelix in hæresin se præcipitem dederit. Huc usque de Justiniano.

Justinus II. Anno 565. Imperator factus.

276 Postquam denique *Justinus* secundus † ejusdem Justiniani ex sorore nepos, extincto avunculo Imperii habenas Anno Domini 565. excepit, jam inde à Constantino M. mirifice exculta, & per prædictos Imperatores, uti hactenus ostendimus, continuo propagata Ecclesiastica Tutela (quemadmodum *infra* insertis Auctorum 277 Testimoniis solide edocetur; hoc ipso imperante † Justino, à Græcis Imperatoribus ad Gallorum proceres translata fuit.

Sub Justino II. Advocatia Ecclesiastica à Græcis ad Francos translata.

278 Cum enim invitatione ac consilio Narsetis † Italiæ Exarchi, Anno 568. Longobardi in Italiam irrupissent, eamque ferme totam occupassent, adeo ut Constantinopolitani Imperatores omni propemodum † Imperio ac Jurisdictione exuti fuissent, indeque Pontifices Romani Longobardorum injuriis & oppressionibus undique circumsepti, à Bizantinis Prin-

Quomodo Ecclesiastica Advocatia sub Justini Imperio à Græcis Impp. ad Gall. Reg. translata fuerit. Occasio & causa translationis. IX. Argumentum contra Knichii opinionem translationis Advocatiæ Ecclesiasticæ à Græcis Imperatoribus ad Gallorum proceres.

279 cipibus, prioribus Ecclesiæ Romanæ Advocatis ac Patronis nihil amplius auxilii ac protectionis expectare ac habere possent, necessario ipsis ad aliorum potentiorum, minorique locorum intervallo dissitorum Regum præsentanea, extra ordinem Advocatiæ ac defensionis, à prædecessoribus Imperatoribus ad illud usque tempus laudaliter ac sufficienter continuata atque exhibita, subsidia quærenda, & arctius sibi providendum suadente ac cogente necessitate compulsi fuerunt: Ex qua rerum mutatione evenit, ut, quod dictum est, Imperialis Clientela ac tuitio summi Pontificis ac Romanæ Ecclesiæ, apud Græcos Cæsares remissa ac deficiens ab iisdem ad Germanos transierit.

Ex quo luce meridiana clarius iterumque patescit ac perspicuum fit, Ecclesiasticam Advocatiam, non primitus Caroli Magni aut ejusdem genitoris Pipini ætate exortam, sed uti primitus à Romanis Gentilibus ad primum Christiani nominis Imperatorem Constantinum Magnum transfusam, ab eodemque aliis Imperii successoribus per manum quasi traditam ita postmodum à Græcis Principibus eo tempore ad prædictum Carolum, una cum Imperio Romano, promanasse, indeque ad hoc usque ævum apud Imperatores Germanico Romanos perdurasse.

Qua occasione autem, ut diximus, eadem Tutela sub præfato Justino à Græcorum Imperatoribus ad Gallos primum Principes ac Reges devoluta fuerit, ex Historiis jam enarrandum est.

280 Cum multos per annos † Italia atque Ecclesia Romana propter insatiabilem Longobardorum dominandi libidinem multis, iisque fœdis per eosdem vulneribus lacerata fuisset, *Luitprandus* Longobardorum Rex, non eam solum Italiæ partem, quæ Græcis Imperatoribus antea subjecta fuerat, in suam potestatem redegit, sed captis etiam finitimis circumquaque Civitatibus, Romanos ingressus fines, vastato agro urbi quoque obsidionem admovit, castrisque in campo Neronis locatis, multos Romanorum Nobiles Longobardorum more attonsos, ad sese attraxit.

281 His pressus angustiis *Gregorius* † ejus temporis *Pontifex Romanus*, omni Imperatoris Constantinopolitani destitutus auxilio, aliunde opem ac defensionem quærere coactus fuit. Gerebat autem illa tempestate summum in Francia magistratum *Carolus* cognomento *Martellus Caroli Magni* Avus, qui vulgo *Major domus* appellabatur ac Jus omne regni domi forisque administrandi habebat, ad hunc igitur (ut refert *Chronica Godfridi*) Gregorius propere legatos Anastasium Episcopum, & Sergium presbyterum, maritimo itinere destinavit, atque honoris ejus gratia, claves sancti sepulchri, aliaque munera augustissima misit, obtestans ut sibi, atque affectis Ecclesia rebus, succurreret, & urbem obsidione Longobardorum eximeret. †

Carolus Martellus Major domus Franciæ.

282 Ea res ut nova, sic mirabilis, atque honorifica illo tempore visa, Carolus, quanto ea res honori & regi, & sibi futura esset, intelligens, quod primus è Francis à Pontifice Romano esset ad amicitiam appetitus, legatos liberalissime excepit, & fœdere cum Ecclesia icto, eos ex templo, cum suis remisit, datis muneribus, quæ Pontifici redderent, † & mandatis, quæ 283 ad Luitprandum super Romano bello deferrent. Grata Luitprando ea legatio fuit, Caroloque petenti, ut Romana ditione sine maleficio cederet, haud gravate concessit, oppida tamen quatuor, quæ occupaverat nempe Ameriam, Ortam, Polimartium, & Bledam sibi retinuit, atque inde Papiam Augusto mense septima Indictione, Carol. Sigonio *de regno. Italiæ lib.* 3. teste repetiit.

Quam ob causam Carolus Martellus non statim armis Luitprandum oppresserit.

Quod autem prædictus *Carolus Martellus* non statim arma sumpserit, adversus Luitprandum, ea de causa factum est, quod Carolus eundem Regem in præliis, adversus Saracenos, magno discrimine dubiaque valde alea, sæpe commotis, fidelissimum habuerit adjutorem; Pontifici tamen non defuit, sed principio statim Luitprandum Regem amica ut dictum est exhortatione, ab urbis obsidione retraxit, Romamque gravi periculo liberavit, ut testatur Munster. *Cosmograph. libro secundo.*

284 Nec vero *Martellus* solum, eo, † ut dictum est modo, Romanam Ecclesiam juvit, adversus Luitprandum, sed & *Pipinus* ejusdem filii, ac *Carolus Magnus* nepos, sese acerrimos ac promptissimos protectores exhibuerunt.

285 Cum enim Aistulphus Longobardorum † Rex anno post natum Christum septingentesimo quinquagesimo tertio, cum ingenti exercitu Romanam in ditionem irrupisset, eoque ipsi urbi admoto ultimum Pontifici ac Romanis excidium ac servitutem, nisi ipsius se potestati permitterent, comminaretur, summis oppressus difficultatibus Stephanus II. † Pontifex Romanus convocato populo 286 & instituta supplicatione, nudis pedibus & capitibus, omnium cinere, humilitatis argumento, conspersis, ad præsepe in Basilicam itionem fecit, divinam opem ac misericordiam invocando, eaque rite perfecta, cum spes nulla esset, ut Imperator Constantinopolitanus Jura Imperii, quæ in Italia residua erant, à Longobardis invasa, defenderet, † 287 divinitus prope admoneri visus est, ut Antecessorum suorum exemplo auxilium à Francis postularet. Itaque ipse Pontifex nulla mora interposita, ad Pipinum, Caroli Martelli filium in Galliam properavit,

peravit, ipsúmque ut causam Sanct. Petri & Ecclesiæ Romanæ adversus Longobardos susciperet, rogavit, † cui peroranti, mox annuendo Pipinus respondit, se daturum operam, ut & ipse Pontifex & tota Italia intelligat, sibi neque erga Ecclesiam fidem & protectionem, neque in Italia defendenda virtutem defuisse, † quod & reipsa Aistulphum duplici bello reprimens, atque universas Ecclesiæ Romanæ ditiones ab eo occupatas restituens, præclare re ipsa præstitit.

288

289

Nec minor postea ipsius *Caroli* in defendenda sede Romana virtus extitit. † Cum enim Hadrianus Pontifex Anno 773. eundem, ut avi patrisque insistens vestigiis, rebus Ecclesiæ per Desiderium Longobardorum Regem vehementer afflictis, contra eundem jam pridem saluti & libertati Italiæ insidiantem, & multis Ecclesiæ oppidis occupatis ipsi etiam Romanæ Urbi extrema minitantem succurreret, per legatos implorasset, (is mox ut ex Alcuino Præceptore ejus habetur *in c. hortatu. 23. quæst.* 8.) dicti Hadriani precibus inductus eidem defensionis præsidia liberaliter deferens, Desiderium, † ut quæ Romanæ Ecclesiæ ademerat, sine mora restitueret, per Nuncium studiose commonuit, reversis autem cum irrito responso legatis, † ubi eum de sua pertinacia nihil remittere velle acceperat, decreto adversus eundem bello, arma intentiori quam unquam antea studio, ad Ecclesiam defendendam, assumpsit, Desideriumque cum omni exercitu apud Versellas fusum & victum Papiæ Regni Longobardici sede, quo effugerat, sexto obsidionis mense, cessit, eoque angustiæ adegit, ut se, uxorem, liberosque in suam potestatem dedere cogeretur. Et hæc quidem victoria finem † Longobardorum regno attulit, Anno postquam Italiam occupaverant, ducentesimo sexto. Christi vero septingentesimo quarto, quod & inde à Desiderio ad Carolum, & à Longobardis ad Francos devenit.

290 291 292 293

Caroli Magni contra Desiderium Longobardorum Regem victoria.

Finis Regni Longobardici.

294 Cum autem dictus † Imperator Carolus Magnus his factis Romanam sedem magnis non solum belli ac cladium difficultatibus, liberasset, sed & opibus etiam & temporali ditione extulisset (quippe Ravennam, cum Exarchatu Flaminiam, & Picenum, Provincias, Longobardis ereptas sedi Romanæ liberalissime largitus est) vicissim ab eadem sancta † sede, tanquam singularis Protector, atque optime, cum patre, avoque de Romana Ecclesia meritus, magnis honoribus & dignitatibus auctus fuit.

295

296 Francorum † enim primo mox Longobardorum Rex invictus, Patricius Romanorum postea creatus ac proclamatus est, Gotfrid. Viterbiens. *Panthei part. 17. Constantini*, inquit, *imperii Anno tertio idem Carolus Rex Romam veniens ab Adriano † honorifice suscipitur, ibique sancto Paschate celebrato, Pipinus filius ejus Italiæ, & Ludovicus alius ejus filius in Regem Aquitaniæ inungitur. Ipse autem Carolus universo Romano populo acclamante Patricius Romanus appellatur*, quod totidem verbis memorat Otho Frisingens. *Chronic. lib. 5. cap. 8.*

297

298 Fuit autem Patriciorum † dignitas ea tempestate (ut & hoc explicemus) apud Græcos Imperatores, summa post Imperatoriam, prout innuit Imperator Zeno, *in l. Nemini. Cod. de consulib. 12.* ubi vocat Patriciatus honorem sublimem, qui cæteris omnibus anteponitur. Inde & Lege cautum, ut qui ea condonati fuerant, supra ipsos Præfectos Prætorio sederent *l. ult. C. de consulib.* Quod etiam testatur Zosimus *lib. 2. Histor. Ecclesiast.*

Patriciatus.

Hinc Theodoricus & Athalarius Gothorum Reges Patriciatum, ab Anastasio Imper. concessum valde sibi honorificum esse duxerunt, ut colligitur ex Cassiodor. 8. *varior.* Et Carolus † Magnus Francorum Longobardorumque Rex, quasi tanto fastigio aliquid accedere posset, Romanorum Patricius diu audiit. Marq. Freher. *Orig. Palatin. part. 1. cap. 1.*

299

Unde patet prædictam Patriciatus † dignitatem à temporibus Constantini Magni Romano in Imperio supremi ac splendidissimi tituli fuisse, ut fusius tractat Onuphr. Panuin. *in li. de Comitiis Imperator. tit. de Oriental. Imp. orig. & Occidental. excid.* Ludolph. de Bebenburg *in tract. de German. princ. zelo, capit.* 4. & omnium enucleatissime paulo superius allegatus Melch. Goldast. *tom. 1. constitution. Imperial. in notis ad Bullam Hadriani 1. §. dignitatemque Patriciatus.*

300

Honorabantur autem Patricii ab Imperatoribus loco patris eo quod ipsos in arduis rebus consulerent, & vice parentis essent, quorum loco hodie Cardinales Romæ successisse videntur, qui & ipsi summo Pontifici assistentes magnis in negotiis consulunt, ut existimat Præceptor olim meus honorandissimus Dn. Guidus Pancirolus *in Comment. ad Notitiam Imper. c. 2.*

Ab Imperatore autem Patricii Codicillis creabantur & ea adepta † dignitate solvebantur patria potestate. *l. sancimus. l. fin. Cod. de consul. lib. 12. §. filiusfamilias Inst. quib. mod. patria potest. solvit.* in Historia Pauli Diaconi *de reb. gest. Longobardor.* forma dignitatis Patriciatus constituendæ talis habetur.

301 *Formula Patriciatus.*

Patricii dignitas, *inquit*, disponenda est, quatenus illa non vili personæ, nec alicui concedatur ignoto, sit enim valde notus Imperatori, sit fidelis & prudens non elatus. Protospatarius veniens ante Imperatorem osculetur suum humerum & dicat: Maxime Imperatorum, adest, quem vocasti. Tunc stet ad sinistram Imperatoris illius Hipparchus, quem nos dicimus præfectum, & dicat ei Imperator, cum Protospatario, futurum patricium adducito. Dum autem venerit patricius, inprimis osculetur pedes Imperatoris, deinde genu, ad extremum osculetur ipsum: tunc osculetur omnes Romanos circumstantes, & dicant omnes; Beneveniatis: Nobis nimium laboriosum esse videtur, concessum nobis à Deo ministerium, solum procurare. Quodcirca nobis adjutorem facimus, & hunc honorem tibi concedimus, ut Ecclesiis Dei & pauperibus legem facias, & inde apud altissimum Judicem rationem reddas. Tunc induat eum Imperator mantum, & ponat ei in dextro indice annulum, & det ei bombacinum propria manu scriptum: Esto patricius misericors & justus, tunc ponat ei in caput aureum circulum, & dimittat.

302

Multo † autem amplior, honoris hujus splendor fuit quam Patriciatus priscorum Romanorum, à Romulo instituti, quem Accursius & ejus asseclæ cum hoc confundentes, miris involvunt tenebris.

303

Fuit

Varia apud Romanos Patriciorum usurpatio.

Fuit tamen & apud veteres quoque Romanos diversa † Patriciorum usurpatio. Cum enim primo Romulus, † ut *initio hujus capitis* dictum est, Rempublicam suam ordinaret, illustres genere, & virtute celebres, opibusque, ut tunc ferebant tempora, abundantes, quibus essent liberi, secrevit ab obscuris, egenis & humilibus, & hos vocavit patres: alios plebejos, exemplo ab Athenientium Republic. sumpto, in qua † bifariam erat distributa Reipublic. multitudo, in patricios ex illustribus familiis, pollentes opibus, penes quos fuit Civitatis regimen, & in ceteros Cives rusticos, quibus nullum erat in Republica suffragium, licet tandem ii quoque ad magistratus gerendos admissi sint. Dionyl. Halicarnals. *lib.* 2.

304 305 306

Primus Patriciorum ordo.

Altera Patriciorum ordinatio.

Postea teste Livio. *lib.* 1. Patricii dicti sunt Senatorii ordinis viri, quique ab iis progeniti fuerunt, & alibi *idem lib.* 10. Patricios dictos dicit, qui patrem avumque ciere possent. Plutarchus in *ῥωμαικοῖς. τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς καταναμηθέντας ὑπὸ τοῦ ῥωμόλου πατέρας ἐκάλει, καὶ πατρικίους οἷον εὐπατρίδας ὄντας πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι. τοὺς τε ὕστερον ἐπιγραφέντας ἐν τῶν δημοτικῶν, συγγεγραμμένους, πατέρας ὀνόμασαν.*

307 Quod vero officium † fuerit tum patriciorum, tum plebejorum Halicarnass. his verbis indicat: *Romulus*, inquit, *postquam discrevit potiores ab inferioribus, mox legibus latis praescripsit, quid utrisque faciendum: ut Patricii sacra curarent, magistratus gererent, jus redderent, secum Rempublic. administrarent, res urbanas obirent: Plebeji vero ab his negotiis immunes (quippe qui talium imperiti essent, nec vacaret eis propter inopiam) agros colerent, pecora alerent, exercerent quaestuosa opificia, ne seditiones orirentur sicut in aliis Civitatibus, dum humiliores protruduntur cubito à potentioribus, aut egeni ac viles excellentioribus invident, & cat.* Hæc ille. Qui tamen *paulo post* scribit, etiam hoc interfuisse inter Patricios & plebejos, ut quoties Patricii † convocarentur à Regibus, præco quemque suo ac paterno appellarit nomine. Plebejos vero ministri quidam cornibus bubulis concinentes in concionem contraxerint. Et hæc quidem primis temporibus differentia inter Patricios & plebejos fuit.

Patriciorum hujus ordinis officium.

Plebejorum officium.

Diversus in Patriciis ac Plebeis convocandis mos.

308

309 Procedente † autem tempore, & impetratis à Patriciis Tribunis plebis plurima dignitatum & honorum ornamenta, ut sacrorum quorundam curationem, Magistratus Curules; Consulatum, Dictaturam, Censuram, & cæt. quæ antea solis Patriciis concessa erant, per Tribunos suos Plebs

310 Patribus extorsit; sicuti etiam † connubiorum inter Patricios & Plebejos communionem. uti testatur Livius *libro quart.* Johann. Rosin. *antiquit. Roman. libro quinto capite trigesimo septimo.*

Sed hæc de Patriciis per diverticulum.

311 Porro Carolus Magnus non † semel tantum, sed sæpius Pontificum defensionem subeundo, Romanam Ecclesiam, ejusque Antistites in securitatem restituit.

312 Cum enim Leo III. † Papa, subsequentibus tem-

313 poribus Anno sc. 799. Paschale † primicerio & Campulo, conjurationis auctoribus, universo inspectante Clero & populo, dum ex veteri Ecclesiæ instituto ab æde Sanct. Laurentii ad templum Sanct. Georgii publica processio fieret ex insidiis adortus misere tractatus, ac Urbe expulsus, ad Carolum in Germaniam auxilii implorandi gratia, confugisset, ab eodem adjutus, in pristinum dignitatis locum repositus fuit.

Cui beneficio, ut Leo Pontifex condignam gratiam referret, ut jam antea, teste Spondano *in Epitom. Annal. Baron. ad Annum septingentesimum nonagesimum sextum*, dono † Vexilli honoraverat, 314 ita tunc, Imperatorio Titulo per trinam Romani Populi acclamationem, insignitum, aurea corona † pretiosissima, & augustali chlamyde ex- 315 ornavit, & eo ipso, recepto † ab illo solemni 316 fidelis defensionis Juramento, Protectorem & Advocatum † Romanæ Ecclesiæ constituit, ut præter 317 alios cum Historicos tum cæteros auctores testatur Carolus Sigonius *in Histor. de Regno Italiæ libro quarto, ad annum septingentesimum nonagesimum nonum.*

Formula autem Juramenti † talis fuit. 318

In nomine Christi spondeo atque polliceor Ego Carolus Imperator coram Deo & Sanct. Petro Apostolo, me Protectorem & defensorem fore hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout sciero poteroque: Sed & ante Carolum ex eo, quod Carolus Martellus Avus & Pipinus Caroli parens, Romanis Pontificibus, quoties opus habebant, præsidiis suis præsto semper fuerint, per Stephanum II. Papam, iidem Defensoris † ac Tutoris titulo decorati fuerant, ut 319 nominatim testatur Ludolphus de Bebenb. *de Jurib. Regni capit. 3. & libro de zel. antiq. Princ. capite quart.* vom Schutz so die alte Teutschen Keyser der Römischen Kirchen wider ihre Verfolger offt bewiesen / ubi hoc nomine Carolus † Martellus, 320 Pipinus, Carolus Magnus, Ludovicus, Ottones, Henricus III. & Lotharius III. laudantur, Christoph. Lehman Speyrischer Chronick *libro secund. capit.* 40.

Et hoc forte est, quod Domino Andr. Knichio † 321 causam præbuit, ut Ecclesiasticæ Protectionis principia, ad prædictos Reges retulerit.

Verum, ut ex prædeductis argumentis & testimoniis manifesto constat, Ecclesiarum † Advo- 322 catiæ, non eo primum tempore initium sumpserunt; sed cum Græci Imperatores, quos Ecclesia Romana, teste eodem Leone, Papa, Tutores ac Patronos jam pridem constitutos habuit, ejusdem patrocinium deseruissent, necessarium defensionis officium Ecclesiæ debitum, una cum novi Imperii fascibus, acclamante & petente populo Romano, in sæpedictum Carolum Magnum ab Orientalibus Imperatoribus translatum fuit, id quod evidenter comprobat ipsius Leonis Papæ ad Carolum effusa † querimonia, quam verbotenus ex Sigon. *de Regno Italiæ libro quarto*, depromptam hic subjicere habet. Ea autem sic habet.

Testimonia Authorum de translata à Græcis Imperatoribus ad Francorum Carolum Magnum, Advocatia ecclesiastica.

323

Primum ex Leone Pontifice.

Equidem diffiteri, inquit, *non possum, debuisse me his calamitatibus obrutum ad Imperatoris* (hoc est Constantinopolitani) *fidem auxiliumque confugere, quem* tutorem † ac patronum sibi Ecclesia jam pridem habeat constitutum. *Verum præterquam quod Imperatores jam dudum ita se adversus Ecclesiam gerunt, ut plus ab iis detrimenti metuendum, quam auxilii exspectandum esse videatur, nota etiam ejus, qui nunc rerum potitur, ut in muliebri spiritu, animoque, infirmitas ab hujusmodi me consilio capiendo deterruit. Gratias autem DEO ingentes ago, primum, quod nefarius me latronum è manibus, præter opinionem omnium,*

324

munium, incolumem conservavit, deinde quod Imperatore Ecclesiæ patrocinium deserente, *tu extitisti, qui adejus salutem dignitatemque tuendam non solum opes, ac virtutem incredibilem, sed studium etiam ac fidem adhibes singularem. Hac igitur ne me opinio fallat, te per omnia sacra perque avitam, patriamque in* protegenda Ecclesia *gloriam oro.*

Quin hoc ipsum etiam non obscure testatur Sigon. 325 † *d. lib.* 4. ubi inquit, *dignitatis Imperatoriæ titulum, in Momyllo Augustulo ultimo Occidentis Imperatore, ante trecentos ferme annos subregnum Gothorum in Italia defecisset, in eodem Occidente Pontificem in Carolo nempe magno renovasse, ut haberet Ecclesia Romana adversus infideles, hæreticos, ac seditiosos, tutorem: cujus officium repudiasse jam pridem Imperator Orientis videretur.* Hactenus Sigonius, & ab eodem *supra* relatus Leo Pontifex.

Alterum ex Carolo Sigonio Testimonium.

Tertium translatæ Advocatiæ Testimonium ex Polydoro Vergilio.

Præmissis autem ejusdem testimoniis de translatione Advocatiæ Ecclesiasticæ à Græcis seu Byzantinis Imperatoribus in Francorum Imperatores facta, accedunt insuper auctoritates Polydori † Vergilii, & Sebast. Munsteri, quorum ille *de rerum inventorib. lib. 4. ca.* 10. aperte id affirmat hisce verbis: *Cum,* inquit, *paucis post* 326 *annis Gregorius Tertius, ac nonnulli alii deinceps Pontifices Longobardorum iniuriis pressi, nihil auxilii à Constantinopolitanis principibus haberent, ad Carolum primo Martellum & Pipinum, deinde ad Carolum Magnum ipsius Pipini filium Francorum Reges confugere coacti sunt. Quas ob res Leo tertius ipsum magnum Carolum* 327 *facit Imperatorem, cui ii † successores consueverunt itidem Pontificis electionem confirmare. Atque sic usu venit, ut tum primum* tutela Romani Pontificis ab Imperatoribus Constantinopolitanis, ad alios translata sit. Hic vero *Cosmograph.* † *lib. 2. de Ital. vers. Longobar-* 328 *di occupant Italiam fol. mihi* 222. *secundum edit. Latinam Basil. Anno* 1550. ita habet; *Longobardi,* inquit, *qui sese jam in Italiam insinuaverant, Ravennam forti manu obsident, oppugnant & tandem capiunt, simulque* 329 *Imperatorem † omni Jurisdictione Italica privant. Sicque factum est, ut Luitprandus Longobardorum Rex regnandi cupidine & ambitione flagrans eam Italiæ partem quæ Constantinopolitanis Imperatoribus ante subjecta fuerat, suo regno vendicaret, & finitimis urbibus circumquaque captis ipsam quoque Romanam urbem obsidione premeret. Quod videntes Veneti, Romanus Pontifex, & reliqui populi Italiæ, auxilium & defensionem quærunt, non apud Imperatorem Constantinopol. quod is negligens esset ad tuendam Italiam, vel, ut alii dicunt, quod simultas quadam nata esset inter Romanum Pontif. & Imperatorem, ratione imaginum Sanctorum, sed Papa legatum misit ad Carolum Martellum regiæ domus in Galliis præfectum, rogavitque illum ut laboranti Romæ & ecclesiæ succurreret. Nec sprevit Pontificis preces Carolus, quin Luitprandum Regem amica exhortatione retraheret ab urbis obsidione, & Romam gravi periculo liberaret.* Et tunc quidem Ecclesiæ tutela primum ab Imperatoribus Græcis, ad Gallorum Principes est translata. Hactenus Munsterus.

Quartum Testimonium ex Sebastiano Munstero.

Ex quibus omnibus, luce meridiana clarius elucere existimamus, quod Ecclesiasticæ protectionis munia, post receptas, à patronali apud Romanos olim usitato Jure, moribus aliorum populorum hucusque continuatas clientelas, apud invictissimos illos Francorum Reges prænominatos summopere quidem inclaruerint, nõ autem ab illis originem sumpserint, sed in eos, à Constantinopolitanis Imperatoribus transfusa, ab iisdem- 330 que deinceps, veluti de manu † in manum ad omnes Imperii successores manaverint, apud quos & hodie firmissime retinentur, cujus rei, præter supra allegatos, testem insuper habemus post hæc scripta visum, D. Hepingk, qui in eleganti *sua de Jure Protectionis* in Basiliensi Academia nuperrime ad publicum examen proposita *dissertatione* 8. 18. *in notis post lit. E.* sæpedicti Dn. Knichii † errorem agnoscens, Nauclerum *vol. 2. generat.* 27. Hulder. Mut. *in Chron. de Germ. prim. Orig. morib. lib. 9. in fine* Mart. Crus. *Annal. Suevic. lib. 1. p. 2. c. 7.* & Hospin. *de orig. & progress. Monach. lib. 4. c. 21. §. Ex his quoque,* secutus, tempore Caroli M. Monasteria † quidem omnia suos habuisse Advocatos non negat, attamen Advocatiam Ecclesiarum tempore Caroli M. primum ortam esse non concedit, nisi originem de vigore Advocatiarum, qui eo tempore maximus † 332 fuit, Knichen intellexerit, quod nos eidem libenter concedimus, & illud etiam ultro elargimur, quod ecclesiæ Romanæ definitio † à Sede Apostolica, Regibus illis 333 Francorum & M. Carolo speciali quadam prærogativa, & per quandam excellentiam attributa fuerit, & peculiare ejusmodi Apostolicæ Sedis defendendæ concessum ipsis privilegium † eo tempore in maximum, 334 Pipini filiorumque ac posterorum suorum honoris augmentum cesserit, quemadmodum etiam iidem † 335 Reges summo in Romanam Ecclesiam zelo, & communi illorum temporum devotione, ejusdem Advocatiam maxima lubentia susceperunt, & quamvis Imperatores facti, jure ac majestate Cæsarea Ecclesiam sibi defendendam esse, non ignorarent, ad specialem tamen ejus tuendæ obligationem singulari se obstringere jurejurando voluerunt.

Argumentum X. contra Knichii as-sertionem incunabula Ecclesiæ assuæ Advocatiæ Carolo M. asserbentis ab auctoritate Dn. Hepingk sumptum. 331

Sed hucusque de Ecclesiæ Romanæ debita, & summis Pontificibus exhibita per Imperatores prote- 336 ctione, † nunc qualiter eadem ad Episcopos Patriarchas, Abbates, Prælatos, ac cæteros ordines ac status Ecclesiasticos pervenerit, dispiciendum est.

Et primo † quidem ad Episcopos quod attinet, 337 cum prædictum in modum Imperatores Pontificiæ sedis ac Romanæ Ecclesiæ Advocatiam suscepissent, postea etiam illi met, aliique Antistites ac Prælati, Pontificum secuti exempla, ab iisdem Impp. aliisque principibus tutelam efflagitarunt, sibique Advocatos assignari rogarunt, quemadmodum nuncupatim hoc ipsum annotavit Christoph. Lehman. in Chronic. Spirens. *lib.* 2. *cap.* 36. hisce vulgaribus verbis.

Advocatia Episcoporum.

Es befindt sich daß bey Regierung Königs Pipini 338 Caroli Magni vnd deren Nachfolger König / Fürsten / vom Adel / vnd frey Burger / mit viel milltern Handen / den Kirchen vnnd geistlichen stattliche Stifftung eingeantwort / groß Feldtbaw / Weingärten / vnd andere ligende vnd fahrende Gütter offne Flecken / Dörffer / gantze Gemeinden / vnd grosse Anzahl Leibeygner Leuth geopffert / vnd sonsten verschafft. Dieweil dann hierzu Verwalter vnd Regenten vonnöten gewesen / die † Bischoff aber jhrem geistlichen Stände vnd Ampt vnziemlich befunden / daß sie sich mit Weltlichen Geschäfften solten beladen / regieren / herrschen vnd der bestellung deß Feldtbaws / vnd andern so Politischen verrichtungen anhangt / nachsetzen vnd abwarten: So haben sie deßhalben auff allgemeiner Reichs Versamblung geschlossen / vnd den Reichs-Ordnungen einzuverleiben / vnd von jren Königen vnd Weltlichen Fürsten zubestättigen vnd darob zuhalten gebetten / daß dem Königlichen Ampt sol zugeeignet werden / daß ein jeder † König alle vnd jede Bistumb / Stifft vnd Clöster mit einer Weltlichen Regimentsperson / so offt daran Mangel fürfält sol versehen vnd besetzen / vnd auff jhr vngebührliches verhalten / vbergriff vnd verbrechungen wider abschaffen / wie dann die König vnd Stände der Geistlichkeit hierinn wilfahret / vnd den Reichsverfassungen sonderbahre Gesetz solcher Weltlichen Regenten bey

den

dem Stifftern † und Clöstern einverleibt / solche hat man Advocatos Vögt oder Castein-Vögt / oder auch Vicedominos genennt/ rc.

Hinc idem Lehman. *ibidem* ex const. Caroli Magni

339 aliquot † decreta adducit: *Decretum est*, inquit, *ut Episcopi † universique sacerdotes habeant Advocatos, quia Episcopi universique sacerdotes ad solam tandem Dei honoremque operum actionem constituuntur. Debet ergo unusquisque eorum tam pro Ecclesiasticis quam etiam propriis suis actionibus habere Advocatum non male suspectum, sed bona opinionis, ne, dum humana lucra attendunt, aterna pramia perdant.* Hincmar. c. 7. c. 31.

Decreta de Advocatis ex constitutionibus Caroli Magni.

Et de ejusmodi Advocatis multæ postmodum leges publicæ factæ sunt, ut videre est *in iisdem constitutionibus* Caroli Magni ubi *lib.* 7. *c.* 303. inter alias ista lex reperitur: *Pro Ecclesiarum causis ac necessitatibus earum, atque servorum Dei executores vel Advocati seu defensores, quoties necessitas ingruerit à Principe postulentur, & ab eo fideliter, atque libenter juxta Canonicas sanctiones fidelissime dentur.* Item *lib.* 3. *c.* 11. in hæc verba sancitum est: *De Advocatis item ut pravi Advocati, Vicedomini, vicarii & centenarii tollantur, & tales eligantur quales & sciant & velint juste causas discernere & terminare, & si Comes pravus inventus fuerit, nobis nuncietur.* Et rursus *sub Rubrica qua incipit: Capitulare n.* 3. statuitur. *de Advocatis sacerdotum, volumus pro Ecclesiastico honore, & illorum reverentia Advocatos habeant.* Similiter *li.* 5. *c.* 31. præcipitur, *Defensores Ecclesiarum adversus potentias sacularium vel divitum ab Imperatore esse poscendos.* Et *lib.* 2. *LL. Longobard. tit. de Advocatis & vicedominis.* Imperator Lotharius sequentem in modum rescribit: *volumus, ut Episcopi, & Abbates & Abbatissa suos Advocatos habeant, & pleniter justitiam faciant ante Comitem suum*: Idem *ibid. Volumus ut Episcopi una cum Comite suos Advocatos eligant.* Et Imperator Carolus *ibidem*: *volumus, ut advocati in prasentia Comitum eligantur, non habentes malam famam, sed tales eligantur, quales lex jubet eligere, & cat.*

Prædictorum insuper testem se præbet præcitatus

340 Andr. Knichen *d. c.* 5. *n.* 498. † ubi addit, Advocatias ecclesiasticas esse reliquias conjunctionis quondam inter Principes Ecclesiasticos & Politicos, qui catenatim juncti erant, ita, ut Imperatores & alii principes sæculares potentiores illorum patroni haberentur, Episcopi vero eorundem Clientes. Jo. Ferrar. Montan. *in usib. Feud. lib.* 1. *c.* 6. §. *Nono est beneficium.* Vult. 1. *Feud.* 8. *n.* 17. Obrecht. 1. *F.* 6. *n.* 19. ubi Feudum Ad-

341 vocatiæ † ab Ecclesia initium sumpsisse tradunt. Quam in rem Albert. Krantz. *Wand. lib.* 4. *c.* 15. scribit, quod circa annum Christi 1151. in Ecclesia Raceburgensi or-

342 dinatus sit Episcopus Evermodus, eique Comes † Polaborum Henricus apud Ecclesiam, Insulam habitandam dederit, trecentosque mansos in perpetuum Ecclesiæ servituros assignaverit, ac decimas integras permiserit, ipse vero pro dimidia ab Episcopo acceperit beneficium, factus ei Feudatarius, ut haberet Ecclesia suum defensorem.

Alia porro exempla quæsitæ per Episcopos protectionis non desunt, quarum nonnulla more nostro in

343 medium afferre non gravabor. † Eorum è numero illud in primis illustre occurrit, in Adelberone Episcopo quondam Trevirensi, qui Hermannum Comitem Palatinum Anno 1148. Advocatum ejusdem Ecclesiæ atque Episcopatus cooptavit & constituit, quemadmodum *supra c.* 1. ex Kyriand. *part.* 2. *hist. Treverens.* ostendimus.

Sic etiam Dagoberti, Pipini aliorumque Regum Franciæ à nobis supra inserta diplomata evidenter ostendunt, quod antiquitus Anno scilicet 633. & subsequentibus Modoaldus † ejusque successor Viomadus Archiepiscopi Trevirenses, Ecclesiæ suæ patronos ab eodem Dagoberto, Pipino aliisque Regibus petierint, iisque assignati fuerint. Cujus rei exempla alia etiam infinita Historiæ suppeditant, quæ hic brevitatis causa omittuntur.

Exempla quæsitæ per Episcopos protectionis.

Quia tamen intentionem nostram, ubicunque ea suppetunt literarum monimentis illustrare cupimus, ideo & hic unum ad minus diploma eam rem evidenter ostendens, subjicere lubet.

Ejus generis occurrit Othonis † primi Imperato- 344 ris, quo ad supplicationem Roberti Trevirensis Archiflaminis, Rigimirum Lotharingiæ, Hosbaniæque Ducem ejusdem Archiepiscopatus Advocatum ac Protectorem Anno 946. nominavit ac constituit, tali literarum forma.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Amen. OTHO divina Clementia Romanorum Rex ac Imperator. Si justis fidelium nostrorum precibus præbuerimus remunerationis recompensationem, ubi de Ecclesiasticis & divinis rebus fit: ubi autem de negotiis fit humanis, nostros fideles credimus nobis fideliores, & exinde fore promptiores, devotioresque in obsequendo. Proinde agnoscat omnium fidelium nostrorum conventus, qualiter nos proceres nostri adeuntes, scil. Maguntiensis Episcopus, *Fridericus*, & frater noster *Henricus*, simulque *Hermannus* rationabili prece deprecati sunt, ut Ecclesiæ S. Petri Treverensis, ac fideli nostro *Roberto* ejusdem sedis Episcopo daremus, seu potius restitueremus, *Abbatiam S. Servatii Episcopi & Confessoris* sitam Trajecti, quam ab Ecclesia abstuleramus. Quorum ratis petitionibus acquiescentes, cognoscentesque ad hoc nos esse debitores, ut justitiam de nobis faceremus, eidem Trevirensi Ecclesiæ reddimus, & restituimus prædictam *Abbatiam S. Servatii Episcopi, & Confessoris*, ex toto & integro, omnia appenditia, cum omnibus, quæ visa est habere. Igitur innovantes auctoritates prædecessorum regum nostrorum, videlicet *Arnulphi, Zuentebaldi, Ludovici & Caroli*, qui prælibatæ sedi antedictam contulere Trajectensem Abbatiam, hoc Regiæ liberalitatis præcepto sentimus, quod nemo successorum nostrorum præsentem paginam, ac præsens datum infringendi, seu aliquo modo violandi habeat potestatem. Quare ut hoc melius observetur, consilio procerum, ac magnatum nostrorum, ac præfati *Roberti* Præsulis supplicatione, prædictarum Ecclesiarum constituimus, Rectorem, *Advocatum, & protectorem* illustrem Ducem Dominum *Rigimirum* bonæ gravitatis, ac virtutis virum, Lotharingiæ Mosellanicæ, Hasbaniæque Ducem, filium Magni Ragneri, filii Sadigeri justi, filii Ferrici ex sancta stirpe beati Arnulphi Præsulis, regioque sanguine nati à Trojanorum reliquiis magnique Dardani Ilii regis descendentis.

Diploma Othonis I. Imperatoris quo ad preces Roberti Trevirensis Archiepiscopi, Rigimirum Lotharingiæ Ducem ejusdem Archiepiscopatus Advocatum ac Protectorem ordinavit, ac constituit.

Et

Et ut hæc nostræ donationis, restitutionis, constitutionis pagina plenissima vigeat firmitate, manu propria cum Duce Rigimiro, seu Ricuino, ac Brunone Coloniensi Præsule, subter firmavimus, ac annulorum nostrorum impressionibus roboravimus. Datum 4. Kalend. Januar. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXLVI. Actumque feliciter in Dei nomine in Chalahen, Indiction. 2. regni, Imperiique nostri Anno 9.

Otho Rex atque Imperator.
Rigimirus Dux Lotharingiæ Mosellanicæ.
Bruno Coloniensis Archiepiscopus.

Hæc pagina tribus sigillis roborata est, uno aureo, & duobus cereis. Primo Invictissimi Cæsaris D. Othonis, in quo est insculptum scutum roboratum aquila bicipiti, in pectore gestante scutum fasciis plenum, cum tringula flosculis ornata, secundo Rigimiri, tertio Brunonis, in quo est impressa imago Episcopi sedentis in Cathedra.

Verum enimvero non solum, ut exemplis edoctum est hactenus, Episcopi aliorum Protectionem quæsiverunt, sed & † ipsi Imperatores pietatis zelo ducti tam Episcopis, quam aliis prælatis ut plurimum certos quosdam Advocatos Tutelares constituerunt. 345

346 *Advocati Episcopis, ab Imperatoribus, constituti.*

Hinc Equites † Francos Parastatas seu Protectores, per Carolum M. ordinatos fuisse Episcopis, testantur Compilatores Histor. Eccl. Magd. *cent.* 8. *cap.* 7. *Rubr. peccata gubern. Eccles. pagin.* 447. *Anno* 831. & nominatim Hattoni † Episcopo Basiliensi, Adalbertum Comitem Brigantinum, Advocatum, ab eodem Carolo M. assignatum fuisse, Crusius *Annal. Suevic. lib.* 1. *part.* 2. *c.* 7 *pag.* 10. scribit. & Christ. Besold. *dissert. de Jure fœd. cap.* 5. *num.* 8. ait novis Episcopatibus erectis, plerumque Principes vicinos, eorum cogitasse tutelam Sicschius *de fœder.* §. 23. *lit. O.* Sic de Episcopatibus, † Herbipolensi, Wormatiensi, Argentinensi, Spirensi, Tridentino, Brixiensi & Salisburgensi exempla refert idem Knichen *de Jure territor. cap.* 4. *verb. Vogtheia, numer.* 330. ubi ex Crusii *Annal. Sueviæ part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 4. asserit, Conradum † Palatinum Rheni quatuor Episcopatuum Advocatiam olim sibi vendicasse, trium vero posteriorum † Tridentini, Brixiensis & Sallsburgensis tutelam sub præsidio Archiducum Austriæ extitisse testatur idem *Comment. de Sax. non provoc. Jur. verb. Ducum Saxoniæ c.* 5. *nu.* 497. 347 348

349 Idem quoque refert, † Imperatorem Fridericum Barbarossam, Advocatiam trium Episcopatuum Sedunensis, Lausanensis, & Genevensis circa annum nimirum 1150. concessisse Bertholdo Duci Zæringensi in remunerationem regni Arelatensis, Crus. *part.* 2. *lib.* 12. *c.* 18. & Joan. Stumpff. *Chron. Helv. lib.* 12. *c.* 14. *in fin.*

Quibus astipulans Sebast. Munster. in *Cosmograph. German.* nuper Basil. auctius edit. *lib.* 5. *cap.* 39. refert, 350 † Berchtoldum Ducem quendam de Zäringen Anno Christi 1211. propter Advocatiam Episcopatus Sedunensis, majoribus suis à Friderico Barbarossa concessam, cum Valesianis acerrimum prælium commisisse, & majorem sui exercitus partem à Valesianis devictum amisisse.

351 Sed & præter enumeratos Episcopatuum † Advocatos, seu Protectores generatim etiam Dn. Knichen. *de Jur. territor. cap.* 1. *num.* 75. ex Andr. Wittichindo attestatur, Henricum Imperatorem, qui ab aucupio Auceps dictus fuit, inter alios Regni proceres ob præclaram contra Hunnos & Vandalos navatam operam bellicam, Arnolpho Duci Alemanniæ non exiguas ditiones, cum Diœcesium & monasteriorum Advocatiis concessisse.

Et hujuscemodi quidem, quæ Episcopis Advocatos tribuebat, consuetudinem, ut ex prædictis etiam clare constat, jam olim quoque temporibus Caroli Magni & ante ipsum quoque viguisse, ab Historicis proditum reperitur.

Cum enim Anno † 799. Leo III. Papa post adventum suum ad Carolum in Germaniam, inter alia Paderbornæ, ubi ipsum Carolum Magnum convenerat, altare consecrasset: ipsa sedes † Episcopalis cum ipsius Caroli, tum Leonis authoritate in Berenwelphi Præsulis tum Wirtzeburgensis ejusque successorum protectionem commissa fuit, sicut nominatim testatum faciunt acta apud Surium *tom.* 4. *die* 23. *Julii in translatione S. Liborii*, ubi sequentia habentur. 352 353

Paderbornensis Episcopatus quondam in Tutela Episcoporum Wirtzburgensium.

Religiosum ejus Caroli videlicet, & salutare Christianitatis dilatandæ studium nobiliter inchoatum, Leo Papa Apostolica auctoritate firmavit, atque in Ecclesia tunc ibidem noviter constituta, quoddam altare consecrans, adorandas in eo reliquias Protomartyris Stephani, quas secum Roma detulerat, collocavit, fiducialiter id Principi promittens, quod Oratorium illud tanti Martyris patrocinio munitum, non ulterius passurum foret injuriam, quam ipso referente, prius ei contigisse cognovit, ut videlicet ob incolarum loci perfidiam, & odium in Christianam religionem, aliquoties igni traderetur. Et ob hanc maxime causam easdem reliquias ibi rogatu Imperatoris recondidit, non sine effectu congrua fiducia, sponsionisque suæ, cum nihil tale postmodum illic perpetratum esse certissimum sit. Hoc igitur ordine Paderbornensis Ecclesia sedes Episcopalis, tam Imperatoris sanctione, quam Apostolicæ benedictionis authoritate primitus constituta, ob causam superius memoratam commendata fuit aliquando tuitioni præsulum Capellæ Orientalis Franciæ, Wirtzburgi residentium. Hæc de his Auctor.

Quin & ante Carolum Magnum ut diximus † apud primores Francorum Reges petitos atque assignatos fuisse Episcopis atque Episcopatibus Advocatos, luculenter demonstrat diploma Pipini Brevioris Francorum Regis, quod Franc. de Rosieres *in Stemmat. Lotharing. sub numer.* 9. exhibet subsequentis tenori. 354

Pipini Francorum Regis diploma, quo ad petitionem Viomadi Archiepiscopi Trevirensis ejusdem Ecclesiæ immunitates confirmat eidemque & cellæ S. Maximini Dn. Lampertum Austriæ Mosellanicæ Ducem protectorem assignat.

In nomine Dei æterni & Salvatoris Domini nostri JESU Christi, Amen. *Pipinus* divina favente & ordinante providentia Rex Francorum. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & necessitatis tempore Ecclesias ad petitiones sacerdotum nostrorum relevamus juvamine, id nobis & ad immortalem vitam, temporalem transigendam, & ad æternam fœlicitatem obtinendam profuturum liquido credimus. Proinde noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium, quam futurorum sagacitas, quod vir venerabilis Viomadus † sanctæ Trevirens. Ecclesiæ Archiepiscopus nostris obtulit obtutibus præceptum anteriorum regum Francorum, in quo erat insertum, quod prædecessores 355

tecessores Reges videlicet Francorum omnes res, quascunque boni & sancti viri pro divinæ contemplationis intuitu ad partem S. Petri Trevirens. Ecclesiæ delegaverunt, suorum decretorum auctoritatibus confirmaverunt, & Duces Austriæ Mosellanicæ tam inferioris, quam superioris *Protectores*, *Rectores & Advocatos* dederunt, quatenus eorum Regnum superno auxilio tueretur, & postmodum cum Christo Rege Regum regnarent in cælis. Pro rei firmitate ac veritate idem præfatus Præsul Viomadus postulavit Celsitudinem nostram, ut *paternorum ac prædecessorum Regum mores sequentes*, hujuscemodi auctoritatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam sancti Petri de eisdem rebus fieri juberemus, ac ei *Ecclesiæque suæ protectorem, rectorem & Advocatum daremus.* Cujus petitioni libenter consensum præbuimus & hoc nostræ auctoritatis & protectionis præceptum erga ipsam Ecclesiam pro divini cultus amore, & animæ nostræ remedio fieri decrevimus, per quod præcipimus ac jubemus omnes facultates, vel res ad Ecclesiam Sancti Petri Trevericæ urbis pertinentes, scilicet Cellam S. Hilarii, quæ modo appellatur Cella sancti Maximini, quæ est in territorio sancti Petri principis Apostolorum constructa, castella, vicos, villas, vineas, sylvas, homines vel quicquid largiente clementia divina deinceps ad augmentandam eandem Ecclesiam, circa Rhenum, Ligerim, vel Mosellam fluvios in regno nostro insistentia omnia super Jure & potestate sancti Petri Trevirens. Ecclesiæ ejusque Pontificis perpetualiter mancipatura permanere. Pro qua re melius observanda & ut præfatarum Ecclesiarum res prospere serventur, videlicet beati Petri & beati Hilarii ne deinceps à grassatoribus quicquam molestiæ inferatur, damus præfatæ Ecclesiæ beati Petri Trevericæ urbis & fratribus sæpe nominatæ Cellæ beati Hilarii quæ modo appellatur cella sancti Maximini Episcopi, quæ est in prædio sancti Petri constructa, † *protectorem*, *Rectorem*, *Advocatum* illustrem Dominum Dn. Lampertum Austriæ Mosellanicæ ac Moselant Ducem, Martini Ducis filium stirpe regia ortum, cui hæc omnia fideliter observare præcipimus. Præterea pari modo statuimus, ut nullus ex Ducibus Judicibus vel aliquis ex judiciaria potestate in Monasterio circa Ecclesias, cellas, vicos, agros, vineas, homines, vel loca alia impedimenta ponat, sed liceat memorato Præsuli suisque successoribus omnia præfata in integrum perpetuo tempore pro remedio animæ nostræ, seu parentum nostrorum, illud, sicut in præcepto piissimorum antecessorum nostrorum continetur, quieto ordine possidere & nostro fideliter parere Imperio, ac Domini Lamperti, ut ipsi valeant pro incolumitate nostra & Dominæ Berthæ Græcæ, ac Hungaræ uxoris nostræ, videlicet & prolis pro Carlomanno, Carolo, Pipino, ac cæteris tam vivis, quam mortuis, seu etiam totius regni nobis à Deo collati ex ejus clementissima miseratione per immensam conservandi, principibus una cum clero & populo nobis subjecto Dei immensam clementiam jugiter exorare. Et quicquid de præfatæ Ecclesiæ rebus jus Fisci exigere poterat, in integrum eidem, ac præfatæ Ecclesiæ concessimus, scilicet ut perpetuo tempore ad peragendum Dei servitium, augmentum & levamen fiat. Hanc itaque auctoritatem nostri præcepti, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei nomine Ecclesiæ nostris videlicet diligentius, præsentibus & futuris temporibus verius credatur, & diligentius à successoribus nostris conservetur, manu propria cum Lamberto Duce parente nostro subterfirmavimus & annulorum nostrorum impressionibus jussimus signari. Data 5. Calendar. Jul. Indictione 4. Anno nono regni nostri, Actumque Culpiati feliciter in Dei nomine.

356

Pipinus Francorum Rex. †
Lampertus Dux Austriæ Mosellanicæ ac Moselant. †

Hæc auctoritas duobus sigillis signata est: Uno aureo Domini Pipini Regis, in quo insculptum est scutum aureum plenum liliis: altero cæreo Domini Lamberti, in quo impressum est scutum partitum, pars prior ornata est cruce ac carbunculo, secunda fascia.

357 Simili omnino diplomate † Carolus Magnus adhuc Rex Francorum annis insecutis ejusdem Archiepiscopalis sedis protectorem constituit Dn. Loherum Austriæ Mosellanicæ ac Moselant Ducem prædicti Domini Lamperti Ducis filium, ceu patet ex diplomate per Francisc. de Rosieres *ante Stemm. Lotharing. ac Barr. Ducum sub num.* 12. inserto. quod cum iisdem pene verbis uti præcedens conceptum sit, id tanquam superfluum apponere prætermisimus.

358 Quandoque etiam ipsi † Imperatores, fundatos à se Episcopatus in specialem summi Pontificis protectionem commiserunt, cujus rei unum de multis exemplum, quod *Henricus* II. Imperator vitæ sanctimonia ac rebus præclare gestis celebratissimus, suggerit, in argumenti comprobationem adducam.

Episcopatus ab Imperatoribus interdum in summorum Pontificum protectionem traditi ac commissi.

359 Is † enim *S. Henricus* ante Imperialem inaugurationem Rex adhuc Romanorum cum ardentissima divini cultus augendi cupiditate inflammatus, ex paterna hæreditate erexisset Episcopatum Bambergensem (cui hodie R. ac Illustr. Princeps ac Dn. Dn. *Joan. Godefridus*, ex antiquissima & nobilissima Aschhusianæ domus, familia genitus, singularibus Virtutum ac eruditionis ornamentis excultus Heros, tanta cum laude & Ecclesiæ utilitate præest, ut eidem, inaudito exemplo postea etiam Anno 1617. Episcopatus Herbipolensis ac Ducatus Franconiæ, per justissimam electionem ac summi Pontificis indultum simul commissus fuerit, qui & inter tot Germaniæ Episcopos, ut nomine Electi Imperatoris Matthiæ, piissimæ recordationis, ad Paulum V. summum Pontificem,

Joan. Gothefridi Episcop. Bambergensis ac Herbipolensis commendatio.

tificem, Anno 1612. honorificam Legationem obiret eloquentiæ ac fortitudinis dotibus præ reliquis pollens dignus judicatus ac habitus fuit,) incredibili in sedem Romanam pietatis studio incensus Episcopalem † à se immensis opibus fundatam Ecclesiam Bambergensem, cum civitate aliisque ad eam pertinentibus terris, in perpetuam summi Pontificis protectionem ea munificentia tradidit, ut annis † singulis Episcopus Bambergensis in clientelæ fidem Equum album phaleratum eiñ weissen Zelter Romano Præsuli mittere teneretur, cujus rei testis est Leo Ostiens. *libr.* 2. *Chron. capit.* 47. idque ostendit etiam inprimis diploma ipsius Imperatoris, quo patrimonia Romanæ Ecclesiæ ab antecessoribus collata *Benedicto Pontifici*, gratitudinis ergo, & pietatis in principem Apostolorum amore confirmavit. Ejus copiam suppeditat Cardinal. Baron. *libr.* 11. *Annal. Eccles. Ad annum* 1014. *numer.* 7. In qua inter cætera ista, ad hanc rem pertinentia verba continentur.

360

361

Sub Tuitione præterea sancti Petri & vestra vestrorumque successorum prætaxatum Episcopatum Bambergensem offerimus, unde sub nostræ pensionis debito equum unum album phaleratum ex ejusdem loci Episcopo, vos annualiter suscepturos sancimus. Hæc ex diplomate prædicto.

Confirmatur eadem ab Henrico delata summo Pontifici Bambergensis Episcopatus Tutela literis † *Benedicti* Papæ, qui & ipse Basilicam personaliter Deo consecravit, ad *Eberhardum* primum Ecclesiæ Bambergensis Episcopum, de confirmatione ejusdem Episcopatus, in hunc modum scriptis.

362

Benedictus Episcopus servus servorum Dei dilectissimo, in Domino JESV *Christo, filio Eberhardo S. Babenbergensis Ecclesiæ venerabili Episcopo perpetuam salutem.*

Benedicti II. Papæ diploma quo Bambergensis Episcopatus ab Henrico II. Imp. erectus confirmatur, & equi albi quotannis sedi Romanæ offerendi pensio continetur.

Quandocunque nostræ Apostolicæ corroborationis pie exposcitur suffragium, celeri affectu est tribuendum. Et si in his exposcitur quæ durare perpetuo videntur, literis est etiam annotandum, ne prolixitas temporum posteris hoc reddat dubium vel incertum. Quapropter notum esse volumus cunctis S. Ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris, quod de Episcopatu, quem Christianissimus *Henricus* Imperator ad honorem Principis Apostolorum Petri *Babenberga* devotissime perfecit, actum in eadem Ecclesia nobis præsentibus sit. Sæpius enim obnixe dictus Imperator fervens nimio amore Episcopatus, quem tactus divino impulsu perfecerat honorifice ad confirmandum eum Apostolica auctoritate *Babenbergam* adire nos deprecatus est, cujus deprecationes assiduas & indesinentem instantiam de justo desiderio procedere cognoscentes, iniquum judicavimus præsentiam nostram illi denegare, & inde humanam calliditatem contra venerabilem locum aliquando occasionem sumere. Venimus † ergo *Babenbergam*, ubi ab eodem Imperatore suscepti sumus, prout poterat, & noverat, melius. *Ecclesiam autem cum omni integritate Episcopatus sancta Romana Ecclesia, cui Deo auctore præsidemus, & nobis obtulit.* Quod videntes æquum consideravimus, seriem hujus nostri privilegii & Episcopatum confirmare in perpetuum, eumque tibi, dilectissime, & tuis successoribus concedere, ea videlicet ratione, hoc ordine, ut nullus unquam viventium, cujuscunque sit dignitatis vel ordinis contra hanc nostram confirmationem Episcopatus venire audeat, vel contra te tuosque successores ob hoc agere; neque liceat ei de omnibus, quæ nunc habet, vel habiturus est prælibatus Episcopatus, vi, fraude, aut iniqua calliditate aliquid abradere; vel te tuosque successores de his omnibus inquietare aliquo modo, *ita sane, ut singulis quibusque Indictionibus sub nomine pensionis equum unum album nobis nostrisque successoribus persolvat, cum sella conveniente Romano Pontifici.* Si forte, quod non optamus, aliquis superbus aut arrogans temerario ausu contra hanc nostræ præceptionis seriem, pie à nobis promulgatam, venire aut agere tentaverit sciat se Domini nostri JESV Christi, & Apostolorum principis Petri, cui oblatus à dicto Imperatore Episcopatus est, cum suis pertinentiis & cujus suffragium & judicium per nos nostrosque successores expectat, anathematis vinculo innodatum & cum diabolo & cum ejus atrocissimis pompis atque cum Juda traditore Domini & Salvatoris nostri æterno igne concremandum.

363

Qui vero pio intuitu curator & observator hujus nostræ salutiferæ præceptionis extiterit, benedictionis gratiam & cælestis retributionis gaudia à justissimo Judice Domino consequatur. Scriptum per manus Raphonis Notarii Regionarii & Scriniarii S. Romanæ Ecclesiæ.

Ejusdem insuper Advocatiæ per Imperatorem Henricum summo Pontifici commissæ evidens indicium facit, Leonis IX. diploma, quo Ecclesiæ Bamberg. privilegia ab eodem roborata legimus; integrum id nobis exhibet pietate ac doctrina insigni præditus Societat. JESV Theolog. P. Jac. Gretser. *in vita S. Heinr. Imp.* ejusd. studio nuperrime publicata, *c.* 18. quod cum satis prolixum sit verba duntaxat huc inservientia hoc loco adduxisse sufficiat, quæ sic habent: *Insuper* inquit *Leo*, *pro nostra auctoritate sancimus, ut in terminis ejusdem Ecclesiæ nulla sit infestatio tyrannorum, vel aliorum quorumlibet hominum pravorum, sive sint in Civitate ipsa Babenberg, sive in castellis, villis, servis, ancillis, tributariis, decimis, forestis, sylvis, venationibus, piscationibus, molendinis, campis, pratis, pascuis, agris cultis & incultis, aut quicquid modo illuc pertinet, aut in futurum juste acquiri poterit per nostra Apostolica auctoritatis privilegium corroboratum, in secura permaneat quiete. Nullus ibi Comes aut Judex placitum seu districtionem aliquam facere vel tenere audeat, nisi quam per concessionem gloriosissimi Imperatoris secundi Henrici vel successorum ejus, Episcopus ejusdem loci deliberaverit; nulla in aliqua dignitate posita magna parvaque persona irruat. Sit † ille Episcopatus liber Romano tantum Mundeburdio subditus: quatenus Episcopus liberius & delectabilius cum clericis suis servitio Dei possit insistere, & HEINRICI Primi Imperatoris ejusdem loci venerabilis fundatoris, nostrique ac successorum nostrorum HEINRICI*

364

quoque

quoque clarissimi filii nostri secundi Imperatoris atque omnium, quibus debitores sumus, memoriam jugiter habere, &c.

365 Caeterum, † ut annuo illo tributo Bambergensem 366 Ecclesiam liberaret *Henricus* † *Junior*, vice Bambergæ tradidit eidem Romanæ Ecclesiæ *Beneventum* tempore dicti *Leonis IX.* Romani Pontificis. Cum enim 367 Papa † Abbatiam Fuldensem, aliaque nonnulla loca & cœnobia in terris Imperii sita, quæ S. Petro antiquitus donata feruntur ab Imperatore reposcens exegisset; demum Imperat. pleraque in Ultramontanis partibus ad suum Jus pertinentia illi pro Cisalpinis quasi per concambium tradidit, ut testatur Hermannus *in Chron. Anno* 1053. Et hac ratione Leo Ostiens. *libr.* 2. *c.* 47. *Beneventum* quoque ad sedem Apostolicam pervenisse asserit hisce verbis: *Hic idem Augustus ex sui patrimonii sumptibus construxit Ecclesiam ad honorem S. Georgii, quam Advocato Benedicto Papa consecrari fecit; Episcopalemque in ea sedem constituens beato Petro ex integro obtulit, statuto per annos singulos censu, equo uno optimo albo, cum ornamentis omnibus & phaleris suis, centumque marchis argenti. Postea Leo Nonus Papa Vicariatus gratia loco scilicet Babeberga Beneventum ab Henrico Conradi filio accipiens prædictum Bambergense Episcopium sub ejus ditione remisit, equo tantum, quem prædiximus sibi servato.* Idem attestatur *d. libr.* 2. *c.* 85. dum ait: *Tunc inter ipsum Apostolicum & Imperatorem facta est commutatio de Benevento, & Bambergensi Episcopio*, sicut eam supra retulimus. Sebast. Munster. Cosmogr. *lib.* 3. *de German. ad Bamberg.*

Episcopatus interdum ab Imperatoribus in propriam ac specialem protectionem adoptati atque suscepti.

368 Denique Imperatores non solum, ut dictum est, Episcopis Advocatos constituerunt, sed multoties etiam ipsos Episcopatus ac sedes Episcopales in † specialem protectionem adsumpsere, id quod jam olim temporibus Carolinis fieri consuetum fuisse, ex subsequenti Arnulphi Imperatoris Diplomate quo idem Episcopatum † Pataviensem more antecessorum Augustorum, in suam defensionem recepit, satis manifeste colligitur. Ipsum autem Diploma subsequentis tenoris est.

Diploma quo Arnulphus Imperator Episcopatum Passaviensem in specialem protectionem recipit.

369 In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. ARNOLPHUS divina favente clementia, Imperator Augustus.

Si liberalitatis nostræ munere, locis Deo dicatis, quiddam beneficii conferimus & necessitates Ecclesiasticas, ac petitiones servorum Dei, nostro relevamus juvamine, atque Imperiali tuemur munimine, Id nobis ad mortalem vitam transigendam temporaliter, & ad æternam feliciter obtinendam, profuturum liquido credimus.

Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, industria, quod *VVichingus Pataviens. Ecclesiæ præsul venerandus*, obtulit nobis authoritates immunitatum, piæ recordationis *Caroli* atque *Ludovici*, serenissimorum videlicet Imperatorum in quibus continebatur insertum, qualiter ipsi prædictam sedem (quam *Vivilo quondam sanctæ Laureacens. Ecclesiæ Archiepiscopus*, post excidium & miserabilem Barbarorum devastationem ejusdem Laureacen. Ecclesiæ, nuspiam alibi inventa suæ tuitionis securitate, primus episcopavit, *Otilone strenuo Bavarorum Duce* concedente, qui etiam Canonicos & Monachos quos Dei misericordia hostium subtraxerat prædæ in Ecclesia, quæ est constructa in honore *sancti Stephani protomartyris* Christi, ubi etiam *sanctus Valentinus* corpore requiescit, reverenter collocavit) quam vero, cum omnibus ad eam pertinentibus vel aspicientibus, *sub immunitatis suæ defensione* consistere fecerant, & confirmaverant, ut quicquid ex liberalitate Imperatorum atque Regum sive Ducum, vel cæterorum fidelium, eidem sedi collatum fuerat, perpetuo ejus ditione consisteret. Ad hæc etiam chartulas traditionum, quas prædictus *Otilo & filius ejus Tassilo Duces Bavariorum*, ob ejusdem sanctæ Pataviens. Ecclesiæ restaurationem vel amplificationem, fecerant obtutibus serenitatis nostræ, præferens idem præscriptus Pontifex, in quibus legebatur, quod iidem prædicti Duces ad eandem sedem areas & mercatum, cum integro thelonio suo ac mancipia utriusque sexus, molendina, piscationes, & vineas, & quicquid in eadem urbe, vel circa eam, visi sunt in proprium possidere, nihil extra dimittentes, omnia in omnibus *sancto Stephano, Sanctoque Valentino* jure perenni tenenda tradiderunt.

Nos autem divino amore compuncti & tam earundem conscriptionum testimoniis, quam etiam prædicti pontificis precibus commoti, *pium morem antecessorum nostrorum*, videlicet gloriosissimorum Augustorum, exequentes, *eandem sedem, cum omnibus sibi subjectis, in simili sub nostræ defensionis mundiburdio, & immunitatis nostræ defensione constare decrevimus, atque jubemus*, ut sicut à prædictis Principibus constat eandem sedem sub eorum immunitate hucusque vigere, ita deinceps sub nostra permaneat defensione, & per hoc nostrum Imperiale præceptum non solum istas immunitates confirmavimus, sed etiam omnium Imperatorum seu Regum, sæpedictæ Ecclesiæ noviter vel antiquitus collata munimus atque renovamus præcepta; & si quicquam adhuc est, quod ex prænominata Urbe Fiscus noster exigere poterit, hoc totum pro luminaribus & necessitatibus ejusdem Ecclesiæ expendendum ipsi quoque tradimus. Et insuper præcipimus, ut in præfata urbe à modo nullus Judex publicus, vel quislibet vir ex curiali dignitate, placitum aut comitatum habere præsumat, vel omnino super familiam vel suburbanos aliqua sæcularia sive judiciaria in ea exerceat negotia; sed Advocatus atque Patronus sanctæ Dei casæ sub ditione illius sedis Episcopi constitutus, quæcunque illic sunt disponenda, ipse, & non alius, ordinet & examinet. Præterea similiter jubemus, ut nihilominus quispiam in Ecclesias, & Abbatias, sive cellulas, aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in

in quibuslibet plagis vel territoriis, infra imperium Regni nostri, juste & legaliter memoratum, tenet vel possidet Monasterium, vel ea quæ deinceps per præcepta Regum, vel quorumlibet traditiones fidelium in jure ipsius Monasterii voluerit divina largitas augeri, temerarie vim sive usurpationem aut rapinas, vel pressuram moliri audeat: nec nos, nec ullus successorum nostrorum, deinde munera, aut convivia, aut ullum coactum servitium accipere satagat: & ubicunque vero loca ejusdem Monasterii forestis nostris adjaceant, inde omnia ligna ædificiorum pastum & pascua sine censu sumant. Prænominatorum itaque sanctorum negotiatores in aquis & in arvis sine theoloneo ubique pergant. Aurifices autem eorum quoscunque permiserint præfatæ sedis Antistes non aliter, quam nostri, omnibus fluminum arenis absque contradictione utantur: & penitus nulla judiciaria persona homines illorum in ullo restringere tentet: Nullus, sicut prædiximus superioris vel inferioris ordinis Republic. procurator vel quælibet persona, ad causas tribunicio more audiendas, vel freda exigenda aut mansiones seu paratas faciendas, parafredos aut fidejussores tollendos aut homines, tam ingenuos quam servos distringendos, ullo modo super terra ipsius Ecclesiæ commanentes, nec ullas publicas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas, exigere conetur; sed liceat memorato pontifici, suisque successoribus, res prædicti monasterii, cum omnibus sibi subjectis & rebus & hominibus ad se juste respicientibus, sub tuitione atque immunitatis nostræ defensione, remota totius judiciariæ potestatis inquietudine quieto ordine possidere & regere & nostro fideliter parere imperio, atque pro incolumitate nostra, conjugisque & prolis, seu totius Regni nostri à Deo collati una cum Canonicis & Monachis sibi subjectis, Domini immensam clementiam jugiter exorare delectet. Et ut hæc immunitatis & donationis nostræ auctoritas plenissimam, in Christi nomine, per cuncta volventis mundi curricula obtineat stabilitatis firmitudinem, manu propria subtus eam confirmavimus & annuli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domini Arnolfi Serenissimi Imperatoris Augusti. Engilbero Notarius ad vicem Theodmarii Archicapellani recognovi. Datum 5. Idus Septembr. Anno incarnat. dominicæ D. CCCXCVIII. Indict. prima Anno II. Regis Arnolfi, Imperii autem ejus III. Actum Reganespurck, Regio Palatio, in Dei nomine feliciter, Amen.

370 Sic etiam quondam Imperator *Ludovicus* I. patrem proavumque imitatus *Episcopalem Ecclesiam Patavinam*, sub Patrocinium suum recepit, sicut memoriæ prodidit Carol. Sigon. *de regno Ital. libr.* 5. *ad Annum* 849. qua de re apud eundem extat diploma cujus partem ascribere consuetudinis illustrandæ gratia placet.

Deprecatus est clementiam nostram *Rorius Episcopus*, ut suam sedem sub nostram defensionem susciperemus; cui obsecuti, hoc nostræ immunitatis præceptum fieri jussimus, quo cavemus, ne quis Comes, Gastaldius, vel Judex, seu quilibet Reipubl. minister, vel quispiam ex Judiciaria potestate, in Ecclesiis, xenodochiis, loca, agros, possessiones memoratæ Ecclesiæ quas nunc in quibuslibet pagis ac territoriis intra ditionem Imperii nostri juste ac legaliter possidet, vel ea, quæ deinceps in Jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas cujusvis Judicum more audiendas, aut freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas aut fidejussiones tollendas, aut homines ipsius sedis tam ingenuos quam & servos distringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, aut ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat, sed liceat memorato Episcopo ejusque successoribus res prædictæ Ecclesiæ cum Ecclesiis baptismalibus oratoriis, xenodochiis, cum omnibus rebus & hominibus ad eam juste & legaliter aspicientibus, quiete vivere & residere. Datum VI. Idus Februarias, Anno Christo propitio Imperii Domini Lotharii Pii Imperatoris XXVI. & Ludovici gloriosissimi Augusti in Italia VI. Indictione 12. in Palatio regio.

371 *Præter Imperatores alii etiam Principes inferiores, Episcopatuum Patrocinii fusc.*

Nec vero Imperatores tantum, sed & alii † Principes ac Comites sæculares, laudabili Cæsarum exemplo Episcopatuum Tutelam suscepere, cujus rei in Germania passim plurima remanserunt vestigia, † unde Episcopatus Tridentinus & Brixiensis sub præsidio Tutelari Sereniss. *Archiducum Austriæ* existunt, cujus fit mentio in recessu Imperii Anno 48. §. Nach dem auch in der Regierungs handlung/ ibi. deren sie sich von bessers Schutz vnd Schirms wegen / gegen vnsern vnd seiner Lieb löblichen Voråltern / vnd seiner Lieb selbst begeben / Knichen. *Comment. de Sax. non provoc. Jur. verb. Ducum. capit.* 5. *numer* 497. Sic † & iidem Advocati sunt sedis *Salisburgensis*, & *Laureacensis* hodie *Passaviensis* ab *Henrico* IV. Imperatore Anno 1058. constituti, ceu nominatim attestatur Lazius *comment. Reipub. Rom. lib* 12 *c.* 9. *sect.* 6. ubi meminit diplomatis ac privilegii Sereniss. *Austriacis Principibus* à prædicto *Henrico IV.* Cæsare desuper dati, ea vero Advocatiæ ac † protectionis prærogativa primum à dicto Imperat. concessa est *Ernesto Austriæ Marchioni* ob suam contra Hungarorum incursiones assiduam fidelem ac felicem navatam operam, cujus privilegii finis sic habet de verbo ad verbum.

372

373

Insuper intuiti sumus cum puro desiderio nostræ mentis, quod prænominatus illustris Princeps *Ernestus Marggravius Austriæ* adeo bene meritus & dignus est, quod eidem ipsum S. Romanum Imperium adjutoriosum esse debet, quia ipse situatus & constitutus est in

uno

uno fine Christianitatis, & omni tempore incitat, & exercet opera Domini nostri JESU Christi. *Damus & concedimus nos eidem in adjutorium & subsidium illos Episcopatus cum omnibus bonis ipsorum, qui hactenus à longævis temporibus cognominati sunt & fuerunt* JUVAVIA *&* LAUREACENSIS, ita tamen, quod ille prænominatus *Ernestus Marggravius* & sui successores, ac terra Austriæ *Advocati* & Domini super illis esse debeant. Insuper concedimus nos & damus sæpe nominato *Ernesto* suisque posteris, ac ipsi terræ Austriæ, illam gratiam, quod ipsi gladium judicii ipsorum & banderiam sive vexillum terræ ipsorum publice ante Imperium & ante totum mundum & populum deferre debeant, atque possint. Quia ipse & sua terra sæpius laudabiliter in Dei servitio emicuit, & apparuit gloriose. Et ut hæc nostra traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc paginam inde conscribi, manuque propria (ut subtus videtur) corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domini Henrici IV. Regis. Gevehardus Cancellarius vice Luitpoldi Archicancellarii recognovi. Dat. 4. Non. Octob. Anno Dominicæ incarnationis 1058. Indict. 11. Ann. autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis quinto, regni vero secundo. Actum Purrinpucho in Dei nomine feliciter, Amen.

375. Confirmata autem † eadem vetustissima Advocatia prædictorum Episcopatuum fuit in Serenissimam familiam Austriacam per Carolum V. Imperatorem Anno 1522. in Constitutione von Gerechtigkeit des Hauß Oesterreich / quæ extat *in farragine Privilegiorum cui Titulus*, Privilegien oder Freyheiten / welche Römische Keyser vnnd König den Andern Obrigkeiten deß Heiligen Reichs allergnädigst mitgetheilt haben / ꝛc. *pag.* 28. In *privilegio autem Austriaco numer.* 18. ista habentur. Die Bisthumb vnd Stifft Saltzburg vnd Passaw/mit allen jhren Gütern/ gehören vnder die Casten-Vogthey deß Landts Oesterreichs. Sic & idem Lazius *d. libr.* 12. *c.* 8. *section.* 7. *de Republ. Roman.* multis in comprobationem adductis diplomatis circa

376. finem ejus capitis addocet, Comites † à Thrasma antiquissimos, multis sæculis *Episcopatus Ratisponensis Advocatos ac Tutores extitisse*, donec eorum stirpe circa annum incarnationis Dominicæ 1300. deficiente, Austriæ Principes feuda omnia ab Imperatore Friderico Primo acquirentes Provinciæ suæ adjecerunt. Ita enim Engelbertus Comes à Thrasma, qui & Comitatum Rittenburg & Falckenburg in Bavaria habuit, citatur à Gebhardo Archiepisc. Salisburgensi in exordio Admontensis Styriæ opulentissimi Cœnobii, ab hoc Episcopo fundati, cognomento adjecto *Advocati Ratisponensis Ecclesiæ*, una cum suis militibus Gunthero, Berchtold. de Algersdorff/ Udiscalio & Reginhardo de Wolfsynhoven Adalramo, Herdiodo & Hunricho de Rètenbach/ atque Ernesto etiam de Rettenbach/ de Anno humanæ redemptionis 1070.

377. Præbet etiam ejusdem rei testimonium † diploma à Wolfgero Episcopo Pataviensi Monasterio S. Hippolyti in Austria concessum Anno 1127. cujus seriem verborum non gravabor subjicere.

Wolfgeri Episcopi Pataviensis diploma, quo concambium quoddam inter prædictum Episcopum, ac Monasterium S. Hippolyti super prædio Wolfsperg innuitur, & Harduicum Ratisponensis Episcopatus Protectorem fuisse docetur.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, WOLFGERUS *Dei gratia Pataviensis Episcopus*, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Cum signatum sit super nos lumen vultus Dei: consequens esse rationis atque salutis argumento probatur, ut trutina discretionis solerter utentes, in lumine vultus ejus humiliter ambulemus, & actus nostros ita certo libramine moderemur, quatenus in transactis conscientiam nostram sero facti non pœniteat, nec de futuris anxia solicitudo animum jugiter torqueat. Est quoque contra, quod ejusdem illuminationis & gratiæ dono summopere conandum dignoscitur, ne videlicet edax rubiginosæ vetustatis oblivio, gesta vel statuta, seu quævis hominum negotia, quæ digna sunt memoria, facile possit abolere. Sane propter hæc & alias necessitudinum occasiones provida veterum solertia, posteritati consulens, salubriter adinvenit & statuit, ut singulæ mortalium ætates temporum suorum gesta scitu digna publicis literarum instrumentis, successoribus suis licite transferrent, atque sic tenenda mandarent, ut mandata perpetuitatis Jure munirent. Nos igitur eodem cautionis genere rationabiliter utentes, omnibus Christi fidelibus præsenti pagina manifestamus, quod communicato prudentium virorum consilio, cum dilectis filiis & fratribus nostris in sancto Hippolyto de prædio suo, hoc est, tribus beneficiis in Wolffsperg Jure concambii convenimus, eo tempore, ut ipsi Cathedratum nostrum, scilicet quatuor talenta in parochia suâ capellæ perenniter habeant: nos vero & Pataviensis Cathedra, memoratum jam prædium perpetuo Jure jam possideamus. Mox & Sigefridus Pincerna *dilecti nostri Harduci, Ratisponensis Advocati*, domum suam cum prædio, quod in eodem loco prius habuit, nobis in proprietatem & possessionem libere tradidit, ipsumque cum prædicto concambii prædio facto nobis hominio, sibi cum uxore & parvulis Jure feudali suscepit. Hanc itaque facti nostri seriem præsentibus scriptis adnotatam, ut perenniter inconvulsa maneat & illibata pontificibus, Jure confirmamus & impressione sigilli nostri consignavimus. Et ne quis eam infringere præsumat, authoritate Domini nostri JESU Christi, omniumque Cœlestium Virtutum potestate, imo per timendum diem Judicii sub anathematis interminatione denunciamus. Facta sunt hæc præsentibus Ecclesiæ nostræ ministerialibus Richero de Wesen / & aliis quam plurimis. Præsentibus quoque Hadamario de Kunringk / Wehrnero de Veldsperg / & Wehrnero de Celfyng / aliis quam plurimis *Harduici Advocati Ratisponensis, vasallis. Acta Anno Domini 1127.*

378 Ex quo diplomate colligitur Advocatos † Ratisponenses, ut Principes Imperii habuisse non solum vasallos, qui hodie Baronum dignitate ac prærogativa in Austria supersunt, verum etiam peculiares ac hæreditarios habuisse vasallos ac ministeriales pincernas ac dapiferos, quæ privilegia non nisi Principes habere consueverunt.

379 Idem quoque authbr *c. 3. d. fell. 7.* attestatur † Ottocarum Styriæ Marchionem secundum circa annum Domini 1100. Frisingensis Ecclesiæ ab Imperio Advo-380 catum institutum fuisse. Sic etiam tempore † Henrici III. Imper. circa annum Christi 1096. Episcopatus Augustanus Advocatos habuit Conradum & Wehrnerum fratres, Comites à Baltzhausen/ & Schwabeck/ 381 qui † & magnificentissimum Sueviæ Præmonstratensium Cænobium Urbengense fundaverunt. Crus. *Annal. Suev. p. 2. lib. 8. c. 14.*

382 Comites † insuper de Hirsberg Episcopatus Aichstadiani leguntur fuisse protectores, è quorum familia 383 † Gebhardus cum liberis careret, circa Annum Domini 1300. eidem Episcopatui, cujus ante Advocatus fuerat Comitatum Hirsberg legavit, uti testatur Wolf. Lazius *lib. 7. de migrat. gent. in Genealogia eorund. Comitum n. 9.* Unde de donatione facta Episcopatui Aichstadiano isti leguntur in Annalibus Rythmi:

Montem cervorum clarum, castrumque decorum
Et rus, Chunrado Gebhardus ego tibi trado,
Quas Wilibalds vice suscipias patrie almi,
Æternam ut requiem mihi is impetret atq; salutē.

384 Cæterum nedum Episcopi sed & ipsi Canonici suos olim peculiares habuerunt protectores, testatur id pervetustus Annalium Austriæ Codex, quem Wolf. Lazius Viennensis invictissimi quondam Romanorum Regis Ferdinandi Historicus *in tract. de migrat. gent. sæpius allegat.* ubi *lib. 7.* de Boiis *in Genealogia Comitum de* Scherdingen & Newburg §. die Herrschafft von Andegß/ rc. reperitur † Comites Andecenses de S. Monte pos-385 sessores castri Newenburg supra Patavium fuisse *Advocatos Canonicorum Pataviensium*: id quod dictus Codex hisce verbis innuit: Es gehört auch darzu die Vogthey der Chorherrn von Passaw / die kaufft Hertzog Friedrich umb zweyhundert Pfund / und gehört auch zu Newburg / rc.

Canonici speciatim quoque in aliorum protectionem ac Tutelam suscepti.

386 Sic etiam Canonicos † antiquissimæ Ecclesiæ collegiatæ Syndelfingensis diœcesis Constantiensis in primæva sua institutione certos habuisse Advocatos testatur Crusius *Annal. Suev. part. 2. libr. 8. capit. 6.* de cujus fundatione ejusque Protectoribus Naucler. *part. 2.* 387 *generat. 37.* ita scribit. *Fundatum est*, † inquit, *Anno Domini 1083. ad instantiam Alberti Comitis de Calvve, & uxoris ejus Wilka Ducissa ex Polonis Syndelfingense Cænobium, qui primum ibi instituerunt Monachos Benedictinos. Mox vero translati fuerunt hi ad Monasterium Hirsaugiense Spirensis diœcesis, & Canonici loco illorum in Syndelfingen instituti. Deinde vero post ali-*388 *quot sæcula* † *Anno salutis 1477. ad instantiam Eberhardi inclyti Comitis in Wirtemberg & Montispeligardi senioris, nec non nobilissima D. Mechtildis genitricis ipsius ex Palatinis Rheni, Archiducis Austria Patronorum Ecclesia prædicta: præpositura Syndelfingensis cum 8. Canonicatibus & totidem prabendis auctoritate Apostolica translata est ad Ecclesiam S. Georgii in* Tübingen *ejusdem Constantiensis Diœcesis, provincia Moguntina.*

Syndelfingen Ecclesia Collegiata.

389 Multo autem post Comites † Palatini de Tübingen extincta Comitum Calwensium familia per successionem facti sunt Syndelfingensis Ecclesiæ Advocati: Rudolphum enim Comitem Palatinum Tubingens. Ann. 1257. eorundem Canonicorum factum esse Advocatum ac patronum testatur Crus. *Annal. part. 3. libr. 2. c. 1.* de cujus filio ejusdem nominis idem Crus. *libr. 3. c. 9.* sequentia in scripta retulit. *Rudolphus*, inquit. *Comes Tubingens. Rudolphi filius, dictus* Scherer/ *patrocinium gerens Syndelfingensium, & causam habens adversus Præpositum atque Capitulum, eis reditus, census, decimas, cætera bona ademit: illique loco suo excessere. Sed postea intercessione soceri Ulrici Schelklingensis & Friderici Nippenburgens. facta, omnia eis cum libertate restituit: jurejurandoq; se eis ea tuiturum promisit: auctarium non minuturum, etiam ad sarciendum damna, census & bona quadam ipsis dedit.* Tandem † autem cum uterque Co-390 mitatus ad Comites Wirtembergens. pervenisset, Advocatiam ejusdem loci etiam adepti fuerunt.

Similiter ex literis fundationis collegiatæ Ecclesiæ Oeringensis, † quæ anno Dom. 1037. ab Adelheide 391 Conradi II. Cæsaris matre, postea Hermanno Comiti Hohenloensi nupta, ex parochiali Ecclesia Oeringana in Canonicorum collegium conversa fuit manifestum est Burckardum † Comitem de Camberg ipso statim 392 fundationis tempore ejusdem Ecclesiæ defensorem ac Patronum constitutum fuisse. Ipsum autem fundationis ac dotationis diploma ita habet.

Ecclesia Collegiata in Oringen.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, notum sit omnibus tam futuri, quam præsentis temporis Christi fidelibus: quod ego GEBHARDUS Dei gratia Ratisponensis Episcopus, matris meæ Adelheidis justis petitionibus votisque piis & divina inspiratione conceptis annuens desideriis: in Ecclesia prius parochiana in villa Oringen, quam ego & ipsa jure propinquitatis, à piæ memoriæ Sigefrido & Eberhardo atque Hermanno Comitibus, qui novissimam inibi præstolantur tubam, cum aliis eorum possessionibus, hæreditavimus, congregationem Canonicorum institui: & ad subsidia eorum deputatis prædiis, ac facultatibus ipsius Ecclesiæ, quibus vel primitus constructa fuerat, vel jam dicti Comites cognati mei eam locupletaverant: hæc ex matris meæ prædiis, & meis superaddens: quatuor videlicet villas, quæ sunt Grenckbuch / Pfalbach / Eichen / Ernspach; cum aliis subscriptis allodii libera & legitima donatione concredidi: cum omnibus suis appendiciis, hoc est mancipiis utriusque sexus, areis, ædificiis, agris, campis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus, reditibus, viis, inviis, quæsitis, & inquirendis, omnique utilitate, quæ exinde provenire poterit; Eo etiam ordine, ut sicut ego & parentes mei liberam inde potestatem habuimus, sic & prædicti Canonici liberam habeant potestatem: tenendi, tradendi, commutandi, vel quicquid eis pro utilitate Ecclesiæ placuerit, faciendi. Concambium etiam, quod prædictus Comes Hermannus fecit cum venerabili Meinhardo Wirtzburgensi Episcopo, totius cleri & familiæ S. Kiliani, dans ei pro duabus partibus decimam sæpedictæ Oringensis Ecclesiæ: quæ prædecessorum suorum, & ipsi-

Diploma Gebhardi Episcopi Ratisponensis, quo fundatio Collegiata Ecclesia Oringensis continetur, & Burchardus Comes de Kamberg Advocatus constituitur.

& ipsius eatenus juri cesserat tertiam partem semper habendo Parochiano: dimidiam villam Beckingen cum vinea ibidem sita, & duabus hubis in Sultzbach/ & aliis duabus hubis, in Heiligbrunnen/ & quindecim mancipia utriusque sexus: ut in perpetuum ratum sit & firmatum, authoritate mea corroboravi, admonens Præpositum loci & Canonicos, ut ex ipsa decima Episcopis Wirtzburgensibus, & eorum Legatis solitum servitium persolvendum meminerint. *Burckardum vero Comitem de Camburck* prædicto loco designavi: atque ut strenuus & studiosus creditæ sibi potestatis executor existeret, in adversis etiam *defendendo*, *propugnando* rebelles inhibendo murum se ex adverso opponendo: in prosperis vero blandiendo, favendo, subveniendo; Clericis serenum sese ingerendo, atque ut ipsos vel res eorum, seu Colonos nulla exactionum opportunitate, vel hospitandi molestia gravaret: hac inquam de causa concessi ei & successoribus suis in beneficium dimidiam villam Halle, cum omnibus appendiciis suis & in villa Oringen decem talenta illius monetæ. Quod si, quod absit, insolens Ecclesiæ invasor esse cæperit, & huic beneficentiæ nostræ provisioni hostiliter contraierit, ab Episcopo Ratisbonensi mox collatæ illius dignitatis munere privetur, & alius, qui dignus sit Canonicis eligentibus ab eodem Episcopo, cum prædicto beneficio, ejus potestate vel honore insignitus fungatur. Hæc sunt autem omnia loca, in quibus prædia à me, vel á privatis ingenuis viris sæpedictæ Ecclesiæ tradita, & huic Canoniæ à me deputata sunt. In Oringen duæ dotales hubæ, & quatuor non dotales dimidiatæ villæ, quæ dicitur Bretsfeld/ Granßheim totum, Burckardswisen totum, totum Elhoven/ dimidium in Willere dimidium in Schwabach/ duæ hubæ in duabus villis, quæ ambæ dicuntur Bretzingen; duæ hubæ & dimidia in Selbach/ Tres hubæ in Bergeheim dimidia huba: In valle inferiori una huba & duæ areæ. In superiori autem quinque areæ, in Gruben una huba, in Pfedelbach & Masselterbach/ Eterbach/ Selebach/ & Halle inferiori triginta hubæ. Hohensteigen/ Rugarthusen/ & toto, in duobus locis, qui dicuntur Wesserbach/ quatuor hubæ, in Sindringen/ qualia Etzgo habuit in vineis & agris, Decimationem etiam omnium villarum in sylva quæ Ottenwaldt dicitur, constitutarum & adhuc constituendarum. Timens vero, ne divinum officium in eodem loco penitus cessaret, Canonia illa hæredum meorum juri proveniret; Ecclesiam ipsam cum omnibus ad se pertinentibus ad altare S. Petri Apostoli Regenspurg in proprium tradidi, ea conditione: quatenus Episcopus locum ipsum, cum omnibus rebus suis, ab omni infestatione defendat, & res ejusdem Ecclesiæ ad nullos alios usus quam ad utilitatem illorum, DEO ibidem servientium provenire permittat: nec ipse inde sibi quicquam juris aut servitii exigat: aut alicui beneficium tribuat: excepto quod Præpositum à saniore parte ipsius congregationis electum, ei investire liceat. Hujus rei testes sunt Boppo Comes de Hennenberg. Hugo Comes de Rinecken/ Adelbertus Comes de Kalb/ Boppo Comes de Lauffen/ Eberhardus Comes de Ingersheim. Burckardus Comes de Camburg. De Ministerialibus etiam S. PETRI & S. KILIANI: Algerus, Adelhardus, HartWigus, Rupertus, Liepoldus, Gotteslaus, Udalricus, Bugo, Habardus, Wernerus, Adelbertus, Conradus, Sigehardus, Heroldus, Billingus, Radelholdus, Sigefridus, Diethmarus, Sigebaldovvinus, & alii multi Clericorum & Laicorum.

Si quis autem, quod absit, hoc nostræ constitutionis privilegium infringere tentaverit, iram DEI omnipotentis incurrat, & æternæ damnationi subjiciatur. Ut autem hæc rata & inconcussa permaneant, præsentem chartam scribi, & sigilli nostri impressione insigniri curavimus. Data Wirtzburg XVI. Calend. Septemb. Anno Dominicæ incarnationis 1037. Indictione V. Anno vero Imperii Domini Conradi Imp. XII. qui & filii ejus Henrici, ex quo Rex factus est, XII. est.

Porro non Episcopatibus duntaxat & eorundem Canonicis sed † & Patriarchatibus olim etiam assignatos fuisse Advocatos memoriæ proditum est. Nam Sedis Aquileensis, quæ † tempore Beati Hermagoræ S. Marci discipuli non solum Jus metropolitanum, sed & Patriarchatus, ac secundum in dignitate Ecclesiastica locum à Romana obtinuit, per † Popponem Patriarcham Comites Goricienses Advocatos constitutos fuisse narrat idem Lazius *d.l.12.c.8.sect.4.*

393 *Patriarcharum Advocati ac Protectores.* 394 395

Et eam † quidem Advocatiam à Comitibus de Peilstein in feudum præfatis Comitibus Gorizienfibus concessam fuisse memorant *supra allegati antiqui Austriæ Annales* hisce verbis: Es hat auch die Graffschafft zu Peilstein ein Graffschafft zu Tyrol vnnd die Vogthey vber das Patriarchthumb zu Aglen/ die die von Görtz in jhr Gewalt haben/ die gehört an die Graffschafft zu Peilstein/ davon haben sie es zu Lehen/ vnd heissend jhr Mann/ die haben auch die Herrn von Görtz von der Graffschafft zu Peilstein/ rc.

396

Quin & ante hoc sub annum Domini 978. sub Syro Patriarcha ex prosapia Comitum à Pleien oriundo, † eosdem à Pleien sive Blianez nobilissimos antiquissimosque Comites, quorum sunt opera in tractu Bavariæ & Benedictbeuren/ Schlechdorff/ Staffl/ Khochlsee/ Degernsee/ & Reitenhaslach/ & in Austria Baumgartenberg/ Seitensteig/ & S. Bernardi monasterium supra Horn, ejusdem *Patriarchatus protectores fuisse* testantur *Annales Austriæ* à præfato Lazio reperti, ab eodemque *d.lib.12.c.7.sect.7.* allegati.

Monasteriorum Advocatia.

Et hæc de Episcopatibus ac Patriarchatibus in protectionem susceptis vel aliorum Tutelæ commissis, nunc quod ad † monasteria attinet, Imperatores Christiani eosque imitati Pontifices ac Principes alii, illa aut statim, ut fundata fuerunt, in propriam susceperunt defensionem, vel aliis defendenda commiserunt, aut rectoribus eorundem quos vellent Advocatos suscipiendi potestatem fecerunt. Quod ut evidentius pateat, placet rem (quando ad explicandum Advocatiæ usum multipliciter inprimis pertinet) paulo altius prosequi atque exemplis speciatim ex diplomatis antiquioribus erutis, singulatim, singulis in membris ordine explicare. 398

Monasteria ab ipsis Imperatoribus in specialem Protectionem recepta. Monasterium Ottenbeuren Diœcesis Augustanæ.

Primo igitur, ut ostendamus qualiter Imperatores, priscis temporibus, monasteria in protectionem speciatim susceperint, præter ea, quæ *hoc* ipso in *capite* de Constantino & Carolo Magno, aliisque *supra* retulimus, constat, inprimis ipsum Carolum M. insigne illud magnificum atque amplissimum Utenbeurense Cœnobium, in Diœcesi Augustana ad Guntium amnem situm, † cum primum illud à Sylacho Francorum Duce Alemanniæ præfecto ac Ilergoviæ Comite, ejusque conjuge Ermiwinda Anno 764. in honorem DEI Opt. Max. Principisque Apostolorum Petri, & Alexandri Martyris fundatum extitit, † mox in protectionem suam specialem recepisse, ceu privilegium eidem Monasterio concessum edocet, quod etsi satis prolixum sit & in nostro sacrorum diplomatum Fundationum variorumque privilegiorum ac donationum, à diversis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Principibus, Comitibus, variis Cœnobiis, collegiis atque Ecclesiis concessorum, thesauro, quem cum notis Historicis Politicis ac Juridicis Deo longiorem vitæ usuram largiente aliquando in lucem dare constituimus, contineatur, quia tamen ad rem facit, idipsum ex Bruschio excerptum hic integrum describi curavimus, quod ita habet. 399 400

Caroli M. diploma quo Monasterium Ottenbeuren in protectionem suscipit, & praeclaris privilegiis donat.

401 In nomine † Dei patris omnipotentis & Filii & Spiritus Sancti. CAROLUS à DEO *ordinatus Augustus, Magnus, pacificus. Rex Francorum. Imperator Romanorum gubernans Imperium.*

Quoniam principem ac *defensorem Ecclesiarum nos fecit Dominus*, ne ejus ingrati esse videamur munificentiæ: servitium ejus augmentare, Ecclesias multiplicare, super inceptis & constructis bene ac oportune ne post hac destruantur, potestati regali convenit tuitionem impartiri, unde quicquid ad loca sanctorum damus, vel concedimus, hoc nobis ad mercedis augmentum, vel stabilitatem regni nostri pertinere, confidimus. Quapropter notum sit omnibus Principibus nostris & fidelibus, qualiter nos ad petitionem dilectissimæ conjugis nostræ HILDEGARDIS illustris Reginæ, Abbatem nomine TOTONEM ex Monasterio quod vocatur UTENBEURA cella nova, cum hominibus una & rebus ipsius Monasterii, *sub nostro Mundiburdio & defensione, propter illicitas malorum hominum infestationes accepimus & retinemus.* Igitur à præsenti die, coram principibus nostris, decernimus, & præcipiendo præcipimus, ut nulli de majoribus atque minoribus, liceat prædicto Abbati aut hominibus ipsius Monasterii tam ingenuis quam servientibus vel in rebus quæ ad ipsam Casam Dei legitime aspicere videntur, inquietare aut calumniam facere præsumat. Sed ut diximus liceat eum, una cum jam facto Monasterio, *sub nostra tuitione quietum vivere ac residere*, ac si aliquæ causæ adversus eum, aut homines ipsius Monasterii, surrexerint, quas infra pagum, cum fidelibus suis, definire non potuerint, in præsentiam nostram reserventur, & ut omni Regno nostro & fidelibus nostris pateat, nos præfatum locum non avaritiæ vel quæstus, sed pro amore Dei & animæ salute atque defensionis causa in nostram potestatem suscepisse: Hinc à præsente die ac deinceps fratribus ejusdem Monasterii † authoritate nostra damus hanc licentiam & concedimus, ut post discessum *Tottonis Abbatis* potestatem habeant inter se eligendi Abbatem, quem meliorem secundum Regulam S. Benedicti, & aptiorem nostro servitio invenire potuerint: nobisque & successoribus nostris præsententur, quatenus Regia sublimentur authoritate, & confirmentur. Investitus siquidem per nos liberum hunc ab omni exactione curiali vel munere permittimus abire. Consecrationem & sui Monachorumque concedentes, ubi à religiosis duntaxat Episcopis, intra provinciam ordinari poterunt, liberrimam habere. Amplius præsenti sane Abbati ejusque successoribus Monachis & hominibus ac negotiatoribus præfati Monasterii, qui à nostra authoritate frequentia populi, ad reliquias sacras venientes inibi statuimus, hanc libertatis gratiam concedimus, † ut ubicunque in Regno nostro, ad negociandum perrexerint, sive in Civitates, vel in oppida, seu pontum navesque petant, sive venientes seu redeuntes, sine exactione telonii, cum pace securi transeant & pergant. Item † placuit nostræ providentiæ, in *Tottonis præfati Abbatis* potestate ponere, ut sapientum usi consiliis ex his quos inter potentes seculi noverint esse, æquitatis & fidelitatis amatores eligant suis competentibus locis, *Advocatos & defensores, si opus habuerint: Sin vero, nos nostrique successores justissimos & certissimos defensores habeant.* Sed nullus hominum sibi hanc potestatem præsumat vendicare vel quasi hæreditariam, aut aliquo jure debitam invadere, nisi quem Abbatis & Monachorum consulta approbatiora, nolunt admittere: eo tamen tenore, † ut post fidelitatem Regio jure nobis, nostrisque successoribus, Abbati tria juret Sacramenta. 402 403 404 405

Pri-

Primum, quod secundum posse & nosse justus & utilis Advocatus, in homines & res prædicti Monasterii, existat.

Secundum, quicquid placitando acquisierit, id est, injuria Bannorum vel satisfactione temeritatum, tertia sibi parte retenta, duas reddat Abbati: & nullum Advocatum vel exactorem præter se, nisi Abbatis permissione constituat.

Tertium quod nihil privati muneris vel servitii à quolibet loco, sive curte, seu à villicis vel à Cellariis, quasi ex debito & statuto jure exigat, ac mansiones & pernoctationes uspiam frequentare caveat. Ad unumquemque vero locum (quem Abbas ad placitandum ordinaverit) cum duodecim Equis & totidem viris Advocatus semel tantum in Anno, adveniat, nisi pro aliqua necessitate ab Abbate sæpius advocetur, ac tunc pro loci qualitate, ab Abbate honeste suscipiatur & procuretur. Infra locum Monasterii, nullum placitum, nisi rogatu vel voluntate Abbatis, unquam statuat, nullum de militari familia sine justa sociorum suorum deliberatione damnet, vel aliqua injuria coerceat & offendat: qui militares vel alio nomine ministeriales, optimo jure perfruantur, quo Fuldenses vel Augienses potiuntur. Amplius nullum domus servientem sine consensu Abbatis, ad judicium vel ad Bannum cogat. Quando autem hujus commissi vel in homines, vel in res (quod vulgo Wallmundt dicitur) extiterit: statim sine mora & sine præjudicio (nisi cito resipuerit) Advocatia, cum omnibus commodis sine spe recuperationis, carebit. Et ut hæc firmius credantur, & diligentius conserventur, manu propria subter firmavimus & annulo nostro insignire jussimus. Ego Landebertus Archicapellanus recognovi, & subscripsi. Data Anno incarnationis Domini 769. Actum Maguntiæ in Penthecoste, in Dei nomine feliciter. Amen.

406 Eundem in modum ab OTHONE primo Imperatore Monasterium Heremitarum Einsidlen / † quo nullum in Germania neque cœlorum Reginæ præsentia religiosius, neque Antistitum nobilitate illustrius, neque Pontificum Imperatorum ac Regum Principumque privilegiis honoratius, ac denique omnium prope nationum peregrinationibus frequentius, atque miraculis est insignius † in perpetuam Imperii protectionem receptum fuisse nominatim, *Ejusdem Monasterii Annales* per Reverendum P. F. Christoph. † Hartmannum ibid. Bibliothecarium doctissimum & diligentissimum *nuper* editi, *sub III. Eremi ABBATE EBERHARDO* ex Franconiæ Comitibus oriundo, *ad annum* 846. testantur, qui ejus rei documentum, quod ob venerationem loci quo singulariter afficimur, hic integrum reddere voluimus, intertum continens subsequentis tenoris.

Monasterium Einsidlen nobilissimum Diœcesis Constantiensis.

407

408

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. OTHO divina auxiliante clementia Rex.

Othonis I. diploma quo Monasterium Einsidlense in perpetuam Imperii protectionem recipit, eligendi Abbatis libertatem concedit, idque ab omni jurisdictione eximit.

Noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum solertia. Qualiter HERMANNUS DUX deprecatus est nostram clementiam, quatenus pro DEI amore, loco, qui vocatur MECHINRATES CELLA, ei à quibusdam suis fidelibus in proprietatem tradito, ubi Dominus EBERHARDUS Heremita Ecclesiam in honore *Sanctæ MARIAE & Sancti MAURITII*, cæterorumque Sanctorum DEI ipsiusque adjutorio à fundamento ædificavit, & cætera ædificia monachis ad habitandum construxit, quem & modo ille nobiliter regit, & monachis præest, DEO ibi sub regulari disciplina militantibus, privilegium nostræ auctoritatis atque immunitatem, quam & cæteris monasteriis concessam habemus: electionemque concederemus: Cujus petitionem benigne suscipientes ob amorem Domini nostri JESU CHRISTI nostræque mercedis augmentum, jussimus hoc auctoritatis atque immunitatis privilegium conscribi, per quod volumus † firmiterque jubemus, ut post obitum venerabilis præfati Abbatis EBERHARDI monachi ejus qui supervixerint, monachicamque vitam DEO auctore in præfata Cella observaverint, ac illorum successores, a modo & deinceps, firmissimam teneant potestatem, eligendi quemcunque inter eos Abbatem voluerint: Et ut nullus ex judiciaria potestate constitutus aliquam super eos exerceat potestatem, vel super eorum causas seu super familias intus vel foris concessas: Sed ejusdem cellulæ Abbas potestative cum suis monachis ad illorum necessarios usus firmiter possideat, absque ullius contradictione. *Et sub nostra defensione & immunitatis tuitione res illorum perpetualiter permaneant*, ad illorum, ut supra diximus, necessarios usus. Et ut hæc auctoritas hujus immunitatis ac confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur & diligentius observetur, manu propria subter eam confirmavimus & annulo nostro sigillari jussimus. Signum Domini OTTHONIS invictissimi Regis Brun. Cancellarius ad vicem FRIDERICI Archicapellani recognovit. Data VI. Calend Novemb. Anno Dominicæ incarnationis 946. Indictione 4. Regnante Domino OTTHONE Rege Anno 12, Actum Franconefurt. In DEI nomine feliciter. Amen.

409

Sic etiam paternum imitatus morem † OTTHO *Secundus Imperator* subsequentibus annis, ejusdem Monasterii Jura ac privilegia firma ac sempiterna esse jubens, Imperialem protectionem subsequenti diplomate confirmavit.

410

In no-

Othonis II. diploma quo idem Monasterium Einsidlen *in suam tutelam assumit, ejusq; privilegia corroborat.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. OTHO divina favente Clementia Imperator Augustus.

Noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum solertia. Qualiter æquivocus noster Dux Allemannorum nostram deprecatus est clementiam, quatenus pro DEI amore, loco, qui dicitur MEGINRADIS CELLA, ubi Dominus EBERHARDUS Heremita Ecclesiam in honore Sanctæ Mariæ, sanctique Mauritii, cæterorumque Sanctorum DEI ipsiusque adjutorio à fundamento ædificavit, & cætera ædificia monachis ad habitandum construxit, cui prius præerat beatæ memoriæ vir illustris EBERHARDUS, quem & modo sanctissimus vir cunctis virtutibus pollens Gregorius nobiliter regit, & monachis DEO sub regulari disciplina militantibus præest. Privilegium nostræ auctoritatis atque immunitatem, quam & cæteris monasteriis concessam habemus: electionemque concederemus. Cujus petitionem benigne suscipientes ob amorem Domini nostri JESU CHRISTI nostræque mercedis augmentum, jussimus hoc auctoritatis atque immunitatis privilegium conscribi. Per quod volumus firmiterque jubemus, ut post obitum venerabilis præfati Abbatis Gregorii monachi ejus qui supervixerint, monachicamque vitam DEO auctore in præfata Cella observaverint, ac illorum successores, à modo & deinceps, firmissimam habeant potestatem, eligendi quemcunque inter eos Abbatem voluerint. Et ut nullus ex judiciaria potestate constitutus aliquam exerceat super eos potestatem, vel super eorum causas, seu super familias intus vel foris concessas, sed ejusdem cellulæ Abbas potestative cum suis monachis ad illorum necessarios usus firmiter absque ullius contradictione possideat, *Et sub nostra defensione & immunitatis tuitione* prædia à nobis, seu ab aliis ad præfatum locum tradita, omnesque ad illorum, necessarios usus, ut supra diximus, res illorum perpetualiter permaneant. Et ut hoc auctoritatis nostræ præceptum privilegiique immunitatis firmius habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris verius credatur & diligentius observetur, manu propria subtus illud confirmavimus & annulo nostro sigillari jussimus.

Signum Domini OTTHONIS Imperatoris Augusti.

Folginatus Cancellarius ad vicem Willigisi Archicapellani notavi. Anno Dominicæ incarnationis 975. Indictione IV. Anno vero Regni OTTHONIS XV. Imperii VIII. Actum Eristein.

Non minus etiam alii Imperatores antecessorum vestigiis insistentes, alia Cœnobia in protectionem specialem assumpsere.

De OTTHONE Tertio testimonium præbent literæ fundationem Sancti Lamberti in Carinthia amplissimi Monasterii confirmantes, quod † Marquardus ac Henricus Carnorum Duces, ex illustri prosapia Comitum ab Eppenstein/ & Avelancz procedendes, ex angustiis parvi Cœnobii ab Otthone tertio Imperatore fundati, ita extulerunt, ut ad principum majestatem ac divitias, illius deinde Abbates emerserint, ac ditionem per agros tenerent decem milliariorum longitudine veteribus Comitibus fundatorum hæreditariis Dragmmel/ Eppenstein/ & Avelanz, in fiscum monasterii redactis, Wolffgang. Lazius *de Republ. Roman. libro* 12. *sect.* 6. *cap.* 4. Hoc, inquam, Monasterium idem † Imperator OTTHO III. ut diploma ab eodem concessum ostendit, in suam protectionem hisce verbis recepit.

Monasterium S. Lamberti in Carinthia 412

414

Sed & ipse, *inquit*, locus & in eodem loco DEO & S. Lamberto militaturi sub nostri sint Mundiburdii defensione suscepti, ita videlicet, quod nullus Judex publicus, vel quilibet, ex judiciaria potestate, Ecclesias aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas vel nunc idem locus S. Lamberto donatus possidet, vel quas deinceps in Jus ipsius divina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas, vel ad freda exigenda, aut mansiones vel apparatus faciendos, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ injuste distringendos aut ullas redhibitiones seu illicitas exactiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere, præsumat, sed liceat rectoribus loci supra memorati fratribusque in eodem loco CHRISTO & S. Lamberto militaturis, omnia ad eum pertinentia *sub immunitatis nostra defensione quieto jure possidere*, atque pro incolumitate nostra, nec non stabilitate regni DEI clementiam jugiter exorare, &c.

De HEINRICO † secundo OTTHONUM successore, quod pariter monasteria in specialem protectionem recipere solitus fuerit, inter multa subsequens super emunitate Monasterii Altaha in Bavaria sibi concessum ab eodem diploma abunde ostendit, quod fidei ergo hic ex Reverendi Patris Jacobi Gretseri societat. JESU Duc. Bambergensib. *in vita S. Henrici diplom.* 2. subjicere libuit, idque sic habet.

415 *Monasterium Altaha in Bavaria.*

Henrici II. diploma quo Monasterium Nider Altach *in protectionem recipit, ejusq; immunitates confirmat.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. HENRICUS divina favente clementia Rex.

Quia si piis DEI famulantium flagitationibus accommodamus benignum auditum, summæ salutis inde provenire nobis incunctanter credimus remedium. Idcirco omnium sanctæ DEI Ecclesiæ fidelium præsentium

tium scilicet & futurorum noverit religiositas, quoniam iam animæ nostræ consulentes, quam etiam dilecti nostri GODEHARDI Abbatis petitionibus obtemperantes venerabilem S. MAURITII Martyris Abbatiam ALTAHA nuncupatam *sub nostra defensionis Mundiburdium ac tuitionem* cum omnibus eidem præfatæ Abbatiæ aliquo modo adhærentibus, villis vero Iserahoff / Schwarzaha, Cælla, Gunzina, Münichdorff / Puechhoff / Oberanshauß / Usterlingen / Gotzoling / Otilingen / Richerisdoff / Baltheimengen nuncupatis, seu etiam cæteris cuiuslibet utilitatis commoditatibus, familiis, tributis, tributariis, rebus mobilibus & immobilibus, viis, inviis sylvis, saginis, aquis, piscationibus, molis, molendinis, pascuis, compascuis, sive apium pascuis, quæsitis & inquirendis, nec non justa acquisitione eidem præfatæ Abbatiæ pertinentiis *accepimus*. Præcipientes igitur regali summitate edicimus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldasio, Scapio, seu aliqua magna vel parva persona eundem jam dictum Abbatem, suosque successores præscriptis rebus inquietare, molestare vel disvestire præsumat. Si quis vero hujus præscripti nostri, quod absit, violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, hanc chartam inde conscriptam, manu propria roborantes sigillique nostri impressione jussimus insigniri. Data 6. Cal. Febr. Indictione 11. Anno Dominicæ incarnationis 1004. Anno vero Domini HENRICI II. Regis III. Actum Altsteti in DEI nomine feliciter, Amen.

414 *Monasterium S. Felicis & Regulæ in urbe Tigurina.*

Cæterum Imperatores non solum Monasteria virorum sed & fœminei sexus Cœnobia in specialem protectionem jam olim ac etiamnum hodie recipere soliti sunt. Ita enim † LUDOVICUS II. Imperator Caroli Magni Nepos, jam olim Anno scilicet 861. Sanctimonialium Monasterium, quod Tiguri in honorem Beatorum Martyrum Felicis & Regulæ condiderat, eidemque propriam filiam Hildegardem præfecerat, in suam defensionem ac tuitionem adsumpsit, ut diploma ab eodem desuper confectum & annalibus Eremiticis ad annum 86. insertum evidenter comprobat. Id vero subsequentis est tenoris.

415 *Diploma Ludovici II. Imperatoris quo Monasterii SS. Felicis & Regulæ in urbe Tigurina fundatio continetur, atque idipsum in specialem*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. HLUDOVICUS divina favente clementia Rex.

Si de rebus terrenis, quas sumus divina largitate consecuti ad loca Sanctorum ob divinum amorem regium morem decenter implentes, aliquid conferimus, hoc nobis esse profuturum ad æternæ remunerationis præmia capessenda liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium Sanctæ DEI Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum industria, qualiter nos pro Serenissimi Imperatoris avi nostri Caroli, & præstantissimi HLUDOVICI Augusti Domini, ac genitoris nostri, nec non & nostra sempiterna remuneratione, ac pro conjugis, prolisque nostræ charissimæ perpetua mercede curtim nostram Turegum in Ducatu Almannico, in pago Durgaugensi cum omnibus adjacentiis, vel aspicientiis ejus, seu in diversis functionibus, id est, pagellum Uraniæ, cum Ecclesiis, domibus, cæterisque ædificiis desuper positis, mancipiis utriusque sexus, & ætatis, terris cultis, & incultis, sylvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, adjacentiis, perviis, exitibus, & regressibus, quæsitis, & inquirendis, cum universis censibus, & diversis redhibitionibus: Insuper etiam forestum nostrum Albis nomine & quidquid in eisdem locis nostri juris, atque possessionis jure proprietatis est, & ad nostrum tradimus, quod situm est in eodem vico Turego, ubi Sanctus Felix, & Sancta Regula martyres Christi corpore quiescunt. Quod nobis videlicet eo rationis tenore complacuit agendum, ut deinceps in posterum ibidem omni tempore sanctimonialium feminarum sub regulari norma degentium, vita, conservatioque monasterialis, monastico cultu instituta, celebretur, & libentius propter hujus loci supplementum à nobis jam prædictis Martyribus debiti DEI famulatus illic exhibeatur, ac pro nostra, debitorumque nostrorum omnium mercedis augmento diligentius, ac uberius Dn. misericordia exoretur. Volumus etiam ut fidelium nostrorum noverit benevolentia, quod paterna pietate commoniti supradictum monasterium, cum omni integritate, una cum nostra traditione, in locis præfatis dilectissimæ filiæ nostræ Hildegardæ in proprietatem concessimus, ut quando, Domino militante, suoque dominatui subjectam, disciplinis regularibus, & observatione monasteriali institutione corrigat, & nutriat, locaque ipsa sibimet concessa, quantum vires suppeditent, profectibus & emendationibus augmentando provehat, ac emendet. Denique jubentes præcipimus ut nullus Judex publicus, nec Comes, nec quisquam ex judiciaria potestate in locis præfatis, vel in cunctis rebus ad eadem loca respicientibus, seu homines tam liberos, quam & servos qui illic commanere videntur, distringere, aut infestare, nec fidejussores tollendo, aut ullas redhibitiones, vel fredas, aut bannos exigendo, aut alicujus injuriæ vim ullo umquam tempore inferre præsumat, sed *sub nostra defensione, & immunitatis tuitione* cum Advocatis ibi constitutis res illæ securæ per diuturna tempora permaneant.

Imperii protectioni recipitur.

416

Et

Et ut hæc auctoritas donationis, atque confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus Sanctæ DEI Ecclesiæ, nostrisque præsentibus, & futuris verius credatur, atque diligentius conservetur, manu propria nostra supter eam firmavimus, & annuli nostri impressione assignari jussimus. Data XII. Kal. Augusti, Anno Christo propitio XX. regni Domini HLudovici Serenissimi Regis in Orientali Francia. Indictione prima. Actum in Regenspurg in DEI nomine feliciter.

415 *Monasterium Schennis in Churwvalda, Diploma Henrici Regis Romanorum que Coenobium Schennis in speciali protectione recepit.*

Sic † & Henricus Rex Romanorum Anno 1045. celebre Monasterium Dominarum in *Schennis* sub specialem suam tuitionem subscripta Diplomatis formula, ab Egidio Tschudi *in descript. Rhætia Alpina cap.* 7. nobis communicata, recepit, ea sic habet,

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. HENRICVS divina favente clementia Rex.

Si dignis petitionibus fidelium nostrorum benignum auditum adhibere studuerimus apud Dominum & homines condignam remunerationem habere non dubitamus. Quapropter omnium Dei nostrique fidelium, præsentium scilicet & futurorum noverit industria, qualiter fidelis noster UDALRICVS Comes, pietatis nostræ clementiam audiens humiliter rogavit, ut monasterium quod SCHENNIS dicitur, à parentibus suis & à se fundotenus constructum, in honore quoque S. Sebastiani martyris dedicatum, situm in pago Churuvalacha, in Comitatu Eberhardi Comitis, & sanctas moniales inibi Deo sub Canonica regula servientes, in nostrum Mundiburdium, tuitionem, defensionemque acciperemus: Cujus petitioni pium assensum præbentes, ob interventum ac petitionem dilectæ conjugis nostræ Agnetis reginæ, præfatum monasterium cum Ecclesiis dicimus Ecclesiam Nvolun, cum curte, cæterisq; appendiciis, Ecclesias Chnonovica, Uvila, Retinouva, cum curtibus: Ecclesiam vero Mellingen/ nec non cætera bona quæ videntur habere in villa Ranchuvila, Kisingun, Frouvines, Cheizines, Finines, Estones, decimationem in Zizures, Thosteres, cum omni utilitate in Beneduro, dimidia pars curtis & Ecclesiæ Faleres: Pludentes, Slines, Walastade/ Murga, Flia, Mura Winchein/ Kaltebrunn/ Mundoluesuvilari: in Rieta, Smaringhoffen/ Tusselinghoffen/ Butinghoffen/ Barra, Columbari, Wettingun/ Goltbach/ Suites, & cum omnibus utilitatibus vel utensilibus ad idem monasterium pertinentibus, seu quæcunque adhuc divina pietas illuc augeri voluerit, *in nostrum mundiburdium, tuitionemque suscepimus*, nostræque authoritatis præcepto roboravimus, eo quoque tenore, ut præscriptum monasterium & sanctæ moniales eandem libertatem quam cæteræ regales habeant, & perpetualiter in eadem consistant. Decrevimus autem atque constituimus, ut eædem sanctæ moniales inter se liberam potestatem habeant eligendi Abbatissam, cui à regia potestate idipsum committeretur officium. Et ut hæc nostri Mundiburdii vel tuitionis authoritas stabilis, & inconvulsa omni tempore perseveret, hanc chartam inde conscriptam, subtusque manu propria roboratam sigillari jussimus.

Signum Domini Henrici Regis tertii invictissimi R.

Theodoricus Cancellarius vice Burdonis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovit.

Data III. Calendas Februarii, indictione XIII. Anno Dominicæ incarnationis MXLV. Anno autem ordinationis Henrici Regis tertii 16. Regni vero 6. Actum Turegi feliciter, Amen.

Hactenus diploma Henrici Romanorum Regis.

Possent aliorum infinito etiam numero fœminei sexus Monasteriorum ab Imperatoribus ac Regibus Romanorum in specialem tutelam receptorum exempla atque diplomata in medium hoc loco afferri verum ne lectori forsan earundem copia nauseam pariat, missis pluribus ad alia, quæ hoc in Capite referenda sunt, progredior.

Neminem vero latere existimo, istum quidem † 416 per Imperatores in protectionem recipiendorum Monasteriorum morem, à priscis, ut hactenus demonstravimus seculis, ad nostra usque tempora, continuatum fuisse, id quod exempli causa, inprimis ex decreto in Camera Imperiali 12. Decemb. Anno 1598. citatione, ad videndum se incidisse in poenam Keys. Schutz vnd Schirms-Brieff/ annexoque mandato, de non turbando nec molestando, contra rem judicatam; Item non offendendo. vnd sicher Gelent/ in causa deß Fürstlichen Stiffts Lindaw/ contra Vberlingen/ manifeste colligitur: Ex qua constat Augustissimum † Imperatorem Rudolphum II. felicissimæ memoriæ Monasterium Lindaviense in specialem protectionem assumpsisse, id quod narrata supplicationis quam ex Laur. Richwini *formulari infra in cap.* 17. integram exhibuimus, hisce verbis clare edocent.

Monasterium nobile in Lindaw.

Ob wol auch Anwalds gnedige Fraw Fürstin/ vnnd Capitul jhres Gotteshauß/ wie dero Vorfahren/ nicht allein in Weyland der Allerdurchleuchtigsten/ Großmächtigsten/ Vnvberwindlichsten Fürsten vnd Herrn/ Hochmiltseliger Gedächtnüß/ Römischer Keyser vnd König/ vnd deß Heyligen Reichs sonderbahren Verspruch/ Schutz und Schirm gewesen/ sondern auch solcher des Reichs Schutz vnd Schirm/ unter dato des dritten Tags Monats Novemb. An. 1589. von jetzt regierender Keys. May mit wolbedachtem Muth/ gutem Raht vnd rechtem Wissen confirmirt vnd bestättiget/ vnd mehr Hochgedachte Fürstin vnd Fraw Aptissin vnnd Capitul deren Nachkommen/ sampt Ihrem GOttes hauß Dienern/ Vnterthanen/ Hindersessen/ Lehen/ eignen Zinß vnd Gült-Leuten/ zugehörigen vnd Verwandten mit ihrer aller Leib/ Haab vnnd Güter/ wo vnd an welchen Enden/ die gelegen sind/ von newem in Allerhöchstgedachter Ihrer Keys. Mayest. vnnd deß Reichs besonder Gnad/ Verspruch/ Schutz vnd Schirm

Schirm allergnädigst auffgenommen / darin zu seyn / auch alle vnnd jegliche gnad / Privilegia / Freyheiten / Vrtheil Recht vnd Gerechtigkeiten zu haben / sich deren an allen Enden vnd Orten jhrer notturfft vnd gelegenheit nach zuerfrewen gebrauchen vnnd zugeniessen/ als andere deßgleichen von Recht vnnd Gewonheit von allermenniglich ohngehindert/ rc.

Advocatia Monasteriorum ab Imperatoribus aliis demandata.

Sed hactenus de monasteriis ab ipsis Imperatoribus in specialem tutelam susceptis, nunc exemplis pariter ostendendum est, quomodo Advocatia ab iisdem motu interdum proprio, frequentius Præsulum rogatu aliis demandata ac commissa fuerit.

Diximus igitur secundo loco Monasteriorum † atque Ecclesiarum protectionem interdum ab Imperatoribus aliis commissam, iisque certos Advocatos nominatos ac constitutos fuisse, id quod, ex Aventini *Annal. lib. 6.* testantur Rudolph. Hospin. *de Temp. lib. 5. c. 6. & orig. Monach. lib. 4. c. 21.* Warem. ab Erenb. *meditat. pro fœder. lib. 1. c. 4. n. 14.* Paurm. *2. de jurisd.* 10. *num.* 26. Et eo Carol. V. Imp. *in Const. de Observ. Canon. Synod. & Advocat. protect. Eccles. de Anno* 1549. §. 3. quæ apud Dn. Goldast. *Const. Imp. Tom.* 3 p. 565. extat, digitum intendit: Idque etiam ex Confirmatione Privilegiorum Monasterii Alperspachensis per Henricum IV. An. 1123. facta, sequentibus verbis innotescit, *Credimus* inquit, *ad Regalem nostram Majestatem pertinere totius Regni curas, præcipuaq; omnium Ecclesiarum commoda considerare, & omnia eis obversantia, sub omni festinatione abolere.* Cruf. *Annal. Suevic lib. 4. p. 2. c. 9. p.* 331.

Quod ut exemplis ostendatur, constat ex eodem Crusio *lib. 11. p. 2. cap. 11. p.* 476. Fridericum I. Imperatorem Anno Christi 1181. Claustro † Adelberg / fundatorem ejus Dominum de Stauffen Advocatum constituisse. Sic idem etiam Imp. ad petitionem Abbatissæ Monasterio † Seckingen / filium suum Ottonem Burgundiæ Palatinum Advocatum dedit, ut notavit Stumpff *Chronic. Helvet. lib. 6. c.* 6.

Sic Abbas & Fratres Cœnobii Lorche à Conrado Rege, ut Advocatum eis constitueret, postularunt, & impetrarunt, uti ex Privilegio Anno 1139. eis desuper concesso relucet, cujus tenor apud Crus. *d. loc. lib. 10. p. 2. c. 3. pag.* 38. extat. Aliud ejus rei indicium exhibent literæ fundationis † Monasterii *Campidonensis*, in quibus supradictus *Carolus Magnus* condito ab *Hildegarde* conjuge, Anno post natum *Christum* 777. amplissimo illi Monasterio sub primo statim Abbate *Andegario* ex familia *Ducum Brunsuicensium* ejusdem nobilissimi Cœnobii † quatuor simul Advocatos ordinavit ac constituit, ita ut *Dux Bavariæ* † *Marschalcus, Dux Saxoniæ Pincerna, Comes de* Montfort *Dapifer, Comes de* Vellenburg/ Camerarius Abbatis essent, quod ex *Annalibus ejusdem Monasterii* attestatur Casp. Bruschius *cent. 1. de Monaster. German. in recensione primi Abbatis ibid.* Andr. Knichen. *de Jure territor. ca. 4. n.* 326. Ubi tamen recte admonet, id non initio sub Electione primi Abbatis, sed anno demum 785. debellato Witichindo Saxoniæ Rege, eoque sacro fonte perluto contigisse, quibus etiam subscribit Martin. Crus. *Annal. Suev. par. 1. lib. 13. c. 3.*

417

418

419

Hoc Caroli exemplum in constituendis quatuor officialibus pro Monasterio Campidonensi imitatus videtur *Henricus II.* qui & Claudus dictus, atque in Sanctorum numerum relatus fuit, in Comitatu Bambergensi ad se devoluto. Postquam enim eum † in Episcopatum erexisset, & eximiis privilegiis redditibusque ornasset ac dotasset, pro summo affectu, quo locum prosequebatur, grandius ei quod tribueret non invenit, quam ut quatuor † illos Principes Electores Imperii officiales, nempe *Ducem Bohemiæ Archipincernam*, *Comitem Palatinum Rheni Archidapiferum, Ducem Saxoniæ Archimareschallum & Marchionem Brandeburgensem Archicamerarium* eisdem officiis & ministeriis Episcopatui illi suo adscriberet. Qui † & in hanc diem eaipsa officia, cum annexis commodis suis, in feudum ab *Episcopo Bambergensi* recognoscere & per Vicarios † suos ex equestri ordine, quibus deinceps in subfeudum eadem conceduntur, gerere & deservire solent, nimirum *Bohemus*, per aliquem ex familia de Auffsaes / *Palatinus* per unum ex familia de Bomersfelden/ *Saxo* per *Mareschalcum de* Ebnet/ *Brandeburgicus* per Nobilem de Rotenhan.

420

421

422

423

Hoc insigne † & augustissimum ejus urbis ornamentum & *ἀξίωμα* vulgo sericeum *Divæ Cunigundis* filum nominari scribit Bruschius in *Catalog. Episcop. German.* & in ore vulgi est, Pabebergam † muro non esse cingendam, quod S. Cunigundis eam serico filo pro muro circumdederit, ut not. Andr. Presbyter in Chron. Bavar.

424

425

Procul † vero errat idem Bruschius, cum scribit, Henricum secundum constituisse, ut sæculares quatuor Electores feudum Electoratus Imperii, ab Episcopo Bambergensi accipiant, quem eodem implicititi errore sequuntur Peucer. *lib. 4. Chron. Charion.* & Spangenberg. *Chron. Saxon. ca.* 161. Siquidem illos ea officia & feuda immediate ab ipso Imperatore recognoscere, & ab aula Cæsarea solenni ritu accipere notius est, quam ut verbis egeat. Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo de Imperio Roman. c. 15. lib. 2.*

426

Sed jam ad Monasteriorum Advocatos redeundo memoriæ itidem proditum est, eundem † Carolum Magnum Anno 803. antiquissimi & amplissimi olim Monasterii Divitis Augiæ vulgo Reichenaw/ quod Syndelesii Comitis auxilio & Caroli Martelli, Caroli Magni avi subsidiis, Beatus Pyrminius Meldensis Episcopus in Provincia Senonensi, circa Annum Domini 714. exorsus est, in quo † multi extitere non solum Abbates ex prosapiis Comitum & Baronum, verum adeo monachi etiam Habspurgenses, Nellenpurgenses. Lupfenses, Pfullendorffenses, Zollerenses, Kalbenses, Castellenses, Wissenburgenses Comites Hewenses, Haydeckenses, Krenckingenses, Ramsteynenses, Speychingenses, Hornbergenses, Cymbrenses, Bottenstainenses, Klingenbergenses, Rosenekenses, & Brandii, omnes ex ordine Baronum, & monachi in hoc inclyto Cœnobio, & Abbates religionis & literarum studio floruere; qua † de causa ad Episcopales Apices Sedis Ticinensis, Argentoratensis, Basileensis, Constantiensis, aliasque Cathedras vocari meruere) Advocatum † designasse cognatum quendam suum Adalbertum Comitem Brigantinum, quod literæ, quibus regiæ suæ villæ Ulmensis prædicto Monasterio factam donationem confirmavit, testatum faciunt, quæ cum ferme per totum de Advocato Tutelari loquantur, earum exemplar hic integrum subjicere libuit.

427 *Monasterium Reichenaw.*

428

429

430

431 *Caroli Magni diploma, quo Monasterio Divitis Augiæ regalem Villam Ulmam donat, eig. Advocatum Adalbertum Comitem Brigantinum cognatum suum assignat.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina favente gratia Imp. Augustus.

Si sanctorum Monasteriorum loca ne labantur, frequenter sustentamus, sustentando ditamus, non solum Deum per hoc nobis placamus, sed etiam nostri totius regni statum corroboramus. Quapropter omnium præsentium ac futurorum comperiet industria, qualiter Ulmam nostram regalem villam pro animæ nostræ ac parentum nostrorum remedio ad monasterium,

quod constructum est in Insula, quæ in Alemanniæ partibus sita *Sintleohesuna* nuncupatur, ubi venerabilis præsul HETTO spirituali turmæ præest, cum omnibus appendiciis suis, & locis adjacentibus tradimus atque transfundimus, ut fratres ibidem regulariter subsistentes, & divino operi, die noctéque jugiter insudantes, dum à nostris sumptibus alacriter procurantur, assiduis eorum precibus DEUM nobis propitium facere dignentur: Utque prædictus HETTO cum fratribus suis monachis videlicet, atque Clericis in præfata Insula, exterioribus curis remotis, Deo servire liberius atque securius insistere valeat, cum ipsius Abbatis desiderio suorumque monachorum rogatu ADELBERTUM cognatum nostrum in supradicta *Ulma Advocatum ac defensorem* constituimus, & eundem, quia quales futuri homines sint, ignoramus, ne Statuta nostra vel quisquam suorum Successorum transgrediatur, in præsenti cum juramento tenaciter obligamus. Hac de † causa nostræ placuit providentiæ, eodem Adelberto defuncto in præsentia Abbatis suorumque Successorum ac fratrum, videlicet monachorum hac perpetua potestate, ut sapientum usi consiliis ex his, quos inter potentes sæculi noverint, & invenerint meliores, & æquitatis amatores eligant huic loco, sicut & in cæteris locis suis, competenter *Advocatos & defensores*, eo tamen tenore, ut quandocunque sui commissi prævaricator, aut in rebus vel hominibus, quod vulgo Walmund dicitur, existat, statim sine mora, sine judicio *Advocatiam* perdat. Qui † *Advocatus* & omnes sui Successores, quale servitium in præfata villa ULMA ab Augensi Abbate ejusdemque ministris deinceps percepturi, vel qualem justitiam ipsi Abbatibus sint facturi, breviter hic determinavimus. Statuimus ergo & præcipimus, si præsens ADELBERTUS *Advocatus* vel quisquam suorum Successorum in prædicta villa placitare voluerit, quando vel qualiter aut quoties hoc fiat, in Abbatis arbitrio pendeat, & ab eo disponatur, ut non cum pluribus quam cum triginta equis ad placitandum veniat, & tale servitium, quale tunc reperitur & quod prædictæ militum & equorum multitudini congruat & sufficiat, eidem *Advocato* prælibato Abbas, decenter & honeste exhibeat, & ut hoc nunc & in futuro cunctis pateat, regali nostro Imperio sancimus & confirmamus, ut nullus *Advocatus* in præfata villa majus servitium ab Augensi Abbate, vel suis ministris, quasi ex debito exigat, aut ad libitum sibi statuat ipse, sive quasi ex Jure ultra statutum quicquam usurpare sibi vel vendicare audeat.

432 [margin]

433 [margin]

Insuper statuimus atque jubemus quicquid placitando acquirat, tertia parte sibi retenta duas Abbati reddat, & nullum *Advocatum*, vel exactorem præter se sine Abbatis permissione constituat. Addimus quod nihil privati muneris, vel servitii in eadem Villa, vel à quolibet locorum illuc pertinentium, sive à cellariis, quasi ex debito & statuto sibi Jure exigat, ac mansiones vel pernoctationes uspiam frequentare audeat, quod si præsens *Advocatus* vel quisquam suorum Successorum hæc nostra Statuta transgrediatur sine judicio & absque spe recuperationis jubemus, ut *Advocatia* statim privetur, & alter fidelior ac justitiæ amantior sano consilio in ejus locum subrogetur, & ut hoc scriptum nostrum atque decretum ab omnibus firmius observetur, & obnixius, annulli nostri signo, sigillique impressione firmari jussimus. Dat. Anno Salutis 813.

Sic etiam † Lotharium Imperatorem monasterio Metelochiensi, in Archiepiscopatu Treverensi sito, legimus Advocatum ordinasse generum suum Ragnerum Ducem Lotharingiæ, uti subsequens diploma evidenter demonstrat, quod fidei ergo hic integrum ex Francisc. de Rosier. *Stemmat. Lothar. in Baron. Duc. sub Diplom. numer.* 21. inserendum esse duxi.

434 *Monasterium Metelochiense.*

In nomine Domini Jesu Christi, Dei æterni. Amen. LOTHARIUS divina ordinante providentia Imperator Augustus.

Lotharii Imperatoris diploma, quod petitionem Hetti Archiepiscopi Treverensis donatio Monasterii Metelochiensis eidem Ecclesiæ Archiepiscopali facta confirmatur, simul Ragnerus Lotharingiæ Dux ejusdem Cœnobii Protector constituitur.

Si enim ea, quæ rationis ordine, & divina admonitione, propter humanarum rerum tuitionem, nos egisse cognoverimus, & ea summa cum diligentia ad emendationem perducere studuerimus: id nobis proculdubio, ad regni stabilitatem, & æternam felicitatis gloriam, pertinere minime diffidimus. Pro videre igitur Domini DEI sanctæ Ecclesiæ cupientes, nostrorum tam præsentium quam futurorum noverit industria, quia nos propter arduam & strictam regni nostri partem, angustiati, & constricti concessimus, ex rebus sancti Petri Trevirensis Ecclesiæ, quoddam Monasterium, quod vocatur Medelacus, cuidam ex proceribus nostris, videlicet Vitoni, Vitonis filio, filii Vitonis, filii Lamperti, filii Martini Spolitanorum Ducis, cujus stirps originis, ad præfatam Ecclesiam, propter DEI amorem, memoratum contulit Monasterium. Sed nos dum propter regni nostri utilitatem, atque ad suscipiendam Græcorum legationem, Treveris civitatem una cum Ragnero genere nostro, Sadigeri Justi filio ac multis ex fidelibus nostris, venissemus, adiit celsitudinis nostræ clementiam Hettus, jam dictæ Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, una cum clero ac populo illius urbis, aures nostras pulsans, etiam prædecessorum nostrorum aucto-

auctoritates nostris obtulit obtutibus. Cumque easdem auctoritates in nostra ac Ragneri Ducis Lotharingiæ superioris ac Mosellanicæ, piæ memoriæ filii Sadigeri Justi cognati nostri & procerum nostrorum præsentia relegi fecissemus, reperimus, qualiter à propinquis jam dicti Vidonis idem Monasterium ad memoratam fuisset delegatum Ecclesiam, vel quomodo à prædecessoribus nostris, Regibus videlicet & magnis Imperatoribus Pipino glorioso Rege, Carolo invictissimo Augusto, atque piæ recordationis Dn. & Genitore nostro Ludovico præstantissimo Augusto ibidem fuisset confirmatum. Nos autem omnem rei veritatem cognoscentes propter amorem DEI & convenerationem ipsius Sancti loci ac fidelissimam ejusdem Hetti præsulis devotionem placuit Celsitudinis nostræ serenitati, ut præfatum Monasterium cum omnibus suis pertinentiis, jam dictæ restitueremus Sancti Petri Treverensis Ecclesiæ. Et sicut eidem Ecclesiæ præfatum Cœnobium confirmatum fuit à prædecessorum nostrorum temporibus, ad utilitatem præfatæ Ecclesiæ, absque alicujus contradictione vel repetitione seu qualibet refragatione, inviolabiliter per hanc nostram auctoritatem perseveret, quatenus clerus & populus ibidem Deo deserviens pro nobis, conjuge nostra Ermingarda, Ducissa Frisiæ & prole, videlicet Lothario, Ludovico, Carolo, Ermingarda, ac aliis seu totius Imperii nobis à Deo collati stabilitate. Domini misericordiam attentius exorare delectet. Et ne eis imposterum super hoc fiat à grassatoribus molestia, pro qua recurrendum esset ad apicem nostræ Celsitudinis, *Rectorem, Advocatum, protectorem, præfatarum Ecclesiarum constituimus, cognatum ac generum nostrum RAGNERUM, Ducem Lotharingiæ, superioris Mosellanicæ inferioris, Arduanæ, Buillon, Hasbaniæ, Comitem Metensium, ac Veredunensium*, filium Domini Sadigeri Justi, filii Ferrici, filii Loheri, filii Lamperti, filii Martini, filii Clodulphi, ex Sancto & claro sanguine B. Arnulphi natum, in virtute Sanctæ obedientiæ præcipientes, ut fideliter se habeat super Jure divino & Ecclesiastico defendendo. Et si quis contra hanc confirmationem nostram aliquid irrationabiliter agere tentaverit, aut à prædicta Sancta Treverensi Ecclesia illud auferre conatus fuerit, anathema sit. Et ut hæc nostræ confirmationis & concessionis authoritas, nostris atque futuris temporibus, inviolabilem atque inconcussam obtineat firmitatem, manu propria cum Ragnero Duce, subter eam signavimus, ac annulorum nostrorum impressionibus adsignari jussimus. Data 4. Cal. Septemb. Anno Christo propitio Imperii nostri in Italia & in Francia 13. Indict. 4. Actum Marciaconillæ S. Salvatoris de Prumia in Dei nomine feliciter Amen.

Ita etiam subsequentes, posterioribus seculis, Imperatores factitasse, atque Advocatos monasteriis assignasse, etsi infinitis exemplis demonstrari possit, quia tamen vereor, ne illorum enumeratio Lectoribus fastidium pariat, unum duntaxat de Protectoribus Eberacensibus subjiciam.

Quod igitur ad Tutelam celeberrimi illius Monasterii attinet, postquam illud Imperator Conradus Friderici filius primo omnium in suam, & S. Rom. Imperii tutelam assumpsisset, specialique authoritate statuisset, † ut sicut ordo Cistertiensis ab omni Advocatorum genere juxta primariam suam institutionem semper liber atque immunis extitit, ita etiam Monasterium Eberacense, excepto solo Romanorum Imperatore, nulli prorsus Advocatorum, nisi se alicui voluntarie subjicere voluit, subesse debere, voluit, uti hoc testantur literæ ipsius Imperatoris Conradi Norimbergæ mense Novemb. An. 1420. datæ, quas hic inserere operæ precium ducimus, illæ autem sic habent.

Monasterium Eberach.

435

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, CONRADUS Divi Augusti Imperatoris Friderici filius, Dei gratia in Regem Electus, semper Augustus & hæres Regni Hierusalem.

436

Conradi IV. diploma quo Monasterium Eberacense cum ejusdem prædio Schwabach in protectionem assumit & juxta primariam Cisterciens. ordinis institutionem, ab omni præterquam solius Imp. Romani, Advocatia eximit.

Regalis excellentia hinc præcipue sui nominis titulos ampliat, & extollit cum loca divino cultui mancipata, & personas in eisdem Dn. famulantes pia mentis affectione in suis fovet Juribus & eorum supplicatione favorabiliter sese inclinat. Hac siquidem ratione ad modernorum & futurorum plenam notitiam pervenire cupimus & protendi, quod nos ad supplicationem ALHARDI venerabilis Abbatis de EBERAVW suique conventus Cisterciensis ordinis fidelium nostrorum salubriter ad imitationem vivorum progenitorum nostrorum ipsam Ecclesiam Eberacensem, cum personis & omnibus bonis suis, & specialiter cum prædio de Schwabach cum attinente sibi parochia, ejusque pertinentiis, *sub nostra & Imperii protectionis præsidio assumpsimus*, speciali auctoritate paterna, qua fungimur, & nostra firmiter statuentes ut sicut *ordo Cisterciensis ab omni Advocatorum genere juxta primariam institutionem suam semper liber extitit*, & immunis, sic deinceps eadem Ecclesia (excepto solo Romanorum Imperatore) nulli prorsus Advocatorum (nisi cui voluntarie sese subjecerit, ita quod velle suum postea valeat immutare) per prædia & possessiones suas aliquatenus sit subjecta. Quocirca mandamus per obtentum gratiæ Domini ac patris nostri Romanorum Imperatoris Friderici secundi, & nostræ: præcipientes firmiter & districte, ut nulla sit persona humilis vel alta, Ecclesiastica vel mundana, quæ prædictum Monasterium ac personas in eo Domino famulantes super præmisso prædio in Schwabach / & Ecclesia præno-

prænotata cum ſuis pertinentiis præſumat vel audeat contra præſentem noſtram gratiam moleſtare. Quod qui præſumpſerit indignationem noſtram & Imperii ſe noverit incurriſſe. Hujus rei teſtes ſunt Hermannus Herbipolenſis, Fridericus Eiſtettenſis, Landolphus Wormatienſis, Epiſcopi: Henricus Landgravius Thuringiæ, Gebehardus de Arnnſtein / Godefridus de Hohenlohe / Craffto de Borſperg / Conradus Pincerna de Winterſtetten / Conradus de Sunnfeldt / Marquardus Burigularius de Norinberga, Conradus Notarius, & alii quam plures. Acta Anno Dominicæ Incarnationis 1240. Menſe Novembri, quarta decima indictione Data apud Nürnberg / menſe & indictione præſcriptis feliciter.

437 Poſtea † eidem Monaſterio Imperator *Ludovicus Bavarus* circa annum Domini 1326. Dn. *Othonem Wolffskelium* Epiſcopum Herbipolenſem, qui (uti notatur in privilegio ab eodem Imperatore eidem monaſterio conceſſo) confeſſus eſt, nullum ſe habere aliud Advocatiæ Jus in Ebracenſe Cœnobium, quam nomine Sacri Romani Imperii, tutorem conſtituit, ejusque Monaſterii Advocatiam adſignavit tamdiu tamen uſurpandam nec diutius, quam ea vel opus habeat, veluti velit Abbas Ebracenſis, addita inſuper cautione, quod ſi Abbas Epiſcopum nolit amplius habere protectorem aut Advocatum, liberum ei ſit, alium à Romano Imperatore poſtulare.

Hoc ipſum Privilegium poſtea ſequentes Imperatores *Carolus IV.* Anno Domini 1352. & *Wenceslaus* Anno 1387. confirmarunt.

Succeſſu autem temporis, Anno nimirum 1338. præ-
438 fatus Imperator † *Ludovicus* recepta Advocatia ab Epiſcopo Herbipolenſi contulit eam *Abbati Fuldenſi Heinrico Homburgio Joanni Burggravio Norinbergenſi, Ludovico Comiti de Altaflamma, & Conrado Comiti à* Schlüſſelberg. Anno tamen ſequenti iterum protectorem fecit Epiſcopum *Othonem Wolffskelium*. Poſtea
439 vero circa Annum Domini 1362. † *Carolus Quartus Marchionem Fridericum Brandenburgenſem* Advocatum conſtituit. Inde rurſus eodem abrogato *Wenceslaus Caroli filius* Anno 1397. *Borſivoium* quendam Præfectum Bavariæ & Alſatiæ, protectorem fecit. Anno autem 1403. *Rupertus* Imperator Diethonem Fuchſium Anno 1442. ordinavit. Poſtea Imperator *Fridericus* eandem Advocatiam *Gulielmo Comiti Hennenbergenſi*, & Civitatibus Imperialibus *Norinbergenſi, Rottenburgenſi, Schweinfurdienſi & Wyntzheimenſi* adſignavit. Anno vero 1448. dedit idem Imperator Ebracenſi Monaſterio Advocatos *Godefridum* Herbipolenſem, & *Antonium* Bambergenſem Epiſcopos, duosque Marchiones Brandenburgenſes *Joannem & Albertum* fratres.

440 Conſecutus eſt demum Abbas † *Conradus Hartmannus* Privilegium ab Imperatore Divo *Carolo Quinto* Anno 1544. & aliud iterum ſequente Anno, ubi ſcriptis è Wormatia ad Reverendiſſimum Principem ac Dominum *D. Melchiorem Zobelium* Epiſcopum Herbipolenſem ac Ducem Oſtro Francorum literis mandat Imperator, ut Epiſcopus Cœnobium Ebracenſe in veterum Jurium ac privilegiorum poſſeſſionibus immoleſtatum eſſe ac quietum manere ſinat. Si vero aliquid ſe Epiſcopus in præfatum Monaſterium habere exiſtimet ut ordinarie id quærat, locis nimirum ad ejusmodi negotia deputatis. Jus vero tuitionis & Advocatiæ in hanc Abbatiam ad alium neminem, quam ad Romanorum Imperatorem vel Regem pertinere, ſemper voluntarium ac liberum fuiſſe, ita, ut Abbas pro monaſterii commoditate potuerit à Romano Imperatore quemcunque ſibi Advocatum idoneum & utilem fore exiſtimaverit petere, & quotiescunque datus aut aſſumptus aliquis Advocatus diſplicere cœpiſſet, idem liberam habuerit ſemper poteſtatem alium ab Imperatore poſtulandi.

Ut autem Monaſteriis auxilio Imp. hac ratione de Advocatis provideretur, ipſis etiam ſummis Pontificibus haud diſplicuit, uti de Urbano II. Trithem. *in Chron. Hirſau. p.* 137. obſervat. Exempla alia in Chronicis paſſim obvia brevitati quoad fieri poteſt, ſtudentes hic recenſere ſuperſedemus, & Lectorem ad Stumpf. *Chron. lib.* 6. *c.* 6. *p.* 311. Ibi Hertzog Friderich von Oeſterreich & *lib.* 5. *c.* 6. *p.* 309. Ibi Beyde Aebt leyhent / jhren Anhängeren / ꝛc. & alios remittimus.

441 Porro, ut diximus, † Imperatores non ſemper certos Eccleſiis Advocatos nominarunt, ſed interdum liberam præſulibus earum, quoscunque vellent, recipiendi Advocatos poteſtatem fecerunt, id quod † inprimis *Carolum Magnum* factitaſſe ejusdem diploma Otthenbuhrani Cœnobii *ſupra* à nobis inſertum manifeſte oſtendit, *verſiculo, Idem placuit noſtræ providentiæ, &c.*

Conceſſa per Imperatores Abbatibus libera Advocatorum electio.

442 Hoc ipſum etiam dignoſcitur ex privilegio Henrici IV. Imperatoris, † quod Anno Dom. 1123. Monaſterio
443 Alperſpachenſi quod ita habet, conceſſit.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. HENRICUS divina favente Clementia IV. Romanorum Imperator Auguſtus.

Diploma Henrici IV. quo iura Cœnobii Alperſpachenſis confirmat, eique Abbati Advocatum pro libitu ſuſcipiendi licentiam permittit.

Cuncta conſpicientis, æquale meritum credimus fore dantis & corroborantis. Credimus etiam ad Regalem noſtram majeſtatem pertinere totius regni curas, præcipueque omnium Eccleſiarum commoda conſiderare, & omnia eis adverſantia ſub omni feſtinatione abolere. Bonorum igitur ac religioſorum virorum Ruotmanni ſcilicet de Huſin, Adelberti de Zolro & Alewici Comitis de Sulzo devotionem perpendentes, & piis eorum deſideriis benigne aſſentientes: Beati Benedicti Monaſterium, quod in ſuo prædio fundaverunt, in loco ſcilicet hæreditatis propriæ qui vocatur ALPIRSPACH, regia auctoritate noſtra munimus: noſtro Imperiali banno ſtatuentes, ut locus ipſe, cum omnibus adjacentibus vel appendiciis, ſive ad eundem locum pertinentibus villis, terminis, ſylvis, prædiis, mancipiis, & quæcunque in futurum Chriſti fideles ad idem Cœnobium de ſuo jure obtulerint, firma & illibata permaneant: Decernimus etiam, ut nulli mortalium idem Cœnobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones injuſte auferre, vel aliquo modo imminuere præſumant. Abbas ſane cum fratribus *Advocatum, ſibi quem utiliorem providerint, conſtituat.* Qui ſi poſtmodum gravis & inutilis fratribus fuerit, remoto eo, alium ſibi præficiant. Nec alius Advocatiæ bannum à Rege, ſive Imperatore ſuſcipiat, niſi qui Abbate eligente, & fratribus petentibus ad tantum officium dignus & idoneus videatur. Ut

autem,

autem hoc præceptum nostrum stabile & inconvulsum permaneat, hanc inde chartam scribi & sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Si quis, quod absit, hujus præcepti nostri violator extiterit auri purissimi centum libras componat, & scriniis Imperatoris persolvat. Præsentibus & petentibus Principibus fidelibus nostris hoc fecimus, quorum ista sunt nomina: Bertholdus Episcopus Ecclesiæ Basiliensis. Conradus Dux Zeringen/ Gottefridus Comes Palatinus de Calewo, Adelbertus Comes de Lewenstein fratruelis ejusdem Gottefridi Palatini, Hugo Comes de Tagesburc, Folmarus Comes de Huneburc, Wilhelmus Comes de Lücelenburc, Adelbero Comes de Areburc: & frater ejus Hermannus, & ipse Comes, Conradus de Horeburc, Hainricus de Antirspach, Rudolphus de Windeste, Bern. de Hovewile, Chono de Chuntringen/ Conradus de Ahenstein/ Roin de Ascha, Fridericus Comes de Saraburc, Eberhardus de Hilrispach/ Mereboto de Grisinstein/ Bertholdus de Tannecko, Conradus de Franconeburc, Wecil, & frater ejus Ludewicus de Ascha, Sigefridus Burcrantus, Gelfradus Telonearius. Signum Henrici IV. Romanorum Imperatoris invictissimi, Philippus Cancellarius recognovi vice Adelberti Moguntini Archicancellarii. Data Argentinæ Anno Dominicæ incarnationis M.C.XXIII. Indictio. I. X. Calend. Februar.

Ordo Cisterciensis. Inprimis vero ordo Cisterciensis † Benedictinæ primum professionis, qui postea Bernhardinorum nomen assumpsit, cum ex Regulæ D. Benedicti præscripto, sæcularium rerum omnino abjecisset curam, nec initio possessiones aliquas haberet terrenas, ab omni, ut *superius in 1. capite* doctum est, Advocatorum Jure, à primaria sua institutione, ita liber & immunis extitit ut cum progressu temporis, agros, villas, prædia & territoria ejusdem ordinis Prælati adepti fuissent, semper tamen in illorum arbitrio & potestate † relictum fuerit, Advocatos sibi eligere vel minus, & eosdem etiam, quandiu placuisset retinere. Holpin. *de templar. orig. lib.* 4, *cap.* 21.

444 *Monasterium Hirschaw.* Hanc ipsam insuper constituendorum Advocatorum libertatem † exhibent Codicilli ab *Adalberto* Comite Calwensi super restauratione Monasterii Hirsaugiensis confecti atque ab *Henrico IV.* Imperatore Anno 1075. confirmati in quibus de Advocati adsumendi potestate ita habetur.

Concedit etiam Comes prædictæ cellæ Advocatum aliquem de posteris suis fieri, si tamen loci ipsius Abbas cum consilio fratrum talem inter eos invenerit, qui sicut ipse Comes nunc, non pro terreno commodo, sed pro æterna mercede sollicitus & studiosus bona & constitutam monasterii libertatem & justitiam defendere voluerit. Sin autem, aptum & utilem Advocatum, undecunque sibi placuerit, eligant.

445 Sic & Monasterio S. Crucis Danubio Werdano à diversis Impp. præsertim *Henrico VII. & Carolo IV.* privilegium cum clausulis prægnantissimis & cassatoriis quicquid in contrarium &c. concessum est, ut Abbas & Conventus ejusdem Monasterii, præter Imperatorem, alium etiam quemcunque vellent, protectorem pro arbitrio assumendi, mutandi, substituendi &c. liberam potestatem haberent. *Monasterium S. Crucis Danubio Werdanum.* Cujus privilegii tenore Anno 1360. Rudolphi Comitis de Helffenstein; Itemque Anno 1451. Dominæ Margarethæ Ludovici Junioris Bavariæ Ducis relictæ viduæ, & successive postea Cardinalium & Episcoporum Augustensium protectioni libera voluntate ac sponte sua se submisere: ut ex *antiquis Chronic. & documentis ejusdem monasterii* prodidit auctor Der Erinnerung wider die Donawerdische Information *part.* 1. *fol.* 14. 446

447 Pari modo *Conradus* Romanorum Rex † Anno Domini 1141. Monasterio *S. Blasii* in Hercinio saltu privilegium concessit, ut Abbas & Conventus dicti Monasterii dominum protectorem seu Advocatum suo arbitrio, quem ipsi vellent, eligere & habere possent.

448 Ejusdem insuper rei exemplum præbet magnificum ac opulentum Monasterium Zwyfalten Diocæsis Constantiensis in Alpibus Sueviæ situm, cujus † fundatores *Luitholdus* & *Cuno Comites de Achalm* fratres extitere. Probant autem annales ejusdem Cœnobii, quod † diversi Imperatores Abbati atque conventui eligendi sibi Tutorem & Advocatum quemcunque vellent, sibique utilissimum fore, existimarent, potestatem fecerint, addito hoc etiam privilegio, ut, si quis non utilis videretur, possent Monachi alium, etiam ejecto & amoto priore, eligere & assumere pro suo arbitratu. 449 Inde factum est, quod † primi Advocati & protectores ejusdem Monasterii fuerint *Duces Bavariæ Welphones*, postea *Comites de Hohenberg*. 450 Item successu temporis ab An. 1285. aliquandiu etiam *Comites Emerckingenses*. Tandem eo res pervenit, ut per ducentos & quinquaginta pene annos ab An. 1303. inchoando, *Austriæ Duces* certis quibusdam conditionibus Advocati ac Tutores essent. Primus horum fuit *Fridericus Austriacus Ludovici Imperatoris competitor*, quem in eodem officio secuti sunt postea, ut monasterii diplomata contestantur, *Albertus Rex*, & hujus filius *Leopoldus*, postea *Rudolphus*, *Fridericus*, *Sigismundus*, *Maximilianus*, & Imperatoris *Caroli V.* frater *Ferdinandus*, qui omnes diligenti ac clementi tuitione id tutati sunt semper, nec quicquam novi unquam postularunt pro Advocatiæ administratione, quam quod veteribus ac primis, juxta primam conventionem promissum fuerat.

451 Interim vero aliquoties accidit, ut † illi ipsi Austriæ principes Monasterii tuitionem ac Advocatiam per aliquot interdum annorum spatia Wittembergensi principi, ut suo cognato administrandam commendarent. Unde *Sigismundus Archidux Austriæ* Wirtembergensi cuidam Comiti affini suo; & *Rudolphus Dux Austriæ* per triennii spatium, Item *Albertus & Leopoldus Austriæ Duces* itidem per triennium *Eberhardo Comiti Wirtembergensi* Advocatiam contradiderunt.

452 Hi Comites aliquandiu satis moderati ac fideles Advocati extiterunt, tandem † tamen per hanc factæ substitutionis & commendatæ sibi ab Austriæ principibus tuitionis & Advocatiæ occasionem, si tamen verum est quod hac de re Bruschius in scripta retulit, ad se totum Jus protectionis transferre, & sibi tanquam proprium ac hæreditarium vendicare attentarunt, præsertim *Eberhardus Barbatus*, idque Abbatibus non ita studiose rem perpendentibus facile obtinuerunt.

Sed exempla hæc de libertate protectorum suscipiendorum ab Imperatoribus Monasteriorum rectoribus ac prælatis indulta sufficiant.

Aliis igitur, quibus Imp. Diplomata abundant, prætermissis, in hoc passu illud referendum occurrit, quod nempe potestatem illam, cum consilio Sapientum Advocatos eligendi Abbatibus concesserunt, non solum † Imperatores, uti post Naucler. *vol. 2. gen.* 27. Mut. Chron. *de prim. Germ. orig. morib. & legib. lib. 9. in fin.* Rodolph. Hosp. *de orig. & progress. Monach.* & Crus. *Annal. Suevic. lib. 1. p. 2. c. 7. p. 16. & c. 12. p. 20. lib. 9. p. 2. c. 9. p. 331. & lib. 10. p. 2. c. 3. p. 38. c. 10. p.* 409. exemplis non paucis confirmant, sed etiam † Pontifices, relatore Trith. *in Chron. Monast. Hirsaug. p.* 67. 89. *&* 127. Itemque † Archiepiscopi Crus. *Annal. lib. 8. p. 2. c. 2. p.* 244. Et Fundatores † Monasteriorum Trith. *d. Chron pag.* 174. & Crus. *d. loc. lib. 8. p. 2. c. 14. p. 295. & lib. 9. p. 2. c. 1. p. 306.*

Deinde illud ex plerisque Cæsarum diplomatis colligere est quod Imperatores monasteriorum Antistitibus prædictam eligendorum Advocatorum potestatem indulgentes, nominatim jusserint ex Dynastis potentioribus, eos tantum eligere, qui æquitatis † & fidelitatis amatores essent, uti ex Caroli M. Utenbürensi Cœnobio, itemque diviti Augiæ, aliisque Monasteriis, concessis passimque huic tractatui insertis privilegiis, manifestum est: Et nominatim ex † Pipini II. Regis capitulat. & legibus Longobardorum Monasteriis præficiendi erant Advocati, homines liberi, bonæ opinionis, non malam habentes famam boni & justi, non crudeles, cupidi, avari, rapaces, perjuri, falsitatem amantes, sed Deum timentes, atque absque tarditate Justitiæ causam discernere ac determinare scientes & volentes *Pipin. cap. 31. §. 2. & LL. Longobard. lib. 2. tit.* 47. Ad quas videatur Naucler. *vol. 2. Generat.* 27. & Crus. *Annal. Suev. lib. 8 p. 2. c. 2. pag.* 244. Quod proinde constitutum, ut enim apud Romanos Virtutis † & Honoris templa ita erant extructa, ut per illud in hoc esset ingressus, Rosin. *Antiquit. Roman. libro 2. cap.* 18. Sic etiam ad honorem † Advocatiæ non nisi virtuoso patere debet aditus.

Quamvis autem Abbates ex hujusmodi concessione primitus Advocatos præscriptum in modum elegerint, progressu tamen temporis contra proprium laborantes commodum, quoscunque & undecunque voluerunt, eligendi sibi sumpserunt potestatem, Watem. ab Erenb. 1. *de feud. 4. n.* 14.

453 *Advocatia per summos Pontifices usurpata. Monasterium* Hirschaw.

Sed nunc ulterius progrediendo juxta ordinis propositi seriem † *ad Pontifices, qui, ut ex prædictis constat, similiter monasteriorum ac sacrorum collegiorum protectionem jam olim etiam sibi adscripserunt,* descendere placet.

Ut igitur primum de Cœnobiis in Germania fundatis exempla afferamus, palam faciunt Trithemii annales Monaster. Hirsaug. quod cum Anno humanæ Salutis 838. *Erlafridus Comes de Calvvo* & filius ejusdem *Nottingus sub Carolo Magno Episcopatus Vercellensis* Monasterium Hirsaugiense condidissent, inprimis † illud ipsum *Gregorius IV.* & post eum ejusdem nominis VII. nec non *Urbanus Secundus* Pontifices Romani in tutelam ac protectionem specialem adsumpserunt, uti evidens facit Bulla ejusdem sub hoc verborum tenore.

454

455

Urbani II. Papæ diploma quo Monasterium Hirsaugiense in

URBANUS Episcopus servus servorum DEI dilecto filio GEBHARDO Monasterii HIRSAUGIENSIS, Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Cum universis Sanctæ Ecclesiæ filiis pro Apostolicæ sedis auctoritate ac benevolentia debitores existamus, illis tamen locis atque personis quæ specialius & familiarius Romanæ adhærent Ecclesiæ quæque ampliori religionis gratia eminent, propensiori nos convenit charitatis studio imminere. Unde nos beatæ memoriæ prædecessoris nostri Gregorii formam sequentes eadem tibi tuisque legitimis concedimus successoribus, quæ ipse prædecessori suo *VVilhelmo* & eidem monasterio precibus *Adelberti Comitis* concessit & confirmavit. Qui æternæ retributionis amore succensus in prædio suo quod dicitur Hirsaugia Monasterium à progenitoribus suis antiquitus constructum nuper amissa restituens venuste reparavit, & in usum fratrum inibi DEO servientium pluribus possessionibus & redditibus ampliavit. Quam suæ libertatis institutionem, ne in posterum ulla perversorum hominum audacia minuere aut violare præsumat, Apostolicæ authoritatis privilegio muniri & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tuitione roborari postulavit. Quamobrem præfatum monasterium *sub Apostolicæ sedis tutela ac protectione specialiter amplectentes* per præsentis privilegii paginam statuimus, ut quæcunque hodie idem Cœnobium juste possidet, sive in futurum concessione pontificum, libertate principum vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant.

protectionem recipit, & ejusdem privilegia confirmat.

456 *Monasterium* Anhusen *diœcesis Augustanæ.*

Pari modo † *Celestinum II.* Pontificem, Monasterium Anhusen Benedictinæ professionis, quod in Brentiana valle amænissimo Sueviæ tractu ad Brentium amnem in Augustana diœcesi quatuor fere milliaribus ab *Ulma* situm: in honorem *S. Martini Episcopi, à Manegoldo Comite Palatino Tubingensi*, ejusque filiis *Gualtero Episcopo Augustano, Mangoldo, Alberto & Udalrico* Comitibus Annum CHRISTI circiter 1125. fundatum ac constructum est in † Clientelam suscepisse, ejusdem diploma edocet hisce verbis.

457

Celestini II Papæ diploma quo Monasterium Anhusen *in Apostolicæ sedis tutelam recipit ejusq; immunitates confirmat.*

CELESTINUS *Episcopus Servus Servorum* DEI dilectis filiis Monachis S. MARTINI DE ANHAUSEN tam præsentibus quam futuris regulariter substituendis. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Desiderium quod ad religionis propositum & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis congruum impartire suffragium. Ea propter dilecti in Domino filii, venerabilis patris nostri *Gualteri Episcopi* precibus inclinati vestris justis postulationibus clementer annuimus: præfatum Monasterium, quod ab egregiæ recordationis viro *Manegoldo Palatino Comite*, ejusque filiis præfato videlicet fratre nostro *Gualtero* nunc

nunc Augustensi Episcopo *Adalberto* & *Vdalrico* in proprio Allodio constructum est, & B. Petro, cum omnibus ad ipsum pertinentibus oblatum, *sub ejusdem Apostolorum principis & nostra protectione suscipimus*, & præsentis scripti privilegio communimus: Statuentes, ut quascunque possessiones vel decimas, quæcunque etiam bona idem monasterium in præsentiarum juste & Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Concambium, eo, quod de loco (in quo ipsum Monasterium situm est) cum Ecclesia S. Petri de Oeringen (ad cujus parochiam pertinebat) utriusque partis assensu rationabiliter factum est, authoritate Apostolica confirmamus. Liceat autem vobis communi consilio *Advocatum (quem ad defensionem ejusdem Monasterii utilem esse cognoveritis) libere eligere: ipsumque si inutilis apparuerit, removere, & alium quem utiliorem provideritis, substituere.* Obeunte vero Abbate (qui pro tempore ibidem fuerit) nullus qualibet surreptionis astutia & violentia præponatur: sed liceat vobis communi consilio vel parti consilii sanioris secundum Dei timorem & sancti *Benedicti* regulam absque ullius contradictione Abbatem eligere. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerunt promovendi, à Diæcesano suscipiantur Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem sedis Apostolicæ habuerit, & ea gratis & absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere Alioqui liceat vobis Catholicum quemcunque volueritis adire Antistitem, nimirum qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, ut quicunque se illic sepeliri deliberaverint, ni forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matris Ecclesiæ. Ad judicium autem hujus à sede Apostolica perceptæ libertatis *Aureum unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis.* Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus inquietare: sed omnia integra conserventur: eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura: Salva Diæcesani Episcopi Canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam infringere, aut sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove admonita se non satisfactione congrua emendaverit, potestatis dignitatisque suæ honore careat reamque se divino judicio existere de perpetua iniquitate cognoscat; & sacrosanctissimo corpore & sanguine Dei & divini redemptoris nostri JESV *Christi* aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri JESV Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

458 Fuit & † aliud hujus nominis Cœnobium ejusdem ordinis magnificum & opulentum non procul à Wassertruhedingen oppido *Marchionum Brandenburgensium* Anno 958. tempore *Otthonis magni* ab *Ernesto Comite de alto* Truhendingen ejusque sororio *Hartmanno Barone de* Lodenburg fundatum, quod olim † sub Tu- 459 tela Imperialium Civitatum *Dinckelspilensis Gamundiensis* ac *Nordlingensis* fuisse testatur Bruschius *in Chronolog. monasteriorum in descript. ejusdem cœnobii.*

460 Sic etiam † *Calistus II. Papa* Anno 1124. quindecim Monasteria à S. Otthone Episcopo Bambergensi in diversis locis erecta, atque à Rev. Patre Jacob. *Gretsero* in vita ejusdem nuper edita *c.* 16. 17. 18. 19. 20. & 21. enumerata, in Diæcesi scilicet Herbipolensi *Urangiam & Uram*, in Bambergensi Michelfeld & Lanchaim/ in Ratisbonensi Enestorph/Prufling/ Münster/ Mallersdorff / Biburg / & Windberg / in Halberstatensi Regensdorff/ in Eistettensi, Hellsbrun / in Paviensi Altterspach & Antisum / vulgo Ens appellatum, in Patriarchatu vero Aquilejensi, Arnoldstein in Romanæ *Ecclesia Protectionem recepit*, ac privilegiis muniit quemadmodum subnexum diploma *è tom.* 12. *Annal.* Card. Baron. *sub numer.* 1. *Anni ejusdem* huc translatum evidenter ostendit:

CALISTVS *Episcopus Servus servorum Dei venerabili* OTTHONI *Bambergensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.*

Calisti II. Papa diploma quo Monasteria quindecim à S. Otthone Episcopo Bambergensi diversis in locis condita in Apostolica sedis tuitionem recipit eorundemque immunitates confirmat.

Bonis fratrum nostrorum studiis non solum favere, sed ad ea ipsorum etiam debemus animos invitare. Tuis ergo, charissime & venerabilis frater Ottho Bambergensis Episcope, supplicationibus inclinati monasteria, quæ ipse propriis sumptibus extruxisti & Babenberg. Ecclesiæ conferens, Apostolicæ sedis roborari munimine quæsivisti: *in B. Petri ejusque Romana Ecclesia protectionem suscipimus* contra pravorum hominum nequitiam defensanda. Statuimus ergo, ut possessiones, prædia, & bona omnia, quæ & fraternitas tua eisdem monasteriis divini amoris intuitu contulit, quæque aliorum fidelium justa oblatione concessa sunt, aut in futurum juste legaliterve acquiri vel offerri contigerit, firma eis & illibata Domino auctore permaneant. Ordinationes sane Abbatum vel monachorum suorum à Catholicis Episcopis Diæcesanis accipiant. Rerum vero ipsorum monasteriorum curam & administrationem in tuo tuorumque successorum arbitrio & potestate remanere censemus. Nulli itaque hominum facultas sit, eadem monasteria perturbare, aut eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis fatigationibus vexare, sed omnia integra con-

conserventur eorum, per quorum sustentationem & gubernationem concessa sunt usibus commodis profutura. Si qua igitur Ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit: potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei, & Domini redemptori JESV *Christi* aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctus autem eisdem monasteriis justa servantibus sit pax Domini nostri JESV *Christi*, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Scripta per manum Gervasii, Scriniarii regionarii, & Notarii sacri Palatii. Desideratur annus & dies; sed sequenti pro rebus donatis Ecclesiæ Babenbergensi annus utique 1124. apponitur, quod sic se habet.

Calisti ejusdem diploma, quo res Ecclesiæ Bambergensi donatæ confirmantur.

CALISTUS *Episcopus Servus servorum Dei venerabili fratri Othoni Babenbergensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.*

Sanctorum patrum præceptis & Canonicis sanctionibus demonstratur, quod prædia & possessiones Ecclesiarum, quæ vota fidelium, pretia peccatorum, & pauperum patrimonia nuncupantur, vendi vel alienari non debeant, 461 Quæ † enim divinæ majestatis obsequio, & cælestium decretorum usui sunt dicata non decet in alienum Jus redigi, vel in alterius servitii formam transmutari. Nempe, ut *B. Symmachi Papa* verbis loquamur, possessiones, quas unusquisque Ecclesiæ propriæ dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis aut distractionibus vel sub quocunque argumento non patimur. Ea propter nos tuis justis postulationibus annuentes, *Mansos*, qui Episcopalis mensæ tuæ servitio dediti sunt, in eodem statu, in quo bene à te dispositi cognoscuntur, futuris temporibus permanere præsentis scripti nostri confirmatione sancimus, statuentes, ut nulli successorum tuorum, vel alicui hominum liceat eos vendere, sive in laicorum beneficium tradere, vel in usus alios commutare. Sed sicut à te dispositus est, de unoquoque prædictorum *Mansorum* denarius unus annis singulis Babenbergensi Ecclesiæ pro anima Imperat. Henrici fundatoris ejus ad concinnanda luminaria conferatur. Abbatias vero & regulares Canonicis per industriam tuam in religionis ordine stabilitas, & alia à te rectè constituta nulli hominum facultas sit, in posterum immutare. Si quis autem contra hanc confirmationem venire temerario ausu præsumpserit, excommunicationis vinculo subjacebit. Data Laterani Idib. Aprilis Indict. secunda.

462 Similiter Cænobium † quoque *Marense* in Helvetia Benedictinæ professionis Anno Dominicæ incarnationis 1089. *à Papa Urbano II.* in tutelam & Patrocinium sedis Apostolicæ ea conditione, ut Abbas quotannis *aureum nummum* Romam mitteret, susceptum fuisse testatur Joan. Stumpff. *annal. Helv. lib. 7. c. 9.* *Monast. Murense.*

463 Ita nominatim etiam de Monasterio † Münster in Episcopatu Ratisponensi sito prodidit R. ac doctissimus Pater Jacob. Gretser. S. I. *in notis ad vitam S. Othonis Episcopi Bambergensis c. 17 post diplom. 6.* ubi dicit, se vidisse aliud diploma Innocentii secundi Pontificis, Anno redemptoris 1141. datum, & aliud Lucii III. Papæ Anno 1184. scriptum, quibus uterque Pontifex prædictum Cænobium Monasteriense in tutelam ac protectionem sedis Apostolicæ receperint.

464 Sic etiam † *Honorius II. Papa* Cænobium *Casamarii* in Italia situm, quod ab eodem, dum adhuc Cardinalis esset, erectum fuerat, sub speciali cura & protectione suscepit, teu ejus rei fidem facit eisdem diploma, quod inter alia sic habet: *Monasterium Casamari.*

Licet autem monasterium vestrum Juris & potestatis sit sedis Apostolicæ specialiter; quia tamen ex hoc Juris scilicet proprietatis ipsius specialius est effectum, nos illud *sub speciali cura & principali tutela B. Petri suscipimus* cum omnibus rebus, quas in præsentiarum justo titulo possidet, aut in futurum justis modis poterit adipisci, ut secundum privilegia prædecessorum nostrorum & nostra semper eas sine contradictione possideat, gaudens ubique privilegiis & indulgentiis universis, tam generalibus quam specialibus à sede Apostolica impetratis, &c.

465 Eundem in modum Papam † *Joannem XIII.* Anno 971. monasterium S. Mariæ *Glastingebiæ* in Anglia ab *Edgaro Angliæ Rege & S. Dunstano Archiepiscopo Dorovernensi* sive *Cantuariensi* fundatum, petentibus iisdem conditionibus † in protectionem recepisse indicat Diploma ejusdem Papæ elegantissimum, quod Illustrissimus Cardin. Baron. *tom.* 10. *Annal. Eccles. sub Ann.* 971. *num.* 2. tale ponit: 466 *Monasterium Glastingebiæ.*

Joannis XIII. Papæ diploma quo Monasterium Glastingebiæ in Anglia ab Edgaro Rege & S. Dunstano Archiepiscopo Cantuariensi fundatum in tutelam Ecclesiæ Romanæ assumit.

Noverit cunctorum notitia fidelium quod Ego JOANNES XIII. *Papa* Conditoris clementia S. Romanæ sedis existens indignus Papa, gloriosi Anglorum Regis *Edgarti* nec non & S. Dorovernensis Ecclesiæ Archipræsulis Dunstani summisso pulsatus rogatu pro monasterio *S. Mariæ* videl. *Glastingebiæ*, quod ipsi acti amore supremi regis in multis & magnis possessionibus ditaverant, monachorum inibi multiplicantes normam præceptoque regali firmaverant, quod & ipse facere non differam. Quorum assentiens benignæ petitioni *in sinu Romanæ Ecclesiæ, & beatorum Apostolorum protectione, eundem locum suscipio* & privilegiis adstruo & corroboro: quo fine tenus in eo, quocunque pollet, permaneat monachali ordine. Ipsi quoque monachi de suis sibi adhibeant pastorem, Ordinatio vero tam monachorum quam clericorum in arbitrio Abbatis & conventus sit. Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum eandem insulam causa placitandi vel aliquid aliud perscrutandi aut corrigendi intrare liceat. Si quis autem

autem id molitus fuerit contraire, aut possessiones ejusdem Ecclesiæ auferre, retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: ex auctoritate Dei Patris & Filii & Spiritus sancti, sanctæque Dei genetricis *Mariæ* ac sanctorum Apostolorum *Petri & Pauli* omniumque Sanctorum perpetuæ sit addictus maledictioni, nisi resipuerit. Omnibus vero eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri JESU *Christi*, Amen, nostraque stipulatio inconvulsa permaneat. Actum tempore *Elnofardi* ejusdem Monasterii Abbatis, prædicti Regis *Edgari* duodecimo Anno, qui est Dominicæ incarnationis 971. quo præfatus Papa Romæ in generali Synodo auctorizavit, cunctosque potioris dignitatis, qui præfuerunt eidem Concilio generali, ea corroborare imperavit.

467 Præterea etiam † Pontifices, uti ab Imperatoribus factum esse ostendimus, susceptis in protectionem Ecclesiis interdum alios quoque certos Advocatos dederunt, ut constat ex relatis per Trith. *in Chron. Hirsaug. pag.* 123. & 127. ubi ab Urbano II. Papa, Abbati Gebhardo ejusque Cœnobio Godfridum † Adalberti Comitis de Calve filium Protectorem constitutum fuisse refert, ex Bulla ibidem inserta, subsequentibus verbis.

468

Advocatum vero sive protectorem vobis Godfridum præfati Comitis Adalberti filium instituimus, si hujusmodi Deo præstante fuerit, ut Ecclesiæ & servis Dei honorem debitum exhibeat & prædicti monasterii utilis & studiosus defensor fuerit. Sin autem, in vestra sit potestate eligere vestræ Ecclesiæ idoneum protectorem, qui sine lucri sæcularis exactione id divinæ servitutis obsequium strenue ac reverenter exhibeat.

469 Similem in modum † idem *Urbanus* Pontifex Anno redemptoris 1090. cum Comites ac Barones quidam Monasterium *Bandusiense* in Sicilia situm invasissent ejusdem defensionem contra violatores, maxime vero Goffredum *Amici Comitis Cupsani* filium *Rogerio* & *Boamundo Roberti magnifici Nortmannorum Ducis filiis* commendavit tali ad eos dato diplomate.

Monasterium Bandusiense in Sicilia. Urbani II. diploma quo protectionem Monasterii Bandusiensis, Rogerio & Boamundo Nortmannorum Ducibus fratribus, adversus ejusdem invasorem Goffredum Comitem Cupersanum committit.

URBANUS *Episcopus Servus servorum Dei Rogerio Duci & Boamundo fratri ejus salutem, & Apostolicam benedictionem.* Proclamationem ante nostram præsentiam fecit *Urso Bandinus Abbas* de quibusdam Comitibus & Baronibus qui callida, invidiosaque Episcoporum machinatione seducti, ipsum & ejus monasterium nostris manibus consecratum modo plus conturbant. Unde quia *prædictum Monasterium ad Ius B. Petri pertinere*, vestram non latet notitiam, ex auctoritate *Petri* & nostra, Monasterium & Abbatem vobis commendamus, quatenus custodiatis, adjuvetis & à malis hominibus sicut B. *Petri* proprietatem fideliter defendatis & neque deprædationes, neque aliquam sui Juris diminutionem à quocunque fieri patiamini, semper recordantes, quia in consecratione ejusdem monasterii Abbatem & ipsum in manus vestras specialiter commendavimus. Itaque è priore commendatione & harum literarum jussione ab omnibus monasterium nostrum & præcipue à *Goffredo Amici Comitis filio* sicut fideles *B. Petri defendite*. Qui Abbati etiam pro defensione suæ rerum Ecclesiæ partes maritimas contuenti, constipatus latronibus sese obviam contulit: atque ab eo subrepto pretioso privilegio nostro vestris supplicationibus constituto, & aliis scriptis, spolia ejus diripiens, cum suis confratribus satiatum opprobriis cum peditem dereliquit, ac inde quæque jam à patre suo Comite eidem monasterio restaurationis gratia condonata ad suas manus sacrilegas nequiter revocavit. Quod si privilegium & quæque direpta sacrilegus ille renuerit reddere, & Abbati ac fratribus dignissime satisfacere, præcipimus, ut cogatis, alioquin ipse & fautores ejus anathemati subdentur.

Quod autem idem Pontifex noluerit jam dictum monasterium consecrare, nisi prædicti Duces illius Advocatiam reciperent ac defensionem promitterent, testantur iidem *Rogerius & Boamundus Duces* in suo, quod priori subnectitur *diplomate* atque à Card. Baron. *lib.* 11. *Annal. Ecclesiast. Anno* 1090. *nu.* 23. insertum habetur in quo inter cætera sic legitur:

Attamen monasterium ipsum prædictus Dominus Papa consecrare omnimodo renuit, priusquam idem & sua omnia *in nostra & hæredum nostrorum speciali cura & defensione omnimoda reciperemus*, & convicini Comites & Barones, qui aderant, Apostolica jussione Evangelicis sacramentis adstricti eidem Monasterio & rebus omnibus suis pacem & defensionem perpetuam & generalem libertatem se ubique custodire promitterent, &c.

Exempla alia in Annalibus præsertim Ecclesiasticis passim obvia, ne Lectori fastidium pariamus, studiose omittimus, illud hic duntaxat annectentes, Archiepiscopos † quandoque etiam nomine Pontificum, Monasteriis, Ecclesiisque aliis Advocatos dedisse, ut ex traditis Trith. *Chron. Hirsaug. pag.* 9. & *Chron. Spanheim. p.* 248. Hamelm. *in Oldenb. Chron. p.* 1. *c.* 17. *p.* 56. & Crus. *Annal. Suev. lib.* 2. *p.* 2. *c.* 6. *p.* 43. retulerunt.

470 *Abbatibus per summos Pontifices, libera potestas asciscendorum Protectorum concessa.*

Porro quandoque etiam summi † Pontifices Augustorum exempla secuti, liberam Monasteriorum Præsulibus eligendorum Advocatorum potestatem permiserunt.

Patet hoc inprimis † ex literis *Paschalis*, summi Pontificis, quibus Monasterium Alperspachense Anno post Christum natum 1095. à Rutmanno de Husin. Adelberto de Zolro, Comite Alvvico de Sulzo, fundatum, insequenti An. 1101. confirmavit, quarum tenor talis est.

471 *Monasterium Alperspach. Paschalis Papæ Diploma quo Alperspachensis Cœnobii Iura confirmat ejusdemque Abbati Advocatum pro libitu suscipiendi facultatem concedit.*

PASCHALIS *Episcopus* Servus servorum Dei, dilecto filio CONONI *Alperspachensi Abbati* ejusque successoribus in perpetuum regulariter promovendis. Religiosis desideriis dignum est facilem præbere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Pro inde religiosorum procerum *Ruotmanni de Husfa*, *Adelberti de Zolro*, & *Alevici Comitis de Sulzo* devotionem perpendentes, eorum desideriis assentimus, & *Beati Benedict.* Monasterium, quod in suo prædio fundaverunt, in loco scilicet

scilicet hæreditatis propriæ qui vocatur Alspirsbach / auctore Deo, decreti præsentis auctoritate munimus, statuentes, ut locus ipse cum adjacenti sylva & terminis suis, alia quoque prædia & mancipia quæ ipsi communiter per manum liberi hominis *Bernhardi de Flurin*, *B. Benedicto* tradiderunt: in villis quæ vocantur Dornheim/Homessingen/Heimdorff/Garsla/Hasela/Veringen/ quæque singulariter Adelbertus de Zolro/ suæ conversionis tempore in villis infra nominatis tradidit: id est in Bohin/ Geroldisdorff/ & Sultzo/ Bollo/ Rottwilo / atque Bosingen / quæcunque etiam in futurum vel supradicti proceres, vel alii quicunque fideles in idem Cœnobium de suo jure obtulerint, firma semper & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur: eorum pro quorum sustentatione, & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodo profutura: *Abbas sane cum fratribus Advocatum sibi, quem utiliorem providerint, instituant.* Qui si postmodum Monasterio inutilis & fratribus gravis fuerit: remoto eo alium præficiant. Nec alius advocationis bonum à Catholico Rege suscipiat, nisi qui ab Abbate & fratribus electus extiterit. Obeunte nunc ejus loci Abbate, vel suorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consilio, vel Fratrum pars consilii Sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, elegerint. Ad indicium autem perceptæ ab Ecclesia Romana libertatis, aureum nummum, qui Bizantius dicitur, quotannis Lateranensi Palatio persolvetur. Si quis igitur in crastinum Archiepiscopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex aut Ecclesiast. sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temperaverit secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit: potestatis honorisque sui dignitate careat: reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domin. nostri Redemptoris JESV Christi aliena fiat: atque in extremo judicio districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri JESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen Amen. Scriptum per manum Petri Notarii Regionarii, & Scriniarii sacri Palatii.

Ego Paschalis Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Datum Lateranis per manum Joannis S. Rom. Ecclesiæ Diaconi Cardinalis. 2. Idus April. Indict. 9. Incarnationis Dom. Anno M. C. I. Pontificatus autem Dom. Paschal. secundi Papæ secundo.

Sic † *Urbanus II.* per aliam Bullam à Trithemio *sub Abbate Gebhardo XIII. ibidem* insertam permittit Monachis Cœnobii Hirsaugiensis, post Romanum Imperatorem Advocatum eis assignatum, si nullus ex fundatorum familia idoneus reperiatur alium, quemcunque vellent, asciscere. Sic enim copia privilegii Papalis inter alia habet. 472

Advocatum † autem Imperatorem Romanorum, *qui & noster Advocatus est*, præficimus. Propter multiplices tamen ejus curas, & dispositiones regni liceat Abbati & fratribus de familia de Calwe eligere, si idoneus inventus fuerit: qui non lucri causa, vel pro necessitate sua, sed pro remedio animæ suæ & parentum suorum locum sæpe dictum velit defendere. Sin autem, alias, undecunquelibet, liceat alium eligere, qui † etiam vocatus in præsentiam Abbatis & fratrum juret in sacramento cum familiaribus suis, quod contra privilegia Ecclesiæ non veniat. Sic adductus in præsentiam Domini Imperatoris simili modo confirmet. Non solum autem super cellam majorem licet Abbati Subadvocatum constituere, sed per singula prædia & cellulas suas, ubi nihil etiam sibi Juris à prioribus illic constitutis in beneficiis providendis vel etiam Ecclesiis investiendis subtrahitur, &c. 473 474

Pari modo † *Celestinus II.* Pontifex Abbati & conventui prædicti Monasterii Anhusiani liberam pro arbitrio eligendi Advocati potestatem indulsit, hisce verbis: 475

Liceat autem vobis communi consilio Advocatum (quem ad defensionem ejusdem Monasterii utilem esse cognoveritis) libere eligere, ipsumque si inutilis apparuerit, removere, & alium, quem utiliorem provideritis, substituere, &c.

Ita habet Bulla ejusdem Celestini à Bruschio *in Monaster. German. cent. 1. operis initio* integre descripta.

Quod autem Pontifices, ut diximus, Advocatiam Ecclesiasticam sibi quoque vendicarunt, † inde eos occasionem accepisse, verisimile est, quod multi fundatores Ecclesias ac loca à se constructa ac Deo dedicata ea ipsa, quod creberrime factum legimus, in protectionem Ecclesiæ Romanæ ac summorum Pontificum sua sponte obtulerint. 476

Summi Pontifices unde sibi in Episcopatus, Monasteria, aliasque Ecclesias vendicandæ protectionis occasionem sumserint.

Hujus autem oblationis, præter alia exempla *supra* etiam adducta, testimonium profert Casp. Brusch. *cent. 1. in descrips. monasterii Byblingensis*, prope Ulmam adhuc florentis. Ubi testatur, † id ipsum Monasterium ab *Otthone & Hartmanno fratribus Comitibus de* Kirchberg religionem Christianam mirifice amantibus Anno salvifici partus 1099. in honorem *Sanct. Martini* fundatum † per eosdem conditores Romano Pontifici oblatum ac totaliter donatum fuisse. Unde Abbas † dicti Cœnobii singulis annis Ducatum Bizantinum Cameræ Apostolicæ in perpetuam hujus oblationis memoriam numerare soleat. 477 478 479

Idem etiam Brusch. *d. cent. 1. in descriptione Monasterii*

ſterii Zwifalten, cujus quoque ante meminimus, teſtatum facit, † quod poſtquam *Comites de* Achalm fundatores ſine hæredibus deceſſuri curam & tuitionem ejusdem Cœnobii *Mangoldo Comiti de* Veringen commendaſſent, † eundem mox illud *Urbano II.* ſummo Pontifici tuendum ac defendendum tradidiſſe. Unde † idemmet temporum ſucceſſu plurimas immunitates ac privilegia non ſolum à ſummis Pontificibus, ſed ad eorundem petitionem ab ipſis etiam Imperatoribus ac regibus conſecutum fuerit.

480

481

482

De hac ipſa Zvvifalenſis Monaſterii, facta in ſummi Pontificis protectionem, oblatione, ſequentia annotavit Cruſ. *Annal. Suev. part. 2, libr. 8, c. 12. Luitholdus*, inquit, *& Cuno adhuc in poteſtate hoc Monaſterium habentes, metuebant, ne quis poſterorum ſuorum, aut hæredum in id invaderet: ſi hoc in ſua poteſtate retinerent. Ideo Comitem Veringenſem Manigoldum, cum multis proceribus accerſiverunt ac tradiderunt ei omnem proprietatem: quam huc usque in ea cella videbantur habere; ut vel ipſe, vel alius nomine ejus, Romam ad Apoſtolorum limina proficiſceretur: illamque cellam Apoſtolico patrocinio, & Eccleſiæ Romanæ Dominio, ſub unius aurei cenſu, ſingulis annis Lateranenſi Palatio perſolvendo, ſubderet. Hunc autem aureum ex inſtituto D. Udalrici, hujus loci Abbatis & conſenſu totius congregationis, uno anno Monaſterii Præpoſito, altero Camerarius cum rebus ſuæ Curiæ creditis debebat acquirere: & in nativitate S. Mariæ ſuper majus altare poſt Miſſam inchoatam cernentibus cunctis fratribus ponere. Quem accipiens cuſtos Eccleſiæ tandiu ſervandum curabat, donec per idoneos nuncios in Lateranenſi Palatio præſentaretur Præſuli Apoſtolico. Si negligeret Præpoſitus aut Camerarius, dicto die illum nummum in majori altare ponere: ordine noviſſimus eſſe debebat ipſe in Choro, in refectorio, in Capitulo & ubique quoad usque illum cognoſceretur perſolviſſe. Sin ne ad diem quidem Michaelis feciſſet officium, aureum illum ſuper altare ponere cogebatur, ac ſic ordinem priſtinum recipiebat: ſi non faceret, noviſſet Dominici corporis ac ſanguinis communione, niſi mortis articulo ſuperveniente cariturum: usque dum ſuper altare unum aureum præſentaret.*

Manegoldus Comes, ut rogatus erat exequi ſategit & eandem cellam Dietrico de Bütnburg (Bubenburck ob Landaw) *delegavit. Non multo poſt ſub Abbate Noggero Dietricus cum Wehrnero Presbytero de Mosbuſin Manegoldi Comitis Clerico, Romam adiit, ac cellam ſibi delegatam ſuper altare S. Petri multis Romanorum Principum, Senatorum ac reliquorum procerum aſtantibus ſub cenſu prædicti aurei, in perennem proprietatem, tuitionem & obedientiam, Romanorum Pontificum tradidit. Pontifex ergo Urbanus II. Noggero manu ſua ſignatum ac confirmatum, libertatis miſit privilegium Anno incarnationis divini Verbi 1093. ut dictum eſt. Poſtea Calliſtus Papa renovavit.*

483 Ex ſimili oblationis occaſione † *Urbanum II.* ſuſcepiſſe in protectionem *Epiſcopatum Tarraconenſem* oſtendunt bina à Cæſ. Baronio *Tom. 11. Annal. Eccleſ. Anno 1091. num. 9. & 11.* inſerta diplomata, quorum priori continetur † donatio Civitatis Tarraconenſis à Berengario Comite Barchinonenſi Eccleſiæ Romanæ facta his verbis:

484

Quod Ego BERENGARIUS *Comes* prædictus amore Dei ductus donavi Domino Deo & Apoſtolorum principi *B. Petro* ejusque Vicario Romanæ ſedis Apoſtolico omnem meum honorem, qui mihi competit ex Jure paterno, quemadmodum ego diviſi cum *Raymundo Berengario* fratre meo, ſicut ego eum habeo vel habere debeo, ſpecialiter dono ei in Dei nomine *Tarraconenſem urbem* cum omnibus quæ pertinent, aut pertinere debent ad ejusdem urbis nobilitatem, ea ſcilicet deliberatione, ut ego & mei poſteri omnes, ſicut ſupra ſcriptum eſt, teneamus hoc totum per manum & vocem *S. Petri*, ejusque Vicarii Romanæ ſedis Apoſtolici per quinquennium ſolventes ei cenſum viginti quinque librarum puriſſimi argenti ad juſtum penſum, &c.

In altero vero facta † per dictum Pontificem *Urbanum II.* confirmatio ejusdemque in Tutelam receptio habetur ſequentium tenore. 485

Nos itaque præſtante Deo reſtitutionis hujus optamus cooperatores exiſtere, prædicti Comitis inſtitutum, libertatesque & conſuetudines, quas novis Tarraconenſis Urbis colonis promulgaſſe cognoſcitur, collaudamus, & rata manere auctoritate noſtra decernimus. Cum univerſa ſi quidem ipſius Comitis terra, quam *B. Petro obtulit & Tarraconenſem Urbem ac populum, Domino ibi aſpirante, collectum ſub Apoſtolicæ ſedis tutela ſpecialiter confovendum ſuſcipimus*, libertatemque illius per Comitis *Berengarii* ſcriptum collatam eatenus confirmamus, ut nemini quicquam ultra perſolvant, niſi ſponte propria Romanæ ſe faciant Eccleſiæ debitores: Sed hæc ex Bulla hactenus.

Porro non tantum, † ut hucusque oſtenſum eſt, Imperatores ac ſummi Pontifices ſupremos ſe Eccleſiarum & Monaſteriorum tutores atque protectores profeſſi ſunt, ſed & alii Reges ac Monarchæ, quod adducta *hoc ipſo capite ſuperius* diplomata evidenter docent, exemplo Imperatorum ac Pontificum Patrocinium ſacrorum locorum & Advocatiam aut ſua ſponte aut etiam ad inſtantiam Monachorum ſuſceperunt. Cujus rei locuples nobis teſtimonium porrigit Diploma *Dagoberti Francorum Regis* Monaſterio *Weiſſenburgenſi* Anno Dom. 623. conceſſum, cujus exemplar ex Joan. Naucl. *Chronogr. vol. 2, ſub generat. 21. ſupra* exhibuimus. Ex quo apparet, dictum Regem *Dagobertum* ejus Monaſterii tutelam ſuſcepiſſe, dum Patrem ejusdem ſub immunitatis ſuæ defenſione omnia illius bona poſſidere voluit.

486 *Advocatia Monaſteriorum à Regibus ac aliis Principibus paſſim etiam ſuſcepta.*

Parem ejusdem rei fidem facit *Theodoricus* † itidem Francorum Rex, in ſuo, per Bruſch. *in deſcript. Monaſterii* Maurſmünſter *appoſito diplomate*, quod de ſuſcepta ab eodem Rege Advocatia illius ſequentem in modum ſe habet.

487 *Monaſterium* Maurſmünſter.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis: THEODORICUS *divina favente clementia Rex Francorum* viro Illuſtri *Luthfrido Alemannorum Duci*. Si petitionibus Deo ſervientium (quæ ad eorum quietem & tranquillitatem pertinent) libenter præſtamus atque ad effectum perducimus: Regiam conſuetudinem exercemus & ad mercedem vel ſtabilitatem regni noſtri pertinere confidimus. Ideo notum eſſe volumus tam futuris quam præſentibus, qualiter venerabilis *Maurus Abbas de Monaſterio D. Leobardi* quondam Abbatis in honore ſanctorum Apoſtolorum *Petri & Pauli & S. Martini peculiaris patroni noſtri* conſtructo, Clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit, quid Anteceſſori ſuo *D. Leobardo* quondam Abbati, qui ipſum Monaſterium ſuo opere à novo fundamento ædificaſſe noſcitur, inclytæ memoriæ parens noſter *Childebertus*

Theodorici Francorum Regis diploma, quo confirmatio bonorum Monaſterii Maursmünster *continetur, illudque ab eodem Rege in Mundeburdium ſuſcipitur.*

bertus quodam Rex, oportunitatem ipsius Monasterii terram illam quam de deserto ipse ad excolendum vel commonendum præoccupaverat, per loca prænominata de ponticulo ad Fuenheim usque ad publicam stratam Tabernensem ac deinde ad stratam pagi oppiduli *Marleyensem*, hinc terminum de fonte Cisternato cum adjacentibus suis usque ad Gunsium rivum, indeque ad montem Cubergum, per fraxinetum ad loca qui vocatur *Ascbovva*, & sic per fluvium Sornam usque ad crucem petrinam tum demum ad *Mauri* rivum pro futura mercede, eisdem concessisset, ut nullus ibidem campos facere, nec porcos saginare, nec materiam succidere, nec ipsius fines penitus irrumpere præsumeret, sed hoc ipsi monasterio omni tempore concessum esse deberet & quicquid intra vel extra præscriptos terminos in quacunque provincia vel pago ipse vel aliquis Regum, prædecessorum ejus tradidisset, seu successorum quilibet potens, vel vilis persona memorato loco, Abbati, ejusque successoribus, pro animæ suæ salute tradidisset nullo contradicente aut resistente, libere atque licenter possidere liceret. Unde ipsam præceptionem memorati Principis, seu divæ recordationis *Theodeberti*, *Clotharii*, *Dagoberti*, *Sigeberti*, *itemque Dagoberti*, quondam Regum nobis ad confirmationem ostendit in præsenti relegendam, sed pro firmitatis studio nostrum sibi expetiit ex hoc ipso in eodem Monasterio, vel circa ejus terminos omniaque ad id pertinentia confirmare præceptum. Cujus petitionem pro Dei intuitu vel mercedis nostræ augmento benigne suscipientes ita nos confirmasse, & in omnibus præstitisse regia consuetudine cognoscite. Præcipimus enim, ut quicquid per inspectas supradictorum Regum præceptiones ad ipsum Monasterium longe vel prope noscitur concessum fuisse, per hanc auctoritatem nostram ipsi Monasterio vel memorato *Mauro* Abbati, suisque successoribus omni tempore in Dei nomine, & ipsum privilegium nostris & futuris temporibus stabile, Deo auxiliante omnimodis conservetur.

Similiter petiit, Abbas scilicet *Maurus*, ut eum cum omni familia rebusque monasterii sui longe vel prope constitutis sub *nostro mundiburdio & defensione reciperemus.* Quod nos pro mercedis nostræ augmentis ita & præstitisse cognoscite, & confirmasse. Quapropter per præsens decernimus ac jubemus præceptum, ut neque vos, neque juniores vestri seu successores, nullaque omnino cujuscunque sit potentiæ persona ipsum Abbatem neque monachum, neque certe homines suos injuriari, nec condemnare, nec ei infra vel extra monasterium rem irrationalem facere penitus, neque de rebus ad se pertinentibus quippiam auferre præsumat, sed liceat ei suisque omnibus *sub immunitatis titulo, & nostro Mundiburdio vel defensione* cum omnibus rebus suis & monasterii sui secundum normam patrum Domini *Benedicti* & Domini *Columbani* quietos residere atque securos, quo potius ipsam congregationem sanctam melius delectet, pro stabilitate regni nostri misericordiam Domini die, noctuque crebrius exorare. Data Metis in Cœnobio S. *Arnolphi* ejusdem loci Episcopi, quod est constitutum in suburbio; sub die Calend. Maji, Anno Dominicæ incarnationis 724. Indict. 3. Anno vero regni Domini Theodorici V. Ego Grimaldus Cancellarius recognovi.

Maxime vero fundatores locorum † sacrorum Advocatiam sibi posterisque suis vendicasse varia itidem fundationum diplomata commonstrant. Ejus rei † exemplum notabile habemus in Monasterio *Banthensi*, in dextra Mœni è Vogtlandiæ Montanis versus Franciam Orientalem descendentis, in altissimi montis vertice, inter *Liechtenfelsum & Staffelsteinum* oppida sito, quod † Anno 1071. in beatorum *Petri* Apostoli, & *Dionysii* Martyris honorem ab *Hermanno Marchione Voburgensi* (qui † postea in equestri certamine Herbipoli hastiludio, lancea transfossus occubuit) ejusque uxore *Alberade Comitissa de Banth.* ex arce ejusdem nominis *Banth.* majorum suorum sede fundatum atque erectum est. In ejus autem fundationis literis, dictus † *Herman, Marchio*, Advocatiam, sibi ac hæredibus suis expresse reservavit, prout ejusdem erectionis literæ edocent, quæ sequentem in modum se habent.

488 Advocatia per Fundatores Monasteriorum sibi ac hæredibus suis sæpius reservata. Monasterium Banthense. 489 490 491 492

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, sciat & cognoscat sancta & universalis Ecclesia, qualiter ego HERMANNUS *Marchio & uxor mea* ALBERAD *Comitissa* pro æterna jugiter meditantes retributione in *Banthensi* castro principali videlicet loco ditionis nostræ domum Domino ereximus in honore *B. Petri Apostoli, & pretiosi Martyris Dionysii*, ut in ea Domino Monasticis disciplinis perpetuo serviatur: Et nostra nostrorumque memoria immortalis habeatur. Ad hunc ergo locum Mucburg cum omnibus pertinentiis suis mobilibus & immobilibus, villis, sylvis, pratis, areolis, pascuis, viis, inviis, exitibus, & reditibus & molendinis; Et totum Banggaw quicquid inter *Iresam*, & Mein situm est, omnemque Dominicatum nostrum in illis terminis communi voto, firma traditione delegamus. Decimas quoque de suburbanis nostris novalibus & vineis, Dominicales quoque Capellas nostras Mucburg & Assultern / cum dotibus decimis & terminis suis sicut ab antiquo possedimus perpetuo Jure ipsi Ecclesiæ tradidimus. Adstipulante & corroborante Domino meo Adelberone venerabili sanctæ Wirtzburgens. Ecclesiæ Episcopo, eo tempore quo eo agente & suscipiente delegavimus ad reliquias *S. Kiliani* Martyris præposituram Heydenfeld / cum pertinentiis suis Anno Dominicæ Incarnationis 1069. indictione septima, regnante Henrico IV. Romanorum Imperatore, sic dotatam & fundatam Ecclesiam illam communi

Hermanni Marchionis Vohburgensis diploma quo fundati à se Monasterii Banthensis Advocatiam pro se ac hæredibus suis reservat.

municato cum Ministerialibus & fidelibus nostris consilio, *B. Petro Principi Apostolorum* in Bamberg cum omnibus prædiis suis delegavimus, præsente & agente, suscipiente & confirmante *Hermanno* ejusdem sedis Episcopo. Tradidimus autem seorsum extra Abbatiam in usum Episcopi & successorum ejus *Stekilleze*, & *Gredosa* cum pertinentiis suis, decimis, & terminis suis. Et forestum ad *Banntza* pertinentem permanente tamen Abbati ejusdem loci, ejusque familiæ in eodem foresto cædendi & pascendi libera potestate. Ministeriales quoque nostros exceptis paucis cum omnibus prædiis & beneficiis suis ubicunque positis, eidem Ecclesiæ delegavimus, eo pacto, ut cum primis & optimis ejus ministerialibus Juris & dignitatis habeant consortium. *His omnibus hanc firmissime conditionem subjunximus ut præscripta bona dum vivimus, in nostra provisione & potestate permaneant*, Nobis autem defunctis *legitimus hæres noster Advocatiam eorum suscipiat*. Episcopus autem Bambergensis ipsum locum singulari gratia diligat, sublimet & exornet, de bonis autem ei delegatis vel in usum suum separatis nulli beneficium concedat & nihil eorum imminuat, sed in stipendium fratrum Deo ibi servientium infra unum centum mansos adjiciat.

Quod si tempore pervoluto aliquis Episcoporum mutata voluntate hoc nostræ conscriptionis pactum infringere, mutare & adnihilare voluerit; proximus consanguineus noster, vel nostræ possessionis legitimus hæres unum solidum ad altare *B. Petri* persolvat, & omnia præscripta bona in suam contrahat potestatem. Ecclesia autem nostra sit libera & immunis à pensione soldarii & ab actione totius servitutis, quia hæc est voluntas nostra in *Christo*, ut de redditibus ipsi soli serviatur. Et in ea illi servientes opportuna pace & diuturna quiete perfruantur. Et hujus causæ testes sunt Poppo Præpositus, Lindo Decanus, Meginhardus Scholasticus, Herdroicus Thesaurarius, Reginboldus Archipresbiter, Adelo Goßbrecht/ Esso presbyter, & alii Canonici. De Laicis vero Eberhard. Comes Burckard. Comes, Henrich. Gebehard. Comites de Sultzbach/ Gesowin Comes, Stercer, Comes, Reginbotho Comes, Wolffram Comes & frater ejus Otho de Abensperg. Tiemar Comes de Tetenuam. Tiemar Gubrecht/ Ebo Gervvick Herold, Otho Tinio, Tegino ingenii testes per aurem tracti. Friderich. Poro, Eppo. Erbo. Poppo Herman. Limprecht & alii. Et hæc gesta sunt Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo septuagesimo primo, indictione nova regnante Hentico IV. Romanorum Imperatore feliciter.

Plura hujus rei exempla cum in *c. 9. de forma protectionis sub divers. nu.* adduxerimus, aliis hoc loco referendis supersedemus.

Ut igitur præsenti tandem capiti colophonem addamus: id non minus experientia quam antiqua literarum monumenta docent, quod † jam olim [493] etiam eundem in modum, uti ab Episcopis ac Prælatis Ecclesiasticis factum est, ita alii quoque status seculares, Reges nempe Duces, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates itidem tam Imperiales, quam aliæ, oppida quoque villæ ac homines etiam privati potentiorum protectioni se submiserint, attestante Gailio *obs. 54. n. 10. libr. 2.* novissime Waremund. ab Ehrenberg. *meditat. pro Fœd. lib. 1. cap. 4. n. 12.* Ubi dicit, Civitates, Imperiales liberas vel etiam aliis subjectas, necessitate exigente, Protectores suscepisse. & *num. 15.* attestatur, Electores, † [494] & Duces Saxoniæ civitatis Erphordiensis esse vetustissimos protectores, quamvis † [495] in Camera Imperiali ante aliquot annos pronunciatum fuit, daß Rathmeister vnnd Raht der Statt Erfurt nicht gebühret / noch geziemet habe / so viel die Statt Erfurt / dero Burger / vnnd Einwohner belangendt / die Chur-vnd Fürsten zu Sachsen zu Erbschirm auffzunehmen / ut traditur *in Symphorem. supplicat. Cam. Imperial. part. 1. tit. 2. vot super materia conventionis.* Quod identidem etiam de liberis Civitatibus affirmat Herman Vultejus *cons. Marpurg. 19. vol. 3. num. 145.* Ubi dicit, † [496] non infrequens esse, ut liberæ Civitates sese submittant alicui principi, ut ab eo protegantur & defendantur: nominatim etiam compilator Symphorematum tanquam orbi manifestum perfunctorie indicat, multas urbes, nobilesque Imperio immediate subjectos se in alterius Principis Protectionem mit Leib vnd Gut / dare posse, inde tamen Imperio ne hilum quidem decedere. *Tom. 2. pa. 3. Supplic. 23.* idque communi usu & consuetudine per totum Romanum Imperium etiamnum hodie observari testatur Hieron. Schurff. *consil. 23. nu. 5. cent. 3.*

Et hanc eandem consuetudinem apud Germanos in civitatibus etiam præsertim Imperialibus jam olim receptam esse hodieque usu frequenti observari ex Ferrar. *lib. 1. cap. 6. §. 9. de feud.* testatur Herman. Vultæ. *tract. feud. lib. 1. cap. 8. sub n. 17.* sequitur Georg. Schönborn. *Politic. lib. 6. cap. 6.*

Verum enimvero, quia in præcedentibus Ecclesiasticarum singularum protectionum speciebus, rem ipsam exemplis ac diplomatis illustravimus, instituto nostro convenire putamus, idipsum quoque in singularibus, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, ac civitatum tam Imperialium, quam aliarum Clientelis singulatim ostendere.

A Regibus igitur ordiendo constat ex *Bodino* Scotiæ † Regnum olim sub Regum Angliæ tutela ac patrocinio extitisse. Ita enim Janum † [497] Balliolum Regem Scotorum Anno 1293. non modo fidem Regi Anglorum præstitisse, sed & Scotiæ regnum se fiduciæ nomine sub Anglorum patrocinio possidere, professum esse testatur idem Bodin. *d. republ. cap. 9.* Sic & ante hunc † Constantinum Scotorum Regem ab Adel[?]o Anglorum Rege in verba sua jurare, sub adumbrato clientelaris fidei titulo compulsum refert Joachim Clutten. *in syllog. rerum quotidian. concl. 10. in schol. lit. d.*

Qualiter Reges sese in alterum protectionem commiserint.

Et

Exemplum Muleassis Tunetorum Regis sese in Tutelam Caroli V. committentis.

Et ut vetustiora omittamus, non ignoramus superiori primum seculo *Muleassem* † *Tunetorum Regem* (498) sese in peculiarem laudatissimi Imperatoris *Caroli V.* protectionem ac tutelam tradidisse. Cum enim Anno instauratæ salutis 1530. *Solymannus Turca*, duce *Hariadeno Barbarossa* potentissimo Bassa, ac supremo maris præfecto ingenti classe instructa *Tunetum* occupasset, & *Muleasses Rex* expulsus ad *Doratem Regulum* cujus soror Muleassis mater fuerat, confugiens, imbi usque ad *Caroli Cæsaris* adventum per quinquennium latitasset: Idem postea Imperator Anno 1535. lectissimo milite è Germania Italia & Hispania conscripto, septingentis navibus in Africam trajiciens, inprimis recuperata *Guleta* arce fortissima, totaque inde Tunetani Regis ditione, quæ octingentis fere millibus passuum in ora ab occasu ad orientem extendebatur expugnata, prædictum *Muleassem* suis viribus liberatum in tutelam suscepit partaque victoria in regnum restituto annuam, ad indicium susceptæ protectionis, pensionem imposuit falcones duos, & totidem è Numidia velocitate conspicuos equos ea conditione ut Christianis amicus Turcis hostis, ipsi Cæsari tanquam fidus cliens addictus esset atque Hispanis quos Guletæ amplius mille præsidii loco reliquit annuum stipendium persolveret, prout hæc omnia prolixius retulit Laur. Surius *comment. rer. in orbe gest. ad Ann.* 1535.

Verum ut missis infidelium magis illustria Christianorum Regum, qui se in specialem summi Pontificis protectionem dederunt, exempla prosequamur, ab (499) Honorio † Papa Anno 1217. Joannem Angliæ, Anno 1218. Ferdinandum Castellæ, & Anno 1219. Philippum (500) Galliæ Reges, à Gregorio † IX. Anno 1228. Berengariam Angliæ & Anno 1229. Sanctiam Castellæ Reginas, (501) nec non † Anno 1234. Carolomannum Halitiæ Regem cum Salomea, & Anno 1278. Richardum Angliæ Regem, & Jolantem Arragoniæ Reginam: Ab (502) Innocentio † IV. Anno 1252. Mendegonem Lithuaniæ (503) & Anno 1253. Henricum Angliæ Reges, à Clemente † item IV. Anno 1267. Ludovicum Galliæ Regem in Apostolicæ sedis clientelam receptos fuisse commemorat D. Abraham, Bzovius *Annal. Eccles. tom* 13. *ad annos supra annotatos.*

Duces ac Principes qualiter & quinam, aliorum protectionem quæsiverint.

Ad Duces vero quod attinet, non minus notorium (504) est, † eosdem interdum Regum aliorumque potentiorum clientelas quæsivisse. Sic Ducem Montensem, Poloniæ Regis per Legatum, quondam petiisse patrocinium commemorat Cromer. *de Reb. Polon. lib.* 19. *in pr. p.* 285.

Duces Lotharingiæ in specialem Imperii Romani protectionem suscepti. Ferdinandi Romanorum Regis transactionis pacta cum Antonio Lotharingiæ Duce inita quibus Lotharingiæ Duces in specialem Rom. Imperii tutelam recepti.

Sic etiam annis amplius ab hinc septuaginta † Duces Lotharingiæ in specialem Sacri Rom. Imperii protectionem, à Ferdinando Rege Anno scilicet 1542. receptos fuisse in eaque etiamnum hodie existere constat, cui rei fidem facit Transactio Lotharingica Anno eodem erecta, quæ ita habet.

Wir Ferdinandt von Gottes Gnaden/ Röm. König/ zu allen zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien/ in Hungarn/ Böheim/ Dalmatien/ Croatien vnd Sclavonien/ rc. König/ Infant in Hispanien/ Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgundt/ zu Brabandt/ zu Steyer/ Kärnden/ zu Crain/ zu Lützenburg vnd zu Würtẽberg/ Fürst zu Schwaben/ Marggraff des H. Röm. Reichs/ zu Burgundt/ Mehren/ Ober vnd Nider Laußnitz/ Graff zu Habspurg/ zu Tyrol/ zu Pfirt/ zu Kyburg vnd zu Görtz/ Landtgraff in [illegible]as/ Herr auff der Windischen Marck/ zu Portagen vnd zu Salins/ Bekennen offentlich vnd thun kundt/ allermenniglich mit diesem Brieff/ alß der Hochgeborne Anthoni Hertzog zu Lothringen/ Vnser lieber Schwager/ auff etlichen hievor gehaltenen Reichstägen/ vnd sonderlich auff nechst gehaltenen Reichstägen/ zu Regenspurg vnd Speyer/ der Röm. Kay. May. Vnserm lieben Bruder vnd Herren/ auch Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen des H. Reichs/ durch seine Bottschafften vndertheniglich/ freundtlich vnd gnädiglich vorbringen hat lassen/ wiewol sein † Hertzogthumb (505) Lothringen/ ein frey Fürstenthumb/ vnd niemandt vnderworffen/ dann allein daß er von wegen etlicher Particularstück seines Hertzogthumbs Lothringen/ der Röm. Kay May. vnd des H. Reichs Lehenman/ vnd Verwandter were/ so were doch er vnd seine Vnderthanen durch die Anschläge des H. Reichs/ auch der Cammerrichter vnd Beysitzer/ fiscalisch Proceß/ darzu die Appellation Mandaten vnd andere sachen vielfeltig angefochten/ das vormals nicht geschehen/ vnd noch nit seyn solte/ wie er im fall der Notturfft gnugsam darzuthun getrawte/ aber das vnangesehen/ vnd damit die Röm. Key. May. Churfürsten/ Fürsten vnd Stände scheinbarlich befinden möchten/ daß er viel mehr mit Irer May. vnd den Ständen des H. Reichs friedlich vnd einig zu seyn/ dann in Widerwillen zu leben/ begierig vnd geneigt: So bittet vnd begehret er mit der Keys. May. auch Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen des H. Reichs vertragen/ vnd vereint zu werden/ wiewol er das nit schuldig were/ mit dem erbieten/ daß er von solcher Particular Lehenstück wegen/ deren doch wenig weren/ Jährlich zu Vnderhaltung des Cammergerichts vnd allen andern Aufflagen vnd Anschlägen/ so von gemeinen Ständen des H. Reichs gemacht werden/ einen zimlichen Antheil zugeben willig seyn wolt/ doch mit der versicherung/ daß Er solche Beschwerung nit allein von der Particular stück wegen/ sondern darumb auff sich nemmen vnd tragen wolt/ daß sie seinem Hertzogthumb incorporirt vnd einverleibt weren/ auch daß er vnd das gantz Fürstenthumb Lothringen gleich anderen Fürstenthumben/ vnd Ständen des H. Reichs beschützet vnd beschirmbt werden solte/ Doch daß dieselbige Anlagen auch dermassen zimlich angeschlagen vnd gemäsigt würden/ daß sie Im vnd seinen Erben träglich vnd leidenlich seyn möchten/ so weren seine Lehenstück/ die er vom H. Reich zu Lehen vnd Affterlehen trüge/ also eines geringen Jährlichen einkommens/ daß sie eine ewige Anlage einem Churfürsten gleich in viel Jahren nit ertragen möchten. Dargegen aber vorgewendet worden/ wiewol Wir vnd gemeine Stände auff gehabte erkündigung nochmals darfür achten vnd hielten/ daß sulch Hertzogthumb Lothringen dem H. Reich vnderworffen were/ vnd billich seyn solte/ in betrachtung daß die Hertzogen zu Lothringen von altershero in des Reichs Anschlägen begriffen gewest/ vnd noch seyn vnd darüber andere mehr statthaffte vnd erhebliche Gründe vnd Vrsachen dargethan werden möchten: Noch dannoch/ dieweil wir seinen geneigten vnd guten Willen/ so er zu dem Heyligen

ligen Römischen Reich träget / vermercket vnd vernommen / so haben wir im Namen vnd an statt der Röm. Kay. May. vnsers lieben Bruders vnd Herrn / vnd für vns selbst mit seinen Bottschafften / nemblich Claudio von den Pillierß / seinem Balliff von Spinal / Herrn von Jandilanicourt / Dominico Schanpeneiß der Rechten Doctor / vnd Supplicum libellorum Magistro, Nicolao von Lespeut vnd Joachimo Brüninger der Rechten Doctor / vnd herwiederumb sie von wegen bemeltes jres Herrn / des Hertzogen zu Lothringen / sich mit vns auff jre gnugsam derohalb vorgelegte Credentzen vnd Gewaltsbrieffe mit vorwissen / Raht vnd willen der Churfürsten / Fürsten vnd Stände / vnd der abwesenden Pottschafften / in weitere Handlung begeben / vnd nach vielen vnd wider beschehenen Anzeigungen Reden vnd Handlungen / so derhalben gepflogen / endlich miteinander vereinigt / verglichen vnd vertragen: Vereinigen / vergleichen / transigiren vnd vertragen vns auch hiemit in Krafft dieses Brieffs / in der allerbesten vnd bestendigsten Form / Transaction vnd Maaß / wie das beschehen sol vnd mag / Also das obgenanter vnser Schwager Hertzog Anthonj vnd seine Erben / Hertzogen zu Lothringen / nit allein mit Particularstücken / so von dem H. Reich zu Lehen oder Afterlehen rühren vnd gehen / sondern auch mit dem Hertzogthumm Lothringen / vnd was demselben als einem Hertzogthumb zugehörig ist / als nemblich Planckenburg / Pontamonsa vnd dergleichen nun hinführo zu ewigen zeiten in der Röm. Keys. Kön. vnd des H. Reichs Schutz vnd Schirm seyn vnd wie andere Fürstenthumb vnd Stände des H. Reichs geschützet / geschirmet vnd verthedigt werden sollen / wie Wir auch im Namen vnd an statt der Röm. Kay. May. Vnsers Lieben Bruders vnd Herrn / vnd auß seiner Keys. May. sonderbaren Befehl / vnd vor Vns selbst den obgemelten Vnsern Schwagern Hertzogen Anthonj / seine Erben vnd das Hertzogthumb Lothringen in Jrer Kay. May. vnd des H. Reichs Schutz / Schirm vnd verthedigung hiemit also auff vnd annemen. Dargegen sollen vnd wollen gedachter † Hertzog Anthoni vnd seine Erben alle vnd jede Anschläge vnd aufflagen / die jederzeit von gemeinen Ständen in dem H. Reich fürgenommen vnd gemacht werden / tragen / vnd nemblich in jedem Anschlag zwey theil / das ein drittheil weniger vnd minder ist des Anschlages oder aufflage / so einem Churfürsten aufferlegt wird / geben vnd entrichten / Also wie offt ein Churfürst 300. Gülden zur Anlag geben würdt / soll bemelder Hertzog Anthonj vnd seine Erben allwege 200. Gulden / vnd also in mindern vnd mehrern Aufflägen / auff vnd anzurechnen darzu zu einbringung solcher Anschläge vnd Aufflägen vnd erhaltung des gemeinen im H. Reich auffgerichten Landtfriedens / Sicherheit vnd geleits der Kay. May. Vns vnd den Röm. Keysern vnd Königen / die zu jederzeit seyn werden / auch dem H. Reich vnd desselben Jurisdiction zugethan vnd verwandt seyn / aber sonst sollen sie

506

† vnd das Hertzogthumb Lothringen / vnd desselben Vnderthanen / aller anderer Processen / Mandat vnd Jurisdiction des H. Reichs / es sey in erster oder anderer Instantz / geübriget / gemässiget vnd frey seyn / vnd mit eigen Processen / Mandaten / Citation / Appellation / Annemung vnd andern Sachen wie die Namen haben mögen / kein außgenommen / dann allein die zu anziehung der Anschläge vnd Aufflage / auch Handhabung des Landtfriedens / Sicherheit / vnd Geleits / wie obgemelt gehörig seyn / vnbeschwerdt gelassen werden vnd bleiben / vnd das Hertzogthumb Lothringen mit seinem Anhang ein gantz frey / vneingezogen Fürstenthumb seyn vnd ewiglich bleiben / vnd von der Key. May. Vns / auch Churfürsten / Fürsten vnd Ständen des H. Reichs / ein frey vneingezogen Fürstenthumb / Superioritet vnd Principat / erkandt / genant / vnd gehalten werden. Was aber des bemelten Vnsers Schwagers Hertzog Anthonj Voreltern Hertzogen zu Lothringen / vnd er bißhero von Röm. Keysern vnd Königen vnd dem H. Reich zu Lehen gehabt / empfangen vnd getragen / das sollen auch Er Hertzog Anthonj vnd seine Erben / hinfüro also zu Lehen haben / vnd wie sich gebühret empfangen vnd tragen (doch hierin in allewege außgescheiden das Hertzogthumb Lothringen / welches ein frey vneingezogen Fürstenthumb seyn vnd bleiben soll.) vnd der obberürte Hertzog Anthonj für sich vnd seine Erben solchen Tractat vnd Handtlung bewilligt vnd angenommen hat / so gereden vnd versprechen Wir auch alle vnsere Nachkommen am Reich gedachten Hertzog Anthonien / seine Erben vnd das Hertzogthumb Lothringen / wie andere des H. Reichs Fürstenthumb vnd Ständen / schützen / vnd schirmen vnd vertheidigen / vnd nicht weiter dann zu einziehung der Anschlägen / Landtfrieden / Sicherheit vnd Geleit / wie obstehet / zu Vnser vnd des H. Reichs Verwandtnus / Jurisdiction vnd mitleyden ziehen noch erfordern / sollen noch wollen. Vnd gebieten darauff an statt vnd im Namen der Key. May. vnd für Vns selbst von Röm. Keys. vnd Königlicher May. Macht vollkommenheit allen vnd jeglichen Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen / Prälaten / Graven / Freyherrn / Herrn / Rittern / Knechten / Hauptleuthen / Vitzthumben / Vögten / Pflegern / Rentmeistern / Amptleuthen / Schultheisen / Burgermeistern / Richtern / vnd Gerichten / vnd jnsonderheit der Key. May. Vnsern Cammerrichtern vnd Beysitzern des Keyserlichen Cammergerichts / vnd Hoffrichtern des Hoffgerichts zu Rothweil / vnd andern Richtern / allen Gerichten / Räthen / Burgern / Gemeinden / vnd sonst allen andern Vnsern des Reichs Vnderthanen vnd Getrewen / in was Würden / Standts oder Wesens die seyn / hiemit ernstlich / vnd wollen / daß nun hinfüro obbemelden Vnseren Schwagern Hertzog Anthonien vnd seine Erben / auch jre Vnderthanen / vnd Hertzogthumb Lothringen / an solcher Vnser Einigung / Vergleichung / Transaction / vnd Vertrag nit hindern noch jrren / sondern sie von gedachter

507

Keys. May. Unser vnd des H. Reichs wegen/ darbey handthaben/ schützen vnd schirmen/ auch gnediglich gebrauchen/ geniesen vnd gäntzlich darbey bleiben lassen/ darwider nichts thun noch jemandt andern darwider zuthun gestatten sollen. Wir meynen/ ordtnen vnd wollen auch von obgemelter Macht/ daß weder Keyserlicher Fiscal an obgedachtem Cammergericht noch sonst jemandt anders wider bemelten Hertzog Anthonien seine Erben vnd Nachkommen Hertzogen zu Lothringen/ vnd jr jeder Vnderthanen sampt vnd sonder wegen der Anschläge oder Aufflagen/ so vor Dato des Brieffs in dem H. Reich angeleget oder vorgenommen worden/ vnd nemblich auch von wegen der dreyjährigen Hilffe/ zu widerstandt des Türckens auff diesen jüngst gehaltenen Reichstägen zu Augspurg/ Regenspurg vnd folgendes zu Speyer bewilliget/ ferner mit nichten procedieren/ oder sie derhalben in oder ausserhalb Rechtens anfordern noch beunruhigen soll in kein weyse noch wege/ dann Wir jhn vnd seine Erben derselben gantz quit/ ledig vnd loß zehlen. Wir heben auch hiemit auff/ cassieren vnd vernichtigen alle Proceß vnd Erkandtnüssen die derohalb bißhero fürgenommen vnd ergangen seyn: Vnd setzen/ wollen/ vnd ordnen auß rechter Wissenheit vnd obberührter Macht volkommenheit/ das alles so diesem Vnsern Einigung vnd Vertragbrieff zuwider vorgenommen/ erlanget vnd außbracht werden möchte Krafftloß vnd nichtig seyn soll/ wie wir es auch hiermit an statt der Keys. May. vnd für vns selbst auß Röm. Keyserlicher vnd Königlicher Macht/ volkommenheit vnd eigener bewegung Krafftloß/ nichtig vnd vnbindig erkennen/ vnd wollen daß er gentzlich bey diesem Vertrags/ Einigungs vnd vergleichnußbrieff bleiben vnd festiglich gehalten werde/ sonder gefehrde. Dessen zu Vrkundt haben Wir Vnser Königlich Insiegel an diesen Brieff thun hengen/ vnd Wir von Gottes Gnaden Albrecht/ der H. Römischen Kirchen Tituls Sancti Petri ad vincula Priester Cardinal/ vnd geborner Legat des Stiffts zu Meyntz vnd des Stiffts zu Magdeburg Ertzbischoff/ Primas Administrator zu Halberstatt/ Marggraff zu Brandenburg/ zu Stettin/ Pommern/ der Cassuben vnd Wenden Hertzog/ Burggraff zu Nürnberg/ vnd Furst zu Rügen/ vnd des H. Röm. Reichs durch Germanien/ Johann Ludwig Erwehlter vnd bestettigter zu Trier/ durch Gallien vnd das Königreich Arelat: Herman Ertzbischoff zu Cöllen/ Hertzog zu Westphalen vnd zu Engern/ Administrator zu Paderborn/ durch Italien alle drey Ertz-Cantzler/ vnd Ludwig Pfaltzgraff bey Rhein/ Hertzog in Bäyern/ des Heyligen Römischen Reichs Ertztruchses/ alle Churfürsten/ bekennen in Crafft dieses Brieffes daß alle diese obgeschriebene Handtlung/ Einigung/ Transaction vnd Vertrag/ durch die Röm. Königl. May. Vnsern allergnedigsten Herrn/ im Namen vnd an statt der Röm. Keys. May. auch Vnsers allergnedigsten Herrens/ vnd vor sich selbst mit Vnsern mit Churfürsten auch der Fürsten vnd anderer Stände vorwissen/ willen vnd Rath/ vormaln auff dem nechsten Speyrischen Reichstag wider vorgenommen/ vnd jetzo auff diesem Reichstage zu Nürnberg/ mit des Hochgebornen Fürsten/ Herrn Anthonien/ Hertzogen zu Lothringen/ Vnsers freundtlichen lieben Oheymen/ Vettern vnd Freundt/ obgenanten Räthen vnd Bottschafften/ in beysein Vnserer vnd anderer Vnserer mit Churfürsten verordtneten Räthe/ auch der Fürsten vnd Stände des Heyligen Reichs vnd der abwesenden Bottschafften/ auff demselben Reichstage zu Nürnberg versamblet/ vorgehabtem Rath/ guten Wissen vnd Willen gepflogen/ gehandelt vnd beschlossen worden. Wir bewilligen/ ratificieren vnd bekräfftigen auch dieselben in allen vnd jeden Puncten vnd Articuln/ insonderheit vor Vns/ Vnsere Nachkommen vnd Erben hiemit wissentlich in Crafft dieses Brieffs/ des alles zu fester wahrer Vrkundt haben Wir vor Vns selbst/ vnd die andern Vnsere mit Churfürsten/ auch derselben Räthe/ auff dem Reichstage zu Nürnberg versamlet/ bitt vnd begehren Vnser jeder sein Insigel an diesen Brieff thun hengen/ der geben ist in Vnser vnd des Heyligen Reichs Statt Nürnberg/ auff den Sechs vnd zwantzigsten Tag des Monats Augusti/ nach der Geburth Christi/ funffzehenhundert vnd im zwey vnd viertzigsten Vnserer Reiche des Römischen im zwölfften/ vnd der andern im sechzehenden Jahr.

Aliud exemplum de Ducibus in specialem protectionem receptis obvium est, † ex fœdere inter Romanum Pontificem *Clementem VII. Franciscum Galliæ Regem, Andream Venetiarum*, atque *Franciscum Sfortiam Mediolani Duces* Anno 1526. inito, in quo inter alia capitula conventum est, ut illustrissima domus ac familia *Mediceorum*, quæ non multo post, Ducum titulo insignita fuit in omnium & singulorum prænominatorum confœderatorum protectionem ac defensionem assumeretur, ab eoque tempore assumpta intelligeretur, Warem. ab Erenberg. *de fœder. libr. 2. f. 290. n. 18.* 508

Sic etiam laudatissimus Imperator *Carolus V.* Anno 1548. Ducatus *Lotharingiæ, Brabantiæ, Lymburgi, Lucemburgi, Geldriæ.* Itemque Comitatus *Flandriæ, Burgundiæ, Holandiæ, Zelandiæ, Hannoniæ, Arthesiæ, Namurci, & Zutphaniæ*, cum omnibus aliis suis ditionibus Inferioris Germaniæ in specialem Imperii protectionem commisit, ut patet ex contextu Transactionis Burgundicæ in Comitiis Augustan. Anno 1548. erectæ, ubi prædicta Protectionis constitutio sequentibus verbis firmatur. 509

Aber nicht desto weniger dieweil Wir auß sonderer neigung/ so Wir zu dem Heyligen Reich Teutscher Nation tragen/ nit geneigt demselbigen einiges wegs ichts zuentziehen/ sondern viel mehr solches zu mehrern vnd weitern willig/ So haben Wir Vns gnediglich vernemen lassen/ daß Vns zu erhaltung gutes Friedliches vnd nachbarliches willens/ auch zu Nutz vnd frommen beyderseits Landschafft nicht zuwider seyn solte/ daß alle Vnsere Nider Erblandt

sambt-

sambtlich mit des Hertzogthumbs Geldern vnd Graffschafft Zütphen vnd temporaliter zu Vtrecht/vnd andere zugehörigen/Vasall/vnd Herrschafften/der Nider Erblandt/wie Wir die jetzo besitzen alle zusammen vnder einen Kreyß gezogen/ vnd eine genante Summa gelds/ als nemblich so viel als zweyer Churfürsten anschläge ertragen möchten/contribuiren/ darbey sie gelassen/ vnd dargegen in des H. Reichs Schutz/Schirm/verthedigung vnd hülff begriffen seyn solten/doch daß dieselbigen sonst bey allen andern jhren Freyheiten/ Rechten/Gerechtigkeiten/ Exemption/ oder Appellation vnd Jurisdiction gelassen würden. Auff solchen Vnsern bestendigen Gegenbericht vnd genediges erbiethen/ haben Churfürsten/ Fürsten vnd gemeine Stände/ auch der abwesenden Räthe vnd Bottschafften/sich mit Vns in weitere Handlung eingelassen/ vnd nach vielfeltigen hin vnd wider ergangenen Schrifften/berichten/ vnd gepflegten Handlungen/ Wir mit jhnen/vnd sie mit vns auff nachfolgende mittel endtlich verglichen/vereint/vnd vertragen: Vergleichen/vereinen/vnd vertragen Vns auch hiemit in vnd mit Crafft dieses Brieffs in bester vnd bestendigster form vnd Maß das immer von Rechts vnd gewonheit wegen geschehen soll/kan/ oder mag/ der gestalt/daß Wir als rechter Erb vnd Oberherr gemelter Vnsern Nideren Erblandt für Vns/ vnd Vnsere Erben/ vnd Nachkommen/ sambt denselben nachbenante Vnserer Nider Erblanden nemblich die Hertzogthumm Lothring/Brabandt/Lymburg/ Lützenburg/ Geldern/ die Graffschafften Flandern/ Arthoyß/ Burgundt/ Hennigaw/ Hollandt/ Seelandt/ Namur/ Zütphen/ die Marggraffschafft des Hey. Reichs/ die Herrschafft Frießland/Vtrecht/ OberJsel/Gröningen/Falckenberg/Dalheim/Salin/Mecheln vnd Mastrich/mit allen deren mediate & immediate zugehörigen vnd eingeleibten Geistlichen vnd Weltlichen Fürstenthumben Prälaturn Digniteten Graffschafften/Frey/vnd Herrschafften/vnd derselbigen zugehörigen Saalen/ Vnderthanen vnd Verwandten hinfüro zu ewigen Zeiten in der Röm. Keys. vnd Kön. vnd deß H. Reichs Schutz/ Schirm/Verthedigung vnd Hülff seyn/auch sich desselben Freyheiten Rechten/ vnd Gerechtigkeiten frewen vnd gebrauchen/ vnd vorgemelten Röm. Keys. Kön. vnd deß H. Reichs Ständen/ jederzeit wie andere Fürsten Stänt vnd Glieder desselben H. Reichs geschützt/geschirmt/verthediget vnd getrewlich geholffen/ vnd dann auch zu allen Reichstägen vnd Versamblungen/beschriben vnd erfordert werden sollen/ob sie wollen dieselben neben andern Ständen zu besuchen vnd zubeschicken haben/ auch jhnen Vnser Erben vnd Nachkommen Vnsern vnd derselben Session vnd stimmen/von wegen obberürter Vnserer Landt/ als ein Ertzhertzog in Oesterreich zugelassen werden sollen/dagegen Wir Vns von oberzehlter Vnsern Landt vnd Leuth/vnd dero Nachkommen wegen bewilliget/daß alle solche Vnsere Landt in vorstehender noht zu Handthabung vnd Wohlfart des H. Reichs/auch vnderhaltung Friedens vnd Rechtens/vnd allen andern deß H. Reichs anschlägen/ so durch gemeine Stände jederzeit bewilligt/vnd beschlossen worden/so viel als zween Churfürsten sich erstrecken laisten vnd contribuirn/ alß wie offt ein Churfürst 100. Gülden zu Anlag geben/oder 100. zu Roß/vnd 100. zu Fuß schicken wird/sollen vnd wollen Wir/ Vnsere Erben vnd Nachkommen allweg 200. Gülden erlegen/ oder 200. zu Roß/ vnd 200 zu Fuß schicken/ vnd also in mindern vnd mehren Anschlägen auff vnd abzurechnen/rc.

Sic etiam Uladislaum Poloniæ Ducem à Papa Honorio III. Anno 1218. in sedis Apostolicæ protectionem susceptum fuisse commemorat Bzovius *Anna. Eccl. l. 12. n 6.* 510

Et similiter Marquard Freher *de orig. Palatin. part. 1. c. 34.* ex Irenico *lib. 3. Exeges. cap. 5.* & Munster. *Cosmograph lib. 3. c. 250.* testatur eo sæculo, † quo Illustrissima Ducum Boiariæ familia Palatinæ, per connubium *Otthonis Ludovici Bojarsa Ducis*, cum Agnete Henrici Palatini filia inserta fuit, complures Regulos, Comites, Barones, Milites, ingenuos defensionis & patrocinii ergo se suaque in Palatinorum fidem ultro ac propria sponte dedidisse. 511

Testimonium generale de Regulis, Comitibus, Baronibus & Nobilibus Elect. Palatinorum Tutela ac protectioni commissis.

Sic & quondam *Præpositus Elvvacensis* qui Imperii Princeps est, sub tutelari præsidio *Ducis Wirtembergici* extitit cujus præpositura arx, † cum Anno 1552. per magistrum ordinis Teuthonici invasa fuisset, per eundem Ducem Wirtemberg. mox restituta ac strenue propugnata fuit Seba. Munst. *in Cosm. lib. 5. Germ. c. 250.* Martin. Crus. *Annal Suev. part 3. lib. 11 cap. 26.* qui de exhibita Elvvacensibus protectione Wirtembergica sequentia habet. *Dum Metim*, inquit, *Cæsar obsidet, Wolffgangus Teuthonicus Magister, oppidum Elvvangense occupat, præfecturam ibi Ecclesiasticam, seu Præposituram pinguem affectans. Wirtenbergensis vero Dux, ut patronus à Canonicis invocatus illud recuperat, canonicis libertatem eligendi, quem vellent restituit: Magistroque oppida quædam eripuit, ad sarciendum belli sumptum: Principum tandem interventu res composita est, Magistro oppida triginta aureorū millibus depensis recipiente.* 512 513

Sic etiam ut ab Ecclesiasticis ad sæculares eosque Italos veniamus Duces olim Ferrariensem Bentivoli ac Mirandulæ in Ludovici XII. & Octavium Farnesium Ducem Parmæ, in Henric. II. Galliæ Regum protectionem transiisse Bodin. *lib. 5. Respub. c. 6.* & Schleid. *lib. 22.* testantur.

Sic & Transylvaniæ Principes modo in Imperatorum Romanorum, modo in Turcæ protectionem se recipere soliti sunt. Et nominatim Sigismundus Battorius, perpetuæ Imperii Tutelæ se submisit, ejusque Princeps propter Heroicam virtutem quæ multoties mirabili cum successu, contra Turcam pugnarat appellari meruit Anno 1595. ceu narrat Janson. *Mercur. Gallo-Belg. Tom. 3. lib. 12 pag 97. & seq. Joan. Wolffg. disp. de his, qui Feu. dare & accip poss. § 2 lit. E.* apud Arum. *discurs. 30.* Unde cum proditionis Reus delatus esset ad Imperatorem Viennam captivus ductus, carcerique mancipatus est, quo aliquot annis peractis obiit.

Et Reges, Duces ac Principes non solum ut præmissa exempla ostendunt, aliorum protectioni se submiserunt, sed & alias provincias sæpiuscule, in suam Tutelam susceperunt.

Sic Reges † Sueciæ Gustaphus Ericus & Joannes Livoniam ipsis à Carolo V. Ferdinando I. & Maximiliano II. Imperatoribus commendatam in Clientelam receperunt referente Chytræ. *lib. 28. Saxon. Arnisæo de Jure Majest. libr. 1. c. 6. in fine.* Quo tamen non atten-

tento Livonis postea sponte se in Regis Poloniæ Clientelam dedit, cujus intuitu etiam Rex Christophorum Megaloburg. Ducem Livoniam invadentem captivum in Poloniæ regnum abduxit. Dresser. *Isagog. Hist. parte 4. pag. 136.* Remig. Feschius *dissert. nobilissima de fœderib. conclus. 25. in notis post Lit. C.*

Quod ad Comites attinet, multos etiam sub aliorum clientela existere non est dubium. Et ne exempla quis requirat jam olim † Comites *Albinea* & de *Monte Ricks Allium & Joannem* sub speciali protectione *Ducis Mutinæ* fuisse docet Alexan. de Imol. *cons. 13. n. 515.*

514 *Comites, qualiter & quinam sub aliorum protectione reperiantur.*

Sic & Germaniæ illustres Comites de Wertheim / jam Leonsteinios speciali Regis Bohemiæ protectioni subesse testatur *Auth.* des Wertheimischen Gegenberichts contra Würtzburg/ cum aliis libri illius locis, tum nominatim, *p. 2. fol. 312. in Informat. ad Cæsar & Regiam Hungariæ ac Boemiæ Majestat. sub n.* 184. 5. dieweil dann die Graffen von Wertheim der Cron Böheim so wol mit Lehenschafft / als Schutz vnd Schirm verwandt &c.

515

Et quod ad exteros attinet, refert Abrah. Bzovius *Annal. lib. 13. n. 5.* † quod Anno 1238. Robertus Comes Atrebatensis sese in Gregorii IX. summi Pontificis, protectionem dederit.

516

Jam vero de Civitatibus tam † liberis quam Imperialibus, quod & illæ protectores assumpserint plus quam notorium est, & nominatim testatur Christ. Besold. *in novissima dissert. de fœder. Jure Cap. V. sub n. 8.* ibi *Habent & maxime in usu liberæ Civitates, ut si qua minus valent potentioris alicujus Principis fidei se credat: Ita Anno Christi* 1224. Joannes comes Cabilonensis civitatem Bisontinam in suam protectionem suscepit cum civibus universis ac rebus eorundem ubicunque essent relatore Chifletio *Vesuntionis parte 1. c. 53.* Alia hujusmodi civitatum in clientelam potentioris Principis sese dantium innumera extant exempla: sed quia enumerare singula nimis laboriosum ac pene infinitum esset, pauca quædam notiora è magno numero hic subjicere sufficiet.

517 *Civitates tam Imperiales quam aliæ qualiter alienos protectores assumpserint.*

Quod igitur ad † Civitates Imperiales Germaniæ attinet, præter supradictam Erfordiam Duces Electores Saxoniæ civitatum Mühlhausen & Nordthausen protectores esse vetustissimos, eamque protectionem certo quandoque annorum spatio renovari solitam testatur. Warem ab Ehrenberg. *meditam. pro fœder. lib. 1. c. ult. n. 15.*

Sic etiam quondam interregni tempore donec Rex Romanorum eligeretur S. Galli Abbatem civitatis Imp. Lindaw constitutum fuisse protectorem commemorat Joh. Stumpff, *Chron. Helv. lib. 5. c. 6. p. 309. & c. 9. p. 333.*

518 Constat item † Comites Palatinos Rheni Electores præter alias civitates longo tempore in protectione habuisse *Wormatiam*, cujus intuitu, in dissidio inter cives & Judæos superiori Anno 1615. exorto, ejusdem tutelam ab eodem susceptam vidimus. Sic

519 ejusdem † tuitioni subsunt Imperiales urbes *Hailpronna*, Itemque *Spira*, ut nominatim prodidit Christ. Lehman. *Chron. Spirens. lib. 7. cap. 99.* Literæ autem quibus Ludovicus Elector Palatinus eandem Civitatem Spirensem Anno Domini 1443. in protectionem recepit, à prædicto Lehmanno editæ sequentem in modum se habent.

WIr Ludwig von Gottes Gnaden Pfaltzgraff bey Rhein / deß H. Röm. Reichs Ertztruchses vnd Hertzog in Bäyern / bekennen für Vns vnd die Vnsern / daß Wir Gott zu lob / dem H. Römischen Reich zu Stärckung Nutz vnd zu Ehren / Vns / Vnsern Fürstenth. Landen / Leuten / vnd den Vnsern / auch den Ehrsamen / Weysen / vnsern lieben besondern / Burgermeistern / Rath / vnd den Burgern gemeiniglich der Statt Speyer / allen den jhren / vnd die jhn zuversprechen stehen Inwohner der Statt Speyer / zu frieden vnd Gemache / auch daß Wir desto baß vnredlichen Angriffen vnd Raubereyen widerstehen mögen / dieselbe Burgermeistere / Rath vnd Burgere gemeiniglich der Statt Speyer / wie vorstehet / die Wir gnädiglichen vnd getrewlichen meynen vnd halten wollen / in Vnsern sonderlichen Schirm empfangen / auffgenommen vnd Vns verbunden haben / sie Vnsere Lebtagen gantz auß in Vnserm Schirm zu behalten vnd getrewlichen zu schirmen / in der massen als hernach geschrieben stehet.

Zum ersten sollen vnd wollen Wir Hertzog Ludwig obgenant die vorgenante zeit / Vnser lebtag gantz auß / die Statt Speyer / die Burger daselbst / vnd alle die jhren / wie vorgemelt ist / bey jhren Freyheiten / Gnaden / Rechten / vnd guten Gewonheiten / Brieffen / Privilegien vnd Handtfesten / die sie von Vnsern Vättern den Bäpsten / vnd dem Heyligen Stul zu Rom / oder den Röm. Keysern vnd Königen / oder von den Bischoffen vnd Stifft zu Speyer / erworben vnd herbracht haben / oder ob sie jemandt darvon dringen oder sie vberbawen wolte / gegen allermenniglichen getrewlichen vertheidigen / versprechen handthaben schutzen vnd schirmen / vnd darzu beholffen seyn / es sey mit Feindtschafft / oder sonst mit andern wegen darzu thun / als gieng es Vns selbst an / nach Vnserm besten vermögen / vngefärlich auff Vnsern Costen / schaden vnd verlust / vnd wer es Sache / daß jemandts / wer der were / einige Anspruch oder Forderung eine fürneme an die gemeine Statt Speyer / daß nit jhr Freyheit / Privilegien vnd gute Gewonheit angienge / vnd sie jme das Rechts botten für Vns oder ob sie oder die jhren / alß vorgeschriben stehet / jemandts sunst ohne Forderung angriffe vnd beschädigte / darwider sollen vnd wollen Wir jhne abergetrewlich beholffen seyn mit Feindschafft oder andern wegẽ / vnd darzu thun alß gieng es Vns selbst an / alles auff Vnsern Costen schaden vnd verlust / so vorsteht. Auch sollen vnd wollen Wir der Statt Speyer Feinde / oder die sie beschädigt hetten / daß noch nicht veracht were / in allen Vnsern Schlössern Stätten vnd Gerichten wissentlichen nicht enthalten / noch Trost oder Geleidt geben / noch darinnen gönnen zu zehren oder zu seyn / so Vns oder Vnsern Amptleuten / das verkündet worden. Wir vnd Vnsere Amptleuth, sollen noch wollen auch niemandten Gleidt geben / Wir namen den Burgermeister / Rath vnd Burger der Statt Speyer auß: Es were dann dz Wir etlichen Fürsten / Graffen / Herrn / oder gemeinen Ritterschafften Tag für Vns bescheiden hetten oder ob ein Fürst schlechts / vnd nit in reisens weise / durch Vnsere Statt vnd Gepiethe reiten wolten dẽ vnd die mit jhme reiten mögen Wir wol

Gleidt

Gleidt geben / als bißher / vngefährlichen. Were es auch daß Burger oder Burgerinne / Kinder auß der Statt Speyer hinder vns ziehen würden / die Ansprach oder Forderung an die von Speyer oder die jhren / als vorgeschrieben stehet / meinten zu haben / vmb Sachen die sich die Zeit als sie Burger vnd Innwohner zu Speyr gewest weren / gemacht hätten / die sollen wir darzu halten / daß sie zu Speyr für Rath vnnd Weltlichem Gericht / an welchem Ende sich das gebühret / Recht geben vnnd nehmen / vnnd das nirgend anders wohin ziehen / ohne alle gefährde. Wer aber das nicht thun wolte / den sollen wir oder die vnsern doch darzu anhalten / daß er oder die dem als nachgiengen / nach laut dieser Verschreibung. Es sollen auch Burgermeister Rath vnnd Burgere gemeinglichen zu Speyer / vnnd alle die jhren / wie vorstehet / mit jhren Leiben vnnd gütern vnsern Lebtagen gantz auß / in vnsern Schlössern / Stätten / Gerichten / Landen vnd Gebietten / zu Wasser vnnd zu Land / zu einer jeglichen Zeit für allermännig- lich Fried / Gleidt vnd Schirm haben / auch Fried vnnd Gleidt halten / alles vngefährlich. Würde aber jemandts in vnsern Landen oder Gebietten / da wir zu geleiten haben / zu Wasser oder Landt gefangen / oder jhn das jhr genommen / darzu sollen wir thun / als wer es vns oder den vnseren geschehen / vnd gieng es vns selbst an; Were es auch / daß die von Speyer oder die jhren jrrgendt im Feldt / geeylet oder gejagt würden / an welcher vnser Statt oder Schloß sie dann also geeylet worden / sollen sie eingelassen vnnd entschützt werden / zu gleicher Weiß als die vnsern / ohne gefährde. Wir noch die vnsern / noch niemand anders sollen noch wollen der von Speyer Leib oder Gütter in vnsern Gerichten oder Gebieten nit bekümmern / noch auch wir noch die vnsern darauff klagen / vnd ob jemand anders auff jhr Gütter in vnsern Gerichten oder gebieten klagen würde / wann dann die von Speyer fordern / sich wider heim zu weisen das sollen die Gericht thun / vnnd die von Speyer also wider heim weisen / ohne alle Widerrede / vngefährlich / doch auß gescheiden mißthätige Leuth / die den Leib verwirckt hätten. Wir sollen auch den vorgenanten Burgermeistern Rath vnd Burgern der Statt Speyr / ausser allen vnd jeglichen vnsern Stätten / Schlössern / vnnd Gebieten / Speyse / Kost / Frucht vnd anders zu jhrer vnd der jhren Notturfft vngehindert zu lassen gehen / als ferr wir oder die vnsern deß emperen mögen / vnd selbst nicht notturfftig seyn / ohne gefährde / doch das davon gethan werde / als herkommen ist / vngefährlich. Deßgleichen sollen die obgenante Burgermeister vnnd Rath der Statt Speyer / vns vnnd den vnsern Speyse / Kost / Frucht / vnnd anders zu vnser vnd vnserer Notturfft lassen folgen / als ferr sie das emperen mögen / vnd selbst nicht notturfftig sein / ohn gefährde / doch das der Statt davon gethan werde als herkommen ist / außgenommen das in vnser Kirchen gehört.

Were es auch / daß vnser Hertzog Ludwigs Manne / Burgmanne / Rath oder Dienere / sie weren Graven / Herren / Ritter oder Knechte / Burger / oder andere die vnsern / an die vorgenanten von Speyr ichts zusprechen hätten oder gewönnen / daß die gemeine Statt / vnd doch nicht jhre Freyheit / Recht / Gnade / gute Gewonheit / oder Brieffe / die sie von Römischen Keyser vnd Königen / als vorgeschrieben stehet / erworben / erlangt vnnd herbracht hand / antreffend / darumb sollen sie dem Kläger deß Rechten für vns vnnd vnsern Räthen vngefährlich gehorsamb seyn; hätten oder gewönnen auch einige vnser Vnterthane / Burgere oder Bawr / mit der obgenanten von Speyer / Burgern oder den jhren ichts zuschaffen / oder an sie zu sprechen / das einzelige Personen antreffe vnnd widerumb hätte einer von Speyer einzelinge Burgere oder arme Leuth / das auch einzelinge Personen antreffe / darumb sollen jedweder seiten der Klägere durch sich selbs oder jhre Machtbotten den die man also ansprechen will / nachfolgen an die Gerichte / darinn sie gesessen seind / so das gefordert wird / vnd recht daselbst von jhnen nehmen / darzu man jn auch an einer jeglichen Zeit so deß Noth seyn würd / getrewlich vnd förderlich beholffen seyn soll / daß dem Rechten genug geschehe / vnnd soll darinnen kein verziehen seyn / dardurch solch Recht gefährlich verzogen werden möge / sondern dem Rechten soll nachgangen werden an den Gerichten / als vor geschrieben stehet / vngefährlich / doch hierinne außgenommen verbrieffte vnd verbürgte Schulden / die soll man richten als verbriefft / vnd verbürgt ist / nach dem sich das gebürt.

Was auch Lehengüter antrifft / das soll man für dem Lehenherrn außtragen / was auch Eygen vnnd Erbe antrifft / das soll man auß tragen vnd handeln an Gerichten / darinn dann solche Güter gelegen seind / wer es auch Sach daß die vnsern auch vnser Burgere oder arme Leuthe in der Statt Speyer vnnd jhr Gemarcke / doch auß gescheiden da wir zu gebieten han / frevelten / oder die von Speyer an jhne / so soll doch der Frevel außgetragen werden an dem Ende da er geschehen ist; Deßgleichen were es daß die von Speyer oder die jhren frevelten in vnsern Schlössern / Stätten vnnd Gerichten / oder die vnsern an jhnen / so soll der Frevel auch außgetragen werden / an dem Ende da er begangen ist. Were es auch / daß die von Speyer eynige Ansprach oder Forderung hätten oder gewönnen an jemand wer der were / vnnd sie das Recht auff vns botten / vnnd der jenig / der von den von Speyer angesprochen würde / das nicht auffnehmen wolte / so sollen wir den von Speyer beholffen seyn / getrewlich als vor geschrieben stehet / vnnd als gienge es uns selbst an. Auch were es / daß wir oder die vnsern der von Speyer

wegen Schaden nehmen / oder leyden würden/
darumb sollen sie vns vnnd denselben den vn-
sern / noch niemands nichts schuldig seyn /
zu kehren in keinen weg / vnnd vmb solch-
es als wir Hertzog Ludwig obgenant / die vor-
genante Burgermeister / Rath / Burgere vnnd
die jhren / als vorgeschrieben stehet / gnädigli-
chen vnd getrewlichen meinen vnd haben wol-
len / vnd in vnsern sonderlichen Schirm vnd
Frieden genommen / vnd vns verbunden ha-
ben / sie zu beschirmen vnd zu befrieden / gegen
allermenniglich als vorgeschrieben stehet. Nach
dem vns dieselben Burgermeister vnnd Rath
der Statt Speyer auch getrewlich meynen vnd
halten wöllen / so sollen wir Hertzog Ludwig
obgenant vnser Lebtag gantz auß ein öffnunge
haben in der Statt Speyer vnd darinnen ent-
halten seyn / vnd wir vnser Amptleute / Die-
ner / vnnd die vnsern von vnsert wegen sollen
vnd mögen vns darauß vnnd darinnen die-
weil wir leben / behelffen wider allermenniglich /
so dick vnnd wenn vns deß Noth geschicht / oh-
ne Burgermeister Rathe / vnd der jhren Scha-
den / vngefährlich / doch nicht vber ein zahl
Volcks als hernach geschrieben stehet / es we-
re dann mit deß Raths wissen vnnd Willen /
Nemblichen sollen wir Hertzog Ludwig obge-
nent zu täglichem Krieg vber dreyhundert ge-
wapnet vnd reyssigen Pferden / in dieselbe Statt
nit legen. Geschehe es aber auß Noth einen
grossen Zug oder Reyse zu thun / so mögen wir
durch die vnsern in der Statt Speyer mit zwey-
tausent gewapneten vnnd reysigen Pferden /
am anreiten vnd am widerziehen zu jeglichem
mal zwo oder drey Nacht herberge nehmen /
doch daß die Zahl deß Volcks / vber zwey tau-
sent nicht in die Statt gelegt werden soll / oh-
ne alle gefährde / auch also daß wir das acht
tag zuvor / so wir die zwey tausent gewapent
in Statt Speyer legen wollen / den Burger-
meistern vnnd dem Rath zu wissen thun sol-
len / vnd wann wir die obgenante Zahl Volcks/
die dreyhundert oder die zwey tausent / als vor-
geschrieben stehet / in die obgenante Statt
Speyer legen / so sollen vnser Hauptleute vnd
damit / ob Graven vnnd Herren darbey we-
ren / vnnd ob nicht Graben vnd Herren da-
mit weren / was dann andere da weren / die
vns mit zehen Glenen oder darvber zu Dienst
geritten weren / mit vnsern Hauptleuten / vnd
ob von den Thälern vnd dem Gaw in der ob-
genanten Zahl Volcks weren / daß von jeg-
lichem Thale vnd Gaw / auch vnser Haupt-
leut unter jhne / den Burgermeistern geloben
für sich vnd alle / die sie mit jhnen von vnseren
vnd jhrent wegen bringen / der Statt Bur-
gern vnd Innwohnern / Geistlichen / Weltlich-
en zu Speyer kein Schade zu seyn / vngefähr-
lich / vnd ob einige Zwitracht die Zeit die vnseri-
gen also in der Statt Speyer weren / auff-
erstehen würde / daß sie dann zu den Burger-
meistern tretten / vnd jhnen beyständig seyn sol-
len / biß daß solche Zwytracht gestillet vnnd
hingelegt wird / vngefährlich. Es sollen auch
Burgermeister vnnd Rath zu Speyer bestel-
len / daß den gemelten vnsern Hauptleuten / Die-
nern / vnd den vnsern / die zu einer jeglichen Zeit
in der Statt Speyer seyn werden / als vor ge-
schrieben stehet / allezeit vnnd also dick / sich
das gebühret / Herberge vnnd redtlicher feyler
Kauff in der Statt Speyer gegeben werden sol-
len vmb ein zimlichen Pfenning / ohne gefähr-
de / Wir Hertzog Ludwig obgenant vnd die vn-
sern sollen auch in der genanten Statt Speyer
vnser Lebtag gantz auß für allermenniglichen
Gleidt haben / vnd auch Gleidt halten / als vnge-
fährlich.

Die vorgenante Burgermeister vnnd Rath
sollen vnnd wollen auch vnsern Feindten / oder
die auff vnsern Strassen angegriffen / oder wi-
der vns gethan hätten / das nicht gefreit noch
geracht were / wissentlich nicht Gleidt oder Trö-
stung geben / noch die in der Statt Speyer nicht
sein oder zehren lassen / so jhne das verkündet
würdt / vngefährlich / sondern wann sie Geleidt
geben / darinnen sollen vnnd wollen sie vns / vn-
ser Amptleute / vnd die vnsern außnehmen / vnd
niemand wider vns vnd vnsere Amptleut von
vnsert wegen Geleidt geben / ohne alle gefähr-
de. Es were dann / daß etlich Fürsten / Gra-
ven / Herren oder Gemeine Ritterschafft / Ta-
ge in der Statt zu Speyer / zu leisten hätten / o-
der ob ein Fürst schlechts vnd in reises weise /
durch die Statt Speyer reiten wolt / den vnnd
die mit jhme reiten / mögen sie wol Geleidt
geben / als bißher / vngefährlich. Auch sollen
vns die obgenante Burgermeister vnnd Rath
der Statt Speyer zu allen vnsern Nöthen vnnd
Geschäfften / so wir deß Hauptmann seyn / vnd
mit vnsern Stätten / Neuwenstatt / Germerß-
heim / vnnd anderem vnserem Lande / vmb die
Statt Speyer gelegen / vngefährlich außzie-
hen vnd reysen / so dick deß Noth geschicht / vnnd
wir daß an sie begehren / vnser Lebtag gantz auß
vnnd nicht länger / hundert gewapneter Mann
schicken auff vnsern Costen / vnnd jhren vnd der
jhren Schaden vnnd Verlust ob sie den litten /
fünffzehen Meilwegs vmb die Statt Speyer /
vnd ob sie denselben den jhren etlich Wagen mit
Pferden vnd Knechten zu geben / die an sämpt-
licher massen auch in vnsern Costen zu nehmen/
doch auff jhren Schaden / an obgeschriebener
Weise. Vnnd wo wir Hertzog Ludwig obge-
nant andern den vnsern an dem auß / vnd wi-
der heimbziehen Herberge geben / daselbst sol-
len wir den andern hundert Gewapneten vnd jh-
ren Wagenknechten vnd Pferden auch Herber-
ge geben / vnd die in vnsern Costen nehmen /
vnd zu einer jeglichen Zeit / die jhren mit andern
den vnsern jhren nachgebühren wider heimlassen/
ohne alles gefährde. Doch ob die Sach die Statt
Speyer antreffe / darumb wir Hertzog Lud-
wig obgenant zu Feldt ziehen würden / so sollen
sie vns zweyhundert Gewapneter / vnd auch
Büch-

Büchsen auff jhren Costen / Schaden vnd Verlust schicken. Vnd so wir Hertzog Ludwig obgenant der Gewapenten bedörffen / als vorgemelt ist / das sollen wir jn den Burgermeistern vnd dem Rath zu Speyer acht Tag vngefährlich zuvor wissen lassen / daß sich die jhren darzu gerüsten vnnd geschicken mögen / wer es auch / daß die obgenanten von Speyr / oder die jhren bey vnsern Leuthen im Feldt weren / da sich ichts zu Beuten gebühren würde / so soll es mit den jhren in der Beute gehalten werden / nach Marzahle als mit vnsern Leuthen / ohngefährlich. Vnd darzu sollen vns Hertzog Ludwig obgenant / die obgenante Burgermeister vnd Rath zu Speyer zu den heiligen Weyhenachten nechst kommendt / vnd darnach eines jeglichen Jahrs an den heiligen Weyhenachten / so lang wir Hertzog Ludwig geleben / vnd nit länger / vierhundert guter Rheinischer Gülden zu jeglichen mahlen auff vnser Quitantzien bezahlen vnd außrichten / ohne gefährde / vnd widerrede. Vnd wann vns Hertzog Ludwig vorgenant Burgermeister vnd Rath zu Speyr / die jhren zuschicken werden / als vorgeschrieben stehet / die sollen wir versorgen vnd auch bestellen / daß sie in dem Läger vnd in den Herbergen / so dick sich das gebührt / freundlich vnnd vngeschmächt gehalten werden / vnnd ob sie jemand schaden thäten / sollen vnd wollen wir Hertzog Ludwig obgenant die Sach vnd Schaden nicht lassen söhnen noch richten / Burgermeister / Rath vnnd die jhren wie vorgemelt ist / werden dann auch in der söhne vnd Rachtung nach jhrer Notturfft begriffen vnd gerichtet. Wann sich auch Krieg oder Feindschafft in Zeit dieser verschreibung vns Hertzogen Ludwigen vnnd die von Speyr antreffent / als von dieser Verschreibung wegen / oder den von Speyr ansprache / Krieg oder Vnwille aufferstünden / oder sich erhüben / in dieser Zeit der Verschreibung oder darnach / darumb sollen sich vnser Hertzog Ludwigs Erben von den von Speyr / noch die von Speyr vnnd jhre Nachkommen / sich von uns vnnd vnsern Erben nicht scheiden / sondern darinne hafft vnd verbunden seyn vnnd bleiben / als vor von vns geschrieben stehet / biß daß solch Krieg Feindtschafft oder Vnwille / wie vorgemelt ist / versöhnet vnnd gäntzlich gericht werden / doch daß die obgenante Burgermeistere vnd Rath vnsern Erben das Gelt zu geben / der Offnung zu gestatten / vnnd der hundert Gewapneten zuschicken / nicht pflichtig noch verbunden seyn sollen / vnnd wir Hertzog Ludwig obgenant sollen vnnd wollen auch allen vnsern Amptleuten / Vögten / Zollschreibern / Kellern / Schultheissen / vnnd den vnsern in Stätten / auff Schlössern / Zöllen vnd Dörffern / zu Land vnd zu Wasser / die wir jetzund hand vnd hernach gewinnen / empfehlen vnd gebieten / auff jhr Eyd die sie vns gethan han / vnd jhr Nachkommen thun werden / den von Speyer dieser Verschreibung getrewlichen / so ferm sie das antriffet / von vnsert wegen zuhalten vnd Lebtagen gantz auß / sonder alle gefährde. Vnnd wir Hertzog Ludwig obgenant gereden vnnd geloben bey vnsern Furstlichen Treuwen vnd Ehren / für vns vnsere Erben / vnnd alle die vnsern / alle vnnd jegliche Puncten / vnnd Articul / wie dann vor vnnd nach von vns gegen Burgermeister vnnd Rath der Statt Speyer / jhren Nachkommen vnnd den jhren von jhren wegen / an diesem Brieff geschrieben stehet / wahr / stät vnnd Vest zuhalten / vnnd auch darwider nicht zu thun / noch schaffen gethan zu werden / durch vns selbst noch jemand anders von vnsertwegen in keine Weise / alle arge List vnnd gefährde hierinnen gäntzlich außgescheiden / Vnnd wir Hertzog Ludwig obgenant / nehmen hierinnen auß einen jeglichen Römischen Keyser vnd König zu zeiten / vnd den Hochgebornen Fürsten vnsern lieben Brudern Herren Friederichen Pfaltzgraffen bey Rhein / vnd Hertzogen in Beyern. Vnd deß zu Vrkund so haben Wir Hertzog Ludwig obgenant vnser Insigel an diesen Brieff thun hengen / der geben ist zu Heydelberg auff den nechsten Donnerstag nach S. Matthias deß heiligen zwölff Botten Tag / in dem Jahr als man schreibt nach Christi Geburt / Tausent vierhundert viertzig drey Jahr.

Et hucusque tenor literarum super Protectione Spirensis Urbis.

Cæterum antiquissimam quoque Civitatem Treverensem diversos habuisse Protectores, testatum facit VVilhelm. Kyriander Syndicus Treverensis. Aliquot † enim sæculis in Archiepiscoporum Treverensium Clientela fuit narrante eodem Kyriandro *capite decimo septimo*, *vers. Et in superioribus*, *&c.* 521

Postea vero Alberti I. Imperatoris, & Dietheri Nonagesimi primi Archiepiscopi temporibus iidem † Treverenses Anno 1302. sese in tutelam Henrici Comitis Lutzenburgensis dederunt, fœdusque Clientelare hac sententia Gallico idiomate præscriptum, cum eodem contraxerunt. 522

Henricus † Comes Lutzenburgi & Rupis, Marchio Arluni; & Magister Scabinorum, Scabini, Consules, Senatus totusque populus Augustæ Trevirorum fœdus pepegere hisce legibus. 523

Capitula fœderis Clientelaris inter Henricum Comitem Lutzenburgensem, & Civitatem Treverensem.

Comes factus est civis urbis Trevirensis eique ac populo ejus fidelitatem atque benevolentiam addixit, uti civem decet. Ipsos cives Treverenses & quicquid ad eam Civitatem pertineat, vitam ac fortunas *in suam fidem atque tutelam* suscepit, sine periculo fluminibus, terraque tota ipsius ditione commeaturos, quo mercimonia facultatesque suas in urbem Treverim, & ex ea secure sub illius protectione præter ullum impedimentum ejus, subditorumve suorum

rum ducere queant, nec onera inde nova exigere fas sit. Quod si externus ipsos Cives damno, injuriave quavis afficiat, opem eis suam & defensionem Comes bona fide haud aliter ac suis Civibus Lutzenburgicis præbere teneatur, nec indicta faida seu absque bello manifesto. Si quid ejus subditi per vim vel injuriam adversus Treverenses committant, ipse præstabit, & quo præstetur, efficiet. Neminem intra suæ ditionis fines feret, admittetve, qui Treverenses infestare bellove petere cogitet. Nomina vetera, cæteræque controversiæ subditorum ejus cum Treverensibus uti expediantur, finianturque bona fide operam dabit: cæterum quæ deinceps crederentur ad eorum justam solutionem suos adiget. Ubi populus Treverensis ad custodiam & defensionem Civitatis, præsidio indigeat, Comes quinquaginta cataphractos sumptu Civitatis exinde, cum in eam advenerint, mittet adversus quemvis, præter Regem Germaniæ, Pontificemque Treverensem. Quod si is Pontifex bellum cum ipso Comite haberet, Treveri uti intra suam bannicam leucam, seu territorii sui fines Pontifici opem ferant, & si Pontifex adversus populum Treverensem bellum gereret, tum Comes ut Pontifici intra Civitatis territorium auxilio 40. cataphractorum adesse queat, exceptum est, huic fœderi fraudi non fore, quam diu iste Pontifex qui tum erat Treverorum Archiepiscopatum obtineret. Porro fas haud futurum, Comitem adversus populum Treverensem, vel Treverenses, adversus Comitem Pontifici opem præbere, extra urbis ipsius bannicum miliare seu territorium. Si opus sit ipse Comes petentibus civibus Treverim venire, vel Consiliarios suos mittere debeat, Civitatis sumptu tantisper, dum in ea negociorum ejus causa degant, Pacem etiam inter Comitem & Civitatem initam, ita uti tabulis conscripta esset, ratam fore cautum est. Decedente Comite fœdus istud, & jus Civitatis Treverensis hæredes ejus Lutzenburgi Comites intra proximum annum ineant, nisi minores sint ætate, atque interim vicibus eorum tutores fungantur. Quod nisi fiat, nec populum Treverensem hisce conventis teneri placuit. Magister Scabinorum, Scabini, Consules, Senatus populusque Treverensis eam ob causam gratiamque Comitis, quod civis factus esset fœderisque supra comprehensas leges servare recepisset, domum illi in Augusta Treverorum, quæ ad Aquilam vocatur, donarunt, insuper trecentas libras æris seu denariorum Treverensium quotannis ipsi & hæredibus ejus Lutzenburgi Comitibus in perpetuum pendere addixerunt. Mercatum justum omnium rerum necessariarum in Civitate Treveri Comes habeat. Pactis si non stet, neque domo nec annua pensione potiatur. Cæterum ubi ipse, vel hæredes ejus denuo ad fidem conventorum redire velint, Civitas quoque deinceps & domum & pecuniam præbeat. Utrinque hæc æterna fore synceriter bonaque fide promissum est, & appensis sigillis confirmatum, Anno gratiæ MCCCII. die Lunæ post mediam quadragesimam mense Aprili.

524 *Capitula Conventionis protectionis inter Joannem Ducem Lotharingiæ & Civitatem Treverensem An. 1365. inita.*

Anno autem † 1365. Johannes Dux Lotharingiæ insequentibus pactis ac conditionibus pro se & suis & hæredibus cives Treverenses, eorumque familias & bona in suam protectionem, tuitionem, custodiam & conductum accepit, ut libere & secure per totum suum Ducatum terra, marique commeare, bonaque sua ducere possint mediante jure & teloneo consuetis usque ad eum diem. Si quis subditorum ejus violentia damno vel injuria Treverenses afficeret, Dux consilium suum & auxilium iis præstabit, ac si talia in persona sua propria fuissent commissa. Externus si vim fecerit & coram Duce vel ejus officialibus juri stare paratus sit, jure agetur: si contumacem sese præbeat, eodem modo læsis contra ipsum atque contra suos subditos Dux aderit. Præterea receptare debebit Treverenses Cives & eorum adjutores quotiescunque requiratur in omnia sua castra & fortalicia sita in terra Teutonica sui Ducatus contra omnem hominem, seu quemcunque ipsorum inimicum, Dominis suis Principibus serenissimis Imperatore & Rege Franciæ pro tempore, nec non suis vasallis, qui coram se juri stare vellent, duntaxat exceptis, & cæt. Est etiam adjectum quod si quisquam Dominorum quicunque foret ille guerram haberet cum Civitate & civibus supradictis, Dux seu hæredes ejus debebunt iisdem subvenire & eos juvare cum suis fortaliciis & castris in Alemannia sui Ducatus sitis, nec non centum armatis bene, & hastatis militibus armigeris qui vulgariter dicuntur in Teutonico hundert Glänen in Gallico cent glaines. Et ex illis ponet 50. in fortalitia sua prædicta pro guerris quotidianis, suis periculis & expensis, alios vero 50. si super hoc secundo requiratur, mittet dictis Civitati & Burgensibus, eorum periculis & expensis postquam ad Civitatem pervenerint, & civitatenses consimili modo habebunt 50. tales armatos stipendiarios ad tuendam Civitatem suam, & ad equitandum extra illam contra inimicos, & cæt. Si aliquis potens Dominus Civitatem Treverensem obsidere vellet, vel obsideret, aut

aut aliqua fortalicia prope eam construere inchoaret, Dux ut & hæredes ejus personaliter cum omni sua potestate & adjutorio debebit hujusmodi obsessioni & constructioni resistere & illas impugnare infra quatuor septimanas à tempore quo ipsi Civitatenses ipsum per literas duxerint requirendum. Captivorum damnum & emolumentum commune erit, Civitas cum hostibus non faciet pacem, nisi Dux castrum suum quod forte occasione guerræ Civitatis amissum esset, receperit. Dictas Civitatensium observabit personaliter vel consilium suum mittet si petatur. Si nobilis Dominus Dux Lotharingiæ supradictus guerram haberet cum aliquo potente vel alio Domino, Civitates non permittent ejus inimicis conveniens forum intra Civitatem. Hoc excepto quod Dominus Archiepiscopus Treverensis pro tempore sua & clericorum suorum sibi subditorum bona educere poterit & non aliter. Dux quandocunque volet, poterit in Civitatem venire ad expendendum suas pecunias, dum tamen ex civitate vel in eam immediate reintrando suos inimicos non damnificet. In guerris suis nisi sit contra Civem aliquem Treverensem vel ei civitati obligatum, conveniens forum omnium rerum venalium ipsi in Civitate dabitur. Dux non ponet extra manus suas nec impignorabit vel alienabit castra vel fortalicia sua prædicta, per quod hæc perpetua confœderatio minui posset. Si quod ipsius castrum occasione guerræ Civitatis obsideri contingeret, tunc Civitas requisita mittet eo suos adjutores & servitores, quos habet, salvo quod ipsorum Civitas maneat hominibus bene munita. Duce mortuo ipsius hæredes annis majores Lotharingiæ & Alemanniæ Duces ibidem, infra annum hæc eadem facere, permittere, & literas suas desuper dare debebunt dictis civibus, minorumque tutores seu Curatores idipsum interim præstabunt. Cives dare & solvere debebunt dictis Ducibus ob honorem & servitium in quo ipsis Civibus tenentur, singulis annis trecentos florenos aureos ponderis Moguntinensis. Nec Dux poterit eam pensionem impignorare vel ullo modo ad alias manus transferre. Supradicta omnia firma tenere Dux per honorem baronalem promisit recta bona fide, ac per fidem loco juramenti. Si vero contraveniret ullo colore quæsito, quod DEUS avertat, præfati Civitas & cives de ipso & ejus hæredibus conqueri poterunt nec tenebuntur solvere præfatam pensionem, & nihilominus poterunt manus suas ad omnia bona Ducis ejus homines & subditos apponere, eaque vendere ad libitum sine judicio & offensa, quousque defectus omnis inde ortus iis adimpletus sit. Magister Scabinorum, Scabini, Consules & tota communitas vicissim promiserunt omnia promissa servare, sed si in solutione dictæ pensionis remissi essent, Dux poterit eam post mensem ad usuras recipere, quæ current Civitati & nihilominus bona civium pignorare ac distrahere pro arbitrio sine contradictione vel offensa. In quorum omnium testimonium Dux pro se & suis hæredibus sigillum suum, & Senatus populusque Treverensis sigillum suæ Civitatis apposuit. Datum Anno Domini MCCCLXIV. die XXVIII. mensis Octobris.

Interea tamen temporis eadem Civitas in peculiarem interdum Cæsarum tutelam, uti subjecta bina diplomata à prædicto Kyriandro *sub Numero documentorum primo & tertio*, relata edocent, recepta fuit. Primum † Othonis IV. Ita habet.

515 *Diploma Othonis IV. Imperatoris quo milites ac Burgenses Civitatis Trevirensis in protectionem recepit specialem.*

Dei gratia Otho Romanorum Imperator, & semper Augustus, universis Imperii fidelibus præsentem paginam inspecturis gratiam suam & omne bonum.

Noverit universitas vestra, quod cum fidelium nostrorum tam ministerialium quam Civium Treverensium, devotionem & synceram fidem operis executione sæpius cognovimus, non indignum reputamus, ut & nos tanquam speciales Imperii fideles semper honoremus & in omnibus factis suis ipsos manuteneamus. Verum quia speciali dono munificentiæ Imperialis eos ad servitium nostrum obligare volumus, omnibus præsentis paginæ innotescere volumus inspectoribus, quod nos tam milites quam Burgenses memoratæ Civitatis *sub protectione nostra recipimus*, & quocunque per totum Imperium nostrum iverint, *sub patrocinio nostro salvis rebus & personis* eos ire & redire volumus, in omnibus negotiationibus suis securitate defensionis nostræ eos gaudere volentes. Quicunque igitur memoratis militibus sive Burgensibus sub nostro conductu euntibus damnum seu gravamen aliquod inferre præsumpserit, seu aliquis in negotiationibus ipsorum impedimentum eis intulerit, Imperialem indignationem se noverit graviter incurrisse, & in eorum molestatione sciat se pupillam oculi nostri tetigisse, nec dubitet se tanquam intemeratorem Imperialis culminis gravissimam pœnam reportaturum. Datum apud Hagnov XIV. Kal. Maji Indict. XIV. qui est annus Christi 1211.

516 Imperatoris † autem Conradi diploma quo eodem

Diploma Conradi Imperatoris quo Cives Treverenses in tutelam Imperialem recepti.

dem Treverenses in tutelam ac protectionem assumpsit, est tale.

CONRADUS D. Augusti Imperatoris Fr. filius, Dei gratia Romanorum in Regem Electus, semper Augustus, & hæres Regni Hierusalem. Tenore præsentium notum facimus universis, Quod nos ad devota servitia quæ Cives Treverenses Domino & Patri nostro, nobis & Imperio præstiterunt, & frequenter poterunt exhibere debitum respectum habentes eosdem cum personis & omnibus bonis suis sub Imperii & nostram protectionem recepimus specialem: per obtentum gratiæ Domini & Genitoris nostri & nostræ firmiter præcipientes, ne quis eos contra præsentis protectionis nostræ tenorem ausu temerario molestare præsumat. Quod qui præsumpserit indignationem nostram & Imperii se sciat graviter incursurum. Ad cujus protectionis robur præsentes eis damus literas sigillo nostræ celsitudinis communitas. Datum Hagnovv 14. Julii, XV. Indiction. Is est annus Christi 1242.

Et hæc de protectoribus urbis Treverensis hactenus.

Sic Genuam † Italiæ Civitatem varios legimus habuisse protectores; puta Carolum VI. & denuo Ludovicum XI. Galliæ Reges, referente Bodino *de Republ. libr.* 5. *c.* 6. Item alio tempore Joannem Mariam, & paulo post Philippum Mariam Mediolani Duces, ut narrat Leander Albert, *in descript. Ligur.* & alios, donec tandem in plenam & hæreditariam Regis Hispaniarum protectionem transiret.

Bernates † in controversia cum nobili Burgundorum gente Comitum Sabaudiæ Tutelam implorasse testatur Bodinus *d. loco.* eos tamen mox Sabaudus socios quam Clientes habere maluit. Helvetios † quoque ante hæc tempora, Civitatum Mülhausen/ Rothweil & aliarum quarundam Tuitionem suscepisse, Remig. Feschius *differt. de fœderib.* §. 23. *ad lit. D.* meminit.

Ita quoque Civitates † Tigurum, Basileam, & Argentinam, olim Anno 1260. Rudolphum Habspurgensem postea Imperatorem, certa pecuniæ summa sibi Advocatum constituisse, Simler. *de Republic. Helvet.* testis est.

Sic olim Ludovicum † Marchionem Brandeburgensem literis Imperialibus Urbis LUBECÆ (quod illa in ultimis Imperii finibus posita esset, & multis undecunque afficeretur incommodis) defensorem declaratum, cum in Urbem venisset, à Civibus permagnifice exceptum fuisse testatur Alber. Krantz. *Wandal. libr.* 8. *c.* 20.

527 Eosdem tamen † Lubecenses Anno Christi 1226. ex Waldemari Daniæ Regis servitute ereptos, per Fridericum Imperatorem in protectionem Imperii susceptos fuisse, adseverat Crusius *Annal. Suev. par.* 3. *lib.* 1. *c.* 4. vide Helmold. *lib.* 1. *histor.* Krantz. 7. *Vandal. c.* 7. Chytræ. 6. *Saxon. in princip.*

Ita Hansæ † Teutonicæ Civitatibus, cum in diversis locis in Jure & Justitia premerentur Anno 1434. solemnem in Prussiam fecere legationem ut sublimis Ordinis Teutonicorum Magister ad habendam cum Urbibus Hanseaticis intelligentiam interpellaretur, & Protector earundem constitueretur, communi consilio placuisse, memorat Alb. Krantz. 528 *Vand. lib.* 11. *c.* 34.

Imperialem insuper † Civitatem Schwinfurtum in partibus Franconiæ sitam, sub Comitum Palatinotum Rheni Advocatia existere narrat Sebast. Munsterus *Cosmograph. libro tertio in descript. ejusdem* Urbis.

529 Dux † itidem Wirtenbergicus Imperialium Civitatum Reutlingen / & Eßlingen *Advocatus & Protector à Carolo IV.* ut opinor, constitutus est. Eberhardum enim Comitem Wirtenbergicum Greiner dictum, hoc est, contentiosum finitimarum civitatum Imperialium à prædicto Imperatore Protectorem ordinatum fuisse testatur Antonius Albirius *in Stemmat. Ducum Wirtenb. in Notis ibidem.* cui astipulans Martin. Crusius, *Annal. Suev c. p.* 3. *libr.* 5. *capit.* 2. scribit, eundem Eberhardum viginti quatuor Civitatum Advocatum fuisse.

530 Sic & † *Werdam ad Danubium* multos successive Protectores habuisse refert Author der Erinnerung wider die Donauwertische Information Schrifft. *part.* 1. *f.* 14.

De aliis insuper Civitatibus, quæ Imperiales non sunt, non minus compertum est, plurimas earum clientelares fuisse. Sic auctor est Sebast. Munster. *in Cosmograph. libr.* 5. *de German. capit.* 88. pervetustam † Helvetiæ civitatem Zophingen circa annum 531 Domini 1285. sub protectione *Rudolphi Habspurgici* Romanorum regis extitisse. Aliorum inductione exemplorum hunc passum uberius illustrant And. Knich. *de sublim. & Reg. territ. Jur. capit.* 4. *numer.* 378. *& seq.* & Christ. Lehman, Speyr. Chron. *libr.* 7. *cap.* 81. *&* 21. ubi Civitati Spirensi † à Ludovico Imper. Protectorem datum esse Præfectũ provincialem in Speyrgaw asserit.

532 Illud etiam Historicorum relatione proditum est, jam olim etiam apud priscos Francos minores Civitates majorum ac potentiorum patrocinio se subdidisse, ut testatur Francisc. Hotomann. *in Franco Gall. capit.* 1. *Earum*, inquit, *porro Civitatum alia aliis potentiora erant, quarum se in fidem & clientelam, quæ minus per se poterant studiose conferebant.* idemque commemorat ex Beat. Rhenano Christoph. Lehman. *Chron. Spir. lib.* 1. *capit.* 9. hisce vulgaribus verbis: Dieweil ein Statt mächtiger unnd grösser/ als die ander / haben sich die geringere in der grössern Schutz und Gehorsamb begeben und verhalten.

Quod iisdem verbis testatur D. Hepingk *differt. de Jure Protect.* §. 28. *sub finem.* Sic imbecilliores majorum potentiorumque Civitatum jam olim etiam se commiserunt fidei & tutelæ. Ad quod allusisse videtur Euripid. *in supplic. numer.* 265. Ἱκετιδ' hisce sequentibus metris.

Ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν
Δοῦλος δὲ βωμὸν θεῶν πόλις δὲ πρὸς πόλιν
Ἔπτηξε χειμασθεῖσα τῶν γὰρ ἐν βροτοῖς
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν διὰ τέλους εὐδαιμονοῦν. hoc est

Habet quidem suum refugium fera ad petram,
Servi vero aras Deorum, civitas autem ad civitatem
Confugit afflicta malis, quippe eorum, quæ inter mortales sunt,
Nihil est perfecte plene beatum.

Et *ibi* commentator, Caspar Stiblinus pulchre ex lege naturæ docet, quibuslibet † animalculis sua esse 533 insita perfugia. Ex quo colligit † turpe esse, hominem 534 in adversis destitui præsidiis suis, ac ab hominibus deseri, unde potissimum auxilium expectare rebus duris debeat.

535 Fuit tamen ejusmodi † protectio quandoque nimis

mis dura & cum Imperio conjuncta: Unde & easdem Cæsar superiorum stipendiarias, vectigales & earum Imperio subjectas appellat. Plerunque tamen in fide aliarum fuisse scribit. Regnante Romæ *Prisco Tarquinio*, inquit *Livius lib.* 5. *Celtarum penes* Bituriges *summa Imperii fuit: u Regem Celtis dabant*. Adventu Caji Cæsaris in Galliam (qui fuit annus ab Urbe condita 695.) Galliæ totius factiones erant duæ: Harum alterius principatum tenebant *Ædui*: alterius *Arverni*: multosque annos de potentatu inter se contenderant; Sed illa contentio ea re magnopere augebatur, quod *Bituriges* Arvernorum finitimi, *in fide & imperio* Æduorum erant, *Sequani* contra Æduorum finitimi in Arvernorum fide. Cæs. *lib.* 1. *cap.* 12. *lib.* 6. *cap.* 4.

Hujus porro prædictæ submissionis minorum Civitatum erga majores veteris moris vestigia cernere licet † in Imperiali oppido Buchorn ad lacum Acronianum sito, quod propter exiguas vires suas Civitatis *Vberlingensis* protectioni se subdidisse noscitur.

536

Post civitatum hactenus enarratos Protectores, in ordine sequuntur Nobiles. Et dubitandum non † est, multas etiam Nobilium familias, singulares quoque, atque extra ordinarios Patronos, ac defensores constitutos habere, quarum etsi nomina me lateant, earundem tamen in aliorum protectionem submissiones multis exemplis ostendi posse, ait Sixtin. *d. consilio* 8. *numer.* 104. ubi ipse refert, Nobiles quosdam castri H. licet immediate Imperio subjecti sint, nec alium magistratum, quam Imperatorem, vel Cameram Imperialem agnoscant, eos tamen Electoribus Palatinis jure Protectionis esse obstrictos.

537 *Nobiles qualiter aliorum Protectioni sese commiserint.*

Sic etiam innumeras Nobilium familias in Sacr. Cæsar. Majest. & Imperii speciali ac extraordinaria Protectione ac Salvaguardia existere, dubio omni caret.

Nos ut institutum teneamus, ex multis unum, aut alterum duntaxat, more nostro exemplum subjiciemus.

Ex magno autem Nobilium numero, ætate adhuc nostra in peculiarem Sacr. Cæsar. Majest. & Imperii singularem protectionem receptos, occurrit præclarus ac validus † Dn. Burckhardus de Berlichingen / qui multis annis Aulæ Imperialis Consiliarius fuit, is pro virtutum suarum merito à piissimæ memoriæ Rudolpho Imper. Anno 1600. in specialem Salvamguardiam receptus. subsequens desuper obtinuit protectionis Cæsareæ Testimonium.

538

539 *Diploma Rudolphi II. Imperatoris, quo Dn. Burckhardum de Berlichingen, in S. R. I. specialem protectionem recipit.*

Wir Rudolph / ꝛc. Entbieten † N. allen vnnd jeden Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnnd Weltlichen Prälaten Graffen / Freyen / Herren / Rittern / Knechten / LandtMarschalcken LandtHauptleuten / Landt-Vögten / Hauptleuten / Vitzthummen / Vögten / Pflegern / Verwesern / Amptleuthen / Landtrichtern / Schultheissen / Burgermeistern / Richtern / Räthen / Burgern / Gemeindten / vnnd sonst allen andern vnsern vnnd deß Reichs / auch vnserer Königreich / Erblichen Fürstenthumb vnnd Lande / Vnterthanen vnd Getreuwen / was Würden / Standt oder Wesen sie seyn / vnser Freundschafft Gnad vnnd alles gutes / vnd hiemit zu wissen. Wiewol alle vnnd jede vnsere / vnnd deß Heyligen Reichs gehorsame Ständt vnd Vnterthanen / gemeiniglich in vnserm / als Römischen Keysers vnd gemeinen Oberhaupts Schutz / Schirm / Protection, vnd Versprechung seyn / daß Wir jedoch auß etlichen / vnser Keyserlich Gemüth bewegenden erheblichen vnd Rechtmässigen Vrsachen / vnsern vnnd deß Reichs lieben getreuwen / Burckharten von Berlichingen vnsern Rath / fürnemblich in gnädigster Erwegung / seiner vns vnnd dem Heyligen Reich / in mehrfältige Weg erzeigten getreuwen willigen / vnd ersprießlichen Dienst / sampt seiner Ehelichen Haußfrawen / vnnd Kindern / auch derselben Erbens Erben / Dienst: Amptleuth / zugehörigen vnnd Verwandten / mit allen jhren Leib Haab vnnd Güttern / Lehen vnnd Eygen / wie sie solches alles / sampt deren Freyheit vnd Immuniteten, Recht vnnd Gerechtigkeiten / in jhrer Gewehr vnnd Besitz haben / in vnser vnnd deß Heyligen Reichs sonderbahren Verspruch / Schutz / Schirm / vnd Salvamguardiam empfangen / vnnb auffgenommen / auch jhnen vnnd den jhrigen vnser vnnd deß Reichs / auch vnserer Königreich / Fürstenthumb vnnd Lande / Frey gestrack Sicherheit vnnd Gleidt / fur Gewalt / zu Recht gnediglich gegeben vnnd mitgetheilt haben / thun das auch / nehmen vnd empfahen sie darein / hiemit vnnd in Crafft diß Brieffs / erklären vnnd wollen daß obgenanter vnser Rath Burckhart von Berlichingen / sampt seiner Ehelichen Haußfrawen vnd Kindern / auch derselben Erbens Erben / Dienst: Amptleuten vnnd zugehörigen / mit aller jhrer Leib / Haab vnd Güttern / Lehen vnnd eygen / sampt deren Freyheiten / Recht / Gerechtigkeiten / Immuniteten vnnd Possessionen, so sie jetzo haben oder künfftig weiter erlangen vnnd bekommen / oder mit gebürlichem Titul an sich bringen möchten / mit allen derselben ein vnd Zugehörung / nichts außgenommen / vnter vnnd in solchen vnserm Verspruch / Schutz / Schirm / vnnd Key. Adlers / Salvaguardia, Freyheit / Sicherheit / vnnd Gleid / allzeit seyn vnd bleiben / auch alle vnnd jede Recht Gerechtigkeit / Freyheiten / Immuniteten, Sicherheit / Vortheil / vnd Beneficien sich haben / derselben erfreuwen vnd geniessen sollen / vnd mögen / wie andere vnsere vnd deß Heyligen Reichs Vnterthanen / die mit dergleichen Salvaguardia begabt vnnd versehen seind / haben / sich erfreuwen vnnd geniessen / gar zumal nichts außgeschlossen / vnd damit solch vnser Keyserlich protection, Frey / Sicherheit / vnd Handhab / Verspruch / Schutz / Schirm / Gleid / vnd Salvaguardia, menniglich kundtbar vnd wissendt sey / auch würcklich vollzogen werde / so vergönnen / erlauben vnd geben wir / ermeltem Burckharten von Berlichingen vnnd dessen Erben vnd Erbnehmen / hiemit vnsern vollkommenen Gewalt vnd Macht / daß sie / so offt es jhnen gefällig seyn / vnnd es jhr / vnd

jhrer Gütter vnnd Leuth Notturfft erfordern wirdt/können oder mögen/ entweder selbst/ oder durch jhre Bevelchshaber/jedes orths an jhre Schlösser/ oder andere jhre Persöhnliche Haußhaltung vnnd Wohnungen Possessionen, Höff/Vorwerck/vnd Schäffereyen/ vnsern Keyserlichen Adler/ vnnd deß Heyligen Reichs/ auch vnserer Königreich vnd Erblanden Wappen/sampt oder sonderlich/ zu Gezeugnus vnsers Keyserlichen Schutz/ Handhab/ vnd Salvaguardia anschlagen/ und hinwider/ wann es jhnen vnd den jhren gefellig/ mit gebührender Reverentz abnehmen/ von allermenniglich ohnverhindert vnnd vngeirrt. Wir setzen vnd wollen auch ferrner/ daß den Transsumpten vnd Vidimirten oder Collationirten Abschrifften/ auch extracten von diesem vnserm Keyserlichen Schutz Brieff vnd Salvaguardia, wo die allenthalben angeschlagen publicirt vnnd insinuirt werden/ vollkommen Glauben/ gleich dem Original soll zugestelt und gehorsambt werden/ vnd bevehlen darauff E. L. Andacht/ vnd euch allen sampt vnd einem jedem Insonderheit/ von Röm. Keyserl. Macht Vollkommenheit hiemit ernstlich gebietend/ vnnd wollen daß jhr mehrgedachten Burckharten von Berlichingen/ sampt seiner ehelichen Haußfrauwen/ Kinder/ auch derselben Erbens-Erben Dienst Amptleut/ zugehörigen vnd Verwanten/ mit aller jhren Leib Haab vnd Güttern/ Lehen vnd Eygen/ so sie jetzund haben oder künfftig/ wie obstehet/ vberkommen/ vnd allem dem jenigen/ so jhnen zuversprechen stehen/ bey denen jhnen ertheilten Gn. Freyheiten/ Immuniteten, Possessionen, vnd Güttern gerühiglich verbleiben/ vnd wider diesen vnsern Keyserlichen Schutz/Schirm/ vnd Salvaguardia, keines wegs betrüben/ Arrestieren hemmen/ beleydigen/ einfallen/ gefänglich bestricken/ straffen/ plündern/ oder auch in andere weg/ wie solches jmmer zugehen vnnd geschehen möcht/ beschweren/ sondern sie vnd alle die jhrigen/ vnd was denselben zuständig/ wie auch das Namen haben mag/ darbey allerdings vnbeleydigt bleiben/ auch ausserordentlichen Rechtlichen Proceß/ vnd darinn ergangenen vnnd in der andern Instantz publicirten Endt Vrtheils/ nicht anfechten noch bekümmern lassen/ als lieb euch vnd euwer jedem sey/ vnser Keyserliche Vngnad/ vnnd die Pöen deß Gleidbruchs/vnd darzu noch ein sondere Pöen/ nemblich fünfftzig Marck lötigs Goldts/ so ein jeder/ so offt er freventlich hierwider handlet/ halb in vnser Keyserl. Cammer vnd den andern halben Theil/ vielgedachtem von Berlichingen vnd desselben Erbens Erben/ so hierwider angefochten oder beleydigt würden/vnnachläßlich zu bezahlen/verfallen seyn soll/ zuvermeiden/ vnd das meinen wir ernstlich.

Mit Vrkundt diß Brieffs/ besigelt mit vnserm Keyserlichen anhangendem Insigel/ Geben in vnserer Statt Pilsen/ den 27. Februarii/nach Christi unsers lieben HERREN vnnd Seligmachers Geburt im sechzehenhunderten/ etc.

540 Privatarum insuper protectionum † exempla de Nobilibus à Zinnert/ 24. Julii Anno 1553. Weltwart 21. Augusti Anno 1556. Westernach/ Sitgen & Pappenheimb Anno 1334. & Varr/ Niclas Zieglers Herrn zu Varr/ Item Fleckenstein 11. Julii Anno 1541. & aliis, in clientelam Imper. receptis memorat doctiss. & in praxi apprime versatus Dn. Paul. Matth. Wehner/ *in not. & observat. Imperial. Dicaster. Rotwilens. part. II. tit. 4. fol. 80. versic. sunt etiam nobiles, &c.*

Aliud Nobilis in Cæsaream specialem tuitionem receptæ familiæ exemplum recenset idem Wehner/ *in observat. pract. lit. S. verb.* Schutz vnd Schirmbrieff/ referens Nobilem Georgium à Kindsberg zum Wernstein/ una cum uxore, liberis, famulis & subditis, sub Cæsareæ majestatis & S. R. Imperii defensionem, ab Imper. Rudolpho II. 13. Novembris Anno 1601. receptum fuisse.

541 Constat autem & aliis adhuc infinitis edoceri posset testimoniis, non solum Nobiles, aliorum clientelis subesse, sed & ipsos aliorum, maxime vero Prælatorum † ac Monasteriorum Advocatias olim etiam suscepisse, id quod inter alios testatur Johann. Andreas, *in capit. secund. de rebus Eccles. non alien. in 6. col.* 2. ubi ante Gregorii X. (qui sedit Anno 1271.) *in d. capit. secund.* editam constitutionem, sæpe factum esse ait, ut Prælati oppressi, Nobiles potentiores, faciendo eos Advocatos vel Defensores locorum contra opprimentes ad defensionem suam invocaverint, qui tamen persæpe, jus hoc adfectantes varias oppressiones procurarint & jus quoddam dominii vel Advocationis in Ecclesiis sibi vindicarint. Rosenth. *de feud. lib. 1. capit. 4.*

542 Sic in hodiernum diem Monasterium Beürren † Ord. Canonicorum Regularium, diœcesis Constantiensis ad Danubium situm, Nobiles de Enzberg Advocatos ac Protectores ordinarios habet, pluribus recensendis exemplis, ne prolixitas hujus capitis, quemquam offendat studiose supersedeo.

543 Sed huc usque de Origine temporali Advocatiæ & quibus temporibus clientelæ veteres intermediæ & hodiernæ initium habuerint, & deinceps apud Germaniæ, aliarumque nationum populos, per explicatas hucusque, Regum, Ducum, Principum Comitum, ac Nobilium, aliorumque diversorum statuum, ac hominum, in voluntarias alienarum protectionum submissiones, ac vicissim susceptiones, Advocatia latissime propagata fuerit, abunde dictum est. Nunc † ad calcem hujus capitis videndum est, quo jure Protectio ac defensio introducta fuerit.

Et primo quidem hac de re generatim differendo † certum est, hominis defendendi inclinationem, ab ipsa natura ortam, Juri naturali adscribendam esse, prout paulo ante ex Commentatore Euripidis Stiblino allegatum est.

544 Oppressis enim, ut homines † subveniant natura ipsa suadet ac impellit, docente Cicerone *lib. prim. officior. & in orat. pro Milon.* quem citatus Stiblinus *in præfat. in Trag. supplic.* ad hoc allegat, dicens, Justi esse † non solum non facere injuriam, sed etiam ab immeritis propulsare. Adde quæ in proposi-

propositum nostrum congerunt Boulen. *in repet. l. capitalium. §. famosos numer.* 39. *de pœn.* Schrad. *de feud. part.* 9. *capit.* 4. *numer.* 61. Francisc. Arius *de bello numero quadragesimo quarto*, ad quod allegant multa authores *sexti consilii in causa Brunsvvicensi numero octavo*.

545 Quemadmodum † enim eo Jure hominem homini insidiari nefas erat. *l. ut vim. Digest. de Just. & Jur.* 546 Ita cuicunque † homini periclitanti, vim aut injuriam patienti non auxiliari nefas quoque erat; ut ex communi opinione resolvit Hieronym. Cagnol. Dec. & *in l. culpa caret. ff. de reg. Jur. per text. ibi à contrario sensu. & ibidem* Dec. & *in l. nullum enim. per text. ibi eod. tit.* Unde Ovidius sic cecinit

Et caret auxilio qui non tulit, atq; reliquit
Sic linquendus erit, legem sibi dixerat ipse.

547 Nam † ipsa etiam naturali æquitate dictante interest hominis hominem beneficio afficere, *lib.* 7. *in fin. Digest. de serv. exp.* facit *lex* 2. §. 5. *Digest. de aq. & aq. pluv. arc.* & periculum, siquidem commode potest, ab eo avertere *l. scientiam.* 45. *prin. Digest. ad l. Aquil. l.* 24. §. 6. *Digest. de damn. infect. l.* 50. & 109. *ff. de reg. Jur. cap. non inferenda,* 23. *quæst,* 3. *capit.* 5. §. *proximos.* & §§. *seqq. de pœniten. distin.* 2. *capit.* 6. *de senten. excomm. in* 6. Zoanett. *in leg.* 3. *p.* 1. *numer.* 99. *Digest. de Just. & Jur.* Vasq. *libr. prim. illustr. controvers. capit.* 19. *numer.* 5. & 6. Obrecht. *tract. de defens. necess. cap.* 7. *numer.* 42.

548 Et Solon dictitare solebat, beatam † illam Rempublic. in qua quisque injuriam alterius suam existimaret. Hinc sapienter majores nostri publicas accusationes & populares quasdam actiones esse 549 voluerunt. Apud Ægyptios † proditur reos mortis fieri, qui injuriam patienti opem non ferunt: quod si non possunt, accusare injuriosos debent, quod si non fecerint, plagis & triduana inedia castigantur, quod institutum, arctissimum humanæ societatis vinculum esse credebant. Mar. Salomonius *in repet. l. ut vim. Digest. de Just. & Jur. numero* 16.

Inde est, quod Jure naturali viri inclyti ducuntur, feruntur que ad opem miseris periclitantibus ferendam, hique æthereas ad sedes præmii loco evolaturi intelliguntur. Unde Cicero de Hercule † scripsit, postquam enarraverat, ut cunctis periclitantibus 550 opem tulisset: *Abiit*, inquit, *ad Deos*, † *Herculus, nunquam abiisset, nisi, dum inter homines esset, hanc sibi viam munisset.* Idque votum & studium magnanimis viris Jure naturæ inesse idem Cicero *lib.* 3. *de finib.* eleganter scripsit his verbis.

Ut tauris † natura datum est, ut pro vitulis contra leones summa vi impetuque contendant: sic ii, qui valent opibus, atque id facere possunt, ad servandum genus humanum natura incitantur.

551 Et experientia constat, eandem † defensionis vim naturaliter aliis etiam inesse brutis animantibus. Hoc enim teste Cicer. *lib.* 1. *offic. generi animantium omni à natura tributum est, ut se vitam corpusque tueatur, declinetque ea quæ ei nocitura videntur.* Hugo Donel. *libro prim. Commentar. Iur. cap.* 7. *versic. sed quoniam.* Jul. Pacius *cent.* 1. *ἐναντιοφ. quæst.* 1. Anton. Goveau. *Var. lect. capit.* 20. Unde videmus, si quæcunque avicula vim patiatur quod reliquæ ejusdem speciei, aviculæ præsto adsunt comitantes, condolentes, auxiliumque suum veluti pollicentes, & si ad id etiam valent, reipsa præstantes. Quod ipsum etiam visus est asserere Ferd. Vasquius *illustr. controvers. lib.* 1. *capit.* 41. *numer.* 22. ubi multis probat hominem privatum teneri defendere alterum hominem privatum de jure divino, naturali, Canonico, & civili, id quod nos *in capite de Adjacentibus Advocatiæ* singulatim disputamus.

552 Cæterum non incongrue etiam † protectionis institutum juri naturali secundario, seu Gentium adscribere possumus Jacob Synzius *disput. de Iure protect.* §. 6. ubi defendit protectionis Jus, Juri gentium secundario quod necessitas, & indigentia introduxit, recte ascribi. Quin & eidem Juri defensionem deberi, docet Dd. *in l.* 3. *ff. de Inst. & Iur.* 553 cui & fœdus † defensivum ortum sui tribuit, annotante Vasq. 1. *controvers. illust.* 9. *numer.* 9. Menoch. 2. *arbitr. Iud. quæst. cent.* 3. *cas.* 277. Warem. ab Ernberg *l medit. pro fœder. libro* 1. *capite quart. numero* 16.

554 Illam enim defensionem quæ ratione † nititur & qua societas humana conservatur Juris gentium esse docuit Joann. Coras. *ad l. ut vim* 3. *numer.* 5 *ff. de Inst. & Iur.* Georg. Obrecht. *in tract. de necessar. defens. cap.* 4. *num.* 7. & 11. Henric. Bocer. *lib.* 2. *de duello. cap.* 10. *numer.* 18. Ad quod conferri possunt ea quæ ex Plaut. Jul. Cæsare, Josepho & Livio adducit Arnis. *lib.* 1. *de Iure majestat. cap.* 4. *num.* 8.

555 Constat autem ex multorum traditionibus, tempus fuisse quoddam, quo † genus humanum vitam in sylvis & agris nullo certo more traducebat nullam colebat religionem; nullum humanitatis officium tuebatur: nihil denique ratio vel disciplina, sed pleraque vis & furens animi impetus administrabat. Cum igitur latrocinia atque cædes infinitæ fierent, & ii qui viribus plus valebant, affligerent imbecilliores, essetque omnis vita malis innumeris circumventa † omnes ii qui injuriam acceperant graviorem, confugiebant ad præsidium alicujus præstantis ingenio viri, in quo lumen æquitatis elucere perspexerant. Is cum miseros & supplices in suam fidem recepisset, studiumque suum extinguendi latrocinii, reprimendæque cædis, & injuriæ vindicandæ declarasset, & potentes cum tenuioribus pari jure retinuisset, eveniebat ut omnes, qui otium & securitatem amabant, omnia vitæ præsidia in ejus virtute & Imperio constituta putarent, quem animadvertebant esse justitiæ laude florentissimum, Johann. Boter. *tract. de illustr. statu & politia. lib.* 1. *c.* 12.

556 Hinc primo factum, ut plures familiæ unum in locum convenerint unaque certis legibus habitare cœperint; hinc † vici, hinc pagi, hinc oppida; ex domorum enim conjunctione vici, ex vicorum continuatione pagi; quibus cum imbecilliores à valentioribus se tueri nequirent, aut loco natura munita conquirere, aut alios ad defensionem rerum suarum necessario advocare coacti sunt. Hippolyt. à Collib. *de increment. urbium, capite prim.* Boter. *de Orig. Urb. lib.* 1. *cap.* 3.

Quinimo & eadem † defensio ad Jus Civile recte potest referri arg. *l. scientiam §. penult. Digest. ad l. Aquil. l.* 2. 3. & 4. *C. ad l. Cornel. de sicar.* Nam ea quæ origine juris † naturalis vel gentium sunt, si à Jure civili comprobentur, civilia quoque dici possunt. §. *vers.* 1. *civiles. Institut. de obligat.* Herman. Vultæius *ad* § *final. numero tert. Institut. de Attiliano Tutore.*

557 Quod autem attinet ad † generalem protectionem, quam magistratus quilibet suis debet subditis, ea similiter ex Jure divino, naturali, ac positivo repeti potest.

De divino patet, quia sacræ literæ docent. Reges & superiores teneri liberare oppressos *Esai.* 1. *versi.* 17. *Quærite judicium, subvenite oppresso,* & Jerem. 22. *Facite judicium & justitiam, & liberate vi oppressos*

sos è manu calumniantis. Eodem etiam pertinet illud D.Pauli: *Qui suorum, maxime domesticorum curam non habet, infidelis est & infidels deterior.*

Deinde ex Jure etiam naturali superiores ad protectionem subditorum obligatos esse inde elicitur, 558 quod † magistratus sub hac lege & conventione datus & acceptus sit, ut subditorum curam gerat, eosque defendat, nominatim id tradente Ferd. Vasquio *d. capit.* 41. *numero* 20. Imo magistratus idcirco regendi officio fungitur, ut subditorum saluti prospiciat, & si quod iis damnum imminet, avertat, *l.2. §. post originem. Digest. de orig. Jur. l. 3. l. illicitas. 6. §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. & l. ult. in princ. ff. quod metus causa.*

Quod denique ad Jus positivum tam Canonicum quam civile attinet, eodem quoslibet Dominos ad tuendos suos subditos omni modo obstrictos esse *cap. superiori tertio* & *alibi* etiam fusissime traditum est.

559 Si denique † Advocatiam conventionalem ceu præcipuam Protectionis speciem consideremus, cum ea contractibus innominatis, ut *alibi* fuse documus, accenseatur, ejus utique origo ad Jus gentium referenda est. Contractus † siquidem tam nominati, quam innominati, quoad inventionem de Jure gentium primævo, quoad efficaciam autem de Jure gentium secundario profluxerunt, ut nominatim tradunt Ruin. & Socin. Jun. ad *rubr. de verb. obligat. numero* 15. referendo Bart. *in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.* Bolognet. *ead rubr. sub n.*57. *&* 68. Imola *in c. quam in Ecclesiarum de constitut.* Petr. Nicol. Mozz. *de orig. contract. artic.* 3. *n.*2. 560

Et hisce finem imponimus huic Capiti de Origine ac propagatione Advocatiarum, quam si nimis forsan prolixe aut cum aliquo Candidi Lectoris tædio, singulorum ordine Imperatorum personas enarrando, eorumque in rei comprobationem facientes constitutiones ac Rescripta recensendo, deduximus, hoc studium nostrum benevolus Lector æqui bonique consulet. Hoc ipsum enim ut faceremus Clientelarum antiquitas, & subsecutarum Advocatiarum continuatio, ipsaque rei jucunda delectatio nos impulit atque commovit.

CAPUT VI.

Quinam Advocatos ac Protectores sibi adsciscere, ac se aliorum protectioni submittere possint.

SUMMARIA.

JUS omne vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertinet, n.1.
Persona ante quærenda, quam Juris ratio, n.2.
Jus novisse, ignoratis personis, quarum causa constituitur, parum est, num.3
Facere quidpiam omnes possunt, qui nominatim prohibiti non sunt, n.4
Fidejubere omnes possunt, qui in specie non prohibentur, 5
Paciscì cuilibet licitum est, qui à lege, statuto vel consuetudine prohibitus non est, 6
Pactiones inter protectorem & clientes sunt de genere promissorum, 7
De personarum potestate assumendi protectores in Jure nihil constitutum, 8
Personarum duo genera, unum absolutæ, alterum restri- (cta potestatis, 9
Quinam in primo genere contineantur, n.10
Personæ absolutam & independentem potestatem habentes, hoc est, superiorem nullum recognoscentes, qualiter protectores suscipere possint, n.11
Summorum Principum summa potestas, 12
Summis Principibus leges præscribi non possunt, 13
Quicquid faciunt, ut Deus, facere videntur, 14
Principi ex certa scientia vel plenitudine potestatis sua aliquid facienti nemo dicere potest, Cur ita facis? 15
Principis factum ex certa scientia in dubium revocari non potest, 16
De Principis potestate non controvertendum, 17
Summus Pontifex an se alterius Protectioni submittere possit, n.18
Decisio affirmativa, ibid.
Summi Pontifices ab ævo Constantini M. sub Imperatoria protectione fuerunt, ibi.
Papa supremus Princeps est, & plenitudinem potestatis habet, ib.
Papa vices Dei in terris sustinet, nec habet superiorem, sed omnes ei subsunt, nec à quopiam judicari potest. 19
Papa eandem Jurisdictionem & territorii Jurisdictionem usurpat, quam in Imperio, ibid.
Papa alios in Protectionem suscipere possunt, 20
Joan. Angliæ Rex protectionis ergo adversus Franciæ Regis insidias, Regnum suum Innocentio III. Pontif. Feudi titulo obtulit, ibid.
Papa fœderis contrahendi Jus absq; omni dubio habet. ib.
Julius II. Papa cum Angliæ & Hispaniæ Regibus An. 1508. & sequenti cum Maximiliano Imp. fœdus iniit, ibid.
Paulus II. Papa cum Carolo V. Imp. Anno 1546. contra Protestantes Germaniæ fœdus contraxit ibid.
Idem cum eodem & Venetis Anno 1537. contra Turcam confœderatus, ib.
Pius V. Papa Anno 1571. cum Philippo II. Hispan. Rege & Republ. Veneta confœderationem fecit, ibid.
Imperator an alterius in clientelam sese dare soleat, 21
Decisio Negativa, ibid.
Imperator totius orbis Protector generalis, ibid.
Imperator an se in alterius clientelã submittere possit, 22
Decisio affirmativa, ibidem
Imperator ab inferiori etiam feudum habere potest, ib.
Imperator post Papam habet plenitudinem potestatis ib.
Clausula (non obstante lege in contrarium faciente) pertinet ad potestatem absolutam, ibid.
Potestas suprema ad Papam & Cæsarem pertinet, eisque adeo affixa est, ut inseparabilis sit, ibid.
Imperator inter principes mundi omnium maxime refulget, ibid.
Imperator corporalis Mundi Deus, tanquam stella matutina inter omnes eminens, ibid.
Reges ac Principes superiorem non recognoscentes an aliorum in clientelam se conferre possint, 23
Rex aut Princeps, superiorem non recognoscens, Imperatori æquiparatur, ibid.
Principes superiorem non recognoscentes habent potestatis plenitudinem, & ea de Jure uti possunt, 24
Rex aut Princeps superiorem non recognoscens plus potestatis habet in regno suo, quam Imperat. in Imperio 25
Regna & Principatus ad hæredes transeunt, Imperium Romanorum non, ibid.

Jura

suis eodem jure fruuntur, quo Imperator. numero 78

Duces, Comites & similes in suis ditionibus, respectu suorum subditorum, majestatem habent, & repraesentant Imperatorem, 79. & 84

Duces eo ipso, quod tales creati sunt, licet recognoscant superiorem, habent tamen plenitudinem potestatis, n. 80

Dux, Comes, Marchio, in suis territoriis magis assimilantur Principi, quam praesidi, 83.

Comites principali dignitate decorati, Gefürste Graven/ *in Imperio Principibus aequiparantur,* 85

In protectoribus assumendis eodem jure cum aliis Principibus Caesarem recognoscentibus utuntur, 86

Utrum Barones quoque eadem Protectores assumendi libertate gaudeant, num. 87

Affirmativa decisio, ibid.

Barones secundum Germaniae consuetudinem aequiparantur Comitibus, 88

Barones non minus quam Comites, Imperii status sunt, & illustres vocantur, 89

Pares sunt in matricula Imperii & Jure Austregarum, 90

Item in dignitate & munere Judicis ac Praesidum Camerae imperialis, 91

Baronum appellatio generalis est, Marchiones, Duces & Comites complectens, 92

Barones dicuntur quasi filii Regis, 93

Perinde ut alii Duces & Comites subditis suis collectas imponere possunt, 94

In territorio suo statuta & constitutiones facere possunt, 95

Respectu subditorum suorum majestatem habent, num. 96

Omnibus immunitatibus Caesari Romano concessis fruuntur, 97

Nobiles immediati an & ipsi non obtenta Imperiali licentia, sese una cum subditis suis alienae protectioni submittere possint, 98

Affirmativa decisio, ibidem.

Nobiles Imperio immediate subjecti non sunt status Imperii, 99

Imperio immediate subjectum esse, latius patet, quam statum esse Imperii, 100

Immediate alicui subjectum dicitur quod alterius jurisdictioni non subjacet, 101

Successor immediatus est, qui nullo intermedio successit, 102.

Nobiles, vasalli Principum, etiam ratione feudorum, quae ab ipsis tenent, immediate subsunt Imperio, nec Domini feudorum ullam in eos jurisdictionem, praeter feudalem exercent, 103

Nobiles imperio immediate subjecti contra Duces &c. à quibus feuda tenent, mandata pignorationum & alia impetrare possunt, secundum stylum Camerae, 104

Nobiles illi ab onere Territorialis Iurisdictionis Principum, aliorumque statuum liberi, 105

Imperator in ditionibus Nobilium, quam in aliorum Imperii Statuum plus Juris non habet, 106

Nobiles cum aliis se confoederare possunt, 107

Nobiles facultatem leges & statuta condendi habent, 108

Nobilium statuta de successione valida sunt, ibidem.

Nobiles isti cum caeteris Imp. Statibus, potestatem, eminentiam, & Jurisdictionem parem habent, 109

Nobiles immediati in suis ditionibus jura fisci aliaq; similia habent, 110.

Landsfürstliche Obrigkeit *Nobilibus in mutanda religione non nocet,* 111

Nobiles ut plurimum in alienis Principatibus libera habent territoria. ibidem.

Imperium magnum quod cum Landsfürstlicher Obrigkeit *aequiparatur, omnibus superioribus Magistratibus Ducibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus & Nobilibus competit,* 112

Jurisdictio territorialis in Principe Landsfürstlich/ *in Comite* Gräfflich/ *in Barone* Freyherrlich/ *in Civitatibus Imperialibus* Stättisch/ *in Nobilibus* adeliche Obrigkeit *hodie denominatur,* 113

Castra Nobilium Germaniae iisdem privilegiis & juribus gaudent, quibus Civitates vel aliae universitates fruuntur, ibidem.

Nobiles isti unde Freye vom Adel *dicantur,* 114

Utrum Comites, Barones & Nobiles mediate Imperio subjecti, libertatem suscipiendorum patronorum habeant? num. 115.

Decisio Negativa, ibidem.

Comites, Barones & Nobiles nonnulli Imperio mediate subjecti sunt, vel ob praescriptionem, vel quod, cum tales ab Imperatore crearentur, ipsi alicui Principi cum bonis suis subjecti fuerint, 116

Iidem à Caesare non aliter ad dignitates admissi, quam cum reservatione Juris Principibus territorialibus competentis, 117

Civitates Imperiales an sine consensu Caesareo protectores assumere possint? num. 118

Negativa, n. 119

Decisio affirmativa, 186

Civitates Imperiales an inconsulto Caesare foedus inire possint, n. 120. 195. 196

Argentinenses cum Helvetiis an sine Imperatoris, ordinumq; Imperii consensu licitum foedus inierint, 121

Civitates liberae Jure olim Romano nullae in Imperio fuerunt, 122

Civitas nulla dignitatis gradui accensetur, 123

Excepta Roma totius orbis epitome, 124

Ravenna post Romam caput Italiae, 125

Constantinopolis nova Roma appellata, 126

Civitates omnes, excepta Roma, privatorum loco putantur, 127

Civitatum liberarum triplex acceptio, 128

I. Quae omni ex parte liberae nullum superiorem, ne Caesarem quidem recognoscunt, 129

Quales sunt Venetiae, Genua in Italia; Helvetiorum & Rhetorum Respublica in Germania, 130

Venetiae super annos mille ducentos omnino liberae fuerunt, 131

Venetis libertatem Caroli M. & Nicephori aevo concessam testatur Sigonius, 132

Genuensium Respublica emptionem omnigenam sibi vendicat, 133

Lucana Civitas libertatem 12000. ducatis redemit, num. 134

Lucensibus à Carolo IV. Legatus Cardinalis quidam praeficitur, at accepto pretio 25000. aureorum Juri & potestati restituuntur, 135

Respublica vel populus liber censetur, qui nullum omnino in dominum agnoscit, 136

Libertas Civitatum importat, ut sub nullius sint dominio, 137

Civitates prorsus liberae nullum omnino superiorem agnoscentes qualiter se aliorum protectioni subjicere possint, num. 138

Civitates liberae in suis ditionibus Imperatorem referunt, quod late per discursum ex Doctoribus firmatur post num. 138

Civitates liberae leges condere, abrogare, mutare, Magistratus creare, privare, vectigalia indicere, augere, minuere, bellum indicere, & Jura omnia belli & pacis pro libitu administrare possunt, 139

II, Civitates

Defen-

Prote-

Persona Ecclesiastica etiam subjecta Diaecesano alicujus Principis protectioni se dedere possunt, n. 520.

Episcopi potestas ad particularem prælatorum sibi subjectorum administrationem non extenditur, 521

Prælati absque Episcopi autoritate liberam habent rerum Ecclesiæ administrationem in temporalibus, ibid.

Prælati ratione temporalium forū Cæsaris sortiuntur, 523

In feudalibus coram paribus curiæ, etiam secularibus, conveniuntur, eod. n.

Intellectus c. sicut, de excessibus prælat. 525

Prælatus inferior, citra Episcopi consensum, Ecclesiam alteri unire aut subjicere potest, etiam interveniente consensu Metropolitani, 526

Episcopi interesse ad temporalia non extenditur, 528

Annuorum redituum Ecclesiasticorum fructus non sunt spirituales, 529.

Feudalis rei fructus à solo separati, non sunt feudales, 530

Feudalis rei fructus absque consensu Domini feudi alienari possunt, 531

Fructus decimarum ac beneficiorum Ecclesiasticorum licite vendi & alienari possunt, 532

Prælatus de fructibus Ecclesiæ, tanquam administrator, pro arbitrio disponere potest, excepta alienatione immobilium, 533

Prælatus officialibus & ministris Ecclesiæ de annuis Ecclesiæ reditibus salaria constituere potest, 534

Prælati Episcopis suis ordinariis, quoad spiritualia duntaxat, non quoad temporalia, subsunt, 535

Prælati Episcopis ordinariis nullum subjectionis juramentum præstant, 536

A separatis mala fit illatio, 537

Abbatissæ an sine Episcopi consensu Advocatum tutelarem assumere possint? *538*

Abbatissa in rerum secularium administratione Abbati æquiparatur, ibid.

Monasteria & Ecclesiæ Episcopo etiam in temporalibus subjecta, absque consensu ejusdem protectorem suscipere non possunt, 539

Sub territorii ambitu eines Landesfürsten *contenta ejusdem jurisdictioni subsunt, 540*

Subditi habentes specialem protectorem extraneum an per ordinarium suum magistratum nihilominus defendi debeant? *541*

Negativa, 542

Affirmativa approbatur, 547

Per plura non debet fieri, quod potest fieri per unum, 543

Unitas ad rei conservationem, dualitas vero ad distinctionem tendere dicitur, ibid.

In dominio vel potestate consortem habere, nemo desiderat, ibidem.

Pluralitas uti principum, ita & Procuratorum mala, ib.

Regi ab uno, non pluribus publice interest, ibid.

Qui non honorat, ut debet, non expectet, quod ei debetur, 544

Extraordinarium quærens subsidium, ordinario renunciare videtur, 545. Declara ut 583. & 588.

Remedia duo quando competunt ad eundem finem, uno electo, alterum censetur sublatum, 546

Obligatio defensionis subditorum Magistratui incumbens, per externi defensoris assumptionem non sublata intelligitur, 548

Magistratus ratione Jurisdictionis, Protector vigore contractus ad defensionem obligatur, 549

Magistratus sæpe commodiorem subditos defendendi occasionem habet, quam protector, 550

Protector in privatis clientum negotiis nullum defendendi jus habet, sed id ordinario eorum Magistratui incumbit, 551

Scomma Matthiæ Ungariæ Regis in Frider. Imp. sua non defendentem, 552

Magistratus boni est, saluti communi, propriam posteriorem ducere, 553

Magistratus publica potestate potitur, & potentia multorum munitus est, & quare? 554.

Magistratus ex debito officii ratione Jurisdictionis ad defendendos subditos obligatur, 555

Obligatus ad certum actum prohibendum, non solum prohibere debet illum, sed diligentiam etiam habere, ne fiat, 556.

Magistratus subditos non defendens tenetur ad restitutionem damni, 557

Magistratus etiam extraneis securitatem & tutelam in suo territorio præstare tenetur, 558

Magistratus à republica institutos habet reditus annuos, ut in terra conservet justitiam, 559.

Subditos defendere, ad conservationem justitiæ spectat, 560

Magistratus propriis sumptibus defendere subditos tenetur, 561

Commoda quamdiu quis sentit, tamdiu & onus jungat emolumentis, necesse est, 562

Lucrum qui amplectitur, onus recusare non debet, 563

Domini non raro in commodorum cura vigilantissimi, in subditorum autem & reipublicæ salute tardissimi, 564

Principes, præsertim Ecclesiastici, in asservanda subditorum tranquillitate vigilantes esse debent, 565

Domini subditis non graves esse, sed tanquā filiis thesaurizare, & eos in cunctis necessitatibus fovere debent, 566

Ecclesiastica potestas dignior & major seculari, 567

In Ecclesiasticis major & æquitas & justitia desideratur, 568

Principatus omnis meram subditorum utilitatem, non propriam incommoditatem intueri debet, 569

Omnes Magistratus, regna & imperia, ad id, ut publica subditorum commoda curent, inventi, creati & recepti sunt, 570

Duo Platonis præcepta pro iis, qui aliis præsunt, 571

Tutela ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non quibus commissa est, geri debet, 572

Magistratus subditos alterius protectioni commissos defendere debet, tametsi jus illud clientelare cum jurisdictione aliqua mixtum patrono competat, 573

Novi patroni electio, alterius Patrocinium minime tollit, 574

Quod non mutatur, cur stare prohibeatur? 575

Unus vasallus plurium Dominorum esse potest, ut plurium feudorum commodis fruatur, 576

Cliens unus plures protectores habere potest, 577

Germaniæ consuetudine, id frequentissimum est, 578

Saxoniæ Duces Jure superioritatis sublimiores, Comites autem & Barones iisdem subjecti inferiores sibi Advocatias ascribunt, 579

Chombergense nobile Collegium tres habet protectores, Episcopum Herbipolensem, Barones de Lympurg / & *respectu pagi* Gebsattel *Imperialem civitatem Rotenburgo Tuberanam, 580*

Plures Dominos pro uno feudo habere nemo cōpellitur, 581

Vasalli unius corpus uno eodemque tempore plurium defensioni addictum esse non potest, 582

Alterius quærens subsidium, id ad sui tutelam fecisse præsumitur, 584

Jus publicum privatorum pactis non mutatur, 585

Juri publico etiam pacta privatorum jurejurando validata non derogant. 586

Subditi alterius defensionem ineuntes superiorum tutelam non tollunt, neque directe, neque indirecte, 587

Electione unius remedii tollitur alterum, quando sunt incompatibilia, 588

Tutela protectoris assumpti, & magistratus ordinarii, est compatibilis, 589

Subditi à magistratu ordinario defendendi sunt, tametsi protector in eos habeat jus clientelare cum aliqua jurisdictione conjunctum, n. 590

Utrum Dominus gladii duntaxat Jus, seu merum Imperium habens, vulgo Fraißherr dictus, in concurrentis Vogthiæ Domini subditos, ordinariam protectionem sibi arrogare ac recte usurpare possit, 591

Affirmativa, 592

Negativa, 603

Criminalem jurisdictionem habens est Dominus, & habet potestatem & authoritatem coercendi ac terrendi, 593

Criminalem jurisdictionem habens, apponit custodes in territorio, 594

Criminalem jurisdictionem habens, est Dominus ratione præeminentiæ, quam habet in homines, 595

Intellige, ut 640

Sontes qui punit, ejusdem est insontes defendere, 596

Declara ut 641

Gladius superioribus datus non tam ad justitiam in facinerosos, quam ad fortitudinem in bonorum oppressores & hostes, 597

Merum imperium potentius & nobilius est jurisdictione, 598

Declara, ut 642

Nobiliori & ignobiliori, potentiori & minus potenti, digniori & minus digno, concurrentibus, nobilius, potentius & dignius semper trahunt ad se ignobilius, impotentius & indignius, 599

Declaratur, 644

Dominis duobus civitatis alicujus existentibus, quorum unus habet jurisdictionem in parte, & alter merum imperium, utri imminente bello ejusdem civitatis custodia incumbat? 600

Ad merum imperium habentem spectare vult Lucas de Penna, ibid.

Refutatur ex falsis præsuppositis, 645

Protectores multis in locis vigore Advocatiæ jus gladii exercent, 601

Declaratur, 664

Monasteria pro arbitrio Advocatos meri Imperii exercendi causa vel eligunt, vel jus illud feudi titulo in quosdam conferunt, 602

Subditi non sunt, qui alicujus mero duntaxat subsunt imperio, 604

Delicti ratione forum sortiens alicujus Principis, sub quo deliquit, ejus subditus non dicitur, 605

Subditum esse, & forum sortiri, diversa sunt, 606

Vasallus non est subditus domini, licet quoad feudum, forum domini sortiatur, 607

Feudum non dat imperium feudi Domino in vasallũ, 608

Criminalem duntaxat jurisdictionem in loco aliquo habenti incolæ illius loci non jurant, sed Domino civilem jurisdictionem habenti, 609

Civilis jurisdictio cohæret territorio, criminalis autem est sine territorio, 610

Merum Imperium non adhæret territorio, sed personæ [illegible] habenti, 611

Archidiaconus non habet territorium, tamen jurisdictionem habet, & potest cognoscere tam ratione delicti, quam contractus, 612

Criminalem jurisdictionem habens, non dicitur Dominus terræ simpliciter, sed cum adjectione certæ qualitatis, 613

Dominus loqui multifariam quis dici potest, 614

Uxor dicitur domina rerum viri, ratione connexitatis vitæ, eod. n.

Publicanus ratione gubernationis & præeminentiæ dicitur dominus vectigalis, 615

Tutor ratione administrationis est Dominus rerum pupilli, 616

Patronus ratione honoris dicitur Dominus liberti, 617

Criminalem jurisdictionem habens, insignia sua mœnibus oppidi non potest apponere, sed qui civilem habet, 618

Imperium merum in Pago alterius Jurisdictioni civili subjecto, habens, vexillum suum tempore Nundinarum extendere non potest, ibid.

Dominum habens, quoad quid, superioritatem sibi nequit asserere 619

Jus gladii habens in homines, nullum subjectionis seu competentiæ jus habet, nisi delicto commisso, & male sibi superioritatem absque jure vindicat, 620

Merum Imperium à castris jurisdictionis prorsus separatum est, 621

Merum Imperium unde sit dictum? 622

Protegere ejus est, cujus est imperare, 623

Imperare concernit actum jurisdictionalem, nec exerceri potest imperium, nisi ab habente Jurisdictionem, 624

Proclamationes & edictiones naturalem & actualem quasi possessionem jurisdictionis probant, 625

Lustratio & impositio armorum non ad habentem merum Imperium, sed ad Dominum civilis jurisdictionis spectat, 626

Comprobatur præjudicio Camerali in causa Lochingers contra Brandenburg/ 627

Idem Schomberg contra Limburg/ 628

Protectionem præstare debet, cui collecta penditur, 629

Schatzung & Schutz sunt correlativa, 630

Collecta ex consuetudine præsertim Franconiæ debentur Domino Voigtheiæ, non meri Imperii, 631

Merum Imperium habens non potest armata manu inscio Domino civili ingredi in territorium ejus, ad actum aliquem meri Imperii exercendum, 632

Inconvenientia in Jure vitanda, & ab omni dispositione removenda est, 633

Jurisdictionum species non sunt confundendæ, ne totius reipublicæ confusio sequatur, 634

Societas affectionum esse non potest, ubi dissidet potestatum diversitas: 635

Res aliqua ubi pluribus & inter se dissidentibus commissa est, dispendia potius quam utilitates parit, 636

Jus protegendi subditos spectat ad solum Dominum, civilem jurisdictionem habentem, 637

Jus protegendi subditos alterius sibi competere asserens, illud probare tenetur. 638

Jus terrendi non nisi delicto commisso competit, & maleficos duntaxat concernit, 639

Meri Imperii potestas non extenditur ad protectionem seu defensionem subditorum, sed in terminis suæ potentiæ, nempe in puniendis maleficiis consistit, 643

Arma sumere, vincire, detinere, carcerare, cogere, an meri Imperii, vel simplicis jurisdictionis actus sint? 646. & 654

Merum habens Imperium an major sit habente simplicem jurisdictionem? 647. & 657

Custodia civitatis an possit fieri per plures & alios, quam mero Imperio potentes? 648. 654

Dualitas ad rei destructionem parata est, unitas vero ad conservationem, 649

Defensio & custodia civitatis vigore meri Imperii facta, an tendat in præjudicium habentis inferiorem jurisdictionem? 650. & 658

Custos periculo capitis sui custodiam adhibere debet, 651

Civitas custodienda Dominis in custodia ejus dissentientibus, in magno versatur periculo, 652

Merum Imperium habens an ratione custodiæ præstandæ in subditos Domini Voigtheici Imperium exercere possit? 653. & 660

Jurisdictio nulla etiam inferior est sine coercitione, 655

Cogere & jubere tam Imperii, quam jurisdictionis simplicis est, 656.

Dominus simplicem jurisdictionem habens subditos suos ex-

Res extra ditionem vel Jurisdictionem Domini existentes, ejusdem protectioni non subsunt, nisi de iis pactum peculiare intercesserit, n. 728.

Dominus ille quem vulgariter vocamus Leibherr an ad protectionem propriorum suorum hominum Jure obstrictus sit? *n. 729.*

Affirmativa n. 744. Distinguitur, n. 749.

Proprii homines qui sint? n. 730. 731. 732. 733. & 734.

Proprietas hominum Leibeigenschafft / cum oneribus eidem annexis unde & quando apud Germanos orta, *n. 735.*

Propriorum hominum incunabula Clodoveo Francorum Regi ab Historicis & IC. adscribuntur, ibid.

Clodoveus Alemannos Anno 499. ingenti prælio devictos, ne unquam vires resumere possent, perpetua servituti mancipavit, n. 736.

Germanorum cum Hilderico & Clodoveo Francorum regibus acerrima prælia, ibid.

Clodoveus Francorum Rex Ethnicus invocato Christi auxilio Germanos debellat, ibid.

Alemanni in servitutem conjecti successu temporis, meritis, prece ac pretio, plurimi libertatem assecuti, n. 737.

Proprii homines à Francorum regibus aliis donati, & in feudum dati, n. 738.

Ludovicus Pius Eginhardo patris sui Cancellario prædia quædam cum servis eorundem propriis confert, n. 739.

Proprii homines à Francorum Regibus, aliisque etiam Ecclesiasticis & monasteriis concessi sunt, n. 740.

Proprii homines monasteriis concessi servi Ecclesiastici, Closterleut & Gottshaußleut *dicti, n. 741.*

Carolus Martellus & Lotharius per Galliam & Alemanniam multa magnifica monasteria condiderunt, & bonis amplissimis dotarunt, n. 742.

Carolus Martellus & Lotharius multos homines proprios una cum locis, in quibus habitarunt, ad monasteria transtulerunt, n. 743.

Proprii homines ideo dominis edunt operas & præstationes debitas, ut sub eorundem tutela prædia sua quiete tenere queant, n. 745. Declaratur n. 764.

Propriorum hominum apud veteres Francos maxima multitudo, n. 746.

Fiscales Regii, ad propriorum hominum tuitionem olim à Francorum Regibus peculiariter constituti, n. 747.

Proprii homines Francis olim, homines fisci, fiscales, fiscalini, item Regis homines proprii re & corpore dicti, 748

Proprii homines in propriorum dominorum, der Leibherrn/ *territorio larem foventes, eorundem præsidio tutelari gaudent, n. 749.*

Proprietatis Jus, Leibeigenschafft / *regulariter non facit subditum, n. 750. & 763.*

Proprii homines non nisi domicilium sub Dominis habentes, subditi dicuntur, n. 751.

Jurisdictioni nihil commune cum servitiis & operis rusticorum, n. 752.

Proprii homines Domino proprietario, dem Leibherrn/ *subjectionis juramentum minime præstant, n. 753.*

Proprii homines in servitutis recognitionem Dominis, ut plurimum annuatim gallinas, Leibhennen/ *præst. 754.*

Proprietarii Domini, Leibherrn/ *servis decedentibus sibi vendicant Jus capitale, quod nominatur* Hauptrecht oder Weidmahl/ *n. 755.*

Mortuarii seu Juris capitalis origo, n. 756. antiquitas, n. 757. causa ob quam introductum, 758.

Pignorationis constitutio non habet locum, quoad captos, seu pignoratos homines proprios, extra Domini territorium constitutos, n. 759.

Probatur præjudiciis Cameralibus, n. 760.

Proprii homines illius subditi sunt, sub cujus jurisdictione domicilium habent, n. 760.

Servitus personalis non facit subditum sed domiciliũ, 761

[1] CUM omne Jus, quo utimur, † vel ad personas, quibus Jus redditur, vel ad res, de quibus Jus redditur, vel ad actiones sive judicia, per quæ Jus redditur pertineat, † *l. 1. ff. de statu hominum.* horum autem gratia, teste Hermogeniano omne Jure constitutum sit, ideoque prius [2] quærenda sit persona, quam Juris ratio, ut apposite respondit Scævola *in l. quidam referunt. 14. in princip. ff. de Jure codicil. l. 6. quæramus. ff. qui testam. fac. poss. l. post legatum. §. 1. vers. prohibendi. ff. de his, quib. ut indignis. l. non ignorat, C. qui accus. poss. §. ult. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Jo. Fichard. *cons. 41. n. 1. part. 2.* Franc. Purpurat. *cons. 331. n. 1.* quod & alias in Jure nostro receptum, ut ante omnia primo loco dicantur, quæ de Personis dici possunt *§. ult. Inst. de Jure nat. gent. & civil. l. 2. ff. de statu hom. l. 1. ff. de Tutel.* Coras. *in rubr. ff. de servitut. n. 1.* quia † [3] *parum est novisse Jus, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorantur, Inst. de Jure person. in princ.* idcirco operæ pretium est, prius de personis, quarum causa Jus protegendi introductum omnisque, teste Dn. Becht. *de salvo conduct. concl. 140.* securitas constituta est, & deinceps de Jure ipso, disputationem instituere.

[Continuatio hujus, & duorum subsequentium Capitum.]

Primum autem videndum est de personis, quæ Advocatorum eligendorum Jus habent, deinde de iis, quæ in protectores constitui possunt, tertio vero de his, quæ in protectionem assumi queunt, & hæc tria membra *tribus* proxime *sequentibus Capitibus*, expedire deliberatum est.

[Triplex de Personis tractatio.]

Quantum igitur initio ad eas personas attinet, quæ Patronos constituere, & eorundem defensioni sese committere possunt vel non, etsi generaliter in Jure constitutum sit, † [4] posse omnes illos quid facere, qui nominatim prohibiti aut excepti non sunt, per text. *in l. sequitur, 4. ff. de usurpat. & usucap.* quam l. in similia allegat magnus ille IC. D. Petr. Gilken. primarius dum vixit florentissimæ Herbipolens. Academiæ Professor *in tract. de præscript. part. 3. c. 1. n. 2.* Et pariter D. Hering. *de fidejuss. c. 7. n. 68.* in materia fidejussorum generalem constituens regulam, † [5] definit quoslibet fidejubere posse, qui in specie non prohibentur, habentes liberam administrationem suorum bonorum, eo quod hoc edictum sit prohibitorium, ideoque qui specialiter prohibitus non invenitur, admissus censeatur. *arg. l. 1. §. 1. ff. de procurat. & l. 12. ff. de Jud.* Et Matth. Cuno *de pact. quæ. 6. n. 1.* in materia magis ad propositum spectante ait † [6] cuilibet licitum esse pacisci, qui à lege, statuto, vel consuetudine prohibitus non reperitur, ex adductis per Alciat. *in l. transigere. n. 4. C. de transact.* Wesenb. *in paratit. de pact. nu. 5.* atque ita ex regulis illis generalibus inferri possit, regulariter omnes, qui nominatim prohibiti non sunt clientelam contrahere posse, eo quod pactiones inter † [7] clientem & protectorem initæ de genere permissorum sint, ideoque ad omnes æque pertineant, *l. quod si minor. §. non semper. ff. de minor. l. nec non. §. quod ejus ff. ex quib. caus. major. l. in commodato. §. sicut ff. de commod. l. mutus. §. cum quæritur ff. de procur. cum simil.*

Quia tamen de ejusmodi personis, † [8] quibus assumendi protectores potestas concessa vel negata est, parum in Jure constitutum reperimus, idcirco de iis hoc capite inprimis videndum est.

Cum autem duo sint hominum genera, † [9] unum absolutæ alterum restrictæ potestatis seu, quod idem est, unum quod præest neminiq; subest, sed cui libera dominandi potestas competit, superiorem non recognoscens, quales † [10] sunt Sum̃us Pontifex, Imperator, Reges, Imperium non agnoscentes aliiq; Principes superioris expertes, quos tantum in ditionib. suis posse, quantum Imperatorem in finib. Imperii profitetur Bart. *l. infamem. ff. de publ.*

publ. Judic. n.14. Paul. Parif. *consil.17. n. 4. vol.1.* Roland. à Valle *consil. 1. nu. 49. cum seq.* Alexand. *consil 2. n.9. vol. 1.* Aymo Cravetta *consil. 135. n.2.* Oldradus *conf. 231.* Bald. *in l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor.* Felin. *in c. licet ex suscepto n. 20. de foro compet.* Jason. *in l. ex hoc Jure. ff. de Justit. & jur.* Anton Corset. *in Tract. de potest. Regia. part. 4. nu. 14.* Anto. de Canar. *in tract. de insinuat. part. 2. n. 2.* Alterum restrictæ potestatis, seu quod subest, & superiorem Dominum recognoscit, juxta traditionem Vult. *Jurisprud. Rom. lib. 1. c. 11. n. 1.* Arnisæus *in Polit. c. 1.* asserens Rempubl. constitui ex duabus partibus scilicet ex imperantibus & obedientibus. Et in eandem sententiam Dio Cassius *histor. Roman. lib. 41.* tam eleganter quam vere.

φύσει τε γὰρ ἀναγκαῖά τινά, καὶ σωτήρια τῷ μὲν ἄρχειν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τῷ δὲ ἄρχεσθαι πέπηκται καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἄνευ αὐτῶν καὶ ὁποῦν καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν διαγενέσθαι. *Natura duas necessarias res easdemq; salutares comparavit in humano genere, ut alii cum imperio essent, alii ei subjicerentur: nihilque est, quod absque his esset nec minimo quidem per durare spacio queat.*

De priori genere, utpote quod absolutam, & à nullo dependentem potestatem habet, nullius que Imperio innexum constringitur, dubium non est, quin Advocatos Tutelares pro libitu suscipere, & protectioni cujusvis sese liberrime submittere possit.

Summorum enim Principum summam esse potestatem nemo est qui nesciat,† utpote quorum tanta est celsitudo, ut iis leges præscribi non possint, Bald. *c. 1. circa fin. de alien. feud.* † Et quicquid faciunt, videantur facere ut Deus *gloss. rubr. auth. de hered. & Falcid.* Bal. *in c. 1. §. 1. n. 3. de nov. form. fidel.* Afflict. *c. 1. §. similiter n. 44. de Capitan. qui cur. vend.* Rolan. à Valle *conf. 83. n. 34. lib. 2.*

Hinc tanta gaudent † ac fruuntur prærogativa, ut iis ex certa scientia, vel plenitudine potestatis suæ aliquid facientibus nemo dicere possit, Cur ita facis? per text. *in c. quamvis. de pœnit. dist. 3. & c. in memor. 9. dist.* ita Bald. *in prælud. feud. n. 34.* Specul. *tit. de legat. §. nunc ostendendum. ver. 89.* Luc. de Penna. *l. prædia. col. 5. C. de locat. præd. civil. & l. contra publicam v. 56. C. de re milit. lib. 12.* Cagnol. *l. si quis major. n. 117. C. de transact.* Afflict. *d. c. 1. § similiter. n. 72. & c. 1. in pr. n. 154. v. 39. quæ sint regal.* Schurff. *conf. 53. n. 10. cent. 2.* † Et facta eorum ex certa scientia in dubium revocari non possunt, nec aliquid opponi, quod factum infringat Bartol. *l. conficiuntur ff. de jur. codicill.* Bald. *c. 1. §. si quis autem. de pac. Constant.* Dec. *conf. 191. n. 3. conf. 269. n. 29. & conf. 405. n. 10.* Hippol. Riminald. qui in eandem sententiam plura congessit *conf. 13. n. 15. 16. & 17.* Roland. à Vall. *conf. 3. n. 67. lib. 1.* And. Gail. *obs. 56. n. 15. lib. 2.* † Inde de eorum potestate non esse controvertendum expresse asserit *Bald. l. 1. ff. de constit. prin.* Riminald. *conf. 103. n. 44.* videatur insuper Matt. Cuno *in tract. suo de pact. c. 24. n. 103. & seq. lib. 1.* qui hoc idem non inconcinne pluribus in hanc rem authoritatibus accumulatis muniit.

Et primo † quidem, quod ad summum Pontificem attinet, cum notorium sit, Sanctitatem suam esse sub protectione Imperat. & jam inde ab ævo Constantini Magni, ut fusissime in *superiori capite* docuimus, in Cæsarum clientela omnes Papæ extiterint, per se manifestum est, eosdem suscipiendi Protectoris potestatem habere, idq; ex eo inprimis evidens est, quod per se constat, Papam supremum esse Principem, plenitudinem potestatis habentem, *c. multum stupeo. 3. q. 5.* ibi, ut in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Quin † & Papa vices Dei in terris sustinet, nec habet superiorem, sed omnes ei subsunt, nec à quopiam judicari potest: ut late probat Abb. *in 1. qua.* Brun. *conf. 156. vol. 2. in princ. vol. 2. Petra de potest. Principis, cap. 3. q. 4. n. 8.*

Hinc eandem usurpat jurisdictionem in suis territoriis, quam Imperator in Imperio *ca. omnium distinct. c. 22. cuncta. 9. q. 3.* Peregr. *de jur. fisc. c. 1. n. 27.* Petr. Gregor. *de appellat. num. 2.*

Præterea eadem de Papa † assertio inde satis elucet quia summi Pontifices alios in protectionem suscipere possunt, ceu textus expressus continet, ibiq; Canonistæ expresse docent, *in c. 8. & 18. extr. de Privileg.* exemplisq; probat Trithem. *in Chron. Spanh. p. 314.* & *Chron. Hirsaug. pag. 39.* quod etiam D. Fesch. *de federib. thes. 5. lit. H.* ex Blondo *li. 2. decad. 2. ac Polyd.* Virgil. *histor. Angl. lib. 15.* notavit, quod Joan. Angliæ Rex majoris protectionis ergo adversus Franciæ Reges injurias Innoc. III. Papæ regnum feudi titulo obtulerit, nosq; innumeris ostendimus exemplis, *c. praced. V. de orig. Advoc.* & passim etiam aliis, ergo multo magis sese in tuitionem aliorum conferre possunt, argument. à minori ad majus, quod in jure efficacissimum est.

Quarto cum Papa fœderis contrahendi † Jus absque omni dubitatione habeat, & jam olim obtinuerit, quemadmodum An. 1508. cum Jul. II. Angliæ & Hispaniæ † Reges, & Anno sequenti cum eodem Maximil. Imper. † contra Rempub. Venetam, & Alphonsum Ferrariæ Ducem, atq; cum Paulo III. Carol. V. Imp. An. 1546. contra Protestantes Germaniæ, Anno vero 1537. cum eodem Carol. V. & Venetos contra Turcam, item contra eundem Anno 1571. cum Pio V. † Philip. II. Hispaniæ Regem & Rempubl. Venetam fœdus percussisse, ex Goldast. & Honor. D. Feschius de federibus *thes. 5. lit. I.* docet.

Quod vero secundo loco ad Imper. † attinet, licet Sua Majestas in nullius hominis specialem protectionem sese committere soleat, eo quod Cæsar totius mundi supremus sit Monarcha, orbisq; Romani universi Protector † generalis ordinarius existat. Garf. *de expens. c. 12. n. 56.* Parlad. *rer. quotid. lib. 2. c. 1. n. 26.* non attento eo, quod hodie scissum Imperium, & superioritatis Jura ad inferiores etiam Principes pertineant, *gloss. in rubr. C. de stud. lib. Urb. Rom. lib. 11.* Wesenb. *conf. 60. n. 30.* Non minus enim Imp. (ut Dei in temporalibus Vicarius, post Bald. & Curt. Senior. Cephal. *conf. 369. n. 69.* Natt. *consil. 640. n. 7.*) quoad jurisdictionem meri & mixti Imperii exercitium, saltem mediate, dum scil. omnes ad ipsum & curiam ipsius devolvuntur appellationes, in toto Imperio, adhuc Dominus est supremus, eleganter Boer. *de custod. clau. n. 69. & seq.* & sic respectu summæ, quam Imperator habet potestatis, in dubium nemo vocabit, eundem alterius † etiam in clientelam sese dare posse, quemadmodum ab inferiore etiam, ut *alibi* dictum est, feudum † accipere potest.

Nam & certum est, post Papam, Imperator. habere plenitudinem potestatis, *l. princeps ff. de leg.* Zabarel. *in c. illa n. 1. in 3. notab. de elect. per c. honorem, de auct. & usu pall.* Bald. *in l. rescript. n. 6. v. de plenitud. potestatis supplendo, C. de prec. Imp. offer. in l. 2. n. 3. C. de comm. rer. alien.* Afflict. *in c. 1. §. similiter. de Capitan. qui cur. vendid.* Idem clare firmat Bald. *conf. 267. n. 8. part. 1.* & probatur etiam ratione, quia Papa, & Imperator possunt uti clausula, non obstante lege in contrarium faciente, quod quidem pertinet ad potestatem absolutam, ut firmat Jas. *in l. fin. col. 1. ad fin. C. si contra Jus vel utilit. publ.* & probatur *in l. si quando. C. de inoffic. testam.*

Ad Cæsarem igitur & Papam, suprema † potestas & plenitudo potestatis pertinet, & eis affixa est adeo, ut inseparabilis sit, secundum Bald. *in l. qui se patris. col. 7. in fin. C. unde lib.* Afflict. *in const. ea qua ad decus col. 3. in fin.* Felin. *c. novit, n. 8.* post Arct. *ibid. de Judiciis.*

Præterea etiam Imperator inter Principes † mundi omnium maxime refulget *l. pen. & ibi Bal. C. de bon. qua lib.* Card. *in clem. unic. in princ. de jurejur.* tanquam sanctissimus & nobilissi. *l. quaris ff. de natal. restit.* ut & Christianissi-

Margin notes: 13; 14; 15; 16; 17; 18 *Summus Pontifex an alterius sese protectioni subjicere queat. Decisio affirmativa. Ratio decidendi I.*; 19 *Ratio decidendi II.*; 20 *Ratio decidendi III.*; *Ratio decidendi IV.*; 21 *Imperator an se in alterius clientelam dare soleat. Decisio Negativa. Ratio decidendi I.*; 22 *Imperator an se in alterius clientelam dare possit. Decisio affirmativa. Ratio decidendi I. Ratio decidendi II.*; *Ratio decidendi III.*

stianissimus *l. inter claras C. de summa Trinit.* Chass. *in catal. glor. mund. part. 5. consid. 27.* Imo † corporalis mundi Deus, eminens super omnes tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis Bal. *cons. 238. lib. 1. & cons. 300. lib. ult.* Mart. Laudens. *c. unico in fine de probib. feud. alie.* Cotta *in Memorab. verb. Impera.* Ferd. Vasq. *illust. quæst. 20. in princ.* Anton Gabr. *comm. opin. lib. 5. de acq. rer. dom. concl. 5.* Jason *in l. 1. in 1. Lectur. n. 6. C. de summa Trinit.* Bart. *in l. Hostes 24. n. 7. ff. de capt. & postlim. revers.* Restaur. Castald. *in Tract. de Imperat. quæst. 31. & 53.* Carol. Degrissal. *Regal. Franc. lib. 1. jur. 6.*

23 *Reges ac Principes superiorem non recognoscentes an sese in clientelam aliorum conferre possint. Decisio affirmativa. Ratio decidendi I.*

Porro ad Reges, & alios Principes, superiorem † non agnoscentes, quod attinet, extra omnem dubitationis aleam positum est, ipsis liberrimum esse, aliorum si velint, sese in protectionem submittere.

Omnia siquidem quæ Imperatori permissa sunt, ipsis quoq; qui superiorem non recognoscunt, concessa esse tradunt Bart. *l. 1. §. de qua vestit. ff. de postulan. & l. 3. in prin. ff. de minorib. & l. infamem. 7. ff. de publ. jud. & l. hostes. 24. ff. de capt. & postlim. revers.* Curt. *in tract. feud. 2. part. princ. n. 8.* Oldrad. *cons. 231.*

Deinde ejusmodi Reges, † Duces ac alii Domini temporales superiorem non recognoscentes non secus ac ipse Papa aut Imperator plenitudinem potestatis habent, & ea de Jure uti possunt, ut late deducit Curt. Se-

24 *Ratio decidendi II.*

nior. *cons. 65. n. 5.* loquens etiam in Duce Mediolani & in alio quocunq;, qui transmittit Jurisdictionem & imperium in hæredem. Suntq; hi respectu subditorum † tanquam corporales Dii, ut inquit Bald. *in c. Imperial. in fin. de probib. feud. alien. per Frid.* Franc. Cosc. Senens. *Rubr. extr. de constit. n. 27.* ubi plures allegat.

25 *Ratio decidendi III.*

Tertio Reges ac principes, qui superiorem non recognoscunt, plus Juris ac potestatis in principatibus ac regnis suis habent, quam Imperator in Imperio. Alvar. *in c. 1. in prin. n. 6. de nov. form. fidel.* Zas. *in tract. feud. p. 5. n. 2.* Camer. *in c. Imperial. §. præterea Ducat. in prin. in lit. R.* Capit. *decis. 121. nu. 13.* Claud. Seysel. *de feud. tit. qui feud. dar. poss. part. 1. ampl. 2.* Lancel. Conrad. *in templ. Jud. §. 3. n. 2.* Jo. Redin. *tract. de invest. Princ. n. 9.* Schneidew. *de feud. p. 3. n. 66.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 1. c. 1. n. 62.* Pruckmann. *de Regal. c. 4. n. 20.* Præpos. *in c. 1. n. 2.* And de Isern. *n. 11.* Matt. de Afflict. *n. 37. de his, qui feud. dar. poss.* Alva. *c. 1. de nat. feud.* Eo, quod regna sua ac principatus hereditario Jure ad filios & posteros suos transmittant, Imperat. vero non Ludolph. Schrad. *tract. feud. p. 6. c. 1. n. 44. & seq.* Lupold. de Bebenb. *in libel. de jur. & transl. Imper. c. 6.* Zabarel. *in clem. Rom. n. 6. de jurejur.* Unde merito jura, quæ loquuntur de Imperat. habent locum in Principibus non recognoscentibus superiorem, ut testatur Abb. & alii *in c. cum* Bertold. *de re jud.* Petr. de Bellap. & Bal. *in l. exemplo. C. de probat.* Nicol. Betf. *in tract. de statut. & pact. famil. illustr. c. 8. fol. 427.* ubi multas inter Principes superiorem non recognoscentes, & su-

26 periorem habentes, differentias congerit. Et his † etiam quo ad libertatem patrocinii, invocandi, annumerari possunt confœderati Helvetii qui cum absolutum rerum suarum arbitrium habeant, & nullius imperio innexi sint (ut omnes aliæ Respubl. αὐτάρκεις) sed liberrima de rebus suis disponendi facultate gaudeant, indistincte patrocinia aliorum invocare, vel cum iisdem sese confœderare possunt, arg. *l. 9. de pact. dotal. l. in re mandata. 21. C. de Mandat.*

Ad quorum classem hodie etiam referri possunt Belgii Provinciæ confœderatæ, quæ excusso Regis Hispan. imperio, primum in Andium Ducis postea in Reginæ Angliæ protectionem se contulerunt, Eman. Meteran. *Hist. Belg. lib. 3.* Thuan. *hist. lib. 71. & 74.* Boter. *in Cosmogr. lib. 3. p. 1.* Sic Genuens. ante hæc tempora Joan. & Philip. Duces Mediolanens. Reipubl. suæ Protectores adoptarunt, & hodie Hispan. Regem Patronum observare dicuntur, Leand. *in descript. Ligur.* Arnis. *in tract. de Jure majest. lib. 1. cap. 4.* Si & Genevates in Regum Galliæ Tutela existunt. Jacob. Synzius *in disput. de Jure protect. th. 7.*

Cum igitur de primo personarum genere, quod absolutæ potestatis est, ejusque in assumendis Protectoribus, libertate satis constet, de altero accuratius modo tractandum est.

27 *Rustici quidam liberi, qualiter sese in aliorum protectionem conferre soleant.*

Priusquam † tamen de eo genere dicamus, illud observatione dignum, silentio prætereundum non est, quod hucusq; de Regum, summorum Principum, Ducum, ac Dominorum temporalium, superiorem non recognoscentium, libertate in suscipiendis protectoribus deduximus, quo ad liberam Tutelaris Advocati electionem, non minus etiam locum habere, in privatis illis personis ac rusticis hominibus liberis, nullique Domino subjectis, quorum plurimi in Franconiæ partibus, † præ-

28 sertim Marchionatu Brandenburg. ac Principatu Elwacensi & passim aliis in locis reperiuntur, adeo ab omni vicinorum dominorum jugo ac potestate exempti ac liberi, ut sese una cum suis prædiis, bonis, ac tota familia in cujuscunque Principis, ac Domini vicinioris fidem & protectionem pro libitu conferre possint, ea conditione, ut exiguum duntaxat, cum gallina carnis privali, honorarium ad indicium susceptæ protectionis annuatim Advocato suo persolvant, numeratis etiam plerunq; sub initium initi patrocinii arrhæ loco, prout etiam renunciata, atq; finita clientela, aliquot florenis,

29 † cæteroquin ab omnibus aliis tributis, pensionibus, servitiis, laudemiis, Juribus Capitalibus ac similibus oneribus, quibus alioquin illic locorum subditi obstringuntur, prorsus immunes exceptis tamen contributionibus & collectis Imperialibus, quarum nemo expers esse solet. Est autem hujuscemodi hominum libertas Juri naturali admodum conveniens, ut eleganter docet Ferdinan. Vasq. *illustr. contr. lib. 1. c. 20. n. 24.* ubi testatur,

30 † omnem hominem nasci liberum de Jure naturæ, & etiam quoad Jurisdictionem cui subesse nequeat, nisi sponte sua, ideoque libertatem hominibus Jure naturæ debitam esse ubi ad hoc multa allegat, quod etiam nominatim tradit Bart. de Las Casas *in sua quæst. de Imperator. vel. Reg. potest. per text. l. manumission. ff. de just. & jur.* † quia in natura pari Deus non fecit unum al-

31 terius servum, sed par omnibus concessit arbitrium, cujus ratio est secundum D. Thom. *2. sent. dist. 44. q. 1. art. 3.* quia natura rationalis, quantum est de se, non ordinatur ad finem alium quam, ut homo ad hominem,

32 † nam libertas est jus insitum hominibus de necessitate, & per se ab exordio rationalis naturæ & sic de Jure naturali, *cap. jus naturale distinct. 1. ibi omnium una libertas.* Imo etiam libertatem onerari leges abhorrent *l. 1. §. 5. ff. quar. rer. act. non datur l. 4. C. de oper. libert.* Natta. *cons. 500. n. 13.* in tantum, ut libertati præjudicare nemo possit *l. 6. C. de ingen. manum. l. 6. C. de lib. caus.* Surd. *de Alim. tit. 8. privil. 65. nu. 4.* Et hinc pactum perpetuam ejus inducens privationem, invalidum est *l. 71. §. 1. ff. de condit. & demonst.* Capic. *decis. 135. n. 4.* D. Hepingk *de Jur. protect. thes. 35. lit. B.*

33 *Unde prodierit Rustici libertatem suam nacti fuerint.*

Sed quæret † hic aliquis non importune, *unde homines isti talem libertatem nacti fuerint, & num eam ex præscriptione quæsiverint?*

Et videtur dicendum esse, eam ex immemoriali præscripione iis acquisitam fuisse. † Non enim desunt, è nostris, palam asserentes fieri posse præscriptione, ut

34 *Ut quis nemini subsit an*

quis nemini subsit, ita nominatim docet Abb. loquendo de principe temporali *in c. per venerab. n. 10. qui fil. sint legit.* Felin. *in c. cum non liceat col. 4.* & ibi Parisius *in fin.* Idem Paris. *in c. vim nobis n. 3. & seq. de præscript.*

Gabr.

præscriptio-nes quari possit. Affirmativam tenentium auctores.

Gabr. *commun. opin. lib. 5. tit. de acquir. rer. domin. concl. 3. n. 15. & tit. de præscript. concl. 1. n. 25. eod. lib.* Cravet. *de antiq. temp. part. 4. §. materia ista n. 73.* Balb. *de præscript. 2. part. 5. partis princ. quæst. 3. n. 2.* Vasq. *Illust. controvers. lib. 2. c. 78. n. 4.* Gœdd. *disp. feudal. 5. thes. 10. lit. b.* Pruckman. *de regal. c. 5. n. 107.* quos sequitur novissime Joannes Gryphiander *inter discurs. Academ. 26. Thesi 24. vol. 2.* ubi cum Vasquio affirmat superioritatem præscribi posse, ut subditus cum tempore valeat acquirere libertatem, etiamsi Jurisdictio una cum territorio præscribatur. Atq; hanc sententiam communi usu & observantia comprobari testantur nonnulli, ex quibus præter alios sunt Castald. *de Imperat. qu. 54. n. 8.* Peregrin. *de Jure fisc. lib. 1. tit. 2. n. 61. in fin.*

35 *Negantium Auctoritates.*

Sed e contra alii non minori numero ac auctoritate contendunt regulariter adversus obedientiam & reverentiam superiori debitam præscribi non posse per text. *in c. cum non liceat de præscr. per l. final. C. Ne rei Domini l. 6. C. de oper. publ. l. 6. C. de præscript. 30. annor.* Nicol. de Neapol. *in prælud. feud.* allegando ad id Jacob. de Arena *in l. 1. C. de præscr. long. temp.* Alvarot. *in c. 1. n. 4.* ibiq; Petr. de Ravenn. *de pac. juram. confirm.* Jas. *cons. 208. lib. 2.*

Hinc nata communis illa Regula, Neminem ullo Juris prætextu ab Imperio eximi posse, Tiraquell. *de constit. par. 2. ampliat. 32. num. 3.* Cabed. *decis. 40. num. 9. par. 2.* Æneas Sylvius *de ort. & auctor. imper. cap. 11. & 13.* Andlaw *libr. 2. de Rom. Imper. cap. 8.* Baldus *l. 2. ff. de oper. libert.* Bossius *Tit. de Privil.* Bellamera *decis. 696.* Roman. *cons. 371. circa fin.* Dec. *cons. 309. nu. 9. &* magis commun. testatur Bart. Socin. *cons. 275. n. 5. vol. 2.* Purpurat. *in l. 1. n. 40. de offici. ejus &c.* Covar. *pract. qu. c. 4. n. 1.* Et quod contra superioritatem, ut videlicet præscribens nemini subsit præscriptio nulla locum habeat communem esse Dd. sententiam scribunt etiam Zas. 16. *n. cons. 12. lib. 2.* Hieron. de Cævall. *in Specul. commun. opin. contra commun. q. 46. num. 6.* Zoanett. *tract. de Roman. imper. n. 136.* Acat. Enenckel *lib. 2. de privil. c. 5. n. 68.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. 1. n. 15.* G. Papa *decis. 416. nu. 1.* & *ibi* Ferrerius Pappon. *lib. 5. tit. 10. Arrest. 11.* Pruckman. *cons. 27. n. 13. lib. 1.* Natta *cons. 179. nu. 24.* Molin. *in consuet. Paris. Tit. 1. §. 3. gloss. 4.* Balb. *de præscr. 2. p. 5. p. q. 2. n. 115.* Rosenth. *5. concl. 16. n. 1.* Sixtin. *1. Regal. c. 5. n. 154.* Calefat. *de equest. dign. n. 139.* Bodin. *de Repub. 1. c. 9. n. 129.*

36 *Decisio conciliativa dissidentium opinionum.*

Verum utcunq; præcitati auctores inter se mutua contentione decertent, eorum ego litem ita dirimendam esse existimo ut priorem opinionem tum veram esse admittam, quando non agitur de præscriptione omnimodæ libertatis, contra omnes & quoscunq; *per c. Imperialem, ibi* nulla temporis præscript. *de prohib. Feud. alien. per Frider. & c. volumus. 11. q. 1.* Matth. Steph. *de jurisd. 2. p. 1. c. 7. n. 165.* Danth. *in Hypotypos. sect. 3. n. 3.* Covar. *c. possess. §. 2. n. 2.* Tilem. de Benig. *synt. 2. Dec. 4. vot. 2. n. 17.* Mandel. *cons. 26. n. 25.* sed tantum de libertate quoad personam superioris cui ante quis immediate fuit subjectus, ut si quis erat subditus alicujus Marchionis, qui neglexit adversus ipsum exercere jura suæ jurisdictionis per longissimum aut etiam immemoriale tempus, atque ita factum est, ut Imperator aut Camera Imperialis immediate jurisdictionem in dicti subditi personam & bona usurparit per tempus à lege ad hoc requisitum. Isto casu bene licet ejusmodi subdito uti exceptione præscriptionis adversus obedientiam & superioritatem Marchionis, cui antea suberat. Jus enim subjectionis in ipsum alius superior acquisivit tempore ideoque cum illi nunc præstet obedientiam quoad personam primi superioris libertatem præscripsisse dicitur *text. in c. cum olim de privil. & c. cum persona eod. in 6.* † ubi Eccles. inferior præscribit libertatem

37

adversus Episcopum eo ipso quod Eccles. Romana contra ipsam immediate jurisdictionem suam exercuit quadraginta annis Panorm. *in d. c. cum non liceat. n. 13. de præscript.* Balb. *1. part. 5. part. princ. q. 12. n. 1. de præscript.* ubi dicitur bene præscribi posse, quod obedientia debita uni, debeatur alteri, item quod quis immediate subsit Imperatori vel Papæ, non autem quod in totum sit liber & immunis ab omni subjectione, & ita in terminis nuncupatim distinguit Matth. Coler. *in d. c. cum non liceat, n. 9. & seq.*

Responsio ad auctoritates affirmativam tenentium.

Unde colligitur non procedere priorem affirmantium sententiam de præscriptione obedientiæ in totum; neq; enim operatur usucapio quantumvis longissima, ut quis non sit subjectus suo superiori vel alteri; † cum libertas adversus supremam maxime potestatem quæ à Deo est, sit impræscriptibilis, secundum Innoc. *in c. cum nobis de præscript.* Angel. *in l. hac autem in fin. num. 1. de servit. urb. præd.* Unde scriptum reliquit Felin. *in d. cap. cum nobis.* post Innoc. & Anton. de Butr. quod nullus Dominus, neq; ullus populus possit prætendere se adeo liberum, quin saltem subsit Imperatori & Papæ, Felin. *d. loco. n. 12.* licet addat multos hodie de facto usurpare, quorum potentiæ nec facto, nec armis resisti potest, prout in Regibus Hispaniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, & similium Regnorum, fieri videmus. Unde tradente *Felino*, contra eosdem, qui allegant præscriptionem adversus Imperium Romanum tutius est, si domini temporales, item Civitates, quæ præscripserunt, libertatem de facto quoquo modo possint induci denuo ad recognoscendum Imperatorem. Felin. in *d. c. cum non liceat, vers. nec Papa abrogat.*

38

39

Possunt autem liberi isti homines, non minus ac Principes, Duces, aliique nullius dominio parentes, proprio motu & liberrima voluntate Protectorem, quemcunque volunt, sibi eligere, id quod allatis speciatim exemplis aliquot, sub protectione Marchica Brandenburgensi, ac Præpositura Elwacensi etiamnum existentium ejusmodi hominum, suo Jure, libertateque omnimoda utentium ostendere, operæ pretium duco.

Exemplum liberi Clientis in Marchionatu Brandenburgico.

Primum igitur exemplum præbent subsequentes literæ protectitiæ, à prædicti Marchionatus officialibus in Chreilßheim Anno 1579. cuidam Joanni Khunen/ in Rüdern/ in clientelam suscepto traditæ, quæ sic habent.

40 *Litera Joannis de Liechtenstein Præfecti in Chreilßheim & Casparis Ziegler Quæstoris ibidem, quibus Joannem Khonen liberum Rusticum in protectionem Marchionis Brandenburgici susceptum.*

Wir hernachbenante mit Namen Hanß von Liechtenstein zum Geyersberg / etc. dieser Zeit Amptman zu Chreilßheim vnnd Caspar Ziegler Castner daselbsten / Bekennen offentlich mit diesem Brieff / gegen jedermänniglich / daß wir an statt vnnd von wegen deß Durchleuchtigen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn Georg Friederichen / Margraven zu Brandenburg / rc. vnsers gnedigen Herrn / in Ihrer Fürstl. Gnaden Verspruch / Handhabung und Schirm auff vnnd angenommen haben / Hansen Khonen zu Rüdern / welcher allda auff seinem frey lauter eigenen gesässen / und thun das hiermit wissentlich und in Krafft dieses Brieffs / in Form / Massen vnd Gestalt / wie lauter und unterschiedlichen begriffen / vnnd von Puncten zu Puncten hernach folgt / nemblich / daß zuforderst Obhochgedachter vnser gnediger Fürst vnnd Herr / Herr Marggraff Georg Friederich zu Brandenburg. rc. oder Ihrer Fürstlichen Gn. Amptleuth zu Chreilßheim diesen Khonen / sampt allen bey sich habenden Gebrödten Haußgesind / Leiben / Haaben und

Gütern / zur Billigkeit handhaben / schützen / schirmen / vnd als andere J. Fürstl. Gn. Vnterthanen / oder arme Leut zu Recht vertretten vnnd vertheidingen sollen vnd wollen / solchem nach vnd derohalben er erstlich auff mehr vnnd vor hochgedachtes vnsers gnedigen Fürsten vnd Herrn Casten allhier zu Chreilßheim / zween Gülden gegeben vnnd gereicht hat / wir auch solche von ihm empfangen / vnnd ihn folgends alsobald zu andern vnsers gnedigen Fürsten vnnd Herrn Verspruch vnnd Schirm-Leuten in das Gült Register einverleibt / geschrieben vnd gezeichnet haben: Fürter vnnd deßgleichen soll vnd will der gedachte Hans Khon / alle Jahr Jährlichen / vnnd jedes Jahrs besonder / alldieweil vnnd so lange er in solchem Verspruch sitzt vnnd darunter begriffen ist / auff Michaelis Archangeli einem jeden Castner zu Chreilßheim / an und von wegen vorgedachter Herrschafft / freywilliglich ohne geheissen vnnd ohn gezwungen / bey seinen Eydspflichten reichen / antworten vnnd geben / zwey Orth eines Güldens / vnnd ein Huhn (ohne ein Fall) also vnnd folgender massen / welches Jahrs oder zu was Zeiten / ihme dem mehrgedachten Khonen / nicht lenger fügen / gefällig / oder eben seyn wolte / in mehr ehe vnnd hochgedachtes vnsers gnedigen Fürsten und Herrn / Marggraff Georg Friederichs zu Brandenburg / ꝛc. Verspruch vnnd Schirm zu bleiben / vnnd darunter zu sitzen / oder aber / ehe hochgedachter vnser gnediger Fürst vnnd Herr / deßgleichen Ihrer Fürstl. Gn. Amptleuth oder Obrigkeit zu Chreilßheim / an statt Seiner Fürstl. Gn. ihn Hansen also darinnen lenger nicht haben / leiden noch dulden wolten / welches dann zu jedes theils Willkührlichen gefallen stehen solle / So soll alsdann der mehrgenandte Khon / vns oder andern Amptleuthen zu Chreilßheim von obberührter Herrschafft wegen das Jährlich obgedacht verfallene Spruch-Gelt / das Huhn vnnd darzu zween Gülden Nachgelt bey vorgemelten Pflichten vberantworten / bezahlen vnnd geben / Wann dann / vnnd da er nun solches gethan / vnnd das verfallene Spruch- und Nach-Gelt sampt dem Huhn / wie vor gemelt / erlegt hat / so soll er solcher Spruch- vnnd Schirmverwandnuß von vielgedachter Herrschafft vnnd männiglichs wegen / gäntzlich vnnd gar (Inmassen er vor gewesen) widerumb / frey / ledig vnnd loß seyn. Begebe sich aber / daß er so lang / biß er mit todt abgienge / in solcher Versprüchnuß bliebe / so sollen alsdann seine Erben verpflicht / verbunden / vnnd an Eyds statt (gleich wie er Khon) schüldig seyn / vns oder andern Amptleuthen zu Chreilßheim von dick gemeldter Herrschafft wegen / die vorgemelten Gült / das Huhn vnnd darzu zween Gülden für alle Sachen / Anspruch vnnd Anforderung reichen vnnd geben / damit sollen sie auch von wegen sein Khonen seligen / allerdings erlediget seyn / vnnd an ihn derhalben ferners oder weiters / nichts mehr angeheischen noch gefordert werden. Wolten dann seine Erben / also auch nach tödtlichem Abgang des vielgemelten Khonen / in diesem Schutz vnd Schirm seyn / bleiben / vnnd sich dem unterwürffig machen / mögen sie deßhalben einen Amptmann oder Castner zu vielgedachtem Chreilßheim / darumb begrüssen vnnd ansuchen / So soll und wird ihnen alsdann ferner Declaration oder Erklärung / mit was condition oder geding sie gleichfals in solchem Verspruch eingenommen werden möchten / angezeigt / mitgetheilt vnnd gegeben werden. Bey jetzigem oben / vnnd nach lengs erzehltem allem / soll der vielgedachte Khon / geruhiglich vnnd vnbetrangt bleiben / vnnd also darüber von der Herrschafft derselben Befehlchhabern oder Amptleuthen zu Chreilßheim / mit andern Anlagen / Gülten / Diensten / Hauptrechten / Handlohnen / Fehlen / Reysen / Landstewr noch anderer Sachen halben / nicht beschwert noch gesteygert werden / ausserhalb der Keyserlichen vnnd durch des Heiligen Römischen Reichs allgemeiner angelegten vnnd durch das Land begehrten Stewren / zu welcher der mehrgedachte Khon / vnaußgeschlossen / vnexempt / vngefreyt vnnd die zu geben ihn nicht widersetzen soll / mit weiterm anderm vermelden vnd angehefften außtrücklichen Vorbehalt / wann der offtgedachte Hans Khon / oder nach seinem todt seine Erben / in diesem der Herrschafft eingenommen Verspruch vnnd Schirm nimmermehr seyn / darinnen nicht bleiben / Sondern vorerzehlter Gestalt darvon sich widerumb ledig gemacht hette / so soll er oder seine Erben / diesen Verspruchs-Brieff / dem Amptman oder Castner zu dick gemeltem Chreilßheim / damit der zerrissen / durchstochen / cassirt / todt vnd abgethan werde / behändigen vnnd zustellen / abermals getreulich vnd ohn alles gefehrde.

Dessen zu wahrem Vhrkundt / haben wir beyde obeingeführte Amptman vnd Castner ex officio vnnd Ampts halber vnser angeborn vnnd eygen Insigel an diesen Brieff (doch vns / vnsern Erben vnnd Insigel in allweg ohne Schaden) offentlich gehengt. Der geben den Vierten Augusti / vnd nach Christi Geburt ein Tausent Funffhundert / Sieben vnnd Neun Jahr.

Cæterum antequam alia liberorum ejusmodi hominum privatorum exempla enumeremus, dubia nonnulla quibus hæ ipsæ literæ movendis, ansam præbent, enucleanda sunt.

Officialibus, an inscio Dn. aliquem in tuitionem suscipere liceat.

Et primum quidem cum nominati in literis officiales prædictum Clientem per se ac sine præscitu sui principis in protectionem suscepisse videantur, non abs re in discussionem venire potest: † *An liceat officialibus inscio Domino aliquos in tuitionem suscipere?*

41 42 43 *Affirmativa Ratio dubitandi pro Affirmativa.*

Et licere hoc ipsis inde concludendum esse videtur, quia administratores ac officiales ejusmodi dicuntur habere mandatum generale cum libera, ut consulendo statuit Frider. Pruckman. *consil. 3. number. 111. vol. 1.* Surd. *consil. 335. number. 48. tom. 3. per l. præses & ibi Dd. Cod. de transact.* Castrens. Jas. & alii *in leg. Civitas. ff. si cert. pet.* & ideo dicunt Cyn. & Bald. *in leg. 1. Cod. etiam per proc.* quod tales expedire possint ea quæ requirunt speciale mandatum, sequitur Jas. *in d. l. præses, num. 7.* ubi addit Castr. & Alexand.

Constituti autem Juris est quod mandatum generale

nerale cum libera tantum valeat, quantum speciale in casibus, in quibus requiritur speciale mandatum *l. procurator. cum duob. seq. & ibi gloss. ff. de procur. c. qui ad agendũ de procur. in 6. l. nam & nostro ff. de pact.* facit dictum Bald. *in l. illud. § 1. ff. de minor.* & ita tenent Dec. *conf. 493. col. 1. & conf. 690. col. 2.* Ruin. *conf. 93. num. 6. lib. 5.* Silva *conf. 35. num. 35.* Jacob. Æmilia. *conf. 117. nu. 10.* Tiraq. *de utroque retract. lignagier. §. 1. gloss. 13. num. 32.* ubi plures refert Vant. *de nullitat. tit. de nullit. sentent. ex defect. inhab. seu mand. num. 17.* Consequitur ergo hosce officiales etiam posse quoscunque in clientelam suscipere.

45 Verum hac dubitandi ratione † explosa existimarim, non posse quidem officiales absque præscitu Dominorum suorum Communitates, Civitates integras, multo vero minus Provincias in Protectionem suscipere, quia magni momenti ea res censetur, ad quam officialium † potestas se non extendit, sed requirit specialissimum & individuum mandatum, e contra vero puto officialibus per se licere, hunc vel illum privatum in Clientem 46 adsciscere, maxime si id antea fieri consuetum fuerit.

Decisio Negativa, cum discrimine inter universitates ac privatum hominem.

47 Juris enim obscuri non est, † quod officiali ea non sint deneganda, quæ usu jam invaluerunt, vel quæ consueta hactenus fuerunt. August. Berous *conf. 137. in pr. vol. 3.* Bursat. *consil. 193. num. 24. vol. 2.* Et quod offi-48 ciales privatas tantum seu speciales, † hoc est locales Salvaguardias dare possint, non autem generales testatur Joan. de Palat. *in l. cum sæpe contingit. C. de erog. mil. annon. lib. 12.* quem sequitur Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 1. §. 4. verb. & sur les hommes numer. 65. & 66.*

49 Non autem roborat pure † affirmativam sententiam allatum ab initio argumentum, quia illud generaliter non procedit, sed omnibus in casibus limitatur, in quibus requiritur specialissimum & individuum mandatum, ut eleganter docuit Berous *quæst. familiar. 25.* 50 *sub numer. 4.* ubi dicit, † quando clausula fuit apposita in mandato, per quam clausulam, dominus dedit potestatẽ procuratori faciendi omnia, quæ ipse dominus potest, hanc clausulam non operari speciale mandatum, quamvis per illam clausulam censeatur esse mandatum cum libera, & attestatur *ibi* de communi, de qua Anton. *in c. final. de dilat.* & Joann. Andr. *ibid gloss. in ca. in causis de elect.* & Domin. de S. Geminian. *in ca. 1. col. ultim. de rescript. in 6.*

Responsio ad argumentum contrarium.

51 Porro † ex verbis earundem literarum contextui insertis, mit andern Anlagen / Gülten / Diensten Hauptrechten / Handlöhnen / Fählen Reysen / Landsteuer / noch anderer Sachen halber nicht beschwert noch gesteigert werden / ausserhalb der Keyserlichen und durch das Heyl. Römische Reich allgemeiner angelegten / und durch das begerter Steuren in welcher der mehrgedacht Khon / unausgeschlossen / unexempt / ungefreyet / und die zu geben sich nicht widersetzen soll / apparet homines istos liberos aliis tributis, pensionibus, servitiis, laudemiis, mortuariis, exactionibus, itinerariis & similibus non esse onerandos, exceptis collectis Imperialibus ratione & authoritate supremæ Jurisdictionis ab ipso Imperatore pro necessitate publica imponi solitis, qualis est con-52 tributio Turcica, † à qua nemo est immunis cujuscunq; sit status, eaque sive ad menses sive per æs & libram imponatur, non obstante ulla præscriptione, pacto vel privilegio, quæ à subditis etiam pro bonis alibi sitis exigitur.

Ratio ex aliis d. literarum verbis ad omnimodam exemptionem, exceptis, contributionibus Turcicis, & militaribus.

53 Et hæc sententia comprobatur & confirmatur, † Constitutionibus ac Recessibus Imperii, quibus privilegium immunitatis contra indictionem ejusmo-54 di collectarum non admittitur nec attenditur, † sed omnes tam privilegiati, quam non privilegiati, tam exempti quam non exempti, ac tam Ecclesiastici quam sæculares ad collectas adstringuntur, & ne quidem hospitalia pinguioris fortunæ excipiuntur, ut ex ipsis recessuum verbis planissimum est & consideratum fuit in causa Magistri Teuthonici Ordinis contra Comites ab Oetingen / Meichsner. *decis. Camer. Imperial. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 64.* ubi contra Privilegium immunitatis Teuthonici Ordinis generaliter asseritur, quod recessus Imperii non admittant Privilegia exemptionum à collectis.

Non putarim deinde † ejusmodi liberos homines 55 exemptos esse à collectis, ob bellum vel aliam necessitatem publicam indictis, † quia Privilegium immuni- 56 tatis non excludit ejusmodi collectas, etiam si verbis generalibus esset conceptum, ut immunitas concederetur ab ordinariis & extraordinariis muneribus, text. est *in l. jubemus. ff. de sacrosanct. Eccl. l. 2. C. de quib. munerib. se nemin. excus. liceat. lib. 10. & l. 1. C. ut nemini se liceat. empt. specier. excusare,* quem textum optimum pro hac sententia esse dicit Jason *in l. si ex toto. num. 1. in fin. ff. de leg. 1.* addens *num. 12.* se hanc tenere pro veritate, & secundum eam consulturum & judicaturum, & eandem magnam æquitatem habere dicit, *ibid. n. 18.* & similiter æquitati consonam esse asserunt Dyn. *in d. l. si ex toto. ff. de leg. 1.* Alexand. *ibid. num. 7. & seq.* Ripa, *num. 17.* Natta *conf. 63. num. 1.* Eman. Soarez. *commun. opin. lit. I. num. 6.* Cacheran. *decis. 91. num. 1.* Gail. *lib. 2. obs. 52. n. 26. & seq.* Mynsing. *obs. 70. num. 3. & 5. cent. 4.* ubi addit, eam Cameralis Judicii usu comprobatam, & simul consuetudine communi totius Germaniæ receptam esse, *ibidem* subjiciens à collectis ob publicam utilitatem indictis neminem excusari Heig. *quæst. 15. num. 26.* ubi plures allegat. Flores. *quæst. 21. num. 263.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 86. num. 3. in glossa. d.* ubi multos alios de communi & magis communi attestantes adducit.

Si tamen in literis protectitiis, ejusmodi † de qui- 57 bus hic loquimur collectæ, expresse etiam remissæ fuissent, ab earum solutione eosdem liberos esse per se patet. & Dd. communiter attestantur, *in d. l. si ex toto. 1.* ubi hoc plerique præsupponunt, dum ajunt, si ex conjecturis colligi possit, quod de oneribus ratione belli non indicendis actum sit, quod tum privilegiatus quoque non teneatur. Cacheran. *d. decis. 91. n. 13.* Plot. *in l. si quando § 1. n. 20. C. unde vi.* Decia. *4. conf. 44. n. 142.* ubi ait, Statutum † generale imponens aliquod onus post immunitatem alicui concessam, non ligare immunem nisi etiam sit apposita clausula, non obstante, & nisi specialis mentio fiat de immunitate, Casp. Klock. *de contrib. concl. 43. lit. B.*

An autem Imperator liberis istis † hominibus sub alicujus Principis protectione existentibus vi supremæ jurisdictionis immunitatem à collectis Turcicis largiri possit, 58 non inelegantis est disquisitionis. Ad hoc quæsitum breviter respondendo quamvis hoc absolute negari non possit, sed potestati Imperiali permissum sit, *L. Medicos. C. de profess. & Med. L. 1. C. de his qui à prin. vac. L. 2. 11. 12. C. de excus. mun.* Maulius *de Homag. Tit. 4. nu. 77.* Rosenth. *de Feud. 5. q. 85. nu. 1.* Til. de Benig. *Synt. 1. dec. 2. vot. 9.* Joseph. Lud. *part. 1. decis. Perus. 3. nu. 4.* Queita *conf. 26. nu. 1.* Natta *consil. 161. num. 38.* Pereg. *de Jur. Fisc. lib. 6. c. 5. num. 22.* Cujus rei exemplum extat *in l. 1. §. optamus C. de off. præfect. prætor.* & in matricula exemptorum abunde, da etlichen Ständen entweder der drittheil / oder auch auff ein gewiß anzahl Jahre / ihr gantzer Anschlag nachgelassen / Schönh. *lib. 5. Polit. c. 12.* ubi ex urgentissima causa, immunitatem illam concedi posse, ex Carol. Tapia *de Const. Princ. c. 4. n. 21.* scribit & sentit, quia tamen harum remissio-

Imperator an literis istis Agricolis modo predicto sub unius alicujus protectione existentibus, immunitatem à contributione Turcica concedere possit. Decisio Negativa cum temperamento.

remissio in totius Imperii præjudicium vergit, Reinh.
59 König *de Jure vectigal. concl. 57.* eo quod jura † regia non solum pro sustentatione Regis, sed ad onera quoque publica supportanda, destinata sint, Lucas de Penna *in l. 2. C. de omn. ag. desert. lib. 12.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 1. num. 99.* ideo immu-
60 nitatem ejusmodi clientibus † non nisi justissimis ex causis concedi posse concludendum esse censeo, arg. *l. assores. 4. C. de exactor. trib lib. 10. l. fin. ibi utilitatis publica C. si contra jus, vel util. publ* fac. notat Reichs-Abschied de An. 1582. §. 14. *ibi* dieweil dann in dieser allgemeinen hochnöthigen Contribution niemand zuverschonen/vnd insonderheit kein Einred/ Entschuldigung/Verzug/noch weniger Verweigerung jemand zuverstatten/ *etc.* Gail. 2. *obs. 53.* Cacheran. *decis. 39. num. 18. & decis. 90. nu. 7.* Paris *cons. 68. 69. 70. vol. 1.* Alex. *cons. 30. n. 8. vol. 5.* Barb. *cons. 26. lib. 2.* M. Pistor. *cons. 4. n. 5.* Jacob. à S. Georg. *de Homag. n. 60.* Bart. *ad l. 6. ff. de jure immunis.* Thom. Mich. *de jurisd. conclus. 27. lit. C.* Zach. Victor. *de exempt. conclus. 19.* Spec. *p. 3. lib. 4. tit. de censib. §. Nunc dicendum, n. 9.* Jas. *in l. avus neptis, n. 8. & seqq. ff. de pact.* Carol. Tapia *in rubr. de constit. princip. c. 4. n. 31.* Joan. Bapt. Plot. *tr. de in lit. jur. §. 1. n. 20.*

61 Ratio decisionis inde elucet, quod principi Jus non permittat in perniciem subditorum quempiam oneribus eximere, ut alii onus ejus subeant respondit Paris. *cons. 70. n. 14.* Cravett. *cons. 945. n. 3. & seq. & cons. 851. n. 7.* Et si maxime liberis istis hominibus concessam libertatem Princeps † tueri velit, cum in præjudicium tertii non possit, æquum est ut ipsemet, quo alios levavit, onus ferat, per notata Meisneri *T. 2. lib. 1. decis. 6. n. 17.* Quetta *consil. 20. n. 4.* Signorol. de Homod. *cons. 215. n. 8.* Boer. *decis. 213. n. 3.* Pereg. *decis. 85. n. 4.* Cabedo *decis. 113. n. 3. p. 2.* Marta *de jurisd. p. 4. cent. 1. cas. 96. n. 11.* Mynsing. *decad. 11. cons. 1.* Losæus *de jur. univers. p. 3. c. 9. n. 24.* Cravetta *cons. 586. n. 1.* Valasc. *consul. 12.* Franc. de Claper. *cent. Fisc. caus. 23. q. 2.* Nevizan. *cons. 66. n. 4.* Alph. Modicius §. *plebiscitum dub. 159. num. 3.* Papa *decis. 393.* Ant. Gabr. *lib. 6. tit. immunitas com. 1. 2.* Purpuratus *cons. 146. n. 3.* Masuer. *Tit. de Talliis n. 25.* Knich. *Epopf. num. 154.* Calcan. *cons. 101. num. 4.*

Ratio decidendi.

Et hanc sententiam aliquando in Camera, in causa F. contra E. R. servatam esse testatur Thom. Michael. *disp. de jurisdict. thes. 27.* & ex eod. Paul. Matth. Webner. *observat. pract. verb.* Schatzung/ *versic. An vero.* concurrit in eandem sententiam Matth. Stephan. *lib. 2. part. 1. de jurisdict. c. 1. membr. 1. n. 107.* ubi gravissimam causam ad hoc requirit.

Ex quibus inferendum est, tametsi forsan liberi isti de quibus sermo est, homines indultum haberent, ne ipsis aut posteris ipsius ullum gravamen imponatur, illos tamen à collectis Turcicis non esse ob id immunes, quia generalitas illa, non extenditur ad publica, atque insolita, quæque necessitatis causa imponuntur R. A. *Anno 44.* §. und nemblich. Item *Anno 1582.* §. dieweil dann/ *etc.* Franc. Marc. *decis. 458. n. 12.* Gail. 2. *obs. 52.* Tessaurus *decis. 134. n. 10.* Thoming. *decis. 56. nu. 22.* Ruland. *de commiss. p. 4. l. 4. c. 6.* Acatius Enenckel. *de privil. c. 5. num. 75.* Natta *cons. 63. 66. 397. per totum.* H. Hartman. *Tit. 52. obs. 6.* Schurpff. *cons. 44. num. 17. cent. 1.* Mynsing. 4. *obs. 70. & late cons. 1. decad. 15.* Ant. Fab. *1. Cod. tit. 3. de fin. 56.* Da soll ein jeder bezahlen geistlich oder weltlich/ exempt oder nit exempt/ gefreyet oder nit gefreyet R. A. *An. 1551.* §. Solche der Ständ. *Item Anno 1566.* §. weil ohne diese/ præsertim si necessitas tanta sit, ut sustineri non possit nisi etiam contribuant exempti R. A. *Anno 1594.* Rol. à Vall. *cons. 8. n. 23. vol. 5.* Soc. *ad. l. si. ex toto ff. de Legat. 1.* Vasq. *lib. 4. controvers. 6.* Tap. *l. final. p. 2. c. 8. n. 19.* Bald. *cons. 400. vol. 5.* Curt. Jun. *cons. 61. n. 14.* quos omnes refert & sequitur Victor. *d. conclus. 19. de caus. exempt.*

Sed his prætactarum literarum occasione annotatis operæ pretium videtur, plura ejusmodi clientum exempla subjicere.

62 Paris ergo conditionis liber homo mihi annis superioribus cum à Camera Imperiali deputatus Commissarius, diversos Rusticos zu Dinckenspiele examinassem, obtigit testis inter alios, in causa quartæ turbatæ possessionis inter providos ac sapientes Dominos Consulem & Senatum Imperialis Civitatis Dinckelspiel. Actores ac producentes ex una, atque Generosos & Illustres Dn. Comites Otingenses Reos conventos ex altera parte productus, *Joannes* Berchtold von Weyler auff der Eck. qui mihi Commissario eund. examinanti inter alia extra commissionis materiam retulit, se alioquin omni jurisdictione solutum, sub libero Consulum & Senatus oppidi Wassertrüdingen/ quod itidem Marchioni Brandeburgico paret, patrocinio existere, prædiumque habere ab omni subjectione seclusum, annuatim tamen in signum constitutæ protectionis tres partes floreni, & duodecim nummos pro gallina für ein Fastnacht Hennen pendere, de cætero se prorsus ab omnibus oneribus liberum esse, eique quem lubet Dominum suscipere licere, si tamen pactæ à se clientelæ (quod ei quovis tempore facere liberrimum sit) renunciare velit, eandem pretio duorum florenorum redimere debere.

Aliud exemplum liberi Clientis.

63 Aliud privatæ ejusmodi † protectionis liberorum rusticorum sub ditione Reverendissimi ac Illustrissimi Principis ac Præposit. Elwacensis usitatæ exemplum præbent subsequentes literæ, quas pridem reperi inter Schedas antiquas Antecessoris mei Domini Francisci Gothardi Rassonis I. V. Doctoris, Syndici Chombergensis, quibus edocetur, ante centum & plures annos quendam Joannem Weber de Killingen/ Anno 1508. hominem plane liberum, se Domino Alberto Principi ac præposito Elwacensi in protectionem ea conditione dedisse, ut durante clientela annuatim quartam floreni Rhenensis partem in recognitionem commendatæ protectionis penderet, ab aliis autem quibusvis contributionibus & muneribus plane immunis esset, cum reservatione in eventum, quo nollet amplius ejus subesse tutelæ, ut se unius floreni solutione eximere posset.

Exemplum III. Clientis liberi in ditione Elwacensi.

Literæ obligationis quas prædictus Cliens Reverendissimo Domino Præposito Alberto in fidem contractæ Clientelæ exhibuit, tales sunt.

Ich Hans Weber von Killingen/ bekenne offentlich mit diesem Brieff/ vnd thue kundt allermenniglich/ daß ich mit gutem freyen Willen/ vnnd wolbedachtem Muth vmb solch gut Zuversicht/ die ich hab zu dem Hochwürdigen Fürsten und Herrn/ Herrn Albrechten Probst vnnd Herrn zu Ellwang/ meinem gnedigen Herrn/ vnd seiner Gnaden Stifft/ auch vmb mein/ vnd meiner Haab/ vnd Gut sicherheit vnd nutz willen/ mich mein Gesäß zu Killingen/ mein Haab vnd Gut/ vnd alles mein Haußgesindt/ vnd die vngefährlich in meinem Brot sind/ vnnd werden seyn/ in desselben meines gnädigen Herren von Ellwang/ vnd seiner Gnaden Nachkommen Schirm vnd Schutz/ vnd an ihr Gn. williglich ergeben hab/ vnd zeuch mich also in jr Gn. Schirm/ vnd verspriche jetzo wissentlich in crafft diß Brieffs also daß der vorgenant/ mein gnädiger Herr von Ellwang/

Reversales Joann. Weberi de Killingen quibus se in tutelam Principis Elwacensis submisit, fidem Clientem futurum promittit.

Ellwang/mich nun fürbaß handhaben/schirmen vnnd versprechen soll/als andere S.G. Schirmsverwandten/darumb ich mich seiner Gnaden gewärtig mache vnd verbinde/allen seiner Gnaden/vnd dero Amptleuth/vngefährlichen Botten vnd Verbotten/wie andere seiner Gnaden Verwanden gehorsam/ihnen getrew vnd gewähr/vnd vor jren Gerichten Recht zu geben vnd zu nemen/ohn gereicht. Vnd vmb solchen Schirm soll vnd will ich dem genandten meinem gnedigen Herrn/oder S. Gnaden Amptleuten/alle Jahr Jährlich/vnd jedes Jahrs besonder/allwegen auff S. Georgen des Heiligen Märterers Tag/ohngefährlich Acht Tage darvor oder darnach ohn abgang vnd minderung/vnd ohn allen ihren Kosten vnd Schaden/ein Orth eines Güldens zu rechtem Schirmgelt geben/antworten vnd bezahlen/vnd in solchem Schirm/wie obstehet/soll ich sonsten mit Reysen/Stewren/Schatzungen/auch allen andern Beschwernüssen frey seyn/vnd mir nicht weiter auffgelegt werden: Doch so hab ich mir hierinn vorbehalten/ob sich begebe/daß ich nicht mehr noch lenger in des gemelten meines gnedigen Herrn von Ellwang Schirm wolt seyn noch bleiben/daß ich dz jetzt geschriebene Schirmgelt auff das bestimpte Ziehl/mit einem Reinischen Gülden/vnd mit verfallenem Schirmgelt ablösen/vnd mich vnd mein Haab vnd Gut ledig machen mag/vnd das alles vnd jedes wie obstehet/stäth/wahr vnd vnverbrochen zu halten/habe ich obgenanter Hans Weber mit Trewen gelobt/vnnd darzu ein Gelehrten Eyd zu Gott vnd den Heyligen/mit auffgebotten Fingern/geschworen/alles getrewlich vnd ohn gefährde. Vnd zu Vrkundt dem obgenanten meinem gnedigen Herrn von Ellwangen diesen Brieff gegeben/der vmb meiner fleissigen Bitt willen/mit der Erbarn vnd Weisen/Veiten Goldsteiners/des Capituls Amptman/vnd Wolffgangen Vogts/Bürgern zu Ellwangen/eygen anhangenden Insigeln versigelt ist/doch ihnen beyden/vnd ihren Erben ohne Schaden/auff S. Veits des H. Märtyrers Tag/von Christi Geburt 1508. Jahr.

Plura hujus generis liberorum hominum in prædictis partibus degentium exempla, ac literas, ne prolixitate lectori fastidio sim, studiose omitto.

Transitio ad alterum factæ partitionis membrum, eorum nempe, qui subsunt, hominum.

Misso igitur libero hominum istorum genere sub mero Protectionis clypeo passim in prædictis regionibus versanti, nunc ad alterum supra factæ partitionis membrum earum, nempe personarum, quæ superiorem recognoscunt, accedentibus notandum imprimis est posterius hoc † genus duplicem habere considerationem, unam scil. eorum, qui respective tantum, h. e. quatenus superiorem cognoscunt, subesse intelliguntur, † & alias in suis territoriis non subditi, sed veri domini sunt, & communiter immediati vocantur, qui præter summum Principem nullius Imperium observant, And. Gail. *lib. 1. de pac. public. c. 6. n. 10.* Cacheran. *decis. 88. n. 17. & decis. 139. n. 5.* alterum genus eorum est, qui simpliciter subsunt, nemini præsunt, & vulgo Mediati dicuntur, qui præter summum Principem intermedium Magistratum agnoscunt.

64 65

Videndum igitur est inprimis, quid illis liceat, qui respective tantum summo Principi subjiciuntur, quales sunt nonnulli Reges, aliiq; Romani Imperii Principes, Comites, Barones, Civitates Imperiales, ac Nobiles immediate Imperio subjecti.

66 *An Regibus, Ducibus, Electoribus, aliisq; S. R. Imperii Statibus Cæsarem recognoscentibus absq; ejusdem præscitu, ac licentia sese in aliorum Regum aut Principum Clientelam conferre liceat.*

Generatim igitur hoc loco in † discussionem venit, an Reges, Duces, Electores, Principes, Comites, Barones, Civitates liberæ, & Nobiles immediate superiorem recognoscentes, absque ejusdem consensu ac licentia, sese in aliorum protectionem conferre possint.

67 *Negative.* 68 *Ratio dubitandi pro Negativa.*

Quamvis autem de singulis in specie *paulo post* agatur, generatim tamen eos considerando † negandum id esse, prima parte, eam ob rationem † videtur quia cum majestatis summi Principis habenda semper maxima sit ratio, sane absque ejus præscitu ac consensu Protectorem aliunde & foris novum adsciscere regulariter haud licitum videtur. † Nam in simili juris Interpretes communiter concludunt, eum, qui recognoscit superiorem non posse aliter confœderationem atq; ligam facere, nisi authoritas superioris interveniat, ut aperte docuit Innocentius *in c. dilecta, n. 3. 3. in fin ext. de recess. prælat.* Bart. *l. qui aliud. n. 10. & 11. ff. de colleg. illic.* Mart. Laudens. *in tr. de confœd. Princip. q. 20. Barones*, inquit, *vel Civitates, si faciunt ligam absque principis authoritate non valent tales conventiones.* Anchor. *Clem. pastoralis. n. 3. de re Jud.* Hieron Gig. *in tr. de crim. læs. majest. part. ult. q. pen. in fine.* Sichard. *l. un. num. 3. C. de monop.*

69 *Ratio dubitandi. II.* 70

Quod ipsum in Civitate recognoscente superiorem tenuit Jas. *l. debitor, n. 6. C. de pact.* Jacobin. de S. Georg. *in tr. feud. verb. Adhærentes & confœder. vers. nunc venio ad artic. confœder.* ubi dicit Civitates vel Barones superiorem recognoscentes non posse facere confœderationem sine licentia superioris. per notat. Bart. *in l. 2. col. 2. ff. de colleg. illicit.* sequuntur Decian. *in prax. crim. lib. 7. c. 7. nu. 4.* Farinac. *pract. crim. tom. 4. q. 113. num. 35.* Petr. Gregor. *de Repub. 25. c. 3. n. 1.* Bodin. *7. nu. 77. lib. 1.* Warem. ab Erenb. *2. de Fœder. c. 1. n. 34. & 44.* Kirchner. *disp. de Republ. 14. Thes. 1. lit. D.* Clapmar. *de arcan. Rerumpub. 19. in fin.* Cammann. *de Regal. disput. 5. Thes. 84.* Mynsing. *cent. 6. obs. 2. n. 2. & seqq.* Hieron. Laurent. *decis. Aven. 128. num. 4.* ubi dicit, Civitates duas non posse se unire absque consensu Principis. Communibus idem suffragiis receptum statuit Franc. Marc. *decis. 364. part. 1.* Bald. & Dd. *in cap. 1. §. conventicula, de pace Jur. firm.* quos refert & sequitur Rutg. Ruland. *de interreg. lib. 2. cap. 3. num. 1.* ubi aperte tradit, nullas civitates, quæ superiorem recognoscunt, posse facere fœdera. † Faciunt ea, quæ *supra c. 1.* fuse etiam hac de re scripta reperiuntur quod scilicet Ligæ, confœderationes, Conventicula & conspirationes, tanquam odiosæ & causæ seditionum & Rebellionum, sine permissu Cæsaris initæ prohibitæ regulariter sint.

71

Cum igitur, ut *in cap. de cognatis* explicatum est, Protectio & confœderatio æquiparentur, † consequitur, id, quod in uno prohibitum est, vetitum etiam esse in alio. *gloss. ult. in l. si quis servo C. de furt.* Anch. *c. si postquam. §. fin. de cler. in 6.* Cacher. *decis. 31. n. 7.* Menoch. *tr. de remed. poss. adip. remed. n. 334.*

72

73 *Decisio Affirmativa.*

Verum adducta à fœdere argumentatione non obstante, existimo, Reges Duces, Electores aliosque Principes ac Status immediate Imperatorem pro superiore recognoscentes, etiam non adhibita superioris authoritate, posse alterius protectioni ac clientelæ sese submittere.

Probatur autem primum hæc decisio per text. *in c. recipimus. de privilegiis.* & text. *in cap. ex parte. 2. eod. tit.* itemque *in l. desertorem. §. fin. in fin. ff. de re militar.* quibus Juribus expresse probatur, Status ejusmodi liberos, superiorem recognoscentes, posse se defensionis causa superioribus & potentioribus sub-

submittere, & per illam submissionem salvam existere Jurisdictionem ordinariam. Ita se habet communis opinio. Innoc. *in c. praeterea. 2. n. 1. de Jure Patronat.* Joan. And. *in c. generali. n. 1. de Electionib. in 6.* Alexand. *in l. 1. n. 34. ff. de Jurisdict. omnium Judic.* Socin. plenius *ibid. n. 28.* Idem *in l. si ex tota. n. 8. cum sequent. ff. de legat. 1. & cons. 7. vol. 1 per totum incip. nunc quaesitorum*, ubi omnino vide. Plat. *in l. 1. n. 1. C. de excusat. muner. lib. 10.* Schurff. *cons. 23. cent. 3. per totum, incip. quod veritas*, quem ad hoc omnino vide, quos omnes refert & sequitur Gail. *2. obs. 54. n. 4.* Id quod etiam affirmat Menoch. *cons. 32. n. 4.* asserens, Civitatem posse se alteri submittere ut defendatur.

74 *Ratio decisionis II.* Altera decisionis ratio inde colligitur, quod ejusmodi Reges, Duces, Principes, &c. Imperio immediate subjecti, omnia possint facere in suis territoriis, quae potest Imperator in Imperio, ut consulendo resolvit Alexand. *cons. 2. n. 9. lib. 1. & cons. 1. n. 29. lib. 5.* Itemque *cons. 12. n. 9. lib. 7.* Ang. *cons. 139.* Barbat. *cons. 34. lib. 2.* Modest. Pist. *cons. 24. n. 1. vol. 1.* Zasius *consil. 1. n. 21. lib. 2.* Schurff. *cons. 18. n. 2. cent 2.* Göden. *cons. 1. n. 4.* Decian. *respons. 5. n. 17. vol. 4.* Riminald. Jun. *cons. 370. n. 3.* Marzar. *cons. 26. n. 36.* Natta *cons. 554. n. 19. vol. 3.* Castrens. *cons. 34. n. 1. & 5. vers. concluditur lib. 2.* Schrader *de Feud. 2. p. 9. sect. 10. n. 36. & p. 10. sect. 1. n. 33.* ubi plures alios simpliciter & generaliter hoc asserentes allegat, quibus itidem calculum adjiciunt Cuman. *cons. 158. & 162.* Curt. Jun. *cons. 1. n. 29. & cons. 61. n. 9. & cons. 100.* Dec. *cons. 43. n. 6. & cons. 516. n. 4.* Jason *cons. 100. n. 2. lib. 4.* Albert Brun. *cons. 3. n. 7. cons. 19. n. 4. cons. 45. n. 18.* Socin Jun. *cons. 33. n. 9. cons. 76. n. 1. & cons. 136. n. 1. lib. 3.* Calcan. *cons. 2. col. 8. cons. 7. col. 16. cons. 67. col. 2.* Stephan. Bertrand. *cons. 160. n. 4. lib. 1. & cons. 156. lib 3.* Nevizan. *cons. 26. n. 1.* Aymon Gravett. *cons. 136. n. 2.* Carol. Ruin. *cons. 200. n. 8. lib. 2.* Roland. à Valle *cons. 29. n. 26. & cons. 86. n. 13. & in lib. quaest. de lucro dotis quaest. 3. n. 1.* Bald. *in l. more. 5. ff. de Jurisdict. omn. Jud. & l. receptitia. 2. C. de constit. pecun.* Dec. *c. pastoralis. in prin. n. 2. Extravag. de appellat.* Bartol. *in l. civitas. n. 3. cum seq. ff. si cert. petat.* Jason. *ibid. n. 6. in fin.* Alexand. *in l. si se non*

75 *obtulit. 4. n. 24. ff. de re judic.* † Nominatim autem quod ad Reges Caesarem recognoscentes attinet, jura docent, eos summa gaudere libertate, & omnis generis Regalia habere juxta tradita Bald. Andr. de Isern. Cardinal. & Laudens. *in c. unic. quae sint Regal.* dum partim in genere de quolibet Rege, partim in specie de Rege subdito loquuntur. Idem tradit in specie de Rege subdito Rosenthal *de feud. cap. 5. conclus. 1. n. 4. in gloss. post f.* & Claud. Seysell. *de feud. tit. qui feud. dar. poss. part. 1. limit. 1.* ubi post Bald. & Cardin. *dictis locis* adducit etiam exempla de Regibus superiorem recognoscentibus. Accedit his praeter alios Boss. *tit. de Regalib. n. 2.* Cum igitur Reges ejusmodi tantam habeant potestatem in regnis suis, quantam Imperator in Imperio, ut ex praedictis constat, nemo inficias ire poterit iisdem liberrimum esse, si opus habeant, etiam ignorante Imperatore se aliorum tutelae submittere.

76 Quod non minus de Imperii Septemviris Electoribus indubitatum est, cum iidem post Caesarem & Regem Romanorum suprema in Imperio potestate ac dignitate polleant, ut multis testatur Regner. Sixtin. *de regalib. lib. 1. c. 4. n. 29.*

Solutio contrariorum Argumentorum. Responsio ad I. dubitandi Rationem. Non obstant autem praepositae dubitandi rationes, huic generali conclusioni.

Quod enim primo loco dictum est, majestatis summi Principis habendam esse maximam rationem, id nihilominus fieri potest & faciendum est tametsi aliquis Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Nobilium aut Civitatum Imperialium se in alterius Clientelam conferat. Hoc enim fieri potest sine ulla Majestatis, dignitatis vel libertatis diminutione, ut recte tradit ex textu. *l. 7. de capt. & postlim.* Eremb. *1. de foeder. 4. n. 12. &* plenius habetur *in cap. subsequenti VII. n. 11. & seq.* ubi singularis hac de re quaestio enucleata est.

Resp. ad II. dubitandi rationem remissiva. Quod vero ad secundam dubitandi rationem, qua objectum est eos qui superiorem recognoscunt confoederationem absq; autoritate illius contrahere non posse, & consequenter nec alterius protectioni submittere, hoc sufficienter *infra sub. n. 195.* declaratum est, quo Lectorem remittimus. Sed haec in genere de immediatis Imperii Statibus, nunc de singulis in specie, quatenus aliorum Protectionem pacisci possint, dispiciendum est.

77 *An idem possint Marchiones & Comites. Affirmativa. Confirmatio Affirmativae ab auctoritatibus.* Post Reges ergo quaeritur de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, An illis submittendi se aliorum Clientelae libera potestas competat.

Ad hanc quaestionem affirmative respondetur, per ea quae accumulatis aliorum auctoritatibus consulendo novissime consuluit Frid. Pruckman. *cons. 13. n. 82. vol. 1.* ubi affirmat, omnes Principes, Duces, Comites, Marchiones, qui regalem dignitatem perpetuo obtinent, in suis Principatibus, Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus, iisdem Juribus, praeeminentiis atq; dignitatibus frui, quibus Imperator utitur in toto Imperio, suffragantibus Cacheran. *decis. 78. n. 17.* Idemque *decis. 155. n. 1.* Alex. *consil. 1. n. 30. vol. 5.* Obrecht. *de Jurisd. c. 4. n. 16.* Rol. à Valle *consil. 29. n. 26. vol. 1.* Brun. *cons. 45. n. 18. & 19.* Ruin. *cons. 200. n. 2. & 3. vol. 2.* Curt. Jun. *consil. 1. n. 29. vers. Duces enim vel Comites.* Cacheran. *decis. 155. n. 1.* Castrens. *cons. 34. n. 5. vers. Reges ergo.* Borcholt. *tract. feud. c. 5. n. 87.* idemque ad *c. 1. n. 8. quae sint regal.* Coler. *tract. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 280.* Dauth. *tract. de testament. n. 36.* Schrad. *tract. feud. p. 2. sect. 10. n. 36.*

78 Et quod Principes Germaniae quo ad legis quoq; condendae in ditionibus suis, potestatem, pari Jure cum ipso Imperatore fruantur, consuluit Dec. *cons. 516. n. 3. & 4.* quem refert & sequitur Dauth. *d. tract. de testam. n. 86. vers. Jure quod principes.* Idem etiam regulare esse propalat Joan. Harprecht. *§. in summa autem. 10. n. 144. Inst. de Injur.* ubi tradit, quod Principes, Duces, Co-

79 mites, & similes in suis ditionibus seu territoriis respectu subditorum suorum majestatem habere dicantur, & Imperatorem Romanum repraesentent, adeoque omnibus privilegiis eidem indultis fruantur; Et id ipsum in specie de Ducibus firmat Petr. Ant. de Petra. *de potest. Princip. c. 3. quaest. 4. n. 73.* ubi dicit, † Duces eo ipso,

80 quod sint tales creati etiam quod recognoscant superiorem, tamen habere plenitudinem potestatis, ut scripsit etiam Boss. *in tit. de crim. les. majest. n. 55.*

81 Quibus omnibus † dilucide astipulatur Wesenb. *cons. 148. n. 41. vol. 3.* ubi tradit, Germaniae Principes, quamvis Imperatorem recognoscentes, nihilominus in suo territorio & Ducatu omnia Jura Principum & Imperii usurpare, & tantum posse in Principatu suo, quantum Imperator in toto Imperio. Zas. *cons. 1. n. 28. & cons. 16. n. 7. lib. 2.* Corn. *cons. 200. n. 1. 2. & in fin. vol. 1.* Roman. *cons. 60. per tot.* Angel. *cons. 17. n. 4.* Aegid. Bellamer. *cons. 15. num. 6. & 7.* Dec. *consil. 191. in princip.*

82 Idemq; de Marchionibus & Comitibus † merum ac mixtum Imperium habentibus, quod idem possint in suis territoriis, quoad suos subditos, quod Imperator in toto Imperio, communem Dd. esse sententiam testantur Roland. à Vall. *cons. 91. nu. 17. vol. 2.* Curt. Jun. *cons. 61. n. 8. & 9.* Bellon. *cons. 95. n. 10.* quos refert & sequitur Villalob. *lit. D. num. 192. & seq.* idem disserte statuit Petr. Anton. de Petra *de potest. princip. c. 3. q. 4. n. 26.* ubi scribit, communem esse Dd. conclusio-

clusionem, quod Duces, Comites & Marchiones perpetuo investiti censeantur Principes in suo Ducatu, Comitatu, Marchionatu, ut in Domino castri Gifredi loquens respondit Curt. Jun. *d. conf. 61. n. 9. & seq. & conf. 100. n. 3. cum cordant. per* Senat Pedem. *decis. 141. n. 5.* loquentes in Comite Crescentini investito cum 83 potestate Imperiali, † unde isti Domini habentes officium perpetuum & temporalia, habentur Principis loco in suis territoriis & magis assimulantur Principi quam præsidi, ut post Joan. Andr. Old. Bald. & Castr. respondit Ruin. in Regibus Ducibus & similibus *conf. 187. n. 9. vol. 2.*

84 Quinimo omnes prædicti Duces, † Marchiones, & Comites respectu subditorum suorum & majestatem habere dicuntur, & omnibus omnino privilegiis Romano Imp. indultis fruuntur, Jal. *conf. 235. n. 1. lib. 2.* Paris. *conf. 17. n. 4. lib. 1.* Riminal. *conf. 57. n. 18. & seq. lib. 1. & conf. 221. n. 2. cum multis seqq. lib. 2.* Burl. *conf. 4. n. 20. lib. 1.* Roman. *conf. 59. n. 7.* & *ibi* Horat. Mandos. *in addit.* Bellon. *conf. 59. n. 8. cum seq.* Ascan. Clemens *in tract. de patr. potest. effect. 2. n. 41.* Albert. Brun. *conf. 45. n. 18. & 19.* Zas. *conf. 1. n. 21. & 22. lib. 2.* Aym. Cravet. *conf. 135. vol. 2.* Rol. à Vall. *conf. 1. n. 49. & seq. & conf. 4. n. 42. lib. 3.* Cuman. *conf. 158. & conf. 172.*

85 Prænominatis autem personis † speciatim etiam accensendi sunt Comites, qui principali dignitate, ac gradu sunt decorati, & Gefürstete Graven appellantur, Principibusque in Imperio æquiparantur in suis Comitibus cujusmodi sunt Comitatus Habspurgensis, Tyrolensis, Hennebergensis, Mompelgardicus, Arn-86 bergensis & nonnulli alii, † qui omnes in conducendis Protectoribus eodem Jure cum superioribus utuntur.

87 Porro idem quoq; Jus † locum habere in Baronibus præsertim Germaniæ inde liquet, † quod, secundum receptam consuetudinem totius Germaniæ, Barones æquiparentur Comitibus, prout hoc tradunt Zas. *tract. feud. p. 5. n. 29.* & Frid. Schenck. *in c. 1. quis dicatur dux.* Non minus enim hi quam illi Status Imperii sunt Gail. *obs. 23. n. 2. lib. 1.* illustresque appellantur, Schrad. 88 *conf. 13. n. 172. vers. tum. quia Bart.* Bald. *in c. 1. in princip. n. 6. de Feud. Marcb.* Gozadin. *conf. 8. incip. in causa illustriss. n. 3.* quin † etiam pares sunt in matricula Imperii & Jure Austregarum, *Cam. Ordi-89 nat. p. 2. tit. 3. 4. & 5.* † sic etiam in dignitate & mune-90 re Judicis ac Præsidum Cameræ Imperialis *d. ord. p. 1.* 91 *T. 1. in princ. in Constitut. Pacis Religionis & Passim aliis Constitutionib. Imperii.* Et quod Barones etiam Germaniæ nostræ in suis ditionibus & territoriis tantum possint, quantum Imperator in Imperio, expresse tradunt Schrader. *part. 10. sect. 1. n. 33.* Gail. *de PP. lib. 1. c. 6. n. 10.* Paris. *conf. 25. n. 63. lib. 1.* Bellon. *conf. 59.* 92 *n. 10.* Et † quod Baronum appelatio sit generalis complectens etiam Marchiones, Duces, Comites, testantur Matth. de Afflict. *in c. 1. in princ. n. 1. de his qui feud. dar. poss. & in c. 1. n. 4. quis dicatur dux.* Atque 93 Barones dicuntur † quasi filii Regis. Idem Afflict. *in c. 1. in princ. n. 1. & 2. de his qui feud. dar. poss.* sive filii, alii celsiores, Bald. *c. uno delegatorum col. fin. extr. de offic. deleg.* Lucas de Penna *l. fi. col. fin. C. de mancip. & colon. patrim. lib. 11.* Boer. *in tract. de auctorit. magni consil. n. 113.*

94 His accedit, quod Barones perinde ut Duces ac Comites subditis suis collectas imponere, Cardin. 95 Paris. *conf. 25. n. 63. lib. 1.* † & in territorio suo statuta & constitutiones facere possint. Bertach. *in tract. de gabell. pars. 1. n. 14.* Cravett. *conf. 314. n. 1.* Quin & eos-96 dem † respectu subditorum suorum majestatem habere, tradit Ædid. Bellamer. *conf. 15.* Zas. *conf. 1. num. 22. lib. 2.* Chassanæus *in Catalog. glor. mundi par. 5. consi-*

Utrum Barones quoq; eadem protectores assumendi libertate gaudeant.

Affirmativa.

Ratio decisionis I.

Ratio II.

Ratio III.

derat. 56. & omnibus immunitatibus † Cæsari Romano 97 concessis fruuntur. Nicol. Bellon. *in repet. rubr. n. 13. ff. de offic. ejus, cui mandata est Jurisdict.* Paul. Castrens. *consil. 30. n. 2. lib. 2.* Cravett. *consil. 135. n. 2.* Bellon. *cons. 59. n. 10.* Ascan. Clemens *in tract. de patr. potest. effectu 2. num. 41. limitat. 4.* Hippol. Rimin. *consil. 21. n. 2. lib. 2.*

98 Nec minus etiam † quod de Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus quoad libertatem suscipiendi Protectoris dictum est, procedit in Nobilibus immediate Imperio subjectis: quia & illi sese una cum subditis suis in cujuscunque protectionem conferre possunt.

Nobiles immediati, an & ipsi non obtenta licentia Imperiali, se cum subditis suis in alienam protectionem dare possint. Affirmativa.

Quamvis † enim Nobiles illi non sunt Status Imperii; tamen notorium est, eosdem immediate subesse Imperio, & præclaris frui privilegiis, annotante Collect. præjudicior. Cameral. *verb. Nobilitas*, ubi dicitur, immediate subjectum esse latius patere, quam Statum esse, & includere Nobiles & Civitates tanquam Sta-99 tus immediate subjectos. Dicitur autem immediate † alicui subjectum, quod alterius non subjacet Jurisdictioni *arg cap. 13. ibi* nullo mediante *extra de Privi-100 leg.* & Auctus successorve immediatus est, nullo in-101 termedio qui successit, *Clem. Un. versic. Cæterum verb. 102 immediatus successor de jurejur.* Hieron. Gabr. *consil. 195. num. 6. vol. 2.*

Ratio decisionis I.

Prædicta insuper de Nobilium præeminentia confirmat Henric. Rosenth. *synops. feud. cap. 5. concl. 78. num. 9.* scribens in Germania passim Nobiles vasallos † 103 principum etiam ratione feudorum, quæ ab iis tenent immediate subesse Imperio, nec feudorum Dominos ullam in eos Jurisdictionem præter feudalem exercere posse, nisi in territorio Domini habitent. Hinc † etiam 104 tales Nobiles immediate Imperatori subditi, non obstante, quod à Duce aut Comite aliquo feudum aliquod habent, ex pignoratione aliisque constitutionibus Imperii subditis immediatis solum concessis contra Dominos suos feudales impetrant mandata, & cum effectu agunt, nec exceptione subjectionis repelli possunt, idque in Camera quotidie observatur. Rosenth. *de c. 5. concl. 69. in scholiis lit. H.*

Ratio II.

Tertio roboratur eadem decisio † quod Nobiles hi 105 non minorem, quam cæteri superiores Imperii Satus, Jurisdictionis ac potestatis in liberis suis castris & pagis eminentiam habeant, ita ut non solum liberi existant ab onere territorialis Jurisdictionis Principum, Statuumque aliorum, quorum in ditionibus Castra pagosque habent, nec ipsi Imperatori plus † Juris inibi, 106 quam in territoriis aliorum Ordinum competat, Besold. *de ordin. Equest. discurs. 1. num. 10.* sed etiam Jus † fœdera incundi habeant, & in hoc ipso confœde-107 rationis privilegio, aliis Imperii Statibus pares sint ceu patet *ex ordinatione Ferdinandi I. Imperat.* von der freyen Ritterschafft in Schwaben in Anno 1561. confirmata, ubi sequentia habentur verba, daß die Freyen Reichs Ritterliche Adels Personen / allein und ohne Mittel jrer Mayestät vnderworffen vnd versprüchig: auch sonst aller Hoher: vnd Niderer Reichs Stand vnd Krayssen Obligen / Bürden / Lasts / Beschwerden / Aufflag / Gebiet / Satzung / Ordenung / Abschied / Jurisdict. vnd Dienstbarkeit / keine außgenommen / gäntzlich exempt vnd befreyet / & in specie, de Jure confœderationis cum aliis Imperii Statibus participantibus Nobilibus, hisce verbis: Wiewol auch von altem herkommen vnd mit derohalb vffgerichten / beyhanden habenden / Fürstlichen vnd sonst vieler Reichs-Ständ glaubwürdigen besiegelten Brieffen erweißlich / wann sich die / an den Ele Schwäbisch: Ritterschafft benachbart / zu erhaltschen / der Zeit vmb Handhabung willen deß gemeinen

Landfriedens zusammen zuthun / Verstandnus Gesellschafft oder Bündnus zu machen / für nothwendig vnd gut angesehen / oder deß von der Keys. Mayest. Befelch gehabt: daß sie mehr gedachte Ritterschafft ehe ichtes fürgenommen vnd beschlossen / gemeinlich oder sonderlich zu thuen vnverbindlich / gnädiglich / günstiglich / freundlich vnd nachbarlich beschreiben / mit jnen gleichmässiglich tractiren / also daß sie allein gratuito vnd gutwillig / mit einer gleichen Maaß in solch association kommen / etc. cujusmodi confœderationis etiam Exemplum refert Goldast. in Reichshandlungen / *pag. 108. Rubrica* von der Ritterschafft Brüderlichen Vereinigung / Gesellschafft oder Verständnus jüngst zu Landaw / fürnemblich Gott zu lob vnd dann folgends mehrung deß gemeinen Nutzens / auch fürderung Friedens vnd Rechtens auffgericht / *de Anno 1522.* Plura eorum qui inconsulto Cæsare fœdera inierunt exempla suppeditat Waremb. ab Erenberg *lib. 1. de fœder. c. 3 n. 229. & seq.* Item *lib. 2. c. 1. n. 35. & seq. c. 2. n. 37. & seq.*

Cum igitur ex fœderum iciendorum potestate tanquam cognatarum, quæstionis nostræ decisio pendeat, absque dubio consequitur, Nobiles parem, cum fœderationis Jure, in Protectionum conventionibus faciendis, facultatem habere, cum præsertim iisdem 108 etiam Leges † & statuta condere liceat, quemadmodum inter se statuta de succedendo faciunt, quæ & valent. Fichard. *cons. 2. num. 1.* late *cons. 3. nu. 6. & 39. n. 4.* Mynsing. *respons. 10. num. 39.* Wesenbec. *cons. 1. n. 66.*

Quod & nuper inter modernos luculenter tradit Dn. Nicolaus Betsius Consil. Hass. in elegantiss. suo *tractat. de statut. & pact. famil. illustr. c. 6.* & iisdem potestatem † eminentiam, & jurisdictionem territorialem, qualitate & specie parem cum ea, quam habent 109 cæteri Status tribuum Bidenbach. *q. 11. n. 11.* Cluten. *fascicul. 1. 26. lit. K.*

Quinimo iidem Nobiles, qui omnimoda jurisdictione 110 potiuntur † plerumque fiscalia, ut vocant, regalia, qualia sunt bonorum confiscationes, vectigalia, pedagia, mulctarum, pœnarumque compendia, collectas, angarias, parangarias, ac si quæstus similia sunt, in suis pagis ac ditionibus exercere possunt, ergo similiter etiam protectores pro suis rebus defendendis libere queunt assumere.

Ratio decidendi IV. Deinde eadem assertio roboratur ex traditis à Gylmanno *Tom. 1. Symphorem. p. 1. Tit. 3. vot. 7. n. 17.* ubi 111 dicit die Landsfürstliche Obrigkeit † immediate nobilibus in mutanda Religione propterea non nocere, cum ut plurimum in alienis Principatibus sua habeant libera territoria, adeoque cæteris paribus eodem Jure uti possint. Idem Gylm. *Tom. 1. p. 2. Tit. 6. vot. 1. n. 37.* 112 *& p. 3. Tit. 10. n. 16.* Ubi magnum † Imperium, quod cum Landsfürstlicher Obrigkeit æquiparari volunt, omnibus superioribus Magistratibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus & Nobilibus, qualitate & specie par, quod habent cæteri Status, competere 113 scribit, adeo ut Jurisdictio † illa territorialis in Principe Landsfürstlich: in Comite Gräfflich: in Civitate Stättisch: in nobilibus vero immediatis Adeliche Obrigkeit / sit & dicatur, uti ex Bidenbachio refert Besold. *de Ord. Equestr. discurs. 1. num. 10.* & relatum esse in causa Hirnhaim contra Chur-Pfaltz testatur Meichsn. *Tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 9.* idque noviter tuetur Christ. Mingius *de superior. Territor. 8. 5. conclus. 47* Sixtin. *de Regal. 1. c. 4. n. 92.*

Quibus suffragari videntur ea quæ de castris Nobilium in literas retulit And. Gail. *2. obs. 62. num. 3.* ad114 severans, Castra quæ subditos & Jus † territorii seu universitatis habent, qualia fere sunt omnia quæ à Nobilibus Germaniæ, præsertim in Suevia, Franconia & tractu Rheni possidentur iisdem uti Privilegiis & Juribus, quibus Civitates vel aliæ universitates fruuntur, *per text. in l. si hæres jussus §. vicis* ubi Jason *n. 1. & seq. ff. de legat. 1.* Bald. *in c. 1. p. 5. & 6. de Capitan. qui cur vendi in Usib. Feudor.*

115 Inde isti Nobiles etiam dicuntur freye † von Adel / freye Reichs-Ritterschafft / inde forsan, weil sie von andern Herren Landes hohen Obrigkeit gefreyet / vnd dem Reich ohne Mittel vnterworffen seynd.

Cæterum ista decisio quoad libertatem suscipiendorum Patronorum tutelarium limitatur, in Comitibus, Baronibus & Nobilibus qui mediate tantum Imperio subjecti sunt, idque vel ob † præscriptionem, vel quod cum Comites vel Barones crearentur, alicui Principi fuerint ipsi ac bona eorum subjecta, quorum Comitum ac Baronum meminit Constitutio Imperii *de Anno 1548. §. wiewol auch etc.* ubi superioritas Principum, quibus tales Comites † & Barones subsunt, confirmatur, & additur, eos non aliter etiam ad eas dignitates à Cæsare admissos, quam cum expressa reservatione juris Principibus illis competentis per ea quæ tradit Sixtin. *de regal. c. 4. n. 69 lib. 1.* quia de his circa potestatem Advocati constituendi idem quod *infra* de subditis dicimus, decidendum est. *Utrum Comites, Barones ac Nobiles mediate Imperio subjecti libertatem protectorum suscipiendorum habeant. Decisio negativa.* 116 117 118

Porro, quæ de nobilibus † immediate Imperio subjectis, quoad libertatem Protectoris assumendi, dicta sunt, *an etiam in Civitatibus Imperialibus locum habeant*, non absque ratione dubitari potest.

119 Sicut enim alii superiorem habentes, absque † ejus consensu alterius se protectioni submittere non possunt, (id quod plurimis tum Authoritatibus, tum rationibus *infra* solidissime firmamus,) ita etiam immediatos Imperii Status, per *§. 23. princ. verb.* Es soll auch kein Stand den andern / noch desselben Vnderthanen / R. A. Anno 1555 zu Augspurg / auffgerichtet. *junct. princip. §. ibi.* ohn gemelter ihrer Obrigkeit wissen vnd willen. Keys. Landfried Anno 1548 zu Augspurg declarirt. Domino ordinario invito protectionem pacisci non posse, existimat post hæc scripta visus D. Hepingk *dissert. novis. de jur. protect. concl. 32. lit. C.* aiens, ad hoc respexisse Carolum V. Imper. in mandato ad † Hildesiam, (quæ Civitas Imperialis est, M. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 85.*) præscripto, quod Hortleder Reichshandl. *Tom. 1. lib. 5. cap. 17. exhibet. ibid.* *Negativa. Ratio I. dubitandi pro Negativa.* 120

121 Deinde † in negativam partem facere videtur, quod sicut *supra n. 78*, multis Dd. authoritatibus edoctum est, Civitates superiorem recognoscentes, cum aliis fœdus inire non possint. *Ratio II. dubitandi.*

Ea de causa in simili protectionis & auxilii mutui fœdere, quod cum Helvetiis Argentinenses inierant, Fridericum Palatinum iniquo tulisse animo, quod existimaret, eos, ut Imperio devinctos, sine Cæsaris Ordinumque consensu, fœdus inire haud potuisse, Schleid. *de Relig. & Repub. lib. 7. p. 306.* in literas retulit.

Nos priusquam hanc decidamus quæstionem operæ precium esse ducimus, liberarum Civitatum differentias, juxta diversorum temporum intervalla, paulo altius repetere.

122 Sciendum igitur est, Jure olim Romano & more illius Imperii, nullas in Imperio Civitates liberas fuisse. *Conditio Civitatum secundum temporis Jura Romanorum.*

Etenim nulla Civitas aut Respublica † dignitatis gradui annumerabatur, *l. 3. §. etsi alterutram C. de nat. lib.* Decian. *cons. 19. nu. 17. & 18.* excepta Roma, quæ illustris nec non totius orbis, hoc est, ditionis & Imperii Romani epitome nominabatur, Hier. Magius *Miscell. seu variar. lect. lib. 4. cap. 5.* Petr. Pithæus *adversar. lib. 2. c. 18.* Muretus *variar. lect. lib. 17. cap. 12.* Hinc etiam urbs nullo addito nomine κατ' ἐξοχήν sola dicebatur 123 124

batur non oppidum uti cæteræ Civitates, Hieron. Rubeus *Italia*, & Ravenn. *hist. lib. 1. fol. 10. in princip.* qui 125 *lib. 2. f. 98.* Valentinianum † Ravennam post Romam caput Italiæ constituisse ex Agnello refert, quamvis dein illius majestatem quædam imitatæ sint. Pithæus *d. c. 18.* veluti † Constantinopolis Roma nova 126 dicta, ob Sedem Imperialem illuc translatam, indeque eadem Civitas cum Roma putabatur. *Nov. 131. post princip. l. omni 6. C. de SS. Eccles. l. generaliter 25. C. de Episcop. & Cler. l. intra urbem 5. C. de oper. publ. & passim.* Mutius Surgens *ad cap. 21. n. 14. fol. 362. tract. Praefect. Prætor.* Marci Anton. Surgent. Gomezius. *§. fuerat, n. 5. post prin. Instit. de Action.* & illustri titulo donata fuit. Decian. *d. resp. 19. n. 20.* Unde Respubl. † seu 127 Civitates cæteræ privatorum loco censebantur *l. item veniunt. 20. §. in privatorum. 9. de petit. har. l. eum qui 16. in fin. de verb. sign.* Scipio Gentil. *tract. de jurisd. lib. 3. cap. 22. in princ.* Nec tam urbes & civitates, quam municipia & oppida vocabantur, ut Cæsar appellat Alexandriam totius Orientis maximam urbem oppidum. Hinc est, quod omnium illarum Civitatum utpote subditarum magistratus ex civium numero electi communi duntaxat nomine. & Jure magistratuum municipalium æstimati fuerint; quorum potestas minima, ut non immerito quis admiretur, doctos viros ex illis argumentari hodie ad Civitates liberas, vel Imperiales.

128 Usu autem nostri temporis † Civitates liberæ trifariam accipiuntur.

Conditio & differentia Civitatum juxta temporum modernum.

Primo pro iis quæ omni ex † parte liberæ & nulli prorsus subjectæ sunt, nullum omnino superiorem, ne quidem Cæsarem, recognoscentes, † quales sunt in Italia, Venetiæ, Genua, & aliæ nonnullæ, in Germania, 129 Helvetiorum ac Rhæto-Respublicæ sese asserunt. Venetias † enim semper omnino liberas fuisse supra annos mille ducentos attestatur Thom. Bozius. *de Italia statu lib. 3. c. 3. n. 15.* † Sed Carol. Sigon. *de Regn. Ital. lib.* 130 *4.* Caroli Magni & Nicephori Impp. ævo libertatem 131 Venetis concessam autumat ex Baldo Petra *de Jur. quæ-* 132 *sit. non toll. c. 3. q. 4. n. 34. & 42.* Alber. de Ros. *l. 1. C. de summ. Trinit.* Purpur. *l. imperium 3. n. 145. de jurisd.* Nicol. Festasius *de æstimo, p. 4. n. 27. cum seq.* Muscorn. *de jurisdict. n. 129.* de privilegio exemptionis attestans. Idem † statuitur de excelsa Republ. Genuen- 133 si, nam eadem Privilegia & exemptionem omnigenam sibi vendicat, quod multis evincit Menoch. *cons. 2. n. 59. cum seq.* etiam Caroli V. Imp. assertatione. Sic etiam Civitas Lucana † emit libertatem omnigenam 134 120 00. Ducatis, Sigon. *lib. 20. de Regn. Ital.* Fulgos. *cons. 212.* Decian. *alleg. cons. 19. n. 29.* & quamvis Carolus Quartus † Legatum Lucensibus præfecit Cardina- 135 lem quendam Gallum, is tamen post abitionem Imperatoris Civitatem Juri ac potestati restituit, dato pretio 25. millium aureorum nummûm & tandem in libertate constitit, Leander Albertus *descript. Ital. in Thuscia fol. 59.* hinc neminem recognoscit in superiorem, Socin. Jun. *cons. 83. in pr. vol. 4.* Petra *d. q. 4. n. 25. circa med. & n. 45.*

Civitates primi generis.

Hunc ergo in modum Interpretes Itali Civitates liberas vocant quæ superiorem non recognoscunt, ut scite tradit Socin Junior. *cons. 73. n. 8. vol. 1.* Respublica enim libera vel populus liber censetur † qui Impera- 136 torem in Dominum non profitetur, talis enim proprie sic dicitur & vocatur, *l. post liminium. 19. verb. inter nos & omnes liberos populos regesque, vet. l. hostes 24. ubi gloss. verb. prædones. l. non dubito 7. ff. de captiv. & postlim. reverf.* Bart. *l. 1. §. de qua re n. 3. ff. de postul.* Hinc libertatem † Civitatum importare, ut non sint sub do- 137 minio alicujus personæ vel universitatis, ait Corneus *cons. 187. col. 2. in fine vol. 4.* ubi addit, hunc communem usum loquendi, quod nulla terra dicatur vivere in libertate, quæ sit sub dominio alicujus personæ vel universitatis, sed quæ non recognoscit aliquem Dominum, vel absolute superiorem. Idem notat Bald *cons. 364. n. 5. p. 5.* ubi dicit populum dici liberum cui libera lingua est.

Et de hujusmodi liberis Civitatib. superiorum nesciis, 138 idem judicatur, quod de Principe, quia in suo statu persimiles existunt Imperatori. Bart. *d. l. hostes. 24. n. 16. ff. de capt. & postlim. reverf.* Hippol. de Marsil. *tract. banniter. verb. Civitas. n. 45. & 58.* Petra *de Jur. quæsit. non toll. cap. 3. q. 4. n. 39.* Sebast. Medic. *de consuet. & stat. p. 1. q. 22. n. 3.* Decian. *tractat. crimin. lib. 2. c. 32. n. 1.* Collegium Papiense *cons. 99. n. 28. inter cons. Pauli de Monte Pich.* Petr. Dominic. Magdalen. *de num. test. in test. requis. lib. 1. c. 22. n. 8.* Berous *cons. 140. n. 25. vol. 2.* Cephal. *cons. 579. n. 11. lib. 4.* Decius *cons. 534. n. 2.* Roman. *cons. 59. n. 7. & 8.* ubi Mandosius Bart. *in l. infamem 7. n. 14. & in fin. ff. de publ. judic.* Ubi concludit, quod cum hodie qualibet Civitas Italiæ & præsertim Tuscia dominum non recognoscat, & merum Imperium habeat in seipsa, tantam quoque potestatem habeat in suo populo, quantam Imperator in toto Imperio. Et in civitate Florentiæ loquens sequitur Surd. *cons. 81.* & propter ea Dec. *cons. 357. n. 1. ad fi.* concludit communem opinionem esse, quod Civitates non recognoscentes superiorem habeant Jura Principis adducens ad hoc authoritatem Bartoli in pluribus locis, sed in effectu magis clare loquitur in loco supra citato & in Civitate Januæ & Senarum & aliis non recognoscentibus superiorem Rol. à Vall. *cons. 24. n. 3. vol. 1.* & idem in Civitate Senarum, *consil. 86. n. 13. eod. vol.* & idem in Civitate Lucana, *consil. 25. in princ. vol. 2.* & ad hoc facit Angel. *in l. hæres absens §. si quis tutelam n. 5. ff. de Jud.* dum concludit quod quælibet Civitas habeat sua regimina, & superiorem aliquem non agnoscat saltem de facto, *per l. fin. C. de long. temp. præscript.*

Civitates prorsus liberæ nullum omnino superiorem agnoscentes, qualiter se aliorum Tutelæ subjicere possint.

Et quod Civitas non recognoscens superiorem sit ad instar Principis firmat Alex. *in l. si civitas col. fin. ff. si cert. pet.* & probat Abb. *in c. in nostra n. 5. in de injur.* dicens, quod communiter Civitates, quæ subtrahunt se de facto ab obedientia superioris, usucapiunt sibi Jura Principis nec patiuntur disputari de validitate suorum statutorum, subdens, pluries se de facto id vidisse, & quod isti qui de facto non recognoscunt aliquem in Principem, puta, quia præscripserunt omnimodam libertatem contra Imperatorem, sint loco Imperatoris, & imo dicantur Imperatores, in suis territoriis loquitur Bald. *in l. exemplo ad fin. C. de probat.* & alibi per eum quem refert Felin. *in c. cum non liceat col. 4. in pr. de præscr.* & *ibi circa med.* adducit Cardin. *in c. per venerabilem in 5. oppo, qui fil. sint legit.*

Unde possunt † istiusmodi Civitates leges condere, 139 conditas abrogare, nec non immutare, magistratus creare, pro libitu privare, & eorum potestatem limitare, vectigalia indicere, augere & minuere, bellum indicere, denique jura omnia, & pacis & belli pro libera populi voluntate a nullius prorsus nutu aut confirmatione pendente administrare & regere Decia. sæpe dict. *cons. 19. n. 79. vers. ex qua & n. 120. vers. tertio.* atque ideo liberrimam quoque potestatem habent protectores pro libitu ac motu proprio assumendi & constituendi.

Secundo † liberas Civitates accipimus pro iis, quæ 140 immediate Cæsari ac Imperio Germanico subjectæ sunt eæque vocantur Civitates liberæ & Imperiales, die Ehrbare freye Reichs-Städt / hodieque sunt & habentur quæ Catalogo Statuum Imperii sunt inscriptæ, secundum matriculam Imperii quæ etiam dum Comitia peraguntur in Senatu Imperialium Civitatum

Civitates secundi generis.

der Stätt Raht sibi vendicant sessionem votumque. Gail. *de arrest. c. 6. n. 25.* Knichen. *de Jur. non provoc. Saxon. verb. Ducum Saxon. ca. 2. n. 1.* Tribuuntur † in duo latera, vel scamna, uti nostro idiotismo pronunciamus, quædam enim ditionis Rhenanæ, quædam Sueviæ, vulgo die Rheinische und Schwäbische Banck. Nicol. Reusner. *de urbib. German. Imper. libr. 1. fol. 25.* Tob. Paurmeist. *de Jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. ult. n. 15.* Hujusmodi autem, de quibus hoc in membro loquimur, sunt omnes Civitates Imperiales, quæ à provincialibus Civitatibus separantur nec ullum inferiorem principem vel alium Imperii Statum superiorem agnoscunt, sed soli Imperatori immediate subsunt, & partim semper eam libertatem retinuerunt, partim cum sub inferioris principis, Comitis vel alterius jugo essent, exemptionem obtinuerunt libertatemque recuperarunt, sub qua olim in Imperio omnes civitates non minus quam integræ Imperii Provinciæ fuerunt, quæ nunc titulo feudi regalis ab Imperatore recognoscuntur Regner. Sixtin. *de Regalib. cap. 4. n. 75. lib. 1.* Ludovic Guicciar. *rer. memorab. lib. 2. sub. An. 1546.* Paul. Matth. Wehner. *pract. obs. lit. F. verb.* Freye Reichs Stätte *§. Libera.* Namque cum Civitates quædam ex mera Imper. liberalitate, quandoque prece ac pretio sibi propriam rerum suarum administrationem comparassent, subjectione mediata Comitum & Ducum seu principum veluti earum præsidum exempti sunt. Münster. *Cosmograph. lib. 3. c. 21.* ipsæmet auxilia sua tam † ministerialium, quam reliquorum Civium Regibus & Imperatoribus secundum cujusque portionem, vermög des Reichs Anschläge / suo nomine exhibere cœperunt. Wilhelm. Kyriander *Annal. de orig. civit. August. Trevir. part. 13. f. 147.* Knichen *velit. Apologet. n. 94.*

141 142 143 (marginal numbers)

144 Et hæ quidem † Civitates non eam ob causam dicuntur liberæ quod immunes existant, à sublevatione tributi, veluti olim liberæ provinciæ, quales ante constitutum Imperium Macedoniam & Illyricum fuisse prodidit Livius *lib. 5. Decad. 5.* Wolf. Lazius *comment. Respubl. Rom. lib. 2. c. 5.*

145 Verum † quod pro rata conferre teneantur, in cæteris pensiculatione, ac Principum collectatione liberæ & sic mediatæ subjectionis expertes vivant suisque legibus utantur. Franc. Guicciard. *histor. Ital. lib. 7*

146 *Civitatum Imperialium symbola.* Sunt autem certa quædam symbola quibus Civitates ejuscemodi Imperiales cognosci solent. Primum est si in matriculam Imperii relatæ sint, † quia pro matricula tantisper militat præsumptio Juris, donec contra-

147 rium probetur *l. 1. ff. de alb. scribend.* & faciunt notata per Bart. *in l. fin. n. 1. & 2. C. de reb. credit. & in l. Titia textores n. 2. ff. de leg. 1.* Decius *cons. 403. n. 4. & 6.* ubi dicunt ex matricula constare, an quis in numerum Scholarium sit receptus, nec ne.

II. Secundo si feuda & regalia ab Imperatore & † Imperio immediate habeant & recognoscant, Andr. Gail. *lib. 1. obs. 21. n. 9.*

III. Tertio si ad Comitia & conventus Imperii perinde atq; alii Status vocatæ fuerint, ac talia edicta accepta-

148 verint. † Nam acceptans literas censetur approbare contenta earum, & confiteri se talem esse, qualem literæ declarant. *text. in l. cum tabernam §. item quæsit. ff. de pignor. & hypoth. & in l. Titius. ff. de constit. pecun.* utrobiq; Bart. & Dd. Bart. *in l. publia §. fi. n. 3. ff. depos.* Bald. *in l. si literas n. 3. C. mand. & cons. 430. n. 9. in fin.* Mathesil. *sing. 22.* Paris. *cons. 112. n. 44. cum seq. vol. 1.* Alexan. *cons. 78. n. 1. vol. 1.*

IV. Quarto si sessionem & votum in consilio Imperii si-

149 ne contradictione habuerint, † quia nemo admittitur ad consilium & Senatum Imperii nisi sit consors Imperii & par curiæ Imperialis, & sic immediate Imperio subjectus. facit text. *in l. honores §. is qui ff. de decurionib. & in l. 2. C. eod. tit.*

V. Quinto si indictiones, contributiones & collectas Imperii pro rata sua quolibet tempore persolverint, † 150 quia solutio collectarum Imperii subjectionem immediate probat. text. *in c. 2. de censib.* Panorm. *ibid. n. 3* ubi hoc declarat. text. *in l. nulli §. quod si in vico C. de Episc. & cler.* text. *in §. si quis igitur ex qualibet. Auth. quib. mod. natur. effic. sui & gl. ibi. in verb. persolvat.* pulchre Natt. *cons. 638. n. 78. cum seq. vol. 3.* ubi omnino vide Paris. *cons. 13. n. 11. vol. 4.*

151 Cæterum non desunt, qui differentiam constituant inter liberas Imperii Civitates, & simpliciter Imperiales, † illas nempe freye Reichs Stätt dici quæ nihil ex 152 aquila in suis insignis habeant, ut quæ olim sub jugo Episcoporum vel aliorum fuerint, seq; ipsas interveniente pecunia vel aliis modis in libertatem vendicaverint. Collector præjudicior. Cameral. *verb. Civitas Imperialis §.* freye Reichs Stätt.

Simpliciter autem Imperiales appellari contendunt quæ vel integram Aquilam, vel partem Aquilæ in suis insigniis gerunt, ut Aquisgranum, Norinberga, Francofurtum. Rutger. Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. post. n. 41. lit. K.*

153 Alii tamen potiorem discriminis causam † assignantes existimant proprie liberas civitates vocari freye Stätt, † quæ semper & ab ævo neminē superiorem præ- 154 ter Imperatorem agnoverunt. Reichs Stätt vero quæ aliis quidem subjectæ, postmodum autem exemptæ fuerunt, & immediate subjectæ Imperio conventionibus, die vor Zeiten andere Herrn gehabt / und sich erst nach folgendes davon eximirt und außgezogen / und ohne mittel zum Reich gebracht und erkaufft hetten / wie dann mit Reutlingen und Eßlingen & aliis quibusdam bey Menschen gedencken / wie auch der Stadt Eisne Anno 1586. so zuvorn die Herrn Truchsässen von Walpurg innen gehabt / beschehen / Munster. *in Cosmograph. lib. 3. de German.* Gylman. *tom. 3. Symphor. fol. 143.*

155 Olim autem ut provinciæ integræ, † sic quoque Civitates omnes immediate Cæsarum Imperio fuerunt subditæ, postea quædam beneficio Imperatorum cum universitate Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronatus; item Episcopatus, Abbatiæ, Præposituræ Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Principibus, Episcopis, Prælatis & Baronibus feudi titulo sunt commendatæ. Quædam ab initio Cæsaris Imperio relictæ, vel postea ex Principum & Ordinum potestate exemptæ immediate Juris Imperialis esse cœperunt, quas ad differentiam earum, quæ in perpetua libertate remanserunt non Reich: sed Freystätte appellatas fuisse memorat Munster. *Cosmograph. d. lib. 3. c. 18.* Paurmeist. *de jurisd. d. c. ult. n. 14. in fin. lib. 2.*

156 Veræ autem, rectæ, & expressæ causæ hujusmodi nominum † mihi esse videntur, quod hæ proprie, & per excellentiam liberæ Civitates (adjuncto titulo Imperialium Civitatum) sint & nominari soleant, quæ singularia & insignia privilegia à Cæs. Maj. antiquitus impetrata & concessa, aut ejus probatas causas habeant.

157 Sed proprie † ac communiter loquendo, sive civitates ejusmodi ab initio liberæ relictæ, vel postea immunitate donatæ sint ad immediatam subjectionem nihil interest, sed omnes pari Jure censentur, und seynd Freye und Reichs-Stätt im grund ein ding / als nemblich / daß alle Reichs-Stätt auch freye Stätt seynd / und genant werden / eo respectu & fundamento, daß sie sonsten keinen andern Herrn / dann das Heilig Römische Reich / oder Keyserliche Majest. ohne Mittel haben / und erkennen / und wird darumb so man aller Stätt wegen bey Keys. Majest. oder deß Heyligen Reichs Ständen / oder sonst Handlung pflegen thut / der Titul der Freyen / und

Reichs-

Reichsstätt gemeiniglich copulative gesetzt / & communi appellatione comprehenduntur. Tob. Paurmaist. *d. c. ult. nu. 15.* Paul. Matth. Wehner *pract. obs. lit. F. verb.* Freye Reichsstätt/ꝛc.

158 Si tamen differentia subesse censeatur, semper pro eo habitum est, unam civitatem Imper. plus altera liberam; & nempe in Germania liberæ à tributis vel jure migrationis, vel pensionis caussa quod in illis non servi, vel alias ad servitia adstricti viri, vel eorum hæredes esse debeant, qui si vellent pro sua opportunitate alia loca & dominia adire, prius se à priori magistratu vel domino ratione Juris migrandi liberare debent, & ita quædam civitates ut Ulma, Heilpronna, Hala Suevorum, Eslinga, & aliæ similes reperiuntur, cum quibus ante discessum de Falcidia illa quam Abzug vel Nachsteuer vulgus nominat, conveniendum est, quod genus Gabellæ e contra in aliis civitatibus in usu non est, ut Aquisgrani, Argentinæ, Spiræ ac Wormatiæ, quare etiam se liberas & Imperiales Civitates nominant, ita tradente Rutger. Ruland. *de commiss. part. 2. lib. 5. c. 4. nu. 41.* ubi aliam differentiæ rationem annectit, quod scilicet plurimæ Civitates Imperii teneantur Imperatori quotannis ad certam pecuniarum summam, quasi pro tributo vel alio subsidio, aut alias saltem in similem recognitionem, si non quotannis, tamen certis modis ac conditionibus, puta quotiescunque Imperator aliquam Civitatem transit, vel ingreditur, cujus ratione & intuitu non sunt liberæ, sed mere ac proprie Imperiales. refert & sequitur Paul. Matth. Wehner. *pract. obs. d. lit. F. verb.* Freye Reichsstätte.

Discrepantia Imperialium Civitatum quo ad libertatis qualitatem.

Discrepant tamen hæ ipsæ etiam liberæ & Imperiales Civitates inter se, quo ad libertatis qualitatem mirum in modum. Quædam enim omnino, ac in omnibus Cæsari ac Imperio subsunt, aliæ autem non plane, sed in quibusdam tantum ab Imperii ac Cæsaris potestate dependent, alias à communibus Imperii collectis & tributis in multis exemptæ ac liberatæ, adeo ut non perinde cum aliis Statibus ac Civitatibus Imperii eadem sufferre teneantur, cujusmodi sunt aliquæ dictarum civitatum ac aliarum quæ in finibus & limitibus Imperii sitæ, & ideo exceptis Imperii improvisis oneribus, à proximis regionibus & dominiis, aut etiam Cæsareæ Majestatis hæreditariis ditionibus, alia habere & expectare non coguntur, ut de civita-159 te † Bisantina dicitur, eam & alias plures in multis à communibus Imperii difficultatibus immunes esse, & non ut aliæ Civitates Imperiales tractari, quantumvis ad Imperium pertineant. Idque ex speciali privilegio concesso Paul. Matt. Wehner. *tract. de mod. appell. ac privileg. appell. c. 5. num. 3. verb.* Bisant. Rutg. Ruland. *de commiss. p. 2. lib. 5. cap. 4. post nu. 41.* ubi *lit. l. in* exemplum adducit Aquisgranum patriam 160 suam, † quam à vectigalibus in toto Romano Imperio liberam esse scribit, eoque privilegio, ne cives alibi quam coram Scabinis aut Senatu conveniri possint, aliisque à Carolo Magno libertatibus munitam esse testatur. Quod & gravissimus historicus Franciscus 161 Guicciardin. *lib. 7. hist. 2.* indicat. † Ubi sic liberas Germaniæ Civitates describit: Recognoscere eas quidem certis & definitis quibusdam pensionibus auctoritatem Imperii, cæterum ipsas suis fere moribus ac magistratibus gubernari, neque tam studere territorio amplificando, quam libertati suæ conservandæ. Et in eandem sententiam post Gailium notavit Otho Melander *in Idæa studii polit. fol. 67. vers. hæ civitates.*

Sic etiam de Italiæ liberis Civitatibus scribit Sigon. *de regn. Ital. lib. 7.* in Othone Magno. *Regno*, inquit, *civitates plerasque liberas, tributarias omnes reliquit. Nam quarundam etiam perpetuos Marchiones* † *aut* 162 *Comites, superiore sibi reservato Jure, constituit, libertatem Civitatum in eo fere posuit, ut leges, consuetudines, Jurisdictionem, magistratus, vectigalia, sui ferme juris atque arbitrii haberent, ita tamen ut sacramentum Regibus dicerent, quocirca alios sibi præfectos Rex, alios ipsa Civitates constituerunt, ac quos quidem Rex ad Jura reddenda, & populos in fide continendos, in provinciis collocavit, ii missi, sive nuncii, sive legati Imperatoris vocati: quos vero populi ad regendam Civitatem & Jura moderanda posthac crearant, ii consules duo, aut plures fuerunt, ex antiqua Romana Republica consuetudine sumpti, qui quotannis ex singulis civitatibus creati apud Episcopum civitatis aut Nuncium Regis jurant.*

Sic olim Helvetii liberi, die freye Schweitzer † fue-163 runt dicti, non quod plane à ditione Imperii Romani essent exempti, ut nunc præ se ferunt, sed quod ab eo tempore, quo à Germanicis Imperatoribus ratio administrandæ Reipubl. immutata & provinciæ ac civitates pleræque Principibus, Comitibus & aliis feudi titulo sunt concessæ, illi ab horum Imperio immunitate donati, ac immediate Cæsarum potestati sunt relicti, à quibus concessæ libertatis Privilegia indulta & confirmata consecuti sunt Lansius *in discurs. de leg. Reg. conclus. 54.* per Matt. Rumelin. *ad Aur. Bull. Carol. 4. dissert. 2. Thesi 11. part. 3.* Matth. Bortius *in dissert. de legat. conclus. 6. apud Arum. discurs. Acad. 14.* Melch. Goldastus nobilis & doctiss. Helvetiorum, *Epist. dedicat. lib.* Reichshandlung Tractaten/ꝛc. *ad D. Wirtembergicum scripta, & in Replica contra R. P. Gretser. ca. 41.* Ubi fatetur Helvetios quidem à Camera Rotwilensi ac aulico Judicio, & ab oneribus realibus quodammodo esse exemptos, eos tamen semper recognovisse & adhuc recognoscere Cæsarem & Status Imperii, neque unquam se voluisse eximere: quo de jure subsisto, Eosdem etiam liberrimos Imperii cives esse ex confirmatione privilegiorum Helveticorum, Cæsarum Friderici 2. Henrici Lutzelburgensis, Ludovici Bavari probat Munsterus *Cosmograph. lib. 3. cap. 66.* ubi in fine verba confirmationis Rudolphi Imperatoris subjicit.

Helvetii liber populus. Helvetii undeq; qua occasione libertatem suam nacti sint.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus prudentibus viris universis hominibus in valle Schweitz / liberæ conditionis existentibus dilectis suis fidelibus gratiam & omne bonum, &c.

Verum si quis primævam, Helveticæ libertatis originem, consideret, non male ominabitur, si dicat, Helvetios, cum ferorum ac ferinorum Præfectorum insolentiam ferre non possent, nobilem libertatem (quam ne bestias ignorare natura voluit) fortiter inclamasse quam & ad hanc usque diem animose ac mascule tuantur, Lauaterus, & Simler. *lib. 1. de Repub. Helvet.* Lipsius *2. de Constant.* Bodin. *de Republ. c. 9. n. 125.*

Illud sane quod patrum † nostrorum memoria 164 contigit, atque ad argumentum Protectionis non immerito referri debet, in Helvetiis, æterna memoria ac laude dignissimum est, quod iidem cum antea sæpius, tum maxime in bello contra Gallum Anno scilicet 1512. ad Riottam vicum prope Novariam suscepto recuperatoque Mediolano summam rei militaris laudem consecuti sunt, qua † de causa Pontifex Julius 165 liberatæ ab Gallorum tyrannide Italiæ, illis ferens acceptam gloriam, eosdem præclaro DEFENSORUM Catholicæ fidei titulo condecoravit, In dem er ihnen mit gegebenen Brieff vnd Siegeln per Bullam Romæ Anno 1512. die 5. Julii datam, den Ehren Titul geben / vnd erkennet / daß sie forthin zu künfftigen Zeiten / Beschirmer der Christlichen Kirchen Freyheit genennet werden sollen / weil sie die Eydgenossen als

etliche Durchächter die Römische Kirch / mit schädlichem Zwytracht / zu abgang gebracht / Welschland mit beschwerlichem Joch vbel bekümmert / vnd den vngenähten Rock Christi zuvertheilen vnterstanden / also daß S. Peters Schifflein / in Gefahr deß Vndergangs geschwebet / so vnerschrocken / großmütig / streng vnnd ehrlich / mit vberwindung alles Vnfalls vnnd verachtung alles Schadens / als die glaubigen Ritter Christi / getrewlich / löblich vnd fürtrefflich sich erzeigt / vnd als ob ihnen die rechte Hand Gottes vorgangen / bemelten Zwytracht / gar nahe in einem Augenblick zerstört / der Christlichen Kirchen Freyheit wider gebracht / vnnd gantz Italien von vnleidelichen Joch der Dienstbarkeit mit ihrer Stärck / Trewe vnnd Kräfften / sonders allen zweiffel erlöst / Christian. Wurstisen / *in Chron. Basil. lib. 7. c. 3.* Quin & præter hoc Elogium idem Pontifex unicuique Civitatum & etiam Communitatum vexillum Christi liberatoris nostri passionis mysteriis insignitum, & in commune duo, alterũ suo, alterum totius Ecclesiæ nomine, in remunerationem præstiti adversus Gallorum Regem, fidelis auxilii donavit, quæ duo mox omnium Confœderatorum consensu, ad Basilicam Monasterii Einsidelen / tanquam locum totius Helvetiæ celeberrimum & frequentissimum, delata fuerunt, ubi etiamnum è fornice supra altare minus ad perpetuam rei memoriam dependent; Addidit vero idem Pontifex commemoratis vexillis, gladium & pileum utrumque auro & gemmis pretiosum adjuncto insigni valdeque memorabili titulo, quo Helvetios, ut dictum est, Defensores, & Protectores libertatis Ecclesiæ nominavit.

166 *Pfifferorum inter Helvetios insignis Familia.*

Cæterum inter alios † Helveticæ nationis insigni virtute, & belli gloria præstantes viros, extimulante calamum, grati animi ardore, tacitus præterire hic non possum, præclaros illos tres Heroas, summa tum pietate, tum animi fortitudine pollentes, fratres Germanos nempe DD. *Ludovicum*, *Iodocum* piæ memoriæ ac *Rudolphum*, qui adhuc maxima Reipublicæ utilitate & summa cum gloria superstes est *Pfifferos Lucernates*, magnos olim, cum illic studiis humanioribus Anno 1581. operam darem benefactores meos, quorum ille ætate prior *Ludovicus* Reipubl. ejusdem Prætor Helveticarumque copiarum in Gallia, dum vixit, Imperator fuit laudatissimus; Militaverat enim idem à primis annis patriæ gentis more, Galliarum Regibus tanta virtute, ut mox ex cohortis præfecto summus Helveticorum belli Dux evaserit, & tribus contra Hugonotas confectis felicissime præliis immortale nomen consecutus fuerit, maximæ, eo tempore cum apud Helvetios tum Gallos auctoritatis & nominis, Catholicæ fidei defensor acerrimus: Alter vero *Iodocus*, ob incredibilem animi lenitudinem, pietatem, liberalitatem, aliasque Heroicas virtutes adeo charus omnibus extitit, ut post adeptum belligerando Capitaneatus honorem, cum aliquot annis eidem Reipubl. à consiliis fuisset, facile ad Præturæ dignitatem in viridi adhuc ætate magno omnium applausu evectus fuerit.

167 Tertius vero *Rudolphus* † invictæ virtutis Heros, prætactis fratribus suis, sive prudentiam sive liberalitatem, sive animi fortitudinem, sive militandi peritiam, aliasque omnis generis virtutes respicias, neutiquam inferior, imo in hoc etiam pietate superior, quod Anno 1583. divino incensus ardore, *Sepulchri Christi* Servatoris nostri Hierosolymis, ac *D. Virginis Catharinæ* in monte *Sinai*, fana summo cum periculo, invisere non dubitaverit, ibidem etiam equestri insignitus dignitate, quem inde redeuntem ego panegyrica gratulatione, quæ typis extat excusa, singulari omnium lætitia excepi, additis, ad prædictos ejusdem fratres singulatim Encomiasticis acclamationibus, quarum ultimam generatim ad omnes simul effusam, quin gratæ recordationis ergo hic subjungam, temperare mihi haud queo. Ea vero acclamatio ita habet.

Acclamatio Poetica, in laudem nobilissimorum Fratrum Ludovici, Iodoci & Rudolphi Pfifferorum, ab Auctore ante aliquot annos decantata.

Ecqua latet regio Helvetici circum ultima regni?
Et quisquam locus est, quem non clarissima stirpis
Laus Pfifferiadum *virtusque & gloria factis*
Egregiis, fama celebri, atque insignibus ausis
Complexit? meritu ò stemma per æthera notum;
Multa meo virtus animo, multusque recursat
Gentis honos, hærent infixaque pectore facta;
Dicam equidem, dudum virtus pulcherrima vestra,
Helvetiam transgressa, animos æquavit Olympi.
Quo rapis heu fessos virtus, & quo æmula tendis?
Jam tandem ô quantum se tollit gloria vestra
Cassidis? & quanto se nunc sublimius effert?
Quum caput ante alios tanto Rudolphus *honore*
Exerit, atq; nova pietate extendere famam
Haud dubitat, dum per maris (ô memorabile factum)
Difficilesque vias, terraque pericula tanta,
Eximio nuper Christi *succensus amore,*
Invisit Solymam, *Sanctum, loca Sancta, situ pulchrum,*
O stirps, ô famæ merito pars maxima nostræ,
Semper honore meo, semper celebrabere dictis,
Pergite tres fratres *patriæ tria lumina terræ,*
Imperium terris, famam conjungere cælo,
Helvetium æternos transmittite nomen in annos,
Et Musas redamasse juvet, Phœbique Clientes.

Sed hæc à proposito argumento aliena quod adduxerim, extra materiam, factæ digressionis veniam dabit lector benevolus, qui gratiæ referendæ studium nunquam culpandum ipse mecum sentiet. Ad propositas igitur Civitatum distinctiones pedem referamus.

168 *Civitates tertii generis.*

Tertio reperiuntur † quædam Civitates, non minus de libertate participantes, quæ mixtæ sunt conditionis, & in rebus nonnullis, Civitatum Imperialium privilegiis & immunitatibus fruuntur, in quibusdam autem Principibus subsunt, quæ olim quidem immediate Imperio subjectæ, & in matricula, inter membra immediata & Status Imperii numeratæ fuerunt, hodie autem non amplius Imperio simpliciter, sed aliis inferioribus Principibus, certis pactis & conditionibus aliqualiter parent, multa tamen ex iis Privilegiis & Regalibus, quæ olim tanquam Imperiales Civitates Statusque Imperii, aut ex peculiari indulto Cæsareo, vel etiam præscriptione habuerunt, adhuc retinent, de quibus loquitur Rulan. *de Commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 47.* ubi scribit plurimas in Germania Civitates reperiri, quæ licet Principibus subesse videan-

videantur, maxima tamen ab Imperatoribus privilegia concessa habeant, ut in certum sit qua parte prævaleant. Andr. Knich. *volitat. Apologet. num. 145.* Ita Matth. Stephan. *part. 2. lib. 1. cap. 1. num. 22. de Jurisdict.* ait Hamburgum esse † partim Civitatem Imperialem & partim municipalem quatenus Ducibus Holsatiæ subjecta est. 169

170 Ex eodem etiam † genere esse Rostochium testatur Reg. Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. num. 84.* ubi dicit, eandem præter alia Regalia, una cum ipsis Principibus Megopolitanis æqualiter adhuc hodie excellens & ad majora Regalia pertinens Jus condendæ & conservandæ Academiæ habere, idque non minus Civitati, quam ipsis Principibus competere.

171 De Civitate † Brunsuicensi testatur idem Stephan. *d. cap. 1. n. 23.* ex parte Civitatem esse Imperialem & ex parte municipalem, & sic certo respectu Ducem Brunosuicensem recognoscere, quo de superioribus annis acerrime inter Illustriss. Ducem Henricum Julium ac Civitatem armis decertatum esse, notorium est.

De Goslaria ibidem *nu. 25.* dicit eam & Imperialem & municipalem ac Duci Brunsuicensi subjectam esse. Adstipulatur Paul. Matth. Wehner. *pract. observ. verb.* Freystatt/ ubi scribit Civitates quasdam Imperii esse plane liberas & immediate Imperio subjectas,
172 ut Argentina, Norinberga, Ulma, † quasdam vero sub Imperii tantum tutela existere, quæ tamen alicui se Principi submiserint, ut Wetzlaria, Erphordia, Mulhusia, Lemgovia, certis scilicet pactis ac conditionibus.

173 De hujusmodi † ergo Civitatibus ancipitis indolis *An libero & absq; præscitu Principum quibus aliquo tenus subjectæ sunt, se in alterius fidem atque tuitionem conferre possint*, non immerito dubitatur.

Civitates mixtæ certis conditionibus Principi parentes in reliquis vero liberæ quatenus absque superioris sui præscitu alienæ protectioni se submittere queant.

Et remotis ambagibus nos in proposita quæstione distinctionem adhibendam esse censemus.

Aut enim ejuscemodi civitates etiam quoad regalia subjectæ sunt Principi, ita ut ille in iisdem Jus habeat affigendi mandata, ipsisque statuta præscribendi, nec illæ vocantur ad Comitia, nec in Imperii matricula reperiuntur, sed & insignia Principis in portis habent, vocantque Dominum Erbherrn/ Matt. Steph. *de jurisd. 2. p. 1. c. 7. n. 248.* Cothman. *cons. 57. n. 45. vol. 2.* & ille
174 eos Liebe Getrewen/ & insuper Principi suo ut Landesfürsten/ fidelitatis juramentum mediatæ subjectionis indicium præstant: Tilem. de Benig. *Synt. 4. dec. 1. vot. 10. num. 28.* Ejusdem legibus, monitis & statutis parent, Pacian. *lib. 2. probat. cap. 35.* Raudens. *respons. 2. n. 241.* Marta. *de Jurisdict. p. 4. cent. 2. cas. 137. num. 10.* Et de his Civitatibus judicandum est, idem quod *infra* de aliis subditis decidimus, eos nempe inscio & inconsulto suo
175 Principe haud posse Protectorem adsciscere, † qui enim exhibet juramentum subjectionis, is propria confessione & quidem jurata se subditum constituit, perinde ac in eo, qui confitetur se teneri pro aliquo Bald. *in l. 2. n. 36. vers. sed ego. C. de servi. & aqua.* Meisner. *Tom. 1. lib. 2. decis. 4. n. 122.* Thom. Mich. *de Jurisd. conclus. 37.* Knich. *de Jur. Territ. cap. 3. n. 238.* Gail. *de Arrest. cap. 7.* Rudinger. *2. obs. 30.* Coler. *consil. 56. num. 60.* Cothman. *respons. Academ. consil. 47. n. 38.* Menoch. *retin. Rem. 3. n. 579.* Natta *cons. 636. n. 65.* Asinius *de Execut. §. 9. c. 5. n. 2.* Alban. *cons. 64. n. 13.* Assessores Camerales referentes *Act. in caus.* Ortenburg / *contra*
176 Beyern *fol. 465.* † ubi subjectionem probari ex libris territorialibus Landschafftbüchern evincitur in ter-
177 minis terminantibus. † Nulla siquidem major probatio, quam proprii oris confessio, infringit quascunque probationes, in contrarium per ipsos confitentes factas, efficitque cessare præsumptiones Juris, ac de Jure, tollitque vires rei judicatæ Parisius *consil. 121. num. 31. p. 1.* Decian. *resp. 40. n. 44. vol. 1.* ubi ostendit per confessionem, loca esse sub territorio sita, Jurisdictionem probari. Quare si Jurisdictio & subjectio probatur, eo quod quis Dominus vocatur, & quod ut talis à subditis honoratur & subditi mandatis suis obediunt ex Innoc. Petra *de fideicomm. q. 12. n. 409.*
178 † nec non Princeps sibi præjudicat profitendo aliquem subditum suum, † quanto fortius quis sua confessione 179 jugulandus, qui se Jurisjurandi religione subditum profitetur & constituit? arg. quæ tradit Raud. *resp. 3. n. 97. lib. 2.* quique palam subditos Landsassen suis sub, & inscriptionibus Dominum Landsfürsten indigitant.

Responsio distinctiva. Primi membri resolutio.

Et hanc decisionem quo ad ejusmodi Civitates, quod non possint inscio Domino sese alterius protectioni subjicere in terminis sequitur Rutger. Ruland. *de commiss. part. 4. lib. 2. c. 3. n. 14. per l. illicitas §. ne sua. potentiores ff. de offic. præsid.* Boer. *decis. 304. n. 6.* Rol. à Valle *cons. 29. n. 6. vol. 1.* & *cons. 18. n. 28. vol. 3.* Natta *cons. 160. n. 28. & 309. n. 3.* Et sic notatum in causa Erfurdiensi, eam Civitatem inscio Moguntino non potuisse se subjicere protectioni Ducis Saxoniæ.

Ratio decisionis in membro primo posita.

180 Aut vero prædictæ Civitates † certis tantum conditionibus ac pactis principi cuidam parent, ac eundem superiorem agnoscunt; in cæteris autem extra pacta conventa sua placide fruuntur libertate: & de his contrarium concludimus, idemque jus, quoad Patroni seu Protectoris electionem, eas habere censemus, quod aliis superioribus Imperialibus Civitatibus competere diximus.

Alterius membri resolutio.

181 Ratio est, † quod ejusmodi Civitates alicui, certis pactis subjectæ, in cæteris liberæ censeantur, ut præter Gail. in scripta retulit Reg. Sixtin. *d. c. 4. n. 91.* ubi ait in his mixtis Civitatibus bene observandum esse, † 182 quod eædem, quatenus liberæ sunt, & Regalia habent, privatorum loco non habeantur, ubi etiam eleganter dicta Gailii hac de re loquentis explicat.

Ratio dictæ Resolutionis.

Et pro allata à nobis decisione faciunt tradita per Rutg. Ruland. *d. cap. 4. num. 47. in fin.* ubi eadem distinctione quoad Jus Archivi Civitatibus competens utitur, ac concludit non obstantibus ejusmodi pactis libertatem earum in reliquis prævalere.

Præterea in hanc sententiam nuncupatim in terminis descendere videtur Andr. Gall. *lib. 2. obs. 54. num. 10.* ubi in hac materia protectionis & clientelæ singulariter observandum esse admonet, † castrum vel Civita- 183 tem certis pactis vel conditionibus alicui principi, vel alteri Civitati subjectam, solum subditam censeri quo ad illa pacta, & expressas conditiones, in reliquis vero liberam permanere, per *l. 2. ff. de Jur. immun. & l. non dubito §. liber autem populus ff. de capt. & postlim. revers.* & textus plures *ibi per eund.* Gail. adductos. Eandem distinctionis partem non ineleganter firmare nititur Waremb. ab Erenberg. seu quisquis author ille sit medicam. pro fæder. *lib. 2. c. 1. n. 41.* ubi clare scribit, † 184 quod licet Civitates non habentes Jura Imperii & regalia ex privilegio, consuetudine aut præscriptione non possint fœdus contrahere, eas tamen committere se posse protectioni potentiorum, cui nominatim etiam subscribit Herman. Goechus. *inter Arum. de Jur. publ. discurs. 28. concl. 31.* Faciunt in corroborationem ejusdem decisionis adnotata Mysing. *cons. 13. n. 10.* cujus hæc sunt verba:

185 *Sunt*, inquit † de Civitatibus loquens, *quæ non recognoscunt superiorem, ut Civitates Imperiales, nisi Imperatorem* (quis enim non recognoscat superiorem? scribit alicubi Oldendorp. *in Classib.*) *& hæ si habent regalia, tunc sicut statuta ita & consuetudines inducere possunt. Sunt quæ recognoscunt, ut oppida principum, non tamen subsunt principi, nisi cum certis pactis, sicque habent propriam Jurisdictionem & alia Jura publica*:

blica: & *ha possunt inter se statuta facere civium utilitatem concernentia, l. prohibere 3. §. 1. ff. de muner. & honor. l. Magistratus 25. ff. ad Municipal. l. quod semel 3. ff. de decret. ab ord. fac. l. item eorum 6. in princ. ibi lex Municipii. ff. quod cujusque univers. nom.* etiam sine consensu principis si non respiciant Jus Domini uti concludunt per text *in ca. 1. de constitut. in 6. c. venientes 19. ext. de jurejur.* Panormit. *in c. quod clericis 9. n. 45. de foro compet.* Matth. Coler. *de process. execut. p. 1. c. 3. n. 12. 13. 14.* Bocer. *de Regal. c. 2. n. 62. & 65.* Ant. de Petra. *de potest. princ. c. 8. n. 7.* Eman. Soarez *commun. opin. verb. Statuta n. 178.* Bart. *in l. omnes populi n. 4.* & Bolognet. *n. 74. ff. de Justit. & Jur.* Asinius *de Execut. §. 4. c. 4. n. 6.* Heig. *par. 1. quæst. 23. n. 33.* Henric. Bruning. *de Jur. universit. conclus. 51.* Dauth. *de Testam. tit. de hered. instit. n. 300.* Mantica *Lucubrat. Vatican. lib. 4. tit. 8. n. 9.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 2. c. 2. n. 54.*

Cum ergo Protectorum susceptio non concernat Jus Principis, cui aliis sub pactis subsunt, sed potius propriam salutem respiciat, consequitur ipsis liberum esse Advocatum tutelarem cooptare atque asciscere.

Sed his hactenus de Civitatum differentiis, fusius forte quam instituti operis series requirebat explicatis ac definitis, tempus est, ut ad resolutionem suspensæ de libertate assumendi Protectoris per Civitates Imperiales, quæstionis descendamus.

186 *Decisio Affirmativa quæstionis de Imperialibus Civitatibus supra sub n. 118. instituta.*

Adductis igitur ibidem dubitandi rationibus non attentis circa quæstionem propositam intrepide contra D. Hepingk decido, Civitates Imperiales (quæ nulli Principi, sed Imperio tantum immediate subsunt, & præter hanc libertatem etiam inter Status Imperii referuntur, non minus ac priores omni ex parte liberæ, quemadmodum in aliis Imperii Statibus dixi & conclusi) sponte sua nullo alterius requisito consensu sese protectioni alicujus potentioris Principis vel alterius Status, etiam absque præscitu Imperatoris committere posse.

Hanc autem decisionem inprimis nobiscum approbant Waremb. ab Erenb. *meditat. pro fœder. lib. 1. c. ult. n. 12. & lib. 2. c. 1. n. 42.* ubi diserte, quod minus est, scribit, licet Civitates † non habentes Regalia & Jura Imperii, ex privilegio, consuetudine aut præscriptione, non possint fœdus contrahere, eas tamen alterius se posse clientelæ submittere, ergo multo magis id possunt Civitates Imperiales Jura Imperii habentes; Quod ipsum nominatim etiam ex Menoch. *consil. 31. n. 3. 26. & 30.* & d. Erenberg. *2. de fœd. 2. in not. marg. ad p. 191.* confirmat D. Lud. Myler. Comit. Oeting. Cancellarius *disput. de Advocat. thesi 4. lib. B*, ubi notat Adhærentiam †, ad bonum initam finem, atque in pace publica conservanda fundatam sine Imper. consensu facere posse, Civitates istas, id quod eleganter etiam demonstrat Thom. Mich. *de Jurisd. concl. 44. lit. G*, ubi tradit Imperiales † Civitates de consuetudine Germaniæ Jus superioritatis in numerum Statuum cooptatione, quæsitum habere Thuan. *Histor. lib. 7. p. 762.* ubi testatur Civitates † pleraque Imperiales, obtentis ab Impp. privilegiis & immunitatibus Episcoporum (quorum singulos † singulæ olim Civitates habuerunt in tantum, ut etiam hodie nullus locus, si Episcopum non habeat pro Civitate haberi Italiæ consuetudine receptum sit Panorm. *in c. 1. de Priv. & excess. prælat.*) Jurisdictionem ad se traxisse Petra *de potest. princ. p. 40. n. 23.* ubi scribit Civitates quæ alii non subsunt de consuetudine hodierna provinciam constituere Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. ca. 13. num. 55.* Arum. *disc. Acad. 28. conclus. 30. tom. 1*, ubi memorat in quo potentia Civitatum Imperialium, qua ex Cæsareis, qua ex præscriptione acquisitis, privilegiis tantopere crevit, de illis non aliter ac de ipsis principibus judicandum esse Gail. *2. obser. 57. n. 7.* unde etiam concludit easdem habere iciendorum † fœderum potestatem Paurm. *de jurisd. lib. 2. c. n. 33.* Jus Archivi Rutland. *de commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. nu. 21. 22.* & nobilia Imperii membra vocari Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. n. 79.* Bruning. *de var. spec. univers. conclus. 20. lit. A. & B. & conclus. 21.* ubi plura superioritatis & Regalia Jura, Civitatibus Imperialibus competentia enarrat. Nominatim etiam eandem hanc sententiam tuetur Jacob. Synzius *disp. de Jure protect. thesi 9.* experientiam pro autoritate allegans, ubi his etiam Collegia † libera Freye Reichsstifften/ & ordines Equestres, accenset, hisque sua sponte nulla habita alterius voluntate clientela n pacisci posse asserit.

188

Deinde roboratur hæc decisio, quod omnis † Civitas, quæ plenam sola & in solidum habet rerum ac ditionum suarum administrationem, alterius, in faciendo aliquo actu consensum requirere non teneatur, uti consulendo decidit Natta. *Respons. 408. incip. quod Principes n. 2. in fin.* Guil. Rodom. *Tract. de reb. Eccles. non alien. sub rubr. de casib. in quib. fit alien. rer. Eccles. num. 19.* Sed ejusmodi esse Civitates Imperiales, ex *supradictis* satis constat.

189

Præterea hæc decisio ex eo etiam † verificatur, quod Civitates Imperiales vel expresso Cæsarum privilegio, vel præscriptione, hominum memoriam excedente, Cravett. *consil. 54. n. 14.* Roland. à Vall. *cons. 3. num. 28.* vim & effectum privilegii ex certa scientia concessi obtinente, Jacob. Intrigliol. *de feud. q. 9. n. 49. & seq.* Jurisdictionem, quam olim Imperatores per Præfectos Imperiales vulgo Reichs Vögt/ explicare solebant, Munster. *in Helvetia*, Josias Simler *de Republ. Helvetior. lib. 1.* in urbibus suis, tam quoad causas, quam personas quæsitam habeant, eandemque Juris reddendi, quam Principes, Prælati, Comites & Barones in provinciis suis potestatem obtineant, hoc ipsum nuncupatim stabiliente Bald. *in rubr. ff. de rer. divis. n. 19. & l. 1. n. 22. C. de hered. vel act. vend. & l. 2. n. 8. C. de sentent. quæ sine cert. quant. & d. l. receptitia nu. 3. C. de constit. pecun.* cui ex neotericis fulcimentum porrigunt Gail. *2. obs. pract. 57. n. 7. & lib. 1. de pace publ. c. 6. n. 11.* Pruckman. *in rubr. quæ sint reg. c. 4. n. 38.* Rol. à Valle *cons. 29. n. 20. vol. 1.* Tob. Paurm. *de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. ca. ult. n. 17.* Herman. Volt. *de feud. c. 5. n. 4. lib. 1.* ubi plures authoritates cumulatim in id congessit.

190

Quarto hujusmodi Civitates † ex communi Dd. sententia, in suo districtu & territorio Jura Principis habent & vicem Principis obtinent, per text. *in l. 1.* Regner. Sixtin. *de regalib. c. 4. n. 74. lib. 1. prohibere §. plane, cum §. seq. ff. quod vi aut clam.* Joan. de Imol. *in l. infames n. 8.* & *ibidem* Bartol. *n. 14. ff. de publ. judic.* ubi dicit, Civitatem liberam tantum posse in suo populo, quantum Imperatorem in Imperio. Panorm. *in c. quæ in Ecclesiarum n. 6. de constit. & consil. 20. n. 1. vol. 2.* Contard. *in l. 1. limit. 22. n. 12. C. si de moment. possess. fuer. appell.* Alexand. *in l. 4. n. 24. ff. de re jud.* Hinc non inconcinne post Bald. Dec. Corne. & Paris. *consil. 18. n. 184. vol. 1.* scripsit, potestatem Civitatum Regalibus utentium in dubium vocare esse revangare mundum, † Thom. Mich. *de jurisd. Thesi 44. in fin.* ubi constanter defendit, in numerũ Statuum cooptatione, usu venire, quod civitates liberæ Imperiales, quæ inter Status Imperii receptæ, & libera in Civitatem ejusque subditos jurisdictione donatæ seu præditæ sunt, non minus in sua Civitate quam Principes in suis ditionibus Jura Principis habere intelligantur, cum Status Imperii nomen non magis inane atque Principis esse debeat, tradente Bald. *tract. de schismat. in princ. num. 10.* Decian. *consil. 40. n. 21. vol. 4.* quamvis hoc Principibus auditu injucundum sit. His adde Afflict. *decis. Neapol. 361. n. 5.* dicen-

dicentem Civitatem liberam pro obtinenda pace privatorum bona auferre posse, allegat Bald. & Angel. *in l. bene à Zenone C. de quadrien. praescript.* Bal. *cons. 407. n. 6 vol 3. incip lata fuit sententia* Dec. *cons. 520. n. 3. & cons. 4. n. 2 incip. pro tenuitate cons. 534. n. 2. incip. procedendo breviter* ubi communem dicit, quod de Civitate non recognoscente superiorem sit judicandum sicut de Principe. Idem *cons. 317. n. 3. incip. in causa magnifici & cons. 351. n. 1. incip. Viso puncto.* Jas. *in l. Barbarius n. 27. cum seq.* quem de hac materia latius discurrentem videre libeat.

Quibus omnibus probe consideratis Patrocinium subire potentioris Regis, Principis, vel alterius Status, Civitatibus liberis, & Imperialibus aeque ac aliis absolutae potestatis personis permissum esse judico.

Non obstant autem Decisioni huic quae *supra circa init.* propositae quaestionis, per dubitandi rationes inducta sunt.

Etsi enim quod primo loco allatum est, D. Hepingk diversum sentiat, quia tamen nullas opinionis suae rationes affert, ejus sententiam nullis seu Argumentorum seu auctoritatum firmamentis stabilitam, approbandam non esse censeo.

191 Quamvis enim † in confirmationem assertionis suae, textus *Ordinat. pacis publicae de Anno 1548. & Recess. Comit. Anno 1555. Augustae habit.* adducat, iis tamen intentionem suam minime probat. Quia textus illi per subsequentia restringuntur (ad causam, ne scilicet illa receptio intuitu Religionis, attractionis vel alia illicita ex causa fiat, aliter enim si verba illa, es soll auch kein Stand dem andern / etc. in schutz nehmen / ita crude ut sonant, & prima fronte prae se ferunt, accipienda essent, omnis inter Status Imperii protectionis conventio prohibita foret, cujus contrarium *in Cap. I.* multis argumentis evicimus, ubi etiam hos ipsos Recessus Advocatiarum nullam prohibitionem inducere ostendi.

Ad verba autem, ohn ihrer Obrigkeit Wissen und Willen, quod attinet, illa non de Civitatibus Imperialibus vel aliis immediatis, qui praeter Caesarem & Imperium nullum superiorem recognoscunt, sed de subditis sive mediatis, qui praeter summum Principem intermedium Magistratum cujus voluntatem in constituendo protectore explorare, eique parere tenentur, intelligenda sunt, quemadmodum *infra* ex peculiari hac de re instituta quaestione plenissime benevolus Lector intelliget.

Et tanto minus quidem praedicti Dn. Hepingk sententia amplectenda est, quod idem etiam *in conclusione 28. lit. B.* aperte defendat, Civitates Imperiales in pro-192 tectionem alios recipere posse, easque in suo † territorio ea potestate pollere, qua Imperator in Imperio, ex traditione Ruland. *de commiss. lib. 1. c. 6. n. 6. & lib. 3. cap. fin. n. 17. & 21.* Scip. Gentil. *de Jurisd. lib. 3. cap. 22.* Paurmaist. *2. de Jurisd. cap. ult.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 4. n. 81.* Bocer. *de Jurisd. cap. 2. n. 81.* Gail. *2. obs. 57. n. 7. & d. PP. 1. c. 6. n. 11. & de Arrest. cap. 1. nu. 9.* quod tamen alii Juris Interpretes ad Civitates solum Italiae referendum esse contendunt, ut enucleate docuit Andr. Knich *in velitat. Apologet. n. 33.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 13. in notis lit B.* ubi palam scribit, Gailium axioma illud ad Civitates Imperiales trahentem errare, & DD. ab eo allegatos de Civitatibus de facto, privilegio aut consuetudine, Jura illa exercentibus, aut superiorem non recognoscentibus loqui, cui etiam suffragari videtur, qua ad Civitates Imperiales, qua ad alios Imperii Germanici Status, D. Besold. *de Appell. c. 3. sub. n. 20.* ubi scribit Enuntiatum illud vulgo vulgatum Duces, Marchiones, Comites, Barones, &c. in suis Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus ac Baroniis idem posse, quod Princeps Jure Romano, vel Imperator in Imperio, bene convenire Ducibus Florentiae, Urbini, Mantuae, aliisque similibus nostratibus vero, Principibus, aliisve Germaniae Ordinibus, inter quos etiam Imperii Civitates connumerantur, minime attribuendum esse, id quod etiam observavit Tob. Paurmaist. *de Jurisd. lib. 2. c. ult. n. 2.* ubi tradit, id quod dicitur, Civitates tantum in urbibus suis & subjectis sibi populis a territorio posse, quantum Imperator in Imperio, vel generaliter Jura Principis habere, captionem esse ex parte ad infinitum, quia id quod aliquatenus vel secundum quid, vel quodammodo recte dicitur, quasi ἁπλῶς omnino & in totum pronuntiatum dicatur.

Etsi vero dirimere hanc Litem non sit instituti nostri, existimamus tamen, salva allegatorum DD. auctoritate, sententiam illam (qua adulatores aulici, qui Placentiam iter instituunt, hodie pessime abutuntur) locum duntaxat habere in Juribus territorialibus non in Juribus Imperialibus, quae Imperatori tanquam Capiti in signum supremae superioritatis & Majestatis reservata sunt, quae Jura licet magnam habeant cum illis affinitatem & similitudinem tamen non sunt eadem & paria, idroq; assertum dogma, Juris similitudine tantum, quo ad concessa in privilegiis, vel usu longaevo acquisita, non vero potestatis paritate & plenitudine quo ad ea quae in privilegiis non continentur, vel non praescripta probantur, procedit per doctrinam Natt. *cons. 381 n. 29 in fin.* Dn. Menoch. *cons. 151. n. 15.* Bocer. *de Collect. c. 4. n. 6.*

Hinc est quod licet Sereniss. Domus Austriaca, (ex 193 qua † à Rudolpho I. Comite Habspurg. usque ad modernum Invictiss. Ferdinand. II. duodecim Imperatores, nempe praedictus laudatissimus, *1. Rudolphus I.* Anno 1273. *2. Albertus* Rudolphi Imper. filius Anno 1298. *3. Fridericus III.* Alberti Imper. filius Anno 1313. *4. Albertus II.* Alberti IV. Archiducis filius Anno 1438. *5. Fridericus IV.* Ernesti Archid. filius An. 1440. *6. Maximilianus I.* Friderici Imp. filius An. 1486. *7. Carolus V.* Philippi Regis Hisp. filius An. 1519. *8. Ferdinandus I.* Caroli Imp. frater 1531. *9. Maximilianus II.* Ferd. Imp. filius 1562. *10. Rudolphus II.* Maximiliani Imp. filius An. 1576. *11. Matthias I.* Rudolph. Imp. frater An 1612. *12. Ferdinandus II.* Caroli Archid. filius, 1616. summa Dei Opt. Max. providentia electi, prodierunt) omnes alios † Principes etiam Electores, concessis sibi privilegiis & praerogativis singularibus & amplissimis praecellat, qualia sunt Jus propria auctoritate vectigalia † instituendi Comites Barones nobiles creandi, spurios legitimandi, insignia conferendi & alia hujusmodi faciendi, non tamen Marchionatus vel alterius Principatus dignitate aliquem ornandi, insigniendi, nec etiam Comites Palatinos creandi facultas data est, quae tamen Caesari competit, & est de ejus reservatis.

Sed ad propositum redeundo, cum ut dictum est, praenominatus D. Hepingk ultro civitatibus Imperialibus potestatem † suscipiendi alios in clientelam (ut 194 quod majus est, atque ex doctrina D. Menoch. *arb. Jud. quae. cas. 338. n. 3* principibus tantum, vel, Jura Principum obtinentibus concessum esse pronuntiat) permissam esse statuat iisdem etiam submittendi sese aliorum defensioni, quod minus, & Jure naturali indultum esse videtur, licentiam adimendam esse, praeter rationem concludit.

Non obstat insuper decisioni nostrae, quod secundo loco, arguendo à potestate foederis contrahendi ad licentiam protectionis paciscendi, objectum fuit, Civitates nempe Imperiales cum aliis sese, absq; praescitu ac consensu Imperatoris, confoederare, non posse.

Quia

Quia in primis respondetur Argumentum illud negative sumptum, ubi in prima decidendi ratione auctoritate Erenberg. dictum fuit, non procedere.

Quin & hoc non attento, aliter ad idem argumentum responderi potest opinionem nempe illam de prohibita confœderatione exaudiendam † & intelligendam esse de iis, qui subditi sunt & mediate Imperio subsunt, ad tradita per Wahrem. ab Erenberg. *lib. 2. de fœder. c. 1. n. 42. & 44.* uti etiam de Civitatib. Jurium Imperii expertib. quæ nullo superioritatis Jure gaudent, & loco privatorum sunt *l. eum qui vectig. 16. ff. de verb. signif. glos. ibid. in verb. habentur* Gœdd. *l. inter 17. n. 17. ff. eod tit. l. nihil interest 15. ff. ad SC. Macedon.* nominatim hanc declarationem elicit Camman. *de Regal. disp. 5. thes. 84.* tradens privatos, & Civitates illas, quæ adhuc loco privatorum sunt, fœdera illicite contrahere. Secus vero est in civitatibus & Statibus liberis Imperio Romano immediate subjectis argum. *Ord. Cam. p. 2. T. 9. §.* So jemand *versic.* uber dem Beschedigten/ *ibi* sein Freund und Helffer / Gail. *1. de pace publ. c. 16. n. 14. in fin* Camman. *d. disp. thes. 85.* Eleganter & solide Killinger. *de Ganerb. Castror. disc 15. n. 28.* Buxdorff. *ad aur. Bull. thes. 98. lit. H.* ubi prohibitionem confœderationis non admittunt, in Imperii Statibus propter singularia Jura & privilegia eorum, quorum respectu, non Principum solum, sed & Civitatum Imperialium & earum quæ liberæ dicuntur, potentia adeo crevit, ut eos habere majestatis † Jura inficias ire nemo possit, ex sententia Bartoli *in l. infamem de publ. Judic.* quem catervatim sequuntur IC. & approbat peritissimus Dominus Gail. *lib. 2. obs. 57. n. 7.* ideo fit, ut non aliter de his Civitatibus (quemadmodum *supra* diximus) ac de ipso Principe ac Cæsare sit judicandum. Rebuff. *in l. eum, qui de verb. sign.* Scipio Gentil. *de Jurisd. l. 3. c. 22.* adeoq; dubitandum non est illis licere † etiam inconsulto Cæsare confœderationes ejusmodi, maxime quæ pacis publicæ & securitatis causa fiunt, inter se ferire, per text. express. *Aur. Bull. Carol. IV. tit. 15.* von zusammen verbindung. §. doch außgenommen/ Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 2. C. c 2. n. 13. & n. 128.* ubi dicit, vigore hujus textus manifeste concessa esse fœdera in pace publica fundata Mynsing. *cent. 6. obs. 2. n. 10.* Gerlac. Buxdorff. *dissert. ad. 17. c. prior. Aur. Bull. concl. 98. lit. b.* Accedit Menoch. *cons. 32. n. 3. & 4. & 27.* ubi expresse, cohærentiam absque Imper. consensu pro rerum defensione fieri posse adseverat. Hinc Anno 1553. in Judicio Cameræ Imp. fœdus inter Episcopos † Herbipolensem & Bambergens. Civitatem Norinberg. Statusq; Francici circuli adversus Marchionem Albertum initum pro licito judicatum fuit, tametsi dictus Marchio hoc ipsum fœdus tanquam illicitam conspirationem contra se factam in Camera graviter impugnasset, Mynsing. *d. obs. 2. n. 10.*

Sic quoq; in Recess. † Imp. de An. 1529. §. und als im Abscheid/ &c. fœdus illud, quod Suevici Circuli Ordines, pro pace publica contra seditiosos rusticos inter se pepigerant pro valido ac licito habitum fuit.

197 Etenim fœdera & pacta ejusmodi, quæ ad licitum † & bonum finem ad conservationem scil. salutis & incolumitatis publicæ ordinantur, etiam absq; specialis veniæ impetratione licita & permissa sunt, uti pervenuste docent Myns. *d. obs. 2. n. 4. & 5.* Ægid. Boss. *tract. de crim. læs. majest. n. 23. & seq.* Schrad. *tract. feud part. 10. sect. 10. n. 26.* Warem. ab Erenb. *lib. 2. c. 2. n. 128.* ubi dicit, huic sententiæ etiam subscribere authorem *Specul. Saxon. lib. 2. art. 1.* Prosp. Farinac. *pract. crimin. tom. 4. quæst. 113. n. 37. & n. 157.* Cravet. *cons. 4. n. 14. & seq.* Bart. Bertazzol. *cons. 57. n. 17. in crim. lib. 1.*

Sic Anno 1567. propria authoritate se confœderarunt Comites quidam ac Barones C. S. ob mutuam suam suorumq; defensionem, nec I[mp]eratore nec quo[...] vis alio contradicente, ut testatur [Kil]ling. *de Ganerb. Castror. discurs. 15.* in quo & *n. 41. & seq.* Cæsareis diplomatib. ostendit Marchiones Comites, Barones Nobiles ac Civitates Imperiales, [...]sq; Imperii Status immediatos etiam ante auream Bu[llam] [...]m fœdera ineundi Jus habuisse, idque pro necessaria [i]mmedietatis consequentia habitum fuisse.

198 Excipiendus tamen in istis † e[x] [con]fœderationibus est Imperator, qui per se in omnibu[s ...]uramentis intelligitur exceptus, tali vel simili cl[a]usula daß die Röm. Keys. Mayest. allerdings außgen[om]men / unnd derselbe aller gebührender Gehorsam vorbe[ha]lten seyn soll / vel, mit außnahm und vorbehalt der jen[ig]en Pflichten/damit man der Röm. Key. Mey. derer ma[n a]llerunderthenigsten Gehorsam zu leisten schuldig / zu ab[br]uch oder nachtheil nicht gemeint / noch verstanden wer[de]n sol / &c. ad quæ omnia conferunt notata Bald. *in [...]. lect. 2. de Judic.* Menoch. *cons. 31. n. 27. & 30.* Wes[em]b. *cons. 48. n. 23. & 30.* Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 7. n. 77* Petr. Gregor. Tolos. *lib. 23. de Repub. c. 3. n. 8.* Los[aeus] *de Jur. univers. part. 1. c. 2. n. 72.*

199 Sic Jure etiam † Saxonico cautu[m] [e]st, ut Principes & Barones volentes inire fœdus se[m]per debeant excipere Imperatorem & Imperium Ro[m]anum *art. 1.* Lands recht *lib. 2.* Atque ita eo Jure perm[i]ssum videtur principibus Imperatorem pro superior[e] recognoscentibus etiam non requisito consensu vel a[u]thoritate Imperatoris fœdus inire.

Et aliquot ejusmodi fœdera quo Imperium & Imperator excepti sunt inter Imperii Principes citra Imperatoris consensum, contracta memo[r]at Matt. Cuno *lib. 1. de pact. c. 24. ante n. 160.* eaq; Jure cōmuni non improbari, sed valida esse notat Alvarot. *c. 1. §. conventiuncul. de pac. Jur. firm.* &, est text. *c. sane 16. q. 7. & gloss. c. si quis clericor. 11. q. 1.* † ubi habetur expresse, quod con- 200 fœderationes super re licita licitæ censeantur.

Quod idem argumento à contrario sensu desumpto pulchre deduci potest per text. *in l. 1. §. 1. ff. de colleg. illic.*

201 Contra Principem vero aut † superiorem nulla valet confœderatio ab inferiore Principe vel Civitate inita, Bald. *l. 1. in fin princip. vers. juxta hoc quæritur. ff. quod quisque Jur.* † Quinimo confœderationem aut li- 202 gam contra Imperatorem faciens, incidit in crimen læsæ majestatis *l. 1. C. ut armor. us. lib. 11.* Matt. Laud. *de confœd. quæst. 20.* Mynsing. *resp. 44. n. 6. decad. 6* Bux- 203 torff. *d. dissert. concl. 98. lit. L. in fin.* †. Et Princeps infe- 204 rior faciens ligam contra superiorem potest privari omnibus feudis, Bald. *l. liberi C. de inoffic. testam.* Afflict. *d. c. 1. §. conventiunculas de pac. Juram. firm.*

Vasalli non ab ipso Imperatore, sed mediate ab alio Principe, ditiones, civitatem, aut pagum in feudum tenentes, an absque consensu dominorum suorum se, vel subditos suos feudales, alterius protectioni committere possint.

Et hæc confœderatio contra † Imperatorem superiorem facta censetur eo ipso, quod quis confœderationem init, cum inimico, hoste aut rebelle Imperatoris vel superioris, Mart. Laudens. *in d. tract. de confœd. princ. q. 26.* Gigas *in tr. de crim. læs. maj. part. ult. q. antepen.*

Sed his ita de Principum, Marchionum, Comitum, Baronum, Nobilium, ac liberarum Civitatum potestate, in asciscendo Protectore, expeditis, illud hoc loco simultanea explicatione non est indignum. † *Quid de* 205 *vasallis Principum, qui non ab ipso Imperatore, sed mediate ab alio Principe, vel Statu Imperii ditiones civitates, seu pagos in feudum tenent, dicendum sit, an & hi absque præscitu ac consensu Dominorum suorum se, vel subditos suos feudales in alterius protectionem committere possint.*

Et sane cum † ad vasallos non directo seu proprie- 206 tario, sed usufructuario potius Jure bona feudalia una cum subditis pertineant, non videntur sine licentia *Negativa.* imme-

immediati superioris, cujus beneficio ea possident, alienum protectorem suscipere posse.

207 Ususfructuarius enim dicitur † Procurator legis, & non potest proprietario, in re usufructuaria servitutem constituere, ut notavit Lud. Rom. *sing. 160. incip. Procurat. potest*, per text. singular. *in l.3.§. sed enim usufruct. ff. de itinere, actuq. privat.* quem refert & sequitur Arnol. de Reyger *in suo repert. verb. usufructuar. n. 211.* eamq; ob causam, quod usufructuario non conceditur rei usufructuariæ servitutem imponere, ut est text. *in l. sed si his in fin. ff. de usufruct.* idem veritate Juris inspecta † affirmandum esse videtur de vasallo, ut servitutem rei in feudum sibi concessæ imponere nequeat. † Servitute enim libertatem prædii imminui, communis est interpretum traditio *in rubr. ff. de servit.* Ita ut Bart. *ibid.* servitutem definierit jus, quo unius prædii jus minuitur alterius augetur; Qui autem rem minuit eam utique haud meliorem reddit, sed deteriorem. Herm. Vult. *de feud. c. 10. n. 40. lib. 1.*

Ratio dubitandi pro Negativa I.

208

209

210 Cum igitur vasallus usufructuario † comparetur per text. *in c. 1. §. fi. ex quib. caus. feud. amittat.* Bald. *in c. 1. §. hoc. quoq; n. 9. de success. feud.* Schrad. *de feud. p. 8. c. 8. n. 5.* Cannet. *in c. volentes §. & quia stat firma regula sect. 40. n. 25.* Guilhel. de Perno *in 4. notab. n. 58. v. ius tamen feud. &c. post summ conf. 22.* Socin. *cons. 165. col. fin. vol. 2.* Curt. Jun. *cons. 127.* † pariter Jus Advocatiæ sit quædam Ecclesiæ servitus tradente Panorm. *in c. 2. n. 9. de jur. patron.* unde servitutib. comparatur, & ex earum Jure æstimatur, Hostiens. *eod. tit. n. 5.* Panorm. *post gloss. in c. 1. n. 7. c. 2. n. 9. eod.* Bald. *in l. 2. n. 8. cum seq. C. de servit. & aqua.* Consequitur ergo vasallum talem servitutem feudo non posse imponere, & consequenter nullam in eo Advocatiam constituere.

211

212 Deinde pervulgatam habemus † Juris regulam, quæ vult quod ea, quæ in præjudicium alicujus cedunt absque ejus consensu fieri non possint arg. *§. fin. ibi dominorum Inst. de his qui sunt sui. l. fi. unus 27. § pacta. v. ante omnia ff. de pactis, l. debitorum cum ibi notat. ab Alex. n. 2.* Wesenb. *tit. C. de pact. n. 4.* Rol. à Vall. *cons. 29. n. 6. vol. 1.* faciunt notata Thom. Mich. *de jurisd. thes. 128. lit. e.*

II. Dubitandi Ratio.

213 At vero superioris principis seu Domini, † infeudantis, magnum in constituta sibi à vasallo, in rebus feudalibus, Advocatia interresse ac præjudicium versari, inde patet, quia si vasallus potentiorem assumat sibi Advocatum, periculum est, ne is paulatim occasione susceptæ Advocatiæ feudum Domino ac vasallo penitus eripiat, & sic Dominus feudum prorsus amittat: cujus rei exempla forte non desunt; consequenter igitur consideratione periculi hujus contingibilis, conditio feudi deterior reddi videtur, † posse autem vasallum meliorem, minime vero deteriorem feudi qualitatem efficere recepti Juris est, docetq; text. *in c. 1. § a contrario vers. meliorem namq; de investitur. de re alien. fact.* Vult. *de feud. d. c. 10. n. 39.* Ad quæ etiam vide quæ *paulo inferius in hoc ipso Capite* de subditorum potestate in Patronis adsciscendis latissime disseruimus.

214

215 Tertio defendi hæc opinio ex eo quoq; posse videtur, quod vasallus feudum non alia conditione, quam feudali, & donec illa durat, possideat, eleganter Rosenth. *synop. feud. c. 10. concl. 41. n. 60.* † & eo finito eadem illud qualitate qua accepit restituere teneatur, prout ex communi feudistarum sententia tradit idem Rosenth. *d. c. 10, concl. 45. n. 38.*

III. Dubitandi Ratio.

216

217 Si autem vasallus in feudo suscepto constituat Advocatiam, illud alterare & onerare videtur, per ea quæ *inferius in hoc capite* circa quæstionem de vere subditis non valentibus protectioni se alterius submittere absq; Dominorum suorum consensu ac permissione, fuse in hanc rem inducta sunt.

218 Quarto auctoritatem huic † assertioni dare potest, quod non solum vasallus appellatione subditorũ quoq; veniat, juxta Bart. Socin. *cons. 272. n. 11. v. item in dicto. vol. 2.* Et facit quod Card. Zabarell. inquit, *in clem. 2. vers. deniq; n. 7. de sentent. & re jud.* † quod quilibet Dominus feudi quantumvis vilis & rusticus super rebus ab ipso infeudum dependentibus habeat ordinariam Jurisdictionem per *c. imperialem. §. contrahentes de probib. feud. alien. per Frid.* quin vasallus æquiparetur liberto *gloss. fin. l solo C. de lib. causa gloss. in. vers. salva reverentia, de milite vasall. qui contumax.* † Sed etiam ipsi subditi vasallatici quodammodo etiam Domini seu Principis infeudantis subditi sunt, ut tradit Rosenth. *c. 10. concl. 33. n. 56.* Bart. *in l. Claudius n. 2. ff. qui potior. in pignor.* & voluit hoc Isern. *in §. illud quoq; n. 62. de probib. feud. alien. per Frid.* Afflict. *ibid. n. 2. & 16.* & Balzar. *n. 13.* Alciat. *in l. Modestin. n. 6 ff. de verb. signif.* Molin. *consuetud. Parisiens tit. 1. §. 1. gloss. 6. n. 1. & 2.*

IV. Dubitandi Ratio.

219

220

At vero subditos non posse absque scitu & consensu Dominorum suorum Protectores suscipere solidissimis fundamentis & rationib. *infr.* in peculiari hac de re mota quæst. de subditis examinata evincimus.

221 Quamvis autem † adductæ hactenus rationes & argumenta pro negativa opinione primo intuitu, ad eam asserendam multum ponderis habere videantur, re tamen accuratius perspecta affirmativæ decisionis patrocinium suscipere, nullus dubito.

Decisio Affirmativa.

Primo enim id evidens est, Pactum illud seu conventionem inter vasallum ac protectorem de eodem defendendo, initam, non esse pactum feudale, nec quoquo modo feudi naturam immutare, ut per se patet. At vero ad pacta † vasallorum, quib. non mutatur natura feudi assensum domini nequaquam requiri, docet Tiraq. *in præfat. de retract. lignag. n. 151.* Jac. de S. Georg. *in Invest. feudal. in verbo. Et cum pacto n. 16. & seq.* Alex. *in l. si domus §. fin. ff. de legat. 1.* Bald. *in c. 1. in princ. vers. quaro an inter de probib. feud. alien. per Frid.* Quibus addo Schurff. *cent. 2. cons. 53. n. 3.* ubi tenet, transactionem † fieri posse à vasallo super ipso etiam Feudo, quando illud apud vasallum remanet, nec possessio transfertur, quanto magis igitur absq; assensu Domini ab eodem fieri potest pactio de protegendo, cum ea non ineatur de feudo, sed duntaxat de defensione, quæ ad feudum non pertinet, nec ejus naturam immutat, Jo. Wernh. Killing. *de Ganerb. Castror. discurs. 14. n. 20.*

Ratio decidendi Prima.

222 Deinde cum vasallus potestatem habeat per se de Jure suo utili tam agendo quam defendendo litigandi juxta text. expressum *in ca. si vasall. de benefic. si de feud. defunct. & c. 1. de contr. inter vasall. & & alium de benefic. & utrobiq; Dd.* † bona item fide cum adversario Domino etiam inconsulto transigere possit, dummodo feudum retineat. sic Bald. *in d. c. 1. de controvers. inter vasall. & alium de benef. n. 6.* Alvaro. *n. 3.* Afflict. *n. 7.* Balzar. *n. 10. & 13.* Curt. *de feud. part. 4. n. 69.* Borch. *c. 8. n. 44.* Mozz. *tit. fin. n. 140. & tit. de natur. feud. n. 74.* Schrader. *part. 8. c. 1. n. 44.* Schneidew. *de feud. p. 7. c. 1. n. 31. & seq.* Paris. *cons. 1. n. 134. vol. 1.* Jul. Clarus *§. feudum quæst. 38.* † Nec teneatur Domino litem denunciare teste eod. Bald. *in d. c. 1. de controvers. inter vasall. & al. n. 2.* ubi scribit, quod vasallus tanquam Procurator in rem suam à Domino factus de Jure suo agere & excipere possit, nec teneatur Domino litem motam denunciare nisi velit, quod & Molinæ. concedit *in consuet. Paris. §. 31. n. 27.* Rosenth. *de feud. c. 9. concl. 23. n. 10.* Rationi ergo consentaneum est eidem etiam permittere Protectionis suscipiendi potestatem, cum id minus præjudicet Domino feudali, quam prædicta, ut nominatim consuluit Schurff. *consil. 7. tom. 4. varior. IC. & Academ.* † aperto enim feudo Dominus Protectorem à vasallo constitutum in eo retinere potest, vel non.

Ratio decidendi II.

223

224

225

226 Præterea recepta est apud Feudorum † interpretes

Ratio decidendi III. tes sententia, quod vasallus tanquam perpetuus utilis Dominus, plus habeat potestatis in feudo sibi concesso, quam Prælatus in commissis sibi rebus Ecclesiæ, ita nuncupatim accumulatis aliorum auctoritatibus scribit Rosenth. *synops. feud. c. 5. concl. 65. n. 3.* Verum *hoc ipso in capite* multis rationibus demonstravimus Prælatum una cum suo conventu etiam Episcopi consensu non interveniente, Protectorem sibi suisq; assumere posse; ergo, arguendo à minori ad majus poterit etiam vasallus præter licentiam Domini sui Advocatum eligere, cum ejusmodi electio non concernat administrationem directi, sed utilis tantum Dominii, uti per se patet.

227 *Ratio decidendi IV.* Amplius si perpendamus † Jure vasallis licitum esse absque ullo caducitatis timore, pro defensione subditorum suorum etiam contra ipsum Dominum suum militem conducere, & sic præsente periculo defensionem sibi quærere, ut nominatim consulendo in terminis respondit graviss. IC. Jo. Fichard. *conf. 18. n. 15. 16. & 17. tom. 1.* & probatur *per l. 3. §. cum igitur ff. de vi & arm. vi & l. C. und. vi & utrobiq; Dd.* Schon. *disp. feud. 10. thes. 22.* Zas. *de feud. p. 10. n. 102.* Sonsb. *p. 12. n. 40. & p. 13. n. 6. v. fallit sext.* Thom. de Marin. *tit. 3. n. 28.* Mozz. *in tract. feud. tit. si ex quib. caus. feudum amit. n.*

228 *27. in fin.* ubi ait, quod & licet insidiari † domino pro defensione sua, & Isern. *in c. 1. n. 8. de vasall. milit. qui contumax est*, dicit posse vasallum à Domino spoliatum in continenti eundem vicissim deprædari, quod sequitur eod. loco Præpos. *n. 3.* Schenck *part. 12. n. 40.* Vasq. *quæst. illustr. c. 18. n. 3. 11. & 13.* & Mynsing. *comm. Inst. ad §. injur. n. 3. de leg. Aquil.* Quinimo integrum esse ei convocatis amicis & familiaribus Domino resistere nuncupatim decidit Matt. de Afflict. *in c. 1. §. fin. n. 14. v. quid autem in empt. de pace juram. firmand.* per not. Bart. *in l. devotum C. de metat. li. 12.* & in terminis sequitur Schrad. *p. 2. p. 9. sect. 9. n. 16. in princ.* & facit *l. prohibitum & ibid. Bart. 10. de jur. fisci lib. 10.* Quis igitur non ex vi consequentis concederet, id etiam ante eve-

229 nientem casum necessitatis securitatis gratia permitti, † cum juxta vulgatum axioma melius sit, in tempore prævenire, quam post vulneratam causam remedium quærere.

230 *Ratio decidendi ult.* Si deniq; Status vel Nobilis Imperii ab ipso Imperatore vel alio quocunq; Principe Catholico feudum habens, in eo religionem mutare potest sicut ipsa testatur experientia, & demonstrat Petr. Frid. Mindan. *lib. 1. de process. Cam. c. 32. per. totum*, cui assonat Zach. Viet. *in doctiss. sua disp. de caus. exempt. concl. 22 in scholiis ib.* adferens Jure proprio vasallum etiam in Feudalib. fundis Religionem, Politiam cæteraq; mutare posse, non attento Domini proprietatis permissu aut jussu, eo quod ista adhæreant personæ non glebæ, adde Thessaur. *inter decis. an Resp. pro vasallo n. 2.* Matt Steph. *lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 7. n. 474.* Gyl. *Symph. tom. 1. p. 1. tit. 3. voto. 12. & 13. n. 29.* Bidenb. *quæst. nobil. 4.* Knich. *Encyclop. c. 13.* Herm. Elai. Rosencorb. *in pract. for. c. 29. in fin.* Cur ergo non liceat vasallo pro se & subditis suis ut tutiores esse queant, etiam ignorante ac inconsulto Domino suo Advocatum tutelarem constituere.

Solutio contrariorum Argumentorum. Responsio ad I. dubitandi Rationem. His ita firmatis quamvis dissolutio eorum, quæ in fronte propositæ quæstionis in partem contrariam speciose injecta fuere, ex adductis decidendi rationibus facile elici possit, ad singula tamen nuncupatim etiam respondendo, dico in primis, ex comparatione illa vasalli ac usufructuarii, in prima dubitandi ratione allata, nihil solidi, ad roborandam diversam opinionem, existere, quia primum respondetur † vasallum non nudum, sed utilem dominum esse, & plus Juris in re feudali, quam usufructuarium in usufructu habere, ut testantur Alvar. *in c. 1. §. his conseq. n. 4. tit. hic finitur lex.* Borchol. *de feud. p. 2. c. 7. n. 91.* Rosenth. *c. 10. concl. 42. n. 38.* & alii ab his passim adducti; † ideoq; abusive tantum ac improprie dicitur usufructuarius, ac feudum ususfructus nuncupatur. Zas. *conf. 12. n. 28. cum seq. vol. 1.* Natt. *conf. 563. n. 22. & seq.* quos citat & sequitur And. Gail. *lib. 2. obs. 155. n. 5.* † Et hac in re feudum ab usufructu inter alia quoq; 233 differt, quod usufructuarius non possideat, rem fructuariam vere & civiliter, sed tantum naturaliter teneat *l. 12. in princ. l. 49. in princ. ff. de acquir. possess.*

Responsio alia. Deinde etiam dato Advocatiam esse servitutem (quia adducti ad hoc auctores loquuntur de Jure patronatus Ecclesiastico, à quo plurimum differt Advocatia) & inter Feudistas de servitutis impositione rei feudali controvertatur, tamen id nemo negat, † Jus servituti simile 234 à vasallo in feudo constitui posse, ut declarat Vult. *lib. 1. de feud. c. 10. n. 40.* Et sic text. *in c. 1. §. rei autem. ver. videndum de investitur. de re alien. facta*, explicatur. † Imo 235 ex sententia D. Henr. Rosenth. *synop. feud. c. 9. memb. 1. concl. 11. in princ.* apparet frequentius approbatum esse, posse vasallum servitutem prædialem feudo sine consensu Domini, & amissionis jactura ita imponere, ut ea tamdiu duret, ac ipse vasallus feudum tenet per text. *in d. c. 1. §. quid ergo de invest. de re alien. facta:* ubi communiter D. Isern. *n. 4.* Bald. *n. 3.* Afflict. *in prin. & n. 2.* Lauden. *n. 2.* Frid. Schenck. *n. 4.* hancq; comunem testatur Pinel, *in l. par. 3. n. 70. C. de bon. matern.* Clar. *§. feud. q. 36. n. 1.* Brun. *conf. 105. n. 4.* Petr. Beck. *de testa conjug. lib. 5. c. 23. n. 3.* Cujac. *tit. 9. lib. 2. de feud.* Ardiz. *in sua summa rubr. utr. concess. servit. vasall. feud. amit. 118.* Hannet. *lib. 5. de Jure feud. c. 5. v. sed nunquid vasall.* Schrad. *part. 8. c. 2. n. 49. limit. 9.* idque ad feudi naturalia retulit Mozz. *tit. de natur. feud. n. 33.* Thom. Marin. *tit. de feud. ex pact. & provid. antiq. n. 27.* Ferrarien. *in form libel. quo agitur ad revocat. feud. in verb. nec superstitib. n. 19.* Hartm. *tit. de feud. observ. 28. & obs. 35.* Cum ergo ex constitutione Protectoris super rebus feudalib. ac subditis, non res ipsa afficiatur, sed inducatur duntaxat obligatio eas res ac subditos defendendi jus protectionis magis debetur ex promissione, quam ex Juris constitutione, ideoq; feudo à vasallo transeunte item etiam extinguitur, ut hoc in casu locum habeat regula illa vulgata, † quod resoluto Jure datoris, re- 236 solvatur etiam jus acceptoris per *l. ex. vectig. ff. d. pignorib. & l. 3. §. sed & Marcell. ff de in diem addit.* Schneidew. *de feud. part. 4. n. 45.* Isern. *in c. 1. §. fin. n. 15. de contrav. invest.* Soarez. *in thesaur. commun. opin. lit. F. n. 105.*

237 *Responsio ad II. dubitandi Rationem.* Sic altera quoq; dubitandi † ratio facile submovetur distinctione regulæ de præjudicio allegatæ; non procedere illam concedi potest cum actus per se principaliter ac suapte natura alteri præjudicat, non autem cum per accidens, & contra naturam ac finem actus gesti, ex abusu, ac hominum malitia aliquod damnum ex actu illo provenit, & rarissime id contingit. At vero nemo sanæ mentis id dixerit, aut probaverit Advocatiæ inductionem per se aut sua natura causare allegatum invasionis periculum, quia ut fuse *in Cap. I. hujus commentarii* deductū est, protectoris susceptio ad hoc non est ordinata, ut protectorem fidei suæ commissam invadat, sed potius, ut eam sartam tectamq; conservet. Si autem præter rerum ordinem eveniat, ut is Advocatia abutatur, & res in defensionē susceptas per vim eripiat, id per accidens fit, & principaliter considerari minime solet.

Quare nequaquam conceditur Advocatiæ constitutione in rebus feudalibus, feudum fieri deterius, sed econtra id reddi melius ac securius inde patet, quod clientela eo fine, eamque ob causam constituatur, ut res feudales, ac subditi in majori securitate tutiores existant, quemadmodum late *in c. 10 de fin. Advocatiæ* deduximus, eo lectorem remittentes.

238 *Responsio ad III dubitandi rationem.* Per quæ etiam tertium † objectionis argumentum evanescit, cum ex prædictis constet, per Protectoris assumptionem rem non alterari, multo minus enervari, sed meliorem potius reddi.

Nihil

239 Nihil etiam subsidii ex † quarta dubitandi ratione contrariæ sententiæ affluere potest, quod de subjectione vasalli & ejusdem subditorum inductum fuit. Quia respondetur, Vasallos improprie & tantum respectu fidelitatis ac servitiorum subjectos esse domino feudi, alioquin autem respectu personæ & rerum, exceptis litibus feudalibus non Domino, sed vel Imperatori, vel ordinario loci subditos esse ut docet Rosenthal. *de feud, capit. 12. conclus. 12, numero 52.*

Responsio ad IV. dubitandi rationem.

240 Ea propter receptissimi quiq; Jurisconsulti † veraciter retulere dominum vasallo feudum, ejusque connexa Jurisdictiones, regalia, non cumulative sed privative concedere consuevisse, *c. Imperialem. §. fi. de prohib. feudal,* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 18. n. 5.* Marta *de jurisdict. p. 4. cas. 190. num. 5.* Curt *de feud. p. 1. q. 6.* Widenbach *quæst. nob. 8.* Dan. Moller. *4. semest. 46. n. 10.* Coler. *de process. execut. p. 2. c. 1. numero 141.* Hartm. Pistor. *quæst. 45. num. 15.* Schrader. *part 10. sect. 2. numero 1,* Rol. à Vall. *cons. 48. & 50. vol. 2. cons. 21. n. 10. vol. 4.* Decian. *cons. 35.* Cravett. *cons. 411. numero 18.* Berous *cons. 47. numero 8. vol. 1.* Gratus *cons. 90. numero. 86.* Surd. *cons. 152. numero 6. vol. 2.* Curt. Jun. *cons. 2. numer. 1.* Curt. Sen. *cons. 74. dub. 5.* Cacheran. *decis. 29. numero. 8. decis. 74. numero 24.* Grammat. *decis. 30 numero 11.* Thesaur. *decis. 132. nu. 2. & ibi subjecto resp. pro defens. vas. num. 1. &c.* Gallorum hinc satum veriverbium. *Quand le vasall, veille le Seigneur dort. Vivente & vigilante vasallo dominus obdormiscit,* ita ut dominus directus non habeat amplius facultatem exercendæ Jurisdictionis in terra infeudata. Petr. Ant. Petra *de Jur. quæs. cap. 1. n. 61.* ex Pancirol. *cons. 185.* Biretta *cons. 38.* Marcabr ab Anguil, *cons. 13. n. 185. & cons. 165. num. 6.* nec vim disponendi de rebus vasalli. *per cap. un de feud. dat. in vic. leg. commiss.* Menoch. *cent. 2. arbitr. c. 20. & lib. 3. præsumpt. 102. n. 16.* Brunus *cons. 169. lib. 2.* Natta *cons. 487. 580.* Matth. de Afflict. *decis. 291.* Franc. Marcus *decis. 91. n. 5.* aut sub vasallis aliquid statuendi, Marta *de Jurisdict. p. 4. cas. 190. num. 6.* Coler. *de process. p. 25. cap. 1. nu. 138.* Roland. à Vall. *cons. 48. num. 22. vol. 2. consil. 21. & consil. 63. numero 7. vol. 4.* Wesenbec. *consil. 95. numero 57.* Curt. Jun. *cons. 2. nu. 1,* Nevizan. *consil. 61. n. 12.* Brunus *consil. 23. 27. & 31.* Cacher. *consil. 9. num. 2. & 45. numer. 5.* Pancirol. *consil. 183.* Tessaur. *decis. 132.* quibus consonat Henric. Rosenthal. interpres feudalium consuetud. celeberrimus, scriptorumque nostri ævi in eo genere princeps *capit. 5. conclus. 78. numero 9. 10. & capit. 5. conclus. 5. itemque conclus. 69. litera H. circa fin.* *In mille Germaniæ locis,* ait, *videre licet, quod nobiles, & Comites vasalli Principum, etiam ratione feudorum quæ ab Electoribus aliisque Principibus tenent, immediate subsint Imperatori & Imperio, nec Domini feudorum ullam in eos Jurisdictionem exerceant,* tandemque concludit, constitutiones privilegiatas etiam respectu horum feudorum licet Vasalli in iis habitent, competere ex stylo Cameræ, modo aliunde, vasalli isti sint immediati, vel saltem in quasi possessione exemptionis.

241 Quod autem ad subditos vasalli attinet, proprie loquendo negatur, pariter eos subditos esse Domini feudalis, sed vero Domino suo, hoc est vasallo Principis investientis subjecti sunt, sicut est tex. *in §. illud, de prohib. feud. alienat. per Frid.* Raynaud. *ibidem n. 7. & §. firmiter num 23. eodem tit.* quia cum immediato nihil contraxit, Isern. *in d. §. illud numero 61.* Afflict. *ibidem numero 2. & alii* Belvis. Isern. & Laud. *in capit. prin. §. fin. de controvers. invest.* Curt. *de feud. p. 4. numero 89.* & dicit hanc veriorem Schrader. *part. 6. cap. nu. 51. vers. decimo quinto vasallus.* Bart. Socin, *consilio sexagesimo sexto, n. 4. lib. 3.* Brunus *consilio trigesimo secundo, num. 3.*

242 Et comprobatur ex eo, † quod sicut vasallus vasalli mei, meus vasallus non est, ita nec mei subditi subditus, sit meus subditus, per notata Specul. *§. quoniam tit de feud, vers. decimo quarto. quæro. n. 14.* Alvar. *in cap. imperial. §. illud quoque numero. 3.* Balzaran, *num. 11. & 13.* Præpos. *num. 1.* Raven, & alii *de prohib. feud. alien, per Frid.* Felin. *in ca. quæ in Ecclesiarum num. 69. de constitut.* Jason. *consilio 8. inter cons. Bruni numer. 53. & sequent.* Alex. *consilio 139. numer. 2. libro 5.* Cravett. *consilio 492. numer. 3. & 14. & consilio 859. numero 3. & 7. part. 7.* Pistor. *quæst. 45. libro 2. part. 2. numer. 8.* Wesenbec. *consil. 30 num. 14.* ubi alios allegat, Molin. *consuet. Paris. §. 1. gloss. 6. num. 1. & 2.* Menoch. *de arbitr. Jud. quæst. cent 2. cas. 200.* & plurimos accumulando Schrad. *part. 8. capit. 2. num. 25. & seq.* sicut neque socii mei socius, socius meus est, *l. nam socii. Digest. pro socio. l. si quis à libertis. §. si quis à libert. Digest. de agnoscend. liber. l. Modestinus 105. ff. de verb. signif.*

243 Et hoc amplius ita se habere † præter allegatas auctoritates ex eo manifestum est, quod tales subditi non præstent juramentum homagii Domino feudi, sed vasallo illius, tanquam vero suo Domino ut testatur Moz. *de substant. feudi numero 15.* Vultei. *libro prim. de feud. capit. 7. numer. 38.* & alii ab eo adducti.

Et hactenus de illis qui certo duntaxat respectu subsunt, hoc est de immediatis Imperii Statibus, nunc de aliis, qui simpliciter subditi existunt, & mediati vocantur, pariter dispiciendum est.

244 Peculiariter igitur in quæstionem vocatur, *An subditi, inconsulto Domino suo, seu magistratu ordinario, protectorem sibi aliquem asciscere, aliique Status eos in protectionem recipere possint.* Ob nemblich Underthanen / aus eygener Macht / unnd freyem Willen / ohn ersuchen / Erkandtnuß / unnd Consens ihren ordentlichen Herren unnd Oberkeit / ihnen ein Schutzherrn suchen / und andere Stände sie in Schutz annehmen mögen.

An subditi insalutato Domino, seu magistratu suo alterius sese protectioni committere jure possint.

De hac quæstione inter gravissimos sæculi nostri Jurisconsultos non convenire author est Springerus *de pace Religion. conclus. 44.* ubi eam, ne litem suam faciat, indiscussam relinquit. Nobis igitur de eadem paulo accuratius agendum erit.

Quæstio perplexa.

245 Et primo quidem non desunt, † ex interpretibus, qui simpliciter affirmare videntur, licere subditis, etiam inconsulto suo Domino in alterius protectionem sese committere. per text. *in cap. recepimus §. fin. de privileg.* & *ibi* Panormit. *numero 18 arg. l. ut vim. Digest. de justit. & jur. & tit. Codic. de domestic. & protector.* Idque maxime locum habere existimant, in iis, qui liberam rerum suarum administrationem habent. Sic enim consulendo respondit Hieronym. Schurff. *consil. 23. quod pro Erphordia reddidisse videtur n. 1. C. sequent. cent 3.* ubi decidit, quod communitates possint se dare in alicujus potentis Domini vicini protectionem, non obstante, quod sint sub aliquo Episcopo vel ordinariæ alterius potestati subditæ. Ejusdem auctoritate motus Domin. Andr. Gerhardus Consiliarius Saxonicus *in discurs. Domin. Arumæi select. quæst. 31. conclus. 8. in notis ibidem in princip.* sentire videtur, quod subditi, Civitates & communitates aliqualem rerum suarum administrationem habentes, non attento ordinario magistratu, principe, Comite, & cæt. superioris vel potentioris prote-

Sententia affirmativa.

Auctores affirmantis sententiæ.

ctioni

ctioni pro certa annua pensione se subjicere possint.

Et in hanc quoque sententiam inclinare videtur Matth. Stephan. *quaestion. ex Institut. Imperial. 25. centur. 1.* ubi nominatim decidit, subditos vel vasallos alterius protectioni se submittere posse. Quod ipsum etiam absolute tradit Jacob. Wernh. Kyslinger *de Ganerb. Castror. discurs. 14. numero. 14.* aiens Instituto Ganerbiorum Protectores quaerere non inconsultum esse, & facere id posse etiam eos, qui non sunt immediate summo Principi subjecti, sine dominorum consensu, cui accedere videtur Remigius Feschius *elegantiss. dissertat. de foeder. conclus. 23. in notis ad lit. F.* ubi praemissis nonnullis dubitandi rationibus, concludit, illis non obstantibus, etiam citra consensum dominorum Protectiones ejusmodi procedere, anneza tamen mox causa, *infra* à nobis *in 1. limitat.* adducta, id quod etiam cum Gailio affirmat, ac novissime publice defendit Herman. Goechusius sub praesidio Domini Joan. Gryphiandri Salanae Academiae Professoris *in disputat. seu discurs. Arumai. de Foederibus 28. conclus. 31. & 66.* Daniel Otho *de jure public. capite 11. §. foedus Clientelare.* ubi ad quaestionem An quis possit se in protectionem alterius Principis dare, non requisito Domini sui consensu, ut ipsi per hoc non praejudicet, affirmative respondet, per *Recess. Imper. de Anno 1555. §.* Es soll auch ꝛc.

In cujus opinionis confirmationem facere videtur textus clariss. *in l. metum 9. §. licet 8. Digest. de eo quod metus causa.* ubi licet etiam pecuniam & precium accipere, ut alius contra vim injustam defendatur, quem text. ad hoc notat *ibi* praeter alios Bald. quem sequitur multorum insignium authoritate stipatus Matth. Wesenbec. *consilio 48. numero 23. par. 1.* 246 † Ubi expresse dicit licere universitati protectionem ab alio, quam superiore quaerere, etiamsi alioquin sit sub aliquo Episcopo, ut contra injustam vim defendatur idque repetit *consilio 170. numero 15. par. 4.* Hancq; sententiam respondendo probavit Albert. Brun. *consil. feudal. 86. numero 2.* ubi Baldi authoritatem adducens asserit posse Civitatem absque superioris licentia alicui Domino sese submittere, qui eam tueatur ac regat. Quam opinionem dicit & modernos sequi *in ca. 1. §. conventiunculas de pace juram. firmanda.*

Quod ipsum nuncupatim in terminis admittit Regner. Sixtin. *inter consil. Marpurg. tom. 3. consilio 8. num. 104.* ubi testatur de Jure communi posse eos, qui sub magistratu aliquo sunt se defensionis ac protectionis causa subjicere aliis, addens id generali consuetudine in Imperio Romano receptum esse & multis exemplis id ostendi posse, & rursum *consilio 19. numero 145. eodem vol.* dicit non esse infrequens, ut se submittant alicui Principi, ut ab eo protegantur & defendantur, ad notat. Bald. *in c. 1. lect. 2. numero 9. de judic.* Menoch. *consilio 32. numero 4. vol. 1.* Henric. Brunnig. *de var. univers. specieb. Thesi. 16.* Curt. *consilio 286. n. 22. vol. 2.* Roland. à Valle *consilio 1. num. 45. & sequent. vol. 1.*

Et hanc ipsam sententiam de libertate constituendi protectoris approbare videtur novissime nobilis & doctissimus Jurisconsultus Warem. ab Ehrenberg. *meditam. pro foeder. libro 2. capit. 1. numero 42. & 43.* ubi rotunde scribit, licet Civitates non habentes Regalia, & Jura Imperii, ex privilegio, consuetudine, aut praescriptione non possint foedus contrahere, illas tamen haud dubie se posse committere protectioni potentiorum, si retineant proprium dominum: aperte *ibidem* asserens errare illos, qui id liberis tantum Civitatibus concessum esse autumant, 247 † cum defensionem quaerere omnibus permissum sit. Idemque praesupponit etiam Simon Pistor *consil. 19. vol. 1. post consil. Modest. Pistor.*

Fundamenta affirmativam sequentium Auctorum.

Illi autem Juris Interpretes, qui protectorum quaerendorum licentiam absque consensu Dominorum suorum subditis indulgere videntur, fundamenta inprimis desumunt, ex *d. cap. recepimus extra de privileg.* ubi summus Pontifex rescribit: † quod licet receptus quis fuerit in protectionem alicujus, eum non (I.) propterea esse exemptum à Jurisdictione sui Episcopi, 248 † nec consequenter juri protegendi annexam esse sub- 249 jectionem: Inde libertatem illam Protectoris asciscendi asserentes, inferunt † subditos absque praejudi- 250 cio Dominorum suorum se posse alterius Tutelae subjicere, eo quod per ejusmodi subjectionem Juri magistratus ordinarii, ut verba finalia ejusdem c. habent, nihil censeatur esse detractum, quod ipsum nuncupatim stabilivit Matth. Wesenbec. *d. consilio 48. numero 30. part.* asserens, non sequi quod per protectorem alterius Jurisdictio imminuatur, † cum 251 defensio sit facultatis naturalis plane à Jurisdictione separatae, nec imminuat Jurisdictionem alterius, eoque Episcopis subjecti possint ejusmodi protectionem sibi parare, per alleg. Schurff. *d. consil. 23. in princ.*

II. Deinde se fundant *in l. desertorem. §. fin. Digest. de re militar.* quam ad hoc allegat Gail. *libro 2. observ. 54. numero 4.* asserens, juribus illis expresse probari, inferiores posse se defensionis causa superioribus & potentioribus submittere, neque per illam submissionem Jurisdictioni ordinariae quicquam derogari, *per alleg. ibid.*

III. Praeterea in comprobationem suae assertionis adducunt *l. 1. Cod. de excusat. muner. libro 10. & tit. singular. Codic. de domest. & protector.* quarum Ll. textus ad hoc adducens Bart. *ad d. l. 1. numero 2.* † dicit, po- 252 sitos sub protectione alicujus non esse illi subjectos, nec recipientem in Tutelam habere Jurisdictionem in susceptos, sed teneri eos defendere cum armis, addens ibidem se in facti contingentia cum dubium circa capitula factae pacis cum Archiepiscopo Mediolanensi exortum esset, in verbis, *quod omnia castra occupata per Ubaldinos remaneant sub protectione & regimine ipsorum*, respondisse, per ista verba nullam ipsis competere Jurisdictionem.

Quarto idipsum comprobari aiunt auctoritate Jurisconsulti *in l. 3. ut vim. ff. de Justit. & Jure.* ubi defensio cuique permittitur.

IV. Neque vero rationum momenta, quibus praeter allegatas legum & canonum authoritates opinio eorum, de libera Advocatorum assumendorum potestate subditis permissa, firmari posse videtur deficiunt.

I. Dubitandi Ratio pro Affirmativa.

Nam primo pro iis † ut strenue militare videtur, 253 quod cum per susceptionem protectoris ordinario Domino non Modo nihil decedat, ceu praeter modo adductos nominatim testatur Bertaz. *consilio 511. in criminal. numero 36. lib. 2.* Raudens. *consilio vigesimo quinto, numero septuagesimo nono.* Tileman de Benig. *in Syntag. 1. dec. 2. vol. 8. numero 10.* sed etiam ipsis † subditis commodum, defensionis eventualis ut 254 qui praeter ordinarium magistratum alios etiam habeant, à quibus protegantur & defendantur per id accedat, libertas utique illa asciscendorum patronorum eis omnino permissa esse debet, per notat. Regner. Sixtin *inter consil. Marpurg. tom. 3. consilio 8. post numer. 107.* † Naturalis siquidem ratio & 255 aequitas flagitat & urget, ut, quod alicui non obest, & alteri prodest, id omnino permittendum sit, per text.

text. *in l. 2. §. quanquam Digest. de aq. pluv. arcend.* & *in l. rescripta Codic. de precib. Imperat. offerend. l. in creditore. Digest. de evictionib. gloss. in l. 2. in princ. ubi Iason numero 32. Digest. solut. matrimon.* Joann Petr. Surd. *consilio quadragesimo primo, numero* 5. *libro* 1. Menoch. *consilio* 14. *numero* 8. Andr. Khol. *de servit. feudal. part* 1. *tit.* 1 *numero* 158. *in fin.* Carot. *tract. de oblation. part.* 2. *quaest.* 32. *numero prim.*. Vinc. de Franc. *decis.* 183. *numero* 8. Petr. Heigius *quaest.* 28. *numero* 28. & *q.* 38. *numero* 47. *part.* 1.

Cum igitur electio seu assumptio Protectoris Domino nullum incommodum, subditis vero magnam utilitatem afferre possit, non videtur esse necessarius consensus.

256 Quod autem per protectionis Electionem, † à subditis factam proprio eorum Magistratui nihil decedat, inde manifestum evadit, quod protectio nihil juris ad Dominum spectantis, electo Advocato tribuat, per gloss. *in d. rubr. Cod. de domest. & protect. lib.* 12. & *text. in d. l. desertorem.* §. *fin. in fi. juncta gloss. Digest. de re mili-*
257 *tar.* † Sed subditi clientes in Tutelam alterius patroni recepti, nihilominus sub Jurisdictione ordinarii & proprii sui magistratus manent, cui in omnibus ut antea parere debent per text. à Gailio adductos 2. *obs.* 54. *num.* 3. & *sequent.*

258 Advocatiæ quippe Jus ordinarium † Magistratum in exercendis artibus Jurisdictionalibus non impedit, nec eidem in potestate sua quippiam derogat aut præjudicat, id quod infinitis Dd. allatis auctoritatibus *infra numero* 406. & *seq.* ubertim demonstravimus.

Protectio enim, ut *alibi* dictum est, hoc tantum
259 continet, ut in clientelam † ascitus defendatur armis, astruente Bart. *in proœm. Digest. in princ.* quem referendo sequitur Hieronim. Schurff. *d. consilio* 23. *cent. tert.* accedit Budæus *in l. Herennius. Digest. de Evict.*

260 Clientes enim & vasalli utcunque † dominos habent superiores, manent tamen liberi Gothofred.
261 *l.* 7. *de captiv. & postlimin. reversi.* † Cupiunt enim se suaque defendere, eamque ob causam conducunt auxilium potentioris, non ut amittant, sed ut retineant libertatem illibatam. Erenber. 1. *Fœder, capit.* 4. *num.* 14.

262 Deinde vero quod ex tali defensoris † cooptatione alienis subditis emolumentum accrescat, inde liquet, quod eveniente necessitate illi ipsi ut *supra* dictum est, de ampliori, eaque duplici habenda
263 protectione securiores esse possint. † Ordinarius siquidem respectu generalis Jurisdictionis & Jure magistratus; Bart. *in l. praecepit. numero* 2. *Codic. de Canon. lib.* 10. *p.* 8. & *l. animus numero* 13. *Cod. de sacrosanct. Eccles.* & est text. *in cap. fin. rector. dist.* 43. Brixiens.
264 *repert. p.* 2. *verb. subditus:* † alter vero respectu singularis contractus initi & Jure protectionis defendere & succurrere tenetur, per ea quæ *infra in hoc ipso capite* fusius tractantur.

265 Secundo ad hanc † ipsam sententiam firmandam facete videtur quod illicitæ non sint subditorum congregationes quæ fiunt etiam armata manu pro re propria recuperanda, vel Jure proprio tuendo, Bart. *l. prohibitum, numero* 3. *C. de Iure fisci libro* 10. & *l. devotum. Cod. de metat. libro* 12. Jas. *consilio* 20. *col. ult. in pr. lib.* 3. per text. *l. si quis inservit. in fin. ff. de furt.* Et sic etiam Ordinatio Cameræ *part.* 2. *tit.* 9. §. So jemand *circa fin.* permittit colligationes ad recuperandam rem contra pacem publicam ademptam, Mynsing. 6. *observat,* 1. *numero* 4. 5. 8. 9. ubi scribit si

II. Dubitandi Ratio.

quis se oppressum iri timeat, posse se cum aliis congregare ad defensionem in continenti peragendam.

Hinc spoliatus fortalitio sive castro suo ad † Civi-266 tatem confugere, & amicorum ac consanguineorum auxilium implorare potest. *gloss. l.* 3. §. *cum igitur. ff. de vi & vi armat.* Ang. *consilio* 376. *numero* 1. Aret. *l. clam. possidere. col.* 5. & ibi Jas. *col.* 3. *vers. limita istum, Digest. de acquir. possess.* Nevizan. *consilio* 82. *numero* 4. † Et li-267 citam esse congregationem amicorum ad occidendum rebellem & bannitum, qui civium bonis & vitæ insidiatur, respondit consulendo Ruin. *cons.* 1. *num.* 2. *lib.* 5. quem sequitur Menoch. *consil.* 8. *num.* 3. *vers. tertio movere.* † Eadem ratione congregationem pro defen-268 sione Civitatum fœdere conjunctarum approbavit Soc. Jun. *cons.* 63. *nu.* 66. *lib.* 3.

Tertio eidemmet sententiæ comprobandæ hæc etiam ratio inservire videtur. † Quod cura defensionis quærendæ, & defendere seu Jus defensionis sit Juris naturæ & gentium per text. *in l.* 3. *Digest. de just. & iure l. sed & partus* 12. §. 1 *ibi.* Nam cum liceat vim vi repellere. *Digest. quod metus causa l. si ex plagis* 52. §. 1. *ff. ad l. Aquil. l. is, qui aggressorem* 2, *Codic. ad l. Corn. de Sicar. l.* 1. §. *vim vi* 27. & *l.* 3. §. *cum igitur* 9. *ff. de vi & vi armat. textus in l. scientiam* 45. §. *qui cum aliter* 4. *ff. ad l. Aquil. l.* 1. §. *cum arietes. Digest. si quadrup. paup. fec. dic. cap. si vero de sent. excomm. & ca. significasti de homicid.*

III. Dubitandi Ratio. 269

Et hanc rationem communiter etiam tum profitendo tum consulendo approbavere Doctores *in d. l. ut vim* 3 Angel. *numero* 5. & 12. Hippol. de Marsil. *l.* 1. *in princ. Digest. ad l. Corn. de Sicar.* Petr. à Plac. *lib.* 1. *delict. capite* 28. Petr. Royz. *decis. lit.* 5. *numero* 76. Clar. *lib.* 5. *sentent.* §. *homicidium numero* 24. Wesenbec. *consilio* 48. *sub num.* 17. *versic. praeterea & illud constat,* † quibus 270 omnibus accedit etiam auctoritas Ovid. *lib.* 3. *de arte amandi,* dicentis,

Iudice me fraus est concessa repellere fraude,
Armaque in armatos sumere iura sinunt.

Idem tenet Cicero philosophus & orator summus, *libro* 1. *offic. & in orat. pro Milone.* † *Est enim,* inquit, 271 *haec Iudices non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti sed imbuti sumus, ut si vita nostra in aliquas insidias, si in vim in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendae salutis* † *silent enim le-* 272 *ges inter arma; nec se spectari iubent, cum ei, qui spectare velit ante iniusta poena luenda sit, quam iusta repetenda.* Hæc Cicero *pro Milone.*

Cum ergo Juris indubitati sit, † quod ea, quæ Ju-273 ris sunt naturalis nemini prohiberi possint, §. *sed naturalia* 11. *Instit. de iur. nat. gent. & civ. & ibidem* gloss. & Dd. item *l. final. ff. de cap. minut. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur.* sequunt Felin. *cap. quia in Ecclesiarum numero* 26. Archidiac. *in ca. Ius civile dist.* 1. post Dominicum & alios ab eod. allegatos Card. *consilio* 147. *incip. Dominus noster.* Hostiens. *in sua summa tit. de consuetud.* Silvester *in sua summa in verb. consuetudo numero* 14. unde & Bald. recte affirmat † defensionem à natura vel æquitate 274 concessam nunquam tolli posse. *in quaest. per eam disputata quae incipit statuto cavetur quod fenerator.* Consequens est subditis etiam non requisito superiore defensionem vicini potentioris quærere licere.

Quarto prædicta tertia ratio aliam † qua sustine-275 tur adhuc fortiorem habet quod nedum subditi defensionem quærere possint, sed etiam ex præscripto

IV. Dubitandi Ratio.

ſcripto Juris ad id obligentur. Juris enim receptiſſimi 276 eſt, † quemlibet uti ad vitam ita etiam ad res ſuas quibuscunque modis tam per ſeipſum quam alios tuendas & conſervandas teneri, Boer. *in tract. de cuſtodia clavium n. 45.* ubi dicit cuilibet permitti † de Jure ſuo ſumptu facere caſtra, turres, & fortalitia in ſuo absque licentia Principis pro tuitione ſui & rerum ſuarum per *text. in l. per provincias C. de ædif. privat. & in .. novum opus. ff. de oper. public.* & *ibid. gloſſ.* de qua re Mart. Vran. *conſilio 15. tom. 1. & ibi in addit. lit. G.* latius.

Quod ipſum etiam cum Paulo de Caſtro *in l. 3. ff. de Juſt. & Jur.* expreſſe ſtatuit Joan. Lignan. *in libro ſuo* quem inſcripſit *de bello.* & referendo ſequitur Mar. Sa- 277 lomon. *in repet d. l. ut vim. 3. n. 15.* ubi dicit, † eum qui ſe contra vim illatam non defendit cum poſſet, ſed ſe occidi patitur reum eſſe gehennæ, non minus quam ſi necem ſibimet ipſi conſciſceret. Nec ſine ratione ita ſtatuere videntur.

278 Nam cum nemo ſit membrorum † ſuorum Dominus *l. liber homo 13. in princ. ff. ad l. Aquil. 1. § ſed cum homo, de his qui dejecer l ſiquis. 6. §. fin. de pœn. l. 2. l. 3. C. ſi res alleg. pig. c. ſi. non licet 23. quæſt 5.* & apud D. Paul. *1. Corinth. 6.* οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν *non eſtis veſtri.* Ayrer. *de homicid. neceſſ. pat. 1 n. 398.* Valent. Franc. *de fidejuſſ. c. 3. n. 201. & ſeq.* Cuiac. *lib. 2. obſervat. c. 20.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 2. §. 9. num. 40.*

279 Et in ſe homicidium † quisque committere prohibeatur *l. omne delictum 6. §. qui ſe vulneravit. Digeſt. de re militar. l. ult. §. ſic autem. ff. d. bonis eor. qui ante ſentent. mort. ſibi conſciverunt.* Bald. *in l. 1. C. eod.* E- 280 leganter Bonifac. *in tract. de furt. §. 6. n. 42.* † Unde præceptum divinum, *non occides*, intelligendum eſt, ſcilicet nec te, nec alium: Vitam ſua quaſi culpa & propria negligentia, quam omni Jure omniumque gentium more & conſuetudine permittente tueri poteſt, amitte- 281 tere nullus debet. † Alioquin enim injuriam Deo & 282 ſuæ Civitati in qua vivit, inferret † dum contra voluntatem Dei de ſua quaſi ſtatione, in quam collocatus 283 eſt, diſcederet †: ejusque culpa, Reſpubl. civem, quo in 284 plurimis uti potuiſſet amitteret. † Homo enim non eſt ſui ipſius ſed Imperii vel Reipubl. *l. veluti. ff. de juſtitia. l. poſtliminium. §. 1. ff. de captivis.* Dionyſ. Gothofr. *prax. civil. libro 1. tit. 6. quæſt. libertat. ſuam quemad. quis poſſ. immin.*

285 Denique etiam delinqueret † contra charitatem qua quis obſtringitur erga ſeipſum, hoc ſcripto Diliges 286 proximum tuum ſicut teipſum. † includitur enim hoc præcepto non minus ſui ipſius dilectio quam proximi, & ideo qui ſe non defendit cum poteſt, contra præceptum charitatis peccat. Salomon *loco ſupra citat*, quem refert Georg. Obrecht. *de defenſ. neceſſ. cap. 1. nu. 29.* Expreſſim his adſtipulatur Joan. Gallicius *inter conſ. feud. conſil. 2. n. 111. in fine ibi & ideo peccat. qui ſe poteſt defendere, & non defendit*, adducens in id *cap. non inferrenda 24. quæſt. 3. & 4. ca. quanto cum gloſſ. ibid. de ſent. excomm.*

Et quod de tutela ſui ipſius adſeveratur, æque etiam ad rerum ac bonorum ſuorum conſervationem pertinet, 287 † cum res ſive patrimonium ſint quaſi ſecundus hominis ſanguis, & vitæ æquiparentur *in l. Advocati 14. ubi gloſſ. communi conſenſu approbata. verb. vitam. Codic. de Advocat. diverſor. Judic.* Bald. *in l. ſi tuis nummis Cod. de oper. libert. & in l. pen. Codic. de conſtit. pec.* Dd. 288 *in d. l. ut vim 3.* ubi Jaſon *num. 23.* & alii, † Et propterea paria cenſeantur inſidiari vitæ & inſidiari bonis, atque ita metus perditionis omnium bonorum æquiparetur metui mortis. *auth. quod mater. Codic. de revocand. donat.* Bart. *in l. pen. col. pen. de cond. ob. cauſ.* Menoch. *de arbitr. jud. qu. lib. 2. cent. 2. caſ. 110. nu. 6. & 135. n. ult.* Borcholt. *de feud. capit. 7. n. 43.* Tiraquell. *de nobilit. capit. 13. n. 364. & aliquot ſeq.* ubi plura notatu digna ea de re congeſſit.

Quod adeo verum eſt, † ut ſi res aliter defendi ac 289 conſervari non poſſint, invaſores interimere permiſſum ſit; per *text. in l. 1.* ubi Bald *num. 44.* Ang. *num. 5. Cod. unde vi*, text *in cap. olim de reſtitut. ſpol. text. in c. ſi perfodiens de homicid.* Angel. *in l. quoniam numero 3. Cod. ad l. Jul. de vi publ.* Dd. *in d l. ut vim* ubi Bart. *numero 6.* Bald. Angel. *num. 9.* Jaſon. *num. 23. Dec. n. 31.* Fortun. *numero 24.* Claud. de Seyſell. *in 1. lect. numero 41. & ſeq.* Joan. Bolog. *num. 66.* Covar. *in clem. 1. p. 3. §. unico numero 6. de homicid. gloſſ.* & Dd. *in l. furem* ubi Hippol. de Marſil. *num. 5.* Bart. *numero 2. ff. ad l. Cornel. de Sicar. gloſſ. in cap. 1. §. ſi quis hominem* ubi *Dd. de pac. tenend.* Chaſſanæ. *in conſuet.. Burg. rub. 1. §. 5. quæro quomodo num. 11.* Plot. *in repet. l. ſi quando n. 109.* Clar. *§. homicidium n. 25.* Joan. de Amic. *conſilio 77. num. 11.* Alex. de Nevo. *conſil. 38. per tot.* Seb. Med. *de caſib. fort. p. 1. quæſtio 8. num. 20.* Diac. *reg. 507.* Carrer. *in pr. crim. rubr. de homicid. §. 6. num. 29.* Petr. Duen. *reg 191.* Franc. Vivius. *lib. 2. com. opin. 85.* Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. libr. 1. rub. 13. numero 20. & 51.* Weſenbec. *conſil. 19. n. 5.*

Nec enim tenetur quis defenſionem † rerum quæ 290 ſibi propriæ ſunt, quibusque propria vita & ſtatus, dignitasque conſervatur pro alterius vita conſervanda omittere. Ita Covar. *in clem unic. part. 3. §. unico n. 6. verſ. quinto tenetur, de homicid.*

Quinto inſuper communi Dd. † calculo receptum 291 eſt, quod omnes confœderationes, atque ligæ ſuſceptæ, ſive ordinatæ ad defenſionem ſtatus & patrimonii, vel alium bonum finem, honeſtæ, atque licitæ, & conſequenter omnibus conceſſæ ſint, per text *in cap. ſane. 16. quæſt. 7. & l. 1. §. 1 Digeſt. de colleg. illic.* Bald. *in l. 1. § hujus ſtudii. col. pen. ff. de Juſt. & Jur.* Idem *conſilio 319. libro 2. & conſilio 425.* Angel. *conſ. 376. nu. 1. & conſ. 391. num. 1.* Jaſ. *conſ. 20. col ult. verſ. ſecundo pro abſoluto. lib. 2. & conſ. 86. n. 1. lib. 3.* Dec. *conſilio 356. num. 2.* And. de Iſern. *in c. 1. §. conventicul. de pac. juram. firmand.* Cardin Zabarell. *clement. paſtoralis notab. 7. de ſentent. & re jud.* Gemin. *c. conſtitutionem. col. 2. de verb. ſignif. lib. 6.* Corn. *conſ. 216. col. 2. lib. 3.* Cravett. *conſ. 4. n. 14. & 15. conſ. 18. n. 10. & conſ. 319. col. antepen.* Menoch. *conſ. 28. n. 12. l. non dubito. ff. de captiv. & poſtlim reverſ.*

V Dubitandi ratio.

Quod etiam expreſſe tenet Bart. *in extravag. ad reprimendum verb. occulte numero 2.* ubi dicit, † ligas 292 vel ſocietates, quæ hodie fiunt inter Civitates, vel Barones aut alios recognoſcentes ſuperiorem, ſi ad eorum defenſionem ordinentur, jure ſubſiſtere, quem allegat & ſequitur Mynſing *obſer. 2. numero 6. cent. 6.* ubi dicit cum defenſio tam rerum quam perſonarum ſit licita & Jure permiſſa, talem utique conſociationem ſive ligam impune quoque facere licere *arg. l. Gracchus 4. Codic. ad leg. Jul. de adult. & lege 1. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* War. ab. Erenb. *de fœder. libro. 2. capite 2. fol. 192.* Boſs. *t. de crim. læſ. majeſt. num. 23. & ſequent. & num 30.* Proſp. Farinac. *pract crim. part. 4. quæſt. 113. num. 38.* licitarum & permiſſarum confœderationum exemplum ponens in illis, quæ fiunt pro defenſione corporis & bonorum, recte laudans Jaſon *conſilio 86 numero 1. & ſequent. libro. 3.* & Roland à Valle *conſilio 1. numero 104. libro 1.* Bart. Bertazz. *conſilio ſeptuageſimo ſeptimo, numero 12. in crimin. libro 1.* Gerlac. Buxdorff. *in diſſert. ad 17. prior. Aur. Bull. Carol. IV. capit. concluſ. nonageſima octava, l. b.*

Non

293 Non impertinenter denique huc affertur, † quod iniquum censeatur liberis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem *l. 2. in fin. ff. si quis à parent. fuer. manumiss. l. dubium Codic. de contrahend. empt. l. post a de his quib. ut indignis.* Sonsbec. *in tr. feudal. part. 13. n. 101.* Hartman. Pistor. *quæst. 4. num. 24. & 45. & quæst. 13. n. 38. lib. 2.* Borcholt. *in tr. feud. c. 5. n. 41* Pruckman. *consilio 36. n. 51. libr. 1.*

Vltima dubitandi ratio.

294 † Cum in re sua quilibet sit moderator & arbiter *l. in re mandata. Cod. mandati. l. 2. Cod de his qui sunt sui vel alien. Jur.* Matth. Coler. *consilio. 4. numero 15.* Hartman Pistor. *quæst. 38. num. 50. lib. 2.*

295 † neque cuiquam vel agnationis vel cognationis vel alio quovis jure competat facultas impediendi alterum, quo minus de re sua pro libito disponat *l. dudum. C. de contrahend. empt. l. nec temere. Codic. de Jur deliber.*

Sed si subditis à magistratu potestas rerum suarum adversus vim & injuriam aliorum defendendarum adimeretur, utique liberam rerum suarum administrationem non haberent.

296 Verum his & similibus, quæ in speciem affirmativæ sententiæ copiosiori numero adduci possent non attentis, ad propositam quæstionem re altius considerata negative respondendum esse censeo, quod scilicet subditis, inscio aut invito Domino suo in protectionem alterius potentioris se dare nequaquam licitum sit.

Decisio Negativa.

Quæ decisio subsequentibus rationum munimentis, ac subjectis textibus, nec non Aureæ Bullæ, ac Recessuum Imperii testimoniis, Doctorumque auctoritatibus solide probatur.

297 Primum enim sicut non licet † Dominis subditos invitos alienare *per ca. unic. §. 1. in fin. 2. Feud. 55.* & tradunt aperte Cephal. *consilio 18. numero 23. libro 1.* Tap. *in l. final p. 2. cap. 9. numero 40. de constit. Princ.* Zas. *de feud. p. 7 numero 6.* Hotomann. *illustr. quæst. 1.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 9.* Thom. Michael. *de jurisd. conclus. 138.* Mantic. *in lucubration. Vatican. libro 13. tit. 17. numero 17.* Hartman. Pistor. *part. 3. quæst. 22.* Acac. Enenckel. *libro 2. de privileg. capite 5. numero 67.* Molinæ. *consuetud. Parisiens. tit. 1. gloss. 4. §. 3. num. 17.* Musculus *de confraterη. conclus. 20. & 21.* Theod. Reinkingk *de Regim. secul. & eccles. libro 1. class. 5. capit 9. numero 43.* Ita permissum non est subditis alienorum Dominorum auxilia quærere, ac superiore invito alienæ se tutelæ committere, tam quod Domini & subditi ad † paria, ac illi his ad vices reddendas teneantur *cap. 1. de forma in fin 22. quæst. 5.* Salicet *in l. 1. Cod. de Novat.* Roland. à Valle *consilio 18. numero 30. vol. 3.* Boer. *decis. 304. numero 5.*

Ratio decidendi I.

298 Subditi autem ad † Dominos, ut liberi ad parentes habere se debeant, Thom. Michael *de Jurisdict. conclus. 138. lit. B.* Tum quod illud quod in uno correlativorum dispositum est, censeatur etiam in altero dispositum esse, *l. final. in pr. Codic. de indict. vid. tollend.* & ibi Bart. & *in l. final. Digest. de acceptilat.* Bald. *in l. 1. C. de bon. matern.* maxime ubi aliquid dispositum est, in uno correlativorum digniore, uti est Magistratus, quo casu censetur etiam dispositum in minus digno, *gloss in Rubr. de reb. cred.* & ibi Bald. facit *l. quæritur. de Statu hom.* Matth. Boyss. *in addit. ad tract. Baptist. de S. Blasio c. 3. numero 7.* per Reinkingk *d. loco allegat.*

Ratio decidendi II.

Deinde si liceret subditis absque licentia magistratus sui alium Protectorem quærere non tenentur injuriarum id facientes,

299 † cum jure suo utens nullam committat injuriam *l. Proculus, Digest. de damn. inf. l. nullus videtur, & l. damnum. ff. de reg. jur.* Socin. *consilio 118. col. 3. vol. 1.* Cephal. *consilio 150. numero 25.*

300 † Verum subditi inscio aut invito Domino suo alterius protectioni se submittentes, non solum Dominum injuria afficiunt, *arg. l. 1. §. 2. ff. de injur.* Maul. *de homag. tit. 11. num 6.* & contumeliæ nomine Judicio pulsari possunt, quasi non sit ejus animi & potentiæ, ut se sibique subjectos tueri possit. Arum *in Aur. Bull. discurs. 6. conclus. 2.* Remig. Fetschius *dissert. de Fœder. conclus. 23. sub lit. E.* Georg. Gumpelzheimer *de Jure clientelar. c. 2.* Sed & Principes, Duces vel Comites, aut alii magistratus alienos subditos suæ protectioni inscio eorum magistratu & sine legitima causa suscipientes injuriarum convenire posse arguitur per *l. 1. §. 2.* ibi, omnemque injuriam aut ad corpus aut ad dignitatem aut ad infamiam pertinere. *ff. de injur.* testantur Petr. Frider. Mindan. *proces. Cameral. lib. 2. capit. 14. numero 11.* Lud. Gilhaus. *de injur. §. 5. numero 65.* Ziegler *d. conclus. 1. numero 90.* Adde quæ hanc in rem latius deducta sunt *in c. 17. de Actionib.*

301 Tertio sanciunt quoque jura † quod subditis in præjudicium superiorum suorum nullatenus liceat contrahere, aut moliri quippiam, ex quo iis præjudicium aliquod oriatur, *arg. §. fin. ibi Dominorum. Inst. de his qui sui. l. si unus. 27. §. pacta. vers. ante omnia. Digest. de pact. l. debitorum. 25. cum ibi notat. ab Alex. in primo notab. numero. 2.* Bald. & Wesenbec. *num. 4. Codic. de pact.* Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 8.* ubi scribit nihil esse quod magis Principum † animos commoveat, quam pacisci per vim cum subditis, refert Auctor *in actis pacificat. Coloniens. pagin. 283.* Decius *in l. 59. Digest. de re judicat.* idemque *consilio 117.* & idem nuncupatim asseruit Socin. Jun. *cons. 1. numero 66. vol.* Natta *consilio 160. numero 28. & consilio 309. numero 3.* Bald. *in l. debitorum Cod. de pact.* Rol. à Vall. *consilio 29. vol. 1. num. 6.* ubi tradit Civitates recognoscentes superiorem non posse aliquid statuere aut facere in præjudicium præeminentiæ superioris.

Ratio decidendi III.

302 Nam factum cuique suum nocere debet, nec unius conditio per alium deterior fieri potest *l. factum ff. de reg. jur. l. si cui. §. iisdem. ff. de accusat. ca. cum super de re judic. c. cum dilect. de fid. instrum.* Et cum hoc in quibuslibet aliis locum habeat, multo minus licet iis, qui alicujus jurisdictioni subjecti sunt, ei per suum factum, & alium defensorem suscipiendo obesse, & præjudicium parere *arg. l. nec ex vera Codic. de acquir. possess. & arg. cap. licet universis & ibi gloss. de testib.* Regner. Sixtin. *cons. Marpurg. vol. 3. consil. 8. n. 51. & 52.*

303 Sed negari non potest † ejusmodi protectionis pactionem concernere præjudicium veri Domini, cujus obedientia paulatim minuitur, & defensoris augetur, ut in terminis tradit Thom. Michael *de Jurisdict. conclus. 138. lit. C,* allegans in simili Zasium *consilio 7. numero 5. lib. 2.* M. Stephan. *de jurisdict. libr. 2. part. 2. cap. 2. numer. 132.* D. Hepingk *dissert. de Jure protect. conclus. 32. lit. E.* Pattmaist. *de jurisdict. lib. 2. capit. 9. numer. 19.* Paul Matth Wehner. von Veränderung der Regimenten *capit. 18.*

304 † Quamvis enim protectionis jus tenue existimetur & nihil cum superioritate respectu patroni, vel cum subjectione respectu clientum commune habeat,

305 † negari tamen non potest, tale id esse, ex quo constituti patroni, alia sibi paulatim in personis protegendis jura quærendi & usurpandi, ea scilicet existente occasionis commoditate, ut unum ex alio indies pullulet, ansam facile arripere possint,

306 † unde non leve ordinario magistratui præjudicium generari queat, velut recte perpenderunt Thom. Michael *d. conclus. 138. lit. c.* Paul. Matth. Wehner *d. cap. 18. in princip. metamorphos. rerumpubl.* maxime si hæredi-

hæreditarium illud sit, uti ante eos eleganter notavit Frider. Mindan. *process. Cam. lib. 2. c. 4. n. 4.*

307 *Ratio decidendi IV.* Quarto non minus certum est † subditos non consulto nec certificato ordinario magistratu, nullaque prævia causæ cognitione præhabita, vel alias necessitate non urgente alienum protectorem sibi deligentes, non modo inobedientiæ noxam incurrere, sed & obsequio atque reverentiæ superioribus ex lege divina debitæ collum subtrahere atque reluctari omnino videri, Alber. Gentil. *libro 1. de bello cap. 16.* Wesenb. *consilio 48. numero 7. & 8. p. 1.* Surd. *cons. 47. numero 25. & 32.* Rol. à Vall. *cons. 29. numero 6.* Alex. *cons. 94. incip. visis numero 4. vol. 5.* Bald. *cons. 135. vol. 3.* quod eleganter explicat Paul. Matth. Wehner. *in metamorphosi sua rerumpubl. de cap. 18.* hisce vulgaribus verbis, Wann die Unterthanen frembde Hülff und Schirm suchen/ ohne Ursach/und wider der Obrigkeit willen und Erkanntnuß/ gereichet solches zu schmälerung und verachtung der Obrigkeit. Es werden auch die Gemüther von einander abgewendet / der gebührlichen Reverentz und Ehrerbietung/ so der Obrigkeit in alle weg gebühret zuwider/und ist der Obrigkeit beschwerlich und schmählich/ daß in beschützung ihrer Unterthanen ein anderer soll vorgezogen werden / bevorab so ein erbliche Schirmsgerechtigkeit getroffen/ꝛc.

308 *Ratio decidendi V.* Quinto confirmatur hæc † decisio ex eo etiam quia subditi assumentes Protectorem inscio ac invito suo Domino repugnant voluntati ejusdem; at Juris est quod voluntati atque obsequio superiorum reluctantes voluntati & ordinationi Dei resistere dicantur. Paul. *ad Roman. c. 13* Augustin. *epist. 54. ad Macedon.*

309 Omnes enim alterius † potestati subjecti, tenentur parere & obedire ei cui subditi, tam Jure gentium *l. veluti, Digest. de Just. & Jur.* Bal. *l. cum lex col. 2. vers. ratio prædictorum. Digest. de fidejussorib.* Cephal. *consilio 461. n. 4.* quam Jure civili *l. 1. & 3. Digest. de legibus l. fin. ff. de decret. ab. ord. fac. l. non videntur. §. qui jussu. Digest. de reg. Jur.* Barbat. *consilio 3. num. 15. lib. 4.* Et canonico *cap. 2. ext. de major. & obedient. ca. omnis anima ext. de censib.* Hostiens. *in summ. tit. de off. ord. n. 2.* Hugo. *in tr. de off. quat. prælat. par. 5. de obed. infer. ad super. & rubr. sequent.*

310 Quinimo Jure naturæ † introductum est, inferiorem suo superiori & minorem majori obedientiam præstare debere ita D. Thom. de Aquin. *in secund. quæst. 104. articul. 1. in conclus. & articulo 6.* Rainer. de Pis. *in summa verb. obedientia capite, 5.* Et subditi non obedientes suo magistratui censentur eum spoliare quasi possessione Jurisdictionis Panormit. *in capit. olim versic. 5. de restitut. spoliat.* per text. *cap. fin. de off. Archid. & c. suborta ext. de re Jud.*

311 *Ratio decidendi VI.* Sexto generaliter † proditum est inferiorem non posse falcem imponere Juri vel interesse superioris *l. constiterit 4. Codic. fin. regund.* vel eidem in aliquo derogare *l. 3. in princ. ff. de alienation. Judicii mutand. l. nam Magistratum. ff. de arbitris, l. ille à quo. 4. § tempestivum. Digest. ad Trebell. l. non autem Magistratus. Digest. de Minorib. l. formam 2. Cod. de officio Præfect. Prætor. Orient.* Beccius *consilio 56. num. 18. ad fin. & seq.*

312 † Et ne populus quidem universus facere aliquid aut statuere potest in his quæ tangunt Ius superioris in grave ipsius præjudicium Bald. *l. 3. §. illud quoque n. 2. ff. quod quisque Juris.* And. Knich *de Sax. non provoc. Jure verb. Jus. c. 2. n. 63.*

313 Verum si inscio Domino † subditi cum alio potentiori ineant protectionis unionem, id absque præjudicio illius fieri nequaquam potest. ut accumulatis argumentis non ineleganter deduxit Petr. Frider. Mindan. *d. cap. 14. quæst. 1. per discursum* Thom. Michael. *d. disp. de Jurisdict. conclus. 138. lit. e.* Quia subditi ejusmodi Clientes, cum se niti sciunt, potentioris Advocati viribus auxiliaribus, cum jactura publicæ quietis, quæ tamen vel maxime promovenda est *l. 13. princ. de offic. præsid.* Adversus dominum sæpiuscule cristas erigunt, Arum. *ad A. B. disc. 6. c. 15. l. 2.*

314 Quare ejusmodi, † invito magistratu proprio factâ à subditis, cum potentioribus Patronis Advocatiæ conventio, dum illi ad ordinariæ Jurisdictionis excussionem & movendam contra proprium dominum Rebellionem, & detrectanda onera consueta, patrocinio abutuntur, nihil aliud, sapere videtur, quam occultam quandam adversus magistratum ordinarium conspirationem & confœderationem; *arg. c. constitut. §. cæterum de verb. signif. in 6.*

315 † Et publicis ejusmodi pactionibus subditi reddi videntur audaciores adversus dominos suos ordinarios quibus facilius resistent, adjuti protectorum auxilio id quod repugnat publicæ utilitati, considerat Menoch. *cons. 28. numero 9.*

Nam & ea de causa olim etiam alienos in protectionem recipere † Colonos invitis eorum Dominis haud licuit sed gravissime prohibitum fuit *Novell. 18. c. 14. & constit. Tiber. de divin. domib. c. 4.* ne scilicet magnatum clientela tutiores propriis Dominis audacius se opponere, iisque metum incutere possent: Id enim frequenter ii qui potestatis ac potentiæ ratione majores sunt, inferioribus facere solent, ut liquet ex textu *l. un. Cod. si. quacunque præd. potest.* Conspirantibus enim subditis cum potentiori Protectore, sæpe eorundem Domini compescere ipsos non possunt, per *tot. Odd. cons. 81. n. 36* Trentacinq. *Variar. resol. lib. 2. resol. 2. de postul. n. 1. usque ad n. 19.* Capit. *decis. 27 n. 34.* Jo. Petr. Fontan. *de pact. Nupt. claus. 4. p. 2. n. 86.* Atque hoc ipsum Imperator atque Imperii ordines dum ne adversus magistratum ordinarium in protectionem suscipiantur subditi toties in Imperii Recessibus repetierunt veluti, *in §. 10. R. A. 1529.* zu Speyer. *§. 26. in fine* R. A. 1541. zu Regenspurg. *§. 14.* R. A. 1544. zu Speyer. *§. 23* R. A. 1555. zu Augspurg auffgericht/ & *pr. §. in fin. Reys. Landfr.* Anno 1548. zu Augspurg beschlossen/ inter alia attendisse videntur.

316 Quod præ cæteris vel inde liquere potest, quia usu venire sæpenumero videmus quod protectores potentia pollentes propositis immunitatum illecebris vel aliis persuasionibus alienos subditos in clientelam susceptos ad se pertrahunt.

317 Quis enim vel mediocri rerum usu in hac mundi statione versatus ignorat, quantopere protectores ordinarium clientum suorum magistratum, quacumque arrepta prætensione sæpe insectentur?

318 † subditos contra eum etiam ibi, ubi justissima animadvertendi vel mulctandi causa est, sub protectionis specie defendentes; interim sibi multa alia in ordinarii magistratus non leve præjudicium vergentia vendicent.

319 Nam quotidiana optima rerum † magistra experientia satis edocet, quod apud defensores ejusmodi potentiores à subditis exoratos sub plausibili defensionis prætextu mox vel levi data occasione, alieni Juris exurgat usurpatio, & paulatim Jurisdictionis increscant semina, adeoque nullum ab ipsis Juris sui accumulandi, domini vero imminuendi studium prætermittatur, uti hoc ipsum recte perpendunt Thom. Michael. & Petr. Frid. *locis supra relatis* ac pro more explicatius edocet Wehn. *in metamorph. rerumpubl. d. c. 18.* subsequentibus verbis.

Den Underthanen aber ist solches ein anfang zu aller nachtheiligen Ungelegenheit / in deme ihr angenommener Schutzherr under dem Schein der Defension und Titul der Schirmsgerechtigkeit viel und manigfaltige Ursachen suchen / und gelegenheit nemen wider deren ordentliche Oberherren: und wo die Underthanen / auß billich und rechtmässigen Ursachen solten gestrafft werden / er sie vertheidigen wolle / und anderer Sachen sich underfangen / und also aneinander hetzte biß sie von ihrer Obrigkeit endtweder all zu ihm fiehlen / oder würde sonst täglich was zu sich ziehen / dardurch nicht allein die Schirmsgenossen endlich in sein Dienstbarkeit gezogen / und in ungelegenheit gerethen / sondern auch der gemeine Friedt gebrochen und schädliche empörungen entstehen möchten.

320 *VII. decidendi Ratio.* Septimo in statuenda hac nostra sententia † non immerito & illud in considerationem venit, quod cum subditi, haud facile protectorem invenire possint, qui eis gratuitum defensionis officium exhibeat sed ei non 321 solum annuam mercedem plerunque pendere, † & eveniente defensionis casu sumptus restituere cogantur: indeque eos non ditiores fieri, sed paulatim facultatibus labi eorumq; bona ex causa patrocinii alieni exhauriri contingat, ea certe novi patroni assumptio maxime præjudicat illorum Domino ceu notant Bocer. *de jurisdict. c. 8. n. 97.* Zasius *consil. 7. n. 5.* Reinking *de Regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 5. c. 9. n. 58.* Remig. Feschius *dissert. de Fœderib. §. 23 in notis ad lit. E.* Jo. Bruning *de Homagiis, c. 1. concl. 12. ad fin.* Georg. Gumpelzheimer *de jure client. 2.*

322 Cum enim Domini haud parvi intersit † subditos annuam pensionem Protectori solventes non incurrere paupertatem §. *Sed major institut. de his qui sui vel alien. Jur.* Cravetta *consil. 939. n. 23.* Thom. Mich. *d. concl. 138. lit. E.* sed potius † subditos habere locupletes 323 *gloss. 1. in c. 3. de exception. & text. in auth. ut judic. sine quoquam suffragio fiant. §. cogitatio* Panorm. *in c. licet causam num. 13. de probat.* Felin. *ibid. num. 12.* Everhard. Jun. *cons. 1. num. 190. vol. 2.* Cum hi pingues ejus nervi *l. 2. C. omn. agr. desert lib. 11.* & eorum † commodum Domini proprium esse dicatur *l. un. §. 14. in fin. C. de caduc. tollend.* utpote cujus Fiscum † subjectis utentem locupletibus abundare etiam oporteat, *Novell. 8. in præfat. §. 1. vers. consideravimus.* Fach. *cons. 39. n. 16. vol. 2.* Georg. Everhard. *cons. 13. n. 6. vol. 1.* Chassan. *in consuet. Burg. Rub. 6. §. 4. v. si par le pere. n. 16.* Cravet. *cons. 6. incip. plura videnda n. 128.* Bald. *cons. 410. n. in fin. vol. 5.*

324 Quia ex divitiis subditorum † augetur potestas dominorum, propter fructus jurisdictionis, tributa, vectigalia & alia munera publica ex quibus domini magnam utilitatem percipiunt singulis annis, & sic hujusmodi utilitates in fructu & patrimonio Dominorum esse 325 censeantur, † quia quot annis quasi renascuntur *text. in. l. si navis ff. de rei vendicat. text. in c. 1. quæ sint regal.* Bald *in l. n. 10. C. de fructib. & litis expens.* And. Gail. *tract. de arrest. Imper. cap. 8. num. 4.* Unde & *alibi* textus dicit, quod Thesaurus Principis non sit Fiscus suus, sed subditi bene habentes §. *Cogitatio Auth. ut Jud. sine quoquo suffrag. col. 2.* Matth. Coler. *consil. 99. nu. 46.*

326 Cum igitur, ut dictum est, subditorum opes, dum ingenti sæpe annua pecunia clientelas potentiorum aucupantur, admodum extenuentur, ideo magistratus sedulo curare debet, ne subditi paupertatem incidant, Alexand. *in l. sæpe 63. de re jud.* Albert. Brun. *cons. feudal. 114. num. 57. incip. altissimi.* facit *cap. primo §. ex eadem de lege Corrad. & quæ not.* Cyn. *in l. 1. num. 2. C. de novat.* Jacobin. de Sanct. Georg. *tractat. feud. verb. ulterius quæro num. 1.* Menoch. *1. cons. 32. ardua est. num. 22.* Quod ut plurimum fieri cernimus si extraordinariæ protectionis jugo sese submittant.

Quam rationem mature perpendens Dominus Zacharias Victor in pulcherrima & doctissima *disp. de exemptionibus in scholiis ad conclus. 20.* recte adnotavit, novissimis Imperii Recessibus (quibus de paulo post) tam principum ambitioni, qam palantibus subditis (quos inde non inepte Pfalburgeros dictos quis conjecerit) repagula structa esse, nec sine ratione non solum quia stipendio, quod pro Advocatia penditur subditorum opes exinaniuntur, sed etiam quia paulatim prioris Domini auctoritas deteritur, Paurmaister. *lib. 2. de Jurisdict. cap. 9. num. 19.* Hinc & olim Salviani Massiliensis (quem *in cap. 1.* etiam adduximus) graves auditæ fuerunt querelæ, opes scilicet tenuium patrociniis exhauriri. Nam & sæpe contingit patrocinii † precium à clientibus solvi non ut ab hostibus, vel finitimis, sed ut ab ipsius Patroni molestiis tutiores sint, ut non abs re scripserit Andr. Gaill. *obs. 54. n. 6.* Jus Advocatiæ sæpius plus æquo extendi, atq; ad privatum lucrum extendi.

327 *Ratio decidendi IIX.* Octavo si subditis liceret Dominis † ordinariis invitis, protectionem pacisci, contingeret, facto ipsorum, Jus defensionis illorum Dominorum præter voluntatem eorum in alium transferri, hoc enim competere illis, alibi plena bucca docuimus ut per se patet, sed consequens repugnat Juri naturali & scripto ex doctrina Nattæ *cons. 367. n. 2. & 3. vol. 2.* Tum quod † subditi nec Dominorum possessionem intervertere Molin. *in consuet. Paris. §. 51. gloss. 1. vers. des membres n. 12. & sed.* Decia. *in Tract. crim. lib. 2. c. 32. n. 13.* Nec † Jurisdictionem in alios prorogare, Sola *in const. Saband. Rubr. de for. compet. ver. subditos nostros gloss. 1. n. 9.* Surd. *cons. 47. n. 25. & 34.* Laudens. *de Princip. quæ. 33.* Tessaur. *decis. 266. n. 6.* Bald. *cons. 121. vol. 3.* ergo se submittere absque Dominorum suorum voluntate ac præcognitione subditis non licet.

328 *Ratio decidendi IX.* Nono si licitum esset subditis inconsulto † Magistratu ordinario alienæ se Tutelæ subjicere, non raro contingeret, dum forte opponendi sese occasionem undecunque captarent, subditos contra Dominos defendi, sed hoc ipsum Jura prohibent attestante Wesenbec. *cons. 41. n. 1. part. 1.* ubi vetitum † esse ait, in ter- 329 rarum dominiis alterum alterius impedire Jurisdictionem Bart. *in l. qui Jurisdictioni n. 7. de Jurisdict.* Bald. *in l. testamenta n. 2. C. de test.* Gemin. *in c. 1. n. 2. & 4. in cap. 1. de offic. ord. in 6. per. §. non habeat in authen. de defens. civitat. §. jubemus de collat. c. duo 9. c. pastoralis. 11. de off. ord. cap. 1. de offic. legat. cap. 1. cap. ut. litigantes d. offi. ordin. in 6.* Vel alterius subditos contra Dominum defendere aut in tutelam recipere *l. 2.* ubi Cujac. *C. ut nemo ad suum patroc. lib. 11. & in l. quidam 132. de verb. obl. & C. Theodos. lib. 11. tit. 24. de patr. vic.*

330 *Decidendi Ratio X. ab Autoritate plurium DD.* Decimo ut præter adductas hasce † decidendi rationes, plurimos etiam haud exiguæ authoritatis ICtos decisionem nostram tueri, lector intelligat, præcipuos assertionis huc usque per rationes stabilitæ, defensores adducere placet, in quorum numero præter antea allegatos primus occurrit Johan. Bodinus *de Republ. libr. 1. cap. 7. versic. sed aliena*, ubi hisce verbis negativam hanc sententiam approbat. *Aliena*, inquit, *majestati subditus alterius cliens sine sui principis assensione fieri non potest.* Idem *libr. 5. capit. 6.* † *Tur-* 331 *pe ac iniquum est*, inquit, *alienos subditos ligurire, aut in fraudem principis ac populi, cujusquam patrocinium nisi justissima sit causa, suscipere.* Bodini sententiam plurimi ex recentioribus communi calculo approbant, quos inter inprimis se Testem præbet Joan. Thilman *decis. Cameral. syn-*

tag. 6. decis. 3. vol. 10. num. 10. ubi dicit non licere subditis sine consensu Domini sui aliis se subjicere in præjudicium ipsius, per ea quæ tradit Felin. *in cap. dilectis §. hominibus invitis, extr. de major. & obed.* Assonant prædictis in specie Jacob. Syncius *disputat. de Jure protect. conclus. 8.* Ubi dicit ad hoc ut subditi extraneam clientelam pacisci possint, omnino ordinarii assensum requiri, ad quod comprobandum *subsequentes Imperii* Recessus allegat. Idem defendit Goth. An-

232 tho. *disp. Feud. 1. conc. 7. lit. R.* allegatus à Cammanno *disputat. 5. de Regal. conclus. 106.* quos magno numero sequuntur Craveta, *consil. 933. incip. quæstio num. 33.* Renat. Choppin. *de Doman. libr. 3. titul. 19.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 138.* assertim tradens Civitates Landtstätt/inscio Domino alterius protectioni se subjicere non posse, *per L. illicitas. §. Ne potentiores, ff. de offic. Præsid.* Meisner. *Tom. 2. libr. 2. decis. 3. n. 6.* Bocer. *de Jurisd. c. 8. 97.* Nævius *in suo System. ad l. non dubito ff. de capt. & ibi* Gothof. *ubi de* liberis Imperii civitatibus discurrit, Rutg. Rulan. de *commiss.*

233 *p. 4. lib. 2. c. 3. n. 14.* ubi allegato † præjudicio Camerali, ita in causa Erfordiensi judicatum notat, eam scilicet Civitatem inscio Moguntinensi Archipræsule non potuisse se subjicere protectioni Ducis Saxoniæ, quem refert & sequitur Gerlac. Buxtorff. *in dissert. ad 17. priora Aur. Bull. capita, conclus. 99. lit. f.* addens id novis ab aula Cæsarea petitis præjudiciis stabiliri posse. Horum sententiam nove etiam insecutus est Caspar Ziegler. *in suis ad praxim Calvoli conclusionibus §. Landsassii conclus. 1. n. 85.* ubi affirmat in præjudicium Principis, eo invito licitum non esse Provincialibus in protectionem alterius potentioris se submittere, allegans Bald. *consil. 135.* Surd. *consil. 37. num. 25. & 34.* Roland à Valle *consil. 19. num. 6. vol. 1.* à quibus alienus non est, Joannes Braunin*c*k *de Homag. subjectivis c. 1. concl. 12.* ubi ex professo hanc ponit quæstionem, & cum Mindano negativam tuetur. Eandem sequitur Jo. Cammanous *de Reg. disp. 5. Thes. 107.* ubi omnino populo vel civitati superiorem recognoscenti ordinario Magistratu non requisito, alterius potentioris patrocinio, se subjicere illicitum esse concludit, quibus dilucide astipulatur Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. p. 2. c. 2. n. 128.* ubi dicit civitatem Domino subjectam non posse sine ejus consensu alteri Domino se supponere, & si secus fiat concedi Domino actionem ad vindicandam civitatem, Jo. Fab. *in §. præjudiciales, Inst. de Actionib.* Abbas *in c. inter quatuor Ext. de majorit. & obed.* ubi idem Matt. Steph. *n. subseq.* refutat Schurpffii contrariam tenentis opinionem per rationes *supra* tactas. Eosdem sequuntur Jo. Gryphiand. *inter Arum. disc. Acad. 26. vol. 2. Thesi 117.* ubi ait extra casus, ubi Dominus non potest propter intervallum loci, vel non vult subditos defendere, iis, inconsulto aut invito Domino se in protectionem alterius principis dandi jus non esse concedendum, & Georg. Gumpelsheimer *inter disc. Arum. 27. vol. 2. Thesi 2. lit. G.* & ipse Arumæus *ad c. 15. Aur. Bull. discur. 6. Thesi 8.* Cluten. *in syllog. rer. quot. Thesi 37. lit. F.* Cujacius & Dd. *ad l. 2. C. ut nemo Rustic. alter. in patrocini. suscip.* idemq; *8. observat. 31.* Quibus omnibus stipulatur Andr. Kni-

234 chen. *Epops. Danth. n. 181.* Ubi protectorem † quærere præter ordinarium & hæreditarium Dominum subditis periculosum esse admonet. Novissime etiam huic negativæ sententiæ manus porrigit D. David Hepingk *dissert. de jure protect. concl. 29. Lit. C. in fin.* idemq; Tho. Maullius *in tractat. de Homagiis tit 11. n. 6.* hisce verbis formalibus. *Subditi non possunt sine consensu*

235 *Domini se subjicere alterius protectioni, † tum quod nemo possit in alterum transferre quod ipse non habet l. nemo plus. ff. de reg. jur. tum quod non liceat subditis contractum ullum facere in præjudicium Domini sui*, ex doctrina Bald. *in l. debitorum C. de pact. per l. fi. unus §. ante omnia ff. eod.* Socin. Jun. *cons. 1. n. 66. vol. 4.* Natt. *cons. 160. n. 28. & cons. 309. n. 3.*

Assertioni denique nostræ consonat Recess. Imperii Spir. de Anno 1529. §. Wir auch Churfürsten / ubi publico Imperii decreto diserte cautum est, ne quis sc. utriuslibet religionis in protectionem suam alterius domini subditos recipiat, ibi, haben uns einmütiglich verglichen / daß keiner deß andern Underthanen / vnd verwandten / deß Glaubens / oder anderer Ursachen halben in sondern Schutz und Schirm wider die Oberkeit nehmen sollen. Idem repetitum est *in Recess Imperii, de Anno 1548. August. in princip. §.* als Weiland Keyser Maximilianus &c. ibi daß auch keiner dem andern ꝛc. seine Underthanen abziehen / oder zu Ungehorsam wider ihr Oberkeit bewegen / oder dieselbe ohne gemelter ihrer Oberkeit wissen/vnd willen / anders / dann wie es jederzeit / bey Unsern vorfahren / Römischen Keysern vnd Königen / löblicher Gedächtnüß vnd Uns / herkommen ist in Schutz vnd Schirm annehmen soll. hoc est, *ne quis alterius subditos abstrahat, aut ad inobedientiam adversus suos Magistratus concitet, aut eos inscio, aut nolente Magistratu, præter morem hactenus sub prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, ac Regibus laudatissimæ recordationis, & nobis observatum, tuendos, ac defendendos suscipiat*, quem textum ex d. Recess. in probationem hujus decisionis adducit Petr. Gregor. *de Republ. lib. 11. c. 14. n. 11.* Denais. *in Jur. Cam. tit. 211. n. 2. ibi* nemo alienos subditos contra morem majorum, præterq; voluntatem Magistratus in patrocinium clientelamq; suscipito. Idque similiter cautum reperitur *in Recess. de Ann. 1555. tit. de pac. Relig.* Es soll auch / hisce verbis: Es soll auch kein Standt den andern/noch desselben Underthanen / zu seiner Religion tringen/abpracticiren / oder wider ihre Oberkeit/in Schutz vnd Schirm nehmen / noch verthedigen / in keinem weg.

236 *Ultima decidendi ratio ex Recess. Imperii.*

Imo & præter allegatos Imperii Recessus hac in parte domino etiam jus contradicendi competere, probari videtur *ex Aur. Bull. Caroli IV. tit. 15.* ibi prætextu parentelæ, quod singulariter notarunt. Buxtorff. *in dissertat. ad eandem concl. 99. lit. E.* Quibus addo Frid. Hortleder / in Opere amplissimo *de causis belli Germanici lib. 6. c. 1.* ubi Juristen Bedencken vom Schutz und Schirm frembder vnderthanen. Item Mandatum Caroli V. Worm. contra Civit. Hildesheim. Anno 1548. *lib. 5. d. oper. c. 17. n. 1.* ubi habetur, daß dieselbe nicht befügt gewesen / sich aus der schuldigen vnd pflichtigen Gehorsam seiner Andacht (Bischoffs Valentini) außzuziehen / abschweiff zu nehmen / vnd in der Einig uns verwandten Bündnüß zu ergeben. similiter Jul. Pflug. Episc. Naumburg. *in sua Replic. contra Joan. Frid. Elect. Sax. lib. 5. c. 19. n. 15.* quam alibi etiam adduximus.

Sic etiam Civitas Norinbergensis in sua reformat. Anno. 1564. edita. tit 23. leg. 16. colonis in sua ditione residentibus, sub pœna amissionis bonorum, ne clam aut sine præscitu Dominorum suorum directorum aliquos protectores susciperent, nominatim hisce verbis prohibuit.

237 *Statutum Norinbergense de non submittendo subditis in alienam protectionem sine præscitu Magistratus.*

Es sollen die Erbleut hinder ihren eygenen Herren / andere verspreche / oder Schutzherren nit haben / annemen / noch außbringen / vnnd so es darüber beschehe / sollen sie in einem Monat dem nechsten/nach/dem ihnen von dem Eygenherrn derhalben befelch geschehen / solchen Verspruch auff ihren Costen abstellen / oder das Erbgutt verkauffen / Wo aber der Erbmann das in bestimbter zeit nit thet / so soll hierdurch das Erb-

recht mit der that verwürckt vnd dem Eigenshherren heim gefallen seyn.

Deßgleichen sollen die Eigenshherren bey ihren pflichten damit sie einem Rath zugethan / vnd verwandt seyn / auch ihren hindersassen/vnd Erbmann / nit vergünstigen / gestatten oder zusehen / andere Verspruch oder Schutzherrn zunemen/vnd welcher das vberführe/ der oder dieselben sollen jederzeit nach gestalt der Sachen gestrafft werden.

Ex quibus omnibus satis colligendum & indubitato tenendum est, nullis subditis licere ordinario suo magistratu inconsulto aut non requisito alterius patrocinio ac tutelæ sese subjicere.

338 *Ampliatio decisionis Negativa.* Porro hæc nostra huc usque firmata decisio ex mente Thom. Maulii ampliatur vt subditi non possint sine consensu Domini aut superioris sui in alterius se dedere protectionem, tametsi illa in tutelam receptio magnam ipsi allatura sit utilitatem, certissimamq; civibus & incolis securitatem Maul. *d. tract. de homag. c. 11. n. 8.*

Ampliatio ejusdem decisionis II. Secundo ampliatur eadem resolutio, ut insciis, & non salutatis Dominis subditi haud se in alienam clientelam conferre possint, tametsi † protestentur contrahentes, sese id nolle facere in præjudicium illorum, Georg. Gumpelsheimer *disc. de jure clientelari conclus. 2.* ubi dicit, paciscentes non exculpare protestationem quæ in obligationis instrumento uti solent, quod scilicet prætextu initæ colligationis, Juri superioris derogare nolint, siquidem talis † protestatio, contraria facto videtur, quæ protestanti prodesse non solet, *c. gratum ext. de offic. deleg. c. solicitudinem de appell.*

339 Cæterum quia nulla regula † esse solet, quæ non habeat suas exceptiones seu fallentias *l. uxorem 30. §. felicissime ff. de legat. 3. l. 9. regulariter ff. de petit. hæreditatis l. regula 9. ff. de Jur. & facti ignorantia, §. ut autem Auth. de non alienan. aut permut. gl. in pr. verb. existimavimus Auth. ut sine prohibitio. col. 7. tit. 4.* Cardin. Alex. *c. synod.* per illi tex. *dist. 17. gloss. in rubr. de Regulis Juris in 6.* Cagn. *n. 5. eod. tit.* ideo limitationes occurrentes hic subjiciam.

340 *Limitatio Prima.* Primum ergo prædicta seligendi in suo superiore Protectoris prohibitio cessat, quoties subditi ob justam & necessariam causam alterius patrocinium implorare coguntur, quod fit primum si Magistratus ordinarius eos deserat & defendere nolit.

341 Quemadmodum enim Magistratui † Justitiam administrare recusanti de facto resistere, & Tributorum solutionem denegare subditi possunt Decia. *tract. crim. lib. 7. 48. n. 27.* Ob tutelam siquidem, ceu alibi traditum contributiones fiunt, uti etiam ex transactione ratione provinciarum aliquot Belgicarum, inter Carolum V. Imp. & Elect. Statusq; Imperii facta, & à Goldast. Reichssatzung *1. fol. 279.* relata apparet, illa igitur cessante, & hæc cessare debet: Sic etiam subditi à Domino non defensi, eo etiam inscio & inconsulto, alium protectorem evocare possunt, ut post Frid. Mind. *de Process. lib. 2. 14. n. 12.* nominatim defendit D. Hepingk *differ. de Jure Advoc. concl 33. lit. B.*

Et hanc quidem limitationem communi calculo approbaverunt insuper, ultra jam citatos Authores Caspar Ziegler. *in suis ad praxin. Calvols conclusion. §. Landsassis conclus. 1. n. 99.* ubi rationabile esse dicit, tum

342 quod omnis ratio salutis † expediendæ teste Cicer. *pro Milone* honesta sit, tum quod casus necessitatis de non licito faciat licitum. Jo. Vinc. Hond. *vol. 1. consul. 18. n. 26.* ac nulla curet privilegia Reichs Abscheidt de Anno 542. §. vnd nemblich suiq; ipsius defensionem omittere non solum culpa sit, sed dolus Bald. *consi. 4. n. 111.* Alberic. Gentilis *de jure belli cap. 15.* Ideoque factum necessitate urgente, culpabile non est *c. ad limina 30. q. 1.* Hier. de Cævall. *in spec. comm. opin. q. 906. n. 50.* Et propter imminens periculum receditur non solum à regulis juris communis, sed etiam prohibitivi Jason. *ad l. de pupillo §. præterea ff. de nov. oper. nunt.* ubi allegat *l. si quis filio exheredato §. hi autem in fine, de injust. rupt. irrit. fact. testam.* Zasius *1. cons. 22. n. 11.* ubi exemplo id illustrat. Et urgente durissimo necessitatis telo, quæ injusta sunt, justissima censentur, ut pulchre declarat Bod. *5. de Repub. c. 5.* Neviz. *Sylv. nupt. lib. 5. sub. tit. quomodo judicand.* Reinking *de Regim. libr. 1. class. 5. c. 9. n. 50.* Et alias ubi subditi vim & injuriam patiuntur, ordinarii vero magistratus auxilio destituuntur cujuslibet extranei patrocinium admittere non prohibentur Bald. *in c. 1. n. 9. extr. de jud.* Thom. Maull. *de homag. tit 11. n. 8.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. concl. 99. lit. F.* Gerhard. *inter discurs. D. Arum. de Jur. publ. discur. 31. q. 8.*

Et ex antiquioribus idem receperunt Andr. de Isernia *in cap. Imperialem §. præterea de prohibit. feud. alien. per Federic.* Hieron. Gigas *in tract. de crim. læs. majest. lib. 1. q. 56. in med.* ubi dicit subditos, Imperatore vel alio superiore negligente eos defendere ac tueri, alteri domino potentiori se submittere posse, qui eos defendat, & imminentium vim propulset, uti etiam voluit Joan. de Lignan. *in sua disp. civitatis Thuscia,* & Paul. *in rep. l. ex hoc. Jure col. 4. v. Regna ff. de Iust. & Jur.* ubi expresse perhibet civitates & castra minus potentia, existentia sub Imperatore ea gubernare negligente posse se submittere alteri regi majori & potentiori, à quo regantur, protegantur & defendantur, † nec propterea crimen læsæ majestatis committere, quod sequitur Tiber. Decia. *Tract. crim. lib. 7. c. 49. n. 29.* Socinus *cons. 37. col. pen.* Lancilott. Galiaul. *in repet. l. 1. §. si quis ita n. 9. ff. de verb. obl.* 343

344 *Limitatio II.* Altera hujus loci exceptio est, † per quam subditi in alienam protectionem absque præscitu & consensu domini sui se conferentes, excusantur, si magistratus ordinarius eos omnino non, vel non comode defendere possit, ut nuncupatim docuit Modicius *in §. Plebiscitum. dub. 35. n. 1.* ubi scribit, quando dominus villæ vel castri exempli gratia circumquaq; Principes habet potentiores, quibus resistere non valet, & superior Princeps ipsius domini castri ei præsidium, contra hostes afferre propter maximam locorum distantiam non potest, eo casu se credere illum posse facere ligam, & confœderationem, sine superioris licentia, secundum Bart. *in extrav. qui sint rebelles in verb. occulte.* Naturali ratione sic dictante & subditis defensionem undecunque quærere permittente, arg. *l. ut vim ff. de Just. & Jur.* quam opinionem sequuntur Moderni *in c. 1. §. conventiculas tit. de pace. Juram. firm. in prælud. Feud.* Jo. Bruning *de Hom. subject. c. 1. concl. 10.* Reg. Sixtin. *vol. 3. consil. Marpurg. 8. n. 104. & seq.* Wesenbec. *consil. 48. n 23. part. 1.* Tho. Mich. *de Jurisd. §. 138.* Matt. Steph. *de jurisd. lib. 1. p. 2. c. 2. n. 128.* Besold. *tract. de Appellat. c. 4. n. 5.* Zach. Vietor. *de Exempt. concl. 20.* Geor. Gumpelsheimer *disp. de Jure client. §. 2. lit. B. apud Arum. vol. 2. disc. 27.* Ehrenberg *de feud. lib 2. c. 1. n. 42. & 43.* Henr. Bruning *de var. univ. spec. §. 16.* Pet Syr. *de pace Rel. Th. 44. lit b.* Arum. *1. discur 28. concl. 66.* Fel. *in c. cæter. de jud.* ubi ex hoc cap. infert, si qua civitas subjecta † Imperio patiatur molestias belli à potentiorib. & implorato auxilio Imperatoris ipse det verba, nec sit aliqua spes de auxilio, per ipsum exhibendo, tunc licite & absque metu perjurii se posse submittere alteri propter non habitam defensionem ab eo qui regere ac tueri subditos ab injuriis debebat, Idque repetit idem Fel. *in cap. cum. non liceat n. 12. versic. octav. siquidem de præscript.* & ibi etiam Mat. Col. *n. 11.* Communibus idem suffragiis receptum 345

ceptum statuit Franc. Zoannet. *verum quotid. c. 25. n. 8.* ubi dicit licere subditis toties à Domini Imperio se ipsos eximere & alterius subjicere potestati quoties prior Dominus rogatus vel nolit vel nequeat opem indigentibus incolis afferre, illosque tueri, præsertim si aliter ipsis consuli non potuit, alleg. Præpos. *in prælud. feud. col. 23.* & Bald. *in c. 1. in 2. repet. num. 9. extr. de Judic.* ubi addit idem Bald. quod propter istam rationem, multa regna hodie non sint sub Imperatore quæ tamen olim fuerunt.

Et hæc limitatio (veluti ut † contra injustam vim defendantur) à quo ordinarius vel propter impotentiam vel propter negligentiam eos non defendit) in naturali ratione, quæ etiam subditis undecunque defensionem quærere permittit, fundata est, ut ex *supradictis* patet, & testatur Corset. *de potest. reg.* Joan. Jac. de Leonard. *inter consilia feudalia Bruni cons. 117. n. 155.* allegans ad hoc Felin. *in d. c. cum non liceat, col. pen. vers. octavo considera extr. de præscript.* Evidenter adstipulatur Gerlac. Buxtorff *in dissert. ad 17. priora Aur. Bull. Carol. IV. capita concl. 99. lit. F.*

Hanc insuper limitationem ex modernis admittunt Martin. Rummel. *ad A. B. Caroli IV. dissert. 5. conclus. 9. p. 2.* Wehner. *d. c. 18. ibid.* So aber Underthanen Schutzherren gebührlich annehmen wollen/ soll es auß einer rechtmässigen Ursachen geschehen / als wann ihr Oberherr sie vielleicht nicht könde / oder nicht wolte beschützen / oder daß sie sich eines Gewalts besorgten/ &c. quod comprobat Thoming. *consil. 13. incip. facti species. num. 43.* Ubi per hanc limitationem excusat Albertum † Teutonici Ordinis Magistrum, quod omni auxilii spe destitutus Prussiæ provinciam, quæ Ordinis fuit, Regis Poloniæ potestati submiserit, & omnibus belli nervis seipsum etiam exhaustum in ejusdem Regis fidem ac clientelam contulerit.

346

Imo quod plus est Bald. *in c. 1. lect. 2. n. 9. de Judic.* & eum secutus Alberi. Brun. *cons. 86. incip. omnipotentis n. 2.* existimat, si non sit spes quod superior possit dominari Civitati & eam regere & tueri ipsam sine talis superioris licentia, alicui Domino se in totum submittere & subjectam facere posse.

Ergo multo magis prædicto in casu Civitas aliqua potest in protectionem se dare quæ minus habet præjudicii, cum Jurisdictionem nullam præbeat *l. non dubito. ff. de captivi. & postlim. revers.* Bartol. *in l. 1. nu. 7. C. de excusat. mun. lib. 1.* Thom. Maullius *de homag. tit. 11. num. 8.*

Ubi ergo Magistratus ordinarius, subditos protegere vult & potest (voluntas, enim & potestas ad perfectionem † cujuslibet actus concurrere debent *c. cum super & ibi Canonista de offic. & potest. Jud. deleg.* Riminald. *consil. 297. v. 49.* Decius *consil. 198. n. 3.* Marc. Mant. *consil. 18 n. 36.* Bero *cons. 76 n. 26. vol. 1.* Cravett. *cons. 385. n. 15.* Bursat. *consil. 396. n. 24.* Fab. de Anna *consil 66. n. 9.* Mart. Mont. *decis. 50. n. 1.*) extraordinarium haud erit quærendum auxilium inscio ac inconsulto proprio Domino.

Limitatio III.

Porro ex prædictis, tertia etiam Decisionis *supradicta* limitatio oritur, ut tunc illa locum non habeat, quando subditi juste † metuunt ordinarium scilicet nolle, aut non posse eos defendere: Eo enim casu licere etiam subditis, impotentiam in protegendo superioris, juste timentibus, defensionis gratia sese etiam inconsulto proprio Magistratu, in alterius potentioris tutelam dare nominatim docuerunt Bart. *in l. 1. n. 2. C. de excus. mun.* Bulg. *in repetit. Rubr. n. 28. ff. sol. matr.* Fel. *in c. postulasti, n. 10. de for. comp.* Cagno. *in proœm. ff. princ. n. 26.* Socin. Jun. *cons. 11. n. 6. lib. 1.* Brun. *cons. 16. n. 2. & seq.* quos insecutus est novissime Jacob Sincius *disput. de jure protect. 4. 8.* ubi scribit consensum ordinarii Magistratus in subditis aliena patrocinia quærentibus requisitam non arctari ad casum necessitatis, si dominus forsan per absentiam loci distantiam aliamve impedimenti causam rebus subitis periclitanti succurrere non possit arg. *l. 3. de Just. & Jur.* Et ex justo offensionis metu, quoad subditos, Dominum vel nolentem vel valentem protegere, habentes legitimam protectoris quærendi causam induci insinuat Thoming. *supradicto loco.*

347

Justum autem metum † sola quandoque alicujus potentia. *l. pen. & ult. C. de his quæ vi met. caus. gesta sunt.* Abbas *consil. 2. in 6. quæst. vol. 2.* Instans omnium majorisve partis bonorum amissio Azor. *Instit. Moral. Tom. 1. lib. 1. c. 10. qu. 4.* Ut quæ æquiparatur metui mortis: cruciatus corporis *argumen. cap. 1. de restit. spoliat. in 6.* Bero. *consil. 35. n. 19. fol. 1.* mala à constante viro metui solita. *cap. 1. de his quæ vi met. causa fiunt. l. 4. & 7. C. eod.* Azor. *d. loc. quæst. 2.* Et Excommunicatio Fachin. *consil. 55. in fin. lib. 1.* injusta Rom. *consil. 368 n. 10. & seq.* & quæ omnino non, vel non nisi cum difficultate evitari queat, Abb. *in c. 6. n. 8. de his quæ vi met. caus. fiunt.* & Azor. *d. loc. quæst. 7. & 9.*

Quia tamen, auctore Livio, *lib. 27. cap. 47.* Animus hominum metu interprete semper in deterius inclinat.

Et malus interpres rerum metus omne trahit pol
Augurium pejore via. ——

Claudian. *de bell Gethic.* ideo subditis in ejusmodi casibus de protectore seligendo cogitantibus caute agendum, & ut incus maxima, non metuit strepitus, præsertim si ex pelvi fulgur, ita nil † fortibus timendum, nil etiam contemnendum Livius *lib. 6. c. 6.*

Porro in tribus hisce trium præcedentium Limitationum casibus, ut legitima & justa sit in tutelam deditio, necesse est, ut proxime superior † in Advocatum deligatur suatore Petr. Frid. Mindan *de mand. lib. 2. c. 14. n. 4. in fin. per text. in cap. recepimus, &c. ex parte de privil.* Welenb. *vol. 1. cons. 48. n. 5.* Si tamen justæ ac prægnantes causæ diversum suadeant, alium deligi, qui propter loci vicinitatem potentiam, aliasve rationes, melius præsenti malo occurrere, ac tueri clientes possit, piaculum non est, etiam alium suscipere protectorem externum, nominatim adhærentibus Thom. Maull. *tractat. de homag tit 11. n. 8. in fin.* & Joan. Camman, *disput. Juridico Polit. de jurib. majest. 51 thes. 108.* & Paul. Matth. Wehnero *d. c. 18. in sua metamorph. Rerumpubl.* ibi darnach daß sie den / so ihrer Obrigkeit Obrister Herr ist (so es anderst also in solchem Verstandt zu finden) zum Schutz anruffen / wo nicht andere Ursach seyn / daß ein anderer darum ersucht werden müsse.

348

Limitatio IV.

Quartam insuper declarationem admittit definitio præcedens, quod subditi, Domino insalutato, aliorum protectionem pacisci possunt, quando nempe ab ordinario suo † Magistratu, plus quam par est, & contra Jura legitime quæsita, inique gravantur, vel misere nimis habentur ac tractantur, ut post Frid Mincan. *2. de Mandat. 14. n. 12. in fin.* & Ziegler. *commun. conclus. 1. §. Landsassii n. 107.* tradit nuncupatim D. Hepingk. *dissert. de Jure protect. concl. 33. lit. F.* Adde Alb Gentil. *1. de Jure Bell. 16.*

349

Tali enim causa, ut dictum est, Subditi gravati etiam citra consensum Domini, protectionem atq; officium superioris implorare possunt, ne de cætero plus solito graventur.

Et limitationem istam DD. communiter sequuntur in *l. cum satis §. caveant C. de agricol. & censi.* Specul. *in tit.*

in titul. de exactor. Boer. *decis. 304.* Andr. Gail. *1. ob. serv. 17.* & alii alibi. Et roboratur liquido *in d. §. Caveant. ibi*, ipse provinciæ moderator, *& l. 1. Cod. in quibus caus. colon. domin. ibi* adeat judicem, & argum. *l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. præsid.*

Cæterum quarta ista Limitatio non inelegantes habet rationes; quas subjicere operæ precium duco.

Ratio quartæ limitationis 1.

Prima autem ex eo resultat, quod cum subditi adversus jura legitime quæsita ab ordinario suo domino crudeliter tractati eidem propria authoritate † resistere, *leg. 5. ib. sancimus licere universis, Cod. de jur. fisc. l. 33. in fin. Cod de decur. capit. 6. de sentent. Excomm. in 6.* Mayn. *consil. 20. n. 33. vol.* Et propter injustitiam † ac severitatem ejus, ad alias civitates liberas, ita ut revocari nequeant, recedere, Gramm. *decis. 104. per tot.* Lup. *in Repetit. Rubric. de donat. inter vir. & uxor. §. 30. n. 5.* Imo hoc aliisque Casibus (quibus de pleno cornu Vasq. *2. illust. controv. 82. n. 3. & seq.*) in laxitatem suam se recipere possunt, eo quod Principem † non cogantur habere, ut Principem, si is eos non habeat ut subditos, argumen. *Can. 7. distinct. 95.* Et Regis † injustitia vasallorum vacillare faciat corda, Matth. de Afflictis *ad const. Regn. Rubric. 40. princip. n. 5. libr. 1.* Rol. à Vall. *consil. 40. num. 35. vol. 4.* Cacheran. *cons. 64. nu. 15.* Nil sane vetat, quin subditi inique à Domino gravati alterius, eo etiam inconsulto, committere se queant tutelæ. [350]

Imo etiamsi subditi non conquerantur, nec protectionem superioris † Domini implorent, superior tamen dominus ex officio & munere sibi injuncto tenetur eis providere, & eorum protectionem subire argum. *text. in cap. de offic. Judic. delegat. & l. illicitas statim in pr. & ibi §. ne potentiores*, & ita nominatim determinant Faber. *in l. 1. C. de offic. Com. sacri palatii*, Gram. *dec. 104.* Boer. *d. decis. n. 5.* & post eos idem exquisite receperunt Vasq. *illustr. controv. lib. 1. c. 8. n. 18.* [351]

Et hujus ratio est, quod superiores Domini quorumlibet subditorum, ex Juris præscripto vicem † reddere tenentur, eo quod sint ad mutua † officia obligati, Bald. Alvarot. & Dd. *in c. un. verb. dominus de form. fidel.* Boer. *d. decis. 304. nu. 7. circa fin. in consuet. Bitur. tit. de consuet. feu. 55. gloss. 1.* & connexus sit status † domini & subditorum Crot. in *l. filius famil. §. domini col. 2. post med. Digest. de Legat. primo. vers. & ad dominum pertinet.* Cravet. *cons. 241. n. 7.* Unde sane † de superiore etiam, ac Principe dicitur quod subditorum suorum curam magnam gerere & eos tanquam filios, habere debet *l. si quis filium ubi Jas. circa pr. C. de inoffic. Testam.* Regn. Sixt. *cons. Marpurg. 3. cons. 11. n. 45.* [352] [353]

Et Princeps pastor est, qui pro grege excubare Albanus *de potest. Pap. p. 1. n. 34.* Mod. Pist. *cons. 9. 2. 10. lib. 2.* Et pater communis, qui filios in placido sinu fovere debet Bald. *cons. 410. n. 5. lib. 5.* Natta *cons. 445. n. 6.* Crav. *cons. 933. n. 25.* Et velut Deus in terris est, Budæus *l. Prin. ff. de ll.* Boer. *tract. de auctorit. magn. cons. n. 128.* cui nihil magis proprium, quam humanitas, per quam sola Dei imitatio servatur *l. fi. C. de don. inter vir. & uxor.* Modicius *§. Principum duob. 1. n. 11.* Deumque † habiturus est tanto magis benignum & propitium, quo diligentius subditos illæsos præstat *Nov. 149. in præf.* Unde pariter obligatus est, Princeps ac Dominus, † jura subditorum conservare † text. in *d. c. unic. de form. fid.* Alias nomen Domini meretur amittere Bald. *cons. 430.* [354] [355]

Altera deinde prædictæ quartæ limitationis, æthiologia est quod cum Domini † re sua hoc est dominio † & Jurisdictione abutentes, reddant se indignos & mereantur ea privari *arg. l. Imperat. ff. ad Treb. l. cum dotem §. si vero ff. sol. matr.* Textus & DD. *in l. 2. C. de his qui sunt vel alien. Iur.* Bald. *n c. 1. qualiter Dom. propr. privetur.* Rom. & Alex. *in l. divortio §. si fundum ff. sol. matr.* at vero tali casu subditi gravati, Dominorum gravantium jurisdictione ipso jure exempti censetur, per doctrinam Bald. *in l. 2. n. 2. & 3. ff. de his qui sunt sui vel alieni Iuris. per l. eos C. de aqua duct. & d. l. 1. C. de offic. Com. sacr. pal. cum aliis per eum not.* & *ib.* Fab. *& in l. 1. C. si quacunque præd. potest. per l. si postulaverit 27. §. jubet. ff. de adul.* [356]

Faciunt ulterius quæ ad hanc rem latissime deducta sunt *in Cap. XVI. sub Num. 637. & seq.* ideoque ejusmodi subditi, à Jurisdictione liberati, Dominorum suorum consensum, in deligendo alio protectore requirere non obligantur.

Hoc enim casu, si propria ut supradictum est authoritate ei † resistere poterunt, *l. probibitum 5. ibi*: Licere universis objicere his, qui ad capienda bona alicujus venerint. Item ibi: ut etiamsi officiales ausi fuerint à tenore datæ legis desistere, ipsis privatis resistentibus à facienda injuria arceantur, *C. de jure fisci l. 7. ff. ad l. Iul. de vi pub. l. liceat C. ad l. Corn. de Sicar. l. 33. C. de dec. clem. pastoralis §. cæterum. de sent. & re jud.* Cyn. *ad l. ab execut. C. quando app. non est necess. c. subjectus 7 dist. 95.* Crav. *cons. 697. n. 9. p. 4.* Mod. Pist. *cons. 60. n. 56. p. 1.* Zoan. *de defens. p. 3. n. 20. & n. 95. 96. & seq.* Jul. Clar. *§. fin. q. 29. n. 2.* Ant. Col. *de jure imp. Germ. concl. 72.* Bech. *de salvo cond. concl. 170. & 171.* Obrecht *tr. de defens. c. 6. n. 6. & 38.* Rosent. *de feud. c. 10. concl. 22.* Mynf. *cent. 5. obs. 18.* Vasq. *lib. 1. contrav. c. 8. n. 33.* Bod. *de Repub. l. 2. c. 5.* Auth. deß gründlichen berichts von deß H. Reichsstatt Friedberg Standt *&c. c. 6. n. 19. 20. 21. 22. & 23. & multis seq.* Dissert. *de jure principatus concl. 94.* Multo magis etiam alterius patrocinia & auxilia convocare non prohibebuntur D. Hortled. *in disc. D. Arum. 26. concl. 33. & 36.* Sixt. *cons. Marp. & n. 110. & seq. vol. 3.* Becht. *de salvo cond. concl. 144. 145. 146. & 147.* Disser. *de jur. princip. conc 36 6. 62. 63. 67. 68. & 69.* Buxt. *ad Aur. Bull concl. 98. l. G.* [357]

Sed etsi, ut hactenus edoctum est subditis permissum sit in casu quartæ hujus limitationis, alium inconsulto suo Domino protectorem quærere, ne tamen ea in re, vel Æsopici illi de ranis & Ciconia, Columbis & Accipite, vel quem de lugubri inter Gallum † & Belgas inconsiderato contracto fœdere (referente Ehrenberg *1. de fœd. 2. n. 52.*) quidam cecinit in eos quadret Apologus, ipsismet inprimis cavendum est ne vel in pulicis † morsu Deum invocent: aut per sententiam, aliove simili modo gravati contra *l. 16. prin. de Minor.* ad extraordinarium Protectoris quærendi remedium statim confugiant, & superiori recipiendarum appellationum jus (quod maximum superioritatis est indicium Rol. à Val. *cons. 75. n. 19. vol. 3.* Fr. Marc. *decis. Delph. 366. n. 24. p. 1.* Rebuff. *ad const. Regn. de app. n. 78.* Frec. *de Feud. lib. 2. §. 13 Auct. n. 8. ver. Et est jus quoddam Cach. decis. Ped. 101. n. 9.* Mol. *in consuet. Paris. tit. 1. gloss. 5. n. 49.* Crav. *cons. 209. n. 9. & 10.* Wesen. *cons. 43. n. 70. p. 1.* Surd. *cons. 210. n. 49.* Natta *cons. 580. n. 24.* Mascard. *de prob. concl. 946. n. 13.*) intervertant; sed potius ad Dominos † Jurisdictionis, per viam appellationis, quæ libertatis † tuendæ arx est, Paurm. *2. de jurisd. 8. n. 115.* divertant. [358] [359] [360] [361]

Ad hoc enim pertinet querelas audire subditorum, Rol. à Val. *cons. 18. n. 1. & 18. vol. 13.* Et ad supremum Principem in defectum justitiæ gravatis † populis reservati intelliguntur recursus Pereg. *cons. 1. n. 41.* Bl. *cons. 474. n. 1. & 2.* Cach. *cons. 69. n. 27.* Surd. *cons. 152. n. 9. & 30. &* eleganter Brun. *con. 68. per tot* Pan. *cons. 85. n. 16.* Et supremas hujusmodi appellationes vi superioritatis Majestati suæ reservatas Imperat. † recipere, lites inter Dominũ immediatum & subditos audire componere, atq; judices super his delegare potest. Surd. *cons. 210. n. 94.* Pereg. *cons. 1. n. 42. & 44.* Jo. Andr. *in addit. ad Spec.* [362] [363]

Spec. tit. de Jurisd. §. *1. versic. qua. autem in addit. magn. ante finem* Panc, *consil. 119. n. 26.* Jalon *consil. 161. n. 1. in fine vol. 2.* Sola *in const. Saband. Tit. de Jur. Emph.* §. *Rempub. 2. n. 13.* quos omnes refert & sequitur D. Hepingk. *dissert. de jure protect. concl. 33. lit. E.*

Quintus decisionis nostræ casus exceptivus est, quo subditi inconsulto atque ignaro suo Domino alienum 364 alciscere protectorem queunt, si præscriptione † aut privilegio jus illud quæsiverint, vel ex longæva consuetudine per usum introduxerint, Thom. Maul. *de Homag. Tit. 11. n. 9.* Caspar Ziegler. *in suis ad Calvol. conclus.* §. *Landsassii conclus. 1. n. 105.* Damman. *disp. V. de Regal. concl. 107. ibi.* Nisi ita more majorum receptum sit, Christ. Wintzler. *in synops. de collect. observ. 21.* ubi tradit non posse subditos alterius Domini protectionem, patrocinium, ac Parentelam implorare nec ab implorato sub quocunque etiam Religionis prætextu, inscio domino recipi, nisi jus hoc antiquitus habuerint. Theod. Reinking. Fr. *de Regni secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. cap. 9. n. 12. & seq.* And Gerhard. *apud Arum. discurs. vol. 1. disc. 31. concl. 3.* Thom. Mich. *Assess. Cam. Imp. concl. 138.* Mart. Rumelin. *ad A. B. Caroli IV. dissert. 5. part. 2. concl. 9.* Ex antiquis, Ripa *cons. 55.* Socin. *Jun. consil. 6. vol. 1.* Brunus, *cons. 86. n. 2.* Gravett. *consil. 809. n. 2. allegati ad hoc. ab. Zach. Vietore dissert. de caus. exempt. conclus. 20.* Quorum numerum augeat, ex recentioribus Frid. Mind. *2. de process. Cam. c. 14. & 16.* Wesenbec. *consil. Marpurg. 8. n. 104. vol 3.* Jacob Synzius *disput. de Jure protect. Argent. Anno 1621. edita* 8. *8. ibi.* Nisi antiquitus aliud receptum sit, quod in statu suo & dispositione Juris communis relinquitur. Remig. Feich. *nupera dissert. de feud. conclus. 23. in notis ad Lit. F.* ubi expresse tradit, eos qui ex privileg. vel præscriptione, jus in alterius transeundi clientelam obtinuerunt, conditiones illas (quas nempe in limitationibus attulimus) expectare non habere necesse.

Et sane ejusmodi morem † præscriptionem & antiquam consuetudinem, protectorum suscipiendorum, attendendam esse singulariter sancivit Imp. Carol. V. *in Recess. Imp. Augustano de Anno 1548. in prin.* ubi nominatim constituit, daß kein Stand dem andern / seine Vnderthanen ohn ihrer Obrigkeit wissen vnd willen / anders dann wie es jederzeit herkommen / in Schutz und Schirm annemen soll.

Et eandem hanc observantiam, & ab ævo præscriptam committendi se in alienam protectionem libertatem idem laudat. Imperator alio *etiam Recess. Anno 1555. ibid. habito ratificavit* §. Es soll auch hisce verbis vnd soll hiemit den jenigen / so hiebevor von altem Schutz vnd Schirmherrn / anzunemen gehabt / hierdurch nichts benommen vnd dieselbe nicht gemeint sein / Concordat *Recess. An. 1544. Spira habit.* §. *84.*

365 *Declaratio V. Limitationis.* Hoc tamen exceptionis in casu notandum est, si subditi jus recipiendi protectores ad tempus † duntaxat præscripserint, non posse eos se dare in perpetuam alicujus protectionem: Facilius enim quid ad tempus † 366 conceditur, quam in perpetuum, ut patet in servitutibus carceribus, alienationibus & aliis contractibus, similibus, *arg. c. 1. ut ecclesiast. bona.* & tradit Joan. Calderin. *cons. ult. de verb. signif.*

367 *Subdeclaratio ejusdem.* Quod tamen aliter receptum est in liberis † Imperii civitatibus, quibus tanquam statibus immediatis, laxior rerum suarum potestas est, & ob id minore dubietate aliorum patrocinio & perpetuæ † Advocatiæ se sub- 368 mittere possunt, Gilm. *Symphor. 2. p. 3. Tit. 3. Supplic. 23.* Vulteius *3. Marp. cons. 19. n. 145. ex Menoch.* Ehrenberg *2. de Fœder. 2. in not. marg ad p. 192.* & D. Lud. Myler. Cancel. Oeting. *disp. de Advoc. Thes. 4. lit. B.*

Sextam insuper moderationem recipit decisio nostra, ut non procedat, quando subditi † in universa- 369 lium ac superiorum Protectorum, veluti summi Pontificis vel Imperatoris salvam guardiam recipiuntur, ut nominatim advertit Ziegler. *comm. conclus.* §. *Landsassii concl. 1. n. 93.* Id enim absque præscitu & consensu proprii Magistratus fieri posse, inde patet, quod Imperator & Papa generales † sint Domini ac superiores, 370 ut *in prin hujus cap.* late deductum fuit, & testantur insuper Pereg *de jure Fisci lib. 1. Tit. 2. n. 40.* D. Bechtius *de securit. conc. 38. 39. & 42.* Fr. Zoannet. *de Rom. Imper. n. 149. & 251.* ideoque † tali casu nemini præju- 371 dicatur, ut post Abbat. *in c. ex parte de priv.* tradit Thom Maul. *de Homag. c. 11.*

Quod secus est in aliis † Principibus, qui nihil supe- 372 rioritatis habent in alienos subditos, igitur illis se immiscere non debent, quia neminem se in alieno † offi- 373 cio intromittere decet, notat Bart. *in l. provinciis n. 1. C. de Annar. lib. 12.*

Septimo subditis Patroni electio † eo etiam casu per- 374 missa censetur, quando ii scientibus tacentibus, & non contradicentibus Dominis suis ordinariis tutelam alicujus potentioris efflagitant, † eo quod scientes actum 375 quem contradicendo impedire potuerant, si taceant, pro consentientibus habeantur, per text. *in l. final. ff. quod cum eo gl. c. is qui tacet de regul. Jur. libr. 6. gl. Cajus 39. ff. de pignor. act. gloss. l. fidejussor. 26. §. pater. verb manifestum ff. de pignor. gl. c. 2. verb. tacuerit distinct. 26. gloss. c. 8. ext. de his qua fiunt à prælat. sine consens. capituli* Jas. *l. quà dotis 33. n. 76. ff. solut. matr.* Tiraq. *in tract. de utroque retractu* §. *9. gloss. 3. n. 16.*

Unde regula communis est, quando geritur † actus 376 pertinens ad alicujus partis commodum, incommodum vel præjudicium, & sciens illum non improbat videtur eum tacite approbare, secundum Bart. *in l. quo enim ff. rem ratam haberi per l. si absente C. si cert. per.* Et loquitur ibi Bartol. quando actus est gestus in absentia partis, quæ postea habuit notitiam. Nam si non contradicit approbare videtur. Ad propositum D. J. C. Henrichman. Cathedr. Eccles. Aug. Can. *cons. 2. n. 2. tom. 3.*

Et sic licere subditis Protectorem alienum assume- 377 re facile quivis intelligit, non attento, quod ejusmodi in casu postea ordinario Magistratui quid decedat vel præjudicium fiat. Id enim sibi imputare debet, cum consentienti & volenti injuria non fiat, *l. 1. §. usque adeo l. si quis servum 26. ff. de Injur. l. in diem §. 1. ff. de aq. pluv. arcend. scienti 27. de reg. Jur. in 6.*

Nemo siquidem censetur fraudare eos, † qui sciunt 378 & consentiunt *l. 1. fin. ff. de act. empt. nemo videtur. 45. ff. de regul. jur. l. cum donationis 34. C. de transact. l. venditor 11. in princip. C. de resc. vend.*

Huic patronus non invitus, † sed consentiens à liber- 379 to in jus vocatus edicto non utitur *l. quamvis 11 ff de in jus vocando* † nec alter plurium dominorum, qui ve- 380 niam dedit, ut communis servus cæderetur, ea de re aget, sed reliqui non consentientes *l. sed si unius 17. in princ. ff. de injur.*

Solutio contrariorum Argumentorum. Porro expositis decisionis nostræ fallentiis super est, ut ad ea, quæ superius ceu adversa & repugnantia contra negativam sententiam præsentis disquisitionis in medium allata fuerunt, breviter respondeamus, quæ omnia & singula decisioni supra formatæ, nihil roboris afferre statim apparebit.

Nam quod primum ad allegatas Doctorum, † 381 *Responsio ad autoritates Doctorum.* qui à parte affirmantium stare videntur authoritates attinet, intuentibus eos statim constabit illos indistincte loqui, & non in casu, ubi in præjudicium, vel invitis subditorum illorum ordinariis superioribus, tutela ejusmodi defertur, atque aliter nisi in casibus limitatis intelligendos esse, uti nominatim inter

inter alios adductus Albert. Brun. *in dicto suo consil.* istam moderationem subdit, posse nimirum civitatem absq; superioris licentia alterius protectioni se submittere, si non sit spes, quod possit eam regere ac gubernare ipse Dominus.

Et ita etiam declarantur adducta per Col. *in d. c. cum non liceat numero 9. & seq. extr. de praescript.* Wesenbec. *d. cons. 48. numero 23.* Thoming. *cons. 13. num. 43. lib. 1.* Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 2. numero 129.* Sic quoque post alios Gerlac. Buxtorff. *d. conclus. 99. lit. f.* prædictas moderationes approbat, *vers. quorum opinio.* Quemadmodum etiam *supra* in contrarium allegatus Matthias Steph. suam decisionem *in scholiis lit. B.* nuncupatim ad casum necessitatis restringit, quod scilicet tunc solum subditi, alterius principis Protectioni se committere possint, quando prior Princeps ad eos regendos & defendendos (id quod nos ipsi etiam in præmissis limitationibus concedimus & sentimus) ignavus ac minus idoneus est, quod etiam verum esse tenet Paul. Castrens. *in Rep. l. ex hoc Jure ff. de Just. & Jur. col. 4. vers. 10.* Sic etiam Gailius eumque secutus Herm, Gœchusius & alii (nec enim aliter, quam juxta allegatum auctorem intelligendi sunt) in affirmantium partes adducti, generatim tantum loquuntur posse nimirum inferiores defensionis causa superioribus & potentioribus sese submittere, non addentes cum id consentiente vel invito Magistratu fieri possit, & si in specie de eo quæsiti fuissent, sine dubio negative respondissent.

Quod vero ad And, Gerhardum attinet, is non adsertive sed ex mente aliorum *ibi* allegatorum per modum dubitandi discurrit, imo statim *in ver. quia tamen* decidit protectorem aliunde & foris novum deligere, absque justis & legitimis causis (quibus de postea in limitationibus à nobis allatis agitur) non licere subditis.

Etsi vero, ex recentissimis politicis, D. Daniel Otto affirmativam simpliciter & in terminis astruat, quia tamen nullum quem viderim, astipulatorem habet, in contrariam autem pleriq; eunt, hac in parte sequendus non esse videtur, præsertim cum allegatus ab eo Imperii Recessus assertionem nullo modo probet.

Deinde responderi potest tametsi etiam iidem authores allegati simpliciter vellent licere subditis omni casu protectores eligere, quia tamen nulla de Juris sanctione vel stabili ratione probant audiendos non esse, † eum sine lege vel authoritate Juris nihil temere asseverandum sit per *c. hi qui in Ecclesia. in fin prin. de sent. excomm. & in c. consuluisti. 2. quæst. 5. & l. dissentientis, ibi,* nulla præcipit Juris constitutio *C. de repu. & §. cum igitur, ibi,* nec quælibet lex est tale aliquid dicens *in auth. de non elig. secund. nub.* † sed erubescendum potius cum sine lege loquimur. *per illam C. de collat. & §. consideremus in auth. de trien. & semiss.* Lup. *in c. per vestras notab. 2. §. 1. n. 21. ext. de donat. inter vir. & uxor* Roncheg. *in l. eos in pr. n. 21. ff. de duob. reis;* Everhard. *in top. in loc. à leg. cess. n. 1.* Ant. Quett. *consil. 47. n. 4. vol. 1.* Frid. Pruckm. *cons. 47. n. 155. lib. 1.* Rol. à Vall. *cons. 30. n. 29. vol. 4.* Pet. Heig. *q. 25. n. 7. & q. 30. num. 9.*

382 383

384 Paria enim sunt aliquid fieri sine † lege & contra legem. Ita Bald. *in c. in genesi n. 10. de Elect. & in l. contra Juris regulas ff. de pact.* Ex quo fit † ut is qui lege aliquid cautum esse asserit id omnino probare debeat, sive se fundet in aiente sive in negante *l. manumission. C. de liber. & eor. lib.* ut testatur Bald. *com. 340. incip. Et præmitto & cons. seq. incip. secundum ea vol. 3.* quem refert Gravet. *cons. 6. incip. plura videnda sunt. n. 87. & cons. 25. incip. dubia plura proponuntur n. 9.*

385

386 Alioquin locum habet illud vulgatum, † quod lege non cavetur in praxi non habetur, arg. *l. si vero §. de viro Digest. solut. matrim. leg. si servum §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in c. nihil col. ultim. in fin. ext. de electio.* Jason. *in l. illam num. 8. Cod. de collation.* Schrad. *in tract. feud. par. 10. sect. 7. num. 42.* Pruckm. *cons. 20. n. 57.* Jac. Ayrer. *de homicid. necess. part. numero 256.*

Sed nullo jure cautum reperitur, nec ullo firmiori ratione stabiliri potest, licere subditis absq; præscitu & voluntate Magistratus protectores alienos suscipere.

387 *Responsio ad textum in c. Recepimus de Privileg.*

Nam quod † primum attinet ad *capit. recepimus extr. de privileg.* quod præcipue allegari ad hanc rem solet, illud nostram non stringit sententiam, quæ de non requisito Domini consensu disputat' allegatum autem capitulum stricte loquitur, in casu quo ipse Papa protector electus fuerat, & quæsitum in eo principaliter fuerat † an per solutionem census, quæ fit Romanæ Ecclesiæ, probetur exemptio à Jurisdictione Episcoporum. Et rescripsit Alexander Pontifex quod sicut non omnes specialiter Beati Petri Juris existentes annuatim Apostolicæ sedi censum exolvunt, ita non omnes Censuales ab Episcoporum subjectione habeantur immunes. Inspicienda ergo privilegia Ecclesiarum, & ipsorum tenorem diligentius attendendum, ut si fuerit deprehensum, quod Ecclesia quæ censum solvit specialiter B. Petri juris existat, & ad indicium perceptæ libertatis census annuus conferatur, non immerito speciali possit prærogativa gaudere. si vero ad indicium perceptæ protectionis census persolvatur Ecclesiæ Romanæ, non ex hoc Juri diœcesani Episcopi aliquid videri subtractum. Itaq; nihil reperitur in allegato hoc cap. recepimus quod pro affirmantium opinione fulcienda, facere possit, id quod etiam post hæc scripta visus Georg. Gumpelzheimer *in dis. de Jure client. Thes. 2.* pari modo declarat.

388

389 *Responsio ad § finalem in l. desertorem ff. de Re militar.*

Deinde quod ad *§. finalem in l. desertorem ff. de re milit.* attinet, clarum est illum loqui de desertoribus militiæ capite puniendis, qui præfectum vel magistratum militiæ cum possent non protexerunt, nec ullam ibi fieri mentionem, de libertate subditorum in eligendis protectoribus palam est.

390 *Responsio ad l. 1. C. de excus. mun.*

Præterea protectores quorum fit mentio † *l. 1. C. de excus. mun. lib. 10. & tit. singulari C. de domest. & protectorib. lib. 12.* erant ex armata militia delecti, qui defendendi & protegendi causa Principi semper erant à latere, qui ut ipse Imperator ait *l. 9. C. Theod. eod. tit.* protegendi lateris nostri solicitudinem patiuntur, vide Cujac. *ad d. tit. de domest. & protect.*

Responsio ad l. 3. ff. de Just. & Jur.

Nec difficilis est responsio ad argumentum ex *l. 3. ff. de Just. & Jur.* adductum. Aut enim vis illa infertur à peregrinis aut ab ipso domino, si à peregrinis aut dominus ordinarius vel propter impotentiam, vel propter negligentiam subditos deserit. Si deserat, poterunt illi naturali ratione quæ etiam ipsi undecunque defensionem quærere permittit, à Regula exceptionem facere, à nobis supra traditam. Si autem vis infertur ab ipso Domino tunc quærendi protectoris licentia (uti *in 2. limitatione* dictum est) subditis nedum denegatur, sed & ipsis, ob denegatum præsidium, Dominos suos in Camera accusandi potestas tribuitur. Gumpelzheimer *inter disc. Acad. 27. vol. 2. Thes. 2. lit. C.*

391 *Responsio ad rationem per eosdem auctores consideratam.*

Nec illa insuper ratio, † quam prædicti authores inculcant, quod scilicet per ascitum aliunde protectorem Jurisdictioni magistratus ordinarii nihil derogetur, quicquam ad fulciendam illorum opinionem facit. Quamvis enim protectio Jurisdictionem non tribuat, multo minus collectandi potestatem, nec dominium probet, aut a Jurisdictione ordinarii eximat, per supra alleg. non tamen inde deduci potest, quod temere subditis licet protectorem evocare vel susci-

pere, cum id multis aliis in rebus, ut liquet ex *supradictis* rationibus decidendi, propriis dominis præjudicare possit. Petr. Frid. Mind. *d. c. 14. quæst. 1.* Thom. Mich. *d. concl. 138. lit. C.*

392 Neque etiam est, quod nos sollicitent rationes in speciem roborandæ prioris sententiæ adductæ. Quod enim primo loco dictum fuit per protectoris susceptionem nihil Domino decedere, è contra vero duplicis expectandæ defensionis subsidium subditis per eandem accrescere, id ex prædictis falsum esse constat.

Responsiones ad allatas ab Autore dubitandi rationes. Responsio ad I.

393 Nam ut supra diximus † præter id quod ex fonte protectionis, ut plurimum Jurisdictionis rivos produxisse advertimus, id experientia manifestum facit quod ex arrepto tuitionis jure per eos qui Advocatiæ Titulum plus æquo extendere, & ad quæstum atq; privatam utilitatem transferre conantur non solum ordinarii magistratus Jurisdictioni sensim aliquid detrahatur, sed adhærentes magis quam par est protectorum personis indulgeant paulatimque etiam subditi à Justa superiorum obedientia deflectant, adeo ut ejusmodi tutelæ institutionem absque incommodo & præjudicio ordinarii, nisi ea cum ejusdem præscitu, consilio & cautelis singularibus ineatur vix posse fieri, Infitias nemo ierit Bod. *de Rep. lib. 5. c. 6.* War. ab Ehrenberg *medit. pro fœd. c. 4. n. 13.* Pet. Greg. Thol. *de Rep. lib. 21. c. 11.* Knich. *Epopf. num. 181.* & alii *supra* alleg. Quare subnexum ibidem axioma, *Quod tibi non obest*, nihil ad rem facit, quia manifestū est, clandestinam illam in protectionem deditionem à subditis factam, obesse dominis, & nonnunquam etiam ipsis subditis, ut per exempla *in primo c.* deducta evidenter ostensum est.

Quod vero ex parte subditorum de accessione duplicatæ defensionis dictum fuit, tantum abest ut enervet propositam à nobis enunciationem vires ut si contra paratiores suppeditet nostræ decisioni † cum enim

394 illis sufficiat protectio ordinarii Magistratus nihil opus habent, alieno defensoris subsidio, eo quod peccatum sit fieri per plura, quod expediri potest per pauciora *gloss. leg. prima. Digest. quod met. caus.* Bald. *in final. Cod. de adop.* † Ubi namq; duo tendant ad idem uno

395 sufficiente alterum supervacaneum reputatur secundum gloss. *c. item. 1. de sum. Trin.* Mat. Col. *conf. 42. n. 102.* nisi forte & justæ sint & probabiles causæ, quare alius Patronus cum consilio ordinarii superioris deligatur, qui propter viciniam ardenti malo, melius quam proprius Dominus occurrere possit. Col. *in d. c. cum non liceat. n. 9. & seq. extr. de præscr.* Tho. Michael. *de jurisd. thes. 138. lit. b. in fi.* Ne autem apparentis, ex

396 fortiori † defensione, plurium defensorum commodi, illecebris capiamur, ponderare debemus, quod cum nemo facile absque annuo honorario protectionis onus in se recipiat, inde labente paulatim multorum annorum curriculo, subditis, in constituendis pluribus Advocatis non parum in eosdem erogandum sit, ut interim taceam quod qui per eam occasionem Patroni alia etiam multa ab iisdem emungere non omittent Ex quo consequitur plerumq; fieri ut subditis absq; necessitate protectores conducentib. plus damni quam emolumenti ex superfluis clientelis proveniat, quæ tamen consideratio, ceu *in primo* etiam *capite* ostensum est per neminem ab ineunda Advocatia cum superioris licentia contrahenda, arcere debet.

Responsio ad II. dubitandi rationem.

Secundo parum negotii in astruenda contraria sententia exhibet, quod afferebatur legibus permissum esse subditis armata manu res suas recuperare. Nam etsi hoc (cum ea de re hic longius excurrere instituti nostri non sit) detur, nulla tamen consequentis ratione inde inferri potest, licitum exinde ipsis esse sine præscitu ordinarii magistratus cum potentioribus protectionem pacisci.

397 Cum enim hæc separata sint & licitæ † ejusmodi congregationes quæ ad bonum & permissum finem rerumq; defensionem fiunt, haud ita facile in præjudicium ordinarii magistratus, quemadmodum supra de protectionis unione ostendimus, cedere possint, ideo ab uno ad aliud nihil inferri vulgatum est per text. manifest. *in l. fin. C. de Calumniatoribus* Jason *in leg. admonendi in repetit. n. 10 ff. de jurejur.* Pract. Papiens. *in form. lib. quo agit ad filii præstat. in verb. recusavit & recusat, n. 3.* Lupus *in c. per. vestras not. 3. §. 3. n. 16. ext. de donat. inter vir. & uxor.* Ascan. Clem. *in tr. de patr. potest. c. 5. n. 55.* Menoch. *in tr. de remed. possess. adip. remed. 6. n. 185.* Mandel. *conf. 2. n. 13.*

398 Longe insuper feliciori negotio † scrupulum ex tertia dubitandi ratione injectum submovebimus respondendo, quod licet, cura quærendæ defensionis ex ductu & præscripto naturæ nobis incumbat, quia tamen subditis ex propriorum Dominorum tuitione satis præsidii præsto est, aut si ipsis quid desit cum eorundem præscitu, id rectius quæri potest, ex adductis rationibus nequaquam infertur, quod sæpedicti subditi proprio motu aliunde inconsultis suis magistratibus, tutores eligere debeant aut jure possint.

Responsio ad III. dubitandi Rationem.

Sed etsi maxime jus naturale quærendæ defensionis potestatem in genere quibusvis permittat, quo minus tamen, ob reverentiam per subditos magistratui debitam, ceu speciali æquitatis ratione suadente & urgente, constituenda per eos tutela prohiberi queat, nihil video quod obstare possit.

399 Nam jus naturale quatenus in genere aliquid disponit, declarari potest, ut ob specialem & evidentem rationem quandoque locum non inveniat *l. manumissiones, 4. l. ex hoc jure 5. ff. de Just. & jure.*

Casus in quibus jus naturale generatim aliquid disponens declaratur, ut ob specialem rationem non procedat.

Unde Doctores non male concludunt defensionem bannito qui à quovis obvio licite potest occidi per text. *in ordinat. Camera part. 2. tit. 9 §.* So jemandt *vers.* so bald auch der &c. Gail. *lib. 2 de pace publ. c. 1. n. 23. & seq.* Petr. Frid Mindan *de process. Camer. libr. 1. c. 26. n. 5.* Harprecht. *§. hæc actio 12 n. 158. Inst. 2. de injuriis*, & aliis ab his adductos, ob specialem rationem

400 per statutum auferri posse Bartol. Ang. Paul. de Castr. Jason Bolognet. *n. 15. & seq.* aliique *in l. ut vim 3. ff. de Just. & Jure.*

Casus I. in Bannito defensio.

401 402 Sic quamvis parentes jure & instinctu † naturæ liberos educare iisque alimenta præstare debeant *l. 1. §. jus naturale ff. de Just. & jure, jus naturale in princ. Ingit. de jur. natural. gent. & civil. l. un. § taceatis versicul. fileas ob liberos, Cod. de rei uxor. actione leg. si quis à liberis §. si. quis ex iis Digest. de libr. agnoscend.* Bartol. Romul. *in leg. ut vim. n. 136. ff. de Just. & Jur.* Vital. *in tract. clausul. tit. an aliment. renunciare poss. col. 3.* Garf. *in tr. de expens. c. 3. n. 1.* Coler. *in tract. de aliment. lib. 1. c. 2. n. 2.* † Et pater dicatur filios necare denegando eis

Casus II. in liberorum alimentatione.

403 alimenta *l. necar. ff. de liber. agnoscend.* Jo. Petr. Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. qu. 1. n. 2.*

404 Ex justis tamen causis alimenta liberis denegari certum est *Authent. ex complexu ubi Sichard. C. de incestis & inut. nupt. Nov. 89. ult.* Fran. Ripa *l. fin. 4. C. de revoc. donat* Covar. *in epit. in 4. lib. decret. par. 2. de matr. c. 8. n. 6.* ubi plures text. & authoritates accumulat.

405 Pari modo licet hæreditates parentum & Juris æquitatis naturalis ductu liberis deferendæ sint *l. fin. in princ. ff. de bon. damnat.* Pyrrh. *in consuet. Aurelianens. tit. de test. c. 1.* Ascan. *in tr. de patr. potest. effect 16. ex n. 21.* Gomez. *variar. resolut. lib 1. c. 7. n. 2.* Dilect. *in tr. de arrestan. lit. 3. caut. 11. n. 1.* Rom. *in. l ut vim nu. 159. ff. de justit. & Jur.* Garz *in tract. de expens. c. 4. n. 56.* Cald. *in. l. si curatorem in verb. fine curatore n. 22. D. de restitut. in integr.* Capifer. *in tr. de nu. test. p. 3. n. 162.* Bard. *in tr. de temp. ut & contin. c. 12. n. 9.* Pec. *in tr. de test.*

Casus III. in hæreditate paternæ filiis auferenda.

testam. conjug. lib. 5. cap. 6. n. 1. & c. 7. n. 3. ad fin. Borch. *in tract. feud. c. 7. p. 2. n. 10.* Vacon à Vacun. *declar. 94. n. 2,* Pruckm. *consf. 2. n. 2. 252. lib. 1.*

406 Tamen jus istud restringitur & limitatur, ut ex causa ingratitudinis pater liberos exhæredare possit §. *aliud. Auth. ut cum de app. cog* Ludol. Schrad, *tract. feu. p. 9.*

407 *c. 9. n. 6.* Cum ingratitudo † non solum debitum naturæ tollat *Nov. 22. c. 27. v. hoc autem quid plus est &c. & Nov. 115. ca. 3.* Bald. *in l. fin. n. 11. C. de dot. promiss.*

408 Surd. *de alim. tit. 8. priv. 65. n. 10.* † sed etiam vitium teterrimum & maximum reputetur Dd. *in c. fin. ext. de revoc. donat.* Carol. Mol. *in consu. Paris. tit. 1. §. 30.*

409 *n. 1.* & † Diis hominibusque invisa Catel. Cotta *memo-*

410 *rab. incip. ingratitudo filii,* † nec non omni Jure exosa Berengar. Fernand. *repet. l. in quartam 61. n. 71. ff. ad*

411 *leg. Falc.* † Atq; teste Xenophonte ingratitudine Deus contemnatur Resp. lædatur, & proximus offendatur

412 And. Siculus *cons. 11. col. 3. lib. 1.* † nec non auctore Divo Bernardo sit ventus urens, siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis & fructum gratiæ prout eum refert Panor. *in c. fin. de donationib. &* Schneidew. *n. 10. Inst. de exhæredat. librer. in pr.*

413 Similiter etiam quamvis † Jure divino & naturali constitutum sit fidem duobus vel tribus testibus esse adhibendam *Deut. 17. vers. 6. Matth. 18. vers. 16. 2. Corint. 13. vers. 1. Hebr. 10. v. 28. cap licet universis 22. de testib. & attest. c. cum esses 10. & seq. de testament.*

Casus IV. in fide Test. habenda.

414 *c. 1. distin. 48.* † Isthæc tamen dispositio Jure civili moderatur & interpretationem patitur, ut non procedat in impuberibus capitalibus inimicis & similibus *l. testium 3. & tot tit. ff. & C. de testib.* & *ibi* Dd. Harprecht. §. *hac actio 12. n. 114. Instit. de Injur.* † Atque

415 hæc quidem similesq; interpretationes non tollunt jus naturale sed potius illustrant atq; declarant.

416 Nec vero etiam refragatur quarta objectio, † Etsi enim concedatur quemlibet ad vitam suam ex præscripto juris tutandam teneri, & pro corporis tutela aggressorem occidere posse non tamen inde sequitur, perinde etiam eundem pro bonorum suorum defensione devinctum esse Fortun. Garzia *in l. ut vim 3. n. 38.*

Responsio ad VI. dubitandi rationem,

417 *ff. de just. & Jur.* † ubi ait periculum personæ reddere justam furis vel alterius invasionis occisionem, non

418 autem periculum rerum. † Etenim inter defensionem proprii corporis & bonorum multiplex est differentia.

Nemo quippe adeo mentis expers est, ut non pluris faciat corpus & vitam, pretiosissimum nobilissimumq;

419 Dei donum, † quam res suas fluxas & caducas, cum homines sint omnium creaturarum excellentissimæ ad imaginem Dei creatæ, & pretiosissimo Christi servatoris sanguine redemptæ, † at bona nostra, & res omnes

420 respectu hominum vilissimæ, nec per se sed tantum hominis gratia conditæ & comparatæ §. *in pecudum 37. supr. de rerum divis. l. in pecudum 28. in fin. de usur. l. cum igitur. 2. ff. de statu hominum.* eleganter Georg. Obrecht. *de defens. necess. cap. 8. n. 9. & 10.* ubi dicit iniquum esse vitam hominis pro quo Christus est mortuus tam vili rerum pretio æstimare. Atque hinc etiam ingens deprehenditur discrimen inter eam defensionem quæ fit ob corpus, & eam quæ propter bona nostra instituitur. Etenim qui corporis sui tutelam suscipit, is directo ac immediate salutem

421 & sanguinem suum defendere dicitur. † Qui vero bona & patrimonium suum protegit, mediate solummodo & per consequentiam, quod ex iis hominis vita sustentetur, salutem & corpus suum defendit. † Et idcirco ab

422 uno ad alterum, non recte infertur, quia ex diversis nulla est valida & firma argumentatio *l. Papinianus 20. ff. de minor. 25. annis. leg. ultim. Digest. de calumn. leg. qui fundum. 7. §. 1. ibi* propriam ac separatam conditionem habent *ff. pro empt leg. inter stipulantem 83. §. sacram versicul. sed hae dissimiles sunt Digest. de verb. obligat.* Cravett. *cons. 972. n. 16.* Frid. Pruckm. *cons. 2. n. 276. lib. 1.* Coler. *cons. 42. n. 62. & 45. n. 89.*

423 Potest tamen in casu, † quando invasio bonorum etiam cum vitæ periculo conjuncta est, aggressorem quis licite occidere. Nempe si invasor quempiam patrimonium ac res suas defendentem resistendo in vitæ ac corporis discrimen deducit. Tunc enim quemadmodum vis illata recte propulsatur, sic eadem de causa impune cædem committere licet. *jurib. supr. adduct.* Quia jam non amplius de rebus, sed de salute ac tuitione proprii corporis agitur, *leg. ut vim 3, Digest. de just. & jur. leg. primo §. ut vim. leg. 3. §. cum igitur. Digest. de vi & vi armat. leg. furem. 9. Digest. ad leg. Corn. de sicar.* Didacus Covarruvias *clement. unic. §. 1. numero 6. versicul. secundo de homicid.* Georg. Obrecht. *de necessar. defens. c. 8. n. 16. 17. & seq.* ubi id pluribus pulchre deducit.

Occisio ob defensionem rerum quando licita.

Pariter non obstat quod quinto loco dictum fuit ligas & confœderationes ad defensionem status & patrimonii vel alium bonum finem ordinatas licitas esse.

Responsio ad V. dubitandi rationem.

424 Nam ejusmodi confœderationes iis † solum permissæ censentur, qui in suis territoriis jura imperii & omnimodam Jurisdictionem habent quique præter Imperatorem immediate superiorem neminem recognoscunt; aut qui certa saltem lege & conventione superiorem agnoscunt, & extra pacta illa conventa sua placide fruuntur libertate. Ita expresse constituitur per text. *Aurea Bulla Caroli IV. tit. 15.* Von zusammen Verbindung §. doch außgenommen. *ibique* Gerlac Buxtorff. *concl. 98.*

Secus vero est in Statibus & civitatibus inferioribus Jura Imperii non habentibus aliisque subditis privatis. Nam hos fœdera quantumvis ad defensionem rerum ac personarum ordinata absque authoritate & consensu Dominorum quorum subditi, seu in quorum districtu existunt, nullatenus contrahere posse, dilucide statuit Bald. *in l. fin. ff. de collig. illic.* relatus à Bertach. *verb. subd. n. 48.* Inno. *in c. dilecta de exccss. pral.* quæ refert & sequitur Mart de Laud. *in tract. de confœd. Prin. q. 20.* idem voluit Petr. de Anch. *in clem. pastor. col. 1. not. 4. de re Jud.* Hier, Gig. *in tr. var. qu. q. 18. n. 6. lib. 3.* Et hos nove insecuti Arnis. *lib. 1. pol. c. 12. &c. 18.* Kirch. *disp. 14. Reip. thes. 1.* Clapm. *lib. 1. de arc. rerump. c. 13. in fi.* D. Warem, ab Ehrenberg *de fœd. lib. 2. c. 1. n. 43.*

425 † Quemadmodum *inquit*, privatis interdictum est bellum gerere Corn. Tac. *lib. 20. Annal.* Pan. *in c. sicut n. 7. de Jurejur.* Didac. Cov. *in c. peccatum §. 9. n. 1. de reg. jur.* Gigas *de crim. læs. majest. q. 21. n. 5.* Sic etiam fœdera jungere. Nam omnes subditorum & inferiorum colligationes & confœderationes illicitæ & prohibitæ præsumuntur, per const. Pacis publ. *de Anno 1548. in pr. ibi* daß keiner einige Conspiration oder Bündnüß wider den andern auffrichte/ *Const Frid. de Pace tenend. & Jur. firm. §. conventicu!a l. 1. & l. 2. ff. de colleg. l. 1. ff. quod cui univ. l. 1. & l. 2. C. de sed. l. 5. C. de his qui ad Eccl.* Marta Neap. *de Jurisd. p. 2. n. 8.* Ægid. Boss. *de crim. læs. majest. n. 24.* Myns. *cent. 6. obs. 2. n. 1. & seq.* Hier. Laur. *decis. Aven. 89. per tot.*

426 Sic etiam olim fœdera sine jussu populi & † authoritate Senatus in Democratia Romana, itemq; Monarchia sine voluntate Regum fieri non potuisse testis est Livius *decad. 1. lib. 9.* Salust. *de bello Jugurthino*, itemq; Polybius *lib. 3.* Zwinger. *thea lib. 28. tit. Politiarum forma.* Pet. Greg. Tholos. *l. 11. de Republ. cap. 11.* Ant. Hering., *de fidejuss. c. 10. n. 301.*

427 Et licet fœdus amicitiæ etiam inter privatos contrahatur, † Cels. Mancin, Rav. *lib 6. de jur. pr. c. 11.* Cam. *disp. 5. Juridicopolit. de Jurib. majest. thes. 81.* talis ami-

amicitia tamen nomen fœderis non nisi abusive meretur. Waremb. ab Ehrenberg *d. c. 1. n. 34.* † Verum enim & legitimum fœdus inter privatos contractum, nec unquam rescriptum est, ut in simili loquitur IC. *in l. 1. de Senator.*

430 Quod autem *ultimo loco* dictum est, indignum esse liberis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem, id levius est, quam ut roborare possit intentionem affirmantium,

Responsio ad ultimam dubitandi rationem.

Quamvis enim subditi proprias suas & consequenter singuli suas privatas res libere & ad libitum moderari possint, quia tamen magistratui loci omnia & singula subjecta atque affecta censentur quoad Jurisdictionem & jus magistratus ut hoc in individuo tradit Rosenth. *de feud. c. 12. concl. 15. n. 27.* post Specul. *in tit de feud.* §. *Quoniam versic. 14. n. 28.* Alexand. *cons. 112. n. 3. lib. 4.* Curt. Jun. *cons. 41. n. 8. & cons. 158. num. 26. & seq.* ideo circa subjectionem subditorum rerumque ad eos pertinentium Magistratus maxime interest.

431 † Unde pronunciatum illud cum mica salis illaque moderatione accipiendum & intelligendum est: dummodo moderamen & arbitrium juri sit consentaneum, & nisi quis de libertate sua per legem, vel aliam rationabilem causam prohibeatur Bartol. *in l. si quis vi 1. §. differentia ff. de acquir possess.* Porcius *§. fin. Inst. de his*
432 *qui sunt sui vel al. jur.* † aut rem suam ita administret, ut inde præjudicium nemini oriatur.

433 Jure namque cautum est in † præjudicium aut incommodum tertii contrahi aut pactum fieri à nemine posse per text. apertiss. *in l. inter alios 1. & l. inter alios*
434 *2. C. res inter alios acta.* † Eo quod alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat *l. non. debet alteri ff. de reg. jur.* facit text. *in l. cohæredibus. C. fam. hercisc.* Col. *cons. 3. n. 25.*

435 Hinc est, quod à Dd. traditur, † verba alicujus contractus potius impropriari debere, quam ut præjudicium tertio inferant; prout ex Card. & Bald. eleganter notat Regn. Sixt. *inter cons. Marp. tom. 3. cons. 8. n. 56.*

At vero hanc protectionis molitionem à subditis sine præjudicio dominorum fieri non posse præter supradicta, constat etiam ex hoc, † quod incommodum
436 ex eo solo inferri dicatur quando aliquid contra alicujus voluntatem fit, *l. fin. ff. de usu & habit.* Bart. *in l. 2. n. 12. ff. soluto matrim.* Cacher. *decis. Pedemont. 130. n. 7.* Men. *de recup. poss. remed. 1. n. 422.* ubi id multis legibus & authoritatibus corroborat.

437 Et talis præjudicii quamvis modici, habendam † esse rationem notat *ibi.* Cach. allegans ad id Decium *in c. super eo col. 1. de offic. deleg. & cons. 525. n. 8.* & Jasonem
438 *in l. quo minus n. 22. ff. de flum.* quibus adde Achil. Petroch. *in resp. suo de interp. & resol. contra. n. 24.*

Transitio ab Advocatia laicali ad clericalem. Episcopis & Prælatis Ecclesiarum an absq; consensu Papali secularem protectorem suscipere liceat.

Et sic generalitas dispositionis de libera rerum † suarum administratione, per rationem modo adductam restringitur. *arg. l. 1. §. in publico ff. de flu. l. si is, qui animo ff. de acq. poss.* Zasius *cons. 7. n. 16. lib. 2.*

Et hæc quidem hactenus de Advocatia sæculari & subditorum in assumendo Protectore potestate allata intelligenda sunt de subditis tam Laicis quam clericis inferioris ordinis.

Quod vero attinet ad clericos Prælatus in dignitate constitutos, peculiaris etiam de iisdem subjicienda hic & enucleanda occurrit controversia, *An nimirum Episcopi † Prælati & Antistites Monasteriorum vel col-*
439 *legiorum absque licentia & consensu summi Pontificis possint assumere Protectores atque sæculares.*

440 Pro parte negativa videtur facere text expressus *in cap. hoc consultissime de rebus Eccles. non alienand. in 6.* ubi ad literam prohibetur, † ne prælati Ecclesiarum sibi commissarum bona immobilia vel jura Laicis sub-
441 mittant, aut subjiciant, nec etiam eos ipsos patronos

Negativæ cum ratione dubitandi.

vel Advocatos perpetuo vel ad tempus non modicum constituant. Nisi ultra Capituli consensum Apostolicæ quoque sedis licentia specialis accedat. † Quod 442 quidem adeo stricte prohibetur, ut si contractus aliter factus fuerit, tametsi jurisjurandi accessione, aut pœnæ adjectione vallatus fuerit, is tamen viribus omnino carere, nec ullum jus præscribendi tribuere intelligatur. Quem textum ita simpliciter intellexisse videtur Zas. *in compen feud. part. 10. de feud. amiss. post n 55.* † dicens hujusmodi Advocatos non esse perpetuos sed 443 revocabiles, nisi summi Pontificis, in paciscenda protectionis unione, consensus accesserit, per d. text *in hoc consultissimo.* Quod idem Zas. latius in contingentia facti inter Episcopum Viterbiensem & Nobilem quendam super Advocatia cujusdam monasterii adductis in confirmationem alienis nonnullis rationibus ad scopum tamen hujus quæstionis nihil spectantibus decisive resolvit, *cons. 7. lib. 2.* ubi *sub n. 5.* expresse tradit † laicos non posse constitui Advocatos Ecclesiæ 444 seu bonorum ecclesiasticorum perpetuo vel ad tempus non modicum sine summi Pontificis licentia. Rationem adducens ex Dominic. de S. Gem. *in d. c. hoc consultiss.* † quod nimirum laici per hujusmodi Advoca- 445 tiam vendiceut sibi quoddam jus dominii, quod esse non debet, subjungendo, quod si etiam aliter Ecclesiæ consuli non possit quam per hujusmodi contractum, id tamen sine Apostolica licentia permitti haud debeat. Ad idem facere videntur notata Casp. de Cal. *in cons. 6. sub tit. de reb. Eccles. non alien.* ubi consulendo determinat † submittere vel se vel bona laico, 446 esse quandam alienationis speciem allegans ad hoc const. Bened. *sub tit. de fictis & dol. contract.* ubi prohibetur † omnis contractus per quem damnificari, gra- 447 vari, obligari, deperire, vel impediri possunt jura reditus seu bona Ecclesiastica, eumque referendo sequitur Zas. *d. cons. 7. ibid.* concludens Episcopum Viterbiensem non potuisse laicis in feudum concedere Advocatiam in monasterio de quo ibi loquitur absq; summi Pontificis licentia, ut per eum *ib.*

Eidem sententiæ manus porrigit D. Men. Præceptor quondam meus honor. *consil. 29. numero 22. ubi numero. 23.* tradit propter commune illud Papæ velut supremi omnium, decretum, fas non esse, cuiquam nedum liberæ Imperii civitati plenam ejusmodi securitatem & salvam guardiam promittere alleg. ad hoc Jo. à Platea *in c. cum sæpe C. de erog. mil. an. lib. 12.* Chass. *in cat. glor. mundi p. 5. numero 195. Idem cons. 66. numero 18.* Jas. *cons. 57. col. 2. lib. 3.* Cag. *in l. non videtur numer. 2. de reg. jur.* Neviz. *cons. 83. num. 5.* Hanc item noviter subsequuntur Henric. Rosenth. *synops. feud. c. 4. conc. 14. n. 5.* expresse adseverans hodie ob prohibitionem juris Canonici prælatos, non posse de novo assumere laicos, in Advocatos, per d. text. *in c. 1. de reb. Eccl. non alien.* & Thom. Michael. Assess. Cam. *de jurisd. thes. 55. lit. F.* asserens, Advocatiam ex d. constitutione Gregorii X. laicis in Ecclesiasticos, sine speciali Pontificis consensu inhibitum esse, pro eadem alleg. Jo. And. *ibid.* prohibitionis rationem afferentem.

Denique eandem sententiam publice defendendo tuitus est erudiss. D. Sebast. Dietherich. Advocat. Hallensis Amicus meus honorandus, *in sua de jure Advocatiæ disput. Thes. 5.* & post ipsum D. Cancellarius Oetingens. Ludovic. Myler. *Thes. 4. de Advoc.* Quibus Authoribus etiam addi potest Dn. Georg. Becht. *de salvo conduct. cap. 10.* ubi innuit simplicem Advocatiam ex constitutione Gregor. X. non nisi cum consensu Pontificis speciali quæri posse.

Authores negativam sequentes.

Verum

Verum ego in hac quæstione, non attentis authoritatibus allatis, secus plane existimo, nec probationem ullam efficacem afferri posse censeo, qua necessitas consensus Pontificii ad ineundam in terris Imperii Advocatiam, quantumvis longam, firmiter edoceri queat.

449 Dixi autem notanter *in terris Imperii* licere Ecclesiasticis etiam absque summi Pontificis assensu Advocatos adsciscere: Quia aliud dicendum esse videtur de iis qui in terris Ecclesiæ aut summo Pontifici etiam in temporalibus subjectis vivunt, idque propter peculiares inhibitiones hac super re promulgatas.

Ecclesiarum Antistites an etiam in terris Ecclesiæ summo Pontifici in temporalibus quoque subjectis absque licentia ejusdem seculares personas in protectores adsciscere possint. Negative.

Nam multis sæculis post prædictam Gregorianam constitutionem editam nominatim Clemens VI. constitutione perpetuo valitura sub pœna excommunicationis, inhibuit, ne ulla civitas vel communitas, aut singularis persona, cujuscunque conditionis, vel status existeret, deinceps in aliquibus civitatibus castris, seu villis, ipsius patrimonii, ad Romanam Ecclesiam spectantibus dominium, superioritatem, capitaneatum, Advocationem, jurisdictionem, seu aliquam præsidentiam prætextu cujuscunque venditionis, submissionis, recommendationis, concessionis, recognitionis, obligationis, contractus, vel pacti, aut cujusvis alterius commercii, absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali recipere, vel sibi dominium, præsidentiam, capitaneatum, seu Jurisdictionem in prædictis vendicare audeat, etsi jurejurando ultro citroq; obligatio intercesserit, eo quod tale juramentum tanquam vinculum iniquitatis non valeat.

Ratio decisionis negativæ.

450 Sed hoc ut evidentius pateat ipsius Clementis constitutionem hoc loco subjicere libuit, quæ sic habet.

Constitutio Clementis VI. Papæ, qua præter alia contenta prohibet, ne ulla communitas aut singularis persona in civitatibus castris aut villis ad Ecclesiam Romanam spectantibus, ullum Dominium, superioritatem, capitaneatum, Advocationem seu Iurisdictionem quovis modo absque sedis Apostolica licentia sibi usurpet.

Etsi solertem adhibere vigilantiam, ne quarumlibet Ecclesiarum jura depereant, ex debito nostri officii teneamur, in manutenendis tamen, defendendis, recuperandisque occupatis juribus Ecclesiæ Romanæ, sponsæ nostræ, quæ disponente Domino caput omnium, & magistra cæteris altiori dignitate præcellens majoribus est juvanda præsidiis, & amplioribus honoribus attollenda esse debemus solliciti & attenti. Ad obviandum igitur perversis illorum conatibus, qui sibi commoda, non se commodis patrimonii beati Petri in Tuscia, quod juris & proprietatis ejusdem Ecclesiæ fore, ac eidem immediate subesse dignoscitur applicantes temere civitates, castra & villas ejusdem patrimonii ad eandem Ecclesiam pertinentia eorumque dominium, superioritatem, advocationem, capitaneatum & jurisdictionem in ipsius Ecclesiæ grave præjudicium contra constitutiones & ordinationes olim per fel. recor. Urbanum IV. & Jo. XXII. ac diversos alios Romanos Pontifices prædecessores nostros editas non verentur diversis exquisitis coloribus occupare, & sibi in eisdem dominium, superioritatem, & præeminentiam vendicare, hac perpetua constitutione sancimus, † ut nulla civitas vel communitas nullaque singularis persona cujuscunque conditionis, vel status existat, deinceps in aliquibus civitatibus castris, vel villis ipsius patrimonii prædictam Romanam Ecclesiam, spectantibus dominium, superioritatem, capitaneatum, advocationem, jurisdictionem seu aliquam præsidentiam, seu præeminentiam, prætextu cujuscunque venditionis, submissionis; recommendationis, concessionis, recognitionis, obligationis, contractus vel pacti, aut cujusvis alterius commercii absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali recipere audeat, vel sibi dominium, præsidentiam, capitaneatum seu jurisdictionem in prædictis civitatibus castris, seu villis ex quavis occasione, causa quomodolibet vendicare: quodque civitates & singulares personæ summissiones, suppositiones & subjectiones quascunque jam in eas factas & receptas seu de facto cum de jure non teneant, quomodolibet attentatas, dimittere teneantur, nec civitates, castra, seu loca alia, quæ se eis, ut præmittitur submiserunt, vel quomodolibet subjecerunt 451 † vitute submissionis, & suppositionis alicujus vel cujusvis contractus titulo valeant retinere, nullaque universitas seu communitas civitatis, castri, seu villæ Ecclesiæ Romanæ subjecta, in terris patrimonii constituta alicui universitati seu communitati vel privatæ personæ, cujuscunque conditionis aut status existat, se subjicere submittere seu supponere valeat, constituendo, recognoscendo, seu profitendo se subesse alicui universitati, vel privatæ personæ, seu ad eosdem super eos, & in ipsis ac dictis civitatibus castris & villis aliquam Jurisdictionem, dominium, capitaneatum seu 452 quamvis aliam præeminentiam pertinere, † Et si quæ civitates, castra, vel loca jam de facto ad submissionem, & suppositionem aliquibus civitatibus vel privatis personis de se factam venditionis donationis, vel cujusvis alterius contractus colore, vel titulo processerunt illa quamvis de jure valeant, quatenus de facto processerunt, realiter & effectualiter studeant revocare, nec illis unquam utantur, nec virtute submissionum hujusmodi vel alias illis quibus quovis titulo vel colore se summiserint ullatenus obediant, pareant, vel intendant, contrarium non facientes directe vel indirecte, per se vel alios, tam illi & eorum singuli, qui in civitatibus castris, aut villis ejusdem patrimonii, vel eorum aliquo hujusmodi dominium superioritatem capitaneatum advocationem Jurisdictionem quamcunque præeminentiam seu præsidentiam, sine licentia sedis Apostolicæ speciali recipient in futurum, & qui eam ex quocunque contractu vel obligatione receperunt, seu quavis usurpatione quomodolibet occupaverunt, nisi sic recepta & occupata infra duorum mensium spatium, postquam præsens constitutio ad eorum notitiam pervenerit, vel per eos steterit quo minus valeat pervenire dominium seu præsidentiam, superioritatem capitaneatum advocationem, Jurisdictionem quamcunque

seu præeminentiam hujusmodi realiter dimiserint cum effectu, illa nullo unquam tempore absque ipsius sedis licentia resumpturi, quam illi qui se submiserint, supposuerint seu subjecerint, ut præfertur simili modo cujuscunque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existant singulæ personæ sententiam excommunicationis incurrant ac terræ ipsorum ubicunque fuerint Ecclesiastico interdicto subjaceant ipso facto, † Civitates autem castra & villæ quæ in antea se submittent, supponent, seu subjecerint, & quæ submissionem, suppositionem seu subjectionem hujusmodi recipient, seu quomodolibet occupabunt, civitates quoque castra, etiam loca quæcunque quæ se jam quovis colore vel titulo ut præmittitur summiserunt, & subjecerunt, ac civitates, quæ submissiones & subjectiones hujusmodi receperunt, nisi infra prædictum duorum mensium spacium ab omni effectu dictæ submissionis & subjectionis realiter destiterint, ipsis ulterius non usuri seu contra constitutionem & inhibitionem nostram venire directe vel indirecte, per se vel alium seu alios attentabunt, Ecclesiastico subjacere decernimus interdicto, & nihilominus omnibus indulgentiis, privilegiis ac gratiis, nec non feudis bonis & honoribus, & juribus quibuscunque quæ ab eadem Romana & aliis Ecclesiis obtinent, privamus & privatos volumus esse ipso facto. Non obstantibus si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod excommunicari ipsorumque terræ & loca Ecclesiastico interdicto supponi non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum, de hujusmodi ac eorum personis, locis, ordinibus & nominibus propriis mentionem.

454

Nos insuper omnes submissiones, subjectiones, suppositiones super prædictis factas & obligationes, pacta seu conventiones, sub titulo venditionis, seu cujusvis alterius contractus quomodolibet initas & habitas, & quascunque pœnas adjectas, & juramenta præstita super illis, sub quibuscunque modis & forma vel expressione verborum, præsertim cum in præjudicium ejusdem Ecclesiæ redundent, ac juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat decernimus fore nulla, vacua, irrita, & inania, & nullius existere firmitatis & quatenus ad illa de facto processum extitit, tollimus & revocamus omnino, & juribus vacuamus. † Cæterum cum præfatus Joannes Papa XXII. prædecessor noster dudum universis & singulis tam clericis quam laicis cujuscunque status, ordinis, conditionis præeminentiæ, vel dignitatis existerent, etiamsi Pontificali vel Imperiali seu Regali vel quavis alia dignitate fulgerent, ac omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus ac potestatibus, capitaneis, & aliis officialibus quibuscunque comitibus & populis civitatum, terrarum castrorum, & aliorum quorumcunque locorum ubicunque consistentium, & omnibus aliis quibuscunque auctoritate Apostolica inhibendum per suas literas vim constitutionis habentes duxerit & mandandum ne per se vel alios directe vel indirecte patrimonii Romandiolæ Marchiæ Aconitan. Ducatus Spoletan. Campaniæ, Maritimæque ac Massæ, Trebariæ, Provincias Venaisini, & Urbinatus olim comitatus, ac Urbinat. & Ravennatem civitates & alias terras, civitates castra, villas & loca quæcunque ad eandem Rom. Ecclesiam pertinentes vel ipsorum aut alicujus eorum partem occupare, invadere, aut turbare seu fidelibus eorundem injurias, damna seu violentias irrogare, aut occupationibus invadentibus turbantibus vel injurias, damna seu violentias irrogantibus publice vel occulte assistere, aut auxil. consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte per se vel per alium, seu alios præstare præsumerent, quoquo modo in omnes & singulos contra inhibitionem & mandatum hujusmodi venire aut attentare per se vel per alios præsumentes tam clericos quam laicos etiamsi, ut prædicitur, Pontific. aut Imper. seu Regali, vel alia quavis dignitate fulgerent de fratrum fratrum suorum consilio excommunicationis, quam eo ipso incurrerent, sententiam promulgavit ipsorumque terras, necnon quaslibet universitates, communitates & populos ipsorum, civitates terras, castra villas, & locis in præmissis, vel aliquo præmissorum culpabiles Ecclesiastico supposuit interdicto & eos ac ipsorum quemlibet omnibus privilegiis, † indulgentiis, gratiis, & immunitatibus realibus & personalibus ab eadem Ecclesia, & Imperio Romano concessis eisdem, omnium etiam feudorum, bonorum, honorum, officiorum, Jurium, & jurisdictionum, quæ ab Ecclesia & Imperio prædictis obtinerent, de ipsorum fratrum consilio, auctoritate privaverit supradicta † ipsos ac illa & similia ac quælibet alia, eorumque filios & nepotes, ad quælibet beneficia Ecclesiastica, dignitates, personatus, & officia, cum cura & sine cura, quovis nomine censerentur, auctoritate qualibet obtinenda, usque ad tertiam generationem exclusive reddendo inhabiles & indignos, Nos per præmissa, vel quæcunque alia inhibitioni mandato pænis & sententiis per ipsum prædecessorem factis & promulgatis ut superius est expressum, aliisque contentis in literis supradictis non intendimus in aliquo derogare, inhibitionem, mandatum pœnas & sententias, & alia supradicta per præsentem constitutionem nostram roboramus, & in sui vigoris efficacia volumus, & decernimus permanere. Nulli ergo omni-

455 456 457

no

ne hominum liceat hanc paginam nostræ privationis, admonitionis, revocationis, roborationis, voluntatum & constitutionum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Avinione 12. Cal. Aug Pontificatus nostri Anno quinto.

Etsi vero Leo X. Pontifex Maximus, in Concilio Lateranensi hanc ipsam prohibitionem extendere videatur ad alias Ecclesias, monasteria, ac beneficia, per excommunicationem latæ sententiæ, ex ratione, 458 † quod à Jure tam divino, quam humano laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, quod Decretum confirmarunt Adrianus VI. Clemens VII. Julius III. & Pius IV. ut late refert Petr. Matthæ *in lib. 7. Decretal. tit. de invas. bonor. Eccles.* illud tamen speciatim ad prohibitionem Advocatiæ Ecclesiasticæ, præsertim in terris Imperii paciscendæ, referri non potest, quia generatim tantum de invasoribus Ecclesiasticorum bonorum violatoribus, atque oppressoribus libertatis Ecclesiasticæ loquitur.

Responsio ad Constitutionem Gregorianam.

Quod vero jam attinet ad Jus Advocationis, ab iis, qui in terris Imperii subditis degunt, contrahendæ, ne sibi forte persuadeat aliquis, nos contra expressim prohibita disputare, & sic contra stimulum calcitrare, ante omnia allegatam Gregorii X. constitutionem *in d. c. hoc consultissimo.* comprehensum, removebimus.

Observatio I. ad removendam Constitutionem Gregorianam.

In cujus rei elucidatione in primis videndum est, id, 459 † quod statuit gloss. *in c. 2. verb. lex civilis. de arbit. in 6.* qua asseritur. quod Canones & leges Pontificiæ extra forum Ecclesiasticum. & terras Ecclesiæ necessario observari non debeant. Et confert ad idem *c. novit, extr. de judic.* ubi Pontifex ait, non esse suam mentem, turbare jurisdictionem Regum, quoad temporale dominium, sibi non subjectorum, maxime in iis, quæ spiritualia non sunt, neque animæ salutem concernunt. At pugna omni caret, ac per se clarum est, Advocatiam etiam super personis Ecclesiasticis, non esse rem spiritualem, ideoque Canon inhibens ejusdem institutionem, sine præscitu Pontificis, non obligat, in terris Imperii.

Observatio II.

Deinde ex alio Juris fundamento prædicta Constitutio Gregoriana Germanos non obligat, quia apud nos promulgata non est, juxta *Authent. ut fact. nov. constitut. &c.* † Etsi enim controversum sit, utrum Pontificiæ Constitutiones eo modo, quo Leges publicari debeant, hoc est, in singulis Provinciis juxta præfatam Authent. *ut fact. nov. Constit.* Id quod alii aiunt, alii negant, ut videre est apud Menoch. *de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 2. cas. 185.* Attamen probabilior est eorum sententia, qui censent hoc jure nullam inter Jus Civile, & Canonicum esse differentiam, ideoque Pontificias Constitutiones non ligare, etsi Romæ fuerint promulgatæ, nisi & in singulis Provinciis seu Diœcesibus fuerint publicatæ. Ratio est, quia Canones, ubi in contrarium nihil statuerunt, sequuntur leges. *c. 1. de nov. oper. nunc.* Panor. Fel. Cardin Henr. Bojic. Decius. *in c. agnoscentes. de constitut.* Lud. Molin. *de contract. lib. tract. 1. disp. 395.*

Observatio III.

Tertio advertendum est, communi Interpretum sententia receptum esse, † quod Lex etiam solenniter promulgata non obliget nisi à subditis sit recepta, Dn. Frideric. Martini Præceptor noster summe honorandus *tract. de censib. c. 4. n. 75.* ubi tradit, † posse subditos legem ob plures causas, easque justas etiam solenniter promulgatam non acceptare. *ca. in istis. §. leges distinct. 4.* Sylvest. *verbo lex numero 6. vers. quarto quidem*, Felin. *& reliqui in ca. de treuga & pace.* Menoch. *de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 2. n. 1.* ubi dicit, quod in dubio lex promulgata, usu hominum probata, atque recepta non præsumatur sed sit probandum, juxta vulgatam *l. in bello §. facti ff. de captiv. & postlimin. revers.*

At † vero infinita docent exempla illam constitutionem Gregorianam in Germania nostra nunquam fuisse receptam in observantia, atque ideo, Germanos ligare non posse, sicut præter antedictos auctores not. *Abb. in c. 1. ext. de treug. & pac. ibiq;* latissime Felin. *col. 3. vers. lex. nova cum plurib. sequent.* † Aut si 460 aliquando à quibusdam fuit observata, postea per desuetudinem eidem rursus fuit derogatum juxta *l. de quibus in fin. ff. de legibus.*

Observatio IV.

Quarto, cum ratio constitutionis † (quæ fuit fre- 461 quens tum temporis invasio bonorum Ecclesiasticorum) hodie cessare videatur saltem apud Catholicos. ea propter ipsam quoque dispositionem evanescere necessum est, *arg. l. adigere 6. §. quamvis ff. de jure patron. l. quod dictum 32. ff. de pact. l. fin. & ibi. Dd. C. eod. tit.* Tiraquel. *in tract. cessante caus. p. 1. num. 125.* Everh. *in Top. in loco à cessante ratione n. 1.* Pruckman. *conf. 8. n. 59. lib. 1.*

Adhæc tametsi admittatur Gregorianam illam constitutionem etiam in Germania usu receptam fuisse, tamen satis constat, textum ex ea adductum non prohibere Laici Advocati susceptionem. † Quia revera, si 462 penitius introspiciamus, & mentem rescribentis Pontificis æqua rationis trutina pensitemus, manifesto comperiemus & manu, (quod dicitur) palpabimus, textum illum non loqui de simplici Jure Advocatiæ seu protectionis, quale hoc est, de quo nos tractamus, sed de quadam alienatione rerum immobilium seu Jurium ecclesiæ, quæ fit sub prætextu Advocatiæ, intelligendum esse, & in effectu duntaxat summum Pontificem ibi prohibere, ne prælati bona immobilia vel jura ecclesiarum, Laicis submittant aut subjiciant, constituendo illos perpetuos Advocatos, vel ad tempus non modicum, recognoscendo talia bona ab ipsis, tanquam Advocatis sive profitendo se ab illis ea tanquam à superioribus tenere. † Cum omnibus hisce modis ratio- 463 ne tecta inducatur alienatio quædam & servitus ut post gl. Archid. Gemin. Anchor. & Fran. *loc. infra alleg.* consulendo docuit Geor. Everh. *cons. 56. n. 4. 6. & 7.* Ex qua declaratione satis colligitur, simplex & citra rerum Ecclesiasticarum alienationem, constitutum Advocatiæ Jus à Greg. Papa *in d. c. 2.* non improbari, nec ab eodem prohiberi quo minus Ecclesiastici Antistites rebus ecclesiæ ita ferentibus, protectores absque licentia Papali constituere ac suscipere possint, prout in hunc sensum ibi declarat gloss. *in verb. special. & in verb. Advocando, Archidiac. ibi. n. 4.* Dominic. de S. Gemin. *col 2. ad fin.* Pet de Anch. *n. 1.* Phil. Franc. *n. 4.* & cæteri Canonistæ *ibid.* † Et hoc vel inde satis li- 464 quescit, quod etiam sine ulla summi Pontificis requisitione Jus protectionis Ecclesiasticarum personarum & rerum, ut plurimum conferatur Laicis, non refragantibus ipsis Canonibus ut patet *in c. generali 13. de elect. in 6. it. in c. pen. ext. de pœnis* ubi text. rotundus, *ibiq;* Abb. *col. fin.* bis hoc notat, & in multis aliis.

Hæc autem declaratio non † necessarii consensus 465 Pontificii minus scrupuli habet in casibus constitutæ jam olim protectionis, ubi Laicus patronus ab immemorabili tempore tale Jus Advocatiæ habuisset, ac possedisset, tunc enim perinde est, ac si consensus

466 Summi Pontificis accessisset. † Ex quo cursus tanti temporis tribuit privilegium *c. super quibusdam. §. praterea. de verb. signif. l. hoc Jure. §. ductus aqua de aqu. quotid. & astiva tollend. l. 1. l. 2. §. pen. de aq. pluv. arcend.* Bald. *in l. 2. n. 9. Cod. de emancip. lib.* Corne. *cons. 22. n. 36. col. fin. lib. 1.* Paris. *cons. 27. n. 77. lib. 11.* Dec. *cons. 85. n. 2.* Riminald. Jun. *cons. 4. n. 22. & seq. lib. 1.* Bursat. qui de communi testatur *consil. 41. n. 7. lib. 1.* Cephal. *consil. 358. numero 19. lib. 3.* Bellon. *consil. 55. num. 5.* Mandell. *cons. 64. numero 49. & seq.* Joan. Vincent. Honded. *p. 5. cons. 79. n. 10. vol. 1.* & late post multos Ant. Gabriel. *tit. de praescript. conclus. 1. num. 1. 44. 61. & seq.* Veral. *decis. 376. lib. 2.* Coler. *cons. 30.*

467 *numer. 238. & cons. 31. numer. 97.* † Idemque valet ac si id expresse constitutum & concessum esset. *d. §. ductus aqua de aq. quot. & ast. toll. cap contra morem dist. 100. c. servitium 18. quaest fin.* Alex. *cons. 24. col. 3. cons. 52. num. 3. libro 5.* Bald. *consilio 349. col. 4. libro. 3.* Socin. *cons. 181. col. penult. libro. 2.* Paris. *cons. 13. num. 15. lib. 4.* Cravett. *tract. de antiq. tempor. part. 4. §. absolutis num. 9.* Roland. à Vall. *consilio 66. n. 40. & cons. 89. n. 11. lib. 2.* Omnium latissime Joan. Borcholt. *libro 1. cons. 6. per tot. cum infinitis concord.* quae adduci possent.

468 *Objectio.* Nec refert quod multi † restringant hoc non procedere, quando lex resistit consuetudini vel praescriptioni ut per Cad. Zabarell. *in Clem. 2. in prin. quaest. 8. & in fin de reb. Eccles. non alien.* Abb. *in cap. cum ex officii in 3. not. ex. de praescript.* & Felin. *c. accedentes col. 5. vers. 3. fallit. eod. tit.* Ad vero textus *in d. c. hoc consultissimo* expresse in hoc casu resistit praescriptioni per verba superius relata.

469 *Refutatio objectionis.* Quoniam respondetur magis communem opinionem esse, quod cursus temporis immemorabilis proficiat ad privilegium, atque ad alios effectus etiam in illis casibus, in quibus alias lex resistit praescriptioni. Itaque tradit *gloss. in §. omnibus ver. praescriptione ibique Angel. in Authen. ut de caetero comm. rer. Eccles. &c.* Felin. *in rubr. extra de praescrips. col. pen. n. 18.* Balb. *in tract. praescript. in 2. part. 3. part. princ. quaest. 6. n. 21. & in 1. part. 5 part. princ. quaest. 9. n. 4.* & pleniss. ad hoc allegat Anton. Gabr. *libro 5. commun. opin. tit. de praescript. conclus. 1 numero 25.* ubi tantum recitat quatuor modos concordandi utramque opinionem, ut per eum prolixe, ad quem brevitatis causa nos remittimus.

470 Quae cum ita se habeam circa † Jus onerosum Ecclesiae, de quo *supra*, nemo negare poterit simplex Advocatiae Jus, quod constituitur circa aliquam recognitionem sive alienationem rerum vel Jurium Ecclesiae multo minus esse improbatum. Imo ab eodem Bonifacio Papa permissum expresse *in ca. generali 13. de elect. in 6. ibique gloss. not in verb. antiqua.* quae expresse dicit bene valere consuetudinem in hoc, quod quis habeat Jus patronatus, custodiam, Guardiam vel similia, in eo autem non valere, quod patronus illa male usurpet. Vor uralten Zeiten da nach der fervor, vigor & rigor der Catholischen Religion florirt unnd die Gottshäuser von dem Adel in Ehren lieb und werth gehalten worden/ schützten und schirmeten sie die Geistlichen/ durch Gottes Willen/ umbsonst und vergebens / oder doch wegen einer geringen und leidentlichen Verehrung: etwan auch umb Innhabung und Fruchtniessung diß oder jenes / ihnen eingeraubten unnd belehneten Klostergutts. Unde monasteriorum beneficiarii & fideles habebantur ac dicebantur. Goldastus *Aleman. rer. Tom. 1. pagin. 120. l. 3. 4. & pag. 217.* Postmodum vero, cum erubescerent & detrectarent defensores Milites de manu plebeior. Abbatum beneficia vel feuda recipere, (Albert. Krantz. *in Metropol. libro 10. capite 41.*) namen sie die Klostergüter wol selbsten ultro ein / oder hieltens den Geistlichen mit irem selbst eygenen Gewalt/ unnd Muthwillen vor: ja zwangen die Ebt hinden nach dahin / daß sie ihre eygne Klöster unnd Klostervogtheyen von der Ritterschafft und Adel / tanquam à superioribus, recognoscitern & acceptoferiren musten: wie solches der alte Horripilus Poeta & presbyter Domnizzo (*apud Sebast.* Tennagel *in veterib. monumentis pro Georgio VII. pag. 230.*) mit folgenden versibus herrlich klagt/ *in lib. 3. de vita Comitissa Mathildis*, inquiens:

> *Stabant ô quanti crudeles atque Tyranni*
> *Sub specie justa noscentes te fore justam*
> *Qui dissolvuntur jam pacis foedera rumpunt*
> *Ecclesias spoliant, nunc nemo vindicat ipsas.*
> *Si quis se forsan TUTOR quod sit quasi monstrat* — *Tutor i. e. Advocatus*
> *Ecclesia partem terra grandem, prius aufert*
> *Marte tuo purus Mathildis deficit usus* — *Miles i. e. Homo seu Vasallus Episcopi seu Abbatis.*
> *Nam soluto MILES Domino studet altius ire*
> *Devias à retro gressu, jam Clericus ergo:*
> *Devet edis sumptus, quos Pauper habebat in usu.*

Und das wirdt auch von dem Concilio Lugdunensi *in d. cap. 2. hoc consultissimo* reprehendirt und geändet/ nemlich daß viel Kirchen Prälaten seither gewest / so ire ecclesias, bona immobilia, seu jura ipsarum, den Laicis potestatibus submittiret / subjicirt / seu supponirt gehabt haben / ordine nimirum malo & illicito constituendo, vel recognoscendo, seu profitendo, ab illis se ea, tanquam à SUPERIORIBUS, tenere: seu ab ipsis eadem advocando, (prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur, avoüer) vel ipsos patronos vel Advocatos ecclesiarum, seu bonorum ipsarum, perpetuo, (& in hoc certe puncto minis enormiter peccando) nam non magis perpetua Advocatia, quam tutela, Communio & Societas aeterna, ex iisdem plane causis coiri potest, ne, quod aiunt, oleũ camino: aut avaro Advocato ultro ingesta occasio videatur diripiendae seu eviscerandae Ecclesiae: Hieronym. Grat. *consilio 66. numero 5. & seqq. libro 2.* Balb *in tract. praescription. parte quarta partis quarta princip. quaest. 13. notab 5. & seqq.* Hippol. de Marsil. *singul. 9.*) aut ad tempus non modicum constituendo, &c. Spernunt ergo jam matrem Ecclesiam (inquit Kranzius *in Metropol. libro 1. capite 9.*) nobiles Advocati & defensores: eamque pro more suo tuentur, id est devorant, ut idem Krantzius eos depectit *in eadem Metropol. 11. cap. 4.* respiciens procul dubio ad illud Alemannorum dicterium, quo praeclaros istos custodes ovium lupos falsè nominant Stutzherrn & Sturmherren für Schutz und Schirmherren: prout refert har. rer. scius atque bene expertus Adamus Keller *de offic. juridicopol. lib. 2. c. 11. pag. 375. & seqq.*

Quare occasione Juris Advocatiae non debet protector † bona Ecclesiae occupare, aut Jura usurpare, aut aliud novum quid praeter ea, quae ante competebant, sibi praesumere, ut ibi clare probatur & *in d. cap. hoc consultissimo prope finem* nec non *in ca. pen. ext. de poenis.* expressius notatur. 471

Caeterum hanc ipsam nostram sententiam, consensus Pontificii, in constituenda Advocatia Ecclesiastica exclusivi, in facti contingentia, de Germano loquens Abbate confirmare videtur Wesenbec. *consil. 170. lib. 4. n. 12.* ubi nullam facit mentionem neque consensus Pontificii, neque Episcopalis, de quo infra separatim tractavimus.

Nec minus certum est nosque experientia didicimus

cimus, quod cum Anno 1485. Abbas † & Conventus Monasterii olim Chombergensis, pro Pago suo Gebsattel Rempublic. Rotenburgo-Tuberanam in protectores constituisset, neque summi Pontificis, neque Episcopi Herbipolensis assensum requisivisse, quod late inter alia deduximus in Probationschrifft / in causa renuntiatæ protectionis Chomberg. contra Rotenburg auff der Tauber.

472 *Responsio ad Authoritates Negativam sequentium.* Quamvis autem *supra* allegatus † Zasius & eum secuti clarissimi viri Domin. Sebast. Dietheric. & Dn. Lud. Müllerus aliique *supra* relati authoritate *d. capit. hoc consultissime* innixi contrarium ab hac nostra sententia publice defenderint, & ego quidem non solum Zasio, magno † Germaniæ IC. tantum tribuam, ut 473 eum merito non inter superiorum duntaxat, sed & nostræ ætatis Juris interpretes principe loco habeam, verum & prædictos mihi amicissimos, ex parte viros tanti faciam, ut ab eorum opinionibus, invitus discedam, quia tamen perperam intellecto textu eos illectos, & nihil præterea solidi in fulcimentum suæ sententiæ afferentes video, ideo iis hac in re suffragari non possum.

Quamvis enim in comprobationem suæ intentionis, præter hactenus explicatum *c. hoc. consultissim.* afferunt cap. sicut de excess. Prælat. tamen laterem lavant, quia cap. illud loquitur de jure unionis, in eoque statui-474 tur, prælatum inferiorem † citra Episcopi consensum, non posse Ecclesiam sibi subjectam, alteri unire, vel subjicere, etiam Metropolitani authoritate interveniente, itaque textus illius cap. solummodo probat, non posse Abbatem monasterium suum alii regendum subjicere, minime vero prohibet alteri illud custodiendum, seu protegendum demandare.

475 *Ampliatio Decisionis.* Porro hucusque fulcita † quæstionis nostræ decisio haud necessarii in Protectoribus suscipiendis Pontificis consensus, ampliatur, ut procedat etiam si à personis Ecclesiasticis puri electi sint laici.

Ratio Ampliationis prædicta. Quamvis enim olim Otho I. Imp. *Constitutione X. de Advocatis* à Dn. Goldast. *const. Imp. tom. 3. p. 304.* relata, præter Comitem Laicorum, nullum in rebus ecclesiasticis habere Advocatum permiserit, & Innocentius III, *in c. 10. de constitut. & c. final. de reb. Eccles. non alien.* Laicis nullam super Ecclesiis & personis Ecclesiasticis facultatem permissam esse statuat, adeo ut si quid etiam in commodum & favorem Ecclesiarum sine ejusdem approbatione, motu proprio sanciverit, nullius existat firmitatis; ex Ecclesiastica tamen Caroli V. Imp. Reformatione statibus Imperii Ecclesiasticis in Comitiis Augustanis ad deliberandum proposita, atque ab iisdem Anno 1545. probata & recepta, apud Goldast. *tom. 2. p. 337.* extante *c. 19. § final.* atque ejusdem Imp. de Canonum Synodalium observatione, & Advocatiis protectionibus Ecclesiarum Anno 1549. publicata constitutione (quæ vide apud D. Goldast. *d. loc. tom. 3. p. 565. §. 3.*) satis manifestum est, Principes seculares & magistratus civiles Prælatorum & Ecclesiarum Advocatos esse posse, prout observantia † ususq; quotidianus probat, & præ cæteris extra omnem dubitationis aleam ponit Franc. Pfeil. *cons. 183. n. 22. & aliis.*

Quin etiam Advocatiarum † à Caroli M. temporibus Laicis super monasteriis & Ecclesiis commissarum ac etiam ex conventione susceptarum innumera historiis prodita sunt exempla. Unum hic promitur ex Hortleb. Reichshändel *lib. 4. c. 1. to. 2. p. 798.* ubi refert daß ein Rath † zu Magdeburg das Thumb-Capitul daselbsten / laut darüber auffgerichter Verschreibung / de dato Magdeburg Anno 1403. in seinen Schutz und Verwahrung genommen hab. Imo Laicos Principes haud superioribus tantum sæculis, sed & hodiernis † temporibus de monasteriorum, tam in territoriis suis, quam extra illa sitorum, Advocatiis frequentissime investiri, *in Cap. X. sub n. 778. & seq.* plene monstravimus.

Quare si Advocatiæ, quam tractamus armatæ naturam ac finem recte perpendamus, illa super ecclesiasticis personis & † rebus cum plerumque arma requirat, 476 Laicis potius quam clericis convenire videtur, † eo 477 quod male sonet Psalterium cum Bombardis, & clericis opprobriosum sit, se bellicarum rerum peritos ostendere, arg. *l. placet 17. C. de Epis. & cler.* Thom. Mich. *de Jurisd. conclus. 4. & 5.* de qua re tamen vide Joan. Suav. *de Jure bellico Thes. 4. in Scholiis lit. B.*

478 *Prælati Ecclesiarum an Episcopi consensum sui ordinarii in Protectoribus constituendis præcise requirere teneantur.* Sed his † de consensu Pontificis expeditis, dubitare quis adhuc magis posset, *utrum in constituendo Protectore Ecclesiarum, monasteriorum, vel collegiorum spiritualium, ab Episcopali jurisdictione non exemptorum Prælati ac Antistites Episcopi sui ordinarii consensum præcise requirere teneantur.*

In partem affirmativam, quod † sine Episcopali consensu id fieri nequeat, facit, quod Episcopus respectu Ecclesiarum sibi subjectarum & monasteriorum dicatur & sit caput diœcesis, membra autem subditi *cap. cum non liceat de præscript.* quod verum est, tamet-479 *Affirmativa Ratio I. dubitandi pro affirmativa.* si subditi sint Canonici, aut aliis in dignitatibus constituti, cum omnes ei debeant exhibere reverentiam, secundum Dd. *ibid.* Item † dicatur caput cleri, sicut potestas dicitur caput laicorum secundum Bart. *in l. nulli. ff. quod cujusque univers. nom.* Item dicatur præses Civitatis, *l. illicitas. §. qui universas. ff. de offic. præsid.* 480 Bald. *in l. sive pars. in fin. C. de dolat.* ubi etiam dicit E-481 piscopum dici de majoribus magistratibus civitatis, eique competere merum & mixtum Imperium, quod etiam tenet Bald. *in Auth. causa qua C. de Episc. & cleric. & in Marg. ver. universitatis vers. c. 3. si quis Episcopus. 2. q. 7.* Specul. *de Jurisd. omn. Jud. ver. 2. na. quod Episcopus,* & facit *c. cum Episcopus de offic. ordinar. c. per lectis 11. dist. 25.* † Unde etiam potest facere con-482 stitutiones, in sua diœcesi *c. ut animarum absque gloss. & Dd. de constit. in 6. c. 2. de majorit. & obed.* Bart. *in l. 1. in princ. ff. quod quisque Jur. & l. omnes populi 9. q. prin. de just. & Jur.* Sic etiam Episcopi censentur esse Domini † temporalium & spiritualium, per notat. *in* 483 *Authen. ut differentes, Judices §. 1.* Alexand. *in l. 2. ff. de verbor. signif.* Bertachin. *in Repert. verb. Episcop n. 25.*

Sed in alia quæstione de subditis Laicis supra conclusum est eos insciis & inconsultis suis Dominis haud posse protectorem assumere. Ergo idem in Episcopi subditis dicendum videtur.

Ratio dubitandi II. Deinde pro parte affirmantium facere videtur quod Episcopis diœcesanis Ecclesiarum † & monasteriorum, suorum Episcopatuum, protectores ordinarii sint, *uti arg. c. omnes basilica 16. q. 7.* testatur Hieron. Schurff. *cons. 7. vol. 4. inter cons. Laur. Kirchov.* per text *in c. omnes basilica 16. q. 17.* licet antiquitus ipsæ † Ecclesiæ Episcopales, defensorem habuerint, Gravionem seu Comitem (interprete Goldasto *in gloss. verb. Theuton. lit. S.*) ut apparet *ex Recess. seu Capitul. Comit. Ratispon. à Carolo Magno I. Francorum Principe, Childerico II. regnante An. 742. celebratorum,* quod post Beat. Rhenan. confirmat And. Knich. *de subl. & reg. territ. Jure c. 4. n. 54.* At vero Protectorem † extraordinarium absque consensu ordinarii Patroni non eligi ac suscipi posse, ex eo infertur, quod protectio ordinaria Jurisdictionis sequela sit certumq; subjectionis præbeat argumentum, Camman. *de Regal. major. disput. 5. th. 109.* Cum ergo alterius Jurisdictioni subjecti absq; suorum Dominorum licentia, alienæ se protectioni submittere non possint, idem de prælatis Episcopo subjectis statuendum esse videtur,

Tum

484 Tum nominatim hæc sententia † stabiliri videtur per text, *in c. sicut. extr. de excess. prælat.* ubi habetur quod Abbas monasterium suum alii quam Diœcesano ordinario subjicere non possit, cum Prælati & monasteria, Episcopo loci, sint ipso Jure subjecta, *c. cum non liceat, 12. de præscript. cap. 1. c. Abbates cum seq. 18. quæst. 2. c. de Xenodochiis. de religios. dom. gloss. verb. in* 485 *tua cap. sicut de excessib. Prælat.* † nisi speciali privile-486 gio sint exempta *ca. 1. 16. quæst. 2.* † quæ exemptio non præsumitur donec probetur, *c. contra morem 100. distinct. gloss. in d. cap. sicut verbo in tua. in fin. de excess.* 487 *prælator.* † Unde in dubio Episcopus habet ratione superioritatis intentionem suam fundatam in Ecclesiis sibi subjectis, quod in iis omne superioritatis Jus habeat, *cap. 2. de restit. spoliat. lib. 6.* Socin. *consil. 86. n. 5. vol. 1.* late Decius *consil. 121. in princ. & consil. 152. in princ.* Montan. *in tract. fin. regund. capit. 61. numero 4.* Everhard. *in locis legalibus loco à tot. ad part.* Schurff. *consil. 26. numero 3. cent. 1.* Et quod monasteria subsint Episcopis ex eo etiam liquet, quod fundari non possint sine licentia Episcopi *cap. quidam 18. quæst. 2.* Joan. Bertachin. *tract. de Episcopo libro 4. part. 2. numero 82.*

488 *Ratio dubitandi III.* Tertio in confirmationem hujus † sententiæ adduci potest, quod Episcopus habeat interesse generale in rebus Ecclesiarum omnium suæ diœcesis *cap. cum olim. de restit. spol.* Innocent. *ibid.* ubi etiam dicit eum agere posse pro injuria & damno dato Ecclesiæ per *c. dilectus. de ap. c. ex parte de rescri. ca. cum dilectus. de. success. ab intest.* † Unde potest agere pro rebus Eccle-489 siarum sibi subjectarum secundum Bart. Bald. & Dd. post gloss. *in l. sciendum Codic. de sacrosanct. Eccles.* Et tenetur defendere diœcesis suæ Ecclesias. *cap. pen. de juram. calumn.* Specul. *tit. de restit. in integr. §. 2. v.* 490 *sed nunquid prælatus.* † Imo mortem obire debet pro defensione suæ Ecclesiæ, ac fidei Christianæ *gloss. no-491 tab. in c. convenior, 23. q. 8.* † & si negligat Ecclesiam defendere cum justam causam fovet peccat, per tradita Joan. Bertachin. *d. tract. de Episcop. lib. 4. part. 5. q. 21. n. 35.*

IV. Dubitandi Ratio. Quarto Prælatos Monasteriorum ac collegiorum non posse constituere Advocatias perpetuas saltem mercenarias absque consensu Episcopi, inde etiam concluditur quia cum Protectoribus plerunque annuum nuncupetur honorarium, necesse est ex bonis Ecclesiasticis eidem constituere annuum reditum, qui & ita 492 constitutus in perpetuum ab Ecclesia alienatur. † Cum vero immobilia Ecclesiarum absque consensu ordinarii non possint alienari, sed omnis rei Ecclesiasticæ alienatio de Jure communi sit prohibita, tam de Jure Cæsareo, ut *in Auth. hoc jus porrectum. C. de sacrosanct. Eccles.* quam Pontificio, *tot. tit. de reb. Eccles. non alienand. extr. in libro 6. & in clem.* communem dicit Abb. *ca. tua de his quæ fiunt à Prælat.* Dec. *consil. 174. num. 1. & cap. 1. de reb. Eccles. non alien.* Socin. 493 *reg. 110. Ecclesiæ res de reg. Jur.* † Et non minus constituti Juris sit, quod annuæ pensiones ex reditibus Ecclesiasticis ad tempus non modicum constitutæ, inter immobilia computentur assertore Mynsing. *cent. 1. obs. 69. num. 4. & 12.* Gail. *lib. 2. obs. 10.* per multa allegata *ibid.*

494 Hinc est quod Cynus, Bart. Bald. Alberic. † & alii *in l. sciendum, Digest. qui satisdat. cog.* tradiderint annuos reditus excusare à satisdatione non secus, atque 495 possessionem immobilium. † & Bald. *l. jubemus nulli. post princ.* minorem non posse cum authoritate curatoris alienare hos reditus sine decreto Judicis, docuit. 496 † Sicuti nec hos reditus annuos Civitatum vendi posse sine solennitate, quæ in venditione rerum immobilium requiritur probat text. *in l. ult. ibi* Bart. & Joan. de Plat. *C. de vendi rer. civil. lib. 11.* nec annuos quoque reditus Ecclesiæ *d. l. jubemus nulli.* & ibi omnes Anch. & Im. *in c. nulli de reb. Eccles. non alienan.* † 497 Hinc etiam tradit idem Bald. *in l. etiam col. 3. Cod. de except. rei jud.* executionem sententiæ æque fieri posse in debitorem annuæ pensionis, ut in debitorem rei immobilis, quod velut singulare commendant & sequuntur Alexand. & Jason. *à D. Pio. §. sis quoque. Digest. de re jud.* † Imo circa materiam istam prohibi-498 tæ alienationis rerum Ecclesiasticarum, vocabulo alienationis non ea solum alienatio comprehenditur, per quam transfertur dominium, de qua *in l. alienationis, Digest. de verb. signif. & l. 1. C. de fund. dot.* Verum generalissime accipitur alienatio pro omni actu per quem Jus aliquod transfertur in alium, prout accipitur *in l. fin Codic. de reb. al. non alien.* & ita dicit gloss. *in cap. nulli. ibique* Anton. de Butr. & Abb. *de rebus Eccles. non alien.*

Consequitur igitur ex his omnibus absque præscitu & consensu Episcopi ordinarii Advocatias cum onere annui proventus à Prælatis constitui non posse.

Ultima dubitandi ratio. Denique pro eadem hac sententia facere videntur, omnes illæ concludendi rationes quibus supra probatum est, subditos non posse absque Dominorum suorum licentia alicujus sese protectioni committere, † 499 cum par videatur utrobique esse ratio, ac consequenter, quo ad consensum idem Jus esse statuendum arg. *l. illud. ff. ad l. aquil.*

500 *Decisio negativa.* Verum re æquius trutinata, † existimo contrarium in casu proposito esse concludendum, in suscipiendo scilicet per Prælatum ac capitulum Advocato, consensum Episcopi necessario non requiri, id quod hinc manifeste liquet,

501 *Ratio I. decidendi.* Sicut enim se habet summus † Pontifex ad Ecclesias totius mundi universales, ita se habet Episcopus ad diœceses, ut eleganter argumentatur Petr. de Monte *in tract. de Monarchia Concil. §. de Concil. præeminentia numero 19.* per rationem, † quia quod Juris est de 502 toto, quoad totum, idem est de parte quoad partem & contra. *l. quæ de tota. ff. de rei vendic. c. pastoralis. §. item cum non totum. de officio delegat.* Sed in præcedenti quæstione satis explanatum fuit, consensum summi Pontificis tanquam universalis Episcopi in eligendo Protectore non esse necessarium, ergo nec Episcopi particularis requiritur.

503 *II. Decidendi ratio.* Deinde & illud notissimæ † observantiæ est, quod Episcopus non ingerat se in negotiis monasteriorum seu inferiorum, per notata *in clem. 1. §. ne igitur*, & *ibid.* Cardin. *de celebrat. missar.* † Sed con-504 stitutio Advocati non concernit Jura Episcopalia. Ergo nec in eo constituendo ejusdem consensus attendi debet.

505 *III. Decidendi ratio.* Præterea & illud constituti Juris est † quod Prælati per se teneantur tueri Jura Ecclesiæ, & consequenter etiam per se Tutores ac Protectores constituere possunt, *gloss. final. in ver. item quid si prælatus* Innoc. But. & Dd. *in c. fin.* maxime Panor. *col. 14. ver. quarto quæris gloss. de præscript. & gloss. in c. bonæ l. 2. de postul. prælat. & c. generalis & ibi* Archidiac. *dist. 54.* Idemque in terminis relatum extat apud Gylman. *Tom. 1. p. 1. tit. 6. de Sequest. vot. 2. numero 5.* ubi dicitur † Abba-506 tem de Jure teneri bona ecclesiastica defendere quantum in se est, invocato etiam brachio sæculari alias perdere proventus per *cap. generali* ubi Anchoran. *numero 1. & 2. de election. & tex. in cap. postulasti de homicid.* quod & firmat Cardin. *Clem. 1. quæst. 25. de homicid.* ubi dicit Prælatum debere mortem pati pro tuitione bonorum Ecclesiæ, si aliter tueri non possit

possit quem refert & sequitur Bertachin *in Repert. verb. Prælatus n. 18.* Idem firmat Felin. *in c. edoceri in fine descript.* ubi dicit, Prælatum non defendentem Jura Ecclesiæ ab administratione removendum esse.

507 *Ratio decidendi IV.* His accedit quarto quod † Prælati sint ac reputentur mariti ecclesiarum sibi commissarum nominatim tradente Speculat. *tit de actore versic. item contra Prælatum.* Joann Lup. *in Repet. Rubr. de donat. inter vir.* 508 *& uxor.* † Sed maritus per se absque consensu alterius constituere potest defensorem suæ uxoris, cum & ipsa per se in manu & tutela non autem in servitute viri sit *l. 2. de Injur. & famos. libell.* Livius *lib. 34. c. 7.* Schwas bensp. *lib. 1. c. 259. & 273.* Henning. Gœden. *cons. 103. n. 6. & 7.* Ergo idem in Prælato concludendum, idq; tanto magis, quod Prælatorum † officium dicatur 509 publicum auctoritate & utilitate, adseverante Bart. *in l. Barbarius vers. sed quid de sententiis spiritualib. ff. de off. prætor.*

510 *V. Decidendi ratio.* Quinto concedunt quoque Jura † consensum ab eo tantum necessario requirendum esse, qui per se ejus rei super qua consensus exigendus est perficiendæ plenam habet potestatem, & penes quem residet jus principale & potestativum, ut loquitur Bal. *l. 4. in fi. C. ad Senatus consul. Vellejan.* & citat *ibi* Guilhelm. de Cun. dicitque hoc esse mente tenendum.

At vero Jus illud constituendi protectoris non penes Episcopum loci, sed apud Imperatorem tanquam generalem totius mundi protectorem, vel secundum illum penes Abbatem seu Prælatum cujuslibet Ecclesiæ consistere, multis in locis hujus operis propalatum fuit, consequitur ergo Episcopi consensum non attendi.

511 Quare si daretur, in Protectoris constitutione, Episcopalem consensum de necessitate desiderari, simul concedatur oportet, potestatem constituendi Protectoris unicè penes Episcopum esse, sed consequens est falsum, ergo & antecedens.

512 Qui autem actum per se facere non potest, † nec facienti consentire potest, cum alius habet plenum Jus in re, ita præclare dixit Bart. *in l. fin. col. 1. C. de pact.* † Sic quoq; qui facere prohibetur, facienti quoque consentire prohibetur ut expresse voluerunt Bartol. & Bald. *in d. l. fin. C. de pact.* & idem Bal. *in l. filiusfam. ff. de procurat. in princ. col. 1.* Salicet *in l. 2. C. si advers. donat.* Anchor. *cons. 204. col. penult. vers. non obstat secunda,* & est bonus text. *in l. si fundus. §. si nescienti. ff. de pignor.* ubi habetur quod qui non potest facere, non potest facienti consentire, quem text. ad hoc ponderat Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. septimo. ibi ne acculc contrahantur n. 8.* & omnium fusissime pro more suo prosequitur Tiraquell. *in l. si unquam. in repet. super vers. donatione largitus q. 22. C. de revocand. donat.* & *in locis communibus. gloss. 5. in 12. quæst. n. 150. & 151.*

513 *VI. Decidendi ratio.* Sexto prædictis † argumentis non inscite additur, quod in his quæ notorie Ecclesiis suis conducunt Prælati non opus habeant alterius consensum impetrare, ut docuit Abb. *ad cap. novit. n. 7. vers. ex his colligo. extr. de his quæ fiunt à prælat. sine cons. capit.* Oldrad. *cons. 295. n. 3.* Frid. Pruckman. *tom. 1. consil. 20. nu. 99.* At protectionis constitutionem dummodo caute atque ad normam *in Cap. IX. de forma Advocatiæ* ineatur, regulariter esse proficuam alibi ostensum est. Ergo ea etiam ignorante Episcopo fieri potest.

514 *VII. Decidendi ratio.* Septimo decisionem nostram fulcit, quod de Episcopi consensu in protectionis unione necessario interpretando nullum extet in Jure præceptum seu decretum; quod Prælatus cum capitulo hujusmodi pactis aut contractibus ad consensum Diœcesani requiren- 515 dum necessitate aliqua obligatus sit, † aut quod Diœcesanus Prælato & Capitulo citra ejus consensum tale 516 protectionis pactum contrahentibus Jure obsistere possit. † Quod igitur prohibitum non est id Juris permissione concessum esse intelligitur à peritis omnibus per *l. nec non §. sed quod egit ff. ex quib. caus. major. l. ab ea ff. de probat. l. 1. §. 1. ff. de testib. l. mutus ff. de procurat. l. statuas C. de religios.* Maxime si administratio à Prælato aliquo cum consensu Capituli (quod sufficit) suscipiatur *c. 1. de excessib. Prælat. cap. 1. c. novit c. quan. e extr. de his quæ fiunt à Prælat.* Castrens. *cons. 294. n. 1. & 3. ibique* latius deducta.

Idque eo magis, † quod hoc pacto ob majorem se- 517 curitatem non tantum amplior utilitas ad Ecclesiam ejusq; membra redundet, ipsis in pace & tranquillitate securius vivere valentibus, † sed nec ea ratione Jus or- 518 dinarii superioris in quoquam labefactetur *arg. text. recepimus & ex parte* ibiq; Dd. *extra de privil. & excess.*

Quin & insuper is noscitur esse favor defensionis constituendæ, ut ejus rei facultas dandi se nimirum in protectionem non modo Prælato cum Capitali consensu; sed & populo communitatiq; ipsi Episcopo subjectæ concessa sit *c. præcipimus ibi* post Canonistas alios Panorm. *in ult. notab. d. tit. extr. de privil. & c. 2. eod. tit.*

519 *Ultima decidendi ratio.* Hanc denique decisionem in terminis consulendo secuti sunt Hier. Schurff *cons. 23. n. 1. & seq. cent. 3.* ubi decidit quod communitates possunt se dare in alicujus potentis Dn. vicini protectionem, non obstante quod sint sub aliquo Episcopo, &c. & Matth. Wesenb. *cons. 170. p. 4. n. 12.* ubi in specie quærit: An princeps possit Abbatem in Tutelam & protectionem recipere & respondet posse per text. *in c. recepimus 8. in fine de privileg.* † ubi casus est quod clerici & personæ Eccle- 520 siasticæ, quamvis subjectæ suo Episcopo Diœcesano, tamen se possint dare in protectionem alicujus superioris, eo quod per hoc non detrahatur Jurisdictioni Episcopi, cum non fiat ad imminutionem Juris alieni sed ad sui defensionem ut *ibi* gloss. *fin.* & Panorm. *in ult. nota.* notant ad idem textum *in c. ex parte 18. eod. tit.*

Solutio contrariorum Argumentorum. His legum ac rationum adminiculis fultam sententiam impetu suo non deprimunt, rationes, in speciem contrariæ opinionis *superius* congestæ.

521 *Respondeo ad I. dubitandi rationem.* Nam ad primum quod attinet, † licet Episcopus sit caput & Dn. monasteriorum & Ecclesiarum suæ diœcesis, & Prælati illi subjecti dicantur; † ejus tamen po- 522 testas ad particularem in temporalibus administrationem ita præcise non extenditur, ut absque eo ejusve consensu Advocatus tutelaris constitui nequeat: Nec Prælati in tantum Episcopus sunt subditi, ut non habeant liberam monasteriorum administrationem præsertim in temporalibus, ut patet ex prædictis. Quinimo ratione temporalium forum † Cæsaris sortiuntur ut ex 523 Franco & Castrensi docet And. Gail. *obser. 7. n. 4. de Pignorat.* Hinc etiam in Feudalib. Prælati coram Paribus Curiæ conveniuntur tametsi ii sæculares sint, per text. *in c. ex transmiss. & in c. verum de foro competent.*

524 *Responsio ad II dubitandi rationem.* Deinde non † obstat quod secundo objectum fuit Episcopos ecclesiarum in sua diœcesi sitarum ordinariam habere protectioné: extraordinariam vero seu specialem sine ordinarii Patroni consensu fieri non posse, quia dato priori, respondetur posterius procedere in meris subditis etiam qui omni ex parte ordinario Protectori tanquam immediato magistratui subjecti sunt, non auté in iis qui secundum quid tantú subsunt. Constat autem Prælatos ecclesiarum quo ad episcopalia & in rebus spiritualibus duntaxat Episcopis subjectos esse in rebus autem temporalibus, quibus jus extraordinariæ defensionis accensetur, non absolute, per ea quæ in responsione ad quartam & ultimam dubitandi rationes dicta sunt.

Tertio

525 *Responsio ad III. dub. rat.* Tertio etiam frustra accersitur † in patrocinium contrariæ sententiæ textus *in cap. sicut. de excessib. Prælatorum*, quia illud non loquitur de nexu Advocatiæ, sed de Jure unionis, in eoque statuitur † Prælatum inferiorem citra Episcopi consensum non posse Ecclesiam sibi subjectam unire alteri, vel subjicere etiam Metropolitani auctoritate interveniente, ac textus *illius c.* solummodo probat, non posse Abbatem Monasterium suum alii regendum subjicere, minime vero prohibet, alteri illud custodiendum seu protegendum demandare.

526

527 *Responsio ad IV. dubitandi Rationem.* Præterea multo minus Episcopalis † consensus necessitas ex iis, quæ quarto loco adducta sunt, extorqueri potest.

Quamvis enim Episcopus interesse habeat generale in Ecclesiis ac monasteriis sibi subjectis, eaque & ipse defendere teneatur, ex eo tamen non sequitur, Prælatos absque ejusdem auctoritate per certum constitutum protectorem sua non posse defendere † cum allegatum ipsius Episcopi interesse intra rerum spiritualium limites manere, nec ad temporalium administrationem extendi debeat *d. clem. 1. §. ne igitur. & ibi Cardinal. de celeb. missar.*

528

Responsio ad V. dubitandi Rationem. Scrupulus insuper quinto loco de prohibita alienatione rei immobilis Ecclesiasticæ motus, removetur, si negemus † fructus annuorum redituum Ecclesiasticorum esse spirituales, & sub prohibita alienatione comprehensos. † Quemadmodum enim fructus rei feudalis separati à solo, & res mobiles existentes in castro feudali non dicuntur feudales esse, Bald. *consil. 33. vol. 3. & consil. 422. ad fin. eodem vol.* sic etiam fructus annuorum redituum spiritualium non sunt spirituales † Sicut ergo rei feudalis fructus possunt alienari, tametsi secus sit in ipso feudo; † sic quoque fructus qui percipiuntur ex decimis, aut aliis rebus Ecclesiasticis possunt vendi & distrahi, juxta *not. cap. querelam. Extr. ne Prælat. vices suas. &c. in gloss. verb. Ecclesiam in fin.* quam ad hoc allegat Bald. *consilio 44. part. 3.* ubi etiam expresse tradit, fructus beneficii posse vendi & locari.

529 530 531 532

533 Et Prælatum tanquam † administratorem Ecclesiæ de fructibus ejusdem posse disponere, excepta alienatione immobilium docet text. *in cap. 15. ubi etiam gloss. de electionib. in 6. & in cap. cum nobis in fine extra eod.* Joseph. Mascard. *de probat. conclus. 1160. numero 31.*

Et quod Prælatus habeat liberam administrationem respectu fructuum, quos percipit, tempore suæ administrationis in individuo decidit Menoch. præceptor noster *in tract. de arbitrar. quæst. cas. 432. numero quart.* Frid. Preckman. *tom. 1. consilio 20. numero 6.*

534 Si igitur Ecclesiæ † Prælatus non haberet potestatem ad utilitatem Ecclesiæ vel Prælaturæ constituendi Protectorem vel defensorem personarum & rerum Ecclesiæ suæ pro mercede annua, ex fructibus annuorum redituum Ecclesiæ persolvenda, quod tamen est de genere concessorum, pari ratione consequeretur, quod aliis etiam Monasterii vel Ecclesiæ officialibus, utpote præfectis Advocatis ministris, &c. pro præmio laborum vel honorario, de fructibus & proventibus Ecclesiæ salaria annua constituere non posset, eo quod sint bona Ecclesiastica in alium transferri prohibita, quod quia absurdum est, ideo minime adstruendum *Jurib. vulgatis.*

Responsio ad ultimam. Quod denique ad rationes attinet, quibus supra fuit decisum, non posse subditos absque superiorum suorum auctoritate Protectores eligere, illæ hoc loco, cum magna sit utriusque subjectionis disparitas, nihil stringunt; † Quia Prælati Episcopis quoad Episcopalia duntaxat, non autem temporalia sunt subjecti, † unde iis etiam nullum, ut alii subditi, subjectionis juramentum præstant; † Ab illis ergo ad hos tanquam à separatis concludenter argui non potest. *l. ult. ff. de calumn.* Pract. Papiens. *in form. appellat. à diffinit. in V. & in quantum sit aliqua. numero 2.* Neguzant. *tract. de pignor. 1. membr 2. p p. n. 97.* Mandell. *cons. 2. n. 13.*

dubitandi rationem. 535 536 537

538 *Ampliatio Decisionis.* Porro conclusio supradicta quod † Prælati absque consensu Episcopi Advocatos tutelares constituere possint, procedit etiam in Abbatissis, † ut quæ Abbatibus in administratione rerum sæcularium æquiparantur & pares judicantur, per text. *in cap. 1. & ibi* Alvarot. *numero 9.* Jason. *numer. 8. de his qui feud. dar. poss.* Zal. *de feud. p. 5. n. 49.* Rosenthal. *de feud. capit. 4. conclus. 18. n. 1. per c. nova quadam. de pœnit. & remiss.* Paurmaist. *de Jurisd. cap. 10. numero 10* licet earum in quibusdam minor sit potestas Petr. Gregor. *lib. 15. Syntag. c. 13. n. 16.*

539

539 *Limitatio decisionis.* Moderationem tamen † recipit eadem conclusio, ut non procedat in illis Monasteriis vel Collegiis, quæ Episcopo etiam in temporalibus subjecta sunt & in quibus Episcopi habent Landtsfürstliche Obrigkeit / quia tunc Prælati instar Landsassiorum, Episcopum tanquam Principem suum ratione superioritatis & Jurisdictionis in constituendo Advocato Tutelari omnino respicere ac consulere tenentur, nec eo inscio ac inconsulto ullum Protectorem assumere queunt, ob multas rationes, quas generatim *supra in hac cad. q.* circa subditorum potestate assumendi Protectionis ubertim attulimus.

540 Et hæc limitatio nominatim † quoque roboratur ex eo, quod quicquid sub ambitu territorii eines Landtsfürsten continetur, ejusdem etiam Jurisdictioni subsit, eique pareat, adeoque ein Landtsfürst in omnes suos Landtsassen & Unterthanen / qui IN & DE territorio sunt, æqualem Jurisdictionem habeat Boer. *decis. 227.* Brun. *cons. feud. 34. numero 5.* Decian. *responsu 41. numero 40. vol. 2.* Franc. Curt. *cons. 108. numero 5. vol. 2.*

Hinc Joan. Ferrar. Montan. dicit daß ein Landtsaß & ob rem feudalem, & ob subjectionem duplex Domino territorii juramentum præstet; prius ob feudum ac beneficium, posterius subjectionis causa, illudque beneficio desineute deficiat, hoc donec territorio immoratur, vim retineat. *in usib. feud. tit. 6. c. 1. §. quod Jusjurand.*

541 *Subditi, habentes specialem Protectorem aut per ordinarium forum Magistratum nihilominus defendi debeant.* His ita de potestate asciscendorum † protectorum absolutis quæstionibus, alia nobis occasione prædictorum ad hunc locum non impertinens se offert disquisitio *An eo nimirum casu quo alienus protector per subditos, sive Clericos sive Laicos inscio vel sciente & consentiente Dn. assumptus fuit, eos Magistratus ordinarius nihilominus defendere teneatur.* Wann Unterthanen einen Schutzherren angenommen / ob ir Oberkeit nit destoweniger schuldig / im Fall der Noth sie uber diß zuschützen vnd zu verthädigen.

542 *Negativæ Ratio dubitandi I.* Et videtur sane † prima fronte dicendum esse, ascito per subditos alio fortiori, ac potentiori tutore ordinarium magistratum defensionis nexu solutum esse.

Primo enim cum hoc in casu præsumendum sit, adscitum foris alienum Protectorem ad tuitionem faciendam satis potentem ac firmum, & cum primis defendendi causa assumptum fuisse, superflua plane atque otiosa esse videtur ordinarii protectio, juxta vulgatum illud philosophorum axioma, non debere

debere fieri per plures, quod potest fieri per unum.
543 Et facit huc, † quod unitas ad rei conservationem, dualitas vero ad rei destructionem tendere dicitur, *c. in apib. 7. q. 1. l. 4. §. ult. ff. de administr. tut.*

Quia ab ipsa natura est, ut nemo desideret in dominio vel potestate consortem habere *cap. quid autem 23. quæst. 7.*

Et sicut principum ita & Protectorum † pluralitas mala sit per not. Afin. *de Execut. §. 9. c. 334. n. 10. & seq.* Tiraq. *de Iure primog. q. 4. n. 21. & seq.* Castrens. *cons.* 179. *n.* 3. *l.* 1. Natt. *consil.* 289. *n.* 2. Riminald. *consil. 601. n. 46.* Bec. *consil.* 56. *n.* 34. Et publice intersit ab uno tantum regi & gubernari *l. 2. §. novissime 11. de O. I.* Cephal. *cons.* 152. *n.* 62. *& seq.* & Borel. *consid.* 30. *num.* 37. ubi satius & melius esse affirmat Iurisdictionem † administrari per unum, quam per plures, cum virtus unita fortior sit dispersa. Quo respexit Kranz. *Wandal. lib. 8. cap. 11.* quando inquit, *Si principatus per Germaniam indivisi manerent, longe formidabilior ejus esset virtus, quam est modo, cum sit multis partibus dememb rata, ut crebrius in se versis viribus abutatur, conficeretur, quam ab exteris superetur.*

Ratio dubitandi II. Secundam dubitandi rationem ea ingerit consideratio, quia si subditi præsertim inconsulto suo magistratu alienum quæsiverunt protectorem, videntur ob præsumptum Domini sui contemptum se indignos fecisse, qui ab eo amplius defendantur arg. regulæ qui
544 non honorat, ut debet, † non expectet, quod ei debetur, per *text. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. l. quæro §. inter locatorem ubi Bart. ff. locat. gloss. in l. cum proponas in 2.* ubi Bart. Bald. Alexand. Iaf. Curt. Sen. & alii *C. de pactis* Ruin. *consil. 143. n. 8. vol. 4.* Socin. Iun. *cons. 77. n. 142. vol. 1.* D. Becius *in cons. 45. n. 6.*

Ex quo apparet Dominum talibus subditis à se defensionem exigentibus non immerito regerere posse, ubi sunt Dii vestri, quos elegistis? hi vos defendant, An jam vobis idoneus videor & sufficiens, qui vos tueatur, experiamini nunc vestro cum damno, quid sit spreto auxilio ordinarii, ad alienos confugere Duces Mart. Rumelin. *ad Aur. Bull. Caroli 4. diss. 5. part. 2. concl. 10.*

Ratio dubitandi III. Tertio eandem sententiam fulcire videtur, quod tales subditi † alienum atque extraordinarium defensionis
545 subsidium quærentes, ordinario, quod à suis Dominis expectare debebant renunciasse videantur, *l. in delictis ff. de noxal. l. quod in heredem §. quod eligere ff. de tributor.* Bart. *in l. eum qui certarum §. fin. ff. de verb. obligat.* Socin. Iun. *consil. 122. n. 10. & seq. vol. 1.* Capic. *decis. 40. n. 6. & decis. 110. n. 6.* Neuiz. *consil.* 41. *num.* 22. Gabriel. *comm. opin. lib. 2. tit. de action. concl. 2. per tot.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 16. n. 19.*

546 *Ratio dubitandi IV.* Quarto Iuris est non incogniti, † quod cum uno ex facto duo vel plura competunt Iuris remedia ad unam eandemque rem sive finem tendentia unum tollat & perimat alterum, *l. plura 53. in princ. vers. nam si ex una ff. de obligat. & actionib. l. nemo 43. §. 1. ff. de regul. Iur. l. 1. C. quando civil. act. crimin. præjud.* Marant. *de ordine judiciorum part. 4. distinct. 1. n. 5.* Harprecht. *§. hac actio Inst. de injur. n. 32.* Quare licet ponamus regulariter hoc casu subditis duo protectionis subsidia fuisse expectanda, cum tamen ambo illa ad unam eandemque rem seu finem tendant nempe tuitionem, uno electo alteri renunciatum esse censetur.

547 *Decisio affirmativa.* Verum hisce aliisque quæ in speciem, † adduci possent nihil refragantibus hac in re concludendum est cum usus evenerit Magistratum, utique ordinarium respectu generalis Iurisdictionis & Iure magistratus ad protectionem nihilominus obligatum esse, ut fuse probatur per Abbatem Felin. Decium & alios *in c. de offic. deleg. & in c. quanta de sent. excomm.* Dec. & Cagnol. *in l. culpa caret. ff. de Reg. Iur.*

Ratio decidendi I. In primis autem hæc decisio probatur, quia cum Iurisdictio ordinarii Magistratus per submissionem in protectionem extranei Principis vel alterius status (ut sexcentis auctoritatibus ac multis etiam rationibus in Cap. X. probavimus) non tollatur, ideo nec sublata intelligitur protectio generalis & ordinaria, quæ Iurisdictionis est sequela, Thom. Maul. *de Homag. tit. 11. num. 10.* Camman. *disputat. de Regal. major. disputat. 5. §. 109.*

Ratio decidendi II. Deinde hæc assertio ex eo roboratur, quod propria cujuslibet Magistratus † obligatio & munus, in subdi-
548 torum defensione potissimum consistens, non tollatur, etiam illi ad majorem salutis suæ cautelam, alium insuper protectorem susceperint, id quod arg. *l. sancimus C. de Testam.* disert. tradit Petr. Frid. Mindan. *de Mandat. Iud. lib. 2. 14. num. 13.* ubi ait novi Patroni seu protectoris electione debitum subditis vi Iurisdictionis à Magistratu defendendi officium non tolli, sed
549 hunc respectu † Imperii, illum ex obligatione initi contractus vel accepti à superiore mandati protegendi partibus fungi, id quod suis calculis approbant Andreas Gerhardi *discurs. 31. quæst. 8. apud. Arum. vol. 1.* & Camman. *disput. de Regal. major. disput. 5. thes. 109.* Thom. Maul. *de Homag. tit. 11. num. 10.* D. Hepingk *dissert. de Iur. Advocat. §. 12. sub lit. C.* Georg. Gumpelshaimer. *discurs. 27. §. 2. in notis ad lit. H. circa finem apud d. Arum. vol. 2.*

550 *Ratio decidendi III.* Tertio cum multi casus esse possint, † quibus ordinarius optimam defendendi occasionem, protectores vero nullam, vel non ita commodam habeant, Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 14. n. 2.* quin &
551 multi casus, † præsertim in rebus ac negotiis privatorum contingere queant, quibus Protectores nullum defendendi Ius habeant, sed illud soli magistratui reservatum sit, annotante Paul. Matth. Wehnero *in metamorphos. verumpubl. c. 18. sbi* dieweil viel Sachen fürfallen / da die Obrigkeit befugt ist / ihre Underthanen zu beschützen / deren die Schirms-Herren nicht berechtigt seyn / &c. consequitur ordinarium magistratum subditis suis, quantumvis speciali protectore electo, ad præstandam defensionem nihilominus devinctum esse, nisi se justitiam suis non administrasse & ab iniquis malorum oppressionibus eosdem non vindicasse audire malit, neve quod de Friderico † Imper. contra
552 Matthiam Ungariæ Regem Austriam non defendente, apud Alb. Krantz. *Wandal. lib. 13. cap. 17.* *En hic est Christianitatis defensor Imperator, hic est, qui omnes tueri suscepit, patriam autem ditionem non defendit à Rege proximo*, audire cogatur.

Quapropter non attento, quod subditi alium etiam externum habeant Protectorem, Domini tamen temporales nihilominus eosdem ex præscripto Iuris & sano Ciceronis consilio, defendent, *in oratione pro Cajo Rabirio* attestantis esse boni † magistratus, inquit,
553 cum auxilia Reipublic. labefactari convellique videt, ferre opem patriæ succurrere saluti fortunisque communibus suam salutem posteriorem saluti communi ducere. Et *in orat. pro Sextio* ait: *Sudandum est iis, qui magistratum gerunt, pro communibus commodis, adeunda inimicitiæ subeunda sæpe pro Republica tempestates, cum multis audacibus improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum.*

554 *Ratio decidendi IV.* His accedit quarto, † quod cum Magistratui non multum periculi ex defensione ejusmodi imminere possit, cum publica potestate potiantur & potentia multorum muniantur ad hoc, ut in iniquitates hominum prorumpere & injurias aliorum propulsare queant; ideo ad opus protectionis præstandæ tanto promptiores esse debeant.

Ratio decidendi V. Quinto non obstante ulla alterius externi Protecto-

tectoris pactione cum alienis subditis inita, indubitati Iuris est Magistrum † quemlibet, ratione Iurisdictionis & ex debito justitiæ ad subditorum suorum defensionem absque ullo effugio obligatum esse, ne subditi offendantur, sed in sua securitate & pace permaneant, per text. sæpe allegatos *in c. regum. & c. administratore 23. q. 3. & c. non inferenda n. 23. q. 3.* & doctrinam Claud. de Seysel. *in repet. l. ut vim. n. 170. de Iust. & Iure.* Coler. *consil. 39. n. 47.* Ayrer. *de homicid. necess. part. 1. n. 286.* & aliorum ab his allegatorum. † Quia si quis quempiam certum actum perpetrantem prohibere obligatus est, non solum prohibere tenetur ne actus ille fiat, sed etiam custodiam & diligentiam adhibere debet, ut actus ille non perpetretur argum. *l. locationis ff. locati & gloss. in verb. interest. circa princip. in l. si quis ita promiserit §. ea de lege ff. de verbor. oblig.* Bartol. *in l. metum. 2. §. sed licet. ff. quod metus causa.* Bald. *in leg. nullus vers. item est argumentum contra potest. C. de summa Trinit.* Addit. ad Panorm. *in d. c. quanta de sent. excomm.* † Adeo ut etiam secundum communem Theologorum opinionem si omissa protectione non obstiterint damnis aut periculis populo imminentibus teneantur ad restitutionem damni illati teste Cagnol. *in d. l. culpa caret, n. 5. & 6. ff. de reg. Iur.* Ferdinand. Vasq. *d. cap. 43. n. 11.* ubi de defensione magistratus subditis præstanda prolixius differit.

555

556

557

Quare magistratus electo etiam extraordinario protectore officium suum Iure ordinario subditis debitum, cujus partes in protectione potissime consistunt, illi æque impartiri tenetur.

558 *Ratio decidendi VI.* Sexto in confirmationem † nostræ conclusionis accedit & illud, quod cum violentia & injuria plerumque in territorio & districtu ordinarii subditis inferatur, & eo etiam casu magistratus quibuslibet extraneis securitatem defensionem & tutelam præstare teneatur, tanto magis ad tuendos subditos suos obligetur, per text. *in d. c. administratores 23. q. 5. & l. 3. & l. congruit ff. de offic. præsid. & l. in nomine Domini §. pro limitaneis & §. item in Sardinia C. de offic. præfect. Prætor. Afric.* & arg. *tit. C. de custod. itiner. & littor. lib. 12.* DD. *in his locis* Felin. *in c. licet causam n. 12. de probat.* Bart. *in l. ne quid ff. de incend. ruin. naufrag.* docte & late Zas. *in cons. 14. & 15. lib. 1.* And. Gail. *pract. obs. 64. lib. 2.*

559 *Ratio decidendi VII.* Septimo cum Principes Prælati aliique † magistratus reditus pro stipendiis institutos à Repub. habeant, ut justitiam in terra conservent, † ad cujus conservationem spectat subditos à damnis injuriis & oppressionibus aliorum defendere, certe hoc mirum videri nemini debet, quod ad subditorum suorum tutelam ac defensionem nihilominus adhuc obligantur, † & quidem suis propriis sumptibus cum etiam adhuc omnia commoda sentiant, quæ regalia de Iure & consuetudine comitantur, neque quicquam iis per accessionem novi protectoris derogatum sit.

560

561

562 Commoda autem quamdiu quis † sentit tamdiu jungat & onus emolumentis suadet æquitas & regula Iuris docet *c. qui sentit. de regul. Iur. in 6. & l. secundum naturam ff. eod.* † & non est ferendum, ut qui lucrum amplectitur onus subire recuset *l. 1. §. pro secundo C. de caduc. tollend. & c. qui Episcopatum 8. q. 1. & alibi.*

563

564 Contingit autem non raro & male, † quod Domini territorii & provinciæ sint diligentissimi & vigilantissimi in cura commodorum & aliorum, quæ privatam utilitatem concernunt, & tardissimi in curanda salute Reipubl. & asservanda subditorum tranquillitate iisque à violentiis perditorum hominum tutandis ac protegendis. Unde gravissime peccant & sui officii obliviscuntur cum subditorum suorum maxima pernicie, & publica omnium perturbatione. Quare sapienter Principibus pro Tutela subditorum, vigilantiam comitem esse debere per anguem vigilem vertice surrecto, elatoque pectore, obeliscis, & monumentis cum inscriptione, CUSTOS, insculptum Ægyptii indicare voluerunt. Et recte. Nec enim Salem vehementem dormire:

> *Nec decet ignavum tota producere somnum*
> *Nocte virum, sub consilio, sub numine cujus*
> *Tot populi degunt, cui rerum summa fidesque*
> *Credita summarum.——*

Quemadmodum versus illos, quibus Nestor Somni personam indutus Agamemnonem compellat, Ioan. Pier. Valer. *hieroglyph. lib. 15. p. 111. in fin.* reddidit, ubi post Plutarch. Scipionem, virum alias rebus tot fortiter gestis clarum obelisco, & qui aureus in Olympia stet, dignum, somnolentiæ nomine apud populum Romanum male audiisse refert.

Ad Principes autem Ecclesiasticos † maxime pertinet, magna sollicitudine ad hoc intendere, ut apud suos omnia sint tutissima *c. 1. dist. 86. c. 1. §. Episcopus* & ibi Alvarot. *de pace Iurament. firmand.* Card. *in clem. 1. notab. 10. de offic. ordinar.* Zas. *cons. 15. n. 10.* † Et subditis boni parentis more non graves esse, sed illis potius tanquam filiis thesauros præparare, eosque in cunctis necessitatibus pastoris vice fovere debet, *c. cum Apostolus §. sustineamus de Censib.* Et hoc merito.

565

566

Quanto enim eorum potestas dignior † & major est sæculari, *c. solita de majorit. & obed.* tanto diligentiores esse debent in sui officii exercitio, & subditorum suorum cura ac defensione administranda.

567

Atque etiam in Ecclesiasticis major † eminentiorque æquitas ac justitia desideratur ac inesse debet, ob excellentiorem statum, quo à Deo donati sunt, per text. *in c. prim. de feud. alien. & authent. de monachis §. cogitandum* And. Tiraq. *de privileg. pia causa privileg. 100.* Ferdinand. Vasq. *Illustr. controvers. lib. 1. c. 51. n. 55.*

568

569 *Ratio decidendi VIII.* Octavo † quod magistratus præter constitutum protectorem nihilominus subditis suis defensionem præstare teneatur ex eo etiam dilucide evincitur, quod omnis principatus intueri debeat meram subditorum utilitatem, & non propriam commoditatem, ut præter Ciceronem Ethnicum *supr.* allegatum, eleganter notavit Nicol. Boer. *in auth. magni cons. in 1. add. mag. n. 131. vers. ipse enim exemplo.* & communiter tradunt Dd. præsertim Alberic. de Rosat. *in l. decernimus C. de Episcop. & cleric.* Bart. *in tract. de reg. civil.* gloss. & Abbas *in clement. un. de baptismo.* Lucas de Penna *in l. militarib. C. de decur. lib. 10.*

Et omnes magistratus regna, † Imperia, potentatus, non propter regentium commoda, seu subditorum publicum emolumentum inventos creatos ac receptos esse frequentissima philosophorum, legum latorum & Doctorum sententia proditum atque testatum est. Ita politissime scriptum reliquit Plato, uti ex eo Tullius *lib. 1. offic.* refert. † *Omnino*, inquit, *qui reipubl. præsunt, duo Plat. præcepta teneant. Unum ut utilitatem civium sic tueantur, ut quicquid agant ad eam referant obliti commodorum suorum. Alterum ut totum Reipubl. corpus curent, ne cum partem aliquam tuentur, reliquas deserant*, ibi subjungit idem Cicer. † *ut enim tutela sic procuratio Reipubl. ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est gerenda est.* Idipsum sentit Aristot. 3. *Polit. cap. 11. & lib. 5. Ethic.* & pluribus allegat. Vasq. *lib. 1. c. 1. n. 10.* Alphons. Guerrerius *in Thesaur. Christian. religion. c. 54. n. 1. & 19.* ubi ad hoc allegat D. Thom. *in opusculo 21. ad Ducissam Brabant.*

570

571

572

Tametsi ergo subditi, alium protectorem assumpserint, manent tamen ordinariorum dominorum suorum subditi, nec per id officium magistratus Iure naturæ subditis debitum tollitur, sed Iura ejusdem in subditos per omnia salva, & vicissim subditorum erga eum

ga eum obsequia illibata manent, ideoque magistratus debitam subditis protectionem, nisi meneri à natura sibi injuncto deesse malit, nihilominus exhibere tenetur, per *supra deducta.*

Ratio decidendi ult. Denique hanc ipsam satis superque rationibus confirmatam sententiam non exiguæ auctoritatis IC. ex professo suis calculis approbant, inprimis Petr. Frider. Mindan. *de process. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 13. Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib.* 11. *c.* 11. *n.* 6. Bodin. *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 610. & 612. Althus. *Politic. c.* 7. Paul. Matth. Wehner. *in metamorphos. rerumpubl. d. c.* 18. Camman. *de regal. disputat.* 5. *thes.* 5. 109. ubi affirmat, † quod rebus id efflagitantibus adhuc ordinarius magistratus subditos, qui alium protectorem elegerunt defendere teneatur, etiamsi Ius illud clientelare cum aliqua Iurisdictione mixtum sit Gail. *lib.* 2. *obs.* 54. *n.* 10. Patronusve Civitatem occupet, & clientes ad juramentum subjectionis adigat, Gail. *d. observ.* 54. *n.* 8. & *seq.* 573

Eandem sententiam approbat, novissime, Andr. Gerhardus Consil. Saxonicus *inter Arum. discurs. de I. P.* 31. *concl.* 8. & præter alios *supra* allegatos novissime D. Hepingk. *concl.* 12. *sub lit. C.*

Ex quibus sole meridiano clarius elucet, quod etiamsi subditi alterius protectioni subjecti sint, per id tamen ordinarii magistratus tutela non excludatur.

Solutio contrariorum Argumentorum. Neque vero nos quicquam à nostra decisione remorantur dubitandi rationes superius motæ.

Responsio ad I. dubitandi rationem. Nam quod primo loco afferebatur subditos novi sui protectoris suscepti potentia sufficienter defendi posse, adeo ut ordinarii Magistratus tutela nihil opus habeant. Ad id respondetur, † quod novi patroni electio, Patrocinium vel defensionem ordinarii Magistratus minime tollat, ut recte perpendit Frid. Mindan. *c.* 14. *num.* 13. per regulam *ex l. sancimus C. de testam.* † Quod non mutatur cur stare prohibeatur. Thom. Maul. *de Homag. tit.* 11. *n.* 10. Camman. *de regal. major. disp.* 5. *thes.* 109. Enim † vero quemadmodum unus plurium Dominorum vasallus esse potest, ut multorum feudorum commodis fruatur, per text. *in c.* 1. *de vasall. qui cont. constit. Lothar. reg. c.* 1. §. *illud de prohib. feud. alien. per Frid.* Schrad. *tract. feud. par.* 4. *c.* 3. *n.* 9. Ita unus † cliens respectu præsertim plurium diversorum bonorum seu pagorum ad clientes spectantium plures etiam Patronos, ut inde plurium etiam beneficiis ac Patrociniis potiatur, habere non prohibetur. 574 575 576 577

Quemadmodum & quotidianus docet rerum usus, & † frequens Germaniæ consuetudo, nominatim de eadem attestante Andr. Knich. *de Iure territ. c.* 4. *n.* 338. ubi scribit Illustrissimos † Saxoniæ Duces Iure superioritatis sublimiorem Advocatiam, Comites autem & Barones Principi subjectos in iisdem Prælaturis ac Cœnobiis, inferiorem sibi vendicare clientelam. Sic etiam nobile collegium † Chomburgense hucusque tres simul habuit Protectores specialiter constitutos Rever. nempe ac Illustr. Episcopum Herbipolensem Ducem Franconiæ universalem ac hæreditarium: Deinde seniorem ex illustri familia Dominorum Baronum de Lympurg. S. R. Imperii Pincernarum ac semper Liberorum, quasi substitutum ac Subadvocatum. Tertio habuit protectores rationes pagi Gebsattel/ villarumque circumiacentium Nobiles ac Providos Dominos Consules ac Senatores Imperialis Civitatis Rotenburgo Tuberanæ, quos anno post Christum natum millesimo quadringentesimo admodum Rever. ac Nobilis Dominus Erkingerus de Stetten/ Abbas ac Conventus Monasterii Chombergensis constituto ipsis sexaginta maltarium avenæ annuo honorario Advocatos ac Protectores certa conventionis formula advocarunt atque constituerunt. 578 579 580

In beneficiis autem feudalibus nemo † vasallorum pro uno Feudo plures dominos habere compellitur, glos. *in c. omnes filii* quam *ibid.* sequitur. Bald. *n.* 2. Afflict. *n.* 27. Schenck. *n.* 8. Lauden. *n.* 5. §. *præterea ducatum de probib. feud. alien. per Frid.* Ioan. Rayn. *n.* 29. Vult. *cap.* 7. *n.* 94. Vivius *in tract. comm. opin. in verb. Iurament.* Iulius Clar. *sentent. lib.* 4. §. *feud. quæst.* 49. *n.* 11. Carolus Molin. *consuetud. Paris.* §. 2. *gloss.* 4. *n.* 51. & infiniti alii quos *in sua synopsi feudal. cap.* 6. *conclus.* 38. *n.* 5. recenset Henric. à Rosenth. quorum sententiam prævaluisse author est Zas. *in epitom. feud. part.* 11. *cap.* 7. 581

Ratio est, † quod uno & eodem tempore unius clientis corpus distringi in plures dominos atque ipsius defensioni operatum atque addictum esse non possit per text. *in l.* 3. §. *ex contrario ff. de acquir. vel amitt. possess.* Petr. Gilken. *tract. de præscript. part.* 3. *c.* 12. *n.* 53. 582

Responsio ad II. dubitandi rationem. Multo minus illud decisionis nostræ † robur labefactat, quod secundo loco dictum fuit, subditos per electionem protectionis extraordinariæ se indignos fecisse, qui ab ordinario protegantur, † quia dato quod alias casibus exceptis seu limitatis subditi insciis suis magistratibus protectores quæsivissent, quia tamen id potius ob sui tutelam ac defensionem, quam in contemptum Dominorum suorum fecisse præsumuntur, idcirco negatur, quod per hoc ordinaria magistratuum suorum tuitione se indignos fecerint. Cum enim defensio à magistratu ratione generali Iurisdictionis præstanda sit Iure publico, uti ex *superioribus* patet, ea per actum protectitiæ electionis privatum subditorum, tolli non potuit. Petr. Frid. Mindan. *d. c.* 14. *n.* 13. 583 584

Etenim fieri non potest, † ut Ius publicum privatorum pactis immutetur, text. notab. *in c. fi. diligenti de for. compet.* gloss. singul. *ibid. in verbo pacto.* & text. *in l. Ius publ. ff. de pactis.* Capis. *in tr. de num. test. p.* 1. *c.* 6. *n.* 4. & *c.* 7. *n.* 8. Pyrr. *in consuet. Aurelianens. tit. de pasc. c.* 11. Reub. *in tr. de testib. part.* 2. *n.* 42. Sonsbec. *tract. feud. part.* 2. *n.* 33. Borcholt. *in tr. de pact. c.* 5. *n.* 1. & rursus *n.* 52. *cum seq.* Pruckman. *cons.* 28. *n.* 33. *lib.* 1. And. Gail. *pract. obs.* 40. *n.* 8. & *obs.* 53. *n.* 16. *lib.* 1. 585

Imo Iuri publico pactis privatorum † etiam juratis derogari non potest, *d. l. Ius publ. ff. de pactis, l.* 1. *ff. de testib.* Schrad. *part.* 2. *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 4. *de feud.* Anton. Hering. *de fideiuss. c.* 1. *n.* 74. 586

Ex qua responsione indubitate sequitur, † quod subditi velut inferiores & homines privati protectionem ineuntes contrahendo non potuerint Ius publicum alterare, & multo minus tollere, neque directe, neque per indirectum *l. cum quis decedens* 35. §. *Titia ff. de leg.* 3. *l. Seius & Augerius* 27. *ff. de leg. Falcid. c. requisisti* ubi Panorm. *extr. de testam. l. nemo potest. ff. de leg.* 1. ubi Dd. fere omnes *à princ.* Alberic. *n.* 4. Imol. *col.* 1. *ad fin.* Castr. *col.* 2. *post med.* Ias. *in lect.* 1. *n.* 1. & *sub n.* 4. 587

Responsio ad III. & IV. dubitandi rationes. Sic etiam nihil ad rem facit, † quod tertio & quarto loco dictum fuit electione extraordinarii defensionis remedii, ordinario per magistratum præstando renunciatum, & extraordinarii remedii assumptione alterum sublatum censeri. Equidem ad hoc respondeo negando allegatam renuntiationem, per protectoris electionem, factam præsumi, nisi id palam probetur; Deinde constat tunc solum electione unius remedii alterum tolli, quando sunt incompatibilia & contraria *l. post diem ff. de lege commiss. l. fi. C. de Codic. l. in delictis* §. *detract. ff. de noxal. l. quod in heredem* §. *eligere ff. de tributo,* ita limitat & declarat D. Becius *cons.* 87. *nu.* 9. prout eum refert & sequitur Ioan. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit.* 7. *quæst.* 18. *n.* 44. 588

At in hoc protectionis negotio † Tutela magistratus ordinarii & protectoris extrinsecus assumpti est compatibilis, quia utraque tendit ad unum eundemque, defensionis nimirum finem, ideoque per se electione unius non tollitur alterum. 589

590 Cæterum prædicta huc usque † à contrariorum objectione defensa decisio adeo ampliatur, ut ordinarius magistratus subditos suos, quamvis alium protectorem habentes defendere teneatur, tametsi constitutus Advocatus alioquin etiam Imperium in clientes habeat, & Ius illud clientelare cum aliqua Iurisdictione (id quod fieri posse, *alibi* ostendimus) mixtum atque conjunctum sit, quam extensionem nominatim etiam approbavit Ioan. Camman. *de Regalib. disp. 5. conclus.* 109.

591 Sed his ita generatim de tuitione Magistratus subditis debita, non obstante, quod ii externum etiam protectorem habeant explicatis, illud quæstionem habet non inelegantem: *An etiam ille Dominus, † qui alicque in loco merum duntaxat Imperium, alter vero Iurisdictionem simplicem habet, Ius ordinaria Protectionis usurpare possit, vel illud Vogthia Domino competat*, Ob der Fraischherr / da ein anderer Vogthenliche Obrigkeit hat / sich deß ordinari oder Landschutzes anzumassen hab.

Merum duntaxat Imperium habens, an ordinaria Protectionis Ius usurpare possit.

Etsi vero in enodanda hac quæstione & tribus eam insequentibus dubiis definiendis instituti mei limites

592 (eo quod de Iure protectionis speciali † tantum & non de ordinaria Magistratus defensione ipsa lege tam positiva, quam scripta competente, potissimum agere proposuerim) transilire videbor, quia tamen hæ ipsæ quæstiones materiæ ad tractandum sumptæ admodum connexæ & affines, nec minus jucundæ ac utiles sunt, nec ab ullo auctore quem viderim tractatæ, multo minus definitæ fuerunt, idcirco easdem tacitus præterire non potui.

Affirmativa Ratio dubitandi I.

Quod igitur ad propositam proximam controversiam attinet, prima quidem fronte haud præter rationem in hanc opinionem, quis inclinare posset, ut existimet Dominum Ius gladii habentem ad defensionem hominum mero suo Imperio subjectorum, obligatum esse, eique defendendi Ius competere.

593 Nam qui Iurisdictionem criminalem habet, † Dominus est, habens potestatem & authoritatem coercendi ac terrendi *l. pupill.* §. *territorium* & *ibi* Alciat. *ff. de verb. obligat.* plene Lucas de Penna *in l. secunda*

594 *C. de exactor. & excuss. lib.* 11. *col.* 2. † & habens Criminalem Iurisdictionem apponit custodem in territorio veluti dignior referente Capitio *decis.* 27. *column.* 1. cui accedit Boer. *in tract. de custodia clavium col.* 6.

595 Idem *decis.* 217. † Deinde habens merum Imperium dicitur, & est Dominus ratione præeminentiæ, quam habet in homines secundum Bart. *in l. etsi cum. de public. & l.* 1. §. *dominum* & *ibi* Ioan. Igneus. *ff. ad Syllanian.* Ergo eidem etiam defendendi onus incumbere videtur.

II. Dubitandi Ratio.

596 Tertio sontes † qui punit ejusdem est insontes defendere.

597 † Ad hoc enim gladius superioribus datus est, ut non tam justitiam in facinorosos quam fortitudinem in bonorum oppressores ac hostes exerceant Marq. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo. tract. de Imperio Rom. lib.* 2. *c.* 8. *verb. Gladium.* Atque ita in Coronatione Wilhelmi Imp. Saxo Ensifer dixisse legitur: *Accipe ensem regium, ut rebelles severa correptione potenter affligas, omnesque benevolos in tranquilla pace gubernes.*

III. Dubitandi Ratio.

598 Quarto commendat hanc † eandem decisionem, quod merum Imperium sit nobilius, potentius, & dignius ipsa Iurisdictione, sicut per text. *in l. Imperium ff. de Iurisd. omn. jud.* & ex Luca de Penna deducit Nic. Boer. *tract. de cust. clavium. n.*55. Vincent. Cabot. *disp. de Iur. publ. lib.* 2. *c.* 2. adseverans Ius animadvertendi & pœnas irrogandi inter Iura supremæ potestatis referri.

IV. Dubitandi Ratio.

599 Atqui Iura statuunt, † quando concurrunt in idem nobilius & ignobilius, potens & impotens, dignius & minus dignum, nobilius, dignius, & potentius, semper trahere ad se, id quod est ignobile, impotens & indignum *l. in rem actio* §. 1. *& sequent. ff. de rei vend. & l. cum quidam* §. *fin. ff. de aur. & argent. leg. cum similib.* per eund. Boer. allegatis. Sic qui exercet curam in Ecclesia, dicitur illam habere, licet bona non teneat, quia cura est nobilior pars Ecclesiæ, nominatim docente Ioan. And. *in c. compromissa* §. 1. *de elect. n.* 6. Sic & proprietas tanquam nobilior trahit ad se possessionem *c. cum dilectus in fin.* ubi Canonistæ *extra de caus. possess. l. si acceptilata ff. de acceptilat.* Unde is qui habet in toto vel in parte Civitatis merum Imperium, quod excessive nobilius & potentius est, quam sola Iurisdictio, ad quod pertinet cogere & coercere *d. l. imperium* præferendus est, in custodia civitatis *l. si pluribus. ff. de leg.* 1. & notat Innoc. *in c. ad hæc in gloss. de offic. Archid.* cum ratione nobilitatis Imperii quoad custodiam & protectionem tota ipsi domino habenti merum Imperium censeatur esse subjecta & etiam de proprietate imperantis potius est protegere & custodire, quam alterius non imperantis, ut not. *in proœm. ff. in princ.*

600 Quinto hanc sententiam in terminis † amplecti videtur Lucas de Penna *in l. quicunq. C. de exactor. & execut. lib.* 12. ubi dicit, quando sunt duo domini alicujus civitatis vel castri, quorum unus habet Iurisdictionem tantum in parte sua, & alter merum Imperium, & habens merum Imperium, imminente bello vult totam civitatem custodire, & alter habens Iurisdictionem, etiam vult custodire nec pati, quod in parte sua exerceat potestatem, quod tunc ad habentem merum Imperium spectet & pertineat totam civitatem custodire, quanto magis igitur eo casu, id procedit, quando quis merum Imperium in toto loco habet per *l. contra pupillum* §. 15. *qui ad majus ff. de re judicat.*

V. Dubitandi Ratio.

601 Ad confirmandam denique hanc opinionem † facere videtur, quod multis in locis Protectores vigore Advocatiæ in Krafft des Schutzes unice merum imperium exerceant, & non nisi virtute commissæ ipsis protectionis, & quatenus Advocati sunt, maleficia puniant, adeo ut sublata Advocatia, nihil ipsis amplius meri relinquatur Imperii, sed illud ipsum una cum Iure protectionis iisdem ademptum intelligatur, qua ex re elucere sane videtur Ius ordinariæ protectionis ab habente merum in ejus loci incolas, ubi id ei competit, justo titulo exerceri posse, in cujus rei testimoniũ generatim ex Zasio differentem adduco Thom. Michael. *disp. de Iur. b.* 84. ubi adserit, non esse novum, ut Advocati nomine Prælatorum merum imperium, prout & nos alibi latius deduximus, exerceant, Ergo & è diverso penes quem est Ius gladii, penes eum etiam protectionis Ius esse censetur.

Ultima Dubitandi Ratio.

602 Cui nominatim subscribens Tob. Paurmeister. *tract. de Iurisdict. Rom. Imper. cap.* 9. *n.* 28. *lib.* 2. dicit Monasteria † immediate Imperio subjecta, quia de utraque Iurisdictione ab Imperatore sunt investita pro arbitrio Advocatos Iurisdictionis criminalis exercendæ causa ad tempus eligere & constituere. Atque hoc ipsum, quod diximus, nonnullis in locis Advocatos intuitu meræ Advocatiæ criminalem exercere Iurisdictionem, per vicina quædam exempla evidenter demonstrare possemus, verum quia hoc ipsum alicubi inter partes adhuc controversum est, & me non fugit, eos auctores, qui in libris evulgandis præcipiti sua sententia in re adhuc indecisa alterutri partium applaudendo, & palpum quod dicitur obtrudendo alterius vero Ius improbando aut convellendo præjudicium generare satagunt, reprehensionem merito incurrere, atque justam subire invidiam, idcirco consultius esse arbitramur exempla ejusmodi, ut & omnia alia quæ cuipiam offensionem præbere quovis modo possunt intacta, atque in medio relinquere.

Sed

Ex his igitur aliisque similiter occurrentibus argumentis concludendum videtur, eum, cui Imperium merum quantumvis nudum duntaxat competit, optimo maximoque Iure protectionis usurpare posse.

603 *Negativa decisio.* Verum præmissis dubitandi † rationibus non attentis, hoc in casu dicendum esse puto, ei qui Ius duntaxat gladii habet, nullam incumbere defendendi necessitatem; nec ipsum invito civili Domino Protectionis Ius usurpare posse.

604 *Ratio decidendi.* Ratio decisionis inde colligitur, † quia homines illi in quos alius mere tantum Imperium habet, subditi non sunt, ceu nominatim docet gloss. *in clem. unic. §. ejusdem etiam verb. subditos extr. de foro competent.* ex 605 qua gloss. singulariter notant Dd. † quod licet ratione delicti forum quis sortiatur illius Principis vel Domini, sub quo deliquit, non tamen propterea ex hoc ejus subditum effici. Dec. *in c. ad nostram nu. 3. de appel. & consil. 661. num. 6.* Gig. *tract. de crim. læsæ majest. lib. 1. rubr. qual. & à quib. crimin. læs. majest. committatur quæ. 68. nu. 3.* Boss. *tit. de foro compet. nu. 46.*

606 † Nam aliud est forum sortiri & aliud subditum esse, ut exquisite observat Andr. Gail. *de Pignorat. c. 15. n. 6.* docuitque Dec. *consil. 284. nu 9. incip. Et diligenter,* Gozad. *consil. 49. nu. 13. incip. circa primum* Alexand. 607 *in consil. 157. nu. 3. cum seq. vol. 1.* Ita in simili vasallus † sortitur quidem forum ratione feudi coram Domino feudi, text. *in c. cæterum. de Iudic. c. ex transmissa & c. verum. de foro compet.* Felin. *in cap. licet ratione n. 23. eod. tit.* Attamen non est subditus ejus, si sub Domino 608 domicilium non habet; † nam feudum non dat Imperium Domino feudi in vasallum, si sub eo non habet domicilium: concessio enim feudi est contractus reciprocus inter dominum & vasallum text. *in cap. 1. de forma fidelit.* ex quo contractu nullum resultat Imperium text. *in Clem. pastoralis de re Iudic.* Dd. *ibid. & in d. cap. transmissa & d. c. verum.* Gigas *d. quæst. 68.* Natta *consil. 445. num. 9. vol. 2.* Boss. *tit. de crim. læs. majest. n. 106 cum seq.* Capitius *decis. 162. num. 12. cum seq.* Roland. à Vall. *consil. 1. n. 16. cum seq. vol. 3.* Oldrad. *consil. 43. num. 8.*

609 *II. Decidendi Ratio.* Quod etiam inde evidentius liquet, † quia Domino criminalem Iurisdictionem habenti nullum Iuramentum Homagii nostrate lingua, vulgo Erbhuldigung / Erbpflicht oder Landshuldigung / præstant ceu nuncupatim asseruit Dn. Afflict. *in c. 1. n. 18. Qualiter vasal. jurar. deb. Domino fidelitat.* ubi dicit, quod istud merum Imperium videatur à Rege concessum sine utili Dominio, ideoque subditi Domino civilem Iurisdictionem cum territorio habenti subjectionem jurent. Arumæus *discurs. 24. de Iure publ. ad Constit. Pac. Relig.* quem sub præsidio Domini Ioan. Suevii Professor. Ienensis publice examinandum proposuit Petr. Leopold. *quæst. 5.* ubi ex Gylm. *2. decis. 1.* adseverat naturali tantum Domino dem Erbherrn / non accidentali, qualis est der Fratschherr Homagium præstari. Idem diserte statuit Marin. Freccia *de feud. lib. 2. auctorit. 2.* 610 *post n. 2.* ubi dicit, † Iurisdictionem civilem cohærere territorio, criminalem autem esse sine territorio. Licet enim merum Imperium terminetur territorio, 611 non tamen † adhæret ei, sed personæ id habenti *l. more. ff. de Iurisd. omn. Iud. c. cum contingat. in fin. de foro compet.* Bart. *consil. 190.* Felin. *in c. post cessionem 1. not. de probat.* Alexand. Ias. & Purpurat. *in l. 1. n. 155. cum seq. ff. de Iurisd. omn. Iud.* Quare innocent. *in d. c. cum* 612 *contingat. & cap. ad hæc de foro compet.* dicit † Archidiaconum non habentem territorium, sed tantum Iurisdictionem posse de Iure Canonico cognoscere, tam ratione delicti, quam contractus. Et ipsum sequitur Anton. de Butr. *in d. c. ad hæc.* Bald. *consil. 109. vol. 3.* qui loquitur in Archiepiscopo habente Iurisdictionem, ac in omni Prælato. Addit † insuper prædictis Freccia, 613 habentem Iurisdictionem civilem, dici Dominum terræ, eum autem, qui habet criminalem, non dici Dominum simpliciter, sed cum adjectione certæ qualitatis ejusque dominationem referri ad causas criminales, & non ad personas & terram, ac vulgariter non haberi pro Domino.

Unde etiam Capitius *decis. 27. n. 32.* concludit, habentem criminalem Iurisdictionem non posse dici Dominum terræ † & Iura ab eo in contrarium allegata, 614 loqui in eo, qui largo modo Dominus dicitur, prout ratione connexitatis vitæ, uxor etiam dicitur domina rerum viri *l. 1. ff. rer. amotar.* † ratione præeminentiæ 615 seu gubernationis publicanus dicitur Dominus vectigalis *l. 3. §. 1. ff. de pub.* † ratione administrationis sive 616 dignitatis tutor, dicitur Dominus rerum pupilli *l. interdum §. qui tutelam. ff. de fur. l. qui fundum §. si tutor. ff. pro emptore.* † Ratione honoris Patronus dici- 617 tur Dominus liberti, *l. cum quis §. Seiam ubi gloss. in verb. Dominum* & ibi Bart. *ff. de leg. 3.* & tamen nemo dixerit præfatos vocari posse dominos in actibus, contractibus, & commerciis, quæ per ipsos geruntur, ubi ita in terminis per concilium Neapolitanum judicatum esse scribit. Hinc † porro est, ut si quis uno in 618 loco habeat Iurisdictionem criminalem alius vero civilem, ille dicatur universalis territorii Dominus cui civilis Iurisdictio competit, adeo ut etiam insignia ejus, qui civili non qui criminali Iurisdictione potitur, muris, portis, turribus apponenda esse interpretes nostri palam asseruerint, *Auctor* gründlichen Berichts deß heiligen Reichsstatt Friedburg Stand / Regal. *Privil. cap. 4. n. 143.* Hinc & Scipio Capitius *in addit. ad d. decis. n. 45.* testatur in Consil. Neapolitano decisum fuisse Baronem tantum habentem causas criminales in loco, cujus Iurisdictio est alterius, non posse vexillum † suum tempore nundinarum extendere in Turribus vel aliis locis, quod in Suævia communiter fit diebus Encœniorum seu dedicationis Ecclesiarum.

Et prædicta pluribus firmat idem Freccia 47. *authoritat. n. 1.* ubi in causa Marci Antonii filii Marini, cum Domino Priore Barense controversa, de proprietate Loci, quia ille habebat in oppido Rutiliani Iurisdictionem criminalem, Ecclesia vero S. Nicolai Iurisdictionem civilem, determinatum fuisse testatur, ejus insignia muris oppidi opponenda, qui Iurisdictionem civilem, non qui criminalem haberet, cum illa prædictus universalis Dominus illius terræ dicatur, hac vero exceptis causis criminalibus, nequaquam, & ita est duntaxat Dominus quoad quid, oraculo principis speciali. Quoad † quid autem Dominium habens, supe- 619 rioritatem sibi asserere nequit Castrens. *consil. 44. n. 5. vol. 1.* Quod etiam nuncupatim in terminis respondit Surdus *consil. 323. num. 38.* ubi inter alia dicit, habentem merum imperium in casu delicti tantum, in reliquis autem non dici Dominum, nec posse dicere, quod sui sint homines. Quod ipsum etiam novissime ex Gylmanno defendit Io. Bidenbac. *nobil. quæst 3. n. 8.* adserens, † merum Imperium nullam subjectio- 620 nem continere, sed de gladii duntaxat potestate intelligendum esse. Idem regulare esse inter modernos ex Jacob. Butrig. *in l. 1. ff. de offic. præfect.* docuit Rosenthal. *tract. feud. c. 6. concl. 85. n. 10.* aperte affirmans, si unus habeat in Pago, aut oppido iurisdictionem civilem, inferiorem & mixtum forte Imperium, alter vero Princeps, Comes, Baro, vel Civitas Ius gladii, seu merum Imperium, sicut in Germania frequentissimum esse experientia constat, tunc Ius gladii habentem in homines nullum subjectionis sive competentiæ Ius habere, nisi delicto commisso, Theod. Reinkingk. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. clas. 5. c. 3. n. 10.* ad

 hoc

hoc allegans Afflict. *in c. unic. qualit. vasall. jurar. debent fidelit.* & propterea talem male sibi vendicare superioritatem, aliaque jura, quia † illud plane à castris jurisdictionis separatum sit, econtra vero jurisdictionem civilem ordinariam, die Vogtheyliche Obrigkeit animis hominum loci impressam esse scribit ex Afflict. & Butrio Andr. Knich. *comment. de Sax. non provoc. Iur. verb. Ducum c. 5. n. 33.* † Atque idcirco imperium merum, hoc est, purum dicitur, quod nullius alterius juris admixtionem habet, ut ex Festo notavit Ferd. Vasq. *illustr. controverſ. lib. 1. c. 4. n. 2.* Sicuti & merum aurum, in quo nihil sit alterius metalli vocavit Plin. *lib. 33. c. 1.* His non inconcinne adstipulatur Thom. Michael. *disp. de Iurisdict. Thes. 56. lit. D.*

621

622

623 Præterea hanc decisionem suffulcit, † quod ejus est protegere, cujus est imperare, ut notant Dd. *in proœm. seu prima constit. ff.* text. *in l. 3. ff. de offic. præfect. vigil.* ubi Dd. & nominatim Boer. *tract. de custod. clav. post n. 56.* ubi dicit de proprietate imperantis potius esse protegere, & custodire, quam non imperantis.

III. Decidendi Ratio.

624 At vero ejus est imperare, † qui habet Iurisdictionem civilem, siquidem imperare actum jurisdictionalem concernit, nec exerceri potest, nisi ab habente Iurisdictionem, ad quam proprie spectat Gebott und Verbott / † uti & proclamationes & edictiones emanatæ, quæ naturalem & actualem quasi possessionem jurisdictionis probant Cephal. *consil. 438. n. 48.* cujus exercitio jurisdictio manifesto evincitur Raudens. *resp. 2. n. 241. & resp. 3. n. 55. ver. respondetur. lib. 2.* Petra *de fidei comm. quæst. 12. n. 401.* Knich. *de iure superiorit. c. 3. n. 285.*

625

626 Quarto evidenter etiam pro hac sententia † pugnat, quod impositio armorum, & lustratio, Musterung und Wehrbelegung der Underthanen non mero Imperio, sed civili jurisdictioni adscribenda veniat, prout sæpius in Camerali judicio Spirensi pro habentibus jurisdictionem civilem Mandata inhibitoria decreta fuisse constat.

Quarta decidendi Ratio.

627 Ita namque in causa mandati † die Vogtheyliche Obrigkeit und Wehrbelegung auff den Lothringischen Underthanen in etlichen unterschiedlichen Flecken betreffend / Nobilis & validi Ludovici Lochingers Actoris contra Illustrissimum Dominum Georgium Fridericum Marchionem Brandenburgensem ventilata, 5. Febr. Anno 1582. subsequens lata fuit sententia.

Sententia in causa Mandati Lochinger contra Brandenburg.

In Sachen weiland Ludwig Lochingers jetzo dessen hinterlassenen Kindern Vormündere / & Consortes Clägern eins / wider Herren Georg Friderichen Marggraffen zu Brandenburg Beklagten anders Theils / Mandati der Pfandung Eucharii Bautzen / unnd anderer Verstrickung belangent / Ist allem vorbringen nach zu Recht erkandt / daß gedachte Verstrickte sich wider einzustellen nicht schuldig / und ermeltem Beklagten nicht geziemt noch gebürt / die Klägere geklagter massen zu turbirn und zu pfänden / Sondern daran zu viel und unrecht gethan habe / auch sich dessen hinfürter zu enthalten / und derhalben an diesem Keyserlichen Cammer-Gericht gebührliche Caution zuthun schuldig sey / Als wir ihne darzu Condemnirn und Verdammen / die Gerichtskosten derwegen auffgeloffen / auß beweglichen ursachen gegen einander compensierend und vergleichend.

628 Sic etiam cum annis superioribus † illustres ac Generosi Domini Albertus & Carolus Barones de Lympurgo, S. Rom. Imper. Pincernæ hæreditarii & semper Liberi in aliquot pagis ad Nobilis Collegii Chombergensis Vogtheicam jurisdictionem spectantibus, subditos ejusdem armis impositis onerassent, eosque illa suscipere renuentes incarcerassent, Dominis Capitularibus, meipso Patrocinante in Imperiali Camera conquerentibus 19. Augusti Anno 1608. Mandatum ex constitutione pignorationis decretum, Dominisque prædictis arma imponentibus injunctum fuit: Daß sie den nechsten nach Uberantwortung / oder Verkündigung solches Mandats ohne Verzug / Einred / und Entgeld / nicht allein die Chombergische Schultheissen und Underthanen zu Hausen / Wintzenweyler unnd andern gemärckten Flecken wohnhafft / so viel ihr dern mit Wehren belegt / in Gelübten angenommen und verstrickt / der abgenötigten Obligation und Verpflichtung relaxirn / erlassen und ledig zehlen: Sondern auch die Wehren von ihnen wiederumb an: unnd zu sich nemmen / auch die wehrender Verhafftung auffgangene unnd von ihnen entrichte Atzung unnd das abgeforderte unnd bezahlte Thurngelt / auff N. Gulden belauffendt / refundirn unnd vergnügen sollen. Et quamvis iidem Domini rei contra mandatum illud in speciem fortissimas exceptiones opposuerint, iis tamen non attentis 12. Junii Anno 1609. Paritio injuncta fuit.

Cum ergo armorum impositio & lustratio ex moribus Germaniæ ad Vogtiæ Dominum, nequaquam vero ad habentem merum imperium spectare dignoscatur, ad illum utique etiam, non ad hunc subditorum protectio pertinet.

Quinto non † vulgare pondus huic decisioni addit subsequens argumentum: Cui debetur collecta Schatzung / is etiam debet præstare protectionem Schutz und Schirm / † sunt enim correlativa Schatzung & Schutz / ut docet praxis, & diserte testatur Paul. Matth. Wehner. *pract. obs. verb.* Schatzung *§. antepen. incip. cui autem debetur, &c.* † At vero consuetudine ubivis locorum receptum est, ut collectæ pendantur ei qui Vogthiam seu jurisdictionem bassam habet, non vero potiunti mero Imperio, ut aperte tradit Meichsner. *tom. 1. decis. Camer. part. 1. decis. ult.* Nam habens jurisdictionem dicitur habere Ius collectandi Wesenb. *cons. 45. part. 1.* & collectæ faciunt præsumi aliquem esse de jurisdictione collectantis Alexand. *cons. 35. n. 3. vol. 4.* Thom. Michael. *disp. de Iurisd. thes. 48. lit. C.* Dec. *cons. 41. n. 41. vol. 1.* ubi jurisdictionem vocat fundamentum onerum & collectarum: eodem modo, quo exactione collectarum deprehendi locum vel villam solventem collectas esse de territorio seu jurisdictione Civitatis cui solvit, respondit Alexand. *d. cons. 35. n. 4. vol. 4.* idque à mero imperio separatum esse docet *de collect. §. 2. n. 23.* idemq; vult Gylm. *decis. Cameral. 51. num. 6. & 12.* & nominatim etiam Wehner. *d. loco* adseverat, wer in Franconia die Vogtheyliche Obrigkeit hat / dem gebührt die Steuer / id quod similiter aliis in locis observatur.

629

Ratio decidendi V.

630

631

Sexto, nullum protegendi Ius, † merum duntaxat imperium habenti competere, inde infertur quod eidem in Domini civilis territorium armata manu ingredi jure prohibitum sit, ut nominatim testatur Domini, Arumæus *de jure public. discurs. 24. quæst. 5. Hinc nudam,* inquit, Fraischliche Obrigkeit *habens in alterius territorio non potest aliquo jurisdictionis, ne quidem ipsius* Fraischligkeit *actu illud introire, insalvato Domino.* Darff unersucht und unbewust des Lands: Leut: oder Vogthey-Herrn / auff dessen unembdbarn / Vogtheylichen Lehenbaren / oder Eygenthümblichen Grund und Boden nicht einfallen / noch denselben mit durchführung mißthätiger Personen berühren / darauff arrestirn / in-

632

Ratio decidendi VI.

uentien / angreiffen / niderwerffen / bestettigen / behafften / handfesten / noch den entleibten Cörper gerichtlich mit Schöppen besichtigen / auffheben / weder Leibzeichen / noch Stich oder Wundenmaß / Knich. *de jure territ. cap.* 4. *n.* 408. noch einig Fratzpfand: Span auß deß Thäters Thor / oder Hauß abnemen / Gylman. *tom.* 1. *p.* 1. *f.* 336. Resol. Lipf. *quaest. sing.* 105. *num.* 3. Schwanm. *obs.* 87. sondern der Thäter und abgeleibte wird auff Centbaren Grund und Boden geliffert. Thom. Mich. *de iurisdict. thes.* 93. *lit. b. & d.*

At vero per se manifestum est, cum cui ingressus ad locum cum exercitu interdictus est, defendendi potestatem sibi arrogare non posse, ergo nec jus protegendi.

Ratio decidendi VII. Septimo corroboratur haec decisio per reductionem ad inconveniens, † quod in jure vitandum statuit legislator *in l. penult. post princip. ff. de impens.* & ab omni dispositione removendum esse sanxit Pontifex *in Clement.* 2. *de Magist.* Si enim jus protectionis etiam † competeret criminalem jurisdictionem habenti, tunc jurisdictionum species inter se facile confunderentur, & sic inter ipsos Voigtheiae ac meri Imperii Dominos dissensionis semina spargerentur. At vero per ejusmodi confusionem, & si unicuique sua jurisdictio non observetur, totus ordo Reipubl. confundatur necesse est, ut est text. *in cap. pervenit 11. q.* 1. *& in l. cum unus §.* 1. *ff. de bonis auctor. jud. possid.* Ex quo & ipsi etiam subditi Dominis scilicet super protectionis jure contendentibus, nulloque interim eorum defendente magnis calamitatibus ac miseriis implicarentur: Neque † enim esse potest societas affectionum, ubi diffidet diversitas potestatum secundum Oros. *verbo ad augmentum.* Nec possunt subjecti eorum inter se dissidentes ad Civitatis custodiam counire *cap. in nova.* 7. 9. 16. Nam quoties res aliqua pluribus agenda committitur, dum quisque dissentit ab altero dispendiis potius, quam utilitatibus aditus reseratur, secundum Gregor. *in registro. lib.* 1. *cap.* 78.

633 634 635 636

Ratio decidendi ultima. Denique hanc ipsam decisionem nostram † in terminis approbat & confirmat Mart. Frecc. *d.* 47. *authoritate n.* 2. *ad fin.* expresse dicens, domino habenti jurisdictionem criminalem non dari aliquam subventionem, vel assecurationem vasallorum, & novissime idem aperte concludit. Thom. Maul. *de homag. c.* 10. *n.* 1. hisce verbis: Schutz / Schirm und protection der Unterthanen stehet zu und gebühret allein dem Erbherrn / die uber die Unterthanen alle Bottmessigkeit und Obrigkeit haben. Unde † quicunque alius asserens sibi competere Ius protegendi alterius subditos, hoc jus probare tenetur, cum praesumptio Iuris transferat onus probandi in ipsum. *l. generaliter in fin. ff. de fidei commiss. libert. l. ult. princip. ff. de eo quod met. caus. l. nuptura in fin. ff. de jure dot. l. si chirographum, & in l. cum de indebito in princip. ff. de probat. l. sive possidetis C. de probat.* Menoch. *lib.* 1. *praesumpt.* 1. *n.* 6. Gail. *lib.* 2. *obs.* 128. *n.* 11. Idem Gail. *de arrest. c.* 7. *n.* 4. Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 68. Gabr. *lib.* 1. *de probat. concl.* 6. *n.* 4.

637 638

Solutio contrariorum Argumentorum. Responsio ad I. dubitandi Rationem. Quibus ita firmatis non obstant huic decisioni quae superius ceu contraria inducta fuere. Quod enim ad primum argumentum attinet, licet criminalem obtinens jurisdictionem Ius terrendi ac coercendi secundum Alciat. & potestatem apponendi custodem in territorio habeat per tradita Capitii & Luc. de Penna locis citat. Tamen ex eo non infertur, quod idcirco jus defendendi eidem competat, † Siquidem Ius terrendi maleficos concernat, & non nisi commisso delicto, ut prius dictum fuit, competat, Ius vero protegendi cum maleficiis nihil commune habeat.

639

Respons. ad Deinde vero quod merum obtinens Imperium à nonnullis ibi allegatis dicatur dominus illorum hominum ubi ei Ius gladii competit. Illud ex praedictis decidendi rationibus facile solvitur, quia tantum est dominus secundum quid. & in casu delicti, in aliis autem nullum habet in homines loci illius dominium & consequenter nullum etiam Ius defensionis, prout *supra* deductum est.

640 *II. dubitandi Rationem.*

Resp. ad III. dubitandi Rationem. Praeterea nec tertia dubitandi ratio qua dictum fuit, Sontes qui puniat, ejusdem esse insontes defendere, ullo modo decisionem nostram labefactat, quia ratio illius axiomatis in eo tantum procedit, qui criminalem & civilem Iurisdictionem conjunctam habet, non autem in eo qui mero duntaxat gaudet Imperio, quia is ut ex praedictis patet, per se nullam habet in homines illos tuitionis justitiam.

641

Resp. ad IV. dubitandi Rationem. Ad quartum dubitandi argumentum respondetur merum Imperium esse quidem nobilius & potentius respectu animadversionis seu punitionis corporalis in facinorosos, in quem sensum recte dixit Cabotius *d. l.* 2. *c.* 5. in Imperio mero nihil esse gravius animadversione in homines facinorosos; nequaquam vero respectu protectionis aut defensionis faciendae, extra casum commissi Maleficii, quod per carnificem corporaliter puniendum est, proinde nulla ratione conceditur, † potestatem meri Imperii extendi ad protectionem seu defensionem subditorum, sed eandem in terminis suae potentiae nempe in maleficiis puniendis, consistentis relinqui.

642 643

Quin etiam dato ac concesso, quod merum Imperium omni ex parte nobilius dignius ac potentius sit jurisdictione simplici inde tamen nequaquam sequitur, Ius protegendi domino Maleficiorum competere, quia sensus axiomatis illius, † quod nobilius potentius & dignius trahat ad se minus dignum potens aut nobile, non recipit illam interpretationem quod propterea, hoc, illius respectu, omnem suam virtutem amittat, multo minus ita intelligi debet quasi absorbeat, aut in se transferat aut commutet, Ius & potestatem indignioris impotentioris aut ignobilioris, alias sequeretur eum qui habet proprietatem alicujus rei, statim etiam consequi possessionem seu utile dominium, & eum qui potitur mero Imperio, statim etiam habere Iurisdictionem simplicem, quod esset absurdum ideoque minime asserendum, Everh. *in loco ab absurdo.*

644

Resp. ad V. dubitandi Rationem. Ad quintum respondetur † decisionem Lucae à Penna quantum ad terminos nostrae quaestionis attinet, tanquam à tramite veritatis aberrantem sustineri non posse. Argumentum enim de nobiliori digniori & potentiori ad se trahente minus nobile dignum, ac potens, quo inprimis ad decisionem suam corroborandam utitur, ut jam dictum est, id quod extruit, non concludit, quemadmodum nec aliae ejus rationes in comprobationem suae opinionis adductae subsistunt, uti nec illud verum est, ut ipse scribit ratione nobilitatis meri Imperii totam Civitatem domino habenti merum Imperium censeri subjectam; quia subjectio respicit subditos, at *paulo ante* in decidendi rationibus probatum fuit, merum Imperium nullam in se continere subjectionem, nisi ratione delicti commissi.

645

Praesupposita Lucae de Penna ad suam decisionem firmandam. Praesuppositum Primum. Praeterea manifestum est, eundem Pennam, ex quibusdam praesuppositis, quo in nostro casu aliter se habent, suam firmare sententiam, Primum enim praesupponit ille defensionem & custodiam Civitatis, de qua loquitur, non fieri posse nisi per eum, qui habet merum Imperium quod gladii potestatem tribuit, † eo quod arma sumere, vincire, detinere, coercere, cogere & servare duntaxat ad habentem merum Imperium pertineant, referendo se ad dicta sua *in l.* 2. *verb. coertiones. C. de exactor. tribut.* Ad quod etiam in fine *d. l.* 2. ait, cum in eo qui mero caret Imperio impedimentum sit evidens propter quod non possit coerce-

646

coercere homines ad custodiam faciendam, æquum esse ut defectus ipsius & impotentia per consortem suum habentem jus validius suppleatur. Quod ergo is qui sola jurisdictione munitus est, facere non potest, propter potestatis debilitatem, alter habens merum Imperium per terrorem disciplinæ imperans suppleat per gladii potestatem, ipsamq; disciplinam quam simplex jurisdictio resistentibus exercere non prævalet, merum Imperium superborum cervicibus potenter imponat. *c. principes. q. 5.*

647 *Præsupposi-tum II.* Secundo idem præsupponit, † eum qui Voigtheiam duntaxat habet, minorem esse illo, qui mero gaudet Imperio, & potestatem suam exercere non posse sed eandem obumbrari præsente majore, indeque infert, eum, qui mero caret Imperio, neque in eum, qui illud habet, neque in suos homines occasione ipsius custodiæ aliquid exercere posse, sed etiam illo præsente à suæ jurisdictionis exercitio quodammodo suspensum esse, eo quod neminem coercere, ac punire possit. *arg. c. quamvis. c. inferior. & c. denique. & quasi per totam 21. distinct.*

648 *Præsupposi-tum III.* Tertio præsupponit † Penna defensionem & custodiam Civitatis alicujus non posse fieri per plures aut alios, quam mero Imperio potiuntes, eo † quod dualitas ad rei destructionem parata sit, unitas vero ad conservationem. *ca. in apibus 7. qu. 1. l. 1. §. ult. & l. 3. §. ult. ff. de administ. tut. l. 2. §. novissime ff. de orig. jur.* 649

Præsuppositum IV. Quarto sæpedictus Lucas de Penna præsupponit defensionem † seu custodiam, quæ fit vigore meri Imperii 650 non tendere in præjudicium, aut incommodum ejus, qui inferiorem habet jurisdictionem, sed ad onus potius custodientis spectare cum † debeat custos periculo 651 capitis sui adhibere custodiam *l. 1. in pri. ff. ad S.C. Sylan. c. principes. 23. q. 5. c. cognovimus in fine 18. q. 2.*

652 *Præsuppositum V.* Quinto præsupponit sæpedictus auctor, † quando habens duntaxat jurisdictionem, defendere vellet Civitatem, quod inde in dispendium subditorum protegendorum, magna inter condominos contentio futura, graveque dissensionis periculum exoriturum sit, ideoq; infert, dissentientibus dominis in custodia admodum periclitari Civitatem, juxta versus Anticlaudiani elegantes, & dignos qui huc referantur.

Si vestram pacem discordia dissuit, imo
Rumpit, vestra perit virtus; nam stare negatur
Occasum patiens in se divisa potestas,
Ergo concordes votum carratis in unum.

653 *Præsuppositum VI.* Sexto denique sibi † persuadet idem Penna, quod licet is, qui habet merum Imperium, non possit ex alia causa, collegæ sui homines coercere, tamen ratione custodiæ, quæ per condominum suum ob defectum Imperii, & per omnes ob dissensiones eorum & pericula, quæ dissidentium occasione possent instare, fieri non potest, valeat in eos Imperium exercere, ut sic illud, quod non potest talis habens merum Imperium in condominum, & ejus homines principaliter, possit ratione ipsius custodiæ per consequentiam exercere, arg. *l. quoties de judic. l. 1. in princ. & l. quod dicimus cum concordant.* & ex defectu personæ alterius consequatur id, quod ex jure suo habere non potest, *l. cum autem §. ult. ff. de ædil. edict. l. aristo. ff. quæ res pign. oblig. poss. l. si filius de bonis libert. l. pænalas. §. ult. ff. ad l. Falcid.*

Refutatio præsuppositorum. Iam vero si quis ista fundamenta ad casum nostræ quæstionis referre velit, ea omnia claudicare statim animadvertet. † Falsum enim inprimis est, quod primo 654 & tertio loco præsupponit, Dominum Voigtheiæ non *Responsio ad I Præsuppositum* æque bene, ac habentem merum Imperium defensionis munus explere posse, sicut pariter à veritate alienum est, eum arma sumendi, vinciendi, detinendi, coercendi, cogendi potestate destitutum esse.

655 Nulla enim, † & sic nec inferior, *inquit ICtus*, est jurisdictio sine coercitione *l. fin. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdict.* & Imperium aliquod jurisdictioni simplici etiam mandato cohæret, *l. 1. ult. ubi gloss. ff. eod. tit.* † Et quamvis jubere vel cogere magis sit Imperii, quam jurisdictionis, tamen jurisdictionis esse non negatur; sunt enim coactionis gradus secundum magis & minus *l. 4. ubi omnes Dd. de jurisdict.* quin etiam cogi quis dicitur jure ordinario simplicis jurisdictionis. Bart. Soc. *cons. 15. in fine part. 1.* Wesen. *p. 4. cons. 172. n. 41.* 656

Deinde non † minus falsum est, quod secundo loco 657 præsupponit, quod scilicet simplicem habens jurisdictionem minor sit habente Imperium, quia si dominum *Responsio ad II Præsuppositum* spectemus, ille potior ac proprie dictus est dominus, omnemque in subditos (exceptis casibus maleficiorum) præcipiendi, jubendi, coercendi potestatem habet, ut in prædictis decidendi rationibus abunde probatum fuit.

Tertiam etiam Pennæ præsuppositionem, quod *Resp. ad III. Præsuppositum.* nimirum plures non commode habere possint custodiam alicujus Civitatis, manifeste falsam esse, ex iis quæ *infra Cap. XIII. in quæstione de duobus Principibus eandem Civitatem in Tutelam suscipientibus, maxime vero in Cap. XI. de pluribus simul consistentis Protectoribus* dicta sunt, aperte colligitur.

Sic etiam recte negatur quartum præsuppositum 658 quod talis defensio non vergat in præjudicium, quia *Resp. ad IV. Præsuppositum.* si Voigthejam habens, jus protegendi permitteret Domino maleficiorum, is facile subditos alterius spe melioris defensionis ad se pertraheret, id quod Imperii constitutionibus inhibitum esse *alibi* ostendimus.

Pariter nec quintum à Penna præsuppositum de periculo dissensionis inductum consistere † potest; si e- 659 nim dominus inferiorem tenens jurisdictionem, extra *Resp. ad V. Præsuppositum.* casus maleficii commissi subditos suos defendat, in nullo præjudicat habenti merum Imperium, nec ullam ei dissensionis causam, uti per se patet, præbere censetur.

Nullo denique modo concedi potest, prædicto au- 660 ctori, quod Fraischherr ratione & intuitu defensionis *Resp. ad VI. Præsuppositum.* ac custodiæ præstandæ, Imperium exercere possit in subditos Voigtheicos, quia supra edoctum est, extra casus maleficiorum nullam imperandi vel coercendi facultatem ei competere.

Quod si vero his non attentis omnino quis tenere *Responsio ad objectum ex Pennæ Argumentum retenta ejus opinione.* ac defendere velit Pennæ definitionem; non tamen ei concedemus, per ejus sententiam, nostram decisionem infringi. Constat enim magnam esse diversitatem inter casum ab ipso propositum, & nostram quæstionem. Nos enim quærimus de illo cui merum tantum Imperium absq; ulla jurisdictione civili, seu Voigtheica competit von dem blossen Fraischherrn/ & præsupponimus dominum inferioris jurisdictionis ad defendendos homines sibi subditos, tuendumq; locum illum, in quo illi habitant, satis esse potentem ac sufficientem. Penna autem, uti ex subjectis ejus argumentis & dubitandi rationibus videre est, loquitur de eo, qui præter merum Imperium jurisdictionem etiam simplicem in sua parte, imo ut ejusdem dicta declarat Scipio Capitius *in addit. ad decisiones paternas cons. Neapol. dec. 27. n. 7.* de illo disserit, qui ultra merum Imperium etiam utile dominium in parte civitatis habebat, & cui insuper etiam speciatim custodia Civitatis incumbebat, prout ibidem ad confirmandam suam decisionem, pleraque argumenta ab obligatione custodis induxit, cum igitur magna sit inter utrumque casum discrepantia, ab uno ad alium haud recte inferri potest, † siquidem minima etiam 661 facti circumstantia juris etiam definitionem immutare soleat. per trad. Fichard. *consil. 3. num. 3. vol. 1. & consil. 59. num. 8. vol. 2.* Decian. *in apolog. contra Alciat. cap. 21. num. 29. 30. & 31.* Alexand. Raud. *respons. 50. num. 106. 107. & seq. vol. 1.*

Quare

Quare circumstantiis per omnia non convenientibus, denegari illationem ex anteriori decisione certum est, ut separatorum, ita separata sit ratio, atque proinde judicium separatum, non idem, ut in terminis arguit Nicol. Reusn. *decis. 17. num. 32. lib. 2.* Bern. Græve, *in proœm. lib. 1. pract. concl. n. 46.*

Responsio ad ultimam dubitandi rationem. Non est etiam, quod rationis ultimo loco motu illecebris, quicquam de sententia nostra remittamus. Aut enim universaliter assertio illa intenditur, hoc est, omnem Advocatum habere merum Imperium in clientes, & eam esse falsissimam, inde patet, quod Advocatia uti *infra in cap. de effectu*, ad nauseam probavimus, nullam, seu civilem, seu criminalem jurisdictionem per se tribuat. Si autem particulariter quis arguere velit, hoc modo: Hic, vel iste Advocatus habet merum Imperium, ergo habens merum Imperium habet Advocatiæ, seu defensionis Ius, tunc pariter negatur consequentia, quia hodie nullus Advocatus intuitu Advocatiæ tanquam † causæ efficientis, seu illam per se tribuentis, aliquam habere solet jurisdictionem, sed si aliquam de facto habeat, eandem non nisi usu, seu præscriptione, vel ex pacto per accidens acquisivit, prout recte etiam advertit doctiss. D. Bechtius *in aurea sua disputatione de salv. conduct.* ex qua passim plurima in hunc tractatum nostrum transtulimus, *cap. 10. in fin.* ubi diserte scribit, qualiscunque sit Advocatia, eam ex vi sua & nisi speciale accedat pactum, aut quæ hujus loco est, præscriptio, nullam Iurisdictionem tribuere, & eleganter id ipsum præter infinitos authores *alibi* ascitos tradit Rosenth. *de feud. c. 4. concl. 14. n. 4.* Idque potissimum in protectoribus dominorum Ecclesiasticorum contingit, † quia enim Clerici per se Iurisdictionem criminalem antiquitus non habebant, vel exercere non audebant inde evenit, ut eorundem nomine Advocati eam usurparent.

663

664

665 *Limitatio præcedentis decisionis I.* Cæterum † præmissa decisio in quæstione adducta, Protectionis non nisi civili domino competentis, declarari potest, quod in defectum domini civilis, in factis quibusdam, adversus quæ tuitione opus est, etiam dominus criminalem habens jurisdictionem, defendendo partes suas interponere possit, & debeat, ut si in locis, vel pagis, ubi alter habet Vogthiam, & alter merum Imperium, latrones, fures, incendiarii, ac alii nocivi homines oberrent, qui subditis Vogtheicis damna inferunt, iisque abigendis, dominus civilis insufficiens sit, & subditi contra istiusmodi maleficos defensione indigeant, eo casu non prohibetur sane dominus maleficiorum, eos conquirere, capere atque in illos animadvertere jubente Ulpiano *in l. congruit, 13. ff. de offic. præsid.* Nam † ei congruit malis hominibus provinciam purgare, eamque pacis, quietis & tranquilitatis plenissimam reddere *l. 1. §. quies ff. de offic. præfect. urb.* Ist also der Freischherr schuldig zu Beschützung eines andern Vogthenlichen Underthanen/ die Räuber/ Mörder/ Dieb/ Brenner/ vnd dergleichen Vngleffer/ sonderlich wann der Vogthey-Herr derselbigen allein nit mächtig ist/ außzureuten/ vnd zu vertreiben/ deßwegen dann auch der Vogthey-Herr wol Macht hat/ vnd schuldig ist/ die betretene böse Buben post patrata maleficia dem Freischherren ad puniendum zu lieffern. Quo in casu tantum merum Imperium exercens, potius actum captivitatis, quam protectionis usurpasse dicendus est.

666

667 *Ratio limitationis.* Et quamvis alias de consuetudine † Germaniæ habentes simplicem jurisdictionem majora etiam crimina perpetrantes capere, atque in carcerem detrudere possint, & ad id quoque quasi teneantur; id tamen citra violationem atque turbationem meri Imperii, animo vel edendi vel acquirendi actum criminalem, minime tentare, multo minus occisum eripere possunt. *Vot. Cam. apud Reichw. inform. pag.* 468. Schwanmann. *obs. Cam.* 87. Frid. Mindan. *de process. 1. cap. 36. n. 12.* Domin. Arumæus *de jure publ. discurs. 13. de concurrent. jurisdict. in Imper. Romano German. q. 12.* sed tantum in eum finem carceratio illis licet, ne scilicet criminosus aufugiat, & habenti merum Imperium per id præjudicium inferatur: Si † enim certus & notorius meri Imperii casus occurrat, nec ulteriori inquisitione opus habeat, tenetur Dominus Voigtheiæ seu simplicem habens jurisdictionem, id quam primum Domino maleficiorum, dem Fraischherren notificare, atque criminosum remittere. Knith, *de jure territor. cap. 4. num. 44.* Inform. Donawerd. *p. 211.* Wesenbec. *cons. 59. n. 2.*

668

Nam quotiescunque incarceratio ex causa criminali fit eo fine, ut alteri captus remittatur, tunc inter actus meri Imperii nequaquam referenda, sed bassæ Iurisdictioni adscribenda est, Thom. Michael. *de Iurisdict. thes. 93. lit. B.* & Dd. *ibid.* allegati modo ultra spacium, quo maleficii casus Domino jurisdictionem criminalem habenti intimari ac remitti potuit, criminosum non detineat, alias non longe abest à crimine privati carceris ut per text. *l. 1. in fin. C. de privat. carc. inhib.* tradidit Arumæ. *d. q.* 12.

669 *II. Limitatio.* Secundo limitari potest decisio † nostra eo casu, quando ex consensu ac permissione civilis domini, criminalis custodiam talis oppidi aut loci, ubi merum duntaxat Imperium habet, nominatim in se recepit, tunc enim consequenter etiam homines loci illius defendere ac custodire debet. Tota enim res, id est tam locus, quam homines ibi degentes, fidei illius commissi censentur *l. in princip. ff. deposit.* Unde tenetur cuivis violentiæ resistere *l. in lege. & l. item quæritur, §. exercitu, ff. locati.* ut non patiatur ipsam rem per alium pollui. *ca. nemo 32. quæst.* 4. sed servet eam incorruptam. *Auth. de defensor. civitat. §. præcepta.* Hinc custos dominationem quandam habere censetur. *ca. aliter quæst.* 30. Lucas de Penna *C. de exact. & execut.* Sic etiam † de proprietate custodis est rem tueri. *l. quæsitum, §. saltuarium, & l. si ita, §. mulier. ff. de fund. instruct.*

670

At tueri est habere violentiam potestatis *l. 1. in princip. ff. de tutel.* & hoc maxime in custodibus Civitatum, quorum officium est apprehendere perfugas. *Ieremiæ* 37. & qui si locum seu stationem suæ commissum custodiæ dereliquerint, puniendi sunt. *l. desertorem, §. qui stationis ff. de re milit.* & si volentes transfugere capiuntur capite puniendi sunt, *l. 3. §. is qui ad hostes. ff. eo.*

671 *Princeps superioritatem habens an & quatenus in territorio suo latrem forensium tes defendere possit ac debeat.* His porro de domino Maleficiorum expositis alia his vicina quæstio movetur, quidnam, in his ipsis ordinariæ protectionis terminis, dicendum sit de Principe habente superioritatem & jurisdictionem territorii welcher die Landsfürstliche Obrigkeit hat: *An & quatenus ordinaria defensionis Ius in alienas personas in suo tamen territorio habitantes exercere possit.* Ob ein Fürst in Krafft habender Landsfürstlichen Obrigkeit sich vber alle im Land gesässene Adels/ oder andere Personen/ deß Land-Schutzes anzumassen vnd zu gebrauchen habe?

672 *Ratio dubitandi pro Affirmativa.* Et certe videri potest absolute in partem affirmativam respondendum esse.

673

Primum enim in alterius territorio habitantes Landsassii sive Barones, sive Nobiles, sive Plebeji nihil aliud sunt quam subditi, sive homines jurisdictionales, quibus in omnibus à territorii Domino præcipi ac mandari potest, qui Ducem sive Principem agnoscunt, ac nominant ihren Erb- vnd Landsfürsten/ & ei omne obsequium promittunt, omnique modo ejusdem jurisdictioni subsunt, ut post Wehner. Meichsner. Schwanman. & Rudinger. *sing. obser. cent. 3. obser.* 28. *n.*

28. n. 3. Dn. Besold. *de Iurisd. c. 18.* testatur, cui nuncupatim consentit Ziegler. *in commun. concl.* §. *Landsassii n. 108.* ubi tradit Principes potestate der Landsfürstlichen Obrigkeit / in suo territorio & super Landsassiis tantundem posse, quantum Imperator in Imperio, Idem demonstrat Bidenb. *nobil. q. 1. n. 4. 5. 6. q. 2. n. 1. 3. & q. 6. n. 2.* ubi semper Landsassios & subditos conjungit & pares facit: At vero sic est, quod non solum quilibet Dominus respectu Iurisdictionis, ordinarium defensionis Ius habeat, uti multis in locis hujus Commentarii inprimis vero in c. 3. edocuimus, sed inprimis

674 etiam, ratione der † Landsfürstlichen Obrigkeit / Principibus vel iis qui Iura Principis obtinent, talis protectio de Iure competat Menoch. *de arbitr. quaest. cas.* 338. n. 3. Boerius *decis.* 179. Meichsn. *Tom. 2. lib. 2. decis.* 3. n. 5. & 6. Inde etiam à quibusdam superioritas territorialis definitur protectio defensioque ratione Iurisdictionis, seu gubernationis Territorii universalis competens. Wehner. *pract. observ. verbo* Landsfürstliche Obrigkeit *pag.* 462. Ziegler *comm. concl.* §. *Landsassii n. 8. & ibi alleg.* quae ex usu & moribus ad Ius superioritatis refertur, ut eleganter docet Christoph. Ming. *de Superioritate territoriali c. 3. n. 66.* Consequitur ergo talibus Principibus in Landsassios defensionis Ius competere.

675 Deinde regulare est, quod bona vel praedia † in Ducum vel Principum territoriis sita quoad Iurisdictionem & protectionem ejus esse praesumantur, cujus est territorium *c. cum persona de privil. in 6. & in c. final. §. 1. de offic. Archidiac. c. cum Episc. de offic. ordinar. in 6. glo. ibid. in verb. habere & in c. cum olim de praescr.* Natta *cons.* 501. n. 31. & *cons.* 506. n. 31. Rola. *cons.* 46. n. 35. & 50. *vol.* 3. Dec. *cons.* 528. n. 2. & 9. Ergo nobiles vel alii etiam feuda vel alia bona allodialia in Ducum vel principum territoriis habentes eorundem quoq; Iurisdictioni ac protectioni der Landsfürstlichen Obrigkeit subjecti censentur, & consequenter ab iisdem protegendi sunt.

676 *Resolutio quaestionis cum distinctione. Primum decisionis membrum.* Verum utut haec se habeant, † ad hanc quaestionem cum distinctione respondendum est. Aut enim disquisitio est de illis Principum territoriis ubi Landsässerey viget ut in Bavaria, Hassia, Saxonia & Palatinatu Rheni, & tunc cum Iurisdictio Principalis territorii die Landsfürstliche Obrigkeit proprie ad Landsassen / ut mediatos, Nobiles & alios inibi habitantes extendatur; Dicendum est Principes super iisdē protectionis Ius exercere posse.

677 *Ratio decidendi I.* Quia iis in locis larem foventes † tanquam Hindersassen und Landsassen / Principi per omnia subditi sunt & habentur, ut nominatim testatur Meichsn. *Tom. 2. lib. 1. decis. 6. in causa* Teutschmeisters *contra* die Graven von Oetingen *n.* 118. & 119. & Landsfürstliche Obrigkeit / toti Principis territorio inseparabiliter cohaeret, ita ut Landsfürst nulla inter mediatos Nobiles suos Landsassios & alios subditos habita differentia aequalem Iurisdictionem & protegendi potestatem habeat.

678 Cum igitur illis in locis, † ubi usitata est Landsässerey / omnimoda Principis Iurisdictio, ut recte observavit Ioan. Bidenbach. *quaest. nobil. 1. num. 5.* extendatur per totum ejus territorium, eique inseparabiliter cohae-

679 reat, & † consequenter quicquid sub ambitu territorii, des Landsfürsten continetur, etiam Iurisdictioni ejusdem subsit, eiq, parere debeat, adeo ut nulla inter mediatos Nobiles & alios subditos considerata discrepantia aequalem in omnes Iurisdictionem & terrendi potestatem habeat, arg. notator, à Boer. *decis.* 227. Brun. *cons. feud.* 34. n. 5. Tiber. Dec. *resp.* 41. n. 40. *vol.* 2. Franc. Curt. *cons.* 108. n. 5. *vol.* 2. Eidem etiam tanquam superiori Ius defensionis in subditos competere extra dubium est, per Iura *superius hoc ipso capite* fusius allegata.

680 *Ratio decidendi II.* Quod & inde manifestum est, quia sicut † communiter quilibet alius subditus, ita etiam Landsaß suo Principi juramentum Assecurationis praestat, eumque agnoscit pro suo Erbherren und Landsfürsten / & omnem debitam obedientiam promittit. Quod nihil est aliud, quam se omnimodo Iurisdictioni alicujus subjicere, quod novo vocabulo vocant Landsässerey und ist die Erbhuldigung ein vornehmes Stück der Landsässerey / welche vermög gemeiner beschriebenen Rechten ein jeglicher Landsaß und Underthan seinem Landsfürsten zuthun schuldig / und machet einen actum Iurisdictionis universalem, sub quo de necessitate omnis alius actus continetur. Ioan. Rudinger. *observ. singul. cent.* 2. *obs.* 30. n. 3.

Formula Homagii Landsassiorum. Formulam autem Homagii Landsassiorum suppeditant *Acta* Ortenburg *contra* Bayern / *in causa quarti Mandati*: & est talis. Ich N. gelobe bey meinen wahren trewen an Eydsstatt / daß ich dem Durchleuchtigen / Hochgebohrnen Fürsten und Herrn / Herrn N. Pfaltzgraven bey Rhein / Hertzogen in Bayern / als regierenden meinem rechten natürlichen Erbherren und Landsfürsten underthänig / gehorsamb / getrew und gewertig zu seyn / seiner F. Gn. Frommen fördern / und Schaden wenden / auch in allen Sachen / was ein getrewer Landsaß und Underthan an seinem rechten Erbherrn und Landesfürsten zu thun schuldig ist / getrewlich thun soll und will / all Argelist und Gefährte hierin außgeschieden / etc.

Alterum decisa quaestionis membrum. Iam vero de altera quaestionis parte non difficile erit, à natura contrariorum judicium ferre, nimirum in illis locis, ubi nulla viget Landsässerey / tametsi nobiles immediate Imperio subjecti in hujusmodi Principis territorio habitent, in eove nobilia & libera prae-

681 dia vel arces habeant, nullum † tamen in eos defensionis Ius principi permittitur, *Ratio decidendi.* Ratio est quia ejusmodi

682 Nobiles † territorii Principem nusquam pro magistratu suo, sed solum Imperatorem vel Cameram Imperialem ob Iurisdictionis concurrentiam pro superiori recognoscunt, indeque appellantur die Freye vom Adel / die Freye Ritterschafft / welche ohne Mittel der Keyserl. May. und dem Reich underworffen / Ordin. Cam. *par.* 2. *Tit.* 5. *ibi.* Edelmann / oder andern des Adels / der oder die dem Reich ohne Mittel underworffen. Et hi quamvis à Principibus, in quorum territoriis habitant, Feuda habeant, coram iis tamen non comparere solent, nisi causarum feudalium ratione; in caeteris judices alios singulares habent, D. Besold. *de Ord. Equest. discurs.* 5. & 6. ubi causam & originem indagat, cur

683 in Suevia, Franconia, † Rhenana, Wederaviaque Provinciis tantum, ordo equestris immediate subsit Imperatori, alibi vero Principes & Dominos territoriorum ita agnoscat, ut loco subditorum plane pleneque habeantur.

Cum igitur ut dictum est, liberi isti Nobiles, aliive Status immediate Imperio subjecti, Principes territoriorum pro dominis suis nulla ratione agnoscant, sed plena libertate fruantur, & vero Ius ordinariae protectionis, der Landschutz ratione duntaxat subjectionis ac jurisdictionis in aliquem competentis locum habeat, consequitur, tales Principes, Ius defensionis in alienas personas non habere, ideoque habitantes in ipsorum territoriis, tanquam exemptos necessariam ab ipsis defensionem, nisi de ea pactum speciale intercesserit, expectare non debere, per tradita Gylman. *in symphorem. supplicat. Cameral. part. 1. Tit. 3. de religione num. 34.* Idem *d. loco & tit. num. 15. vers. inter Ducem quoque.* Idem *ibid. in voto D. B. V. n. 15.* Ordnung

deß

des Regiments zu Augspurg Anno 500. auffgericht. *Tit.* von der Ritter und Knecht-Stewr. Et *Recess. Imper. Comitior. August. de Anno* 500. *Tit.* Was man mit der Ritterschafft handeln soll. & *Recess. Imperial. Spirens. Anno* 1542. §. demnach haben wir/ & *evidentius in eod. recessu.* §. deßgleichen wie jetzt im nechsten Articul gemeldet. Itemque *Recess. Comitior. Augustan. de An.* 1548. *in* §. deßgleichen sind auch gemeine Ständt. *part.* 2. & *Recess. Imper. Ratisponens. in An.* 1576. §. dann weiters / &c.

684 Unde non obstant initio de Landsassiorum subjectione oppositæ dubitandi rationes. Quia illæ † locum non habent, ubi prompta & parata est exemptionis probatio, uti hoc late prosequitur Roland. à Vall. *cons.* 33. *n.* 23. *cum mult. seq. vol.* 3. Wesenb. *cons.* 37. *n.* 10. Gail. *de pignorat. obs.* 8. *n.* 7. *ibi.* nisi exemptio probe-

Responsio ad objectas dubitandi rationes.

685 tur. Uti fit in nobilibus immediate Imperio subjectis, † qui licet in territorio Principis des Landsfürsten bona possideant, non tamen sub ejus Iurisdictione existunt, & quoad superioritatem Iurisdictionem ac protectionem recte dicuntur extra districtum esse per notata Roland. *d. cons.* 33. *n.* 23. *cum mult. seq.* & *n.* 44. & 45. Wesenb. *d. cons.* 37. *n.* 10. Idq; Illustr. Cameral. præjudiciis confirmatum est à Meichsner, *tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 6. *n. causa* Teutschen Meisters *contra* die Graffen von Otingen *num.* 9. & 10. & *eod. tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 8. *in causa* Hirnheim *contra* die Churf. Pfaltz. *n.* 42. & 43. Idem *tom.* 3. *decis.* 26. *in causa* Herrn *T.* Jetz Herrn *G. A. contra P. T. n.* 43. & 44.

686 Nam & in ipso principis territorio † potest esse locus exemptus Meichsner. *d. decis.* 8. *in causa* Hirnheim

687 *contra* Chur. Pfaltz. *n.* 42. & 43. Paria † vero sunt ut *alibi* dictum est non esse in territorio, vel esse quidem, sed inde esse exemptum Gloss. *in verb. aut earum parte in clem.* 1. *de for. compet. c. luminoso.* 18. *q.* 2. Ioan. Bidenbach. *d. q.* 1. *n.* 17.

688 Porro non inconvenienter † præcedentibus quæstionibus & illa adjicitur, quid scil. in iisdem defensionis terminis respondendum sit de feudi Domino, *An & in non attento quod universalem vel particularem Advocatum habeant ad protectionem vasallorum obligatus sit?*

Feudi dominus an ad vasalli sui defensionem obligatus sit.

Pro parte negativa illud in primis occurrit quod

689 regulariter nemo † teneatur nisi ad defensionem subditorum, per ea quæ latissime *supra hoc ipso in capite* circa quæstionem de magistratu deduximus. Sed Iuris est certissimi vasallagium non facere subditum. Ita ex-

Negativa. Ratio dubitandi I.

690

691 pressus est textus *in clem. Pastoralis & gloss. in verb. subfuit, de sent. & re judic.* Afflict. *cap.* 1. *n.* 1. *in princ. qualiter vasall. Iur. dom.* ubi negat hæc esse consectaria est vasallus ergo subditus. & Augustin. Ariminens. *in addit. ad Angel. tract. malef. in verb. chechai tradito la sua patria vers. Quæro aliquis. col in fin.* Oldrad. *cons.* 43. *n.* 8. *in q.* 6. Barth. Socin. *cons.* 27. *n.* 2. & 7. *vol.* 3. Loffred. *cons.* 5. *n.* 42. Berous *cons.* 165. *col.* 2. *vol.* 3. Roland. *communem dicens cons.* 1. *n.* 28. & *seq. vol.* 3. Gail. *de arrest. Imperii c.* 7. *n.* 12. Rosenth. *de feud. c.* 5. *conclus.* 78. *n.* 4. Choppin. 1. *de morib. Paris. tit.* 2. *n.* 2. Paurmeist. *lib.* 2. *de Iurisdict. c.* 8. *n.* 42. Hartman. Pistor. *lib.* 1. *q.* 15. *n.* 13. Sola *ad constit. Sabaud. proœm. gl.* 2. *n.* 14. Hugo Grot. *de antiq. Reip. c.* 5. *p.* 33. & 34. Matt. Steph. *lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 224. Natt. *cons.* 445. *n.* 9. Tiber. Decian. *cons.* 18. *n.* 340. *vol.* 3. Wesenb. *cons.* 1. *n.* 57. Alb. Brunus *cons.* 157. *in fin.* Pruckman. *cons.* 27. *n.* 1. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 99. *n.* 99. Lancellot. Gall. *cons.* 70. *n.* 50. Cacheran. *cons.* 9. *n.* 18. Fachin. *cons.* 58. *num.* 21. *vol.* 1. Guido Pap. *decis.* 18. Copic. *decis.* 162. *n.* 10. & 12.

692 Neque nos turbet loquendi abusus, quo † vasalli subditi dicuntur. Chassan. *consuet. Burgund. rubr.* 1. §. 4. *ver.* & *sur les hommes. n.* 2. Barth. Socin. *cons.* 272. *n.* 11. *lib.* 2. Mynsing. *cons.* 7. *n.* 8. *decad.* 11. Respectu enim fidelitatis & servitiorum irrepsit ista catachresis, non ratione Iurisdictionis. Frider. Mindan. *lib.* 1. *de process. c.* 32. *n.* 2. Paurmaist. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 40. Roll. à Vall. *cons.* 1. *n.* 3. *vol.* 3. late & eleganter Marta *part.* 4. *cent.* 2. *cas.* 133. *n.* 14. ubi inter subditum ratione feudi & ratione jurisdictionis distinguit. Quoniam domicilium & habitatio, nequaquam vero servitus personalis vel anonyma, uti in feudo subditum facit. *l. domicilium, ff. ad munic. l. si in patria C. de incol. lib.* 10. Gail. *lib.* 2. *obs.* 33. & 36. & *de pignorib. c.* 8. *n.* 5. & *c.* 15. *n.* 7. Mynsing. *lib.* 1. *obs.* 12. Iacob. de S. Georg. *de homag. n.* 32. Knichen *in Encyd. c.* 3. *n.* 29. 30. 52. Rosenthal. *c.* 6. *concl.* 85. *n.* 9. *lit. m.* Coler. *de process. execut. p.* 2. *c.* 1. *n.* 13. Petr. Anchar. *lib.* 1. *quæst. famil.* 11. *n.* 16. Alb. Gentil. *lib.* 1. *advocat. Hispan. cap.* 17. *in fin.* Natta *cons.* 4. *n.* 1. Honded. *cons.* 6. *n.* 3. & 17. *vol.* 2. Surd. *cons.* 515. *n.* 66. Cephal. *cons.* 53. *n.* 34. Bursat. *cons.* 16. *n.* 1. Paris. *cons.* 12. *n.* 14. *vol.* 3. Menoch *consil.* 692. *n.* 3. & pulchre Meichsn. *in causa* Teutschmeister *contra* Ottingen. *tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 6. *n.* 129.

Deinde pro eadem negativa pugnat quod † domini feudales nullam prout illi dominis defensionẽ promittant, multo minus jurent fidelitatem attestante Isern.

Ratio dubitandi II.

693 Alvar. & Præpos. *in c.* 1. *de form. fidelit.* Hanneton. *de feud. c.* 17. Duar. *c.* 19. *n.* 7 Zas. *par.* 7. *n.* 57. Schneid. *p.* 5. *n.* 135. Schrad. *part.* 6. *cap.* 7. *num.* 9. Wesenbec. *cap.* 8. *n.* 25. Afflict. *decis. Neapol.* 265. *n.* 4. Frid. Schenck. *in c. domino n.* 2. *si de feud. def. controv. fuer.* Carol. Molinæ. *in consuetud. Parisiens. tit.* 1. §. 2. *gloss.* 4. *n.* 24. Nulla igitur intercedente defensionis promissione non videntur domini ad aliquam obligati.

694 Præterea Iuri & æquitati consonum est, † ut in contractibus æqualitas observetur, alias claudicare dicuntur, *l. Iulianus,* §. *si à pupillo,* ubi Bart. *ff. de actio. empt. l. si id quod.* §. *fin de rescind. vend. l. penul. in fin. C. de commun. divid.* Hippol. Riminald. *in* §. 1. *n.* 159. *Inst. quib. alien. licet.* Menoch. *cons.* 92. *n.* 41. Rol. à Vall. *cons.* 100. *n.* 15. *vol.* 3. Cephal. *cons.* 143. *n.* 8. *vol.* 1. Cravet. *cons.* 428. *n.* 5. Marcabr. ab Anguil. *cons.* 1. *n.* 148. *vol.* 1. Fabian. à Monte *de empt.* & *vend. quæst.* 8. *n.* 8. Vulpellus *de promiss. de non off. quæst.* 79. *n.* 5.

Ratio dubitandi III.

Sed si dominus æque ut vasallus ad defensionem ejus obstrictus esset, summa inter eos inæqualitas redun-

695 daret, † quia vasallus ad tuendum dominum obstringitur non ob mutuam domini obligationem, sed propter beneficium feudi, quod à domino consecutus est,

696 quo & semper fruitur; † Econtra vero dominus exceptis servitiis à vasallo nihil habet, ob quæ vicissim ei obligetur: Unde magna inter eos foret inæqualitas, si dominus cui vasallus ne minimum quidem largitur, sive concedit, in tantum ei teneretur, in quantum ipsi tenetur vasallus, qui obligationis vasallaticæ causa feu-

697 dum habet à domino, † unde plus commodi percipit, quam ex obligatione sentit incommodi. Andr. Khol. *de servit. feud. p.* 2. *n.* 121.

698 Quarto dominus non tenetur vices † reddere vasallo in his, in quibus ratio diversitatis inter obligationem vasalli & domini assignari potest. Andr. de Iser. *c.* 1. *qualit. domin. propr. feud. priv.* Idem *in c.* 1. §. *domino si de feud defunct. content.* & *c.* 1. *An ille qui interfec. frat. dom.* Matth. de Affli. *c.* 1. *n.* 18. *de form. fidel.* & *decis. Neapol.* 265. *n.* 26. Nicol. Everh. *in topic. loco à correlat. arg. l. curatorem* 5. *juncta gloss. C. de interdict. matrim.* Ias. *l. transigere* 28. *C. de transact. arg. l inter stipulantem* 83. §. *sacram. vers. sed hac dissimilia ff. de verb. oblig.* Ludolph. Schrad. *tract. feud. par.* 6. *c.* 7. *n.* 13.

Ratio dubitandi IV.

699 Sed inter clientem & dominum † evidens reperitur diversitatis ratio, dum vasallus ut servitia præstet feudi commoditates universas percipit, dominus vero ad quem alioquin Iure dominii pertinerent, eisdem carere cogitur: ergo dominus non tenetur ad mutuam vasalli defensionem.

Verum

700 Verum contraria affirmativa opinio † communiter à Feudistis recepta atque firmata est.

Affirmativa Decisio. Auctoritates, affirmativam sequentium.

Sic enim inprimis ad hanc quæstionem Iul. Clarus §. *feudum, quæst.* 7. affirmative respondendo concludit dominum feudi teneri defendere vasallum, sicut vasallus dominum, † adducens gloss. *in c.*1. §. *fi. in verb. fratrem, hoc finis lex.* quam gloss. communiter approbatam esse dicit Dec. *cons.* 469. *n.* 4. Et dicit Alvarot. *in d.* §. *fin. num.* 5. quod ita *gloss. communiter per* omnes scribentes teneatur.

701

Eandem sententiam nominatim etiam secutus est Speculator. *tit. de Feudis* §. *quoniam* 2. *num.* 8. ubi scribit quod licet quis hominem alterius se constituat propter hoc tamen non minuatur ejus libertas, imo dominus eum teneatur contra alios in persona & rebus tueri, per textum *in c. de forma* 22. *quæst. ult.*

Licet enim Dominus à vasallo feudum non habeat propter quod ad auxilii & consilii præstationem obligetur, tamen cum vasallus ei ratione feudi sit subjectus, ac dominus sibi subjectos, earumque jura protectione sua tueri, contraque injuriam aliorum defendere teneatur *c. grandi de supplend. neglig. prælat. in* 6. *facit l. illicitas in princ.* & §. *ne potentiores ff. de offic. præsid. c.* 1. *de offic. deleg. in* 6. Innocent. *in c. pro illorum de præbend.* Panor. *in c. recepimus, n.* 5. *de privil.* Molin. *consuetud. Paris. tit.* 1. §. 2. *gloss.* 3. *n.* 6. Sylvan. *de recogn. feud q.* 106. *n.* 9. Vasquius *lib.* 1. *illustr. controv c.* 43. *num.* 11. Schneid. *de feud. p.* 5. *n.* 125. Borch. *de feud. c.* 1. *n.* 12. Gail. *de arrest. Imper. c.* 6. *n.* 23. & *c.* 8. *n.* 12. merito tenetur ei ratione feudi, vel si persona vasalli opprimatur indebite aut in discrimine vitæ versetur consilio pariter & auxilio succurrere Schneidew. *p.* 5. *n.* 131. præsertim cum feudum quoad directum dominium ad ipsum pertineat, & consequenter ipsius etiam interesse soleat, vasallum consilio & auxilio adversus extraneos bonis feudalibus inhiantes minime destitui. And. Khol. *de serv. feud. p.* 2. *n.* 125.

Idem post alios docuit Vultæjus *de feud, lib.* 1. *c.* 10.
702 *n.* 37. nominatim dicens, dominum † ad eandem fidelitatem securitatis & defensionis teneri suo vasallo, siquidem inter utrumque mutua sit obligatio ut est text. *in c.* 1. §. *dominus, de form. fidelit.* & *c.* 1. *qualiter dom. propr. feud. priv.* Zas. *de feud. p.* 7. *num.* 56. Et judicetur
703 † uterque ad paria Afflict. Bald. & Alvar. *in c.* 1. *de form. fidel.* Bartol. *in proœm. ff.* §. 1. nec in plus teneantur va-
704 salli domino; † quam dominus vasallis, nisi quoad reverentiam secundum Guil. Benedict. *in repet. c. Raynutius.*
705 *in verb. condidit. de testament.* & † dispositum in uno censeatur etiam dispositum in altero Afflict. *d. cap.* 1. *n.* 12. Alvar. *in c.* 1. §. *præterea not.* 2. *quid sit investit.* Alias dominus privaretur proprietate & consolidaretur cum usufructu. Hiero. Giachar. *in addit. ad Clar. d.* §. *feudum quæst.* 27. *lit. b.* & quod uterque mutua obligatione sibi invicem teneatur tradit Raven. *in c.* 1. *vers.* & *scias secundum, de form. fidelit.* Zas. *de feud. part.* 10. *n.* 80. Math. de Afflict. *decis.* 263. 302. 396. Natta *cons.* 367. *n.* 3. Cravett. *consil.* 896. *n.* 24. Choppin. *lib.* 1. *de morib. Paris. Tit.* 2. *in fin.* & *lib.* 2. *de LL. And. p.* 1. *c.* 1. *Tit.* 4. *n.* 2. Intriglior. *quæst. Feud.* 61. *n.* 1. 2. 3. Mantic. *lib.* 23. *de Tacit. convent. Tit.* 1. *n.* 22. H. Hartman. *Tit.* 54. *observat.* 40. Mozz. *de natur. feud. n.* 77. & consulendo secuti sunt Bald. *cons.* 97. *vol.* 3. Ioan. Iacob. de Leonar. inter Brun. *consil.* 117 *n.* 114. Menoch. *cons.* 99. *n.* 133. *vol.* 1. & *cons.* 226. *num.* 163. & *cons.* 264. *n.* 27. *vol.* 3. Afflict. *c.* 1. *n.* 16. *de form. fidelit.* ubi dicit, idem vinculum esse debere inter subditos & dominum feudi, quod inter confœderatos esse solet, allegando ad hoc *text. in c. Esto subjectus* 95. *distin.* ubi refertur dictum Domitii oratoris, cur te habeam ut Principem, cum me non habeas ut senatorem? Schneid. *de feud. part.* 5. *n.* 131. ubi in fine addit: In Summa der Herr ist seine Mann vnd Underthanen zu schützen schuldig. Ex † quo illud
706 Germanis nostris tritum trew Herr / trew Knecht. In hanc insuper sententiam transivit Ludolph. Schrader. *tract. feud. part.* 6. *cap.* 7. *n.* 4. diserte tradens, sicut vasallus tenetur † domino præstare auxilium contra
707 inimicos suos, eumque in bello non relinquere, ita quoque simili modo & dominum Vasallo auxilia præstare eumque non deserere obligatum esse allegans Iac. de S. Georg. *tract. feud. verb.* & *promiserunt n.* 29.

Hinc est quod nonnullis in locis † inprimis in
708 Westphalia expressim investituris inseri soleat, ut dominus feudi vasallum Comitem protegat & defendat, vasallique arces & munitiones semper pateant domino, teste Warem. ab Erenberg. *meditam. pro fœder. lib.* 1. *cap.* 3. *sub. n.* 16.

Imo id ipsum & alibi passim fieri exempla probant, inter † alia hoc docet investitura, qua Ludouicus Ele-
709 ctor Palatinus circa Annum 1273. Godefrido Comiti patre Spanheimensi, matre vero Seynensi Comitissa progenito, Comitatum Seynensem de novo in feudum concessit, cujus tenorem ad rei evidentiam hoc loco inserere visum est.

Diploma Investitura, quibus Ludovicus Comes Palatinus Godefrido Comiti Spanheimensi Comitatum Seynensem in feudum concedit eique specialiter defensionem promittit.

Nos *Ludovicus* Dei gratia *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ*, tenore præsentium notum facimus universis præsentibus & futuris, quod dilecto, fideli, & consanguineo nostro viro Nobili *Godfrido Comiti Seynensi*, propter suæ probitatis merita & servitia, quæ nobis & hæredibus nostris in posterum est facturus, Comitiam Seynensem cum omnibus suis pertinentiis de nostra gratia liberaliter contulimus, titulo feudali: exceptis possessionibus & bonis, quæ Eberhardus fidelis, & affinis noster, Comes de Seyn Dominus de Eberstein/ recolendæ memoriæ patri nostro & nobis soluta & libera dimisit; sicut in Privilegiis super hoc confectis plenius continetur. Promisimus insuper *eundem ab injuriis quorumlibet tanquam nostrum vasallum efficaciter protueri.* In cujus rei testimonium sibi dari fecimus præsentes literas nostri sigilli munimine roboratas. Actum & datum Bacharaci Anno Domini 1273. a. Calend. Septembr.

Nec vero, quæ in contrariam partem inducta sunt, hanc sententiam turbant.

710 *Solutio contrariorum argumentorum. Responsio ad I. dubitandi rationem.*

Quod enim † ad primum argumentum attinet quo dictum fuit, regulariter neminem teneri nisi ad subditorum defensionem, id exaudiendum est eatenus, nisi de non subditis aliud speciali Jure constitutum sit, cum autem de vasallorum defensione Jura feudalia nominatim prospexerint, ii licet non sint subditi, nihilominus tamen à dominis suis in periculis defendendi sunt, per jura & authoritates supra adductas.

Responsio ad II. dubitandi rationem.

Nec obstat altera dubitandi ratio, quod nulla ex parte domini defensionis promissio intercesserit, † quia respondetur obligationem defendenti ex ipso contractu
711 feudali per se descendere eique inesse ut nominatim testatum faciunt Jacob. de S. Georg. *verb. quis quidem invest. num.* 16. Laudens. *in cap.* 1. *n.* 18. *de form. fidel.* Zas. *part.* 7. *num.* 57. Wesenbec. *cap.* 8. *n.* 25. *de feud.* atque hoc communiter Dd. tenere *in d. ca.* 1. *de form. fidelit. ibid.* testatur Ravenn. & hanc esse crebriorem refert Schenck. *de cap.* 1. §. *dominus, num.* 2. *de form. fidel.* Dominus † autem ideo non jurat fidelitatem seu de-

seu defensionem vasallo, quod honori ipsius tanquam superioris id repugnare videatur, utpote de cujus fide erga vasallum alias dubitari non debeat, cum adeo ipsum antea dilexerit, ut beneficium feudale ipsi gratis quasi concesserit. Vult. *de feud. cap. 10. num. 37. ad fin.* 713 † Hinc & Patronus liberto suo non jurat, ut maxime ad defensionem ipsius devinctus sit, *l. qui bona §. pen. ff. de damn. infect.*

714 *Resp. ad III. dubitandi rationem.* Ad tertiam objectionem respondetur, negando prætensam † ex obligatione defensionis inæqualitatem existere. Nam licet dominus à vasallo feudum non habeat propter quod ad consilii & auxilii præstationem obligetur, 715 † tamen cum vasallus, ei ratione feudi sit subjectus, ac dominus sibi subjectos eorumque Iura protectione sua tueri contraque injuriam aliorum defendere teneatur per Iura *paulo ante sub n. 701.* adducta, merito tenetur, ei ratione feudi vel si persona vasalli opprimatur indebite aut in discrimine vitæ versetur consilio pariter & auxilio succurrere Schnei. *part. 5. num. 131.* 716 † præsertim cum feudum quoad directum dominium ad ipsum pertineat, 717 † & consequenter ipsius etiam interesse soleat, vasallum consilio vel auxilio domini adversus extraneos bonis feudalibus inhiantes minime destitui oportere, *per prædicta.*

Resp. ad IV. dubitandi rationem. Pari modo scrupulus quarto loco injectus submovetur conciliando objectam rationis diversitatem. † Quamvis enim ratione beneficii accepti magis atque 718 strictius domino sit devinctus vasallus, ut amore sincero, benvolentia, fideque maxima dominum prosequatur, 719 † tamen cum ratio naturalis dictet, ut eum qui tanta devotione fideque nos colit, vicissim favore, benevolentia, fideque prosequamur, adeoque nisi benevolentia, favore, fideque dominus vasallum complectatur, fit omnino futurum, ut affectio vasalli erga dominum refrigescat, decrescat ac diminuatur, justissima de causa fuit introductum Iure feudorum, ut in his vicem fideli suo dominus reddere debeat.

720 *Ampliatio decisionis.* Porro ista vasallis per dominos suos † debita defensionis obligatio ampliatur, ut dominus feudi non solum vasalli personam, sed & ejusdem subditos feudales 721 tueri ac defendere obstringatur, † eo quod subditi isti aliquo modo etiam sint subditi ac vasalli domini superioris per notata Bartol. *in l. Claudius, n. 2. ff. qui potior. in pignor.* & voluit hoc Isern. *in cap. Imperial. §. illud. num. 62.* Afflict. *ibid. num. 2.* Balzaran. *n. 13. de prohib. feud. alien. per Frid.* nominatim Rosenthal, *cap. 10. conclus. 33. num. 56.* ubi diserte tradit superioris etiam domini feudalis officium esse subditos vasalli 722 sui defendere, † præsertim si illi ab eodem vasallo male tractentur, cum & honestas domini postulet, ut homines infeudati bene tractentur, & habeantur, ut expressum tradit Molin. *in consuet. Paris. §. 30. n. 166.* 723 † quod mala tractatio subditorum ad contumeliam domini pertineat. Quare merito dominus feudi contra vim, iniquitatem & crudelitatem vasalli sui subditos tuetur ac defendit, id quod fieri publice, maximopere interest. *arg §. sed & major asperitas Inst. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. eod. tit.*

724 *Limitatio decisionis.* Eadem tamen † asserta decisio declaratur, ut debita per dominum clienti defensio tantum de rebus in feudum concessis intelligenda sit, † quia respectu aliarum 725 non est vasallus, sed habetur pro extraneo, cujus ad defensionem dominum Iura non astringunt. Khol. 726 *de servit. feud. d. part. 2. num. 126.* † Et sic auxilium eidem à domino præstandum, est intelligendum & accipiendum secundum subjectam materiam quæ feudum est *l. si olei C. locati l. fin. C. de non num. pecun. l. Proculus ff. de usufruct. l. insulam ff. de præscript. verb. cum simil.* congestis per Schrader. *de feud. part. 10. sect. 3. n. 34. & 35.* Tum secundo quod *in cap. 1. §. dominum, de form. fidel.* tale quid cautum non reperitur, sit quidem in præcedentibus, ubi de vasallo agitur, possessionum mentio, sed quod respectu omnium vasalli possessionum, tam earum, quas in feudum à domino recognoscit, quam aliarum dominus ei succurrere teneatur, † illic minime perhibetur, nec generalis dispo- 727 sitio comprehendit ea, quæ speciali nota digna sunt, *l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de injur.* Panor. *in c. at si clerici, num. 24. de judic.* Modest. Pistor. *cons. 11. n. 24. vol. 2.* tum tertio, quia res, quæ sunt extra ditionem, sive jurisdictionem alicujus, minime subsunt ejusdem protectioni, nisi forte peculiari pacto defensionem earum susceperit, *cap. recepimus, in fin. cap. ex parte. de privil. junct. l. ultim. ff. de jurisd.* quale pactum, cum inter dominum, & vasallum, non interces- 728 serit, vel hinc deprehenditur, earum defensionem domino feudi non incumbere.

729 *Dominus qui dicitur Leibherr an ad protectionem propriorum hominum obligatus sit.* Sed ulterius hinc in discussionem venit: *An & dominus ille quem vulgariter* Leibherren *vocamus ad protectionem propriorum suorum hominum, quos prisci Lazzos, posteri Ligios Germani* Leibeigene *appellant, de Iure pariter obstrictus sit.*

Priusquam vero eam † quæstionem decidamus, præscire oportet apud Germanos esse genus mortalium, quos proprios homines appellamus, qui † licet 730 adscriptitiis aliqua ratione annumerari, Viglius Zuichemus *in §. testes n. 11. verb. neq. servus Inst. de testam. ordinand.* 731 † vel potius hominibus per longissimum tempus colonaria conditione detentis adscribi vel 732 † etiam 733 ex sententia Sichard. *in l. 11. n. 4. C. de testib. & in l. 12. n. 3. de contrah. & committen. stipul.* cum libertis comparari queant, *l. cum satis §. cum autem C. de agricol. & censit. lib. 11.* † Tamen in omnibus & per omnia 734 neque servi, neque adscriptitii, neq; coloni, neq; capite censi, neq; liberti, neq; statu liberi sunt, sed faciunt novam quandam speciem de omnium illorum natura & conditione aliquid participantem. Udal. Zas. *sing. resp. lib. 2. c. 7. n. 8.* eosque nonnulli Leibeigen Andr. Gail. *de pignorationib. obs. 8. n. 3.* alii, iiq; rectius Halbeigen nominant Matth. Wesenbec. *cons. 18. num. 17. part. 1.* Ernest. Cothman. *lib. 1. resp. 42. n. 21. 22. & seq.*

735 *Proprietas hominum unde & quando apud Germanos orta.* Istam autem † propriorum hominum quasi servitutem ante annos plus mille centenos ex victoria Clodovæi primi Regis Francorum Christi fide imbuti, ortam esse Historici ac Iurisconsulti autumant. † Cum enim Rex ille circa Annum Domini 499. ingenti prælio ad Tolbiacum, qui vicus Ubiorum est olim Gubernorum (ut *itinerarium Antonini* habet) hodie Zülch 736 appellatur Alemannos devicisset, multaque millia occisione delevisset, reliqui ne similiter perirent, servitutem non modo polliciti sunt perpetuam, sed & ipse victor, ne unquam resistere possent, arma ipsis ademit, eosq; perpetuæ servituti addixit, ut nominatim id testantur Trithem. *lib. 1. Annal. Francor.* Paul. Æmil. *Clodov. 1. Reg. lib. 1.* Ioan. Tilius *Chron. de Reg. Franc. ad dict. Annum 499.* Beat. Rhenan. *lib. 2. Germanic. rer.* Gulielm. Paradin. *Annal. Burgund. l. 1.* Nicol. Vignierius *Chron. Burgund. ad Annum 499.* Ioan. Stumpff. *Chron. Helvet. l. 3. c. 57.* & *l. 4. c. 27.* Munsterus *Cosmograph. lib. 3. c. 17.* Confirmat eorum sententiam Theodoricus Ostrogothorum Rex, qui *in Epistola deprecatoria* (quæ extat *in variis apud Cassiodorum*) ad Clodovæum socerum inter alia hæc scripsit: *Sufficiat innumerabilem nationem partim ferro, partim servitio subjugatam, &c.*

Post cæteros vero Historicos hanc propriorum hominum exortam conditionem clarissime enunciat Christoph. Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. c. 20.* sequentibus verbis: Es hat aber die Leibeigenschafft in Teutschland

land volgender gestalt angefangen/ umb das Jahr nach der Geburt des HErren Christi 499. hat sichs zugetragen/ daß zwischen den Teutschen selbst/ nemblich den Francken dißseits Rheins eins/ und den Alemanniern/ das ist Schweitzern/ Schwabē/ Bayern/ Thüringern/ Hessen/ Meissnern andern Theils/ groß Krieg entstanden/ weil berührte Völcker ungern gesehen/ daß den Francken so groß Glück beygewohnt/ und was disseits Rheins gelegen/ under ihren Gewalt bezwungen/ derhalben die Füß zusammen gesetzt/ und die Landt in Germania prima und secunda am Rheinstrom von ihrem Gewalt zu erretten und ledig zu machen fürgenommen/ erstlich mit König Hilderich/ und hernach mit dessen Sohn König Clodoveo grosse Krieg geführt/ in welchen beyde Theil überauß ernstlich und streng mit unaußsprechlichem Blutvergiessen zu underschiedenen mahlen gestritten/ und ist so ferrn kommen/ daß die Alemannier oder Teutsche Völcker jenseit Rheins/ die Stätt und Land in Germania prima biß gen Cölln den Francken samptlich wider entwältget/ und sie am grössern Theil deß Rheinstroms wider außgeschafft. Hernach hat König Clodoveus abermahln mit den Alemanniern bey Tollkirch ein Treffen gethan/ darin er mit seinem Volck in so grosse Gefahr gerathen/ daß ihme alle Menschliche Hülff vergebenlich erschienen/ in solcher höchsten Noth und Gefährligkeit/ ist ihme zur Gedächtnuß kommen/ daß sein Gemahl dem Christlichen Glauben zugethan/ deß HErren Christi Allmacht unnd starcken Arm/ offtermals hoch gerühmt/ darauff er doch/ als ein Heyd nichts gehalten/ jetzo aber in der Angst eines grossen mächtigen Helffers sich bedürfftig befunden/ derhalben den HErren Christum umb seinen Beystand angeruffen. So hat auch der HErr/ als der sich anzuruffen befohlen/ und auch Erhörung versprochen/ Clodoveo sich gnädig und behülfflich in solcher Noth erwiesen/ also daß er die Feind mächtig geschlagen/ überwunden/ und stattlichen Sieg erhalten. In solchem Glück hat er bey sich das beste Mittel ermessen/ dem Sieg nachzusetzen/ und dem Krieg mit den Alemanniern auff einmahl den garauß zu machen/ Turon. lib. 2. c. 30. & 31. Siegebert. Rhenan. lib. 3. cap. 1. & 2. Æmil. sub Clodoveo. Sigon. de regn. Ital. lib. 16. Ist den Feinden so dem Schwert entflohen/ uber Rhein nachgefolget/ und im Schrecken/ aller Land und Stätt mächtig worden: Dieweil dann Clodoveus bey den Römern den Brauch in acht genommen/ daß sie die uberwundene mit Leibeygenschafft beladen/ und dardurch alle Mittel wider sie zu kriegen abgeschnitten/ hat er gleichmessige Streng unnd Schärff fürgenommen/ und die Alemannier aller Wehr und Waffen entblöst/ an statt daß er Mann/ Weib/ und Kindern das Leben geschenckt alle samptlich zu Knechten/ und mit Leib und Gut ihme zu eygen gemacht/ und auß ihrer Uhralten Teutschen Freyheit/ so tieff herunder gesetzt/ daß sie weder selbst Krieg erheben konten/ noch zu Kriegshändeln/ oder andern Obrigkeitlichen Verwaltung gezogen worden/ sondern Diener unnd endtwehrte Leut seyn und verbleiben müssen.

737 Etsi vero ex tanto † propriorum ejusmodi hominum numero plurimi successu temporis partim meritis, partim etiam prece ac pretio libertatem pristinam consecuti fuerint: Magna tamen eorum pars in Germania hodiernum usque diem, prælertim apud Monasteria superstes remansit.

738 Nam † Reges Francorum ejusmodi homines proprios Dienst und eygene Leuth non tam pro donato quam beneficiario titulo aliis concesserunt: Sic Ludovicus Pius Caroli † Magni filius Einhardo Cancel- 739 lario patris sui contulit prædia Mühlenstatt cum servis regis propriis & uxoribus suis & filiis, & Mülenheim cum servis, uxoribus suis & liberis tredecim, Chro. Laurish. *ad Annum* 805. Knichen. *de vestitur. pact. lib. 2. cap. 3. num. 12.*

740 Iique postea, uti non raro ipsi etiam Reges † servos ejusmodi ac proprios homines Monasteriis dono concesserunt, qui † tum non amplius servi fiscales, aut 741 Fiscalini sed servi Ecclesiastici Klosterleuth/ oder Gottshaußleuth appellabantur Ioan. Stumpff. *d. cap.* 27. Crusius *Annal. Suev. p. 1. lib. 8. c. 9. & p. 2. lib. 1. c. 2.*

742 Sic Carolum Martellum, Lotharium † aliosque cum per Galliam & Alemanniam multa magnifica condidissent monasteria, eaque amplissimis bonis, nimirum oppidis, vicis & prædiis liberalissime dotassent, † 743 simul etiam servos & mancipia eorundem locorum iisdem donasse ex instrumentis Augiæ divitis aliorumque Cœnobiorum testatur Rodolph. Hospinian. *de Orig. Monachat. lib. 4. c. 24.*

His ita præmissis an affirmative ad propositam controversiam respondendum sit, videndum est.

744 Defendendos autem † esse proprios homines nominatim affirmat Frid. Husan. *in tract. de propr. hominibus quæst. 4. principal. part. 2. effect.* 11. expresse asseverans dominum teneri homines suos defendere, † quia 745 propterea edant ipsi operas & præstationes debitas conferant, ut vicissim prædia sua pacate tenere queant, & ab eo protegantur, atque defendantur contra vim & injuriam, cui nominatim subscribit Iac. *de boma. n. 36.*

Affirmativa Ratio dubitandi ab auctoritate.

746 Deinde patet hoc ipsum ex moribus veterum Francorum. † Cum enim maxima apud illos propriorum hominum multitudo esset, † ad tutandos eos constituti 747 sunt Fiscales ut videre est ex Capit *Caroli Magni lib. 4. c. 3. 44.* quibus eorum hominum peculiaris erat tutela ut nuncupatim asseruit Christ. Lehman. *Chronic. Spirens. lib. 2. cap. 24. hisce verbis:* Insonders seynd die Königliche Leibeigene in Stätten und auff dem Land seinem (deß Fiscals) Ampt unnd Schutz zugestanden/ die er handhaben/ wider Betrangnuß unnd Beschwerungen schützen und schirmen sollen. † Dahero die Kö- 748 nigliche Leibeygenen homines fisci, fiscalini und fiscales, quod res & corpus eorundem fisco Regis cederet, geheissen: Itemque Regis homines proprii re & corpore, deß Königs geeignete Knecht/ derer Leib und Gut Königlicher Cammer underworffen/ Stumpff. *Chron. Helvet. lib. 4. c. 27.*

Ratio II. dubitandi à more prisco.

Præterea in propugnationem affirmativæ sententiæ facere videntur notata Ernest. Cothma. *d. cons. 42. n. 52.* ubi ait certum esse quæ ex tutela personæ, ac rerum alicuj⁹, recte ac legitime concludatur taliter defensos homines esse nostros, ac proprios, ex auctoritate Spec. *tit. de feud. §. quoniam. n. 8.* Zal. *singul. resp. lib. 1. c. 3. n. 78.*

Ratio III. dubitandi.

749 Verum † utut ista se habeant, ego de tuendis propriis hominibus affirmativam sententiam eatenus veram esse censeo, quatenus proprii homines in territorio dominorum, quibus proprietate obstricti sunt

Decisio quæstionis cum distinctione.

sunt domicilium aut larem fovent, quia tunc ceu subditi defensionis subsidio gaudent, secus autem si alibi, (quod passim in Germania frequentari videmus) degant.

750 Cum enim † qualitas illa proprietatis, qua dominis suis als ihrem Leibherrn / devincti sunt, illos regulariter non faciat subditos, idcirco domini illorum si domicilium sub ipsis non habeant, iis ad præstandam aliquam defensionem, quæ extra aliam conventionem non nisi subditis debetur obligati non sunt, siquidem

Ratio decisionis.

751 ii non aliter nisi † domicilium sub dominis habentes subditi dicuntur per notata Alexandri *in l. cum quadam n. 12. ff. de jurisdict. omn. jud. & addit. ad Bart. in l. assumptio 6. §. filius. in verb. item in eo ff. ad municip. & de incol.* Decius communem dicit *in ca. ad nostram 3. n. 3. de appell.* & ibi addit Moli. *eod.* citans Marian. Socin. *in c. 1. col. 2. de foro compet.* Anchar. *conf. 437. nu. 2.* Bossius communem dicit, *tit. de crim. laes. Majest. num. 95. & seq.* vide gloss. *in Clem. 1. §. eisdem in verb. subditos. de for. compet.* nominatim And. Knich.

752 *de investitur. pactionib. par. 2. c. 3. n. 1.* ubi dicit Iurisdictionem sive superiorem, sive imam nihil commune habere cum servitiis & operis rusticanorum, cui astipulatur Roding. 1. *Pandect. Camer. c. 10. in addit. ad n. 29.* Paul. Matth. Wehn. *observ. Cameral. verb.* Leibeigenschafft §. *Hi vero homines.*

Quod autem proprii homines in alieno territorio domicilium habentes subditi non sint, inde patet, quod

753 † nostris moribus nullum Domino proprietario subjectionis juramentum præstent, quod tamen alias ut *alio loco* probavimus, quilibet subditus præstare tene-

754 tur. † Sed ii duntaxat, ut plurimum in recognitionem servitutis annuatim dominis suis præstant gallinas Leibs-

755 hennen iisque † decedentibus domini interdum pro consuetudine locorum accipiunt mediam partem bonorum vel tertiam aut quartam alicubi vero, optimum jumentum aut pretiosissimam vestem sibi vendicant, das Hauptrecht / vnd Weidmal / als sein Hauptvieh / bestes Pferdt / bestes Kleid vel simile quidpiam quæ Canonistæ vocant Mortuarium, Leibfall oder Todtfall / Sichar. *L. 11. n. 4. C. de Testib.* Rudolph. Hospinian. *de Orig. Monach. li. 4. c. 24.* de quo etiam *alibi* ex Ioanne Stumpffio & Mart. Crusio meminimus.

756 Hujusmodi autem † jura quod ad eorundem originem attinet, eodem tempore quo supra servitutem propriorum hominum ortum esse diximus sub Clodoveo Francorum Rege usu & moribus hominum introducta fuisse videntur, annotante prædicto Lehman. *d. c. 20. lib. 2.* ubi inter alia propriis istis hominibus imposita onera de Iure mortuario ita scribit.

Die vierd Beschwernuß der Leibeigenen ist gewest / daß sie ihren Kindern den Kirchen / oder jemand anders durch Testament oder in andere Weiß von ihrer Nahrung etwas zu verschaffen vnd zu testiren kein Macht noch Gewalt gehabt / sondern wann ein Leibeygener Mann verstorben / ist der Herrschafft das best Stück Vieh / Pferd / oder Ochß heim gefallen / welches man den Erben auß dem Stall gezogen / vnd das hat man Hauptrecht oder Hauptfall genannt.

Ist ein Leibeygen Weib / von ihrem Mann tods verfahren / so hat die Herrschafft das beste Stück der Fahrnuß zu erwehlen vnd zu sich zu nehmen Fug vnd Macht gehabt. Diß haben etliche Beutheil / etliche Gewandfäll geheissen / doch ist der Herrschafft frey gestanden / daß sie an statt deß Viehs oder Fahrnus sich mit Gelt oder Geltswehrt befriedigen lassen / davon diese Zeugnuß: Ut nec colonus, nec fiscalinus possint alicui traditiones facere. Capit. *lib. 3. c. 36.* Item Æmil. *lib. 2. sub Carolo Magno.* Rex graves genti leges imposuit ac testamenti factionem, jusque intestatis præterquam inter agnatos succedendi, ademit. Item hodie servis nostratibus atque etiam libertis Domini & patroni succedunt, quam facultatem vulgo Erb-Recht vocant. Vadian. *de Colleg. & Monast. German. fol. 78.* His enim oneribus plane servitutibus in multis Alemanniæ locis non servi modo sed etiam liberti maxime Ecclesiastici distinguuntur. Nam & vestes auferuntur ex humanis excedentibus, quod Gewandfäll: & pecus quod Hauptfäll vocatur, nisi sint qui aliis modis dominum, patronumve devinciant, sæpiuscule enim pecunia transigitur.

Unde colligitur Ius † illud capitale hodie in hisce 757 partibus usitatissimum valde antiquum, & fere ante undecim secula ortum fuisse.

Usus tamen hodiernus in his quidem partibus à veteri in hoc discrepat, si defunctus sive vir sive fœmina relinquat pecudes vel animalia tunc Domino id quod pretiosius est sive equus, sive bos, sive vacca sive vitulus sit, exigere licet nec refert seu vir seu fœmina fuerit: olim vero inter sexum hoc discrimen fuit, ut à masculo mortuo optimum pecus, à fœmina autem quod pluris valebat ex rebus mobilibus seu suppellectilibus domino cederet. Postea vero optimum vestimenti genus, quod & hodie fit si persona defuncta pecudibus caruerit, dari cœpit, id quod ex *infrascripto* diplomate videre est.

Ad causam vero istius Iuris † Capitalis dependendi 758 quod attinet eo in diplomate, quod Henricus II. Imperator Monasterio S. Michaelis seu Monachorum monti extra Bambergam, vulgo Münchsberg dicto tredecim curtes contulit, talis assignatur, ut nimirum per istiusmodi ultimum censum omissa vel neglecta, dum vixit, ab homine proprio jam vita functo servitia supplerentur.

Sed tanti non est ipsum diploma, quod ad prædictorum declarationem apprime facit, hoc loco subjicere. Id tale est.

Diploma Henrici II. Imperatoris quo Monast. Münchsberg aliquot curtes cum Iure Mortuario eorundem hominû donat.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, HENRICUS divina favente clementia Secundus Romanorum Imperator Augustus. Nosse volumus industriam Christi fidelium, tam futurorum, quam præsentium quod Imperiali sancimus edicto, ut in prædiis, quæ divinæ intuitu pietatis Ecclesiæ S. Michaelis Bambergensi, una cum dilecta conjuge nostra Cunegunda pro nostrarum, eorumque (quorum debitores sumus) remedio animarum, Imperiali contulimus munificentia tredecim videlicet principalibus curtibus. Ratelßdorff / Ezelkirchen / Rodenheim / Belbenhusen / Werde / Wofurtte / Dorfflin / Ebelßfeld / Leiterbach / Elsendorff / & circa Wederebam / Scherstein / Husen / & Budenßheim / cum omnibus villis attinentibus in prædiis etiam, ubicunq; conquisitis & conquirendis, dictæ Procuratores Ecclesiæ locandi, instituendi, destituendi, & in melius commutandi, Mansos, feuda, areas, prata, vineas, sylvas, cæteraq; mobilia & immobilia ad placitum sui Abbatis ac præceptoris liberam habeat potestatem, quibus etiam placationis offensarum satisfactionum, vel emendas excessuum vel injuriarum, in omnibus causis civilibus tam in tribus placitis Maji, Autumni, & Februarii, quam in omnibus plane negotiis ab universis Ecclesiæ colonis volumus exhiberi. Cæterum si coloni in litibus causarum decidendis

dis inter se dissentiunt, ad proximam Curti Marchiam eos pro sententiis ferendis, statuimus habere recursum. Si vero casus perplexus fuerit & difficilis ad caput Claustri, videlicet ad Abbatis præsentiam recurrant: Sicque Abbas majoribus & melioribus suæ familiæ convocatis, ipsorum consilio, quod justum est, ordinet ac disponat; Debita servitia aratrorum tribus vicibus in anno, Ovorum in Pascha, Caseorum in Pentecosten, Pullorum in carnis privio, & hebdomadalia servitia dictæ nostræ Ecclesiæ ab omnibus, ut condecet, impendantur. *Censum autem ultimum, per quem utique obmissa vel neglecta solvuntur servitia, jus videlicet Capitale à viris decedentibus optimum equum, vel si equo carent, optimum caput pecoris, & à fœminis induvias & exuvias transmitti ad Ecclesiam ordinamus*, ut cum famulis Ecclesiæ in divinis servitiis communionem plenariam consequantur. Hujus instituti authoritas ut omni ævo stabilis & inconvulsa permaneat, & inviolabiliter ab omnibus observetur; hanc chartam inde conscriptam, sicut inferius apparet, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data Nonis Februar. Indictione 12. Anno Domin. Incarnationis 1015. Anno Domini Henrici II. regnantis, decimo sexto, Imperii autem quarto. Actum Francofordiæ feliciter.

759 Porro ex decisione prædicta in praxi † & illud observatum est, quod licet proprii alicujus homines extra ditionem domini proprietarii viventes ab alio capiantur, aut pignorentur, & forte dominus pro iis relaxandis in Camera supplicet, is tamen non audiatur, sed coram Ordinationis Iudicibus super turbata libertatis possessione pro relaxatione agere cogatur, observante Gail. *tract. pignorat. obser.* 8. *n.* 4. *& seq.* 760 idemque *observat.* 15. *n.* 7. † Ratio est, quia licet tales proprii homines operas serviles domino præstare teneantur, tamen ut ex prædictis patet, ejus subditi dici non possunt, sed illius, sub cujus Iurisdictione domicilium habent. † Non enim servitus personalis, 761 sed domicilium & habitatio subditum facit. *l. domicilium. ff. ad municip. l. si in patria C. de incol.* Hinc & Adrian. Gilman. *Tom. III. Symphorem. seu prajudic. Cameral. verb. Pignoratio, §. pignora. requisitum primum* asserit, Edelmanns Leibeigene non haberi pro servis, quia possunt servi alicujus esse & sub alterius Iurisdictione larem fovere. Ita nominatim observavit Ioachim. Mynsing. *lib. 1. observ. 12.* adseverans constitutionem pignorationis non habere locum, quando porrigitur supplicatio pro relaxandis captis seu pignoratis propriis hominibus, qui tamen quoad Iurisdictio- 762 nem ipsi capienti, vel pignoranti, subjecti sunt. Ita denegati sunt processus supplicanti Georg Schilling contra Arnoldum Graven zu Bentheim / 18. Augusti Anno 1551. Item Domino Philippo Comiti Palatino Rheni contra Nobilem de Eltz / 24. Julii Anno 1553. Ubi Pfaltz supplicaverat von wegen seiner Leibeignen / qui tamen quoad Iurisdictionem dicto Nobili subjecti erant, qui eorum vaccas pignoraverat. Itidem factum supremo Magistro ordinis Ioannitarum contra Comitem de Bentheim.

Quod ipsum quoque Mynsingerum secuti observarunt Petr. Frid. Mindan. *de processibus & mandat. Iud. lib 2. cap. 46. num. 6.* & Joan. Rudinger. *singul. observat. cent. 3. obs. 45. n. 3.* aperte statuentes, † Ius man- 763 cipii sive proprietatis hominum die Leibeigenschafft subditum non facere.

Porro nihil obstat † contrarium scribentis Husani 764 & Cothmanni authoritas, uti nec antiquus veterum Francorum mos, diversum innuens, quia utrobique sermo est, de ejusmodi propriis hominibus, qui sub iisdem dominis degunt, atque domicilium habent, quibus utique, ut diximus, defensio instar aliorum subditorum debetur.

Respons. ad objectas dubitandi rationes.

Sed de hoc hominum genere, extra cancellos materiæ propositæ forsan nimis multa, quia tamen ad propositam quæstionem illustrandam non parum inservire videbantur, ea prætermittere non potui. Atque hæc de Personis quæ & quatenus asciscendorum Protectorum facultatem habent, quibusve defensionis Ius competit in universum dicta sint, sequitur ut de iis etiam, qui in Patronos tutelares constitui possunt, videamus.

CAPUT VII.

Qui constitui possint Protectores?

SUMMARIA.

Personarum aptitudo ex repulsa ineptorum cognoscitur, num. 1.

Personæ omnes in protectores assumi possunt quæ exceptæ non sunt, n. 2.

Permissorum ex genere esse intelligitur quod nominatim non reperitur prohibitum, ibid.

Recipere in protectionem nemo potest, nisi qui majestatem & iura Principis habet, ibid.

An Status superior inferiorem in Advocatum deligere possit, n. 3

Negativa, n. 4. & seq. Affirmativa, nu. 12. & seq.

Defensio requirit potentiam & vires adjuvandi non mediocres eod. num. 4

Potentior in tenuioris subsidio vanam spem locare videtur, 5

Potentius natura dominatur imbecilliori, 6

Protectores natura sua censentur potentiores & superiores clientibus, 7. Declaratur. 16. & 18.

Clienti ac filio semper honesta & sancta esse debet persona patroni ac patris tanquam superiorum, num. 8.

Pedemontium antiquo decreto prohibentur Principes inferiores aliquem in protectionem recipere, 9

Protectioni inferioris se submittens de sua authoritate aliquid amittere videtur, 10. Contrarium, 19

Statum suum unumquemque illæsum & integrum conservare legumlatores volunt, 11

Advocatiæ finis est, ut suscepti in protectionem cum bonis & hominibus suis ab aliorum oppressione defendantur, 13

Finis & Effectus quando intentionem suam habent, modi qualitas non attenditur, 14

Fœdus majores cum minoribus inire possunt, 15

Clientela inter summos Principes nihil aliud est, quam confœderata societas, ibid.

Liber populus quis sit? ibid.

Potentia duplicem respectum habet, 16

Potentior quis dicitur etiam ratione propinquorum & affinium, num. 17

Majesta-

Majestatem suam an amittat, qui sese alterius protectioni subjicit? n. 19
Decisio Negativa. ibid.
Clientes non perdunt majestatẽ ex deditione in clientelã. ibid.
Conditionibus certis qui se alicui obstringit, quod praeter eas est, sibi reservasse censetur, ibid.
Exceptione in uno confirmat Regulam in reliquis. ibid.
Tributi erogatio, ne finitimi potentes damna inferant erogantis majestatem non tollunt, n. 20
Majestas in quo consistat. ibid.
Vicini à quo pacem argento redimunt ejus firmum est Imperium, 21
Populus qui suis stat viribus, nec ab alieno pendet arbitrio in vera libertate est, ibid.
Potestati alicujus subjectum esse, & majestatem alicujus comiter observare, diversa, ibi.
Dignitati suae nõ praejudicat, certo modò se alteri submittẽs, ibi.
Ei quem fortuna super omnes extulit, nullus se inhonesto submittit, ibid.
Exempla diversorum sese aliorum protectioni submittentium, absque majestatis suae diminutione, 22
An Status superiorem recognoscens possit superioris sui inimicum ac hostem in protectorem eligere, 23
Affirmativa, n. 24. Negativa, n. 31
Amicitiam contrahere cum inimico superioris non est prohibitum, n. 25
Amicos acquirere virtuosum & operosum est, 26
Amicum esse alterius bonũ est & mandatur praecepto divino, 27
Libertus amicus inimicorum Patroni factus nisi conspiret cum illis contra Patronum, non offendit ut puniatur, ibid.
Filius cum inimicis paternis conversans duntaxat nil contra hostile attentans, exhaeredari non potest, ibid.
Vasallus amicitiam cum inimico domini impune contrahit si id non fiat in perniciem Domini, [illegible]
Vasallus ut ex amicitia cum inimicis domini inita puniatur quae requirantur, 29
Vasallus amicitiam cum inimicis domini contrahens justo metu ductus ne offendatur, culpa caret & poena eximitur, 30
Subditi se non possunt confoederare cum inimicis domini sui, 31
Inimic⁹ me⁹ censetur, confoederationẽ faciẽs cũ inimico meo, 33
Inimicus praesumitur qui est amicus inimici, 34
Inimicum esse vel inimici amicum [illegible] sunt, 35
Vasallus cum inimicis domini parentelam faciens proditor & falsarius dicitur, 36
Cum inimico Imp. aut principis confoederationem iniens crimen laesae Majestatis committit, 37
Protectioni alterius se commendans, cum eo amicitiam contrahere praesumitur, 38
Cum inimico meo amicitiam contrahens inimicus meus est, n. 39. & 40
Et à judicando, accusando & testificando repellitur, 41
Libertus contra Patronum cum ejus inimicis conspirans poena metalli obstringitur, ibidem.
Filius copulans amicitiam cum inimicis patris exhaeredari potest. 42 *(vatur, 43*
Vasallus amicitiam cũ inimicis domini contrahens feudo pri-
Intellige si illa amicitia in damnum domini contracta sit, 44
Amplia, ut etiam apud hostes eorum qui domino superiori confoederati sunt, non liceat protectionem quaerere, 45
Confoederati censentur ejusdem conditionis, intentionis & voluntatis, 46. & 135
Confoederati habentur pro uno corpore, 47
Confoederatus & adhaerens alteri unus est cum eo spiritus, 48
Confoederati socii esse debent tam animis & voluntate, quam apparatu & viribus, 49 *(bellis est, 50*
Subditus arma sumens contra Principis sui confoederatum re-
Princeps confoederatus potest punire hostes & rebelles sui confoederati, 51 *(currit, n. 52*
Confoederatos Caesaris offendens, crimen laesae Majestatis in-
Repressaliae ita possunt obtineri à Civitate confoederata, sicut à propria, 53

Injuria facta socio meo mihi facta censetur, n. 54
Socii sunt instar fratrum, n. 55
Injuria vel offensa unius fratris etiam est alterius, n. 56
Vasallus Ecclesiae feudum amittit, si offendat Imperatorem confoederatum cum Ecclesia, 57
Subditis à domino inique gravatis si aliunde defensionem habere non possint, etiam hostes domini in protectores assumere licet, 58
Principi tyrannidem exercenti resistere licet, 59
Magistrat⁹ in his, quae gerit extra officiũ, est instar privati. 60
Magistratus injuriam inferens, ut privatus injuriarum actione conveniri potest, eod. n. *(jacet. n. 61*
Magistratus officii fines excedens, competentib⁹ actionibus sub-
Iudex extrajudicialiter procedens, actione ad interesse convenitur, 62
Iudex extrajudicialiter procedendo possessionem alterius occupans in poenam l. si quis in tantam, C. unde vi. incidit, 63
Defensio est juris naturalis, 64
Defensionem omnia jura permittunt, 65
Defensio etiam adversus Magistratum permissa, 66
Princeps etiam juri naturali subjectus est, 67
Magistratus à jure civili introductus est, 68
Ius naturale, per civile non tollitur, 69
Omnes homines cujuscunq; status & conditionis eodem & aequali jure utuntur, 70
Episcopis & praelatis Ecclesiasticis subditi possunt resistere si eos ad malum cogant, 71
Subditi non coguntur Praelatorum vitia venerari, 72
Principibus obediendum, quatenus justitiae ordo requirit, 73
Obedientia in rebus illicitis, à jure est reprobata, 74
Principi, domino, parenti, magistratui & similibus obediendũ non est in his, quae pietatem & honestatem laedunt, 75
Iudici obedire nemo tenetur, in rebus à Iure prohibitis, 76
Obediens in illicitis principi, mitius punitur, 77
An infidelis, Turca aut alius à Christi fide alienus à Christiano in protectorem recipi possit, 78
Affirmativa, 79
Negativa, 99
Infidelium uti auxilio sine peccato ad defensionem suam Christianus potest. 80. Declaratur, 149
Defensionem corporis & rerum suarum à quolibet fieri jura permittunt, 81. Declaratur ibid. 149
Necessitas legibus subjecta non est, 82 *(dum est, 83*
Qui sanguinem suũ qualitercunq; redimere voluit, ei ignoscen-
Argumentum à majoritate rationis sumptum validum est, 84
Hostes propulsare licet dolo & insidiis, 85
Declaratur, 159
Canes propter pacem in Ecclesia tolerantur sub 85
Declaratur, 159
Arte Magica pro fructuum defensione uti licet, 86
Declaratur, [illegible]
Contrariorum eadem est disciplina, 87
Fideles in bello justo infideles juvare possunt, [illegible]
Declaratur, 165. *(posito, 89*
Propositum in proposito idem operatur quod oppositum in op-
Argumentum sumptum ab effectu in jure efficax, 90
Rationem quaerere ubi sensum habemus est infirmitas intellectus 91
Effectus foederis cum infidelib. initi qui nam sint? 92. & 170
Argumentum à virtute finis firmissimum, 93
A fine fas est omnia denominari, 94
Foedus Davidis cum Achi infideli Rege Gath, contra Saul, 95
Verum id ei licuerit contrahere, 176
Achas Rex Hierosolymitanus imploravit auxiliũ infideliũ. 96
An id licitum ei fuerit, 177
Paulus praesidis Ethnici auxilium expetiit contra Iudaeos, 97
An id ei licuerit facere declaratur, 178 *(n. 98. & 1[illegible]*
Deus in ulciscendis Iudaeorũ peccatis gentiũ ministerio usus est,
Foedus cum infidelibus pacisci jure divino prohibitum est, 100
Itemq; Iure naturali & legib. civilibus, n. 108

Fœmina

Athyrtia filia Sesostris Ægypti Regis prudentia, n. 276

Mammaa matris Alexandri Severi laus in administranda Republ. n. 277

Zoe & Theodora sorores Constantinopolitanæ Imperatrices excellentissimæ, n. 278

Theodora Iustiniani Imperatoris, ab eodem ob singularem prudentiam in consiliis publicis adhibita, n. 279

Æmilia Scipionis Africani uxoris & similium prudentia, numer. 280

Utrum Protectio cum Rebuspubl. consultius, quam cum Principibus ineatur, n. 281

Decisio affirmativa pro Republ. n. 282

Respublica firmiores & constantiores, quam Principes, n. 283

Principes absoluti plerunque per se agunt, absque ordinum consensu, ibid.

Principes magis quam Respubl. lucri causa fidem frangere solent, ibid.

Athenienses in bello Persico magnis pollicitationibus, à communi Græcorum fœdere abstrahi non potuerunt, n. 284

Fœdera & pacta cum principibus contracta morte eorum finiuntur, n. 285

Vel ob diversos ipsorum humores non ita firmiter observantur, n. 286

Clientelæ Civitatum & Rerumpublicarum firmiores sunt iis quæ cum Principibus ineuntur, n. 287

Reges ac alii Principes potentiores ita plerunque affecti, ut natura neminem vel Amicum vel hostem curent, n. 288

Principes ex suis semper utilitatibus amicitias vel inimicitias æstimant, n. 289

Ecclesiasticæ Personæ an etiam in Protectores constitui possint, n. 290

Negativa, n. 291

Affirmativa, n. 298

Militans Deo mundo militare non debet, n. 292

Ad altare delecti à vita militari abstinere debent, n. 293

Contra, n. 312

Clerici cum publicis actionibus nihil commune habere debent, num. 294

Ecclesiæ præpositus in sollicitudine rerum secularium esse non debet, n. 295

Deo serviens ad actus seculares non accedere debet, n. 296

Clericis se causarum secularium peritos ostendere absurdum, num. 297

Episcopus hodie uti & alii principali dignitate gaudentes Regalibus & temporali potestate utuntur, n. 299

Antistites Ecclesiastici à Ludovico I. inter Imperii Principes cooptati, n. 300

Prælati instar Laicorum universa Iurisdictione investiri hodie solent, n. 301

Iidem pro Præsidibus Provinciarum habentur, n. 302

Ecclesiastici Principes, à Carolo M. ad terrendos & distringendos contumaces gladio donati, 303

Episcopus Herbipolensis & Abbas Campidonensis stola & ense judicant, 304

Principibus Ecclesiasticis ab Ottone I. Imp. præ aliis secularium prima partes decreta, 305

Ex iisdem tres Imperii Electores constituti, 306

Richardus Episcopus Herbipolensis à Pipino Caroli Magn. patre Franconiæ Dux salutatus, 307

Episcopis Herbipolensibus rem divinam facientibus evaginatum in altari ante se gladium ponere concessum, 308

Episcopus Coloniensis Dux in Engern & Bullion ordinatus, numer. 309

Episcopus Argentinensis Landgravius Alsatiæ constitutus, numer. 310

Landgraviatus Alsatiæ qua occasione ad Episcopos Argentinenses pervenerit, ibid.

Recessus Imperii Principibus receptionem sub protectionem permittentes tam de Ecclesiasticis quam secularibus exaudiendi, 311

Constitutiones arma Ecclesiasticis prohibentes, Episcopos & alios Principes ac Prælatos temporales jurisdictionem habentes non arctant, n. 313

Episcopi & Prælati Iura territorii habentes milites conducere armaq; pro defensione suorum movere non prohibentur, num. 314

Lullus Episcopus Moguntinus bellis à Carolo M. gestis interfuit, num. 315

Ioannes de Oxenstein Præpositus Argentinensis cum Archiduce Leopoldo contra Helvetios militans, in bello ad Sempachium occisus, n. 316

Episcopi & Prælati Germaniæ tempore belli occasione Friderici Palatini Regnum Boemiæ affectantis suscitati, omnes fere milites alere coacti, n. 317

Cardinales non minus quam alii principes Ecclesiastici in clientelam alios suscipere possunt, 318

Banniti an Protectores constitui possint, n. 319

Decisio Negativa, ibid.

Bannitorum appellatione non veniunt nisi rite & juste banniti, 320

Banniti nullum officium dignitati alicui annexum obire possunt, ibid.

Banniti extra certos casus ad tutelam pupillarem non admittuntur, 321

Si duo vicini potentes Principes vel Civitates bellum inter se gerant, quorum neuter sine vicini periculo vincere aut vinci posse videtur, an unum ex his Protectorem eligere, vel Neutralem esse consultius sit? n. 322.

Decisio Affirmativa, 324

Neutralitatis in quæstione certum quid desistire periculosum, num. 323

Neutralitas multis sæpe profuit, ibid.

Neutrales periculum, quod declinare intendunt, incurrunt plerumque, 325

Neutrales præda victoris fiunt, ibid.

Belli ea est proprietas, ut non succurrens pro hoste communi æstimetur, 326

Asinii Pollionis, à Cæsare ad bellum invitati responsio, ibidem.

Neutralitas nec amicos parat, nec inimicos reconciliat, aut tollit, 327

Domus mediam partem inhabitantes ab infimis fumo, à superioribus urina molestantur, 328

Alphonsi Neapolitani de Senensibus in bello Neutralibus dicterium, 329

Messenii in bello inter Arcades ac Lacedæmonios gesto Neutrales existentes tandem ab his oppressi atque è patria ejecti, numer. 330

Ex duobus Vicinis belligerantibus Amicitia & protectio melioris & Deum socium habentis, eligenda, 331

Neutralitas servanda est, quando Neutralista seipsos contra utrumlibet belligerantium defendere possunt, 332

Prudentis non semper est nolle cum vicinis in bello periclitari, num. 333

Periculum commune æstimatur quando vicinus ex causa nos ipsos etiam concernente oppugnatur, 334

Neutralitatis consilium plerunque ex causa belli capitur, numer. 335

Clientes Neutrales esse volentes, mutua finitimorum Principum consensione à bello sociorum abstinere debent, 336

Neutrales esse possunt clientes, quando vicini belligerantium uterque parem erga illos affectionem gerit, 337

Belligerantes, nec socios nec hostes, qui reputant differunt ab iis, qui utrosq; communes amicos habent, 338

Neutralitas tertii interdum utrique inter se bellantium vicinorum utilis, 339

In clientelis ineundis protectorum adsumendorum dotes tam fortunæ, quam animi studiose ponderanda, 340

Animorum conjuratio, morumque similitudo protectoris & cliev

clientum in protectionis unione diligenter consideranda, numer. 341.

Similitudo studiorum ac naturæ ad conciliandas amicitias magnam habent vim, n. 342

Fœderatorum voluntates contrariæ sunt tanquam murus sine calce, qui facile dissolvitur, 343

Fœdera inter diversi humoris personas non contrahenda, numer. 344

Turdi cum hirundine amicitiam contracturi fabula, 345

Amicitia firma ac tuta nunquam est, ubi animorum exulat conjunctio, 346

Scientia rei militaris protector adsciscendus excellere debet, numer. 347

Fides & constantia protectoris suscipiendi ex rebus, ante ab eo præclare [illegible]stis observanda, 348

Fidem qui semel fregit, ei non fidendum facile, ibid. 349

Carolus V. Imper. Francisco I. Gall. Regi ob fidem semel læsam amplius fidem ratus, 350

Clientes in eligendis Protectoribus attendere debent, qualiter illi erga alios gesserint, 351

Crudelis, dominandi cupidus, perfidus & inconstans protector clientibus non adsumendus, 352

Quænam & qualis potentia in electo protectore requiratur, n. 353

Negocia magna, magnis egent adjutoribus, 354

Usu necessarium dignitate eminere, Reipublicæ interest, 355

Viribus suis superiora defendenda suscipiens, clientum jacturam facit, 356

Potentia & pecunia nervi sunt imperii, 357

T. Flamminii festivum dictum de Philopœmene Achæorum Duce, qui multos equites & pedites, nullam tamen pecuniam habebat, 358

Potentia non ex fama, sed reipsa æstimanda, 359

Fœdus inane cum eo initum, cujus potentia minor, quam existimata est, 360

Patronum infirmiorem eligens, quærit cum quo cadat, potentiorem autem conducens, clavum pro sua incolumitate adamantinum figit, 361

Potentia protectorum nimia clientibus periculosa, 362

Societas cum potente inita sæpius in Leoninam mutatur perfidiam, 363

Amicitia potentum multis modis suspecta, 364

Minores pro esca majoribus nati, 365

Amicitia minorum cum potentibus inita Aquilæ pennis comparata, 366

Amicitiæ nomine fallere frequens, 367

Protectionis sub fœdere debiliores clientes sæpius in servitutem redacti, 368

Potentia mediocris & summa prudentia princeps clientibus protector eligendus, 369

Potentia & fortitudo sine prudentia nil prodest, 370

Attilius Regulus Consul Romanus fortissimus exiguis facultatibus contentus fuit, 371

Publ. Scipioni prudentissimo ob rei familiaris angustiam funus de publico solutum, 372

Protector ejusmodi suscipiendus, qui in bello prodesse, & inimicis obesse potest. 373

Indigena an potius, quam Peregrinus protectorem constitui debeat, n. 374

Decisio pro indigena, 375

Extranei in clientelam submissio, abstractionis ab imperio periculum fovet, 376

Carolo V. Imper. Tutela Henrici II. Gall. Regis in aliquos Imperii Germanici Principes valde invisa. 377

Extranei clientela quandoq; proditionis ansa, 378

Græci Impp. ob auxilium Turcicum invocatum, Imperium occidentale amiserunt, 379

Imperium Romanum ob tutelam filii à Theodosio Imp. Rufino Hunno & Stiliconi commissam summe periclitatum, numer. 380

Obsidio Constantinopolis & expilatio urbis Romæ inde secuta, num. 381

Protectores exteri clientes ob loci distantiam difficulter defendere possunt, 382

Dux Montensis Regis Poloniæ clientelam efflagitans, ob loci distantiam repulsam passus, 383

Alienatio bonorum in extraneos, in Imperii damnum cedere præsumitur, 384

Clientelaris societas cum peregrinis Ducibus Imperio semper invisa & ingrata, 385

Interdictum prohibitorium de vitanda clientela peregrinorum, à Carolo V. Anno 1548. ad Imperii ordines promulgatum, num. 386

Suecia, Polonia, Dania & Hispania Reges Hansæ protectionem ambientes ob peregrinitatem repulsam passi, 387

Protectionis in delatione ab Hansa civitatibus magno Borussiæ Magistro delata, quid illa potissimum consideraverint, numer. 388

Protectorum peregrinorum susceptio non solum Imperio præjudicalis est, sed etiam clientes viciniæ odiosos facit, 389

Principum vicinorum in Protectore eligendo præteritio & exterorum susceptio simultatem parit, 390

Matrimonia exterorum potentiorum, vicinis Principibus invisa, 391

Principibus Germaniæ exterorum potentium Amicitia non suadenda, 392

Vicinorum amicitiam quam exterorum colere consultius est, num. 393

Rebus in adversis indigenæ quam peregrini fidem experiri tutius, 394

Protectoris in electione utrum propinquus Remoto præferendus sit, n. 395

Decisio Affirmativa, 396,

Fœdera interdum cum remotis honoris dantaxat non utilitatis causa contrahuntur, 397

Fœdus inter Hungaros & Gallos olim ictum tale, 398

Vicini Protectores semper commodius, quam remoti clientes defendere possunt, 399

Vicinorum Advocatia tutiores remotis propter defensionis difficultatem & incertitudinem, 400

Defensio per remotos facienda plures sumptus desiderat, quam facta per propinquos, 401

Pisani olim propter distantiam & majores sumptus faciendos imprudenter Venetorum Patrocinio se subdiderunt, 402

Veneti justam renuntiandæ protectionis Pisanis promissæ habuerunt, 403

Vinculum firmissimum habetur, quod periculum commune nectit, 404

Clientum vicinorum oppressio viciniis facile obesse in futurum potest, 405

Vicini res agitur, quando paries proximi ardere incipit, 406

Vicinum periculum sæpe alium ad defensionem non pactam invitato, 407

Hispaniæ Rex ob commune periculum, olim contra Gallum, sponte defendit Sabaudum, 408

Potentia externa per vicinos, ne nimium crescat, tempestive obviandum, 409

Fœderum & clientelarum in consideratione defensionis propinqua ac remota, par ratio, 410

Amici non sunt Amici, qui procul habitant, 411

Locorum sejunctio licet non dirimat Amicitiam, tamen officia interrumpit, 412

Amicum habere vicinum satius est, quam fratrem absentẽ, 413

Aqua longinqua non spargit focum vicinum, 414

Aquarum beneficio longum iter qui cito perficere potest, pro remoto non habendus, 415. & 419.

Argentinenses cum Helvetiis confœderati propter Rheni commoditatem pro remotis non habiti, 416

Tigurini Anno 1576. Rheni beneficio pultem ex oriza confectum Argentinæ calentem intulerunt, 417

Continuatio hujus Capitis ad precedens.

DICTUM est *præcedenti capite* quibus personis facultas protectionis ineundæ permissa sit vel non, consequens nunc est de illis videre, quibus Tutela ejusmodi tuto ac recte committi possit, seu quibuscum Advocatiæ contractus celebrandus sit.

1 Quia vero uti in aliis scientiis, † ita etiam in Iure nostro tritum & receptum est axioma, quod vocant Practici *Edictum prohibitorium* per text. *in c. cum apud sedem 23. extr. de sponsalibus text. in l. invitum 43. §. 1. ff. de Procurat. & defensor.* & *ibid.* Wesenb. *in Paratitl. num. 4. vers. Quibusnam vero ibi.* Nam hoc edictum prohibitorium *DD, in l. Prætor. 12. de Iudiciis*, in quo habetur non posse nos exacte percipere, quæ personæ ad rem, de qua quærimus, sint idoneæ, nisi prius cognoverimus quæ repellantur aut alias aptæ non sint, *l. qui accusare. ff. qui accus. non poss. Inst. in princ. qui manumitt. non poss.* ut & alias *in l. mutum ff. de procur. & in l. nec non ff. ex quib. caus. major. in integ. rest.* ita & hic regula illa statuenda est, posse 2 omnes † illos in Protectores eligi ac constitui, qui nominatim prohibiti atque excepti non sunt. Siquidem ex genere permissorum esse intelligitur, quod nominatim non reperitur prohibitum arg. *l. 12. princ. de judic. l. 43. §. 1. de procur. l. 38. §. 2. Ex quib. caus. major.* Talis autem cum sit protectio, hinc cæteris (quorum *passim in hoc Commentario* mentio fit) paribus rerum suarum liberum arbitrium, & defendendi fiduciam habentes, Advocatiæ munus suscipere non prohibentur Iacob. Synzius *disp. de Iure protect. concl. 8.*

Verum nemo alterum, in clientelam recipere potest nisi qui habet majestatem, vel omnimodam Iurisdictionem, quia talis receptio, publici Iuris censetur esse portio, quod armis aliquem defendere permittit ex Dn. Menoch. *arb. Iud. quæst. cas. 338. num. 3.* Christ. Besold. *de Iure fœder. c. 5. n. 9.* unde ex eodem Dn. Menoch. in protectionem alios recipientes esse Principes vel Principum Iura obtinere debere, notat D. Hepingk *de Iure Protect. concl. 38. lit. B.* Nam & communiter DD. tradunt armis Patronum defendere debere Civitatem cujus Patrocinium suscepit *ad l. 1. C. de domest. & protect. lib. 12.* Græv. *ad obser. Gail. 2. conclus. 54. in considerat. n. 2.* Dec. *resp. 117. n. 17. vol. 3.* in publicis namque defensio ex sua natura exigit arma *l. cum Dominus 19. ff. ad SC. Syllan.* Alciat. *cons. 2. lib. 3.*

Verum tamen quia de multis personis dubitari contingit, an conventiones protectionis cum ipsis vel ab ipsis initæ valeant, idcirco non alienum ab hoc loco erit per aliquot personarum genera præsenti capite hoc speciatim enodare.

3 *Primo autem quæri † potest an Princeps vel Status alius superior Protectorem recte deligere possit eum, qui inferioris est conditionis?*

Quæstio I. An inferior à superiore Protector recte constitui possit.

Rationem dubitandi præbet, † quod cum defensio requirat potentiam & vires adjuvandi haud mediocres, videatur illa ad eos qui aliis majores potentiores ac superiores sunt pertinere potius, quam ad inferiores & tenuiores.

4 *Ratio dubitandi I. pro parte Negativa.*

Vanam enim spem potentior in tenuioris subsidio locare videtur, juxta illud Aristotelis. † *Quod est potentius natura dominatur imbecilliori*, νόμος ὁ πάντων βασιλεύς..., quod ex Pindaro citat Plato: Quo pertinet etiam elegans illud Thucydid. *in oration. Athen. contra Lacedæmon. Nec vero*, inquit, *id adeo primum ortum est à nobis, sed ita semper comparatum fuit, ut potentior imbecilliorem coerceat.* 5 6

Unde eum etiam in modum Protectio à plerisque describitur, quod sit *defensio, quam præstat potentior inferiori contra vim & violentiam*, Knich. *comment. de Sax. non provoc. jur. verb. Ducum. c. 5. n. 495.*

7 *Altera dubitandi ratio.*

Deinde ita comparatum est, † ut natura sua Protectores censeantur, superiores clientibus, unde etiam his tanquam inferioribus congruit, ut Advocatos suos reverentia atque observantia colant arg. *l. qui manumittitur. ff. de oper. liber.* Bud. *ad l. Herennius ff. de evict.* Matth. Coler. *cons. 33. n. 60.* D. Sebast. Dieth. *thes. 18. de jur. Advoc.*

Ac alias dicitur clienti ac filio † semper honestam & 8 sanctam personam patris ac patroni, tanquam superiorum esse debere *l. liberti. ff. de obseq. libert. l. accusare. ff. de accusat. l. si adulterium §. liberto ff. de adulter.* Cum igitur natura Patronus clientem, quoad superioritatem antecellat, videtur repugnare ordini rationis, ut inferior sit protector superioris.

Hinc etiam Præceptor olim meus † omni veneratio- 9 ne colendus D. Menoch. *de arbit. jud. lib. 2. cent. 4. c. 338. n. 5.* refert quod in regione Pedemontium (in qua protectionis, ac Salvæ Guardiæ usum esse frequentem testatur. *ibid. n. 3.*) antiquo decreto Ducali *lib. 3. sub rubr. de Guardiis & earum prohibitione*, prohibeantur inferiores Principes aliquem sub sua protectione & Salva Guardia recipere, & tam concedens, quam subjiciens puniatur.

Tertio si superior sese inferioris † Tutelæ subjiciat, 10 non videtur id fieri posse, quin aliquid de sua authoritate amittat, eo quod se alterius clientelæ subjiciens, alieno Imperio subditus videatur, quid autem Principis majestate indignius aut abjectius est, quam sese in alterius & quidem inferioris Principis tutelam & clientelam dare ac superiorem confiteri?

Tertia ratio dubitandi.

Unde etiam Bodin. *lib. 1. c. 7. de Repub.* in dubium vocans, *An Princeps qui se clientem alterius profitetur, Iura sua majestatis retineat*, negativam partem tuetur, & putat nihil indignius esse majestati Principis, nihilq; abjectius, quam sese in alterius Tutelam & clientelam dare aut superiorem confiteri, licet *ibid.* fateatur plerisque aliter videri, quorum sententia *inferius* auctoritate & exemplis comprobatur.

At vero Legumlatores volunt, † unumquemque 11 statum suum illæsum & integrum conservare debere, in omniq; pactione Iura majestatis Principi populoque salva esse oportere, aliter facile contingere posset, ut alter in alterius potestatem redigatur.

Verum istæ dubitandi rationes leviores sunt, † quam 12 ut aliquem in negantium partes possint pertrahere. Concludimus igitur rebus ita ferentibus, haud immerito etiam Statu majorem ac superiorem sese in Protectionem inferioris commendare posse, præsertim si Dominus superior in remota nimis Regione resideat ac domicilium habeat.

Decisio in partem affirmativam.

13 Decidendi ratio in promptu est. † Cum enim Advocatiæ constituendæ finis sit, ut susceptus in Patrocinium

Ratio decidendi I.

cinium cum bonis ac hominibus suis ab aliorum oppressionibus defendatur, ut *alibi* plene probavimus, id vero etiam ab inferiore, qui satis ad hoc virium habet, fieri possit, nihil obstat, quin inferior superiorem vel ejusdem saltem homines, longius à Domino suo remotos, inferiori autem protectori constituto viciniores protegat.

14 Tralatitium siquidem est, † cum finis & effectus intentionem suam habent, quod modi qualitas non attendatur *l. 3. C. de instit. & substit.* Ioann. Cephal. *cons. 35. n. 45. lib. 1.* Eberhard. *in Topicis loco ab aequipollent. num.* 8. *in fin.* Dec. *consil.* 499. Vant. *in tract. de nullit. process. tit. quib. mod. null. sanari possit, n. 116.* Barnab. Cornazz. *decis. Lucens. 54. n. 43.* Mart. Monter. *decis. Aragon. 12. n. 4.*

15 *Ratio decidendi II.* Deinde si Statu minores non possent deligi † Protectores superiorum, sequeretur, quod etiam foedus ici per majores cum minoribus non posset, eo quod ratio foederis exigat, ut foederis consors etiam inferior confoederatum defendat. Quia clientela † inter summos Principes aliud nihil est, quam foederata consociatio, qua quidem alter alterius majestatem observare tenetur, ut ab injuria potentiorum tutior esse possit. Bodin. *d. c. 7.* Sed consequens Iura abhorrent per text. *expressum in l. non dubito 19. ff. de captiv. & postlim. ibi.* Liber autem populus † est is, qui nullius alterius potestati subjectus est, sive is foederatus est, sive aequo foedere in amicitiam venit: sive foedere comprehensum est, ut is populus alterius populi comiter, majestatem conservaret. Hoc enim adjicitur, ut alterum populum superiorem esse intelligatur, ergo nihil obstat, quin etiam inferior constituatur Patronus superioris.

Refutatio Argumentorum pro Negativa allatorum. Nihil etiam decisioni formatae repugnant superius in speciem negativae partis illata.

Respons. ad I. dubitandi rationem. Quod enim primo dictum erat defensionem requirere potentiam & vires juvandi, quae in potentioribus residere praesumitur, id facile conceditur, sed interim ignorari non debet, potentiam † duplici respectu considerari posse. Uno per se quatenus scilicet 16 Princeps vel Status aliquis pluribus ditionibus locupletior est vel ampliori subditorum numero pollet, Altero ratione loci vel commoditatis ad praestandam defensionem propter vicinitatem aut meliorem occasionem; Priori modo considerata potentia penes superiorem semper magis quam inferiorem esse praesumitur, alio autem respectu etiam inferior, quoad defensionem susceptorum in tutelam aeque aut magis potens esse potest, quam superior propter loci distantiam, aliudve impedimentum.

17 Ut de eo nunc nihil afferam, potentiorem † quem dici non solum ratione sui ipsius, verum etiam ratione propinquorum & affinium, adstruente Afflict. *de Iure protomis. §. prohibemus col. 1. & seq.* sequitur Corbulus *in tract. de Iure Emphyt. cap. 14. ampliat. 12. n. 3.* Ioan. Iacob. de Leonard. *inter cons. Bruni cons. 114. n. 11.* Pruckman. *lib. 1. cons. 36. n. 113.*

18 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Secundo nihilo plus obstat, † quod suggestum fuit, protectores ob debitam ipsis clientum reverentiam ordine quasi naturae superiores videri. Nam pariter etiam uti de potentia dictum est, ita diverso etiam respectu aliquis superior ac inferior dici potest, superior nempe, quoad clientelam, inferior autem respectu alterius superioris seu potentioris Status, unde nihil est, quod dicamus ordini naturae repugnare, ut inferior hoc respectu possit esse protector superioris.

Resp. ad III. dubitandi rationem. Tertia ratio quae pro amplectenda contraria opinione inducta fuit, frigidior est, quam ut multa confutatione indigeat.

19 *Majestatem an amittat qui in alterius sese clientelam confert.* Negamus enim superiorem seu † potentiorem, ex eo quod se ut dictum est, certo respectu inferioris seu imbecillioris protectioni subdat, aliquid authoritatis perdere, id quod eleganter peculiari in hanc rem assumpta quaestione testatur Arnisaeus *de Iure Majest. c. 4.* ubi plurimis in id adductis exemplis, tandem in universum, de omnibus Principibus & Rebuspublicis, quae in alterius fidem & Clientelam se committunt, concludit, eos majestatem † suam inde non perdere modo id faciant salvo ipsorum jure. *Decisio Negativa. I. Ratio decidendi ab auctoritate.* Alberic. Gentil. *de pot. Reg. absolut. fol. 14.* Colleg. Papiens. *in Respons. caus. finar. n. 9. in fin.* Rol. à Valle, *consil. 1. n. 45. & seq. num. 1.* Curt. Iun. *consil. 286. n. 22. vol. 3.* Pract. Papiens. *tit. 15. gloss. 18. num. 4.* Arnisaeus *d. cap. 42. ad fin.* ubi ex allegatis auctoribus definit, clientem † non perdere libertatem ex eo, quod se in Patrocinium alterius receperit: Si quis enim inquit, alicui se certis † conditionibus obstrinxit, quod praeter eas est, videtur sibi reservare voluisse *l. si qui certa in princip. ff. de Iure immunit.* quia excipiens † in uno confirmat regulam in reliquis *l. cum ita 63. §. videamus. ibi qua enim Titio. ff. de condit. & demonst. l. cum 18. §. cum fundum. l. quaesitum 12. §. idem respondit de instruct. & instrum.* Paurmeist. *2. de jurisdict. cap. 4. num. 18.*

Et Principem vel quemvis alium etiam Regem Iura Majestatis habentem, salva reputatione & existimatione honoris sui alterius clientelae se submittere posse, contra Bodinum ulterius definiunt Dn. Remig. Fetschius *dissert. de Foederib. §. 23. lit. B.* Instante enim periculo, quod totius ditionis minatur subversionem cur vitio verteretur Principi, in subsidio alterius suam quaerere salutem Haenon. *disputat. Polit. ultim. §. 19.* Richard. Dietherus *de summa Imperat. pot. §. 16.* ubi ab iis Principibus, qui annuam pensionem aliis solvunt, † ne excursionibus, regionum suarum finibus 20 damnum inferant, arguendo, concludit Majestati illorum nihil per hoc derogari, adeo ut nec Turcarum Imperator, qui Regi Aethiopum, & illis populis, qui Arabiae montes incolunt, magnam pecuniam Tributi nomine, quotannis solvere cogitur, Majestatis suae detrimentum aliquod patiatur. Non enim consistit Majestas † in externo honore, nec in amplitudine Provinciarum, sed in potentia libera in subditos, quae quamdiu per clientelam non minuitur, tamdiu Majestas non amittitur, ceu notat, ex Arnisaeo Georg. Gumpelshaimer *de Iure clien. §. 2. in notis lit. l.* ubi subjungit, nihil esse in clientela, quod Iura Majestatis in suos, cuiquam adimat, nisi ea cum aliqua subjectione conjuncta sit.

21 Quamvis enim illius, à quo vicini † pacem argento redimunt, Imperium firmum, econtra vero illos, qui aliorum Principum amicitiam argento comparare coguntur, imbecilles & infirmos esse manifestum & certum fit indicium, observante Machiav. *disp. de republ.* & Populus qui suis † stat viribus, nec ex alieno pendet arbitrio in vera libertate esse censeatur, auctore Livio *lib. 35. c. 32.* & ea de causa in alterius clientelam se dare indignum majestate existimet Bod. *loc. sub notato,* quia tamen superior se in protectionem inferioris committendo non nisi majestatem illius communiter observare solet, aliud † vero sit, potestati alicujus subjectum esse aliud majestatem ejus communiter observare, D. Rich. Diether. Camp. Imp. Assess. *de summ. sum. Imp potest. concl. 16.* proinde nihil indignitatis ex submissione clientelari exurgere recte asserit Kirch. *de repub. disp. 17. thes. 2. lit. F.* Non enim dignitati † suae praejudicat certo modo alteri, qui se submittit, Mod. Pistor. *cons. 51. n. 3. vol. 1.* & alias etiam non † inhoneste ei quis submittitur, quem supra omnes extulit fortuna, ut Tigranes Armeniae

Regis

Regis filius olim animose ad Pompejum dixisse fertur, referente *Patercul. histor. Roman. lib. 2.*

22 Quod ut exemplis † illustremus antiquis & novis, gravati non sunt Ptolomæus, cum liberis suis, Ægypti; Archelaus Cappadociæ, Prusias Bythiniæ Reguli, protectionis Romanorum olim sese committere Tacit. *2. Annal.* Dion. *lib. 57.* *Livius lib. 55.* Ita etiam Ferrariæ, Bentivoli ac Mirandulæ Duces in Lud. 12. Gall. Reg. & Octavius Farnesius Dux Parm. in Henrici II. protectionem transire non erubuerunt, ut auctor est Schleid. *lib. 22.*

II. Ratio decidendi ab exemplis.

Ita nec provinciæ Belgii cum rerum summam in protectionem Reginæ Angliæ deponerent teste Stovv. Helnishod. *in Elisabe.* Eman. de Meteriani, *l. 13. histor. Belg.* nec Borussi, cum auxilia ab Imperio petierunt. nec Genevenses, qui toti à Rege Galliæ pendent nec Genuenses, cum Ioan. Mariam, & paulo post Philippum Mariam Duces Mediolanenses protectores Reipub. eligerent Leand. Albert. *in descript. Ligur.* nec Carolus V. Ferdinand. & Maximilian. II. cum Livoniam in tutelam Gustavo, Erico & Ioan. Regibus Suecorum committerent, Chitræ. *lib. 21. Saxon.* Jura majestatis perdiderunt. Sicut ergo ex protectione nihil jurisdictionis Magistratui ordinario sese in clientelam tradentium subditorum demitur, ut *infra cap. 10. de effectib. protect.* fusissime probatur, ita pariter nihil clientibus ex submissione in protectionem de Iure & authoritate sua demitur, aut detrahitur.

Sed hæc de constituendo in tutorem Statu inferiore in præsens dicta sufficiant, nunc de alio personarum genere quæstio pertexenda est.

Secunda hujus Capitis quæstio: An à subditis superioris sui inimicus in protectorem eligi possit.

Vocatur igitur secundo loco in dubium, † *An subditi cooptare eum in Patronum possint qui superioris sui inimicus ac hostis est?*

Et primo quidem affirmative decidendum † videtur. Quia † cum inimico superioris contrahere amicitiam 23 nullo Iure prohibitum est, † operosum enim est & 24 virtuosum acquirere amicos. Rolan. à Vall. *cons. 1. n. 83.* 25 *vol. 3.* Warem. ab Erenb. *meditam pro fœd. lib. 1. c. 2. n. 21.* & † esse amicum alterius non est malum, *l. lata. 228. §. amicos ff. de verb. signif.* imo idipsum statuitur præcepto divino, ut patet *Ecclesiast. c. 7. Noli esse pro amico inimicus proximo* Bald. *in c. 1. §. porro qua fuit prim. caus. benef. amitt.* Sic etiam ex Iuris scripti permissione, 26 potest aliquis, inimici alterius esse amicus, sine tamen 27 incommodo alterius aut conspiratione, id quod nos docet Vlpian. *in l. 1. §. cum patronus in fin. ff. de offi. præf. urb.* ubi respondet Libertum, si sit, aut fiat amicus † inimicorum Patroni, non offendere, ut puniatur, ni & conspiraverit cum illo contra Patronum: Sicut, nec filius † exhæres scribi potest, si conversetur solum cum inimicis patris nil autem hostile attentet, ut DD. auctoritate asserit Besold. *differt. de Iure fœd. c. 5. num. 2.* Quid ergo obstat quo minus protectionis unionem 28 cum inimicis superiorum inire liceat? Et simile † statuunt Feudistæ de vasallo, quod scil. is cum inimico domini sui amicitiam impune contrahere possit, modo id non fiat in perniciem domini, sed ad alium quemcunq; bonum effectum. Ita Mart. Laudens. *in c. 1. §. item si fidelis quib. mod. feud. amitt.* Iacob. de S. Georg. *in investitura sua feud. in verb. dictiq; vasall. col. 4. v. 5. causa principal.* Alvar. *in c. 1. quot testes sunt necess. ad proband. ingratitud.* Afflict. *decis. 307. nu. 28. ibidemque* Thom. Grammat. *in addit. n. 18.* Andr. de Isern. *in d. cap. 1. §. porro qua fit prim. caus. benef. amit.* † qui ex-29 presse notat, quod duo requirantur copulative ad hoc, ut ex amicitia cum inimicis domini vasallus puniatur, videlicet, quod copulaverit amicitiam; secundo quod in damnum domini, alias primum solum non sufficeret, *ut in concordant.* per eum *ibi* alleg. idem affirmat Curt. Iun. *tract. feud. in 4. part. princip. num. 37.* Roland. à Vall. *cons. 1. num. 83. & seq. vol. 3.*

Affirmativa. I. Dubitandi Ratio, pro Affirmativa.

II. Dubitandi ratio ab exemplo vasalli.

Et ita etiam statuit gloss. *in c. 1. in tit. hoc potest esse tit. quib. mod. feud. amit.* quam *ibi* sequuntur communiter Feudistæ & gloss. *in cap. 1. §. porro qua fuit prim. caus. benef. amitt.* & Alvarot. per multas rationes adductas in *d. c. 1. hic potest esse tit. quib. mod. feud. amitt.*

Sic quoq; si vasallus justo metu † ductus sese cum ini- 30 micis domini sui conjungat, culpa vacat, atque adeo pœna eximitur Afflict. *d. c. 1. §. item si fidelis n. 55. v. & sciendum quib. mod. feud. amitt.* Grammat. *vol. 18. n. 9. & cons. 13. n. 35. & cons. 31. n. 4.* Alciat. *resp. 467. n. 7.* & ad hoc esse glossam communiter receptam *in c. 1. §. item si delator. in verb. perdit. qua fuit prim. caus. benef. amittend.* dicit Kirchov. *in thes. comm. opin. lit. F. verb. feudo non privatur vasallus* Rol. à Valle *d. consil. 1. n. 108.* Bald. *cons. 369. n. 3. vers. an ille lib. 1.* & Card. Tusch. *concl. pract. Iur. Tom. 11. lit. C. concl. 632. n. 1.* ubi etiam ex alia justa causa lege suffulta hoc obtinere tradit, per rationem, quod vasallus Domini salutem, propriæ præferre non teneatur, de quo *alibi* copiosus actum.

Verum omissa longiori disputatione, † ad quæstio- 31 nem hanc negative respondendum esse ex subsequentibus rationum adminiculis concludimus.

Decisio negativa.

Primum enim non licet † subditis se confœderare 32 cum hostibus & inimicis sui superioris, ut Bald. *ad l. 1. in princ. vers. juxta hoc quæritur. ff. quod quisque jur.* inducit Cuno *de pact. quæst. 24. n. 161.*

Ratio decidendi I.

Nam faciens confœderationem cum † inimicis Do- 33 mini sui censetur illius hostis & inimicus, ut scripsit Mart. de Laud. *in tract. de confœd. princ. quæst. 26.* Hier. Gigas. *tract. de crim. læs. majest. lib 2. quæst. 2. n. 36.* Bald. *in l. liberi C de inoffic. testam.* Felin. *in rubr. n. 11. de Treug. & pace.* Petr. de Anchoran. *cons. 158 col. 2.* Albert. Brun. *cons. 86.* Sigism. Neapol. *cons. 5.* sequitur Marsil. *l. 1. §. præterea n. 10. in fi. ff. de quæ.* Barbat. *in c. repellantur de accus.* ubi ad hoc citat. *d. l. liberi C. de inoffic. testam.* & habetur *in l. 1. §. cum Patronus ff. de offic præfect. urb.* ubi gloss. *in verb. cum inimicis & gloss. in c. 1. in verb. porro qua fuit prim. caus. feud. amit.* Mascard. *de probat. lib 2. concl. 898. n. 35.*

Et inimicus præsumitur, † qui est amicus inimicis 34 Cyn. *in l si quis C. de testib.* & *ibi* Dd. Bart. *in l. 1. ff. de legi* & in Spec. *de app. §. vers. si vero appellatur l. Liberi C. de inoffic. testam.* quã ad hoc allegat Besold. *d. loc.* ubi dicit pro inimicitiæ præsumptione, Ius nostrũ agnoscere, si quis cum inimicis alicujus de novo amicitiam jungat. Quia paria sunt esse inimicum, † vel inimici ami- 35 cum Alex. *l. 3 de testib. arg. 3. q 5. c. 2.* idem Alex. *cons. 99. part. 1.* Fel. *in c. accedens el. 2. ut lite non cont. & in c quoties de test. & in c. repellantur de accus.* Bald. *in l. nam socius ff. pro socio in fin.*

Deinde qui † confœderationem vel parentelam cum 36 inimicis domini facit vel inimicis domini adhæret, eos sequendo proditor dicitur & falsarius Bald. *l. 1. quæst. 41. ff. de rer. divis.* Marsil. *l. 1. §. præterea num. 10. ff. de quæst.* Barbat. *d. cap. cæterum. n. 107. extra de judic.* Angel. *consil. 257. col 2.* Craver. *consil. 224. num. 6.*

Ratio decidendi II.

Quinimo confœderationem † cum inimico Impe- 37 ratoris aut principis iniens crimen læsæ majestatis committit Cuno. *d. q. 24. n. 161.* Binsfeld. *de confess. malef. conclus. 6. dub. 2.* ubi diserte tradit societatem subditi cum hoste regis aut principis sive consummata, sive inita solum sit facere aliquem reum læsæ majestatis adducens in comprobationem textum *l. quisquis C. ad leg. Iul. Majest.* & Cajet. 22. *quæst. 95. art. 4.*

Cum igitur ut dictum est non liceat inferiori cum hostibus superioris confœderationem inire, haud fas est etiam protectionis cum eo unionem pacisci.

Tertio in propugnationem decisionis nostræ ad- 38 ducitur

Ratio decidendi III. ducitur ea ratio, quod nimirum se potentioris tutelæ commendans, non levem cum eo amicitiam contraxisse intelligatur.

Verum cum hoste superioris copulare amicitiam non licere inde constat, quia clari juris est eum, qui 39 contrahit † amicitiam cum inimico meo esse inimicum meum *l. liberi 28.* & *ibi* Bald. Salycet. Iaso. & Dd. *C. de inoff. testam. l. aut affinitate 32. ff. de procurat. l. sciendum 4. §. si accusatio.* & *ibi* Bartol. *ff. de legat. cap. si inimicus distinct. 93.* & ejusdem propositi cum inimico meo censeri Alvarot. *c. si capitanei, n. 4.* & *est ratio quib. mod. feud. amitt.* Bald. *d. l. liberi C. de inoff. testam.* Fel. *c. ac-* 40 *cedens col. 2. 1. num. 2. ext. ut lit. non contest.* † eamq; ob causam ille qui cum inimico meo amicitiam copulavit, 41 perinde ut inimicus meus & à † judicando, *d. c. accedens*, & *ibi* Abb. & Felin. cæteriq; Dd. *ext. ut lit. non contest.* & ab accusando repellatur, & *ibi* Abb. Felin. & *c. cum te extra de accus. c. de accusatoribus* & *ibi* Præpos. 3. q. 5. & à testificando repellitur *c. cum oporteat. extr. de accusation.* Cyn. & Bald. *in l. si quis testib. 17. C. de testib.* Alexand. *cons. 99. n. 4. lib. 1.* Præpol. *d. c. de accusat.* arg. text. *illinc 3 q. 5.* Hieron. Gigas *tract. de crim. læs. majest. rub. quomodo & per quos crim. læs. majest. prob. q. 2. n. 24.*

Ratio decidendi IV. Quarto confirmatur eadem decisio ab exemplo Liberti. Is enim si contra Patronum cum inimicis ej° conspirasse docetur, pœna metalli tenetur *l. 1. §. 10. in fin. ff. de offic. præfect. Vrb.* Schenck *de Feud. lib. 3. Tit. 32. n. 2.*

42 *Decidendi ratio V.* Huc accedit quinto † quod filius copulans amicitiam cum inimicis patris exhæredari possit Bald. *consil. 12. lib. 5.* Ludolph. Schrader. tract. *feud. part. 9. c. 5. ante n. 25.*

43 *Decidendi ratio VI.* Hinc etiam Sexto communib. † Feudistarum suffragiis receptum est, quod vasallus contrahens amicitiam cum inimicis domini sui feudum quod à Domino habet, amittat *c. vim. Feud. 57. juncta l. 28. C. de inoffi. Testam.* Vasq. *de success. p. 2. lib. 4.* & *in l. 28. n. 8. c. 1. ibi* Alvarott. *qui test. sint. necessar. ad proband. ingratitud. gloss. c. §. item si fidelis verb. concubuerit* & *ibi* Iacob. de Belvis. Bald. Alvarot. Præp. & Afflict. *quib. mod. feud. amitt. glos. c. 1. §. porro* & *ibi* Isern. Alvar. Præpos. Bald. & Afflict. *qua fuit prim. caus. benef. amitt.* & *l. 1. §. cum patronus ff. de offic. præf. urb.* Dec. *cons. 604. 2.* Ruin. *cons. 23. vol. 1.* Par. *cons. 1. n. 13. lib. 1.* Barb. *cons. 11. lib. 2.* Alb. Brun. *cons. 114. n. 63.* Gozadi *cons. 1. n. 26.* Grat. *cons. 5. n. 4. vol. 1.* Dec. *cons. 21. n. 14. vol. 1.* communem dicit Grat. *cons. 1. n. 87. vol. 1.* eamq; procul dubio obtinere consuluit Dec. *cons. 18. n. 321. vol. 1.* & esse veram omnium sententiam respondit Menoch. *cons. 102. n. 9. vol. 1.* Wesenb. *de feud. c. 15. n. 5.* Borchol. *cap. 8. n. 121.* & *seq.* Zas. *part. 10. n. 23.* Schrader. *part. 9. c. 5. n. 23.* Vult. *lib. 1. c. 11. n. 29.* Andr. Knich. *de vestitur. pact. lib. 2. c. 5. n. 47.*

44 *Limitatio ad quintam decidendi rationem.* Notandum tamen hanc amicitiæ † copulationem cum inimicis superiorum factam intelligendam esse cum effectu, ut non in nudis amicitiæ terminis subsistat, sed ad ejusmodi effectum aliquem deducatur, ex quo superiores incommodum aliquod sentiant, vel saltem eum in finem à clientibus contracta sit, ut superioribus inde damnum emergat. Ita similem textum de vasallo interpretatur *gloss. in c. 1. verb. assilierit qua fuit prim. caus. benef. amitt.* Laud. *in c. 1. §. item si fidelis quibus mod. feud. amitt.* Isern. *d. cap. 1. §. porro versic. sed an dominus* Alvarott. *c. 1. quot test. sint necessar.* Meno. *consil. 101. n. 14.* & *seq.* Roland. *consil. numer. 84. volum. 3.* ubi dicit, quod si vasallus copulavit amicitiam cum inimicis domini, in damnum & perniciem domini, ut puta ad hoc ut inimici sint potentiores domino, amittat feudum, secus si non in perniciem & damnum domini, sequitur Afflict. *decis. 307. n. 28.* ubi tradit duo requiri copulative ad hoc ut ex amicitia cum inimicis domini vasallus puniatur videlicet quod copulaverit amicitiam secundo quod in damnum domini copulaverit alias primum solum non sufficere sequitur Zas. *part. 10. n. 32.* Curt. Iun. *part. 4. prin. n. 37.* Sonsbec. *part. 2. n. 43.* Borch. *c. 8. n. 124.* Vult. *d. c. 11. n. 29. lib. 1.* & communem dicit Soarez *in thes. comm. opin. lit. F. n. 80.* Frid. Schenck *de Feud. lib. 32. n. 2.* ubi addit Alvarotti Limitatione (dum vasalli cum inimico Domini initam amicitiam, si Domino perniciosa, non etiam si innocua & evangelica sit, expiandum esse dicit) admissa, quamvis pietatis sæpius peccetur umbra tamen hoc in vasallo plures ditiones & provincias Feudales à diversis dominis recognoscente non obtinere, idque Flandriæ Comitis ex Everh. *Top.* petito exẽplo declarat.

Rationes dubitandi, ex allatis decidendi rationibus per se, enervata. Et pro hoc notabili faciunt rationes quæ supra dubitationis loco adductæ sunt, quæ etiam ex præcedentib° decidendi rationibus per se adeo manifeste corruunt, ut speciali refutatione non egeant.

Quibus ita constitutis decisio nostra primum ampliari posse videtur, ut non liceat etiam apud hostes eorum qui superiori domino confœderati sunt, pro- 45 tectionis præsidia quærere.

Ampliatio negativa decisionis. Ratio est quod adhærentes & confœderati censeantur ejusdem conditionis, intentionis, & † voluntatis 46 Anch. *c. ut circa de elect. in 6.* Imol. *clem. 1. n. 14. de relig. dom.* Ang. *l. qua relig. ff. de rei vendicat.* Gigas *prallegat. quæst. antepen. num. 2.* Wurmser. *pract. observ. lib. 2. tit. de act. decis. 10. circa fin.* † Et confœderati 47 censentur unum corpus Angel. *cons. 376. n. 2.* Gigas *d. tract. lib. 3. in tit. de rebellib. q. 21. n. 6.* Menoch. *cons. 99. num. 39.* Decian. *cons. 37. n. 45. libr. 2.* † Qui enim 48 alteri adhæret unus est cum eo spiritus *c. damnatus de summ. Trinit.* & *fid. Cathol.* Fel. *rubr. n. 20. ext. de treug.* & *pace.* Ludolph. Schrad. *de feud part. 9. c. 4. n. 9.* Cui consonat illud. Thucyd. *lib. 3. in Oratione Mityl.* † *Sint confœderati socii tam animis & voluntate,* 49 *quam apparatu & viribus pares.*

Ratio adducta ampliationis. Hinc etiam communibus Interpretum suffragiis receptum est, † quod subditus alicujus principis arma 50 sumens contra principem confœderatum, possit à suo principe tanquam rebellis puniri, cum contra proprium principem hoc casu arma sumere videatur, Bald. *l. 2. col. pen. v.* & *nota C. de serv.* & *aq.* Loffred. *cons. 5. n. 34.* † tum quia princeps confœderatus potest punire 51 hostes & rebelles sui confœderati Bart. *l. non dubito* per ill. *text. ff. de capti.* & *postlim. rev. extravag. qui sint rebelles verb. rebellanda.* Gigas *loco citato num. 3.* Zas. *cons. 1. n. 5. lib. 2.* Men. *cons. 99. n. 40.* † Tum quia offendens confœderatos Cæsaris æque effi itur reus cri- 52 minis læsæ majestatis, atq; si ipsum Cæsarem offendat. Bart. *d. ver. rebell. num. 7.* Bald. *l. 1. n. 34. ff. de rer. div.* Præp. *c. in primis §. de persona n. 22. n. q. 1.* Brun. *cons. 86. n. 8.* Gig. *de crim. læs. majest. lib. 1. q. 18.* & *q. 68. in fin.* & *lib. 3. tit. de reb. q. 21.* Men. *d. cons. 99. n. 37.* & 38. † Tum quia civis confœderatæ civitatis ita potest 53 repressalias obtinere in civitate confœderata, sicut in propria Bal. *auth. sed omnino col. 4. C. ne ux. pro mar.* Zas. *d. cons. 1. n. 5. lib. 2.* † Tum quia injuria, quæ fit 54 socio nostro nobis facta censetur *gl. l. item. apud Labeonem §. abduxisse ff. de Injur.* Amanel. *de clar. atqu. sing. 166.* † Et facit pro hoc quia socii sunt instar fra- 55 trum *l. verum in pr. pro soc.* † & injuria vel offensa uni- 56 us fratris est alterius *l. lex Cornelia in pr.* & *ibi* not. Bart. & Alber. *ff. de injur.* Bart. *l. cum scimus C. de agric.* & *cens. lib. 11.* Cyn. & Bald. *l. 1. in fin. C. de rapt. virg.* Corn. *cons. 172. n. 19. lib. 2.* Port. *cons. 114. n. 12.* † Tum denique quia tenens feudum ab Ecclesia si of- 57 fendat Imperatorem confœderatum cum Ecclesia feudo privari debet ab ipsa Ecclesia Bald. *l. 1. n. 42. quaro ff. de rer. divis.* Loffred. *cons. 5. n. 33.* & *34.* Gig. *d. tract. part. ult. qu. 17. n. 3.*

Porro supradicta nostra principalis decisio † hoc 58 tem-

Limitatio proposita decisionis.

temperamentum recipit, ut subditis qui aliunde nullam defensionis opem habere possunt, liceat etiam hostes Domini sui protectores eligere, quando il vel ob veræ religionis cultum vel alias similes causas, subditos injuste invadere, eisq; violentiam aliquam inferre conarentur.

Prima limitationis ratio.

Et primo quidem † hanc limitationem firmat communis & recepta DD. sententia, qua traditur, quod Principi tyrannidem exercenti resistere liceat Thom. de Aquin. 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *in concl.* Bartol. & Luc. de Penna *l. prohibitum C. de Iure fisci.* Io. Fab. *l. quoniam judices C. de appel.* Boer. *decis.* 304. *n.* 6. per text. *l. per hanc C. de Advoc. div. jud. l. un. in fin. C. de magistr. satr. ferin. l. omnes C. de decurion. lib.* 10. Afflict. *super constit. Neap. rub.* 8. *n.* 57. *cum seq. lib.* 1.

In his enim quæ magistratus gerit extra officium, est 60 instar privati, † & si quid per injuriam adversus aliquem agit, non ut magistratus, sed ut privatus id agit atque ideo injuriarum actione conveniri potest *l. injuriarum §. qua Iure juncta l. nec magistratibus ff. de injur.* Bero *c. conquerente n.* 6. *de restitut. spoliat.* Placa *in epit. delict. c.* 18. *n.* 9. Menoch. *conf.* 107. *num.* 21. Modest. Pist. 61 *conf.* 15. *n.* 16. *lib.* 2. † Et aliis competentibus actionibus subjacet *l.* 3. §. 1. *& seq. ff. de eo quod met. caus. l. quemadmodum §. magistratus ff. ad l. Aq.*

Hinc & contra judicem extrajudicialiter procedentem 62 spoliato datur actio ad interesse † Afflict. *super const. Neap. libr.* 1. *rubr.* 25. *n.* 36. Menoch. *in tr. de re-* 63 *cuper. possess. remed.* 8. *n.* 11. † Et eandem ob causam contra magistratum, qui extrajudicialiter procedendo possessionem alterius occupavit, ex constitutione *l. si quis in tantum C. unde vi.* agi posse tradit idem Meno. *de remp. poss. rem.* 9. *n.* 141.

Deinde non incommode hanc eandem limitatio- 64 nem munire potest, † quod defensio sit juris naturalis, & instinctu naturæ omnib⁹ animantibus ingenita *l. ut vim ff. de just. & jur. l.* 1. §. *vim vi ff. de vi & vi arm. l. itaq; ff. ad l. Aqu. l.* 1. §. *cum arietes ff. si quad. paup.* 65 *fecisse dicat. cum similib.* † Et omnia jura † defensionem 66 permittunt *l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aqu. c. si vero de sent. excom.* † Ex quo sequitur quod etiam adversus magistratum quantumvis superiorē aut supre- 67 mum vim inferentem defensio permissa sit: † cum princeps etiā naturali juri subjectus sit, & jure naturali eum uti oporteat Bald. *l.* 2. *n.* 40. *C. de ser. & aq.* Iacob. de S. Geor. *de feud. v. prin. n.* 4. Ias. *conf.* 1. *n.* 1. *lib.* 1. Ias. *l.* 1. *n.* 2. *ff. de pact.* Dec. *c.* 1. *lect.* 2. *n.* 12. *de const.* Idem *conf.* 48. *n.* 5. Menoch. *conf.* 27. *n.* 23.

Altera limitationis ratio.

Præterea cum magistratus supremus saltem à jure ci- 68 vili introductus videatur † *l.* 2. §. *post originem ff. de orig. Iur. l. un. in pr. ff. ad leg. Iul. de ambit.* Defensio autem ut modo dictum est sit juris naturalis, † certe jus naturale per civile † quo subjectio superiori facta est, non 69 extinguetur, §. *sed naturalia Inst. de Iur. nat. gent. & civ.* Ita Zoannett. *in l. ut vim. part.* 3. *n.* 9. *ff. de just. & Iur.* ubi subdit etiamsi jure naturæ introductū concedamus, non tamen propterea usq; adeo jus naturæ sublatum esse, ut quælibet per vim magistratui gerere liceat & adversus vim atq; injuriam omnis plane defensio subditis adempta sit, quod latius rationibus confirmat idem Zoannet. *loc. præalleg.*

III. Limitationis ratio.

Regulariter enim omnes personæ cujuscunque sint 70 status qualitatis vel conditionis, † eodem & æquali jure utuntur *l. jura non in singulas* & *ibi* Bald. *ff. de legib. l. regula §. & licet ff. de jur. & fact. ignor. l. in fraudem, §. fi. ff. de test. milit. l. de contractu & l. ratas ff. de resc. vend. Auth. de hered. & Falcid. in pr. c. novit.* & *ibi* Dd. *de re jud. lib.* 6. Tiraq. *de utr. retr. p.* 1. §. 1. *gloss.* 14. *n.* 96.

Et prædicta locum obtinent non tantum in princi- 71 pibus sæcularibus sed & Ecclesiasticis. † Nam & illis subditi resistere possunt, si aliquid contra canones suscipiant, aut subditos ad malum cogant. Felin. *cap. si quando, n.* 1. *extr. de rescript.* Bermond. Chover. *in tr. de publ. concub. in gl. super verb. statuimus. n.* 19. *in fin.* Hier. Gig. *in tr. de resid. Episc. c.* 16. *n.* 5.

Neque enim subditi prælatis ita debent subjici, † ut 72 cogantur eorum vitia venerari. *cap. admonendi* 2. *qu.* 7. Afflict. *c.* 1. *n.* 192. *ex quibus caus. feud. amit.* De moderamine tamen, quo hoc casu subditi in resistendo uti debeant videatur Panormit. *c. novit. n.* 38. *ex trade jud.* & Pet. de Monte *in Monarch. consil. tit. consilii praeminentia n.* 26. & est bon. text. *in c. nos incompetenter §. it. cum videā* 2. *q.* 7. Et de remediis adversus prælatos nimiū onerantes subditos agitur *in c. licet & c. fi. ext. de accus.*

Ultima allata limitationis ratio.

Deniq; pro hac sententia facit, † quod obedientia 73 principi debita non extendatur in infinitum, sed eaten⁹ præstanda sit quatenus ordo justitiæ requirit, Tho. de Aqu. 2. 2. *q.* 104. *art.* 6. *in fi.* Alv. *c.* 1. *in pr. n.* 17. *his fi. lex.* Præcipue vero obedientia in illicitis est inofficiosa & 74 jure reprobata *l. servum ff. de oblig. & action. l. fi. §. fi. & ibi gl. ff. de bon. damn. c. fin.* 15. *q.* 6. Gail. *de pace pub. l.* 2. *n.* 12. Atq; ideo in graviorib⁹ sive pietatem † atq; hone- 75 statem lædentib⁹ non est obediendum mandato principis, domini, parentis, magistrat⁹ vel alterius superioris, quem justa ratione timere possumus *l. liberorum §. excusantur ff. de his qui not. infa. l. liber homo l.* 2. *in pr.* & *ibi gl. ff. ad l. Aq. l. si servus* & *ib.* Io. Fab. *C. de sepulc. viol. cū simil. alleg.* per Tiraq. *in tr. de pœn. caus.* 34. *n.* 1.

Sicut nec in his quæ à jure fieri prohibentur judici obedire quis debet, † alias punitur *Auth. sed novo jure* 76 *C. de custod. reor.* Guid. Pap. *decis.* 340. *n.* 1. † Quamvis 77 ille qui in illicitis principi paret, minus puniatur *l. servos C. ad l. Iul. de vi publ.* vide allegata per Cagn. *rubr. n.* 9. *ff. si quis jus dic.*

Et hæc hactenus de hostibus superioris domini quatenus in protectores deligi possint, dicta sufficiant, nunc ad tertiam quæstionem quæ majoris momenti esse videtur, restat, ut accingamur.

Tertia hujus capitis quæstio. Utrū Turca vel alius à fide Christiana alienus à Christiano in Protectorem recipi & suscipi queat.

Quæritur igitur tertio loco de illis personis quæ à 78 fide Christiana alieni sunt, *An nimirum infidelis veluti Turca, aut alius à fide Christi alienus constitui possit à Christianis patronus atq; protector.*

Et non desse videntur, qui id jure fieri posse existimant, inprimis Oldrad. de ponte *conf.* 71. concludendo affirmat † posse Christianum sine peccato ad defensionem suam uti auxilio infidelium, cujus sententiæ patronos se laudant Io. And. *in addit. ad Specul. rub. de Iuda. col.* 3. *v. convertendo hunc casum.* Farinac. *oper. criminal. part.* 5. *de Homic. qu.* 125. *n.* 9. Mart. Laudens. *in tractat. de bello qu.* 3. Alber. *leg.* 1. *in fin. Cod. unde vi* 79 Panormit. *c. quod super n.* 11. Ioan. de Imol. *clem.* 1. *n.* 14. Ioan. de Anania *c. ad liberandum col.* 1. *in fin. vers. nota quod non est licitum* & *ibi* Fel. *n.* 5. *ext. de jud.* Corset. *in tract. de potest. reg. p.* 4. *princ. q.* 88. *n.* 37. Anchar. *c. præsidentes n.* 3. *de heret. l.* 6. *& in clem.* 1. *n.* 13. *de Iurejur.* Decia. *conf.* 20. *per tot. l.* 3. Præcitatos etiam sequuntur *Majol. dier. canic. Tom.* 3. *coll.* 2. *pag.* 913. Afflict. *in tit. de pacelur. firm. § conventiculas n.* 32. *& in const. post mundi machinam n.* 32. Philot. Achill. *in Somn. virid. de jurisd. Reg. & Sac. l.* 1. *c.* 112. *& seq.* quod est apud Gold. *Monarch. S. R. I. Tom.* 1. *p.* 99. Iac. de Graffis *in dec. casuum conscientia part.* 2. *lib.* 2. *c.* 20. *de bello n.* 39. quib. accedit doctissimus Becanus *in Anal. vet. & Novi Test. c.* 17. *q.* 6.

Ratio dubitandi pro affirmativa, prima ab Auctoritate.

Argumentum primum quo affirmantium opinio fulcire videtur.

Rationes quibus † præcitati Interpretes innituntur 80 hæ præcipue esse intelliguntur. Primo quod leges & jura permittant defensionem corporis & rerum suarum à quolibet fieri per text. *in l. ut vim ff. de just. & jur. l.* 1. *C. unde vi jus natur. dist.* 1. *c.* 3. §. *si vero ext. de sent. excom. cū simil.* Maxime sine necessitate urgēte, † quæ legib. subjecta non est *c. quod non est lic. de reg. jur.* quis aliter se tueri non potuit *l. sciant.* §. *qui cū aliter ff. ad l. Aq. & clem.* 1. *in fin. de homicid.* vel si juste timet quod aliter se tueri non

non possit *l. si quis fumo* §. 2. *ff. ad l. Aquil.* Et ignoscendum est ei qui qualitercunq; sanguinem suum redimere satagit *l.* 1. *ff. de bon. eor. qui mort. sibi consciver.*

84 Secundo eadem opinio defendi posse, † videtur ar-
85 gumento à majoritate rationis sumpto, † & sicut insidiis & dolo possumus hostes propulsare *c. utile* 22. *q.* 2. *c. dominus* 23. *q.* 2. *l. nec interest ff. de captiv. & postlim. reverf.* canes propter pacem in Ecclesia tolerare *cap. quidam* 22. *qu.* 4. † & pro defensione fructuum uti ar-
86 te magica *l. eorum C. de malefi. & mathem.* Ita multo magis ad tutelam propriæ personæ & bonorum ab infidelibus auxilium implorare licitum esse censetur.

Argumentum II. à majoritate rationis.

87 Tertio hæc sententia comprobari videtur ab oppositis seu contrariis, † quorum eadem debet esse disciplina *l. etsi econtra in fin. ff. de vulg. & pupill.* cum similib.
88 † Quemadmodum enim fideles in bello justo infideles juvare possunt, *c. Julian.* 11. *q.* 3. *c. quid culpatur* §. *ordo* 23. *q.* 1. Sic econtra infideles in bello justo posse juvare
89 fideles inconveniens esse non putatur, † per regulam quod idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito *l. fin.* §. *fi. ff. de leg.* 3.

Argumentum III. ab oppositis.

90 Quarto eidem opinioni fulcimentum † præbet argumentum ab effectu, quod efficax est; quia est probatio sensitiva, qua nulla est efficacior, Everhar. *top. legal. loco ab effect. n.* 1. Et quærere rationem † ubi habemus
91 sensum est infirmitas seu debilitas intellectus, ut post Aristotel. & Averroem dicit Bald. *in rubr. ff. de rer. divis.* & idem Bald. *in l.* 1. *C. qui accus. non poss.* & idem Bald. *in l. fi. C. de execu. rei jud.* Ang. *cons.* 275. *incip. Thema super quo cons. petitur, est circa fin.*

Argumentum IV. ab effectu.

92 Ad effectus qui ex dicta † pactione prodeunt secundum Oldradum, qui in cognata fœderum materia hoc inducit, sunt dissensiones & divisiones infidelium quibus seipsos mutuo conficiant, & consequenter eorundem desolatio regnorum, quam inducere Christianis expedit & licitum est, ut ii tanto magis in tranquillo vivant & ab eorum infestationibus securi sint.

Quinto huic argumento famulatur aliud, quod à vir-
93 tute finis † sumitur, † à quo (si Aristoteli quem citat
94 Bald. *cons.* 272. *n.* 1. *in fi. vol.* 1. credimus) justum est omnia denominari. Hinc dicit idem Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *v. juxta hoc quæritur ff. quod cujusq; univer. nom.* quod ex fine ad quem pacta fœderum inter Principes fiunt, cognoscantur an licita vel illicita sint, quia si ad legitimam defensionem fiant, legitima judicantur; si vero ad illicitam, censentur illicita *l. si à reo* §. 1. *in fin. ff. de fidejussor.* Cum igitur hujusmodi protectionis uniones cum Ethnicis ob necessariam tuitionem ineantur, licite fieri videntur.

Argumentum V. à virtute finis.

95 Sexto huic sententiæ assistentes eam corroborare nituntur exemplis ex eo, † quod David Rex pacem & confœderationem inivit cum Achi Rege Gath. infideli contra Saul. 1. *lib. Reg. c.* 27. & 29. Tum quia 4 *lib.*
96 *reg. c.* 16. Achas Rex Hierusalem, imploravit † auxili-
97 um Regis Assyriorum contra alias tribus. Tum quia † Apostolus Paulus *Actor. cap.* 23. à præside Ethnico & infideli petiit milites, quorum auxilio defenderetur à Iudæis mortem sibi minitantibus *c. sex differentia in fi.*
98 *& c. seq.* 23. *q.* 3. tum deniq; quia † Deus ipse in ulciscendis Iudæorum peccatis gentium ministerio usus est *c. remittuntur* §. *hinc notand.* 23. *q.* 5.

Argumentum VI. ab Exemplis.

Et Iustinianus Imperator aperte profitetur lætari se, quod pacem perpetuam cum Rege Persarum inierit. *l.* 2. *C. de off. prat. Africa in prin. legis.*

Ex quibus deducitur, quod & nos cum Ethnicis & infidelibus protectionis pacta licite facere possimus.

99 Ex his, aliisq; hujusmodi rationibus † possent forte censere aliqui, Christianis esse licitum ex infidelibus Patronum eligere, verum re penitius introspecta quisque sanæ mentis, ni fallor, longe aliter ad proposi-

Decisio quæstionis negativa.

tam quæstionem respondendum esse judicabit, nefas scil. esse Christiano infidelium protectioni sese submittere, ab iisq; ad sui suarumq; rerum defensionem auxilium petere.

Id enim primum ex Iure divino & sacris literis evidens est, † ubi ejusmodi protectionum fœdera cum 100 infidelibus ineunda multis in locis prohibentur. In ipso enim rerum humanarum † principio Deus hanc legem hominum generi sanxit, ut illi cum fece infernali quæ callidi serpentis sibilum libenter audit, & melleum venenum avidissime haurit, perpetuæ intercederent inimicitiæ. Inprimis id constat *Esdr. lib.* 3. *c.* 8. ubi habetur. *Erubui à Rege Babyloniorum auxilium petere, & Equites qui defenderent nos ab inimico in via, quia dixeramus Regi manus Dei nostri est super nos, & super omnes qui quærunt eum in virtute.* Esaiæ c. 20. *Confundentur ab Æthiopia spe sua, & ab Ægypto gloria sua,* & alibi passim Iudæorum cum Ægyptiis fœdus vituperant Prophetæ. Esaiæ *c.* 30. 31. 36. Oseæ 12. Obad. 1. Sic quoq; *Exod.* 23. *v.* 12. habetur. *Quod si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis connubia miscere, atque amicitias copulare, jam nunc scitote quod Dominus Deus vester, non eas delebit ante faciem vestram, sed in foveam & laqueum vobis erunt. Et dicto loco in fin.* Deus populo suo prohibet, ne cum infidelibus fœdus paciscatur, dicens, *non inibis cum eis fœdus, nec habitet in terra tua, ne forte faciat te peccare in me* & *cap.* 34. loquens de infidelibus repetit *Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias nec ineas pactum cum hominibus illarum regionum.* & *Levit. cap.* 20. *Nolite ambulare in legitimis nationum quas ego expulsurus sum ante vos:* † Et *Deuteron. c.* 7. *in princ.* ite- 102 rum prohibens dicit: *Non inibis cum eis fœdus, nec sociabis cum eis conjugia, filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum, ne sequatur me irasceturq; furor meus, & delebit te cito. Amos. c.* 5 *Me quærite & vivetis, nolite in Bersabe transire. Exod.* 32. *In viis gentium non incedite.* Et *Genes. cap.* 34. ubi filii Iacob Emor & Sichem incircumcisis quærentibus vicissim cum eis jungere connubia, responderunt, *non possumus facere, quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircumciso, quod illicitum & nefarium est apud nos, sed in hoc valebimus confœderari, si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur omnis masculini sexus, si autem circumcidi nolueritis, recedamus.*

Prima decidendi ratio pro sententia Negativa, ex jure divino Testamenti veteris. 101

Inde constat quod Dominus per Hanani Prophe- 103 tam acriter reprehenderit Regem Asa, quod Benhadad, regem Syriæ auro atque argento misso conduxerat contra Baasa Regem Israelitarum, *Paralip. cap.* 16. *lib.* 2. † Similiter etiam à Deo improbatur factum Re- 104 gis Amasiæ, quod is centum millia Israelitarum, qui multo ante à vera religione desciverant, adversus Idumæos conduxerat. 1. *Paral. c.* 25 *lib.* 12.

Secundo Prædictis inhibitionibus scripturæ veteris accedunt, quæ in nova similiter traduntur. † Sic legi- 105 tur apud Paulum *ad Corinth.* 1. *cap.* 5. *in fin. cap. sæpe & seq.* 28. *q.* 1. ubi Christianis prohibetur commercium & communio cum Iudæis & infidelibus, ita ut ab eis nec cibum sumere nec recipere medicinam liceat, imo nec benedictiones, nec orare cum eis fas sit *c. non oportet & sequent.* 1. *quæst.* 1. ergo multo minus licebit à Turcis inimicis Christianorum contra Christianos auxilium petere, quicquam consilii iis concedere, aut viis eorum incedere *Psalm.* 1.

II. Decidendi ratio ex novo Testamento.

Tertio si sacrosanctis Lateranensi & Generali conciliis de quibus *in c. ita quorundam & c. ad liberandum de Iuda. & Sarac.* & constitutionib. summorum Pontificum Clementis Tertii *in c. significavit, & c. quod olim*

III. Ratio decidendi ex jure Canonico.

eod. tit. de Iud. & Saracen. Ioan. 22. *in extravag. incip. copiosus.* Pauli tertii *in Bulla in cœna Domini.* Pii quar-
106 ti † sub pœna excommunicationis & anathematis ipso facto & jure incurrenda publicationisque bonorum, quæ occupanti conceduntur, interdicitur Christianis, ne aliquid ad Christianæ fidei hostes deferant vel mittant, opem, consilium, auxilium vel favorem præstent, aliquidve faciant, quo infideles adversus fideles adju-
107 ventur. † Profitemur enim in ipso sancti Baptismi lavacro nos pugiles & palæstritas strenuos futuros adversus eos, qui Christum vel ejus membra aut aperte petunt, aut insidiarum cuniculis occulte tentant. Tertull. *de cor. mil.* Ergo fœdifragi sumus, & perjuri
108 si aliter faciamus, † quæ omnia etiam ratione naturali & legibus civilibus comprobantur *l. 1. & 2. C. quæ res expor. non deb. l. pen. & fin. C. quæ res vend. non poss. & l. 2. C. de commerc. & mercat.* multo magis prohibitum censeri debet ipsos Turcas Christi fidei hostes in Christianorum regiones & perniciem advocare, & juvare,
109 † prohibitis enim rebus multo satius præstat personas veluti majores esse prohibitas, arg. notatorum in Bald. *in l. consentaneum col. 3. C. quomodo & quando Iudex* & Bart. *in extravag. qui sint rebelles. ver. rebellan. col. 2.*

110 Quarta prohibitionis ratio affertur † quod facile eveniat, ut cum in exercitibus pii & fideles cum ethnicis & infidelibus miscentur, veræ religioni antea deditі, idololatricis cultibus antea corrumpantur aut inficiantur, *Cum perverso enim perverteris. Psalm. 17.*
111 † Aconiti ea natura est, ut etiam contactu necet: Ita
112 † infidelium & Turcarum convictus protinus inficit aut si vel tantillum cum illis inceptes commercii Plin. *lib.*
113 *29. c. 2.* † *serpunt namq; vitia & in proximum quemq; transiliunt & contactu nocent,* ut inquit Seneca *de tranq. an. c. 7.* cujus periculi evitandi causa potius ab ejus-
114 modi auxilio abstinendum est, † præsertim cum hoc periculum concernens animæ salutem majus sit altero concernente res temporales, atque ob hanc causam conversationem atq; cohabitationem infidelium vitandam præcepit Deus *Exod. 23. in fin.*

IV. Ratio decidendi à malo eventu.

115 Ut taceamus quinto, † quod omnium temporum historiæ testentur, infelices fuisse successus eorum, qui vel ab infidelibus & Ethnicis auxilia petierunt, vel copias suas cum ipsis conjunxerunt, uti fuse ostendit Sieur de la Noue *en les discours politiques & Militaires discurs. 21.* Sed juvat hoc exemplis scripturæ primum manifestum facere, inter quæ initio occurrit, divinæ vindictæ apertum indicium in Asa Rege Iudæ cui Deus propter auxilia à Rege Syriæ petita, perpetua bella immisit. *Paral. cap. 16. libr. secundo.*

V. Ratio decidendi ob exemplis antiquis & novis.

116 Constat idipsum etiam ex libro † Iud. c. 10. quam nimirum Israelitæ grandem pœnam cum Deus illis non amicitia tantum, sed commercio gentium & Philistæorum interdixisset, illi tamen abjecto Dei præcepto nihilominus fœdus cum iis icissent, incurrerint. Facti enim sunt illis Philistæi fovea, in quam cadebant, laqueus, quo implicati tenebantur festuca & offensio, qua oculi illis corrumpebantur, tandemque Israelitæ terræ quam Deus illis impertivit optimam, usura privabantur, & quæ erant contra Deum superba fiebant demum vilia capita. *Placuit* (inquit Deus) *vobis habere inimicos meos pro amicis, ego faciam ut sitis illis servi & mancipia.*

117 Quantis porro periculis se exposuerit Iosaphat † adjuvando impium Regem Achab contra Syros, & quam graviter propterea per Prophetam Iehu objurgatus sit docent sacræ literæ *Impio* inquit Propheta *prabes auxilium & his qui oderunt Dominum amicitia ingeris. Et idcirco iram Dei merebaris lib. Reg. 3. cap. 23.*
118 *& Paralip. c. 18. & 19. lib. 2.* † Quam porro infelicia fuerint ejusdem Regis Iosaphat consilia cum Ahasia impio Rege Israelis de classe communibus sumptibus instruenda legitur *Paral. lib. 2. c. 20. in fin.*

Quod si ista ex veteri lege nimis alte repetita quispiam forte censeat, non desunt domestica & recentia exempla. † Sic enim sub pacis & unionis titulo majorem Ungariæ partem in servitutem Turcicam devenisse nemo nescit, multosque alios occasione quæsitæ protectionis Turcicæ è liberis servos factos fuisse diversis exemplis allatis speciatim *supra in capite primo hujus libri* ostendimus, verum quia exempla in primis movent, ideo non abs re facere videmur, si ad corroborandam decisionem nostram, alia insuper, quæ ex recollectione historica, memoriæ occurunt, in medium afferamus. Ut igitur recentiora præmittamus vidimus ætate nostra, quam funesta † Sebastiano Regi Portugaliæ atque fatalis plane fuerit illa expeditio, qua suas copias cum Mulejo Mahumeto Mauritaniæ Rege conjunxerat.

Exempla recentiora. 119 120

Franciscus Galliarum † Rex sic potens, ut cum potentissimo orbis dimicaret, de Orbe, & una veraque cura sic complexus universos suos, ut lis fuerit in Gallia debeatne illi plus Mars an Minerva: Nobilitas an Plebs: Miles aut mercator. Tantus heros videretur summæ felicitatis humanæ apicem contigisse nisi moriens exclamasset, † *se perisse, quod voluerit esse fœderatus ei, qui hostis est Christiani nominis.* Sleidan. *lib. 15.* Cardinali autem Guisio suggerenti consolationem ex sacra scriptura *omnem* objecit *sibi misericordiam clausam esse, qui ut amuli sui, vel gloriam infuscaret vel vindicaret, injuriam fœdus pepigit cum Turca & Christianorum capita tanquam armenta ad Mahometanam servitutem vivus, vidensq; passus fuerit abigi.* Ægerrime sane tulit Carolus V. Imperator illam confœderationem ideoque ipsum Regem non minus quam † Turcam pro communi Christianorum hoste habendum constituit *in Recess. Spir. Anno 1544.* §. vnd demnach. Daniel Otto *in dissert. de Iure publ. c. 11. ex* Schönborn *lib. 4. Polit. c. 36.* & qui hos alleg. Mart. Rumelin. *ad Auream Bullam part. 2. diss. 4.* testantur.

121 122 123

Sed idem Rex Franciscus præter bellum quod florentissimam Galliam exercuit aliis etiam modis ad pœnam tractus est: † Posteritatem illius videmus extinctam: Henricus filius in publico spectaculo, factus est orbis spectaculum, Nepotes dolor, bellum venenum cultellus in brevi absumpsit omnes, ut una eademque ætas Valesiam gentem viderit & summam, & propter fœdus Turcicum nullam.

124

Sic etiam Trapezuntini Principes, quod Paulum noluerunt audire monentem † *Nolite jugum ducere cum infidelibus* meruerunt infidelium subire jugum. † Palæologis tanta erat potentia, ut eorum nec famæ terminum, nec gaza inveniret modum, † quod pacti sunt amicitiam cum Turca, ac contra Dei vocem putarint posse esse participationem justitiæ cum iniquitate, societatem lucis cum tenebris ac conventionem Christi cum Belial, ab Europæ Principibus quos antea contempserant, incassum opem acclamantes, ita abierunt in pulverem, ut Oriens illorum Imperium in prædam cesserit Turcis & ipsis post se hoc tantum reliquerint famæ aut potius infamiæ, quod Constantinopolis, qua nihil habebat orbis post Romam majus quæ fuit Palæologorum, horum scelere perierit, & in Christiani nominis hostium manus devenerit.

125 126 127

Cum enim Ioan. Palæologus Imp. Orientis bellis conflictatus per plerosque Græciæ Principes Amurathis I. auxilium ac tutelam implorasset, ea ex re aditum illi ad ipsam Europam aperuit, simulque Græciæ toti cladem longe maximam importavit. Primum namque audacia principum repressa Turcæ in urbium Græciæ præsidio remansere, tandem Amurathes regio-

regionis amœnitate captus oculos ad Europam, adjecit, in eamque cum sexaginta hominum millibus penetrans Philippopolim dein Adrianopolim, aliasque urbes loci ingenio munitissimas, inter quos primas tenuit Constantinopolis, occupavit Geor. Draudius in *Scheda regia Agapeti Diac. aphoris. 13. fol. 578.*

Atque hinc etiam de Solimanni auxilio quod Hieronymo Lascho consulente, Ioan. Sepusius Pannoniæ Regno per Ferdinandum Austriacum Bohemiæ Regem pulsus imploravit, Pauli Jovii *hist. Tom. 2. lib. 21.* tale est judicium. *Hoc erat consilium*, inquit, *ut usu apparuit, Ioanni maxime salutare atq; beneficium, si expulsi atq; exulantis conditionem respiceres, sed in causa Christiana non obscure nefarium, postquam privati commodi nomine Respubl. in maximum atq; horribile discrimen adduceretur. Verum ægra mortalium mens cum de salute sollicita, parum spiret nulla unquam vel ancipitia, ideoq; sæpe nocitura repudiat.* Quod hic ipse etiam cliens tandem servilem in modum à Turcis oppressus reipsa expertus est, teste Bodin. 5. *de repub. 26. n. 51.*

Ita etiam ob fœdus cum infidelibus pactum Hugoni Italiæ Regi cuncta infelicissime successisse, tandemque à suis rejectum, Baron. *sub Anno* 944. Berengarium autem Imper. eandem ob causam à suis occisum fuisse idem *sub Anno* 914. refert. Et cum Anno 898. Carolus Galliæ Rex, cognomento simplex, cum Nortmannis Ethnicis inire fœdus eorumque auxilio bellum gerere, in consilio haberet, Fulco Archiepisc. Rhemensis, sacerdotali constantia ei restitit gravissima Epistola scripta, quam recitat Frodoardus *lib. 4. c. 5.* ubi inter alia scribit: *Quis non expavescat vos inimicorum Dei amicitiam velle, ac in cladem & ruinam Christiani nominis pagana arma, & fœdera suscipere detestanda. Nihil enim distat, utrum quis se paganis societ, an abnegato Deo idola colat.* Et sane Carolum quamdiu Fulconis consilia secutus est, Deum habuisse adjutorem, econtra post aliquot annos infidelium opera utentem, una cum libertate Regnum perdidisse testatur idem Baron. sub ann. 923.

128 Sic & olim Turca & adhuc hodie sub pacis ac defensionis nomine in speciem quidem pulchro, sed ad exitium insidioso quasi vestigio quodam in alias atque alias quotidie Christianorum partes, & regiones irrepit, & quas non potest armis & belli vi sub jugum mittere, eas hac arte aliam supra aliam occupat.

Sic Thessalonica, Chio, Scodra, Dirrha sunt præda non Turcicæ virtutis, sed fœderis, Naupactus, Cyprus, Valachiæ, sunt spolia Turcici non belli, 129 sed perfidiæ. † Sic hostis hic Christi immanissimus ex hac perfida malitia plus quam militiæ disciplina effloruit tandem ad hanc potentiam quam Asia & Africa atque etiam Europæ bona pars vix terminavit. Plura exempla suppeditat Albert. Krantz. *Wand. lib. 2. cap. 26. & lib. 8. c. 10.*

130 *VI. Ratio decidendi.* Sexto confirmatur præcedens decisio ex eo etiam † quod hæc protectionis pactio ipsa profiteatur quandam unionem amoris & voluntatis in eos, cum quibus colitur, & odii vel certe non amoris manifestum sit indicium in eos qui unione hac non comprehenduntur.

131 † At vero nostra unione excludere Christi regnicolas & amicitiam copulare cum Ethnicis, qui ipsius Christi & membrorum ejus jurati sunt hostes, odisse Christi gregem, & colere filios Belial, summæ impietatis scelus esse nemo sanus dubitat.

132 *Ratio decidendi VII.* Hic accedit septimo quod omnes qui † infidelium fraude devincti & occæcati sunt eo omnem moveant lapidem, nihilque velint aliud quam ut Christi Christianumque nomen penitus & à stirpe intereat: Verum cum hac peste lueque hominum qui in societatem unionis veniunt, ejusdem voluntatis societate videntur teneri,† cum confœderati ut supradictum est censeantur unum corpus, ejusdemq; intentionis, & voluntatis. Ang. *l. qua religiosis ff. de rei vend.* Men. *cons. 99. n. 39.* Wurmf. *pract. obs. lib. 2. tit. de act. decis. 10. circa fin.* Cuno *de pact. lib. 1. c. 24. n. 164.* At quid hoc crimine à Christiano concipi vel admitti potest vel labe tetrius, vel in Deum contumeliosius. 133

134 *Ratio decidendi Octava.* Octavo huc confert, † quod qui Deo infidelis est, homini fidelis esse non possit. *c. non potest 2. q. 7.* Ant. Sola *ad const. Sab. procem. gloss. 2. n. 10.* sed Turcæ † & Ethnici Deo sunt infideles, imo Dei hostes capitales, quorum professio est se cogitare, facere, vivere & regnare hoc solum nomine, ut quicquid est Christi Christianique nominis ex orbe stirpitus evellant.

135 Fideles ergo homini multo minus esse possunt: Quia semper verendum est ne tempore necessitatis eos turpiter deserant. Girolam. Frach. *in pr. lib. 1. c. 20.* Hoc quippe istorum Barbarorum proprium est incendere, vastare, perdere, veneficiis dolo pugnare. Quin semper illi, non attento defensionis fœdere contracto suæ utilitati ac propriæ potius saluti inserviunt quam alienæ, ac premente hostium metu, aut victoriæ laudem, prædamq; sibi tribuunt, aut fugæ latebras quærunt, ut similiter indicat And. Gerhard. *apud Arum, discurs. Acad. 31. q. 5.*

136 Nono hujusmodi cum infidelibus † facta societas nominatim interdicta legitur in Concilio Viennensi de quo *in clem. 1. §. porro de jurejur.* ubi Imperatori confœderatio cum Paganis & Saracenis prohibetur, cujus constitutionis dispositio ad omnes Christianos Principes teste Card. *in d. §. porro in 11. nota.* extenditur. His adstipulatur text. *in leg. quisquis C. ad leg. Iul. majest.* ubi militibus † & privatis personis interdicitur ne cum barbaris factionem ineant.

Et dicit Bald. *in l. liberi C. de inoffic. testam.* quem refert & sequitur Anchor. *consil. 138. col. 2.* Martin. Laudens. *in tractat. confœderat. Princip. versicul. 26.* confœderatos ejusdem intentionis & voluntatis esse, & amicum inimici præsumi inimicum *gloss. in cap. si inimicus in verb. nolite 93. distinct.* Bartol. *in l. sciendum in §. si accusatio ff. de legation.* Nam qui inimico † Christi communicat, is Christi inimicus præsumitur. *Card. in clem. 1. d. §. porro.* Cujus dictum comprobatur ex eo quod scribitur *Exod. c. 23. Inimicus ero inimicis tuis.* Idem enim esse censetur qui se jungit Christianæ religionis inimico *c. quisquis 23. q. 4.* Accedit quod scribitur *Matth. c. 12. Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, dispergit.*

137 *Ratio decidendi IX.* Decimo, ad prædictam conclusionem firmandam, & hæc ratio locum habere potest, † quod infideles ejusmodi confœderatorum stipendiis assuescentes, & Christianorum provincias indagantes, facile postea invadendi & prodendi occasionem nanciscantur, memorabili quod superiori tempore contigit exeplo Corradini, piratarum superiori ætate maximi, qui ab Algeriensibus contra Hispanos accersitus, parta victoria, Regem eorum Selymum cum domesticis occidit. Item Saladini Tartari, qui accitus ab Ægypti Principe, ut Christianos de Syria dejiceret, pulsis Christianis imperium Ægypti occupavit. Bodin. *lib. 5. c. 5. de Rep.* Non aliter Heruli, Gothi, Longobardi, Italiam, Franci Galliam, Anglo Saxones Britanniam, Scoti, fusis Pictis ac Britannis, eam regionem, quæ nunc Scotia dicitur, occuparunt Gerhard. *in disc. Arum. 31. conclus. 5.*

138 *Ratio decidendi X.* Quibus omnibus undecimo & illa maximi momenti consideratio accedit, quod nemo inficias ire possint, pactiones † clientelarum cum Infidelibus summe periculosas esse, tum quod facile occasionem mutandæ Religionis præbere possit, tum quod raro apud

apud infideles, fides inveniatur, ajente D. Belold. *libr. 2. Polit. c. 6. n. 13.* Et qua tandem ratione per Advocatiæ unionem factam firmiter cohærere, & conjungi possunt, quibus & studia, & vota diversa sunt, *Canon. in nov. 16. q. 1.*

Et quis protectioni illorum se committeret, cum quibus ne æquum quidem regulariter pacisci tuto potest fœdus, Tales autem revera sunt infideles, quorum ratione subjectionis, qua vel de jure, & facto simul, vel de jure tantum, vel neq; de jure neq; de facto Principib. Christianis addicti sunt triplicem Dom. Sot. *de just. & jur. lib. 5. q. 3. art. 5.* facit ordinem.

Ratio decidendi ultima ab authoritate. Denique præter hæc rationum adminicula negativam partem communibus suffragiis secuti sunt Octavianus Cacher. *in sua disput. An Christiano Principi fas sit pro sui tutela fœdus inire cum infidelibus.* Ubi Oldradi contrariam sententiam tuentis argumenta solide & late refellit, easque sicut stipulam à facie venti, rectæ rationis æquilibrio evanescere, & ipsam Oldradi decisionem impiã pronuntiat Frid. Schenck. *in comm. ad usus feu. lib. 3. Tit. 6. c. 1. col. 7. tit. hic finitur lex v. postremo licet.* Petrinus Bellus *in tract. de re milit. part. 2. tit. 17.* Io. Lup. *in tract. de confœd. Prin. in pr. n. 4. & 7.* Fabius de Anna *cons. 7. n. 13. §. Ego tamen* Geor. Schönborn *polit. lib. 4. c. 36.* Alb. Gent. *de jure bell. lib. 3. c. 19.* Henr. Boc. *disp. 53. parer. 1. class. 4.* ubi dicit Christiano principi contra adversarium bella sibi inferentem, infidelium auxiliares copias invocare, non esse consultum, referendo se ad exempla cujus sententiam nove insecutus est D. Hepingk *dissert. de jure protect. Thes. 30.* Mons. de la Nouve *disc. 30.* & idipsum nuncupatim decidit Boc. *l. 1. de bello c. 7. §. subditi* & Cuno *de pall. lib. 1. c. 22. n. 74.* Cardin. Tusch. *concl. iur. Tom. 2. lit. D. conclus. 133. & Tom. 4. libr. 1. conclus. 123.* ubi Cacherani sententiam tenendam esse monet.

Eandem insuper negativam decisionem per elegantes rationes tuetur And. Gerhard. Scabi. Coburg. & consiliarius Saxonicus *in discurs. Acad. Arumaei 31. conclus. 5.* ubi dicit non esse approbandas considerationes, quibus Christiani Principes, infideles necessitatis causa, pro defensione *suorum Principatuum* in auxilium sibi asciscunt.

Non raro enim externæ gentes maxime à fide Christiana alieni, in bellorum societates præsertim intestinorum ascitæ, pulsis postea provincias illas incolentibus ipsæ occuparunt. Sic enim olim † Britanni Theodosii Iunioris ætate, cum auxiliares à Romanis copias nequicquam contra Scotos & Pictos implorassent, subsidiarios è Germania, vicino Saxones Anglos, Iutas & Frisones acciverunt, qui postea dulcedine soli, & summi Imperii cupidine ducti icto cum Pictis fœdere funestum in novitios hospites, sub quibus stipendium meriti erant bellum moverunt, avorumque sedibus Britannos exuerunt Io. Selden *in Ian. Anglor. lib. 1.* (139)

Ex his igitur multis ac ponderosis fundamentis, gravibusq; auctoritatibus, satis firmatam esse prædictam hanc decisionem negativam apparere existimo, videlicet non licere Christianis, constituere infideles pro suis protectoribus, vel ad bonorum suorum defensionem extra casus subsequentes, eorundem auxilia implorare.

140 *Ampliatio decisionis I. Vtrum Haeretici orthodoxorũ protectionem recipere possint.* Ampliatur autem primum decisio nostra, *ut nec Hæretici protectionem † Orthodoxorum suscipere possint.* Primo quod Hæretici omnib⁹ dignitatibus, honorib⁹ ecclesiasticis beneficiis & publicis functionibus indigni censeantur *c. 12. versic. privandi præterea de Hæreticis in 6.* Azor. *instit. moral. Tom. 1. lib. 8. c. 13. §. Tertio quæritur* & bona eorum confiscantur *c. 10. de Hæreticis. in 6.*

Deinde quod Hæretici † Iurispatronatus incapaces sint, & si quod ante hæresin habuerunt antiquo canonum jure amittant illudq; ad fiscum devolvant *gloss. in c. filiis 16. q. 7.* Panorm. *in c. 18. & 25. de jure Patro.* Azor. *d. loc. tom. 2. lib. 6. c. 20. quæst. 14. & tom. 1. lib. 8. c. 12. q. 9.* ubi tamen post Lambert. usu introductum esse testatur, ne ad Fiscum † Ius patronatus, quod hæreticus habuit, transeat, sed Ecclesia libertatem acquirat, non aliter atque cæteri, qui aliquo juris vinculo hæreticis obstricti erant, liberantur. Plures hujus ampliationis causas colligere licet, ex traditis *in c. subsequenti VIII. in quæst. An hæretici à protectionis subsidio excludendi sint, n. 220. & seq.* *Decisio Negativa. Ratio decidendi I. Ratio II.*

Secundo ampliatur eadem decisio, ut multo minus Iudæis † protectio Christianorum committi possit. (141) *Ampliatio II. Vtrum Iudæis protectio Christianorum committi possit.*

Quamvis enim illi in actibus humanis, cum Christianis participent, & de eodem corpore civitatis sint *argum. Novell. 80. in præfat. ibi, Turbis* diversorum hominum. Natta *consil. 434. num. 4. Tom. 2.* Alexand. *consil. 75. num. 9. libr. 5.* & pro civibus Romanis habeantur Mynsing. *5. obs. 6.* Atque hinc aliorum Iudæorum Tutores Barb. *cons. 15.* & Iudices fieri possint Bursat. *cons. 152. per tot. vol. 2.* Pancirol. *consil. 201. n. 16. 22. & 26.* Vantius *de nullit. Tit. de nullit. ex defect. Iurisd. deleg. num. 49. & seq.* imo ex Innoc. Anchar. & Calder. à Tusch. *pract. conclus. iur. Tom. 4. lit. I. conclus. 371. n. 1.* relatorum sententia, bonorum etiam jurisdictionalium capaces esse putentur, contra *l. fin. & Tot. Tit. C. de Iuda. & calicol.* generaliter tamen inter Christianos publicis non præficiendi officiis, quale est munus protegendi, *c. 13. Concil.* Matiscon. *1. c. 14. v. Nulla concil.* Tolet. *III. ex quo desumptus Canon. 14. distin. 54. cap. 64.* Concil. Tolet. *IV. cap. 69. Concil.* Rom. *Decisio Negativa Ratio I.*

Hinc Albert. Krantzii *Wand. lib. 1. c. 23.* Stilconem Wandalum, quod is Saulum Hebræum Christianæ genti infestum, exercitui præfecisset, excusantis, improbata auctoritas: ideoque nec admittendum illud quod objecit; In deligendis Ducibus non religionem, sed rei militaris spectari solere peritiam, per ea quæ eleganter eam in rem scripsit Obrecht. *disp. de Bell. pr. & ejus constit. Thesi 621. & seq.*

Præterea arguendo à jure Patronatus ad jus protectionis (quod argumentum validum esse alibi diximus) nequaquam concedendum est, Protectores aliorum esse posse hos, qui ne quidem ex † fundatione dotatione aut constructione ædis sacræ Patronatus jura (quales inter reliquos Iudæi sunt) acquirere possunt *argum. cap. præ mentis ibi* qui omni Christiano debetur *cap. frigentius in fin. & c. quicunq. verbo fidelium & ibi gloss. 16. q. 7.* Abbas *in c. nobis n. 3. de jure patron.* Azor. *Inst. Mor. Tom. 2. lib. 6. cap. 21. q. 7.* *Ratio decidendi II.* (142)

Limitandam tamen prædictam nostram † generalem de Turca & infidelibus datam decisionem esse arbitramur, ut procedat in pangenda protectionis unione auxilii potissimum causa facta. Secus autem in fœdere de limitibus commerciis † ex vel importandis Zepp. *in Explanat. l. Mosaic. lib. 4. c. 6.* Idem in fœdere pacis (hæc enim & fœderis appellatione venit Petr. Fab. *1. semest. 7.*) de non offendendo inito *arg. c. 12. vers. 18. Epist. ad Rom. & l. 21. C. de off. præf. Afr.* Henricus Leuchter *in histor. Relat.* von Bündtnussen/ *Rubr.* von Bündtnussen/ welche GOtt gefallen, *p. 31.* si nempe Christianus princeps insuperabilem, sibique haud sustinendam infidelis potentiam sentiat, post Lup. Georg. Everhard. *cons. 56. n. 119. vol. 1.* (143) *Limitatio I. præmissæ decisionis negativæ.*

Secundo declarari † ac limitari posse videtur supra dicta generalis decisio negativa, ut protectionis conventio fieri possit cum ejusmodi infidelibus de quorum virtute fide & constantia in promissis certo con- (144) *Limitatio II. præmissæ negativæ decisionis.*

constat. Si enim perspecta sit fides infidelium, hoc est dictorum conventorumque constantia, & veritas ipsorum manifesta sit, & de ea minime dubitetur, fœdus cum iis Christianos, ut in communi periculo, sibi invicem opem ferant licite inire posse quidam arbitrantur Bocer. *de bell. & duell. libro* 1. *n.* 16. idque roboratur exemplo Abrahami & Machabæorum aliorumque.

Abrahamus enim cum Amorrhæo fœdus pepigit, ut militarem operam mutuo sibi præstarent *Genesi capite* 14. Macchabæi † quoque cum satis cognitam perspectamque haberent fidem & constantiam Romanorum, qui Pagani erant, hoc est cultores simulachrorum & Dæmonum, cum iis pactum inierunt, ut se mutuo juvarent *libro* 1. *Macchabæor. cap.* 8.

Constat item hoc ipsum exemplo † Davidis, qui se ad Tyri Regis Hiram amicitiam contulit. 2. *Regum capite* 5. Legitur etiam 3. *Regum capite* 5. quod Salomon cum inunctus esset Rex Israel cum eodem Hiram licet infidelium gentium Rege amicitiam contraxerit, & fœdus de pace servanda ac mutua ope præstanda percusserit, qui etiam ad ædificandum templum ei ligna Cedrina & abiegina è regione sua subministravit. *d. c.* 5.

Ad horum igitur exemplum eorum infidelium auxilio, quorum veritas constantia, & virtus perspecta est, Christiani Principes sine peccato ad sui defensionem uti posse videntur. † Quod enim quis ob tutelam corporis sui facit Iure facere videtur *l. ut vim ff. de just. & Iur. l.* 1. *Cod. unde vi. c. jus natura dist.* 1. *cap.* 3. *§. si vero de sent. excommun.* Maxime si aliter quis se tueri non potuit *l. scientiam §. qui cum aliter Digest. ad l. Aquil.* Et ignoscendum est ei, qui qualitercunque sanguinem suum redemptum cupit. *l.* 1. *Digest. de bonis eorum qui ante senten. mort. sibi consciver.*

145

146 *Objectionis refutatio.* Nec obstat quod † Christianis consortium & communio cum infidelibus ulla esse non debeat *cap. sæpe* 28. *quæst.* 1. Hoc enim intelligendum est partim de consortio spirituali, non politico & civili, ut arguit perspicue *cap. ecce* 23. *quæst.* 4. & *c. quæst.* 4. & *c. non liceat.* 1. *quæst.* 4. partim de non necessaria communione & conversatione, & minime de consortio necessario, quale est, quod belli necessitas extorquet. d. argumento exempli Machabæorum cum infidelibus Romanis fœdus constituentium 1. *Machab. cap.* 8.

147 *Improbatio adducta limitationis.* Verum ego propositam † istam limitationem quamvis in confœderationis pacto non omnino rejiciendam existimem, in protectionis tamen ac defensionis unione non satis tutam esse censeo.

148 Ut enim alia hic omittam, † quis nescit, falsam illam de fide & constantia Infidelium conceptam opinionem, seduxisse Imperatores Orientis præsertim Ioannem Cantacuzenum ut pro regnorum suorum defensione Turcicum subsidium contra hostes postulaverit, in eoque Turcicæ fidem perfidiæ eximiam victoriæ spem posuerit? Sed mus in pera, serpens in gremio, quam commode versantur! Occasione hac arrepta Turcæ primum Europa potiti cum amænitate atque ubertate Thraciæ delectarentur, postea ipsos Imperatores Orientis imperio ejecerunt, atque adeo auxilium illud infidelium à Christianis in bello gerendo imploratum, non ipsis modo, sed toti Europæ fuit exitiale. Qua de re adeundi sunt Turcicarum rerum scriptores, in vita Orchanis & Amurathis primi Peucer. *Chron. libro quinto, in histor. Ioan. Palæol. & Amurathis primi.* & post alios annotavit hoc Cuspin. *in libello de Turcar. orig. & regibus in vita Orchan. & Amurath.* Et facit ejus rei mentionem Ioachimus Curæ. *in annalibus Siles. sub gestis Anni* 1395. Bodin. *de Republic. libro* 5. *capite* 5. *chart. antepenult.*

Et vidimus etiam ætate nostra ab Advocatis nonnullis, quorum fides & constantia magna putabatur, sub specioso defensionis titulo ordinario magistratui omnem superioritatem ac Iurisdictionem in subditos paucis annis interversam esse, nec non clientibus ipsis Ius hoc protectionis initium subjectionis ac servitutis extitisse Petr. Frider. Mindan. *de process. Cameral. libro* 2. *capite* 14. *numero.* 5.

Non obstant autem negativæ nostræ sententiæ ea, quæ initio ex variis multorum sententiis tanquam contraria afferebantur.

Refutatio argumentorum pro affirmativa inductorum. Quod enim primum † ad leges & Iura de defensione quærenda loquentia attinet, respondetur ea non simpliciter sed de defensionibus licito modo factis ac quæsitis, intelligenda esse, ut concludunt communiter Doctores *in d. l. ut vim. & in d. l.* 1. *Codic. unde vi.* quæ tutela sive † defensio tunc inculpata secundum leges humanas intelligitur, quando illud fit, sine quo violentia repelli non potest gloss. Abb. & communiter Dd. *in cap. significasti extr. de homicid.* Ioann. Lupp. *de bello. §. habem. numero* 3. non autem de eo, cui lex divina aut saltem Canonica resistit. Felin. post Bald. *in cap. in omni numero* 3. *de testibus cap. noli existimare* & *cap. quod culpatur vers. non esse contra DEI præceptum* 23. *quæst.* 1. Sed † hæc defensio non fit legitimo modo, cum fiat lege divina & Canonica prohibente, ut supra probatum est, ergo non obstat prædicta regula.

149 *Responsio ad argumentum Primum pro parte affirmativa allatum.*

150

Quod deinde secundo loco agitatum est, † dolo scilicet & insidiis hostes propulsari posse, & per consequens etiam infideles in auxilium esse admittendos, valde debile atque infirmum est. Constat enim doli duas esse species, boni scilicet, & mali, *l.* 1. *§.* 2. *Digest. de dolo malo* ubi Labeo Iureconsultus † definit dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumveniendum, fallendum, decipiendumve alterum adhibitam, & *ibi gl. in verb. adhibitam* exponit, scilicet contra Ius & bonos mores.

151 *Responsio ad II. argumentum.*

152

Bonum vero dolum dicit idem † Labeo *in. d. l.* 1. *§. tert.* accepisse veteres pro solertia, maxime si adversus hostem latronemve quis machinetur.

153

Hinc illud quod de dolo & insidiis *in d. cap. militem & d. cap. dominus* dicitur, recte de dolo bono hoc est solertia quæ à Iure non improbatur, intelligendum est.

Potest enim dolo † & insidiis locus dum ne quid fiat scelerati quod vel lædatur majestas Dei, vel conscientiæ parum probe consulatur, Schonborn. *politic. lib.* 4. *c.* 36.

154

Et tali dolo atque insidiis † Dominus ipse uti minime prohibet *Iosua* 8. *numero secund. Samuel. libro* 1. *capit.* 5. *versicul.* 23. *Iudith.* 10. Danæus *in Polit. Christian. libro septim. capite* 6. Alber. Gentil. *de Iure bell. libro secund. capit.* 3. In bello enim aperte & ex insidiis pugnamus bona conscientia. Recte enim Augustin. *in quæst.* 8. *supra Iosue* dixit: *Cum iustum bellum est, nihil interest ad justitiam, utrum aperte pugna, an insidiis quis vincat & ubi non sufficit pellis leonina ibi vulpina est assumenda.* Botero referente. *libro nono, de stratagemat.* Et indistincte insi-

155

dolis uti licere in bello, dummodo non rumpatur fides *Deut. 16.* ubi dicitur quod justum est juste exequere. D. Thom. *secunda secunda quæst.* 40. Refert Ioan. de Lign. *de bello cap.* 65. Et Antigonus interrogantibus quomodo oporteat hostes aggredi respondit aut dolo, aut vi aperta, aut per insidias. Et hoc est quod Romani dicebant dolo bono agere. Watem. de Erenberg. *meditam. pro fœder. libro* 2. *capit.* 2. *numero* 60.

Sed si quis ad dolum malum detorqueri velit, ejusmodi est frangere fidem, quæ etiam hosti † servanda est *d. cap. noli existimare* §. *fides.* tum argumentum non est congruum † cum ejusmodi dolus Iure penitus sit interdictus Dec. & Cagnol. *in l. ea est natura in fin. ff. de reg. Iur.* Iason. *in l. si rem tibi numero* 3. *ff. de præscriptis verbis.* † Unde ab uno ad aliud tanquam diversis mala fit illatio. *vulgata l. fin. Digest. de calumniator. l. Papinianus exuli* 20. *de minorib. l. Iulianus* 60. *ff. de cond. indeb. l. inter stipulantem* 83. §. *sacram. ff. de verb. oblig. cap.* 2. *extra de translat.* Nicol. Everhard. *in sua Topic. in loco à separatis.*

156 157 158

159 Idem respondetur ad id quod † adseritur canes tolerari propter pacem in Ecclesia. Intelligitur enim si subjecti fidelibus quiete vivant nihilque contra Christianos moliantur & attentent, tunc enim molestia non afficiendi sed tolerandi sunt, itaque Iudæis & Paganis in Christianorum ditione degentibus statuunt Impp. Honor. & Theodos. *in l. Christianis 6. Codic. de paganis. Christianis* ajunt *qui vere sunt, vel esse dicuntur, specialiter demandamus ut Iudæis ac Paganis quiete degentibus nihilque tentantibus turbulentum legibusque contrarium non audeant manus inferre religionis authoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea sola quæ abstulerint, sed convicti in duplum quæ rapuerint, restituere compellentur. Rectores etiam provinciarum & officiales cognoscant, se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint, ut eos, qui fecerint puniendos.* Estque similis text. *in cap. dispar.* 23. *quæst.* 8. *& si Iudæos. de Iudæis & Saracen.* & sequitur post Hostien. *in c. quod super n.* 10. *in fin. de voto* Bart. *in l. hostes col.* 2. *de captiv. & postlim. reverf.*

Neque tamen ex his textibus convincitur eorum tutelæ Christianos se submittere debere; Aliud enim est tolerare infideles, aliud eos pro defensoribus suscipere, ex illo namque pax nemini nocens, sed omnibus proficua oritur, ex hoc † quia Christianis cum Christi persecutoribus consensus armorum esse non potest, bellum & dissensio Christianis admodum noxia emergit, uti exemplis supra adductis demonstratum est.

160

161 Nec repugnat † *l. eorum Cod. de malefic. & mathemat.* admittens artem magicam pro defensione fructuum, quia ejusmodi incantationes pro fructibus defendendis tunc à Iure civili admittuntur, cum nemini nocere possunt, secus vero si ab iis alicujus salus vel existimatio lædatur, † quia eo casu artem magicam exercentes etiam à Iure civili puniuntur *d. l. eorum* & propterea *ibi* notat Angel. id quod *in d. l.* dicitur de incantationibus pro fructibus præservandis, debere intelligi, si fiant virtute divina, secus si per incantationem dæmonum vel alio modo, † quia tunc omni Iure sunt improbatæ ut habetur *in tit. de sortileg. & 26. quæst.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. *Paralip. libro* 1. *capite* 1. *& libro* 2. *capite* 23. *Isai. cap.* 2. *& lib. Regum* 4. *cap.* 1. legimus † mortuum Ochoziam Regem Israel eo quod pro infirmitate sua consuluerit Beelzebub, Deum Acharon. *& Reg.* 4. *capite* 17. Irascitur Deus contra Israelitas, eo quod divinationibus & auguriis inservierint, ut irritarent Dominum.

162 163 164

165 Nec adversatur etiam † quod tertio loco ab oppositis allatum est, ut sicut in bello justo fideles juvant infideles *cap. Iulianus* 11. *quæst.* 3. *& cap. quod culpatur.* §. *ordo* 13. *quæst.* 1. ita vicissim infideles auxilium præstare possint infidelibus arg. *l. fin. Digest. de leg.* 3. † Ad id namque respondetur hæc Iura intelligi de Christiano qui Principi infideli subditus est; is enim ratione superioritatis ac Iurisdictionis in rebus honestis ac licitis & quæ non pugnant cum mandatis divinis Principi quantumcunque infideli aut Ethnico, omnino parere, eumque etiam in prælio sequi tenetur, juxta dictum Christi *reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris Matth.* 22. & doctrinam Divi Pauli *ad Romanos cap.* 13. & *Petri* 1. *Epist. c.* 2. *v.* 13. † ubi docet obediendum esse dominis, non modo bonis sed etiam malis. Pulchre ex D. Ambrosio Decretorum compilator Gratianus *in d. c. Iulianus* 11. *quæst.* 3. *Iulianus* ait *Imperator, quamvis esset Apostata habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat producite aciem pro defensione Reipublicæ, obediebant ei: si autem adversus Christianos confratres suos insurgere jussi essent non parebant, sed cognoscebant Imperatorē † cœli cui magis obtemperandum est quam hominibus.* † *Major quippe & sanctior esse debet divina, quam temporaria majestatis reverentia.* Act. Apostol. *capite* 4. *&* 5. Bocer. *de bell. & duell. libro.* 1. *capite* 8. *post numer.* 17. Schonborn. *d. cap.* 36.

Responsio ad III. Argumentū. 166 167 168 169

170 Quod quarto loco ab † effectu inductum est scilicet dissensionum semina hoc pacto spargi inter infideles, quibus sibi mutuo exitium pariant, itidem non firmo talo incedit, præterquam enim quod fieri possit, ut nunquam de dissensionibus inter eos, quibus cum protectionis unio pacta est, cogitatum fuerit, atque ita tantum per accidens illud contingat, constat jam ex antedictis quod ex initis ejusmodi pactis sæpissime mala longe majora eaque innumera in Christianorum capita redundare soleant. † Inter quæ unum illud omnium est gravissimum, Christi scilic. religionem per hoc maximum pati naufragium.

Respons. ad IV. argumentum. 171

172 Nec ulla etiam ratione quintum à virtute finis inductum consistere potest. † Etenim mala non sunt facienda ut eveniant bona. Paul. *ad Roman. cap.* 3. & not. *in cap. super eo de usur. c. non est putanda.* 1. *quæst.* 1. *c. nosse* 30. *quæst.* 1. Parthen. litigios. *libro* 2. *capite* 9. *numero* 26. † Nec facienda mala minora ut evitentur majora *distinct.* 14. *capit* 1. *&* 2. *c. forte & ibi gloss.* 14. *quæst.* 5. D. Augustin. *in libro* 5. *quæst. super Genesim. libro* 1. & *libro de mendacio cap.* 6. † ubi dicit quod si quis exiguo peccato alterius salutem conservare possit, id tamen committere non debeat. *Si quis* inquit *ad te confugerit, qui de mendacio tuo possit etiam à morte liberari, non es mentiturus.* † *Os enim quod mentitur, occidit animam.* Idem *in libro contra mendacium c.* 17. *Faciat* inquit *homo etiam pro temporali hominum salute quod potest, cum autem ad hoc ventum fuerit, ut tali saluti nisi peccando consulere non possit, jam se existimet non habere quid faciat, quoniam id solum sibi reliquum esse prospexerit, quod recte faciat. c. faciat homo* 22. *q.* 2. Ex quibus manifeste elicitur propter bonum finem mala media non esse assumenda, &c.

Responsio ad V. argumentum. 173 174 175

Nec denique exempla tam ex veteri, quam novo testamento in contrarium adducta decisionis nostræ robur infringunt. † Quia quod ad primum factum scilicet Davidis attinet, respondetur illud quasi licitum ac justum fuerit defendi non posse, quinimo concedendum eum in hoc ut in aliis quoque peccasse, cum & contra præscriptum Dei cum Palæstino rege fœderis unionem icerit, & ad gentis Iudaicæ hostem transfugerit ac propterea apud Palæstinum

Responsio ad exempla VI. allata. 176

hæstinum contra gentem propriam arma assumpserit.

177 Similem ac majorem † quoque reprehensionem meretur quod Achas *lib.* 4. *Reg. c.*16. non modo auxilium Ethnicorum imploraverit, sed etiam in gratiam Regis Assyriorum idololatricos cultus instituerit, & approbaverit.

178 Quod porro ex Actor. *capit.*25. de Divo † Paulo allatum est, respondetur, eum magistratus legitimi, cui tum parebat, & suberat, justam tutelam petiisse, nec audacia temeraria in præsens periculum mortis

179 sese conjicere voluisse, quemadmodum † *cap.* 25. *Actor. Apost.* legimus, quod idem Apostolus iniqui Iudicis judicium metuens ad legitimum magistratum quamvis Ethnicum nempe Cæsarem Romanorum appellaverit.

Quod ultimo proponitur Deum gentium esse usum ministerio atque inde videri idem nobis licere debere

180 admodum leve est. † Nam Deus non Iure defensionis sed Iure absolutæ potestatis illis usus est. Impar autem est nostra potestas divinæ, illa immensa, universalis & plena justitiæ. Nostra tenuis, restricta, scatens innumeris scelerum sordibus. Atque ideo etsi Deus Pharaonis & Attilæ ministerio ad plectendum & flectendum usus sit, Nobis tamen illorum sodalitas atque auxilium, si Christiani non tantum dici, sed esse voluerimus plane evitandum est.

181 Quod demum ad † Iustiniani exemplum attinet, is extrema compulsus necessitate pro salute & tranquillitate Reipubl. pactiones cum Persis iniit, quod & nos concedimus cum isto hominum genere pactionem, quæ extrema atque evidenti necessitate imposita, non potuit aut arte eludi, aut sine maximo Christianæ Reipub. dispendio declinari, quandoque fieri posse. Illud duntaxat improbamus quod absque ulla urgente legitima causa ad pangendum fœdus cum infidelibus quibuscunque & Christiani nominis hostibus acerrimis velut ad jocum & ludum transiliant, & quod plus est eorum defensionem ac protectionem in Christianorum perniciem moliantur.

Responsio ad auctoritates pro contraria sententia allatas.

Non obstant denique primo loco adductæ pro sententia affirmativa auctoritates. Præterquam enim quod illi in terminis, ut plurimum extremæ duntaxat necessitatis loquuntur, Negantium DD. multo major numerus reperitur, proinde horum potius quam illorum sententia sequenda est.

182 Quibus ita definitis † ulterius hoc loco in quæstionem convenienter vocari potest, *quid de fœminis dicendum sit, an & illa Tutrices seu Advocatæ constitui possint.*

Quarta Capitis hujus quæstio. An fœminæ muneris Advocatitii capaces sint.

In cujus quæstionis † decisione non desunt argumenta quæ in negativam sententiam eundum esse suadent.

183 Nam primo defendendi officium viris, † non fœminis congruere, idque alienum à sexu muliebri esse docet tex. *in l. alienum. C. de procurat.* & *l.* 2. *ff. de*

Negativa.

184 *reg. Iur.* Unde & Paulus ICtus *in l.* 2. *ff. de Injur.* ait. † Mulieres à viris, non viros, à mulieribus defendi æquum esse, quia in Lege cum in Civilib⁹ negotiis textus loquatur, multo magis in militaribus eam obtinere dicunt Schenck. *de Feud. lib.* 1. *tit.* 1. §. *Hoc autem*

Prima dubitandi ratio pro Negativa sententia.

185 *tem notandum est n.* 4. Gœden. *conf.*102. *n.* 6. & *seq.* cum mulieres militaria munera obire non possint Bald. *in l. fin. n.*1. & 7. *C. de suis & legit.* Iacobin. de S. Georg. *tract. final. in verb. marchio n.* 4. Alex. *conf.* 10. *col.* 2. *vers. sed præmissis vol.* 5. Matt. de Afflict. & *decis. Neapol.* 320. Rol. à Vall. *conf.* 41. *n.* 11. *vol.* 4. Quod

186 ipsum etiam Homer. *lib.* 6. *Iliad.* asserit, ubi scribit: † Telum & colum & ancillarum curam, esse mulierum propria, bella virorum. Concinit Ovid. *lib.* 12. *Metamorph.* dum dicit.

——Columque

I, cape, cum calathis, & stamina pollice torque,
Bella relinque viris

Item Virgil. *lib.* 7. *Æneid.*

Cura tibi Divum effigies & templa tueri;
Bella viri, pacemque gerant.

Hinc Varro *lib.* 4. *de Lingua Latin.* † Martem di- 187 ctum putat, quod maribus in bello præesset. Et Plato *in Cratylo* ἄρη hoc est Martem denominatum existimat ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος hoc est à mare, quasi bella viris peculiariter conveniant, non fœminis. Idque sequuntur Tiraq. *in* 1. *leg. Connubial. glos.* 1. *p.* 1. *n.* 61. & Ioan. Borch. *in tract. de feud. c.* 1. *n.* 19. His denique consonat quod scribit Aristot. *lib.* 1. *Polit. c.* 4. † Quod 188 mulieres sint infirmæ & imbecilles corpore: ingenio pavidæ ancipites consilio, & rei militaris imperitæ; Quam etiam propter causam major in eo sexu reperitur maleficarum multitudo ac inter viros. Iac. Spreng. *in Malleo Malef. part.* 1. *q.* 6. Unde Ennius cum notare vellet, mollitiem & segnitiem militum muliebria dixit eorum ingenia.

O juvenes juvenes animos geritis muliebres.

Quo pertinet quod scribit † Herodot. *lib.* 2. de Se- 189 sostre Rege Ægyptiorum, eum in more habuisse ut apud gentes, quas vi subegisset, si feroces & libertatis studiosos sese strenue defendentes invenisset cippos inscriptos literis sui nominis & patriæ & qui referrent ipsum illos vi subegisse erigebat: siquando vero aliquorum urbes nullo negotio & incruento certamine cepisset, apud hos itidem, ut apud illos qui strenuitatis certamen ediderunt, cippos quoque statuebat; sed amplius muliebria genitalia adsculpebat, significare volens eos ignavos esse. Referunt Iustinus ex Trog. *lib.* 1. & Polyænus *lib.* 7. *stratagem. exemplo* 4.

Cyrum † Lydis post Crœsi captivitatem iterum de- 190 ficientibus per Mazanem subactis, arma & equos ademisse vestitumque muliebrem gestare coegisse, & omnes texere aut psallere, atque per muliebria illa effecisse, ut Lydi qui antea erant ferocissimi & bellatores strenui, redderentur animo molles & effæminati, atque ita evasisse omnium barbarorum ad bellum inutilissimos. Senarius apud Græcos proverbialis est.

Γυνὴ στρατηγεῖ καὶ γυνὴ στρατεύεται.

id est *Mulier dux est, fœmina aque miles*, quoties totum negocium ignavis commissum est, quoties ii, qui imperant & ii qui parent æque sunt formidolosi, de quo & meminit Athænaus. 3. *Dipnosoph.*

Alterum contra muliebres † Clientelas argumen- 191 tum inde sumitur, quod lege non solum divina mulieres jubeantur esse viris subditæ & non viros mulieribus *Gen. c.* 3. sed lege quoque naturæ eædem ab imperandi, aut alios publice defendendi officio arceri videntur, siquidem ordo naturalis requirat, ut inter homines serviant fœminæ viris, filii parentibus, quia nulla justitia est, ut major serviat minori, D. Aug. *q.* 153. *in Gen. gl. ordinaria ad c.* 46 *Genes. c.* 12. *est ordo.* 33. *q.* 5. † & major dignitas est in sexu virili, 192 & cujusque plebeji, quam in nobiliori fœmina, secundum Ulpian. *in l.* 1. *ff. de Senator.* Et Menander † 193 γυναικὶ δ' ἀρχὴν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις id est *fœmina non dedit natura imperium.* Hinc fœminas quamvis aliqua dignitate, absque tamen jurisdictione & administratione, parentum aut maritorum beneficio frui possint, Imperii & dignitatum per se regulariter incapaces esse indicat Beroi. *conf.* 10. *n.* 13. *vol.* 2. & Arism. Tepat. *compend. decis. Var. Tit.* 180. *c.* 7. Ex quo etiam principio, ut infra etiam diximus ad Magistratum aut judicandi munus fœminam aspirare haud posse contendunt Bodin. 6. *de Republic.* 5. & Arnisæus, *polit.* 9. *pag.* 226.

Ratio dubitandi II.

Aristo-

Aristoteles etiam *Politicor. libro* 1. *cap.* 4. τὸ τε γὰρ ἄῤῥεν φύσει θηλείας ἡγεμονικώτερον, id est. *Nam quicquid masculum natura magis factum est, ad imperandum faminео*, Celebre exemplum quod refert Dictys Cre-

194 tensis *libro* 4. *de bello Trojano.* † Penthesileam Reginam Amazonum, quæ in auxilium Trojanorum cum Amazonibus venerant, ex decreto exercitus Archivorum seu Græcorum seminecem, & ex equo ab Achille deturbatam pedibus attractam, in Scammandrum fluvium præcipitatam, quoniam naturæ, sexusque conditionem superare fuisset ausa.

Tertio fœminas ab armata protectione arcendas

195 esse inde colligi videtur, quod † eædem item regulariter à feudis militaribus excludantur, ita text. *in cap.* 1.

Ratio dubitandi III.

§. *& quia vidimus vers. hoc autem notandum de his qui feud. dar. poss. capit.* 1. §. *filia vero de success. feud. capite* 1. §. *etsi clientulus de alienat. feud. cap.* 1. *de success. fratr. & grad. succ. capit* 1. §. *fin. quid sit investit. & cap.* 1. *de nat. success. feud.* & *ibi* Interpretes sive extent masculi, sive non. *jurib. allegat.* Alvarot. *in d.* §. *hoc notandum numero* 1. Paul. Picus *in cap.* 1. *numer.* 3. *quemad. feud. ad fil. pert.* Thom. de Marin. *degener. & qualit. feud. tit.* 11. *de feud. fœmin. numer.* 2. *& sequent.* Duaren. *de feud. capit.* 9. *numer.* 17. *& capit.* 10. Hartm. Pistor. *libro* 2. *q. jur. p.* 2. *quæst.* 34. *n.* 1. Vultæ. *de feud. libro* 1. *cap.* 9. *num.* 52. Eguinar. Baro. *libro* 2. *de acquirend. benef. capit.* 14. latissime Tiraquell. *de jur. primogen. quæst.* 13. Molin. *consuet. Parisiens. tit.* 1. §. 16. *numer.* 1. Borcholt. *de feud. cap.* 7. *numer.* 34. *& sequent.* Sonsbec. *p.* 9. *num.* 119. Celsus Hugo *cons.* 20. *num.* 6. *cons.* 25. *num.* 44. Wesenbec. *cons.* 74. *num.* 16. Menoch. *cons.* 1. *num.* 453. *vol.* 1. *& cons.* 148. *num.* 1. 2. *&* 40. *vol.* 2. Iacob. Philip. Porcius *cons.* 1. *num.* 21. *& cons.* 2. *numer.* 30. Decian. *cons.* 24. *num.* 1. *&* 74. *vol.* 2. & alii sexcenti citati ab Henrico Rosenthal. *synops. feud. capit.* 7. *conclus.* 31. *numero* 1. *sub lit. a.* Cujus rei inter alias ratio ista affertur, quod fœminæ arma ferre non possint, probat hoc tex. *in c.* 1. §. *an mut. surd vel alias imperfect. gloss. in ca. & quia vidimus. in verb. à success. de his qui feud. dar. poss.* Zas. *de feud. part.* 5. *num.* 36. Baptist. Caccialup. *de feud cognit. vers. quarto decimo quia fœmina* Chassan, *consuetud. Burgund. tit. feud. rubr.* 3. *libro* 1. post Afflict. *decis.* 320. Forster. *de success. ab intestat. libro* 3. *capit.* 3. *numero* 3. Hartm. Pistor. *d quæst.* 34. *num.* 1. *&* 34. Menoch. *cons.* 65. *num.* 20. Curt. Iun. *cons.* 1. *nu.* 23. Cravett. *cons.* 6. *n.* 77. *vol.* 1. Paris. *cons.* 4. *num.* 4. *vol.* 1. Corn. *cons.* 16. *n.* 4. *vol.* 1. Rol. à Vall. *cons.* 67. *num.* 6 *vol.* 2. facit *l. quisquis.* §. *ad filias. C. ad leg. Iul. majest. l. alienam. C. de procurator. l.* 2. *ff. de reg. jur.*

Ratio dubitandi IV.

Quarto hanc eandem opinionem validius stabilire videtur, quod absurdum sit alios ab ejusmodi personis in protectionem recipi quæ ipsæ in aliorum potestate ac tutela existunt, ut ait textus *in l. sic eveniet. ff.*

196 *ad leg. Iul. de adult.* † At vero constat mulieres jam olim etiam apud antiquos & multis in locis apud nostrates sub aliorum tutelis esse. Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. libro* 7. *cap.* 11. *numer.* 18. Unde majores nostri, test. C. Porcio Catone *apud Livium libro* 4.

197 † nullam nec privatam quidem rem agere fœminas, sine auctore voluerunt, sed eas in manu esse parentum, fratrum, virorum placuit, multoque magis & prohibuerunt Rempubl. capessere. Foro quoque & concionibus eas immisceri, leges rogare & similia, facere noluerunt.

Ratio dubitandi V.

Quintum ab imperfectione muliebri deduci potest argumentum, quo rejiciuntur mulieres ab omni principatu, Aristotelis locus memorabilis est 1. *Polit. cap.* 5. τὸ ἄῤῥεν ἄρχον, τὸ δὲ θῆλυ ἀρχόμενον. *Mas est quiddam imperio natum, fœmina autem ad parendum.* Idem *libro* 2. *de generat. animal. cap.* 3. †

198 dicit fœminam quasi marem læsum, veluti imperfectum marem, quod fiat fœmina ex inconcoctione & ex frigiditate sanguinei alimenti. Dixit & Albertus Magnus *in poster. capit.* 213. fœminam generari propter materiæ inæqualitatem, & rursum *in* 2. *Physic. tract.* 1. *cap.* 5. † *fœminam facere,*

199 inquit, *nunquam intendit natura particularis, sed procedit ex corruptione alicujus principii naturalis, quia intendit natura particularis semper opus perfectum,* id est marem facere, tamen fœmina non est extra cursum naturalem universalis naturæ quæ ordinis est causa inferioris. Apud Stobæum *sermon.* 27. dicitur, †

200 ea familia, quæ à fœmina gubernatur nunquam felix fuisse. Quod si ergo in domestica societate inconcinnum est, & indecorum fœminæ imperium, quanto magis in republic. Plinius *in Panegyrico*: sufficiat fœminis obsequii gloria: Tacitus: *Fœmina*, inquit, *Roma dominatur, in tantum non modo à libertate, sed etiam a servitute degeneravit*: Et in † versib. Sibyllinis

201 pro indicio eversionis mundi affertur, quod circa finem mundi vidua aliqua in amplo imperio sit dominatura. Bartholom. Keckerman. *system. polit. lib.* 1. *c.* 2.

Sexto pro hanc sententia pugnat, quod defendendi

202 † officium ac protectoris munus sit publicum, utilitatis nempe publicæ respectu, per notata Iustin. *in princip. tit. Institut. de excusat. tutor. & Callistrat. in l. non tantum* §. *eos quoque ff. de excusat. tutor.* locutus de Tutela & postea subdens ad cætera quoque munera publica. Publicum quippe munus non solum pro Reipublic. administratione, secundum sententiam Callistrati, sed generaliter accipitur. *l. non tantum Digest. de decurion. arguendo itidem ex l.* §. *ff. de mun.* ubi Hermogen. *navicularios* ait *civili munere fungi* quod deinde Paulus publicum appellat *l.* 5. *d. tit.* Christoph. Aturc. *l. fœmina* 2. *numer.* 28. *ff. de reg. Iur.*

Ratio dubitandi VI.

His consensum præbet Simon. Pistor. *consil.* 19. *numer.* 9. aperte affirmans sibi videri hoc officium protegendi esse publicum auctoritate, licet privatum sit utilitate.

Sed Legumlatores, fœminas † (utpote Lanam &

203 lina amantes, ac pro manuum suarum voluntate conficientes, *Proverb. ult. vers.* 13. & hinc fuso atque colo penso circumdata, non exercitu, Enelthonis Salaminis Cypri Regis Iudicio donari dignas Herod. Halicarn. *histor. lib* 4.) ab omnibus publicis officiis removent. Ulpian. *in l.* 2 *ff. de reg Iur.* text. *in l. fin. C. de recept. arb. text. in l.* 3. §. *corporalia ff. de munerib.* Casus est *in l.* 3. *ff. de edendo.* & casus *in l. ult. ff. de tut. & l. fin. ff. qui pet. tut.*

Ex quarum legum sensu ad magistratum aut Iudicandi munus fœminas aspirare haud posse contendunt Bodin. 6. *de Republic.* 5. *p.* 1134. *& sequen.* Arnis. 1. *polit.* 9 *p.* 226. *& sequen.* Hinc Alex. ab Alexan. *Gen. dier. libro* 4. *cap.* 11. Romanorum Lege sancitum esse refert, ne cujusvis negotii causa Senatum aut Curiam mulieres adirent, quod & stricte observatum fuit, donec Heliogabalus, ut in senatorium mater admitteretur ordinem à Senatu pervicit, & primus mulierum in Quirinali colle senatulum constituit, idque præter mores & instituta majorum.

Nam prisci Romani, teste Livio *libro* 34. *cap.* 2. fœminas nullam, neque privatam quidem rem sine auctore agere, sed in manu parentum, fratrum, virorum esse voluerunt. Quo respicientes Lusitaniæ Reges, de officiis publicis per maritos exercendis, fœminis prospicere soliti sunt Valasc. *Regn. Lusit. decis.* 129. *numer.* 12.

Quin & mulieres ita constat subjectas esse dominio viri, † ut nullam auctoritatem habeant,

204 nec

nec donandi nec testimonium ferendi, neque fidem dandi, neque judicandi, multo minus imperandi, aut defendendorum aliorum partes suscipiendi, ceu voluit D. Augustinus *in libr. quæstionum veteris Testamenti quæst.* 45. relatus *in cap. mulierem* 17. *caus.* 33. *quæst.* 5.

Sicuti enim vir publicis officiis *l. 1. ff. de senat.* Ita

205 mulier, domesticis † ministeriis habilior æstimatur Ambros. *libro 1. de Paradiso. capit.* 11. Quemadmodum id de Penelope Ulyssis conjuge Homerus hisce versibus ostendit,

> Ὀυ μὲν γάρ τι θαμὰ μνηςῆρσ' ἐνὶ οἴκῳ
> φαίνεται ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑπερωΐῳ ἱςὸν ὑφαίνει.

Quod & Symmach. testatur *libro 6. epist.* 68. Fœminas delitiarum sterile sæculum colo & telis animum jubebat intendere, quia illecebra cessante temporum vivebatur.

Ratio dubitandi VII. Septimo eas personas quæ à tutela pupillari arcentur à clientelæ etiam munere removendas esse paritas officii suadet, per notat. *infra in cap. de cognat.* At

206 Iura similiter prospexerunt, fœminas † tutelam administrare non posse, ut scribit Neratius *libro 3. regul. l. ult. ff. de tutel.* non modo libertorum *l.* §. 1. *ff. de legit. tutel.* & §. *ult. Instit. de leg. patr. tut.* sed nec filiorum suorum nec à marito ipsam demandatam in testamento *l. lur. mestr. Digest. de testamen. tut.* Nam tutela est munus masculorum *d. l. ult. ff. de tutel.* & ut ait Alexander Imperator *in l. 1. Cod. quando mul. tutor. offic. fung.* tutelam administrare virile munus est, & ultra sexum fœmininæ infirmitatis tale officicium est. & Cajus *in l. tutela plerunque. Digest. de tut. Tutela*, inquit, *plerunque virile officium est:* plerunque autem, id est nisi cum specialiter à principe filiorum suorum tutelam impetrabant fœminæ *d. l. ult. in fin. Digest. de tut.* Sed & eadem ratione curationem administrare olim fœminæ non poterant, sic enim scribit Modestinus *in l. iubetur in princ. Digest. de tut.* αἰδῆναι δεῖ ἄρχοντα ὅτι πατρίκιος ἐπιτηδεύειν γυναῖκα ἢ χειροτονεῖν. Nam personale munus est tutela & cura, ut constat *l. 1.* §. *atque personale ff. de muner. & honor.* itemque civile & publicum est. At fœminæ ut ante diximus ab omnibus officiis publicis & civilibus remotæ sunt.

Octavo insuper & illud controversiæ expers est,

207 quod alienarum † rerum protectio difficillima sit *Ratio dubitandi VIII.* arg. *l. in re mandata. Codic. mandat.* & propellendæ violentiæ solertiam rei gerendæ prudentiam fideique integritatem requirat, & magnum sæpe periculum adferat, *capit.* 1. *Authent. ut qui se obligat. Novell.* 72. Unde in Patrono quemadmodum in milite requiri videtur animi magnitudo, Iudicii ac consilii acrimonia, firma animi constantia ac belli gerendi peritia.

At omnia ista in fœminis plerunque desiderantur.

208 Nam debile & imbelle est consilium † mulieris, exilis intellectus, judicium tenue, imperfecta discretio, non ratio integra, adeo quidem, ut sæpe etiam adver-

209 sus propria † commoda eam laborare in confesso sit, *per l. si pater, in fin. Codic. de sponsalibus* Panormitan. *in cons.* 65. *nu.* 4. *vol.* 2. Cardin. Paris. *cons.* 73. *n.* 30. *vol.* 3. Ioan. Iacob. de Leon. *in cons. Bruni consilio* 114. *post Sais in consuetud. Turonens. tit.* 32. *articul.* 1. *gloss.* 2. *post prin.* Cagnol. *l.* 2. *numer.* 3. *Digest. de reg. iur.* Mynsing. *cons.* 1. *numer.* 13. *arg. l. fœmin. C. quando mul. tut. off. fung.*

210 *Affirmativa decisio.* Sed his argumentis nihil † obstantibus tenendum est, etiam fœminas Advocatiæ, de qua agimus capaces esse, si eas in regimine alicujus Imperii, regni, ditionis aut urbis existere contingat.

Exempla fœminarum quæ aliorum Protectrices extiterunt. Et si exempla desideramus, ejus rei fidem evidentem facit Christoph. Varsevicius *libro* 2. *Parallelar.* ubi scribit, postquam Anno 1395. Sigismundus † Imperator, tunc Hungariæ Rex, circa Nicopolim urbem contra Turcam infeliciter pugnasset, Vladislaum † autem Regem Poloniæ, Christianorum hostis, adeo formidaret, ut ad solam minacem ejus Legationem Amurathes Turcarum Dominus aliquot arces in Bulgaria Hungaris ademptas restitueritz Vladum Besarabiæ Palatinum, Sigismundi clade territum, ne & ipse à Turca opprimeretur, in ejusdem Vladislai & Reginæ ejus conjugis Hedvigis tanquam veræ Hungariæ regni Hæredis fidem & clientelam se una cum ditione sua universa commisisse.

Aliud exemplum fœmineæ protectionis refert Ioan. Bertach. *in Repert. p.* 3. *col.* 3. *verb. obligatur. num.* 68. de Ducissa Mediolanensi, quæ Anno 1479. Florentinos in protectionem suscepit, & cum eosdem in bello Tuscano, ea de causa, quod ei ipsi à Ludovico Sfortia & Roberto de S. Severino, prælium in Longobardia motum fuisset, indefensos reliquisset, eandem ab omissa defensione excusatam esse prodit, cujus & nos *in Cap. XI. in Limitatione* 8. *numero sexcentesimo quadragesimo quinto*, mentionem fecimus.

211 Ita similiter Illustrissimam Dominam Margaretham Ludovici Iunioris Bavariæ Ducis relictam viduam Anno 1451. Advocatiam Monasterii S. Crucis zu Donawerd ad instantiam Abbatis & conventus ejusdem monasterii suscepisse, ex antiquis Chronic. attestatur Relator processus Executivi Donawerdæ Civitatis Imperialis *part.* 1. *seiner Erläuterung in refutatione primi Informatoris fundamenti.* §. *die sub & obreption, &c.*

212 Sic etiam generosam quandam † Dominam Catharinam Comitissam de sancto monte Monasterii Salemitani, Abbatem, Monachos, & eorundem homines ac bona, Anno 1318. defendenda suscepisse, testantur subsequentes literæ, quas nobis exhibet Dn. Matth. Klock ejusdem cœnobii Advocatus, *in Anticategor*, Salmanßweylischer *Probationum*, *contra* Heyligenberg/ *sectione* 14. *fol.* 138. *quæ sic habent.*

Literæ Quietantiales Dn. Margarethæ Comitissæ de Heyligenberg quibus fatetur se ob susceptam Monasterii Salemitani protectionẽ 70. libras monetæ Constantiensis recepisse.

Wir Catharina Gräffin zum Heyligenberge/ thun kund allen den/ die diesen Brieff ansehen oder hören lesen/ daß wir empfangen haben von den Erbarn Geistlichen in Gott . . . . . dem Abt vnnd dem Convent/ von Salmanßweiler/ sibentzig Pfund Costentzer Pfennige/ von keinem Recht noch von keiner Gewonheit/ sonder von Lieb vnnd auch Schirmeswillen/ in den wir sie genommen haben/ an Graff Albrechts statt/ wann er in dem Lande nicht was/ vnnd haben ihn gelobt/ vnd loben mit diesem Brieff/ daß wir ihr Liebe/ ihr Lüt vnnd ihr Gut schirmen vor vnsern Dienern/ vnd vor andern Lüten in aller vnser Graffschafft/ vnd anderst wa/ als viel wir mögen/ ohn alle gefährd/ als vnser eygen Gut. Wir haben ihn auch gelobt/ vorzesind vor vnserm Gesinde Betgarben vnd Betkorns/ vnd futterundes auf ihren Gutten. Vnd gäntzlich abzelegen Jacobsbet von Bergevogts zu Ravenspurg/ wir haben ihn auch gelobt/ zu werbend vnd zuredend/ das best das wir können oder mögen/ ohn alle gefährde/ gen Graff Albrecht/

brecht/ umb den Wiger/ daß der abgange/ als er ihn vormals hat gelobt. Und soll der Schirm währen von dem nechsten Obersten Tage in nechst kundt uber ein Jahr. Und dieser vorgeschriebner Dinge aller haben wir ihn mit uns/ zutrösten geben/ den Erbarn Frummen Ritter Herrn Marquart von Schellenberg den alten/ der mit uns auch mehr Sicherheit sin Insigel gehencket hat an diesen Brieff. Der geben ward zum Heyligenberg/ da man zahlt von Gottes Geburt dreyzehenhundert Jahr/ und darnach im acht und zwantzigsten Jahr/ an Sanct. Catherinen Tag.

Cæterum quia in præcedentibus literis vocabula nonnulla non cuivis aperta occurrunt, earundem explicationem hic subjiciendam duximus.

213 Inter alia sunt † Betgarten und Betkorn/ eas fuisse existimo, mergites seu certos frumenti fasciculos, qui magistratibus precario, in recognitionem dominii dari soliti fuerunt, de quibus precariis, & quod regulariter nonnisi ordinario magistratui in Germania solvantur *videri potest, responsum*, Iuris für deß heyl. Reichsstatt Fridburg/ *cap.* 1. *num.* 10. *usque ad* 17. *incl. p.* 8.

Quibus *ibidem* annexa sunt verba und Fuder/ und es auff ihren Güttern/ per quæ intelligitur pabuli exhibitio, quod ministeriales ab incolis pro se & equis petebant.

In aliis dominorum Comitum Reversalibus, eandem in rem monasterio eidem datis, habentur verba, Fürtere mit dem Stabe/ quod erat Iudicia habere, à quorum exercitio uti & frumentorum exactione, iidem Comites libera esse voluerunt monasterii prædia, & villagia, sed de Fodro, placito, & Mallo, quod exactio Fodri Futter und Mals/ sequebatur, nos *alibi in hoc ipso Tractatu* plura congessimus, de quibus etiam videri possunt Avent. *libro* 4. *Annal. Bojor.* Theo. Zwinger. *in theatr. vit. hum. pag.* 3256. *col.* 2. *in prin.* Wolff. Lazius *de migrat. gent. libro* 3. *pag.* 78. 79. & 80. Cyriac. Erbsen in der Sächsischen Chronick/ *libro* 1. *cap.* 5. & doctiss. Casp. Schifferdecker, *libro* 3. *disput. forens. tract.* 29. *quæst.* 2. *pagina* 422.

Aliud exemplum fœmineæ Advocatiæ refert Casp. Brusch. *in descript. Monasterii S. Michaelis Wengensis*, 214 ubi inter benefactores ejusdem monasterii † recenset LUICARDIN de Arneck Advocatissam. Et Crus. *Annal. Suevic. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. memorat HEDOWIGEN 215 † Henrici Bavari filiam, Burchardi Alemanniæ relictam viduam anno Christi 973. in castro Tuela Hohenzwiel/ habitantem, monasteriorum S. Galli & Augiæ divitis Advocatum fuisse, ex Stumpff. *Helvet. Chron. lib.* 4. *c.* 38.

Sic quondam Uthario Rege suo destituti Longo-216 bardi ad Theodelindam Reginam † frequenter conveniunt, & *quod Longobardis, & tibi Theodelinda felix, faustum prosperumque sit*, inquiunt, *omnium nostrum salutem, fortuna conjuges, liberos, tua tradimus fidei atque committimus protectioni, Tu pro summa tua, sapientia Principem, tuum qui conjunx, noster vero Rex sit, coopta.* Avent. Annal. Bojor. *lib.* 3. *p.* 209.

Constat insuper ætate etiam nostra Elisabetham 217 Angliæ † Reginam Anno 1585. à confœderatis Belgii provinciis, postquam à Rege Hispaniarum defecissent, Protectricem specialem unanimiter electam ac constitutam fuisse, eosque contra Regem Hispaniarum acerrime defendisse, ut in literas retulere Stow. Helinschod. *in Elisab. Emm. Meteran. lib.* 13. *Hist. Belg.* Arnis. *de Iure Majest. lib.* 1. *cap.* 6. Gulielm. Majus. *in Polemographia sua Belg. libro* 8. *capite* 26. Mich. Eyzinger *in Relat. histor. ad Annum* 1585. & *seq. fol.* 41. 5. die Königin in Engelland ließ sich endlich durch ungestümes anhalten unnd bitten der Holländer dahin vermögen/ daß sie die widerspennige Niderländer in ihren Schutz auffgenommen/ rc. ubi peculiare etiam scriptum, quo susceptæ ejusmodi Protectionis causæ plurimæ enumerantur, ab eadem Regina publicatum inserit.

Sed ne videamur exemplis tantum inniti, non desunt etiam rationes quibus fœminea Tutela propugnari potest, quorum primum à fine Protectionis desumptum, decisionem nostram non leviter fulcit.

Cum enim unicus ille potissimum † Clientelæ nostræ finis sit, ut scilicet in protectionem suscepti ab iniquis adversariorum oppressionibus ac violentiis tuti esse possint, ac si necesse sit, armis protectorum, ut alibi luculenter docuimus defendantur, id autem non minus à fœminis, puta Reginis, Ducissis, Comitissis, &c. potentia pollentibus per milites subordinatos fieri possit, quis eas à protectionis munere juste excludere poterit, aut quis talium in regimine constitutorum viraginum & Heroissarum patrocinium confœderatarum Belgii ordinum, protectionem Angliæ ambientium aliorumque exemplo, quis non expeteret.

218 *Ratio decisionis 1. à virtute fin.*

Quamvis enim Legum Latores antiqui fœminas ab omnibus Reipublicæ muneribus amovendas esse existiment *l. fœmina* 2. *ff. de reg. Iur. l. cum prætor.* §. *non autem* & *ibi* Bald. *de Iud. cap. mulierem* 35. *quæst.* 3. *l. ult.* & *ibi* Bart. Bald. & Salyc. *C. arbitr.* Dec. & Cagnol. *d. l.* 2. *numero* 3. Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 6. *numero* 42. Econtra tamen easdem Iure successionis non solum Iurisdictionum capaces esse asserunt. Molin. *de major dispst.* 610. *vers. secunda conclusio*, Corset. Sicul. *Tract. de potest. Reg. quæst.* 94. *num.* 58. & *seq. pars. ult.* Valasc. *decis.* 120. *num.* 22. *p.* 2. Peregr. *consilio* 5. *num.* 38. & *seq.* & 6. *num.* 13. *libro* 1. Paris. *cons.* 4. *num.* 12. *vol.* 1. Corn. *cons.* 16. *num.* 24. *vol.* 1. Alex. *cons.* 1. *num.* 24. *vol.* 5. Sed etiam regna & Regales dignitates obtinere, & in eis succedere posse, tradunt Petra *de Iur. quæsit. per princip. non toll. c.* 22. *n.* 164. Schrader. *cons.* 12. *num.* 234. Alciat. *cons.* 4. *n.* 42. *lib.* 4. ideoque non obstantibus legibus res eo devenit ut hodie in multis † regnis & nationibus etiam mulieribus Imperium & Iurisdictio competat, & modo Iure hæreditario, modo consuetudine & Iure municipali aliis præsideant, Iurique dicundo præsunt, Iacob. Orloshausen. *in respons. aus fæm. in successión. regnor. principat.* & *c. extant. masc. exclud. c.* 16. *Acies muliebr. n.* 15. Tiraq. *de primog. q.* 10. *n.* 3. Chassan. *ad consuet. Burgund. Tit. de Fiss.* §. 5. *num. Mart. de Iurisd. p.* 1. *c.* 26. *n.* 146. Choppin. *de doman. c.* 1. *n.* 5. & *seq.* Cabot. 1. *disput.* 15. Tholos. *de Repub. lib.* 7. *cap.* 12. Hering. *de Fidejuss. c.* 7. *n.* 517. Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib.* 1. *c.* 11. Lips. *monit. politica* 2. *c.* 2. Nam ad fœminas transitoria sunt Regna Angliæ Scotiæ & quæcunque nunc tenet Rex Hispaniarum Arnisæ. 2. *c.* 2. *Sect.* 12. Sic Austriæ Archiducatus ex privilegio speciali in Masculorum defectu ad filiam devolvitur seniorem *const. Frid. II. de Iur. ac privileg. Ducum Austr.* §. 12. doctiss. Do. Goldast. 1. *const. fol.* 86. Imo ipsi quoq; Austriaci Archiduces ad plerasq; ditiones, quas nunc in Germania tenent matrimoniorum felicitate pervenerunt Pontus Heuter, *de famil. Austriaca.* Sic etiam Comites olim Wittenbergici Montbelgardiam & Ducatum Teccensem ex fœminea hæreditate consecuti sunt Christ. Besold. *dissert. polit.* 11. *numer.* 16. Præterea & olim Scythas non virorum Imperio magis, quam fœmi-

219 *Ratio decidendi II.*

220

fœminarum virtutibus claruisse attestatur Justinus 2. *à princip.*

Ratio decidendi III. In quam sententiam pulchre quadrant, quæ novissime scripsit Quirin. Cubach/ *quæst. illustr. decur.* 6. *quæst.* 8. ubi definit fœminam quandoque etiam officio ducis in bello fungi posse, per duas *ibi* rationes positas, & allata exempla, quibus tamen si adsunt, viri fortes & strenui, præferendos merito existimat, eo quod exercitus cervorum imperante Leone, quam Leonum, duce cervo præstantior esse censeatur, tradente Stobæo *serm.* 25. Ad idem faciunt tradita per Ludolph. Schrader. *tractat. feudal. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 6. ubi scribit, licet † mulier regulariter à judicandi munere repellatur, *l. cum prætor.* 12. §. *penult.* & *ibi* Dd. *ff. de jud. l.* 2. & *ibi* Dec. & Cagnol. *ff. de reg. Jur. l. fin. C. de arbitr. cap.* 1. §. *tria in princ.* 3. *quæst.* 7. *c. mulierem* 33. *quæst.* 5. tamen hoc non procedere, quando mulier † obtinet talem dignitatem, cui jurisdictio annexa est, tunc enim mulier judicandi officio fungi potest. per text. *cap. ex parte el.* 3. *extr. de privil.* Archid. *in cap. cum devotissimam. circ. fin. arg.* text. *illius* 12. *q.* 2. Innoc. Hostiens. Joan. Andr. Panormit. & Dd. *in c. dilecti*, & *ibi* Bero. *in* 11. *ext. de arbitr.* Angel. *d. l. cum prætor* §. *penult.* Abbas & Felin. *in cap. dilecta.* arg. ill. text. *ex de major. & obed.* Abb. *c. significavit, ext. de rescript.* Ang. *l.* 1. & *ibi* Dec. *numero* 3. *ff. de reg. jur.* Alexand. *conf.* 1. *col.* 6. *libro* 5. Tiraquell. *de primog. quæst.* 10. *numero* 15.

221

222

223 Quinimo leges † inveniuntur quoque gentium quæ admittunt fœminas æque ac mares ad Reipublicæ administrationem & ad rem militarem exercendam, ut scribit Aristot. *libro* 2. *polit. cap.* 4. Socratem statuisse in sua Republic. mulieres una pugnare debere, & eandem disciplinam habere, quam custodes, latius explicat Plato. *dialog.* 7. *de legib. vel legumlatore libro* 34. *Eadem*, inquit, *quoque de fœminis, quæ & de masculis lex mea sanciet, eadem enim volumus ab utrisque exerceri. Neque verebor dicere equestrem disciplinam atque gymnasticam ita mulieribus, ut viris, honestam esse. Hoc enim ex veteribus audivi fabulis & emque adhibeo. Nostris etiam temporibus non ignoro esse circa Pontum innumera mulierum millia, Sauromantidasque vocari, quibus non equorum modo, verum etiam arcuum, cæterorumque armorum æqualis cura cum viris & exercitatio sit instituta, sed rationem quoque ad hanc rem habeo. Ajo equidem, si hæc ita fieri possunt, stultissimum hoc in nostris regionibus esse, ut non iisdem studiis mulieres ac viri omni conatu consensuque dent operam, ferme enim Civitas omnis hoc modo pro dupla dimidia fit, ex eisdem laboribus atque tributis, qui sane legislatoris error est mirus:* Et paulo post. *Et puellæ quidem saltare, pugnareque cum armis consuescant, mulieres autem castra movere, ordines struere, & arma sumere atque deponere, si nullius alterius rei gratia attamen si res cogat, ut in militiam viri omnes proficiscantur, possint, si quid adversi acciderit, Civitatem defendere, vel si tanta hostium sive Græcorum sive barbarorum multitudo agros invaserit, ut necesse sit mulieres quoque pro Civitate arma capere, quorum nihil est, quod non facile evenire possit: Magno certe Republica vitio dandum est, ita ignave mulieres educari, ut nec veluti aves quidem pro filiolis contra feroces audeant bestias pugnare, morique potius velint cunctaque subire pericula quam statim ad aras templaque confugere, opinionemque de genere hominum dare, omnium ignavissimum animalium esse.* Hactenus ille.

224 De mulieribus † Galactophagorum hoc annotat Damasc. quod viris in fortitudine bellica neutiquam inferiores existant. Ita enim inquit, Μάχιμοι δ' οὐχ ἧττον αὐτῶν αἱ γυναῖκες ἢ οἱ ἄνδρες καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς ὅταν δέῃ, id est, *bellicosæ ipsorum non minus mulieres sunt, quam viri, quæ & una prælium ineunt, quum ita facto opus.*

225 Et regna existere † in quibus Reginæ sunt tutrices atque tutorio nomine pleraque etiam feuda concedere possint, tradit Ant. Sola *in constit. Saband. ante decret. Ioland. p.* 1. *gloss. un. numero* 7. & constitui Vicarias & Vicemtenentes. Hering. *de fidejussor. cap.* 7. *numer.* 525. Pruckman. *in l. in multis.* 9. *p.* 1. *membr.* 3. *articul.* 11. *numero* 6. *Digest. de stat. hom.* & reginas † Franciæ durante viduitate omnia privilegia, quibus Rex gaudebat, retinere notat Afin. *in process. execut.* §. 1. *cap.* 52. *numer.* 23. Tiraquell. *tract. cessant. caus. p.* 1. *num.* 107. Roland. à Vall. *lib.* 3. *cons.* 15. *n.* 10. Ant. Capic. *decis.* 129. *n.* 8.

226

227 Exemplo esse potest † Joanna Siciliæ Regina, quam in solio regali sedentem, & contra illos de Balso graviter pronuntiare sententiam audivisse testatur Angel. *in l. cum prætor. in fin. Digest. de jud.* Et † quoad mulieres clarissimas talem hodie etiam in Gallia vigere consuetudinem ut Jus dicere possint, notavit Rip. *respons.* 108. *numer.* 6. Approbat Innocent. III. Pontif. Max. *cap. dilect.* 4. *ext. de arbitr.*

228

229 Quin aliis etiam in regnis † Navarræ, Hierosolymitano, Neapolitano, &c. fœminas in Ducatu, & Principatu, ipsoque regno successisse, & non minori cum prudentia gravitate, Reginas, quam reges, Rempubl. administrasse, docet magnus ille & infinitæ lectionis, ac eruditionis summæ Juriscons. And. Tiraquell. *in tract. de primogenit. quæst.* 10. *numero* 2. & 3.

Moribus ergo Gynæcocratiæ, ubi summam potestatem mulieres tenent, protectionis Jus easdem habere posse, nihil implicat, id quod nobiscum una sentiunt, ac concludunt post hæc scripta visi. Jac. Syntz. *disput. de jur. protect. thes.* 10. ubi inter personas, quæ in Protectores eligi possunt, fœminas non excludendas, existimat, si ipsis nervus ad defensionem suppetat, cujus sententiæ etiam subscribit D. Hepingk *dissert. noviss. de Jur. Advoc. concl.* 26. *lit. B* ubi multa allegat, quæ supra habentur.

Ratio decidendi IV. Hæc ipsa denique sententia ex eo etiam evincitur, quia etiam fœminæ Juris patronatus, quod ex constructione Ecclesiæ Canones fundatoribus indulgent, capaces sunt, secundum doctrinam Roch. de Curt. *verb. competens alicui. num.* 1. *de jur. patr.* Ruding 3. *observ.* 20. ubi quid Inferioris Austriæ consuetudine hoc casu observetur, ex Dalner. connotat, & post Joan. Andr. docuit Panorm. *in c. nobis nu.* 3. *de jur. patron.* ratio nulla sufficiens assignari potest, quin eædem etiam juris Advocatitii capaces esse queant.

Refutatio contrariorum Argumentorum. Nec vero huic decisioni nostræ, ullo modo refragantur ea, quæ *superius* ceu adversa & repugnantia introducta fuerunt.

230 *Responsio ad primam dubitandi rationem.* Quod enim primo † ex legibus objectum fuit defensionis partes viriles, non muliebres esse. Respondetur adductos *ibi* textus *l. alienum C. de procuratorib.* & *l.* 2. *ff. de reg. Jur.* loqui de defensione judiciali, quæ per Procuratores fieri solet, à qua fœminas arceri constat, cum quia virile officium est à pudore sexus alienum *l. alienam* 19. *Codic. de procuratorib.* Tum quoniam intercessio quædam est in procuratione judiciali quæ alienam rem sua fide, suoque periculo tractandam suscipit. *l. non distinguemus.* 32. §. 1. *de recept. arbitr.* Intercessionibus autem mulieres non censentur idoneæ quoniam obligationi per SC. Vellejanum eximantur *d. l. non distinguemus.* §. 1. & *toto tit. ff. & Cod. ad S. C. Vellejan.* Matth. Wesenbec. *in paratit. ff. de procurat. n.* 4. *lib.* 3.

231 Paulus autem Jurisconsultus *in l.* 1. *Digest de Injur.* loquitur de Injuriarum actione ob illatam marito contumeliam intentanda, quam leges uxori denegant

negant, ut probatur per locum à speciali. §. *patitur Instit. de Injur. l. 1. in fin. & l. 2. Digest. eodem tit.* Bartol. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus in fin. Digest. de verb. oblig.*

Quod vero ibidem asseritur arma, quibus potissimum Advocatia opus habet, fœminis minus convenire, & si, id haud temere quis affirmare possit, 232 † non desunt tamen exempla, quæ palam faciunt militari gloria quandoque non minus fœminas quam viros excelluisse.

Exempla fœminarum fortitudine & rei bellicæ laude conspicuarum.

Ut enim Amazones taceamus, nondum quinquagesimus agitur annus, quo ut Petr. Bizar. *lib. 2. de bello Cypria.* auctor est, æque fœminarum ac virorum in bellando virtus enituit.

Cum enim Corcyra Melæna † Adriatici maris Insula à Turcis oppugnaretur, ac ejus præfectus Antonius Contarenus metu correptus oppidum 233 deseruisset, oppidanique præfecti fuga cognita, consilii inopes Epidaurum versus aufugissent viginti quinque viri & octoginta mulieres tantum in oppido remanserunt, quæ plus quam virili audacia & incredibili animorum fortitudine & constantia præditæ, virorum habitum atque arma induentes mœnia contra hostes propugnanda suscepere. Classe itaque admota mœnibus, Turcæ acerrimam oppugnationem instituunt, teterrimam necem incolis, nisi propere se dederent, denunciantes. Verum mulieres istæ fortissimæ neque minis neque periculi denunciatione perterritæ, armis, lapidibus, tædisque ac facibus eos fortiter ac strenue summoverunt, in medio autem adhuc certamine dubia adhuc pendente victoria, subita in mari tempestate exorta ab oppugnatione ad periclitantes naves Turcæ hostes revocati sunt, atque ita mulierum egregia virtus cœlesti adjuta numine oppidum à viris timide desertum cum insigni laude conservavit.

234 Parem Argivarum mulierum fortitudinem in urbis suæ obsidione & oppugnatione exhibitam memorat Plutarch. *in lib. de claris mulierib.* Cum enim Cleomenes Spartanorum Rex supra septem millia Argivorum acie trucidasset, confestim ad occupandam Civitatem, quod defensoribus eam vacuam, & clade suorum perterritam, se inventurum putaret, cum omnibus copiis properavit. At mulieres rugienti animo descendere atque pro viribus tueri civitatem decrevere, & Thelesside Duce celeriter armis adsumptis, civitatis mœnia complevere, ibique adeo fortiter se gessere, ut Cleomenem sæpius oppugnationem reiterantem, cum maxima clade repulerint, & alterum regem Demaratum, qui jam parte una civitatis potitus erat, iterum extra mœnia ejecerint.

235 Quin etiam veteres, † apud Britannos illos, fœminas non regno tantum, sed etiam bello præfectas fuisse, & Britannis fœminarum ductu bellare solitum scribit Tacitus *in Arg.*

236 Speciatim autem virilis narratur fortitudo à Xiphilino ex Dione in Nerone, † mulieris Britannicæ Regis prosapiæ, quæ dicta erat Bunduica, quæ rebellionem Britannorum contra Regis exercitum in Britannia existentem concitavit, & expugnavit duas Civitates, in quibus occisa octoginta millia Civium, cum sociis, & insula abalienata à Neronis Imperio, rursumque eadem pugnavit contra Paulinum Ducem Romanorum cum exercitu 230000. militum.

237 Sic Aurelianus † Augustus vir bello acerrimus non dubitavit de Zenobia triumphare, ac decem in triumpho mulieres ducere, quas virili habitu pugnantes inter Gothos ceperat, cum reliquæ in prælio fortiter dimicantes cecidissent. Qualis autem Zenobia ipsa fuerit, ea quæ de Odenato viro ejus scribuntur, docere satis possunt. † Fuit enim Ode- 238 natus vir acer ac maxime inclytus, qui primam ætatem exegit in capiendis leonibus, pardis, ursis, cæterisque sylvestribus animalibus, famem, æstus, frigora, pluvias in sylvis ac montibus juxta passus: quibus duratus facile postea bellicas difficultates, tum adversus alios, tum maxime adversus Persas tulit, † non aliter etiam Zenobiam conjugem assuetam, 239 marito fortiorem fuisse perhibent, solitam etiam inter pedites ipsos versari, ac plura passuum millia pedibus simul agere, Orientis totius mulierem omnium nobilissimam & ut Cornelius Capitolinus tradit, formosissimam, de qua Aurelianus ipse ad Senatum Romanum sequentia scripsit:

Audio, Patres Conscripti, mihi objici, quod indignum viro, indignum triumpho fecerim, qui de Zenobia triumpharim. Ne illi medium fidius, qui me accusant, abunde etiam laudarent, si scirent, qua illa est mulier, qua prudentia, constantia, gravitate, libertate, severitate etiam cum usus vocaret. Ausim dicere, Zenobia fuisse, quod vir ejus Odenatus Persas vicerit, ac fugato Sapore Ctesiphontem usque penetraverit. Possum etiam affirmare tanto Ægypti atque Orientis populis mulierem terrori fuisse, ut se non Arabes, non Saraceni, non Armenus movere ausi sint. Haud ego illam incolumem esse jussissem, ni scirem quantum inde populo Romano profuturus sim, quippe cujus, liberorumque ejus imperio Oriens serviret.

Insigne etiam Heroicæ fortitudinis, † vel pru- 240 dentiæ potius exemplum præbuerunt, olim mulieres Spartanæ. Lacedæmonii enim gravissime cum premerentur ab Epirotarum Rege Pyrrho, decrevissentque muliebri sexu in Cretam, transmisso, ultima expectare, improbantibus factum hoc matronis, tum Archidamia earum princeps gladio incincta in Senatum prodiens: *Quænam*, inquit, *viri vos cepit dementia, nunquid ipsi existimatis excisa Sparta, deleta patria, amissis viris, liberisque mulieres Spartanas ulterius victuras?* Ex eo itaque dicto maxime generoso ac forti confirmatis virorum animis, ut erat inter mulieres compositum, confestim multitudo virginum ac matronarum expedita atque instructa affuit, quæ & desumeret sibi cum senibus opus valli aggerisque adversum Pyrrhi Elephantos statuendi, & juberet juventutem ipsam atque ætate validos abstinere ab opere, seque servare ad conferendas tantum cum hoste manus, illumque à vallo rejiciendum. Archidamiæ itaque non minus prudentibus quam fortibus effectum est dictis, ut & Lacedæmonii resumptis animis defendendæ urbi acrius multo intenderent, imminuto viris labore conficiendi valli, quod opus sibi illæ desumpsissent, cum viris bello inutilibus, & Pyrrhus ipse à vallo rejiceretur urbe in hunc modum acerrime defensa. Joan. Boterus *de polit. illustr. lib. 9. c. 3.*

Et similiter † apud Alemannos mulieres una cum 241 viris armatas bellatum ivisse legimus. Nam de fœminis Alemannis, eas quoque ad expeditionem Hierosolymitanam profectas esse, author est Nicetas Choniates, Græcus illorum temporum scriptor, qui & ipse exercitus se vidisse testatur. *Inter quos Alemannos*, inquit, *& mulieres erant, non conjunctis pedibus, sed virorum instar divisis super palliis equitantes, hastatæ atque armatæ, ac virili habitu ornatæ, Martio vultu, Amazonibus audaciores, inter quas una excelluit, quasi altera Penthesilea, quæ ob fastigia & limbum vestium auro intertextum Auripes vocabatur:* hæc ille.

Insigni

242 Insigni pariter virtute Aurietta, † cum classis ingens Amurathis Turcarum Regis insulam Lesbum obsedisset, oppidanique viribus atqui omni re ad obsidionem sustinendam deficientibus, deditionem spectarent, ipsa absente Catalusio conjuge. Insulæ Domino, armata in medium prosiliit cunctosque viriliter hortata incredibilis audaciæ exemplo, eruptione facta consistens, ac procurrens in acie prima, tanto impetu in Turcas irrupit, ut eos fuderit, ac maxima strage edita insulam obsidione liberarit, quod post alios testatum facit. Ubert. Foglietta, *in Elogiis*.

243 Egregium etiam muliebris facinoris, † ac memorabile vindicatæ maritalis internecionis factum narratur à Sigismundo Barone Herbersteinio *lib. 1. rer. Moscoviticar.* de Olha Igoris Moscovitarum Principis uxore, quæ cum maritus ejus à Maleditto Drevulianorum principe, quodam in loco, fuisset necatus, isque Maledittus misisset ad eam 20. internuncios, ut sibi nuberet, eos vivos obrui jussit, suosque postea misit Legatos ad Drevulianos, nimirum ut si se dominam & principem expeterent, plures ac præstantiores proceres mitterent, & mox alios quinquaginta viros ad se missos in balneo combussit, aliosque legatos misit, qui adventum suum nunciarent, juberentque apparare aquam mulsam, aliaque ex more ad parentandum marito necessaria. Porro ad Drevulianos cum venisset, maritum planxit, Drevulianos inebriavit, & quinque millia occidit. Mox Chioniam rediens vicit Drevulianos, fugientes in castrum prosecuta obsidione ad integrum annum pressit. Postea interpositis conditionibus tributum illis de qualibet domo, tres videlicet columbas, totque passeres imperat, acceptasque in tributum aves continuo alligatis sub alas igneis quibusdam instrumentis dimisit; Columbæ autem revolantes ad ædes consuetas castrum incenderunt, quo inflammato diffugientes aut occisi, aut capti venditi sunt, & sic occupatis omnibus Drevulianorum, mariti mortem ulta est.

244 Accedit prædictis mirabile fortitudinis ac sapientiæ spectaculum in † Semiramide uxore Nini, post cujus obitum mentita sexum, & puer credita ab initio, magnas res gessit, quarum amplitudine superata invidia, quæ esset, fassa est, quemque simulasset. Nec hoc, inquit *Justinus lib. 1. histor.* regni dignitatem ei ademit, sed admirationem auxit, quod mulier non fœminas modo virtute, sed etiam viros anteiret, hæc Æthiopiam regno suo Assyrio adjecit, Indiæ bellum intulit, quo præter illam & Alexandrum Magnum nemo intraverat, regno 42. annis potita.

245 Sic † Mauvia Sarracenorum Regina bellicosissima ruptis post mariti obitum, cum Valente Imperatore Romano, ictis fœderibus, cum Palæstinis & Syris bellum strenue gessit, Romanos Duces sæpius fudit, neque pacem facere voluit, nisi Moses Sarracenicus Eremita, qui ab Arrianis proscriptus circa Alexandriam & Palæstinam solitarius degebat, gentis suæ Episcopus crearetur Rufin *lib. 1. cap. 6.* Theodoret. *libro 4. capit. 23.* Sozom. *libro 6. capite 38.*

246 Recenset etiam Pausanias *lib. 5. in Eliacis.* Laconico † in bello cum primus Charillus Lacedæmoniorum Rex, cum exercitu in Arcadum fines invasisset, fœminas arreptis armis sub collem Phylactridem subsedisse, congressis vero ad pugnam exercitibus, cum viri utrinque præclara & memoratu dignissima ederent facinora, postremo fœminas subita eruptione ex insidiis facta, in fugam Lacedæmonios vertisse, & virtute quidem fœminas anteisse ceteras Marpessam prædicant, cui viduæ cognomen fuit, & captum in pugna ipsum Charillum tradunt.

247 Haud dissimili virtute † cum Brixia à Picinno Philippo Vicecomitis Duce oppugnaretur, in ea defendenda Sabellico teste *decad. 3. lib. 3.* non minus fœminarum quam virorum opera enituit, quæ in Centurias decuriasque distributæ, graviter & sedulo, in hoste repellendo, desudarunt, in quibus Brajada Advocatæ gentis matrona, tam præstantia, quam domestica nobilitate illustris, apprime celebris & spectatæ virtutis apparuit.

Sed non est hic instituti nostri armatarum mulierum egregia facta congerere, qui plura hujus generis exempla desiderat, historicos adeat.

248 Verum esto etiam omnem hodie fœminis bellandi usum ademptum esse, cum tamen easdem Tutrices † constitutas per viros Advocatiæ partes præstare posse nihil obstet, nemo Jure eas à clientela excludere poterit.

249 Quin fide historica docemur, † olim non raro Principes aliasque illustriores viduas, post obitum maritorum suorum Advocatiam ab iisdem administratam, aliis illustribus viris, plerunque autem liberorum suorum constitutis tutoribus, usque dum aut filii ad virilem ætatem proveherentur, aut ipsæ ad secundas transirent nuptias, una cum aliorum tutelarium onerum administratione committere solitas fuisse.

250 Sic enim R. F. Christoph. Hartmanni *in suis Annalib. Erem. Helvetici circa Annum* 1289. prodidit Elisabetham † Comitissam Rapersuillensem, postquam maritus ejus Ludovicus Comes Hombergæ, ejusdem monasterii Eremitici tum temporis Advocatus, in prælio per Rudolphum Austriæ Ducem Anno prædicto contra Bernates gesto occubuisset, liberis suis Tutorem, & rerum suarum Præfectum assumpsisse, primo Ulricum Baronem à Ruseck, mox Hugonem Comitem Werdenbergensem, qui & Advocationem Heremi eadem opera exercuerint. Et cum postea præfata Domina Elisabetha Rudolpho secundo Comiti Habspurgensi Lauffenbergæ Domino nupsisset, mediante eo matrimonio Advocatiam eandem ad Habspurgenses Comites translatam fuisse, commemorat.

Responsio ad II. Rationem dubitandi.

Nec etiam obstat quod secundo loco contra Clientelas fœmineas objectum fuit, eas nempe tam jure divino, quam naturali ab imperandi & consequenter alios defendendi officio esse remotas: Quia respondetur † id verum esse quoad legem conjugii; 251 At vero haud repugnat mulierem esse viro subditam, & si virum non habeat, Regno tamen aut ditioni præsit, alios in tutelam susceptos defendere eo modo, quo cæteri viri solent per se vel per alios ad hoc conductos milites; quia † Lex divina hoc non prohibet, 252 nec lex naturæ reddidit mulieres ad arma ineptas, aut militaris scientiæ incapaces. Hinc est quod licet Lege scripta fœminæ neque Judices dari *l. 12. §. 2. de Judic.* neque intercedere pro aliquo possint *l. 1. §. 1. Digest. ad SC. Vellejan.* tamen id moribus contrariis tolli posse nemo inficias ibit, sicuti fœminis ordinariam etiam Jurisdictionem consuetudine dari posse affirmant Jason *in l. more numer. 43. de Jurisd.* Decian. *tr. crim. libro 4. capit. 27. numero 6.* & Foller. *in addit. ad Marant. part. 4. dist. 9. numero 87.*

Imo cum virorum & mulierum mens ratio, actiones & similia ab animabus illarum dependeant,

253 deant, † in mulieribus autem & viris non detur 254 distinctio sexus earum animarum, † utique si animæ fœminarum regiminis capaces, vel extraordinariis virtutibus donatæ sint, aut eis gubernatio & protegendi potestas à Deo, populo, lege, vel moribus populorum delata fuerit, causa nulla est, cur ob solius sexus differentiam à dominii ac defen- 255 sionis munere easdem arceamus, † cum sexus generationi duntaxat inserviat, in protectionis autem ratione aliæ facultates considerentur. Petr. Gregor. Tholos. *de Republic. libro 7. capit. 11. numero 25.*

Conferunt ea quæ Justinianus sancivit *in l. 4. de liber. præterit.* ubi ait, eos qui in masculis ac fœminis differentias inducunt, quasi naturæ accusatores existere. Sic apposite Plato *lib. 31. dialog.* [illegible] *de Republ. seu de Justo. Nullum est*, inquit, *inter eos qui Civitatem administrant, officium mulieris proprium, qua parte est mulier, est aut viri proprium, qua vir sed æque dispersæ in animantibus utrimque natura, & omnium quidem munerum natura particeps est fœmina, omnium & vir, quamvis in omnibus imbecillior viro est fœmina, & ita genus à genere superatur.*

Responsi. ad II. dubitandi rationem. Nihili etiam faciendum est quod tertio loco adversus fœmineas Advocatias injectum fuit mulieres nempe feudorum militarium esse incapaces, & consequenter ad alios defendendos minus idoneas, masculis enim non extantibus fœminas investitura comprehensas à Feudis Regalium & dignitatum non esse arcendas est sententia Zasii *consilio 3. numer. 16.* Intriglior. *de Feud. quæst. 32. numer. 7. & 8.* Cacher. *decis. 26. numer. 19. & 20.* Schenck. Baro. *progymn. fori libro 1. Tit. 1. numer. 7.* Rosenth. *de Feud. capit. 7. conclus. 34. numer. 19. lit. N.* & D. Schrad. *p. 10. sect. 1. numer. 5. & sequent.* Unde infertur objectionem 256 assertam † absolute veram non esse, cum multi sint casus, in quibus Regula illa quod fœminæ ad feuda non admittantur locum non habet, quos notant Jacobin. de S. Georg. *in tract. de feud. ad verb. Et fœminis*, & uberius Hieron. Garzon *tract. de fœmin. ad feud. recip* Franc. Curt. *de feud. 3. part. quæst. 1.* & omnium copiosissime recenset Henric. à Rosenthal *c. 7. conclus. 35. & seq.*

Quin etiam multis in locis consuetudo fœminas ad feuda indifferenter admittit, Speculat. *tit. de feud. §. quoniam. quæst. 21. num. 41.* Curt. Jun. *de feud. p. 1. quæst. 8. cap. 9. numer. 26.* Thom. Marin. *de gener. & qualit. feud. tit. 11. de feud. mater. &c. numer. 24.* Borcholt. *de feud. capit. 7. numer. 70.* Mozz. *de dessf. feud. numer. 68. vers. tertius effectus.* Anton. Capyc. *de investit. feudal. ca. feudorum genera col. 55. §. nona conclusio cum duab. seqq.* Alexand. *cons. 30. numer. 18. libro 1.* Nevizan. *cons. 9. numer. 5.* Alciat. *cons. 13. numer. 6. vol. 3.* Anton. Gabr. *Roman. libro 6. comm. 257 opin. tit. 1. de verb. signif. conclus. 6. numer. 55.* ut † de regno Siciliæ testatur Jacob. de S. Georg. *d. loco. ad verb. & fœmina.* Sic & in Gallia feuda transeunt ad fœminas, nisi lex domus contrarium statuat; quia feuda ibi redacta sunt in formam patrimonii, ut & alibi, & transeunt in successores & subjiciuntur dispositioni patrimonialium Gregor. Tholos. *de Republ. lib. 7. cap. 11. numer. 94.*

Ut taceamus interim quod *infra* subjectis exemplis docetur, multas fuisse repertas, & hoc seculo nostro in obsidione urbium militares & strenuas Viragines, quæ ad bella gerenda non minus quam 258 viri aptæ fuerunt, † quas Andr. de Isern. *in capit. 1. §. hoc autem. numer. 20. de his qui feud. dar. &c.* Hieronym. Garzon. *d. tract. de fœmin. ad feuda recip. col. 24. vers. vigesimo primo, &c.* allegans Ruinum *consilio 19. col. 4. vol. 1.* & Joann. de Isconiis *ad d. §. hoc autem*, asserunt in feudis succedere, licet contrarium † decidant Martin. Laudens. *in capite* 259 *1. §. & quia vidimus numer. 32.* Alvarot. *ibidem vers. hoc autem notandum numer. 10.* Petr. Ravennas. Nicol. de Neapol. Matth. de Afflict. *numer. 7.* Loriot. *de his qui feud. dar. poss.* Zasius *epit. feud. capit. 8. numer. 36.* Guilelm. Hanneton. *libro 2. feudor. capit. 8.* Sonsbec. *de feud. p. 9. numer. 120. in fin.* Pistor. *libro secund. p. 2. quæst. 24. numer. 33.* Schrader. *p. 7. capit. 4. numero 6.* Herman. Vult. *de feud. cap. 4. numer. 3. libro 1. & cap. 9. numer. 33. eodem lib.* cum aliis ab his adductis, quorum litem componere ab instituto nostro alienum est.

Utut tamen hi fœminas bello etiam assuetas in feudis non succedere contendant. Feuda tamen impropria (quibus Advocatiæ Feudum Dn. Vultei. *1. de Feud. 8. numer. 38.* ascribit) ad illas transire Paris. *consilio quarto, numer. 14. vol. 1.* expresse decidit.

Responsio ad IV. dubitandi rationem. Quarto nec illud nos remoratur, quod mulieres dicantur olim fuisse sub aliorum potestate ac Clientela; quia † illud quoad privatas tantum fœmi- 290 nas, nequaquam vero eas, quæ cum Imperio & potestate erant, intelligendum est: Scribit Arrianus *libro 1. de gest. Alexand.* in Asia † rece- 291 ptum fuisse à Semiramidis tempore, ut & uxores Regum post mortem illorum regnarent. Ex hoc fere in omnium regnorum consensu receptum est, in quibus principatus ex successionis probata à populo lege primum, vel expresso vel tacito diutino consensu ad proximos defertur, ut fœminæ etiam succedant, in illis potissimum deficientibus filiis, ut in Scotia, Anglia, Hispania, America & alibi, ubi lex regni vel principatus non est expressa, excludens fœminas qualis est in Gallia. Petr. Gregor. *in syntag. jur. lib. 6. c. 12.*

Responsio ad V. dubitandi rationem. Quod vero quinto loco ex Aristotele & aliis philosophis colligere quidam nituntur, mulieres comparatione facta ad viros esse imperfectionem naturæ, & mares quasi læsos, illud † omnino ve- 262 rum non est, nec pertinet ad incapacitatem principatus: Siquidem Deus fecit fœminam adjutorium simile homini, os ex ossibus ejus, & carnem de carne ejus. *Genes. 2.*

Deinceps † & Respubl. vel principatus non tam 263 corpore, quam mente geritur & prudentia seu consilio, nec corpora robustiora sunt sapientiora, imo sæpius stolidiora. Neque qui robore prævalent, ideo præstantiores, ut nec leo præponitur homini, quod robustior sit. Anima enim est quæ imperat, & statuit & providet, non corpus, anima non est ex traduce corporis, nec masculus, nec fœmina creata à Deo in sua substantia nobilis, rationalis, idonea, ad se ad alios commissos sibi regendos, eget tamen Dei auctoritate, gratia, directione & disciplina & institutione. Sed iisdem eget anima hominis ut suo bene fungatur principatu, vel si lege deferatur regnum, Imperium, principatus, ex stirpe aliqua tantum natis, non tam consideratur, in decernendo vel obeundo delato principatu sexus, nisi & distinctius lege sit, quam ordo successionis. Defertur eadem lege pueris masculis, ac viris grandioribus & sapientioribus, non quia sapientes pueri, & quod possunt per se gerere principatum, sed quia placuit in ea stirpe remanere debere principatum, & proinde quantumvis sexus mollis, & non idoneus imperare dicatur fœmina, non tamen minor est puero, imo major vel æqualis in infantia eidem. Nec per consequens ratio dari potest,

ex ea

ex ea qualitate, quod mollis & infirma sit, cur indigna sit successione principatus, imo & cur indigna electione, si tanta in illa præstantia, vel affectio talis in eam populi sit, qui eam præeligat, & sibi imperare desideret, uti eleganter discurrit Petr. Gregor. *de Republic. lib. 7. c. 11. nu. 76.*

264 *Responsio ad VI. dubitandi rationem.* Scrupulum deinde sexto loco † motum, quod scilicet fœminæ à publicis muneribus, quale est Advocatia arceantur, distinctione eximemus, si dicamus thesin illam ad potentes ejusmodi ac illustres fœminas, penes quas majestatis ac Imperii Jura sunt, non recte extendi, ad notat. Christoph. Sturtz. comment. *ad l. 2. ff. de reg. Jur. numer.* 34. *&* 265 *seq.* ubi dicit prædictum † axioma non procedere, si hæreditario Jure, *c. dilecti. ext. de arbitr.* Alexand. *consil. 24. vol. 5.* aut speciali principis gratia Jurisdictio mulieri concedatur Abbas ac communiter Canonist. *in cap. significavit extr. de rescript.* Atque inde responsum est mulierem regnum obtinere posse Cornæus *consilio 16. vol. 1.* textus *in cap cum devotissimam & ibi not. 12. quæst. 2.* præscriptione longissimi temporis vim constituti habente *l. hoc Jure §. ductus ff. aq. quo ad.*

Quo pertinet illud Homeri de Arete Phæacum regina.

> Ου μὲν γάρ τι νόου γε ἀυτὴ δέυεται ἐσθλῦ
> Οἷσιν τ' ἐυφρονέῃσι καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει.

266 *Alia ejusdem objectionis solutio.* Aut si hæc eruptionis † via à nobis aperta non satis patens videatur, nodum quoque tollemus si dicamus fœminas removeri ab ejusmodi tantum muneribus, quæ personalia sunt, hoc est animi provisione & corporalis laboris intentione perficiuntur, secus autem quæ earum nomine per alios, sicut clientum defensio expediri possunt; per text. *in l. 1. §. 3. Digest. de muner. & in l. fin. Cod. de recept. arbitr.* text. *in l. 3. §. corporalia. ff. de mun. & in l. unic. in fin. C. de mulierib.* quo in loco munera sexui congruentia sustinere possunt. Facit *l. ætatem. ff. de censib.* Petr. Faber. *ad l. 2. Digest. de reg. Jur.* ubi *numer.* 5. dicit mulieres ab oneribus sive muneribus civilibus non omnino remotas esse. Quamvis enim corporalia munera fœminis ipse sexus denegat, quominus honores vel munera injungantur *d. l. & qui originem §. corporalia. Digest. de mun. & hon.* attamen patrimoniorum munera sustinere debent. *l. 9. Codic. de mun. patr.* Quinimo & munerum corporalium, sive personalium & honorum quorundam sunt capaces ut *l. 1. Codic. de mulieribus l. imperialis. §. similes Codic. de nupt. l. 5. Digest. de muner. & honor. l. 5. ff. de Jur. immun.*

267 Objectionis ergo veritas eo recidit, ut † fœminæ ab omnibus officiis civilibus & publicis remotæ sint: nisi vel ratio æquitatis, ut in tutela matribus commendanda *Nov.* 94. vel publica causa, ut in publicis judiciis aliud suaserit: vel consuetudo optima legum interpres *l. 37. ff. de legib.* aliud induxerit. *c. dilecti extr. de arbitr.*

Quare Jurisconsulti, qui fœminas à publicis muneribus eliminandas censent, ita intelligendi sunt, ut si illæ tales sint, quas indecorum atque inutile futurum esset, tali alicui officio adhiberi. Nam mulieres adeo bonas & virtutibus exornatas, quæ sufficere ad talem dignitatis & oneris molem possint, eas non magis atque præstantes viros excludendas 268 censent. Ratione † namque prohibitionis cessante ipsa quoque prohibitio legis cessare debet. *ca. cum cessante extra. de appell. l. adigere. §. quamvis. Digest. de Jure patron. l. ult. ff. de testam. tut. l. ult. Digest. de hæred. instituo.* & arg. eor. quæ scribit Bart. *in l. nam ad ea. num. 1.* per ill. text. *ff. de legib.* & Tiraquell. *in legib. connubial. l. 9. numer. 15. & 20.* Jason *l. 1. numer. 16. ff. de off. ejus cui mand. est Jurisdict.* Covar. *var. resolut. libro 1. c. ult. numer. 1. vers. contrariam.* Menoch. *tract. remed. possess. rem 15. numer. 92.* Cotta *in memorab. verb. mater.* & novissime Pruckmannus *tract. de differentiis sexus part. 1. princ. art. 1. limit. 1. n. 24. & seq.* ubi plures.

Imperii igitur gubernationem † cum etiam fœminæ habeant, in regnis illis quæ hæreditaria successione, non tantum ad masculos, sed etiam ad mulieres deveniunt, & in quibus Gynæcocratiæ forma recepta est; habebunt itidem, velut omnia alia majestatis Jura & regalia, ex Jure sui imperii Jus protectionis suscipiendæ. 269

Tertia ejusdem dubii solutio. Si denique nec ista solutio satisfaciat, tolli argumentum potest negatione majoris propositionis. Nam defensionis † officium quatenus ex contractu oritur, munus publicum non est. arg. *l. 5. l. 6. l. licet. §. final. ff. deposit.* nisi loquamur de protectione summi principis generali & legitima. 270

Responsio ad VII. dubitandi rationem. Ad tollendam insuper septimam objectionem ex collatione Juris protectitii & Tutelæ deromptam: Respondetur, hoc loco argumentum à simili non procedere, propter disparitatem administrationis utriusque.

Tutela quippe minorum † non nisi per propriam Tutoris personam administrari potest, quia tutelæ vis omnis in tuitione personali vertitur & consistit *l. qui fundum. 7. §. si tutor. Digest. pro emptore. l. tutor. 33. ff. de furt. l. tutor. ff. de administr. tutel.* Wesenbec. *comment. ad Tit. ff. de Tutelis sub numer.* 5. ubi dicit Tutelam esse officium personale *per l. 1. §. 1. Digest. de muneribus*, nisi loquamur † de honoraria tantum, cui nulla incumbit administratio, sed tantum honoris causa interponitur; velut persona dignior & honoratior, quam pupillus præ reliquis timeat & revereatur, & qui sit velut inspector ac observator totius administrationis *l. Jure 26. §. 1. de test. tut. l. 3. de admin. tut.* vulgo supremum tutorem nominant. 271 272

Diversum autem est in Advocatia, quæ non ita simpliciter personalis esse censetur, ut protector ipsemet in propria persona, id quod alibi fuse tractavimus, defendere cogatur, sed sufficit eum protegere per ordinatos ac submissos milites.

Cum ergo, ut diximus, argumentum à simili non procedat, quando † dispar est ratio ac dissimilitudo in eo; in quo fit comparatio, per notat. Everhard. *in Top. legal. loco à simili. numer.* 3. dicta objectio nihil impedit, quin fœminas Advocatiæ capaces esse dicamus. 273

274 *Responsio ad VIII. dubitandi rationem.* Non est denique quod † illecebris octavo loco motæ rationis propter deficientem nempe in fœminis rei gerendæ seu clientes defendendi prudentiam fideique integritatem, irretiti quicquam de assertione suscepta remittamus.

Pessime enim de sexu fœmineo merebimur, si omnem quæ huic rei perficiendæ, hoc est tuendis clientibus sufficit, ingenii perspicaciam & mentis provisionem ab eo plane removeamus, cum præsertim hic de iis fœminis, quæ regnis aut Imperiis præesse dignæ habentur, non de privatis quibuslibet loquamur.

Si enim clientum defensionem, per ipsasmet etiam fœminas personaliter fieri debere quis contendere velit, multis sane memorabilium fœminarum exemplis evidens est, tam justitiæ quam prudentiæ laude plurimas mulieres, æque ut viros excel-

excelluisse, subditos, aliosque suæ fidei commissos ab injuria hostium pugnando creberrime vindicasse.

Exempla fœminarum justitia ac prudentia virtutibus illustrium.

Quod ut exemplis confirmemus, testatur Diodor. Siculus *libro 4. Histor.* Antipatro Macedoniæ Regi filiam fuisse † Philatam nomine, tam excellentis ingenii atque virtutis fœminam, ut ipsius consiliis pater in regni gubernatione domi bellique sæpius usus sit: seditiones in castris excitatas solertissime sedaverit, 275 pauperum militum sororibus mirifice dotes erogaverit, falso accusatos cum summa justitiæ laude periculis liberaverit.

Sesostris quoque, ut refert idem Diod. *libro 2.* 276 Rex Ægypti filiam habuit Athyrtiam † nomine cujus tanta prudentia tamque excellens fuit ingenium, ut ipse illius consilio regeretur, ejusque suasu tam gloriosas suscepisse expeditiones dicitur, quæ ejus tantum illustrarunt nomen, ut nemo Ægyptius illius laudes adæquarit.

277 Sic & matrem Alexandri Severi † Mammæam nomine rerum gubernationem cum filio capessentem, praturas demandasse, tributa exegisse, belli pacisque munia administrasse, ipsum vero inconsulta matre, nihil quicquam moliri ausum, apud Zonar. *tom. 2. Annal.* legitur.

Ita nimirum servabatur dignitas filio, & matri curarum & negotiorum moles incumbebat.

Eodem Zonara auctore *Annal. tom. 2.* quem Ba-278 tista Egnatius confirmat: Zoe & † Theodora duæ sorores Constantinopoli simul tam prudenter imperarunt, ut quicunque Byzantino Imperio parebant, sub viris nunquam felicius vixisse testarentur.

279 His quoque accedit Imp. † Justiniani Theodora quam ipse ob singularem mulieris prudentiam in consiliis quoque ad Rempubl. pertinentibus adhibere consuevit, ut est ab ipso in Novellis suis constitutionibus proditum.

280 Ut omittam denique Æmiliam † Scipionis Africani uxorem aliasque plurimas, quas passim historici Justitiæ & prudentiæ suæ nomine celeberrimas referunt.

Et hæc hactenus de fœminis protectionis contrahendæ capacibus, dicta sufficiant, vel nimis multa forte adducta superabundabunt, videndum igitur de aliis statuum generibus, inter quos non incon-281 grue † hoc in loco quæri potest: *Num libera Reipublica an vero Principum Protectioni se committere tutius ac consultius sit.*

Verum libera Reipubl. vel Principis Protectionem quærere consultius sit?

In cujus quæstionis resolutione prius amplectimur & judicamus, † melius ac consultius esse potius cum Rebuspublicis quam cum Principibus Protectionis conventionem inire, uti post alios novissime 282 suadent Dn. Christ. Besold. *dissert. de Jure fœderum cap. 4. numer. 14. & D. Hepingk. de jure protect. conclus. 21. in fine notarum.* ubi ad quæstionem hanc prius, ex illis quæ de fœderum cum Principe, aut libera Republ. initorum firmitate differit Machiav. *libro 1. disput. c. 59.* approbat. Tum † quod illæ firmiores sint, & constantiores, vel ob motus tar-283 ditatem. Magis enim lente progrediuntur & diutius deliberant, atque ita mora quædam interjicitur antequam fidem frangant, econtra vero Principes † absoluti plerunque absque ordinum consensu sua peragunt. Melchior Junius *quæst. polit. 74. in med.*

Decisio Affirmativa pro libera Republica. Ratio decidendi I.

Ratio decidendi II.

Deinde Respublic. non ita ob utilitatem privatam societates, & fœdera mutant. At vero exempla docent Principem † magis quandoque lucri causa fregisse fidem, Rempublicam vero vel proposito præmio magno, à fide haud voluisse discedere, quemadmodum exemplum hoc ostendit Atheniensium † Persico in bello qui magnis pro-284 missis & pollicitationibus tentati tamen à fœdere communi Græcorum recedere noluerunt, Herodot. *libro 4.*

Quin & tertio † pacta ejusmodi Advocatitia ac 285 fœdera, cum Principibus & Regibus facta, horum morte finiuntur, & irrita fiunt † vel ob suc-286 cessorum diversos sensus, non ita firmiter observantur, Besold *d. l.* ubi ex politicorum etiam Italorum opinione innuit, fœdera cum summo Pontifice ob eorum mutabilitatem, vitæque brevitatem, quod provecti ætate plerumque eliguntur, non esse ineunda, Machiavell. *libro prim. capit. 59.* Civitatum autem, † seu Rerumpublica-287 rum clientelæ firmiores, ac stabiliores sunt, per notat. Besold. *de jur. fœder. d. capit. 4. numero decimo quarto.*

Ratio decidendi III.

Magis denique firmas esse Advocatias, quæ cum libero populo, quam cum Principibus contrahuntur, authoritate Polybij *libro 11.* in persona Arati ita loquentis, roborari videtur: *Reges, † inquit, natura quidem nemini, vel hostem, vel* 288 *amicum ducere, verum ex suis semper utilitatibus, amicitias † & inimicitias æstimare solent.* Quod & 289 autumat Politicorum acutissimus Machiavell. *1. de Republ. discurs. 59.* cui consentit Boterus *libro secund.* cum ait, *Tenga per cosa risoluta, che nelle deliberationi dei Principi l' interesse è quello che vince ogni partito. Et perciò non deve fidarsi d' amicitia, non di affinità, non di lega, non di altro vincolo, nel quale chi tratta con lui non habbia fondamento d' interesse,* accedit huic decisioni præter antedictos Philipp. de Marnix. *sect. septim. Resolutionum Politicarum quæst. 7.*

Ratio decidendi ultima.

Proinde consultius omnino esse censetur, potius in Rerumpublic. quam Principum, aut Procerum singularium clientelam sese conferre, per rationes in quæstione hujus Capitis assignatas.

Porro ratione, † status non absque ratione 290 etiam in dubium vocatur, *An personis Ecclesiasticis & Clericis aliorum quoque protectionem suscipere liceat.*

Ecclesiastica persona an etiam in Protectores constitui possint.

In partem negativam facit, † quod Nemo, qui Deo militat, ut ei à quo delectus est Miles placeat mundo † militare, vel hujus vitæ negotiis se implicare debeat, *Tot. tit. extra & in sext. Ne cler. vel Monach. secul. negot. se immisc. cap. cum ad verum distinctione nonagesima sexta, 2. ad Timoth. secund. versiculo quarto.*

Negativa I. Ratio dubitandi pro Negativa.

291

Deinde qui divina bonitate ad sacrosanctum 292 delecti sunt altare † hos à vitæ militaris seu communis negotiis vacare debere sancit Imperator Justinianus *in Novella 86.*

II. Dubitandi ratio

293

Et nihil † commune Clericos cum publicis a-294 ctionibus, habere debere, Honorius & Theodosius Imperatores *in lege decima septima, Codic. de Episcop. & Cleric.* constituerunt. Unde etiam Orig. *libro non. in Epistol. ad Roman.* inquit, *Qui præest Fratribus aut Ecclesiæ, † in sollicitudine esse debet non hu-* 295 *manarum causarum, nec rerum secularium, sed talis de qua Apostolus dicit: concursus ad me quotidianus, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Et Homilia sexta in Esaiam. Qui vocatur ad Episcopatum, non vocatur ad Principatum.*

Tertio huc facit quod in Concilio Carthaginensi 1. quod

III. Dubitandi ratio

1. (quod Sylvestri I. vel secundum alios Marci Papæ temporibus habitum est & *Concil. Tom.* 1. *f.* 177. extat. 296 *c.* 6. statutum est, ut qui Deo † serviunt & clero sunt annexi, ad actus seculares non accedant, unde & clericos 297 sæcularium † causarum peritos se ostendere absurdum, imo opprobriosum putatur, Text. *in l.* 41. *verb. absurdum C. de Ep. & cler.* Et hinc etiam Nicol. Magnus Pontifex, ne Episcopi, ut orationibus vacare possent, bella gererent præcipit Guil. Eysengr. *Chron. Spir. p.* 156. *in Anno Christi* 858. Ipsi denique Episcopi Mystæ Prælati ante Paschalem II. juxta alios Clementem, III. rebus divinis duntaxat operam dabant & rerum mundanarum administratione se pollui credebant. Aventin. *in praf. ad lib.* 6. *Annal. Bojor.*

298 *Decisio affirmativa.* Verum his & aliis similibus † in speciem apparentibus constitutionibus non attentis ex communi usu & observantia procedens contraria decisio statuenda hic est, Ecclesiasticis nempe Principibus aliisque potentioribus Prælatis collegiis liberis, ordinibus S. Joannis & Teuthonicis & similibus, Protectionem etiam armatam suscipere, æque ut aliis Laicis personis permissum esse.

Ratio decidendi inde manifesta est, quod hac mundi 299 ætate Episcopi ac principali dignitate † illustres Ab- *Ratio decidendi.* bates Prælati, perinde ac Principes sæculares Regalibus gaudeant, & temporali potestate utantur ac fruantur, Paurmeist. *de Jurisd. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 16. Mynsin. 5. *obser.* 58. *n.* 4. Gail. *lib.* 1. *de pac. publ. c.* 8. *n.* 8. Schönborn *Pol. c.* 37. Jacob. Synzius *disp. de Jure protect. concl.* 10. ubi defendit ordines Imperii etiam ecclesiasticos constitui posse protectores, modo his quoque circa causas prophanas explicandas libera statuendi copia & jus sit, quod hodie, in majora beneficia & Prælulatus transfusum videmus, non minus quam in Principes sæculares.

300 Postquâ enim à Ludovico † Pio Caroli M. filio ante septem prope sæcula, non autem ab ipso Carolo M. (uti quorundam Monasterii gloriantur Abbates) inter Imperii Principes asciti, ex Hormesdo M. Steph. *de Juris-* 301 *dict. cap.* 14. *n.* 16. *lib.* 3. *p.* 1. & de universa † Jurisdictione instar Laicorum Procerum investiti Paurmeist. 1. *de Jurisd.* 26. *n.* 18. pro præsidibus provinciarum haberi cœperunt Hotom. *cons.* 24. *n.* 8. Imo jam olim ad 302 terrendos † & distringendos contumaces gladiis à Ca- 303 rol. M. quod nominatim de Episcopo † Herbipolensi, 304 & Abbate Campidonensi ex Brusch. *Hist. de orig. Monach. lib.* 4. *c.* 21. & Cranz. *in proœm. Metrop.* ut qui stola & ense judicare communiter dicuntur, referunt, maxima honoris ac potestatis accessione donati fuerunt, adeo ut postmodum ab Ottone I. Imp. iisdem inter principes sæculares in temporalibus etiam pri- 305 mæ † decretæ fuerint Theod. à Niem. *de Priv. & Jur. Imp. fol.* 811. Imo illorum plerique facti ditionum am- 306 plissimarum Domini, & tres Imperii † Electores constituti sunt. Molin. *in consult. Paris. titul.* 1. *pr. n.* 71. relatus ab Heig. 1. *q.* 4. *nu.* 53. In specie vero Ri- 307 chardus † Herbipolensis Episcopus à Pipino Caroli M. parente Franconiæ Dux salutatus Comp. Hist. Eccles. Magd. *cent.* 8. *c.* 10. *Rub. Herbipolenses*, cui 308 etiam rem divinam facienti evaginatum † in altari ante se gladium ponere concessum Krantz. *in Metrop.* 309 *lib.* 1. *c.* 9. Coloniensis vero Dux † in Engern & Bulli- 310 on, Argentinensis Landgravius † Alsatiæ factus, aliique aliis dignitatum titulis decorati.

Landgraviatus Alsatiæ qua occasione ad Episcopos Argentinenses pervenerit. Quo autem Titulo Landgraviatus Alsatiæ ad Episcopos Argentinenses pervenerit, ex *Hist. Archid. Austria* per Gerardum de Roo Seren. Archiducis Ferdinandi Bibliothecarium latine scripta Dn. Conradus Dietz ejusdem Secretarius *lib.* 1. *ad Annum* 1218. quo Rudolphus Comes ab Habspurg primus ejus nominis Imperator natus hisce commemorat verbis.

Umb dieselbe zeit / als der Graffen von Egißheim geschlecht abgestorben / waren drey Graffen / so die Landgraffschafft Elsas an sich zuziehen begerten / Albrecht von Habspurg (prædicti Rudolphi Imp. genitor) Albrecht von Hohenberg / und Ludwig von Oettingen / so Graff Henrichen deß letzten von Egißheim Schwester zu der Ehe hette / der von Hohenberg ward durch den von Habspurg leichtlich dahin beredt / daß er jme sein spruch cedirte, und seinem Sohn Rudolpho, sein Tochter Annam zum weib gabe. Also ist das grösser theil Elsas an die Graffen von Habspurg kommen / den ubrigen theil verkaufft der von Oettingen / den Bischoffen von Straßburg / dessen nachfahrer sich noch heuttiges Tags deß Titels / Landgraffen im Elsas gebrauchen.

Cum igitur ut dictum est Ecclesiastici Principes à temporibus Caroli M. ad tanta honorum fastigia sublimati, & plurimarum ditionum domini facti fuerint quis negare vellet aliorum eos protectionem suscipere posse, cum inprimis etiam Recess. Imperiales Anno 1555. † Comit. August. §. 23. *versic.* und soll hiemit / & 311 Spiræ Anno 1548. §. 84. habit. tam de Ecclesiasticis, quam sæcularibus Imperii Statibus loquantur & exaudiendi sint.

Nec vero cuiquam scrupulum † adversus hanc de- 312 cisionem injicere debent prohibitoriæ illæ sub tribus *Solutio contrariorum dubitandi rationum.* dubitandi rationibus inductæ constitutiones. Illæ enim Prælatos † Principes Episcopos & alios status spiri- 313 tuales, temporale defensionis officium Ecclesiasticæ dignitati annexum habentes, & non per se sed per alios illud exercentes, non arctant, neque cohibent Fran. de Plat. *de Excom.* §. 7. multo vero minus Jurisdictionem † attinentes & territorii jus habentes, milites 314 conducere armaque pro defensione suorum movere impediunt *c.* 6. *de sent. excom. in* 6. Abb. *in c. cler. extra de vita & honest. cler.* Et si clericos bella qui gesserunt maxima, ex historicis eruere quis velit, infinitos eorum reperturus est quibus neque dedecori fuit, cum aliis misceri prælio.

Cujus rei si quis desideret exempla, antiquum (præter alia innumera) præbet Lullus † Moguntinus E- 315 piscopus, qui gestis à Carolo M. bellis ipse interfuit *Ecclesiasticorum Exempla bellantium.* & Joan. de Ochsenstein † Præpositum Cathedralis Ecclesiæ Argentinensis Anno 1386. cum Archiduce Leopoldo contra Helvetios militantem, prope Sem- 316 pach occisum fuisse, narrat Gerhardus de Roo *in Hist. Archiducum Austria lib.* 2. quemadmodum & alii plures Episcopi ac Prælati bella gesserunt, atque cum Equitatu, peditatu & armis Principum more in militiam iverunt & quandoque etiam præiverunt, quorum multos hist. Eccl. Magd. Compil. *cent.* 8. *c.* 7. *Rub. peccata gub. Eccles. p.* 447. referunt, nova autem exempla, præsentes † Germaniæ motus belli occasio- 317 ne Friderici Palatini Heydelbergensis Boemiæ regnum affectantis suscitati abunde suppeditant, quibus omnes ferme Germaniæ Principes ac Prælati, milites alere consueverunt, eosque pro defensione ditionum suarum magnis sumptibus sustentare, volentes nolentes coacti fuerunt.

Cæterum præcedens decisio extenditur etiam ad † 318 Cardinales. Hi non Principum aut communitatum (verba concilii Basiliensis *sess.* 23. *c. de nu. & qualit. Cardinal.* quod extat *concil. Tom.* 2. *fol.* 652. refero) seu aliorum contra quempiam cum vel sine precio partiales PROTECTORES aut DEFENSORES non erunt, sed exuti omnem passionem in sedandis concordia vel justitia litibus Papæ assistent. Principum autem & quorumcunque præsertim pauperum ac Religiosorum, gratis & sine ullo quæstu promovere justa negocia tanquam charitatis opus persuadet sancta

Synodus & commendat. Hactenus Concilii verba, quibus hanc de Ecclesiasticis in Protectores licite constituendis quæstionem concludimus, qua de etiam conferri possunt ea quæ *in Cap. 5. sub n. 108.* diximus, ubi hodiernis temporibus antiquorum canonum prælatis ac Monachis usum & administrationem rerum temporalium inhibentium, rigorem merito temperandum ostendimus.

319 *Utrum Banniti constitui possint Protectores. Pro affirmativa rationes dubitandi remissive.*

Præterea adhuc ratione † accidentariæ qualitatis & illa ad hoc caput pertinens quæstio enodanda est, *An nimirum illi, qui Banno Imperiali innodati sunt, in Protectores constitui possint.*

Et quamvis affirmativam suadere videantur, ea quæ *in Cap. XI. n. 192.* adducta sunt, ubi conclusimus, etiam Bannitos, non obstante Banni censura, ad prius susceptos clientes defendendos obstrictos esse, per rationes decidendi *ibi* positas, quarum nonnullæ pro dubitandi argumentis huc referri posse videntur, quia tamen facilis est eorundem refutatio, iis omissis simpliciter definimus Bannitos (quorum appellatione † tamen non nisi rite & juste Banniti veniunt, *arg. l. 4. §. 6. de re jud.* post Ang. Alex. & Bar. Bero. *cons. 182. n. 2. & 7. vol. 2.*) de novo constitui non posse protectores.

320 *Decisio Negativa. Ratio decidendi I.*

Ratio est, quod Banniti † nullum officium dignitati alicui annexum, quale est jus Advocatiæ, Banni impedimento durante, subire possint. *argum. l. 4. §. 2. ff. de re milit. l. 7. ff. de mun. & honor. l. unic. C. de reis postul. & c. 40. de accus.*

321 *Ratio decidendi II.*

Deinde & illud definiti juris esse constat, quod † Banniti certis casibus ad tutelam pupillorum non admittantur, atque hæc etiam ob Bannum quandoque finiatur, juxta tradita à Nell. *de Bannit. temp. 2. part. 1. q. 40.*

Ratio decidendi III.

Præterea hanc decisionem nominatim in terminis defendit D. Hepingk *dissert. de jur. Advoc. thes. 30. lit. b,* ubi præter has rationes & hanc ponit, quod nimirum Banniti aliorum ipsimet securitate exclusi, aliis tuitionem præstare non possint.

Rationes plures decidendi remissive.

Plura ad confirmandam hanc decisionem argumenta desumi possunt *ex subseq. Cap. VII. sub n. 83. & seq.* ubi probatum est Bannitos in protectionem recipi non posse, quo lector remittitur.

322 *Vicinis belligerantibus an tertius Neutralitate seposita alterum in protectorem eligendo, periculum declinare debeat.*

Porro ad finem hujus capitis illa etiam admodum elegans disquisitio subnectenda est † *Anne cum duo potentes vicini Principes, sive Ecclesiastici, sive saculares bellum inter se gerunt, quorum neuter sine vicini periculo vincere, aut vinci potest, unum ex his protectorem eligere, vel potius imminens periculum neutralitate evitare, consultius sit.*

Tametsi vero hac in † quæstione certi quid definire, periculosum esse dicat Warc. ab Ehrenberg *de fœder. lib. 1. c. 2, n. 207. & 216.* Nos tamen † utilius esse judicamus, sublata neutralitate ex duobus illis belligerantibus si potentia pares sint, meliorem, & qui Deum socium habet, sin dispares potentiorem in patronum exorandum ac suscipiendum esse.

323

324 *Decisio Affirmativa.*

Etsi enim neutralitas non penitus † vitanda atque dimovenda esse videatur, ut Æneas Sylvius scribit, *in Ep. 65.* eo quod sæpe multis proficua fuerit, prudentibus tamen clientibus eam, quantum possunt, fugiendam esse, sequentia suadent argumenta & exempla.

325 *Ratio decidendi I.*

Primum enim Neutrales † periculum, quod declinare volunt plerunque incurrunt, se enim tutos existimantes & utrarumque partium Duces evitantes, ut plurimum sine gratia & dignitate certissima tandem præda † victoribus fiunt, Livi. *lib. 35. c. 49. 32. c. 21.* Cum enim, ea belli † natura sit, ut hostem communem judicet eum qui suppetias sibi non fert, necesse prorsus esse videtur ut aut diuturnitate belli velut granum inter duos molares, ipse quoque atteratur: aut certe ab alterutro victoriam obtinente omni benevolentia exuti tandem opprimantur, ut late deducit Bod. *de Rep. lib. 5. c. 6. n. 588.* Gruterus *part. 2. disc. ad Tacit. p. 188. Richter. axiomat. hist. 132.*

326

Quod ipsum firmat *Asinius* † *Pollio*, dum rogante Cæsare ut secum ad bellum proficisceretur Actiacum *Mea,* inquit, *in Antonium majora merita, illius in me beneficia notiora. Itaque discrimini me subtraham & prada victoris ero.* Paterc. *hist. Rom. lib. 2.*

327 *Ratio decidendi II.*

Secundo & hoc in aperto est, quod Neutralitas seu media via neque Amicos † paret, dum utraque pars auxilium Neutralistæ frustra expectat, neque inimicos tollit dum vana succursus spe lactatur uterque *Richter. Axiom. Pol. 245.* Et hoc fundamento usus est Aristæmus prætor Achæorum, cum Romani primum eorum Amicitiam expeterent, at Philippus saltem ne armis interessent, postularet, oratione ad eos habita ostendit: Romanos aut socios habendos, aut hostes, mediam viam nullam esse. Liv. *lib. 32. c. 21.*

328 *Ratio decidendi III.*

Tertio Neutralitatem seu mediam viam non esse tutam inde docemur. Sicut enim illi qui mediam † domus partem inhabitant ab infimis fumo à superioribus urina molestantur, ita etiam Neutrales ab hac vel illa parte, belli sub exitum & quandoque etiam eo durante, sibi metuant necesse est ubi periculum interitus & ruina alterius, & ipsis Neutralistis communis trito Italorum simili. *Quali habitano nel primo palco della casa: che da quelli di sotto sono travagliati co'l fumo è da quei di sopra, con l'urina* quod de Senensibus in quodam Italiæ bello qui se Neutrales gesserunt, dicebat olim Alphonsus † Neapolitanus, Boter. 1. *de detto, f. 15. B.*

329 *Ratio decidendi IV.*

Quarto non minus exempla, quam rationes Neutralitatem dissuadere videntur, & primo quidem Messeniorum: Illi enim cum † duabus potentissimis civitatibus Græciæ finitimi essent, Arcadibus atque Lacædemoniis, bello inter eos orto, neutris se vel hostes vel socios exhibebant; quamvis Lacedæmoniis semper ante id bellum inimici, Arcadibus ante fœdere atque amicitia juncti essent; Eo tamen non attento, cum dictæ civitates vel inter sese, vel cum aliis bella gererent, Messenii quieta pace fruentes neutri assistebant, idque tam diu donec Lacedæmonii pace cum cæteris facta omnem belli impetum in Messenios converterunt, tum demum cum neque ipsi resistere per se potentiæ illorum neque Arcadum auxilio amplius sese tueri possent in tristissimam servitutem, cum conjugibus liberisque è patria electi: grande documentum posteris dederunt, quanta prudentia, anne potentia dicam, eos oportet esse, qui in tali fortuna sine clade & detrimento tueri & conservari sese velint, ex Polyb. *lib. 4. hist.* Christ. Besol. *disser. de fud. Cap. ult. sub n. 1.*

330

Hanc denique sententiam major pars ICtorum ac Politicorum sequitur, nempe Bodin. 5. *de Republ. 6. fol. 919.* Johan. Camman. *disp. de jur. majest. 5. Thesi 91.* Warem. ab Ehrenberg 1. *de fœder. 2. n. 207. & 216.* ubi tamen hoc in casu certi quid definire periculosum esse fatetur, novissime D. Hepingk *de jure protect. conclus. 22. lit. C.* Ubi concludit ex duobus † vicinis belligerantibus amicitiam & protectionem illius quærendam esse, qui melior est, & Deum socium habet. Sic etiam R. P. Adamus Contzen. S. I. Theol. insignis *Polit. 9. cap. 46. §. 9.* bello civili in Republica orto cum de unius partis justitia constat, illis sese jungere consultum esse arbitratur. Qui enim medius est utramque partem offendit, nam ab eo se lædi arbitrantur se cum periculo rerum omnium propugnare Rempublicam, illos qui medios se tenent, nec labores pro bono communi suscipere, nec impensas velle facere. Hinc durante bello utrique parti sunt prædæ. Nam utraque acies subsidium ab illis postu-

331

postulat, ut à civibus pro defensione civitatis, post victoriam sunt victimæ victoris. Sic Pomponius Atticus Cæsare & Pompejo pugnantibus, quievit, detrimenta tamen fortunæ sensit, quæ alii: At Pompejo victore non meliore conditione futurus erat quam Cicero, quam alii, qui in Pompejanis castris fuerant. Cicero *libr. ep. 11. 6. ad Attic. Me*, inquit, *discessisse ab armis nunquam pœnituit. Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata: ut jam omnium judicio constitutum esset, omnium vestrum bona prædam esse illius victoria, vestrum plane dico. Nunquam enim de te ipso, nisi crudelissime, cogitatum est. Quare voluntatis me mea nunquam pœnitebit: consilii pœnitet.* Hucusque Cicero. His conveniunt quæ habet Christ. Besold. *d. loco pr. sub n.* 1. ubi ex politicorum doctrina tradit, vehementer falli illos qui finitimis duobus, pluribusve gravi bello implicitis, medios gerere se, & ab utrorumque societate abstinere conantur. *Lips. lib. 4. Polit. cap. 9. ubi vidimus*, inquit, *& videbimus ita & nunc est Europa status, eos quos ignavia aut prava calliditas, ut alienis laboribus tuti essent armis abstinuit, acerbissimas solvisse pœnas; idque in bello Belgico, Westphalia, aliasque principes & Respubl. vicinas non sine maxima incommoditatione: ea præsertim cum Arragonia Archistalassus pareceret neglexisse, dicent nonnulli.*

332 *Limitatio decisionis I.* Cæterum præmissa decisio sequenda non est, † quando clientes ita viribus ac potentia pollent, ut ab utroque belligerantium, quocunque belli alea cadat, se defendere possint, adeoque tuti sint ut metuere non habeant necesse, se victoribus fore prædam, sed eo casu non immerito, nisi alia subsit faciendi contrarium causa, neutrales manere possunt, Johan. Althusius *Polit. cap. 4. ad finem.* ubi ita scribit. *Non semper est* 333 † *prudentia, nolle cum vicinis in bello periclitari, sed tunc id tutum erit quando extra tela jactum etiam post ruinam vicinorum poteris esse tutus, alioquin quiescere minime nobis prodest, ubi vicini populi ruina & fu-* 334 *nus ad nos usque pertinere potis est.* Et † quidem commune periculum censetur tunc, quando vicinus oppugnatur ex causa quæ eadem contra nos locum habere potest, quo casu non prætextus belli, sed 335 causa † inspicienda est an neutrales esse velimus vel alteri belligerantium, communem nobiscum causam habentium, opem ferre debeamus. Besold. *d. loc. num.* 3. Quod si tamen consultius videatur clien- 336 tes esse neutrales tunc omni † studio adniti debent, ut aliorum finitimorum Principum mutua consensione, Imperium per sese tueantur, & à bello abstineant sociorum.

Quod consilium civitatibus præsertim Imperialibus ne sc. alienis se litibus immisceant suggessit jam olim Bruder Henrich von Kortenbach referente Georg. Walwinth. *in Parthenio litigioso libr. 1. c. 16. nu.* 34.

Ihr Reichsstätt vnd Stätt merckt eben/
Ein guten Rath wil ich euch geben/
Legt euch nicht zwischen Fürsten vnd Adel/
Sunst werd jhr euch machen einen Tadel
Dardurch jhr werdt kommen in streit/
Welches euch wird bringen Hertzenleidt.
Dann Fürsten vnd Adel nicht lang
Vneins seind/ sondern in zwang
Euch wol können halten/ glaubet daß
Wann jhr euch wider sie setzet/ baß
Darumb zu beyden theilen fürchtet Gott/
So bleibet jhr wol auß angst vnd noth.

337 *Limitatio II.* Deinde limitari posse † videtur assertio nostra, eo casu quando vicini Principes aut civitates mutuis inter se bellis conflictantes, parem per omnia affectionem erga clientes gerunt, adeoque nec Amici nec inimici illorum esse dignoscantur, quia magna † discrepantia 338 est inter eos qui nec hostes nec socios bellantes habent, ab iis qui utrarumque partium communes sunt Amici, modo id fœderibus non sit comprehensum Bod. *d. c. 6. n.* 589.

Et hoc quidem casu considerata neutralitas utrisque qui bellum invicem moverunt, utilis esse † po- 339 test ut nimirum ad Neutrales victus cum subditus suus confugiat, vel mediatorem quod frequentissime ob pacem communem fieri solet se interponat, & sic apud Guicciardinum *lib. 1. hist.* Florentini respondent Ferdinando Regi Neapolitano, prodesse magis posse, si Respublica persliterit in Caroli Galliarum Regis fide, quo forte eis aliqua opportunitas, ad aliquam compositionem inter ipsos tractandam præbeatur.

His ita de certis hominum generibus quatenus protectorum munia suscipere possint speciatim explanatis, restat videre, quid potissimum in deligendis Protectoribus spectandum & considerandum sit.

In his autem, præter eas, quæ in *c. 9.* cautelas suggessimus ponderandæ sunt Protectorum † adsciscendo- 340 rum dotes tam fortunæ, quam animi affectiones ad notata Hæn. *disp. polit. 23. concl.* 4. Melch. Jun. *quæst. pol. 74. part. 2. Richter. axiom. polit.* 157.

Et primo quidem quod ad affectiones quas in protectores adsciscendo requirunt politici attinet, † 341 in iis perpendenda est † animorum conjunctio mo- 342 rumque æqualitas. Magnam enim vim † habet ad conjungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo Cicero pro Cluent. sicut e contra dispares mores disparia studia sequuntur Id. *in Lælio* Auth. Hypom. *ex Guic.* 172. unde Fœderatorum † voluntates contrariæ 343 censentur esse tanquam murus sine calce, qui facile dissolvitur Bart. Philip. *discurs. 15. de consil.* Hinc omnino dissuadent Politici fœderum † societates inter eos 344 qui sunt diversi humoris, sive natura, sive ratione intentionis eoque respectu Thomas Grammaticus confœderationem describit, quod sit adhærentia plurium qui sunt ejusdem voluntatis, significans, nunquam inter nos convenire posse quorum naturales inclinationes discrepant. Sic Turdo † mater, cum hi- 345 rundinis amicitiam expeteret, *stultus es* inquit, *Fili, si cum ea convivere te posse existimas qua alia diversaque à tuo sensu loca appetit.* Abstemius *Fab.* 27. Quæ fabula indicat nunquam firmas esse † amicitias 346 † ubi animorum exulat conjunctio. Herman. Gœchus. *inter discurs. Arum. de jure publ. concl.* 47. Melch. Jun. *quæst. polit.* 74.

Huc etiam † referenda est rei militaris scientia, 347 qua præ reliquis Protectorem excellere oportet, quia res præclare gestæ in bellis tantum vicinis populis terrorem incutiunt ut metu belli ipsis inferendi à clientum offensione facile abstineant. Althusius *polit. c.* 25.

Præterea inter patronales conditiones ob oculos ponenda fides † & constantia suscipiendi protectoris, 348 ex ante actis ab eo, qui in defensionem advocandus est, nec enim facile † fidendum ei, qui fefellit semel, Mol. 349 *tract. de fide hæret. serv. lib. 1. c. 19.* Unde Carol. V. negavit se posse fidere Francisco I. Galliarum Regi à quo semel deceptus fuit Guic. *lib.* 18. Alb. Gent. *de iur. bell. ad finem. tract.* Clientibus igitur futuris † diligenter cir- 350 cumspiciendum est, qualiter Protector suscipiendus, ac inprimis perpendendum, qualiter se erga alios suæ cli- 351 entelæ commissos homines gesserit ad not. Melch. Jun. *quæ. pol.* 75. Gœchus. *apud Aruma. disc. 28, concl. 45. tom.* 1. In quo enim crudelitas † dominandi libido, per- 352 fidia, nihil sancti, nihil veri nullus Dei metus, nulla jurisjurandi ac promissorum religio nulla fortitudo, nulla con-

constantia, ab ejus societate ac clientela recte abstinemus, generaliter enim sciendum est illud M. Tullii 3. *Offic.* esse verissimum, *Nulla nobis societas est cum tyrannis, sed summa distractio, & hoc omne genus pestiferum, atque impium ex hominum communitate exterminandum est.* Melchior Jun. *d. q. 74. part. 1.*

353 Deinde vero in † Protectore assumendo maxime etiam considerandum est, & potissimum videndum *Quanam, & qualis potentia in patrono tutelari requiratur.*

Hoc autem in discursu illorum mihi sententia approbatur, qui potentissimum requirendum esse, censent. 354 Cum enim magna negotia † magnis egeant adjutori- 355 bus † & quod usus necessarium est, dignitate eminere, utilitatemque authoritate muniri Reip. intersit. Patercul. *hist. Rom. lib. 2.* quis non potentes Advocatos ad clientum firmiorem protectionem desideraturus est, cum plerunque is, qui defendenda † suscipit, ea quæ sunt superiora viribus, sociorum & clientum faciat ja- 356 cturam. Tacit. *Annal. lib. 3. c. 37.*

Qualis in Protectore eligendo potentia consideranda sit.

Decisio pro Affirmativa. Ratio decidendi I. Ratio decidendi II.

Deinde roboratur hæc assertio, per ea quæ tradunt Althus. *polit. c. 17.* Scip. Amirat. *in Tacit. disc. 9.* ubi dicit, potentiam & pecuniam esse † nervos Imperii Cæsar *lib. 2. bell. Pharsal.* Dion. *lib. 33.* Appian. *lib. 4.* Plutarch. *in Cleomen.* Tacit. *lib. 1. Hist.* Xiphil. *in Vespasian.* 357 Procop. *lib. 3. de bell. Gothic.* Jovius *lib. 13.* Quo pertinent ea quæ Petr. Rogemorter. *in serm. Polit. fol. 33.* his scribit verbis: *Societatem, inquit, qui init, videre debet, an is, quem huc invitat, vires etiam habeat, & nervos, quibus inceptum bellum finire possit, quod nisi fiat, sæpe in mediis periculis, à socio destituitur, & hosti magis tunc, quam ante implacabili exponitur, quasi nudus & 358 inermis.* Hinc de Philopemone † Achæorum duce, qui multos Equites & pedites, sed nullam pecuniam habebat T. Flaminius est dicere solitus eum manus & crura, at non interim ventrem habere. Plutar. *in Apophth. Rom.*

359 Hæc tamen potentia † non ex fama, sed re ipsa æstimanda venit. Nihil siquidem rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiæ, non sua vi nixæ. Tacit. *Annal. libr. 13.* Unde Machiavell. 2. *disputat. de Republ.* 11. nihil imprudentius ab iis fieri, monet, 360 quam † si cum Principibus, quorum potentia minor est, quam esse putatur, fœdus ineunt, atque addit, errare Principes, qui cum seipsos defendere haud possint, alios tamen protegere se posse, putant. Nomen magis in auxilium, quam vires ad præsidium afferentes: Utque stultitiæ, vel desperationis indicium est, si quis scienter in caducum se inclinet parietem, una cum illo, haud dubio casurus, ita simili nota haud caret, qui cum eo protectionis conventionem init, qui non sat ad nos defendendum, virium habet. *Lips. 4. polit. c. 9. nu. 4.*

361 Qui ergo infirmiorem patronum † eligit, quærit cum quo cadat, qui vero potentiorem conducit, adamantinum pro incolumitate sua clavum figere dicitur, Schönborn 4. *polit.* 36.

Cavenda tamen etiam est (ut *alibi* monuimus) in 362 Protectore eligendo, nimia † illius potentia, ut plurimum enim quæ cum nimis potente initur societas, faci- 363 le in Leoninam † mutatur perfidiam, monente *Erasm.* 364 *in chiliad. Adag.* ipsaque etiam potentum † Amicitia multis modis suspecta est, dum societates cum potentioribus in servitutem sæpiuscule demigrant, unde & Mi- 365 nores pro † esca majoribus natos esse vulgo fertur. Scalig. *exercitat. 189. distinct. 5.* qualem Amicitiam Ægyp- 366 tii † Sacerdotes argute per Aquilæ pennas significabant, notante Pier. Valer. *lib. 19. Hieroglyph. p. 140.* ut enim teste Ovid. 1. *de arte amand.*

367 *Tuta frequensq; via est per Amici † fallere Nomen,*

368 Ita sub favorabili † Protectionis fœdere non raro cliente debiliores à nimis potentibus in servientium redigunturspeciem Keckerm. *system. polit. c. 24. lib. 1. de confœderat. num. 4.* Quod re ipsa olim experti sunt plerique populorum qui Romanos in auxilium advocarunt, uti ipse testatur Romanæ fons eloquentiæ cum scribit, *Noster*, inquiens, *populus sociis defendendis terrarum jam omnium potitus est.* Cujus rei nominatim etiam exemplo esse possunt Angli olim è patria sua ejecti. Cum enim Scoti Picti & Albinenses conjunctis uno tempore viribus Britanniam opprimerent & Angli, ne tota eorum gens extingueretur, in munitiori quodam regionis suæ loco sese defenderent, neque tamen diu, quin in hostium manus venirent, propugnare sese possent, Saxonum auxilia implorarunt, qui quidem magnis statim copiis advolantes, sufficientem ipsis opem tulere, hostem totum ex Anglia profligantes, iisdem tamen in servitutem redactis occupatis eorum sedibus in Anglia dominari cœperunt. Mutius *de German. moribus & legibus lib. 4. in fine.* Hinc politici securius esse autumant protectionis † affinitatem cum 369 mediocris potentiæ sed magnæ prudentiæ principibus contrahere, id quod Valer. Flac. 2. *Argonaut.* innuit, dum ait

——non solis viribus æquum
Credere, sæpe acri potior prudentia dextra.

Quo & pertinet illud Isocratis † ad Dæmonicum 370 Ῥώμη γὰρ μετὰ φρονήσεως ὠφέλησεν ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε: *Nam vis prudentiæ adjuncta usui, sine ea obest magis in noxam.* Quod & ipsa Sapientia pronuntiat *cap. 6.* Meliorem esse judicans sapientiam quam vires, & virum prudentem, quam fortem.

Quis igitur non libentius, cum Attilio † Regulo 371 viro fortissimo, exiguis tamen facultatibus contento, vel Publio † Scipione prudentissimo cui fu- 372 nus, ob rei familiaris angustias de publico solutum, quam cum Crasso locupletissimo, Nerone impurissimo vel cum aliis ignavis fœdus clientelare contracturus sit?

Potentia tamen sufficiens ejus, cum quo Advocatiæ nexus faciendus est, propterea requiritur, quod ii potissimum † eligendi sint, qui plurimum clientibus 373 in bello prodesse, & hostibus inprimis multum nocere possunt.

Cum Lipsio igitur *de magn. Rom. lib. 1. c. 3. & lib. 4. c. 11.* Imperii fines, opes, operas, imo multo magis ipsius Principis virtutes potentiæ conjunctas desideramus, putamusque Patronos eligendos esse, vel divitiis & opibus instructos, magnanimos, armisque potentes ac consiliis felices.

Sed hæc hactenus de potentia Advocati asciscendi: Nunc aliud explicatu dignum occurrit dubium, † *An* 374 *nimirum Protector, potius Indigena vel Peregrinus constitui debeat.* Ob es rathsamer sey ein außländischen König/ Fürsten vnd Herrn/ oder ein Reichsgenossen zum Schutzherrn zubestellen.

Utrum in protectore constituendo Indigena Peregrino præferendus sit.

Hanc ad quæstionem absque ambagibus respondendo existimamus à subditis Romano Germanici Imperii potius Indigenam quam extraneum, postulante necessitate in Protectorem asciscendum esse. 375

Primum enim submissio in clientelam † Extranei, 376 maxime si is valde potens sit, abstractionis ab Imperio periculum continet, ac proinde ejusdem Majestati non parum præjudicare censentur, per ea quæ considerant Eremb. 1. *de fœd. 2. n. 127.* Bod. 5. *de Repub. 6. n. 583.* & Ruding. *obs. cent. 1. obs. 45.*

Decisio pro Indigena. Ratio decidendi I.

Ea de causa cum nonnulli Imperii † Principes 377 Anno 1552. ad Tutelam Henrici II. Francorum Regis confugissent, Carolus V. Imp. id ægerrime tulit, nec

nec prius Germaniæ fines egressus est, quam clientes extraneum patrocinium ejurassent, Bodin. *d. loc. c. 6. num.* 8.

Deinde vero Extranei potentis Monarchæ in Protectorem receptio, non raro † proditioni ditionum Imperialium ansam porrigit, & ruinam Imperii progenerat, id quod inprimis maximo Christianorum damno experti olim sunt Græciæ † Imperatores, qui, dum protectionis & auxilii causa Turcas advocarunt, totum Imperium occidentale amiserunt, Hippol. à Coll. sub persona Johann. Werner. Gebharden in den Fürstlichen Tischreden *lib.* 3. *c.* 13.

378

379

Sic etiam (ut alia exempla omittantur,) olim Romanum Imperium † tam orientale quam occidentale quarto post Christum natum sæculo maxime inclinare cœpit, quando Theodosius Imperator Arcadio & Honorio, filiis impuberibus relictis (quorum huic Romam & occidentem, illi Constantinopolim & partem Imperii orientalis tribuit) Rufinum Hunnum, Stiliconem Vandalum & tertium quendam in Africa valentissimos quidem omnes, sed extraneos Tutores constituit: Hi enim postea occasione tutelæ ipsis commissæ Imperium affectarunt, atque Rufinus & Stilico colludentes illud concussum & cladibus collisum in filios suos proprios derivare conati sunt, unde obsidio † Constantinopolis, & mox captivitas & expilatio Romæ Anno Christi 412. per Alaricum Regem Gothorum facta promanavit, qua de prolixius scribit Molin. *in Tract. de orig. progress. & Excell. Regn. Franc. n.* 14. *& seq.* idque nos etiam *in Cap.* 1. *sub n.* 271. commemoravimus ubi alia etiam ad propositum pertinentia malorum Tutorum exempla retulimus.

380

381

Ratio decidendi III. Præterea exterorum Regum protectio ea etiam de causa, dissuadenda est, quod illi (ut de remotis *infra* docetur) ob loci † distantiam, tametsi fideles essent, & invasionis periculum non timeretur, susceptos in tutelam difficulter defendere possint. Eam ob rem Legato Ducis † Montensis orante ut Poloniæ Rex peregrinus Principem suum in fidem & clientelam susciperet eidem responsum esse, neque Duci eam protectionem quærenti neque Regi illam suscipienti, propter maximam loci inter eos intercapedinem, commodo esse posse, refert Cromer. *de Reb. Pol. lib.* 19. *in pr. p.* 285.

382

383

384 *Ratio decidendi IV.* Quarto sicut bonorum alienatio † & translatio in Extraneos, quibus, cum Statibus & Juribus Imperii nullum commercium est, semper fere in fraudem & damnum ejusdem vergere censetur, ideoque interdictis prohibitoriis ex *cap. Ordin. Camer. part.* 2. *Titul.* 23. auff die vier Fäll cohibetur (quibus de Gylman. *in Symph. Tom.* 4. *part.* 2. *& Tom.* 3. *p.* 2. ubi *num.* 86. ex eo fundamento supplicatum refert contra Principem quendam, qui in præjudicium familiæ suæ, Extraneo cuidam Duci, comitatum aliquem pignoris jure, quamvis adjecto reluendi pacto, obligaverat.) Ita etiam clientelaris † societas, cum Peregrinis Ducibus ne bona & fortunæ clientum intervertantur occasione, ejusdem Imperii capiti & Statibus non immerito invisa ac odiosa habetur, per ea quæ hanc in rem congerit Jacob. Synzius *in disputat. de Jure protect. Thesi* 11. ubi interdicti prohibitorii, quod per Carolum † V. Imp. Anno 1548. Bruxellis ad Imperii ordines promulgatum fuit, meminit, cujus formulam etiam Ruding. *d. Obs.* 45. refert. Quo pertinet quod de Sueciæ, † Poloniæ, Daniæ & Hispaniæ Regibus Hansæ societatis protectionem ambientibus scribit Honor. *Thesaur. polit. Rubr. de iis, qui Liga Hanseat. protect. amb.* ubi commemorat, eos ea de causa quod Imperii Principes non essent, vel minima saltem ditionum suarum portio ab Imperio dependeret, protectionis quæsitæ repulsam passos fuisse, ubi tamen, quod Catholicissimus Hispaniæ Rex protectionem illam unquam ambierit, fama communi non attenta subdubitat, & *ibidem* notat in delatione muneris protectitii Magno Borussiæ Magistro facta, Hansæ Ordines, inprimis considerasse † quod is non extraneus, sed Imperii esset Princeps, tum quod commode defendere posset, tum quod ejus quoque Hansam tueri interesset, quæ causæ à quibusvis Statibus se in alienam protectionem conferre desiderantibus probe ac diligenter attendendæ ac observandæ sunt.

385

386

387

388

Quinto peregrinorum patronorum Advocatia, † non dum Imperio præjudicialis, sed & vicinis odiosos reddunt clientes ejusmodi externa præsidia quærentes. Cum enim vicini Principes † negliguntur, & exterorum Amicitia conciliatur, simultas suspicioque nascitur, quæ potentiam recens auctam semper comitatur: Quamobrem etiam R. P. Adamus Contzen. *lib.* 8. *Pol.* §. 9. non abs re innuit exterorum † matrimonia maxime potentium vicinis esse invisa, dum scilicet ea contrahentes, novi aliquid moliri velle videntur. Unde & idem *lib.* 9. *cap.* 8. §. 14. ex Aristot. *libr.* 5. *cap.* 5. eleganter docet, Imperia plurimos perdidisse, cum exteros in civitatem admisissent. Hinc etiam doctiss. Dn. Christoph. Besoldus *in dissertat. noviss. de Jure fœder. Cap. IV. sub num.* 11. existimat male consulere Principibus † Germaniæ, qui splendidas & sumptuosas amicitias Magnatum exterorum iis ambiunt, vel procurant, ubi etiam consultius esse autumat colere amicitiam † vicinorum minusque potentium, quam peregrinorum.

389 *Ratio decidendi ultima ab auctoritate,*

390

391

392

393

Hanc denique opinionem, quod potius † Indigena quam extraneus in Protectionem advocandus sit, nominatim etiam nobiscum amplexi sunt, Livius *lib.* 30. *c.* 12. ubi caute monet, in rebus † adversis indigenæ, quam alienigenæ fidem experiri tutius esse, quem refert & sequitur D. Hepingk *dissertat. de jure Advocat. Thes.* 21. *lit. C. versicul. Indigenam.* Herod. *libr.* 6. ubi pariter innuit debere nos potius in vicini tutelam & fidem committere, quam Extranei & remoti protectionem quærere. Quam sententiam ex modernis etiam scriptoribus secuti sunt Ruding. *obs. cent.* 1. *observ.* 45. Ehrenberg *de Fœder. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 127. Bodin. *de Republ. lib.* 5. *c.* 6. *num.* 583. Jacob. Synzius *disp. de Jure protect. concl.* 11.

394

Porro ex hujus dubii resolutione † facilis est decisio ad aliam huic vicinam dubietatem, qua consideratur *An propinquus magis, quam locorum intervallo distans à Clientibus Patronus tutelaris eligendus sit.*

395 *Protectoris in electione utrum vicinus Remoto præferendus sit.*

Qua in re adhibita in consilium † ratione absque scrupulo respondendum est, non cum remotis sed vicinis Principibus vel Rebusp. protectionis conventionem ineundam esse.

396 *Decisio Affirmativa.*

Quamvis enim nonnunquam cum remotis etiam fœdera (quorum multa exempla ex Leuchtero *in Tract.* von Bündnussen *per discurs. & aliis* sumi possunt) contrahantur, ea tamen † honoris potius quam utilitatis aut expectandæ defensionis causa fieri censentur, quale est inter † Hungaros & Gallos, de quo Bernhard. de Girard. *Histor. de Franc. lib.* 17. *fol.* 386. sequentem in modum scribit, *Il y a une amitie & intelligence entre les Francois & les Hongres, non pour esperance, d' aucun proffit veu la longue distance, que est entre ces deux nations: mais pour les alliances ex pour la respect de la Noblesse de l' une ex del' autre nation.*

397

398

Cum vicinis autem sequentes ob causas potius quam

Causæ & rationes cur vicinorum potius quam remotorum Advocatia quærenda.

quam cum longinquis, amicitiam colendam & fœdus clientelare contrahendum esse, politici volunt.

Primo quod † vicini, cæteris paribus, quolibet necessitatis, præsertim repentino & improviso casu commodius, quam loco multum distantes, in protectionem suam receptis succurrere possint ac valeant, 399 idque non solum respectu temporis, quia citius juvare, *Ratio I.* sed etiam respectu præparationis atque advectionis rerum ad bellum, si opus sit gerendum ac vim avertendam necessariarum magis oportunam afferre possunt opem, tum etiam consiliorum communicationis ergo, quæ commodius cum vicini in præsentia quam cum remotis per literas quæ sæpiuscule intercipiuntur, vel Nuntios, aut Legatos, qui non semper fideles sunt, in tranquillo statu clientes conservari possunt, quo conferunt scripta à Guevarra *in Marco Aur. c. 12.*

400 Secundo vicinorum Advocatiæ tutiores † sunt re- *Ratio II.* motorum, propter difficultatem & incertitudinem defensionis à longius dissitis Patronis exhibendæ: Si enim Potentissimi etiam Reges ac Principes, proprias suas à corde Imperii procul remotas provincias difficilius, quam propinquas tueri possunt, quod sæpe Franco-Galli, & multarum amissione ditionum superioribus annis expertus est Rex Hispanorum, in Belgio, multo sane minus Protectores, à se longe dissitas clientum terras defendere posse præsumuntur: Quis igitur non intelligit Advocatias exterorum longe absentium evitandas esse ob moræ periculum quod in expectando, longinqui Protectoris auxilio subesse plerunque solet, monente Ferdinand. Vasq. *illustr. quæst. cap. 21. num. 30. libr. 1.* Ubi dicit ob loci distantiam sæpe in mora summum esse periculum, dum timor est ne priusquam patronus multa locorum intercapedine dissitus suppetiis suis advenire possit, res interea clientum pessum eant, vel maxima saltem ipsis damna inferantur, juxta illud Lucani *libr. 2. bell. civil.*

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Ratio III. Tertiam insuper causam, cur Patronos tutelares propius apud nos, quam in longinquo habitantes, potius eligere debeamus, suppeditat nobis, consideratio ma-401 jorum † ac graviorum sumptuum, qui in adducendis militibus, ac procurandis commeatibus sustinendi sunt: id quod probe animadvertit Joan. Boter. *de illustr. stat. & polit. libr. 6. c. 15.* in suscepta per Venetos Pisanorum Advocatia. Ubi parum prudenter e-402 gisse † Pisanos, ait, quod Venetorum Tutelæ se submiserint, tum quod hi contra Florentinos, qui ipsorum hostes erant, ob difficilem transitum, locique distantiam minus tuto ac commode, tum vero non nisi maximis impensis militaribus tueri possent, ideoque Veneti Pisarum ut nimis dissitarum, ea maxime de causa protectioni renuntiarunt, quod plures facere eos expensas oporteret, quam à Pisanis sibi restitui expectarent. Unde justam ac legi-403 timam † rescindendæ ejusmodi clientelaris societatis causam habuisse censentur. Inconsulta enim est tam clientibus quam Patronis ejusmodi Advocatia, ex qua nullam in illos vel minus proficuum defensionis subsidium, in hos vero multum etiam detrimenti provenire solet.

Ratio IV. Quarta potioris cum vicinis petentibus & fidei (infidis enim Amicis propiores magis periculosi sunt quam remotiores teste Livio. *libr. primo*) paciscendæ Clientelæ ætiologia ex proprio etiam vicinorum Protectorum præjudicio elicitur. Cum enim firmissimum † vinculum habeatur, quod nectit pericu- 404 lum commune Besol. *de jure fœd. c. 4. sub n. 12.* & Clientum vicinorum † oppressio & in alterius potestatem 405 reductio, vicino etiam facile obesse possit, Patroni vicini tanto magis laborabunt ac præcavebunt ne vicinis clientibus libertas eripiatur, ex dictamine *leg. quod & Lex. 3. §. 9. Digest. de libert. hom. exhib.* atque his devictis, ipsi quoque injuriis potentum juxta vulgatum illud Poetæ probe monentis dictum.

Tunc tua res † agitur, paries cum proximus ardet. 406 exponantur. Warem. ab Ehrenberg *de Fœder. lib. 1. cap. 2. num. 127.* Besold. *de Fœder. cap. 8. sub num. 4. versicul. Deinde etiam est videndum.* Ubi inprimis attendendum esse monet, quid potissimum fœderis socios ad auxilia ferenda impellat, tuane solius necessitas, an vero metus quidam & instantia communium periculorum, *ibidem* subdens tutius esse societatem contrahere, cum iis qui & nobis prodesse multum possunt & ad quos aliqua etiam ex rebus nostris integris ac salvis, utilitas redundat.

Et hoc quidem vicinitatis † præjudicium interdum 407 etiam efficit, ut propter vicinum periculum absque ulla etiam pactione nonnulli è vicinia defensionis operam porrigant vicinis bello impetitis, ut olim Rex † His- 408 paniæ juvisse Sabaudiæ Ducem contra Gallum, refertur per Apollinar. Calderin. *discurs. 15.* ubi talem vicini protectionem fœdus vocat *coactum* adde Gregor. Richter *axiomat. politic. 146.* & Scipion. Admiratum *libr. 20. discurs. 11.* ubi commode monent initiis † alie- 409 næ potentiæ, nimirum ac manifeste crescentis à vicinis mature occurrendum: & syncretismo (seu Cretensium more) resistendum esse, ne vires adeo inolescant, ut illis obsistere amplius non possint. Besold. *lib. 2. pol. c. 5. num. 28.*

Quinto ut testimonio etiam aliorum nostra firme- *Ratio V.* mus, hanc de præferenda vicinioris eligendi Patroni sententiam collaudant, in terminis fœderum, quorum hoc in puncto par † est ratio. Warem. ab Ehrenberg 410 *d. loc. c. 4. num. 12. lib. 1.* Feschius *de fœder. conclus. 12. lit. D.* Apoll. de Cald. *in discurs. 6. super Tract. Boteri della ragione di stato discurs. 24. & seq. duob.* Christ. Besold. *de jure fœd. cap. 4. numer. 11.* In terminis vero Advocatiæ contrahendæ D. Hepingk *de jure Advoc. Thes. 21. lit. C. ver. vicinum.*

Quinto & sexto hæc ipsa opinio diversarum gentium *Ratio VI.* elogiis abunde confirmatur. Nam juxta Latinorum vetus proverbium, *Amici non † sunt Amici, qui habitant* 411 *procul.* quod multis illustrat Erasm. *in Adag.* Quamvis enim sejunctio † locorum non dirimat amicitiam, offi- 412 cia tamen interrumpit, testante Arist. *Ethic. lib. 8.*

Sic etiam Hebræi communi veriverbio dicunt, טוב שכן קרוב מאח רחוק Doph schochen choroff meach rochog, *Melior est in vicinia Amicus, quam frater à longe*, quo volunt significare, potius esse Amicum † habere vicinum, quam fratrem qui procul absit. 413

Elegans est & illud Italorum ad propositum pertinens † dicterium, *l' aqua fontana non spegne fuoco vi-* 414 *cino*, Hinc & Germannorum Rythmus.

Ein guter Freundt / so an der wandt /
Ist besser als zween von der Hand.

Quibus omnibus consideratis, nemo facile contra nos statuet, in eligendis Protectoribus, longinquos aut remotos propinquis ac vicinis præferendos esse.

Hoc tamen loco (priusquam hanc claudamus disputationem) & illud silentio prætereundum non est

415 est, remotum † hic à nobis non intelligi Patronum, qui longo itinere abest à clientibus, sed qui ipsis cito ac commode adesse ac opem ferre potest. Quare si qui maris, Rheni vel Danubii, alteriusve navigabilis fluvii beneficio, longum brevi temporis spatio iter perficere, ac militare subsidium ad loca defendenda mox possunt submittere, pro remotis non habentur: exemplo Helvetiorum. Cum enim Argentinenses 416 † ante aliquot annos, cum urbibus Helveticis, novam profitentibus Religionem, fœdus iniissent, illudque ob distantiam locorum, quo confœderati dissiti sunt, 417 ab æmulis vilipenderetur, Tigurini † rate, secundo Rheno devecti pultem ex milio vel oriza confectum, adhucque calentem Anno 1576. Argentorato intulerunt: prisca Germanica simplicitate eo demonstrare volentes, sie seyen so nahe Nachbarn / daß sie auch ein warmen Brey mit einander können essen / quo de legi potest Carmen Germanicum elegans Joannis Mengers / cujus inscriptio, das glückhaffte Schiff von Zürich:

418 Quamvis igitur Jurisconsulti vicinum † definiant, cujus vox exaudiri potest, die einander am Fenster ruffen können / arg. *l.* 1. §. *eodem autem* & §. *seq. ff. ad Syllan.* Signorol. *consil.* 32. *num.* 1. late Tiraquell. *de Retract. consang.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 21. Menoch. *de arbitrar. Jud. quæst. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 222. *n.* 14. aut qui habitant in eadem via juxta nos, *l. si vicinus. C. de Nupt.* Rebuff. *in l.* 239. §. *oppida. de verb. signific.* Nos tamen 419 hac in disputatione largius vicinum † accipimus, & talem pro remoto non habemus, qui licet aliquo locorum intervallo à clientibus aut confœderatis distet, facile tamen se illis conjungere, & eveniente defensionis præstandæ necessitate, succursu auxiliari, aquarum commoditate adesse in tempore, vel per propinquos suos officiales aut subditos in clientelam receptis commode clientibus subsidium afferre potest.

Limitatio præmissæ decisionis. Ea tamen quæ de vicinis in Protectores assumendis, & remotis evitandis hactenus dicta sunt, semper ex circumstantiarum variatione ponderanda esse monet † Besold. *de fœder. cap.* 4. *sub num.* 13. ubi putatur civitatem † debilem, tutius se commendare remoto, quam vicino potenti, eo, quod haud ita cito Patrocinii occasione, quod non rarenter fit, opprimi possit. Unde idem quoque censet, cum potentiori, si vicinus sit, fœdera † magis periculosa esse, quam cum remoto, *d. loc. c.* 4. *ad fin. n.* 13. 410 411

Sed ut his tandem finem imponamus sequentes denique in protectore eligendo cautelæ † observandæ sunt. 422 *Cautelæ in protectore eligendo.*

Primo ne Patronus † advocetur, ex illa domo vel familia, quæ clientibus vel eorundem prædecessoribus vel majoribus aliquando offensa fuit; Nam & inimicis reconciliatis, † haud tuto fidendum esse politici monent: Hacque ratione Bellicurre Gallicus Legatus dissuasit Helvetiis fœdus † cum Hispano, apud Petr. Matthiens. *lib.* 2. *de l'hist. de Franc. narrat.* 2. *n.* 10. *p.* 317. ubi ita loquitur. *Qu'ils devoient prendre garde, à ne fier à l'alliance d'une maison offensée, en la quelle saignoit encore la playe de la mort de trois Princes, deffaits par leurs armees, &c.* 423 *Cautela I.* 424 425

Deinde etiam prorsus evitanda sunt Patrocinia illorum, qui Jus † aliquod in res aut ditiones clientum vel olim prætenderunt, vel adhuc tempore contrahendæ clientelæ prætendere solent, per ea quæ acute monet Boccalin, *cap.* 18. d. Pietra del Paragone de Sigismundo Battore agens, quem sero nimis linguam Latinam didicisse refert. *Cautela II.* 426

Præterea illorum quoque declinanda clientela est, qui non libere, spontaneaque voluntate; sed inviti † in protectionis societatem asciscuntur, eo quod raro stabile, † firmum, ac diuturnum maneat, quod invito animo promittitur, Canonhiero *dell' introduzz. alla polit. lib.* 4. *c. ult.* relatus à Besold. *de Jure fœd. c.* 4. *n.* 10. *Cautela III.* 427 428

Verum quia de cautionibus quibus clientum libertati prospicitur & consulitur, *in c. IX.* fusius tractatum est, eo Lectorem remittimus, visuri deinceps in capite sequenti, quænam personæ protectionis beneficio dignæ sint, & quæ ab eadem excludantur.

CAPUT VIII.

Quæ personæ in protectionem suscipi possint, vel non?

SUMMARIA.

Contrariorum quo ad cognitionem eadem est ratio & disciplina, n. 1.

Omnes malefici, criminosi & atrocium scelerum turpitudine contaminati à protectione excluduntur, n. 2.

Scelerati odio habendi, nec Patrocinium eorum suscipiendum est, n. 3.

Delinquentes puniri ac crimina eorum detegi potius, quam tegi Reipubl. interest, n. 4. & 9.

Sontes & malefici potius tollendi quam defendendi, n. 5. & 7.

Membrum putridum mature resecari, prodest corpori humano, n. 6.

Protectio & custodia, quam Domini cum subditis, tum transeuntibus extraneis adversus injurias opprimentium præstare tenentur, ad bonos tantum homines restringenda, n. 8.

Delinquentibus leges beneficia sua non tribuunt, n. 10.

Delinquentibus leges immunitatem à pœnis expresse denegant, n. 11.

Malefici, sortilegi, lamiæ & striges sunt extra gremium & protectionem Ecclesiæ, n. 12.

Reputantur procreaturis diaboli, n. 13.

Malefici sunt rei læsæ majestatis divinæ, n. 14.

Societas omnis cum dæmone homini interdicta, n. 15.

Hostes Regis aut regni dicuntur, quibus à Rege bellum indictum est, n. 16.

Subditus societatem cum hoste Regis vel Principis sui iniens, facit se reum læsæ majestatis, n. 17.

Crimen læsæ majestatis divinæ, omnium teterrimum & gravissimum, n. 18.

Reus læsæ majestatis humanæ, omni defensione indignus est, & vitæ ac bonorum amissione punitur, num. 19.

Perduelles, qui data opera adversus summum Principem scelus machinantur, inter læsæ majestatis reos præcipue detestandi, n. 20.

Perduellionis pœna tenetur etiam, qui hoc crimen commisit in principem Electorem, n. 21.

Perduellionis crimen omnium est nefandissimum & sceleratissimum. n. 22.

Læsæ majestatis crimen, omnium peccatorum pessimum, numer. 23.

Pœna perduellionis moribus recepta est discissio corporis in quatuor partes, n. 24.

Quæ pœna perduellionis fit Venetiis & in Gallia, n. 25.

Intelle-

intellectus verborum, ibid. pastorum sich darauff selbst persöhnlich mit dem Eyd zu purgieren/ ibid.

Banniti innocentiam extraneo docere permissum, 99.

Purgatio nil aliud quam innocentia testificatio, ibid.

Bannitis non tantū jura statutaria regionis & civitatis, sed & jura civilia Romanorum communia amittit. 100

Bannum Imperii ab Imperatore vel Camera Imperiali irrogatum est universale & ubiq; se extendit, 101.

Bannitum occidere, & omnibus bonis spoliare quivis impune potest, 102.

Bannito adversus offendentem se defendere non licet, 103

Offensio ubi permissa, ibi prohibita est defensio, 104.

Constitutiones de offensione bannitorum, non sunt juris communis dispositione introducta. 105.

Banniti moribus Galliæ impune offendi non possunt, nec pro hostibus habentur, nisi in casu læsæ majestatis divinæ vel humanæ, 106.

Bannitorum omnes obligationes, juramenta, pacta & actiones ex parte eorum irrita & nulla sunt, 107.

Banniti civitatem Romanam amittunt, 108.

Bannitis justitia administrari non debet, & sententia pro iis lata est nulla, 109.

Bannitorum bona à nullo in tutelam recipienda sunt, 110.

Bannitorum bona in protectionem recipientes de facto incidunt in pœnam banni, ibid.

Bannitorum receptatores in protectionem recipi impune non possunt sub n. 111.

Pœna receptatorum ex Const. Sigismundi Imp. eadem quæ Bannitorum, ibid.

Bannitorum receptatio Jure communi quatenus prohibita sit, 112.

Protectoris sive personam, sive bona in protectionem recipiant, in bannum pariter incidunt, 113.

Bannitis auxilium aut favorem præstans pœna receptatorum ordinaria tenetur, ibid.

Bannitum inscius in tutelam recipiens, an proscriptionis pœnam nihilominus incurrat? n. 114.

Affirmativa, n. 115, Negativa, n. 125.

Ignorantia in facto publico neminem excusat, 116.

Declaratur, n. 134.

Ignorantiam facti publici allegans, est in dolo præsumpto & lata culpa, 117.

Paria sunt scire & scire debere, 118.

Ignorantia constitutionis per loca publica publicatæ non est tolerabilis, 119.

Scire quilibet præsumitur, quod publice scitur, 120.

Ignorantia præsumptionem tollit notorium, 121.

Bannum Imperii per publica edicta ubique terrarum innotescit, 122.

Declaratur, ut n. 135.

Proclamata publica in omnium notitiam transire præsumuntur, 123.

Scire quilibet de provincia præsumitur, quod publice factum est in parte provinciæ, 124.

Ignorantia regulariter à delicto & pœna excusat 126.

Ignorans aliquem deliquisse, si ei fugienti associatus fuerit, non incidit in pœnam constitutionis contra tales associantes emanatæ, 127.

Scientem non ignorantem lex obligat. 128.

Constitutio puniens receptatorem banniti, non includit eum, qui ignorans receptavit, 129.

Banniti defensione suscepta, ut bannum incurratur, requiritur intervenisse dolum, & malam fidem, 130.

Receptio est de natura boni. 131.

Ignorans, non dicitur velle, 132.

Voluntas ad ignorata non porrigitur, eod. n.

Ignorans non delinquit, nec culpam committit, 133.

Ignorantia probabilis significatio, à pœna excusat, 136.

Causa & credulitas qualibet etiam fatua, excusat à dolo & pœnam extenuat, 137.

Excommunicati quoque in protectionem non sunt recipiendi, 138.

Excommunicati æquiparantur bannitis, 139.

Excommunicati ab omni fidelium communione habentur exterri, 140.

Excommunicationis pœna deportationi, exilio sive relegationi correspondet, 141.

Bannitus membrum Imperii esse desinit, ac pro mortuo habetur, 142.

Bannitus similis est deportato, 143.

Bannum successit in locū interdictionis aquæ & ignis, 144.

Excommunicatus ab Ecclesiæ corpore resecatus, ac pro mortuo reputatur, 145.

Bannitus privatur hominum conversatione & communione, 146.

Excommunicati similiter, 147.

Cum excommunicatis salutis eorum causa communicationem habere non prohibetur, sed Christianæ charitati convenit, 148.

Excommunicatio dicitur bannum Christianitatis, 149.

Excommunicati in quo sint melioris conditionis, quam banniti, 150.

Excommunicatio omnimodam exterminationem politicam non operatur, 151.

Excommunicatio, rerum dominio excommunicatum non privat, 152.

Excommunicati testari possunt, 153.

Excommunicatio contractus cum excommunicato celebratos non annihilat. ibid.

Excommunicationis causa, in vitam & bona alicujus grassari illicitum est, ibid.

Excommunicati licet in protectionem non recipiantur, protectionis tamen munere fungi possunt, 154.

Banniti neque recipere neque recipi in protectionem possunt, 155.

Banniti & excommunicati duntaxat per sententiam declarati in protectionem recipi prohibentur, 156.

Pacem publicam frangens, an ipso facto in bannum incidat, 157.

Vis publica, non omnis est fracta pax, 158.

Nemo talis dicitur nisi per sententiam talis sit declaratus, num. 159.

Clausula ipso iure, vel ipso facto an inducat privationem rei absque sententia, 160.

Sententia banni declaratoria requiritur, ut quis à protectione excludatur, 161.

Confessus de crimine, ut puniatur, constare oportet de crimine & super eo à judice pronuntiari, 162.

Executio contra excommunicatum suspensa est, donec pronuntietur sententia declaratoria, 163.

Notarius committens crimen falsi officium tabellionatus potest exercere, usque dum per judicis sententiam officio privetur, 164.

Hæreticorum bona ipso jure sunt confiscata, 165.

Executio confiscationis in bonis Hæreticorum fieri non potest ante sententiam promulgatam, 166.

Judex procedens contra aliquem tanquam contumacem debet interloqui, eum esse contumacem, alias non sufficit sola contumacia, 167.

Ut infamis quis fit, non sufficit probatio criminis, sed requiritur confessio ipsius in judicio & sententia Judicis declaratoria, 168.

Clientes non amittere protectionis beneficium ante sententiam declaratoriam, probat constitutio pacis publicæ, itemq; ordinatio Cameræ, 169.

Accusatus de crimine fractæ pacis publicæ pendente judicio liberam habet rerum suarum administrationē, 170

Pœna ipso jure imposita, non habet executionem, absque sententia declaratoria, 171.

Canonis vel legis sententia non habet judicis officium seu executionem, nisi secuta sententia declaratoria cum causæ cognitione, n. 172.

Formula sententiæ banni declaratoriæ, 173.

Limitatur 1. *In casibus specialibus Constitutionibus Imperii expressis veluti atrocioribus delictis*, 174.

Rebellio notoria non requirit sententiam banni declaratoriam, 175.

De notoriis, Juris solennitas relaxatur, 176.

In notoriis delictis atrocioribus, absq; ulla sententia declaratoria ab executione initium fieri potest, 177.

Falsarii ipso facto sine prævia sententia declaratoria in bannum incidunt, 178.

Fallit 2. *Bannum vel excommunicatio, si fuerit invalida, protectio non est deneganda*, 179.

Invaliditas non præsumitur, nisi notorie de nullitate constet, vel ea in judicio plene probata fuerit, 180.

Injustum nihil præsumitur, 181.

Sententia omnis justa præsumitur, eod. n.

Sententia quantumvis iniqua, appellatione non interveniente transit in rem judicatam, 182.

Habetur pro rei veritate, & plenum sortitur effectum, 183.

Sententia manifestam iniquitatem continens est ipso jure nulla, 184.

Limit. 3. *Bannitus vel excommunicatus de innocentia sua docere volens, à protectione non est excludendus, donec de crimine admisso liqueat*, 185.

Diffamato de aliquo crimine, defensio pro sua exculpatione non est deneganda, 186.

Limit. 4. *Bannitus vel excommunicatus lite adhuc super banno vel excommunicatione pendente, protectione nõ est exutus, donec confirmetur lata banni sententia*, 187.

Appellans à sententia banni contra se lata, pendente appellatione, non dicitur bannitus, 188.

Appellatio à banno suspendit ejus effectum, 189.

Limit. 5. *Bannitus adversus latam in se banni sententiam petens se restitui in integrum, pendente judicio protectione non debet destitui*, 190.

Limit. 6. *Bannitum vi metuve à superiore vel hoste coactus in protectionem recipiens, in pœnam receptatorum non incidit*, 191.

Coacti magis pati quam agere videntur, 192.

Delinquere nemo potest, nisi ex voluntate, 193.

Peccatum ubi non est, ibi non debet esse pœna, 194.

Hæretici an à protectionis subsidio penitus excludendi sint? 195.

Affirmatur, n. 199.

Hæretici qui nam sint proprie, 196.

Hæretici qualiter distinguantur ab impiis? 197.

Hæretici qualiter discriminentur à schismaticis? 198.

Hæretici Ecclesiæ pacem & unitatem perturbant, 200.

Hæretici Ecclesiæ beneficiis se indignos reddunt, 201.

Hæretici legitime agniti & condemnati ab honoribus & officiis publicis arcentur, 202.

Hæretici impune non ferendi, 203.

Hæretici præter excommunicationem, pœnam etiam publicam pro qualitate facinoris arbitrarie infligendam commerentur, 204.

Hæreticorum protectores nullis pœnis subjacent, 205.

Hæresis omnium delictorum gravissimum dicitur, 206.

Hæresis gravius maleficium, quam majestatis humanæ crimen, 207.

Hæresis quare cæteris criminibus gravior & detestabilior, 208.

Hæresis non immerito crimen læsæ maiestatis divinæ appellatur, 209.

Majestatem æternam offendere longe gravius est, quam temporalem, 210.

Hæreticus ab Ecclesia præcisus, est sicut ramus ab arbore, qui statim arescit, 211.

Hæreticus ad Ecclesiam confugiens non gaudet ejus immunitate, 212.

Hæretici omni commercio & negotiatione fidelium excluduntur, 213.

Hæreticorum nomen & memoria post mortem damnatur, numer. 214.

Hæretici inter Christianos sepeliri non permittuntur, 215.

Hæreticorum fautores, defensores, ac receptatores pro iisdem cum ipsis hæreticis habentur, 216.

Apostatæ ac Christiani perfidi protectionis præsidio pariter indigni sunt, 217.

Apostatæ deteriores sunt, quam athei vel hæretici, 218.

Ethnicus qui viam Domini non agnoscit minus peccat, quam qui post agnitam nefarie retrocedit, 219.

Judæi an in protectionem juste recipiantur nec ne, 220.

Negativa, 221. *Affirmativa*, 246.

Iudæi artes præter fœnerationem nullas exercent, 222.

Iudæi artes suas universas in Christianorum incommodum dirigunt, & fœnore suo Christianos defraudare sibi laudi ducunt, 223.

Wenceslaus Imp. Iudæos in civitatibus Imp. non esse recipiendos singulariter statuit, sub n. 223.

Wirtenbergici Ducis Christophori contra Iudæos odiũ, ibid.

Iudæi medicamentis suis facultates corporis vitales exhauriunt & experimenta per mortes agunt, 224.

A Iudæo medicamenta sumere sub excommunicationis pœna prohibitum, 225.

Nisi tempore pestis aut medicis aliis deficientibus, vel ob ejus excellentiam, 226.

Iudæorum medicina Impp. & Regibus Christianis crebro funesta extiterunt, 227.

Carolus Calvus à Iudæo Sedechia medico suo veneno extinctus, 228.

Joannes Bohemiæ Rex cæcutiens à Iudæo ophthalmiæ peritiam jactante excæcatus, 229.

Iudæi sunt personæ odiosæ & infames, 230.

Declaratur, 278.

Iudæi sunt inimici crucis Christi & nominis ejus, 231.

Iudæi sunt peiores Saracenis & detestabiliores omni alio malarum personarum genere, 232.

Iudæis suffragantes per corruptionem, instar sacrilegorum habentur, sub n. 232.

Patronus inimicorum Christi effectus, à corpore ejus separari dignus ibid.

Iudæi ab omnibus dignitatibus repelluntur, 233.

Personæ odiosæ in protectionem non sunt recipiendæ, 234.

Personæ odiosæ beneficiis generaliter concessis non comprehenduntur, 235.

Iudæi non continentur in dispositione legũ favorabili, 236.

Leges favores suos non extendunt ad eos, qui eis sunt rebelles, 237.

Iudæi ad Christianorum Ecclesias confugientes an illarum immunitatibus potiantur nec ne, 238. & 287.

Ecclesia non est nutrix eorum, qui non sunt sub lege sua, num. 239.

Iudæi Ecclesiarum beneficiis infidelitate sua se indignos efficiunt, 240.

Erga Iudæos Christiani nominis perfidissimos hostes nulla humanitate utendum, 241.

Iudæi in protectionem recepti plerumque suis protectoribus retribuunt, quod murus in pera serpens in gremio ac ignis in sinu, post se relinquunt, sub n. eod.

Iudæi non ferendi in Republ. Christiana, sed auferendi sunt, numer. 242.

Iudæi ad libitum à Principibus expelli & bonis dispoliari possunt, 243.

Declaratur ut, n. 290.

Iudæi à regno Galliæ exterres, 244.

Cum hæreticis & similibus id genus pacisci non licet, ut libere in damnata sua secta vivant, 245.

Christianorum maxime interest, ut à Judæorum communione abstineant, ibid.

Iudæorum mores cum Christianorum moribus non concordant, ibid.

Iudæis

Iudæis tutela à Iure data est, ne Christiani in eos insultent, numer. 247.
Iudæis nihil turbulentum legique contrarium tentantibus injuria facienda non est, 248.
Iudæi nihil turbulenti tentantes humaniter tractandi ac patienter ferendi sunt, 249. & 281.
Iudæi à Christianis expulsi ad Turcas confugiunt, sub n. 249.
Iudæi primo omnium ad Turcas usum machinarum bellicarum, aliaq; artificia quibus ante gens barbara destituta fuerat, cum summo Christianorum damno detulerunt, ibid.
Iudæi sunt sub protectione Imp. & S. Pontificis, 250.
Iudæi creatione, gubernatione, redemptione ex parte Christi, cum Christianis participant, sub n. 250.
Iudæos offendere vel personaliter, vel in bonis prohibitum, 251.
Iudæos pacifice degentes de suis terris principes expellere non possunt, 252.
Iudæis tempore necessitatis succurrere debet Princeps, secus faciens, peccat, 253. & 254.
Iudæorum fides est primordium veritatis, 255.
Iudæi sunt memoria maximi fundamenti nostræ fidei, 256.
Per eorum consortium eos Deo lucrari possumus, 257.
Iudæi inter oves Christi creatione gubernatione & redemptione computantur, eod. n.
Iudæi sunt fideles & devoti S. Ecclesiæ Romanæ, 258.
Iudæi obedientes legibus non sunt molestandi, 259. & 282.
Iudæos Ecclesia in suis ritibus & ceremoniis tolerat, 260.
Iudæos à Christianis non opprimendos aut arcendos prohibet ipse Deus, 261.
Iudæi ante finem mundi denuo ad Christum revertentur, 262.
David sub persona Christi orat ne gens Iudaica prorsus deleatur, sed dispersa ante oculos Ecclesiæ passim vagetur, 263.
Iudæi utuntur jure Romanorum, 264.
Iudæi ex stylo Cameræ in Germania pro civibus Romanis habentur, 265.
Iudæi in filios habent jus patriæ potestatis, 266.
Iudæus minor læsus in integrum restituitur, 267.
Immunitas incolis alicujus loci concessa, etiam complectitur Iudæos, 268.
Securitas concessa pro se & sociis, includit etiam socium Hebræum, 269. (Reg. ibid.
Privilegia Iudæorum illibata servanda ex constit. Theod. Goth.
Iudæis justitia secundum legum dispositionem exhiberi non minus debet, quam Christianis, 270.
Iudæi ab antiqua etiam Ecclesiæ juribus item canonicis & Cæsareis nec non Imperii ordinationibus atq; recessibus tolerantur, & in protectionem recepti sunt, 271.
Iudæi à Carolo V. Anno 1544. Spiræ in protectionem recipiuntur, 272.
Privilegium Iudæis Spiræ ab eodem Imp. concessum, 273.
Iudæorum privilegia à Rudolpho II. in Comitiis Anno 1605. confirmantur & denuo in protectionem sacri Imperii assumuntur, 274.
Iudæi in protectionem non aliter recipiendi sunt, nisi quo ad politica eo Iure, quo Christiani obligantur uti velint, 275.
Iudæi in protectionem suscepti certis vivendi legibus adstringendi sunt, 276.
Iudæi discreto vestitu uti & signa portare debent, per quæ à Christianis dignoscantur, 277.
Iudæum esse, an sit delictum sub n. 278. & n. 280.
Iudæum appellans Christianum, injuriam atrocem ei intulisse dicitur, 279.
Iudæi ratione humanitatis à nobis fovendi, ibid.
Romani Iudæos olim filios suos circumcidere passi sunt absque pœna, secus in aliis gentibus, 283.
Iudæis & Paganis in eorum favorem lex specialis contra Christianos ab Impp. Honorio & Theodosio condita, 284.
Saracenis in partibus ultra marinis in Hispania specialis lex de Christianis non offendendis posita, 285.
Saracenus in locis illis atrocius punitur offendens Christianum quam paganum, 286.
Argumentum ab uno particulari, ad aliud non procedit, 288.
Casus unus specialis ad alios dissimiles & rationis diversæ trahendus non est, 289.
Iudæi tolerandi sunt, quatenus ex eorum cohabitatione Christianis nullum scandalum vel periculum imminet, 290.
Fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter vitiosum reddit argumentum, 291.
Iudæi inter Christianos ferendi, modo pacifice secundum leges vivant, 292.
Iudæos qui in protectionem recepit, eos amplius expellere non potest, 293.
Securitas & protectio semel alicui concessa absque causa & culpa violari non debet, n. eodem.
Mandata cum clausula decernuntur contra eum, qui Iudæum à se in tutelam receptum ejicere vult, 294.
Et ejus exemplum Camerale, n. seq. 295.
Wormatiensibus Iudæi ibi habitantes olim à Cæsare, pro propriis donati & mancipio dati sunt, ibid.
Iudæi in protectionem recepti à blasphemiis adversus religionem non abstinentes, vel turbulentas adversus leges politicas & magistratum molientes bonis omnibus spoliari, atque expelli possunt, 296.
Iudæi imperante Carolo IV. An. 1348. per totam Europam propter fontes ab ipsis veneno infectos, ex quo ingens pestis orta, flammis aliisque suppliciis absumpti, 297.
Iudæi Episcopatu Pataviensi ob immane scelus in Venerabili Eucharistiæ sacramentum commissum Anno 1476. exturbati & perpetuo exilio damnati, 298.
Iudæorum nefarium scelus in octo consecratas hostias Patavii Anno 1476 perpetratum, 299.
Iudæos in protectionem assumere non potest nisi, qui regalia ab imperio tenet, 300.
Iudæi ab alio quam qui regalia aut speciale eorundem recipiendorum privilegium habet suscepti, securitate ac tutela non gaudent, 301.
Contra eos, qui Iudæos sine privilegio fovent aut recipiunt mandata sine clausula decernuntur, 302. Ejusdem rei præjudicium Camerale, 303.
Iudæos nonnullis in locis etiam inferiorem jurisdictionem die Vogtheilich Obrigkeit *habentibus recipere licet, 304.*
Nobiles in Franconia recipiendi Iudæos iisque synagogas constituendi potestatem habent, 305.
Infideles, Ethnicos sive Paganos num in protectionem recipere conveniat? 306.
Negativa, 307. Affirmativa, 317.
Cum infidelibus habitare Iudæis olim in veteri testamento prohibitum fuit, 308. Id tamen hodie non amplius obligat ex ratione assignata, 322.
Infidelium familiarior conversatio jure interdicta, 309.
Infideles jure Romano adeo exosi, ut ab omni commerciorum usu excludantur, 310. Declaratur, ut n. 323.
Infideles non aperto tantum Marte pro Respubl. defensione impetere, sed dolo etiam & insidiis aggredi licet, 311.
Intellige, ut n. 328.
Saraceni à principibus sub quorum dominio habitant ab invocatione publica Mahometis compescendi, 312.
Ethnicorum & infidelium idololatria honori veræ fidei Christianæ detrahitur, 313.
Infidelium templa sub pœna amissionis bonorum & vitæ claudi debent, 314.
Infidelibus templa Imperator auferre, & cuicunque vult, donare potest, 315.
Phocas Imp. An. 607. templum infidelium Pantheon dictum B. Bonifacio IV. Papæ in honorem D. Virg. & omnium SS. consecrandum concessit, 316.
Pagani post abolitam pridem politiam Mosaicam inter Christianos quiete degentes tolerati, ac habitationis & commerciorum communionem cum iisdem habuerunt, 318.
Paganorum bona violenter deprædati, ad dupli restitutionem compulsi, 319.

Magistratus irruptionem in Paganorum bona non vindicantes pari pœna obnoxii, n. 320.

Infideles cum Christianis habitantes ob hoc solum, quod infideles sunt sine peccato à terrarum Dominis expelli non possunt, nec Papa id eis præcipere debet, 321. *&* 326.

Hispani cum Tartaris vigore pacis cum Rege Philippo I. conventa commercia exercent, 324.

Galli & Veneti cum Turcis ex fœdere commercantur, 325.

Infidelitas Jure naturali ac divino, dominio rerum aut provinciarum neminem privat, 327.

Utrum Rex, Dux, Princeps vel alius Status Catholicus Lutheranos, & hi vicissim illos in protectionem suscipere possint, n. 329.

Negativa, n. 330. *Affirmativa, n.* 338.

Dissensus Religionis odiū & discrepantiā animorum gignit, 331

Nihil magis ad distrahendos civium animos facit quam religionum diversitas, 332.

Magistratus omni studio præcavere debent, ne variarum hæreseon propugnatores in Remp. irrepant. 333.

Patronorum & clientum necessitudo mutua potius officia & obsequia, quam discordiam exigit, 334.

Verba Recessus comitiorum Ratisbonæ Anno 1541. *habitorum,* daß die Protestirenden niemands der anderen seyten zu sich tringen/auch deß andern Theils Unterthanen in schutz und schirm nicht annemmen/ *an prohibeant subditos adversæ religionis in protectionem esse recipiendos, n.* 335. *& n* 350.

Qualitatem similem habentia idem de se constituunt judicium, n. 336.

Ubi paritas rationis, ibi par militat juris dispositio, 337.

Religio cum protectionis Jure nihil commune habet, 338.

Religioni cum Juribus gentium nulla est necessaria conjunctio sub n. 339.

Religionis communio nulla homini cum homine, sed homini cum Deo, ibid.

Protectionem cum aliena religionis hominibus inire nusquam invenitur prohibitum, 340.

Prohibitum quod non reperitur, permissum censetur, 341.

Contrahere cum alienæ religionis hominibus permissum est, 342

Imperatores, Reges, ac principes diversæ religionis homines in suo territorio habentes omnes tueri debent, 343.

Religioni utriq; omnia Jura quæ ante habuit à constitutione pacifica religionis salva & integra reservata sunt: 344.

Utraq; religio inter se commerciorum usum nec intuitu religionis prægravatam de rebus suis dispositionem habet, n. 345.

Religionis pacificatio omnib. Imperii Statibus Catholicis & Protestantibus expressim injungit ne alter alteri, ejusve subditis religionis causa vim, periculum aut damnum inferat, 346.

Receptio Advocatorum & clientum inter utriusque religionis Status approbatur Recessu comitiorum Augustæ Anno 1555. *habitorum,* 347.

Clientela tutelaris Jure communi concessa, 348.

Constitutio de pace religionis in quem finem sit introducta, nu. (349. 351.

Infames an à protectione excludendi, n. 352.

Affirmativa, n. 353. *Negativa, n.* 359.

Infames omni amicitia Jure indigni censentur, 354.

Infames honestorum cœtibus & commerciis excluduntur, 355.

Infames civiliter mortui dicuntur, 356.

Infames desinunt haberi numero bonorum civium & nomen boni viri amittunt, &c. 357.

Infames odio sunt omnibus bonis & cordatis viris; 359.

Infamibus porta dignitatum præclusa, 360.

Infames à protectione passiva non repelluntur, 361.

Infames quando à judicio & justitia obtinenda repellantur, n. (362.

Infamia non impedit quo minus quis defendi debeat, 363.

Infamia nihil commune habet cum contractu, 364.

Infamia concernit tantum personam non patrimonium, 365.

Defensor honorum, defensor vitæ dicitur, 366.

Vasallus domino etiam infami servitia præstare tenetur, 367.

Subditi proprii an à Magistratu suo ordinario in specialem protectionem recipiantur, n. 368.

Negativa, n. 369. *Affirmativa, n.* 379.

Frustra peculiari pacto quæritur, quod Jure communi competit, 370. *Declarantur, n.* 405.

Frustra petit baculum, qui sine eo ambulare potest, 371.

Privilegio frustra quis innititur, quando Jure communi uti potest, 372.

Frustra quæritur illud, cujus eventus nihil operatur, 373.

Actum frustratorium Jura fieri prohibent, 374.

Protectionis Jus in subditos cuilibet magistratui ipso Jure competit, 375.

Protectionis Jus in subditos speciali pacto, quærere, supervacuum est, n. 376. *Refellitur, n.* 407.

Magistratus speciali protectione in illos, qui ejus jurisdictioni suppositi sunt, opus non habet. n. 377. *Contra sub n.* 408.

Per Imperatorem nihil novi fieri videtur, si ejus majestas, aliquem in specialem protectionem recipiat, 378.

Contra sub n. 395. *& sequent.*

Dux Saxoniæ ob specialem & extraordinariam Advocatiam, Episcopatuum Mindensis, Mersenburgensis & Naumburgensis, qua de causa territorialem superioritatem, in iisdem habere non posse dicatur, sub n. 375. *Declaratur sub n.* 408.

Princeps subditum proprium peculiari pacto in tutelam recipiens, duplici eidem nexu obligatur, 380.

Officia patronorum & clientum, 381.

Patronatus, superioritatis & Advocatiæ Jus, ex speciali pacto, in eadem persona incurrere possunt, 382.

Judæi licet subditi, nihilominus à Dominis illis, in quorū territoriis habitant, specialiter in tutelā recipiuntur, 388. *&* 385.

Magistratus pro Judæis clientibus appellare potest, 384.

Imperator quotidie subditos suos in specialem protectionem & Salvam Guardiam recipit, 386.

Imperator in omnes, intra Imperii Romano Germanici limites, domicilium foventes, jurisdictionem habet, 387.

Imperator habet jurisdictionem in homines hominum suorum. 388.

Fidelitas & obedientia Imperatori debita, in quolibet juramento ac homagio excepta, præsumitur, 389.

Imperatoris jurisdictionem declinare nemo potest, 390.

Imperator mediatos Imperii ex qualibet provincia evocare, & illis mandare atq; inhibere solet, 391.

Ludovicus I. Imperator An. 815. *Hispanos à Saracenis oppressos ad se confugientes in subditos, ac protectionem suam assumpsit,* 392.

Diploma Ludovici I Imperatoris quo nonnullos Homines ex Hispania in Galliam migrantes in subditos atq; eosdem insuper in specialem protectionem recipit, 393.

Clientela specialis, qua subditi proprii in peculiarem protectionem recipiuntur, quemnam sortiatur effectum, n. 394.

Protectio specialis susceptos ac bona eorundem arctius sub protectionem reducit, & magis obligat, 395.

Specialis expressio plus operatur, quam generalis, 396.

Salva Guardia literis plerunq; certa, contra violatores, pœna inseritur, 397.

Magistratus pro subditis, quos in specialem protectionem receperunt, facilius, quam pro aliis moventur, 398.

Papa si aliquos in specialem protectionem recipiat Clericos, ii à jurisdictione Episcoporum suorum non eximuntur, 399.

Treverensis urbs Archiepiscopo, cum omni superioritate, jurisdictione & imperio longissimo tempore subjecta, 400.

Aliquot seculis in speciali eorundem Archiepiscoporum protectione extitit, 401.

Episcopi Herbipolenses, ratione Ducatus Franconiæ, in Ecclesiam Collegiatam Chomburgensem Imperium in spiritualibus & temporalibus sibi vendicant, n. 402.

Episcopi Wurtzburgenses Collegii Chombergensis speciales perpetui ac Hæreditarii protectores existunt, 403.

Advocatia Chombergensis in Herbipolenses Antistites, per Fridericum III. Imp. translata, 404.

Obligationi naturali qualibet in re civilis accidere potest, 406

Plurimum

HActenus ostensum est in *duobus praecedentibus Capitibus*, quae personae Advocatos tutelares suscipere, & quaenam recte in Protectores suscipi possint, restat nunc ut videamus quaenam in tutelam recipi, aut ab ea excludi debeant, inanis enim reliquorum de protectione tractatio foret, nisi prius cognitum haberemus, quinam in clientelam admittantur, aut qui vicissim ab ea repellantur.

Continuatio hujus Capitis cum praecedentibus.

Videamus itaque de his qui sub protectionem recipi Jure vetantur: iis enim cognitis simul intelligemus qui licite aliorum defensioni subjiciantur, quia contrariorum, † quantum ad eorum cognitionem attinet eadem est ratio & disciplina *cap. hospitiolum 32. dist. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien. Jur. Inst. eod. tit. in pr. Inst. de tut. in princ. l. qui accusare de accus. l. etsi contra ff. de vulg. & pup. l. Pomponius § sed & is qui. ff. de procur. l. fi. in pr. ff. de leg. 3. text. in l. si quo tempore, ff. de pet. haered. gloss. in clem. 1. de sent. excomm.* 1

In hujus autem † materiae satis patenti campo regulam inprimis generalem statuendo concludimus, *omnes immanium delictorum perpetratores Maleficos, criminosos, & atrocium facinorum turpitudine contaminatos & communi non gaudentes securitate*, de quibus D. Joan. Georg. Be ht. *de securit. thes.* 86. *& seq. in protectionem non esse recipiendos.* 2

Regula exclusiva generalis.

I ique propter gravium ejusmodi scelerum atq; delictorum Vatinianum odium & detestationem. † Odio quippe habendi sunt homines scelerati, nec eorũ patrocinium est suscipiendum uti expressim consuluit *Rota Bononiens. inter cons. feud. cons. 9. n* 28. Cum † Reipubl. interest puniri potius delinquentes ac crimina eorũ detegi quam defendi ac protegi, *l. congruit, ff. de offic. praesid. l. enim qui ff. de injur. l. per omnes. C. de defens. Civitat.* 3 4

Et † sontes ac maleficos potius è medio tollendos, quam defendendos esse Sacra pagina monet, *Exodi* 22. *Maleficum*, inquit, *non patieris vivere super terram.* 5

Sicut enim † corpori humano prodest membrum putridum mature resecari, ne pars sincera trahatur; ita societati humanae conducit perniciosos & maleficos homines remedio tolli ne unius crimine putrido paulatim totum humanae societatis corpus inficiatur, & in perniciem trahatur. 6

Ideoque † nec Imperator, nec magistratus ulli eos protectione dignantur, sed conveniente potius animadversione persequuntur etiam Jure divino *Rom.* 13. 1. *Petr.* 2. *vers.* 14. ut † optimo Jure custodiam & pro- 7 8

 tectionem.

tectionem, quam domini terrarum cum ſubditis ſuis, tum tranſeuntibus extraneis ab injuriis & incurſionibus latronum præſtare tenentur ad bonos homines re-9ſtrinxerit Boerius. † eo quod malefactores & eorum bona protegere non debeant, ſed eos puniri facere, vel remittere ad ſuos Judices. poſt Bald. c. 1. per ill. *tex.* §. *ſi judex de pace tenend. & ejus violator.* Boer. *tract. de cuſtod. clav. n.* 79.

10 Delinquentibus enim † leges beneficia ſua non tribuunt *l.* 26. §. 6. *ff. ex quib. cauſ. maj. l.* 2. §. 3. *ff. ad SC.* 11 *Velleian.* Zoanet. *de Rom. Imp. nu.* 86. † ſed immunitatem à pœnis expreſſe denegant. *l.* 18. §. 1. *verſ. nam & Juliano ff. de judic. l.* 51. §. *ult. ff. ad l. Aquil. l.* 31. *in fin. princ. ff. depoſ. l.* 9. §. 5. *ff. de publica. l.* 70. §. *ultim. ff. de fidejuſſ. l.* 95. §. 1. *ff. de ſolut. l.* 20. *ff. de pœn. l.* 6. *C. de defenſ. civit. l.* 14. *C. de pœnis Nov.* 17. *c.* 5. & 7. *Nov.* 25. *c.* 2. §. 2. *Nov.* 117. *ca. ultim. Nov.* 143. *circa fin. cap. ult. de immunit. Eccleſ.* Guicciard. *hypomneſ. polit.* 14. Utpote ad quas ipſimet delinquendo ſe obligaverunt *l. omnem* 20. *ff. de judic. l.* 34. *ff. de jure fiſci. l.* 1. & 2. *ff. de legib. Nov.* 161. *pr. ca. quisquis* 14. *quæſt.* 1. *ca.* 2. *de majorit. & obed.* Covarr. *in ca. peccatum part.* 1. *num.* 7. *de regul. jur. in* 6. Vaſq. *illuſtr. controverſ. cap.* 29. *nu.* 12. *& paſſim in ſeqq.* Hinc Rudolphus Brand *diſputat. de except. inter inaugural. Baſil.* 29. *volum.* 2. *ad fin. corollar.* 1. ſcribit, eos qui templorum protectione & Aſylis, maleficos frui permittunt, crimen excuſatione indignum committere.

12 De maleficis † inſuper ſortilegis Lamiis & Strigibus ſpeciatim & in terminis tradit Paul. Grilland. *de ſortileg. lib.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 8. eos eſſe extra gremium & protectionem Eccleſiæ & à communione fidelium penitus alienas, de quibus Deus & Eccleſia nullam o-13mnino curam gerant, † ſed habeantur & reputentur pro creaturis diaboli, ut habetur *in c. qui ſine ſalvatore* 26. *quæſt.* 2. & hos Imperatores humani generis inimicos, & communis ſalutis hoſtes vocant *in l.* 7. *& ult. C. de malef. & Mathem.*

Malefici Sortilegi, Lamiæ & Striges.

14 Quin & malefici † ſunt rei læſæ Majeſtatis divinæ, quia in hoc graviſſime divinam Majeſtatem lædunt, quod Deo & regno ſuo abrenunciant pactum cum diabolo humani generis hoſte contra Chriſtum & exercitum ejus contrahunt.

15 Quis enim † neſcit omnem ſocietatem cum dæmone homini eſſe interdictam, cum à Principe univerſitali hoſti bellum perenne indictum ſit? Divus Thomas *ſecunda ſecundæ qu.* 95. *art.* 2. *ad ult.* Cajetan. *ibid.* Do-16minic. Sotus *lib.* 8. *de juſt. & jur. q.* 3. *art.* 2. † Hoſtes autem regis & regni dicuntur, quibus à Rege indictum eſt bellum per notata in *l. ſi quis ingenuam* §. *fin. & l. hoſtes. ff. de captiv.* Bart. *ibid. circa fin.* Martin. Laudens. *in tract. de bello*, §. 5. & latius Boer. cum aliis *in deciſ.* 17 178. *n.* 1. Sed † ſocietas ſubditi cum hoſte regis aut principis ſive conſummata ſive inita ſolum ſit, facit aliquem reum læſæ Majeſtatis, ut recte Cajetan. *ſecunda ſecundæ quæſt.* 95. *artic.* 4. docet & text. *l. quisquis C. ad L. Jul. Maj.*

18 Si enim teterrimum † & graviſſimum reputatur crimen in Majeſtatem Imperatoriam delinquere, longe profecto gravius & tetrius iſtud erit ſcelus, quod in Majeſtatem Regis Regum, Domini Dominantium Dei ter optimi maximi committitur.

Certe ut divina humanis, cæleſtia terrenis æterna caducis longe digniora ac præſtantiora ſunt, ita & hoc delictum illo gravius & magis enorme eſſe nemo inficias ibit, ut latius id declarat Joann. Bodin, *in tract. de magorum dæmonomania in confutatione opinionum Wieri*, & Dominic. Arumæus *exercitat. Juſtin.* 20. *theſ.* 16.

19 Præterea etiam † Rei læſæ Majeſtatis humanæ omni prorſus defenſione indigni ſunt, quin potius vitæ ac bonorum amiſſione puniuntur, §. *publica autem judicia Inſtit. de public. Judiciis, & l. quisquis* 5. *in fin. principii mun. ibi*, ipſe quidem utpote majeſtatis Reus gladio feriatur, *C. ad l. Jul. majeſt.* Anton. Capic. *deciſ.* 130. *nu.* 18. *& ſeq.* Gomez. *in commentar. Jur. tom.* 3. *cap.* 2. *n.* 11. Menoch. *conſ.* 99. *n.* 60.

Rei læſæ Majeſt. hu.

Et in his præcipue Perduelles deteſtandi, ſunt qui nefarie data opera adverſus ſummum Principem & Statum machinantur, eumque quantum in ipſis eſt ſubverſum eunt, *l. ult.* & paſſim Dd. *tit. ff. & C. ad leg. Jul. Maj.* vide Vult. *lib.* 1. *Jurisprud. Rom. c.* 47. 20

Perduelles.

Atque hæc † pœna non tantum imponitur his qui perduellionis crimen in perſona Imperatoris vel in Republ. Romana commiſerunt, ſed & qui crimen illud admiſerunt in perſona Principis Electoris, ut diſerte oſtendit text. *in Aurea Bulla Caroli IV. tit.* von der Ertzbiſchoffen Segen in gegenwertigkeit eines Keyſers. vide latius de hac materia diſſerentem doctiſs. Jurisconſultum Henr. Bocer. *in tract. de crimine Majeſt. cap.* 3. *num.* 10. *& ſeq.* 21

Nam perduellionis crimen † in humanis omnium nefandiſſimum eſt & ſceleratiſſimum *l. ult. C. ad leg. Jul. majeſt.* uti † & crimen læſæ Majeſtatis dicitur omnium peccatorum peſſimum ut ex *auth. de nupt.* §. *ſi igitur* adſeverat Hieron. Gig. *de crim. læſ. Majeſt. lib.* 3. *q.* 3. *nu.* 8. atque idcirco moribus atrocior in perduelles eſt pœna recepta. † Solent enim Rei hujus criminis in quatuor diſſecari fruſta, quæ in locis eminentibus illius territorii ubi deliquerunt appenduntur Jul. Clar. *libr.* 5. *ſentent.* §. *læſæ Majeſtatis crimen. num.* 8 & Damhoud. *in praxi rerum criminal. c.* 62. *nu.* 6. 22 23 24

Venetiis autem reos † hujus criminis ſuſpendio necari, in Gallia vero tranſalpina eos quatuor equis alligatos dilacerari vivos ſcribit Hier. Gigas, *in tract. de crimine læſæ Majeſt. Rubr. de pœnis committentium crimen læſæ Majeſt. q.* 1. *n.* 7. *& ult.* 25

In noſtra vero † Germania, tenore Conſtitut. Pœnal. Caroli V. *artic.* 124. proſtrati in terram per plateas in locum ſupplicii raptantur, & equis trahuntur, aut ignitis forcipibus lacerantur & demum in quatuor partes diſcinduntur. 26

Idque † etiam de Rebellibus † (qui quomodocunque publice vel occulte contra Imperatoris honorem, & fidelitatem rebellionis opera faciunt, ut qui contra Imperii Romani proſperitatem aliquid machinantur, rebellando contra ipſummet Imperatorem, vel ejus officiales in his, quæ ad commiſſum ejus officium pertinent) ſtatuendum eſt. 27 28

Rebelles.

Perſonarum enim omnium tres † dicuntur eſſe ſpecies: ut quædam ſint ſub protectione Juris, ut boni cives ac ſubditi: quædam ſine protectione, ut delinquentes in genere: quædam vero extra protectionem & potius in oppugnationē veluti hoſtes, inter quos rebelles connumerantur Tiber. Decian. *lib.* 7. *prax. crimin. c.* 37. *nu.* 11. quibus † non modo Jus reddi non debet, quin potius omnia Jura contra eos armari atq; inſurgere, ut per Cyn. *in l.* 1. *C. de natur. lib.* quem referendo ſequitur Bald. *in Auth. habita. nu.* 12. *C. ne fil. pro patre & in* §. *hoc vos in extravag. de pace Conſtant.* Nam & hi etiam † ante ſui damnationem omnia quæ Juris civilis ſunt perdunt *l.* 5. §. 1. *ff. de cap. minut.* & à quovis impune trucidari poſſunt *l. minime* 35. *ff. de relig. & ſumptib. funerum, l. liceat* 5. *C. ad l. Cornel. de ſicar. l.* 3. §. *ult. ff. d. tit. l.* 1. *l.* 2. *C. quando liceat unicuiq; ſine judic. vindi.* Hier. Gigas *in tract. de crim. læſæ Majeſt. Rubr. de Rebell. q.* 23. 29 30 31

Sic etiam Jura volunt rebelli non eſſe † Jus reddendum per traditionem Cyni *in l.* 1. *C. de natur. liber.* Bald. *in auth. habita col.* 3. *verſ. Tertio not. C. ne fil. pro patre* Gigas *loco alleg. q.* 23. *n.* 3. 32

Nam † Rebellionis delictum adeo grave atque exoſum eſt, ut Rebellium etiam inſignia ubicunque reperi- 33

reperiantur deleri debeant, *l. eorum, ff. de poen.* & *ibi* Bartol. idem notat. Roman. *in sing. suo num.* 666. allegans textum *d. l. eorum*, quem ad hoc etiam dicit singularem, sequitur Jason *in §. poenalis col.* 3. *num.* 14. *ca.* 15. *Inst. de Action.* qui ad hoc allegat etiam text. *in l.* 3. *C. de offic. Rector. Provinc.*

Id ipsum etiam de armis proditorum adseverat idem Roman. *in sing. suo num.* 474. *incip. eorum arma.*

34 Et quidem † hoc in numero non solum ii continentur, qui contra Imperatorem aliquid ut dictum est machinantur, sed omnes etiam qui adversus superiores suos seu magistratum proprium insurgunt, qui & proprie seditiosi & rebelles nuncupantur *l.* 3. *in princip. ff. ad Leg. Jul. de vi publ. l.* 3. *§.* 19. *in fin.* & *l. ultim. in fin. ff. de re militar. l.* 1. *§.* 1. & passim *ff.* & *C. ad L. Jul. Majest. l. ultim. in fin. C. de abolition. tot. tit. C. de seditios.* & *de his qui plebem contra Rempubl. audent colligere. Novell.* 17. *ca. ultim. Extravag. ad reprim.* ubi Barto. *qui sint rebelles.* Alb. Brun. *tract. de sedition.* Boer. *tract. de seditios.* Claud. Cotereus *lib.* 3. *de Jur.* & *privileg. milit. c.* 5. Clarus *§. fin. quaest.* 68. *numer.* 36. Lips. 6. *Polit.* 4. Mynsing. *decad.* 12. *respons.* 1. *numer.* 6. & *multis seqq.*

35 Protectionis insuper † beneficio gaudere non debent Homicidae voluntarii, publici latrones, grassatores & praedones qui ab omni defensionis praesidio ita prorsus excluduntur, ut etiam salutis conservandae gratia ad Ecclesiam confugientes, nulla immunitatis praerogativa fruantur, sed impune ab ea possint extrahi, ut de homicidis sunt textus *in ca.* 1. *de homicid.* & *ibi* gloss. Abb. Innocent. Hostiens. Anani. Felin. *in ca. inter alia de immunitat. Eccles. col.* 1. *in fin.* Faber, *in §. item lex Cornelia de Sicariis, Institut. de public. Judic.* & *ibi* Platea *col.* 2. Guido Pap. *decis.* 121. ubi dicit, quod in quaestione de facto ita consultum & decisum fuerit per omnes auditores Parlamenti, & ita etiam decisum atque judicatum fuisse in cancellaria de Valladolid. ab auditoribus regalibus contra quosdam Cives Zamorenses, qui proditorie quendam Decurionem occiderant, tradit Gomez. *resol. tom.* 3. *cap. decimo, Titul. quando reus gaudeat immunitate Ecclesiae,* &c. *num.* 2.

Homicidae voluntarii, Latrones, Grassatores & Praedones.

36 Et praedicta de homicidis † maxime etiam procedunt, in iis qui sub titulo Ecclesiasticae libertatis, & sub ea confidentia homicidium committunt, ut à patrato crimine sese mox in locum sacrum proximum recipiunt tanquam ibidem per locum sacrum tutandi, non commissuri alias crimen tale, nisi protectionem Ecclesiasticam ilico à facto sperarent, aut nisi coemiterio proximi, ilico certum subterfugium post factum homicidium, conspicerent, ad templum vel locum sacrum. Nam cum hac spe licentiosius peccent, non sunt per talem iniquam spem à libertate Ecclesiastica defendendi, sed Judici potius saeculari relinquendi, *ca. ult.* & *ibi* Panorm. & Dd. *extra de immunit. Eccles.*

37 Nemo † enim sub spe veniae peccare debet, *ca. illud extr. de cleric. excommunic. ministran.* &c. *quando quis*

38 *de consecr. distinction.* 4. Quia † facilitas veniae incentivum tribuit delinquendi *ca. est injusta,* 23. *quaest.* 4. *ca. ut clericorum extr. de vit.* & *honestat. clericor*, Covarruv. *var. resol. ca.* 2. *num.* 7. Stainhaus. *in summa utriusque Jur. tit. de immunit. Eccles. Et*, Cicerone authore, *impunitatis spes est illecebra peccandi maxima.*

Quin etiam Poeta Ethnicus 5. *metamorphos.* in Persei Phineique pugna ad hoc alludens, inquit;

> *---- Stratis dum denique Perseus*
> *Exiliit, teloque ferox inimica remisso*
> *Pectora rupisset, nisi post altaria Phineus*
> *Isset,* &, *indignum, sceleratis profuit ara.*

Adeo indignatur profanus Poeta quod ara, in qua Dii colebantur, iniquissimo homini profuerit.

Sed nonne Deus ipse Opt. Max. legem dixit hujusmodi in *Exodo c.* 21. *si quis per industriam occiderit proximum suum,* & *per insidias, ab altari meo avelles eum, ut inde moriatur.*

39 Et de publicis latronibus Strassenrauber vnnd Mörder / † qui apud vetustiores Latinos Stipatores graece *παραπαφύλακες* dicti fuerunt, quasi laterones, quod lateri Regis aut domini sui Tutelae gratia assiderent, ferrum ad latera habentes, uti ex Servio & Varrone post Brechaeum *in l. hostes de verborum significatione*, repetit Schard. *in suo lex. verb. Latrones.* At postea haud dubie ob pravam illorum stipatorum à Dominis passim in alienam perniciem ac violentas depraedationes ac caedes conductum ministerium, ut de Buccellariis, Isauris, (de quibus confer *l.* 10. *C. de feriis*) armatisque servis innuit *l. ult. C. ad L. Jul. de vi.* quin & sicariam persaepe ipsismet Dominis ab illis illatam manum vox ista in abusum versa, & ad obsessores viarum, eo quod hi latentes (facit *l.* 15. *prin. ibi. latere, ff. de off. praesid.*) itineribus publicis insidias viatoribus struerent, eosque à lateribus adorirentur, tracta est. Bodin. de *Republic. libr.* 1. *cap.* 6. *numer.* 46. & *libr.* 5. *cap.* 5. *numer.* 562. Gaedd. *in dict. l. hostes*, ubi & aliam notationem adducit.

Latrones qui olim dicti fuerint.

De his inquam latronibus est textus *in ca. sicut antiquum* 17. *quaest.* 4. *text. in ca. inter alia de immun. Eccles. ibi*, & hoc verum est nisi publicus Latro fuerit. Idemque disponit *l.* 4. *tit.* 11. *p.* 1.

40 Unde Latrones publici dicuntur, † qui in itinere publico vel mari commiserunt furtum, argum. text. *in l. capitalium §. grassatorum,* & *§. famosos ff. de poenis*, & horum aggravatur poena, quia ut plurimum tale furtum vel rapina non perpetratur sine homicidio, unde hoc casu propter gravitatem criminis non gaudent immunitate Ecclesiae, ac proinde nulla cum illis contractuum fides, nulla Juris societas, nulla Advocatiae communio, sed summa distractio esse debet Bodin. 1. *de Republ.* Alber. Gentil. *de Jure belli c.* 4.

41 Sic per † Ecclesiasticam libertatem non defenduntur, illi latrones, milites, & potatores, qui in tabernis & fornicibus juxta loca periculosa, & ad spoliandum accommodata potitant, quique conspectis mercatoribus aut aliis viatoribus illinc evolantes, bonos quosvis trucidant, aut spoliant, nusquam enim locorum sacrorum tales liberi esse possunt.

42 Ejusmodi autem † praedones veteribus ita dictos, quod praedam in praelio caperent, uti ex Cicerone *pro L. Agrar.* & à Gell. *lib.* 13. *Noct. Atticar.* annotavit Garz. *tract. de repens. cap.* 2. *num.* 17. † qui viatoribus spoliandis invigilant, vulgo Strassenräuber vnnd Strauchdieb / dicti, & hominum iter facientium jugulum & vitam petunt, † adeoque vitas & facultates hominum intutas reddunt, in tutelam nulla ratione suscipiendos esse, ex eo maxime liquet, quod † magistratibus locorum incumbat illos conquirere, *l.* 6. *§.* 2. *ff. de offic. praesid. l. ultim. pr. ff. quod met. caus. cum concord.* ad quam curam, vel † ignavissimum alioquin, neque legum neque judiciorum curam ullam habentem Imperatorem Wenceslaum, velut è sopore excitatum narrat Dubrav. *lib.* 23. *histor. Bohem. princ.*

Praedones unde dicti.

43 44 45 46

47 Cui † rei olim per singulas provincias Irenarchae constituti erant. *l.* 9. *ff. de custod. reor. l. unic. C. de Irenarch. cum similib.* alleg. per Becht. *disp. de securit. thes.* 40. & denunciatores *l* 6. *§. denunciatorum,* 3. *ff. ad Turpill.* atq; Stationarii *l.* 6. *§.* 2. *ff. de offic. praesid. l.* 5. *C. de vectigalib.* Steph. Forcatul. *in Rubr. C. de accus. n.* 9. Denaiss. adfert.

adfert, Jurisd. Cam. p. 211. Imo specialiter quoque Ἀνεφόδιοι latrum culatores, vid. *l.* 61. §. 1. *ff. de judic.* & βιαιοκόλυται violentiarum inhibitores à Justiniano postea ut supervacui & nocivi abrogati *Novell.* 8. *cap.* 12. *in fin.* & *cap.* 13. & *Novell.* 128. *ca.* 21.

48 Hodie † quoque præter ordinarios locorum magistratus Duces Circulorum, de quibus per Becht. *d. disp. de salvo conduct.* & *securi, thes.* 43. cum adjunctis suis, id genus facinorosorum pervestigandi, persequendi, capiendi, quin & arces ac receptabula illorum vulgo Raubschlösser vnd Raubhäusser expugnandi, ac sumptu Circulorum flamma excidioque delendi curam gerunt. *Recess. Imp. Anno* 1559. §. Nach dem aber. Denail. *tit.* 213. §. 3. & 11.

49 Cæterum † quod latrones Prædonesque in terra, id in mari sunt Piratæ, navigantium securitatem turbantes *l.* & *ita* 3. §. *ait prætor.* 1. *vers. inde Labeo ff. de naut. caup. stab. l. in rebus* 18. *pr. ff. commod. l.* 19. §. 2. *ff. de capt.* 50 ἀπὸ τῆς περᾶν à † transeundo sic dicti secundum Schard. *in lexic.* sicut & Nicetas καταποντιστὰς appellitat 51 notante Goth. *l.* 10. *C. de feriis*, † unde & Latinis latrunculi marini *c. præterea* 12. *caus.* 23. *quæst.* 8. & prædones marini, vulgo See / oder Meerrauber nominan- 52 tur. † Quocirca non modo ipsorum navigia Raubschiff / quæ Livius naves prædatorias & piraticas vocat *decad.* 3. *lib.* 9. & *decad.* 4. *lib.* 4. licite diripiuntur *Auth. navigia C. de furt.* sed & ipsimet ab occurrentibus impune læduntur, *cap. si quis fortitudinem latronis aut perata* 23. *qu.* 3. Bald. *ad d. Auth. navigia.* Petrin. 53 Bellus *part.* 2. *de re milit. tit.* 11. *in princ.* † eos ipso Jure & facto diffidatos esse, & contra eos ut hostes insurgere omnibus licere dicens. Adde Bodin. *lib.* 1. *de Repub. cap.* 1. *in pr.* & *libr.* 5. *cap.* 6. *nu.* 604. ipsos cum latronibus 54 ab omni Juris communione excludentem. † Tanto ma- 55 gis si capiantur (cui † fini naves exploratoriæ & excursoriæ Außlägerschiff / *etc.* securitatem maris explorantes, tutantesque & mare à malis istiusmodi hominibus purgantes haberi solent) severissimis pœnis legalibus subdendi sunt, *Authent. sed nov. Jur. C. de serv. fugit. Novell.* 134. *cap.* 13. *vers. eos vero*, ubi Gothofr. *in verb. in mari.*

Piratæ.

Latrunculi marini.

56 Latronibus ac prædonibus, † etiam annumerantur conductitii illi sicarii Assassini, vulgo Menchel-Mörder dicti, qui adeo tutela indigni sunt, ut qui eos defendit, pari cum ipsis capitali supplicio afficiendus judicetur, ut nuncupatim statuit Jodoc. Damh. *pract. crim. c.* 83. *nu.* 6.

Assassini.

57 Eos enim velut à toto populo † Christiano perpetuo diffidatos per *ca.* 1. *in fin. de homicid. in* 6. (qui textus in mandantibus loquitur, ac fortius in ipsis man- 58 datariis procedere debet) impune † etiam per privatum occidi posse vult Everhard. *loco* 20. *à correlativis. num.* 11. *vers. hinc etiam dixi*, vide de Assassinis Ægid. Boss. *titul. de mandato ad homicid. num.* 14. & *seqq.* Damhoud. *d. ca.* 83. Clar. §. *Assassinium.* Decian. *lib.* 3. *cap.* 9. *numer.* 7. 9. & *sequent.* & *lib.* 9. *cap.* 30. Covarruv. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *num.* 9. Menoch. *cas.* 360. *num.* 42. ubi alios allegat.

59 Idem de nocturnis † depopulatoribus agrorum, qui segetes, vel messes devastant, statuendum esse, vult text. *in d. ca. inter alia, ext. de immun. Ecclesiar.* Est ratio, 60 † quia tale delictum tendit in grave damnum totius Reipublic. consumendo & depopulando fructus terræ, ex quibus alimenta percipiuntur, unde propter gravitatem delicti hoc statutum est.

Depopulatores agrorum.

61 Pari etiam passu † cum superioribus ambulant, tem- 62 plorum violatores, Kirchenstürmer. Quicunque † enim Sacras ædes, templa, delubra, aut sacra monasteria, eorumque fines, confinia, septa, atria, vel porticus per vim, aut ullam illarum violentiam, invadit, is secundum Jura civilia, † quia crimen læsæ Majestatis committit, 63 *l. fidelis, C. de his qui ad Eccl. confug.* plectendus est capitali & ultimi supplicii animadversione & bonorum confiscatione *l. fin. primo responso C. de his qui ad Eccles. confug.* & ibi Cyn. & Dd.

Nec gaudet immunitate Ecclesiæ per text. *in Authen. ut liceat matri & aviæ*, §. *quia vero ita colla.* 8. Neque enim † æquum aut justum est eum privilegium aut be- 64 neficium recipere ab Ecclesia, quam offendit, *d. auth.* Cujus hæc sunt verba: *Non debent hujusmodi personæ in venerabili loco munimen habere, quem ipsi per scelus proprium despexerunt*, per notat. *ibid.* Angeli & Dd. text. *in c. fin. de immunit. Eccles.*

Porro † prædictis. qui ne in protectionem recipian- 65 tur prohibiti sunt, accensentur quoque hi, qui deficiunt, hoc est ab his, quorum sub Imperio sunt, desistunt, & in hostium numerum se conferunt, ut loquitur IC. *in l. amissione*, §. §. 1. *ff. de capit. dimin.* † Unde eos qui à Ro- 66 mano Imperio deficiunt, hostes Imperii fieri, & quæ Juris civilis Romani sunt perdere tradit Zoanett. de *Roman. Imperio, num.* 83. & *seq.* † Quo pertinent pleræ- 67 que leges, quæ de transfugis loquuntur, *l. item ei* 14. *ff. ex quib. caus. maj. l.* 3. §. *fin. ff. ad leg. Corn. de Sicar. l.* 8. §. 2. & *l.* 38. §. 1. *ff. de pœn. l.* 19. §. 4. & *sequentib. ff. de capt. l.* 7. *ff. de re milit.* Claud. Cotereus, *lib.* 3. *de Jur.* & *privileg. milit. c.* 4. Dico pleræque, nam alio sensu dicuntur transfugæ *in l. si quis* 15. *ff. de tutel.* & *in l. transfugam*, 51. *ff. de acquir. rer. domin.* Cujac. *obs.* 9. *lib.* 4. facit *l. pen. C. de postlim. revers.*

Deficientes ab Exercitu.

Transfugæ.

Ita etiam † protectione indigni sunt universi illi, qui 68 tempore belli ab exercitu & castris se subducunt, *l.* 3. 6. 10. & *pen. ff. de re milit.* facit *l.* 2. & 3. *ff. ad leg. Jul. maj.* Claud. Cotereus *dict. lib.* 3. *cap.* 3. & vel privatis negotiis se accingunt, qui mox ad militiam sunt requirendi, *l. ult. C. de locat. Novell.* 116. *cap.* 1. vel formidine flagitio sive ignavia degeneres delitescunt, qui cum receptatoribus suis ad supplicium trahendi *l.* 1. *C. de desertorib. lib.* 12. Vel ad latrocinia & deprædationes se convertunt, qui multo minus severitatem Judicis evadunt *l.* 3. *C. de desertorib.* Boss. *in pract. tit. de captura, num.* 72. Peck. *de iur. sist. edit.* 1. *cap.* 5 *num.* 4. *in fin.* vel [illegible] hostes transfugiunt, quos tanquam hostes cuique citra periculum licet occidere *d. l.* 3. §. *ult. ff. ad leg. Corn. de Sicar.* redeuntes vero, aut alias captos exquisito supplicio afficiendos esse ostendit, *l.* 8. §. 2. & *l.* 38. §. 1. *ff. de pœn. l.* 3. §. *is qui ad hostem* 10. *ff. de re milit.* quod posterius abrogatum ivit Imperator Leo *Nov.* 67.

Quin † & ejusdem farinæ sunt, qui sive milites, sive 69 alios & quandoque castra integrasve Civitates ac provincias ad defectionem sollicitant: † Unde eum qui castrum ad defectionem sollicitat in crimen læsæ Majesta- 70 tis incidere tenet Gail. *lib.* 1. *de pace public. cap.* 14. *num.* 13. & Hier. Gigas *de crim. læsæ majest. lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* 6. † Sicut & receptio alienorum subditorum ad- 71 versus ipsorum dominum ordinarium, da ein Stand dem andern seine Underthanen auffwiglet / abpracticiret / oder sie wider jhre Obrigkeit in Schutz vnnd Schirm nimbt / legibus Imperii severe prohibetur Aur. Bull. *tit.* 26. *Recess. Imper. Anno* 1529. §. deßgleichen / daß keiner deß andern Underthanen / *etc.* & *recess. Anno* 1555. §. Es soll auch / *etc.* facit *l.* 1. *C. ne liceat potentiorib. patrocin. lib.* 2. & *l.* 2. *C. ut nemo ad suum patrocin. suscip. rustican. vel vicos eor. lib.* 11. Wesenbec. *consil.* 48. *num.* 8. & 22. Gail. *de arrest. cap.* 8. *n.* 15. Michael. *disp. de Jurisd. thes.* 138. *in fin.* Lud. Myler. *disp. de Advocatia thes.* 3. *in fin.*

Sollicitantes alios ad fugam.

Præterea nullo etiam † protectionis subsidio gaude- 72 re possunt, aut debent exploratores, qui secreta renunciant hostibus *l.* 38. §. 1. *ff. de pœn. l.* 6. §. *exploratores* 4. *ff. de re milit.* Moron. *de fid. treug.* & *pac. quæst.* 16. *in fin.*

Exploratores secreta renunciantes.

in fin. & quaest. 110. alii proditores *dd. modo textib. & l.* 7. *ff. de re milit.* Claud. Cotereus *d. libr.* 3. *ca.* 6. Guicciard. *hyppomnes. polit.* 7. & 25. Camerar. *lib.* 1. *horar. succisiv. cap.* 7.

73 Quo pertinet quod ii, † qui cum Turcis aliisve Christianorum aut Imperii hostibus consilia nefanda miscuisse probantur, ob id ab Imperio proscriptionem omniumque bonorum suorum confiscationem experiuntur, vigore Ord. *p.* 2. *tit.* 20. §. Weiter. Denaisf. *tit.* 143. §. 6.

74 Pariter etiam à tutelæ † beneficio extorres esse debent circumforanei, vagi, absque certo Duce grassantes, vicatim ac pagatim oberrantes milites vulgo Rottierer/ Gartierer/ Herrnlose Knecht/ unnd Landläuffer. *l. ultim. C. de locat. & l.* 13. *in fin. C. de re milit. libr.* 12.

Milites circumforanei.

75 Tantum enim abest, † ut ii in protectionem recipi queant, ut etiam Principes & Status Imperii in quorum Provinciis grassantur, ferro & igni animadvertere, eos dissipare, & armata manu implorato vicinorum Principum auxilio, quatenus necesse, obsistere, captisque impietatis Ducibus eos ad restitutionem damnorum compellere, atque pro merito punire debeant, sicut prolixius disponit Constitutio D. Ferdinandi Imperat. *in recessu Augustano de Anno* 55. §. So haben wir/etc. *cum §. sequent. & §.* Wo sich aber/*cum sequen.* Constit. pac. public. *de Anno* 1548. §. Wo sich auch/ Ord. Polit. *ejusdem Anni* §. Wo sich auch/ Ord. Polit. zu Franckfurt gebessert / *Anno* 1577. *titul.* 7. Ordinat. Camer. *part.* 2. *tit.* 15. & 20. §. *Item* nach dem/ Recess. Imper. *de Anno* 551. §. Nach dem auch/ & Recess. 1556.

76 §. Damit dann hinführo. Ubi † constituitur quod hujusmodi turbatores pacis publicæ & colluvies hominum ipso facto absque ulla sententia declaratoria in Bannum Imperiale inciderint, & pro bannitis habendi sint, facit text. *in cap.* 1. *de homicid. in* 6. *in fin.* quia non militum, sed latronum & prædonum nomine digni sunt per text. *in l. hostes. ff. de captiv. & postlim. reverf. & l. hostes. ff. de verb. signific.* Gail. *lib.* 1. *de pace publ. c.* 16. *nu.* 25. Denaisf. *tit.* 189.

77 Non melioris est conditionis † illud hominum genus vagum & inutile, qui vulgo Zigeuner / apud Italos Cingari, ab Hispanis Gittani, à Gallis Ægyptii vocantur.

Cingari.

78 Hi † ex Ægypto se esse mentiuntur, extorresque domo à superis cogi majorum delicta, qui Deiparam Virginem cum puero JESV hospitio excipere recusarint, septem annorum exilio expiare, alioquin calamitatem & sterilitatem certam omnibus præsto esse impudenter fingunt. Sed aliter se

79 rem habere experientia ostendit. Nihil † enim sunt aliud, quam manipulus furum, & colluvies pessima otiosorum ac fraudulentorum hominum ex variis nationibus non ita remotis, sed vicinis collecta qui extra Civitates in agris, in triviis tentoria erigentes proditionibus latrociniis & furtis deceptionibus & permutationibus, atque ex chiromantica divinatione oblectantes homines, iis fraudibus victum mendicant. Albert. Crantz. *lib.* 11. *Saxon. cap.* 2. Aventin. *Annal. Bojor. lib.* 7. *in fin.* Schonborn. 2. *Politicor. cap.* 16. nominatim astipulatur Theod. Reinkingk *de Regim. secul. & Eccles. lib.* 2. *class.* 1. *cap.* 7. *numer.* 10. Ubi scribit istos Cingaros exploratores & proditores, qui Germanorum consilia & negotia Turcis aliisque hostibus produnt, nulla in Imperio securitate gaudere, sed impune à quovis offendi posse: De

80 iisdem Pierius *in hieroglyph. lib.* 25. *in fin.* scribit, † nonnullos arbitrari hoc hominum genus ab ave Cin-

81 clo † (cujus pictura veteres extremæ paupertatis hominem significare voluere, unde proverbium, teste Suida, ortum *Pauperior leberide & cinclo*) nomen accepisse. Ita enim inquit: *Cum Cinclus inops adeo sit neque certo unquam lare utatur, nonnulli errones illos, qui nunc totum terrarum orbem mendicabundi cum Chiromanticis uxoribus & liberis peragrant, nusquam domos certas habentes quos vulgo Cingaros vocamus, Cinclos ab avis hujus similitudine appellatos arbitrantur.*

Unde Erasmus *in Adagiis* ait, Rusticos mendicos & errones Cinclos vocare & adducit testimonium Æliani *de natur. animant. lib.* 12. qui dicit hoc genus hominum Græcos *ἀοίκους* nominare, hoc est expertes penatium.

Quamvis autem nonnullorum magistratuum animos vana superstitio, velut lethargus adeo invaserit, ut hoc hominum genus violare nefas putent, eosque grassari, furari ac subditis imponere passim impune sinant, illud ipsum tamen ab omni prorsus tutela, sicut proditores, atque exploratores excludendos esse Recess. Imp. *de An.* 1500. *& de Ann.* 1530. itemque *de An.* 1544. & Ord. Pol. Francof. *An.* 1576. *sub tit.* 28. satis innuit hisce verbis: Der jenigen halben/ so sich Zigeuner nen-

82 nen/ und hin und her in die Land ziehen / sol per Edictum publ. cum allen Ständen deß Reichs/ durch uns bey den Pflichten/ damit sie uns/ und dem H. Röm. Reich verwand seynd/ ernstlich gebotten werden/ daß sie hinfür dieselben Zigeuner/nach dem man glaublich Anzeig hat/ daß sie Erfahrer/ Außspäher/ und Verkundschaffter der Christen Land seyen/ in/ oder durch ihr Land/ Gebiet/ und Oberkeit nit ziehen/ handlen/ noch wandeln lassen/ noch inen deß Sicherheit und Geleit geben/ etc.

83 Ulterius in clientelam † etiam ac protectionem recipi vetantur juste banniti Imperiales ut nominatim etiam observavit in his propriis terminis D. Hepingk *dissert. de Jure protect. th.* 34. *lit. B.* Ubi concludit protectioni alterius se committere & recipi in eam prohiberi juste Bannitos, D. Gail. *lib.* 2. *de pac. publ. c.* 1. *n.* 20. †

Banniti Imperiales.

84 ubi bannum Imperii definit esse *Judicialem censuram, qua violatoribus pacis publicæ aqua & igne interdicitur, ita ut à nemine, in clientelam fidem aut amicitiam recipi, sed ab omnibus impune tam in persona quam rebus offendi possint.* quem sequitur Georg. Schonborn. *Politic. lib.* 4. *c.* 8. Et † bannitos esse extra protectionem Juris

85 & Imperii statuunt Dd. Bald. *in auth. habita. C. ne filius pro patre* Cyn. *in l.* 1. *C. de natural. lib. & in l. reos C. de excus.* † & ab omnibus ita odio habentur, ut nec Advo-

86 cati forenses, citra jussum Judicis patrocinium eis præstare audeant, Bart. *in l. post legatum,* §. *sunt qu. n.* 1. *ff. de his quib. ut indig.* Gail. *de pac. publ. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 36.

87 Quin † iidem ex præscripto legum omni Juris auxilio exuti, patrociniōque indigni ab omnibus impune interfici possunt, per text. Ordinat. *part.* 2. *tit.* 9. §. 1. *in verbis*: Sollen deß oder derselben Leib/etc. allermenniglich

88 erlaubt seyn. † Unde occidens bannitum ab homicidii pœna prorsus liber & immunis est, quam sententiam frequentiori interpretum calculo receptam ex Placa *lib.* 9. *epit. delict. cap.* 36. *num.* 1. refert Clar. §. *homicidium num.* 52. *in fin. & num.* 54. taliter occidentem

89 † etiam in foro poli seu conscientiæ excusari ex communi docet: prædictaque sententia de impunitate internecionis bannitorum procedit etiamsi statutum simpliciter de impune offendendo conceptum esset Clar. *d. loc. numer.* 55. nec † fallit etiamsi per assas-

90 sinos vel alias proditorie occidantur si credimus Claro. *d. loc. numer.* 61. quod tamen alii non nisi in bannito pro crimine læsæ Majestatis admittunt. Giacchar. *ibid. lit. q.* & generalius *lit. x.* † Nec quicquam quo

91 ad dictum effectum discriminis est inter bannum delicti & contumaciæ in Camera Imperiali, licet alias statutum bannitum impune offendi permittens; non habeat locum in banno contumaciæ Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 5. *n.* 16.

Cum

Cum eadem utrobique sit declarandi & denunciandi ratio, quod haud dubie, utut rigorosum videri possit, odio obstinati contemptus Cæsareæ Majestatis ita constitutum est, Gail. *lib. 1. de pace publ. ca.* 1. *nu.* 40. *& lib.* 2. *c.* 5. *n.* 13. *& seq.*

92 Insuper justum † leges contra eum insurgere, qui Jus, judicem & partem eludit. *cap.* 1. *in fin. de appell. in* 6. Gail. *d. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 2.

93 Quin † bannitum interficiens est executor justitiæ ut 94 inquit Bald. *in d. l. reos col.* 8. Et † pro hostibus patriæ, transfugis rebellibus & talibus habentur qui nullo omnino gaudeant privilegio, ut *in l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. dimin. & in l.* 3. *§. transfugas ad l.* 95 *Cornel. de Sicar.* sed † omnia humanitatis Jura officiorumque vicissitudines & commercia amittant, quos nemo urbe domo & hospitio mensave recipere possit, ut pulchre attingit Juvenal. *Satyra* 3. dum inquit:

Nemo cibo, nemo hospitio tectoque juvabit.

96 Quin etiam bannitis † aqua & igne interdicitur, tellus pontusque negatur, per text. *in l.* 2. *ff. de pœnis, & in l. fin. ff. eod. tit.* Quo etiam illud Ovidianum *lib.* 7. *metamorph.* non inepte applicari potest.

Dii te summoveant, ô nostri infamia secli
Orbe suo, tellusq; tibi pontusq; negetur.

97 Hinc † in bannum Imperii declarati & denunciati cives Romani esse desinunt, & communes omnium hostes efficiuntur, *L. amissione* 5. *§.* 1. *vers. Sed & hic ff. de cap. minut.* Sichard. *in l.* 1. *num.* 12. *C. de hered. instit.* Mynsinger. *consil.* 21. *num.* 58. Clarus *§. homicidium, nu.* 57. quod Germanica dictio Echter satis arguit, quam à Græco vocabulo ἐχθρὸς, id est, hostis, inimicus, derivatam cum nonnullis existimo, per text. *in d. l. amissione §. qui deficiunt, ff. de cap. dimin. & in l. fin. ff. de re milit.* Zasius *in l. omnes populi, num.* 16. *ff. de just. & jur.* Ayrer, *tract. de homicid. necess. part.* 1. *num.* 418. Schonborner *Politicor. lib.* 4. *c.* 8.

Idque liquet ex ipsa declaratoria Banni formula setzen jhn auß dem Frieden in Unfrieden / Gail. 2. *obs.* 6. *nu.* 10. *& seq.* qua è protectione Imperii eximuntur & in hostilitatem reponuntur Thilman. de Benig. *Apos. Prodrom. observ. pract.* 21.

Limitatio prohibiti Bannitis patrocinii. Quod tamen de Judiciali non præstando Bannitis Patrocinio supradictum est, limitatur in casu † innocentiæ illorum asserendæ vel gratiæ obtinendæ, quia hoc Juris auxilium ne diabolo quidem denegandum, ex Nel-98 lo Odd. *cons.* 27. *n.* 8. *&* 9. Quare verba illa in Ordin. Cam. *p.* 2. *tit.* 10. *pr.* Hülff/Beystand/ non sic intelligenda sunt, ut Banniti Advocatus in pœnam Constitutionis illius incidat per tradita à Soarez. *in Thesaur. comm. opin. lit. A, num.* 94. Clarus *pract. crim. § final. q.* 82. licet post Bart. Gail. *de Pac. publ. p.* 1. *c.* 10. *num.* 36. sine Judicis jussu hoc non admittat, qui tamen extra casum limitationis exaudiendus est.

Ita quoque nec illa verba, vnnd sich darauff selbst Persönlich mit dem Eyd zu purgieren / adeo stricte interpretanda sunt, ut per alium purgatio hæc fieri non pos-99 sit, cum Banniti † innocentiam extraneo etiam docere permittatur, uti in Camera practicatum esse testatur Mynsing. 2. *obs.* 88. Gail. *d. loc. c.* 8. *n.* 6. Purgatio autem nihil aliud est, quam innocentiæ testificatio ut *d. tit.* 15. inserta verba vnd also sein Unschuld darzuthun / liquido ostendunt D. Hepingk *diss. de Jure Advocat. concl.* 34. *lit. B.*

Cæterum præcedens de Bannitis assertio maxime procedit in clientibus bannitis ab Imperatore vel Rege aut Principe superiorem non recognoscente eleganter Sichard. *in d. l.* 1. *n.* 11. *usque ad finem*, ubi de Banno Cameræ Imperialis, Curiæ Rotwilensis & Judiciorum 100 Westphalicorum agit. † Nam eo modo bannitus non tantum perdit Jura statutaria sive municipalia regionis aut Civitatis in qua domicilium habuit, verum etiam illis quæ sunt Juris civilis Romanorum communis, donec bannum durat, carere dignoscitur Bart. *in d. l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut.* Joan. de Imol. *in l. ex facto §. ex facto nu.* 19. *ibid.* Alexand. *nu.* 10. Ripa *n.* 18. *ff. ad Trebellian.* Jason *in l.* 1. *nu.* 5. *C. de hered. instit.* Ascanius *de patria potest. c. ultim. num.* 27. Joan. Schneidew. *in §. cum autem nu.* 14. *Instit. quibus mod. Jus patr. potest. solvit.* Kirchovius *lib. commun. opin. verb. bannitis vers. hac autem*, Dauth. *ad tit. de testam. n.* 211. *&* 298. Peregrin. *de Jure fisci lib.* 3. *tit.* 7. *nu.* 15. Andr. Kohl. *de servit. feudal. part.* 2. *tit. de personis eor. quib. servitia feudalia præstari debent sub num.* 60. Menoch. *cons.* 101. *num.* 8. ubi plures alleg.

101 Unde Bannum Imperii † ab Imperatore vel quæ vicem ejus obtinet Camera Imperiali Spirensi inflictum universale esse & per totum orbem terrarum vires suas extendere, docet Gail. *lib.* 1. *de Pac. publ. c.* 6. *n.* 12. *&* 14.

102 Quare proscripti † seu banniti Imperiales, periculo vitæ, omniumque bonorum ita subjiciuntur, ut ex constitutionibus Imperii cuivis libera facultas eos occidendi & omnibus bonis spoliandi concedatur, per text. clarum in Ordinat. Cameræ *p.* 2. *tit.* 9. §. So jemand *vers.* So bald auch der &c. Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 1. *n.* 23. & sequitur Petr. Frider. Mindan. *de process. in Camera extrahend. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 5.

103 Cæteroquin † usque adeo licita est Banniti offensio, ut huic se defendere non liceat Moron. *de fide treug. & pace quæst.* 108. quia † ubi offensio permissa ibi defensio 104 est prohibita, argum. *l.* 3. *ff. ne vis fiat ei, qui in poss. l. si servum,* 4. *C. de his qui ad Eccles. confug.* Dd. omnes *in l.* 3. *ff. de just. & jur.* late Hippol. de Marsil. *pract. crim. §. aggredior. num.* 75. *& seqq.* Farinac. *part.* 1. *quæst.* 32. *num.* 86. Obrecht. *tract. de defens. ca.* 6. *num.* 12. Harprecht. *§. hac actio* 12. *num.* 153. *Inst. de injur.* ubi plures allegat.

105 Id tamen quod † de offensione bannitorum in Constitutionibus sancitum reperitur, non ita fuit ex dispositione Juris communis, si credimus Bart. *in l. ut vim* 3. & *ibid.* Claud. de Seysell. *ff. de Just. & Jur.* quos referendo sequitur Clar. *§. homicidium, num.* 52. sicut 106 nec hodie † adhuc moribus Galliæ banniti offendi possunt, nec hostes reputantur, nisi in casu læsæ Majestatis divinæ, puta hæreseos, vel humanæ, ubi ipso Jure diffidati censentur per *Auth. Gazaros C. de heret.* Chassan. *Rub.* 2. *des confiscations verb. qui confisque le corps numer.* 10.

107 Ratio † autem quod hujusmodi banniti extra protectionem sint, inde patescit, quod in constitutione pacis publicæ & ordinatione Cameræ *d. part.* 2. *tit.* 9. §. 2. disertis verbis constitutum sit omnes obligationes Juramenta, pacta & actiones ex parte bannitorum cassa, irrita & nulla penitus esse. Daß alle Verschreibungen Pflicht vnd Bündnuß jnen zustehende / vnd darauff sie Spruch vnnd Forderung haben möchten gegen den jenigen die jhnen verhafft weren / ab vnd todt seyn sollen. Gail. *lib.* 2. *de Pace publ. cap.* 12. *n.* 4. Schonborn. *polit. d. lib.* 4. *c.* 8. *I. Ratio cur Banniti protectionis incapaces.*

Quod Juri communi quoque consentaneum est text. sing. & notab. *in ca. felicis de pœnis in* 6. *ibi.* nullus ei debita reddere, nullus in judicio respondere teneatur.

108 Nam banniti civitatem † Romanam (quæ est communis patria totius orbis text. *in l. Romana, ff. ad munici. II. Ratio. cip.*) perdendo omnia etiam quæ Juris communis sunt perdūt Bartol. *in d. l. amissione ff. de capit. diminut.* Bald. *in l.* 1. *C. de hered. instit.* Zasius *in apolog. contra Eskinum in princ.* ubi communem dicit. Itaque obligatio quæ 109 ad Juris civilis vincula pertinet, in eos non cadit, † adeo ut justitia eis administrari non debeat, & sententia

pro

pro ipsis lata nulla sit text. *in c. felicis*, Bald. *in d. l. 1.* Gail. *de pace publ. c. 12. n. 5. lib. 2.*

110 Quod autem † *superius* de bannitorum personis in protectionem non recipiendis statutum ac cautum esse ostendimus, id pariter etiam quod primæ ampliationi locum facit, de bonis eorum per nullum Principem Magistratum vel communitatem in tutelam suscipiendis, sub pœna Banni statuunt Jura *in Auth. cassa* ubi Dd. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Bald. *in c. guerram de feud. n. 9. ibid.* Alvarot. *num. 11.* Lauden. *num. 10.* Peregrin. *de Jure fisci lib. 3. tit. 7. num. 43.* Ord. Cam. *part 2. Tit. 10. 12.* Moronus *ex Afflict. quæst. 102. num. 22. de fid. Treug. & pac.* latissime Gail. *libr. 2. pac. Public. cap. 10.* Denail. *Tit. 256.*

Ampliatio decisionis I.

Idque etiam solenniter sancitum reperitur in Declarat. Pacis profanæ Anno 1548. & 1500. Augustæ *facta ad §.* von den Echtern / die ihr Gut gefährlich verwenden. Incip. Item declariren / §. 1. *ibi* sein Schloß Stätt / Befestigung / Haab oder Güter jemands in Schirm zugestelt / vnnd eingeben / & paulo ante finem *in §.* Deßgleichen. hisce verbis.

Deßgleichen setzen / ordnen vnnd wollen wir hiemit ernstlich gepietend / ob ein erklärter Echter oder Friedbrecher sein Haab vnnd Gut einigem Fürsten / Obrigkeiten / Communen oder andern in Schirms oder ander Weiß zustellen oder eingeben wolt oder würde / daß solch Haab vnnd Güter durch solche Fürsten / Obrigkeit / Commun oder andere nicht angenommen / oder von ihn selbst den Echtern oder Friedbrechern zu gut nicht eingenommen sollen werden / Wo es aber darüber beschehe / so declariren / ordnen / erkennen vnd wollen wir / daß solch zustellen / eingeben / oder solch einnehmen den erklärten Echtern oder Friedbrechern vnfürträglich vnsteiwerlich seyn / auch deß nichts geniessen noch frewen / vnnd dieselbe Fürsten Obrigkeiten / oder Communen / durch solches mit der That in die Acht vnnd andere Peen / wider die Friedtbrecher gesetzt / gefallen seyn / vnnd darauff also denuncirt / vnnd verkündt werden sollen.

Ampliatio II.

Secundo, prædicta de Bannitis in protectionem non recipiendis, decisio extenditur etiam ad Receptatores † Bannitorum, eo, quod ex Constitutione Sigismundi Hungari Imp. Posonii in Comitiis Regni edita, & à Goldast. *Constit. Imp. Tom. 3. p. 430 relata art. 39.* eadem † quæ ipsos Bannitos pœna tenuerit, & in terris Ecclesiæ Romanæ criminis etiam læsæ Majestatis rei habeantur, iisque per omnia similes censeantur. In Imperio vero in Bannum declaratos contra Ordin. Cam. recipientes, aut cum illis communicantes Banno quoque subjiciantur, uti in Camer. Imper. Anno 1540. 5. Aprilis, & Anno 1551. 7. Octobr. judicatum esse *ex Bart. Tom. 2.* Vrtheil vnnd Bescheid deß Keys. Cammergerichts constat.

111

112 Quamvis enim Bannitorum † receptatio, *secundum opinionem Card. Tusch. pract. conclus. Jur. Tom. 1. lit. B. conclus. 17. num. 1. & seq.* de Jure communi non sit prohibita, si tamen scienter & dolose fiat, receptans punitur, *prout idem tradit Tom. 6. lit. R. conclus. 47. n. 3.* Nell. *tract. de Bannit. temp. 2. p. 3. qu. 20. & duab. seq.* ubi in receptatore consanguineo arbitrariæ; in Banniti uxore nulli locum esse pœnæ docet, *de quo videndus Galeat. conf. 88. n. 25. vol. 1.*

113 Protectores igitur, sive personam, sive bona bannitorum † clientum in patrocinium ac tuitionem recipiant, in bannum pariter incidunt, quemadmodum receptatores bannitorum. Omnes enim quicunque bannitis auxilium † & favorem præstant, pœna receptatorum ordinaria tenentur, per text. not. *in l. cujusque ff. ad L. Jul. Majest.* Bart. *ibid. num. 1. & 2.* text. eleg. *in l. in furti. §. recte ff. de furt.* Hippol. *in pract. crim. §. constante. num. 68. cum seq.*

114 *Sed quid si ignorent † eos quos in tutelam receperunt banni censura implicatos esse, an nihilominus proscriptionis pœnam Protectores incurrant, quæri potest.*

Bannitos ignoranter in protectionem recipiens, an pœnam incurrat.

Et videtur † dicendum esse nullum hoc casu ob ignorantiam excusationi locum dari, eo † quod in facto publico ignorantia neminem excuset, *l. si tutor. in gloss. de peric. tut.* Rom. *consil. 227. num. 2.* Felin. *in ca. vigilanti colum. 4. vers. limita tertio de præscript.* Decian. *consil. 36. sub num. 9. vers. & per hoc tollitur.* Paris. *consil. 66. num. 95. vo. 3.* Tiraquell. *de utroque retract. tit. 1. §. 35. gloss. 4. num. 33.* Hippol. de Marsil. *in l. qui ignorans numer. 23. cum sequent ff. ad L. Cornel. de Sicar.* ubi dicit, allegantem ignorantiam facti publici † esse in dolo præsumpto, & in lata culpa, & ideo eum non audiendum, cum paria † sint scire, & scire debere. text. *in l. quod te ff. si certum petat.* Dd. *ibid.* Bartol. *in l. leges numer. 1. & 2. de legib.* late Tiraquell. *tract. de pœnis caus. 13. nu. 22. cum seq.*

115 116 117 118

Affirmativæ Ratio dubitandi pro Affirmativa.

119 Unde ignorantia constitutionis † per loca publica publicatæ non est tolerabilis, *ca. 1. distinct. 16. ca. quod dilectio de Jur. & fact. ign.* & ibi gloss. *not. in ver. regionibus, Clem. 1. de Judic. gloss. in ca. proposuisti ver. non probatur 82. dist.* Abb. *consil. 35. volum. 1.* Gabr. *conclus. libr. 6. de reg. Jur. conclus. 5. num. 5.*

120 Nam quilibet præsumitur † scire, quod publice scitur *gloss. in l. si tutor.* & ibi Bartol. *C. de peric. tutor. gloss. in l. quinquaginta de excusat. tut. gloss. in §. qui autem vers. cognoverit Inst. eod. gloss. in l. is potest,* & *ibi* late Bartol. *de acquir. hæred. gloss.* & *ibi* Bart. *in l. 1. de receptat.* Decian. *consil. 154. num. 1.* Roland. *consil. 36. num. 13. lib. 2.* Natta *cons. 251. sub num. 3.*

121 Et † ignorare quod publice manifestum est, crassa & supina, atque affectata est ignorantia, quæ scientiæ comparatur text. *in cap. 1. de postul prælat. & in c. cum in tua qui matrim. accus. poss. c. cum inhibitio. §. 1. de clandest. despons. l. nec supina & l. regula, §. sed facti. ff. de Jur. & fact. ignor. gloss. sing. in Clem. pastoralis de sentent. & re jud.* Bart. *in l. si cui §. iisdem, n. 2. ff. de accus.* Bald. *in l. quicunq, num. 2. ff. de serv. fugit.*

122 At vero bannum Imperii † publica solennitate sub dio in magna hominum frequentia irrogatur, & denunciatione facta passim per Imperium publicis edictis proscribitur, facit optime text. *in l. sed etsi. §. de quo & in §. proscribere, ff. de instit. action.* Ias. *cons. 47. num. 3. vol. 2.* Ubi † dicit publica proclamata, in omnium notitiam transire præsumi. item † quemlibet de provincia præsumi scire illud, quod publice factum est in parte provinciæ, per allegata *ibid.* & text. *in licentiam. Auth. quomodo oporteat Episcop. &c.* idem Jason *in l. si per errorem num. 11. cum seq. ff. de Jurisdict. omn. Jud.* Et propterea protectores etiam ignoranter clientes bannitos in tutelam recipientes non videntur excusandi à banni vinculo.

123 124

125 Quibus tamen † non obstantibus re diligentius perspecta contrarium in protectore concludendum esse statuo, cum scilicet, quando revera de clientum bannimento nihil scivit, nequaquam incurrere banni censuram.

Negativa decisio.

126 Ignorantia enim regulariter à delicto & pœna excusat, quia ignorans non contemnit constitutiones Imperii text. notab. *in l. si quis ignorans, ff de cati gloss. l. 1. verb. latrones, ff. de receptator.* Bartol. *in l. fin numero 2. ff. si quis testament. liber esse & l. omnes numero 1. Cod.*

Ratio decidendi I.

de agricol. & censit. Andr. Gail. *lib. 2. de pace publ. cap. 10. num. 7.*

117 Hinc & Jura speciatim † sanciunt, quod ignorans aliquem deliquisse, si ei fugienti aut fugam capere volenti associatus fuerit, non incidat in pœnam constitutionis contra tales associantes emanatæ; 118 scientem † enim non ignorantem lex vult obligari. *l. generali, C. de tabul. l. fin. de decret. ab ord. faci.* post Gloss. & Bart. Roman. *consil. 473. num. 2.* Fachin. *consil. 99. num. 46. vol. 1. ca. cognoscentes extr. de constit. ca. ut animarum eodem titul. in 6.* 119 † dum vult legem seu constitutionem punientem receptatorem banniti, non includere eum qui ignorans receptavit. *l. Metrodorum in ver. sciens à contrario sensu de pœn.* sequitur Roman. *cons. 472.* Felin. *in ca. 1. col. antepen. de offic. deleg.* Socin. *cons. 118. col. pen. vol. 1.* Gratus *respons. 49. num. 35. lib. 2.* Gram. *decis. 25. n. 3.* Paris. *cons. 152. in princ. vol. 4.*

130 *Ratio decidendi II.* Præterea nostra decisio ex eo plenissime roboratur, quod in Advocato † banniti tuitionem suscipiente, ut ob receptationem ejusmodi bannum incurrat, requiratur dolus & mala fides, *l. quicunque C. de servis fugit.* 131 Bald. *ibid. num. 1.* ubi dicit † receptationem esse de natura boni, quia natura cognationem constituit inter homines, & unum ad alterius inducit subsidium, *l. ut vim in fin. ff. de just. & jur. text. in l. servus in fin. ff. de serv. exportand. gloss. ibid. in verb. affici.* Ordin. Camer. *in fine ibi* auch sie wissentlich vnnd gefährlich. Ordn. deß Landf. *Anno 1521.* zu Wormbs auffgericht/ Anchor. *in ca. 2. de haret. in 6.* Azor. *Inst. moral. lib. 8. c. 15. q. 2. & trib. sequent.*

132 Ignorans † autem non dicitur velle, ex quo ad ignorata voluntas non porrigitur, *l. mater decedens, §. ultim. de inoff. testament.* ubi gloss. & Dd. & *ibi* Bartol. *in 4. not. l. in repudiando de acquirend. hared.* Alexand. *consil. 8. volum. 3. & consil. 14. numer. 5. volum. 2.* Afflict. *decis. 53.* Jason *consil. 107. numer. 11. vol. 4.* Socin. Jun. *consil. 128. num. 119. vol. 1.* Cravett. *consil. 257. num. 2.* Tiraquell. *de legib. connub. gloss 6. num. 176.* Menoch. 133 *consil. 402. num. 82.* & † ideo non delinquit nec dolum committit, vel culpam. *l. 3. §. si quis ignorans ad Syllan. l. ex maleficiis. §. 1. ver. longe minus de act. & oblig. l. eo tempore, §. dominus ver. restituitur de public.* Cravett. *consil. 260. n. 2.* Afflict. *decis. 290. num. 3. & 4.* & ex consequenti pœnam pati non debet, *l. sane C. de pœn. l. aliud est fraus in princip. de verbor. signific.* Ruin. *cons. 184. n. 10. in fin. vol. 2.* Jacob Schultes, *in locis communib. Brunbri à Sole verb. ignorantia n. 2.*

134 *Responsio ad objectam dubitandi rationem.* Nec obstat quod supradictum † fuit bannum Imperii per publica edicta innotescere, & ignorantiam in facto publico non excusare, quia id procedit, si constet de scientia; secus † autem si revera recipiens in protectionem banni impedimentum ignoraverit 135 quod fieri potuit vel propter nimiam loci intercapedinem, & diuturnam & longinquam terra marique absentiam: 136 † nam probabilis quædam ignorantiæ significatio, recipientem à pœna excusabit: cum nemo ob receptionem teneatur nisi dolo malo receperit, *text. in l. 3. §. non tantum, ff. de incend. ruin. naufrag.* 137 & secundum communem Dd. opinionem † quælibet causa etiam injusta, quælibet credulitas etiam fatua excusat à dolo præsumpto, & pœnam extenuat. *l. igitur. §. 1. ff. de liber. caus. ibi* justis rationibus adductus vel non justis. *l. plagis la. 2. C. de plag.* gloss. notab. *ibid. in ver. justa*, dicens, quamlibet ignorantiam etiam Juris excusare à dolo, per text. *in l. sed etsi lege ff. de petit. hared. l. non potest dolo de reg. Jur.* Jason *in l. unic. §. hoc judicium numer. 24. si quis ius dicenti non obtemp.* Curt. Jun. *consil. 132. numer. 12.* Decian. *consil. 170. col. fin.* Cacheran. *decis. 71. numer. 71.* Socin. Senior *consil. 108. num. 12. vol. 1.* Bald. *in l. 1. num. 2.* per gloss. *ibid. in verb. recepit. C. ubi caus. status agi debeat.*

138 *Excommunicati.* Cæterum † quæ de bannitis in tutelam non recipiendis dicta sunt, ea etiam in excommunicatis locum habent, 139 *Ratio I. cur Excommunicati à protectione excludantur.* † quia excommunicati bannitis æquiparantur Gail. *de pace publ. lib. 2. ca. 1. num. 26. in princ.* Tiraquell. *de retract. §. 1. gloss. 9. num. 271. & seq.* Schonborner *Politic. dist. lib. 4. ca. 8.* & † ab omni fidelium communione extorres habentur, *cap. excommunicatos, ca. ad mensam, & ca. passim 11. quæst. 3. ca. except. ca. pervenit. de appellat.* & tanquam 140 in banno Ecclesiastico; (quam † pœnam deportationi seu Banno in Imperio ac politia civili correspondere 141 Dd. volunt, argum. *l. placet 5. ubi gloss. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. juncto ca. non minus 4. & ca. adversus 7. de immunit. Eccles. gloss. in §. minor. verb. interdictum Instit. de ca. diminut.* Bald. *in l. 1. Cod. de hared. instit.* Sich. *in auth. habita, numero 14. Cod. ne filius pro patre & d. l. 1. numer. 12. Cod. de hared. instit.* Wesenbec. *in paratit. Cod. de haret. numer. 6.* præcipue Gail. *lib. 2. de pace publ. cap. 1. numero vigesimo sexto, & cap. 12. numer. 22.* facit text. *ord. pa. 3. titul 48. §. 9. in fin.* Vel saltem exilio sive relegationi *gloss. fin. in cap. pastoralis 53. de Appell.* Sylvestr. Aldobrand. *ad d. gloss. in §. minor. instit. de cap. dim.* allegans Jason. *in l. fin. C. qui admit.* quod probat & Dauth. *tr. meth. de testam. num. 256. vers. tum quod verius*) universalis fidelium protectionis ac immunitatis expertes sunt.

142 *Ratio II.* Deinde † sicut banniti Imperii membra esse desinunt, adeoque pro mortuis habentur, *l. actione 63. §. publicat. 12. ff. pro socio* Bald. *in l. 1. num. 4. & 12. C. de hared. instituend.* Felin. *ad rubr. de re jud. num. 15. in fin.* Luc. de Penna *in l. cum allegatis vers. preterea infideles C. de re militar. lib. 12.* ac similes sunt † 143 deportatis Gail. *lib. 2. de pac. publ. cap. 1. num. 19.* Schonborn. *d. ca. 8.* Bannum enim † successit in locum 144 interdictionis aquæ & ignis, Clarus *§. fin. q. 67. n. 8.*

145 Ita & † excommunicati qui Ecclesiasticam censuram passi sunt ab Ecclesiæ corpore resecantur, *ca. decernimus de sentent. excommun. in 6.* pariterque cum mortuis reputantur, *cap. nihil, 11. quæst. 3. c. corripiantur, 24. qu. 3. ca. per venerabilem, 13. §. medium ibi* veluti mortuus à communione fidelium *extr. qui filii sint legit.*

146 *Ratio III.* Præterea sicut cum bannitis de Jure † nulla habenda est conversatio *l. 2. ff de pœnis.* Gail. *de pace publ. lib. 2. cap. 1. post numer. 26.* Ayrer. *process. Jur. histor. part. 1. cap. 5. observ. 3. numero 8.* 147 Sic † etiam cum excommunicatis nullum debet esse commercium, nullum hospitalitatis & benevolentiæ officium, *ca. cum excommunicato 11. quæst. 3. ca. nulli 8. ca. cum non ab homine 14. de sent. excommun.* Covarr. *part. 1. §. 1. & 2. ca. alma mater, de sentent. excomm. in 6.* 148 qui † tamen *d. §. 1. num. ultim.* recte probat, communicationem, cum illis salutis eorum causa susceptam, non prohiberi, sed Christianæ charitati convenire per text. *in ca. responso, de sentent. excom.* Unde etiam Abb. Panorm. *in c. 2. in princ. de Purgat. Canon,* excommunicationem vocat 149 bannum Christianitatis.

150 *I. Inter Excommunicatorum & Bannitum discrimen quo illi hi meliores.* Excommunicati tamen in eo melioris sunt conditionis, quam banniti, quod hi impune interfici possint, ut *ex prædictis* patet, illi vero non item, ut originaliter dixit Bald. *in l. cum mulier in 6 col. ff. solut. matr.* Marc. Mant. *singul. 508. n. 2.*

151 *II. Discrimen.* Deinde etiam † excommunicatio omnimodam exterminationem politicam non operatur, secumve trahit, quia † nec dominio rerum exuit, *gl. fin. in c. pastoralis 53. de appell.* Dauth. *de testam. n. 256.* ubi ex hoc & 152 aliis

153 aliis fundamentis notat, † excommunicatos (exceptis propter hæresin excommunicatis *Auth. credentes C. de haeret.* canonisata *in ca. 13. §. credentes eod. tit. ca. secundum, eod. tit. in 6.* Idem Dauth: *num. 242.* ubi Dd. cumulat) testari posse post Dd. *ibid.* à se allegatos, quibus accedit Covarr. *in Rub. de testament. part. 2. num. 56.* Nec contractus cum illis celebratos annihilat, *ca. felic. 5. §. verum de pœn. in 6.* & Dd. quos referendo sequitur Covarr. *in ca. alma mater. p. 1. §. 1. num. 10 de senten. excommun.* multo minus justam in illorum vitas & bona grassandi causam præstat. Covarr. *lib. 2. var. resolut. ca. 20. num. 11.* Joan. Georg. Bechtius *disp. de securit. thes. 111.*

154 *III. Discrimen.* Præterea in hoc etiam † quod ad præsentem materiam spectat, excommunicati Bannitis potiores sunt, quia licet regulariter in clientelam recipi non possint, tamen à protegendi munere non arcentur, ut ex Innocent. *in c. 13. de major. & obed.* Joan. Andr. *in c. 6. de Jurepatr.* & Abbate *in c. 22. not. in arg sub lit. A. eodem* exquisite tradit D. Hepink. *differt. de Jure concl. 30. lit. D.* Banniti vero nisi acceptare illas ipsis odiosum & præjudiciale sit, *arg. l. 72. de hared. institut.* Rom.

155 *cons. 73. n. 3.*) Advocatias de novo acquirere † prohibentur, per ea quæ in *præcedenti cap. VII. num. 319.* ex professo conclusa sunt.

156 *Limitatio de Bannitis & Excommunicatis non protegendis.* Declaratur porro † prædicta de bannitis & excommunicatis eorumque bonis in tutelam non recipiendis conclusio, ut solummodo procedat in declaratis per sententiam.

Nam licet quis † ob violatam pacem publicam, mit der That / hoc est, ipso facto, in bannum Imperiale incidat, ut habetur in Constitutionibus Divorum

157 *Limitationis Ratio I.* Impp. Maximiliani I. Caroli V. de *Anno* 1548. *tit. 1.* & Ordin. Camer. *9. §. 2.* tamen, quoad pœnam banni puta aquæ ignisque interdictionem & bonorum amissionem, non dicitur bannitus ipso facto sed sententia declaratoria super commisso delicto, cum denunciatione banni omnino requiritur. Georgius Schonborn. *Politicor. lib. 4. c. 8.* Gail. *lib. 2. de pace publ. c. 3. num. 1. & 8.* Moron. *de fide Treug. & pace quæst. 33.* text. *in Const. Pacis publ. de Anno* 1548. §. Und ob jemandts / qui tantum de violatione pacis publ. actu permanente seu continuata, puta in palantum Militum erronum & prædonum concursu loquitur Gail. *de PP.*

158 *c. 13. num. 18.* Non † enim vis omnis publica est fracta pax ut notat Dominus Gail. *lib. 1. de pace publ. ca. 7. n. 19.* & ideo accusatus ab intentata actione absolvi posset,

159 cum nemo † habeatur talis, nisi sit talis pronunciatus. Hippol. *in §. postquam num. 38. & §. diligenter, n. 171. in pract. crim.* Specul. *tit. de instrum. edit. §. restat. nu. 33. cum seq.* Gail. *d. lib. 1. cap. 19. num 3.* Decianus *respons. 29. num. 1. vol. 5.* Acad. Altorff. *consil. 37. circa fin.* dum ait, quod talis quis non dicitur, quandiu non est pronunciatus pro tali, de quo videndus Campeg. *tract. de testib. reg. 353. & vers. quinto licet.* Aliud enim est, aliquem esse talem, & aliud haberi pro tali, Bald. *consil. 12. part. 3.* licet ut plurimum ad paria judicentur, Cephal. *consil. 359. n. 24. lib. 3 & cons. 451. lib. 4. n. 33. & 36.*

160 *Ratio limitationis II.* Præterea licet verba legis vel constitutionis ipso Jure vel statim, aut mox, aut omnibus modis, quod in idem recidit, denotent Canonem latæ sententiæ, hoc est, includant privationem rei absque alia sententia, ita ut non sit opus longo sufflamine litis, aut tela Judiciaria, vel longa procedendi ambagine per text. *in cap. fin. de praescrips. in 6.* Philipp. Franc. *ibid. nu. 1.* text. in *ca. 1. de rescript. eod. libr.* juncta gloss. *ibid. in verbo Jure* text. *in ca. pro humani de homicid. lib. 6. & in Clem. 1. de vita & honest. cler. gloss. ibidem, in verb. eo ipso & gloss. in ca. in pœnis, de reg. Jur. in 6. gloss. in l. jubemus, in 2. §. œconomus in verbo privetur, C. de Sacrosanct. Eccles.* Bartolus *in l. Mavius 2. duobus num. 24. cum sequen. ff. de leg. 1.* Idem *in l. 1. num. 4. ff. de his qui notant. infam. & in l. Imperator, numer. 1. ff. de Jure fisci,* ubi luculenta Apostilla quam omnino vide. Philipp. Port. *libr. 1. commun. opin. conclus. 2. text. in c. sciant. de Election in 6. & in l. commissa, ff. de public. & vectigal.*

161 Tamen † ad hoc ut quis ob delictum bannum inferens à protectorum tutela excludatur super commisso crimine sententia declaratoria omnino requiritur per text. notab. *in ca. cum secundum de haret. in 6. text. in l. ejus qui delatorem, ff. de Jure fisc. gloss. in Clem. 1. de vita & honest. cleric.* ubi habetur, † quod si quis ex forma legis habeatur pro confesso de crimine, oportcat

162 tamen antequam puniatur, constare de crimine, & super eo à Judice pronunciari, & ideo Bartolus *ibi* ex hoc text. unum notabile colligens dicit per hæc verba *habeatur pro convicto seu pro confesso*, non intelligi talia ipso Jure sed declarata per sententiam, allegans ad hoc *Auth. principales C. de Juram. calumn. & gloss. in cap. fin. de Juram. calum. & gloss. in ca. 2 de confess. in 6.* itemque *gloss. in l. 1. C. de pœna Jud. qui male judicavit.*

163 Et idipsum consulendo † decidit Petr. Anchor. *cons. 241. incip. per prædicta circa fin.* ubi expresse tradit contra excommunicatum executionem tamdiu esse suspensam, donec declaretur per sententiam ipsum esse excommunicatum.

164 *Ratio limitationis III. ab Exemplo Notarii.* Unde † in simili Doctores non male concludunt, quod Notarius qui commisit crimen falsi & propterea ex forma statuti tabellionatus officio privatur, nihilominus tamen instrumenta facere, & alia ratione officii exercere tamdiu possit, donec per sententiam Judicis declaratoriam deponatur ab officio per notata Bartol. *consil. 174. incip. fer.* Jo. de Caduranti Specul. *§. restat. vers. quid si tabellio & vers. quid si confectum de instrum. edit.* Abb. post Innocent. & alios *in ca. fraternitatis de haret.*

165 *Ratio limitationis IV. ab exemplo Haretici.* Pari ratione, † etsi bona hæreticorum ipso Jure sint confiscata per text. *in c. cum secundum §. confiscationis de hæret. in 6.* tamen † executio talis confiscationis per Principes aut superiores fieri non potest, ante

166 quam per Episcopum loci vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ desuper potestatem habet, sententia de eodem crimine fuerit promulgata annotante Domin. de S. Gemin. & Oldrad. *in cons. 271. incip. quæstio talis est circa fin.*

167 *Ratio limitationis V. ab Exemplo Contumacis.* Quod ipsum † etiam in simili tenet Anton. de Butr. *in c. cum dilecti de dolo & contumac. col. 7. vers. ult. adverte.* Ubi ex hoc textu colligi dicit, quod Judex debeat esse cautus, quando procedit contra aliquem tanquam contra contumacem, qui ex forma legis vel statuti debet haberi pro confesso ut ante omnia aliquid interloquatur, per quod ostendat eum esse contumacem & sibi etiam liquere de contumacia. Non enim sufficit, eum esse contumacem nisi Judici etiam de contumacia constet. *alleg. l. hac autem*, ibi constare liquereque prætori. *supra ex quib. caus. in poss. eat.* Bartol. *in l. 4. §. prætor. supr. de damn. infect.* qui id ipsum firmare expressius videtur *in l. 2. §. quod si actor. C. de Juram. calum.* Ubi quærit si ex forma statuti vel legis contumax in respondendo positionibus debeat haberi pro confesso, an hoc casu ad hoc ut habeatur pro confesso sufficiat, quod recuset respondere, vel sit contumax in respondendo, an vero sit necesse ut hoc pronuncietur per interlocutoriam Judicis & concludit omnino necessum esse, ut à Judice eum pro confesso haberi pronuncietur, per *l. ejus qui delatorem, ff. de Iure fisci*, cui nominatim subscribit Angel. de Aretin. *in tract. malefic. in verb. qui Iudex videns in vers. quæro tamen*, ubi allegat Bald. *in l. transigere*

gere in fin. C. de transact. & in l. jubemus, §. oeconomus. C. de sacrosanct. Eccles. & in c. 1. quib. mod. feud. amitt. & in c. vasallum de alien. feud.

168 Sic etiam ad hoc † ut quis sit infamis, non sufficit probatio criminis, sed insuper requiritur confessio ipsius in judicio & sententia Judicis declaratoria, ita voluit Joann. Andr. *in c. si quis de præsumpt. in 6.* ubi dicit ad hoc conferre notata *in clem. religiosi. de sent. excommun.* quem referendo sequitur Petr. de Anchor. *cons. 189. incip. tribus de causis, &c.* Et hoc pluribus exemplis prolixe declarat Hippol. de Marsil. *ad Rub. ff. ad leg. Cornel. de fals. nu. 24. usque ad n. 50.*

Ratio limitationis VI. ab exemplo infamis.

169 Quin ea † ipsa etiam declaratio, quod clientes donec in bannum sententialiter declarati fuerint, non amittant beneficium protectionis, colligitur ex ipsa constitutione pacis publicæ Caroli V. tit. 4. ibi mit vorgehender Citation oder Fürheischung / also in die gemelte Acht gefallen zu seyn declarirt unnd erklärt worden. Hoc est si prævia Citatione quis in bannum declaretur.

VI. Limitationis corroboratio ex Imperii constitutionibus.

Concordat ordinatio Cameræ *part. 2. tit. 9. quapropter primo*, turbatores pacis publicæ citari & legitimo processu habito sententia Judicis probato delicto in Bannum Imperiale declarari & denunciari debet, text. *in §. fin. Auth. ut nulli judic. ubi* si convincantur aut condemnentur, *text. in l. cum reis, C. de pœnis,*

170 Et ita in Camera semper observatum. † Interim pendente Judicio accusatus contrahendo & testando liberam rerum suarum habet administrationem ut prolixius asserit Dn. Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 19.* & est text. notab. *in l. post contractum, ff. de donat. & in l. si quis posthac, C. de bon. proscript.* text. *in l. in fraudem, ff. de Jure fisci* & Grammat. *decis. 15. n. 8.*

171 omnia † Jura mundi disponentia pro aliquo crimine ipso Jure pœnam imponi, intelligenda est dummodo secuta fuerit sententia declaratoria qua declaretur crimen illud commissum fuisse; alias pœnam non posse habere executionem seu effectum suum. Bart. *in extravag. qui sint rebelles in vers. rebellando col. 3 ver. 1. casu.*

172 Sic etiam haud ineleganter Petr. de Anchor. *cons. 190. incip. plura contra processum col 2.* docet, quod sententia Canonis vel legis non habeat Judicis officium executivum, nisi sequatur desuper sententia declaratoria cum causæ cognitione per d. text. *in ca. cum secundum de hæret. in 6.* Joan. Andr. *in ca. si qui de præscript. in 6. & l. sicut, C. de præscript. 30. anno.* Nellus *in tract. Banni. part. 3. prim. temp. q. 20. incip. quæritur an post lapsum. & 4. part. primi temp. q. 2. post med.* Bald. *l. penult. §. cum autem. C. ad Trebell.*

173 Sententiæ autem † ejusmodi declaratoriæ forma hæc fere est, præmissis præmittendis: Nach dem beklagte auß denen und denen Ursachen / dem Landfrieden zuwider gehandelt / derhalben denuncirn und erklären wir dieselbe / als offenbahre Echter in der Keyserlichen Mayestät / und deß H. Reichs Acht: Setzen sie auß dem Frieden in den Unfrieden / und erlauben jhr Leib Haab und Gütter allermänniglich / von Rechts wegen / &c.

174 Limitatur tamen prædicta declaratio, in casibus specialibus, in constitutionibus Imperii expressis veluti in atrocioribus delictis, ut si fiat concursus militum contra expressam Cæsaris inhibitionem, And. Gail. *lib. 1. pract. obs. 3. n. 9.*

Sublimitatio præcedentis limitatio.

175 Itemque in crimine † notoriæ rebellionis actu permanentis, quod ita publice committitur ut celari nequeat, veluti si quis cujuscunque status vel qualitatis contra placita pacis publicæ adversus Imperatorem vel Romanum Imperium armata manu perfide insurgat, statumque Imperii & pacem publicam collecto milite malo exemplo perturbet, *text. in §. 1. in Extravag. tit. quomodo in læsa Majestat. crim. proced.*

176 Quo casu † cum periculum sit in mora, & notorium in quo solennitas Juris relaxatur, *ca. 1. ad nostram. el. 3. de jurejurand,* compareretur sententiæ, *c. evidentia de accusat. l. ea quidem C. eod. tit. gloss. ibid. in verbo contra solennia,* text. notab, *in §. tit. qui sint rebelles in Extravag.*

177 absque † ulla sententia declaratoria ab executione initium fieri potest, & bona delinquentis fisco addicuntur. Idque maxime omnium locum habet quando lex aut constitutio ita expresse scripta est quod committens notorium crimen rebellionis & læsæ Majestatis, ipso facto & Jure, absque ulla declaratione in bannum incidere debeat text. *in c. 1. in fine de homicid. lib. 6.* ut videre est ex constitutione Imperii promulgata *in Comitiis Augustanis Anno* 1559. §. damit dann hinfüro / ubi in notoriis actu permanentibus delictis nulla sententia declaratoria præcedente ipso facto nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc bannum irrogatur, werden mit der That ohn einige fernere Erklerung jetzo als dann / und dann als jetzo in die Acht gethan.

178 Item in alia † constitutione Imperii contra falsarios, qui fallam monetam cudunt, de Anno 1566. quod ipso facto sine sententia declaratoria in bannum incidant, facit ad hoc *l. emptorem. ff. de act. empt. gloss ibid. in verb. quia manifestum* text. *in l. si vero §. 1. ff. qui satisd. cogant.* gloss. *ibid. in verb. evidentissime text. in l. si quis filio exhæredato § hi autem. ff. de injust. rupt. irrit. fact. testam. & in l. 1. & 2. C. quando liceat unicuique sine jud. se vind.* Bald. *cons. 321. n. 1. vol. 4. incip. in primis considerandum.*

179 Secundo † limitatur principalis de Bannitis & excommunicatis prædicta decisio, ut eo casu non procedat si excommunicatio vel bannum fuerit invalidum *l. non putavit, §. non quavis ff. de bonor. possess. contra tabul. l. 4. §. condemnatum ff. de re judic.*

Limitatio II.

180 quod † non præsumitur nisi notorie de nullitate constet, vel ea in judicio plene probata fuerit late Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67.* maxime *num. 22. & 49.* Quod si bannum vel excommunicatio non sint invalida, attamen injusta,

181 † quod minime præsumitur, cum pro sententia præsumptio, quod justa sit, militet, Menoch. *loco relat.*

182 bannitus appellet, oportet † alioqui sententia banni quantumvis iniqua, contra eum transibit in in rem judicatam, *l. præses, l. cum prolatis. ff. de re judic.*

183 quæ † pro rei veritate habetur, ac plenissimum sortitur effectum, *Jurib. pracit. l. ingenuum. ff. de stat. homin. l. res judicat. ff. de reg. jur.* & consequenter protector eum defendere non debet, nisi banni sententia manifestam contineat iniquitatem,

184 † talis enim habetur pro nulla, nec ei stari debet, *ca. inter cæteras,* ubi Dd *de sentent. & re judic.* ac post alios Marant. *de ordin. judic. p. judic. p. 6. sub tit. de sentent. n. 116. 141. & 144.*

185 Tertiam moderationem † recipit principalis nostra decisio de bannitis & excommunicatis à protectione excludendis, si eo vinculo innodati de innocentia sua docere vellent, quos donec de crimine ob quod banniti vel excommunicati fuerunt, liqueat ob pendentiam termini in quem pœna differtur ab omni defensione exclusos non esse, patet ex iis, quæ post Felin. *in ca. quæ in Ecclesiar. col. 2. de constit.* tradit Moron. *de fid. treug. & pace q. 10 5. n. 1. 2. & 3.* subjiciens innocentiam potius cum gaudio exspectandam, quam injuriam prosequendam esse, *per l. absentem, 5. ff. de pœn.* Luc. de Penna, *in l. ultim, colum. 2. C. de pub. læt. &c. lib. 12.* facit Ordin. Camer. *par. 2. tit. 10.* ubi de speciali salvoconductu isto casu dando cavetur Gail. *libr. 2. de pac. publ. cap. 7.* Gilman. Symph. *tom. 3. verb. salvus conduct. us in fin.*

Limitatio III.

186 Sicut & alias † de aliquo crimine diffamato (citra exceptionem ejus, qui ex tali diffamatione banni-

bannitus est) pro facienda sui exculpatione non debet defensio denegari *l.7.& 8. C.ad leg.Corn.de fals.c.significasti 16. de homicid.*

187 *Limitatio IV.* Quarto † limitatur præmissa conclusio in casu appellationis si bannitus vel excommunicatus appellasset, adeoque lis super banno vel excommunicatione penderet, quia tunc durante litis pendentia appellans protectione non exutus censetur donec confirmetur lata banni vel excommunicationis sententia arg. *l.6.§.1.ff.de his qui notant. infam. l.1. §.fin.C. de fid. instrum.l.32.§.3 C.de appellat.* post Bart. & Jas *in l. possideri 3.§.si servum.ff de acquir.poss.* Bald. *in Authent. qua supplicatio C.de precib.Imp.off.& l.1. col.fin. de appell.* Plac. *epit.delict.lib.1.cap.36.num.15.* Menoch. *de arbitr. Jud. quæst.lib.1.quæst.90.number.58.* Moron. *d.quæst.105.num.18.* Adde Ancharan.*ca.non solum 7.de appell.in 6.* prout allegatur *Symphor. tom.3.verb. Bann.in pr.* communem dicit Clarus §. *homicid. n.64.*

188 Sic etiam † si quis à declaratoria sententia banni appellarit, pendente appellatione non dicitur quis bannitus; & propterea non habent in eo locum or-

189 dinamenta de bannitis loquentia, † quia cessat effectus Banni, appellatione interveniente ut probat Nellus à S. Geminian. *in tract. de bannit. 4. par. primi temporis quæst. 4.* allegat. Dyn & Bart. *in l. qui à latronibus ff.de testam.* faciunt quæ habentur per eund.Bart. *in l.3.§.si servus ff. de acquir. poss.*

190 *Limitatio V.* Quinto † fallit eadem decisio in puncto petitæ restitutionis in integrum, ut si injuste forte excommunicatus vel bannitus adversus latam banni vel excommunicationis sententiam peteret se in integrum restitui, quia tunc pendente judicio receptus in clientelam defensione haud privandus est. Et hanc limitationem ex paritate rationis *per ca.suscitata 6.de restit.in integr.* nuncupatim firmat Mynsing. *cons.21.n.64.* quem refert & sequitur Bechtius *disput. de securit. thes. 119. in fine.*

191 *Limitatio VI.* Sexta † enunciati hujus exceptio datur, si quis per superiorem suum, vel etiam hostem potentiorem vi metuve coactus Banni vinculo innodatos in tutelam receperit, quia & talis à pœna receptionis excusatur.

192 *Ratio VI. Limitationis primæ.* Quia † coactus magis pati quam agere censetur *l.1.§. is autem, ff.si fam. furt. fecisse dic. & l. culpa ff.de reg. Jur.* Scientiam enim spectare debemus, quæ habet & voluntatem, ut dicit IC. *in d. §. is autem,* Gail. *lib. 2. de pac. publ.c.10. n.14.*

193 *Ratio II.* Accedit † quod delinquere nemo possit, nisi ex voluntate faciat, nam deficiente voluntate deficit

194 peccatum, † & ubi non est peccatum, ibi non debet esse pœna *text. in c.1.15.q.1.* & mala non sunt, nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant, *d. c. 1. & c. illa cautela, ead. caus. & quæst.* facit ad hoc text *in c.presbyteros 50 dist.c.inprimis.2.q.1.& in l.in delictis ff.de nox act.* Bald singulariter *ibid. in lectur. 1.nu.1.* Tiraq. *de pœn.caus.36.per tot.* Facit quod dicitur, quicquid faciunt homines intentio judicat omnes, intentio namque dirigit opus, *ca.solet.de consecrat.dist.4.* & magis est inspector cordis Dominus, quam operis *c.1. 15. qu.6.* Cor namque Deus interrogat, non manum, *c.si quid 14.q.5.* & Linguam non facit ream, nisi re amens, *c. hominis 22. q.2.* ubi etiam interesse dicitur, quomodo verbum procedat ex animo.

Sed hæc de Bannitis, & excommunicatis fusius forte, quam opus fuerat, quatenus ad institutum pertinere videbantur dicta sint: Nunc alias personarum species

195 prosequemur.

Utrum Hæretici à protectione excludendi sint. Ulterius igitur † indagandum venit, quid dicendum sit de hæreticis, *an & ii à protectionis subsidio penitus excludendi sint.*

Sed priusquam decisionem ponamus, præmittendum est, † hæreticos proprie esse personas, in Eccle-

196 *Eorundem propria descriptio.* siæ quidem, largo & vulgari modo loquendo, & quatenus à Judæis & infidelibus, de quibus *infra* tractabitur, distinguuntur, gremio constitutas ex sententia Ambros. *in 2. Timoth. 2.* Alphons. de Castro *lib. 2. de justa hereticor. punit. cap. 24.* Bellarmin. *tom. 2. oper. controvers. 1. general. lib. 3. cap. 4. post med.* quæ doctrinam falsam (ut † secernantur ab impiis qui non

197 doctrina, sed vita & moribus Christianismum maculant,) fundamento fidei contrariam (ut † discriminen-

198 tur à schismaticis, qui non in fide seu principali aliquo fidei articulo, sed circumstantia fidei errant *c. schisma 34. caus.24. quæstion.1.ca. inter heresin. & schisma.dict. caus. 24. quæst.3.& tot.tit ext. de schismaticis*) perverse & magno Ecclesiæ, cujus unitatem, quantum in ipsis est, scindunt, scandalo pertinaciter tuentur, *l. 2.in fin. l. 12. C. de haret. l.12. in fin.C.de Juda. Novell.109.c.loquimur, 18.& 2.seqq. ca. advocavit. 23. ca. quoniam 25. ca. didicimus 31.caus.24.quæst.1.ca.haresis 27.ca hæreticus 28.ca.qui in Ecclesia 31.& 2.seq.ca.ult.d.caus.24.q.3.ca. ad abolendam 9. in pr. de haret.*

199 *Decisio Affirmativa.* Et hac præcognitione † præmissa quia nihil est quod contrarium suadeat ad propositam quæstionem affirmative respondendum esse statuo.

200 *Ratio decisionis I.* Cum enim † hæretici Ecclesiæ pacem & unitatem perturbent, *l. inter claras 8.§.5.& 6. C. de summ. Trinitat. Novell. 103.ca.13.& ca. pen. de haret.* adeoque sese odio dignos *Novell. 45. princ.* illius vero † beneficiis

201 indignos reddant, *l.4.& 19.C.de haret.d.Nov.45.princ. & Nov.109. ca. 1.* Quin imo velut æternam offendentes majestatem, gravius peccare dicantur, quam qui temporalem offendunt, (de quibus quod ab omni protectione sejuncti sint, *supra* diximus) *Auth.Gazaros C.de haret. ca.vergentis.10.eod.ca.2. de prascript.in 6.* merito ab omni Orthodoxorum Christianorum tutela excludendi sunt.

202 *II. Decisionis Ratio.* Deinde † ambiguitate etiam omni istud caret, quod hæretici legitime agniti & condemnati, non modo ab honoribus officiisque publicis arceantur, *l. 12. & 18. C.de haret. Nov. 109. princ. ca. excommunicamus, 13. §. credentes de haret. & Const. Frid. de stat. & consuet. §. 8.* sed † & alias impunes non abeant. Præterquam enim

203 † quod pœnam incurrunt Ecclesiasticam, puta ex-

204 communicationem *1. Timoth.1. Tit. 3. c. sicut 8. c. ad abolendam 9.c. excommunicamus 13.& ca pen.de haret.* (quæ ipsa etiam suspendit omnem protectionem per supradicta) Politicam insuper merentur pœnam pro qualitate facinoris arbitrarie infligendam *l. 1. in fin. de summa Trinit. ca.1. in fin. de haret.* Coras. *lib.3. miscell. c.8.nu.3.* puta pecuniariam exilii aut deportationis perpetuæ, perpetuive carceris, bonorum publicationis, & confiscationis, ac perpetuæ etiam post mortem infamiæ *l.2 in fin. C.de summa Trinitat. l. 4. 5. 6. 7. 8. 19. & seq. cum Auth. Gazaros C. de haret. d.Const Frid.§.5. & sequen.ca.vergentis 10.d.c.13. c. pen. §. fin.de haret. & pœn. eod.in 6.*

205 *Ratio III. decisionis.* Tertio affirmativa † hæc sententia inde expresse firmatur, quod protectores Hæreticorum multis pœnis subjaceant, quos refert Gundissalvus *de heretic. quæst.16.num 1.* Idque ob eam potissimam causam quod

206 hæresis † omnium delictorum dicatur gravissimum per tex. *in ca.quod. in omnibus 32. quæst. 7. & in c. quod autem 34.quæst.3.& in ca.primum 22.quæst.2.& inc.sane & per tot.24.quæst.2.* Dn. Harprecht, doctiss. Tubingensis Academiæ Professor, *in §. publica autem, 3. Instit. de public. Judic. num. 77.* attestans † hæresin esse

207 longe gravius ac horribilius maleficium, quam majestatis humanæ crimen, ad quod allegat *Auth. Gazaros in fine princ. C. de haret. & Manich.c. vergentis 19.vers. cum longe eod.titul,* cui adstipulatur Jodoc. Damhoud.

 pract.

pract. crim. cap. 61. *num.* 1. per rationem † quod hæresis directo contra ipsum Creatorem Deum omnipotentem patretur, negando illius divinitatem, aut detrahendo omnipotentiæ illius, ut habetur *in cap.* 1. *de summa Trinit. & fide Cathol. & l.* 1. *C. eod. tit. & ca. ad abolendam de haret.*

209 Ex † quo non immerito crimen læsæ Majestatis divinæ appellari potest, eo quod directo tendat in læsionem & præjudicium potestatis divinæ *d. ca. ad abolendam, & c. vergentis eod. tit.*

210 Longe † enim gravius est æternam, quam temporalem majestatem offendere, *c. non offeramus* 24. *q.* 1. & *d. c. vergentis de haret.* Damhov. *d. c.* 61. *n.* 52.

211 Unde recte † ad propositum dicit Joannes Nicol. Arelat. *in tract. de haret. notab.* 38. quod hæreticus præcisus sit ab Ecclesia, & sit sicut ramus præcisus ab arbore sive stipite qui statim arescit. 24. *quæst.* 1. *c. loquitur* de quo *Joan. c.* 15. *Si quis non manserit in me mittetur foras & arescet.*

212 *Ratio decidendi IV.* Quarto fulcitur hæc † decisio ex communi Canonistarum doctrina tradentium hæreticos ad Ecclesias confugientes non gaudere earum immunitate *gloss. in auth. Mandat. princip. §. neque autem collat.* 3. facit ad idem text. *in l.* 1. *C. de his qui confug. ad Eccles.* Gundissal. *de haret. q.* 11. *n.* 15.

213 *Ratio decidendi V.* Quinto facit quod ab omni † commercio & negotiatione fidelium excludantur *text. in l.* 4. *C. de haret.* ipsorumque nomen † & memoria post mortem damnatur,

214 ut reorum læsæ Majestatis, quibus, ut dictum est exæquantur, *d. l.* 4. *eod. l.* 23. *C. de Episc. & cler.* nec inter Christianos

215 † sepeliri permittuntur, *c. sicut ait §. de haret.*

Ampliatio Decisionis I. Cæterum præmissa decisio extenditur, ut non solum procedat in ipsis hæreticis, sed eorum etiam fautoribus ac defensoribus.

216 Cum † hæreticorum defensores, receptatores ac fautores pro iisdem habeantur cum ipsis hæreticis, *ca.* 2. *ca. accusatus de haret. in* 6. Cardin. *in Clem.* 1. §. *verum eod. tit.* Brunor. à Sole *in consil. suo crimin. n.* 42.

217 *Ampliatio II.* Deinde eadem decisio extenditur etiam ad Christianos † perfidos vel apostatas. Perfidi etenim Christiani † deteriores sunt quam alii athei vel hæretici,

218 Cum † minus peccet ethnicus, qui viam Domini non

219 agnoscit, quam qui post agnitam nefarie retrocedit *c. quidam de apostat. c. si refugientes de poenit. dist.* 4. Refert & sequitur Ripa *in tractat. de peste c. de remed. ad curand. pest. nu.* 58 & 59. Everhard. Speckhan. *quæst. Jur. centur.* 1. *qu.* 14. *n.* 5. Et hactenus de Hæreticis.

220 *Judæi an recipiendi sint in protectionem Christianorum.* Consequenter nunc majus hoc † loco dubium moveri potest, quid de Judæis dicendum sit: *Anne illi juste in protectionem recipiantur, vel omni potius defensionis beneficio indigni censeantur?*

Et † certe non desunt argumenta, quæ partem negativam, scilicet illos in clientelam non esse recipiendos

221 magnopere suadere videntur.

Negativa. Primum in hanc sententiam † movet impietas ac

222 *Ratio dubitandi I. pro Negativa.* blasphemia eorum, qui artes præter fœnerationem fere nullas exercent, aut † si quas habent earum vim universam ad Christianorum incommodum dirigunt, fœnus agitant, & Christianos in fraudem pellicere laudi ducunt

223 eorumque facultates miris artibus exsugunt *c. post miserabilem & c. quanto de usuris, ca. ex parte eod. tit. in* 6. *idque notatum in Ord. Polit. de Anno* 1530. *tit.* von Juden/vnd jhrem Wucher/*ibi.* durch solchen Wucher sie das gemeinarm notthurfftig unvorsichtig Volck/ mehr dann jemands genug rechnen kan/beschwerẽ/ jämmerlich vnd hoch verderben/Et *de Anno* 1548. *eod. tit.* Ubi omnibus & singulis Magistratibus, in quorum territoriis Judæi degunt, mandatur, ut diligenter caveant, ac prospiciant, damit ihre und andere frembde Unterthanen/ durch die Juden und jhren ungöttlichen Wucher/nicht so jämmerlich beschwehrt und verderbt werden. & *in Recess. de An.* 1576. §. Neben Berahtschlagung. De quo & erudite Amad. de Ponte *in cons. annexo Thesauri decisioni* 57. Speckhan *in diatagm. Jud. thes.* 13. Molinæ. *consuet. Paris. p.* 1. *tit.* 1. *glos.* 9. *n.* 19. discurrunt.

Hinc illud contra eosdem vulgatum distichon.

Ut damno absque caper nunquam retinetur in horto,
Sic nec Judæus sine damno in Plebe fovetur.

224 Quapropter Wenceslaus † Imp. Anno 1394. à civitate Imp. eos non esse recipiendos statuit. Hinc, referente Dn. Daniele Ottone Illust. Comitum Hohenloensium Consiliario, amico nostro *in dissertat. de Jure publ. ca.* 14.

225 Christophorus Dux † Wirtembergicus, quibusdam receptionem Judæorum, ob immensa, quæ ab iis haberi possent, lucra, suadentibus, respondisse fertur, non se toleraturum maledictos istos homines in suo Ducatu, si vel acervos auri argentique accumulatim ipsi offerrent, quod in Christum Salvatorem perfidi extiterint.

Porro ut marsupia fœnore: ita facultates corporis vitales medicamentis Judæi etiam exhauriunt, & experimenta per mortes agunt. Langius *lib.* 1. *Epist. med.* 17. hinc medicamenta ab iis sumere prohibet text. *in ca. nullus eorum*, 28. *qu.* 9. ubi dicitur, quod nullus eorum qui sacri sunt ordinis aut laicus, aliquem Judæorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis percipiat, & si laicus est excommunicetur, & ideo recipere medicinam à Judæo peccatum est mortale.

226 † Quod tamen limitat Felin. *in c.* 1. *col.* 2. *ext. de Iudæis.* Nisi aliud suaderet qualitas temporis ut puta pestis, in quo deficerent medici, item nisi vocaretur ad curam in qua medici Christiani defecissent, eadem ratione maxime, si Judæus in ea arte excelleret, quia propter eminentem scientiam relaxatur legis dispositio Peck. *in c. nemo potest.* 6. *n.* 7. *de Reg. Jur. in* 6.

227 Sed quam funestæ † Judæorum medicinæ Christianis etiam Impp. & Regibus crebro extiterint historiographorum exempla demonstrant.

228 † Ita Carolus Calvus Imp. à Sedechia Judæo medico suo veneno extinctus legitur apud Phil. Mel. Sebast. Franc. & alios *in vita Caroli Calvi.*

229 Sic Joannem Bohemiæ † Regem Caroli IV. Imp. patrem à Judæo quodam ophthalmiæ curandæ peritiam jactitante ex cæcutiente cæcum effectum narrat Joan. Dubravius *lib.* 21. *hist. Bohem. circa fin.* Unde non injuria contra Christianos ab Hebræis medicinas accipientes exclamat Francisc. Ripa *in tract. de peste tit. de remediis ad curandam pestem, n.* 56.

Quo pacto ergo eos in protectionem suscipiendos esse quis rationabiliter dixerit.

230 *Ratio dubitandi II.* Deinde pro eadem sententia pugnat, quod Judæi censeantur † personæ odiosæ & infames *c. cum sit in tnis de Jud. l. fin. C. de Jud.* Soc. *cons.* 119. *n.* 22. *vol.* 4. inimici crucis Christi redemptoris nostri, *c. licet universis ext. de testib.* & ejusdem nominis blasphemi, *ca.* 1. *c. cum sit nimis ext. de Judæis.*

231 Imo magis odiosi & pejores † aliis infidelib. *c. nonne* 1. *q.* 1. & *ibi* glos. *in verb. pejores*, assignans de hoc multiplices rationes Soc. *cons.* 71. *in præsenti n.* 5. *vers. quarto videtur. vol.* 1. ubi dicit Judæos esse personas infames & odiosos & pejores Saracenis, & detestabiliores omni alio malarum personarum genere per tex. *in d. c. nonne* 1. *q.* 1. Idque corroboratur ex veritate Evangelica apud *Matth. in c.* 11. ubi Dominus noster affirmat, quod Tyro & Sidoni & Sodomis remissius erit, in die tremenda Judicii, quam perfidis Judæis.

Hinc est, quod à Judæis honoraria accipientes (quo nomine, in persecutione Judæorum sub Henrico IV. Imp. facta Spirens. Præsulem redarguit Eysengr. *Chron. Spirens. p.* 198.) contra fidem Christianam, munere aut favore suffragium ejus præstant, ut profani ac sacrilegi anathema effecti, ab Ecclesia habeantur alieni statuente

Conc.

Conc. Tolet. 4. c. 57. quod extat. *Tom. 2, fol.* 105. ubi etiam habetur, quod à Christi corpore dignus sit separari, qui inimicis Christi efficitur Patronus.

Ea de causa Judæi etiam antiquiorum Legumlatorum sanctionibus ab omnibus dignitatibus repelluntur *l.* 1. *C. de Jud.* ubi lex eos appellat insultores fidei nostræ Socin. *consil.* 70. *vol.* 1. & facit. *text. in constituti* 17. *quæst.* 4. *c. nulla distinct.* 4.

234 Sed personæ odiosæ non sunt recipiendæ † in tutelam. 235 † Quia in beneficiis generaliter concessis, non comprehenduntur personæ odiosæ *l. Lucius §. Lucius Titius.* ubi Bart. *ff. de leg.* 2. Dec. *cons.* 286. *col.* 2. & 236 *cons.* 338. *n.* 6. † Et in terminis, quod Judæi non contineantur in dispositione legum favorabili tradit Salicet 237 *in l.* 1. *col.* 2. *C. de Episc. audi.* † Eo quod leges non extendant suos favores ad eos, qui sunt eis rebelles *generaliter, l. C. de Episc. & cler, l.* 1. *cum Auth. seq. C. de haret. & Manich. l. milites C. de qua, l.* 2. *C. de tabel. l. sed & reprobari C. de excus. tutor.*

238 Præterea Judæos extra protectionem † esse deduci videtur ex eo, quod ad Christianorum Ecclesias confugientes illorum immunitatibus non potiantur, ut expresse post Abbatem *in c. inter alia de immunit. Eccles.* Archidiac. *in c. diffinivit.* 17. *q.* 4. & Oldrad. *cons.* 54. *incip. an fugiens pro debito, &c. nu.* 2. accumulatis aliorum auctoritatibus nuncupatim decidit Salic. *in l.* 1. *C. de his,* 239 *qui confug. ad Eccles.* ubi dicit † Ecclesiam non esse Tutricem eorum, qui non sunt sub lege sua. Idem tenet Gloss. *Auth. de Mandat. Princip. §. sed neque alios §. publicorum in verbo cogentur.* Et eandem sententiam dicendo communem firmavit Hippol. Marsil. *in l. Senatuscons. num.* 7. *& seq. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* & sequitur Marquard. de Susan. *in tract. de Judæis p.* 1. *cap.* 240 8. *num.* 2. † ubi infert Synagogas Judæorum non gaudere privilegio illo immunitatis secundum Joan. de Anania *in c. Judæi extr. de Judæis & Saracen.* Cujus sententiæ illa affertur ratio, quod ipsi sua infidelitate beneficio ejus se indignos faciant, ut pulchre notat Jul. Clar. 241 *in pract. §. ult. quæst.* 30. *vers. præterea quæro. n.* 14. † ubi etiam dicit erga Judæos perfidissimos Christiani nominis hostes nulla humanitate utendum esse.

Ratio dubitandi III.

Ergo consequitur eos non esse sub protectionem recipiendos. Et licet pietas Christiana eos receptet, ii tamen misericorditer in protectorum familiaritatem admissi plerunque illam retributionem † iis impendunt, ac post se relinquunt, quam (juxta vulgare proverbium) mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis consueverunt hospitibus exhibere, præmonente Innoc. III. *in c. etsi Judæos* 13. *extra d. tit.* Cum igitur iidem in tutelam recepti sæpius Christianis Protectoribus pro gratia contumeliam reddant, & pro beneficio contemptum irrogent, eosdem in clientelam recipiendos esse, quis suadere conetur, qui cum cœperint rodere more muris, & pungere sicut serpentes, verendum est ne ignis receptatus in sinu, corrosa consumat, ad notat. *d. c.* 13.

242 Judæorum denique in † tutelam receptio prohibita esse videtur publicis Principum Christianorum ac Rerumpublicarum edictis, quibus cavetur, ne Judæi omnium maximi fæneratores in ditionibus suis ferantur, sed auferantur. Alexand. de Nevo *cons.* 100. Cacher. *decis. Pedemont. decis.* 137. Jacob. *in tract. feud. verb. Dux. quæst. ult. in fin.* Wesenb. *in paratit. C. de Judæis nu.* 4. 243 ubi ad lubitum eos expelli, atque adeo etiam bonis despoliari posse adstruit *ibid.* Menoc. *cons.* 100. *n.* 225. allegans, apud quem tamen, hac de re ibi nihil habetur, & Olrad. *cons.* 264. *n.* 1. qui tamen ibidem totus contrarium consulit, licet *consil.* 87. sibi contrarius cum Menochio consentiat. Quod ipsum etiam voluisse videtur Gail. 2. *obs.* 5. *n. ult.* Petr. Royz. *de Litu.* 5. *nu.* 120. Parthen. litigios. *lib.* 2. *c.* 21. *n.* 25. Unde expulsiones eorum ne Christianis lites illicitas movere & ipsum sanguinem exugere possint merito probare videntur Marquard. de Susan. *tract. de Juda. cap.* 11. *nu.* 11. Damhoud. *in prax. crim. cap.* 82. *nu.* 76. Joan. Bonif. *tract. de furt. §. fraudul. n.* 39. † Et quod à regno Galliæ sint extorres testa- 244 rum faciunt Gaguin. *lib.* 2. *histor. Franc.* Petr. Greg. *syntagm. Jur. lib.* 22. *c.* 3. *n.* 23. Molin. *tract. de usur. nu.* 581. ubi Principes cum Judæis colludentes vocat infideles & socios furum, refert & sequitur Parthen. litigios. *lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 22.

Ultima dubitandi Ratio.

Ad quorum comprobationem pertinet, † quod tra- 245 dunt quidam non licere cum ejus generis hæreticis ac similibus pacisci, ut libere in damnata sua secta vivant, juxta Exod. *cap.* 23. *vers. penult. & ult.* Martin. Rumelin. *dissert. ad Aur. Bull. parte* 2. *dissert.* 8 *conclus.* 77. ubi dicit Christianorum interesse, ut à Judæorum conversatione & familiaritate abstineant, eo quod illorum † mores cum nostris neutiquam concordent, tum maxime quod ob continuam conversationem & assiduam cum ipsis familiaritatem iidem facile, simplicium animos ad suam superstitionem & perfidiam allicere ac pertrahere possint, juxta text. *in c. ad hæc* 8. *extra de Judæis, cum ibi alleg. l. cælicolarum* 11. *C. de Juda.* multo ergo minus eos in protectionem suscipere licebit.

Verum licet hucusque adductæ † rationes id suadere 246 videantur, ne Judæi facile in alicujus Provinciam ac tutelam recipiantur, iis tamen non obstantibus nihil obstare videtur, quin illi in clientelam recipi possint.

Decisio affirmativa.

Et ita pronunciandi fiduciam præbet textus expres- 247 sus *in l. nullus* 12. *C. de Judæis,* † ubi Judæis tutela à Jure data est ne Christiani insultent in eos Bald. *cons.* 315. *in princ. vol.* 1. Roland. à Vall. *cons.* 25. *n.* 12. *vol.* 3. † 248 Et Judæis nihil tentantibus turbulentum legique contrarium injuriam fieri non debere, dilucide etiam statuit lex Christianis 6. *C. de pagan.* quam ad hoc notat eleganter Bald. *cons.* 428. *vol.* 3. Joan. Ruding. *singul. obs. cent.* 3. *obs.* 13. *nu.* 2. Facit Georg. Schonborn. *Politic. lib.* 3. *c.* 36. Marta *de Jurisd. part.* 1. *c.* 24. *nu.* 20. Gail. 7. *observ.* 30. Bodin. *de republ.* 3. *cap.* 7. Vasq. 1. *Illust. controver. c.* 8. *nu.* 12. Reinkingk. *de Regim. secul. & Eccles. lib.* 2. *class.* 1. *cap.* 3. *num.* 13. text. *in l.* 15. *§. ἐὰν καὶ Ἰουδαῖοι. ff. de excus. tut. l.* 3. *§. ult. ff. de decur. l. circumcidere ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Cujac. *lib.* 7. *observ.* 30.

Confirmatio decisionis.

Et humaniter eosdem tractandos † patienterque 249 ferendos esse tradiderunt Hostiens. *in summa Tit. de Judæis* Ripa. *in l. si insulam nu.* 20. *& 21. ff. de verb. obligat.* Gondisalu. *in tract. de hæret. q.* 9. *n.* 9. Oldrad. *cons.* 78. *n.* 264. Alex *cons.* 99. *nu.* 14. *vol.* 6. & post Paris. Bonacoss. *inter comm. opin. in verbo Judæos de civitatibus* Menoch. *recup. remed.* 9. *n.* 288. Thom. Mich. *de Jurisd. concl.* 49. *in fin.* Speckhan. *diatagm. Juda. th.* 2. Joachim. Camer. *centur.* 1. *Med. hist. c.* 89. ubi inter alia hanc gravissimam rationem allegat, quod † Judæi si nullum hospitium inveniant apud Christianos, catervatim confluant ad Turcas, *sicut*, inquit, *fama est, olim ad centum millia Judæorum ad Turcam migrasse:* Et addit: *Memoria traditum est Turcicum Imperatorem dicere solitum se mirari Christianorum Regum stoliditatem, quod tantam multitudinem potius in propriam perniciem expellere, quam ad suum emolumentum retinere maluerint, utpote quam si interficere non voluissent; tamen mancipiorum loco ad varia servitia præstanda servare potuissent:* Et sane memorabile est, quod idem Camerarius annotat; Judæos † illos qui à Christianis expulsi fuerunt, primo omnium ad Turcas attulisse varia artificia, & perfectiorem usum machinarum bellicarum, aliarumque multarum rerum, quibus antea barbara Turcarum gens destituta fuit: Id quod incredibili Christianæ Reipubl. damno accidit.

Quibus nominatim subscribens Joan. de Cirier. *in tract. de primogenitur. quæst.* 16. *n.* 16. *lib.* 1. expressim statuit, † quod Judæi sint sub protectione Imperat. & summi Pontificis sequitur P. Paul. Paris. *cons.* 2. *nu.* 12. *vol.* 4. Roland. à Vall. *cons.* 25. *n.* 11. *vol.* 3. Bec. *cons.* 84. *per tot. li.* 1. ubi *n.* 8. Papam Judæorum Tutorem esse dicit per rationem, quia cum Petro dictum fuit, *Pasce oves meas*, hoc de omnibus adeoque etiam de illis de quibus *Joan.* 10. *vers.* 16. agitur (quales, creatione, † gubernatione, & redemptione, ex parte Christi sunt Judæi) intelligendum est, quomodo Florianum de S. Petro ratiocinari refert Tusch. *pract. concl. Jur. Tom.* 4. *lit. l, conclus.* 368. *n.* 5. *& conclus.* 371. *n.* 40.

250

251

Hinc & Judæos offendere vel personaliter vel in bonis prohibet *c. sicut* §. *fi. de Judæis*, id quod notat Rainal. Cors. *in addit. ad Oldrad. consil.* 72. *An contra Saracenos* Abb. *in ca.* 1. *de convers. infid.* Id quod etiam suo approbavit calculo nuperrimo Joan. Georg. Becht. *disputat. de Securitat. thes.* 92. concludens Judæos cæteroquin innocentes solo Judaicæ superstitionis intuitu neque in persona neque in bonis offendendos esse per alleg. *ibid.* Et principem absque legitima causa Judæos nobiscum pacifice degentes & quiete viventes de suis terris expellere non posse. post Alber. *in rubr. C. de Judæis* & Archidiac. *in ca. fraternitatis distin.* 54. tradit Mart. Laudens. *in tract. de princ. quæ.* 101. Quo etiam referenda est constitutio Conradi IV. Imp. *de privil Judæorum* per Dn. Goldast. *Const. Imp. tom.* 2. *fol.* 85. relata, ubi dictus Imper. eos gratiori humanitate, legis gravioris quos gravat conditio, & in sola Imperatoriæ lenitatis respirant protectione, complectendos esse statuit. Quinimo eosdem diligendos esse in quantum sunt humanæ naturæ participes, monemur per text. *in cap. charitas de pœnit. dist.* 2. † & tempore necessitatis eis succurri debere probat *c. quiescamus dist.* 40. *c. si cupis.* 17. *q.* Oldrad. *cons.* 87. *quæritur an princeps n.* 3. Joan. Andr. *in addit ad Specul. in rubr. de Juda*, Aretin. *in l. mutuum ff. de verb. oblig.* Ant. Natt. *cons.* 620. *n.* 22. *vol.* 3. † Quinimo Principem secus facientem peccare docet *l. bene à Zenone C. de quadr. præscr.* quia licet sit Dominus quoad protectionem, non tamen eos sine justa causa expellere, aut bonis spoliare potest, notante Innoc. *in c. quia plerique extra de immun. Eccles.*

252

253

254

Et præter hæc Juris fundamenta solide etiam ex sequentibus rationibus nostra decisio stabilitur.

255 *Ratio decidendi I.*

Primo quia cum fides eorum sit † primordium veritatis *l. cum filius* §. *hæres. ff. de legat.* 2. ipsique sint testes legis antiquæ, in qua de Messia venturo scriptum est, quem Christiani ex eadem lege venisse etiam probant & ostendunt, eleganter Petr. Gregor. Tholos. *in tract. suo de usur. c.* 7. *n.* 12. *lib.* 2. sicque secundum Theolog. † sint memoria maximi fundamenti fidei nostræ, eique apprime utiles. Unde D Augustin. *super Psal.* 40. *Judæi*, inquit, *tanquam capsarii nostri nobis serviunt, quia per eorum codices alios infideles convincimus, &c.* vide Oldrad. *cons.* 87. *n.* 1. *in med.* † Nec non per eorum consortium eos Deo lucrari possimus arg. 11. *q.* 3. *c. ad mensam c. infideles* 23. *q.* 4. Oldrad. *cons.* 87. *per tot. & cons.* 264. Natt. *cons.* 620. *n.* 22. *Tom.* 3. Rom. *cons.* 489. *n.* 2. Surd. *decis.* 133. Anchor. *q.* 27. *lib.* 2. Pacian. *de probat. c.* 7. *n.* 36. Soarez. *Thesaur. recept. sent. lit. I. n.* 203. Vasq. *illust. contr. c.* 8. *n.* 12. *lib.* 1. Nam & Judæi inter oves Christi creatione gubernatione redemptione computentur. Roland. à Vall. *d. cons.* 25. *n.* 11. *vol.* 3. Unde Joan. *c.* 10. *alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili*: scilicet Ecclesiæ. Haud sane immerito in protectionem tam summorum Pontificum, quam Cæsarum aliorumque Principum recipiendi sunt.

256

257

258 *Ratio decidendi II.*

Deinde confirmatur etiam ex eo quod † Judæi sint fideles & devoti, id est, non rebelles S. Ecclesiæ Romanæ, ut luculenter scribit Petr. de Anchar. *cons.* 261. *de tit. criminum col.* 1. *v.* 4. *si dicamus.* ubi dicit expresse statutum, loquens de fideli & devoto S. Romanæ Ecclesiæ comprehendere etiã sub illis verbis Judæos. Et hinc est, † quod Judæi obedientes legibus non sint molestandi *c dispar.* 23. *q.* 8. *c.* 1. *de nat. ex lib. ver. l. die sabbathi C. de Juda.* quod item notat Innoc. *in c. quod super his, de voto* sequiturque Felin. *in c. consuluit not.* 3. *de Judæis.* Hostiens. *in d. c. quod super. de voto & voti redempt.* † Et Ecclesia eos in suis ritibus & ceremoniis toleret *d. l. die sabbathi C. de Juda.* potest ergo Judæus esse fidelis sanctæ matri Ecclesiæ, quia ejus protectioni se subjiciens misericorditer ab ea sustinetur, & injuriam ei fieri inhibet eumq; tuetur, *c. si quis Juda. de Judæis.* plura Ant. Natt. *d. cons.* 620. *n.* 9. Quinimo ipse Apostolus Gentium Paulus nos monet *ne animo elato gloriemur adversus detractos ejusmodi ramos, sed id perpendamus, cum Deus naturalibus ramis non pepercerit, evenire posse, ut nec nobis parcat, illique rursus inserantur, nos vero excidamur, cum ex parte tantum cæcitas contigerit in Israel, donec plenitudo gentium intraret Rom.* 11. *v.* 19. 20. *&c.* Quo egregie conferunt, quæ habet Oldrad. *cons.* 264. *num.* 5.

259

260

261 *Ratio decidendi III.*

Præterea eos à Christianis † opprimendos atq; arcendos non esse, vult ipse DEUS, quod haud obscure colligitur ex eo, quod dictus Apostolus docet *ad Rom.* 11. *ver.* 25. *&* 26. † Judæos ante finem mundi, cum inter gentes electorum numerus completus fuerit, ad Christum convertendos esse. De qua conversione Sophonias quoque propheta vaticinatur *in cap.* 3. *ver.* 8. Hos. 3. *v.* 4. & Christus ipse *Luc.* 21. *ver.* 24. Inde ergo sequitur, Judæos, dum tempus illud conversionis divinitus definitum & determinatum adveniat, inter Christianos ferendos & tolerandos esse.

262

Sed & hæc divini † Numinis voluntas clarius etiam inde colligitur, quod Regius propheta David sub persona Christi *Psal.* 59. orat, ne gens Judaica prorsus aboleatur, sed per orbem terrarum dispersa passim vagetur ante oculos Ecclesiæ, sive populi Dei, Christianorum & fidelium. Et imprecatio ista vim habet vaticinii & prædictionis. Prædictio autem, quæ sit voluntas Dei, ostendit. Sequitur ergo & hinc etiam ex voluntate Dei Judæos à Christianis non exterminandos, sed ferendos esse.

263

264 *Ratio decidendi IV.*

Prædictis accedit † quarto quod Judæi vivant Jure Romanorum *l. Judæi* 8. *C de Judæis & cap. gaudemus ibiq;* Joan. de Anan. & Dd. *de divort.* & notat. *in cap. ius quintum distinct.* 1. Innoc. *in d. c. quod super his de voto.* Et in Germania ex stylo Cameræ & consuetudine pro civibus Romanis habeantur attestante Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 6. Paul. Matt. Wehner, *pract. obs. lit. I. verb.* Juden *in princ.* † Hinc dicuntur habere in filios Jus patriæ potestatis, quæ est de Jure Romanorum, ut observat gloss. *in c. Judæorum* 28. *q.* 1. *& in d. c. ius quintum* Bald. itidem *in l. nam & civium ff. de his, qui sunt sui vel al. Jur.* Card. *in clem.* 1. *in ult. q. de Juda.* & hanc esse magis communem conclusionem asseverant Alex. *cons.* 99. *n.* 6. *lib.* 6. Bursat. *cons.* 127. *n.* 6. *vol.* 1. Costal. *in l.* 3. *C. de his, qui sunt sui vel alien. Iur.* Paul. Matth. Wehner. *loco citat.*

265

266

Hinc Judæus † minor restituitur in integrũ quando læditur, quæ restitutio in integrum ex æquitate introducta est. *l.* 1. *ff. de minor. l. denique & l. nec utilem ff. ex quib. caus. maio.* Joseph. Mascard. *de probat. concl.* 944. *n.* 26. *&* 27. *vol.* 2. † Et hinc etiam immunitas incolis alicujus loci concessa etiam cõplectitur Judæos, ut notat. per Bald. *in l. spadonem* §. *jam autem ff. de excus. tutor.* ubi se ita in contingentia facti resolvisse tradit, eo quod in hujusmodi actibus Judæi nobiscum participẽt, & Bald. sequitur Alex. *consil.* 75. *col.* 2. *vol.* 5. Socin. *consil.* 62. *col. penult.* quibus nominatim subscribit Ang. *in l. utimur ff. de sepult. viol.* asserens † securitatem concessam pro se & sociis includere socium Hebræum, sequitur-

267

268

269

quiturque And. Barbat. *in c. fedes & ibi* Felin. *col. 7. de rescript.* Abb. *in c. post miserabilem 2. not. de usur.*

Aque decidendi ratio etiam patet ex privilegio Judæis Francofortensibus ab Impp. Carolo V. Anno Domini 1551. concesso, nec non postea à Maximiliano II. Anno 1570. itidemque Rudolpho II. Anno 1582. confirmato, incip. Wir Rudolph ibi. Dieweil dann gemeine Jüdischheit nach inhalt Unserer Vorfahren am Heiligen Reich Römischer Keyser unnd König löblicher Ordnung unnd Satzungen / sich gemeinlich in allen fällen / darinn kein Fürsehung geschehen / Unser unnd deß Reichs Gemeinen Römischen Rechtens gebrauchen mag und soll / ꝛc.

Et quidem Privilegia Judæis † concessa, illibata servari debere, olim etiam Theod. Gothus Rex Romanor. in Edict. 143. & constit. 97. apud Dn. Goldast. *Const. Imp. tom. 3. p. 29. & 57.* præcepit.

270 Atque † ideo secundum legum dispositionem justitia eis non minus exhiberi debet, quam Christianis, & per consequens etiam sub protectionem sunt recipiendi *l. 2. ff. de probat. l. actor. C. eod.* Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. c. 7. n. 36.*

271 Quin & vetus Christianorum Ecclesia, † ut & Jura Canonica & Cæsarea, & novissimæ Imperii Romani ordinationes atque recessus Judæos & eorum Collegia synedria & synagogas non modo tolerant atque sustinent, sed etiam in protectionem Romani Imperii atque Imperatorum receptos multa iis concessa Diplomata testantur, in quibus etiam plerunque gravissima pœna in eos constituta, qui vel ipsos vel eorum synagogas injuste & sine causa offendere præsumpserint reperitur, idque etiam colligitur ex Augustino *de Civitate Dei lib. 4. & 18. & lib. 2. quæst. Evang. quæst. 33.* & super *Psalm. 59. & alibi passim.* totoque tit. *C. de Judæis & cælicolis.* Item ex constitutionibus summorum Pontificum *sub tit. de Judæis & Saracenis* Reformat. Polit. August. *Anno 1548. §. item* nach dem. *aliisque* multis Imperii novissimis Constitutionibus ac Imperatorum privilegiis videre est.

272 Quod ipsum clarissime sancitum est † in privilegio à Carolo V. Romanorum Imperatore universæ Judæorum sectæ Spiræ Tertio Aprilis Anno 1544. concesso. Ubi eos in suam atque Romani Imperii protectionem recipit sequentibus verbis.

273 *Diploma Caroli V. Imperatoris quo Judæos in protectionem Imperii recepit Ann. 1544.*

Wir Carol / ꝛc. † Bekennen für Uns und Unsere Nachkommen am Reich offentlich mit diesem Brieff / ꝛc. Als Uns als Römischen Keyser in allwege geziemet unnd gebürt / Unser gemeine Jüdischheit / so in dem H. Reich desselben Fürstenthumben / Graffschafften / Herrschafften / Landē Stätten unnd Gebieten jhr Wohnung und Erhaltung haben / bey Fried / Recht und jren Privilegien und Freyheiten / damit sie von Weyland den H. Vättern den Päbsten gemeinen Concilien Unsern Vorfahren Römischen Keysern und Königen seliger und hochlöblicher Gedächtnuß / unnd Uns auch andern Fürsten und Herrn löblich begabt / gefreyt und versehen seyn / zu schutzē / zu schirmen und zu handhaben / unnd jetzo dieselb Unser Jüdischheit deß H. Röm. Reichs auff diesem Unserm gegenwertigē Reichstag zu Speyer vor Uns kommen ist / und mit hohem beschwerden Klagweiß fürgebracht / wie etliche auß jhnen / uber und wider jre solche gegebnen und begabten Bäpstlichen und Keys. Freyheiten / Unser und deß Reichs auffgerichten / unnd außgekünden Landfrieden Gülden Bullen unnd Keys. Reformation / auch uber daß sie einem jeden / so einig Spruch oder Forderung zu jhnen zu haben vermeinen / vor Uns unserm Keyserlichen Cammergericht / im H. Reich / oder an anderen / da sich solches jhren Freyheiten unnd Privilegien nach gebührt / rechtens und fürkommens / hiervor gewesen / unnd noch nicht seyen / gewaltiglich freuentlich unnd mutwillig an jhren Personen / Leiben / Haab und Gütern mit Todtschlagen / Rauben / Wegführen / Außtreibung / jrer häußlichen Wohnungen Versperrung und Zerstörung jhrer Schulen unnd Synagogen / deßgleichen an Geleiden unnd Zollen beleydiget unnd beschwehrt / ꝛc. Unnd Uns darauff als Römischen Keysern / zu deme sie als jhrem rechten einigen Herren und Beschirmer auff Erden / jhre Zuflucht unnd Hoffnung tragen demütiglich angeruffen und gebetten / daß Wir jhnen hierinnen Unser Keyserliche Hülff und Miltigkeit mitzutheilen / sie bey jhren gegebnen Freyheiten / Privilegien / Schutz Schirm unnd Geleid zu handhaben / jhnen dieselben alle und jeglich insonderheit zuernewern / confirmiren und zubestätten / und dieselbe Unser Jüdischheit in Unsern unnd deß H. Reichs Verspruch / Schutz und Schirm / auch Gleid unnd Sicherheit zu empfahen gnädiglich geruheten.

Wann Wir nun gemelter Jüdischheit demütig anzeigen und bitten gnädiglich vernommen / und Uns als Röm. Keyser männiglich vor gewaltigen handlungen unnd beschwerden zubehüten gebührt und zustehet. So haben wir darumb auß den oberzehlten und andern trefflichen ursachen / Uns darzu bewegent / und mit wolbedachtem Muth / gutem Rath unnd rechten Wissen gemeiner Jüdischheit alle unnd jegliche jhre Gnad / Freyheiten und Privilegien / Schutz Schirm unnd Geleid / damit sie von den H. Vättern und Bäpsten / gemeinen Concilien / Unsern Vorfahrn Röm. Keysern / und Königen / Fürsten und Herrn / auch Uns unnd dem H. Reich gefreyt / begnadet unnd versehen seyn: Als Röm. Keyser widerumb gnädiglich vernewert / confirmirt / bestättigt / und darzu dieselb Unser Gemein Jüdischheit von newen in Unsern und deß H. Reichs Verspruch Schutz und Schirm genommen und empfangen / und jhnen darzu Unser und deß Reichs Frey: Sicherheit und Geleid für Gewalt unnd zu Recht gegeben / ꝛc. haben.

274 Et hoc ipsum privilegium etiam † novissime Imperator felicissimæ recordationis Rudolphus II. in Comitiis Imperialibus Anno 1605. Spiræ habitis denuo confirmavit, addita hac in fine diplomatis clausula.

Und gebieten darauff allen unnd jeden Churfürsten / Fürsten / Geistlichen und weltlichen Prälaten / Graffen / Freyen / Herren / Rittern / Knechten / Hauptleuten / Landvögten / Vitzdomē / Vögten / Pflegern / Verwesern / Amptleuten / Schultheissn / Burgermeistern / Richtern / Räthē / Bürgern / Gemeinden / unnd sonst allen andern Unsern unnd deß Reichs Underthanen unnd Getrewen / was Würden / Stands oder Wesens die seynd /

seynd / gegenwertigen vnnd künfftigen ernstlich mit diesem Brieff / vnnd wöllen / daß sie gemelte Gemeine Jüdischheit in gemein vnd insonderheit bey obgeschriebnen Keysers Carls Privilegien vnd Freyheiten / vnnd dieser Vnser Keyserlicher Confirmation Bestättigung vnd Ernewerung geruhiglich bleiben / deren vnverhindert frewen gebrauchen vnd geniessen lassen. Auch von Vnser vnnd deß Reichs wegen darbey handhaben / schützen vnd schirmen / vnnd sie daran nicht jrren noch verhindern/ auch hierwider nicht thun/ noch deß jemands andern zuthun zugestatten / in kein weiß noch wege / Als lieb einem jeden sey Vnser vnd deß Reichs schwere Vngnad vnnd Straff/ vnd darzu ein Peen : Nemblich sechtzig Marck Lötiges Golts zuvermeiden / ꝛc.

Cum igitur ex his, Salvæ Guardiæ literis manifeste constet, Judæos etiam ab ipsis Imperatoribus in protectionem receptos fuisse, de affirmativa nostræ assertionis nil dubitationis relinquitur.

Restat tantum ut ad præmissas dubitandi rationes respondeant, quas ad fundandam contrariam sententiam parum firmitatis habere, statim apparebit.

Responsio ad I. dubitandi rationem.

Quod enim ad primum obstaculum attinet, quo objectum fuit, Judæos Christianorum facultates, exugere ac propterea tolerandos non esse, incommodis illis facile occurri potest si certis quibusdam conditionibus ac legibus denunciantur, antequam in protectionem recipiantur, sicuti Francofurti Juramento prius astringuntur, daß sie den Burgermeistern Schöpffen vnnd Rath vnderworffen / getrew vnd gehorsam seyn / Jrer vnd gemeiner Statt schaden warnen / Nutz vnd Frommen fördern / vnd nit wider sie thun wöllen / quem in modum illorum pravitati aliis plerisque fere locis obviatum est legibus ac Constitutionibus peculiari- 275 bus, † quibus cavetur, ut non aliter in protectionem recipiantur, nisi eo, quo Christiani obstringuntur Jure, quoad politica utantur *l. 7. & 8. C de Juda.* ex Decian. Michael. *de Jurisdict. thes.* 84. *lit. b.* Schneidw. *ad rubr. de success. ab intest. num. 9. & seq.* post Alexand. *consil.* 13. *numer. 1. vol.* 7. Everhard. Speckhan. *in diatagmatib. Judæor.* oder Jüden Ordnung. *thes.* 12, 16. 276 & 18. † aliisque certis vivendi legibus adstringantur, de quibus accurrate Everhard. Speckhan. *in dd. dia-* 277 *tagmatib.* in quibus est hæc, † ut discreto vestitu utantur arg. *l.* 15. §. 27. *& l.* 39. *de injur. l. minima*, 4. ubi Bald. Castr. & Dd. *C. de Episcop. aud.* text. *in cap. in nonnullis* 15. *de Juda*, & arg. traditorum à Mascardo *conclus.* 264. *num.* 6. *vol.* 1. & signa aperta portent, per quæ à Christianis dignoscantur Schneidw. *d. loc. nu.* 12. Decian. *lib. 5. prax. crimin. cap.* 12. *num.* 16. Speckhan. *thes.* 19. & in specie quidem clavo seu annulo flavo ab aliis discriminentur Ordin. Polit. *de Anno* 1530. *Tit.* von der Jüden Kleidung Denayl. *Jur. Cam. tit.* 150. §. Justin. Gobler. *in Latin. Ordin. Politic. Caroli V. cap.* 20. ubi ex Bapt. Guarino ad Cæcilianum tres causas sublepide 4. distichis comprehensas cur scilicet Judæi ferant literam O. adducit.

Solutio contrariorum argumentorum. Responsio ad II. dubitandi rationem.

278 Deinde quod secundo loco dictum est, † Judæos esse personas odiosas & pejores Saracenis, &c. & per consequens à generalibus beneficiis Juris excludi; id non nisi secundum quid & quoad forum animæ atque æterni Judicis tribunal verum est, respectu autem fori temporalis non procedit, quia hac consideratione personæ odiosæ non dicuntur, ut venuste distinguit Ant. Natt. *d. cons.* 62. *n.* 21.

Et sic quamvis Judæum esse sit crimen & delictum, ut tradit Accurs. *in l. sed si res de legat.* 1. habito nimirum respectu ad DEUM æternum & pœnam, quam ratione reprobatæ superstitionis suæ incurrunt, ut declarat idem Accurs. & Dd. *in l. non erit.* §. *divus ff. de Jurejur. & in l. 1. C. de summa Trin.* † Adeo ut qui Christianum 279 appellat Judæum atrocem injuriam ei intulisse dicatur, annotante Pegue. *quæst. crim.* 13. *n.* 10.

Id tamen quoad Judicem & † forum contentiosum 280 omni delicto caret, nec est punibile, ut sentit idem Accurs. *in l. multum interest ff. de verb. oblig.* & diffuse prosequitur *ibidem* Roman. & Alexand. *in fin.* Felin. *in cap. multorum num.* 5. *de Judæis* Bart. & Jason. *in l. apud Julianum* §. *constat. num.* 28. *de leg.* 1. Marquard. de Susan. *tract. de Judæis parte* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Ideoque pietate Christiana sustinentur inter Christianos conversantes in his, quæ prohibita non sunt, ut non inculte id pluribus edocuit Petr. Gregor. Tholos. *in d. tract. de usur. c.* 7. *n.* 9. *in med. lib.* 2.

Unde etiam textus † *in cap. Judæi extr. de testib.* nos 281 monet, eos ratione humanitatis à nobis esse fovendos, & propter implementum legis charitatis *Matth.* 5. *Diligite inimicos vestros*, & cum sint participes naturæ nostræ tanquam proximos nostros à nobis diligendos *de pœnit. distinct.* 2. *cap. charitas est* §. *item proximos. cum gloss. in verb. participes.* † Et non esse per- 282 turbandos in eorum solennitatibus & cerimoniis vult *cap. qui sincera. cap. Judæi. Clem. 1. de Judæis l. die sabbathi C eod. tit.* Nec eis molestiam referendam, sed in eorum bonis conservandos notat text. *in l. nulli C. eod. tit. cap. sicut extr. de Juda.* & per Apostolum. 1. *Corinth.* 9. *& factus sum Judæis tanquam Judæus, ut plures lucrifacerem* & *cap.* 10. *circa finem, sine offensione estote Judæis & gentibus.* Nam & Romani † sustinebant Judæ- 283 os posse filios circumcidere absque pœna secus in aliis gentibus *l. circumcidere ff. de sicariis.* Et de tolerandis iis in eorum ritibus vide S. Thomam 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 11. † Item Impp. Honorius & Theodosius con- 284 diderunt specialem provisionem pro Judæis & paganis contra Christianos rapientes bona eorum mobilia de qua *in l. Christianis C. de pagan. & eor. templis*, quod non reperitur specialiter statutum pro Christianis contra eos prout per Roffred. in libellis suis super commento. d. constit. ubi dicit, quod non sine causa sic statuerint scilicet propter raritatem Judæorum & paganorum, quia multi Christiani sunt in eorum terris, & pauci Judæi habitant inter Christicolas. Ideo voluerunt principes illi, quod ipsi ita pauci essent tuti inter Christianorum cætus & subdit etiam intellexisse à multis † quotidie partibus ultramarinis in Hispania apud 285 Saracenos, quia ibi sunt pauci Christiani, similiter speciali lege provisum sit de ipsis Christianis non offendendis & † atrocius puniatur Saracenus offendens Chri- 286 stianum, quam paganum refert & sequitur Marquard. de Susan. *d. c.* 2. *n.* 4.

Non obstat etiam decisioni præmissæ, quod *eodem sub numero* ex Concil. Toletano adductum fuit, suffragantes nempe Judæis per corruptionem, anathematizentur, & Patroni illorum à Christi corpore separentur. Quia id eo sensu accipiendum est, si nempe contra fidem Christianam ipsis suffragia & Patrocinia præstentur, secus autem si in nudam protectionem, quæ cum fide nihil participat, recipiantur.

Responsio ad III. dubitandi rationem.

Neque objectum tertio † loco nos remoratur. 287 Etsi enim concedamus Judæos propter commissum aliquod delictum ad Ecclesias confugientes illarum immunitate non potiri, à quo tamen doctiss. IC. Didac. Cavaru. *lib. 1. var. resolut. cap.* 39. *num.* 2. *vers.* 13. alienus est. Ex eo tamen non consequitur eos pariter etiam omni protectionis subsidio privandos esse. † 288 Argumentum enim ab uno particulari ad aliud nihil infert,

infert, *l. quod vero.* 14. *ff. de legib. l. pen. ibi.* neque enim sicuti illud receptum est, ita hoc quoque receptum *ff. de reb. credit.* Harprecht. §. *item lex Cornel. de sicar. n.* 94. *Instit. de publ. Judic.*

289 Nec quod in uno † casu speciali constitutum est, ad alios quoq; qui dissimiles, rationisq; diversæ sunt, sine legis authoritate trahendũ est Crott. *ad rubr. ff. solut. matrim. n.*12. Riminald, *cons.*386. *n.*10. *lib.*2. Cravet. *respons.* 2. *pro gene.* 20. *n.* 22. Khol. *tract. de subfeud. c.* 2. *n.* 48.

290 Quod denique de licita Judæorum † expulsione, nimirum eos ad lubitum Principum ac Dominorum Christianorum ditionibus ejici posse, ex Dd. adductum est, id non simpliciter, sed secundum quid, quatenus scilicet Christianis periculum vel scandalum ex cohabitatione eorum, ut prædictum est, imminet, accipiendum est. Ita communiter responderunt Dd. Jas. *in l. apud Julian.* §. *constat. n.* 29. *ff. de leg.* 1. Jacob. de S. Georg. *d. verb. Dux nu.* 11. Oldrad. *d. cons.* 264. & *cons.* 87. Camill. Borel *de prestant. Reg. Cathol. c.* 69. *nu.* 41. Petr. Gregor. Tholos. *lib.* 22. *syntagm. c.* 3. *nu.* 23. Schneidew. *Inst. de hæredit. quæ ab intest. defer. lib.* 3. *tit.* 1. *in princ. nu.* 13. Buxtorff. *d. concl.* 90. *lit. c.*

Responsio ad ultim. dubitandi rationem.

291 Quomodo autem à dicto secundum † quid ad dictum simpliciter recte efformabimus ratiocinationẽ cum hæc fallacia, argumenta quib. inest, omnino destruat, & vitiosam reddat connexionem, Everhard. *in praamb. top. n.* 24. *adsi.* Coler. *in tract. de aliment. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 4. Hartm. Pistor. *quæ.* 38. *n.* 38. *lib.* Coras. *miscel. lib.* 3. *c.* 19. *n.* 8. Oldendorp. *in tract. fallent. rubr. fallac. à dict. secundum quid. in prin.* Pecc. *in tract. de testam. conjug. lib.* 5. *c.* 25. *n.* 4. *v. porro* & *c.* 30. *n.* 3. *ad fin.* Toming. *decis.* 16. *n.* 3. docent.

Alii tamen, qui Judæorum expulsionem urgent, id non nisi ea lege faciendum existimant, ut si manere velint, Christianam amplectantur Religionem; sin minus, emigrent, cum in hoc non simpliciter vis inferatur, sed ut vel Christianorum, intra certum tempus deserant provincias, vel Christiani fiant, libera eis detur optio Azor. *Inst. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 24. *q.* 4.

292 Ex quibus ita resolutis evidenter patet, † quod quamvis sint, qui tum propter textum *Exod.* 23. 31. tum propter blasphemias execrationes, usuras aliasque rationes supra allatas, Judæos in Christianorum terris, non tolerandos, multo minus in protectionem recipiendos existiment, contraria tamen sentẽtia præter supra adducta, non solum per manifestos text. Juris Civilis. *tot. tit. C. de Judæis. Nov.* 146. *Nov.* 45. *Nov. Leon.* 55. & Canonici *tot. tit. extr. de Iuda. & Sarac.* sed etiam per constitutiones Imperii *text. c.* 9. *Aur. Bull. Caroli IV.* & in der Policey Ordnung *de Anno* 1530. *tit.* Von den Jüden & Policey Ordnung zu Augspurg *An.* 48. *eod. tit.* vnd zu Franckfurt *An.* 1577. verbessert *tit.* 20. frequentiori Doctorum calculo recepta usuque communi & moribus omnium gentium recepta sit, dummodo ii pacifice secundum leges vivant Tib. De.. *in prax. crim. lib.* 5. *c.* 31. *n.* 4. & *seq.* Paris. *cons.* 2. *n.* 10. & *seq. lib.* 4. Rolan. à Vall. *cons.* 25. *per tot. lib.* 3. Franc. Bec. *cons.* 48. *tot.* Jos. Dretzl. *in concordant. ad Bero. cons.* 209. *lib.* 3. Joa. Schneidew. *inst. de hæred. quæ ab intest. defer. n.* 13. *in princ.*

293 Quæ conclusio ampliatur in tantum vera esse, † ut qui semel Judæos in protectionem recepit, contra pacta & privilegia pro lubitu eos amplius expellere non possit, eo quod securitas ac protectio † semel alicui concessa sine causa & culpa violari non debeat Reinking. *de regim. secul.* & *eccles. lib.* 2. *clas.* 1. *c.* 3. *n.* 38. arg. *l. sicut. C. de oblig.* & *act.* maxime si pacifice, & secundum leges præscriptas vivant, nec quicquam turbulentum tentent *l. Christianis* 6. *C. de pagan. l. nullus* 13. *C. de Judæis* Fran. Becc. *cons.* 84. *n.* 3. 4. 5. 6. 7. & 8. ubi ex Alexand. & a-

Ampliatio sententia decisa.

294 liis refert, quod Princeps sine peccato † non possit expellere Judæos, nobiscum quiete & pacifice degentes, sed quod eos teneatur diligere, in quantum sunt humanæ naturæ participes. Et notant Doctor. quod solus summus Princeps de plenitudine potestatis possit expellere Judæos Innoc. *c. super his de vot.* Corset. *de potest. Reg. part.* 5. *nu.* 11. & 13. Et ita in Regnis Hispaniarum usu servari testatur Dn. Gars. Mastril. *de magistratib. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 440.

Cæterum si quis, ut dictum est, contra pacta & privilegia Judæos semel in protectionem susceptos ejicere attentet, adversus eundem mandata cum clausula ad eorum petitionem in Camera decerni solent. Ita in terminis Rutg. Ruland. *de commis. p.* 3. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 5. ubi † 295 adducens, ad hoc præjudicium Camerale, refert mandatum cum clausula decretum esse, in causa Joachim Ferber Jüden zu Northaussen contra Burgermeister vnd Rath der Statt Northausen / 28. Sept. Anno 1551. cum Senatus eum civitate excedere jussisset, sequitur Regner. Sixt. *lib.* 1. *de regal. c.* 5. *nu.* 24. Buxtorff. *in dissert. ad* 17. *prior. Aur. Bull. Caroli IV. capit. concl.* 90. *lit. c.* ubi ex Crus. *lib.* 7. *Annal. Suev. p.* 3. *c.* 1. *in f.* adseverat, Sigismundum Imperat. Augustanis potestatem dedisse, ut Judæos è civitate pellere possent. Sic perhibetur Wormatiensib. † olim Judæos ibi habitantes à Cæsare quodam pro propriis donatos, mancipioque datos fuisse, unde civibus ibidem non licuit eosdem, contra Senatus voluntatem expellere.

296 Declaratur tamen præcedens † ampliatio, ut tunc locum non habeat, si Judæi in protectionem recepti contra recipientis præceptum, à blasphemiis in Christianam religionem sibi parcere, ut & alias Christianorum principum & magistratuum legibus politicis (nam Ecclesiasticis, cum de Ecclesia non sint, eos non ligari, respondit Alex. *cons.* 13. *n.* 2. *vol.* 7.) vivere nolint, si Christianos ad suam superstitionem traducere præsumant, Everhard. Speckhan. *diatagm. th.* 6. si cum hostibus Christiani nominis, uti quandoque factum historia loquitur, proditorie colludere animadvertantur & omnino ex causa imminentis periculi, vel ad amovendum scandalum, non graviter modo coerceri & durioribus conditionibus subjici, ac quasi servituti colonariæ seu adscriptitiæ mancipari, sed & omnino expelli ac bonis quoque despoliari possunt. *l.* 11. *in fin. l.* 14. *in fi l.* 16. & 18. *C. de Juda. Nov.* 146. Jas. *in l. apud Julian.* §. *constat. nu.* 29. *ff. de leg.* 1. Innoc. Hostiens. & Joan. And. *in c. quod super his* 8. *de voto* & *voti redempt.* Oldrad. *cons.* 87. & *cons.* 264. Schneid. *ad rubr. de succes. ab intest. n.* 13. Wesenbec. *ad tit. C. de Juda. n.* 3. Matt. Laudens. *tract. de princ. q.* 9. Speckhan. *diatagm. th.* 10.

Limitatio ampliationis præmissa primæ.

297 Et generalis quidem expulsionis exempla † suppeditant superiorum temporum annales. Nam sub Imperio Caroli IV. Ann. 1348. Judæos eo, quod ex fontibus per ipsos veneno infectis, pestis universalis orta diceretur per totam ferme Europam flammis aliisq; suppliciis absumptos ex Naucl. recenset Seb. Franc. *Chron. Germ. f.* 198. & 199. *b.* & præcipue 205. *a. b.* † Ita pa- 298 riter Judæos omnes ex ditionibus Episcopat. Pataviens. (cui isto quo hæc scripsimus, tempore summa cum laude præsidet R. ac Sereniss. Leopold. Archidux Austriæ, Episcopus Argentinens. Administrator Murbachen. & Ludrens. Heros omnibus virtutum ornamentis insigniter excultus, Princeps ac Dominus meus clementissimus) ob immanitatem facinoris in venerabile Eucharistiæ sacramentum perpetrati † quod octo consecratas 299 hostias, à quodam Christophoro Eisengreish. furto subtractas unoque aureo ipsis venditas, cultellis transfodissent, è quibus sacro cruore emanante, duas Pragensibus, duas Salisburgensibus similiter explorandas miserant, totidemque in ardentem clybanum conjectas exurere, frustra tamen apparentibus nimirum in eodem duobus Angelis & evolantibus duabus columbis, conati fuissent) ab Udalrico Episcopo ex celebri Nobilium de

Exempla Judæorum expulsorum.

de Nusdorff. familia oriundo An. 1476. exturbatos, ac perpetuo exilio damnatos fuisse, atque ad rei memoriã eo loci eundem Episcopum collegiatam S. Salvatoris Ecclesiam in forma sphærica erexisse, suisque manibus An. 1477. consecrasse refert Casp. Bruschius *in descript. Episcopor. Pataviens. lib. 2. sub d. Episcopo Udalr.* 61.

Testes ejus miraculi extant ibidem ad aram, prope quã tota historia depicta cernitur, sequentes versiculi:

Anno milleno quadringen septuageno
Octavo: sub Udalrico proto flamine claro
Afficit flamma majestas Pataviensis
Urbis Judæos tam tetro crimine mota.
Per quos hen summi transfixa est hostia Christi
Extunc flagranti consumpta atrocius igni.

II. Declaratio. Plura expulsionis Judæorũ exempla ex Historicis refert Marquard. de Susan. *tract. de Juda. part. 1. c. 7. nu. 2.*

Secundo declaratur eadem ampliatio, si ad certum tempus recipiantur Judæi, quia tunc permissa ad tempus, eo elapso censentur prohibita, Reinkingk *de Regim. secul. & Eccles. lib. 2. class. 1. c. 3. n.* 38.

III. Declaratio. Tertiam declarationem eadem extensio admittit, si Judæi certis conditionibus recipiantur, quas ipsi temerario ausu violant, quia tunc securitatis auxilio frui non debent, cum in leges securitatis commiserint *l. auxilium ff. de Minorib.* Reinkingk *ibid.*

300 *Limitatio præmissæ decisionis.* Sed ad materiam redeundo ea etiam † principalis nostræ de Judæorum receptione assertæ decisionis Limitatio hic notanda est, quod Judæos in protectionem suscipiendi facultate nemo gaudeat, præterquam, qui regalia ab Imperio tenet, ejusve rei privilegio speciali donatus est. Ita eleganter Petr. Denais. *in Jur. Cameral. tit.* 150. §. 7. Regner. Sixtin. *lib. 1. c. 5. num.* 19. Petr. Heig. *part. 1. quæst. 4. n.* 30. Thom. Michael. *de Jurisdict. conclus.* 48. *lib.* 6. Bernard. Grevæ, *lib. 2. pract. observ. conclus. 5. in coro. nu.* 4. Georg. Schonborn, *lib. 5. pol. cap.* 26. Parthen. Litigios. *lib. 1. c. 13. num.* 32. Becht. *disput. de Securit. thes.* 43. Thood. Reinkingk. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 2. class. 1. c. 3. n.* 14. ubi tradit, quod crescente insolentia, multitudine & avaritia Judæorum novissimo Jure non cuivis Magistratui eos recipere permissum sit sed Jus recipiendi Judæos, de Regalibus summi Principis esse cœperit, & tanquam singulare Regale Caroli IV. constitutione Electoribus concessum, *Aur. Bull. c.* 9. postea tamen ad omnes Principes & status, aliosque Jure Regalia immediate ab Imperatore recognoscentes, uti & ad eos quibus id specialiter indultum, translatum fuerit, quod ejusdem Caroli IV. Imper. in privilegio Urbi Nemetum concesso, his innuit. Wir geben jhnen auch die Macht vnd Gewalt / daß sie empfahen mögen zu Bürgern in jhre Statt / Jüden welche das begeren / etc. Eysengrien *Chron. Spirens. p.* 196. Quod ipsum etiam ordinationibus Imperii politicis *de Anno* 1548. *tit.* von den Jüden vnd jrem Wucher & *de Ann.* 1577. *tit.* 20. §. demnach expresse sancitum est hisce verbis: so setzen ordnen vnnd wöllen wir anfenglich daß fürohin niemand Jüden anzunemmen / oder zuhalten gestattet werden sol / dann den jenigen / so von vns vnd dem H. Reich Regalia haben / oder insonderheit derhalben Priviligirt seynd. Da aber jemandt darwider Jüden auffnemmen würde / so sollen doch dieselbigen an keinem Ort Sicherheit noch Geleid haben / darneben auch von vns ernstlich einsehens dargegen vorgenommen / vnd abgeschafft werden.

301 Quare aliis in locis, † quam ubi Domini Regalia ab Imperatore, vel specialia eorundem recipiendorum privilegia habent, recepti securitate ac tutela minime gaudent per allegat. text. expressum *Ordin. Polit. de Anno* 1577. Denais. *d. tit.* 150. §. 8.

302 Adeo etiam ut contra eos, † qui Judæos recipiunt, ac fovent, & non sunt Status Imperii, neque privilegiati, in Cameræ judicio mandata sine clausula decernantur, per notata Christoph. Schwanman. *observ. Cameral.* 125. *nu.* 2. † ubi allegato præjudicio ita in causa 303 Cassel contra Krailsheim Mandati sine clausula, die Abschaffung der Jüden zu N. betreffend / 10. Januarii Anno 1580. decretum testatur, ubi, inter alia Imperator dicit, dieweil dann jhr kein Stand deß Reichs seyt / noch als privati einige Regalia haben / vnd erlangen könden / etc. refert & sequitur Joan. Ruding. *obser. singular. centur.* 3. *observ.* 13. *nu.* 4. & Auct. præjudiciorum Cameralium, *verb. Mandata sine clausula.*

304 *Declaratio Limitationis.* Quibusdam tamen in locis etiam inferiorem † Jurisdictionem habentibus, den Vogtheyherrn / licitum esse, Judæos recipere nonnulli volunt, uti de Nobilibus in Franconia testatum facit Paul. Matt. Wehner. *pract. observ. lit. I. verb.* Jüden §. *An Judæi & lit. V. verb.* Vogthey / ubi inter varia Jura ad Vogtheiam pertinentia *nu.* 22. refert, † daß die vom Adel im Land zu Francken auch 305 macht haben in jhre Flecken / vnd auff jhre Güter Jüden zusetzen / jhnen Begräbnuß vnnd Schulen einzugeben / etc. id tamen contra Impp. constitut. moribus & de facto magis, quam Jure fieri, D. Hepingk *disput. de Jure protect. concl.* 54. *in notis lit. C.* autumat, quod in antiquis non esse præsumendum, post Riminald. *concl. 6. nu.* 58. *& seq.* Gœd. *in Respons. Jur. de restitut. Baron. Vallend. eiusq; sublim. territor. Jur. num.* 299. respondit, nisi ut alii cives Imperatori, Imperio & civitati homagium prius præstitissent.

306 *Infideles Ethnici, seu Paganinum in protectionem Iure recipiantur.* Et huc usque de Judæis, † nunc de aliis infidelibus, seu Ethnicis sive ut Jus nostrũ vocat Paganis & barbaris videndũ est, *num & illos in protectionem recipere cõveniat.*

307 308 *Negativa. Ratio dubitandi pro eadem.* Et certe videri potest minime id † licitum esse tum, quod † Judæis olim in Vet. Testam. præceptum à Domino datum fuerit, ne infideles secum habitare paterentur, ne ab eis seducerentur, † tum quod familiarior cum ipsis conversatio etiam Jure divino prohibita sit *Matth.* 18. ibi *sit tibi velut Ethnicus* 2. *Corinth.* 6.

309 310 *Ratio dubitandi II.* Deinde Jure † etiam Romano infideles adeo exosi sunt, ut nedum protectione digni sint, sed ab omni etiam commerciorum usu excludantur per text. *in l.* 1. & 2. *C. quares export. non deb. l.* 2. *C. de commerc. l. unic. C. de liter. & itin. cust. lib.* 12. *c.* 6. 11. 12. & 17. *de Juda. Extravag. com. ult. eod. tit.* Boer. *decis.* 178. *n.* 11. & 17. Clar. *lib. 5. sent. §. fin. q* 68. *n.* 18. & *q.* 77. *n.* 25. † ut potius non aperto tantum Marte eos pro defensione Reipubl. impetere, seu armorum atrocitate vexare *l.* 2. §. *sicut* 11. *C. de offi. Præfect. Prat. Afr. l.* 31. & *ultim. C. de locat.* sed dolo etiam atque insidiis fallere liceat. *l.* 1. §. 3. *ff. de dol. mal. l.* 29. *ff. de capt. cap. dominus* 23. *q.* 2. Amm. Marcel. *lib.* 17. Duaren. *ad tit. de dolo c.* 1. Cagnol. *l. ea est natura n.* 19. & *seqq ff. de reg. Jur.* 311

Ratio dubitandi III. Præterea licet Judæi tolerentur in terris Christianorũ in eorum ritibus quia colunt verum Deum *c. Juda, c. cõsul. de Judæis.* † Saraceni tamen minime tolerantur, & 312 per Clem. 1. *de Juda.* providetur, ut principes, sub quorũ dominio morantur, compes. ant Saracenos sibi subjectos ab invocatione publica Mahometis, & ab aliis eorum ritibus. † Detrahitur enim honori fidei Christianæ si ta- 313 lia permittantur *l.* 1. & *tot. tit. C. de pagan. & eor. sacrif.* & prohibentur ne faciant eorum sacrificia, inspecto jecore animalium vel extis, promittendo vel divinãdo futura, † imo statutum est eorum templa debere claudi sub 314 pœna amissionis bonorum & vitæ *l.* 1. & 2. *eod. tit.* † Et 315 omnia illorum templa applicantur Reipub. ut Imperator ea, cuicunq; velit, donare possit, *l. omnia C. eod.* † Si- 316 cut fecit Phocas Imperator, qui Anno Domini 607. concessit B. Bonifacio Papæ IV. Pontifici Romano tẽplum illud, quod Pantheon appellabatur, ut consecraretur in honorem B. Mariæ Deiparæ Virg. & omnium Sanctorum teste Azone *in summa C. de Pagan.*

His

317 *Decisio affirmativa.* His tamen non obstantibus † Jure optimo etiam infideles à Christianis in tutelam suscipi posse censeo, sequentes ob causas.

318 *Ratio decidendi prima.* Primum non tam ex Jure Romano, † quam experientia constat, post abolitam pridem politiam Mosaicam, Paganos olim inter Christianos toleratos, nec solum habitationis sed & commerciorum communionem 319 cum iisdem habuisse, eosque † inter Christianos quiete degentes securos, & si qui contra eos violentia usi bona eorum diripuissent, ad du-320 pli restitutionem compulsos, † magistratusque & eorum officiales factam in barbaros irruptionem non vindicantes pari pœnæ obnoxios fuisse. Sicut Impp. Honorius & Theodosius Asclepedioto Præfecto Prætor, *in l. 6. C. de Paganis.* in hunc qui sequitur modum diserte rescripserunt. *Christianis qui vere sunt, vel esse dicuntur, specialiter demandamus, ut Judæis ac Paganis quiete degentibus, nihilque tentantibus turbulentum legibusque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti vel eorum bona diripuerint: non ea sola quæ abstulerint, sed convicti in duplum, quæ rapuerint, restituere compellentur. Rectores etiam provinciarum & officia, & principales cognoscant se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint, ut eos qui fecerint, puniendos. Dat. 6. Id. Jun. Constantinop. Asclepiodoto & Mariano Coss.*

321 Et hanc etiam † sententiam in terminis securitatis non eleganter firmare nititur Bechtius *disp. de salvo conduct. thes.* 90. ubi etiam ex Mart. Laudens. *de princip. quæst.* 101. concludit cæteris paribus infideles inter Christianos habitantes ob hoc solum, quod infideles sint, regulariter sine peccato à terrarum dominis expelli non posse, nec Papam principibus persuadere aut præcipere debere, ut eos expellant, bonave ipsis auferant.

Responsiones ad Argumenta contraria. Nec refragantur huic decisioni prius in contrarium allatæ dubitandi rationes.

322 *Responsio ad I. dubitandi rationem.* Quod enim ad præceptum † veteris testamenti de prohibita Christianorum cum infidelibus cohabitatione attinet, id infirmatis legibus Mosaicis hodie non amplius obligat, è medio præsertim sublata prohibitionis causa, ne scilicet nostri ab iis seducerentur, qua nempe omne superstitionis ipsorum Ethnicæ exercitium Jure contrario interdictum fuit *Tot. tit. C. paganor. sacrific. & templ.* Quamobrem & illis, ut inter Christianos habitare possent, discretus ab his vestitus injunctus est. *c. in nonnullis de Juda. & Saracen.*

323 *Responsio ad II. & III. dubitandi rationes.* Ad secundum & † tertium argumentum respondetur, quod licet Jure Romano infideles commerciorum & commeatus securitatem in terris Christianorum carere videantur, per *supra allegata.* Nisi hæc pacto fœdere ipsis, pateat, † sicut in Tartaris 324 cum Hispanis commercia vigore pacis cum Rege Philippo I. conventæ exercentibus exemplum supe-325 rioris sæculi annales suppeditant, † similiterque Gallos & Venetos cum Turcis ex fœdere commercari notorium est. videantur Alex. qui inde indefinite Infideles commerciorum cum Christianis communione 326 dignatur *cons.* 130. *per tot. lib.* 7. † Illud tamen firmiter statuendum est, Infideles ex sola infidelitatis causa, propriis ipsorum in terris securitate publica destitui, bello implicari, hostiliter invadi, vita bonisque privari, salva & illæsa conscientia non posse. Host. & Panorm. *in c. quod super. num.* 4. *de voto* Tilem. *p.* 1. *disp.* 1. *thes.* 16. Dom. à Soto. 4. *dist.* 5. *nu.* 10 Ferret. *de just. & injusto bello. num.* 68. *& seq.* Covar. *in c. peccatum* 327 *p.* 2. §. 10. ubi *num.* 2. eleganter docet, † infidelitatem non privare quem jure naturali & divino, dominiove rerum aut provinciarum, his suffragatur Nicol. Moron. *de fid. treug. & pac. quæst.* 5. *num.* 4. *& seq. & q.* 120. *num.* 114. & 116. Menoch. 6. *præsumpt.* 96. *n.* 6. & passim Dd. *in suis tract. de bello.* Just. Lipsius 5. *circa finem.* † Quare Jura in contrarium adducta 328 aliis casibus concurrentibus, si nimirum illi Christianos hostiliter perturbent, molestent aut invadant, &c. accipienda sunt.

329 *Utrum à Catholicis Principib. Augustanæ Confessionis homines, ac vicissim illi ab his in protectionem recipi possint.* Hac ita quæstione discussa, alia ad usum nostri temporis, magis accommodata disceptatio moveri potest, *utrum nimirum Rex, Dux, Princeps, Comes, Baro, Prælatus, aut Civitas, Catholicæ ac Romanæ Religionis existens, Lutheranos, vel Augustanæ Confessioni addictos, vel hi vicissim illos in protectionem suscipere possint, nec ne.*

330 *Negativa.* Et certe videri potest † id ex neutra parte esse licitum.

331 *Ratio dubitandi I. pro eadem.* Primum enim illud se objicit, † quod dissensus cum diversæ religionis asseclis, odium ac discrepantiam animorum hinc inde parere soleat, suggerente textu *in Recess. Pacif. Relig. Anno* 1550. *Augustæ facto.* §. In solcher fürgezogener Berathschlagung 13. *versic.* Dieweil. *ibi.* die Ständt deß Reichs für vnnd für in Widerwillen vnd Mißvertrawen gegen ein ander stehen/ ꝛc. fieri non posse videtur, ut mutuam inter se protectionis securitatem in Religione discordes sibi invicem tuto polliceri queant, id quod eleganter etiam innuit in venustiss. suis *disput. politico Jurid. de Jurib. Majestat.* Joan. Camman. *disp.* 3 *thes.* 24. *circa fin.* 332 ubi dicit † ad distrahendos civium animos nihil 333 magis, quam religionum diversitatem facere, † & idcirco eos, qui in puppi sedentes torquent Reipublic. clavum, omni studio præcavere debere, ne variarum Religionum propugnatores in Rempub. irrepant, & damnum eidem inferant. Cum ergo † 334 patronorum ac Clientum necessitudo mutua potius officia atque obsequia quam discordiam exigat & requirat, per ea, quæ tradit Zasius *in eruditiss. suis scholiis in l.* 2. *in princip. in verb. curiam. ff. de orig. Jur.* & non minus venuste Carol. Molinæus *in comment. ad consuetud. Paris. tit.* 1. *numer.* 10. & 11. videtur non posse inter eos Advocatiæ conventio iniri.

335 *Altera dubitandi ratio.* Ad hæc etiam ex parte addictorum † Augustanæ confessioni, quod ij Catholicos non debeant in protectionem recipere videtur esse textus *in Recessu Comitiorum Anno* 1541. *Ratisponæ habitorum* § 27. *incip.* Vnd damit im heyligen Reich Teutscher Nation/ ꝛc. in quo confirmatur denuo der hievor auffgericht Nürnbergisch Friedstandt. ubi *in fine* his verbis cautum fuit. Daß die Protestirenden niemands der andern seyten zu sich tringen/bewegen/oder ziehen/auch deß andern theils Vnterthanen in Schutz vnd Schirm nicht annehmen/ noch wider ihre Obrigkeiten verthädigen sollen/ ex quibus verbis manifesta elicitur prohibitio, ne Protestantes sive Augustanam Confessionem sectantes adversæ partis, hoc est Catholicorum subditos in protectionem recipiant.

336 Quod autem *ibidem* de Protestantib. † sancitum extat, è contra etiam in Catholicis locum habet, tum propter similem respectu asciscendorum Clientum qualitatem, cujus gratia de his sicut de illis judicatur, *ca. inter cæteras de rescr. c.* 2. *de translat. Episc. cap. cum secundum Apo in prin. de præb. c. in causis de re jud. ca.* 2. *ubi ad instar de sponsa. capit. dudum circa fin. de præbend. lib.* 6. § *recte in vers. & huic simile Insti. mandati. l. non possunt. l. nam ut ait Pedius l. sed & posteriores l. de quibus ff. de legib. & l.* 1. *C. quæ sit long. cons. cum infinitis simil.* in quibus tam legum, quam Canonum conditores utuntur hoc argumento à simili vide Everhard, *loc. legal. in loc. à simili*

mili. num. 3. & 4. tum propter paritatem rationis cujus intuitu eadem valet in utrisque Juris dispositio per text. notab. in l. si socer à genero, in princ. & ibi gloss. & Bald. ff. solut. matrim. l. illud. Digest. ad leg. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. Afflict. decis. 371. Everhard. in top. in loc. à simili num. 1. Schrader. in tract. feud. p. 7. c. 6. n. 16. & sect. 17. part. 10. nu. 19. 59. & 72. Just. Reub. in tract. de test. p. 2. numer. 7. Medic. in tractat. de venat. p. 2. quæst. 23. Pruckman. consilio 4. numer. 192. lib. 1. Matth. Stephani dialect. Jur. lib. 2. in loc. 94. à simili num. 1. & alii ab his alleg.

338 *Decisio affirmativa.* Verum prædictis non obstantibus, † ipse in hac disceptatione negativa sententia repudiata, affirmativam amplector, statuendo posse tam Protestantes à Catholicis, quam hos ab illis in clientelam suscipi.

339 *Ratio decisionis I.* Nam primum illud dilucide constat, † quod religio nihil commune habeat cum Jure protectionis, sicut generatim Religioni cum Juribus † gentium nulla est necessaria connexio, cum non sint ad paria, nec unum alterum tollat vel lædat. Illius enim communio † proprie homini cum homine non est sed homini cum Deo, horum vero sicut & defensionis inter ipsos homines, ut pulchre discurrit Matth. Bortius in dissertat. de legat. Thes. 6. Nec igitur Jus hominum (veluti est Advocatiæ erectio) ob diversam Religionem impediri debet.

340 *Ratio decidendi II.* Secundo nusquam etiam † prohibitum reperitur, ne quis cum alienæ religionis hominibus protectionem ineat, dummodo patronus aptus satis ac potens ad tuendum sit, præstetque ac servet fidem in defendendo promissam. Hinc fœdera cum Religione disjunctis recte contrahi affirmat idem Bortius *ibidem*.

341 Quod autem non † invenitur prohibitum permissum censetur *l. necnon 28. §. quod eis Digest. ex quib. caus. major.* facit *l. solennis. ff. de judi. & l. 4. ff. de pign. act. l. 1. in princ. ff. de aur. & arg. leg. Authent. de admin. off. §. fin. col. 3. gloss ca secund. §. sed neque verb. non invenitur extra de translat. prælat.* Zas. *libro 2. cons. 1. numer. 81.* Martin Uran. *cons. 20. numer. 5. lib. 3.* Schrader. *tract. feud. p. 10. sect. 17. numer. 67.*

342 Sic etiam non invenitur † esse prohibitum contrahere cum alienæ religionis hominibus ut per se notorium est, quia contractus sunt Juris gentium Ulpian. *in l. 7. §. ait prætor. ff. de pact.*

343 *Ratio decidendi III.* Tertio si exemplis † assertionem corroborare velimus, illud non minus constat, quod Imperatores ac multi reges diversæ religionis homines in suis regnis ac ditionibus habeant, quos non minus ac eos, qui cum ipsis in religione concordant, protegunt ac tuentur, ut per se ostendit quotidiana rerum experientia.

344 *Ratio decidendi IV.* Quarto egregium † firmandæ hujus decisionis momentum ex eo sumitur quod in constitutione dictæ pacis utriusque religionis hominibus, omnia Jura, quæ antea habuerunt, salva & integra expressis verbis reservata fuerint † ita ut liberum inter se commerciorum usum, eorumque liberam & religionis intuitu non prægravatam habeant dispositionem, ceu docet §. vnd damit solcher Fried 15. *vers.* sondern bey solcher Religion / Land / Leuten / Herrschafften / Obrigkeiten Herrligkeiten vnd Gerechtigkeiten geruhlich vnd friedlich bleiben lassen. §. *sequent.* ubi eadem verba de Catholicis repetuntur, & §. Als auch den Ständen / *vers.* So soll doch einem jeden Standt / seine Weltliche Obrigkeit / Rechte und Gerechtigkeit vorbehalten / x.

345

346 *Ratio decidendi V.* Quinto firmatur eadem † decisio ex eo etiam quod religionis pacificatio, omnibus Imperii Statibus tam veterem religionem retinentibus, quam Protestantibus ex æquo injungit, ne alteri alteris, eorumve subditis causa religionis, quicquam molestiæ, periculi, damni, incommodi inferant, sed ut amicabili plane comique concordia sese invicem, virtute dictæ pacificationis revereantur ac tolerent, idque præfulgente Imperatoriæ Regiæque majestatis promissione & auctoritate ultro citroque plenissime confirmatum fuit. Just. Springer. *de pace Relig. cap. 6.* Waremund. ab Erenberg. *verisimil. Theolog Jurid. & Politic. c. 2. num. 17. cum seqq.* Ant. Benbellona de Godentiis *in tempestivo suscitabulo. part. 2. ca. 15.* Knichen. *in encyclopedia c. 15.* Huc pertinet quod ad Imperatorem Ferdinandum I. Imperii Vicecancellarius Sigismundus Seldus (in seinem Bedencken an Keyser Ferdinandt / vber ihr Keyser Mayest. Wahl / vnnd Hochheit. *fol. 75.*) hisce verbis scribit. Ob schon E. Mayst. mit allen andern Ständen / so die Bäpstliche Heiligkeit für Ketzer hält / sondere Bündtnuß hätte / vnnd ohne das die Vergleichnuß des Gemeinen Friedens mit allen Ständen deß Reichs im Mittel: dieweil jedoch E. Mayst. nicht gemeinet jemandt dardurch in seinem Irrthumb zustärcken / oder zu erhalten / sonder was deßhalb auffgerichtet / das ist allein auff die Erhaltung des gemeinen Friedens / und dann den Widerstand gegen dem grausamen Erbfeind Christliches Namens vnnd Glaubens dem Türcken angesehen: so sag ich gut rund / daß solches Bündtnüß nicht gar undienlich / sondern zulässig / löblich vnd ehrlich were / x.

Hinc leves ac malitiosos esse Turbatores, qui ob diversam religionem controversorum articulorum, in plerisque aliis consentientes à clientela alienæ Religionis Status excludendos aut fugiendos esse existimant, post Mons. de la Nove docere satagit Waremund. ab Ehrenberg. *lib. 1. de fœderib. c. 2. nu. 2. & 86.* itemque Bidenbach. *decad. 2. consil. 8.* ex pluribus allegatis, Dn. Besold. *lib 2. polit c. 6. nu. 14.* Quo etiam conferunt ea quæ Anno 1588. ab Helvetiis Protestantibus, Catholicis proposita fuerunt, in qua propositione inter alia continetur, daß obwoln in dem eusserlichen Gottesdienst etwas Enderung vnd Vngelegenheit sey / also daß ein Theil vermeint auff die Weiß / die andern auff ein andere besser daran zu seyn / so stimmet man doch in den Hauptstücken / darauff Christlicher Glaub gebauwet / zusamen / vnnd möge solche eusserliche Enderung so viel auff ihr nicht tragen / daß eusserlich Fried / ruhe vnnd Einigkeit darumb nicht bestehen möchte / dann es were offenbahr vnnd am Tag / daß etlich Ort / ihrer Eydtgenoßschafft vnd gemeine Vnterthanen (wie auch viel Stätt vnd Land im Reich Teutscher Nation) in beyder Religion / sich freundtlich mit einandern halten und vertragen köndten / Mich. Eytzinger. *in Appendicis Relationis historicæ appendice ad Annum 1588. p. 11.*

Quare religionis inter eos diversitate non obstante, sicut alii, ita & hi per constitutionem religiosæ pacificationis uniti tam Catholicæ, quam Augustanæ religioni addicti, mutuam protectionis societatem contrahere possunt.

347 *Ratio decidendi ultima.* Approbatur denique † hæc ipsa affirmativa conclusio expresso textu recessus *Comitiorum Augustæ Anno* 1555. habitorum §. Es soll auch kein Standt 23. ubi *in fine* clare subjicitur, Vnd soll hiemit den jenigen / so hievor von alters Schutz und Schirmherren anzunehmen gehabt / hierdurch nichts benommen / und dieselbigen nicht gemeint seyn.

Ex quibus verbis satis patet, quod non obstante hac vel illa religione tam Catholici, quam Protestantes reliquantur in suo statu, & facultas recipiendi

endi Advocatos, seu alterius se clientelæ subjiciendi in dispositione Juris communis relicta fuerit. arg. *leg. commodissime cum materia. Digest. de liber. & posthum.*

348 At Jure communi clientela † Tutelaris nequaquam prohibita, sed concessa, quod præter alibi ad hoc allegata docent text. *in c. brevi de Jurejur. & ca. generali de elect. in 6.* etiam probat, And. Gail. *lib. 2. obs. 54. per c. recepimus.* ubi Panormit. *c. ex parte 2. de privileg. & l. desertorem. §. final. de re milit.* & Dd. *ibid adduct.* & moribus nostris usitatissima est, ut per se patet.

Solutio Contrariorum Argumentorum. Nec vero ea, quæ *supra* pro dubitandi rationibus à me allata fuerunt, hanc sententiam labefactant, quod in singulis ut contrariorum collatione decisio clarius elucescat, ostendere conabor.

Responsio ad I. dubitandi rationem. Non igitur obstat, quod primo dictum est, præsumi ex diversa religione animorum dissensiones, odia, ac simultates, quorum causa inter status incenso dissensionis ardore æstuantes, non tuto fieri possit protectionis conventio. Quia respondetur, † quod hanc ipsam dissensionum ob causam in sacro Imperio Constitutio de pace religionis introducta & per eam discordantibus frenum pacificationis injectum fuerit, ut patet ex text ejusdem Constitut. multis in locis, maxime *in §.* in solcher fürgezogener. 13. *ibi.* der Ständt vnd Vnterthanen Gemüther widerumb in ruhe vnd Vertrauen gegen einander zustellen. *& §.* ferner verpflichten. cujus verba, quia ad hunc locum maxime quadrant, huc adscribenda duxi, quæ ejusmodi sunt.

349

Ferner verpflichten vnd verbinden wir vns zu allen Theilen / daß die Keyserliche Mayestät wir / vnnd kein Standt den andern / mit was gesuchtem Schein / das geschehen möcht / mit der That / oder sonst einiger Gestalt / heimlich oder offentlich durch vns selbsten oder andere von vnsertwegen beschwehren / vberziehen / vergewaltigen / bekriegen / tringen / beleydigen oder betrüben sollen oder wollen / vnnd so auch eynig Theil oder Standt / wider solchen auffgerichten Frieden den andern (als doch nicht seyn soll) jetzt oder künfftiglich mit thätlicher Handlunge die / geschehe heimlich oder offentlich / vergewaltigen oder betrangen würden / daß die Keyserliche Mayest. wir vnd sie / auch vnser vnd ihre Nachkommen vnnd Erben / als dann nicht allein dem vergewaltiger / oder so thätliche Handlung fürgenommen / oder fürnemen / keinen Rath Hülff oder Beystand leisten / sondern auch dem andern Theil oder Stand / so wider diesen Frieden vergewaltiget / vberzogen oder bekriegt wirdt / wider den Vergwaltiger / oder der sich thätlicher Handlung vnternimbt / Hülff vnd Beystand leysten wollen vnd sollen / alles getreulich vnd ohngefährlich.

Cum ergo ea religionis pax tam antiquæ, quam novæ religionis Ordinibus ut *supra* dictum est, omnia sua Jura integra servaverit, eos invicem Jure clientelari inter se instituendo privasse non censetur.

350 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Non est etiam quod nos deinde solicitet, † allatus ex Recessu Comitiorum Anno 1541. Ratisponæ habitorum textus, quia illa constitutio loquitur tantum de illis Protestantibus, qui alterius partis subditos practicando ad se pertrahunt, & sic inhibet tantum, ne quis status alterum ejusque subditos suæ religioni adigat, abstrahatve, vel contra magistratum tueatur ac defendat. Denaiss. *in Jure Cameral. verb. pax religionis. n. 16.*

351 Unde nihil ex ea pro firmanda contraria sententia inferri potest manifestum est enim, illud ideo fuisse constitutum, ut evitaretur materia scandali, tumultus ac seditionis, omnique disparitatis affectione inter utriusque religionis Status sublata è medio, communis in Imperio tranquillitas & concordia introduceretur bonaque fiducia simultatibus omnibus sepultis reconciliaretur, cum quoad Status inter se, tum etiam, quoad relationem mutuam inter subditos, id quod clare patet ex tenore *Pacif. relig. §.* vnd haben demnach 11. *ibi.* Wie gemeine Ruhe vnd Sicherheit in Teutscher Nation zuerlangen / zu erbawen vnd zuerhalten / wie auch Churfürsten / Fürsten vnnd Stände in ein gutes Vertrawen gegen einans der zusetzen / dardurch ferner Nachtheil Schaden vnd Verderben abgewendet werde / & *in §.* in solcher fürgezogener / *ibi.* der Ständ vnd Vnterthanen Gemüther / &c.

Ex his igitur satis manifestum esse puto non obstante Religione hac vel illa posse tam Catholicos à Protestantibus, quam Protestantes à Catholicis in clientelam ac protectionem recipi.

Sed de aliis etiam hominum qualitatibus quatenus clientelam impediant, deinceps videndum est.

352 *Quid igitur dicendum est si homines in † Tutelam recipiendi forte infames existant, anne propterea à clientela prorsus excludendi sint?*

Infames utrum ab omni Protectionis auxilio excludendi sint. Et videtur hoc quidem † affirmandum esse; † Cum enim infames omni amicitiæ Jure, quale inter Patronum & clientem præcipue esse debet, indigni prorsus censeantur, per notata Marquard. Freher. *lib. 3. de infam. ca. 14. sub nu. 2.* † & ab honestorum cœtu segregentur omnique eorum commercio excludantur *l. 2. ibi.* quos infamia ab honestorum cœtu segregat *C. de dignitat.* Bald. *in cap. 1. num. 2.* & *ibidem* Afflict. *num. 6. An ille qui interfec. fratrem domini* Mozz. *de feud. tit. final. num. 112. vers. Adverte tamen, quod sunt aliqua &c. per l. nec infames. Codic. de decur. libro* 10. eosque nemo hospitio nisi illorum similis suscipere debeat, per glos. & Bart. *in l. 1. Digest. de receptator.* † & dicantur mortui civiliter ut ajunt. Dd. *in c. infamibus de reg. Jur. & in cap. testimonium de testib.* † & desinant haberi numero bonorum civium, nomen boni viri amittant, & deinceps inter improbos & pessimos connumerentur, ut ait *l. quoties Codic. de dignitatib.* † nec non odio esse incipiant, omnibus bonis & cordatis viris, ab iisque ceu pestis quædam deserantur & fugiantur, uti in Pisonem Tullius ejusque asseclas *quodam loco* declamat, *vos Equites Romani, vos cæteri ordines, vos cuncta civitas odit, nemo bonus, nemo denique civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione denique ipsa Consulatus vestri perhorrescat.* Ideo infames videntur omni protectione indigni, ab eique prorsus exclusi,

353 354 *Affirmativa Ratio dubitandi pro eadem.* 355 356 357 358

359 *Negativa decisio.* Verum hisce non obstantibus † circa hanc quæstionem respondendum esse judico: Nihil obstare, quin etiam infames in protectionem recipi ac defendi possint.

360 *Ratio decidendi.* Quamvis enim infamibus portæ † dignitatum occlusæ sint, iique ab omni honesto contubernio arceantur *d. l. infamia* 8. *C. de decurionib. d. l. Judicis. C. de dignitat.* Petr. Peck. *in c. de infamibus de Reg. Jur.* † à protectione tamen passiva non repelluntur, uti nec etiam à communione fidelium † nec à judicio & justitia obtinenda, nisi cum infamia admixtum foret tale crimen, quod sui natura repelleret, veluti sunt hæresis & Apostasia, ut habetur *in c. fin. de cler. excomm. mini.* & probat Joan. Baptista Perusin. gener. Bartholi *in tract. de arbitr. libro 2. cap. 11.* vel nisi esset infamia maxima, ut excommunicatio, &c. Marq. Freher. *de infamia lib. 3. c. 24. n. 8.*

361 362

363 *Ratio decidendi II.* Estque secunda ratio decisionis evidens, † quia non

non impedit infamia, quo minus quis defendi debeat, nec quicquam commune habet infamia clientum, cum obligatione protectionis, qua ad defensionem aliquis obstrictus est protector, arg. *l. si maritus. C. de donat. l. Papinianus exula. ff. de minorib.* Bald. *in c. 1. quo tempor. mil. num. 3.* Ubi dicit, † quod infamia salva Status substantia nihil commune habeat cum contractu, quem referendo sequitur Henr. Rosenthal. *de feud. cap. 8. conclus. 9. gloss. in lit. 1.*

364

365 Pertinet huc quoque illud, † quod infamia tantum concernat personam, & non patrimonium, ut nominatim observat Marq. Freher. *d. lib. 3. c. 7. n. 17.*

Ratio decidendi II.

At vero protectio non tam ad personas, quam ad patrimonium & substantiam clientis, ut ex prædictis liquet, refertur, ideoque per infamiam non impeditur saltem bonorum defensio.

366 Defensor autem bonorum, † defensor vitæ dicitur, ceu probat Paul. de Citadin. *tract. de jur. patron. p. 3. caus. 2. acquirend. verb. dotatio*, ubi *n. 26.* dicit, quod qui bona defendit, vitam defendere videatur, per notat. Batt. *in l. penult. ff. de cond. ob turp. caus.* Bal. *in l. interpositas. C. de transact. gl. vitam. in l. advocatis. Cod. de advocat. divers. judic.* Lancellott. *in l. transigere. C. de transact.*

367 Roboratur denique hæc ipsa † decisio exemplo vasalli, qui non obstante infamia domini, à quo feudum habet, eum defendere potest ac debet, ut sensit gloss. *in c. 1. quo temp. milit. verb. infamia.* ibique Jacob. de Belvil. *n. 3.* Laudens. *n. 20.* Sylvan. *de feud. recognit. q. 69.* Rosenth. *de feud. cap. 8. concl. 9. n. 5.* Andr Kohl. *de servit. feudal. p. 2. n 40.* ubi id aliquot rationibus adductis evidenter comprobat.

Ratio decidendi ultima.

Solutio contrariorum remissiva.

Non obstat autem decisioni præmissæ, quæ initio adducta sunt, ea siquidem ex prima decidendi ratione, sine ulteriore refutatione, per se elisa esse, quivis facile colliget.

Utrum etiam proprii subditi in protectionem specialem recipi possint ac soleant.

Cæterum his ita deductis, priusquam huic Capiti finem imponamus admodum opportune in quæstionem vocatur *an speciale † protectionis jus etiam in propriis subditis locum habeat, hoc est an alieni duntaxat, vel etiam proprii subditi in specialem protectionem recipi possint ac soleant?*

Negativam partem † ex eo tuendam esse apparet, quod frustra † id peculiari facto quæratur, quod jure communi competit, Surd. *cons. 298. n. 26. per l. prima. ff. ad municipal. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. l. Imperatores. ff. de reb. auth. jud.* frustra petat † baculum qui sine eo ambulare potest. Zas. *ad d. l. Imperatores. num. 2.* frustra petat vestem, qui nudus non est, frustra deposcat Medicum qui non laborat, ut ait idem Zasius *in cons. 4. & singul. intellect. An nepos veniat ex propria persona cum patruo*, frustra † innitatur quis privilegio, quando jure communi uti potest. *c. contra morem. dist. 100. ca. hinc est, 16. quæst. 1. l. 1. ff. ad municip. l. si quando. de leg. 1.* Sonsbec. *p. 9. feud. nu. 103.* Arnisæus *de jure majest. cap. 4. n. 5. libr. 1.* Nevizan. *cons. 38. n. 16. cons. 41. n. 19.* Crott. *cons. 136. nu. 15.* Et frustra petat, qui habet ante per se, quod petit juxta *§. si rem alienam instit. de leg.* Menoch. *adipisc. poss. remed. 4. n. 17.* Hinc & communiter dicitur, frustra † quæri illud, cujus eventus nil operatur *l. hac stipulatio. §. Divus. ff. ut legat. nom. cavo. l. ad probationem. C. de probat.* cum aliis per Decian. *cons. 18. nu. 155. lib. 1.*

368

369

Negativa. Ratio dubitandi pro Negativa I.

370

371

372

373

374 Actum autem † frustratorium jura fieri nolunt. *gl. in c. solita extr. de major. & obed.* Jal. *in l. fin. n. 10. ff. quod quisque jur.* Cott. *in memorab. in u. clausula. cl. 8.*

375 At vero jus † protegendi subditos, quemadmodum supra probavimus, aliisque in locis hujus tractatus passim edocuimus, cuilibet ordinario magistratui per se ipso jure competit atque incumbit. Ergo illud nec in proprios subditos locum non habet.

Ratio dubitandi II. ab auctoritate.

Deinde etiam pro hac ipsa sententia fortiter pugnat auctoritas Regneri Sixtini & Herman. Vultæii, quorum ille *inter Marpurg. tom. 3. cons. 8. sub num. 46.* expresse dicit, supervacaneum esse, ut † magistratus studeant jus protectionis in subditos, quod alias illis competit, sibi acquirere, & si id fiat certum esse indicium, quod hujusmodi acquirentes Jurisdictionem non habeant, & magistratus non sint. Unde *subsequenti nu. 48.* infert, eum cui jus magistratus & jurisdictio competit in singulari quodam protectionis jure acquirendo frustra occupari, nec ejus acquisitione indigere: Hic vero *cons. 19. eod. tom. sub n. 144. ad finem*, scribit, protectione † speciali opus non habere in illos qui domicilio & jurisdictione illi qui protector est, suppositi sunt. Quod ipsum visus est asserere Thom. Maulius *tract. noviss. de Homagio Tit. 11. sub n. 6.* ubi in exemplum adducit summum Magistratum, nempe † Imperatorem, asserens, nihil novi fieri, si Imperator, aliquem in specialem protectionem recipiat, cum alias sit universalis Protector & superior, juxta vulgatum text. *in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. & l. Bene a Zenone. C. de quadrien. præscript.*

376

377

378

Ratio dubitandi III.

Præterea negativam sententiam fulcire videntur, ea, quæ in controversia Joan. Friderici Ducis Saxoniæ contra Administratorem Episcopatuum Meissen/Mersenburg/& Naumburg/ mota, die Landesfürstliche Obrigkeit/vnd den Erbschutz betreffend/ Julius Pflug. Episcopus Naumburgensis in sua Replica, per Dn. Frideric. Hortleder *in opere de caus. belli German. lib. 5. c. 16.* verbotenus exhibita, *n. 47. & 49.* contra dictum Electorem Saxoniæ sequentem in modum scripsit: die Landesfürstliche Obrigkeit vnd den Erbschutz betreffend/ kan ich bey mir nicht bedencken/ wie sich die zusammen fügen mögen. Dann so der Churfürst des Bischoffs Landesfürst were/ bedörfft er deß sondern Schutzs vnd Schirms gar nicht/ angesehen/ daß der Bischoff vnnd Stifft ohne das in seinem/ als des Landesfürsten Schutz vnd Schirm begriffen were/ darauß dann weiter zuschliessen/ daß der Churfürst die angemaste Landes-Obrigkeit vber den Bischoff/ und Stifft Naumburg/ nach rechtem herkommen/ Art vnnd Eygenschafft seines Schutzes nicht haben kan/ noch soll/ vnd daß er auch wider die Natur desselbigen Schutzes handelte/ vnd dem armen Stifft zu vnvberwindtlichen Nachtheil vnd Schaden verkehre.

379 Verum his omnibus non † attentis haud dubitamus affirmativam sententiam defendere, præeunte nobis inprimis clariss. ICto Joan. Bodin. Is enim *lib. 1. de Republ. c. 6.* tale jus protectionis, quando scilicet proprii subditi, iis, qui antea Dn. ac superiores eorundem extiterunt, in specialem tutelam deduntur nominatim approbans scribit, si quis in ejus principis cui subditus est, fidem & clientelam se dedat, duplici † nexu patronum, ad clientis scilicet & subditi tutelam obligari.

Sententia affirmativa. Ratio decidendi I. ab auctoritate diversorum DD. Germanorum.

380

II. Deinde hujus sententiæ asseclam habemus Hier. Schurff. *cons. 23. n. 5. cent. 3.* ubi ait, licet omnes subditi debeant esse sub protectione dominorum suorum, & domini eos teneantur defendere, tamen hoc non obstante possint specialiter recipi sub protectione dominorum suorum. Cui astipulatur Georg. Everhard. *1. cons. 56. & 76.*

III. Præterea ejusdem sententiæ testem præter alios omni exceptione majorem produco M. Anton. Nattam *cons. 636.* qui *n. 95.* de Casalensibus à Friderico Imperat. in protectionem receptis loquens, etiam subditos proprios sub protectione recipi, & tunc eosdem non eximi à Jurisdictione recipientis eos, cui antea subfuerunt.

Quarto

IV. Quarto hac ipsa de re, quod scilicet inter proprium Dominum, & ejusdem subditos specialis protectionis conventio fieri possit, ac soleat, præter adductas auctoritates alludendo ad veteres clientelas, non obscurum præbet testimonium Carol. Molinæus *consuetud. Parisiens. Tit.1.n.11.* hisce verbis: *Quod sicubi forte supersint † adhuc felices quadam curia, quarum Domini patronatum exercent in suppositos sua jurisdictioni clientes, nec utantur dominio, & iurisdictione, nisi ad protectionem & utilitatem subditorum; eaq. omnia pro subditis* 381 *† faciant, quæ patres pro filiis, atque parva pro multis dicantur: omnem eis quietem publice & privatim præstent: Et vicissim subditi exhibeant Dominis curia, ut suis patronis, fidelitatem & obsequia, nec non subsidia, pro liberandis & redimendis dominis, & dotandis filiabus eorum si indigeant, idq. non coacte, nec gravatim sed sponte & prompta benevolentia; fateor hoc esse, non simulacrum, sed vivam & veram imaginem veteris patronatus & clientela, nullamq. esse realem differentiam.*

Comprobat etiam specialem hanc proprii Magistratus cum subditis suis Protectionis pactionem, nominatim post hæc scripta editus David Hepingk *dissertat. de Jure Advocatia concl. 29. lit. C.* ubi diserte defendit, etsi Domini subditos suos ordinarie defendere teneantur, tamen & specialiter eos in protectionem suam recipere posse. quod etiam affirmat Adrian. Gilman. 1. *decis.* 1. *n.*189. ubi dicit esse quidem inter Landtherren & Vogtherren differentiam, sed Landtherren simul esse posse Vogtherren/ quod & disertis verbis approbat Ruland. *de commiss. part.* 4. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 11. maxime cum & confœderationes cum subditis adversus hostes facere, nusquam Dominis in Jure prohibitum sit. Braunschw. Hist. handel *p.* 1. *memb.* 2. *n.* 150. §. daß dann fürs fünffte. *Auctor* Pfältzischer Informationschrifft/ die von der Fürstl. Pfaltz Neuburg/ vber das Closter Keysershey prätendierte/ derselben aber zu vier vnterschiedlich mahlen uniformiter aberkante Landesfürstliche Superiorität/ Erb Castenvogthey vnd Erbschutz belangend/ etc. *fol.* 16. §. vnnd obwoln *in Anno, ad finem hisce* verbis, wie dann auch ohne das/ dem Rechten nit entgegen/ daß 382 in una & eadem † Persona, Jus Patronatus, superioritatis & Advocatiæ, ex speciali pacto initæ, beysammen seyn vnd concurrieren mögen. Et hanc eandem sententiam secutus est novissime Jacob. Synzius *disput. de Jure protect. Argentina A.* 1621. *habita thes.* 8. ubi scribit Municipia, universitates, Collegia & cæteros qui subditorum vice sive in toto, sive in parte defunguntur, liberam tamen rerum suarum administrationem habent, arg. à genere permissorum quod *in Cap. VI. sub initium* fuse deduximus, posse vel ipsum Dominum & Magistratum ordinarium Protectorem eligere, vel extraneum cujus præsidio res & fortunas sine metu & periculo habere liceat, ad hoc allegans Bartol. *in extravag. Qui sint Rebell.* & Schurpff. *cons.* 23. *num.* 4. *cent.* 3. Gerhard. *Exercit. Justin. Decad.* 16. salvis tamen undequaque subjectionis Juribus.

Ratio decidendi V. Quinto specialis hæc propriorum Magistratuum cum subditis suis defensionis conventio, plana ac manifesta fit, exemplo Judæorum, qui licet illorum, in quorum Territoriis habitant, subditi † 383 sint (per notata Marq. de Susan. *tract. de Judæis p.* 2. *ca.* 1. *n.* 3. ubi scribit eos si habitent in Imperii terris, Imperio esse subjectos, aliisque Principibus si in eorum territorio larem foveant, prout etiam Papæ si in terris Ecclesiæ quoad temporalia, sicut Christiani, subesse c. si duobus de Appellat. & notatur per glossam *in c.* 11. Verbo, Lex Civilis, de arbitris *in* 6.) nihilominus tamen in specialem eorundem protectionem recipiuntur, ut quotidiana docet experientia, & nominatim testatur præstantiss. Jurisconsultus Joan. Womesius *in c. consuluit* 19. *de Appellat. num.* 4. subsequentibus verbis. *Cum igitur,* inquit, *& Judai inter subditos sint, pro eis, si gravantur, Regi appellare †* 384 *permittendum est, & quidem plerunque magis ob id, quod ultra communem, quam Principes suis subditis debent defensionem, Judæi in speciali †* 385 *plerunque sint protectione, seu, ut ajunt, Salvaguardia, ob tributum quod ab eis passim accipiunt.*

Ratio decidendi VI. Sexto insuper hæc ipsa sententia evidenter corroboratur & evincitur ab usu quotidiano Sacræ Cæsareæ Majestatis: Videmus enim tota die fieri ut Imperatores † 386 Romani S. R. I. subditos tam mediatos quam immediatos licet jam antea sub ipsorum tutela sint, attestante id nominatim piissimæ memoriæ Rudolph. II. in diplomate Protectionis Dn. Burckhardo à Berlichingen dato ubi *in princ.* ita habetur. Wir Rudolph etc. wiewol alle vnd jede vnsere vnd deß heyligen Reichs gehorsame Ständ vnd Vnterthanen/ gemeinlich in vnserm als Römischen Keysers vnd gemeinen Oberhauptes Schutz/ Schirm/ Protection vnd Versprechung seyn/ etc. in specialem tamen quam communiter Salvamguardiam appellamus, protectionem recipiant.

Eosdem autem, tanquam omnium Magistratuum fontes, in omnes † 387 & singulos intra Imperii Romano-Germanici limites, domicilium foventes, plenissimam & ordinariam habere Jurisdictionem, nemo sanioris cerebri, negabit, & consequenter omnes illos, quibus taliter Salvamguardiam largiuntur, eorundem esse subditos, accumulatis aliorum auctoritatibus testatur And. Knichen. *de Jure Territ. c.* 1. *n.* 187. Schwanman. *obs. Cam.* 2. *nu.* 6. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 11. *n.* 4. *&* 5. quia habet Jurisdictionem in homines † 388 hominum suorum, Modest. Pist. *cons.* 28. *n.* 14. *vol.* 1. Matth. Stephan. *de Jurisdict. p.* 1. *memb.* 1. *c.* 1. *n.* 243. cum fidelitas † 389 atque obedientia Imperatori debita, in quolibet Juramento ac homagio excepta præsumatur. *c. Imperialem, §. fin.* & *ibi* Dd. *de prohib. feud. alien. per Freder.*

Nec quisquam ipsius Jurisdictionem † 390 declinare valet Abbas *in c. licet n.* 45. *de foro compet.* Decius *in c. meminimus de Appellat.* Jas. *in l. qui Roma col.* 4. *vers.* 3. *ff. de verbor. obligat.*

Idcirco mediatos Imperii † 391 quotidie, sive testimonii, sive litis causa, absque omni subsidio Juris, ex qualibet provincia Imperii evocari, illis mandare atque inhibere solet. Matth. Stephan. *d. c.* 1. *n.* 2. *&* 14. *& c.* 3. *num.* 1. *&* 244. Gail. 1. *obs.* 95. *nu.* 16. *& obs.* 98. *n.* 2. Hartman. Hartmann. 2. *tit.* 1. *obs.* 6. *n.* 14. Wurmser. 1. *tit.* 6. *obs.* 9. Wesenbec. *cons.* 97. monitoria & bannimenta in territoriis Statuum affigi & publicari citra ullam eorum requisitionem quotidie videmus Rutger. Ruland. *de commiss. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 6. Paurmeist. *de Jurisdict. lib.* 1. *c.* 27. *nu.* 36.

Quinimo hunc ipsum proprios nempe subditos in specialem protectionem recipiendi morem, non novum sed antiquissimum esse, patet, exemplo Imperatoris Ludovici I. Caroli Magni filii. Cum enim eodem regnante annum circiter 815. Hispani † 392 gravissimo Saracenorum jugo premerentur, multi eorum ejusmodi servitutis impatientes, bonis suis relictis, inde migravere, laresque suos in Gallias transtulere, quos quidem prædictus maxime pius Ludovicus non solum in subditos æqua conditione, uti alios Francos, suscepit, iisque agros, quos colerent, concessit, sed in specialem insuper protectionem adsumpsit atque à tributorum exhibitione, immunes fecit. Extat de his diploma ejusdem Imperatoris nuper

per à Pithæo *in Annalib. Francor.* editum, quod cum ad propositæ rei fidem faciendam inprimis spectet, in gratiam rerum antiquarum avidi lectoris, integrum subjiciam. id autem sic habet.

Diploma Ludovici I, Imperatoris quo nonnullos homines ex Hispania in Galliam migrantes in subditos accipit, ac eosdem insuper in specialem protectionem assumit.

393 In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus, omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ ac nostris præsentibus scilicet, & futuris in partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, Provinciæ & Hispaniæ consistentibus.

Sicut nullius vestrum notitiam effugisse putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppressionem & crudelissimum jugum quod eorum cervicibus inimicissima Christianitati gens Sarracenorum imposuit, relictis propriis habitationibus & facultatibus, quæ ad eos hæreditario Jure pertinebant, de partibus Hispaniæ ad nos confugerunt, & in septima via & in ea portione Hispaniæ, quæ à nostris Marchionibus in solitudinem redacta fuit, sese ad habitandum contulerunt, & à Sarracenorum potestate se subtrahentes nostro Dominio libera & prompta voluntate se subdiderunt. Ita ad omnium hominum notitiam pervenire volumus, quod eosdem homines *sub protectione & defensione nostra receptos*, in libertate conservare decrevimus, eo videlicet modo, ut sicut cæteri liberi homines cum Comite suo in exercitum pergant, & in marcha nostra juxta rationabilem ejusdem Comitis ordinationem atque admonitionem, explorationes & excubias: (quod usitato vocabulo Wactas dicunt) facere non negligant, & missis nostris, aut filii nostri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miserimus, aut legatis qui de partibus Hispaniæ ad nos transmissi fuerint, paratas faciant, & ad subvectiones eorum veredas donent. Alius vero census ab eis neque à Comite, neque à junioribus & ministerialibus ejus exigatur. Ipse vero pro majoribus causis, sicut sunt homicidia, raptus, incendia, deprædationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum invasiones, & undecunque à vicino suo aut criminaliter aut civiliter fuerit accusatus, & ad placitum venire jussus: ad Comitis sui mallum omnimodis venire non recusent. Cæteras vero minores causas more sicut hactenus fecisse noscuntur, inter se mutuo definire non prohibeantur. Et si quispiam eorum in partem, quam ille ad habitandum sibi occupaverat, alios homines undecunque venientes attraxerit, & secum in portione sua, quam ad portionem vocant, habitare fecerit, utatur illorum servitio absque alicujus contradictione vel impedimento, & liceat illi eos distringere ad justitias faciendas, quales ipsi inter se definire possunt, cætera vero judicia id est criminales actiones ad examen Comitis reserventur; Et si aliquis ex his hominibus, qui ab eorum aliquo attractus est, & in sua portione collocatus, locum reliquerit, locus tamen qui relictus est à Domino illius, qui eum prius tenebat non recedat; Quod si illi propter lenitatem & mansuetudinem Comitis sui, eidem Comiti honoris & obsequii gratia quippiam de rebus suis exhibuerunt; non hoc eis pro tributo vel censu aliquo computetur, aut Comes ille vel successores ejus hoc in consuetudinem præsumant, neque eos sibi, vel hominibus suis, aut mansionaticos parare, aut veredas dare, aut ullum censum, vel tributum, aut obsequium, præter id quod jam superius comprehensum est, præstare cogat. Sed liceat tam istis Hispanis, qui præsenti tempore in prædictis locis resident, quam his, qui adhuc ad nostram fidem de iniquorum potestate fugiendo confluxerint, & in desertis atque incultis locis per nostram vel Comitis nostri licentiam consedentes, ædificia fecerint, & agros incoluerint, juxta supradictum modum *sub nostra defensione atque protectione* in libertate residere, & nobis ea, quæ superius diximus, tam cum Comite suo, quam cum Missis ejus, pro temporum opportunitate alacriter atque fideliter exhibere. Noverint tamen iidem Hispani, sibi licentiam à nobis esse concessam, ut se in Vassaticum Comitibus nostris, more solito commendent, & si beneficium aliquod quispiam eorum, ab eo, cui se commendavit, fuerit consecutus; sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere, quale nostrates homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent; Idcirco has nostræ auctoritatis literas eis dare decrevimus, per quas decernimus atque jubemus, ut hæc nostræ libertatis ac mansuetudinis constitutio erga illos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris inviolabiliter conservetur: Cujus constitutionis in unaquaque Civitate, ubi prædicti Hispani habitare noscuntur, tres descriptiones esse volumus, unam quam Episcopus ipsius Civitatis habeat, & alteram, quam Comes, & tertiam ipsi Hispani, qui in eodem loco conservantur. Exemplar vero harum in Archivo Palatii nostri censuimus reponendum, ut ex illius inspectione, si quando (ut fieri solet, aut ipsi reclamaverint, aut Comes, vel quilibet alter contra eos causam habuerit: definitio litis fieri possit. Hanc quippe constitutionem, ut per diuturna tempora à fidelibus sanctæ

Ecclesiæ

Ecclesiæ Dei & nostris, & verius credatur, & diligentius conservetur, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Domini Ludovici serenissimi Imperatoris. Durandus ad vicem Heli Sachar recognovit Datum Calen. Januarias Anno Christo propitio 815. Imperii Domini Ludovici piissimi Augusti II. Indictione octava. Actum Aquisgrani Palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen.

Ex hucusque Diploma Ludovici Imp. ex quo uti & aliis cum Exemplis, tum auctoritatibus hanc in rem inductis, satis liquescet, nullo juris obstante impedimento posse inter Magistratum & proprios illius subditos, singulare protectionis fœdus feriri. sæpiusque ab Imperatoribus, specialem tuitionem, Dominis ordinariis demandari ac committi.

394 *Subditorum in specialem protectionem receptio quos sortiatur effectus.* Nec vero hujusmodi subditorum † specialis in protectionem receptio (cum verba semper aliquid operari debeant *c.* 10. *de Privil. in* 6.) frustranea aut de vento servire censenda est (ut in terminis privilegii M. Ant. de Amar. *dec.* 10. *n.* 28. & Schrad. *conf.* 12. *n.* 109. loquuntur) sed utiles habet effectus.

Effectus I. Primum enim operatur, quod Dominus ex tali receptione ad servandam fidem subditis arctius obstrictus sit. Quod enim aliquis speciatim ac singulariter promittit, plus solet timeri indulgentiusque observari, quam quod generali sponsione inductum fuit *Can.* 9. *dist.* 23. *c.* 11. *de Har.* & arg. *l. fin. pr. C. de indict. vid. toll.* Molinæ. *in consuet. Paris. Tit.* 2. *pr. n.* 12.

395 *Effectus II.* Deinde hæc protectio † magis specialiter, quam universalis Clientes susceptos, ac bona eorundem sub protectionem Advocati reducit eumque propter particularem, cum iisdem initam conventionem plus obligat, quam generalis tutela, nominatim id attestante Hier. Schurff. *cent.* 3. *conf.* 23. Her. Vult. *conf. Marpurg.* 19. *n.* 115. *vol.* 3. quia alias etiam plus inesse † solet speciali expressioni, quam generali, & specialia plus operantur quam generalia, *l. apud Labeonem.* §. *hoc edictum Digest. de injur. leg. sed etsi,* § *quæsitum ubi Dd. Digest. si quis caut. l. si peculium servo ff. de pec. leg. c. bona de confirm. util. vel inutil. c. super eo de appellat.* Socin. *in l. cum filio n.* 1. *ff. de legat.* 1.

396

Præterea quando summi Principes, Papæ vel Imperatores, vel alii Monarchæ suscipiunt aliquem in specialem † salvam guardiam, tunc semper inferitur literis certa aliqua pœna, quam ii, qui susceptum in persona vel rebus offendunt aut violant pro dimidia fisco protectoris & altera dimidia parti offensæ pendere coguntur, cujus formidine tales subditi multo minus quam alii læduntur. Adhæc istiusmodi specialis protectio id etiam operatur, quod Domini ad juvandos † tales subditos facilius moveantur, quam alios uti probat text. *in c. recepimus* 8. *un. gloss. fin. extr. de privil. ibique* Abb. *col.* 2. *post med.* & Schurff. *conf.* 23. *post num.* 3. ubi præcipue notanda quæstio *d. c. recepimus*, quod valeat talis protectio per quam Papa † recipit quosdam sub sua protectione qui tamen propter illam rationem à jurisdictione Episcoporum non abstrahuntur *ibidemque* ad objectionem respondetur, quod licet parum videatur valere, attamen aliqua reverentia plus debeatur illis, quam aliis & citius moveatur Papa pro iis cum injuste gravantur ad literas concedendas, cui concordat gloss. fortior *in cap. ex parte* 2. *d. tit. de privil.* Quo pertinet quod Theodoricus Goth. Rex *conf.* 198. *de Tuit. & Mund.* quondam rescripsit: Superfluum quidem videri tuitionem specialiter à Principe petere cujus

397 *Magistratus proprii subditorum suorum in specialem tutelam receptio quem effectum sortiatur.* 398 399

universos communiter vindicare sit propositum, sed quia securitatem quorundam, violentorum execranda temeritas inquietat, non pigere dolentium querelis, ad hanc partem pietatis se adduci ut quod omnibus præstare cupiat, supplicanti potissimum conferat. Et sic patet quod ex tali subditorum in specialem protectionem receptione Domini recipientes pro talibus subditis specialiter in tuitionem, receptis citius ac fortius moveantur, quam pro aliis, Barbat. *consil.* 11. *num.* 33. *volum.* 2. idque sua non caret ratione, quia hic concurrunt duo vincula, naturalis scilicet ac civilis obligationis, quæ magis utique movere debent quam unum juribus vulgat.

400 *Specialis protectionis inter proprium Dominum ac subditos ejusdem, exempla.* Neque caret hæc assertio illustribus exemplis quorum in numero primum occurrit in antiquissima urbe Treverensi. Quamvis enim ea ipsa civitas vigore latæ per Imperatorem Carolum IV. sententiæ, quæ Archiepiscopum Cunonem Civitatis Advocatum simul & dominum vocat omni superioritate, jurisdictione mero mixtoque imperio & gladii potestate Archiepiscopis Treverensibus jam inde à primorum Franciæ Regum Christianorum temporibus subjecta fuerit, eandem tamen aliquot sæculis in speciali † eorundem Archiepiscoporum protectione fuisse Wilhel. Kyriander 401 *in Annal. urb. ejusd. Trever. part.* 17. *fol.* 225. (licet is liberam Imperii Remp. esse contendat) diserte prodidit ac testatur sequentibus verbis: *Ipsum insuper, inquit, Cunonem* 94. *Pontificem, ac pene omnes, qui eum insecuti sunt, quippe jam prapotentes factis, & finitima regionis domini, ob protectionem atque tutelam Civitatis annuam pecuniam cepisse negari nequit. Qua omnia sicuti cum honestate atque laude conjuncta fuere, atque etiamnum pro bono pacis merito expetuntur, ita plena potestatis aut dominationis Pontificum in ipsam civitatem indicia non esse, sed ejusmodi principatum, manifesto destruere, fatendum est.*

Exemplum III. Deinde manifestum ejus rei exemplum habemus in nobili ac illustri Collegio Chombergensi. Quamvis enim illud ipsum, uti olim, quando adhuc Monasterium fuit ordinis S. Benedicti, ita & hodie maxime post latam in Camera Imperiali Exemptionis sententiam, Episcopis Wurtzburgensibus, † ratione Ducatus Franconiæ, 402 in spiritualibus & temporalibus subjectum fuerit, ut colligitur ex narratis literarum Domini Rudolphi Episcopi Herbipolensis. Uber den Limpurgischen Affter Schirm / ibi und nach dem Wir dann auch an dem Ende des obgemelten Gottshauß / Abts / Prior / und Convent / auch der ihren Leuthe und güter / in Unserm Bisthumb und Hertzogthumb zu Francken gesessen und gelegen / Landtsfürste und ordentlicher Richter seindt.

Nihilominus tamen Præsules Herbipolenses, ejusdem nobilissimi Collegii, speciales & quidem perpetui ac Hæreditarii protectores † existunt, ex commissione Imp. Frider. III. qui Anno 1485. Advocatiam 403 † Chombergensem, à civitate Hallensi, quam eidem 404 Ludovicus Rex Romanorum Anno 1318. commiserat, revocatam, in præfatum Principem ac Dd. Rudolphum Episcopum Herbipolensem, ac Ducem Franconiæ, omnesque ipsius successores, in perpetuum transtulit vigore diplomatis à dicto Imperatore Friderico desuper concessi.

Plura hujus rei, per Magistratus receptorum in peculiarem tuitionem subditorum propriorum exempla, in sacro Romano Imperio Germanico extare nullius dubito.

Solutio contrariorum. His itaque jactis, pro affirmativæ decisionis conclusione, fundamentis, ut omnem, ex animis in contrariam sententiam forte inclinantium evellamus scru-

 pulum

pulum, superest, ut adductas initio quæstionis dubitandi rationes, quod factu difficile non est, ordine diluamus.

405 *Responsio ad I. dubitandi rationem.* Quod igitur primo loco dictum est, frustra id peculiari facto quæri; quod per se ac jure communi competit, licet enim præcise loquendo verum sit, assertioni tamen nostræ aliud obsistit: Inficias siquidem ire nemo possit, qualibet in re † ad obligationem naturalem accedere posse civilem, & quod per se firmum est, accedentibus firmioribus vinculis posse fieri firmius, attestante id quotidiana experientia, unde etiam annexa ibi axiomata frustra nempe fieri cujus effectus nil operatur &c. perperam adducta sunt. Quia constat ex prædictis speciales defendendi pactiones etiam inter subditos & proprium magistratum haut suo carere effectu.

406 *Responsio ad II. dubitandi rationem ab auctoritate.* Quod autem secundo loco ad Sixtin. † Vulteium & Maulium attinet, opposuimus iisdem plures non solum auctoritates sed etiam exempla quibus utique magis innitendum est, quam nudis ipsorum assertionibus, cum alias regulariter magis inhærendum sit dicto † plurium, quam paucorum *c. nostro v. mandamus & ibi gloss in* 407 *verb. adversa extra de testib.* Mynsin. *obs.* 38. *vers. tertius gradus cent.* 4. Hippol. Riminald. *cons.* 344. *n.* 45. *lib.* 3. Magon. *decis. Lucens.* 8. *n.* 7. *part.* 1.

408 *Responsio ad III. dubitandi rationem.* Non obstant denique illa quæ ex Replica Julii † Pflugii allata fuere, ea enim per adductas decidendi rationes satis per se confutantur, & ex iis etiam, quæ prædictus Elector, in sua Duplica (quam Frider. Hortleder in opere amplissimo von Ursachen deß Teutschen Kriegs / *lib.* 5. *c.* 18. integram exhibet, eidem regessit, abunde diluuntur, quæ subsequentis sunt tenoris.

Es solte darwider (Bischoff Julius) bedacht haben/ warumb dann der Bapst / in etlichen seinen Decretalen/ anzeiget/ und gestehet/ daß er offt einem Stifft/ oder Closter in seinen sonderlichen Schutz und Protection genommen / so er sich doch für aller Geistlichen Oberherren achtet / hebe nun der Schutz alda die Obrigkeit nicht auff / warumb solte dann alhie das Hauß zu Sachsen nicht vielmehr der dreyer Stifft Landtsfürst / oder den sonderlichen Schutz mögen und können seyn.

Ampliatio antepositæ decisionis. Cæterum hucusque ab objectionum tricis defensam decisionem extendere licet, ut vires exerat suas, sive subditi in protectionem recipiendi sint † Laici 409 sive Clerici arg. *c.* 8. & 18. *extra de privil.* Knich. *de Sax. non prov. Jur. c.* 5. *n.* 552. & *de jure territ. c.* 4. *nu.* 388. Christ. Lehman. Speyr. *Chron. lib.* 2. *c.* 36. *Menoch. arb. Jud. qu.* 338. *n.* 6. Confer. *ea quæ in Cap. III. sub n.* 151. dicta sunt.

Quinimo supplicantes Clericos, cum rebus suis sub Protectione & Salvaguardia non solum propria suscipiendi, sed etiam in aliorum Principum tutelam reducendi, Imperator tanto urgentiorem habet causam quod is ordinarius Ecclesiarum, ceu alibi cumulate probavimus, Advocatus sit, cum vero Ecclesiæ appellatione Clerici & Monachi contineantur, ut ex Seraph. Olivar. *decis.* 1675. Marta Neapolitan. *in Dig. noviss. Tom.* 6. *lit. M. verb. Monasterium.* tradit, ideo & omnes Ecclesiasticæ personæ ipso jure in ejusdem protectione existunt Cach. *dec. Pedem.* 88. *n.* 14. & *seq.*

Inter innumera autem exempla, quæ ostendunt non minus sæculares quam Ecclesiasticas personas ab Impp. tanquam propriis dominis in specialem protectionem receptas fuisse, in comprobationem Ampliationis hujus adducimus literas protectitias Caroli V. Imp. *alibi* etiam pro materiæ hujus exornatione commemoratas, quibus Magistrum ordinis S. Joan. omnesque ejus Commendatores & Commentorias in suam & S. R. I. tuitionem particularem Anno 1540. recepit, quas suppeditat Frider. Hortleder. *Tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 10. *de caus. belli Germanici.*

410 Etsi vero laudatissimi ordinis hujus † Milites D. Joannis sacri, eo quod non contemplationi ac orationi sed 411 sæcularibus † negotiis & militiæ ex professo serviant, & exemplo Machabæorum pro fidei tuitione arma clericis regulariter interdicta, libere tractent, inter Laicos & sæculares potius quam Ecclesiasticos seu clericos numerandi, per notata Petr. Greg. Tholos. *Syntag. Jur. univ. lib.* 15. *c.* 34. vel saltem non proprie sed largo modo Religiosi esse videantur, Vivius *decis.* 446. *n* 10. Natta *consil.* 508. *num.* 3. & 4. Seraph. *decis.* 591. *nu.* 5. *vol.* 1. *in noviss.* maxime etiam cum feudorum † capaces esse censeantur Natta *cons.* 507. & 508. *per tot.* Viv. *loco citat. n.* 7. & *seq.* D. Rosenthal. *de Feud. c.* 7. *conclus.* 30. *num.* 11. & *seq.* Tamen his non attentis omnino dicendum est hos milites clericos non Laicos esse argum. *cap.* 50. *de sent. excom.* Vasq. 3. *illustri. controv. cap.* 105. *n.* 49. Decia. *cons.* 51. *n.* 9. *vol.* 3. Dauth. *de test. pr. n.* 178. *in fine v. Amplia sexto* Masc. *de prob. concl.* 959. *n.* 3. M. Ant. Surgens *in tr. de Præfect. prat. aliisq. Magist. lib.* 1. *c.* 37. *n.* 17. Valasc. *decis. Lusit.* 14. *nu.* 8. Cach. *decis.* 27. *n.* 18. tum quod omnibus † gaudeant 413 Clericorum privilegiis Dec. *cons.* 51. *n.* 9. *vol.* 3. & sub B. Aug. Regula constituti sint, bona & titulos Ecclesiæ possideant, dignitatemque Ecclesiasticam habere dicantur Paris. *cons.* 44. *per tot. vol.* 4. Pacian. *de prob. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 98. Tum quod Ecclesiasticæ † non sæculari sub- 414 jaceant potestati, Chassan. *de glor. mund. p.* 9. *in* 4. *consid.* Tum denique quod in eorum † successione ordo, 415 ut Ecclesia proximis præferatur agnatis *Auth. ingress. C. de SS. Eccles.* secundum quam Anno 1543. die 5. Novemb. in Camera Imp. † judicatum est, defuncti militis Hierosolymitani vel Teutonici (hi enim ordines fraternizant) hæreditatem non ad familiæ hæredes, sed ad supremum ordinis Magistrum pertinere.

Militum ordinis S. Joannis utrum inter Laicos vel clericos referendi, I. Ratio dubitandi quod Laici. 412 II. Ratio dubitandi. Decisio quod sint clerici. Ratio decidendi I. Ratio decidendi II. Ratio decidendi III.

416 *Solutio rationis dubitandi I.* Nec obstat quod hi Milites sæcularibus negociis atque militiæ ex professo serviant & arma tractent, quia in casu † necessitatis, pro defensione fidei arma clericis 417 adeo stricte interdicta non esse, Panor. *in c. clerici ext. de vit. & honest. cler.* nec jura illa clericis † arma pro- 418 hibentia in hisce Militibus locum habere, ex singulari ordinis, ad hæc tractanda & contra fidei hostes usurpanda prærogativa.

Solutio rationis dubitandi II. Nec pariter obstat quod de Militum horum circa Feudales successiones capacitate, † objectum fuit, 419 cum in eo Feudistæ non omnes conveniant, sed Negativam multi defendant, uti sunt Barbat. Chassan. Cotta Marin. Menoch. Brun. Roland. à Valle Cacheran. relati à D. Rosenth. *d. loc. in lit. O.* & præterea etiam Ruin. *cons.* 103. *num.* 3. Guer. Pis. *in Prælud. Feud. c.* 13. *per tot.* Molin. *de Hispan. primogenit. libr.* 1. *c.* 13. *nu.* 99. Cravett. *cons.* 938. *nu.* 1. Cacher. *cons.* 42. *nu.* 38. allegati à D. Hepingk *disser. novissima de jure protect. concl.* 29. *lit. B.*

420 *Virum aliquis hæreditariam Advocatiam pactitiam, & sublimem territorii jurisdictionem simul habere possit.* Porro ex deductis hactenus præmissæ de subditis à proprio etiam † domino in specialem protectionem recipiendis, resolvitur, illa etiam quam Georg. Gumpelzheimer. *in discurs. de jur. clientel. in not. ad Thes.* 2. *sub lit. H.* movit, sed indiscussam reliquit, disquisitionem, *An nimirum aliquis simul hæreditaria protectione, & sublimis territorii jurisdictione frui possit.* Quod omnino affirmamus, per easdem decidendi rationes, quas in superiori disputatione assignavimus, id præterea addentes nihil obstare, quin Princeps aliquis simul, † & una habere possit superioritatem territorialem, die Landsfürstliche ober- 421 *Decisio Affirmativa.* hohe / Ober und Herrlichkeit / (cujus acquirendi modos eleganter explicat Christophorus Mingius, *de superioritate territoriali capit.* 2. *conclus.* 25. & *seq.*)

Item

Item in eadem dependentem, ordinariam protectio-
422 nem, hoc est Landschutz † quæ ut *alibi* explicuimus, nihil est aliud quam generalis defensio ac custodia territoriorum tam juris quam facti, potioribus Jurisdictionis & superioritatis juribus annexa, Zas. 1. *consil.* 14. *n.* 8.
423 & hæc ad solum Principem, † vel eum qui Jura Principis obtinet, nec non ad Dominos universales qui omnem Jurisdictionem & superioritatem habent, pertinet, ut eleganter tradunt Adrian. Gilman. 1. *decis.* 33. *numer.* 3. *& sequen.* Meichs. *decis. Cameral. Tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 3. *num.* 4. *& seq.* Schurpff. *cons.* 7. *num.* 1. *vol.* 4. *inter consil.* Laur. Kirchof. Natta *cons.* 906. *n.* 12. *in fine* Cothm. *resp.* 38. *num.* 63. *vol.* 3. *& respons.* 3.
424 *passim volum.* 4. ubi Jurisdictionis † argumentum esse Tutelam publicam vulgo Verbittelgulden / tradit Boer. *decis.* 179. Inde etiam à quibusdam superioritas territorialis definitur protectio defensioque ratione Jurisdictionis seu gubernationis territorii universalis competens Wehner. *pract. obser. verb.* Landtsfürstliche Obrigkeit Ziegl. *commun. conclus.* §. *Landsassii numer.* 8. *& ibi allegat.* Et tertio denique Protectio
425 † extraordinaria pactitia seu Erbschutz vel Erbkastenvogtey / ex eo ortum sumens ac competens quando nimirum Principes, Domini ac superiores subditis suis intra proprios territorii illius fines habitantibus per conventionem peculiarem, pactum vel contractum specialem protectionem & clientelam promittunt ac præstant adversus quemcunque, quæ pactitia Advocatia, non ad jus superioritatis, uti Landtschutz refertur, sed ex pacto speciali inter Principem ac subditos illius oritur, ad quæ conferri possunt tradita à D. Gæddeo *in respons. Jur. de restitut. Baron. in Vallend. num.* 297. Christoph. Ming. *de superioritat. territor. cap.* 5. *conclus.* 66. & Gilman. *in præcedenti etiam qu. allegatus* 1. *dec.* 1. *n.* 189. ubi decidit Landtherren † & Vogtherren simul esse posse, &
416 consequenter Landtsfürstliche Obrigkeit Landt & Erbschutz in una eademque persona concurrere posse, concludendum est.

427 Ex his tamen inferendum † non est Principibus qui superioritatem territorialem habent, eo ipso etiam in Monasteria vel Ecclesias collegiatas, in suo Principatu sitas, aliquod jus protectionis ordinariæ vel extraordinariæ competere.

Principes & alii Status, Ecclesiarum in Territoriis suis sit arum quando & quibus casibus ordinariæ vel extraordinariæ protectionis jus habeant.

Etsi enim, ut *alibi* dictum est, præter ordinariam protectionem Ecclesiarum, vi superioritatis competentem, Principibus, plerunque etiam in cœnobia, sub eorum districtu sita, jus Advocatiæ & inspectio justitiæ & administrationis temporalium ut Rodoan. *in tr. de rebus Eccl. non alien. sub rubric. de caus. cognit. in alien.* & Wehner. *in pr. obs. lit. V. Voce*: Vogthey. asserunt competere soleat, Et Principes ut plurimum
428 eo ipso, quod Ecclesiæ † Cathedrales situatæ sunt in eorum Dominiis & Ducatibus, fundatam censentur habere intentionem de jure, quod sint illorum patroni: ad tradita Hortleder Reichshandlung *tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 12. ubi Guid. de Baysio *in c. lectis dist.* 63. & Bl. *in c. quanto. de judic. in fin.* citat, dicentem, hoc facere pro Principibus Alemanniæ, in simili fundatam intentionem, quoad Episcopatus in eorum Ducatibus con-
429 clusos habentes, id tamen iis duntaxat casibus, proce-
430 dit, quando Episcopatus, vel monasteria non exempta sed de ipso Principis territorio sunt, quo casu regulariter intra territorii † septa inclusa, in fide & patrocinio principis esse præsumuntur, id quod infinitis auctoritatibus probat Zach. Vietor. *de causis Exempt. conclus.* 27. Secus autem est quando † Monasteria, quod ad situm duntaxat in Principis alicujus territorio, per se tamen exempta existunt: Maximam enim hi termini in se continent discrepantiam, esse scilicet in territorio

Casus 1. Ubi situs Monasterii in alterius territorio, juris Advocatitii præsumptionem præbet.

431 † Principis, & de territorio Principis, juxta doctrinam Petr. Anchoran. *cons.* 437. *num.* 3. Augustini Beroi. *cons.* 12. *num.* 1. *& multis seqq. vol.* 3. posterius siquidem subjectionem infert, alterum non item: cum paria sint, esse extra territorium, & esse in territorio, sed exemptum, id est habere proprium ac separatum territorium in alieno territorio: Hostiens. & Panorm. *in c.* 30. *nimis n.* 12. *de jurejur.* Mynsing. *cons.* 16. *nu.* 45. Meichsner. *Cameral. decis. tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 6. *num.* 9. *& decis.* 8. *n.* 41. 42. 43. *Et tom.* 3. *decis.* 6. *nu.* 50. Zachar. Vietor. *de caus. exempt. imperii, concl.* 27. cujus rei exemplum nobis suppeditat Stumpffius *in Chro. Helv. lib.* 7. *c.* 9. quo loci videre est, quod
432 licet Monasterium † Murense olim antequam Helvetii partes illas occuparunt, in Comitatu Rorensi, situm Comitatu, tamen nullo modo subjectum sed plane exemptum fuerit.

Et ut alio exemplo res fiat illustrior, cum olim
433 Rex † Ludovicus II. (Caroli Magni nepos) circiter Annum Christi 833. (ut Stumpffius & Bruschius scribunt, Munsterus enim ponit Annum 853) Advocatiam seu Præfecturam Thuricensem (seu ut Latinus textus apud Simlerum, *de Republ. Helvet. lib.* 1. habet) curtim suam Turegum, in Ducatu Alemannico, in Pago Durgaugensi sitam Monasterio SS.
434 Felicis † & Regulæ in urbe Tigurina, à se fundato, dotis nomine, applicasset, ac postmodum alii Imperatores ac Reges non illud solum cœnobium, sed & totam ditionem Thuricensem, in sacri Romani Imperii Advocatiam, tutelam ac protectionem recepis-
435 sent. Conradinus † vero ultimus Suevorum Dux, in ejusdem Monasterii ac Præfecturæ bona ac homines, eos sibi ac Ducatui suo Sueviæ subjectos esse prætendens, diversa dominii ac superioritatis Jura, usurpare tentasset, tandemque ipsos reluctantes ceu contumaces à Patre suo Conrado IV. Imperatore, ut Stumpffius *lib.* 6. *cap.* 16. scribit, in Imperii Ban-
436 num declarari effecisset, † ejus rei certior factus
437 † Richardus Romanorum & Angliæ Rex, id per-
438 mittere noluit, sed latam in eos Banni † sententiam, Hagenoiæ 20. Novembris Anno 1262. annullavit atque irritam fecit.

439 Etsi enim prædicta urbs & Monasterium † in Ducatu Sueviæ iis temporibus situm, exemptum tamen & immediate Imperio subjectum fuit, id quod Simlerus *d. loco* sequentibus verbis commemorat.

Sane fideli relatione pervenerit ad Serenitatis nostræ auditum, quod Conradinus olim Conradi Regis filius, qui se Ducem Sueviæ nominat, ea non contentus injuria, quod in vanum sibi gloriam alienam usurpat, insuper etiam in cives nostros Turicenses in nostro, & Imperii nostri gremio speciali collocatos, nec ad Ducatum eundem, sed ad Imperium, prout stabilivit antiquitas, & modernitas approbavit, immediate spectantes, tanquam subessent memorato Ducatui, proscriptionis de facto, cum nullo penitus jure posset, sententiam promulgavit &c.

440 Quæ exempla aperte docent, situm † Monasterii, in Principis vel alterius Status territorio non apparente manifesto consensu eoque subsequente aliquo Jurisdictionali passivo actu roborato, per se nihil Juris inferre, per textum *in leg.* 22. *cum scimus C. de Agric. & cens. &* §. 1. *plane Inst. de milit. test.* Ant. Fab. *lib.* 7. *C. tit.* 3. *de fin.* 5. Vietor. *d. tract. concl.* 2327.
441 37. immo † potius verba impropriari debent quam ut

ut tertio noceant: Decius post Bald. *cons.* 468. *nu.* 19.

Cum igitur hoc vel illud Monasterium cujuscunque ordinis exemptum esse dicimus, exemptio ista non præsupponit subjectionem aliquam fuisse præviam; sed solum intelligitur per præservationem, ne scilicet imposterum alicui subjiciatur uti præ cæteris luculenter ostendit Compilator Cisterciensium privilegiorum *An.* 1491. *fol.* 4.

Casus II.

Deinde prædicta Juris Advocatitii Principi ob situm in territorio Monasterium competentis assertio, 442 vera est, quando Princeps, † vel majores illius Monasteria in ipsius territorio sita, fundaverunt, atque ita fundationis ratione, jus Advocatiæ Hæreditariæ, nacti fuerunt, ad notata D. Hepingk. *de Advoc. concl.* 12. *in notis sub lit. F. ver. tum autem maxime hoc* 443 *obtinebunt.* dum modo tamen † Fundatores juri suo quod in fundis ac bonis, in Ecclesias vel Monasteria à se fundata, collatis, habuerunt, vel ipsi etiam Advo- 444 catiæ non renuntiaverint, cujusmodi † renuntiationes, in fundationibus cœnobiorum ordinis Cisterciensis ex primæva sua institutione, necessario ac semper fieri debere *in cap.* I. ostendimus: Eo enim ca- 445 su † fundatorum successoribus regulariter nullum Advocatiæ jus, in Monasteria etiam in territoriis suis situata competit. Renuntiatio enim, uti omnia a- 446 lia † jura resignata tollit, ita etiam juris Advocatitii, quod alias ex fundatione competere *in Cap. IX.* diffuse probavimus, privationem regulariter, inducit, *argum. l. si quis jusjurandum* 11. *versic. satis enim videtur absurdum C. de reb. credit. & jurejur. l. generaliter* 13. *vers. nimis enim indignum C. de non num. pec. l. cum quidam §. fin. vers. quod enim semel repudiatum c. de condit. incert. l. homo liber.* 21. *ubi*: non revertitur in statum, à quo se abdicavit *ff. de statu hom. l. a die* 8. *§. fin. qui satisd. cog.* in quibus legibus clare probatur re- 447 nuntianti † juribus suis ad ea non dari regressus *l. penul. C. de pactis.*

Cæterum Ecclesias exemptas hoc habere Privilegium quod licet non subsint Principibus sæcularibus ii tamen protegere eas teneantur, post Gemi. notant Card. Tusch. *concl. jur. Tom.* 6. *lit. P. concl.* 935. *Tom.* 3. *lit. F. concl.* 7. *num.* 1. & Vent. de Valen. *concl. pol. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 12.

448 Porro ad calcem hujus capitis prætermittendum non est, eos etiam ab alio in protectionem non esse suscipiendos qui ab Imperatore † specialiter, ne recipiantur, prohibiti sunt. Solent enim nonnunquam Imperatores, Principibus Ducibus Comitibus Baronibus Nobilibus aut civitatibus Imperialibus singularia concedere privilegia, ne ipsorum famuli subditi, vasalli incolæ sine consensu eorum, in clientelam à quopiam recipi possint.

Exclusi ab Imperatore ab aliena clientela an nihilominus in protectionem recipi queant Negativa.

Cujusmodi privilegio nobilissima familia de Bibern † Anno 1490. ab Augustissimo Imperatore Fri- 449 derico tertio donata fuit sub insequente verborum tenore:

Daß niemands ohne der von Bibern vnd jhrer Erben sondern Gunst vnnd verwilligung/ keinen jhrer gebrötten Diener/ Vnderthanen/ Lehenmänner oder Hindersassen/ so sie mit Thür vnd Nagel beschliessen/ oder vber die sie samentlich oder besonder Vogtrecht / oder andere Gericht haben/ in Verspruch/ Schutz vnnd Schirm annehmen/ noch empfahen/ auch da schon solches hierüber beschehen/ doch nichts destoweniger die auffgenommen Personen/ auff deren von Bibern mündtlich oder schrifftlich abfordern/ in sechs Wochen hernach solcher frembden Verspruchs Schutz vnd Schirms ledig/ vnd denen von Bibern ohne Irrung wider heimgewießen vnd gehorsam seyn sollen/ bey einer namhafften Geldts Peen/ alß 40. Marck lötiges Goldts.

Quod ipsorum privilegium † à subsequentibus 450 postmodum Maximiliano I. Friderici filio Carolo V. & Rudolpho secundo felicissimæ memoriæ Imperatoribus Augustissimis sub repetitione memoratæ pœnæ Pragæ 11. August. Anno 1578. confirmatum fuit Laurent. Reichwein *in formular. supplicat. cap.* 17. ubi prædictos Nobiles de Bibern citationem ad videndum se incidisse in pœnam ejusmodi privilegii contra N. N. qui subditos eorum in Eyerbach à debitis servitiis retractos ad rebellionem incitaverant, eosque receptantes contra præfatos de Bibern de facto tuebantur, ac protegebant, 21. Martii Anno 1599. in Camera impetrasse testatur.

Denique ut his finem imponam, generatim illud tenendum est, omnes † etiam Reos istiusmodi cri- 451 minum quæ non gaudent Ecclesiæ immunitate, seu quæ defensa injuriam potius religioni afferunt, quam favorem merentur, à protectionis subsidio excludendos fore, quas delictorum species nominatim recenset Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib.* 13. *c.* 23. *num.* 4. *& seq.*

Et hæc de personis ac triplici earum genere, quibus nimirum protectorum susceptio permissa vel interdicta sit, tum etiam quibus tutela recte committi possit, ac demum quinam in Clientelam admittantur, vel ab eadem tanquam indigni removeantur *præcedentibus tribus* hucusque continuatis *capitibus* dicta sufficiant, nunc missa efficiente ac materiali ad causam Advocatiæ formalem progrediendum, ac quibus ea modis constituatur atque in alios transferatur, explicandum est.

CAPUT IX.

De forma Advocatiæ, & quibus modis jus Protectionis constituatur, acquiratur, & jam acquisitum in alios transferatur.

SUMMARIA.

Nega-

Ad-

Advocatia an etiam absque verbis certis tantum quibusdam placiti signis inducatur, 76

Surrogatum sapit naturam ejus cui surrogatum est, 77

Placere potest unumquodque qualibet consensus expressione, nec verba semper sunt necessaria, 78

Protector dextram cedens verbisque duntaxat executivis consensum declarans ad defendendum perinde obligatur ac si verbis expressis id promisisset, 79

Protector manu stipulata defensionem promittens obligatur & contrahit pactum Advocatiæ, 80

Manuum seu dextrarum conjunctione producitur obligatio, 81

Consensus manu declarari potest & qualiter, 82

Subscriptione quæ animo sit obligandi Advocatia contrahitur, 83

Subscribens virtualiter omnia scribere videtur quorum habuit notitiam, 84

Approbatio omnis habet vim confessionis ibid.

Subscriptionibus non semper simpliciter credendum est ibidem.

Subscriptionum falsarum aliquot exempla ib.

Falsæ subscriptionis insigne exemplum ex Cujacio, quod causam dedit l. fin. C. de sacrosanct. Ecclesiis, 85

Charta vacua, quam Bianicam vocant subscripta & sigillata, nemini facile relinquenda, 86

Charta vacua subscribens ac sigillum appendens, quando obligetur, ibid.

Ex subscriptione chartæ vacuæ falsitatis commissæ exemplum memorabile quod Ferdinando Duci Mantuæ contigit, 87

Abusus chartarum ac literarum vacuarum apud Imperatorem Wenceslaum frequens, 88

Causa eadem sententia qua Imperatoria dignitate privatus fuit, inserta n. 89

Protectionis jus an nudo pacto seu consensu, vel nuda protegendi pollicitatione etiam constituatur n. 90

Negativa ibid.

Affirmativa n. 100

Pactum nudum non parit actionem

Contrarium n. 112

Lex civilis non assistit pactis nudis & conventionibus innominatis, 92

Lex ubi non assistit obligationi ibi non potest nasci obligatio jure civili efficax, 93

Actiones omnes sunt juris civilis, 94

Jus commune ubi in conventione defuit ibi exactio civilis nasci non potest, 95

Verbis temere ac incogitate prolatis nemo obligatur, 96

Homines sæpe plura ostentandæ benevolentiæ quam inducendæ obligationis causa pollicentur, 97

Verba honoris non obligant neque ex iis nascitur actio aut obligatio, 98

Obligatio ex promissis promiscue in familiari sermone & convivio factis non inducitur, 99

Pactum nudum æquitate canonica hodie non minus servandum est quam vestitum n. 101

Pacto nudo promissum recusare verecundia est, 102

Inter juramentum & loquelam simplicem Deus non facit differentiam, 103

Jus canonicum ad agendum condictione ex canone firmum & efficax est, 104

Pactum nudum per Principem cum subdito aut cum hoste initum valet & actionem producit, 105

Principis verba majoris sunt vigoris & efficaciæ quam hominum privatorum, 106

In gestis per Principem attenditur jus gentium non civile, 107.

Ex pacto jure naturali seu gentium nascitur obligatio naturalis jure illo efficax ad agendum, 108

Pacta servare humanæ fidei congruum est, 109

Ex pacto naturaliter debetur, 110

Ex pacto nudo in ligiis & trengis agi potest, 111

Pacta publica non egent fomento verborum eodẽ numero;

Pacta nuda naturaliter & ex æquo & bono obligant, 113

Pacta non servans contra naturam conscientiam & officium boni viri agit & peccat, 114

De peccato cavendo & causis conscientiæ ubi agitur in foro civili, ibi jus Pontificium observandum est, 115

Protectio quomodo pure vel sub conditione formetur, 116

Pure protectio plerunque initur, 117

Pura obligatio quænam sit, 118

Protectio sub conditione recte etiam constituitur, 119

Factum omne possibile & honestum ut in stipulationem deduci ita & conditionis causa adjici potest, 120.

Conditio protegendi omnis tam fortuita, quam potestativa & mixta est in eventu posita. 121

Casualis protegendi quæ sit conditio, 122

Potestativa quæ, 123

Mixta quæ, 124

Protectio sub conditione suscepta non debetur statim, sed existente demum conditione, 125

Spes est vigilantis somnium, 126

Conditionalis stipulatio propria confertur in tempus futurum, 127

Conditio de tempore præsenti vel præterito non suspendit obligationem, sed habetur pro pura, 128

Protectio ordinarie pacta in casum necessitatis an habenda sit pro pura vel conventionali, 129

Stipulationes cum dederis, cum veneris, cum poteris &c. conditionem habere dicuntur, 130

In stipulationibus non verba solum, sed & mens spectanda est, 131

Stipulatio sub conditione necessaria habetur pro pura, 132

Conditio Advocatiæ in eventum injustæ oppressionis adjecta, necessaria est, 133

Conditio qualiter expresse, vel tacite protectionis pacto inesse dicatur, 134

Operis Patrono à liberto promissis tacita inest conditio, si indicta fuerint, 135

Protectionis jus qualiter ad tempus vel ex tempore contrahatur, 136

Protegendi obligatio ad tempus contracta, certo tempore includitur, eoq; finito extinguitur, 137

Differentia inter Advocatiam ex tempore vel ad tempus contractam, 138

Quomodo Advocatia interdum cum accessione Jurisjurandi ineatur. 139

Advocati olim Monasteriis de recto & legitimo Advocatiæ usu ejusque capitalis servandis, se juramento obstrinxerunt, 140

Imperatores ac Romanorum Reges etiam hodie in actu inaugurationis de defendenda Ecclesia Romana juramentum præstant, 141

An Jusjurandum, quod electus novus Imperator personaliter vel per legatum summo Pontifici pro defensione Ecclesiæ Romanæ, sedis Apostolicæ ac Papæ, præstare solet, habeatur pro Juramento Homagii ac fidelitatis proprie dicto, vel obsequii & fidei defensionis tantum, 142

Affirmativa, 143

Negativa, 146

Decisio cum temperamento n. 230

Fidelitatis esse statuit Clemens V. in Clem. unic. de Jurejur. sub n. 143

Idemque communiter affirmant Canonistæ in d. Clem. unic. n. 145

Lotharius Saxo à summo Pontifice coronam Imperialem accipiens ejusdem pedibus se subjicit, 144

Henri-

Ee *Impp.*

Ex-

longi temporis definitionem valde periculosa, n. 343.
Tempus longum an duntaxat ad decennium extendatur ib.
In tempus longum cavere est in decem annos cavere, ibid.
Tempus longum alibi ad septennium, alibi ad quinquennium alibi ad biennium tantum restringitur ibid.
Tempus longum quodnam dicatur arbitrio judicis relinquitur, 344.
Clientes certum tempus protectoribus determinare utilius, quam se Dd. concertationibus subjicere. 345.
Clientela in breve tempus contracta, si gravis mutari, si proficua continuari potest, 346.
Advocati Monasteriorum antiquitus raro perpetui, plerunque autem revocabiles erant, ib.
Ecclesiæ bona ad tempus longum non sunt locanda, 347.
Alienare dicitur, qui ad tempus longum locat, ibid.
Protectio ad beneplacitum contrahentium auff beyderseits wolgefallen non instituenda, ibid.
Ratio, n. 350.
In protectionis negotiis tutum non est mero alienjus arbitrio se committere, 349.
Fœdus ad beneplacitum contrahentium initum periculosum, ibid.
Protectionis unionem in tempus determinatum iniri contrahentibus tutius est, eod.
Clientibus danda est opera ut milites conducti bello confecto statim dimittantur, 351.
Clientes maxime cavere debent, ne protectores arces & oppida ipsorum præsidio militari teneant, 352.
Præsidium ob receptum Vienna, Constantia, Trajectum & Cameracum libertatem amiserunt, ib.
Borussi antequam in Polonorum protectionem transferint universas arces diruerunt ibi.
Scotis Angli Anno 1559. in patrocinium receptis obsides dare eosq; sexto quoque mense renovare & ne arcem ullã iis in Scotia habere liceret, cavere debuerunt, 353.
Athenienses in Antipatri, Cassandri, Ptolomæi ac Demetrii clientelam se dantes, iisque arcem militari præsidio munire permittentes ab iis sub patrocinii specie oppressi sunt, sub n. 353.
Belgis confœderatis sub protectione Alenconii constitutis idipsum valde incommodavit, sub n. 353.
Tenuium adversus potentes maxima securitatis cautio, ut si potentes iis nocere velint, non possint, 354.
Ambitiosis & imperandi cupidis hominibus nocendi voluntas nunquam deest, ibi.
Protector non nisi æquissimis conditionibus cooptandus est, 355.
Legem rei suæ quivis quam vult figere potest, ib.
Primordium contractus inspiciendum est, ibi
Protectionum literis expressum inserendum est qualiter clientes protectori se submiserint, 356.
Advocatis ex constitut. Caroli V. Imp. certi limites præscribendi, ibid.
Nemo quod mente non agitavit dixisse præsumitur, ibi
Hominibus fraudulentis, pacta violandi ansa facile porrigitur. ibid.
Verborum aucupia in Tabulis clientelaribus vitanda, ib.
Guelpho Bavariæ Dux, à Luiboldo Comite Achalmensi, Zwifaltensi olim Monasterio Protector præfectus, 357.
Civitas libera certis conditionibus se patrocinio alienjus submittens singulariter cavere debet ne ultra pacta illa protectori obligetur, 358.
Civitates multæ Germaniæ certis conventionibus superiorem agnoscunt, & extra pacta conventa omnino sunt liberæ, ibid,
Jurisdictio limitata limitatum producit effectum, ibid.
Obligans se ad quædam, in aliis liber manet, 359.
Clientes ad certa duntaxat capitula se obligantes, in non expressis liberi manent, ibid.
Voluntas hominis in verbis sicut facies in speculo consistit, 361.
Verba ubi sunt expressa, voluntatis supervacanea est quæstio. ibid.
Protectionis capitula caute, attente ac prudenter conscribenda sunt, 362.
Non tamen nimis caute, ibid.
Nimietas omnis cautelarum fraudem inducere censetur, 363.
Cautela quo plus, eo plus fraudis, ibid.
In protectionis tabulis, ut jura tam magistratus, quam clientum salva & integra maneant, expresse reservandum est, 364.
Protectoribus nimia pollentibus vi & potentia sæpe in Dominos, & Clientes in subditos evadunt, 365.
Verba capitulorum contractui insertorum, qualiter interpretanda sint, 366.
Controversia inter Patronum & clientes orta qualiter ex literis protectionis, vel aliter tolli posse debeat, n. 367.
Verborum in interpretatione sequentia cum antecedentibus conferenda ibid.
Interpretatione ex tabulis deficiente, ad locorum observantiam recurrendum. ibid.
Patroni per clientes tempestive & non demum in medio belli furore constituendi ibid.
Auxilia in adversitate non facile inveniuntur, quæ in pace quæsita non fuerunt, ibid.
Socii rerum adversarum male queruntur, cum quibus rebus integris consilia communicata fuerunt, ibid.
Auxilium petere ab iis, quorum consilia in arduis antea neglecta, turpe est, ibid.
Respublicæ minus prudentes præsentia tantum pericula non futura considerant, 370.
Patronus externus non nisi efflagitante necessitate quærendus, ibid.
Belgicarum provinciarum confœderati intempestive de Protectore deliberant, 371.
Advocati constituendi necessitatem clientes in tempore prævidere, eamq; dissimulare debent, 372.
Securitatis pars in eo etiam consistit, ea non ex professo petere, ibi.
Advocatia indefinite & nulla temporis adjectione constituta quam diu duret, an sit revocabilis vel perpetua. n. 373.
Affirmativa, n. 374 Negativa, n. 381.
Advocatia ad commodum & defensionem clientum duntaxat instituta est, & 375. n. 379. contra n. 395.
In Advocatiis gratuitis, nec faciens nec recipiens defensionem, ut perpetuo præstetur ac recipiatur, cogi potest sub n. 379.
Actus vel consensus ad unius tantum utilitatem factus contraria ejus voluntate rursus dissolvitur, 376.
Ad utilitatem nostram receptum tamdiu durare debet, quamdiu nobis placet, & non ultra, 377.
Revocabilis est omnis concessio facta ad utilitatem concedentis, 378.
Defensoris civitatum officium temporale est, 380.
Magistratus quare olim plerunq; temporarii. eod.
Consensu duorum facta regulariter non alterius tantum, sed utriusque contraria voluntate dissolvuntur, 382.
Obligationes & negotia quo genere esse cœperunt, eo rursum dissolvuntur, 383.
Conventio certo tempore non definita præsumitur perpetua. 384.
Assessor simpliciter & non definito annorum numero assumptus, præsumitur perpetuus n. 385.
Voluntatis mutatio non præsumitur. eod.
Confœderatio in dubio & certis annis non adjectis præsumitur perpetua, 386.
Emphyteusis in dubio præsumitur perpetua, 387.

Per-

Perpetua sunt, quæ in favorabilibus certum finem determinatum non habent, n.388.

Feudum Advocato pro patrocinii præstatione concessum an sit perpetuum. n.389.

Advocatia speciem quandam jurisdictionis & superioritatis credicur, & respectu quodam servitutis rationem habet, 390.

Jurisdictionis, superioritatis, & servitutum causa ut plurimum perpetua magis, quam temporalis creditur, 391.

Advocatia jus aliquam dignitatis rationem habet cum defendendi officio conjunctam, 392.

Dignitas semel data sine causa revocari non potest, 393.

Assumptus ad officium cui dignitas annexa est præsumitur perpetuus, & debetur ei salarium pro futuro tempore, 394.

Defensoribus civitatũ certum tempus à lege definitũ, 396

Protectori à Jure nullum certum tempus definitum, 397.

Defensores civitatum ordinarii magistratus officio funguntur, 398.

A separatis nihil inferiur, 399.

Perpetuæ Advocatiæ utrum jure prohibitæ fint, 400.

Affirmativa, ibid. Decisio Negativa, ibid.

Fœdera æterna licita sunt, ibid.

Sole & sale omnia conservantur, sub n.400.

Bohemia regnum & domus Saxonica fœdere perpetuo colligata, ibid.

Item Hassia Landgravii & Saxonia Duces: ibid.

Fœdus inter Danos & Holsatos perpetuum Anno 1580. redintegratum ibd. (n.401,

Dextrarum complexione fides antiquitus firmari soli-

Manuum conjunctio quæ prima quadratura à Pythagora dicitur perfecta consensionis symbolum, 402.

Dextra data apud Persas firmissimi fœderis signum, 403.

In dextris religio ac fides fidei, 404.

Jehu obviam factus Ionadabo & dubitans de ejus animo sibi ab illo dextram tanquam fidelitatis tesseram porrigi jubet, 405. (406

Fides est dictorum conventorumq; constantia & veritas,

Promissio simplex à Nobili facta vim habet jurata, 407.

Promissio simplex quoad contrahendam obligationem æquivalet juramento, non tamen quoad incurrendam perjurii pœnam. 408.

Armeniæ Reges qualiter è dextris arctissime conjunctis cruorem elicitum lambentes fœdera sanxerint, 409.

Scythæ mutui sanguinis, ex incisis digitis expressi haustu fœdera contrahebant, 410.

Palmariæ insulæ incolarum in amicitiis ineundis mos, 411

Sathanæ fœdus cum Magis initum ritus cruentus, 412.

Theophilus qualiter se se Diabolo data ei syngrapha proprio sanguine conscripta obligaverit, 413.

Theophilus syngrapham sanguine suo exaratam ac Dæmoni traditam per invocationem Deiparæ Virg. ab eodem recuperat, 414.

Ægidii Roderici Valladerii Lusitani Christum abjurantis ac diabolo sese proprio chirographo mancipantis historia similis, 415.

Germani cujusdam Nobilis Adolescentis duplici chirographo cruento, Dæmoni sese obligantis ab eoq; facta utriusque restitutione liberati, memorabile ac recens exemplum, 416.

Jesuitarum laudabile institutum, & maxima ab eo in totum orbem terrarum profecta commoda, 417.

Leopoldus Serenissimus Austriæ Archi Dux Argentinensis & Patavensis Episcopus, maximus eorundem Fautor, ibid.

Jus protectionis quibus modis constituatur, ibid.

Advocatia quomodo per legem tam divinam quam positivam constituta sit, n.418.

Summi Pontificis partes sunt, pro universis Christianorum ordinibus orare & solicitum esse sub n.419.

Clerici continuis precibus insistere & altari inservire debent, ibid.

Arma Clericorum esse debent orationes & lacrymæ, ibid.

Imperatoris proprium est, è manu calumniantium liberare oppressos, 410.

Subditos offendens, ipsum principem offendisse dicitur, ib.

Rusticorum pars potissimum in manuum laboribus versantur, 421.

Rusticorum labores ne impediantur, pignoratio instrumentorum ad laborandum necessariorũ prohibita, ib.

Advocatiæ Titulus qualiter ex occupatione terrarum è manibus infidelium ereptarum acquiratur, n.422.

Hispanorum Regum jus conferendi Archiepiscopatus aliaque Præbendas unde ortum ibid.

Saracenos Turcas aliosque infideles Regnis suis propter infidelitatem expellere, an & quatenus liceat? 423

Sententia Negativa, n. 424. Affirmativa, n. 430.

Dominium ac jurisdictio absque causa homini auferenda, 425.

Declaratur, num. 437.

Dominia & Regimina Infidelium jure divino approbantur, sub n.425.

Ecclesia Saracenos, ut Judæos, in variis matrimoniis tolerat, 426.

Intellige ut n.438.

Infideles dum quietè vivunt, tolerandi, 427.

Declaratur n.439.

Infidelium expulsio lege Evangelica prohibita, 428.

Declaratur, n. 440. (429

Dominandi ordo unius super alium, naturæ beneficium,

Contra, n. 441.

Belli causa justa censetur, si id ad recuperandas Infidelium terras suscipiatur, 431.

Servi, dominii ac jurisdictionis incapaces sunt, 432.

Discessum à suo superiore procurans, dominio suo privari meretur, 433.

Furtum non committere dicitur rapiens bona Infidelium, 434.

Christi per adventum in terras omnis Principatus ab Infidelibus ad Christianos traductus, 435.

Bellum in eos juste suscipitur, qui prædicationem fidei Christianæ impediunt, 437.

Prædicatio verbi divini in omnibus mundi partibus libera esse debet ibid.

Protectionis jus Ecclesiasticum quomodo formetur fundatione, constructione, & dotatione alicujus Monasterii vel Ecclesiæ, n.442.

Rector Ecclesiæ à patrono oblatus ab Episcopo instituendus est, ibid.

Patrono præcipuus in processione honor habendus, ibi.

Patronus inopia pressus ab Ecclesia à se constructa, fundata, vel dotata, temporalem vitæ sustentationem petere potest, ibi.

Fundatorem jus aliquod in re Deo consecrata pii monumenti loco sibi reservare æquum est, ibid.

Werthaimii Comites Advocatiam Monasterii Brumbach *ex fundatione ejusdem nacti, 443.*

Cistercinense Monasterium in Burgundia à Roberto Abbate Molismensi auxilio Othonis Burgundiæ Ducis Anno 1097. constructum ibid.

Cisterciensis ordinis 160. Monasteria ob insignem S. Bernardi vitæ sanctitatem, eo vivente condita, ibid.

Brumbachense Monasterium à Wolframo & Dittero Comitibus Wertheimensibus circa Annum 1159. in Franconia erectum, ib.

Poppo Comes Wertheimensis Anno 1156. monasterii Brumbachensis protector, ibid.

Blanbeurense Monasterium Anno 1095. ab Anshelmo patre, Henrico & Hugone filiis Palatinis Tubingensibus constructum, 444.

Idem

Idem Erlufridus prædicti Monasterii Advocatus ab Otgario Archiepiscopo Moguntino hoc pacto constituitur, ut filius in patronatum, nisi Abbas & conventus consentirent, non succederet, n. 502.

Hirsangiense Monasterium tempore Hartfridi noni ejusdem Cœnobii Abbatis desolatur, & per septem & quinquaginta annos neglectum jacet, 503

Hirsangiense Monasterium ab Adelberto Comite de Calw magnificis sumptibus restauratum, 504

Idem Adelbertus permisit Monasterio ut Advocatum de posteris suis, si quis ex iis idoneus nec terreno intentus commodo existeret, assumerent, si talem ex posteris non invenirent, alium undecunque assumerent idoneũ, 505

Advocatus bannum legitimum Abbate petente à Rege accipere & ter in anno placitum jussum in Monasterii necessitatibus peragere debebat, 506

Advocatus pro Advocatia nullum Jus aut beneficium à Monasterio exigere poterat præter tertium bannum ac consuetudinariam justitiam & legem, 507

Advocato Hirsangiensi in placitorum diebus Monasterio unum maltare frumenti, unus frisginga, & unus ficlus de vino porrigi solebat, 508

Advocato eidem Monasterium temere frequentare placita in eo exercere, inibi pernoctare, aut Sub Advocatum constituere non licebat, 509

Advocatus idem Monasterium ulla in re gravans ab Abbate Advocatia exui ac reprobari poterat, 510

Oudelardus Comes Songerensis fundator Monasterii Bitzweiler ejus cœnobii Advocatiam sibi ac hæredibus reservavit, 511

Comites Tierstenii Songerensium stirpe deficiente, ejusdem Monasterii Advocatiam consecuti, & ab Imperio feudi loco tenuerunt, 512

Dagobertus Francorum Rex ob patratam in sancta loca tyrannidem ad divinam tribunal rapitur, 513

Idem Dagobertus Monasterium Weissenburgium extruxit & Advocatiæ Jus in illud sibi reservavit, 514

Advocatia utrum per constructionem vel dotationem alicujus Monasterii, ipso jure, absque speciali reservatione acquiratur, 515

Negativa, num. 516.

Affirmativa, n. 530. & 534

Liberalitas in Ecclesiam facta in dubio ab omni onere seculari libera intelligitur, 517

Ecclesia in dubio præsumitur esse libera, 518

Contra, num. 540

Patronatus Jus procedit ex tolerantia & gratia speciali contra regulam, quod Laici jura spiritualia possidere non possint, 519

Intellige, ut num. 541

Ecclesia cum suis dotibus sunt sub potestate & ordinatione Episcopi, 920

Patronatus Jus censetur Ecclesiasticum & spiritualibus annexum, n. 921. & 545

Patronus in Ecclesia collegiata non acquirit Jus patronatus, nisi illud sibi expresse reservaverit, 522

Intellige ut num. 548

Ecclesia in dubiis magis favendum quam Laico, 523

Quod tamen in materia juris patronatus non attenditur, 549

Gratiæ à Jure communi deviantes non latè sed strictè interpretandæ sunt, 524

Recessus à Jure communi censetur odiosus, 525

Jura vigilantibus non dormientibus sunt scripta, 526

Liberalitas in Ecclesiam collata ab omni onere seculari libera esse debet, 527

Patronatus Jus non præsumitur quis habere, nisi probetur, 528

Laicus basilicam à fundamento erigens, nihil juris sibi in eam vindicare potest, 529

Declara, ut num. 558.

Juris patronatus fundationis probatio tanta est efficacia, ut non sit necesse probare patronum sibi reservasse Jus, nec etiam diœcesani expressum consensum, 531

Ecclesia absque Episcopi consensu expresso vel tacito constructa non meretur nomen Ecclesiæ, sed ad usus prophanos converti potest, 532

Patronatus Jus ex sola fundatione acquiritur, dummodo tempore fundationis id non fuerit expresse vel tacite remissum, 533

Actus frustratorios Jura fieri nolunt, 535

Frustra exprimitur quod tacite subintelligitur, 536

Evictio licet ex natura contractus veniat, nihilominus ut plurimum per emptorem exprimitur, 537

Patronus nulla servitia vel aliud temporale ab Ecclesia patronata exigere potest, nisi id tempore fundationis, consentiente Episcopo, reservaverit, 538

Doctori etiam maximæ auctoritatis non creditur nisi quatenus jura & rationes adducit, 539

Frustra precibus impetratur quod Jure communi concessum est, 542

Meum quod prius est, meum amplius fieri non potest, 543

Idem ex pluribus causis nostrum fieri non potest, 544

De connexis idem est judicium, 546

Laicus in causa Juris patronatus possessionis capax est, num. 547

Justitia, vel quod legibus & canonibus statutum est, favori qualicunque præponderare debet, 550

Ecclesia cultrix & auctrix justitiæ esse debet, 551

Patronus Ecclesiasticus scienter indignum præsentando privatur Iure præsentandi, quod secus est in Laico, num. 552

Patronus ecclesiasticus magis subjectus est Ecclesiæ, quam laicus, 553

Legatus de latere potest conferre Ecclesiam spectantem ad patronum Ecclesiasticum, quod secus est in Ecclesia spectante ad patronum Laicum, 554

Patronatus Ius Laicorum pinguius est, quam Ecclesiasticorum, 555

Patronus Laicus præsentando variare potest, Ecclesiasticus nequaquam, 556

Patronatus Jus fundatoribus propter liberalitatem in Ecclesiam factam jura indulserunt, 557

A patronatus Jure Ecclesiastico, ad Jus Advocatiæ ex vi æquiparatorum validum ducitur argumentum, 559

Protector Monasterium construens ut Advocatiam in eodem nanciscatur, qualiter illud dotare teneatur, n. 560

Dos non quævis ad Jus Advocatiæ consequendum sufficit, sed ea quæ Ecclesiæ congrua, & ad substantiam ministrorum sufficiens est, 561

Ad Advocatiæ Jus ex fundatione seu dotatione in monasterio aliquo consequendum, an necessarius sit consensus Episcopi? 562

In fundatione, dotatione, vel constructione Ecclesiæ consensus diœcesani necessario intervenire debet sive fundans sit Laicus sive Clericus, 563

Dos, ædificatio, & fundus faciunt quem patronum, dummodo fiant cum consensu diœcesani, 564

In dotatione Ecclesiæ quare Episcopi consensus intervenire debeat? 565

Episcopalis consensus tacitus vel expressus ad Ecclesiæ structuram necessarius est, 566

Episcopi est examinare locum erectionis Ecclesiæ ac dotem & disponere qualiter sit regenda & gubernanda, 567

Consensus Episcopi in Ecclesiæ fundatione requiritur favore Ecclesiæ ne contingat opus inchoari & non consummari, aut non sufficienter dotari, 568

Laici non possunt propria authoritate tractare spiritualia, 569

Consensum Episcopi post constructionem Monasterii intervenire sufficit, n. 570.

Advocatia jus absque Episcopalis consensus interventu ex ipsa fundatione acquiritur, 571.

An fundatio, constructio, dotatio monasterii, ut exiis acquiratur jus protectionis copulative intervenire debeant, vel unum eorum sufficiat, n. 572

Negativa n. 573. Affirmativa n. 575. & 578

Declaratur, num. 609

Copula, vel alternativa est, qua posita, alteram duntaxat partem veram esse sufficit, 574.

Frequenter tamen pro conjunctiva & ponitur, 613

Dotem modicam conferens Ecclesia non efficitur patronus, 576

Ecclesiam non dicitur in esse deducta nisi fundatio, constructio, & dotatio copulativa concurrant, 577

Fundo Ecclesia construenda assignato Ecclesia nondum est constructa, nec ad esse deducta, 579

Constructione sola Ecclesia non acquiritur jus patronatus, nisi construens eandem dotaverit, 580

Dotatio præsupponit Ecclesiam fundatam & constructam, n. 581

Non entis nulla sunt qualitates, 582

Utrum in Ecclesia perficienda pluribus concurrentibus, uno scilicet fundum assignante, altero cõstruente, tertio dotante omnes efficiantur patroni, 583

Affirmativa decisio, ibid.

Ecclesia indotata cum consensu diœcesani dotem conferens solus consequitur Jus patronatus, 584

Ad fundatorem ejusve heredes spectat Ecclesia dotatio, num. 585

In Ecclesia jam prius consecrata, an & quatenus ex subsecuta sola dotatione dotans Advocatiam consequatur? 586

Negativa, nu. 587 Affirmativa, 591. & 593

Ecclesiam post consecrationem dotans non efficitur patronus, eod. 587

Contra, num. 594

Rei sacræ non est imponenda servitus, 588

Humani juris quæ esse desierunt servitutem non recipiunt, 589

Jus patronatus est quædam servitus, 590

Ecclesiam post consecrationem dotans cum consensu Episcopi in ea Jus Advocatiæ nanciscitur, 591

Ecclesia sine rerum substantia non potest deserviri, 592

Dotis constitutio retrotrahitur favore Ecclesiæ, 595

Ecclesia post consecrationem dotata favore ejusdem fingitur dotata ante consecrationem, eodem.

Filii progeniti ante contractum matrimonium favore matrimonii finguntur geniti post matrimonium, 596

Utrum Ecclesiam cujus dos periit de novo dotans Jus protectionis in ea consequatur, 597

Intellige, si totaliter dotet, non autem si ex parte duntaxat dotem suppleat, aut donet quippiam Ecclesiæ, ut 598

Dotem ecclesiæ ex parte tantum supplens, sive aliquid legans aut donans, non dicitur dotator sed benefactor, num. 599

Patronatum ecclesiæ non benefactori, sed dotanti eam Jura indulgent, 600

Cautela pro dotante ecclesiam, 601

Refectione ecclesiæ non comparatur Jus patronatus, 602

Dotem supplere & dotare diversa sunt, 603

Ecclesiæ aliquid conferens acquirit Jus patronatus illius ecclesiæ, 604

Declara, ut num. seq.

Dotem plures simul conferentes ecclesiæ, omnes efficiuntur patroni illius ecclesiæ, 605

Dotem ecclesiæ depauperatam denuo supplens, priore patrono invito non consequitur patronatum illius ecclesiæ, 606

Secus, si prior patronus consentiat suppletioni dotis, 607

Patronus ecclesiæ, potest alteri cum Episcopi consensu Jus patronatus donare, vel eum in compatronum assumere, 608

Patronatus Jus quid sit? 610

Intellectus §. pro fundatione in c. nobis de jur. patron. 611

Intellectus c. filiis 16. q. 7. n. 612

Advocatia an acquiratur etiam per reædificationem Ecclesiæ vel Monasterii funditus destructi, 614

Ædificator dicitur ecclesiæ qui eam reparat, 615

Ecclesiam funditus destructam patrono priore eam reparare nolente, consentiente Episcopo de novo reædificans Jus patronatus in ea acquirit, 616. & 633

Restauratio collapsorum, quam nondum existentium constructio favorabilior, 617

Ædificatio & reparatio à pari judicantur, 618

Reædificans ecclesiam idem Jus consequitur quod is qui de novo ædificat, 619

Advocatus per totalem ecclesiæ ruinam desinit esse patronus, 620

Declara ut n. 621. Nisi scilicet eam reparare paratus sit.

Luitfridus Alemanniæ Dux Advocatiam Monasterii S. Trudperti ex restauratione ejusdem pro se & hæredibus suis consecutus, 622

S. Trudperti Monasterii in Hercynia sylva fundatio ab Otberto Sigeberti Sueviæ Ducis filio capta, 623

S. Trudpertus in Hercynia sylva à latronibus occisus, eod.

Adelbertus Comes de Calwe per Monasterii Hirsaugiensis à majoribus suis desolati reparationem ejusdem Advocatiam pro se & posteris suis acquisivit, 624

Henrici IV. Imp. diploma, quo Hirsaugiensis Monasterii restaurationem per prædictum Adelbertum factam, & Advocatiam ei pro se & hæredibus suis in illud reservatam confirmat, 625

Ecclesiam non funditus destructam reficiens non efficitur patronus, 626

Reparationis rei non planè collapsæ & funditus destructæ diversa causa, 627

Si testator alicui legavit domum, quam postea particulatim refecit, legatum non censetur revocatum, secus si penitus destructam de novo reædificarit, 628

Ædificium ex toto destructum reficienti novum opus nunciari potest, non parte duntaxat destructum reparati, 629.

Ecclesia refecta eadem censetur cum prima, 630

Advocatiam, alio per restaurationem ecclesiæ penitus collapsæ acquirente, an prioris Advocati jus Clientelare omnino pereat? 631

Affirmativa num. 632

Negativa num. 636

Protectionis & patronatus Jus perit Patrono in ecclesia funditus destructa n. 634. Declara ut n. 642. auctoritate scilicet superioris, & sine refectionis spe, nequaquam autem casu aliquo fortuito destructa,

Obligationes & jura semel extincta non reviviscunt, 635

Legitimè nostrum quod factum est, sine facto nostro traditione scilicet in corporalibus & patientia in incorporalibus ad alium transferri non potest, 637

Patronatus & Advocatiæ beneficia quam ob causam fundatoribus locorum sacrorum à Pontificibus concessa? 638

Patronatus & Advocatiæ Jus nec directè nec indirectè à patrono auferri potest, 639

Præsertim si Ecclesia sine culpa illius fuerit diruta, vel is ob paupertatem eam reficere non possit, 640

Patroni novi Jus Advocatitium ex restauratione collapsæ Ecclesiæ ortum, antiqui Advocati patronatum legitime acquisitum non tollit, 641

Jura realia in re vel domo destructa & reædificata non pereunt, 643

Advocatiã ecclesiæ ex solius fũdi assignatione nullus ecclesiæ illo

illa destructa & alio in loco a fundo per alium readificata prior patronus in ea jus Advocatia amittit, 644

Advocatus Ecclesia collapsa ad reparandam eam sat potens, nec tamen readificare paratus, Advocatia Juri tacite renunciasse videtur, 645

Ecclesiam collapsam ad acquirendū in ea patronatus jus, ante Episcopi consensum readificare parans, priorem patronum, ut ipse readificet, prius interpellare debet, 646.

Interpellatio requiritur cum tractatur de jure perdendo, 647

Qualiter Advocatia jure territorii acquiratur, 648

Advocatia plerunque Principibus in Cœnobia sub eorum districtu sita competit, 649

Austria Archiduces super Advocatiis hareditariis, tam in Monasteria, quam Episcopatus in ditionibus suis sitos, ratione territorii, competentibus, specialiter ab Impp. provisi ac privilegiati, 650

De Advocatia hodierna nihil haberi in Corpore Juris fatetur Fachsius, 651

Imperatores Episcopis & Pralatis Ecclesiasticis multa concessere privilegia, 652

Principes seculares Ecclesias & homines Ecclesiasticos in ipsorum privilegiis tueri debent, 653

Pœna violantium privilegia Clericorum, 654

Clerici sunt in tutela Imperatoria Majestatis, 655

Princeps quilibet Monasteria & bona Ecclesiastica in suo territorio sita in protectionem suam recipere potest, 656

Jura territorii septa qua continentur in fide & patrocinio Domini illius esse prasumuntur, 657

Reges de Jure communi sunt patroni majorum Ecclesiarum sui principatus, 658

Reges ad defensionem Ecclesiarum in Regnis suis sitarum duplici interdum vinculo obligantur, 659

Jure territorii veniunt Principi omnia Jura in eo existentia, 66[illegible]

Princeps fundatam habet intentionem in Jurisdictionalibus, circa omnia, qua continentur sub finibus Imperii sui, 661

Princeps intuitu superioritatis jura ejusmodi in omnes suos subditos mediatos & immediatos exercere potest, 662

Protectio, defensio, & custodia bonorum ac personarum generalis prasertim Juris & facti, de potioribus juribus Jurisdictionis & superioritatis dicitur, 663

Protectio talis cui Jure competat? 664

Episcopus Jure communi in Ecclesiis sua diœcesis habet intentionem fundatam quoad jus superioritatis, non tamen quoad juris possessionem, n, 665. *&* 669

A titulo ad possessionem generaliter non valet illatio, 666

Territorii ex Jure Comites Palatini Neoburgenses, Advocatiam Casariensis Monasterii, Episcopus Augustanus Uttenbeurensis & Civitas Donavverdana S. Crucis ibidem sibi vendicare intendunt, sub n. 666

Territorii jus sublime non tantum in jubendo & vetando, sed etiam in protegendo consistit, ibid.

Monasteria Episcopo loci ipso Jure subjecta sunt, nisi specialiter sint exempta, 667

Exemptio non prasumitur, nisi probetur, 668

Ecclesia omnes cum universis earundem bonis ac juribus, Episcopis subjecta, in eorumque potestate sunt, numero, 670

Pactum appositum, quod res Ecclesia ablata, non debeant spectare ad ordinationem Episcopi, invalidum est, numero 671

Monasteria statim postquam erecta sunt, Episcopo, cujus in diœcesi constructa fuere, subjecta esse debent, numero 672

Seckingense Monasterium à D. Eridelino Anno 490. *conditum,* 673

D. Fridolinus precibus suis Rheni undas bifidas fecit, num. 674

D. Fridolinus fratrem Ursonem extinctum miraculose ad testimonii dictionem à mortuis excitat & Judicii sistit, 675

Claronenses olim Monasterio Seckingensi subjecti, numero 676

Seckingense Monasterium quosnam ab antiquo ratione territorii protectores habuerit? 677

Seckingensis Monasterii Advocatia Regibus Germanorum deficientibus ad Comites Habspurgenses devoluta, hodie ad Archiduces Austria pertinet 678

Albertus Comes de Habspurg tempore Friderici Barbarossa oppidum & arcem Seckingensem ab Abbatissa ejusdem Monasterii in feudum recognovit, 679

Quod quis ante habet id novo juris molimine sibi acquirere frustra laborat, 680

Bona sua allodialia quilibet feudalia facere potest, numero 681

Advocatiam habens ratione territorii, tandem etiam ab Imperatore in feudum recognoscere potest, 682

Ejusdem rei exemplum, ibid.

Clientela qualiter per spontaneam liberi alicujus populi in protectionem deditionem comparetur, numero 683

Populus liber alterius protectioni se committere licite potest, 684

Clientelari deditione non transfertur in protectorem jus aliud prater jus defendendi, 685

Clientes patrono ultra protectionis jus alia quoque jura ex conventione indulgentes, ea ipsi omnino prastare tenentur, 686

Erlenbacensium libera communitas cum protectionis jure, multa alia in assumptos protectores suos Comites Wertheimios jura sponte transtulit, 687

Conselinus Comes de Altenburg Anno Domini 970. *liberum Helvetiorum populum in protectionem recepit,* 688

Rapoto Comes de Altenburg arcem Habspurgensem extruxit, unde posteri illius Habspurgii Comites dicti, num. 689

Zophingen *pervetusta Helvetiorum urbs Anno* 1285. *in Rudolphi Habspurg. tutelam ultro se dedit,* 690

Qualiter se olim homines quidam, quos Recommendatos appellabant in protectionem aliorum contulerint? n, 691

Recommendati quinam dicti & ad quid obligati? 692

Proprietaria conditionis jus die Leibeygenschafft *olim cujusdam addictitia protectionis & receptationis species, num.* 693

Populus liber quandoque sponte, quandoque coacte alterius potentioris protectioni subjicitur, 694

Qualiter sponte populus liber in alterius tutelam se conferat? 695

Franconia Nobiles bona sua allodialia protectionis gratia feudalia fecerunt, 696

Qualiter coacte populus liber in alterius clientelam se dedat, 697

Clientes coacte tutelam aliorum subeuntes à subditis & captivis parum differunt, 698

Ex duobus malis minus eligendum, 699

Victori omnia victi bona belli Jure competunt 700

Cui licet quod plus est, non debet quod minus est, non licere, 701

Berengarius Longobardorum Rex ab Othone Imp. devictus se in ejusdem clientelam contulit & regnum suum ab eo in feudum accepit, 702

Quomodo oriatur Advocatia ex receptione in specialem protectionem à summo Pontifice Imperatore, vel alio principe facta, 703

Receptio-

Receptionis in Salvamguardiã Cæsaream formula, 704.

Salvaguardia personis tam privatis & singularibus familiis, quam universalibus & Civitatibus ab Impp. concedi solet, 705

Tiguri Præfectura Imperialis olim penes Zäringenses Duces fuit, 706

Tigurum & Tigurini à Friderico Cæsare in Tutelam Imperii ea conditione recepti ne unquam ab Imperio abalienarentur, 707

Suitiorum Pagus ab eodem Imperatore in protectionem Imperialem assumptus, 708

Fridbergensis Civitas à Ruperto Rege Romanorum in Imperii Clientelam Anno 1400. suscepta, 709

Ulmenses à Carolo M. Divitis Augiæ Cœnobio mancipati, Anno 1346 libertati rursus vindicati, in clientelam Imperii venerunt, 710

Isna Baronibus Walpurgicis olim subdita ab eorum obsequiis se redimens in Imperii protectionem adscita, 711

Vicarii generales Imperii, an vacante Imperio, aliquem in protectionem Cæsaream & S. R. Imperii suscipere possint, nec ne? n. 712

Negativa, num 713

Affirmativa num. 721

Mandatarii potestas oritur ex literis mandati, 714

Vicariatus dependet ex Vicarii literis. 715

Vicarius quæ ipsi in literis Commissionis non sunt concessa facere & commissionem ad alia diversa extendere non potest, 716

Declara, ut num. 731

Vicariorum Imperialium potestas vigore Aureæ Bullæ ad quænam sese extendat, 717

Expressio & inclusio quorundam est reliquorum exclusio, num. 718

Susceptio in protectionem Imperialem magis gratiam quam necessitatem aut justitiam sapit, 719

Vicarius generalis illa tantum quæ justitiæ & necessitatis, non etiam quæ meræ gratiæ sunt, absque concessione speciali facere potest, 720

Declaratur num. 734

Vicarius Imperatoris, Regis vel Principis eandem potestatem habet, eaque omnia facere potest quæ ipse Imperator, vel is, cujus vices gerit, 722

Vicarii generales omnia facere possunt quæ principales, nisi quæ inveniuntur iis prohibita, 723

Comes Palatinus & Saxoniæ Dux vacante Imperio vices Imperatoris in omnibus & per omnia sustinent, 724

Jurisdictio, superioritas, & potestas Imperatoria, vacante Imperio penes Imperii vicarios residet, 725

Prohibitio & exclusio unius inducit permissionem & inclusionem aliorum, 726

Reservatio unius abdicationem aliorum denotat, 727

Vicariis, quæ Imperator & ordines non volunt concedi, ea nominatim excipere debeat, 728

Vicarius generalis potest ea omnia facere quæ Imperator plerunque solitus est facere & verisimiliter ipse faceret, 729

Cui licet quod plus est, licere etiam debet, quod minus est, num. 730

In mandato censentur permissa nedum ea quæ sunt expressa, sed omnia quæ veniunt ad sequelam & in consequentiam, 732.

Procurator apponens manus ad connexa non dicitur excedere fines mandati, 733

Advocatia acquiritur beneficio Imperiali vel Pontificio, quando scilicet Papa, Imperator, vel alius Princeps confert alicui jus protegendi alios. 735

Idque fit tripliciter concessione simplici, mandato, & investitura, 736

Advocatia qualiter simplici concessione Pontificis vel Imperatoris acquiratur? nu. 737

Protectio & jurisdictio generalis penes Principem est, ab eoque tanquam capite ac fonte in reliquos promanat, num. 738

Advocatia qualiter mandato Papæ, Imperatoris, vel alius Principis defensionem alicujus Monasterii committentis acquiratur, nu. 739

Exempla ejusmodi commissarum protectionum, ibid.

Jus protegendi quo verborum genere alicui mandatum fuisse intelligatur, 740

Verbum admoneo *non inducit mandatum, 741*

Protectionem à summo Principe commissam vel demandatam an quis invitus suscipere teneatur? 742

Negativa, num. 743

Affirmativa, num. 750

Mandatum suscipere cuilibet liberum est, susceptum tamen quivis tenetur exequi. 744

Declara, ut num. 763

In contractibus nemo invitus obligatur, 745

Beneficium non confertur in invitum, 746

Intellige, ut num 764

Arbitri ex mera & libera voluntate litigatorum eliguntur, 747

Arbitri non possunt cogi ad suscipiendum arbitrium, numero 748

Mandata omnia vel sunt cum, vel sine clausula, 749

A superiore quilibet cogi potest ad mandatum suscipiendum, 751

Principis supremi præcepto omnes subditi obedire coguntur, 752

Mandata Domini habent vim præcepti, 753

Mandato Imperatorio non obtemperans est in præsumpto dolo, 754

Protectoris per summum Principem delecti munus est publicum authoritate & utilitate. 755

Munus autoritate & utilitate publicum quilibet invitus suscipere cogitur, 756

Tutores inviti onus tutelæ & curæ subire coguntur, 757

Advocatus forensis & tutelaris æquiparantur, 758

Advocatus litis cogitur ad præstandum patrocinium Clienti, 759

Notarius requisitus recusans suscipere negotium perjurus fit, & privari officio potest, 760

Principum preces sunt minæ, 761

Domini rogatio præceptum est, 762

Nobilitas invito etiam confertur, 765

Superiori omnino parendum est, 766

Advocatiam per investituram sub pœna amissionis feudi concessam vasallus suscipere renuens feudo Advocatiæ exuitur, 767

Advocatia præsertim Ecclesiastica utrum in feudum dari possit, 768

Negativa, num. 769

Affirmativa, num. 775

Feudum est beneficium, cujus directum dominium penes dantem remanet, utile vero pro certo servitio præstando in accipientem transfertur, eod. n. 769

Protectionis jus præsertim gratuitum à directo & utili dominio cæterisque juribus particularium dominiorum separatum est, 770

Declara ut num. 781

Confœderatio cum feudo nihil habet commune, 771

Advocatia & confœderatio paribus passibus ambulant, num. 772

Advocatia Monasterii S. Panthaleonis in Jnhoffen/ *à Welphone Sueviæ Regulo infeudari prohibita, 773*

S. Panthaleonis cella in Jnhoffen/ *à Bertha. Buchornensi Comitissa prope oppidum* Buchorn *fundata, numero 774*

Advocatia collegii Chombergensis Episcopo Herbipolensi ab Imperatore Friderico III. in feudum data, 776

Advo-

Advocatiæ Monasteriorum in Comitatu Werthei-mensi sitorum à Carolo V. Imper. Anno 1541. Michaeli Comiti de Wertheim in feudum concessæ, num. 777.

Fridericus Barbarossa Conrado Episcopo Pataviensi Abbatiam S. Mariæ ib. investitura Advocatia monasterii ejusdem sibi ac successoribus suis reservata, cum omnibus pertinentiis, Anno 1161. *dono tradit,* 778

Advocatiæ infeudatio etiam in Italia & Gallia observatur, n. 779 *&* 780

Advocatus ab alio conventus per exceptionem se tueri potest, 782

Exceptio facilius datur quam actio, 783

Rei favorabiliores quam actores, 784

Jus quæsitum facilius conservatur quam novum acquiritur, 785

Faciliores esse debemus ad absolvendum quam ad obligandum, 786

Advocatiæ fructus est actus defendendi, 787

Feudum aliud proprium, aliud improprium, 788

Advocatia feudum num sit proprium vel impropriũ, 789

Vasalli regulare & ordinarium munus est militare & bellicum, 790

Argumentum à simili procedit tantum in his, quæ à jure æquiparantur, non in his, in quibus jure vel consuetudine diversum receptum est, 791

Simile nullum est idem, 792

Simile omne est dissimile, 793

Argumentum ab universali ad particulare invalidum, num. 794

Advocatia tacite infeudata intelligitur si alicui castrum, Comitatus aut Ducatus aliquis cui Advocatia illa annexa est in feudum concedatur, 795

Advocatiæ jus utrum subinfeudari possit? n. 796

Subinfeudari potest regulariter, quicquid in feudum concessum est, ibidem.

Advocatiam nobilis Collegii Chombergensis in subfeudum tenent Illustres Pincernæ de Limpurg, ibidem.

Vasallus de feudo suo quibus conditionibus alium legitime subinfeudare possit, ibid.

Decimæ Protectoribus honorario nomine defensionis causa assignatæ, utrum iisdem infeudari possint, num. 797

Decimæ ne Laicis concederentur concilium Lateranense prohibuit, ibidem.

Decimæ temporales hodie tali prohibitioni non subsunt, ibidem.

Pœna Clerici mulctati executionem in fructibus decimarum admittit, 798

Decimæ olim à Carolo Martello in compensationem auxilii contra Saracenos exhibiti Nobilibus concessæ, 799

Advocatia qualiter per investituram feudalem constituatur, 800

Quedlinburgensis Abbatiæ Advocatia olim Comitibus Reinsteinensibus, item Episcopis Halberstadensib. concessa postea Saxoniæ Ducibus in feudum data, 801

Corberensis Monasterii Advocatia à Duce Brunsuicensi feudataria possidetur, 802

Advocatia ex investitura feudali quot modis exoriri queat? 803

Imperator committendo alicui Advocatiam alicujus loci utrum eam cumulative vel privative concessisse intelligatur? 804

Imperator post commissam alteri protectionem omni se defensionis Jure abdicare videtur, 805

Regalia cumulative non privative conceduntur, & sic in Imperio observatur, 806

Regalia cumulative conferri in majoribus verum est, non etiam in minoribus, quorum usus per usum Principis impediretur, 807

Advocatia per Imperatorem regulariter cumulative non privative conceditur, 808

Protegendi potestas licet alteri concedatur ab Imperatore, semper tamen inhæret ossibus ejus, 809.

Regalia concedens ea non minus exercere potest, quam is, cui concessio facta est, 810

In Regalium concessione semper major potestas penes concedentem reservata manet, 811

Superior cum inferiore censetur habere potestatem concurrentem, 812

Jurisdictio ab Imperatore cumulative potius quam privative concessa intelligitur, 813

Jurisdictio quando videatur concessa privative, vide remissive, 814

Concedens alicui potestatem faciendi actum, non privatur facultate faciendi illum, 815

Superioritas Principis semper salva manet, quæcunque potestas concedatur, 816

Etiam cum translatione omnis Imperii, 817

Princeps non creditur fontes derivasse foras, ut nihil penes se remanserit, 818

Concessio intelligitur eo modo quo inferior reservata exercere potest, 819

Princeps non potest private concedere supremam jurisdictionem, 810

Imperator concedens alicui homines suos non videtur eos alienare, quia adhuc retinet majoritatem, 821

Imperator communicans alteri merum & mixtum Imperium & maximum, non per hoc à se abdicat superioritatem quam habet ratione Imperii, 822

Imperator non potest præjudicare Imperio, 823

Superioritas sive supremum jus Imperii non concernit dominium, sed jurisdictionem & protectionem in universum, 824

Protectionis jus supremum & universale ab Imperatore est inseparabile, 825

Imperator quoad protectionem & jurisdictionem dicitur dominus mundi, 826

Magistratus subditos suos alterius protectioni committens, nihilominus ordinarium defendendi jus in eosdem retinet, 827

Princeps se fidei & clientelæ subditorum in Imperii inauguratione facta subtrahere non potest, 828

Imperatoris potestas quoad jurisdictionalia neque augeri, neque minui potest, 829

Imperator nunquam tantam potestatem concedit, quin similem & majorem concessam sibi reservet, numero 830

Persona & authoritas concedentis in quacunque concessione semper excepta intelligitur, 831

Imperator omnigenam securitatem seu portionem quandam majestatis ubique individuam habet Cometem, num. 832

Imperator salvum conductum à nemine requirit, numero 833

Regalia quorum usus reiteratus aliis damnosus ac onerosus est privative non cumulative à Principe concessa censentur, 834

Jurisdictio in feudum concessa privative non cumulative concessa intelligitur, 835

Regalium concessio per investituram facta privative concessa censetur, 836

Protectionis jus etiam per investituram concessum cumulative, non privative concessum intelligitur, numero 837

Quomodo Advocatia acquiratur consuetudine antiqua, numer. 838

Ad Advocatiam antiqua consuetudine acquirendam, quantum temporis sit necessarium, numero 839.

Regalia

Juris

 Consilio

Negativa

Negativa n. 1041.
Affirmativa. 1044.
Simonia committitur non ſolum circa mere ſpiritualia, ſed etiam circa ſpiritualib. annexa, 1042.
Advocati tutelares non poſſunt vendere vel donare Jus Advocatiæ, 1043.
*Contra n.*1048. *&* 1049.
Protectionis Jus perſonas Eccleſiaſticas complectens an ſpirituale ſit vel ſeculare? numero 1045. & 1049.
Spiritualia per Laicum poſſideri non poſſunt, 1046.
Henricus Carinthiæ Dux, in Othocarum Marchionem Styriæ Advocatiam Monaſterii S. Lamberti emptionis titulo transfert, 1047.
Advocatiæ alienatio cum univerſitate ſemper licita, 1049.
Ad illationem ab uno ad aliud ſufficit eandem ſubeſſe rationem, ibidem.
Protectores an Clientibus non conſentientibus ſalaria ſua, retenta tamen Advocatia, alteri pro libitu vendere poſſint? n. 1050.
Uſufructuarius retento uſufructu commoditatem alteri vendere poteſt, 1051.
Patronus Eccleſiaſticus alimentorum Jus patronatu retento vendere non poteſt, 1052.
Jura perſonalia vendi non poſſunt, 1053.
Patrono alimenta debentur ab Eccleſia ex honore quodam ejus perſonæ annexo, 1054.
Cedi non poſſunt Jura quæ ex privilegio perſonæ annexa ſunt, 1055.
Patronus emolumenta & reditus ſui patronatus vendere poteſt, 1056.
Clericus beneficiatus poteſt vendere reditus ſuæ Eccleſiæ retento titulo, 1057.
Protector an eveniente protectionis neceſſariæ caſu tertium aliquem, qui ſuo loco clientes defendat iis ignorantibus & invitis ſubſtituere vel delegare poſſit? 1058.
Negativa n. 1059.
Diſtinguitur n. 1064.
In protectore conſtituto induſtria potentia, & propria ejus qualitates electa videntur, 1060.
Contra n. 1071.
Induſtria perſonæ ubi electa eſt, quis alteri vices ſuas demandare non poteſt, 1061.
Si mandatur actum fieri per ſe non poteſt fieri per ſubſtitutum. 1062.
Si cavetur libere offenſo ſumere vindictam de offenſore, illa per alteram fieri non poteſt, 1063.
Induſtria perſonæ quando electa cenſeatur? Remiſſive numer. eodem.
Obligatus ad faciendum quidpiam, per alios æque idoneos id perficere poteſt, 1065.
Per alium qui facit, ipſe facere videtur. & numero 1066. *&* 1079.
Obligatus ad quidpiam quod ſibi eſt impoſſibile aliis poſſibile, tenetur id non per ſe ſed per alium præſtare, num. 1067.
Vaſallus obligatus ad ſerviendum in perſona propria per ſubſtitutum licite ſervire poteſt, ſi probabile & legitimum ſubſit impedimentum, 1068.
Clientes effectum debitæ promiſſionis conſecuti curare non debent per quos præſtita ſit defenſio, numero 1069.
Subſtitutus defenſor æque ſtrenuus & idoneus fore præſumitur, quam protector, 1070.
Perſonæ induſtria in protectione electa non præſumitur, 1071.
Induſtriæ alicujus commiſſa ad hæredes non tranſeunt, 1072.
Protectionis ejus eſt natura, ut per alios clientibus acceptabiles æque expediri poſſit, atque per ipſos Advocatos, 1073.
In protectionis tabulis non ſolet exprimi ut per proprios ſubditos fiat defenſio, 1074.
In quibus non eſt electa induſtria perſonæ, in iis per ſubſtitutum agere permiſſum, 1075.
Protector an Clientes etiam per ſubſtitutum & alienos homines defendere poſſit, quando nullum ſubeſt impedimentum, quo minus ipſe defendere queat? n. 1076.
Negativa approbatur, 1080.
Impediti majore venia favoreque digni, quam non impediti, 1077.
Impeditis quod denegatur permitti non impeditis iniquum eſt, 1078.
Defenſio promiſſa ſemper ad vires protectorum reſtringitur, eorumque auxilia propria in obligationem deducuntur, 1081.
*Promiſſio de protegendo facta extra impedimenti ſive neceſſitatis caſum in forma ſpecifica & non per æquipollens adimpleri debet, n.*1082.
Protectoris officium potiſſimum conſiſtit in defendendo, 1083.
Clientes an debitam ſibi à protectoribus defenſionis operam alteri communicare, cedere, vel delegare adeo poſſint, ut patroni eam tertio ſubminiſtrare cogantur. n. 1084.
Affirmativa, n. 1085.
Negativa, n. 1094.
Operæ alteri cedi poſſunt, 1086.
*Diſtingue, ut n.*1107. *&* 1113.
Servitia ſibi à ſubdito debita nobiles alteri delegare, aut locare etiam invito ſubdito poſſunt, 1087.
Locans uti frui re, in qua uſumfructum habet, dicitur, 1088.
Operarum mercedes dicuntur fructus hominis, numero 1089.
Operæ hominis etiam liberi ſunt ejus naturæ, ut legari, vendi, locari & in ſtipulationem deduci poſſint, num. 1090.
Ceſſio in incorporalibus loco traditionis eſt, 1091.
Advocatia & Jus Protectionis ad hæredes protectoris tranſeunt, 1092.
Declara ut n. 1113.
Dominus feudi ſervitia vaſallatica ſibi debita alteri cedere poteſt, 1093.
Declaratur num. 1114.
Voluntas agentis actum regulat & definit, 1095.
Verba hominis mentem & voluntatem declarant, num. 1096.
Verborum quænam ſit vis & effectus, 1097.
Lingua loquentis, tuba cordis dicitur, 1098.
Mens in corde talis intelligitur, quale eſt verbum quod profertur ex ore, 1099.
Diſponentes id voluiſſe cenſentur quod verba important, num. 1100.
Advocatia ad Clientum non aliorum, quibus delegari poteſt defenſionem inſtituta præſumitur, 1101.
Protectio non exhibenda, niſi quando Clientes ea opus habent, 1102.
Protectores in defendendo plus æquo non ſunt gravandi, 1103.
Una res duobus ſolvi non debet, 1104.
Duplici onere nemo prægravandus, 1105.
Operæ aliæ artificiales, aliæ officiales, & quomodo differant, 1106.
Protectio cur operis artificialibus accenſeri nequeat, 1108.
Protectionem operis officialibus ſubeſſe evincitur, 1109.

Opera cedi non possunt, ubi debitori cessio damnum foret allatura, n.1110.

Textus l. arboribus §. usufructuarius ff. de usufr. declaratur, 1111.

Explicatio textus l hominis quoque ff de usufr. leg n.1112.

Advocatia an donationis titulo in alium transferri possit, numer. 1115.

Negativa n.1116.

Affirmativa. 1117.

Othocarus ultimus Styriæ Dux Anno 1186. fratri suo Leopoldo Austriæ Duci Styriam provinciam una cum Advocatiis Monasteriorum à majoribus suis fundatorum donat, 1118.

Styria provincia qualiter ad Principes Austriacos devenerit, 1119.

Donari potest quælibet res quæ expressim in Jure donari non prohibetur, 1120.

Jus patronatus Ecclesiæ donari potest, 1121.

Declaratur n. 1122.

Gratuiti contractus magis permittuntur quam non gratuiti, 1123.

Advocatiæ donatio tanto magis permissa, si ea comprotectori vel Ecclesiæ fiat. sub n. 1123.

Advocatiam invitis Clientibus an donationis aliove Titulo in alium transferre liceat, numero 1124.

Decisio negativa ibid.

Subditi inviti in extraneum alienari non possunt, num. 1125.

Præjudicium ejus rei in causa Baden contra Oesterreich ibidem.

Dominus quilibet subditos suos, in eo, quo reperit statu, relinquere & conservare tenetur. ibid.

Dominum non mutare, severiori, aut minus potenti subjici, subditorum interest, ibid.

Regnum breve subditis non parcit, ibid.

Principis gloria in lata gente, ibid.

Clientes alienationi Advocatiæ contradicere possunt, ibid.

Advocatia mediante matrimonio in maritum seu alienam familiam qualiter transeat, n. 1126.

Ejusdem translationis exempla, ex familia Comitum Monsfortensium in familiam Dapiferorum Waldburgensium, Nobilium item Dominorum von der Lipp in Othonem Comitem de Dockenburg, & Comitum Raperswilensium in Rudolphum Habspurgicum sub n. 1126.

Gallia Belgica per matrimonium ad familiam Austriacam devenit, sub n. 1124.

Algarbiorum regnum Alphonso X. Castiliæ Regi mediante matrimonio obvenit, ibid.

Rudolphus Habspurgensis Comes Advocatiam monasterii Heremi per matrimonium cum Elisabetha Raperswilensi Comitissa contractum consecutus est, n. 1127.

Advocatia qualiter interdum absque certo titulo in alium transferatur, n. 1128.

Albertus Marchio Brandeburgensis Advocatiam Monasterii Cæsariensis in Ludovicum Comitem Palatinum An. 1452. transfert, 1129.

Advocatia qualiter successione tam testamentaria, quam ab intestato in alium transferatur, numero 1130.

Jus patronatus per successionem sive ex testamento sive absque eo ad hæredes devolvitur, 1131.

Jus patronatus transit ad hæredes quoscunque etiam extraneos, 1132.

Advocatia ut plurimum ad eum hæredem transit, cui pars, quæ Advocatiam annexam habet, obtigit. n. 1133.

Jus patronatus Ecclesiæ indivisibile, 1134.

Defensio est individua. n. 1135.

Advocatia ubi plures sunt hæredes, ea ut plurimum ad Seniorem familiæ devolvitur, 1136.

Advocatia ad seniorem tantum de familia transiens assimilatur privilegio, 1137.

Qua de causa minores natu in casu pertinentis Advocatiæ ad seniorem de familia, ejusdem capaces non sint. *eodem n.*

Jus personale non transfertur re translata, 1138.

Jurisdictio personæ venditoris competens re aliqua vendita in emptorem non transit, sed tantum jurisdictio rei cohærens, 1139.

Privilegium personæ non transit in emptorem, secus in privilegio rei, 1140.

Privilegium personale extinguitur cum persona, numero 1141.

Jus Advocatiæ transit ad hæredes etiam extraneos, numero 1142.

Jus Advocatiæ utrum etiam ad fœminas, ubi nullus masculorum superest, transeat? numero 1143.

Affirmativa decisio ibidem.

Fœmina Juris Patronatus æque capaces uti mares, num. 1144.

Ecclesiastica persona bellis gerendis non idonea, 1145.

Fœmina per se bella & officia publica gerere non solent, n. 1146.

Fœmina sæpe civitates maximas & amplissima regna gubernarunt & ab hostium injuriis pugnando vindicarunt n. 1147.

Fœmina multis in regnis in jurisdictione etiam hæreditario jure succedunt, 1148.

Elisabetha Angliæ regnum ex successione administravit, n. 1149.

Abbatissa quoque Jurisdictionem Papali authoritate habent, 1150.

Protectionis Jus ad hæredes minime transit, quando in conventione expressum fuit, quod solus ille, non etiam ejus hæres Advocatus esse debeat, n. 1151.

Ratio n. 1152.

ET hactenus quidem de Jure personarum protegentium ac protegendorum, quatenus respective eligere atque eligi Jure possint, dictum est, nunc ordo exigit ut ad secundum Juris objectum, scilicet, ipsam protectionem descendentes, ejus inprimis formam inspiciamus, & deinceps etiam in specie, quibus illa modis constituatur, acquiratur, & jam acquisita in alios transferatur, ordine explicemus. *Continuatio Capitis.*

Quod igitur initio ad formam protectionis conventionalis in genere attinet, ea instar fidejussionis stricto Jure in stipulatione, ac veluti confœderatio in mutua † pactione consistit arg. *l. 5. satis acceptio*, & ibi Jason *ff. de verb. obligat. l. 25. pen. ibi* verbis obligationis expressum erat. *ff. de domin. rer. ad civit. pertin. l. si hæreditatem 32. §. præsens quis interrogatus respondeat. ff. mandati.* 1

Quod inde satis patet, † quia in omni protectionis conventione verba promittendi requiruntur, & constitutus tutor semper defensionem promittere debet. At vero, ut inquit Alexand. *in l. sciendum numero 2. Digest. de verb. obligat.* & post eum Menoch. *de præsumpt. libro 1. quæst. 43. numero 8.* verbum † *Promitto* sui natura stipulationem importat ut probatur expresse per text. *l. 1. Cod. de usur. §. si scriptum* ubi tradunt Dd. *Instit. de inutil. stipulat. l. Titia. §. idem respondit. in 2. ff. de verb. oblig. l. sciendum Digest. eod. tit.* Bald. Salyc. Ang. Paul. Castr. Fulgos. & Dd. *in d. l. 1.* 2 3

C.de usur. Fulgos. *cons.*89.*n.*2. ubi rationem assignat. Jacob. de S.Georg. *l.*1.*lect.*2. *n.*15. *ff. de pact.* Cagnol. *l. si quis major.n.*130. *C.de transact.* Socin. Jun. *cons.* 144. *num.*46.*lib.*3.Bart. Bertazol. *in tract.clausular.instrum. clauf.*4.*gl.*4.ubi citat tex.§.*si scriptum Inst.de inutil.stip.* Bart. *in l.*1.*C. de usur.* ubi aperte scribit verbum PROMITTO in publico positum instrumento ad hoc ut solennitas præsumatur & actio detur, oportere stipulationem intervenisse M. ab Angull. *cons.* 29. *n.* 114. idque non propter scripturam, sed partium consensum Card. Tusch. *pract.conclus.Jur to.*2.*lit.D.conclus.*344.*n.*1.*&* 2. probat idem Menoch. *lib.*3. *præsumpt.*41. *n.* 5. nec non Alcia.*in rubr.sive c. placuit n.* 75. *de praescript.* Deci.& Cagnol. *in l lecta.ff.si cert.petat.* Barnab.Cornazzan.*decis. Rota Lucens.*214.*n.*10.Gerard.Mazol. *cons.*120.*n.*36. eamque communem pronunciat Caccialup. *tract. de pact. n.*4. in quam sententiam etiam concurrunt Panci-rol.*cons.*106.*n.*13. Josep. Gonzalez. *var. q. cap.* 34. *per tot.* ubi dicit, hanc opinionem esse receptissimam & communem, Ant. Pichard. *d.* §.*si scriptum* 1.*Inst.de inutil. stipul.* ubi plures alios citat, & aliquot objectionibus eleganter occurrit. Joan. Gœddæus *de contrahend. stipulat.c.*1. *n.* 68. Et dicit Bald. Novell. *de dote part.* 6.*privil.*1.*n.*4. quod sicut verbum, Promisit, † in instrumento præsumitur cum stipulatione: Ita verbum, pollicitus, in instrumento præsumatur per viam pacti, de quo plura Marcell.Bemicut. *in rubr.ff.si cert. pet.* Eman. Soarez.*in commu.opin.lit. P.n.*342. Jo. Gœddæ. *de contrahend.stip.c.*1.*n.*71. Matth. Cuno *lib.* 1. *de pact. c.* 2.*n.*15.*& seqq.*

4

Sed occasione prædictorum primo loco non impertinenter hic quæritur, *An protectionis † pactio etiam inter absentes per scripturam vel nuncium contrahi possit?* Et † quidem initio dicendum videtur, Advocatiam inter absentes non posse constitui.

Utrum Advocatia contrahi inter absentes fieri possit.

5 Nam primo, ut dictum est, † Protectio est species 6 quædam stipulationis & stricto Jure non nisi per stipulationem contrahi potest. At Juris est indubitati, stipulationem inter † absentes nequaquam expediri posse, 7 ut evincunt textus luculentissimi *in l.* 3. *C. de inutil. stipulat. l.*3. *C. de contrahend. stipulat. l.* 1. *in princ. ibiq.* Bald. Jas. Crotus, Alciat.& Ruin. *ff. de verb. obligat.* §. *item. verborum & ibi gl.* Wesenbec. Schneidewin. Mynsing. Borcholt. Hotomann. Vultæius & alii *instit. de inutil. stipul.* Cornazan. *decis. Rota Lucens.*214. *n.*5. Ex 8 quo consequi videtur; & protectionis unionem præsentiam utriusque paciscentis desiderare, atque ita in absentia expediri non posse.

Negativa.

Prima dubitandi ratio pro sententia Negativa.

9 Deinde non vulgare pondus † eidem sententiæ præbere videtur, quod stipulatio in scriptis fieri neutiquam possit, quandoquidem non nisi utroque loquente confici debet, *l.*1. *in prin. & ibi* Zas. *n.* 33. & Marcus Aquilin. *n.* 38. *&* 39. allegans Bald. Socin. Bolognet. Aret. Ripam. Crot. & Ant. Vaccam. *ff. de verbor. obligat.* Rot. Genuens. *decis.* 2.*n.*28. Idque adeo verum est, ut obtineat etiamsi partes conveniant, quod sine loquela fieret, sicut post Alciat, Nigrum, Soci. Bolognet. probat Marcus Aquilin. *in d. l.* 1. *in prin. nu.* 48. *ff. de verb. obligat.*

Altera dubitandi ratio.

10 Naturale enim stipulationis † immutabile omnino est, ut verbis fiat, Æmil. Ferret. *in l.*2.*n.*6. *ff. de reb. cred.* ubi dicit, quod etsi stipulatio conjungatur cum contractu, qui verba non desiderat (quod optime fieri potest cum omnibus contractibus, stipulatio subjici possit, aliarumque obligationum firmandarum causa introducta sit, auctore Paul. *lib.*5.*sent. tit.*7.Borch. *in tract. de* 11 *usur.c.*3.*n.*35.) tamen ipsamet nulla fit sine † verbis, quod prolixius defendit Joan. Gœddæus *de contrahend. stipul. c.*3.*conclus.*9.*n.*173.*& seqq.*

Tertio hæc sententia etiam ex nonnullis similibus confirmatur, in quibus quia præsentia pro forma requiritur, etiam actus in absentia per Epistolam vel nuncium expediri non potest.

12 Sic enim fieri videmus, † quod tutor in ipso statim negotio præsens debeat auctor fieri, post tempus vero vel per epistolam interposita ejus auctoritas nihil agat. *l. obligari.* §. *tutor. ff. de auctoritat. tutor.* §. *tutor.* & *ibi* Mynsing. Schneidewin. & alii *Inst. eod. tit.* Petr. Pechius *de testam. conjug. lib.*1.*c.*5.*n.*1. Ant. Piaggius *in tract. de tutore & curator. q.*15.*n.*98.

Tertia dubitandi ratio à Tutore & Teste.

13 Sic etiam testis absens per † scripturam transmissam deponere non potest, sed oportet ut se præsentem examini sistat, & viva voce testimonium proferat per text. manifestissimum *in c. testes,* 3. *q.* 9. cujus verba hæc sunt: *testes per quamcunq, scripturam testimonium non proferant, sed præsentes, de his quæ viderunt & noverunt veraciter testimonium dicant.* & *ibi* gl. *in verb. sed præsentes de his quæ viderunt,* & *ibi* Turrecrem *in summa Præpos.in* 1.*notab.* & cæteri communiter omnes, ad idem est alius text. expressus *in c. à nobis. qui matrim. accus.poss.* Alber. de Malet *de testib c.*7.*n.* 73.*in fin. vers. secus si in absentia.* Nell. *de testib. n.* 90. Crott *de testib. n.* 373. Covarr. *var.resol.lib.*2.*c.*3.*n.*6. Pract. Corrad. *tit. de testib. rubr. præmed ferm n.*44 *col* 2 Monticell. *in repert. test. rub. deponere an. poss. test. per scripturam col.* 2. *vers. fin.* Viv. *opin* 949.*n.*1.*& seqq.* Mascard. *de probat. in præfat. q.*5.*n.*11.*& seq. lib* 1.*& conclus.*460. *n.* 3. alios plures cumulatim congessit: quam materiam, pro & contra disputatam non contemnenda opera quoque satis prolixe reperire licet apud Martinum Uran. *in rub. de testib. n* 6. *& seqq. usque ad n.* 15. & *ibi* quoque Uranii Pronepos haud pauca *in Additionib.* adjecit, legenda *sub lit. D.*

14 Quorum omnium nulla alia est ratio, † quam quod præsentia, ut modo dixi, ibi pro forma requiritur, ideoque per æquipollens expediri atque impleri non potest, Franc. Vivius *decis. Neapol.*334.*n.*10. Dec. *cons.*89.*n.*3. *& cons.* 290. *col.*3. Ruin *cons.*110. *n.* 10 *vol.*3. Tiraq. *de retract. convent.* §.2.*gloss.*1.*n.*4 Ripa. *cons.*90 *n.*20. Roll. à Vall. *cons.*56.*n.*22.*vol.*3. Joan. Petr. Surd. *cons.*186.*n.*19. *vol.*2. Paris. *cons.*41.*n.*29.*vol.*3. Natta *cons* 430 *n.*16.

15 Nihil enim formæ † ne partium quidem consensu addi vel detrahi potest, cum forma sit individua & in sua integritate consistat. Gail. *lib.*1.*obs.*2.*n.*6.*& lib.*2.*obs.* 19.*n.*16. Borcholt. *in tract feud. n.*9.*c.*3. Pruckman. *in soluta potestas memb.*1.*c.*4. *effectu.* 4. *n.* 8. *& seq.* dicens *ibi*, quod neglecta in minima etiam parte forma actus concidat, nullusque sit, non impolite Ernest. Cochm. *respons.*5.*n.*28.*& seq.* DD. *in l. qui per salutem. ff. de Jurejur.* per illum tex. tradunt, firmam esse, uniformem ac tritam Juris Theoricam, quod pro forma datum est, fieri non debere per æquipollens, & quod forma à lege præscripta, in Instrumentis & omnibus actibus, ad unguem adimpleri debeat, quæ latius deducit & probat supra citatus Additionator Uranii *in c. ex literis. extra de constit. lit. A.* cui adde Prosp. Farinac. *cons.*65. *li* 1. *in Addit lit. D.* ubi pro more suo hoc multis allegationibus probat, dicens, esse materiam practicabilem, & sæpissime per consulentes agitatam. Sic quando agitatur 16 de † servanda forma non potest illa adimpleri per relationem, ut post alios scribit Sebast. Medices *de reg. Jur. regul.*7.*n.*97.*& regul.*10.*n.*45. Francisc. Milanens. *lib.*2. *decis.*2.*n.*82.*&* 83.

17 Sed his ita præmissis † nequaquam obstantibus dubium non est, quin Advocatia tam inter præsentes quam absentes iniri possit.

Decisio affirmativa.

18 Quia consensu constituitur. † Quæ autem sunt illius generis, illa etiam inter absentes per epistolam aut Nuntium recte peraguntur, *l.*2.*ff. de pact. l.*1. *in fine ff. de contrahend. emption.* Ad hoc tamen requiritur, ut ab-

Prima decidendi ratio.

 sens

sens sciat se dari Protectorem, aut constitutionem habeat ratam, postquam scire cœpit ut, si Tabulis protectitiis acceptis acquievit, arg. *l. si Procuratorem.* 65. *ff. de Procuratorib*, neque de dissensu suo protestatus fuerit, ut in simili de Procuratore sancitur *clement.* 1. ubi Zabarella *de Procurator.* Bart. *in l. quo enim §. fin. ff. rem rat. haber.* Jason *in l. qua dotis num.* 90. *ff. solut. matrim.* Felin post Abbat. *in c. nonne n* 10. *de præsumpt.* Nam invitus † & qui dissentit Protector dari nequit. arg. *l. filiumfamilias* 8. §. 1. *ff. de Procurat.* Invitus autem is est, qui neque dicto nec facto aliquo præ se fert assensum *l. invitus C. de Procurat.*

19 Deinde vero decisio † nostra ex eo roboratur, quod non modo inter præsentes, verum etiam absentes pacta & conventiones quælibet fieri possint *l. 1. in fin. ff. de Procurat. l. qui autem §. ff. de constit. pecun.* Azo *in summa. C. de pact.* Fulgos. *l. si unus §. pactus n.* 16. *ff. de pact.* Zas. *l. singularia numer.* 17. *Digest. si certum petat.*

Ratio decidendi II.

20 Tertio controversiæ omnis expers est, † non minus valere, quod scriptura, quam quod lingua nuncupatur, aut vocibus lingua figuratis significatur *l. non figura. ff. de obligation. & action.* quod in utranque partem tractatum quoque reperitur apud eundem Uran. *in cit. cap. ex literis, extra de testib. in Addit. lit. B.* quo remisisse sat est.

Decidendi ratio III.

21 Unde dicimus, † quod is, qui scribit, loqui etiam videatur, per §. *superest. verb. loquamur. Inst. de Action.* ubi notant Gomes. & Ben. ncas. *num.* 28. text. *in epistola inter claras C. de summa Trinitate,* idque confirmat text. *in l. heredes § 1. verb. sua voce vel literis. ff. qui testam. fac. poss. l. 1. §. 1. verb. sive per epistolam sive per nuncium ff. quod jussu. l. obligari. §. ult. ff. de auctor. tutor. l. cum pater §. cum donationis. ff. de legatis.* 2. *Novell.* 44. *in præfation. verb. quæ charta loquebatur.*

22 Et quamvis sit extra controversiam. † quod per nuncium aut epistolam quis proprie non loquatur, *l. miles ad sororem ff. de leg.* 2. Bald. & alii permulti *in l. 1. ff. de verb. oblig. & l. 1. ff. de legib.* Joan. Coras. *lib.* 1. *miscellan. cap.* 24. *num.* 1. Joan. Gœddæus *de contrah. & committ. stipulat. c.* 3. *num.* 190. Scribere enim & loqui in rei veritate tantum differunt, quantum organa ipsa, manus scilicet & lingua.

23 Tamen, quoad demonstrationem mentis ejus, † qui scribit aut loquitur, non tam realis, quam verbalis videtur hæc loquendi & scribendi differentia, imo eadem in loquente & scribente est ratio, ut accurate ostendit Ferdinand. Vasq. *de successionib. tom.* 1. *libro* 2. §. 15. *requisito* 16. *num.* 55. Anton. Hering. *de fidejuss. cap.* 9. *num.* 29. In tantum, ut Imperator Leo *in*

24 *Nov.* 26. *ut eunuch. adoptar. poss. in fin.* dixerit, † eum cui vocis usus ademptus est, quæ linguæ munia sunt, per manum adimplere, & qui sermonem labris fundere nequit, per scripturam ad ordinandas res suas procedere, non prohiberi.

25 Ex quo fundamento Doctores decidunt, † quod in pœnalibus dispositionibus vetitus loqui cum aliquo, etiam epistolam ad eum mittere prohibeatur, *Clem. si summus Pontifex* juncta gloss. *de sent. excommunicat.* gloss. & Dd. *in cap. constitutione de sent. excomm. libro* 6.

26 Sic & cum bannito aut inimico † Domini loqui, prohibitus intelligitur quoque, ad eum scribendi litteras aut nuncium mittendi, facultate privatus Coras. *lib.* 1. *Miscellan. cap.* 44. Joan. de Arnono. *in commentario* 191. Ludolph Schrader. *in tract. feud part.*

27 4. *cap.* 5 *num.* 35. † non secus enim is crimen læsæ majestatis contrahit, qui epistolam aut nuncium ad hostem mittit, quam, qui oretenus cum eo sermonem habet, *l. 1. ibique* Bart. & Angel. *ff. ad leg. Juliam majestat.* Cæp. *cons.* 17. *n.* 30. Hieron. Gigas *in tract. de crim. læs. majest. sub rubr. qual. & à quib. crim. læs. majest. committ. quæst.* 21. Mart. Laudens. *de crim. læs. majest. quæst. secunda.*

28 Pari etiam ratione, † cui cum Cardinalibus in conclavi loqui prohibitum est, eidem quoque literas ad ipsos scribere, non est permissum. *c. ubi periculum. §. nulli. de elect. in* 6. Joan. de Vanquel. Coloniens. *in breviario suo conclus.* 4. & 5. dicit, quod loqui prohibitus, non possit ipsum visitare per nuncium, nec etiam scripto, eo, quod hæc sint paria. text. *in c. ego enim. de Jurejurando* probat Vincent. Carot. *decis.* 91. *n.* 7. & 8.

29 Quarto corroboratur † decisio nostra text. *l. 2. ff. de pactis*, ubi Labeo in genere dixit, convenire posse, vel re vel per epistolam, vel per nuncium inter absentes quoque, subscribit huic textui Constanti. Harmenop. *in Epitom. Jur. Civil. lib.* 1. *tit.* 9. *de pact.* ubi expresse adseverat, pacisci quempiam posse sive absens, sive præsto sit, sive per epistolam sive per nuncium, &c.

Ratio decidendi IV.

30 Loqui enim & scribere † formaliter quidem differunt, cum in illo interveniat articulatus sonus in canna pulmonis natus, in hoc non, Cœlius Rhodig. *lection. antiq. lib.* 16. *cap.* 14. *in fin.* sed effectu & reipsa non differunt, uti paulo ante allegatus Vasquius quoque sentit, imo non plus est discriminis, quam si dextra vel sinistra alicui pecuniam adnumeres, utrobique enim numerata erit. † Ut pro-

31 inde quoque epistolam, vicarium os, & subsidiariam linguam non inconvenienter dicere liceat, †

32 non aliter, ac legem dicimus mutum magistratum, aut magistratum legem loquentem Joan. Gœddæus *de contrahend. stipulat. cap.* 7. *conclus.* 10. *num.* 149. †

33 Item poesin picturam loquentem, & picturam mutam poesin.

34 Quinto cum multa alia & † quidem in primis ardua negotia inter absentes per epistolam sive nuncium rectissime expediantur, quid quæso erit causæ, cur non etiam in Juris Advocatitii conventione id admittamus.

Ratio decidendi V per similia.

35 Sic enim emptio & venditio, † mandatum, constitutum, societas, & pleraque alia rectissime per nuncium vel epistolam fiunt & expediuntur. *l. 1. ff. de contrahend. empt. l. 1. §. 1. & 2. ff. mandati, l. qui autem. §. ult. cum l. seq. ff. de constit. pecun. l. 4. ff pro socio.* Ludov. Roman. *cons.* 291.

36 Sic etiam donatio, † absenti, per epistolam vel internuncium, vel aliam personam ad hoc destinatam, facta valida est & subsistit, *l. absenti. ff. de donat. l. nec ambigi. C. eod.* Cephal. *cons.* 33. *lib.* 1. Jo. Baptist. Plotus *de in litem jurando.* §. 1. *num.* 6. Guid. Papæ, *q.* 222. Petr. Rebuff. *in l. subsignatum. § attestari, ff. de verbor. signif.* Hartman. Pistor. *part.* 2. *q.* 13. Octav. Cacheran. *decis.* 33. Anton. Thessaur *Pedemont. decis.* 70. *per tot.*

37 Sic etiam sponsalia inter † absentes contrahi possunt, per literas aut per nuncium *l. ult. ff. de sponsal.* Zas. *cons.* 3. *num.* 5 & 6. & *cons.* 4. *num.* 1. *lib.* 2. Alberic. Gentilis *de nuptiis lib.* 2. *c.* 2. & *ca.* 14.

38 Eundem in modum inter Principem † & hostem, valet pactio pacis causa per Nuntios & Procuratores in absentia eorum facta. Pet. Anchoran. & Philipp. Franc. *cap. ad Apostolica* per illum text. *de re judicat. in* 6. Afflict. *cap.* 1. *vers. injuria punitur* 114. *de pac. Juram. firm.* Quo casu tamen speciale †

39 mandatum in procuratoribus vel Nuntiis pacem facientibus requiritur Specul. *Tit. de Treug. & pace vers. hoc quoque Angel. in l. bene à Zenone Cod. de quadrien. præscript.* Matth. Cuno. *de pact. libro* 1. *capite* 22. *numer.* 71.

Sic

40 Sic etiam cessio bonorum † potest fieri etiam absente creditore per nuncium vel per epistolam quia postquam nuncius hoc retulit ad creditorem vel epistola est ei præsentata, omnia coram & in ejus præsentia fieri finguntur, Ang. de Clavasio *in summa sua verb. solutio*, §. 23. Zas. *in l. bonis ult. v. Ex hoc consequenter ff. de cessio. bon.* Hor. Carp. *ad stat. Medio. part.* 1. *c.* 408. *n.* 174.

Sic denique non tantum verbis sed alio quovis indi-41 cio voluntatis, † etiam ab absente per epistolam recusari potest hæreditas, *l. recusari ff. de acq. her. l. recusare.* 6. *ff. ad SC. Trebellian.*

42 Hinc est, † quod dicimus facta loqui & facto ipso quē loqui intelligi, ac nihil interesse, facto an verbis quispi-43 am quid confiteatur, Crav. *resp.* 1. *progenero, n.* 126. † Imo plus esse facto quam verbis aliquid fateri, Zas. *cons.* 24. *n.* 28. *lib.* 1. Barnab. Cornazan. *dec. Rota Lucens.* 160. *n.* 6. Pet. Wesenb. *cons.* 1. *n.* 46. qui ad hoc citat *l. non tantum ff. rem rat. hab. & l. si tamen §. 1. ff. de ædil. Edict.* per quos textus probatur, quod dicimus, interdum facto plus loquuntur quam verbis. Et deniq; nihil inter-44 esse † quid exæquipollentibus fiat, *l. fin. §. si. verb. tueri ff. mandati.* And. Gail. *lib.* 1. *obs.* 2. *n.* 2. & 3. Everhard. *loco ab æquipollent.* Tib. Dec. *resp.* 48. *n.* 13. *ubi* 4.

45 Quod si etiam non est exigua dexteritas in † manuum motu ad exprimendam animi sententiam, adeo ut Quintil. *lib.* 11. *cap.* 2. scribere non vereatur, manuum motum, communem quendam hominum sermonem videri, cui adstipulatur Ovidius scribens,

— Digitis per quos arcana loquaris.

Quis unquam mirabitur, eandem efficaciam quoque scriptioni attribui?

Ex quibus omnibus evidenter liquet, Advocatiam conventionalem recte constitui inter absentes. Pro declaratione tamen prædictæ conclusionis nostræ adno-46 tandum est, protectionis pacta † inter absentes ineunda, non aliter valere nisi interveniat nuncius, vel epistola, aut simile organum, per tex. *in l.* 2. *ibique* Fulgos. Cast. Ferret. & alii *ff. de pact. l. quædam mulier ff. de rei vendic. l. qui autem §. fin. ff. de const. pec. l.* 1. *in pr. ff. mandati l.* 1. *& ibi gloss. ff. de contrah. empt. l.* 2. *ff. de act. & oblig. l. Titius ff. de fidejuss. §.* 1. *Inst. de oblig. quæ ex consens.* Hip. Mars. *l. si quis ne quæstio n.* 60. *ff. de quæst.* Picus & Alc. *l. si creditores C. de pact.* Gom. *tr. de contract. c.* 4. *n.* 2. Hart. Pist. *q.* 13. *n.* 2. *lib.* 1.

Primum, ad ineundam inter absentes Protectionem, Requisitum.

Quod ipsum in omnibus expressis conventionibus inter absentes celebrandis, regulare est ut constat ex textibus modo allegatis & probat insuper tex. *l. etiam ibiq. gloss. l. absenti & ibi* Bart. *ff. de donat.* gloss. & Dd. *in l. si donatio l. nec ambigi*, ubi Bald. & *l. si aliqui C. de don. l. mulierem ff. de ritu nupt. c. veniens extra qui clerici vel vov.* Crav. *cons.* 288. *n.* 3.

47 Deinde advertendum est, in paciscenda † Advocatia non sufficere voluntatem paciscētis vel promittentis ad absentē per quemvis ad hoc non deputatum deferri, sed requiri, nuncium ad hoc esse destinatum glos. *l.* 1. *in fin. ff. de contrah. empt.* Bart. *cons.* 73. *n.* 2. *lib.* 1. Bal. *l. licet col.* 1. *v.* 4. *nota. C. de proc.* Aret. *cons.* 68. *col.* 2. *v. præterea dicit* Bec. *cons.* 65. *n.* 4. Quibus in locis Bart. & reliqui Dd. loquuntur in procuratore, qui absens constituatur.

Alterum requisitum.

Præterea pro declaratione observandū, quod neces-48 sarius ad contrahendam † clientelam inter absentes per nuncium vel epistolam consensus, ab utraque parte tunc demum inducatur, quādo epistola vel nuncius ad illum, cui destinatur, pervenit, isque pactum aut promissionem acceptavit. *l. absenti & ib.* Dd. *ff. de don. l. qui absenti in pr. & ibi* Rom. & Fran. Aret. *ff. de acq. poss.* Zuch. *in rep. rub. n.* 49 23. *C. de pact.* Par. *cons.* 127. *n.* 30. *lib.* 1. † Acceptasse autem absens censetur, nō tantum quando epistola recepta ver-50 bis consensum exprimit, verum etiā quando tacet. † Nāq; certum est, quod epistolam transmissam recipiens, & tacens consentire dicatur omnibus in ea contentis. *l. filiusfam. ff. ad Macedonian. clem.* 1. *de procurat.* Bart. *l. quo casum. §.* 1. *in fin. ff. rem rat. hab.* Bar. & Bal. *l. filius in fin. ff. de const. pecun.* Jal. *l. quæ dotis n.* 30. *ff. solut. matrim. & in repet. l. admonendi n.* 138. *ff. de jurejur.* Dec. *l. vinum. n.* 6. *ff. si cert. petat.* Mathes. *sing.* 26. Paris. *d. cons.* 127. *n.* 32. & 33. *lib.* 1. Lud. Schrad. *cons.* 37. *n.* 108. per multa *ibid.* ad hoc pro more coacervata jura.

Tertium Requisitum.

Quare si is, qui literas, † pactum aut promissionem 51 defensionis continentes, misit, in vivis esse desiit, antequam receptæ fuerint ab eo, cui missæ fuerunt, pactum non est validum, Innoc. *c.* 1. *in fin. extr. de successionib. ab intestat.* Ant. de Butr. *c. fin extr. de confess.* Rom. *l. nuda. col.* 3. *ff. de donat.* Jas. *in repet. d. l. admonendi. n.* 138. *vers. secundo limita. ff. de Jurejur.* Hippol. Marsil. *rubric. n.* 248. *Cod. de probat.* Zuchard. *rep. rubr. n.* 73. *C. de pact.* † Quemadmodum etiam, si vivente eo, qui nun-52 cium destinaverat, nuncius moriatur, antequam voluntatem destinantis ad absentem retulisset, pactum non conficitur. Aret. *l. qui servi. ff. de acquir. heredit.* Zuchard. *repet. d. rubr. n.* 75. *C. de pact.* Matth. Cuno. *in tract. de pact. c.* 14. *n.* 18. *lib.* 1.

Cæterum decisioni prædictæ non officiunt ea, quæ *superius* in contrarium adducta sunt.

Solutio contrariorum Argumentorum.

Nam, quod primo dictum est, † protectionem 53 per stipulationem contrahi, eo Jure hodie non utimur, sed ut quælibet alia conventio, ita & Advocatiæ pactio inter absentes quoque per epistolam vel nuncium fieri potest.

Responsio ad primam dubitandi rationem.

Nam verba consueta stipulationum † (de quibus accurate scribit Ant. Pichard. Vinuesa *ad tit. Institu. de verbor. obligat. in prin. tit. n.* 9. & 10.) hodie plane ab Aula, ut dici solet, recesserunt, † ita ut inter stipulatio 54 nem & quamlibet aliam promissionem vel etiam pa-55 ctum hodie vix ulla detur distinctio, de quo vel quotidianus fori usus sufficientem fidem cuilibet facere potest, monente illud ipsum etiam Wesenb. *in §. item inutilis. Inst. de inutil. stipulat.* Argumentum autem sumere † 56 ab eo, quod olim fuit in usu, nihil est aliud quam laterem lavare, ut inquit Alex. Raudens. *Tract. de Analogis c.* 38. *n.* 38. Cum multum † intersit, inter illud quod fuit & 57 quod nunc est, *l. qui res §. Aream, ff. de solut.* Hier. de Laurent. *decis. Aven.* 146. *n.* 16. Et ridiculum est, ut *quodam loco* asserit Quintilianus de antiquo † stipulati-58 onum Jure multum esse sollicitum, cum ejus in foro nostro exiguus amplius usus sit, de cujus tamen usu & necessitate videndus Zasius *in l.* 1. *in prin. n.* 2. & 3. *ff. de verb. obligat.*

Hinc & Leonina constitutio, † quæ jam ante introdu-59 cta fuerat, solennitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderabat, quibuscunq; tandem verbis aptis tamen & significantibus expressum, *l. omnes. C. de contrahend. stipulat. §. in hac re olim Inst. de verb. obligat.* † Quin autem tam 60 scripto sive calamo exaratis quam prolocutis verbis, aliquis sensum & consonantem intellectum exprimere possit, non nisi apud eos, qui veteribus glossis sunt ἀγράμματοι sive ἀναλφάβητοι, & literarum plane rudes, juxta *l.* 3. *ff. de accusat. l.* 10. & *l. penult. ff. qui testam. fac. poss.* similiter *Instit. de excusat. tutor.* Duar. *lib.* 1. *disp. c.* 3. dubitationis aleam subire potest, ut constat ex illis quæ *supra* in decidendi rationibus allata sunt.

Deinde verbum promitto † quando ponitur in con 61 tractu innominato (qualis est, ut *infra* docebitur conventio de protegendo) non importat stipulationem Cacher. *decis.* 98. *n.* 13. Præterea ad eandem primam objectionem responderi potest, quod verbum † PROMITTO per fictionem tantum inducat stipulationem, ut eleganter docet Card. Tusch. *pract. conclus.* 10. 6. *lit. P. concl. q.* 10. *n.* 1. & 2. Fictiones autem ita † inducendæ sunt,

Responsio II.

Responsio III.

sunt ne naturam ipsam destruamus, atque tandem, ut subjectum, cui accommodari possunt; adsequamur: Nulla quippe † per se sed omnes in natura tanquam subjecto, consistunt fictiones, & nil aliud, quam naturæ (cujus dicuntur † imitatrices arg. §. 4. *Inst. de Adopt.*) sunt imagines, quibus veritas adumbretur. Unde in iis quæ per naturam † rerum ita se habere possunt, locum duntaxat sibi vendicant arg. *l.* 14. *& ibi DD. ff. locati.*

Quod si igitur Cajus Sempronium in protectorem suscipiat, & Titius hunc Sempronium per epistolam propria manu exaratam aut subscriptam interroget, an Cajum in clientem suscipere velit, Semproniusque per epistolam sive αὐτόγραφον suum respondeat, se Caji clientelam suscepisse, quid quæso in rei veritate hic intererit inter stipulationem verbis elocutis sive pronunciatis, & stipulationem verbis scriptis.

61 Quod vero ibidem & in secunda ratione dubitandi dictum est, inter absentes per scripturam non posse contrahi stipulationem, id tametsi concedamus nihil officit decisioni nostræ. Cum enim protectio hodie nulla indigeat solenni stipulatione, sed quibuslibet verbis animi consensum inferentibus inter præsentes, per literas vel nuncium inter absentes constitui possit, de natura stipulationis qualiter ea contrahatur, amplius curandum non est.

Responsio ad II. dubitandi rationem.

Nihil denique similia de tutore & teste allata impediunt, quo minus Advocatia inter absentes contrahi possit. 63 † Nam quod ad tutorem attinet, licet eum in interponenda authoritate in omnibus pupilli contractibus & negotiis corpore præsentem esse oporteat: tamen nihil impedit quominus etiam absens tutor constituatur. Ita est tex. express. *in l. illud* 5. *ibique* Bart. *ff. de tutor. & curat. dat. ab his &c.* Specul. §. 14. *ver. hoc etiam de instrum. edit.* Bertach. *repert. part. 4. verb. tutor.*

Responsio III. dubitandi rationem ab exemplo Tutoris & Testis sumptam.

64 Ad exemplum vero de teste quod attinet, † licet illud perpetuum non sit quia Farin. *tract. test. quæst.* 80. *à num.* 36. *usque* 54. quatuordecim ponit exceptiones: 65 attamen etiam stante ea regula 65. respondetur, testis præsentiam, eam ob causam requiri, ut judex scilicet videre atque audire possit, quo vultu aut qua trepidatione loquatur testis, per *l. de minore* §. *plurimum ff. de quæstionibus.* hoc autem in protectore nullius considerationis est, ideoque nihil ab exemplo testis ad patronum inferre licet.

66 Ex quo etiam nemini dubium esse debet, † quin & per procuratorem specialiter constitutum aut Notarium ad id requisitum, uti & syndicum alicujus communitatis, protectionis pactum fieri possit, per tradita Tiraq. *de jur. const. poss. part.* 3. *lim.* 30. *n.* 23. ubi crebriorem opinionem esse dicit, 67 † quod Notarius per stipulationem alteri acquirere valeat, cui novissime subscribens Ant. Tessaur. *decis.* 70. *n.* 2. hanc opinionem communissimam & canonizatam dicit.

Nec obstat quod actus ille, ad cujus solennitatem 68 personalis præsentia alicujus requiritur, † & ita quidem, ut præsens & audiri & videri possit, sicut fieri debet in stipulatione *l.* 1. *in prin. ff. de verb. oblig.* §. *item verborum Instit. de inutil. stipul. l.* 3. *C. eod. tit.* per procuratorem aut alium ejus nomine, habito speciali mandato, expediri non possit, *l.* 2. *C. de his qui ven. ætat. impet.* Angel. *in l.* 3. *ff. rem ratam hab. l.* 1. §. *ne autem C. de caduc. tollend.* Socin. Senior, *cons.* 48. *incip. in præ-* 69 *senti consultatione n.* 9. *vol.* 1. † Neque enim sequitur, stipulans & promissor præsentes esse, & se invicem exaudiri debent. Ergo promissor non potest per procuratorem promittere. Consequens enim falsum est, per text. *in l.* 3. §. *fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. certe* §. 1. *ff. de precario l.* 1. §. *fin. ff. de procur. l. si procuratori* 79. *ff. de ver. oblig.* Petr. Peckius *de testam. conjug. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 3. *ver. contrarium forte.* † Idque luculenter patet ex regula juris, qua dicitur, quod quis per alium facit, perinde est ac si faceret per seipsum, *c. qui per alium, ibique* Dyn. *de reg. jur. in* 6. 70

Refutatio objectionis.

Sic quemadmodum, qui occidit per se, † tenetur lege Cornelia de Sicariis: ita & qui occidit per alium. *l. non ideo C. de accus. l. & si percuss. sit certum ff. ad SC. Syllanianum.* 71

Pari ratione sicut tenetur interdicto unde † vi qui dejecit per se; ita & qui per alium, *l. hoc jure* §. *dejecit ff. de reg. jur. l.* 1. §. *dejecisse. ff. de vi & vi armata* Bald. & Alex. *in c.* 1. §. *si quis decesserit. si de feud. fuer. controv. inter do. & agnat. in usib feud.* 72

Et præterea supradicta Theorica non † aliter procedit, quam si industria personæ, vel ejus corporalis præsentia in individuo & præcise ad solennitatem actus requiratur, text. *in l. solent.* 6. *de offic. proconf. v coram ext. de offic. delegat.* Felin. *in c. fin. nu.* 2. *ext. eod tit.* Barnab. Cornaz. *decis.* 73. *num.* 22. Cacheran. *decis. Pedemont.* 113. *n.* 3. *&* 4. Schrad. *tract. feud. part.* 10 *sect.* 20. *nu.* 283. *&* 284. 73

Alias, sicut dicimus, quod factum mandatarii sit vere & proprie factum mandantis, † ut post Baldum & Decium tradit *Rota Genuens. decis.* 67. *nu.* 1 Fab. de Anna *cons.* 82. *nu.* 21. Hinc est, quod mandans & mandatarius iisdem teneantur legibus secundum Cyn. *in l. non ideo minus Cod. de accusat. & leg.* 1. *Cod. si reus vel accus. mort. fuer.* Angel. Aret. *in* §. *interdum furti Inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt.* Abb. & Dd. *in cap. ad audientiam de homi.* Fel. *in c. sicut dignum in pr. eod. tit.* Cæpoll. *cons.* 34. Hippol. de Marsil. *sing.* 187. 74

Ita quoque dicere possumus, quod factum procuratoris protectionem molientis, † sit vere factum ipsius principalis protectionis pactum ineuntis. Ludolph. Schrad. *d. part.* 10. *sect.* 9. *n.* 119. Ubi dicit, quod regulariter quilibet id, quod ipsi permissum est, per procuratorem expedire possit, in omnibus omnino negotiis, etiam feudalibus *d. c. quod quis per alium* & ibi Jo. And. Dyn. & Dd. *de reg. jur. lib.* 6. *l.* 1. §. *usus autem ff. de procur.* §. 1. *Inst. per quas personas c.* 1. §. *sed utrum, & ibi* Bald. Alvarott. Laudens. Præpos. & Matth. de Afflict. *per quos fiat investit.* 75

Et hæc hactenus de Advocatia per intermediam personam contrahenda, nunc illud etiam circa generalia formandæ protectionis advertendum est, quod licet, ut *init. cap. istius*, diximus, tutelæ hujus forma in expressa defensionis promissione, verbis expresse obligativis consistat, tamen *certis etiam & infallibilibus placitis signis, & argumentis, non* † *minus Advocatiæ forma inducitur*, arg. *l.* 1. §. *cum adjicitur ff. de verb. oblig.* Bart. Jas. Alciat. *in d. l.* 1. §. *si quis simpliciter. nu.* 26. *in* 1. *lect. ff. d. tit.* Zas. secutus Joan. Fab. *in* §. *præterea Inst. de inut. stip.* contendit † quidem hanc approbationem verbis fieri, cum contractus sit verborum, qui hoc placito reparari debet omneque surrogatum sapere naturam ejus cui est surrogatum *l. si eum* §. *injuriarum ff. si quis caut. jud. sist. l.* 1. *Cod. de dot. promiss.* Sed & textu caret & legitima ratione. † Nam saltem requiritur, ut placeat ilico, placere autem necessario verba non desiderat ut patet *ex l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 7. §. *quod fere ff. de pact. cum similib.* 76 77

Advocatia qualiter absque verbis placitis tantum signis quibusdam contrahatur.

Hæc ipsa autem protectionis constitutio, quæ minus expressis verbis contrahitur, ut clarius enitescat ejusdem formandæ nonnulla exempla subjiciam.

Primum est, si futurus protector negotii, † quod geritur gnarus annuat, dextramque simul cedens quod Germani Handtstreich/ vocant, verbis solummodo executivis consensum declaret, ut si audiat se nomi- 78

Primum tacitus consensus signum.

nari vel scribi Protectorem & postmodum dicat, prædictis sum contentus, Ich bin damit zufrieden. tum contrahitur obligatio defendendi perinde, ac si expressis verbis dixisset, constituo me protectorem, vel, promitto me defensurum, per not. Anton. Hering. *tract. de fidejuss. c.* 11. *n.* 106. quod tamen ita demum procedit ac verum est, si requisita legitimæ obligationis interveniant.

Sic etiam protector manu stipulata promittens defensionem, † obligatur & contrahit pactum Advocatiæ, † quia & datis manibus seu dextrarum conjunctione, producitur obligatio, attestante *gloss. in c. fundamenta, verbo dextras de Elect. in* 6. de qua re *infra* plura habentur. [80] [81]

Alterum taciti consensus exemplum.

Et manu consensum declarari posse, patet ex eo † quod olim apud Romanos etiam in Senatu assensus fiebat, vel voce vel signo: signo dupliciter, pedibus aut manu. Et manu quidem, quoties ea exporrecta (quod ut *alibi* notavimus, etiamnum hodie apud Suitenses in eligendis officialibus & magistratibus fieri solet) significabant, talem sententiam approbare, qua de re apud Vopiscum *in Aureliano*, itemque apud Senec. *epist.* 2. 8. & Lipsium *in comment. ad Tacit. lib.* 15. *n.* 37. *& in notis ad lib.* 4. *histor. num.* 4. *& lib.* 4. *de militia Romana dialogo* 9. complura extant testimonia. [82]

Eodem modo & per subscriptionem Tabularum protectitiarum, quæ animo obligandi fit, † Advocatiam contrahi, dubium non est, & evincitur per notata Ant. de Gama *decis.* 61. *in fi.* ubi ait, Quod subscribens videatur virtualiter scribere omnia, quorum habuit notitiam, † omnis enim approbatio, habet vim confessionis, August. Berous *cons.* 32. *n.* 4. *lib.* 3. Cornazan. *decis.* 252. *num.* 5. [83] [84]

Tertium taciti consensus exemplum.

Quod etiam confirmari potest ex iis, quæ nos *infra in capite de Adjacentibus Advocatiæ de effectu subscriptionis* prolixe adduximus.

Cautela subscribentis.

Subscriptionum falsarum exempla.

Non semper tamen simpliciter credendum est ejusmodi subscriptionibus quia exempla non desunt, quod interdum aliqui manus aliorum imitati fuerint sigillaq; illorũ interceperint, ita cum nobili Wolfgango à Knotingen multipliciter per Hebræos falso practicatum fuisse, fama innotuit. Qua de re memorabile etiam exemplum ipse ante annos aliquot in praxi habui. Cum certus quidam Judæus à Nobili de Reiman aliquot millia aureorum exegisset, vigore Chirographi ipsius prætensi, in qua naturalis ipsius Nobilis manus subscriptio ita apparebat, ut negare scripturam Nobilis haut posset, sciebat tamen, nullas unquam se ab Hebræo illo accepisse pecunias, tandem tamen Judæo fuga elapso, compertum est, ipsum Nobilis manum effinxisse sigilloque ipsius fabrefacto fraudem commisisse, illud exigendo, quod nunquam crediderat. In eundem modum Stumpffius *lib.* 7. *Hist. Helv.* de Hulderico Wagnero & Ægidio cive Bernensi memorabilem Historiam quam lector ex eodem, si lubet, recognoscere potest enarrat. Itemque Cujac. *in tract. de prascr. c.* 31. ex Suida aliud exemplum † recenset in hæc verba: *Annus erat* 30, *vel* 40. *ex quo Emesenorum Ecclesia hæres extiterat Mamiano viro illustri & patricio, cum Oeconomi ejus arte, Prisci, qui optime aliena chirographa imitabatur pleraque confinxerunt instrumenta tabellionis cujusdam omnium judicio optimi qui vixerat superstite Mamiano, quibus ostendebant ingentes pecunias à multis Mamiano deberi, atq. adeo Ecclesiæ jure hæreditario. Sed quod instrumentis obstaret præscriptio triennii, scelus sceleri adjicientes Imperatorem Justinianum pecuniis expugnarunt, & data ei vel quæstoribus palatii pecunia illam legem extorserunt, ne Ecclesiis opponeretur alia, quam centum annorum præscriptio, quod postea idem Justinianus mutavit.* [85]

Illud vero singulatim etiam circa subscriptionem Protectoribus cavendum est, ne facile relinquant † suis officialibus vel aliis chartam albam suis manibus subscriptam, sigillisve munitam. Si enim pacta forsan insolita, in eandem conjicerentur, magnum inde iis præjudicium enasci posset, ut eleganter ostendit Aretin. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus n.* 6. *ff. de verb. oblig.* [86]

Tabulas enim subscribens easq; sigillans fateri eas & comprobare censetur per tex. *in c.* 1. *verb. sigillorum suorum de offic. ordin. in* 6. *l. si quis ex argent. §.* 3. *ff. de ed. l. Tribunus §.* 1. *ff. de Test. mil. c.* 2. *de fid. Instr.* Bart. *in l.* 1. *§. si quis negat. ff. quemadm. test. aper. ver. Quæro quid si instrumento.* Bald. *in l. non est ferendus. ff. de Transact.*

Et speciatim licet subscribens † ac sigillum apponens chartæ vel membranæ vacuæ non statim obligetur, ex quo tenorem postea scripturæ insertæ non inspexit nec cognovit, per doctrinam Innocent. *in d. cap.* 2. *de fid. Instrumen.* si tamen scriptam chartam sine contradictione recepit, ac penes se habuit: ut inspiciendi ac cognoscendi ocium habuerit, eam inspexisse ac cognovisse præsumitur *l.* 2. *§. inspectis ff. quemadm. testam. aper.* adeoque consensisse ac comprobasse ejus contenta existimatur *l. si filius* 2. *ff. ad SCtum Mac. gloss. in c.* 1. *de Proc.* Imo reprobatur allegatio ignorantiæ ejus, qui tales tabulas in manibus habuit, ut de contentis per se vel alium perquirere potuerit *l. quisquis C. de rescind. vend. clem.* 1. *de confess. prab.* Koppen. *qu.* 46. *n.* 27.

Conferunt huc nominatim ea quæ notavit Paulus Fuscus *in singularib. verb. subscribens*, ubi dicit hoc maxime notandum pro Dominis hodiernis, qui non tuto ejusmodi chartas, quas Itali vocant *Biancas* subscribunt allato insigni exemplo de Illust. Ferdinando † Duce Mantuæ, qui dum fuisset Gubernator totius Ducatus & status Mediolani, in Pedemontanam regionem Cæsarei exercitus Imperator præfecturus à Taberna, magno ejusdem Ducatus consiliario requisitus, ut tria aut quatuor folia alba manu sua subscripta, pro negociis repente contingentibus nullam temporis dilationem patientibus eo commodius expediendis, eidem relinqueret, ei annuit, in quorum uno postea Tabernæ opera fictum fuit. Illust. Ducem Ferdinandum Federico Duci Mantuæ ejus fratri scribere, se status Mediolani Ducem effici exoptare. Quibus literis ab ipso Taberna Carolo Quinto delatis, factum est, ut Illust. Ferdinandus apud Cæsarem suspectus in Hispaniam vocaretur, qui harum rerum inscius, & conscientia invictæ fidei intrepidus, eo se contulit, cui benigne accepto, post tunc aliquot dies, ita ab ipso Duce Ferdinando lacessitus Cæsar illas literas ostendit, profitens se illas veras non credere, quas cum ipse vidisset à se quidem subsignatas agnoscere, at illas scribendas nunquam mandasse certo scire, respondit. Re vero cum Juliano Guselino suo à secretis communicata, folioque illo ei ostenso, statim Guselinus dixit se recordari quorundam foliorum subscriptorum tantum cum essent in castra profecturi, Tabernæ relictorum, atque illico perquisito diario rerum, in Ducatu Mediolani mandatarum, quatuor fuisse folia præter Ferdinandi & Guselini subnotationem, alba tunc Tabernæ data, Guselinus deprehendit. Quare factum est, ut mandato Cæsaris tria alia folia à senatu Mediolani summa diligentia perquisita fuerint reperta, Cæsarique transmissa, quæ manu sua cum charactere primi sibi delati comparavit, atque Tabernæ dolo malo ex aliis etiam indiciis convicti id fictum fuisse deprehendit, quare mandavit Tabernam perpetuis carceribus in arce Mediolani asservari. [87]

Non dissimilia etiam de abusu foliorum ejusmodi vacuorum, tradunt Historici, de Wencestao † Imperatore, quod frequenter pluresque membranas nudas, rasasque Imperatoriæ tunc Majestatis sigillo, munitas pecunia vendiderit, in quibus, tum illi, tum alii [88]

Iii

in quorum manus venerunt, sub regio sigillo, quæ vellent scribere poterant, Gregor. Tholos. *de Republ. lib.* 16, *c.* 4, *n.*3. D. Goldast. *in* Reichssatzung *fol.* 158. in quibus extat sententia degradationis Wencesلai Rom. 89 Reg. ubi inter alias † causas hæc etiam expressa est, daß er vmb Gelts willen seine abgesandten mit vngeschriebenen Brieffen (die man nennet Membranen) vulgo Blancket à Gallico Blanck / quod album significat, vnd mit seiner May. Insigel besigelt waren ins Reich geschickt/ darein hernach die Legaten / oder denen die Membranen vertraut wurden / vnder dem Königlichen Insigel schreiben/ was sie wolten/dardurch das Heyl. Reich/ an seinen würden vnd nutzen schädlich beraubet vnd entgliedet worden.

Alludit autem ad hujusmodi chartas Biancas eleganter Guntherus *in vita Frider. Imp.* hisce verbis.

——impresso plurima signo
Dependa est vacuus apud illos pagina chartis.

90 Sed ulterius ratione formæ aliud hic quæri potest *quid dicendum sit de nudo pacto consensu, sive pollicitatione protegendi nuda, an per eam contrahatur Protectionis unio.*

Advocatia an nudo duntaxat pacto firmiter etiam constituatur.

Et sane initio negative respondendum esse videtur, per regulam, quod pactum nudum, stans in nudis & meris terminis seu finibus placiti, non pariat actionem, 91 per text. *in l. juris gentium* 6. *sed cum nulla ff. de pactis* ubi Dd. *ibid.* & *in l. legem C. eod.* Canonistæ *in c. d. tit. gloss. prima Inst quib. mod. re contrah. oblig.* Borch. *de pact. c. ult. n.* 1. Afflict. *decis.* 120. *n.* 2. Cach. *decis.* 2. *n.* 3. Pruckm. *cons* 19 *n.* 58. *tom.* 1.

Ratio dubitandi.

92 Hujus rei rationem hanc ponunt nostri, † quod lex civilis non assistat pactis nudis & conventionibus innominatis, *l. jurisgentium* 7. *ff. de pact. l. cum proponas l. legem l. si certis annis C. eodem l. si major* 36. *C. de transact. l. divisionis Digest. famil. hercis. l. lecta Digest. de* 93 *reb. cred. & si cert. petat.* unde & nuda dicuntur. † Ubi autem lex non assistit obligationi, quantumvis naturali, ibi non potest nasci obligatio jure civili efficax, hoc est, 94 quæ possit ad agendum, † nam actiones omnes juris civilis sunt, *l.* 2. *§. his legibus ff. de orig. jur.* Bart. *in l. ex hoc jure ff. de Just. & jur.*

Ratio Rationis.

Ubi igitur jus commune in conventione deficit, ibi 95 ex ea actio civilis nasci non potest Bald. † & Dd. *in l. si unus* 27. *§. pactus ne peteret ff. de pact. per l. licet* 42. *§. ea obligatio de procurat. l. si pupilli* 6. *§. videamus ff. de neg. gest.* Quod autem lex non assistat his conventionibus eo 96 factum volunt, † ne promiscue & quadam incogitantia 97 temere prolatis verbis obligetur, ut sæpenumero plura ostentandæ benevolentiæ causa pollicentur homines, quam serio præstare velint. *§.* 2. *v. ceterum si, ut ple-* 98 *rumque sermonibus fieri solet dixit &c.* † *Instit. de milit. test.* Hinc & communiter dicitur, verba honoris non obligare, ex iis igitur promiscue obligationem & actionem oriri valde fuerit iniquum & injuste Bart. *in l.* 1. *§. si quis simpliciter ff. de verb. oblig.* per text. *in c. cum venissent ubi CC. de inst.* Ang. Cast. Soc. & Dd. *in rubr. de verb. obligat.* Latissime omnium Andr. ab Exea. *in tract. de pact. num.* 270. *cum seq.* Wesenb. *paratit. ff. de pact. num.* 9.

99 Itaque & Plato *in libris de Rep.* † eadem ratione non vult obligationes ex promissis promiscue induci forte in familiari sermone aut convivio factis, sed dum demum cum in foro, ubi contrahi solet contractus serio celebrantur, ne scilicet nimium constringatur libertas oris, & sæpe imprudentes in laqueos incidant si ex quovis dicto temere fortassis prolato homines obligentur, *d. §.* 2. *& §. pen. Inst. de milit. testam.* Hinc eleganter tradit Nicas, *in §. plane, num.* 4. *Institut. de testam. milit.* quod verba jocosa, verba causa disciplinæ dicta, item propter amorem vel affectionem, ut si quis dicat: Tu eris filius meus: similiter verba ex Amicitia dicta, ut dicendo, omnia mea tua sunt quæ communiter sunt verba curialia: aut dicendo, Ego sum tuus: Item verba commendatoria alicujus in Epistola, non obligant. Cui adde Alc. *parerg. lib.* 2. *cap.* 12. dum scribit, non ex omnibus verbis induci obligationem, ut sunt verba adulationis causa dicta, prout fit ab Aulicis: item verba jactatoria, lubricum linguæ, commendatoria, verba calore iracundiæ prolata, aut nimia alacritate in balneo vel convivio effusa: & ibi ponit ænigma de muliere loquace, quæ tamen præter linguam nihil meretricium haberet, quod in triclinio fuerit Coa, id est, coitum petens: in cubiculo vero Nola, id est, renuens vel negans, vide quoque Simon. de prætis *cons.* 44. *num.* 8. *cent.* 3. ubi tradit, verba generalia, dicta animo blandiendi, sperandi, ostensiva affectionis & dilectionis, respicientia futurum, oblativa, jactatoria, & pollicitatoria potius quam obligatoria, non obligare scribentem, ad quod allegat *c. cum venissent de Inst.* & *ibi not. p.* DD. *obligationum substantia, §. fin. ff. de act. & oblig. cum plurib. allegatis ibi videndis.*

Verum hac dubitandi ratione non obstante contraria & affirmativa sententia mihi arridet, † unde & con- 100 cludendum existimo, in hac protectionis, de qua generatim hic loquimur, unione, etiam nudum pactum ac promissionem defendendi, Advocatum efficaciter obligare, & consequenter nudo pacto Advocatiam constitui.

Affirmativa decisio.

Primo enim ita pronunciandi fiduciam præbet, † 101 quod æquitate Canonica pactum nudum, hodie non minus quam vestitum servandum sit, per tex. *in c.* 1. *de pact. ibi*, pax servetur & pacta custodiantur text. *in l. statuas ff. de acquir. rer. domin. & in c. qualiter eod. tit.* ubi ait summus Pontifex, studiose agendum esse, ut ea, quæ promittuntur opere compleantur, *gloss. in l. quintum ff. mandati*, ubi habetur, † quod verecundia sit alicui re- 102 cusare, quod promiserit pacto nudo. Et quod pactum nudum ex definitione juris canonici actionem pariat testatur glossa *in d. cap.* 1. *ext. de pactis*, quam *ibidem* post Innocentium Gofred. Hostiens. sequuntur Imola *n.* 9. Panorm. *n.* 2. Felin. 5 *n.* post Butr. Domini, & alios multos *ibi* adductos Fortun. Garsias *n.* 30. Eman. Soarez. *in Thesaur. com. opin. in verbo Pactum*, ubi hanc sententiam communem testatur Paul. Castr. *in l.* 7. *§. sed cum nulla ff. de pact. n.* 3. Alex. *n.* 9. Alberic. *n.* 15. Jason *n.* 5. ubi similiter communem appellat Bald. *in c. adhac n.* 16. *C. de usur.* Barth. Socinus *in l. legem nu.* 2. Decius *n.* 11. *C. de pact.* Archidiac. *in c. juramenti* 22. *q.* 5. Lud. Rom. *in l.* 2. *ff. de verb. oblig.* Alciat. *in c. cum contingat, n.* 137. *ext de jurejur.* Corn. *cons.* 2. *n.* 1. Pet. Greg. Tholos. *Synt. jur. lib.* 21. *c.* 3. *n.* 7. ubi dicit, hanc naturalem obligationem ex nudo pacto ortam fovere jus divinum, ac proinde hodie ex bono & æquo summaque potestate curiarum pro hujusmodi pacto judicari; eo quod ubi de periculo animæ agitur sanctionibus ecclesiasticis adhærendum sit.

Affirmativa decisio.

Quod ipsum etiam nominatim in scripta retulit Salycet. *in l. placuit. C. de judi.* † Idq; eo magis dicendum est, 103 quod inter simplicem loquelam & juramentum Deus nullam constituat differentiam *c. juramenti* 22. *q.* 5. *& c. quoq. suffragio* 6. *qu.* 2. & voluit gloss. *in c. de pactis.*

Quare jure Pontificio † (quod potissimum nunc usu 104 sequimur) per omnia, ut reliqui contractus ad agendum condictione ex Canone firmum est, atq; efficax *d. c.* 1. ubi Dd. præcipue Curt. *n.* 10. *de pact.* dummodo ab idoneis personis sive doli metu, de re licita conventũ sit *l.* 7. *§. ait prætor.* 3. *l.* 8. 9. 10. 11. *cum seq. ff. de pactis l.* 3. *l.* 6. 22. 23. 25. *C. d. tit.* Cov. *in relect. c. quamvis* 2. *§.* 4. *n.* 24.

Deinde fulcitur hæc nostra decisio † ex traditione 105 Doctorum, expresse scribentium, quod pactum etiam nudum per Principem cum subdito aut cum hoste suo

Altera decidendi ratio.

suo super induciis & pace initum valeat, & producat actionem, ut voluit Bald. *d. c. 1. n. 11. de pact.* Jal. *in l. jurisgentium §. sed cũ nulla n. 32. ff. eod.* Idem *l. lecta n. 12. ff. si cert. pet. & in l. quoties n. 7. C. de rei vendicat.* Hippol. Marsil. *sing.* 48. Franc. Cremon. *sing.* 25. Petr. Duen, *reg.* 16. Andr. ab Exea *tract. de pact. n.* 384. Joa. Bapt. 106 Asin. plures allegans, *in praxi judic.* §. 3. *c.* 26. *nu.* 8. † tum, quod verba Principis majoris sint vigoris & efficaciæ, quam hominum privatorum & ideo inania esse non 107 debeant, *l. digna vox C. de legib.* † tum, quod coram principe, & in his, quæ ipse gerit, attendatur jus gentium, non jus civile per tradita Asin. *d. c.* 26. *n.* 8. *ad fin.*

108 Constat autem ex pacto, † jure naturali seu gentium nasci obligationem naturalem, quæ illo jure sit efficax *l. 1. l. jurisgentium 7. §. 1. ff. de pact. l. legem 10. l. bona fi-* 109 *dei 13. C. eod.* † Unde & Ulpianus *in l. 5. ff. d. titul.* ait, congruum esse humanæ fidei, hoc est, juri gentium seu juri naturæ (quod ipsum humanum Livio vocatur) pa-110 cta servare. Si igitur humano jure pacta servanda sunt: certe eodem jure efficacia fuerunt tam ad agendum quã ad excipiendum. Hæc enim vis est verbi servare, cum jus servari quid jubet, ut pluribus declarat Panorm. *in d. c. 1. n. 2. 4. & 5. de pact.* Sic & ICtus *in l. in iis 5. §. Imper. de solut.* diserte ait, ex pacto naturaliter deberi hoc est, jure gentium, *l. cum amplius 84. de reg. jur.* Et quia pacta consensu & conventione constant, ex qua jure gentium obligatio existit, *l. 1. in fi. ff. de pact. l. 1. in fi. de contrah. empt. l. si non sortem 26. §. libertus l. frater à fratre ff. de condict. indeb.* Ideo & per consequens etiam illo jure actio seu petitio nascitur, Pan. *in c. dilecti de jud.*

Si igitur, ut dictum est, ex pacto etiam nudo pacis causa inter principem & hostem inito actio nascatur quanto magis id locum habere debet, quando illa inter protectorem & clientes summo amicitiæ vinculo inter se nexos defensionis pacto intercedit.

111 *Tertia decidendi ratio.* Tertio decisio nostra ex eo maxime firmatur † quod in conventionibus de pace de fœderibus quibus Advocatiæ pares sunt, de induciis à Principibus vel aliis Statibus interpositis, etiam ex pacto nudo actio detur per doctrinam Bald. *in c. 1. ext. de pactis* Jal. *in d. §. sed cũ nulla n. 21.* Et tales conventiones jure gentium, confirmari videntur *l. ex hoc jure ff. de just. & jur. l. juris gentium ff. de pactis §. 1.* ex quo edocemur; illa pacta actionem parere, quæ causa nituntur, protectionum autem conventiones congruenti causa pacis nempe conservandæ suffultas esse nemo inficiabitur, Cum igitur ejusmodi inter Patronum & clientem inita pacta publica non egeant fomento verborum, secundum Jas. *in d. l. juris gentium §. sed cum nulla ff. de pact.* qui alleg. *l. conventionem ff. eod.* & dicit ita tenere Bald. *in d. c. 1. ult. col. ante fi. extr. eod.* adstipulantur Andr. ab Exea *de pact. n. 384. v. 14.* Mynsin. *decad. 3. cent. 21. n. 9.* & serio interposita esse censeantur, consequitur ea ad actionem producendam efficacia esse.

112 *Responsio ad propositam dubitandi rationem.* Nihil autem refragatur † decisioni nostræ adducta initio dubitandi ratio, quod scilicet † nulla ex nudo pacto detur actio, quia, ut ex dictis patet jure Canonico (quod hac in re sequimur,) contrarium statuitur, idque obtinet in omni foro, ubi ex æquo & bono & ex suprema potestate judicatur; ut sunt Curiæ summorum Principum, Arbitratorum, Mercatorum & similium &c. Bart. & Dd. *in l. 7. quinimo* per illum text. *ff. de pact. & in l. si fidejussor. 29. §. quedam ff. mandati.*

Idque in casu propositæ quæstionis tanto magis locum habet, quod pacta protectitia non videri possunt repentino aliquo animi impetu, ut in pactis invidis regulariter fieri jura civilia præsumunt, sed deliberate ad tuendos & in pace conservandos subditos, inita per not. Petr. Gilkenii *ad l. 10. C. de pact. n. 49.*

Etsi vero varie controvertatur inter ICtos an in reliquis curiis, in quibus secundum jus civile pronunciatur, jus Pontificium obtinere debeat: tamen communissima est opinio, & ita usu observatur, ut indistincte ex pactis nudis serio & deliberate initis, etiam in foro civili hodie detur actio, Bald. & Salic. *in l. petens 21. C. de pact.* Joach. Schlepliß *in commem. ad promptuar. jur. Klammer. tit. 13. de pact. & transact. n. 8.* idem Bald. *in legitima 6. in pr. ff. de pact.* Jason qui dicit esse communem *d. l. 7. §. sed cum nulla nn. 4.* Quod & ipse verius putat & sequendum statuit † Petr. Greg. Tholos. *d. c. 3. n.* 113 7. ubi etiam Modestino ICto placuisse dicit, nudum consensum sufficere obligationi *cap. 1. & 2. de oper. novi nunt.* Nam ejusmodi pacta cum obligent naturaliter & ex æquo & bono *l. 1. in pr. ff. de pact. l. 1. de constit. pe.* † sequitur, eum, qui pacta non servat, con- 114 tra naturam conscientiam, atque adeo contra officium boni viri facere ac peccare, ut volunt Canonistæ) mortaliter, gloss. *in c. 1. de pact.* Qua de re eleganter Silius Italicus *lib.* 13.

——qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues spes linquet Amici,
Non illi domus aut conjux, aut vita manebit,
Nunquã expers luctus lacrymæq́; aget æquore semper
Ac tellure premens, aget agrum nocte dieq́,
Despecta ac violata fides.

Et certè D. Paulus *ad Roman. 1. 31. ἀσυνθέτους*, hoc est eos, qui pacta non servant in illis numerat, qui capitaliter delinquunt. † Est autem definitum inter Dd. ut quoti- 115 escunque agitur de cavendo peccato, deque causa conscientiæ, toties etiam in foro civili jus Pontificium debeat observari *c. 1. & 2.* ubi Dd. *de oper. novi nunc.* Cast. *in Auth. at qui semel num. 3. & 4. C. de probation. cum similib.* Matth. Wesenb. *in paratit. ff. de pactis sub n. vers. quanquam autem* † 116

Protectionis promissio pura vel conditionalis. Formæ insuper protectionis seu Advocatiæ adjicitur, quod *protector vel pure, vel sub conditione, vel ad tempus, vel ex tempore, item sub juramento, cum cautione, vel sub certa pœna, constitui potest* quæ singula non inutiliter hoc loco explicanda videntur.

Et primo quidem, cum clientum maxime intersit in omnem eventum paratos habere protectores *protectio plerumq́ pure initur*, † eo quod pura defendendi obli- 117 gatio nihil aliud sit quam præsens, *l. 6. in pr. ff. si cert. pet.* quæ cum ipso principali negotio absque ulla alia adjectione diei, aut cõditionis statim exordium capit, quæ 118 vacua ac libera est ab iis rebus, quæ stipulationis vinculum ejusq; usum ac effectum differre solent, ut post Donell. *in l. cumque 41. §. quotiens, n. 3. ff. de contrah. stip.* notavere Jo. Gæddæ. *de contrah. stip. c. 8. concl. 4. nu. 117.* & Anton. Hering. *de fidejuss. c. 11. n. 196.* *Conventio Protectionis pura.*

Constituitur tamen nihilominus recte etiam sub conditione, quatenus ea, prout in aliis contractibus † ac dis- 119 positionibus, ut in honesta, velut impossibilis, non rejicitur, arg. *l. si sub impossibili 29. ff. de fidejuss.* Sichard. *ad §. si impossibilis n. 4. Instit. de inutil. stipulat.* Gæddæ. *d. c. 8. concl. 6.* *Conventio Advocatia conditionalis.*

Sicut enim omne factum possibile & honestum potest in stipulationem deduci, ut debeatur: † ita & con- 120 ditionis causa adjici, *l. 8. l. 10. l. si stipulatio 61. l. stipulationes non 72. §. 1. l. fi. ita 97. l. à Titio 108. l. cum quidam 132. ff. de verb. oblig.*

Omnis autẽ protegendi conditio est in eventu posita sive fortuita, quã & casualem vocant, † sive potestativa sit 121 sive mixta, sive in faciendo vel dando consistat, eaq; omnis affirmative vel negative concepta. Illud patet ex *l. unic. § sin autem aliquid §. fi. C. de cad. toll. l. 4. ff. de cond. inst. l. 1. in pr. & §. ult. l. 2. l. multum interest 21. l. in facto 60. l. cõditionum 91. l. qui sub cond. 111. l. seq. ff. de cond. & demon. §. sub conditione §. ex cõditionali Inst. de contrah stip.* Hoc vero evidens est ex *l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. si ita 63. quicquid*

99. §. 1. *l. si ita stipulatus* 115. §. 1. §. *seq. l. qui Romæ* 122. §. *Flavius Hermes l. si ita* 126. *l. si quis ita* 129. *l. ult. in fi. ff. d. tit.*

122 *Casualis defendendi conditio.* Et casualis quidem defendendi conditio, † ut si ineatur Advocatia sub hac forma: si hanc provinciam in potestatem meam redegero, tuus ero protector tunc ejus obligatio in eventu tota est posita, arg. *l. in facto* 60. *ff. de cond. & demonst.* penitusque à casu & mero eventu fortuito dependet, ideoque conditio fortuita vocatur. *l. unic. §. sin autem aliquid. C. de cad. toll.*

123 *Potestativa protegendi conditio.* Potestativa deinde protegendi conditio est, † quæ dependet ex mera voluntate clientum, quibus defensio promittitur, seu quæ sine impedimento in potestatem clientum confertur, argum. *l. obligationum fere* 44. *vers. si ita stipulatus sim. ff. de action. & obligation. leg. in illa* 8. *leg. stipulationis non §. 1. ff. de contrahend. stip. l. 3. l. 4. ff. de cond. instit. l. qui sub conditione* 111. *ff. de cond. & demonstrat.* puta si Imperatorem ea de causa compellaveris, ero defensor tuus; Est enim in ipsorum clientum potestate, Cæsari desuper preces porrigere vel non.

124 *Mixta tuendi conditio.* Potest autem & mixta esse conditio protegendi † quando scilicet promissa defensio partim à facto & arbitrio ejus, cui præstanda est, partim ab eventu fortunæ dependet, *d. l. unic. §. sin autem aliquid d. l. 4. d. l. in facto* 60. *ff. de cond. & demonst. l. 5. l. 8. C. de inst. & subst.* veluti, si Princeps aliquis promittat defensionem sub his verbis: si indigenti mihi auxilio tuo *vicissim* suppetias tuleris. Hæc enim conditio pendet partim ex voluntate tua, partim ex casu & fortunæ insidiis, cum multi casus accidere possint ut protectores impediantur, mutuam afferre opem.

125 Cum autem prædictis modis sub conditione sive † casuali, sive potestativa seu mixta affirmativa vel negativa jus protectionis delatum vel susceptum fuerit. Pro-
126 tector † tum demum ad defensionem obligatur, quando conditio, quæ stipulationi adscripta est, extiterit, Hoc Justinianus significat *in §. ex conditionali. Inst. de verb. obligat. Cum* inquit, *ex conditionali stipulatione tantum spem esse debitum iri. Si spes tantum est debitum iri, revera antequam conditio eveniat, nihil debetur: quod debetur certum est, id cujus spes tantum est, incertum.* † Ideoque Diogenes Laertius interrogatus, τί ἐστιν ἐλπὶς hoc est, *quid est spes,* respondisse fertur ἐγρηγορότος ἐνύπνιον, id est, *vigilantis somnium* & fallit spes multis modis etiam sapientissimos, id quod etiam refert Jo. Borch. *in Commen. ad titulum ff. de verb. oblig.*

Quod tamen intelligendum est de propria conditio-
127 nali stipulatione, † quæ scilicet confertur in futurum tempus. Nam tunc differtur obligatio in eventum con-
128 ditionis. † Sed quando confertur in præsens vel præteritum tempus, tunc non suspenditur obligatio, sed habetur pro pura, *l. cum ad præsens, cum duab. ll. seq. ff. si certum pet.* Quia conditio de præterito vel præsenti, non dicitur proprie conditio, ideo non suspendit obligationem. Si enim falsa est, impedit actionem & obligationem oriri ut nihil valeat stipulatio. Si autem vera est, statim valet, & producit actionem, licet contrahentes ignorent, *§. conditiones, ubi* Schneidew. *n. 1. Inst. de verb. oblig. & l. cum ad præsens. & ibi D. ff. si cert. pet.* Et sic, quia obligationem non differt neque suspendit, cum casum seu eventum non habet, revera & proprie conditio non est, *d. l. cum ad præsens l. seq.* ubi Jas. & Costalius *l. conditio* 100. *l. si ita stipulatus* 120. *ff. de contrah. stip.*

129 *Protectio ordinaria pacta in casum necessitatis, an sit pura vel condi-* Cæterum his diversis protectionum † conditionalium formis sufficienter excussis, *cum regulariter omnis Advocatia, respectu præstandæ defensionis conditionem præsupponat, quatenus ea nunquam, nisi eveniente casu oppressionis, debetur, ideoque omnis tam delegata quam ordinaria seu Conventionalis protectio, in eum duntaxat eventum conducatur ac promittatur, quando scilicet clientes defensione indigent eamque à patrono timaliis exigunt, ideo circa illam protegendi stipulationem non absque causa quæri possit, an sit conditionalis vel pura,* arg. *l. si decem* 48. *ff. de contrah. stip.*

130 *Ratio dubitandi.* Dubium facit, quod istæ stipulationes, cum dederis, cum volueris; cum potueris; dare spondes? conditionem habere dicantur, *l. quodcunque §. non solum l. centesimis §. ult. ff. d. tit. l. nepos Proculo* 125. *ff. de verbor. signific.*

131 *Ratio decidendi prima.* Verum hoc non attento puto, puram nihilominus esse Advocatiam. † Cum enim in qualibet stipulatione non solum verba, sed etiam mens spectanda sit, *leg. semper in stipulationibus ff. de reg. jur. l. si ita quis* 135. *ff. de contrah. stipul. l. Titia hæredis ff. de cond. & demonst.* & his verbis potius admoneamus, ut in tempore suppetias ferat protector, quam conditionem aliquam exprimamus, ideo non conditionalis sed purus habetur contractus arg. *d. l. si decem* 48. *d. l. si ita quis* 135. *d. l. Titia hær. ff. de cond. & demonst.*

132 *Ratio decidendi altera.* Confirmatur hæc decisio ex eo maxime, quia juris est indubitati, quod stipulatio sub † conditione necessaria, habeatur pro pura, *l. si pupillus §. qui sub conditione ff. de nov.* Jo. Schneidew. *§. sub conditione n. 13. Inst. de verb. oblig.*

133 At vero in contractu Advocatiæ apposita, † in eum tantum eventum, quando clientes injuste offenduntur, conditio defendendi, necessario eidem inest, unde Advocatia pro contractu puro habetur.

134 *Conditio qualiter expresse vel tacite protectionis pacto inesse dicatur.* Ex hac igitur decisione colligitur, † conditionem defendendi dupliciter hic considerari posse: Uno modo, quando illa in hunc vel illum eventum expresse ponitur, ut, si mihi annuos centum florenos dederis, te protegam.

Alio modo consideratur, cum tacite inest, vel quando nulla aperte conditio apponitur, implicitam tamen eam habet, quando scilicet partes pure contrahunt, & tamen contractus ex natura rei in stipulationem deductæ, tacite in se conditionem continet, veluti, promitto, te defendere; si tibi hostes vim inferant. Hic etsi videatur conditio expressa, quando Advocatus succurrere teneatur clienti, ut neque ante eum eventum defensio debeatur, revera tamen ea conditio cuilibet clientelæ inest, ut neque ante, neque aliter tuitio debeatur, quam si clientes ab hostibus injustam vim patiantur, arg. *l. si Titio ff. quando dies legat. ced. l. si decem* 48. *à sensu diverso ff. de contrahend. stipul. l. 1. §. 1. ff. de cond. & demonst.*

135 *Tertia decidendi ratio à similitudine operarum Patrono per libertum debitarum.* Tertio stabilitur hæc sententia argumento † Liberti ac Patroni, si enim patronus à liberto operas stipulatus sit etsi pure promittatur à liberto, dum manumittitur, *l. 2. l. 4. l. 7. l. si quis* 13. *§. judicium* 1. *cum patronus* 22. *ff. de op. lib.* Tacite tamen conditio inest, ut non prius cedant, hoc est, debeantur, antequam indictæ fuerint; nec dies petendi venisse intelligatur, quam si tantum temporis præterierit, quo edi potuerit *l. 3. l. 8. l. si quis* 13. *§. judicium l. quotiens* 24. *ff. de oper. libert. l. interdum ff. de contrah. stipul.*

136 *Protectionis conventio qualiter ad tempus vel ex tempore contrahatur.* *Jus insuper protectionis ut supra dictum est, † contrahi potest ad tempus* auff ein gewisse Jahr acht *arg. l. 28. C. de pact. l. 1. l. 27. §. ff. eod.* Coler. *consil.* 33. *n.* 55. Ruding. *cent.* 3. *obs.* 26. *n.* 5. vel ex tempore arg. *l. ult. ff. de contrah. empt. v. idem accepto.*

Quando ad tempus contrahitur Advocatia, etsi ex præsenti statim oriatur obligatio defendendi, in eventum scilicet necessariæ tuitionis, eadem me tamen clientela certo tempore includitur, ut eo finito obligatio etiam defendendi extinguatur, *l. cum, qui ita* 56. *§. qui ita stip. ff. de contrah. stip. §. at si ita Inst. eod.*

137 In quantum autem tempus utiliter constituantur protectionis pacta, paulo post dicetur. † Hic tamen diffe-

differentia, quando Advocatia ex tempore vel ad tempus ex die vel ad diem, inita, dicatur, adjicienda est. Ex tempore concepta dicitur, quando facta de protegendo dispositio ita concepta fuit, ut Advocatus post decem annos aut à decimo anno ad defendendum obligatus esse incipiat, *l. quærebatur. §. fin. de mil. test. l. hæreditas ex die ff. de her. inst. l. obligationum, in pr. ff. de oblig. & act.* Ad tempus vero concepta est si usque ad decem annos, aliudve certum & limitatum tempus, *l. & puto §. 1. ff. fam. hercisc. l. miles ita heredem in pr. ff. de mil. test. §. hæres Inst. de hæred. inst.* Coras. *in l. servitutes ipso quidem jure, n. 27. ff. de serv.* citans ibi doctrinam Bald. Ang. & Imolæ qui dicunt, ex die dari seu constitui, ubi dies se habet per modum principii. Ad diem vero quando dies apponitur per modum finis, seu finalis termini. Qua de re plura vide apud Jo. Borch. *in tract. de oblig. & action. c. 3. n. 4. & 5.* Joa. Gæddæ, *de contrah. stip. c 8. concl. 4. n. 119. 120. & 121.*

Differentia inter Advocatiam ex tempore vel ad tempus, contractam.

139 Diximus etiam † Advocatiam interdum cum accessione Jurisjurandi iniri. Quod igitur ad illud juramentum tam à Protectore, quam etiam à clientibus præstandum attinet, quamvis de eo nonnulla *superius in c. 5. de origine Advocatiæ*, quatenus Imperatores ac Reges ad protegendam Ecclesiam Romanam sacramento sese jam olim devinxerint & etiamnum hodie solenniter jurent, & *in Cap. X.* qualiter olim clientes protectoribus suis Schirmpflicht / hoc est juramentum clientelare præstiterint sicut & *infra cap. de adjacentib.* Quomodo veteres Advocati jurejurando sese obligaverint & nonnulli etiamnum hodie jurent, in medium attulerimus; Quia tamen ea tractatio maxime etiam formam protectionis respicit, idcirco eadem de re, cætera etiam huc spectantia haud omittenda esse duximus.

Advocatia quomodo interdum cum accessione jurisjurandi ineatur.

Cum igitur dubio omni careat & ubique *dictis in* 140 *locis* allata à nobis exempla affatim demonstrent † non olim solum communiter Advocatos Monasteriorum Prælatis de recto & legitimo Advocatiæ usu aliisque 141 capitulis servandis † sed & Imperatores Regesque 142 Romanorum in actu inaugurationis generatim de defendenda Romana & Catholica Ecclesia, & post illam nuncupatim etiam summis Pontificibus jurasse illud hic indagandum succedit † *sitne jusjurandum istiusmodi fidelitatis homagii sive subjectionis, vel patrocinii ac defensionis duntaxat vinculum?*

Juramentum Imperatoris summo Pontifici præstandum, an sit fidelitatis vel defensionis vinculum.

Etsi vero ob temeritatis reprehensionem grave mihi futurum sit meum in hac multorum, ut ait Rittershus. *1. Feud. c. 10. q. 11.* exercituum sanguine nobilitata, olimque inter summos Pontifices ac Imperatores acerrime agitata quæstione, interponere judicium, non gravabor tamen ea, quæ in utramque partem argumenta atque auctoritates suppetunt, in medium proferre.

143 Et sane cum hæc ipsa controversia Friderici I. Imp. temporibus ab Adriano Papa mota, non tamen definita fuisset, eandem postea Clemens V. reassumpsit cui tamen Henricus VII. acriter se opposuit, eo tamen vita erepto jusjurandum illud esse fidelitatis expresse statuit Clemens V. qui sedem Pontificiam Roma transtulit Avenionem, in Concilio, quod Viennæ in Gallia habuit defuncto Imperatore Henrico *in clement. unic. de jurejur.* hisce verbis: *Quia ergo Capitulis juramento fidelitatis contentis sollicita meditatione pensatis ipsa capitula in præfatis Imperatoris juramentis quantum ad effectum mentem & virtutem ipsorum, non est dubium contineri. Nos præmissis aliis rationibus, ne quis in Romanum assumptum principem vel in posterum assumendus an juramenta huiusmodi per dictum Henricum Imperatorem præstita, & per successores ipsius in futurum præstanda fidelitatis existant, in dubietatem deducere audeat, vel super his contrarium adstruere veritati, authoritate Apostolica de fratrum nostrorum consilio declaramus, illa juramenta prædicta fidelitatis existere & censeri debere.*

Affirmativa.

Ratio pro affirmativa à dispositione juris Canonici.

144 Hinc & cum Lotharius Saxo coronam † accipiendo sese ad pedes Pontificis abjecisset Papa Innocentius II. ut talis subjectionis tessera orbi pateferet atque ad posteros transmitteretur, eo abeunte in Palatio Lateranensi eum, quasi vasallum ad pedes ipsius prostratum, & Imperii coronam ab eo accipientem depingi, eamque picturam ejus facti testem, cum hac inscriptione poni curavit,

Ratio II.

Rex venit ante fores, jurans prius Urbis honores
Post homo fit Papæ sumit quo dante coronam.

Cujus rei memoria extat *in Chr. Hirsaug. Trithemii in vita Hardwig.* & apud Radevic. *lib. 1. n. & 9. 10.* refert Marta *de jurisd. part. 1. c. 18. n. 27.*

145 Et quod juramentum ab Imperatore summo Pontifici præstari solitum, † fidelitatis sit communiter scribunt Canonistæ *in c. tibi Domino 33. dist. 63.* & statuit Clemens V. in concilio Viennensi, ubi expresse hoc juramentum fidelitatis & Homagii esse definit, cui astipulantur scribentes *in d. clem. unic.* Anchar. Imol. Zabarella & alii nominatim etiam Marta *de jurisd p. 1. c. 18 n. 13. & 14. & c. 39. n. 13.* Ubi scribit, illam jurisjurandi speciem proprie esse juramentum fidelitatis, & comprehendere omnia declarata *in c. 1 de forma fidelitatis*, quod & ante ipsum docuit Petr. à Monte *in Monarch. concil. tit. de Imp. majest. orig. & potest. qu. 4. n. 8.* Joan. le Cirier. *de primogenitur. lib. 3. q. 7. n. 9.*

Ratio III. ab authoritate.

146 Econtra vero Imperator prædictus, † ut *eadem clem.* ostendit, omnino inficiatus est eam esse formulam fidelitatis. Unde eidem Clementi V. hunc in modum rescripsisse dicitur: *Novi exempli res est, nec antecessorum meorum usurpata temporibus Principem Principum ac orbis terrarum Dominum Servo Servorum fidelitatis juramento obstringi:* quod rescriptum exhibet D. Gold. *constit. Imp. Tom. 3 p. 407.* Neque enim Imperium, tanquam beneficium seu feudum aliquod sibi à Papa recognoscendum existimabat, † quod etiam ante ipsum Frider. I. strenue negaverat Adriano Pontifici *in Epistola ad Principes Imperii Anno* 1157. *data incip. Cum divina potentia* in qua *circa finem* inter alia ista habentur. *Cumq; per electionem Principum à solo Deo regnum & Imperium nostrum sit, qui in passione Christi filii sui duobus gladiis necessariis regendum orbem subjecit cumq; Petrus Apostolus hac doctrina mundum informaverit, Deum timete Regem honorificate, quicunq; nos imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa suscepisse dixerit, divinæ institutioni, & doctrinæ Petri contrarius est & mendacii reus erit.*

Negativa Ratio I. pro Negativa.

147

148 Hinc & tempore Ludovici IV. Status Imperii Francofordiæ congregatos, expresse decrevisse, id juramentum non esse fidelitatis, sed obsequii & fide defensionis, nec quoad Ecclesiam Romanam operari majoritatem in temporalibus diserte scripsit Cuspinianus *in vita ejusdem Imp.* † Et hanc eandem sententiam in terminis nuncupative consulendo definivit maximæ quondam auctoritatis ICtus Sacr. Cæs. Majest. Vice cancellarius D. Georg. Sigism. Seldius *in cons. pro Cæsare Ferdinando* olim conscripto, nuperque typis divulgato, ubi etiam refert Principes Electores in conventu zu Renß decrevisse, quod Imp. Papæ jurare fidelitatem non teneatur, subsequitur nominatim Frid. Hortleder *inter Arum. disc. Academ. 26. conclus. 31.* ubi dicit, Imperatorem Carolum V. cum Anno 1519. coronam à Pontifice exciperet, eoque pro more juramentum præstaret, nequaquam ut vasallum Domino jurasse, eumque qui sic declaravit, *c. tibi Domino distinct. 64. & clem. unicam de jurejur.* suavissimos ludos præbuisse, meritoque Lupoldo de Babenburg Marsil. Ficino Schardio, Hotomanno, Cujacio, Cisnero Warem, ab Ehrenberg diridiculo fuisse. Quod & gra-

Ratio II à Recessu Imperiali.

149 *Ratio III. ab auctoritate.*

graviter ex modernis defensitat Matth. Bortius *inter Arum. disc. 30. concl. 40.* adseverans juramentum Henrici VII. de quo *in d. Clem.* aperte de Advocatia, minime vero de Homagio esse intelligendum. Id quod ante ipsum sensit, atque in literas retulit Joannes Gryphiand. *disc. 26. Thes. 64. inter disc. Arum. vol. 2.* ubi ait juramentum, quod Imperator vel alius Princeps nomine fidei vel defensionis Ecclesiæ præstat, separandum esse ab Homagio, quod subditi Domino, & juramento fidelitatis quod vasalli Seniori faciunt, nec per illud jurantem, effici subditum aut vasallum Pastoris, cui id præstatur, cui subscribunt ex modernis Conrad. Rittershus. *tract. feud. lib. 1. c. 10. n. 11.* ubi dicit nobilem esse hanc quæstionem, Warem. ab Ehrenberg *verisimil. theol. Jurid. ac polit. cap. 2. nu. 51.* exsertim tradens juramentum quod Pontifex ab Imperatore exigit, non esse homagii sed defensionis, per ipsum Papæ & Ecclesiæ fideliter impendendæ, cum Imperator habeat potestatem à solo Deo, per allegata Lupold. de Bebenburg *de jur. regn. & imper. cap. 9.* Joan. de Parisiis *de Regali & Papali potestate cap. 16.* Et huic eidem opinioni ex antiquioribus suffragia tulerunt Bald. *in c. final. col. ult. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Bertachin. *in repertor. verb. Imperator. num. 63.* ubi expresse tradit Imperatorem non

150 jurare fidelitatem, per rationem, † quod tanquam Princeps mundi ab omni juramento fidelitatis exceptus sit.

Eandem sententiam amplexi sunt Albert. Crantzius *hist. Saxon. lib. 9. cap. 15.* Nicol. Cisner. *in differtat. de Henrico Luxemb.* Fontin: *in addit. ad princip. clementin. Romani, de jurejur.* & alii à Cisnero adducti. Carol. Molinæ. *in consuet. Paris. titul. 1. num. 34.* ubi expresse scribit juramentum illud non esse, ut loquitur feudalitatis, quasi Imperator futurus faciat homagium Papæ & ab eo Imperium in feudum accipiat, sed esse juramentum puræ fidei Christianæ servandæ, & Ecclesiæ protegendæ, quod Deo principaliter ac beato Petro præstatur. Quare Imperatorem non esse feudatarium, ut vulgo dicunt Papæ, sed fidelem Dei primum, deinde Papæ & Ecclesiæ Catholicæ, & ita sensisse Cardinalem Alexandr. *in cap. si Papa 40. distinct.* ubi Bellameram contrarium sentientem subobscure reprehendere videtur. Sic etiam in terminis Anton. de Rosell. *in tractat. de potestat. Imper. & Pap. §. nunc aliud num. 3.* dicit, exactum ab Imperatore non debere

151 dici fidelitatis juramentum, † eo quod Imperium & sacerdotium, vel Ecclesia fraternizent, *Authen.*

152 *quomodo oport. Epi. in prin.* † ideoque in hac liberalitate jurandi, debitum naturale persolvi, cum mutuum etiam sibi exhibeant auxilium leg. 1. *Cod. de imponend. lucr. descriptton. lib. 10.* Unde ex naturali præstitum debito, non ex aliqua fictione vel fidelitate.

153 *IV. Argumentum pro Negativa à collatione juramentorum fidelitatis.*

Conantur insuper negativam hanc sententiam inductionis argumento per collationem diversorum fidelitatis juramentorum † stabilire. Constat enim fidelitatis sacramentum tres habere species.

Prima consistit in juramento clientelari, † seu vasallagii, Lehenpflicht/ quod vasallus domino ratione

154 feudi præstat, de quo agunt Feudistæ *in c. 1. qualiter vasallus &c. & ibi gloss.* ac omnes interpretes Capyc. *in investit. feud. c. feudorum juramenta.* Schneid. *de feud. part. 5. n. 62. & seq.* Sonsb. *part. 11. n. 3.* Ludolph. Schrad. *part. 6. c. 4. n. 2. & seqq.* Vult. *c. 6. n. 7.* & eleganter *c. 7. n. 40. lib. 1.*

Tres juramenti fidelitatis species.

Iuramentum Vasallagii.

Et hoc fidelitatis juramentum in omni † investi-

155 tura necessarium est, ut si id præstare vasallus recuset, nulla ei omnino investitura facienda sit *cap. 1. §. nulla in fin. & ibi* Laudens. *n. 1. per quos fuit investit.* Modest. Pistor. *cons. 8. n. 5. & seq. vol. 2.* † Tenen-

156 tur enim omnes vasalli jurare, qui legitime & licite sunt investiti, nisi quibusdam speciali Domini voluntate juramentum istud remissum fuerit, usque adeo, ut superior etiam inferiori, à quo feudum habet, uti & universitas privato jurare cogantur. Schrad. *de feud. part. 6. c. 4. n. 9. & 10.* Jerem. Setser. *tract. de juram. lib. 2. c. 2. n. 6.*

157 Summa autem hujus juramenti eo redit quod † vasallus Dominum præstare velit incolumem, quod tutum, quod honestum, adeoque omne illud facere quod ipsi futurum sit utile, sibi facile & possibile; quemadmodum sex ista capita in jure feudali definita sunt *in c. 1. de form. fidelit.* ubi etiam horum cap. prolixior habetur expositio. Schneid. *de feud. part. 5. n. 95. & seq.*

158 *Iuramentum officiale.*

Alterum est quod consiliarii, officiales, † ministri ac famuli Dominis suis præstare solent, idque vulgariter Raths oder Dienstpflicht appellatur Schneidewin, *dict. part 5, numero 63. versicul. secunda species.* Vult. *de feud. c. 6. nu. 6. lib. 1.* qui hoc ad omnes & quosvis officiarios principis alicujus aut personæ illustris extendit, sive sint domestici ipsius sive non, proinde elegantius & plenius hoc juramentum appellari fidelitatem, vel juramentum fidelitatis, officii. Cum

159 autem domesticorum appellatio hic generaliter capiatur, juramentum hoc non est solius officii. Nam & privati etiam à suis famulis in certis capitibus exigere possunt, licet non soleat hoc tenore apud eos frequentari. Hen. Rosenth. *synops. feud. c. 6. concl. 85. n. 11. lit. n.*

Et hoc quidem juramentum magis fundari ex u-

160 su dominorum, † quam jure scripto, testatur Bald *in c. 1. n 2.* quem *ibi* sequuntur Præposit. *super textum* & Schenck *n. 5. qualiter vasallus &c.* Car. Molinæ. *consued. Parisiens. tit. 1. §. 2. gloss. 3. n. 4. & 6. cum seq.* †

161 ubi dicit, hoc non posse exigi, nisi ab habente jurisdictionem. Verius tamen est, quod etiam aliis hoc à suis ministris ex conventione exigere, non sit vetitum, teste Rosenth. *loco citat.*

Imo multoties valde necessarium. Cum enim istiusmodi personis vel corpus suum vel vitam, vel honorem vel bona, vel etiam arcana sua consilia adeoque totam suam salutem Domini concredere soleant ac debeant, justissima de causa juramento illos obstringunt, ut proclivem, quam habent, nocendi occasionem, religiosa illa compescant promissione & assecuratione, cum pessimus nocendi artifex sit improbus domesticus, nullaque pestis ad nocendum vel magis præsentanea vel efficacior, quam familiaris inimicus reperiatur, juxta gloss. *ult. in cap. 1. distinct. 93.* Alvarot. & Schenck Baro *in cap. unic. qual. jur. deb. vasall.* Hunnius *disput. de juramen. fidel. Thes. 16.* Siquidem domesticis fraudibus facile quidvis pro negocii opportunitate confingi possit, vel id quod vere gestum est, aboleri, ut alio fine, inquit Imperator, *in l. data jam pridem C. de donat.* Ex quibus perspicue etiam ejicitur, privatorum quoque famulos, & ministros, ut qui non minus fideles dominis suis esse debent, & à quibus non minus possit Dominis prætextu familiaritatis noceri, ad fidelitatis promissionem ac juramentum domesticitatis cogi posse. Matt. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 240.* Schneidew. *de Feud. p 5. p. 424.*

162 *Iuramentum subjectionis.*

Tertium est, quod quis Domino, † hoc est Magistratui suo, ut subditus, ratione subjectionis jurat quæ juramenti species communiter Homagium vocatur Erbhuldigung oder Erbpflicht/ & dicitur assecu-

securatio fidelitatis & obedientiæ; quam subditus facit Domino territorii, sub cujus jurisdictione habitat. 163 Thom. Maul. *tract. de homagio tit.1. n.1* † Et hoc juramentum omnes subditi tenentur præstare, *c. 1.* & *ibi* Andr. de Iser. Jacob. de Belvis. Bal. Alvar. Præp. Mat. de Afflict. & Dd. *tit. qual. deb. jur. vasall. dom. fidel.* Steph. Bertran. *cons. 311. p. 1. lib. 3.* Ægid. Boss. *tract. crim. sub tit. de crim. læs. maj. n. 107.* Jacob. de S. Georg. *tract. de homag. n. 32.* Crav. *cons. 27. n. 1. cons. 201. n. 10. & 17.* Alex. Rub. 164 *cons. 11.* Socin. Jun. *cons. 102. n. 30. libr. 2.* † Etiam Principes, Comites, Barones, & Nobiles personæ, si sint subditi Ludolph. Schrad. *cons. 23. n. 149. & 150.* Hoc autem juramento obstricti proprie Liebe getrewen appellantur, 165 † quamvis & vasallos non aliter atque Latine fideles, 166 *c. 1. §. & quia cum seq. de his qui feud. dar. poss. c. unic. de cont. int. dom. & fid. &c.* sic Germanice Liebe getrewen nuncupari, stylus receperit, teste Gail *de arrest. c. 7. n. 13.* & addit. ad Zas. *in l. 2. de orig. jur. in pr. sub lit. D.*

Si quis tamen in territorio domicilium non habeat 167 tametsi bona etiam immobilia sive pauca † sive multa in eo possideat, hoc juramentum præstare non tenetur, nominatim attestante Jacobin. de S. Georg. *in verb. qui quidem investiti, n. 9* ubi inquit, se consulente ita esse judicatum, allegans Hostiens. Jo. And. Panor. & alios *in c. nimis de jurejur.* Vult. *de feud. c. 6 num. 5. lib. 1.* Schneid. *de feud. par. 5. nu. 68.* ubi dicit, magis communem & consuetudine approbatam, Paris. *cons. 25. nu 44. & seq. vol. 1.* quo etiam inclinat Menoch. *cons. 943. n. 27. seq.* & in Germania observari frequentius, ita ut non dubitet generalem esse consuetudinem, ait Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 85. n. 8 lit. K.* Thom. Maul. *tract. de homag. tit. 1. n. 16.* non attentis iis, quæ in contrarium adstruunt Hern. *in c. 1. n. 1.* & *ibid.* Alvar. *nu. 1.* Laud. *n. 12. & 15.* Afflict. *n. 12.* Præposit. *ante n. 1. & 3.* Schenck *n. 7.* Pet. Rav. *qualit. jur. deb. vasall.* Burs. *cons. 4. n. 11. vol. 1.*

168 Cum enim hoc juramentum † personale sit, personarum subjectionem non rerum tantum respicere vide- 169 tur, † Ac proprie is est subditus, qui domicilium in alicujus jurisdictione habet, non qui ibi, sine illo bona quædam possidet: *l. domicilium ff. ad municip. l. si in patria C. de incol. lib. 10. gloss. in clem. unic. §. eisdem in verb. subditos de foro compet.* Dec. *cons. 661. n. 6.* Riminald. Jun. *cons. 353. n. 5. lib. 4.* Cephal. *cons. 13. n. 15.* Seraph. *decis. 843. n. 1.* Socin. *in c. licet ratione n. 8.* Felin. *ibi. n. 23. d. tit. de foro comp.* Anchar. *quæst. 11. n. 16. lib. 1.* Alciat. *cons. 21. n. 3. lib. 2.* Domicilium enim passivam in inhabitantem tribuit jurisdictionem D. Menoch. *cons. 1000. n. 23 lib. 11.* Cacher. *cons. 9. n. 18.* Honded. *cons. 5. vol. 1.* Meichsner. *decis. 6. n. 1. 2. 3. & passim* quos omnes sequitur Gail. *de pignor. c. 15. n. 7. & obs. 35. n. 2.* & hanc esse communem interpretum sententiam scribit Burs. *cons. 16. n. 1. & 3 vol. 1.* quibus suffragantur Jo. Petr. Surd. *cons. 313. n. 66.* qui infinitos allegat Col. *de process. executiv. part. 2. c. 1. n. 23.* Thom. Michael. *disp. de jurisd. thes. 57. lit. 6.* ac sæpius in Camera, imo quotidie sic observari, notat Rosenth. *d. concl. 85. n. 9. lit. m.* ubi multos in hanc allegat sententiam.

Cæterum inter recensitas tres fidelitatis juratæ species maxima est discrepantia.

170 Juramentum enim subjectionis multo fortius ligat † subditos, quam Clientelare vasallos, uti hoc gravissimis fulcit authoritatibus, Crav. *cons. 517. n. 3.* citat. *decis. Neapol. 265. n. 57.* multis etiam Franc. Burs. *cons. 147. n. 33.* citans Jo. de terra Rub. *in tract. de rebell.* Mar. Freccia *lib. 2. auctor. 4. n. 7.* citat Bald. *cons. 270. vol. 3.* Rol. à Vall. 171 *cons. 1. n. 30. vol. 3.* allegans Afflict. *qualit. vasall. &c.* † magisque astringit ad obediendum, ideoque non nisi personaliter præstari potest, ut cum aliis tradit Zasius *de feud. part. 7. n. 20.* prout & Præpos. *in c. 1. §. sed utrum per quos fiat invest.* Jacob. de S. Geor. *verb. qui quidem investiti n. 22.* post Bald. *in l. unic. §. ne autem C. de cadac. tollend.* Chassan. *in consuet. Burg. §. 2. rubr. 3. n. 3. in verb. faire homage* † Quod secus est in juramento vasallatico, 172 astruente Surdo *decis. 159. n. 17.* Wesenb. *de feud. c. 8. n. 24.* Sylvan. *de recog. feud. q. 64.* Schrad. *part. 6. c. 4. nu. 35.* Marin. Freccia *de subfeud. Baron. in addit. ad lib. 3. nu. 55.* Vult. *de feud. c. 7. n. 32.* ubi hodie observari dicit, ut vasallus per procuratorem juret juxta *c. 1. §. si per quos fiat invest.* quos compluribus allegatis refert & sequitur Henric. Rosenth. *synop. feud. c. 6. concl. 37. n. 5.*

Multos insuper effectus, quibus juramenta subjectionis & vasallagii differunt recenset Bald. *cons. 327. n. 7. & seq. vol. 1.*

Sic etiam diversa juramenti familiaritatis, seu officii & fidelitatis ratio est, † per notat. *in d. c. unic. qual. jur.* 173 *vas. deb.* de quo Menoch. *cons. 943. n. 13. & seq.* Vult. *c. 6. n. 6.* Gail. *de pign. c. 15. n. 3.* Thom. Michael. *disp. de jurisd. thes. 57.*

Hac tamen discrepantia inter istas juramentorum † 174 species non obstante, triplicem illam fidelitatem ab uno & eodem præstari non est absurdum, si nimirum is sit & subditus, & officialis & vasallus, unumquamque tamen suo respectu, idque explicari potest vel juramento uno, ut docet Bald. *de pace Const. in verb. vasalli nostri n. 5.* Jacob. de S. Geor. *in verb qui quidem invest. n. 6.* Ravenn. *in c. 1. in fi.* & *ibi* Præpos. *n. 3. qual. vas. jur. deb.* vel juramentis diversis prout causæ ob quas præstantur diversæ sunt. Neque enim unum suppletur per alterum, ideoque si quis vasallus sit & is fiat postea domesticus vel familiaris ejusdem Domini, etiamsi juramentum vasallagii antea præstiterit, nihilominus juramentum officii præstare tenebitur, nisi forte hoc illi remittatur, Rosenth. *synop. feud. c. 6. concl. 85. nu 7.* Vult. *de feud. d. c. 6 n. 7.*

Ex ista trium juramentorum inductione, & singulorum accurata consideratione, negantes fidelitatis juramentum per Imperatorem præstari, nulli horum speciei Imperiale jusjurandum adaptari posse contendunt. *Applicatio præmissi Argumenti.*

Et inverso quidem ordine à posterioribus duobus ordiendo dici non potest, ab Imperatore summo † 175 Pontifici jusjurandum familiaritatis, aut subjectionis præstari, quia quod ad illud attinet, notorium est Imperatorem non esse ex domesticis, familiaribus, vel officialibus S. Pontificis; Multo minus posterius concedi potest † nam alias sequeretur Imperatorem 176 (quod magis absurdum videtur) etiam in sæcularibus esse subditum summi Pontificis, contra communem juris traditionem qua omnes fatentur † Imperatorem 177 esse supremum omnium, & in temporalibus nemini esse subditum *l. 1. ff. de constit. princip. l. 1. & ult. C. de legibus l. 2. §. sed quia C. de jur. vet. enucl. l. penult.* & *ibi* Bald. *C. de bonis qualib.* Imo ne Papæ quidem in sæcularibus, † secus tamen in spiritualibus *c. solita de major. &* 178 *obed. l. 1. C. de summa Trinit. clem. pastoralis §. denique de re judic. c. ad honorem de usu pall. ibique* gloss. Cardin. *& clem. 1 in pr. 4. op. de jurejur.* † Sic & Gratianus *in c.* 179 *nos si incompetenter, §. item cum David 2. q. 7. Duæ* inquit *sunt personæ quibus mundus iste regitur, Regalis videlicet & sacerdotalis: sicut Reges præsunt in causis sæculi, ita sacerdotes in causa Dei.* Et gloss. *in d. clem. 1. in verbo apicem de jurejur. Sicut* inquit, † *Papa in spiritua-* 180 *libus habet apicem dignitatis: Ita Imperator habet apicem & summitatem dignitatis, quoad temporalia, & omnes alios excedit.*

Quin potius Imperator in temporalibus † præest 181 omnibus etiam Ecclesiasticis personis quibuscunque per tradita Jo. Bertrach. *tract. de gabell. & vectigal. part. 2. n. 5.* Didac. Covar. *in c. peccatum §. 2. §. 9. num. 7. de reg. jur. in 6.* † Ubi salva Ecclesiæ Catholicæ definitione 182 aperte dicis Romanum Pontificem, nec actu nec habi-

habitu universi orbis, & nec in ipsos quidem Christianos temporalem habere jurisdictionem, nisi quatenus ea est ad spiritualis jurisdictionis & potestatis utiliorem & faciliorem usum. Id quod maximo etiam conatu defendit Ant. de Rosell. *tract. de potest. Papæ & Imp. in pr.* Papam nullam habere ex summi Pontificatus officio, jurisdictionem temporalem, nec eam in Imperatorem transtulisse, 183 † sed eam penes ipsum Cæsarem esse ut distinctam à potestate spirituali, idemque late tradit Jacob. Almain, *tract. de potest. Ecclesi. & Lascal.*

Deinde vero primam fidelitatis speciem perpendentes, 184 Imperatorem summi Pontificis vasallum, † aut imperium Romanum Ecclesiæ, aut sedis Apostolicæ feudum esse, nequaquam concedunt, id quod nuncupatim impugnant Jacob. Almain. *d. tract. de potest. Ecclesiast.* † dum dicit juramentum Imperatoris de defendenda Ecclesia, non probare 185 imperium teneri ab Ecclesia in feudum, quem refert & sequitur *gloss. in d. clem. unic. de jurejur. in ordine litera.*

Negativa. Imperium Romanum an sit Feudum Ecclesiæ.

186 Quemadmodum nec juramentum † quod Rex Franciæ præstat Parlamento Parisiensi de defendendo regno probat regnum haberi à Parlamento in feudum, 187 † nec ideo quod jurat Prælatis in sacra unctione Remensi se defensorum Ecclesiam habet regnum ab Ecclesia. Et *d. gloss.* sequitur Wilhel. Occam. *in suis dialog.* qui totus est in hac sententia. Et bonam rationem hujus opinionis ponit Barb. *in d. clem.* 1. non ausus palam dissentire à glossa; Et negativæ hujus opinionis assertores opinionem suam subsequentibus argumentis evincere conantur.

Argumentum pro I. Negativa.

Primo si imperium Ecclesiæ feudum esset, Imperator quilibet teneretur accipere investituram à summo Pontifice eidemque præstare juramentum homagii sive clientelare ad habendum imperium. 188 † Siquidem non nisi sub conditione fidei & investituræ feudum 189 constituatur tradente Vultæ. *de feud. c. 7. n. 30.* † Et in feudis juramentum fidelitatis omnino & regulariter præstandum est, & ut nullum præstetur illud est ex conventione, *c. 1. in fin. per quos fiat invest. & in c. 1. §. est & alia, quæ fuit prima caus. &c. 1. in princip. de Capital. Conrad. gloss. in c. 1. qual. vasall. jurar. deb. fidel.* Mozz. *de subst ant. n. 20.* Borch. *de feud. c. 7. n. 37.* Bursf. *consf. 127. n. 17. vol. 2.* Menoch. *cons. 65. n. 17. vol. 1.* idque regulariter fieri debere dicit Wesenb. *c. 8. n. 28.* Mozz. *de substant. n. 10.* 190 † & de natura esse feudi docet Andr. de Isern. *in c. 1. §. sed nec est alia justior, num 38. quæ fuit prim. caus.*

At vero de nulla Papali investitura doceri potest, quin ex Historicis notum 191 † est nec semper nec ab 192 † omnibus Imperatoribus jusjurandum tale præstitum fuisse, sicut nec eosdem omnes à summis Pontificibus coronatos esse. 193 † Unde Maximilianus I. coronam Imperialem à Romano Pontifice accipere minime sibi necessarium videri cum Imperii majestatem ab ordinibus Imperii acceperit, coram Statibus publice professum esse, Bodin. *de Republ. libro secundo cap. 6. numer. 225.* † & alii scribunt. Et Ru- 194 dolphum Habspurgensem nunquam Italiam vidisse nedum Romæ coronatum esse testatur Tho. Michael. *disputat. de jurisdict. thes. 3. lit. c.* Ferdinandum quoque Maximilianum II. Rudolphum II. & Matthiam sanctissimæ memoriæ & Invictissimum Imperatorem Ferdinandum II. nunquam Romæ coronatos fuisse notorium est.

Fuit autem de hoc ipso juramento, *num scilicet Imperator ad illud* 195 † *ipsum summo Pontifici necessario præstandum præcise obstrictus sit* olim etiam ut ipse textus *d. clem. unic.* innuit, temporibus Clementis V. Pontificis & Imperatoris Henrici Lutzelburgici (quem perperam vulgo Septimum dicunt, cum si electionem Principum Germaniæ spectemus octavus, quia septimum se Henricus filius Friderici II. ut ex aliquot ejus diplomatis videre licet nominavit, sin autem confirmationem Pontificiam attendamus, sextus sit nominandus) maxima inter Theologos ac Jureconsultos contentio. 196 † Cum enim post mortem Alberti Cæsaris, iste Henricus à Septemviris Imperator renunciatus esset impulsu summi Pontificis, tum ut Romæ coronaretur tum ut Italiam placaret magno cum exercitu in Italiam profectus est inde Romam ingressus; & Cardinalibus eum inaugurantibus ab eo petentibus ut se Pontifici jurejurando obstringeret, non solum majestate Imperatoris indignum, verum etiam contra morem majorum libertatemque religionis Christianæ esse respondit. Principem, principum orbisque terrarum Dominum servo servorum sacramentum dicere remque esse novi exempli nec usurpatam ætate superiori: Ipse vero Pontifex Clemens V. *in Clem. Romani de jurejur.* quam post Cæsaris obitum, propter hanc contentionem, conscripsit, narrat, cum ad Cardinales scripsisset, Reges Romanorum ad se Ecclesiamque defendendam sibi jurejurando fidelitatis devinctos, atque hi Imperatori, accepto jam Imperatoris diademate, sententiam earum literarum exposuissent, talemque ab eo fidem per sacramentum exigerent, Henricum indignatum ritu solenni, accitis Tabellionibus qui in acta quæcunque gererentur, referrent, præsente magna populi multitudine, publice respondisse, nolle se ad hunc modum esse obligatum, nec se ejusmodi jusjurandum unquam antea præstitisse, & haud scire, an ita antecessores sui, fidem suam Pontificibus obstrinxerint. At contra Pontifex tum ipsum Henricum per legatos sibi promisisse contendit, quantumvis postea dissimularit, se Ecclesiæ obnoxium fore, tum priores Cæsares, ut tali fide se prædecessoribus suis adstringerent, jurejurando adactos esse.

Virum Imperator ad d. clem. unic. præstandum juramentum summo Pontifici præcise obstrictus sit.

Qua re cognita, postea etiam Ludov. IV. proximus Henrici successor, quod perspiceret decretum hoc in Imperii esse præjudicium, contrariis id constitutionibus ex Principum & Ordinum sententiis antiquavit.

Unde receptius videtur, Imperatorem non teneri 197 † ad illud juramentum, nec per Pontificem ab eo id extorqueri posse, & nominatim id propalante Ant. de Rosell. *de potest. Imp. Papæ §. nunc aliud restat dubium per tot.* Cum enim potestas Pontificialis atque Imperialis 198 debeat una alteram adjuvare *c. 1. de oper. nov. nunc.* † Et Imperator Ecclesiæ Romanæ auxilium impartiri *c. venerabilem de Elect.* 199 † Et sic naturali quodam debito ad hoc 200 ipsum adstrictus sit, ut tueatur jus publicum † quod 201 in sacris & sacerdotibus consistit *leg. 1. ff. de instit. & jur.* Certe ad hoc juramentum causa alia non subsistente legitima compelli non debet, 202 † maxime quia hoc juramentum non cohærens alicui contractui, non videtur actionem parere, nec obligationem aliquam inducere ut notat Innocent. *in cap. cum venissent. de institut.* & Bartol. *in leg. si quis pro eo de fidejussor.* Inde etiam affirmat Rosell. *d. §. nunc aliud restat. num. 5.* 203 † quod juris Canonici textus, qui referunt præstita per Imperatores Pontificibus juramenta, juxta formulam *c. tibi domino distinct. 63. & clem. 1. de jur.* potius contingentiam facti narrent quam obligationis vinculum inducant, 204 † indeque concludit Imperatorem jurare nolentem, non posse adstringi, nisi aliquo casu infidelitatis, aut pacis, aliove emergente &c.

Negativa Rationes.

Secundo Imperium nulla ratione feudum esse 205 † Ecclesiæ inde arguunt, quod cum Imperator summum dignitatis & potestatis gradum obtineat, inconveniens videatur, eum jurare se hominem ac vasallum alterius esse, obsequium illi & observantiam

Argumentum II. Negantium Feudum esse Imperium.

tiam redditurum, & eandem illi præstituram, quam vasallus suo Domino debet, quam solennem esse fidelitatis præstandæ formulam constat ex *lib. feud.* 2. *tit.* 5. 6. & 7. † Neque enim qui magistratum obtinent, vel ab inferiori, vel etiam à pari contra dignitatem aliquid facere compelli possunt, *l.* 3. *in fi. & l.* 4. *ff. de recept. qui arb.*

206

Argumentum III.

Tertio Imperatorem non tenere Imperium à sede Romana, † nec illud Ecclesiæ feudum esse adstruunt ex propria ipsiusmet Papæ Adriani IV. confessione. Cum enim Fridericus I. ei rescripsisset divinæ institutioni ac doctrinæ Petri contrarium esse, quicunque asserat ipsum coronam Imperialem pro beneficio à Papa suscepisse, idem Adrianus *in epistola ad eund. Imp.* Anno 1159. data respondit, nomen beneficii, quo usus fuerat, non pro feudo sed pro benefacto accipiendum esse: *Occasione,* inquit, *cujusdam verbi quod est beneficium, tuus animus (sicut dicitur) est commotus, quod utiq; nedum tanti viri sed nec cujuslibet minoris animum merito commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est beneficium apud quosdam in alia significatione, quam ex impositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus. & quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto est editum, & dicitur beneficium apud nos non feudum, sed bonum factum, in qua significatione in universo sacra scripturæ corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei non tanquam ex feudo, sed velut ex benedictione, & bono facto ipsius gubernari dicimur & nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene & honorifice Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. Unde quod quidem verbum hoc, & illud scilicet, contulimus tibi insigne Imperialis coronæ, a sensu suo. visi sunt ad alium retorquere, non ex merito causæ, sed de voluntate propria, & illorum suggestione, qui pacem regni & Ecclesiæ nullatenus diligunt hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum contulimus, nihil aliud intelleximus, nisi quod superius dictum est, imposuimus.* Radevicus *de reb. gest. Friderici lib.* 1. *c.* 16. & 22. Petr. Heig. *lib.* 1. *qu.* 3 *n.* 55.

207

208 Similiter ferunt Gregorium IX. † Pontificem cum Electores monuisset, ut intra certum tempus juxta facultatem sibi traditam alium eligerent, responsionem quorundam Germaniæ Principum accepisse, non esse scilicet sui juris Imperatorem substituere, uti refert Abbas Stadens. Heig. *d. qu.* 3. *nu.* 55. Ergo eo ipso, dum Principes ad eligendum monet Papa, testari videtur, suum non esse Imperium transferre.

Sic etiam tradit Nicol. Cisner. *in orat. de Othone III. Imp.* Innocentium III. Papam *in Epistola ad Bertholdum Zaringiæ Ducem*, cum Principes, qui Philippo favebant ei objecissent, legatum ejus quod rejecto Philippo Othonem Regem approbarit, aut Electoris, aut cognitoris personam sumpsisse, si Electoris in messem alienam falcem misisse, atque ideo Principum dignitati derogasse, respondisse illi, se jus Principum sibi vendicare nolle, sed illis Principibus potestatem eligendi Regem Romanum salvam relinquere ad quos ea jure & antiqua consuetudine pertineat, & sic negasse legatum suum, qui neminem eligi curarit, nec elegerit vel electoris suscepisse partes vel electioni se ingessisse.

209 Referuntur denique † hujus negativæ assertionis auctores plurimi Wesen. *in apostill.* 1. *ad Schneidew. ad rubr. proem. Inst. nu.* 6. *lit. b.* Thom. Mich. *de jurisdict. thes.* 3. *lit. c. thes. lit. d. thes.* 10. *lit. a. & thes.* 15. *lit.* 9. Ferrar. *in form. lib. act. conf. & negat. gloss.* 7. *verb. plenam n.* 3. Bodin. *libr.* 1. *de republ. c.* 9. *n.* 117. *in fin.* Geddæ. *disp. feud.* 4. *thes.* 9. Pacian. *libr.* 2. *de probat. c.* 35. *n.* 32. Boc. *tract. de crim. læs. majest. c.* 1. *num.* 30. & *seq.* Lupold à Babenburg *de Jurib. Regn. & Imper. d. c.* 9. *in princip.* aperte affirmans, juramentum, quod solet præstare Rex Romanorum Papæ & Ecclesiæ Romanæ secundum formam *in Can.* 63. *Tibi domino.* comprehensam, non esse juramentum fidelitatis id est Homagii scilicet quod præstat fidelis seu vasallus Domino suo ratione Feudi, & consequenter Imperatorem non tenere Regnum seu Imperium à Papa & Ecclesia Romana in Feudum Eberbard à Weyh, *de reg. elect. & succed. fol.* 51. & 132. Bart. Muscul. *de success. convent. memb.* 1. *class.* 1. *nu.* 99. Sixtin. *lib.* 2. *de regal. c.* 4. *n.* 10. & *seq.* Arumæ. *discurs. de jure pub.* 31. *qu.* 10. Camman. *disp. juridicopol.* 3. *thes.* 11. & alii ab his passim allegati.

Argumentum IV. ab auctoritate.

Dissentiunt autem & contrariam opinionem † capessunt Canonistæ, & Bellarm. *lib.* 3. *de translat. Imp. Rom. & in recog. libr. de controv.* Lancel. *in temp. omn. jud. lib.* 1. *c.* 1. *p* 1. *q.* 4. Salyc. *in l. bene à Zenone C. de quadrien. præscr.* Oldrad. *cons.* 90 *n.* 7. *vol.* 2.

210

Affirmative.

Porro iidem auctores, qui negant *Imperatorem Ecclesiæ vasallum esse, consequenter etiam fortissime asserunt † Imperium à Deo esse, Cæsarique à cælesti majestate traditum, nequaquam vero à Pontifice in Imperatores Germanos translatum esse:* & ad tuendam opinionem suam præter adducta in præcedenti controversia, sequentibus nituntur rationibus.

211

Verum Romanum Imperium auctoritate & beneficio summi Pontificis à Græcis ad Germanos translatum fuerit.

Primo quod imperium multo † tempore fuerit ante Pontificatum. † D. Bernard. *lib.* 2. *ad Eugen.* arg. *l.* 1. § *sed quia* 18. *C. de vet. jur. enucl. Nov.* 28. *c.* 4. Theo. Reinkingk *de Regim. secul. & Eccles. lib.* 1. *class.* 2. *quæst.* 3. *n.* 30. ubi arguit absurdum esse prius dependere à posteriori. Nam & Julius Cæsar Imperii sceptra tenuit ante Christum natum, qui Augusto imperante, humanam carnem assumpsit, & sub Tiberio, qui Cajum Caligulam successorem habuit passus est; † Pontificatus vero Romæ Anno Claudii Cæsaris secundo, Christi quadragesimo quarto sumpsit exordium, & sic ante primum Pontificem, quinque extiterunt Imperatores, † qui etsi Ethnicorum tenebris (ut multi succedentes) implicati, & à fidei orthodoxæ lumine alieni fuerint, pro veris tamen ac legitimis Imperatoribus ab universo orbe, atque ab ipso Domino Salvatore nostro, ejusque Apostolis recogniti fuerunt. Unde & Christus sub Augusti jurisdictione nasci & inter subditos ejus in Bethlehem connumerari voluit, hinc & eidem censum pro se & S. Petro Apostolo exolvi jussit. † Sic & Paulus Apostolus ad Cæsarem tanquam superiorem appellavit. Ex quibus impossibile videtur, imperium à Pontificatu originem hausisse. † Cum causa præcedere debeat causatum, *l. incivilem C. de furt. l. Titius ff. quæ res pign. oblig. poss.*

212

213

Negativa Argumentum I. pro Negativa.

214

215

216

217

Deinde hoc ipsum confirmant, † tum ex populi Romani in coronatione Caroli Magni, solenni acclamatione *Carolo piissimo perpetuo Augusto, à Deo coronato Magno & pacifico Imperatori vita & victoria.* Unde inferunt, Carolum Magnum virtute bellica Longobardorum Regnum occupasse: Ideoque jure victoriæ Regnum Italicum sibi vendicasse, eaque de causa Romanos, per præfatam acclamationem una mente, unaque voce Imperium ad eum detulisse, virtute propria quæsitum, & tantum ministerio Papæ in impositione coronæ, usos fuisse, & consequenter, quod per Pontificem fecerunt, id ipsos juxta vulgatam juris Regulam, censeri fecisse: cujus rei adducunt testes Sigbert. Sigon. & Theol. Venet. *in resp. pro causa Venet. adversus Pontif. Paul. V.* Et hanc sententiam præter Aventinum & alios tuetur Mars. Patav. *in defens. pacis publ.* 1. *tract. c.* 9.

218

Argumentum II. pro Negativa.

Tertio Imperium à solo Deo esse, † nequaquam vero summo Pontifici acceptum referri probant ex communi Septemvirorum Imperii decreto Anno

219

Argumentum III.

Christi 1338. tempore Pontificis Benedicti XII. publicato, cujus tenorem retulit Aven. *Annal. Boi. lib. 6.* Sacrum scilicet Romanum Imperium summum esse universi orbis magistratum, & à nullo nisi Deo recognosci, atque hoc ipsum anno insequenti à Ludovico Imp. unanimi Statuum consensu confirmatum esse retulit D. Georg. Sigism. Seld. *in d. suo consil. pro Ferdinando Cæsare conscripto fol.* 44. §. als auch bey jetzt. Hinc Martin. Mejer. Cancellar. Mogunt. ad Æneam

220

221 Sylvium Card. postea Pontificem, † Germanicam nationem quondam inclyta sua virtute, suoque proprio sanguine Romanorum Imperium coemisse scribit, quod & versibus illis antiquis comprobatur.

Sanguine Romanum sibi regnum Carolus apte
Associat proprio, proprio quoq; sanguine servat.

222 Quin & ipsum Imperatorem † Justinianum imperii sui solum Deum auctorem agnovisse probat tex. *l.2. §. 11. C. de jur. vet. enucl.* & tex. eleg. *in Nov. 28. c. 4. in fi. ibi.* hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui Imperii nobis coronam imposuit. *& in §. 1. in Authen. de inst. caut. & fid. ibi* quia igitur Imperium propterea Deus de cælo constituit, *Nov. 73. præfat.* Sic etiam Fridericus II. propria confessione testatum facit Imperium à Deo esse, his verbis, *Debitam patri nostro reverentiam libenter exhibemus, liberam Imperii nostri coronam divino tantum beneficio ascribimus.* Radevicus *lib. 3. c. 16.* quem citat clariss. ICtus D. Christ. Gewoldus *in commen. de Imperii Septem vir. c. 6. n. 62.* & Fridericus Imperator *in c. 1. de Pace tenen. & ejus viol. ibi.* Quoniam divina præordinante clementia solium Regiæ Majestatis conscendimus, &c. & alii multi quos enumerat Rest. Castal *tract. de Imp. qu. 4. in pr.* Idem propugnat Christ. Schwanman *obser. pract. Camer. 2. n. 4.* ubi concludit Cæsareum Imperium à Deo immediate profectum esse per *l. 1. in fine C. de sum. Trin. ibi* ex cælesti arbitrio & *in §. 1. Auth. de instr. caut. & fid. ibi.* Imperium Deus de cælo constituit § *si vero etiam Auth. ut defuncti seu funera ibi.* Omnibus gentibus quarum nobis principatum alium quidem ab initio dedit Deus, alium vero adjecit.

223 Quarto in comprobationem † opinionis ejusdem adducuntur testimonia juris tam divini, quam humani una cum aliis auctoritatibus. Divini quidem *Proverb. 8. vers. 15. & 16. Per me Principes imperant, per me Reges regnant.* D. Paul. *ad Roman. 13. vers. 1.* ubi dicitur potestatem à Deo esse *Deut. 17. 1. Samuelis 8. Lucæ c. 2. Joan. c. 19.* & *Danielis 2. vers. 21. Et ipse mutat tempora, transfert regna atque constituit.* Hinc vulgatum illud in imperatorum diplomatis *Nos Dei gratia* &c. Wir N.N. von Gottes Gnaden.

224 Sic & ex jure Canonico huc † faciunt textus *in c. quæsitum 23. q. 4.* Ubi Innocentius Papa loquens de potestatibus sæcularibus dicit, eas à Deo fuisse concessas, eisque non nisi Dei ministerio datum fuisse gladium *c. si Imperator distinct. 96.* Ubi Papa dicit quod Imperator Catholicus privilegia suæ potestatis in administrandis legibus publice Divinitus consecutus sit & *ibi* glossa notat Imperium à solo Deo esse per text. *c. quæsitum 23. q. 4.* cui suffragatur Leo Magnus *serm. 1. in natali Petr. & Paul. ibi.* ut autem hujus inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum regnum divina providentia præparavit &c. Prosper Aquitanicus *lib. 2. de vocat. gent. c. 16.* Ad cujus rei effectum ait, credimus providentia Dei Romani regni latitudinem, præparatam Mart. Uran. *consil 18. nu. 24. tom. 1.* ex tex. *Auth de instrum. caut. § quia igitur circa prin. col. 6.* probat propterea de cælo Deum dedisse Imperium, ut leges aptet secundum naturæ varietatem, *c. fi. 16. q. 3.* Ubi dicitur quod venerandæ Romanæ leges per ora principum divinitus sunt promulgatæ, & id ipsum expresse asseverat magni nominis ICtus Ferdinan. Vasq. *illustr. controvers. quæst. 21. numer. 7.* Ubi dicit, Imperium à Papa in Imperatorem nunquam migrasse, cum apud eum nunquam fuerit, *& quæst. 20. num. 2.* † tradit Papam habere solam jurisdictionem spiritualem, & temporalem immediate à Deo principibus sæcularibus datam fuisse, per multa allegata ibidem. Idem etiam docuit Tapia *in Rubr. ff. de Const. Princip. c. 1. n. 5.* Bald. in *leg. digna vox in 2. Notab. Cod. de legib.* Cagnol. *in proæmio Digest. num. 33. Facile Hercle est,* inquit, *in puncto juris opinionem contra Ecclesiam tueri ac defendere, sed durum est contra stimulum calcitrare.* Idque etiam in scripta retulit Anton. de Rosell. *in tract. de potest. Imperat. ac Papa in §. potestatem n. 2.* ubi scribit, Imperium à Deo † esse in principe sæculari nec per hoc ab Ecclesia dependere.

225

226

Prædictis insuper auctoribus expressim adstipulans Lupold. de Babenburg. *in tract. de jure regim. & imper. Roman. c. 9.* os ut ipse dicit in cælum ponere volens, eandem opinionem subsequenti argumento probare nititur. *Certum est* inquit, *quod regnum & imperium Roman. constat ex provinciis & terris, regno & imperio subjectis, cum mero & mixto imperio, ac potestate plenaria in ejusdem provinciis & terris, sicut quodlibet totum ex suis partibus constat. Sed Carolus Magnus, in cujus personam Imperium de Græcis fuit translatum in Germanos, habuit Italiam & alias provincias & terras, quas hodie habuit regnum & imperium Romanorum, & plures alias ante dictam translationem; habuit etiam in ipsis plenariam & omnimodam potestatem ante translationem prædictam, de consuetudine generali regnorum occidentalium. Et sic non habuit has provincias & terras, cum potestate hujusmodi ab Ecclesia Romana in feudum, vel alio quocunque titulo, sed vel ex successione paterna, more aliorum Regum occidentalium, vel per bellum licitum, de jure gentium introductum; Ex quo etiam jure gentium provincias & terras hujusmodi per bellum licitum suas fecit. Et sic post eundem Carolum successores sui, primo per successionem generis, & deinde per electionem surrogatam in locum successionis generis, Italiam & alias provincias ac terras regni & imperii cum potestate omnimoda in eis, similiter habuerunt eo jure, quo ipse tenebat easdem tanquam succedentes in locum ipsius. Ergo concluditur ex hoc, quod Rex Romanor. qui ex electione principum succedit in locum dicti Caroli saltem quoad illas provincias & terras, quæ sunt de regno & imperio, non tenet regnum & imperium hoc modo sumptum à Papa & ab Ecclesia Romana in feudum &c.*

Et hanc opinionem Imperium scilicet Cæsareum à solo Deo immediate esse defendit Michael Ulcurrunus *in Tract. de Regimine mundi 2. quasi principal. per totum,* Ubi hanc sententiam latissime confirmat, & ad contraria respondet, cui dilucide adstipulatur Theod. Reinkingk *de Regim. Ecclesiast. & secul. libr. 1. class. 2. c. 3. per totum,* ubi multis argumentis eam sententiam confirmat.

Quin etiam ab Imperii Statibus & Electoribus Anno 1338. decretum esse constat, Imperatorem, neminem nisi Deum & ensem superiorem recognoscere. vnd daß das Heylig Römische Reich das höchste Haupt in der Welt / vnd keines Menschen Lehen vnderworffen sey. Georg. Sigismund. Seld. im Bedencken an Keyser *Ferdinand. p. 112.* Quo respexit Henricus Auceps, qui ad filium Ottonem M. dixit, *En tibi Imperium, non à majoribus mihi relictum, sed per memetipsum acquisitum, & à solo Deo concessum* Witich. *lib. 2. rer. Sax.*

Plura in hanc sententiam cum auctorum testimonia tum argumenta suppetunt ex auctoribus, qui contra Card. Bellarminum & P. Gretserum, *de translat.*

lat. Imper. Rom. ad Germ. scripserunt, quibus recensendis libenter supersedemus.

217 *Affirmantium sententia.* Cæterum dissentiunt ab horum opinione, † & contrariam propugnant, nempe summi Pontificis auctoritate & beneficio imperium ad Germanos translatum Canonistarum principes Panormitan. *cap. 1. num. 3. de probationibus* Felin. *cap. 13. de Judiciis.* Pet. de Andlav. *libro 2. de Imper. Roman. cap. 9.* ubi multas pro hac sententia rationes adducit & contrarias refutat, nominatim vero doctiss. ac Illustrissim. Cardinal. Bellarminus *libro 1. cap. 7. De Translatione Imperii Rom, à Græcis ad Francos adversus* Matt. Flaccium Illyricum, ubi supra triginta Historicorum testimoniis, Imperium Romanum summi Pontificis authoritate ad Francos à Græcis translatum fuisse comprobat, secundo Testimoniis duodecim Principum, tertio septem summorum Pontificum, quarto id inde confirmat, quod Imperium Romanum à Francis non sit acquisitum Jure belli, non acceptum immediate à Deo, non Jure hæreditario devolutum ad Carolum Magnum; Non auctoritate Senatus populique Romani, nec à Græco Imperatore, Carolo Magno traditum, Denique summum Pontificem Jure suo Romanum Imperium, transferre potuisse ac reipsa ad Francos transtulisse, gravissime corroborat Reverendus Pater Gretserus *contra Goldastum:* sed vix habuit, quod adderet Bellarmino. Horum etiam sententiam inprimis collaudat Reverendus & doctissimus Pater Christophorus Grentzing S. I. Provincialis Patronus ac Fautor meus summe observandus, *in Epistola quadam* hac de re superiori anno, ad me perscripta, quibus ex nostris nominatim etiam assensere Barth. *in Authent. quomodo oport. Episcop. num. 2.* Et accedunt ex antiquioribus Zonaras *tom. 3. annal. in vita Constantini* & Irenes. Georg. Cedren. *in compend. historiar. in vita Constantini & Irenæ.* Paul. Diac. *libro 23. rer. Roman.* Ammon. *libro 4. de reb. gest. Franc. cap. 90.* Eginarth. *in vita Caroli.* Episcop. Viennens. *in Chron. ætat. 6.* Rhegino Abbas Prumicens. *libro 2. Chronic.* Albert. Krantz. *libro 2. Saxon. cap. 18.* Donat. Acciajolus *in vita Caroli Magni* Raph. Volaterran. *libro 3. Geograph.* Polydor. Virgil. *libro 4. de Invent. rer.* Jacob. Wympheling. *in epit. rer. Germanic. cap. 9.* Cuspinian. *in vita Caroli Magni & Caroli Calvi.* Joan. Naucler. *in Chronolog. generat. 27.* Robert. Gaguin. *libro 4. compendii de reb. gest. Francor.* Philip. Bergomens. *libro 11. supplement.* Antonin. *histor. part. 2. t. 14. cap. 4.* Joan. Trithem. *in catalog. scriptor in nomine Leon. III.* Matth. Palmer. *in Chronic. Anno 801.* Blondus Flavius *decad. 2. libr. 1.* Lupold. de Bebenburg. *in proœm. libri de jurib. Imperii.* Conrad. Abb. Urspergens. *in Chronico.* Witichindus Corbejens. *libro 3. gest. Saxon.* Luitprand. Diaconus *Ticinens. 6. Histor. 6.* Hermann. Contract. *in Chronic.* Marian. Scotus *Chronic. lib. 3.* Dodechinus Mariani continuator Lambert. Schaffnaburgens. *in histor. German.* Otho. Episcopus Frisingens. *lib. 5. c. 31.* Godefri. Viterbiens. *in Chronico universali quod Pantheon appellavit.* Augustin. Triumphus *in summa de potest. Ecclesiast. quæst. 37. de Imperii translatione art. 2. 3. & 4.* Alphons. Alvarez. Guerrerus. *in specul. utriusque dignitatis cap. 56. numer. 4.* P. de Andlo. *de Roman. Imper. libro 2. cap. 9.* Lancellot. *in templ. omn. jud. libro 1. capit. 1. §. 2. quæst. 2.* Hieron. Gigas *de crim. læs. Majest. libro 1. rubric. Qual. & à quib. crim. læs. Maj. comm.* ubi Imperium secundum veram Dd. conclusionem ab ecclesia dependere tradit. Unde vulgatum illud Gregorii in Henr. IV. Imper. Rudolpho Duci Sueviæ coronam Cæsaream mittentis.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho. Quasi à Domino super regna & gentes constitutus *cap. omnes principes. extr. de major. & obed. cap. 1. extr. com. de consuet.* tantumque Imperatori, quantum Sol lunæ, aurum plumbo juxta *cap. solitæ. §. præterea nosse debueras de major. & obed.* & anima corpori præstans. *c. duo sunt, cum seq. dist. 96.*

Ex his igitur utrinque allatis auctoritatibus ac rationibus, neminem latere puto, de præmissis duabus quæstionibus maximam esse inter Theologos, & utriusque Juris Interpretes altercationem, id quod etiam gravissimam excitavit contentionem inter Joannem XXIII. & Benedictum XII. ejusque successorem ex una, & Ludovicum Bavarum Imperatorem ex altera parte: † Etsi enim Bonifacius VIII. constitutionem desuper promulgaverit, qua declaravit omnem potestatem sæcularem esse suppositam Pontifici, ut patet ex constit. *extravagant. 1. de majorit. & obed.* † Econtra tamen prædictus Imperator Ludovicus contrariam publicavit constitutionem, quæ decrevit Imperium esse à Deo, & non esse suppositum summo Pontifici, declarando omnes eos esse reos læsæ majestatis, qui dixerint, Imperium esse à Papa, quam constitutionem de verbo ad verbum retulit Alberic. de Rosat. *in l. bene à Zenone num. 16. col. 6. C. de quadrien. præscript.* & de eadem re facit mentionem Decius *in c. novit num. 63. vers. sed addatis extr. de judic,* & Joan. le Cirier. *de jur. primogen, q. 12. nu. 9. lib. 2.* refert & indecisum relinquit Pacian. *de Probat. lib. 2. c. 35. num. 33.* 218 219

Etsi vero hac de re nihil certi Ecclesia Catholica definierit, ideoque disputationi absque ulla hæreseos suspicione locus sit, & utramlibet sententiam ceu problematicam, inter Theologos & Jurisconsultos, citra Ecclesiæ præjudicium ut quæ nihil hac in re definivit defendi posse Reverendus ac doctissimus Theologus Dn. Jodocus Coccius S. I. piæ memoriæ datis ad me Benfeldii die 26. Decemb. Anno 1621. literis contestatus est, & in hac specie post Covarruv. *in cap. peccatum §. 9. numer. 7. de reg. jur. in 6.* tradit Martin. Azpilcueta *in c. novit. notab. 3. de judic,* & adversus communem tenuerint indistincte gloss. *in c. quoniam. dist. 10.* Anton. de Rosell. *de tract. de potest. Imp. & Pap.* Cardin. *in d. c. novit.* Alberic. *in l. cunctos populos numer. 19. Codic. de summ. Trinit. & in d. l. bene à Zenone, num. 16. C. de quadrien. præscript.* Almain. *d. tract. de potest.* Jo. Major. *in 4. sent. dist. 24. quæst. 1.* Et insuper etiam proxime motarum duarum quæstionum decisio ad propositam à nobis hoc loco de juramento fidelitatis controversiam definiendam maximopere conducat: Quia tamen eædem altioris sunt indaginis, quam ut à privatis decidi debeant, quippe duorum supremorum mundi capitum præjudicia haud levia concernentes, idcirco Relatoris, non Censoris partes hic sustinens, cum Romanis & Venetis globulum, literis N. L. impressum, indubietatis urnam rejiciens, meum in his, super earundem resolutione, judicium, ne litem illam opinionum diversitate acerrimam, meam faciam, non interpono, nec quicquam decido.

220 *Decisio quæstionis principalis de Iuramento imperatorio, cum temperamento.* Quod vero ad principalem de † Imperatorii, in forma moderna Papæ præstandi Jurisjurandi qualitate, hoc loco potissimum institutam disquisitionem attinet, quamvis non ignorem, plerosque Theologos & multos etiam Canonistas, in ea esse opinione, quod juramentum per Imperatores & Reges summo Pontifici exhiberi solitum, fidelitatis sit proprie dictum, id quod etiam prænominatus profundissimus Theologus in omni

omni doctrinæ genere excellentissimus ac in linguarum præsertim Hebraicæ cognitione versatissimus Reverendus Dominus P. Coccius piæ memoriæ sentit, seque in scholis, cum in eam materiam incidisset, docuisse asserit, licet illi Theologorum parti, quæ vult summo Pontifici, Dominium temporale directe competere, non assentiatur, mihi tamen in hac controversia, Antonii de Rolellis *in tr. de potest. Imper. & Papa p. 1. cap. fin. per tot.* ob Dei tantum reverentiam & naturali Jure, ut Ecclesiam, Pontificem & Clerum tueatur, ad juramentum reverentiæ & naturæ non fidelitatis, Cæsarem adstringi, statuentis, placet sententia, tum quod nec extorqueri tale juramentum possit, tum quod præstitum fidelitatis dici haud debeat, per rationes *d. loco* ab ipso adductas, vel etiam Lupold. de Bebenburg *de jur. regni. cap. 9. p. 61.* juramentum hoc fidelitatis, id est fidelis tantum defensionis, Ecclesiæ per Imperatorem, ut Advocatum, faciendæ, judicantis opinionem amplector. Quam interpretationem post Cujac. 2. *F.* 7. & Rittersh. 1. *part. feud.* 10. *q.* 11. D. Hepingk *in dissert. de Jure protect. concl.* 10. *in Scholiis sub lit. B.* pariter sequitur.

Ratio decidendi I. ex formula juramenti.

Fundamentum autem sententiæ hujus ex ipsa inprimis Juramenti, de quo controvertitur, formula firmissimum sumitur.

Tenor autem ejusdem, uti ex cæremoniali Romano *lib. 1. sect. 5. c. 3.* constat, talis est.

Ego N. Rex Romanorum adjuvante Domino futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque juro Deo & Beato Petro, me de cætero protectorem atque defensorem fore summi Pontificis, & Sanctæ Ecclesiæ Romanæ, in omnibus necessitatibus & utilitatibus ejus, custodiendo & conservando possessiones, honores, & Jura ac Jus, quantum divino fultus adjutorio potero, secundum scire & posse meum, recta & pura fide. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta DEI Evangelia.

Quod si igitur Principalis ejusmodi juramenti scopus & intentio jurantis, quam verba declarant, attendatur, manifestum est, Reges Romanos, seu Imperatores, juxta subjectum verborum tenorem, principaliter Jurejurando promittere, sese protectores ac defensores fore summi Pontificis, atque Jura Ecclesiæ Romanæ pro viribus conservaturos, & sic evidenter patet, articulos in dicto juramento contentos ad defensionem Ecclesiæ Romanæ & ad conservandum summum Pontificem, pertinere.

231 Jam vero Juris indubitati est, † quodlibet juramentum regulari secundum naturam rei, super qua juratur, *cap. pervenit. de Jurejur.* And. Gail. 2. *observat.* 22. *numer.* 10. Modestin. Pistor. 1. *consil.* 2. *numero* 7. Mynsing. *dec.* 11. *resp.* 3. *numer.* 75. & juramentum restringi ad consensum jurantis, & recipere tacitam conditionem intrinsecæ voluntatis, quam habet negotium principale, super quo juratum est, per not. Bartol. *in l. Titio Seja. §. Imperator. ff. de leg.* 1. Tiraquell. *de constitut. poss. p. 2. lim.* 7. *numer.* 37. Schrader. *de feud. p.* 10. *sect.* 3. *numer.* 47. Mynsing.

232 *d. resp.* 3. *numer.* 75. Juramentumque contractui † appositum recipere omnes conditiones, exceptiones, subauditiones & limitationes, quas recipit ipse contractus super quo interponitur, tenent DD. communiter, Vincent. Honded. 1. *consil.* 43. *num.* 4. Wesenbec. *consil.* 52. *numer.* 82. Curt. Sen. *cons.* 3. *numer.* 2. Anton. de Butr. *in cap. quinta vallis de Jurejur.* Paul. Castrens. *consil.* 122. *numer.* 4. *vol.* 2. Bartol. *in l. si quis pro eo numer.* 15. *ff. de fidejuss. & sequent.* Unde nihil addere actui, super quo juratur, nec obligationem augere, vel extendere Jurisjurandi præstationem uno ore testificantur Matta *de Jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 16. *numer.* 10. Paris. *consil.* 12. *num.* 76. Tiraquell. *in l. si unquam, in præfat. numer.* 165. *Codic. de revocat. donat.* Zas. *ad l.* 5. *num.* 23. *ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* Cacheran. *decisio* 92. *numer.* 6. Baldus *in l. si procurator col.* 3. *Digest. de condict. indeb.* Et juramentum habere consensum pro materia fundamentali, & secundum eum regulari per *l. final. qui satisdar. cogant. & Cod. final. l. de non numerat. pec.* tradit Theod. Reinking *de Regim. secul. & Eccles. libro* 1. *class.* 2. *capit.* 4. *numer.* 8. *& sequent.* Ex quo etiam manifestum est Jusjurandum illud defensionis promissorium, non nisi intensive operari, ita ut vinculum obligationis in re, cui accedit, intendat solummodo, non vero extensive, ut ad non cogitata vel non expressa extendatur, per doctrinam Zasii *ad Rubr. ff. de Jurejur.* At vero ex ipsa formula, & rei evidentia manifestum est, juramenta Imperatorum, † summo Pontifici præstari solitorum, non ad eum finem interponi, ut fiant vasalli Papales, sed Protectores duntaxat & patroni Romanæ Ecclesiæ, & ejusdem Antistites. Cum præsertim Jure naturali, (ut *alibi* sexcentis auctoritatibus probavimus) Imperator adstrictus sit Ecclesiam, Pontificem & Clerum tueri. Si igitur hoc ipsum in juramentum deducatur eo modo, quo inest deductum, censeri debet *l.* 3. *de leg.* 1. *l. Cornelium* 2. *l. si quis Sempronium de hered. instit.* & sic dici debet, non fidelitatis sed naturæ & reverentiæ juramentum. 233

Ratio decidendi II. ab exemplis.

234 Præter hæc autem, † confirmatur prædicta sententia, ab exemplis inferiorum Statuum, qui Episcopatuum Monasteriorum vel Ecclesiarum collegiatarum Advocati existentes, earundem Præsulibus, interdum ratione susceptæ in illos Advocatiæ, similis defensionis juramento præstant, nec inde tamen, ipsos fidelitatis Jusjurandum præstitisse, vel ex tali Sacramento subjectionis nexu Ecclesiis subjectos esse recte aliquis dixerit, vel inferre poterit ut non inelegamter ab horum exemplo arguunt D. Georg. Sigismund. Seld. Imperii Vicecancellarius *in consil. pro Ferdinando Cæsare numero* 25. *pagin.* 63. *& seq.* D. Hepingk *de jur. Advocat. Thes.* 10. *lit. B.* ubi dicit. Principes inferiores ob jurato promissam Monasteriis & Ecclesiis defensionem, nullatenus illis subjici, multo minus igitur Imperatores, ex eo, quod Ecclesiæ Romanæ Advocatiam gerunt & summis Pontificibus defensionem jurato pollicentur, fidelitatis sacramentum præstitisse censeri. Quemadmodum nec iidem ob id, quod in unctione & coronatione, dum illa Aquisgrani peragitur, de defendenda Ecclesia ipsorum Præposito & Capitulo Ecclesiæ Aquisgranensis juramentum præstant, fidelitatis vinculo iis obstringi intelliguntur, uti non abs re decidit Matth. Bortius *de Jure Majestat. & Regal. capite tertio, conclus.* 40.

Ratio decidendi III. ab auctoritate.

Præterea plurimi ex Jurisconsultis & Canonistis hanc opinionem tuentur, quorum in numero sunt magnus inprimis Cujacius *libro* 2. *capite septimo. de feud.* Frideric. Hortleder *in Decad. ex Schleidano conclus.* 31. Georg. Sigismund. Seld. *de consil. pro Cæsar. Ferdinand. numer.* 25. Joannes Gryphiander, *in discurs.* 26. *conclus.* 64. *Arnum. vol.* 2. Ludolph. de

Bebenb

Ochenburg Episcopus Bamberg. *de Jure regni capit.* 9. ubi expresse scribit, juramentum etiam in *cap. Tibi Domino*, contentum, omnino de Advocatia, & non de Homagio accipiendum esse, Warem. ab Ehrenberg *capit.* 2. *numer.* 51. *libro de verisimil.* Joannes de Turre Cremat. *in cap duo sunt distinct.* 93. Joannes Harpprecht. *Inter Arum. discurs. Academ.* 26. *Thesi* 62. 63. ubi distinguens inter juramenta Homagii subditorum, & fidelitatis vasallorum, *in sequenti conclus.* 64. ab utroque separat illud, quod Imperator vel alius Princeps Ecclesiæ, nomine fidei & defensionis præstat, idemque firmat Joachim. Cluten. *in syllog. rer. quotid. conclus.* 4. Bertach. *Repert. verb. Imperator. numer.* 63. Nicol. Cisner. Assess. Cam. Spirens. *in differt. de Henric. Cardinal.* Alexand. *in cap. si Papa distinct.* 40. David. Hepingk. *differt. de Jure Advocat. Thesi* 10. *in notis ad lit. B.* Conrad. Rittershus. *libr.* 1. *capit.* 10. *quæst.* 11. *de partit. Feud.* Anton. de Rosell. *in tract. de potest. Imp. & Pap. p.* 1. *c. final. per totum.* & alii passim *supra* allegati.

Declaratio præmissæ opinionis. Ex quibus omnibus manifeste colligitur, Jusjurandum illud non esse fidelitatis vasallaticum, sive subjectionis, vel Homagii, sed si quis id vocet fidelitatis † juramentum, id eo tantum sensu tale appellari, quatenus propter officii obligationem in eo magis fides exuberat, sive magis exuberare debet, quemadmodum actiones dicuntur bonæ fidei, quia in illis magis requiritur superabundantia bonæ fidei §. *actionum Instit. de action.* Sic illud juramentum dici posse fidelitatis, quod in eo maxime requiratur fidelitas, seu bona fides, addens ita DD. communiter intelligere sæpe dictam Clem. uni. de Jurejur. quemadmodum & ipse Rosell. eo sensu hæc Jura interpretanda esse vult *in d.* §. *Nunc aliud restat. numer.* 6. *ad fin.* Cum quo etiam concordat Ludolph. de Babenb. *d. capit.* 9. asseverans, Jusjurandum Imperatoris Papæ præstitum eo sensu dici Juramentum fidelitatis, id est fidelis defensionis impendendæ. [235]

Objectionis solutio. Nec vero prædictæ decisioni adversatur *text. in c. un.* 2. *Feud.* 100. ubi expresse dicitur Imperatorem † debere Romano Pontifici fidelitatem. [236]

Quia respondetur cap. illud eo sensu accipiendum esse, quando Imperator à Papa Feudum aliquod habet. Tunc enim non ratione Imperii, sed Regni vel ditionis quam à summo Pontifice in feudum recognoscit, absque majestatis suæ diminutione fidelitatem jurare potest, per doctrinam Obrecht. *disput. Feud.* 2. *l.* 226.

Sicut igitur juramentum protegendæ Ecclesiæ & Papæ, non facit Imperatorem subditum Papæ, ita quoque majestatem Imperatoriam non diminuit, si ab Ecclesia Romana ac summo Pontifice vel aliis Regibus feuda accipiens, fidelitatis Juramentum præstet & per substitutum serviat, id enim sine majestatis respective diminutione fieri posse, post Ægid. Bellamer. *consil.* 48. *col.* 10. *l. quisquis* 17. *C. de Episc. & cler.* allegantem tradit Zasius *de Feud. p.* 1. *numer.* 73.

Sic Imperator Carolus V. Pontificis Romani Vasallus fuit, ratione Regni Neapolitani, Siciliæ, Arragoniæ, Corsicæ, Sardiniæ Insularum Canariarum, quarum nomine Ludovicus Rex Hispaniarum Anno 1343. Juramentum summo Pontifici præstitisse legitur. Ita Reges Angliæ fidelitatis juramentum, ratione quarundam provinciarum, Regibus Francorum præstant, nihilominus tamen Angliam & Hiberniam summa potestate regunt. Bodin. 1. *de Republ. c.* 9.

Hunc igitur in modum, si quis dicat, Imperatorem præstare Juramentum fidelitatis summo Pontifici recte judicabit, alias vero minime Hotom. *illust. quæstio.* 35. Zach. Victor. *de exemp. conclus.* 22. Rosenthal *de Feud. capite tertio, conclusio. quint. litera C.*

Hac igitur objectione, & aliis quæ *supra* in contrariam partem adducta sunt, non obstantibus, in hac concepta opinione persistens, omnino existimo ac statuo juramenta Imperatorum quæ juxta prædictam formulam de Romana Ecclesia & ejusdem Antistite protegendo faciunt, non esse eo modo fidelitatis, ceu præstentur à Vasallis seu subditis, sed potius, patrocinii ac fidelis tuitionis vincula.

Quod si tamen hæc sententia, ab Ecclesiæ Catholicæ sensu aliena sit, ejusdem ac cujuslibet rectius sentientis judicio me submitto.

Quinimo ab his tribus introductis disquisitionibus summum Pontificem ac Imperatorem concernentibus libentius omnino abstinuissem, eo quod eorundem Majestatem, silentio potius ac reverentia colendam esse censeam, quia tamen in susceptæ hujus materiæ deductione, omnes & singulas tam Theoricas quam practicas quæstiones, quæ circa Advocatiæ argumentum memoriæ occurrerunt, pro ingenii ac judicii nostri tenuitate, explicare propositum erat, ideo easdem institutæ commentationis necessitas quodammodo extorsit.

Aliud porro ad formam † pertinens dubium extricandum occurrit, ansamque interrogandi præbet, *An nimirum suscepti ad protegendum Patroni, de certa in casibus necessariis, exhibenda defensione, cautionem præstare teneantur.* [237] *Utrum Protectores de exhibenda justa defensione ad cautionem obstringendi sint.*

Et sane initio per rationes dubitandi insequentes, haud abs re concludendum videtur, Advocatos Tutelares, de fideli protectione præstanda ad cautionem esse obstringendos.

Primum enim illud se objicit, quod tales de quibus hic loquimur Advocati ac defensores, (quemadmodum idipsum non ineleganter in Cap. XV. de cognatis Advocatiæ deduximus) Tutoribus comparentur. At vero Jura concedunt, dispositа † in uno æquiparatorum, etiam locum habere & requiri in alio, juxta gloss. & textu. *in l. Si quis servo*, & ibi Bartol. ac DD. *C. de furt.* Cravetta *de antiquit. temp. p.* 4. §. *transeo nunc ad quartam. numer.* 98. ubi ipse plures ad hoc allegat. [238] *Affirmativa. Ratio dubitandi i. pro sententia affirmativa.* [239]

At vero certum est, † tutorem & curatorem ante administrationem susceptam, teneri satisdare, rem pupilli salvam fore, *l. legitimos.* 5. *in princ.* & *ibi* Bartol. & Doctores *Digest. de legitim. tutel. l.* 1. 2. 3. 4. & *tot. tit. ff. rem pupilli salvam fore, leg. de creationibus* 27. *C. de Episcop. aud. l. fin* §. *sed cum antiquitas.* & §. *sit autem Cod. de curat. furios. l. si tutor.* 4. & *ibi gloss. Codic. in quib. caus. in integ. restitut. necess. non est. l. cognatos.* 3. & *ibi* Baldus *Cod. de pupillo ræverf. l. sancimus.* & *ibi* Odofred. *Codic. de administr. tut. l. de dote* 8. §. *tutor. & curator. Digest. qui satisda. cogunt. l.* 1. *l.* 2. & *tot. tit. Cod. de tutor. & curator. qui satis non deder.* Anton. Piagg. *tract. de tutor. & curat. quæstio.* 7. *numer.* 23. Cavalcan. *tract. de Tut. & curator. numer.* 23. Rebuff. *l. satisdationis.* 61. *verf. regula ergo erit. ff. de verbor. signif.* Masuer. *in sua prax. tit. de tutor. & curator. numer.* 2. Et cum hac dispositione Juris communis concordat deß H. Röm. Reichs Policey Ordnung/ An. 1548. zu Augspurg auffgericht und volgends Anno 1577. zu Franckfurt gebessert *sub rubr.* von der Pupillen unnd Minderjährigen Kinder Tutorn unnd Vormündern/ &c. §. Item daß er nach/ &c. [240]

Cum

Cum ergo alias sæpe probatum existat, Protectores & tutores æquiparari, utique, quod in his statuitur, etiam in illis procedere debet.

241 *Ratio dubitandi II. à simili.* Sic & is, † qui defensor sive custos arcis alicujus constituitur, als ein Beschützer / Gubernator oder Schloßhauptmann / Jure cogitur, ut datis fidejussoribus caveat, de recte custodienda ac defendenda arce, ut ex Joan. Gœddæo *de contrahend. stipul. c. 6. conclus. 23. nu. 257.* firmat Anton. Hering. *de fidejuss. c. 10. num. 216.*

242 *Ratio dubitandi III. ab exemplo.* Præterea præstitæ per † Protectores ejusmodi cautionis in Illustribus ac Generosis quondam Joanne, Rudolpho & Gotfrido fratribus, Comitibus Habspurgi, Lauffenbergæ & Rapersvillæ Dominis Einsidlensis Monasterii Protectoribus, exemplum nobis insigne suppeditant Annales *Eremi* Deiparæ Virginis per Reverendum & religiosum Dominum Fr. Christoph. Hartmanni ibid. Conventualem ac Bibliothecarium nuper in lucem prolati *ad annum* 1348. quod cum ad rem maxime faciat, ex eodem Authore hic subjiciendum duxi.

Superioribus, *inquit*, cum Tigurinis commissis bellis, quibus etiam *Joannes* pater occiderat, damna haud mediocria prædiorum & locorum vicinitate Conrado Abbati & Monasterio nostro *Heremitarum*, præsertim apud *Feliconem*, & aliis propinquis vicis, ipsi subjectis intulerat *Ioannes*, *Comes Habspurgi*, *Lauffenbergæ & Rapersuillæ* Dominus; Eorum in damnorum compensationem idem ipse *Comes Ioannes* & fratres ejus *Rudolphus & Gotfridus*, qui *Lauffenbergæ* ferme agitabant, cum ipse *Rapersuillam* obtineret, in protectionem peculiarem susceperunt eundem Conradum Abbatem Heremitarum Monasterium universum, & omnes nostros cum prædiis & possessionibus subjectos & obnoxios, promittentes auxilium, operam, consilium omnibus iis in locis, quæ ad eos pertinent, aut in ipsorum potestate sint. Sunt quoque pollicici, pro se, & suis omnibus posteris, quos ideo hoc ipso devinciunt & obligant, ut eo facilius divina illis Majestas, *Deipara Virgo* cœlorum regina veniam illorum indulgeat, quæ contra Monasterium & ei connexos & subditos admiserunt, nullo in Jure, Jurisdictione, possessione, censu, reditu, nullis in hæreditatibus, feudis, beneficiis, privilegiis, Abbati aut ejus monasterio facturos unquam molestiam, aut impedimentum allaturos, sed eadem omnia, & quæcunque habent in oppido Rapersuillæ & vicinis pagis, se & eorum posteros protecturos, & defensuros, neque per se, neque opera suorum, neque ulla domestica aut externa Jurisdictione seculari, aut Ecclesiastica, aut alia quacunque re infracturos, violaturos, neque damnum aliud unquam, aut detrimentum apportaturos, sed potius Abbatem, ejus successores, & Monasterium eadem in libertate, Jure & dominio, quibus hactenus usi fruiti sunt perpetuo defensuros, juxta & secundum Monasterii instrumentum, regalia, tabulas, elenchos, prothocolla, absque dolo malo. In quorum omnium fidem, certitudinem & æternitatem Abbati, & Heremitarum Monasterio fidejussores dederunt Senatum & populum Rapersuillensem, facto instrumento, sigillis trium Fratrum, & Communitatis Rapersuillensis munito, editoque Tiguri. Anno 1348. feria V. proxima post Joannis Baptistæ.

243 *Ratio dubitandi IV.* Nec vero debet absurdum videri, † clientem à Patrono, cautionem exigere, tametsi se suaque omnia ejus fidei ac tuitioni credere non dubitaverit, quia experientia docet, † quod Protectores simpliciter delecti, sæpe, in messem, quod dicitur, alienam falces mittendo, plus sibi quam deceat, attrahere conentur, quod etiam Gail. *libro 2. observat. 54. numero 6. ad finem.* innuens ea in re, ait, sæpius à Patronis tutelaribus perniciose peccari, & Jus Advocatiæ plus æquo extendi, idque ad quæstum & privatam utilitatem transferri, † ideo tanto majori cura cavendum est, ne se alteri in clientelam dantes, libertatem amittant, atque ex quæsito patronatu, potius subjectionis, quam protectionis beneficium exoriatur. Petr. Gregor. Tholos. *de Republic. libro 11. capit. 11. numer. 6.* 244 245

246 *Decisio Negativa.* Verum, utut hæc se habeant, † si ad mores nostri temporis respiciamus, non facile deprehendemus, Advocatos onere satisdandi hodie gravari.

247 *Ratio decidendi.* Quia, † ut Bodin. *libro 5. de Republic. capit. 6.* inquit, *Inter bonos data fide & accepta vicissim, ad mutua inter ipsos pacta conventa satis momenti habere, plerisque videtur.*

248 Unde & communiter dicitur, † quod virtus & bona de ipsis concepta fiducia, pro satisdatione habeatur, præsertim, quando Protector est probatæ fidei, arg. *l. 1. §. is autem. junct. gloss. verb. qualitatem. Digest. de rip. muniend.* Barbat. *cap. coram. col. fin. extr. de offic. delegat.* Felin. *cap super his, numero 19. extr. de accusat.* Jalon *l. divortio 8. §. interdum. numero decim. vers. quinto alleg. Digest. solut. matrim.* Hippol. de Marsi *l. 1. § ad quæstionem. num. 8. ff. de quæstionib.* Idem Hippol. *rubr ff de fidejussor. num.* 283. Tiraquel. *tract. de pœn. caus. 51. n. 37. cum seq.*

249 *Ratio decidendi altera.* Facit huc, deinde † quod licet vasallus magis Domino astrictus sit, is tamen ad cautionem de servitio illi præstando adigi nequeat, ex Matth. de Afflict. *in capite 1. in princ. numero 24. de feud. sine culp. non amittend.* & Schrader. *part. 6. c. 6, numer. 73.* Rosenthal. *c. 8. conclus. 9. n. 23.*

Responsio ad primam dubitandi rationem. Nec ad rem facit *superius* adductum ab æquiparatis argumentum. Cum enim in Tutoribus illud Jure expresso cautum sit, quod secus est in protectoribus: argumentum non procedit. † Similitudo enim, paritasque omnis tollitur, perimiturque data instantia in casu, in quo instantia data est, *gloss. cap. sicut urgeri. 2. quæst. 1. gloss. l. creditori verb. vendicatio. ibi,* Jalon *numero 7. Digest. de nov. op. nunciat.* Everhard. *in top. in loco à simil. numero 12.* Afflict. *decision. 350. numero 11.* Vasqui. *illustr. contr. capite 35. numero 2. capit. 37. numero 7. capit. 38. numer. 4. & capite 47. numero 8.* Seraphin. *tr. de jurament. privileg. 74. num. 103. & 104.* 250

Addu-

Responsio ad II. dubitandi rationem. Adductum insuper de custode arcis simile, non est perpetuum, quia id magis in voluntate Domini, quam in necessitate Juris positum est, unde pariter nullam necessariæ cautionis obligationem arguit.

251 Quod enim liberum est, † illud ad necessitatem seu obligationem transferri non debet, *l. neque ab initio. Cod. de nupt.* Et libera voluntas legi non alligatur Menoch. *de Arb. Jud. quæst. libro* 1. *quæst.* 7. *numero* 35.

Responsio ad tertiam dubitandi rationem. Quod vero tertio loco ad præmemoratum de Comitibus Rapersvvilensibus, qui non, nisi datis fidejussoribus, ad Monasterii Einsidlensis Advocatiam admissi sunt, exemplum attinet, id nullam, in aliis Protectoribus cavendi necessitatem inducere potest, quia exempla † non ligant, nec arctant, ut recte docet Zasius *in l. obligatio n. ult. ff. de obligat. & act.* Hinc & vulgatum est, non exemplis sed Legibus esse judicandum *l. nemo, Codic. de sent. & inter. omn. Jud.* Sebast. Hornmold. *in Repert. sent. Jur. verb. exempla.*

Cum igitur leges, nulli Advocatorum, cautionem de rite præstanda protectione, imponant, tametsi hoc inter partes peculiari pacto induci possit, regulariter tamen de Jure ad eandem nemo obligatus est.

Responsio ad IV. dubitandi rationem. Inde licet, (quod ultimo loco objectum est) absurdum non sit, Cautionem à Protectoribus exigere, ii tamen si nolint, ad præstandam illam cogi haud possunt.

Constituendo Protectionis muneri, an etiam certa pœna adjici possit. Sed jam de ultimo membro pertinentium ad formam circumstantiarum, nempe *de pœna* videndum est: † Cum autem propter text. clarissimos *infra* allegatos in re perspicua ac plana versemur, omissis dubitandi rationibus, in hoc puncto omnino concludendum est, constitui posse Protectores sub certa aliqua pœna, in casum omissæ aut non rite præstitæ defensionis exolvendæ, quemadmodum ea de re etiam *infra in Cap. de Actionibus* nonnihil dicemus.

252 *Decisio quæstionis absque dubitandi rationibus. Ratio decidendi.* Primo etenim Justinianum Imperatorem generatim de pœnæ adjectione in quovis contractu edifferentem si audiamus, † is eam, tum propter majorem futuræ protectionis certitudinem, tum, ut stipulator si forte defensio promissa non sequatur, evitet onus probandi ejus, quod sua interest omnino suadere videtur. *Non solum*, inquit, *res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta, ut, si stipulemur aliquid fieri vel non fieri. Et in hujusmodi stipulationibus optimum erit, pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare, quod sua intersit. Itaque si quis, ut fiat aliquid, stipuletur, ita adjici pœna debet: Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes? Sed si quædam fieri, quædam non fieri una eademque conceptione stipuletur quis, clausula hujusmodi erit adjicienda: Si adversus ea factum erit, sive quid ita factum non fuerit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?* §. *ult. Instit. de verbor. obligat.*

253

Idem consilium suggerunt Jurisconsulti *in l. final. Digest. de prætor. stipulat.* quod eleganter explicat Schneidew. *in* §. *fin. numer.* 7. *institut. de verb. obligat. quia*, inquit, *in obligatione faciendi succedit obli-*

254 *gatio ad interesse*; † *ita, quod promissor præstando interesse liberetur, ejus autem probatio sit difficilis*; ideo Imperator & Jurisconsulti *in d. l. fin. Digest. de prætor. stipula.* tradunt hoc consilium, ut is, qui stipulatur factum, certam pecuniæ quantitatem, loco pœnæ adjiciat, ne actor in probatione interesse succumbat. Et quia facti æstimatio incerta est, cum facta ab aliis pluris, ab aliis minoris æstimari solent, & ubi pœna est adjecta, non curatur de interesse, sed pœna peti potest, etiamsi nihil intersit.

255 *An Protectores sub pœna Banni Imperialis sese ad defendendum obligare possint.* Verum hoc loco circa † pœnæ adjectionem non abs re quæri potest, *An protectores in eventum omissæ defensionis certam pœnam pacti ad ejusdem persolutionem ita se obligare possint, ut si eam ad certum tempus non solverint, statim contra eos in Camera vel Aula Imperiali executoriales sub pœna banni clientibus impetrare & decernere liceat?*

256 *Affirmativa.* Et sane initio dicendum videtur, † ejusmodi obligationem Jure validam esse.

257 *Ratio dubitandi prima.* Primo enim Jura † Canonica permittunt debitori, ut is se ad pœnam excommunicationis vel interdicti, si in præfixo termino non solvat, obligare possit, apud Judicem, cui inest Jurisdictio, per notata Abbat. Panormitan. *in cap. P. & G. numero sext. & sequens.* ubi alios concordantes & dissentientes refert. † Cum

258 autem bannum & excommunicatio æquiparentur, per late deducta in *Cap. præced.* consequens esse videtur, similiter quempiam sub banni pœna se obstringere posse.

259 *Ratio dubitandi Secunda.* Deinde facit, † quod sicut consuetudo, ita etiam pactum dat ordinem causæ, ut in ea procedatur summarie & executive, prout conventum fuit inter partes. Rodericus Soarez *in repetit. leg. post rem judicatam.* 56. *in declarat. legis regni, numero decimo, Digest. de re judic.* & est casus secundum eum singularis *in leg. missi opinatores. 7. Codic. de exact. trib. libro* 10.

260 *Ratio dubitandi III.* Tertio auctoritatem affirmanti huic † sententiæ dare potest, quod alius etiam quilibet debitor ex pacto executivo, ad instantiam creditoris, capi, incarcerari, & usque ad satisfactionem in carcere detineri possit, absque aliquo processu Judiciario, ut docuit Alciat. *in repetit. rubric. Extra. de judic. numero* 74. *& in rubric. de Jurejur. numero* 210. Johan. Fab. §. *fin. numero* 7. *Institut. de action.* Anton. de Massa *in forma Cameralis obligat. quæstio.* 6. *part.* 3. Vitalis de Cambanis *in tractat. clausular. in quæst. an cessioni bonorum renunciari valeat, numero* 19. *in fin.* & huic sententiæ accedit Boer. *decision. ducentesima nonagesima quinta, numer.* 10. *&* 17. ubi refert, talia pacta de debitore detinendo in carcere publico, quotidie fieri, idem tenet Roman. *consilio centesimo quadragesimo secundo, numer.* 2. Neviz. *consil.* 51. *numer. quart.* Matth. de Afflict. *constitut. Neapol. libro* 1. *de cultu pacis. rubric.* 8 *numer.* 16. *& decis. Neapol. respons.* 326. *numero* 3. quod idem etiam firmat Zas. *singul. respons. libro* 2. *capit.* 8. ubi asserit, † pacta valere, ut

261 debitor post moram carcerari possit, quia inquit, carcerari aliquem pro debito per magistratum, non est actus illicitus sed à Jure permissus, Anton. de Canario *tract. de execut. instrument. numer.* 60. 67. *&* 68. & sequitur Maranta *de ord. Judic. part.* 6. *de citat. numer.* 11. ubi tradit, † isto casu posse capi debitorem,

262 sine aliquo processu, vel etiam citatione, quantumvis nulla adsit suspicio vel fugæ, vel dilapidationis, adjiciendo, hæc diligenter esse notanda pro ponderatione clausularum executivarum in instrumentis. Angel. *in leg. nemo carcerem.* 2. *Codic. de exact. trib.* Baldus *in leg. consentaneum.* 8. ubi post multa ita concludit. *numer.* 26. *Codic. quomodo & quando Judex.* Abbas *consilio* 24. *numero primo, part.* 2. Paris. de Put. *tract. syndic. sub rubrica Barataria, verbo. captura numero tertio.*

Et

graviter ex modernis defensitat Matth. Bortius *inter Arum. disc.* 30. *concl.* 40. adseverans juramentum Henrici VII. de quo *in d. Clem.* aperte de Advocatia, minime vero de Homagio esse intelligendum. Id quod ante ipsum sensit, atque in literas retulit Joannes Gryphiand. *disc.* 26. *Thes.* 64. *inter disc. Arum. vol.* 1. ubi ait juramentum, quod Imperator vel alius Princeps nomine fidei vel defensionis Ecclesiæ præstat, separandum esse ab Homagio, quod subditi Domino, & juramento fidelitatis quod vasalli Seniori faciunt, nec per illud jurantem, effici subditum aut vasallum Pastoris, cui id præstatur, cui subscribunt ex modernis Contrad. Rittershus. *tract. feud. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 11. ubi dicit nobilem esse hanc quæstionem, Watem. ab Ehrenberg *verisimil. theol. Jurid. ac polit. cap.* 2. *nu.* 51. exsertim tradens juramentum quod Pontifex ab Imperatore exigit, non esse homagii sed defensionis, per ipsum Papæ & Ecclesiæ fideliter impendendæ, cum Imperator habeat potestatem à solo Deo, per allegata Lupold. de Bebenburg *de jur. regn. & imper. cap.* 9. Joan. de Parisiis *de Regali & Papali potestate cap.* 16. Et huic eidem opinioni ex antiquioribus suffragia tulerunt Bald. *in c. final. col. ult. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Bertachin. *in reperter. verb. Imperator. num.* 63. ubi expresse tradit Imperatorem non 150 jurare fidelitatem, per rationem, † quod tanquam Princeps mundi ab omni juramento fidelitatis exceptus sit.

Eandem sententiam amplexi sunt Albert. Crantzius *hist. Saxon. lib.* 9. *cap.* 15. Nicol. Cisner. *in dissertat. de Henrico Luxemb.* Fontin: *in addit. ad princip. clementin. Romani, de jurejur.* & alii à Cisnero adducti. Carol. Molinæ. *in consuet. Paris. titul.* 1. *num.* 34. ubi expresse scribit juramentum illud non esse, ut loquitur feudalitatis, quasi Imperator futurus faciat homagium Papæ & ab eo Imperium in feudum accipiat, sed esse juramentum puræ fidei Christianæ servandæ, & Ecclesiæ protegendæ, quod Deo principaliter ac beato Petro præstatur. Quare Imperatorem non esse feudatarium, ut vulgo dicunt Papæ, sed fidelem Dei primum, deinde Papæ & Ecclesiæ Catholicæ, & ita sensisse Cardinalem Alexandr. *in cap. si Papa* 40. *distinct.* ubi Bellameram contrarium sentientem subobscure reprehendere videtur. Sic etiam in terminis Anton. de Rosell. *in tractat. de potestat. Imper. & Pap. §. nunc aliud num.* 3. dicit, exactum ab Imperatore non debere 151 dici fidelitatis juramentum, † eo quod Imperium & sacerdotium, vel Ecclesia fraternizent, *Authen.* 152 *quomodo oport. Epi. in prin.* † ideoque in hac liberalitate jurandi, debitum naturale persolvi, cum mutuum etiam sibi exhibeant auxilium leg. 1. *Cod. de imponend. lucr. description. lib.* 10. Unde ex naturali præstitum debito, non ex aliqua fictione vel fidelitate.

153 Conantur insuper negativam hanc sententiam inductionis argumento per collationem diversorum fidelitatis juramentorum † stabilire. Constat enim fidelitatis sacramentum tres habere species.

IV. Argumentum pro Negativa à collatione juramentorum fidelitatis.

Prima consistit in juramento clientelari, † seu vasallagii, Lehenpflicht/ quod vasallus domino ratione 154 feudi præstat, de quo agunt Feudistæ *in c.* 1. *qualiter vasallus &c. & ibi gloss.* ac omnes interpretes Capyc. *in investit, feud c. feudorum juramenta.* Schneid. *de feud part.* 5. *n.* 62. *& seq.* Sonsb. *part.* 11. *n.* 3. Ludolph. Schrad. *part.* 6. *c.* 4. *n.* 2. *& seqq.* Vult. *c.* 6. *n.* 7. & eleganter *c.* 7. *n.* 40. *lib.* 1.

Tres juramenti fidelitatis species. Juramentum Vasallagii.

155 Et hoc fidelitatis juramentum in omni † investitura necessarium est, ut si id præstare vasallus recuset, nulla ei omnino investitura facienda sit *cap.* 1. *§. nulla in fin. & ibi* Laudenl. *n.* 1. *per quos fuit investit.* Modest. Pistor. *cons.* 8. *n.* 5. *& seq. vol.* 2. † Tenen- 156 tur enim omnes vasalli jurare, qui legitime & licite sunt investiti, nisi quibusdam speciali Domini voluntate juramentum istud remissum fuerit, usque adeo, ut superior etiam inferiori, à quo feudum habet, uti & universitas privato jurare cogantur. Schrad. *de feud. part.* 6. *c.* 4. *n.* 9. *&* 10. Jerem. Setser. *tract. de juram. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 6.

Summa autem hujus juramenti eo redit quod † 157 vasallus Dominum præstare velit incolumem, quod tutum, quod honestum, adeoque omne illud facere quod ipsi futurum sit utile, sibi facile & possibile; quemadmodum sex ista capita in jure feudali definita sunt *in c.* 1. *de forma. fidelit.* ubi etiam horum cap. prolixior habetur expositio. Schneid. *de feud. part.* 5. *n.* 95. *& seq.*

Alterum est quod consiliarii, officiales, † mini- 158 stri ac famuli Dominis suis præstare solent, idque vulgariter Raths oder Dienstpflicht appellatur Schneidewin, *dict. part* 5. *numero* 63. *versicul. secunda species.* Vult. *de feud, c.* 6. *nu.* 6. *lib.* 1. qui hoc ad omnes & quosvis officiarios principis alicujus aut personæ illustris extendit, sive sint domestici ipsius sive non, proinde elegantius & plenius hoc juramentum appellari fidelitatem, vel juramentum fidelitatis, officii. Cum 159 autem domesticorum appellatio hic generaliter capiatur, juramentum hoc non est solius officii. Nam & privati etiam à suis famulis in certis capitibus exigere possunt, licet non soleat hoc tenore apud eos frequentari. Hen. Rosenth. *synops. feud. c.* 6. *concl.* 85. *n.* 11. *lit. n.*

Juramentum officiale.

Et hoc quidem juramentum magis fundari ex usu dominorum, † quam jure scripto, testatur Bald *in* 160 *c.* 1. *n* 2. quem *ibi* sequuntur Præposit. *super textum* & Schenck *n.* 5. *qualiter vasallus &c.* Car. Molinæ. *consuet. Parisiens. tit.* 1. *§.* 2. *gloss.* 3. *n.* 4. *&* 6. *cum seq.* † 161 ubi dicit, hoc non posse exigi, nisi ab habente jurisdictionem. Verius tamen est, quod etiam aliis hoc à suis ministris ex conventione exigere, non sit vetitum, teste Rosenth. *loco citat.*

Imo multoties valde necessarium. Cum enim istiusmodi personis vel corpus suum vel vitam, vel honorem vel bona, vel etiam arcana sua consilia adeoque totam suam salutem Domini concredere soleant ac debeant, justissima de causa juramento illos obstringunt, ut proclivem, quam habent, nocendi occasionem, religiosa illa compescant promissione & assecuratione, cum pessimus nocendi artifex sit improbus domesticus, nullaque pestis ad nocendum vel magis præsentanea vel efficacior, quam familiaris inimicus reperiatur, juxta gloss. *ult. in cap.* 1. *distinct.* 93. Alvarot. & Schenck Baro *in cap. unic. qual. jur. deb. vasall.* Hunnius *disput. de juramen. fidel. Thes.* 16. Siquidem domesticis fraudibus facile quidvis pro negocii opportunitate confingi possit, vel id quod vere gestum est, aboleri, ut alio fine, inquit Imperator, *in l. data jam pridem C. de donat.* Ex quibus perspicue etiam ejicitur, privatorum quoque famulos, & ministros, ut qui non minus fideles dominis suis esse debent, & à quibus non minus possit Dominis prætextu familiaritatis noceri, ad fidelitatis promissionem ac juramentum domesticitatis cogi posse. Matt. Steph. *de jurisd. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *n.* 240. Schneidew. *de Feud. p.* 5. *p.* 424.

Tertium est, quod quis Domino, † hoc est Magi- 162 stratui suo, ut subditus, ratione subjectionis jurat, quæ juramenti species communiter Homagium vocatur Erbhuldigung oder Erbpflicht/ & dicitur affecu-

Juramentum subjectionis.

securatio fidelitatis & obedientiæ; quam subditus facit Domino territorii, sub cujus jurisdictione habitat. 163 Thom. Maul. *tract. de homagio tit.* 1. *n.* 1. † Ex hoc juramentum omnes subditi tenentur præstare, *c.* 1. & *ibi* Andr. de Iser. Jacob. de Belvis. Bal. Alvar. Præp. Mat. de Afflict. & Dd. *tit. qual. deb. jur. vasall. dom. fidel.* Steph. Bertran. *cons.* 311. *p.* 1. *lib.* 3. Ægid. Boss. *tract. crim. sub tit. de crim. laes. maj. n.* 107. Jacob. de S. Georg. *tract. de homag. n.* 32. Crav. *cons.* 17 *n.* 1. *cons.* 201 *n.* 10. & 17. Alex. Rub. 164 *cons.* 11. Socin. Jun. *cons.* 102. *n.* 30. *libr.* 2. † Etiam Principes, Comites, Barones, & Nobiles personæ, si sint subditi Ludolph. Schrad. *cons.* 23. *n.* 149. & 150. Hoc autem juramento obstricti proprie Liebe getrewen appellantur, 165 † quamvis & vasallos non aliter atque Latine fideles, 166 *c.* 1. §. & *quia cum seq. de his qui feud. dar. poss. c. unic. de cont. int. dom. & fid. &c.* sic Germanice Liebe getrewen nuncupari, stylus receperit, teste Gail *de arrest. c.* 7. *n.* 13. & addit. ad Zas. *in l.* 2. *de orig. jur. in pr. sub lit. D.*

Si quis tamen in territorio domicilium non habeat 167 tametsi bona etiam immobilia sive pauca † sive multa in eo possideat, hoc juramentum præstare non tenetur, nominatim attestante Jacobin. de S. Georg. *in verb. qui quidem investiti, n.* 9 ubi inquit, se consulente ita esse judicatum, allegans Hostiens. Jo. And. Panor. & alios *in c. nimis de jurejur.* Vult. *de feud. c.* 6 *num.* 5. *lib.* 1. Schneid. *de feud. par.* 5. *nu.* 68. ubi dicit, magis communem & consuetudine approbatam, Paris. *cons.* 25. *nu* 44. & *seq. vol* 1. quo etiam inclinat Menoch. *cons.* 943. *n.* 17. *seq.* & in Germania observari frequentius, ita ut non dubitet generalem esse consuetudinem, ait Rosenth. *de feud. c.* 6. *concl.* 85. *n.* 8. *lit. K.* Thom. Maul. *tract. de homag. tit.* 1. *n.* 16. non attentis illis, quæ in contrarium adstruunt Isern. *in c.* 1. *n.* 1. & *ibid.* Alvar. *nu.* 1. Laud. *n.* 12. & 15. Afflict. *n.* 12. Præposit. *ante n.* 1. & 3. Schenck *n.* 7. Pet. Rav. *qualit. jur. deb. vasall.* Burs. *cons.* 4. *n.* 11. *vol.* 1.

168 Cum enim hoc juramentum † personale sit, personarum subjectionem non rerum tantum respicere vide-169 tur, † Ac proprie is est subditus, qui domicilium in alicujus jurisdictione habet, non qui ibi, sine illo bona quædam possidet *l. domicilium ff. ad municip. l. si in patria C. de incol. lib.* 10. *gloss. in clem. unic.* §. *eisdem in verb. subditos de foro compet.* Dec. *cons.* 661. *n.* 6. Riminald. Jun. *cons.* 353. *n.* 5. *lib.* 4. Cephal. *cons* 13. *n.* 15. Seraph. *decis.* 843. *n.* 1. Socin. *in c. licet ratione n.* 8. Felin. *ibi. n.* 23. *d. tit. de foro comp.* Anchar. *quaest.* 11. *n.* 16. *lib.* 1. Alciat. *cons.* 21. *n.* 3. *lib* 2. Domicilium enim passivam in inhabitantem tribuit jurisdictionem ll. Menoch. *cons.* 1000. *n.* 23 *lib.* 11. Cachet. *cons.* 9. *n.* 18. Honded. *cons.* 4. *vol.* 1. Meichsner. *decis.* 6. *n.* 1. 2. 3. & *passim* quos omnes sequitur Gail. *de pignor. c.* 15 *n.* 7. & *obs.* 35. *n.* 2. & hanc esse communem interpretum sententiam scribit Burs. *cons.* 16. *n.* 1. & 8 *vol.* 1. quibus suffragantur Jo. Petr. Surd. *cons.* 313. *n.* 66. qui infinitos allegat Col. *de process. executiv. part.* 2. *c.* 1. *n.* 23. Thom. Michael. *disp. de jurisd. thes.* 57. *lit.* 6. ac sæpius in Camera, imo quotidie sic observari, notat Rosenth. *d. concl.* 85. *n.* 9. *lit. m.* ubi multos in hanc allegat sententiam.

Cæterum inter recensitas tres fidelitatis juratæ species maxima est discrepantia.

170 Juramentum enim subjectionis multo fortius ligat † subditos, quam Clientelare vasallos, uti hoc gravissimis fulcit authoritatibus, Crav. *cons.* 517. *n.* 3. citat. *decis. Neapol.* 265. *n.* 57. multis etiam Franc. Burs. *cons.* 147. *n.* 31. citans Jo. de terra Rub. *in tract. de rebell.* Mat. Freccia *lib.* 2. *auctor.* 4. *n.* 7. citat Bald. *cons.* 270. *vol.* 3. Rol. à Vall. 171 *cons.* 1. *n.* 30. *vol.* 3. allegans Afflict. *qualit. vasall. &c.* † magisque astringit ad obediendum, ideoque non nisi personaliter præstari potest, ut cum aliis tradit Zasius *de feud. part.* 7. *n.* 20. prout & Præpos. *in c.* 1. §. *sed utrum per quos fiat invest.* Jacob. de S. Geor. *verb. qui quidem investiti n.* 22. post Bald. *in l. unic.* §. *ne autem C. de caduc. tolend.* Chassan. *in consuet. Burg.* §. 2. *rubr.* 3. *n.* 3. *in verb. faire homage* † Quod secus est in juramento vasallatico, 172 astruente Surdo *decis.* 159. *n.* 17. Wesenb. *de feud. c* 8. *n.* 24. Sylvan. *de recog. feud. q.* 64. Schrad. *part.* 6. *c.* 4. *nu.* 35. Marin. Freccia *de subfeud. Baron. in addit. ad lib.* 3. *nu.* 55. Vult. *de feud. c.* 7. *n.* 32. ubi hodie observari dicit, ut vasallus per procuratorem juret juxta *c.* 1. §. *si, per quos fiat invest.* quos compluribus allegatis refert & sequitur Henric. Rosenth. *synop. feud. c.* 6. *concl.* 37. *n.* 5.

Multos insuper effectus, quibus juramenta subjectionis & vasallagii differunt recenset Bald. *cons.* 327. *n.* 7. & *seq. vol.* 1.

Sic etiam diversa juramenti familiaritatis, seu officii & fidelitatis ratio est, † per notat. *in d. c. unic. qual. jur.* 173 *vas. deb.* de quo Menoch. *cons.* 943. *n.* 13. & *seq.* Vult. *c.* 6. *n.* 6. Gail. *de pign. c.* 15. *n.* 3. Thom. Michael. *disp. de jurisd. thes.* 57.

Hac tamen discrepantia inter istas juramentorum † 174 species non obstante, triplicem illam fidelitatem ab uno & eodem præstari non est absurdum, si nimirum is sit & subditus, & officialis & vasallus, unumquamque tamen suo respectu, idque explicari potest vel juramento uno, ut docet Bald. *de pace Const. in verb. vasalli nostri n.* 5. Jacob. de S. Geor. *in verb qui quidem invest. n.* 6. Ravenn. *in c.* 1. *in fi.* & *ibi* Præpos. *n.* 3. *qual. vas. jur. deb.* vel juramentis diversis prout causæ ob quas præstantur diversæ sunt. Neque enim unum suppletur per alterum, ideoque si quis vasallus sit & is fiat postea domesticus vel familiaris ejusdem Domini, etiamsi juramentum vasallagii antea præstiterit, nihilominus juramentum officii præstare tenebitur, nisi forte hoc illi remittatur, Rosenth. *synop. feud. c.* 6. *concl.* 85. *nu* 7. Vult. *de feud. d. c.* 6 *n.* 7.

Applicatio præmissi Argumenti.

Ex ista trium juramentorum inductione, & singulorum accurata consideratione, negantes fidelitatis juramentum per Imperatorem præstari, nulli horum speciei Imperiale jusjurandum adaptari posse contendunt.

Et inverso quidem ordine à posterioribus duobus ordiendo dici non potest, ab Imperatore summo † 175 Pontifici jusjurandum familiaritatis, aut subjectionis præstari, quia quod ad illud attinet, notorium est Imperatorem non esse ex domesticis, familiaribus, vel officialibus S. Pontificis; Multo minus posterius concedi potest † nam alias sequeretur Imperatorem 176 (quod magis absurdum videtur) etiam in sæcularibus esse subditum summi Pontificis, contra communem juris traditionem qua omnes fatentur † Imperatorem 177 esse supremum omnium, & in temporalibus nemini esse subditum *l.* 1. *ff. de constit. princip l.* 1. & *ult. C. de legibus l.* 2. §. *sed quia C. de jur. vet. enucl. l. penult.* & *ibi* Bald. *C. de bonis quae lib.* Imo ne Papæ quidem in sæcularibus, † secus tamen in spiritualibus *c. solitæ de major.* & 178 *obed. l.* 1. *C. de summa Trinit. clem. pastoralis* §. *denig. de re judic. c. ad honorem de usu pall. ibique* gloss. Cardin. & *clem.* 1 *in pr.* 4. *op. de jurejur.* † Sic & Gratianus *in c.* 179 *nos si incompetenter*, §. *item cum David* 2. *q.* 7. *Duæ* inquit *sunt personæ quibus mundus iste regitur, Regalis videlicet & sacerdotalis: sicut Reges præsunt in causis sæculi, ita sacerdotes in causa Dei.* Et gloss. *in d. clem.* 1. *in verbo apicem. de jurejur. Sicut* inquit, † *Papa in spiritualibus habet apicem dignitatis: ita Imperator habet apicem & summitatem dignitatis, quoad temporalia, & omnes alios excedit.* 180

Quin potius Imperator in temporalibus † præest 181 omnibus etiam Ecclesiasticis personis quibuscunque per tradita Jo. Bertrach. *tract. de gabell. & vectigal. part.* 1. *n.* 5. Didac. Covar. *in c. peccatum* §. 2. §. 9. *num.* 7. *de reg. jur. in* 6. † Ubi salva Ecclesiæ Catholicæ definitione 182 aperte dicit Romanum Pontificem, nec actu nec habi-

habitu universi orbis, & nec in ipsos quidem Christianos temporalem habere jurisdictionem, nisi quatenus ea est ad spiritualis jurisdictionis & potestatis utiliorem & faciliorem usum. Id quod maximo etiam conatu defendit Ant. de Rosell. *tract. de potest. Papæ & Imp. in pr.* Papam nullam habere ex summi Pontificatus officio, jurisdictionem temporalem, nec eam in Imperatorem transtulisse, 183 † sed eam penes ipsum Cæsarem esse ut distinctam à potestate spirituali, idemque late tradit Jacob. Almain, *tract. de potest. Eccles. & Laical.*

Deinde vero primam fidelitatis speciem perpendentes, 184 Imperatorem summi Pontificis vasallum, † aut imperium Romanum Ecclesiæ, aut sedis Apostolicæ feudum esse, nequaquam concedunt, id quod nuncupatim impugnant Jacob. Almain. *d. tract. de potest. Ecclesiast.* † dum dicit juramentum Imperatoris de defendenda Ecclesia, non probare 185 imperium teneri ab Ecclesia in feudum, quem refert & sequitur *gloss. in d. clem. unic. de jurejur. in ordine litera.*

Negativa. Imperium Romanum non sit Feudum Ecclesiæ.

186 Quemadmodum nec juramentum † quod Rex Franciæ præstat Parlamento Parisiensi de defendendo regno probat regnum haberi à Parlamento in feudum, 187 † nec ideo quod jurat Prælatis in sacra unctione Remensi se defensurum Ecclesiam habet regnum ab Ecclesia. Et *d. gloss.* sequitur Wilhel. Occam. *in suis dialog.* qui totus est in hac sententia. Et bonam rationem hujus opinionis ponit Barb. *in d. clem.* 1. non ausus palam dissentire à glossa; Et negativæ hujus opinionis assertores opinionem suam subsequentibus argumentis evincere conantur.

Argumentum pro I. Negativa.

Primo si imperium Ecclesiæ feudum esset, Imperator quilibet teneretur accipere investituram à summo Pontifice eidemque præstare juramentum homagii 188 sive clientelare ad habendum imperium. † Siquidem non nisi sub conditione fidei & investituræ feudum 189 constituatur tradente Vultæ. *de feud. c. 7. n. 30.* † Et in feudis juramentum fidelitatis omnino & regulariter præstandum est, & ut nullum præstetur illud est ex conventione, *c. 1. in fin. per quos fiat invest. & in c. 1. §. ast & alia, quæ fuit prima caus. & c. 1. in princip. de Capitul. Conrad. gloss. in c. 1. qual. vasall. jurar. deb. fidel.* Mozz. *de substant. n. 20.* Borch. *de feud. c. 7. n. 37.* Burs. *consf. 127. n. 17. vol. 2.* Menoch. *cons. 65. n. 17. vol. 1.* idque regulariter fieri debere dicit Wesenb. *c. 8. n. 28.* Mozz. 190 *de substant. n. 10.* † & de natura esse feudi docet Andr. de Isern. *in c. 1. §. sed nec est alia justior. num 38. quæ fuit prim. caus.*

At vero de nulla Papali investitura doceri potest, 191 quin ex Historicis notum † est nec semper nec ab † 192 omnibus Imperatoribus jusjurandum tale præstitum fuisse, sicut nec eosdem omnes à summis Pontificibus coronatos esse. 193 † Unde Maximilianus I. coronam Imperialem à Romano Pontifice accipere minime sibi necessarium videri cum Imperii majestatem ab ordinibus Imperii acceperit, coram Statibus publice professum esse, Bodin. *de Republ. libro secundo cap. 6. number. 225.* † & alii scribunt. 194 Et Rudolphum Habspurgensem nunquam Italiam vidisse nedum Romæ coronatum esse testatur Tho. Michael. *disputat. de jurisdict. thes. 3. lit. c.* Ferdinandum quoque Maximilianum II. Rudolphum II. & Matthiam sanctissimæ memoriæ & Invictissimum Imperatorem Ferdinandum II. nunquam Romæ coronatos fuisse notorium est.

Fuit autem de hoc ipso juramento, *num scilicet Imperator ad illud* 195 † *ipsum summo Pontifici necessario præstandum præcise obstrictus sit* olim etiam ut ipse textus *ad d. clem. unic.* innuit, temporibus Clementis V. Pontificis & Imperatoris Henrici Lutzelburgici (quem perperam vulgo Septimum dicunt, cum si electionem Principum Germaniæ spectemus octavus, quia septimum se Henricus filius Friderici II. ut ex aliquot ejus diplomatis videre licet nominavit, sin autem confirmationem Pontificiam attendamus, sextus sit nominandus) maxima inter Theologos ac Jureconsultos contentio. 196 † Cum enim post mortem Alberti Cæsaris, iste Henricus à Septemviris Imperator renunciatus esset impulsu summi Pontificis, tum ut Romæ coronaretur tum ut Italiam placaret magno cum exercitu in Italiam profectus est inde Romam ingressus; & Cardinalibus eum inaugurantibus ab eo petentibus ut se Pontifici jurejurando obstringeret, non solum majestate Imperatoris indignum, verum etiam contra morem majorum libertatemque religionis Christianæ esse respondit, Principem, principum orbisque terrarum Dominum servo servorum sacramentum dicere remque esse novi exempli nec usurpatam ætate superiori: Ipse vero Pontifex Clemens V. *in Clem. Romani de jurejur.* quam post Cæsaris obitum, propter hanc contentionem, conscripsit, narrat, cum ad Cardinales scripsisset, Reges Romanorum ad se Ecclesiamque defendendam sibi jurejurando fidelitatis devinctos, atque hi Imperatori, accepto jam Imperatoris diademate, sententiam earum literarum exposuissent, talemque ab eo fidem per sacramentum exigerent, Henricum indignatum ritu solenni, accitis Tabellionibus qui in acta quæcunque gererentur, referrent, præsente magna populi multitudine, publice respondisse, nolle se ad hunc modum esse obligatum, nec se ejusmodi jusjurandum unquam antea præstitisse, & haud scire. an ita antecessores sui, fidem suam Pontificibus obstrinxerint. At contra Pontifex cum ipsum Henricum per legatos sibi promisisse contendit, quantumvis postea dissimularit, se Ecclesiæ obnoxium fore, tum priores Cæsares, ut tali fide se prædecessoribus suis adstringerent, jurejurando adactos esse.

Imperator ad illud juramentum summo Pontifici præcise adstrictus sit.

Qua re cognita, postea etiam Ludov. IV. proximus Henrici successor, quod perspiceret decretum hoc in Imperii esse præjudicium, contrariis id constitutionibus ex Principum & Ordinum sententia antiquavit.

Unde receptius videtur, Imperatorem non teneri † 197 ad illud juramentum, nec per Pontificem ab eo id extorqueri posse, & nominatim id propalante Ant. de Rosell. *de potest Imp. Papa §. nunc aliud restat dubium per tot.* Cum enim potestas Pontificialis atque Imperialis 198 debeat una alteram adjuvare *c. 1. de oper. nov. nunc.* † Et Imperator Ecclesiæ Romanæ auxilium impartiri *c. venerabilem de Elect.* 199 † Et sic naturali quodam debito ad hoc 200 ipsum adstrictus sit, ut tueatur jus publicum † quod 201 in sacris & sacerdotibus consistit *leg. 1. ff. de justit. & jur.* Certe ad hoc juramentum causa alia non subsistente legitima compelli non debet, † maxime, 202 quia hoc juramentum non cohærens alicui contractui, non videtur actionem parere, nec obligationem aliquam inducere ut notat Innocent. *in cap. cum venissent. de institut.* & Bartol. *in leg. si quis pro eo de fidejussor.* Inde etiam affirmat Rosell. *d. §. nunc aliud restat. num. 5.* † quod juris Canoni- 203 ci textus, qui referunt præstita per Imperatores Pontificibus juramenta, juxta formulam *c. tibi domino distinct. 63. & clem. 1. de jur.* potius contingentiam facti narrent quam obligationis vinculum inducant, † inde- 204 que concludit Imperatorem jurare nolentem, non posse adstringi, nisi aliquo casu infidelitatis, aut pacis, aliove emergente &c.

Ratio Negativa.

Secundo Imperium nulla ratione feudum esse † 205 Ecclesiæ inde arguunt, quod cum Imperator summum dignitatis & potestatis gradum obtineat, inconveniens videatur, eum jurare se hominem ac vasallum alterius esse, obsequium illi & observantiam

Argumentum II. Negativæ Feudale esse Imperium.

tiam redditurum, & eandem illi præstiturum, quam vasallus suo Domino debet, quam solennem esse fidelitatis præstandæ formulam constat ex *lib. feud. 2. tit.* 106 *5. 6. & 7.* † Neque enim qui magistratum obtinent, vel ab inferiori, vel etiam à pari contra dignitatem aliquid facere compelli possunt, *l. 3. in fi. & l. 4. ff. de recept. qui arb.*

Argumentum III. Tertio Imperatorem non tenere Imperium à sede Romana, † nec illud Ecclesiæ feudum esse adstruunt ex 207 propria ipsiusmet Papæ Adriani IV. confessione. Cum enim Fridericus I. ei rescripsisset divinæ institutioni ac doctrinæ Petri contrarium esse, quicunque asserat ipsum coronam Imperialem pro beneficio à Papa suscepisse, idem Adrianus *in epistola ad eund. Imp.* Anno 1159. data respondit, nomen beneficii, quo usus fuerat, non pro feudo sed pro benefacto accipiendum esse: *Occasione*, inquit, *cujusdam verbi quod est beneficium, tuus animus (sicut dicitur) est commotus, quod utiq; nedum tanti viri sed nec cujuslibet minoris animum merito commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est beneficium apud quosdam in alia significatione, quam ex impositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus. & quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto est editum, & dicitur beneficium apud nos non feudum, sed bonum factum, in qua significatione in universo sacra scripturæ corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei non tanquam ex feudo, sed velut ex benedictione, & bono facto ipsius gubernari dicimur & nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene & honorifice Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. Unde quod quidem verbum hoc, & illud scilicet, contulimus tibi insigne Imperialis corona, a sensu suo. visi sunt ad alium retorquere, non ex merito causa, sed de voluntate propria, & illorum suggestione, qui pacem regni & Ecclesiæ nullatenus diligunt hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum contulimus, nihil aliud intelleximus, nisi quod superius dictum est, imposuimus.* Radevicus *de reb. gest. Friderici lib. 1. c. 16. & 22.* Petr. Heig. *lib. 1. qu. 3 n. 55.*

208 Similiter ferunt Gregorium IX. † Pontificem cum Electores monuisset, ut intra certum tempus juxta facultatem sibi traditam alium eligerent, responsionem quorundam Germaniæ Principum accepisse, non esse scilicet sui juris Imperatorem substituere, uti refert Abbas Stadens. Heig. *d. qu. 3. nu. 55.* Ergo eo ipso, dum Principes ad eligendum monet Papa, testari videtur, suum non esse Imperium transferre.

Sic etiam tradit Nicol. Cilner. *in orat. de Othone III. Imp.* Innocentium III. Papam *in Epistola ad Bertholdum Zaringiæ Ducem*, cum Principes, qui Philippo favebant ei objecissent, legatum ejus quod rejecto Philippo Othonem Regem approbarit, aut Electoris, aut cognitoris personam sumpsisse, si Electoris in messem alienam falcem misisse, atque ideo Principum dignitati derogasse, respondisse iis, se jus Principum sibi vendicare nolle, sed illis Principibus potestatem eligendi Regem Romanum salvam relinquere ad quos ea jure & antiqua consuetudine pertineat, & sic negasse legatum suum, qui neminem eligi curarit, nec elegerit vel electoris suscepisse partes vel electioni se ingessisse.

209 Referuntur denique † hujus negativæ assertionis auctores plurimi Wesen. *in apostill. 1. ad Schneidew. ad rubr. proœm. Inst. nu. 6. lit. b.* Thom. Mich. *de jurisdict. thes. 3. lit. c. thes. lit. d. thes. 10. lit. a. & thes. 15. lit. 9.* Ferrar. *in form. lib. act. conf. & negat. gloss. 7. verb. plenam n. 3.* Bodin. *libr. 1. de republ. c. 9. n. 117. in fin.* Geddæ. *disp. feud. 4. thes. 9.* Pacian. *libr. 2. de probat. c. 35. n. 32.* Boc. *tract. de crim. læs. majest. c. 1. num. 30. & seq.* Lupold

Argumentum IV. ab auctoritate.

à Babenburg *de Jurib. Regn. & Imper. d. c. 9. in princip.* aperte affirmans, juramentum, quod solet præstare Rex Romanorum Papæ & Ecclesiæ Romanæ secundum formam *in Can. 63. Tibi domino.* comprehensam, non esse juramentum fidelitatis id est Homagii scilicet quod præstat fidelis seu vasallus Domino suo ratione Feudi, & consequenter Imperatorem non tenere Regnum seu Imperium à Papa & Ecclesia Romana in Feudum Eberhard à Weyh. *de reg. elect. & succed. fol. 51. & 132.* Bart. Muscul. *de success. convent. memb. 1. class. 1. nu. 99.* Sixtin. *lib. 2. de regal. c. 4. n. 10. & seq.* Arumæ. *discurs. de jure pub. 31. qu. 10.* Camman. *disp. juridicopol. 3. thes. 11.* & alii ab his passim allegati.

Dissentiunt autem & contrariam opinionem † 210 capessunt Canonistæ, & Bellarm. *lib. 3. de translat. Imp. Rom. & in recog. libr. de controv.* Lancel. *in temp. omn. jud. lib. 1. c. 1. p. 1. q. 4.* Salyc. *in l. bene à Zenone C. de quadrien. præscr.* Oldrad. *cons. 90 n. 7. vol. 1.*

Affirmativa.

Porro iidem auctores, qui negant *Imperatorem Ecclesiæ vasallum esse, consequenter etiam fortissime asserunt* † *Imperium à Deo esse, Cæsarique à celesti majesta-* 211 *te traditum, nequaquam vero à Pontifice in Imperatores Germanos translatum esse*: & ad tuendam opinionem suam præter adducta in præcedenti controversia, sequentibus nituntur rationibus.

Verum Romanum Imperium auctoritate & beneficio summi Pontificis à Græcis ad Germanos translatum fuerit.

Primo quod imperium multo † tempore fuerit ante Pontificatum. † D. Bernard. *lib. 2. ad Eugen.* arg. *l. 2. § sed quia 18. C. de vet. jur. enucl. Nov. 28. c. 4.* Theo. Reinkingk *de Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 2. quæst. 3. n. 30.* ubi arguit absurdum esse prius dependere à posteriori. Nam & Julius Cæsar Imperii sceptra tenuit ante Chri- 212 stum natum, qui Augusto imperante, humanam carnem assumpsit, & sub Tiberio, qui Cajum Caligu- 213 lam successorem habuit passus est: † Pontificatus vero Romæ Anno Claudii Cæsaris secundo, Christi quadragesimo quarto sumpsit exordium, & sic ante primum Pontificem, quinque extiterunt Imperato 214 res, † qui etsi Ethnicorum tenebris (ut multi suc- 215 cedentes) implicati, & à fidei orthodoxæ lumine alieni fuerint, pro veris tamen ac legitimis Imperatoribus ab universo orbe, atque ab ipso Domino Salvatore nostro, ejusque Apostolis recogniti fuerunt. Unde & Christus sub Augusti jurisdictione nasci & inter subditos ejus in Bethlehem connumerari voluit, hinc & eidem censum pro se & S. Petro Apostolo exolvi jussit. † Sic & Paulus Apostolus ad Cæsarem tanquam supe- 216 riorem appellavit. Ex quibus impossibile videtur, imperium à Pontificatu originem hausisse. † Cum cau- 217 sa præcedere debeat causatum, *l. incivilem C. de furt. l. Titius ff. quæ res pign. oblig. poss.*

Negativa Argumentum I. pro Negativa.

Deinde hoc ipsum confirmant, † tum ex populi 218 Romani in coronatione Caroli Magni, solenni acclamatione *Carolo piissimo perpetuo Augusto, à Deo coronato Magno & pacifico Imperatori vita & victoria.* Unde inferunt, Carolum Magnum virtute bellica Longobardorum Regnum occupasse: Ideoque jure victoriæ Regnum Italicum sibi vendicasse, eaque de causa Romanos, per præfatam acclamationem una mente, unaque voce Imperium ad eum detulisse, virtute propria quæsitum, & tantum ministerio Papæ in impositione coronæ, usos fuisse, & consequenter, quod per Pontificem fecerunt, id ipsos juxta vulgatam juris Regulam, censeri fecisse: cujus rei adducunt testes Sigbert. Sigon. & Theol. Venet. *in resp. pro causa Venet. adversus Pontif. Paul. V.* Et hanc sententiam præter Aventinum & alios tuetur Mars. Patav. *in defens. pacis publ. 1. tract. c. 9.*

Argumentum II. pro Negativa.

Tertio Imperium à solo Deo esse, † nequaquam 219 vero summo Pontifici acceptum referri probant ex communi Septemvirorum Imperii decreto Anno

Argumentum III.

Christi 1338. tempore Pontificis Benedicti XII. publicato, cujus tenorem retulit Aven. *Annal. Boi. lib.* 6. Sacrum scilicet Romanum Imperium summum esse universi orbis magistratum, & à nullo nisi Deo recognosci, atque hoc ipsum anno insequenti à Ludovico Imp. unanimi Statuum consensu confirmatum esse retulit D. Georg. Sigism. Seld. *in d. suo consil. pro Ferdinando Cæsare conscripto fol.* 44. §. als auch bey zeiten. Hinc Martin. Mejer. Cancellar. Mogunt. ad Æneam Sylvium Card. posteaPontificem, † Germanicam nationem quondam inclyta sua virtute, suoque proprio sanguine Romanorum Imperium coemisse scribit, quod & versibus illis antiquis comprobatur.

220

221

Sanguine Romanum sibi regnum Carolus apte
Associat proprio, proprio quoq; sanguine servat.

222 Quin & ipsum Imperatorem † Justinianum imperii sui solum Deum auctorem agnovisse probat tex. *l.* 2. §. 31. *C. de jur. vet. enucl.* & tex. eleg. *in Nov.* 28. *c.* 4. *in fi. ibi.* hanc nos gratiam Deo referendam putamus, qui Imperii nobis coronam imposuit. *& in* §. 1. *in Authen, de insi. caut.* [illegible] *fid. ibi* quia igitur Imperium propterea Deus de cælo constituit, *Nov.* 73. *præfat.* Sic etiam Fridericus II. propria confessione testatum facit Imperium à Deo esse, his verbis, *Debitam patri nostro reverentiam libenter exhibemus, liberam Imperii nostri coronam divino tantum beneficio ascribimus.* Radevicus *lib.* 3. *c.* 16. quem citat clariss. ICtus D Christ Gæwoldus *in commen. de Imperii Septem vir c.* 6. *n.* 62. & Fridericus Imperator *in c.* 1. *de Pace tenen. & ejus viol. ibi.* Quoniam divina præordinante clementia solium Regiæ Majestatis conscendimus, &c. & alii multi quos enumerat Rest. Castal *tract. de Imp. qu.* 4. *in pr.* Idem propugnat Christ. Schwanman *obser. pract. Camer.* 2. *n.* 4. ubi concludit Cæsareum Imperium à Deo immediate profectum esse per *l.* 1. *in fine C. de sum. Trin. ibi* ex cælesti arbitrio & *in* §. 1. *Auth. de instr. caut. & fid. ibi.* Imperium Deus de cælo constituit [illegible] *si verò etiam Auth. ut defuncti seu funera ibi.* Omnibus gentibus quarum nobis principatum alium quidem ab initio dedit Deus, alium vero adjecit.

223 Quarto in comprobationem † opinionis ejusdem adducuntur testimonia juris tam divini, quam humani una cum aliis auctoritatibus. Divini quidem *Proverb.* 8. *vers.* 15 & 16. *Per me Principes imperant, per me Reges regnant.* [illegible] Paul. *ad Roman.* 13. *vers.* 1. ubi dicitur potestatem à Deo esse *Deut.* 17. 1. *Samuelis* 8. *Lucæ c.* 2. *Joan. c.* 19. & *Danielis* 2. *vers.* 21. *Et ipse mutat tempora, transfert regna atque constituit.* Hinc vulgatum illud in imperatorum diplomatis *Nos Dei gratia* &c. Wir N.N. von Gottes Gnaden.

224 Sic & ex jure Canonico huc † faciunt textus *in c. quæsitum* 23. *q.* 4. Ubi Innocentius Papa loquens de potestatibus sæcularibus dicit, eas à Deo fuisse concessas; eisque non nisi Dei ministerio datum fuisse gladium *c. si Imperator distinct.* 96. Ubi Papa dicit quod Imperator Catholicus privilegia suæ potestatis in administrandis legibus publice Divinitus consecutus sit & *ibi* glossa notat Imperium à solo Deo esse per text. *c. quæsitum* 23. *q.* 4. cui suffragatur Leo Magnus *serm.* 1. *in natali Petr. & Paul. ibi.* ut autem hujus inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum regnum divina providentia præparavit &c. Prosper Aquitanicus *lib.* 2. *de vocat. gent. c.* 16. Ad cujus rei effectum ait, credimus providentia Dei Romani regni latitudinem, præparatam Mart. Uran. *consil* 18. *nu.* 24. *tom.* 1. ex tex. *Auth de instrum. caut.* § *quia igitur circa prin. col.* 6. probat propterea de cælo Deum dedisse Imperium, ut leges aptet secundum naturæ varietatem, *c. si.* 16. *q.* 3. Ubi dicitur quod venerandæ Romanæ leges per ora principum divinitus sunt promulgatæ, & id ipsum expresse adseverat magni nominis ICtus Ferdinan. Vasq. *illustr. controvers. quæst.* 21 *number.* 7. Ubi dicit, Imperium à Papa in Imperatorem nunquam migrasse, cum apud eum nunquam fuerit, & *quæst.* 20. *num.* 2. † tradit Papam habere solam jurisdictionem spiritualem, & temporalem immediate à Deo principibus sæcularibus datam fuisse, per multa allegata ibidem. Idem etiam docuit Tapia *in Rubr. ff. de Const. Princip. c.* 1. *n.* 5. Bald. in *leg. digna vox in* 2. *Notab. Cod. de legib.* Cagnol. *in proœmio Digest. num.* 33. *Facile Hercle est*, inquit, *in puncto juris opinionem contra Ecclesiam tueri ac defendere, sed durum est contra stimulum calcitrare.* Idque etiam in scripta retulit Anton. de Rosell. *in tract. de potest. Imperat. ac Papæ in* §. *potestatem n.* 2. ubi scribit, Imperium à Deo † esse in principe sæculari nec per hoc ab Ecclesia dependere.

225

226

Prædictis insuper auctoribus expressim adstipulans Lupold. de Babenburg. *in tract. de jure regim. & imper. Roman. c.* 9. os ut ipse dicit in cælum ponere volens, eandem opinionem subsequenti argumento probare nititur. *Certum est* inquit, *quod regnum & imperium Roman. constat ex provinciis & terris, regno & imperio subjectis, cum mero & mixto imperio, ac potestate plenaria in ejusdem provinciis & terris, sicut quodlibet totum ex suis partibus constat Sed Carolus Magnus, in cujus personam Imperium de Græcis fuit translatum in Germanos. habuit Italiam & alias provincias & terras, quas hodie habuit regnum & imperium Romanorum, & plures alias ante dictam translationem; habuit etiam in ipsis plenariam & omnimodam potestatem ante translationem prædictam, de consuetudine generali regnorum occidentalium. Et sic non habuit has provincias & terras, cum potestate hujusmodi ab Ecclesia Romana in feudum, vel alio quocunque titulo sed vel ex successione paterna, more aliorum Regum occidentalium, vel per bellum licitum, de jure gentium introductum; Ex quo etiam jure gentium provincias & terras hujusmodi per bellum licitum suas fecit. Et sic post eundem Carolum successores sui, primo per successionem generis, & deinde per electionem surrogatam in locum successionis generis, Italiam* [illegible] *alias provincias ac terras regni & imperii cum potestate omnimoda in eis, similiter habuerunt eo jure, quo ipse tenebat easdem tanquam succedentes in locum ipsius. Ergo concluditur ex hoc, quod Rex Romanor. qui ex electione principum succedit in locum dicti Caroli saltem quoad illas provincias & terras, quæ sunt de regno & imperio, non tenet regnum & imperium hoc modo sumptum à Papa & ab Ecclesia Romana in feudum &c.*

Et hanc opinionem Imperium scilicet Cæsareum à solo Deo immediate esse defendit Michael Ulcurrunus *in Tract. de Regimine mundi* 2. *quæst principal. per totum*, Ubi hanc sententiam latissime confirmat, & ad contraria respondet, cui dilucide adstipulatur Theod. Reinkingk *de Regim. Ecclesiast. & secul. libr.* 1. *class.* 2. *c.* 3. *per totum*, ubi multis argumentis eam sententiam confirmat.

Quin etiam ab Imperii Statibus & Electoribus Anno 1338. decretum esse constat, Imperatorem, neminem nisi Deum & ensem superiorem recognoscere. vnd daß das Heylig Römische Reich das höchste Haupt in der Welt / vnd keines Menschen Lehen vnderworffen sey. Georg. Sigismund. Seld. im Bedencken an Keyser *Ferdinand. p.* 112. Quo respexit Henricus Auceps, qui ad filium Ottonem M. dixit, *En tibi Imperium, non à majoribus mihi relictum, sed per memetipsum acquisitum, & à solo Deo concessum* Witich. *lib.* 2. *rer. Sax.*

Plura in hanc sententiam cum auctorum testimonia tum argumenta suppetunt ex auctoribus, qui contra Card. Bellarminum & P. Gretserum, *de translat,*

lat. Imper. Rom. ad Germ. scripserunt, quibus recensendis libenter supersedemus.

227 *Affirmantium sententia.* Cæterum dissentiunt ab horum opinione, † & contrariam propugnant, nempe summi Pontificis auctoritate & beneficio imperium ad Germanos translatum Canonistarum principes Panormitan. *cap. 1. num. 3. de probationibus* Felin. *cap. 13. de Judiciis.* Pet. de Andlav. *libro 2. de Imper. Roman. cap.* 9. ubi multas pro hac sententia rationes adducit & contrarias refutat, nominatim vero doctiss. ac Illustrissim. Cardinal. Bellarminus *libro 1. cap. 7. De Translatione Imperii Rom. à Græcis ad Francos adversus* Matt. Flaccium Illyricum, ubi supra triginta Historicorum testimoniis, Imperium Romanum summi Pontificis authoritate ad Francos à Græcis translatum fuisse comprobat, secundo Testimoniis duodecim Principum, tertio septem summorum Pontificum, quarto id inde confirmat, quod Imperium Romanum à Francis non sit acquisitum Jure belli, non acceptum immediate à Deo, non Jure hæreditario devolutum ad Carolum Magnum; Non auctoritate Senatus populique Romani, nec à Græco Imperatore, Carolo Magno traditum, Denique summum Pontificem Jure suo Romanum Imperium, transferre potuisse ac reipsa ad Francos transtulisse, gravissime corroborat Reverendus Pater Gretserus *contra Goldastum*: sed vix habuit, quod adderet Bellarmino. Horum etiam sententiam inprimis collaudat Reverendus & doctissimus Pater Christophorus Grentzing S. I. Provincialis Patronus ac Fautor meus summe observandus, *in Epistola quadam* hac de re superiori anno, ad me perscripta, quibus ex nostris nominatim etiam assensere Barth. *in Authent. quomodo oport. Episcop. nume.* 2. Et accedunt ex antiquioribus Zonaras *tom. 3. annal. in vita Constantini* & Irenes. Georg. Cedren. *in compend. historiar. in vita Constantini & Irenes.* Paul. Diac. *libro 23. rer. Roman.* Ammon. *libro 4. de reb. gest. Franc. cap.* 90. Eginarth. *in vita Caroli.* Episcop. Viennens. *in Chron. ætat.* 6. Rhegino Abbas Prumicens. *libro 2. Chronic.* Albert. Krantz. *libro 2. Saxon. cap.* 18. Donat. Acciajolus *in vita Caroli Magni* Raph. Volaterran. *libro 3. Geograph.* Polydor. Virgil. *libro 4. de Invent. rer.* Jacob. Wympheling. *in epit. rer. Germanic. cap.* 9. Culpinian. *in vita Caroli Magni & Caroli Calvi.* Joan. Naucler. *in Chronolog. generat.* 27. Robert. Gaguin. *libro 4. compendii de reb. gest. Francor.* Philip. Bergomens. *libro 11. supplement. Antonin. histor. part. 2. t. 14. cap.* 4. Joan. Tritthem. *in catalog. scriptor in nomine Leon. III.* Matth. Palmer. *in Chronic. Anno* 801. Blondus Flavius *decad. 2. libr.* 1. Lupold. de Bebenburg. *in proœm. libri de jurib. Imperii.* Conrad. Abb. Urspergens. *in Chronico.* Witichindus Corbejens. *libro 3. gest. Saxon.* Luitprand. Diaconus *Ticinens. 6. Histor.* 6. Hermann. Contract. *in Chronic.* Marian. Scotus *Chronic. lib.* 3. Dodechinus Mariani continuator Lambert. Schaffnaburgens. *in histor. German.* Otho. Episcopus Frisingens. *lib. 5. c.* 31. Godefri. Viterbiens. *in Chronico universali quod Pantheon appellavit.* Augustin. Triumphus *in summa de potest. Ecclesiast. quæst. 37. de Imperii translatione art. 2. 3. & 4.* Alphons. Alvarez. Guerrerus. *in specul. utriusque dignitatis cap. 56. numer.* 4. P. de Andlo. *de Roman. Imper. libro 2. cap.* 9. Lancellot. *in templ. omn. jud. libro 1. capit. 1. §. 2. quæst.* 2. Hieron. Gigas *de crim. læs. Majest. libro 1. rubric. Qual. & à quib. crim. læs. Maj. comm.* ubi Imperium secundum veram Dd. conclusionem ab ecclesia dependere tradit. Unde vulgatum illud Gregorii in Henr. IV. Imper. Rudolpho Duci Sueviæ coronam Cæsaream mittentis.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho. Quasi à Domino super regna & gentes constitutus *cap. venerabilem principum. extr. de major. & obed. cap. 1. extr. com. de consuet.* tantumque Imperatori, quantum Sol lunæ, aurum plumbo juxta *cap. solitæ. §. præterea nosse debueras de major. & obed.* & anima corpori præstans. *c. duo sunt, cum seq. dist.* 96.

Ex his igitur utrinque allatis auctoritatibus ac rationibus, neminem latere puto, de præmissis duabus quæstionibus maximam esse inter Theologos, & utriusque Juris Interpretes altercationem, id quod etiam gravissimam excitavit contentionem inter Joannem XXIII. & Benedictum XII. ejusque successorem ex una, & Ludovicum Bavarum Imperatorem ex altera parte: † Etsi enim Bonifacius VIII. constitutionem desuper promulgaverit, qua declaravit omnem potestatem sæcularem esse suppositam Pontifici, ut patet ex constit. *extravagant. 1. de majorit. & obed.* † Econtra tamen prædictus Imperator Ludovicus contrariam publicavit constitutionem, qua decrevit Imperium esse à Deo, & non esse suppositum summo Pontifici, declarando omnes eos esse reos læsæ majestatis, qui dixerint, Imperium esse à Papa, quam constitutionem de verbo ad verbum retulit Alberic. de Rosat. *in l. bene à Zenone num. 16. col. 6. C. de quadrien. præscript.* & de eadem re facit mentionem Decius *in c. novit num. 63. vers. sed addatis extr. de judic.* & Joan. le Cirier. *de jur. primogen. q. 12. nu. 9. lib.* 2. refert & indecisum relinquit Pacian. *de Probat. lib. 2. c. 35. num.* 33. [228] [229]

Etsi vero hac de re nihil certi Ecclesia Catholica definierit, ideoque disputationi absque ulla hæreseos suspicione locus sit, & utramlibet sententiam ceu problematicam, inter Theologos & Jurisconsultos, citra Ecclesiæ præjudicium ut quæ nihil hac in re definivit defendi posse Reverendus ac doctissimus Theologus Dn. Jodocus Coccius S. I. piæ memoriæ datis ad me Benfeldii die 26. Decemb. Anno 1621. literis contestatus est, & in hac specie post Covarruv. *in cap. peccatum §. 9. numer. 7. de reg. jur. in 6.* tradit Martin. Azpilcueta *in c. novit. notab. 3. de judic.* & adversus communem tenuerint indistincte gloss. *in c. quoniam. dist.* 10. Anton. de Rosell. *de tract. de potest. Imp. & Pap.* Cardin. *in d. c. novit.* Alberic. *in l. cunctos populos numer. 19. Codic. de summ. Trinit. & in d. l. bene à Zenone, num.* 16. *C. de quadrien. præscript.* Almain. *d. tract. de potest.* Jo. Major. *in 4. sent. dist. 24. quæst.* 1. Ex insuper etiam proxime motarum duarum quæstionum decisio ad propositam à nobis hoc loco de juramento fidelitatis controversiam definiendam maximopere conducat: Quia tamen eædem altioris sunt indaginis, quam ut à privatis decidi debeant, quippe duorum supremorum mundi capitum præjudicia haud levia concernentes, idcirco Relatoris, non Censoris partes hic sustinens, cum Romanis & Venetis globulum, literis N. L. impressum, indubietatis urnam rejiciens, meum in his, super earundem resolutione, judicium, ne litem illam opinionum diversitate acerrimam, meam faciam, non interpono, nec quicquam decido.

230 *Decisio quæstionis principalis de Juramento imperatorio, cum temperamento.* Quod vero ad principalem de † Imperatorii, in forma moderna Papæ præstandi Jurisjurandi qualitate, hoc loco potissimum institutam disquisitionem attinet, quamvis non ignorem, plerosque Theologos & multos etiam Canonistas, in ea esse opinione, quod juramentum per Imperatores & Reges summo Pontifici exhiberi solitum, fidelitatis sit proprie dictum, id quod etiam prænominatus profundissimus Theologus in

omni

omni doctrinæ genere excellentissimus ac in linguarum præsertim Hebraicæ cognitione versatissimus Reverendus Dominus P. Coccius piæ memoriæ sentit, seque in scholis, cum in eam materiam incidisset, docuisse asserit, licet illi Theologorum parti, quæ vult summo Pontifici, Dominium temporale directe competere, non assentiatur, mihi tamen in hac controversia, Antonii de Roiellis *in tr. de potest. Imper. & Papa p. 2. cap. fin. per tot.* ob Dei tantum reverentiam & naturali Jure, ut Ecclesiam, Pontificem & Clerum tueatur, ad juramentum reverentiæ & naturæ non fidelitatis, Cæsarem adstringi, statuentis, placet sententia, tum quod nec extorqueri tale juramentum possit, tum quod præstitum fidelitatis dici haud debeat, per rationes *d. loco* ab ipso adductas, vel etiam Lupold. de Bebenburg *de iur. regni. cap. 9. p. 61.* juramentum hoc fidelitatis, id est fidelis tantum defensionis, Ecclesiæ per Imperatorem, ut Advocatum, faciendæ, judicantis opinionem amplector. Quam interpretationem post Cujac. 2. *F.* 7. & Rittersh. 1. *part. feud.* 10. *q.* 11. D. Hepingk *in differt. de Jure protect. concl.* 10. *in Scholiis sub lit. B.* pariter sequitur.

Ratio decidendi I. ex formula iuramenti.

Fundamentum autem sententiæ hujus ex ipsa inprimis Juramenti, de quo controvertitur, formula firmissimum sumitur.

Tenor autem ejusdem, uti ex cæremoniali Romano *lib. 1. sect. 5. c. 3.* constat, talis est.

Ego N. Rex Romanorum adjuvante Domino futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque juro Deo & Beato Petro, me de cætero protectorem atque defensorem fore summi Pontificis, & Sanctæ Ecclesiæ Romanæ, in omnibus necessitatibus & utilitatibus ejus, custodiendo & conservando possessiones, honores, & Jura ac Jus, quantum divino fultus adjutorio potero, secundum scire & posse meum, recta & pura fide. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Quod si igitur Principalis ejusmodi juramenti scopus & intentio jurantis, quam verba declarant, attendatur, manifestum est, Reges Romanos, seu Imperatores, juxta subjectum verborum tenorem, principaliter Jurejurando promittere, sese protectores ac defensores fore summi Pontificis, atque Jura Ecclesiæ Romanæ pro viribus conservaturos, & sic evidenter patet, articulos in dicto juramento contentos ad defensionem Ecclesiæ Romanæ & ad conservandum summum Pontificem, pertinere.

231 Jam vero Juris indubitati est, † quodlibet juramentum regulari secundum naturam rei, super qua juratur, *cap. pervenit. de Jurejur.* And. Gail. 2. *observat. 22. numer.* 10. Modestin. Pistor. 1. *consil.* 2. *numero* 7. Mynsing. *dec.* 11. *resp.* 3. *numer.* 75. & juramentum restringi ad consensum jurantis, & recipere tacitam conditionem intrinsecæ voluntatis, quam habet negotium principale, super quo juratum est, per not. Bartol, *in l. Titio Sejo. §. Imperator. ff. de leg.* 1. Tiraquell. *de constitut. poss. p. 2. lim. 7. numer.* 37. Schrader. *de feud. p. 10. sect. 3. numer.* 47. Mynsing.

232 *d. resp. 3. numer.* 75. Juramentumque contractui † appositum recipere omnes conditiones, exceptiones, subauditiones & limitationes, quas recipit ipse contractus super quo interponitur, tenent DD. communiter, Vincent. Honded. 1. *consil. 43. num.* 4. Wesenbec. *consil. 52. numer.* 82. Curt. Sen. *cons. 3. numer.* 2. Anton. de Butr. *in cap. quinta vallis de Jurejur.* Paul. Castrens. *consil. 121. numer. 4. vol.* 2. Bartol. *in l. si quis pro eo numer. 15. ff. de fidejuss. & sequent.* Unde nihil addere actui, super quo juratur, nec obligationem augere, vel extendere Jurisjurandi præstationem uno ore testificantur Marta *de Jurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 16. numer.* 10. Paris. *consil. 12. num.* 76. Tiraquell. *in l. si unquam, in præfat. numer.* 165. *Codic. de revocat. donat.* Zas. *ad l. 5. num. 23. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* Cacheran. *decisio* 92. *numer.* 6. Baldus *in l. si procurator col. 3. Digest. de condict. indeb.* Et juramentum habere consensum pro materia fundamentali, & secundum eum regulari per *l. final. qui satisdar. cogant. & Cod. final. l. de non numerat. pec.* tradit Theod. Reinking *de Regim. secul. & Eccles. libro 1. class. 2. capit. 4. numer. 8. & sequent.* Ex quo etiam manifestum est Jusjurandum illud defensionis promissorium, non nisi intensive operari, ita ut vinculum obligationis in re, cui accedit, intendat solummodo, non vero extensive, ut ad non cogitata vel non expressa extendatur, per doctrinam Zasii *ad Rubr. ff. de Jurejur.* At vero ex ipsa formula, & rei evidentia manifestum est, juramenta Imperatorum, † summo Pontifici præstari solitorum, non ad eum finem interponi, ut fiant vasalli Papales, sed Protectores duntaxat & patroni Romanæ Ecclesiæ, & ejusdem Antistites. Cum præsertim Jure naturali, (ut *alibi* sexcentis auctoritatibus probavimus) Imperator adstrictus sit Ecclesiam, Pontificem & Clerum tueri. Si igitur hoc ipsum in juramentum deducatur eo modo, quo inest deductum, censeri debet *l. 3. de leg. 1. l. Cornelium 2. l. si quis Sempronium de hered. instit.* & sic dici debet, non fidelitatis sed naturæ & reverentiæ juramentum. 233

234 Præter hæc autem, † confirmatur prædicta sententia, ab exemplis inferiorum Statuum, qui Episcopatuum Monasteriorum vel Ecclesiarum collegiatarum Advocati existentes, earundem Præsulibus, interdum ratione susceptæ in illos Advocatiæ, similis defensionis juramento præstant, nec inde tamen, ipsos fidelitatis Jusjurandum præstitisse, vel ex tali Sacramento subjectionis nexu Ecclesiis subjectos esse recte aliquis dixerit, vel inferre poterit ut non ineleganter ab horum exemplo arguunt D. Georg. Sigismund. Seld. Imperii Vicecancellarius *in consil. pro Ferdinando Cæsare numero 25. pagin. 63. & seq.* D. Hepingk *de iur. Advocat. Thes. 10. lit. B.* ubi dicit, Principes inferiores ob jurato promissam Monasteriis & Ecclesiis defensionem, nullatenus illis subjici, multo minus igitur Imperatores, ex eo, quod Ecclesiæ Romanæ Advocatiam gerunt & summis Pontificibus defensionem jurato pollicentur, fidelitatis sacramentum præstitisse censeri. Quemadmodum nec iidem ob id, quod in unctione & coronatione, dum illa Aquisgrani peragitur, de defendenda Ecclesia ipsorum Præposito & Capitulo Ecclesiæ Aquisgranensis juramentum præstant, fidelitatis vinculo iis obstringi intelliguntur, uti non abs re decidit Matth. Bortius *de Jure Majestat. & Regal. capite tertio, conclus.* 40.

Ratio decidendi II. ab exemplis.

Præterea plurimi ex Jurisconsultis & Canonistis hanc opinionem tuentur, quorum in numero sunt magnus inprimis Cujacius *libro 2. capite septimo. de feud.* Frideric. Hordleder *in Decad. ex Schleidano conclus.* 31. Georg. Sigismund. Seld. *de consil. pro Cæsar. Ferdinand. numer.* 25. Joannes Gryphiander, *in discurs. 26. conclus. 64. Arum. vol.* 2. Ludolph. de

Ratio decidendi III. ab auctoritate.

Bebens

Bebenburg Episcopus Bamberg. *de Jure regni capit.* 9. ubi expresse scribit, juramentum etiam in *cap. Tibi Domino*, contentum, omnino de Advocatia, & non de Homagio accipiendum esse, Warem. ab Ehrenberg *capit.* 2. *numer.* 51. *libro de verisimil.* Joannes de Turre Cremat. *in cap. duo sunt distinct.* 93. Joannes Hattnisch. *Inter Arum. discurs. Academ.* 26. *Thesi* 62. 63. ubi distinguens inter juramenta Homagii subditorum, & fidelitatis vasallorum, *insequenti conclus.* 64. ab utroque separat illud, quod Imperator vel alius Princeps Ecclesiæ, nomine fidei & defensionis præstat, idemque firmat Joachim. Cluten. *in syllog. rer. quotid. conclus.* 4. Bertach. *Repert. verb. Imperator. numer.* 63. Nicol. Cisner. Assess. Cam. Spirens. *in differt. de Henric. Cardinal.* Alexand. *in cap. si Papa distinct.* 40. David. Hepingk. *differt. de Jure Advocat. Thes.* 10. *in notis ad lit. B.* Conrad. Rittershus. *lib.* 2. *capit.* 10. *quæst.* 11. *de partit. Feud.* Anton. de Rosell. *in tract. de potest. Imp. & Pap. p.* 1. *c. final. per totum.* & alii passim *supra* allegati.

Declaratio præmissæ opinionis. Ex quibus omnibus manifeste colligitur, Jusjurandum illud non esse fidelitatis vasallaticum, sive subjectionis, vel Homagii, sed si quis id vocet fi-235 delitatis † juramentum, id eo tantum sensu tale appellari, quatenus propter officii obligationem in eo magis fides exuberat, sive magis exuberare debet, quemadmodum actiones dicuntur bonæ fidei, quia in illis magis requiritur superabundantia bonæ fidei *§. actionum Instit. de action.* Sic illud juramentum dici posse fidelitatis, quod in eo maxime requiratur fidelitas, seu bona fides, addens ita DD. communiter intelligere sæpe dictam Clem. uni. de Jurejur. quemadmodum & ipse Rosell. eo sensu hæc Jura interpretanda esse vult *in d. §. Nunc aliud restat. numer.* 6. *ad fin.* Cum quo etiam concordat Ludolph. de Babenb. *d. capit.* 9. asseverans, Jusjurandum Imperatoris Papæ præstitum eo sensu dici Juramentum fidelitatis, id est fidelis defensionis impendendæ.

Objectionis solutio. Nec vero prædictæ decisioni adversatur *text. in c. un.* 2. *Feud.* 100. ubi expresse dicitur Imperatorem † de-236 bere Romano Pontifici fidelitatem.

Quia respondetur cap. illud eo sensu accipiendum esse, quando Imperator à Papa Feudum aliquod habet. Tunc enim non ratione Imperii, sed Regni vel ditionis quam à summo Pontifice in feudum recognoscit, absque majestatis suæ diminutione fidelitatem jurare potest, per doctrinam Obrecht. *disput. Feud.* 2. *§.* 226.

Sicut igitur juramentum protegendæ Ecclesiæ & Papæ, non facit Imperatorem subditum Papæ, ita quoque majestatem Imperatoriam non diminuit, si ab Ecclesia Romana ac summo Pontifice vel aliis Regibus feuda accipiens, fidelitatis Juramentum præstet & per substitutum serviat, id enim sine majestatis respective diminutione fieri posse, post Ægid. Bellamer. *consil.* 48. *col.* 10. *l. quisquis* 27. *C. de Episc. & cler.* allegantem tradit Zasius *de Feud. p.* 1. *numer.* 73.

Sic Imperator Carolus V. Pontificis Romani Vasallus fuit, ratione Regni Neapolitani, Siciliæ, Arragoniæ, Corsicæ, Sardiniæ Insularum Canariarum, quarum nomine Ludovicus Rex Hispaniarum Anno 1343. Juramentum summo Pontifici præstitisse legitur. Ita Reges Angliæ fidelitatis juramentum, ratione quarundam provinciarum, Regibus Francorum præstant, nihilominus tamen Angliam & Hiberniam summa potestate regunt. Bodin. 1. *de Republ. c.* 9.

Hunc igitur in modum, si quis dicat, Imperatorem præstare Juramentum fidelitatis summo Pontifici recte judicabit, alias vero minime Hotom. *illust. quæstio.* 35. Zach. Victor. *de exemp. conclus.* 22. Rosenthal *de Feud. capite tertio, conclusio. quint. litera C.*

Hac igitur objectione, & aliis quæ *supra* in contrariam partem adducta sunt, non obstantibus, in hac concepta opinione persistens, omnino existimo ac statuo juramenta Imperatorum quæ juxta prædictam formulam de Romana Ecclesia & ejusdem Antistite protegendo faciunt, non esse eo modo fidelitatis, ceu præstentur à Vasallis seu subditis, sed potius, patrocinii ac fidelis tuitionis vincula.

Quod si tamen hæc sententia, ab Ecclesiæ Catholicæ sensu aliena sit, ejusdem ac cujuslibet rectius sentientis judicio me submitto.

Quinimo ab his tribus introductis disquisitionibus summum Pontificem ac Imperatorem concernentibus libentius omnino abstinuissem, eo quod eorundem Majestatem, silentio potius ac reverentia colendam esse censeam, quia tamen in susceptæ hujus materiæ deductione, omnes & singulas tam Theoricas quam practicas quæstiones, quæ circa Advocatiæ argumentum memoriæ occurrerunt, pro ingenii ac judicii nostri tenuitate, explicare propositum erat, ideo easdem institutæ commentationis necessitas quodammodo extorsit.

Aliud porro ad formam † pertinens dubium extri-237 candum occurrit, ansamque interrogandi præbet, *An nimirum suscepti ad protegendum Patroni, de certa in casibus necessariis, exhibenda defensione, cautionem præstare teneantur.* *Utrum Protectores de exhibenda justa defensione ad cautionem obstringendi sint.*

Et sane initio per rationes dubitandi insequentes, haud abs re concludendum videtur, Advocatos Tutelares, de fideli protectione præstanda ad cautionem esse obstringendos.

238 *Affirmativa. Ratio dubitandi ι. pro sententia affirmatrice.* Primum enim illud se objicit, quod tales de quibus hic loquimur Advocati ac defensores, (quemadmodum idipsum non ineleganter in Cap. XV. de cognatis Advocatiæ deduximus) Tutoribus comparentur. At vero Jura concedunt, dispositâ † in u-239 no æquiparatorum, etiam locum habere & requiri in alio, juxta gloss. & textu. *in l. Si quis servo*, & ibi Bartol. ac DD. *C. de furt.* Cravetta *de antiquit. temp. p.* 4. *§. transeo nunc ad quartam. numer.* 56. ubi ipse plures ad hoc allegat.

At vero certum est, † tutorem & curatorem an-240 te administrationem susceptam, teneri satisdare, rem pupilli salvam fore, *l. legitimos.* 5. *in princ.* & *ibi* Bartol. & Doctores *Digest. de legitim. tutel. l.* 1. 2. 3. 4. *& tot. tit. ff. rem pupilli salvam fore, leg. de creationibus* 27. *C. de Episcop. aud. l. fin §. sed cum antiquitas. & §. sin autem Cod. de curat. furios. l. si tutor.* 4. *& ibi gloss. Codic. in quib. caus. in integ. restitut. necess. non est. l. cognatos.* 3. & *ibi* Baldus *Cod. de postlim. revers. l. sancimus.* & *ibi* Odofred. *Codic. de administr. tut. l. de due* 8. *§. tutor. & curator. Digest. qui satisda. cogant. l.* 1. *l.* 2. *& tot. tit. Cod. de tutor. & curator. qui satis non dedet.* Anton. Piagg. *tract. de tutor. & curat. quæstio.* 7. *numer.* 23. Cavalcan. *tract. de Tut. & curator. numer.* 33. Rebuff. *l. satisdationis.* 61. *vers. regula ergo erit. ff. de verbor. signif.* Masuer. *in sua prax. tit. de tutor. & curator. numer.* 2. Et cum hac dispositione Juris communis concordat deß H. Röm. Reichs Policey Ordnung An. 1548. zu Augspurg auffgericht vnd volgends Anno 1577. zu Franckfurt gebessert *sub rubr.* von der Pupillen vnnd Minderjährigen Kinder Tutorn vnnd Vormündern/ rc. §. Item daß er nach / rc.

Cum

Cum ergo alias sæpe probatum existat, Protectores & tutores æquiparari, utique, quod in his statuitur, etiam in illis procedere debet.

241 *Ratio dubitandi II. à simili.* Sic & is, † qui defensor sive custos arcis alicujus constituitur, als ein Beschützer / Gubernator oder Schloßhauptmann / Jure cogitur, ut datis fidejussoribus caveat, de recte custodienda ac defendenda arce, ut ex Joan. Gœddæo *de contrahend. stipul. c. 6. conclus. 23. num.* 257. firmat Anton. Hering. *de fidejuss. c. 10. num.* 116.

242 *Ratio dubitandi III. ab exemplo.* Præterea præstitæ per † Protectores ejusmodi cautionis in Illustribus ac Generosis quondam Joanne, Rudolpho & Gotfrido fratribus, Comitibus Habspurgi, Lauffenbergæ & Rapersvillæ Dominis Einsidlensis Monasterii Protectoribus, exemplum nobis insigne suppeditant Annales *Eremi* Deiparæ Virginis per Reverendum & religiosum Dominum Fr. Christoph. Hartmanni ibid. Conventualem ac Bibliothecarium nuper in lucem prolati *ad annum* 1348. quod cum ad rem maxime faciat, ex eodem Authore hic subjiciendum duxi.

Superioribus, *inquit*, cum Tigurinis commissis bellis, quibus etiam *Joannes* pater occiderat, damna haud mediocria prædiorum & locorum vicinitate Conrado Abbati & Monasterio nostro *Heremitarum*, præsertim apud *Feliconem*, & aliis propinquis vicis, ipsi subjectis intulerat *Ioannes*, *Comes Habspurgi*, *Lauffenberga & Raper suilla* Dominus; Eorum in damnorum compensationem idem ipse *Comes Ioannes* & fratres ejus *Rudolphus & Gotfridus*, qui *Lauffenberga* ferme agitabant, cum ipse *Rapersuillam* obtineret, in protectionem peculiarem susceperunt eundem Conradum Abbatem Heremitarum Monasterium universum, & omnes nostros cum prædiis & possessionibus subjectos & obnoxios, promittentes auxilium, operam, consilium omnibus iis in locis, quæ ad eos pertinent, aut in ipsorum potestate sint. Sunt quoque pollitici, pro se, & suis omnibus posteris, quos ideo hoc ipso devinciunt & obligant, ut eo facilius divina illis Majestas, *Deipara Virgo* cœlorum regina veniam illorum indulgeat, quæ contra Monasterium & ei connexos & subditos admiserunt, nullo in Jure, Jurisdictione, possessione, censu, reditu, nullis in hæreditatibus, feudis, beneficiis, privilegiis, Abbati aut ejus monasterio facturos unquam molestiam, aut impedimentum allaturos, sed eadem omnia, & quæcunque habent in oppido Rapersuillæ & vicinis pagis, se & eorum posteros protecturos, & defensuros, neque per se, neque opera suorum, neque ulla domestica aut externa Jurisdictione seculari, aut Ecclesiastica, aut alia quacunque re infracturos, violaturos, neque damnum aliud unquam, aut detrimentum apportaturos, sed potius Abbatem, ejus successores, & Monasterium eadem in libertate, Jure & dominio, quibus hactenus usi fruiti sunt perpetuo defensuros, juxta & secundum Monasterii instrumentum, regalia, tabulas, elenchos, prothocolla, absque dolo malo. In quorum omnium fidem, certitudinem & æternitatem Abbati, & Heremitarum Monasterio fidejussores dederunt Senatum & populum Rapersuillensem, facto instrumento, sigillis trium Fratrum, & Communitatis Rapersuillensis munito, editoque Tiguri Anno 1348. feria V. proxima post Joannis Baptistæ.

243 *Ratio dubitandi IV.* Nec vero debet absurdum videri, † clientem à Patrono, cautionem exigere, tametsi se suaque omnia ejus fidei ac tuitioni credere non dubitaverit, quia experientia docet, † quod Protectores simpliciter delecti, sæpe, in messem, quod dicitur, alienam falces mittendo, plus sibi quam deceat, attrahere conentur, quod etiam Gail. *libro 2. observat. 54. numero 6. ad finem.* innuens ea in re, ait, sæpius à Patronis tutelaribus perniciose peccari, & Jus Advocatiæ plus æquo extendi, idque ad quæstum & privatam utilitatem transferri, † ideo tanto majori cura cavendum est, ne se alteri in clientelam dantes, libertatem amittant, atque ex quæsito patronatu, potius subjectionis, quam protectionis beneficium exoriatur. Petr. Gregor. Tholos. *de Republic. libro 11. capit. 11. numer. 6.* (244, 245)

246 *Decisio negativa.* Verum, utut hæc se habeant, † si ad mores nostri temporis respiciamus, non facile deprehendemus, Advocatos onere satisdandi hodie gravari.

247 *Ratio decidendi.* Quia, † ut Bodin. *libro 5. de Republic. capit. 6.* inquit, *Inter bonos data fides & accepta vicissim, ad mutua inter ipsos pacta conventa satis momenti habere, plerisque videtur.*

248 Unde & communiter dicitur, † quod virtus & bona de ipsis concepta fiducia, pro satisdatione habeatur, præsertim, quando Protector est probatæ fidei, arg. *l. 1. §. si autem. junct. gloss. verb. qualitatem. Digest. de rip. muniend.* Barbat. *cap. coram. col. fin. extr. de offic. delegat.* Felin. *cap super his, numero 19. extr. de accusat.* Jason *l. divortio 8. §. interdum. numero decim. vers. quinto alleg. Digest. solut. matrim.* Hippol. de Mars *l. 1. § ad quæstionem. num. 8. ff. de quæstionib.* Idem Hippol. *rubr ff de fidejussor. num.* 283. Tiraquel. *tract. de pæn. caus. 51. n. 37. cum seq.*

249 *Ratio decidendi altera.* Facit huc, deinde † quod licet vasallus magis Domino astrictus sit, is tamen ad cautionem de servitio illi præstando adigi nequeat, ex Matth. de Afflict. *in capite 1. in princ. numero 24. de feud. sine culp. non amittend.* & Schrader. *part. 6. c. 6. numer. 73.* Rosenthal. *c. 8. conclus. 9. n. 23.*

Responsio ad primam dubitandi rationem. Nec ad rem facit *superius* adductum ab æquiparatis argumentum. Cum enim in Tutoribus illud Jure expresso cautum sit, quod secus est in protectoribus: argumentum non procedit. † Similitudo enim, paritasque omnis tollitur, perimiturque data instantia in casu, in quo instantia data est, *gloss. cap. sicut urgeri. 1. quæst. 1. gloss. l. creditori verb. vendicatio. ibi.* Jason *numero 7. Digest. de nov. op. nunciat.* Everhard. *in top. in loco à simil. numero* 12. Afflict. *decision.* 350. *numero* 11. Vasqui. *illustr. contr. capite 35. numero 2. capit. 37. numero 7. capit. 38. numer. 4. & capite 47. numero* 8. Seraphin. *tr. de jurament. privileg. 74. num.* 103. & 104. (250)

Addu-

Responsio ad II. dubitandi rationem. Adductum insuper de custode arcis simile, non est perpetuum, quia id magis in voluntate Domini, quam in necessitate Juris positum est, unde pariter nullam necessariæ cautionis obligationem arguit.

251 Quod enim liberum est, † illud ad necessitatem seu obligationem transferri non debet, *l. neque ab initio. Cod. de nupt.* Et libera voluntas legi non alligatur Menoch. *de Arb. Jud. quæst. libro* 1. *quæst.* 7. *numero* 35.

Responsio ad tertiam dubitandi rationem. Quod vero tertio loco ad præmemoratum de Comitibus Rapersvvilensibus, qui non, nisi datis fidejussoribus, ad Monasterii Einsidlensis Advocatiam admissi sunt, exemplum attinet, id nullam, in aliis Protectoribus cavendi necessitatem inducere potest, quia exempla † non ligant, nec arctant, ut recte docet Zasius *in l. obligatio n. ult. ff. de obligat. & act.* Hinc & vulgatum est, non exemplis sed Legibus esse judicandum *l. nemo. Codic. de sent. & inter. omn. Jud.* Sebast. Hornmold. *in Repert. sent. Jur. verb. exempla.*

Cum igitur leges, nulli Advocatorum, cautionem de rite præstanda protectione, imponant, tametsi hoc inter partes peculiari pacto induci possit, regulariter tamen de Jure ad eandem nemo obligatus est.

Responsio ad IV. dubitandi rationem. Inde licet, (quod ultimo loco objectum est) absurdum non sit, Cautionem à Protectoribus exigere, ii tamen si nolint, ad præstandam illam cogi haud possunt.

Constituenda Protectionis unioni, an etiam certa pœna adjici possit. Sed jam de ultimo membro pertinentium ad formam circumstantiarum, nempe *de pœna* videndum est: † Cum autem propter text. clarissimos *infra* allegatos in re perspicua ac plana versemur, omissis dubitandi rationibus, in hoc puncto omnino concludendum est, constitui posse Protectores sub certa aliqua pœna, in casum omissæ aut non rite præstitæ defensionis exolvendæ, quemadmodum ea de re etiam *infra in Cap. de Actionibus* nonnihil dicemus.

252 *Decisio quæstionis absque dubitandi rationibus. Ratio decidendi.*

Primo etenim Justinianum Imperatorem generatim de pœnæ adjectione in quovis contractu edisserentem si audiamus, † is eam, tum propter majorem futuræ protectionis certitudinem, tum, ut stipulator si forte defensio promissa non sequatur, evitet onus probandi ejus, quod sua interest

253 omnino suadere videtur. *Non solum*, inquit, *res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta, ut, si stipulemur aliquid fieri vel non fieri. Et in hujusmodi stipulationibus optimum erit, pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare, quod sua intersit. Itaque si quis, ut fiat aliquid, stipuletur, ita adjici pœna debet: Si ita factum non erit, tunc pœna nomine decem aureos dare spondes? Sed si quædam fieri, quædam non fieri una eademque conceptione stipuletur quis, clausula hujusmodi erit adjicienda: Si adversus ea factum erit, sive quid ita factum non fuerit, tunc pœna nomine decem aureos dare spondes?* §. *ult. Instit. de verbor. obligat.*

Idem consilium suggerunt Juris-consulti *in l. final. Digest. de prætor. stipulat.* quod eleganter explicat Schneidew. *in* §. *fin. numer.* 7. *institut. de verb. obligat. quia*, inquit, *in obligatione faciendi succedit obli-*

254 *gatio ad interesse*; † *ita, quod promissor præstando interesse liberetur, ejus autem probatio sit difficilis*; ideo Imperator & Jurisconsulti *in d. l. fin. Digest. de prætor. stipula.* tradunt hoc consilium, ut is, qui stipulatur factum, certam pecuniæ quantitatem, loco pœnæ adjiciat, ne actor in probatione interesse succumbat. Et quia facti æstimatio incerta est, cum facta ab aliis pluris, ab aliis minoris æstimari solent, & ubi pœna est adjecta, non curatur de interesse, sed pœna peti potest, etiamsi nihil intersit.

255 Verum hoc loco circa † pœnæ adjectionem non abs re quæri potest, *An protectores in eventum omissæ defensionis certam pœnam pacti ad ejusdem persolutionem ita se obligare possint, ut si eam ad certum tempus non solverint, statim contra eos in Camera vel Aula Imperiali executoriales sub pœna banni clientibus impetrare & decernere liceat?* *An Protectores sub pœna Banni Imperialis sese ad defendendum obligare possint.*

256 Et sane initio dicendum videtur, † ejusmodi obligationem Jure validam esse. *Affirmative.*

257 Primo enim Jura † Canonica permittunt debitori, ut is se ad pœnam excommunicationis vel interdicti, si in præfixo termino non solvat, obligare possit, apud Judicem, cui inest Jurisdictio, per notata Abbat. Panormitan. *in cap. P. & G. numero sext. & sequens.* ubi alios concordantes & dissentientes refert. † Cum autem bannum & excommunicatio æquiparentur, per late deducta in *Cap. praced.* consequens esse videtur, similiter quempiam sub banni pœna se obstringere posse. *Ratio dubitandi prima.* 258

259 Deinde facit, † quod sicut consuetudo, ita etiam pactum dat ordinem causæ, ut in ea procedatur summarie & executive, prout conventum fuit inter partes. Rodericus Soarez. *in repetit. leg. post rem judicatam.* 56. *in declarat. legis regni. numero decimo. Digest. de re judic.* & est casus secundum eum singularis *in leg. missi opinatores.* 7. *Codic. de exact. trib. libro* 10. *Ratio dubitandi Secunda.*

260 Tertio auctoritatem affirmanti huic † sententiæ dare potest, quod alius etiam quilibet debitor ex pacto executivo, ad instantiam creditoris, capi, incarcerari, & usque ad satisfactionem in carcere detineri possit, absque aliquo processu Judiciario, ut docuit Alciat. *in repetit. rubric. Extra. de judic. numero* 74. *& in rubric. de Jurejur. numero* 210. Johan. Fab. §. *fin. numero* 7. *Institut. de action.* Anton. de Massa *in forma Cameralis obligat. quæstio.* 6. *part.* 3. Vitalis de Cambanis *in tractat. clausular. in quæst. an cessioni bonorum renunciari valeat, numero* 19. *in fin.* & huic sententiæ accedit Boer. *decision. ducentesima nonagesima quinta, numer.* 10. *&* 17. ubi refert, talia pacta de debitore detinendo in carcere publico, quotidie fieri, idem tenet Roman. *consilio centesimo quadragesimo secundo, numer.* 2. Neviz. *consil.* 51. *numer. quart.* Matth. de Afflict. *constitut. Neapol. libro* 1. *de cultu pacis. rubric.* 8 *numer.* 16. *& decis. Neapol. respons.* 326. *numero* 3. quod idem etiam firmat Zas. *singul. respons. libro* 2. *capit.* 8. ubi asserit, † pacta valere, ut debitor post moram carcerari possit, quia inquit, carcerari aliquem pro debito per magistratum, non est actus illicitus sed à Jure permissus, Anton. de Canario *tract. de execut. instrument. numer.* 60. 67. *&* 68. & sequitur Maranta *de ord. Judic. part.* 6. *de citat. numer.* 11. ubi tradit, † isto casu posse capi debitorem, sine aliquo processu, vel etiam citatione, quantumvis nulla adsit suspicio vel fugæ, vel dilapidationis, adjiciendo, hæc diligenter esse notanda pro ponderatione clausularum executivarum in instrumentis. Angel. *in leg. nemo carcerem.* 2. *Codic. de exact. trib.* Baldus *in leg. consentaneum.* 8. ubi post multa ita concludit. *numer.* 26. *Codic. quomodo & quando Judex.* Abbas *consilio* 24. *numero primo, part.* 2. Paris. de Put. *tract. syndic. sub rubrica Barataria, verbo. captura numero tertio.* *Ratio dubitandi III.* 261 262

Et

263 Et quamvis stare in certo † loco ita adstrictum, ut non liceat recedere, videatur quodammodo sapere speciem servitutis, *l. 1. & 2. ff. de lib. hom. exhib.* tamen est sibi quod imputet, qui detinetur in carcere, ex sua propria voluntate, *l. 3. §. item si quis volentem ff. eod.*

Quia igitur scivit vel saltem scire debuit, arg. *l. regula. 9. ff. de Jur. & fact. ignor. & l. quod te, 5. ff. si cert. petat.* 264 † ob æs alienum, neminem posse invitum, ac non excussum, nec contumacem, ad carcerem rapi, *gloss. l. 3. §. tutores. verb. vinculis, de susp. tut. l. ob æs. 12. cum Authent. seq. Cod. de action. & obligat. & l. nemo carcerem 2. C. de exact. trib. libro 10.* 265 † igitur obligando se ad carcerem, intelligitur beneficio legum pro se introducto renunciare. *l. si quis in conscribende. 29. C. de pact.* 266 † Sicut autem debitor legis auxilio dignus non est, qui contra legem delinquit, & nunc beneficium semel abdicatum, repetere intendit, contra *l. auxilium 37. Digest. de minor.* juncta *l. quæritur. 14. §. si venditor. de ædil. edict.* 267 † Ita creditor, qui ex pacto facit detineri personam obligati, per Judicem, non habet pertimescere aliquod crimen, cum noverit, arbitrium hujus ultionis sibi ab adversario concessum esse, secundum gloss. *verb. repellere. in leg. secund. Codic. de Jure emphyteut. l. devotum, 5. Codic. de metatis.*

268 *Ratio dubitandi IV.* Præterea Jure receptum est, † utile esse pactum, quo debitor se obligat creditori, ad faciendas operas etiam perpetuas. Salycet. *in l. antiquitas 14. numer. 4.* ubi addit, hanc sententiam communem esse, & *ibi* Bald. *numer. 8. C. de usufr.* Ripa *in l. obligatione generali. 6. num. 10. ff. de pignor.* Sin vero licet quem detinere ad operas ex pacto, quid vetat, eidem certum locum ratione conventionis deputare pro carcere, ex quo non licet recedere debitori, donec steterit promissis? Angel. *de malef. verb. fama publica. numero 87.* & Angel. *l. qui in carcerem. 22. ff. quod metus causa.*

269 *Ratio dubitandi V.* Quinto insuper roborari † videtur hæc sententia per gloss. *in l. stipulatio. 21. §. opus vers. sive autem, de nov. oper. nunc.* ubi tradit, valere pactum cum scriptore alicujus libri initum, ut in eventum moræ teneatur in compedibus tantisper, donec scripserit librum, & tradit, omnes Dd. Bononiæ tunc residentes in hoc concordasse, quam sequitur etiam ibid. Alberic. *§. sive autem. numer. 7.* ubi post Guiliel. de Cuneo, subjicit, illam glossam esse communiter approbatam, & quod scriptor libri, obligans se ad compedes, in eventum moræ possit in vinculis detineri, Bald. *in c. quemadmodum, numero 7. extr. de Jurejur. & l. si traditio. 4. quæst. 1. Cod. de action. empt.* Specul. *tit. de renunciat. & conclus. §. 1. vers. item est beneficium, num. 29.* Joan. de Imola *in cap. 2. numer. 19. extr. de pignor.* eandemque communi Dd. calculo approbari fatetur Jas. *in d. l. stipulatio, 21. § habet autem, numero 11. Digest. de nov. op. nunc.* ubi reprehendit Alexandrum *in l. alia. 14. §. eleganter. numer. 6. vers. fallentia secunda, in fin. Digest. sol. matrim.* diversum tenentem.

270 *Ratio dubitandi VI.* Sexto pro eadem opinione adduci potest † Bartolus, qui *in l. 1. §. usque adeo numer. 2. ff. de Injur.* refert, tolerari pactum ut adversarius meus, in eventum non facti vel præstiti, quod promissum est alapam, vel aliud mihi inferat, per quod tamen corpus non frangatur aut destruatur, idque propter consensum partis. Bart. *d. §. usque adeo, numer. 2.* 271 Ratio est, † quia ultio vel vindicta privata ex pacto non est prohibita, dummodo servetur moderamen legis, ut nominatim in scripta retulit Matth. Coler. *de processib. Execut. part. 1. c. 6. num. 68.*

272 *Ratio dubitandi Ultima.* Denique indubitatum est, † valere pactum obstagii, quod nihil est aliud, nisi privatus quidam carcer, ex quo non licet movere pedem obsidi de loco obstagio destinato, donec satisfaciat creditori, *cap. ex rescripto. extr. de Jurejur.* Bald. *in l. 2. numero 9. Codic. de patr. qui fil. distr.* Gail. *de pace publ. libro 1. capite 2. numer. 6.*

Ex quibus omnibus concludendum videtur, valere conventionem Protectoris, ut in casu omissæ defensionis, in bannum Imperii denuncietur.

273 *Decisio Negativa.* Sed utut hæc se habeant, † in contrariam attamen sententiam omnino eundum esse, subsequentes decidendi rationes persuadent.

274 *Prima ratio decidendi.* Primo enim, † communi interpretum calculo traditum est, neminem se ad pœnam corporalem, (qualis est banni, quæ & damnatum vitæ periculo exponit) nec corpus suum ad injuriam realem obligare posse, eo 275 † quod nemo sit Dominus membrorum suorum, per text. *in l. liber homo. ca. 1. Digest. ad leg. Aquil.* 276 † & liberum corpus æstimationem non recipiat. *text. in l. 1. § sed cum liber. & in l. fin. Digest. de iis qui deject. vel effud.* Felin. *in cap. ex rescripto. de Jurejur.* Hippol. *in l. 1. numero 2. & in l. lege Cornelia. §. constitutum. numero 7. Digest. ad L. Cornel. de sicar.*

277 Ex quo fundamento Gailius infert, † pacta debitorum, quibus se obligant ad pœnam banni Imperialis, ut videlicet in eventum moræ declarentur & denuncientur in bannum Imperii Romani, non valere, *de pace publ. lib. 2. c. 2. n. 13.*

278 *Secunda decidendi Ratio.* Secundo receptam habemus † Jurisconsultorum doctrinam, quod pactum, quo quis obligat se ad carceres sive privatos, sive publicos, permittendo manus injectionem creditori, non valeat, ita communiter approbari testatur Vivius, *tract. commun. opin. verb. debitor non potest se obligare* Alciat. *in cap. cum contingat. numero 69. extr. de Jurejur.* Emanuel. Soarez. *in commun. sentent. verb. carceri numer. 14.* Et quod nemo se possit obligare ad carceres, tradit Lucas de Penna *in l. curios. 1. Cod. de curios. & statio nar. libro 12. & in l. cum scimus 22. numer. 5. Codic. de agricol. & censit. libro 11.* Chassanæ. *consuet. Burgund. verb. rentes vend. rubr. 5. §. 3. numer. 10.* Et hanc partem amplectitur Brunus *tract. de cession. bonor. 5. quæst. princ. quæst. 20. numer. 14.* ubi hanc sententiam communem esse testatur, allegando ad hoc Felinum. *in cap. ex rescripto. numero 13. extr. de Jurejur.* 279 † Imo plus dicit Bald. quod ne quidem Sacramento firmetur talis conventio, de carcerando debitore in casu moræ. Bald. *in Auth. sacramenta puberum. numer. 4. C. si advers. vendit.* & I. mola *in c. cum contingat, in 1. membr. num. 7. extr. de Jurejur.*

280 Quamvis autem aliter fiat, † ubi consuetudo est in contrarium, istam tamen opinionem de Jure veriorem esse, testatur Molinæus *in tract. de commerciis. quæst. 36. numer. 271.* Capell. Tholosan. *decision. 61.* Petr. Jacobi *in sua pract. de bonor. cession.* & sequitur Didac. Covarru. *var. resolut. lib. 2. cap. 7. vers. secundum hoc ipsum.*

281 *Ratio decidendi III.* Sic etiam tertio torturæ † pactum non valet etiamsi conveniatur, quod Judex eam inferat, prout sentit Paris. de Put. super quæstione mota de duobus captivis, quorum alter alterum arguebat de furto, & facta invicem conventione quod unus post alium torqueretur per Judicem pro eruenda veritate, cum primus in tortura perseveranter diceret, ipsius antagonistam commisisse dictum furtum, peteretque illum eodem modo torqueri ex pacto, alter recusavit subire torturam, & provocavit ad Jus, decidit Paris. de Put. eum torquen-

quendum non esse, sed fuisse conventionem invalidam, *tract. de syndic. paulo ante fin. in verb. quaero de una notab. quaestion. num.* 2. Bart. *in l. interdum.* 57. §. *qui furem. num.* 2. *ff. de furt.* Gail. *de pace public. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 15. Clarus *lib.* 5. *sent. recept.* §. *fin. quaest.* 63. *nu.* 7. quibus adde Coler. *de processibus Executivis part.* 1. *cap.* 8. *num.* 70. & Mascard. *conclus. probat.* 1129. *num.* 19. *vol.* 3. *in V. offensi dictum.* qui omnes tenent, non debere eum audiri, qui dicit, Domine Judex torqueatis me & illum, quem accuso de tali crimine; quia volo pariter me subjicere torturae, propter defectum testium: & addunt rationem praedicti Scriptores: quia scilicet nemo est Dominus membrorum suorum; quod & supprobatum, & Jure notum est.

282 *Ultima dubitandi ratio.* Denique non valet conventio, † qua mediante offendens ponit se in manibus offensi, vel injuriati, ut de se possit sumere vindictam, vel facere, quod vult Bart. *in l.* 1. §. *usque adeo. num.* 4. *de injur.* & *in l. sed si unius* 17. §. *praetor num.* 1. *de injur.* quia istud esset peccare in suum corpus, contra *l. fin.* §. *si quis autem. de bon. eor. qui sibi mortem consciver. l. liber.* 13. *ad leg. Aquil.*

Ex quibus firmiter infertur, pactum inter clientes & protectorem, fieri non posse, ut in casum omissae defensionis, ille in bannum declaretur, ut in simili demonstrat Gailius *d. loco. num.* 13. *usque ad num.* 24. 283 ubi dicit, † creditori ex tali pacto, post moram citationem sub poena banni in Camera Imperiali non decerni.

Quibus ita constitutis, non est, quod laboremus multum de argumentis, quae pro asserenda contraria sententia in medium adducta sunt.

Responsio ad I. dubitandi rationem. Enimvero, quod ad primum attinet, quo dicebatur, valere obligationem debitoris ad poenam excommunicationis, per id non roboratur prior sententia 284 Quia Abbas *ibid. num.* 3. fatetur ipsemet, communem opinionem esse in oppositum: Et licet ex mente ipsius possit quis sub excommunicationis poena 285 se obligare, † tamen *num.* 7. *ibid.* expressim dicit, sine culpa & contumacia neminem esse excommunicandum, per text. *in cap. nemo.* & *cap. nullus.* 2. *q.* 1. *c. nemo.* 11. *q.* 3. etiamsi prius non solvendo fuerit in culpa, eo, quod sententiam excommunicationis semper praecedere debeat monitio. *cap. sacro. de sentent. excommunicat.*

286 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Secundo nihil ad rem facit, † quod pactum, instar consuetudinis, det ordinem causae, ut in ea procedatur executive, prout inter partes conventum fuit, quia illud procedit eatenus duntaxat, quatenus facta conventio Juri est consentanea, sed pactum bannale adversari legibus, per rationes decidendi satis edoctum fuit.

287 *Responsio ad III. dubitandi rationem.* Tertio parum fulcimenti attribuit eidem assertioni argumentum, de obligatione ad carcerem allatum, Illud enim pactum carceris, in eventum morae, ut dictum est, aliter non valet nisi roboretur consuetudine loci, alias enim ad capturam nunquam descenditur, nisi prius excusso & non solvendo invento debitore, *l.* 3. §. *tutores.* & *ibi gloss. verb. vinculis. ff. de suspect. tutor.* quam *ibid. num.* 3. & *in l. nemo carcerem.* 2. *num.* 5. *C. de exact. trib.* sequitur Bartolus & Baldus, *in l. fin. ff. de in jus voc.* & *in l.* 1. *C. si quid in fraud. patron.* & *in l. potest.* 23. *num.* 1. *ff. de leg.* 1. Ripa. *in l. obligatione generali.* 6. *num.* 20. *de pignor.* Ita, ut ante excussionem, ad capturam personae non possit perveniri, Bald. *consil.* 248. *vol.* 4. Paul. de Castro *in l. fideicommiss.* 50. §. 1. *de judic.* quos adducit Hippol. de Marsil. *in pract. crimin.* §. *attingam. num.* 57.

288 *Alia responsio ad eandem objectionem.* Deinde respondetur, † multo esse gravius, per pactum se banno subjicere, quam carceris custodiae ad-289 dicere, siquidem banniti intestabiles fiunt, ac in personis rebusque impune offendi possunt, quia à fide ac tuitione sacri Imperii excluduntur, & in discrimine vitae fortunarumque constituuntur Gail. *de pace publ. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 20. quod secus est in carceratis ob debitum.

Responsio ad IV. dubitandi rationem. Nihil penitus etiam roboris ad firmandam contrariam sententiam inest quartae rationi, qua dictum fuit, debitorem posse se ad perpetuas operas creditori praestandas obligare, † quia ab operis ad ban-290 num invalida & vitiosa est illatio, tanquam à separatissimis.

Responsio ad V. dubitandi rationem. Quinto insuper nec illud nos remoratur, quod de scriptore libri, se ad compedes obligante, adductum fuit, † quia respondetur, illud esse speciale, tum, quia 291 ibi electa fuit industria personae, unde tenetur praecise ad factum, *l. nemo est qui nesciat.* 5. *de duob. reis, l. inter artifices.* 31. *de solution.* tum, † quia vertitur in eo pu-292 blica utilitas, quo scholaris habeat multos bonos libros, ex quibus se possit instruere ad utilitatem publicam, Alberic. de Rosat. *in l. stipulatio,* 21. §. *sive autem n.* 5. 6. & 7. *ff. de verb. oblig.*

293 *Responsio ad VI dubitandi rationem.* Sic frustra etiam sexto loco in subsidium adversae partis inductum censetur pactum de alapa infringenda, quia illud vel omnino invalidum est, vel saltem procedit, si alapa in continenti infringatur, non autem, si ex intervallo, prout & ipsemet Bart. ibid. restringit suum dictum de alapa infringenda alicui ex pacto, ad tempus verbi, argum. *l. in delictis.* 4. §. *si extraneus. de nox. act.* quando nimirum adhuc voluntas adest, & ita loquuntur contraria *in d. l.* 1. *paragraph. usque adeo Digest. de injur.* & *cap. scienti* & *volenti. extr. de reg. jur. in* 6. aliud autem esse monet, si ex intervallo sequatur injuria. Bart. *in d. l.* 1. *paragraph. usque adeo. num.* 3. † Unde idem Bartolus infert ad pa-294 ctum, quo mediante unus rusticus permittit alteri, si deinceps in ejus horto vel vinea reperiatur, quod Dominus horti possit eum verberare. Nam, ut maxime promissor denuo ingrediatur hortum Domini, tamen ex vi pacti non debet pulsari, ideo, quod consensus ab initio adhibitus, tempore verberationis intelligatur cessare. Bart. *in d. l.* 1. §. *usque adeo. num.* 6.

Responsio ad ult. dubitandi rationem. Nihil denique ad stabiliendam eam opinionem facit ductum ab obstagiis ad banni pactionem argumentum, quia longe dispar ratio est bannitorum atque eorum, qui obstagio obligantur. † Detinen-295 tur enim non in causam servitutis, aut alicujus ministerii, sed ut liberi homines, quibus sua libertas in nullo alio constringitur, quam in non recedendo à loco, ad quem sese obligarunt. August Berous *consil.* 159. *num.* 16. *volum.* 3. Bart. *in extravag. de pace Constantia. in gl. verb. damna.* Banniti autem omnium sunt offensionibus expositi, ut ex supradictis constat.

Ad haec ad obstagia, quod attinet, licet illorum multis retro annis inveteratus usus juridico colore defendi possit, quia tamen non mediocri debitorum incommodo, & nulla creditorum utilitate exercebantur, idcirco propter abusum lege Imperii publica Anno 1577. *sub tit.* §. wiewol auch interdicta & prorsus abolita sunt, ut post Gai. tradunt Ernest. Gothman. *consil.* 19. *num* 6. *lib.* 1. & clariss. IC. Dn. Fridericus Martin. Comes Palatinus Caesareus, Professor Friburgens. praeceptor quondam meus honorandus *tract. de consib. c.* 4. *n.* 30. & *c.* 6. *n.* 306.

279 *An valida sit Conventio protectorem in Camera conveniendi.* Porro sic defensa † negativa sententia declarari potest, ut quamvis pactum sub poena banni invalidum sit, *valeat tamen conventio Protectoris, ut mora defendendi, poenaq. ideo commissa immediate desuper omisso medio Judice, in Camera Imperiali per clientes conveniri possit,* quia *Decisio affirmativa.*

297 quia † renunciatio fori, regulariter cuilibet permissa est, text. *in l. si quis in conscribendo C. de pact. & in l. 1. ff. si quis in jus vocat. l. si convenerit ff. de Jurisdict. omn. judic. & in cap. significasti, de foro compet.* 298 † præsertim, si de renunciantis præjudicio tantum agatur, ut singulariter notat Bald. *in d. l. si quis in conscribendo*, quem sequitur Gail. *lib. 2. de pace publ. cap. 2. n. 25.*

299 Sed ulterius circa † pœnæ stipulationem in discussionem venit, *si in pœnali protectionis unione erigenda Advocatus constitutus offensionem sub certa pœna Ecclesiæ applicanda evitare promiserit, non autem servaverit, is tamen postmodum cum clientibus desuper transigat, utrum ea transactio, quoad pœnæ solutionem, Ecclesiæ præjudicare soleat, ac possit?*

Utrum in pacta pœna Ecclesiæ applicanda, promissores, desuper transigentes, eidem præjudicent.

Et videtur sine ad propositam † quæstionem contra Ecclesiam affirmative respondendum esse, ex subjectis legum fundamentis.

300 Primo pro affirmante hac sententia adduci potest decisio Bartholi *in l. qui Romæ, §. Flavius ff. de verb. signific.* ubi per textum illum concludit, † Donatorem, si pacto cum ipso donatario, tempore contractus inito, conditionem in alterius gratiam ac commodum donationi adjecit, altero etiam non consentiente, in ipsius præjudicium pœnitere posse. 301

Affirmativa Ratio dubitandi I. pro affirmativa.

Ubi etiam majoris declarationis gratia movet controversiam de tali quæstione: † Quidam donavit alicui certam rem, cum pacto, quod illa res post mortem donatarii perveniat ad Ecclesiam, quæritur utrum actio, quæ fuit quæsita Ecclesiæ ex isto pacto per *l. quoties C. de donat. quæ sub modo.* possit auferri Ecclesiæ, ex sola revocatione & mutatione voluntatis donatoris vel ejus hæredis, in qua ipse concludit, quod ex voluntate donatoris tale Jus possit extingui, per *l. 3. ff. de serv. export.* sed ex voluntate hæredis ejus non, uti ibi dicitur, & satis probatur *in fine §. Flavius. & in l. 2. vel 3. ff. de his, qui sine mand. ad liber. perveniunt. & l. mancipia. eod. tit.* in quibus legibus utrumque membrum videtur probari, & hoc in effectu sequitur Joan. de Imol. *in d. §. Flavius.* 302

Ergo hic similiter paciscentes in utilitatem Ecclesiæ, eadem etiam invita pœnitere possunt, ita ut pœna eidem addicta, iis transigentibus, expiret.

303 Secundo fulcit hanc sententiam textus *in l. Aristo. Digest. de donat. in princip.* ubi probatur, donationem quatenus aliud pactum contineat, esse contractum innominatum, & ideo in eo pacto locum esse pœnitentiæ. Etenim, si quis servum Titio det donationis titulo; pacto convento, ut post quinquennium illum servum manumittat; poterit donator pœnitentia ductus, lapso quinquennio, servum petere, ut ei in servitute serviat, ita Bart. Paul. Castr. & Dd. *ibi* communiter illum textum interpretantur ex *l. 3. §. 1. de cond. ob caus. & l. si pecuniam §. 1. eod. tit.* gloss. insignis *in l. si cum fundum ff. de pactis.* & aliis decisionibus permittentibus pœnitentiam in contractibus innominatis re integra.

Ratio dubitandi II.

304 Tertio id probari videtur evidentius *in l. 3. ff. de servis export. & in l. 1. C. si mancip. ita fuerit alienat. ut manumit. & l. 3. ff. qui sine manumiss. ad libert.* quibus statutum est, ex Jurisconsultorum responsis, vendito servo, ut intra certum aut post certum tempus manumitteretur, posse venditorem ab hac manumissionis lege discedere, & eo pœnitente, non teneri emptorem servum ea lege venditum manumittere.

Ratio dubitandi III.

Ratio dubitandi IV. Quarto, cum in casu, quo Protector ac clientes de pœna Ecclesiæ applicanda paciscuntur, nemo sit, qui eam Ecclesiæ, tanquam absentis nomine acceperet, non videtur acquiri actio Ecclesiæ per Theoricam clarissimi Jurisconsulti Didac. Covarru. *in Rubrica de testamentis*, tradentis, † quoties absenti 305 actio vel obligatio per alium extraneum etiam Notarium stipulantem quæritur, ut ea sine cessione acquisita sit, necessariam esse absentis ratihabitionem vel acceptationem, per text. *opt. in l. si ego. Digest. si cert. petat. &* † *in l. inter mortis. ff. de donat. caus. mort.* 306 ubi Jurisconsultus, ut valeat causa mortis donatio, exigit præsentiam donatarii: sicuti & in donatione inter vivos requiritur, quæ si absenti fiat, nemine ejus nomine eam acceptante, minime valet ante absentis acceptationem, siquidem tunc revocari poterit, glossa communiter ibi probata *in l. illud C. de sacrosanct. Eccles. fin.* quæ loquitur etiam in donatione, quæ in piam causam, vel in Ecclesiam confertur, & eam dicit ordinariam. Roman. *consil.* 295. Paris. *consil.* 77. *num.* 15. *lib.* 1. unde intelligitur qua ratione Roman. d. loco dicat, sufficere absentis acceptationem donationis utcunque ab initio factæ. Anton. Rub. *consil.* 132. ubi hanc esse communem sententiam, & frequentissimum prædictæ gloss. intellectum fatetur. Jason *in l. qui Romæ. §. Flavius. num. 22. ff. de verb. obligat.* & probatur *in l. absent. ff. de donat. l. si ego.* & *ibi* Decius *ff. si cert. petat. l. in omnibus. in fin. ff. de act. & obligat. l. si quis. in 1. C. de donation.* Aret. *cons.* 17 *col.* 6. *vers. ex novo.* Socin. *in l. 1. ff. si ex noxa. caus. agat in princ.*

307 Verum his non obstantibus contrarium † concludimus & censemus, in proposita quæstione transactionem super pœna commissa inter Protectorem & clientes factam, Ecclesiæ non præjudicare eaque non attenta ab offendente Patrono eidem solvendam esse.

Decisio Negativa.

Ad quam sententiam stabiliendam primum adducimus textum *in l. quoties. 3. C. de donationibus quæ sub mod. vel cond.* ubi Impp. Valer. & Galien. respondent, tertio † ex pacto donationi adjecto statim Jus acquiri, 308 atque actionem utilem dari, quæ absque ejus assensu, non possit tolli, *l. id quod nostrum. ff. de reg. Jur. l. sicut. C. de action. & obligat.*

Ratio decisionis. I.

Qua ratione † Bartolum *in d. paragraph. Flavius.* 309 dicentem, quod eo in casu, quo res aliqua hac mihi lege donatur, ut post mortem meam perveniat ad Ecclesiam, possit donator ejusmodi pactum quandocunque me vivente & superstite revocare, in reprehensionem vocant Raph. Cuman. Francisc. de Albergot. referente Paul. de Castr. *in d. paragraph. Flavius. num.* 3. & ad text. *in l. 3. de serv. exportand.* quo Bart. nititur, respondent, eum scilicet in servi persona loqui, cui cum perfecte Jus non acquiratur, minime, inquiunt, mirandum est, quod revocari facile possit. Quasi secus sit in Ecclesia, eique ex tali pacto jus perfecte atque irrevocabiliter acquiratur. Et in hanc sententiam allegat Castrens. etiam Joan. Andr. *in addit. ad Speculator. in tit. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua, incip. per superiora, &c.*

Cui sententiæ illud † quoque consentaneum esse 310 videtur, quod Ecclesiæ ex pacto donationis non tantum actio personalis, verum etiam dominium & rei vendicatio acquiritur, *l. fin. in fin. C. de sacrosanct. Eccles.* Jacob. Thoming. *decis.* 53. *n.* 6. † & sic sola 311 donantis pœnitentia, ad acquisitæ actionis revocationem non est sufficiens, quando donatarii interest, eam non revocari.

Si enim ejus non interesset, † aliter dicendum esset, ut, si quis alteri donasset usumfructum alicujus 312 rei, & adjecisset legem hanc, ut illam rem, finito usufructu, nempe in morte, aut post vitam restituat, poterit sane donator pœnitere, & à dicta lege discedere, etiam invito donatario, cujus nihil interest, modum servari, vel non: siquidem finito usufructu, res ab eo

ab eo tollitur, sive modus servetur, sive non, quod si vero donatarii quidquam interesset; contrarium Jure dicendum foret, per tradita Didac. Covarru. *variar, resol. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 9. *tom.* 2.

313 Deinde commendat hanc † decisionem textus *in l. ult. ff. de pact.* ex qua colligitur, pactum de non petendo factum inter debitorem & creditorem, adeo prodesse fidejussori etiam absenti, ut sine ejus consensu, per contrarium pactum tolli nequeat, per notata Dd. *in d. l. ult.* Alexand. *in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verb. obligat.*

Ratio decidendi II.

Tertio confirmatur decisio nostra ex eo, quod pactum de pœna per offendentem Patronum Ecclesiæ persolvenda, contractui Advocatitio adjectum, non concernat emolumentum paciscentium, sed tertii nempe Ecclesiæ, ex quo conjectura legis probabile fit, ejusmodi pactum ejusdem causa principaliter esse adjectum, arg. *l. fideicommissa. §. interdum.* & *ibi* Bart. *de leg.* 3. *& l.* 1. *Titio centum. §. Titio genero.* ubi idem Bart. not. *de conditio. & demonstrat.*

Ratio decidendi III.

314 Quæ cum hujusmodi sint, † consequens esse videtur, tale pactum sine consensu Ecclesiæ ejusdem, cujus gra-

315 tia factum est, revocari non posse: † Neque enim in detrimentum tertii voluntatis mutatio admittitur, *l. quæsitum. de serv. export. & l.* 1. *qui sine manumiss. ad libert. perven.* & not. Franc. Aretin. *in l. qui Romæ. §. Flavius. in* 3. *vol. de verb. obligat.*

316 Quarto huic pronunciato † adstipulatur textus *in l. si cum fundum. ff. de pact. Si cum fundum*, inquit, *meum possideres, convenisset mihi tecum, ut ejus possessionem Titio traderes, vendicantem eum fundum à te, non aliter me conventionis exceptione debere excludi, quam si aut jam ante tradidisses, aut si tua causa id inter nos convenisset, ut per te non staret, quo minus jam traderes.* Hæc IC. *in d. l. si cum fundum*, qui expressim asserit, non sufficere tradentis fundum, ut is Titio detur, nec ipsius fundi Domini pœnitentiam, ut tollatur modus contractui appositus in favorem tertii.

Ratio decidendi IV.

317 Quinto pro hac sententia pugnat text. † *in l.* 1. *ff. qui sine manumiss.* ubi scribit IC. Paulus, *si servus venditus est, ut intra certum tempus manumittatur etsi sine herede decessissent & venditor, & emptor, servo libertas competit, & hoc D. Marcus rescripsit. Sed etsi mutaverit voluntatem venditor, nihilominus libertas competit.*

Ratio decidendi V.

Sexto denique solidissime approbatur hæc pro Ecclesia faciens decisio nostra, ex iis, quæ tradunt Bald. Angel. Imol. Paul. de Castr. Alexan. & alii *in l. in insulam. §. ult. ff. solut. matrim.* ubi scribunt, † pacta

Ratio decidendi VI.

318 & conventa pace inter duos hac lege, ut qui eam violaverit, ipso Jure mille aureorum pœna plectatur, & ea vel fisco vel Ecclesiæ applicetur: rupta deinde pace, minime posse paciscentes eam pœnam sibi invicem remittere in præjudicium fisci vel Ecclesiæ; quam sententiam sequendo etiam amplexus est Joan. Crot. *in l.* 4. *§. Cato. ff. de verb. obligat. in lectur.* 1. *num.* 122. ubi scribit, si inter duos pax composita sit, quam promiserunt ad invicem non violare sub certa pœna Ecclesiæ applicanda, atque isti rupta pace postea se reconciliant, & omnem injuriam remittunt, an per hoc præjudicetur Ecclesiæ, cui pœna erat acquisita ex fractione pacis? Et concludit, quod Ecclesiæ nullum inferatur præjudicium, quia stipulatio habuit certam formam, quæ non potuit immutari *l. vero procuratori. ff. de solut.*

Solutio contrariorum Argumentorum.

Qua opinione retenta, non obstant argumenta in affirmantem sententiam adducta.

319 Nam primo ad Bart. decisionem, † quod attinet, ejus opinionem simpliciter improbant Paul. Castr. *in d. §. Flavius. & l. si pecuniam, num.* 11. *ff. de condi. ob caus. & in l. in insulam. §. ultim. ff. solut. matrim.* Roman. *in d. l. si pecuniam. n.* 22. Francisc. Albergotis *in l.* 3. *ff. de serv. export.* Joan. Lup. *in rubr. de donation. inter vir. & uxor. §.* 54. *in fin.* Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius. de testament. in verb. si absque liberis. in* 2. *de fideicommiss. substitu. num.* 23. dicens, fere omnes Dd. contra Bartolum stare, Roderic. Xuares *in l. quoniam in priorib. C. de inoffic. testament.* dum regiam constitutionem interpretatur 8. *quæst.* quo in loco etiam palam asserit, communem opinionem contrariam esse Bartolo.

Responsio ad I. decidendi rationem.

320 Deinde etiam approbantes prædictam † Bartoli sententiam, eam aliter non admittunt, quam si revocatio fiat, aut pœnitentia intercedat, pendente die acquisitionis rei donatæ: Nam postquam venerit dies, qua ex pacto donationi apposito res donata tertio competit, nequaquam poterit per donatorem pactum illud revocari, ita attestantur omnes, qui *in d. §. Flavius.* Bartolum sequuntur, maxime Alexand. Socin. & Jason. *num.* 17. Dec. *consil.* 58. Andr. ab Exea. *in rubr. ff. de pact. num.* 152. ea ratione, † quod nullus

Alia primæ rationis dubitandi solutio.

321 sit locus pœnitentiæ, postquam Jus est tertio quæsitum, quod etiam probatur *in l.* 1. *C. si mancip. ita fuer. alien. ut manumitt.*

At in proposita quæstione post commissam pœnam ex pacto protectoris ac clientum appositam cessit dies seu tempus, quo illa Ecclesiæ deberi inceperat, proinde Bartoli decisio eam non tollet.

322 Tertio ad † Bartoli sententiam responderi potest, eam procedere, quando pactum fuit appositum gratia donantis, quod in dubio præsumitur, ut dicit Joan. de Imol. *in d. §. Flavius.* & recte. Nam ex quo non apparet alia causa extrinseca, cur videatur appositum gratia alterius, dicemus, quod videatur appositum gratia donatoris vel venditoris, ex quo ipse istud pactum apposuit: Si autem ex alia conjectura possit apparere, quod pactum fuerit appositum gratia emptoris vel donatarii, tunc sine consensu ejus, tale pactum non poterit revocari, & ita intelligitur textus secundum illam gloss. *in l. quæsitum ff. de serv. export. & in l.* 1. *ff. qui sine mancip. ad liber. perven.* Et hanc glossæ distinctionem approbat Bartol. *in l. fin. circa med. & in ultimis verbis commenti. ff. de condi. ob caus.* dum declarat illum subtilem articulum, quomodo sit locus pœnitentiæ in contractu innominato, qui resultat, habita relatione pacti ad contractum nominatum.

Tertia ad eandem responsio.

Sed in præsenti casu, quia commodum & emolumentum pacti illius pertinet ad Ecclesiam, satis patet, pœnam istam contraventionis magis in favorem ejusdem, quam paciscentium gratia, ut constat ex prædictis, appositam fuisse.

Et hanc responsionem inviolabili niti fundamento inde colligitur, quod Jus tertio per contrahentes quæsitum & à præsente, vel postea ratificante acceptatum, solo paciscentium consensu tolli amplius non possit, sicut communem interpretum sententiam esse prodidit Jason *in l. qui Roma. §. Flavius n.* 19. *ff. de verb. obligat.* quem allegat & in terminis sequitur Hartman. Pistor. *quæst. lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 20. *n.* 21. *& quæst.* 4. *n.* 91. *&* 93. Pinell. *in l.* 1 *part.* 1. *n.* 98. *vers. inde sequitur, quod ubi liberi, &c. C. de bonis matern.* juxta *l. perfecto C. de notat. quæ sub mod.* Jacob. Thoming. *decis.* 23. *n.* 7. Alciat. *consil.* 160. *n.* 25. Fachsius *in consil.* per Hartman. Pistor. *q.* 2. *lib.* 20. *p.* 2. *subjecto. n.* 15.

Quamvis in casu proposito, nomine Ecclesiæ nemo præsens fuerit, vel acceptaverit, nihilominus tamen, ut *infra* probatur, jus eidem irrevocabile quæsitum fuit.

323 Præterea ad reconciliandam Bartoli † sententiam advertendum est, eam non habere locum, quando pactum donationi appositum in favorem tertii absentis, conceptum fuit in utilitatem Ecclesiæ, pie-

Quarta ad eandem animadversio.

ratisve causa, tunc enim non esse locum pœnitentiæ docuit Bald. *in l. sicut ab initio, in fine. C. de actionib. & obligat.* idem Bald. *in l. mandatum C. mandati. num. 6.* Alexand, *in d. §. Flavius. num. 8. ad fin.* Jason. *in l. si pecuniam ff. de condict. ob caus. col. 1.* ubi Alexand. *n. 12.* & Bald. Novell. *de dote 6. part. privileg. 51.*

Responsio ad II. dubitandi rationem.

Secundo nihil officit decisioni nostræ desumptus ex *L. Aristo.* donati servi, casus, propter disparitatem in nostra quæstione versantem: Nam in casu illo donatio facta ad usum tantum ipsius servi, ipsa autem ejus manumissio, ad integram illius alienationem pertinet, quæ alienatio (ex eo, quod nullum Jus respectu proprietatis servi in donatarium transeat, sed penes donantem maneat, nullumque inde, quoad usum, donatario præjudicium generetur) non respicit donationem, sed dationem duntaxat ipsius servi, ut manumittatur, ex quo deducitur, † (324) tradentem alicui servum absque donationis ipsius servi titulo, sed simpliciter tantum, ut manumittatur, nec ullo præcedente contractu nominato, nempe emptionis aut permutationis, posse omnino re integra pœnitere, invito eo, cui facta fuerit traditio, & idem in alia re qualibet dicendum est, si ea tradatur, ut alteri detur, text. *in d. l. si pecuniam. §. 1. & d. L. Aristo. & l. hoc jure §. si quis dederit ff. de donationib.* Joan. Andr. *in Specul. tit. de instrum. edit. §. nunc aliqua, num. 17. in addit. incipienti per superiora.*

In proposita autem quæstione ex paciscentium conventione pœna Ecclesiæ applicata, quamprimum ea commissa est, in eandem transit, nulla apud transigentes eandem tollendi potestate remanente, per ea, quæ tradit Roman. *in d. l. si pecuniam. nu. 22. ff. de cond. ob caus.*

Responsio ad III. dubitandi rationem.

Præterea etiam ratio ex *d. l. 3.* allata, nihil officit, propter rationem diversitatis. Nam in casu *allegata L.* servo nulla ex ea pactione actio acquiritur, cum ejus sit incapax, † (325) quia quantum ad actus Civiles attinet, pro mortuis habentur, Schneidew. *in paragraph. cum autem. numer. 2. Institut. quib. mod. jus patr. pot. solvitur.* At in nostro casu Ecclesiæ acquiritur actio utilis, argum. *l. quoties C. de donationib.* ideoque actio eidem semel quæsita absque ejus consensu, tolli haud potest, *l. quod nostrum ff. de reg. Jur.*

Responsio ad IV. dubitandi rationem.

(326) Ad quartum denique argumentum † respondetur ea, quæ de omissa acceptatione absentis in casu donationis causa mortis, facta commemorantur, in stipulatione pœnæ inter vivos factæ non procedere, sicut nec in donatione inter vivos inita locum habent: † (327) Quemadmodum enim modus appositus donationi in favorem tertii validus omnino censetur, etiamsi id pactum eave conditio à nemine absentis nomine acceptata fuerit; uti explicat Jason *in d. §. Flavius. num. 22.* ex qua tertio absenti, etiamsi nemo ejus nomine pactionem receperit, actio utilis quæritur: Ita etiam pactum, de pœna Ecclesiæ applicanda inter Protectorem & clientes conventum, licet Ecclesiæ nomine eam nemo acceptaverit, validum est, adeo, ut paciscentes eam pœnam sibi, non possint remittere, in præjudicium Ecclesiæ, eo quod pœna ista apposita sit in pacis & concordiæ favorem, atque ideo nec remitti possit in præjudicium alterius: ne facilitas remissionis ansam discordiæ, ac simultatibus præbeat.

(328) Quin etiam Jure cautum est, † quod post diei, qua pœna stipulata fuit, adventum etiam nulla facta traditione pactum appositum irrevocabile sit, † (329) quia ex contractu etiam donationis, dominium ipso Jure absque traditione in Ecclesiam transit. *l. ultim. C. de sacrosanct. Eccles.* text. manifest. *in l. si partem, in fin. ff. quemadmod. servit. amitt.* atque ita in specie tenent Jason *in §. Flavius. num. 17.* & *ibi* Socin. *num. 14.* Ex quibus deducitur intellectus *ad d. l. ultim.* ut procedat non tantum in donatione vera & perfecta, sed etiam in ea, quæ oritur ex pacto donationi, privato factæ, adjecto, ut post certam diem, rem donatam, Ecclesiæ restituat. † (330) Nam & quilibet privatus, Ecclesiæ, piisve causis stipulari acquirereque potest, gloss. communiter approbata *in cap. quoties cordis, quæst. 7.* cujus *in d. §. Flavius,* meminit Jas. *num. 24. & in l. stipulatio ista. §. alteri. num. 6. ff. de verb. obligat.* Felin. *in c. si cautio. num. 27. de fid. instrument.* idem erit jus quæsitum etiam ante diei eventum, postquam præmissa nomine absentis hujus pacti acceptatione sequuta fuerit tacite vel expresse absentis ratihabitio.

In quantum temporis intervallum Advocatiæ conventio utiliter ineatur.

(331) His ita deductis, quia & illud formam protectionis maxime respicit, *in quantum † scilicet intervallum pacta protectiva utiliter concipiantur,* ideo hoc loci de temporis interpositione aliquid etiam statuere oportet. Ea autem in re, † (332) quod alii in fœderibus contrahendis suadent, ipse etiam in protectione ineunda consultius, & conducibilius esse existimo, ut brevi temporis intervallo, certo tamen, puta, decem, aut viginti circiter annorum spatio clientela definiatur, cum pacto tamen eam redintegrandi.

Pactio temporalis Advocatiæ inter Othonem Henricum Comitem Palatinum Rheni Neoburgicum & Monasterium Caesariense Anno 1553. inita.

(333) Prout in simile tempus, † hoc est viginti octo annos, intervenientibus arbitratoribus Reverendissi. ac illustrissimo Domino Othone S. R. E. Tit. S. Sabinæ Cardinale, Episcopo Augustano, ac Præposito Elwacensi, & nobili atque eximio Domino Georgio de Haslang Consiliario Bavarico ac Præside Ingolstadiensi Anno 1553. Advocatia Monasterii Keysersheim / Serenissimo ac Illustrissimo Principi, Domino, Otthoni Henrico Comiti Palatino Rheni ac Duci Bavariæ sub anno quadringentorum aureorum honorario conventa fuit, certa dispositionis formula, quam Acta publica alibi allegata exhibent.

(334) Sic itidem Genevates cum † Bernensibus An. Domini 1528. fiducia clientelari contracta Patrocinium annis triginta definivisse, testatur Joan. Bodin. *de Republ. lib. 5. c. 5.*

Annalis temporis pacta Advocatiæ exempla.

Nihil tamen refert, imo interdum consultius esse videtur, ut multo brevius Advocatiæ terminandæ tempus constituatur, uti non desunt exempla, ubi unicus duntaxat annus defensionis conventioni præfixus fuit: Sic enim Henricus Comes † de Werdenberg Præfectus superioris Sueviæ, cum ei Imperii nomine Monasterium Salemitanum protegendum commissum fuisset, annale tempus ejusmodi protectioni constituit, ceu patet ex literis ab ipso datis, Anno 1331. quarum extractum nobis exhibent Anticategoriæ Salmenschweil: contra Heiligenberg / per Dn. Matth. Klockium publicatæ *sub Tit. probat. sectio. 17.* in quibus inter alia habentur de tempore ista verba. Davon haben wir jhn gelobt / daß wir von Sanct Michels Tag/vnd dann an vber ein Jahr / nintes von jhn son mutan / vnd son sie schirmen gegen den Landherren / vor vngewonlicher gastung/ 2c.

Ita etiam cum Anno 1326. Comes Hugo † de Montfort, ejusdem Monasterii Protector Advocatus fuisset, Reversalibus suis non nisi annale tempus inseruit, in quibus professus est, daß er den Abt vnd Convent zu Salmanschweil vnnd alle jhre Leut-mit Leib vnnd mit Gut in sein Schirm vnnd Geleid genommen / vnnd dargegen jhnen mit guten Trewen gelobt / sie vnnd jhr Gut zu schirmen vnnd zubegleiten/wo er könte vnd mög / gegen empfahung zwantzig pfund Pfennig Costantzer Müntz / vnnd eins Fuder Landweins Costantzer messe: Aber das von keines Rechten wegen / noch von keiner Gewohnheit / wann von unfrieden wegen deß Lands / daß er sie vnnd jhr Gut

Gut besto daß von nun biß über ein Jahr (unnd daß es dann außheissen soll) ꝛc. geschirmen möge / quæ & tum justa ac usitata formula contractus Protectitii fuisse videtur.

335 Causa, ad breve duntaxat tempus protectionis ineunda. Causa I. Ratio autem cur ad tam breve tempus Advocatia paciscenda sit, multiplex assignari potest, tum quod eadem † vis sit ad decem, aut viginti annos, ac ad certum institutæ tutelæ, dummodo Partium arbitrio relictum sit, Advocatiam tempore expiratam ad totidem, vel aliud certum annorum spacium revocare, eleganter in terminis fœderum Joach. Clut. *Fascic. paradox. historico polit.* ex Bodin. *de Republ. concl.* 20. *sub lit. B.* ut postea, prout visum fuerit, illud prolongare, vel protectioni se subducere possint. Jul. Chockier. *Thesaur. Polit. lib.* 2. *c.* 11. Hænon. *disp. polit. ult. thes.* 21. Remig. Fetsch. *dissert. de fœder. thes.* 23. *in not. lit. A.*

336 Secunda. tum etiam, quod † satius sit, ut pactiones clientelares, mutuo rursus consensu de novo renoventur, & roborentur, quam ut inviti clientes, sive etiam Patroni in perpetuum, aut longissimum tempus, in protectionis *337* unione stare cogantur. *Invitum enim,* † ait Publ. Syr. *in Mim. qui servat, idem facit occidenti:* quo pertinet & illud Horatii *lib.* 1. *Epist. ep. ult.*

Quis enim invitum servare laboret?

Quin etiam cum ad longum tempus Advocatia constringitur, plerunque fit, ut protectorum initio conceptus ad defensionem præstandam ardoris spiritus remittatur, ac successive frigescat, clientumque personæ paulatim vilescant, arg. eor. quæ not. Waremb. ab Erenb. *lib.* 2. *c.* 1. *de fœder. n.* 47.

Quod ipsum etiam pulchro simili declarat, ab Amo-*338* re † monstro simili picto, sumpto, Celsus Mancinus, Ravennas. *lib.* 6. *de Jure principatuum. cap.* 6. *Antiquitus,* inquit, *Amorem monstro similem pingebant cujus caput erat humanum, anteriora partes Leonis corpus Capræ, postrema in serpentis partes desinentes. Oblectamur iis, quæ magna proponuntur nobis. Animus humanus, a Deo excellentissimus proveniens, ima negligit, suprema desiderans, quæ aliqua suasione, nobismet ipsis pollicemur facile fore, ut ea assequamur. Si animo insederint nostro hæ cogitationes, illum efficiuntur domina, tunc desiderium nos invadit, quod vim quandam Leonis sapit insuperabilem. Verum quoniam omnium rerum est vicissitudo, & quæ hic fiunt, ut dixit Salomon, vix momentum habent stabilitatis, tempore nova ferente; alte consideramus, Caprarum ascensum super cacumina montium imitando pœnitet nos factorum pœnitet nos promissorum. Amor rei, qui nobis sese obtulit in specie humana sæpius desinit in amaritudinem serpentis. In serpentis partes desinit actio, in cordis nostri venenum. Præterea actiones nostra humanæ voluntati subduntur; Hæc autem semper novo succenditur desiderii, amorisve igne. Quare mirum certe non erit, si amicus fœderaq́, Principum tanto animorum consensu inchoata, tempore vires amittant, atq́, langueant. Et ideo magis evenit, quando unus alterius æmulus erit, inter illos, qui hac unione sunt conjuncti, in illo non est timor promissorum custos. Ad hæc, cum sit æqualis virtus, pro certo habens propriis viribus adipisci ea, pro quibus pugna suscipitur hac spe allectus fœderis unio facillime interibit.* Hæc ille.

339 Cautela in Jure clientelari ineundo observanda. Quoniam † igitur occasione promissæ defensionis interdum oritur offensionis periculum, ideo *in Jure hoc clientelari ineundo ac sanciendo cautelas quasdam singulares observare oportet,* quas ordine, ut occurrerunt, hoc loco subjicere placuit.

Cautela I. Prima igitur providentia esse debet, ne facile clientes potentissimorum gratuitas † Advocatias quærant, quia non caret maximo periculo Patrocinium potentiorum gratis subire, etiamsi illi gratis se suscipere, simulando promittant. Et hanc cautelam suggerunt Germanorum illa proverbia dicentium, mit grossen † Herren ist nicht gut Kirschen essen/ juxta illud:

An nescis longas Regibus esse manus.

und seÿ böß Gäst laden / † deren der Wirth nit mächtig seyn könne.

Hocque qui neglexerunt consilium, multi Reges, & inprimis Græciæ † Imperatores in Turcarum, quos *340* protectionis, & auxilii gratia advocarunt, potestatem venerunt. Hippol. à Collib. sub persona Joan. Wernh. Gebhard. in den Fürstl. Tischreden. *lib.* 3. *c.* 24.

Quin & omnium Gentium docent Historiæ, quod plerunque potentiores † ab imbecillioribus ad belli societatem invitati, ipsos tandem oppresserint. Ac sæpe qui extranei ad partem duntaxat regionis possidendam vocati fuerunt, insidiose tantum totius facti fuere domini, quod multis rerum documentis probat [illegible] *axiomat. Polit.* 248. Hunc in modum omnes fere populos † Romanorum Patrocinia invocantes subjugatos esse Historici testantur. Casp. Ziegler. *in comm. concl. ad Aur. Prax. Nicol. Calvol. concl.* 1. §. *Landsassii, nu.* 103. D. Hepingk *de jur. protect. thes.* 16. *sub lit. fin.*

341 Et magis † quidem periculosa esse censetur potentioris in protectorem susceptio, si is vicinus sit. Quamvis enim *in supradict. l.* 3. §. 9. *ff. de lib. hom. exhib.* cautum fuerit, vicinos non ferre † debere, ut vicino libertas eripiatur, id tamen apud Principes dominationis † avidos haud valet, siquidem illi ferre vix possint, ut vicini libertate fruantur. Christ. Besold. *de fœder. jur. d. c.* 4. *n.* 11. Quod & fatebatur olim Pyrrhus, † qui cum Athenas venisset, & Palladis arcem ingressus, rem divinam fecisset, Atheniensium erga se fiduciam magnifecit, ac collaudavit quidem, ceterum admonuit, si saperent, ne posthac cuiquam Regum portas aperirent, significans, omnibus Magnatibus natura † invisam esse populi libertatem. Erasm. *in Apoph.* idque & Italicæ olim hodieque Hanseaticæ Civitates nimis verum esse indies experiuntur. Caute ergo liberæ Respubl. cum Principibus vicinis Advocatiæ conventiones inire debent, ne cinerem vitantes in prunas incidant.

Verum, quia de potentioribus, quatenus in Patronos assumendi sint, *superiori etiam VII. Capit. circ. fin.* nonnihil diximus, eo Lectorem remittendum duximus.

Cautela II. 342 Secunda igitur cautio esse debet, ut fœdus Advocatiæ non ad † longum aut indefinitum tempus auff [illegible] ein lange und geraume Zeit / contrahatur, hortante Petr. Gregor. Tholos. *lib.* 12. *c.* 11. *num.* 6. *de Republ.* atque ex eodem Herm. Goechusius *inter Arum. discurs. Academ.* 28. *conclus.* 92. de fœderibus loquente & ante illum Warem. ab Erenb. *d. cap.* 1. *ante n.* 50. ubi monet, hanc cautelam accurate observandam esse, idque primum propter metum abusus, qui ex tempo-*Ratio cautelæ I.* ris diuturnitate oriri solet, de quo vide omnino Bodin. 4. *de Republ.* 4.

Ratio II. Deinde propter incertitudinem & generalitatem obligationis: eo, quod sermo † generaliter effusus facile effluat, & quempiam in promptum periculum incurrere faciat, arg. *l. si pater.* 7. *in fin. C. de dot. promiss.*

343 Ratio III. Præterea etiam protectio sic inita, † propter incertam longi temporis definitionem tanto est periculosior. Etsi enim Jurisconsulti asserunt, tempus longum † ad decennium restringendum esse secundum gloss. *in clem.* 1 *in verb. ad modicum ibique* Dd. *de reb. Eccles. non alien.* Alexan. *cons.* 17. *lib.* 4. & *in l. si filiusfam.* § *si vir. num.* 25. *ff. solut. matrim.* Dec. *consil.* 142. *num.* 3 & *consil.* 204. *nu.* 2. Ite Boer. *q.* 134. *nu.* 1. 2. & 3. quo loci communem testatur, quem sequitur etiam Didac. Covar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 16. *n.* 1. *vers. locatio autem.* Paris. *cons.* 98. qui alios plures retulit. Et est text. *in l. si cum fideicommisso.* §. *Aristo, ff. qui & à quib.* ubi IC. inquit, *si non* dica

diu in libertate fuisset, id est, *non minus decennio*, Pariterque in longum tempus, sive in longum diem cavere, sit in annos decem cavere, *l. penult. ff. de prætor. stipulat. l. 1. ff. de rip. muniend. l. si finita. §. 1. ff. de damn. infect.* Dd. *in l. si de eo. §. fin ff. de acquir. poss.* Ruin. *consil.* 58. *vol.* 4 & *consil.* 148 *vol eod.* Roland. à Vall. *consil.* 9. *vol.* 3. Id tamen perpetuum non est, quia longum † tempus, sive diu, alibi tantum septennium significat, gloss. *in d. clem.* 1. *in gloss. ultim. de reb. Eccles. non alien.* & clarius Abb. *in cap.* 1. *ne prælat. vices suas.* Et alibi usque ad quinquennium duntaxat extenditur, *gloss. ultim. clem* 1. *in fin. de reb. Eccles. non alien*, Calcan. *consil.* 125. *num.* 11. *vers. tempus autem.* Quinimo alibi, non nisi biennium dicitur, ut retulit *gloss. in d. clem.* 1. *gloss. ultim. in fin. de rebus Eccles. non alien.* & adducitur ex text. *l. cum domini* 56. *ff locati.* & *Instit de literar. oblig. in fin.*

344 Atque ideo † communiter longi temporis definitionem arbitrio Judicis tradiderunt, quod ipsum affirmavit *gloss in l.* 1. *§. quod aut ff. de superfi.* ubi Bart. idem statuit, gloss. *d. clem.* 1. & *gloss. ultim. de reb. Eccles.* atque hanc esse communem sententiam attestatur Alexand. *in l. si vir. num.* 25 *ff solut matrim.* Bart. Alexand. & Jas. *in l. si pœnam ff. de verb. obligat.* nec dissentit Calcan. *consil.* 125. *nu.* 12. Neguzan. *de pignor. part.* 6. *princ.* 3. *memb. num.* 46. Rebuff. *tract. de alien. rer. Eccles. num.* 26. Bellarm. *decis.* 747. *n.* 1. Menoc. *de arbitr. Jud lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 5. *n.* 12.

Quamobrem, propter illam dubiam interpretationem quæstio quotidiana, quamdiu fidejussor steterit in obligatione, ad arbitrium etiam Judicis pertinet, Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. Iud. cas.* 42. & ita non semel in judiciis pronunciatum adseverat Erenb. *d. c.* 1. *n.* 51. Melius

345 itaque est, † certum tempus idque breve determinare, quam se concertationibus Dd. committere, atque subjicere, qui ipsi inter se non consentiunt. Propterea † au-

346 tem breviori temporis intervallo Patrocinium Advocati Tutelari terminandum est, ut si clientibus grave videtur, mutari, honestum vero & proficuum si sit, continuari possit Bodin. *de Republic. lib* 5 *cap.* 6 *num.* 584. 585. idque potissimum in popularibus & optimatum Imperiis, quæ quodammodo sempiterna sunt obtinet. Idem Bodin. 5. *de Republ* 6. *p.* 9. 914. ubi exemplo hoc declarat, confer Hænon. *de Republ. d.* 13. *l.* 21.

Hinc etiam Advocatos † Monasteriorum antiquitus, ut plurimum non perpetuos, sed revocabiles fuisse constat. Id quod sæpiuscule ipsorum fundatorum & Advocatorum primorum voluntate ita constitutum fuit verentium, ne post mortem suam per filios nepotesve injuriam aut violentiam aliquam Monasteria paterentur, si Advocatiæ hæreditario Jure ad posteros devolverentur: Ea de causa in fundatione Monasterii Chomburgensis per Ruthardum Archiepiscopum Moguntinum, volentibus fundatoribus inter alia cautum fuit, ut Advocatus ipsius Præfecturam illam semper ab Imperio Romano non tamen hæreditario acciperet, id quod notavit Mart. Crusius *Annal. Suevic. lib.* 2. *p.* 2. *c.* 2. *p.* 244. Unde in simili laudabili-

347 ter † à summis Pontificibus constitutum est, ut Ecclesiæ bona ad tempus longum non locentur, ne scilicet in successorum detrimentum fructus distrahantur *c. ult. ne prælat. vices suas.* & *clem.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Eo, quod alienare dicatur, qui ad tempus longum locat, per Bald. *c.* 1. *in princ. de iis qui feud. dar. poss.*

348 Tertia ineundæ clientelæ, providentia sitne † Advocatia ad beneplacitum contrahentium auff beyderseits

349 wolgefallen/ instituatur, quia tutum † non est, in protectionis negotio alicujus mero arbitrio aliquid committere, ut in simili fœderum argumento caute monuit Erenb. *lib.* 2. *meditam. pro fœd. c.* 1. *nu.* 54. ubi dicit, † fœdus, ad beneplacitum contrahentium initum periculosum, & non facile probandum esse, uti & locatio ita facta non caret difficultate. Vincent. Carbt, *tract. locat.* & *conduct. part.* 5. *grad. accid.* 6. *quæst* 12.

350 Ratio autem, † cur à tali protectionis formula abstinendum esse censeamus, illa maxime occurrit, quia si ad beneplacitum concipiatur Advocatia, potest Advocatus Tutelaris eo forsan tempore, quo clientes ejus opera, & auxilio potissimum indigent, Juri protectionis renunciare & sic clientes indefensos relinquere. Consultius † igitur est, ut in pangenda protectionis fide contrahentes determinate loquantur, tum ne una in re conventio utiliter facta, in alia dispendium afferat, vel causam detrimenti præbeat, quod præcavendum esse admonet Paulus IC. *in l.* 27. *§.* 4. *in fin. ff. de pactis*, tum ne quis propter effusum generalem sermonem in promptum incurrat periculum *l. ult. C. de dot. promiss.* Herm. Goechus. *inter discur. Academ.* 28. *concl.* 95.

351 *Cautela IV.* Quarto cum protectores belli tempore † plerunque Guardias militares, in civitatibus clientelaribus securitatis gratia collocare soleant, omnino clientibus in id incumbendum est, ut statim bello confecto † milites conducti, honeste dimittantur, nec diuturnam in locis illis stationem habere permittantur, ne sublato belli motu subditos molestandi, vel eosdem ad res novas sollicitandi, occasionem quærant. Majol. *dier. Canic. tom.* 3. *colloq.* 2. Petr. Greg. Tholos. *de Republ. lib.* 11. *c.* 11 Dan. Otho *de jur. publ. c.* 11. *p.* 409. Chockier. *Thesau. Polit. c.* 11. Omnibus modis autem cavendum est ne

352 protectores, oppida † vel arces clientelares præsidio militari teneant Bod. *de Repub.* 5 *c.* 6. idque, ne ex ipso, quod dicitur bove lora sumant. Tali enim modo, ut *in c.* 1. dictum est, Vienna, † Constantia, Trajectum & Cameracum, quæ Archiducum Austriacorum Patrocinia advocaverant, recepto præsidio, libertatem amiserunt. Quod attendentes Borussi, † antequam in Polonorum clientelam se darent, vafro, sed oportuno consilio, Arces, præsidio urbibus imposito, universas diruerunt Charion. *in Chron. p.* 1050. Sic etiam Scoti †

353 cum Anno 1559. in Anglorum protectionem se dedissent, diligenter ac provide curaverunt, ut & obsides ipsis darentur, quos renovare sexto quoque mense, nec arcem ullam Anglis in Scotia habere liceret. Reinh. Königs *disert. de Fœder. th.* 25. & Fetschius *th.* 13. In quo quidem olim ab Atheniensibus peccatum est, quod cum Antipatri, deinde Cassandri, post etiam Ptolomæi ac Demetrii clientelam optassent, arcem illis præsidio militari munire permiserint; ab iis enim hac occasione, à quibus servitute liberari debuissent, oppressi fuerunt, ut refert Bod. *lib.* 5. *de Republ. c* 6. Quod etiam Belgis confœderatis nostro sæculo Principis Alenconii sub protectionis & auxilii specie machinationes non illico animadvertentibus magno incommodo cessit, qui merito omnibus exemplo esse debent, ne rebus minus exacte exploratis per quæsitam alienam protectionem suæ incommodent Reipubl. Hœn. *disp. polit.* 13. *thes.* 21. *lit. H.* Nihil enim verius quam quod à Bruto Tribuno Plebis, velut ab oraculo in populi Rom.

354 concione dictum est, *unam † esse tenuium adversus potentiores securitatis cautionem, ut scilicet potentes si nocere velint, non possint.* Cum nocendi † voluntas ambitiosis hominibus & imperandi cupidis nunquam sit defutura.

355 *Cautela V.* Quinto clientibus summo etiam studio † in id incumbendum est, ut non nisi æquissimis conditionibus Protector cooptetur, in quem à clientibus nihil potestatis, excepta sola defensionis faciendæ obligatione, transfundatur: reliqua vero Jura salva & integra clientibus reserventur, cum enim quivis † rei suæ, quam vult legem figere possit *c. verum de condit. appos. l. quoties C. de donat. quæ sub mod.* Paris. *cons.* 32. *n.* 28. *vol.* 1. & con-

contractus † primordium inspicere oportet *l. si tantum, ff. ad Senat. Macedon. l. si voluntate C. de rescind. vendi. l. unica in fi. C. de impon. lucr. descrip.* in tabulis † Protectionis omnino exprimendum est qualiter se Clientes aliorum alis submiserint, M. Stephan. *de jurisd. li.* 2. *c.* 1. *p.* 2. *n.* 23. 76. Sixtin. 1. *Regal. c.* 4. *n.* 86. Curt. Jun. *cons.* 124. *n.* 2. *p.* 2. Roland. *de commiss. part.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 21. 22. Quo pertinet quod Carolus V. Imp. † *in Reform. Eccles. Stat. Imp. in Comit. Augustanis Anno* 1548. ad deliberandum proposita atque ab eis probata, atque recepta *c.* 19. §. *fin.* statuit, ut Advocatis, qui Advocatis non sunt abusi limites & Jus præscribatur, quo quid alteri alteris debeant, aperte constet. Quamvis enim nemo † quod mente non agitavit, dixisse existimãdus sit *l.* 7. §. 2. *ff. de supell. lega.* tamen cum hominibus † ad fraudem paratis, color aut effugium, ne pacto stent, nunquam desit, idque nullis conventionum formulis vitari possit, hinc illis quicunque loquuntur,

Ore aliud, clausoque aliud in pectore condunt.

Omnis, quoad ejus fieri potest ad circumveniendum per æquivocationes, præcludenda est via, ideoque omnia verborum † aucupia, in tabulis clientelaribus vitanda & omne Thracicum fugiendum est commentum, Unde est quod olim, antequam Advocati Monasteriis præficerentur, libertatis ac commodorum ejus loci diplomata publice iis prælegerentur, sicut à Luitoldo Achlamensi Comite † Guelphonem Bavariæ Ducem, Abbatis & Capituli consensu Monasterio Zuifaltensi, Advocatum constituente factum esse Crus. *Annal. Suev. lib.* 8. *p.* 2. *c.* 12. *p.* 282. testatur.

Cæterum si forte † liber populus vel civitas aliis quibusdam pactis ac conditionibus sese alicujus patrocinio submittat, singulariter cavendum. & in protectione cõstituenda determinandum est, protectoribus ultra illa pacta nihil Juris in Clientes esse debere, prudenter hoc suggerente And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 54. *in fine.* ubi dicit, multas in Germania Civitates † esse, quæ certa lege & conventione superiorem agnoscant, & extra pacta conventa sua placide fruantur libertate, *l.* 2. *ff. de jur. immun.* Barbat. *cons.* 11. *n.* 42. *vol.* 1. Paris. *cons.* 16. *n.* 25. *vol.* 4. Socin. *cons.* 7. *n.* 3. *cum seq. vol.* 1. Dec. *cons.* 360. *n.* 7. *& seq.* Roland. à Vall. *cons.* 1. *n.* 45. *vol.* 1. Curt. Jun. *cons.* 186. *n.* 22. *vol.* 3. ubi ex hoc infert, hujusmodi Civitates non posse ultra pacta conventa collectari, cum sit † limitata, ac super certis duntaxat pactis & conditionibus fundata Jurisdictio, quæ limitatum producat effectum, & non extendatur ultra expressa in conventionibus & pactis. Dec. *d. cons.* 360. Socin. *in l. si ex toto ff. de legat.* 1. Bart. *in l. non dubito. nu.* 1. *ff. de capt. & postlim. revers.* Bald. *in l. etiamsi, n.* 7. *C. de Jur. dot.*

Cum † igitur quilibet quoad quædam se alii submittere possit, in reliquis vero liber maneat Bart. *in l. non dubito. ff. de captiv. & postlim. revers.* Bald. *in l. etiam n.* 10. *C. de Jur. dot. & in l. executorem num.* 28. *vers. sed quæro de Civitatibus confœderatis. C. de execut. rei judic.* Socin. *in l. si ex toto in fin. ff. de legat.* 1. Clientes † si curiose ac attente capita submissionis signaverint tantum quoad expressa pacta & conditiones obligati censebuntur, in reliquis vero liberi manebunt. argum. *l.* 2. *ff. de jur. immunit. d. l. non dubito §. liber populus. & l. quæsitum, in §. idem respondit*, ubi glos. *in verb. non potest. de fund. instruct. legat.* Paris. *consil.* 16. *n.* 25. *lib.* 4. Socin. Sen. *cons.* 286. *n.* 22. *lib.* 3. Roland. à Vall. *cons.* 1. *n.* 45. *& seq. lib.* 2. Dec. *cons.* 360. *n.* 7. *& seq.* Sic enim certa exprimendo, ad quæ voluerint teneri, declarãt se reliquis vinciri nolle. *l. cum de lanion. §. cum fundus, ff. de instru. leg.* Choppin. *lib.* 1. *de doman. Franc. tit.* 6. *n.* 19. Mantica *lib.* 27. *de tac. convent. tit.* 7. *n.* 17. Surd. *cons.* 234. *n.* 6. Nevizan. *consil.* 66. *n.* 24. *&* 51. Roland. à Vall. *consil.* 1. *n.* 45. *vol.* 2. Cacheran. *decis.* 139. Cum † voluntas hominis in verbis sicut facies in speculo consistat, & ubi verba sunt † expressa, voluntatis supervacanea sit quæstio; nec ullo modo fieri possit ut verba id dicant, quod non significant, Cravett. *consil.* 10. *num.* 2. *vol.* 1. Capic. *decis.* 17. *num.* 6. Thoming. *decis.* 13. *num.* 28.

Ad cauta ergo in Protectionum literis obstrictus ut cliens duntaxat sit, omnem curam adhibeat, non ultra, aut defensione patroni aliter non utatur Erenberg. *lib.* 1. *de fœder. cap.* 4. Natt. *cons.* 636. *nu.* 35. Cravett. *cons.* 463. *num.* 13. Mynsing. *consil.* 13. *num.* 10. *dec.* 2. Hæc enim Advocatiæ permanentis una futura, ut sine dolo, sine fraude, *ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης* ineatur ac sustineatur. Quæ si misceat Protector, Pænus erit, divertat subito, resque suas sibi habeat.

Proinde summa † ac diligentissima provisio esse debet, ut protectionis capitula caute, (Caute, non tamen nimis caute, cum omnis in cautelis † nimietas dolum fraudemque inducat assertore Mart. Monter. *respon.* 47. *per tot.* & sæpius quo plus † cautelæ, eo plus fraudis subesse soleat Flam. de Ambas *cons.* 98. *numer.* 52. *vol.* 2.) attente, ac prudenter componi ac signari curent clientes, ut semper protectionis conditiones certæ ac perspicuæ sint, neque admittant callidas interpretationes, ad normam proverbii Italorum, *Patto chiaro amico caro.* Vix enim frequentior ac speciosior repetitur perfidiæ prætexus quam ambiguitas verborum, cujus rei multa subministrat exempla Theatrum Zwingeri *vol.* 7. *lib.* 5. *p.* 1951. sæpiuscule etiam non in verbis tantum, sed & † literis ac syllabis fraudem contexere solent, uti contigisse ajunt Philippo Hassorum Principi; cui scripto inter alia cautum erat, daß er mit einiger Gefängnuß nit beschwert werden solle/ postquam vero ab Albano Duce carceri mancipatus contra datam fidem secum agi quereretur, ipsæ literæ producuntur, in quibus scriptum erat, daß er mit ewiger Gefängnuß/ etc. Hortleder *tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 78. Schleidan. *lib.* 19. Lampert. Hortens. *de bell. Germ. lib.* 7. *f.* 426. Nihil sane in tanta perversorum hominum multitudine tam firmiter contrahitur, quod non inveniat sinistrum interpretem: & sunt hodie ex numero Juris non peritorum, sed perditorum, die sich rühmen/ daß kein Verschreibung so starck / dardurch sie nicht ein Loch machen können. *Auctor. discurs.* Wie dem Justitienwerck zu helffen/ *pag.* 841. Hering. *de fidejuss. c.* 19. *num.* 31. Quare in protectionum literis, inter alia diligenter cavendum & sanciendum est, ut Jura † omnia tam ordinarii magistratus, cui protegendi subsunt, quam ipsorum clientum salva & integra futura sint, suasore Bodin. *de Republ. lib.* 5. *c.* 6.

Nisi enim hac in parte summum adhibeatur studium, facile, quod & *alibi* monuimus, contingere potest, ut ex patronis fiant Dominatores, interdum etiam tyranni, ex clientibus autem subditi ac servi, indeque ex Advocatia magis onus subjectionis, quam beneficium defensionis oriatur. Quod quidem tum maxime fieri solet, quando protectores † assumpti nimia pollent vi ac potentia, id quod prudentissimus advertit Erenberg. *meditat. pro fœder. cap. cit. lib.* 1. *ante numer.* 15.

Cum igitur tantæ sint hominum fraudes, tot in mentibus pravæ interpretationis latebræ, tantique deceptionum recessus, ut occasio fidei violandæ ex rebus etiam quibusque levissimis quæratur, clausula illa literis inserenda est, *ut quicquid in formula non invenitur, illud in Advocatia functione non usurpetur, quæ vero semel in illis approbata & firmata sunt, ea ad amussim observentur, neque sinistris cavillationibus subjiciantur.* Haud † enim verba sunt captanda argu. *l. penult. ff. ad exhibend.* sed illa voluntati & intentioni recte sentientium,

non subtilitati inservire debent, *l. 3. §. conditio. ff. de adimend. legat.*

Quod ipsum etiam innuunt Interpretes Juris, quorum subsequentia in simili rerum genere, confœderationum nempe dogmata traduntur: Capitula nimirum & verba confœderationis dubia, secundum verisimilitudinem esse interpretanda, & etiam secundum rei naturam: ita ut sit utile colligationi & societati, non autem uni duntaxat ex confœderatis, vel magis uni, quam alteri, eo quod fieri debeat ad bonum commune Bald. *conf. 343. incip. examinanda sunt, lib. 1.* Et hinc qui se fundat in pacto confœderationis, ut aliquid acquirat in dubio contra eum interpretatio fieri solet, Abb. *conf. 50. n. 3. lib. 2.* Roman. *conf. 359. n. 12. & seq.* Suntque interpretanda secundum arbitrium boni viri & rationabilem moderationem Bald. *d. conf. circa init.* Sunt enim capitula confœderatorum, de sui natura bonæ fidei, propter societatem, ubi etiam clientum & patronorum, prout alii omnes mundi contractus fallaciam respuunt, & ad bonam fidem reducuntur, Christ. Besold. *de jure fœder. c. V. sub n. ult.*

366 *Controversia inter Patronum & clientes certa qualiter ex literis protectionis vel aliter tolli possit.* Cæterum si contingat † forsan, aliquam inter Patronum & clientes controversiam exsurgere, si ea, ex verbis literarum clientelarium tolli possit, ad easdem inprimis recurrendum est, ex consilio Farin. *decis. 146. n. 16. in Novit. noviss.* & Pautmeist. 2. *de jurisd. c. 9. n. final.* In verborum autem † interpretatione, sequentia cum antecedentibus ita sunt conferenda, ut si quid in una parte obscurius dictum sit, ex alia, ubi clarius expressum est, 367 declaretur *arg. l. 17. pr. & l. 50. §. final. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. 15. n. 27. de V. & P. S.* Surd. *conf. 313. antiqua est, n. 88.* Mantica *de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 9. n. 3.* & Decian. *conf. 41. n. 41. & conf. 57. n. 49. vol. 1.*

Si autem Resolutio dubii ex tabulis conventionis haberi 368 † nequeat, tunc indagandum est quid in simili casu, qui dubius est, ibi locorum fieri consuetum & observatum fuerit, & secundum observantiam antiquam controversia dirimenda aliorumque casuum similium observantiam executioni datam, etiam inter eosdem erectæ protectionis conventio regulanda est, per doctrinam Dn. Menoch. *conf. 748 incip. disputatio n. 19.* Decian. *conf. 44. n. 28. vol. 4* Burlat. *conf. 16. incip. Multum magnificus n. 39.* Bald. *in l. 18. C. de pact.* Cravett. *conf. 828. n. 11.* Matth. Afflict. *decis. 226. n. 4.* Joseph. Ludov. *in comm. opin. concl. 38. n. 4.*

Cautela VI. Sexto (quod primo loco monuisse oportuit) Clientes, 369 in tempore † Protectores, ut constituant, curare & non in medio demum belli ardore de rebus, tanquam in pace libera, de tutelari præsidio, deliberare debent *Liv. lib. 24. c. 45.* Non enim facile in adversitate † & instante periculo inveniuntur auxilia, quæ in pace non fuerunt quæsita: Et pessime rerum adversarum † socii quæruntur quibuscum rebus adhuc salvis, spem integram non communicavimus, adeoque turpe † censetur auxilium ab iis petere, à quibus antea rebus in arduis consilium 370 non est petitum *Liv. lib. 5. c. 17.* Quare nonnisi † inconsultorum Rerumpub. quæ prudentia, viribus consilioque destituuntur, consuetudo est, ut duntaxat ad ea quæ præsens urget necessitas, oculos intentos habeant, & necessitate magis quam matura deliberatione ad providendum suis necessitatibus, impellantur Machiav. *disp. de Republ. lib. 2. c. 15. p. 275.*

Quamvis enim non nisi efflagitante necessitate externus Patronus quærendus sit, ad not. Cruf. *Annal Suev. lib. 10. p. 2. c. 10. p. 409.* quemadmodum Ordines Provinciarum 371 † Belgicarum aliquot fœderatos, cum nulla spes pacis aut securitatis à Philippo Hispaniarum Rege effulgeret, & ipsi pecunia ac milite destituerentur, de potentissimi alicujus Principis vicini patrocinio deliberasse, Thuan. *part. 3. histor. lib. 60. in Anno 1575.* commemorat: Attamen necessitatem hanc in † tempore 372 prævidere, eamque subesse dissimulare, & ad electionem protectorum, quam necessitas extorsit, sponte se processisse simulare prudentum esse, ex Machiavello *disp. lib. 1. c. 51.* recte colligit D. Hepingk *differt. de Jure Advocat. conclus. 22. lit. C.* ubi ex Seneca addit partem † securitatis & in eo esse, non ex professo eam petere, Senec. *Epist. 14.*

Porro licet *supra* circa secundam † paciscendæ Advocatiæ 373 cautelam, id consilii suggestum fuerit, ut Advocatia non ad indefinitum tempus constituatur, si tamen contigerit, vel casus eveniat, quo indefinite & nulla temporis, vel annorum adjectione, ea constituta fuerit, non abs re quæri potest, *quamdiu illa durare intelligatur, & num talis conventio, perpetua atque utraque ex parte irrevocabilis esse censeatur.* *Advocatia nulla temporis adjectione pacta an temporalis vel perpetua esse censeatur.*

Et sane pro affirmativa decisione, videlicet protectionem, 374 eo modo initam, esse temporalem & revocabilem, militat primo, † quod Advocatia principaliter respiciat defensionem, & sic commodum eorum, qui in clientelam recepti sunt. At † vero Juris est clarissimi, 375 quod consensus & actus, qui respicit principaliter alterius 376 tantum, & non utriusque utilitatem, contraria illius voluntate dissolvatur, ut probat text. *in l. stipulatio ista, §. inter certam,* ubi plene per Dd. *ff. de verborum obligat. & in l. penult. C. de pactis.* *Prima decidendi ratio quod sit temporalis.*

Et † quicquid ad nostram utilitatem receptum est, 377 tamdiu durare debet, quamdiu nobis placuerit, & non ultra, idque libere repudiare, prodigere & abjicere possumus, *l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & cler. l. egregius. ff. de verb. oblig. l. filiusfam. §. divi ff. de leg. 1. l. cum pater, §. rogo, & §. mando. ff. de leg. 2. l. 1. ff. mand. inprim Instit. eod. tit. l. sub hac. ff. de actio. & obligat. l. sed & si lege. §. consuluit. ibi.* dum re sua se abuti putant, *ff. de petit. hæred. l. non usque, ff. si à parente quis fuer. manu. l. 1. §. & magis verb. prodegit. ff. si quid in fraud. patron. l. invito, ff. de reg. Jur. §. præterea. cum ibi notat. Instit. de Action.* ubi glossa ait:

Id portat leviter, quod portat quisque libenter.

Quod ipsum fuse exornat Ferd. Vasquius, *quæst. illustr. lib. 1. c. 47. n. 12.* ubi † dicit, omnem concessionem 378 factam ad meram concedentis utilitatem, intelligi esse revocabilem, per text. *in §. recte quoque, instit. de mand. per tot. tit. ff. & Cod. de procur. & Extra. eod. tit. in decr. & in 6. & Cod. ff. de mandato* juncta *l. quoties ab omnibus,* ubi in simili per Jason. *C. de fideicommiss. & d. l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verb. oblig. d. l. pen.* ubi multa per Jason. *C. de pact. l. si quis in conscribendo, C. de Episc. & cler. l. filiis matrem. C. de inoffic. testam.*

Cum igitur in Tutelari contractu † Clientes ad suam 379 utilitatem duntaxat, sese aliorum fidei submiserint, ut scilicet Advocatorum armis, potentia & consiliis adversus hostes suos defenderentur, ipsis sane ab inita protectionis unione discedere, & voluntatem mutare liberum esse debet, arg. *l. secunda, §. exactis, & §. deinde cum esset, & §. novissime, ff. de origine Juris. l. final. C. de pact. l. si quis in principio testam. ff. de leg. 3. l. si mihi & tibi. §. final. d. §. Divi. ff. de leg. 1. l. Titio Centum. ff. de conditione & demonstrat. d. §. mando. ff. de leg. 2. l. quoties ab omnibus, C. de fideicommiss.* cum similibus supra allegatis, id quod tanto magis locum habet in Advocatiis illis, quæ gratis sponteque susceptæ sunt, cum in illis nec faciens, nec recipiens defensionem, ut perpetuo præstetur ac recipiatur, cogi possit, ut ex *l. invitus & l. invito de R. J.* infert D. Hepingk. *de Jure protect. l. 17. sub lit. A.*

Deinde & hoc controversiæ † expers est, quod officium 380 defensionis Civitatum duntaxat temporale, utpote biennale sit, juxta gloss. *in l. 4. C. de defens. civit.* text. *in §. interim. Auth. eod.* Alciat. *respons. 54. nu. 3. tom. 3. lib. 8.* *Ratio decidendi altera.*

lib. 8. Et † quidem, ne Magistratus constituti à justitia deflecterent, neve Imperio sibi commisso abuterentur antiquis Jurisconsultis placuit, ut essent temporarii. Cothm. *ad titul. C. Ut omnes Judices tam civil. quam milit. in princip.* Ergo cum hi inter sese comparentur, ut *alibi* dictum, eodem modo officium Advocati fiduciarii censeri debet conductio temporalis ac revocabilis, ab argum à comparatis.

381 *Decisio contraria.* Verum † pro contraria, negativa scilicet sententia, alia argumenta tam rationibus quam authoritatibus validiora militant.

382 *Contraria sententia ratio decidendi prima.* Nam † primum Jure cautum est, quod ea, quæ duorum consensu fiunt, regulariter alterius tantum consensu dissolvi nequeant, sed demum contraria utriusque voluntate, *l. final. ff de acceptil.* §. *pactus ne peteret, & §. fin. Instit. quibus mod. re contrahitur obligat. & l. sicut ab initio, Cod. de action. & oblig.*

383 Quoniam † rationi conveniens est, ut quo genere negotia esse cœperunt, eo rursus dissolvantur, *l.* 35. *ff. de reg. jur.* idque etiam magnus ille Papinianus tradit, *in l. quamvis saltus.* 46. §. 1. *ff. de acquirend. poss. ibi*; eo modo vincula obligationum solvuntur, quo quæri solent, conjung. *l. prout* 8. *ff. de solut. l. quemadmodum,* 8. *ff. de acquir. poss.*

384 *Ratio decidendi II.* Deinde † non minus Jure receptum est, quod omnis conventio, in qua nihil de tempore definitum fuit, præsumatur perpetua, argum. *l. Jurisperitos, ibique* Bartol. *ff. de excus. tutor.* Matth. Wesenbec. *consil.* 144. *numer.* 20. expresse tradens, ubi nulla temporis sit facta mentio, intelligi actum durare in perpetuum, per *l. Servum C. de pœnis, & l. muneribus ubi Dd. C. de decurionib. lib.* 10. Tiraquell. *in Retract. lig.* §. 1. *gloss.* 2. *numer.* 4. Bald. *in l. solent,* §. 1. *quæst.* 4. *de offic. proconf.* Jason *in l. sufficit de condict. indeb.* Zas. *in l. si Stichum.* §. 1. *num.* 10. *de verb.*

385 *oblig.* ubi dicit in simili, si † Assessor vel Professor simpliciter & absolute assumatur, non definito annorum numero, quod præsumantur perpetui. Idipsum etiam sensit Dominus Menoch. *consil.* 219. *nu.* 12. ubi dicit, omnem conventionem semel initam, ubi subest æqualitas, perpetuam esse debere.

Ratio decidendi III. Tertia hujus rei ratio dari potest: quia scilicet factum non dicitur, nisi duret factum per text. & gloss. *l. si pro patre.* 10. §. *versum. ff. de in rem vers.* Tiraquell. *de utroque retract. in præfat. sub num.* 24. ubi tradit, quod nec is emptor censeatur esse, qui emptor non durat, de qua regula pro & contrà disputat Menochius *de adipisc. poss. remed.* 2. *nu.* 35. *& de retinend. poss. remed.* 1. *quæst.* 16. *numer.* 87. *usque ad numer.* 89. cui junge Frider. Mindan. *de process. Camer. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 4. *& sequentib.* item Zas. *consil.* 12. *lib.* 1. *num.* 81. Quo pertinet dictum D. Bernardi, dicentis: *Tolle perseverantiam, nec mercedem habebit obsequium.* Specul. *de arbitr.* §. 7. *vers. sed pone, arbiter condemnat, numer.* 70. *cum aliquot sequentib.* Adde quod quilibet † præsumitur perseverare in eadem voluntate, nec ejus mutatio præsumitur, nisi probetur, Schurpf. *cent.* 3. *consil.* 34. *num.* 2. Zas. *consil.* 3. *num.* 65. *lib.* 1. *& consil.* 2. *num.* 7. *eod. lib. & consil.* 5. *lib.* 2. *num.* 9. Alciat. *præsumpt.* 16. *num.* 1. qui probant, in dubio quem præsumi in eadem voluntate permanere, quod & pulchre firmat Petr. Peck. *de testament. conjug. cap.* 10. *numero* 7. *lib.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 8. *numero* 1. Menochius *recup. poss. remed.* 1. *quæstion.* 23. *num.* 274.

386 *Ratio decidendi IV.* Quarto † idem in confœderationibus, quæ clientelis maxime affines sunt dispositum repetitur, quod eæ nimirum in dubio præsumantur perpetuæ, uti ex Jasone & Mascardo firmat Warem. ab Erenberg *medit. pro fœder. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 48. Ubi dicit, in dubio & certis annis non adjectis, pacem perpetuam factam, pronunciandum esse.

387 Sic † etiam Emphyteusis (cum alia sit temporalis, alia perpetua) in dubio præsumitur perpetua, Clar. §. *Emphyteusis. q.* 27. *n.* 1. *&* 2.

388 *Ratio decidendi V.* Quinto non abhorret † ab hac sententia, quod in favorabilibus ea, quæ certum finem non habent, perpetua credantur, *d. l. Jurisperitos, in princ. ff. de excus. tut.* quam sic declarat Dec. *in ca. ex literis. in fin. de constit.* & probat reg. *l. sufficit. ff. de cond. indeb.* late Tiraquell. *tract. de retract. convent.* §. 2. *gloss.* 1. *n.* 39. Menoch. *de arbitr. Judic. lib.* 1. *q.* 69. *n.* 10.

Sed receptionem in clientelam, esse favorabilem, nemo est, qui negare possit. Ergo ea irrevocabilis est.

389 *Ratio decidendi VI.* Sexto † roboratur hæc sententia per notata Speculat. *titul. de Advocato,* §. 1. *numer.* 26. *Pone,* inquit, *Abbas dedit rem aliquam in feudum, ut sibi præstetur patrocinium. Cum ille moritur, cui feudum concessum est, Abbas vult revocare, contradicentibus defuncti Advocati successoribus, quæritur quid Juris? Respondetur, si simpliciter sit concessum, quod sit perpetuum & ad successores transeat,* argum. *dist.* 50. *c.* 1. *in fin.* 1. *q.* 1. *cat in fin. extr. de consl. ex literis.*

390 *Ratio decidendi VII.* Septimo facit, † quod Advocatia quamvis improprie species quædam Jurisdictionis & superioritatis credatur plerunque, sicuti & suo respectu servitutis rationem habeat, eoque horum proprietatibus & Jure merito æstimari debeat. Wesenbec. *in simili fere consil.* 48. *in pr. numer.* 1. *&* 2. Alex. *in l.* 1. *numer.* 34. *ff. de Jurisd. omn. Jud.*

391 Notum autem, Jurisdictionis, † superioritatis & servitutum causam, ut plurimum perpetuam magis quã temporalem credi, Bald. *in l.* 1. *C. de emancip. lib.* Bart. *in l. non ambigitur, ff. de legib. l. cum debere, ff. de servit. urb. præd. l. foramen* 10. *ff. eod.*

392 *Ratio decidendi VIII.* Octavo hanc opinionem † fulcit, quod Advocatiæ Jus dignitatis rationem habeat aliquam, quæ cum officio defendendi sit conjuncta. *cap. qui Advocatiam. titul. de pace tenend. in usib. feudor.* Ubi post alios singulariter Cujac. & Hotomann, ita tradunt: †

393 Cæterum dignitas semel data, revocari sine causa, uti non debet, ita etiam de jure non potest, Interpp. *in l. Senatorum, & in l. si Senator, Cod. de dignitatibus, lib.* 12. Martin. Laudens. *in tract. de dignitat. versic. ubicunque dignitas, numero* 44. Hinc etiam Bartolus docuit: †

394 Quod si quis assumatur ad officium aliquod, cui annexa sit dignitas: eandem credi in illo perpetuatam, hancque ob causam salarium illi deberi, etiam pro tempore futuro. Bart. *in l.* 1. §. *Divus. ff. de extraord. cognit.*

Ratio decidendi ultima. Quod denique Advocatia sine causa & de absoluta potentia revocari non possit, videtur tenere in specie Alvarot. *in usib. feudo.* §. *qui Advocatiam n.* 2. *de pace tenend.* ubi etiam reditus annuos Advocato constitutos feudum Advocatiæ vocat.

395 *Solutio contrariorum argumentorum.* Porro his, quæ pro confirmatione negativæ sententiæ adduxi, adversa non sunt, quæ initio in contrarium allata fuere. *Responsio ad I. dubitandi rationem.* Nam ad primum, quod dictum fuit, obligationem quamlibet ad obligantis tantum emolumentum extendi ejusdemque contraria voluntate dissolvi. Respondetur id verum quidem esse: Sed è contra, si naturam protectionis maxime mercenariæ respiciamus, eam non tantum ad clientum utilitatem, sed etiam ad Protectorum, quod ex annuo accipiunt salario, commodum, & mutuo quidem utrorumque consensu initam & contractam fuisse facile intelligemus, quare unius tantum voluntate & dissensu, tolli non potest. *Jurib. prælleg.* *Resp. ad II. dubitandi rationem.*

396 Quod deinde † secundo loco de Civitatum defensoribus

foribus ad biennium tantum constitutis dictum fuit, nihil ad rem facit, quia in iis certum tempus à lege definitum videmus *in d. gloss. l. 4. ff. de defens. Civit. & supra alleg.* 397 † in contractu autem protectitio, de quo hic 398 sermo est, nullum tempus definitum fuit. Deinde † ipsorum etiam officia diversa fuerunt, quia defensores Civitatum ordinarii magistratus officio fungebantur, eisque Jus magistratus, sub limitato tamen modo, competebat. Eleganter Ernest. Cothm. *in Comment. C. lib. 1. tit. De Defensor. Civ. n. 6. 7. & 17.* At vero protectores nullam habent Jurisdictionem, per notat. Gail. *obs. 54. n. 1. & seq. lib. 2.*

399 Unde ab uno † ad aliud tanquam quæ sunt separata, nulla infertur consequentia, *l. ult.* & *ibi* Bart. *ff. de calumn. l. neque natales C. de probat.* Everhard. *in top. loco à separatis nu.* 1. Pruckman. *consf. 22. n. 193. vol. 1.*

400 Porro ex hujus quæstionis, vera ni fallor, decisione, apparet vix defendi posse illorum opinionem qui sentire videntur, perpetuas in Jure Advocatias esse prohibitas: Etsi enim quidam pro confirmanda contraria sententia se referant ad *ca.* 2. & quæ *ibidem* annotavit Joan. Andr. *numer.* 3. & Franc. *numer.* 6. *de reb. Eccles. non alienand. in 6.* nihil tamen *allegatis in locis*, de ejusmodi prohibitione, sed id solum scriptum reperitur, sæpius nempe ante Gregorianam illam constitutionem à Prælatis oppressis invocatos fuisse Nobiles potentiores, ad defensionem eorundem faciendo eos Advocatos ac defensores locorum. Cum autem iidem Nobiles taliter in protectionem adsciti vel sua sponte Clientelam affectantes, potestate sua postmodum abutentes, jus quoddam dominii in Ecclesiis ac locis à se defensis sibi vendicarent, idcirco in posterum propter potentiam opprimentium talem contractum sine Papæ licentia non fieri posse per Gregorium X. Papam, statutum fuit, etiamsi Ecclesiæ aliter consuli non posset, eo quod temeritas etiam in casu necessitatis damnanda sit. *ca. quanto extr. de consuetud.* qua de re nos *in precedenti cap.* 7. nominatim egimus, eamque constitutionem in Germania non esse receptam, nec usu observatam ostendimus. Generatim igitur loquendo, quod ut diximus Advocatiæ etiam perpetuæ nequaquam sint prohibitæ, docet inprimis experientia, & evincunt infinita multorum Principum, Comitum aliorumque Statuum Imperii exempla, qui non temporale sed perpetuum multis in locis protegendi jus, quod vulgo Erblasten Vogtey/ Erbschutz vocitant, habere solent, cujus in possessione vel quasi ipsorum majores à tempore, cujus origo memoriam hominum excedit, perpetuo quasi fuerunt.

Advocatia perpetua an sint prohibita.

Affirmativa.

Negativa.

Hinc † etiam à natura fœderum per similitudinem arguendo, constat in iisdem nil obstare, quin perpetua sint. Sic enim Hebræos olim perpetua & æterna fœdera constituisse, *in ca. 3. sub numer. 179. & seq.* ostendimus, de quibus vide late tractantem Paul. Fagium *in annotat. ad paraphrasin Chaldaicam Onkelo dict. ca.* 18. & Procop. Gazæum Sophist. *in comment. ad 1. lib. Reg. ca.* 15. Alludit Moses ad vim & naturam salis à corruptione conservantis juxta illud vulgatum, † *Sole & sale omnia conservantur*: Eodem sensu statuam salis accipiendam putat Bodin. *lib. 5. de Repub. ca. ultim. Genes. 19. vers. 26.* Non quæ ex sale concreverit, sed quæ sempiterna sit futura. Rabbi David Kimchi ita exponit; *Conversa est in statuam salis, id est, in acervum salis*, Aben Ezra ita explicat, quod igne perierit, qui salem admixtum habuerit, citans *Deut. c. 29. vers. 23.* ubi meminit Moses, quomodo Sodoma sulphure & sale perdita fuerit; Eodem genere mali, & Lothi uxorem punitam volunt.

Ratio decidendi pro Negativa.

Quin & ipse Deus Opt. Maxim. semper in sempiternum fœdera contrahit. *Num. 25. vers. 12. & 13.* Sic & Romanis perpetua fœdera placuerunt referente Sabellico. *lib. 8. Ennead.* 2. ubi hanc formulam apponit, *Romanis atque omnibus Latinis urbibus inter se pax esto, donec cælum terraq; eundem habebunt statum.* Et multa hujusmodi fœdera passim ab auctoribus laudantur. Nec abhorruere ab hujusmodi fœderibus nostrates Germani; Sic † enim fœdus sempiternum inter Danos & Holsatos cum summa lætitia Ann. 1580. redintegratum fuit Ottoniæ, eo vinculo, ut quisquis Holsato hostis declaratus sit, idem & Dano inimicus fiet, & è contra. Waremb. ab Erenb. *lib. 1. c. 2. num. 3. de fœder.* Sic etiam inter regnum Bohemiæ, & domum Saxonicam perpetuum fœdus ictum; † Sic unio & fœdus Domus Saxonicæ & Hassiacæ in perpetuum conceptum. Joachim Cluten. *in fasciculo paradox. historico polit. paradox. 20. lit. a.*

Sed ut his tandem, quæ generatim ad protectionis formam spectare videntur, finem imponam, non male etiam ad eandem formam accidentalem referri potest, quæ ut plurimum in protectione constituenda, quando de pactis utrinque conventum est, complementi loco intervenire solet dextræ porrectio.

Ejusmodi enim dextrarum † complosione, fidem 401 sponderi solitam antiquitus observatum esse certum est, teste Cæl. Rhodig. *lib. 4. c. 3.* & Joa. Pierio *in Hieroglyph.* Conjunctione † vero manuum, simul, ex qua efficitur numerus denarius, qui *Prima quadratura* à Pythagora dicebatur, perfectam animorum consensionem 402 symbolo quodam significari tradit. Idem Cæl. Rhodigin. *antiquar. lection. lib. 22. cap. 14.* Et quod ejusmodi dextrarum conjunctio, evidens perfecti consensus, perfectæ pactionis ac plenæ fidei symbolum ac signum sit, habetur expresse *in ca. 1. in fin. extr de sponsa duor.* Aretin. *consf. 13. viso diligenter num.* 3. Tiber. Decian. *consil. 64. num. 14. vol. 3.* Oldendorp. *in class. suis in actione ex stipulatu*, quod latius deducit Job. de Cirier. *in tract. de primogenitura quæst. 3. lib. 2. num.* 31. ubi ex sacris literis, aliisque scriptoribus probat, quod per dextram pignus pacis & testis fidei, nec non dona & munera dari, atque etiam jungere dextras signum concordiæ esse soleat, de quo etiam Philipp. Camer. *cent. 2. horar. succis. cap. 46.* plura, agens de symbolis & significatione dextræ & sinistræ manus.

Dextrarum porrectio.

Et † dextram datam apud Persas inprimis firmissi- 403 mi fœderis signum fuisse, firmat Gemistus Pletho. *lib. 2. de reb. Græcor. Persarum*, inquit, *Rex Mentonem, quod dextram dedisset (maxima enim hæc apud Persas fides) conservavit.*

Ob † hanc causam Alex. ab Alex. refert religionem 404 quandam in dextris esse, *nam eam*, inquit, *porrigimus, si quid data fide futurum pollicemur.*

Unde etiam sedem fidei in dextris sacratam collocabat Numa Pompilius apud Livium 1. *Dec. ad lib.* 1. Hinc Ovidius *lib. 6. metamorph.*

Ut pignus fidei dextras utrasque poposcit
Inter seque datas junxit.

Et in eandem sententiam Virgil. inquit *lib. 3. Æneid.*

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus
Dat juveni, atq; animum præsenti pignore firmat.

Et *Ænead.* 7. Latinus ait:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

Sic Reg. 4. *cap. 10. vers. 15. & 16.* Jehu † obviam 405 factus Jonadabo, & dubius de animo ejus, postquam interrogasset, *Estne cor tuum rectum, sicut cor meum est erga tuum?* Illo respondente, *Est*, jubet sibi ab illo dextram porrigi, tanquam fidelitatis tesseram, Jacobinus vero *in tractatu de homag. numero quinto*, putat, primo firmitatem seu soliditatem dextræ porre-

porrectione significari. argum. §. 1. *verb. stipul. de ver-*
406 *bor. obligat.* quod in idem recidit: † Quid enim aliud est *fides, quam dictorum conventorumque constantia & ve-*
407 *ritas*, teste Ciceron. *lib.* 1. *Officior.* † Unde & simplex promissio à nobili viro facta, pene vim habet juratæ, vide Joachim. Mynsinger. *cent.* 1. *observ.* 17. ubi citat permultos Doctor. Intellige tamen, quoad contra-
408 hendam duntaxat obligationem, quam æque ac si jurasset, promissor tenetur servare ac adimplere, non etiam ad incurrendam perjurii pœnam, Didac. Covarruv. *part.* 1. *comment. in cap. quamvis. de pace, lib.* 6. §. 2. *versic. non ab eadem.* Mynsinger. *dict. observ.* 17. *num.* 6.

409 Solebant autem, ut & hoc † adjiciam, per arctiorem dextrarum complexionem, seu implicationem, cruorem etiam mutuum, levi ictu elicitum lambentes, fœdera invicem sancire Reges Armeniæ, uti testatur Corn. Tacitus *lib.* 12. *Annal. Mos*, inquit, *est regibus, quoties in societatem coeunt, implicare dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque prastringere. Mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quasi cruore mutuo sacratum.*

Mos fœderis ineundi cruorem ac sanguinem eliciendo, ac imbibendo.

410 Hoc quoque apud Scythas usitatum † fuisse apparet ex Luciano *in dialog. suo*, cui titulus est *Toxaris*, sive *Amicitia*, ubi eorum fœdus ac Jusjurandum, quod maximum appellat, recensetur. *Etenim*, inquit, *Scytha ille Luciani, simul atque incisis digitis sanguinem in calicem distillaverimus summumque intinctis gladiis, ambo pariter admoventes biberimus, non est quicquam, quod deinde nos queat dirimere.* Hoc quoque Solinus Polyhistor. *cap.* 20. spectasse videtur, ubi de Scythis ita scribit: *Haustu mutui sanguinis fœdus sanciunt, non sua tantum, sed Medorum quoque usurpata disciplina.*

411 In Palmaria etiam insula, sicut recensent peregrinatores, quum novos hospites in amicitiæ fœdus suscipiunt, sibi ipsis novacula, vel gladio lapideo, sanguinem ex lingua, manu, aut lacerto, aliave corporis parte inspectante hospite eliciunt, non veram amicitiam interpretantes, quæ pro amico vitam profundere renuit, de his plura videat lector apud Philipp. Camerar. *meditat. historicar. cent.* 1. *cap.* 6.

412 Quin & hunc ritum Sathanas, † cum Magis fœdus initurus servare solet: Eos enim, ut sibi firmius obstringat, antequam impetrent postulata sua, cogit formulam obligationis mutuæ conscribere, vel à se effictam subscribere, idque ut plurimum proprio ipsorum sanguine.

Mos diabolicus obstringendi sibi Magos.

413 Ita Theophilum regnante Justiniano Imperatore in oppido Ciliciæ Oeconomum, sive, ut alii vertunt, Archidiaconum sese diabolo obligasse, & quidem syngrapha sanguine exarata, quam † per beatissimæ Virginis Deiparæ invocationem ac pœnitentiam subsecutam, à dæmone recuperasse Metaphrastes ex Eutychia-
414 no Patriarcha Constantinop. qui se in Theophili (de quo historia est) ædibus natum, ejusque familiarem, imo & ipsius historiæ oculatum fuisse testem, perhibet. Agnoscit eandem historiam Petr. Damian. scriptor gravissimus *serm.* 1. *de Nativitate.*

Theophili proprio se sanguine dæmoni obligantis exemplum.

415 Similem historiam † ex Annalibus FF. Prædicatorum refert Abrahamus Bzovius Illustrissimi Cardin. Baronii continuator *Annal. Eccles. tom.* 13. *ad annum* 1250. *numer.* 9. de Ægidio Roderico Valladorio Lusitano, qui similiter in juventute à diabolo deceptus, horrendisque Necromantiæ artibus imbutus, fidem Christi abjuravit, dæmonique chirographo proprio sanguine descripto seipsum mancipavit, Parisiis septem annorum spatio flagitiosissime vivens, eo tamen exacto mirabiliter ab impurissimo vitæ genere revocatus, ordinem & habitum S. Dominici suscepit, in quo mira se afflixit vitæ asperitate; inprimis autem, ut à fœdere cum dæmone pacto liberaretur, sollicitus semper fuit: Unde votis assiduis, & continuo lachrymarum fonte Christum ut sui misereretur, anxie deprecatus, Divæ etiam Virginis pro consequendo detestabili chirographo opem diu noctuque interpellavit, quod tandem in oratione ad ejusdem altare prostratus recepit.

Aliud Ægidii Roderici Valladorii Lusitani.

Etsi vero † ejusmodi exemplorum commemorationes à protectionis materia, prorsus alienas esse sciam, quia tamen in hoc genus historiæ incidi, temperare mihi non possum, quin recentissimam & superiori primum Anno 1613. apud Reverend. PP. Jesuitas (in quorum societate fratrem me habuisse non immerito gaudeo) Moltzheimii in Alsatia Germaniæ nobilissimo Episcopatu Argentinensi certissimo factam historiam, prænobilis cujusdam adolescentis Germani, quem nuperrime (cum mense Novembri Anno 1621. ab injuncta mihi, à Serenissimo ac Reverendissimo Archiduce Leopoldo, Principe ac Domino meo Clementissimo, controversiarum inter Illustrem ac Generosum Dn. Joann. Comitem Zolleranum ac subditos illius existentium componendarum commissione Ravenspurgo, in Alsatiam redirem) in itinere mihi obviam factum, & in oppido Stockach divertentem, his vidi oculis, affatusque sum, ac constantissimum adverti, (cujus tamen familiæ nomen, ex industria obticeo) similiter duplici chirographo diabolo obstricti, divina tamen virtute, dæmone per PP. adjurato ab omni obligatione & pacto liberati, reique ipsius evidentia & innumeris testium oculatorum vocibus confirmatissimam cum omnibus ut gesta est circumstantiis, enarrem. 416

Missus ille Adolescens fuerat in Lotharingiam linguæ discendæ gratia, VICUM (Episcopatus Metensis est Oppidum) ubi duodennis, non multo major, festo quodam Deiparæ solito lætior, cum Coætaneis, chartis pictis ludens, infœliciter, digressus à sociis, & per hortum obambulans, circa horam quartam pomeridianam, clara luce hæc secum: Audivi sæpe, diabolum dare pecuniam, quam si probatam mihi daret, acceptarem utique, & ipse esset mihi bonus socius: Et ecce vix hæc secum locutus fuerat, adest infœlix ille animarum latro, nobiliter vestitus habitu, & statura ipsi, cui apparebat, haud absimilis, quasi adolescentulus cum adolescentulo, collocuturus, quo viso non parum horret adolescens, Dæmon autem concutiens ipsi humerum, ne timeat, hortatur: Si pecuniam velit, offert; recusat ille primo, tum quia falsa pecunia illius esse soleret, tum quia timebat, ne sibi diabolus læsionem inferret. Quod si tamen, ajebat, veram pecuniam probatamque suppeditares, nec mihi nocere velles, utique assumerem te mihi in socium; acceptat dæmon conditionem, numerat certæ pecuniæ certam quantitatem, omne periculum abfore pollicetur: sagis se illudere falsa pecunia, & imaginaria, non autem ipsi: acciperet, & iret probatum. Paret ille, reditque ad lusum; Lucratur omnia, & exit, ære alieno, quod prius ludendo contraxerat, omni soluto. Post, revertitur ad locum, ubi diabolus illum expectare videbatur; à quo rogatus, anne proba esset pecunia annuit adolescens, insuper & se magno lucro lusisse. Quid igitur, inquit, ille, mihi dabis, & ego te perpetuo tali beabo fortuna, & præterea multas alias artes te docebo. Quid darem, inquit adolescens, cum nihil habeam; membrum aliquod, ait ille, mihi da, quod ego, tibi absque dolore adimam, recusat adole-

Aliud Germani cujusdam Nobilis, duplici chirographo, sanguine proprio conscripto, dæmoni sese obligantis, atque RR. PP. Societatis Collegii Moltzheimensis, opera liberati, Casus & occasio infœlicis ruinæ.

adolescens, ob deformitatem, vel tantum ait, Schedulam aliquam mihi describas, & nihil aliud postulo. Nec charta, nec calamus, nec atramentum, respondet adolescens, ad manum sunt; quomodo scribam? omnia mihi, ait ille, hic præsto sunt; tantum porrige sinistram. Recusat primo, timens nocumentum; tandem tamen bona fide, porrigit, ille versipellis, & mille artifex in momento, revellit musculum absque dolore, defluentem excipit, putamine juglandis, sanguinem: tum jubet scribere ex proposito Exemplari (Chartam & calamum ipse suggerens) oppido parvulam schedulam, variis & peregrinis, maximam partem, Græcis characteribus; mox aliam paulo majorem, petit sibi describi, descripta & ipsa. Quo facto schedula, inquit, minor serviet tibi, ad quidvis efficiendum, & quasvis artes: majoris autem hic sensus est, ut scias, te post evolutum septennium fore meum; sed hac conditione, ut intra hoc tempus, quicquid voles, hoc faciam, & te doceam. Hoc pactum infœlix initur, diabolico energemate, animo obdurato, & mire affectis sensibus, chartula minor subjicitur musculo sinistro, & clauditur, absque ullo alio Cataplasmate, vulnus, relicta tamen luculenta cicatrice, in testimonium, sic tum disceditur. Postera die, primo mane, adest Diabolus jacenti adhuc in lecto, monet, ne oret, deinceps magnopere, quin libros suos precarios sibi donet, quo artes omnes sint certiores, & firmiores. Ab isto tempore, strenue sic occupatum adolescentulum, versat in omnes partes, adest specie adolescentis, aliis quoque visibilis, sed incognitus, interdiu noctu subservit, instruit artibus suis, curiositate noxia adolescentem mire sibi devincit, & ad varia adolescentiæ peccata impellit. Sic vivitur in annum prope ætatis vigesimum.

Hac ætate è Francicis & Lotharingicis partibus, ad suos reversus, dum fanda & infanda multa patrat, vel patrare conatur & aggreditur, primo venit in suspicionem maximæ natu è sororibus: Hæc illum examinat, unde ipsi tam nequam, & ab omni aulica honestate (veniebat enim ex aula magni cujusdam Ducis) abhorrentes mores? Respondet, se aliter non posse, urget illa, quid ita? tandem rem ad matrem, gravem è Baronum familia matronam, defert, cui filius ipsemet ex quadam occasione rem aperit, dæmoni scilicet manu propria & sanguine sese mancipasse. Turbatur illa quidem, tum usque ad animi deliquium, & cum quibusdam fidelioribus, super ea re, colloquitur, sed ut Schwenckfeldiana, abhorret à remediis catholicis. Mittitur tamen ad monasterium aliquod Sancti Francisci, sed ab offensione aliqua, inde fuga elapsus, venit Eistadium, vivit suo more. Mox reductum, potius inclusum filium, domi detinet, quam ut quoquam ultra mittat, quamvis omni modo flagitantem auxilium, Sic labitur à media quadragesima ille annus.

Interim adolescentem Diabolus periculose tentat, nunc, ut Deum, sanctosque abneget, nunc membrum aliquod postulans, nunc gravia scelera suadens, nunc etiam male verberibus multans, & in vitæ discrimen varie adducens. Suasit enim, & tantum non persuasit, ut venefico pulvere, à maligno ipsi allato, utrumque parentem, famulum, serium & pium, qui ipsi jussu parentis erat ad obsequia, & famularum unam, perderet, & paternam arcem, alio simili pulvere hinc inde sparso inflammandam, diabolo traderet, & semetipsum interficeret. Quin ipse etiam diabolus ipsum interficere aggressus est, alias occurrens ei in forma nigri Leonis, & matrem inter sororemque arreptum, ad octo, decemve passus, à loco ad interitum abjiciens, alias iterum in conspectu matris in globum mire convolvens, dumque mater trepida occurrit, & sinu exceptum, ut potest, evolvit, Ecce tibi diabolica vis, in sinu materno tantum non cervices ipsi confregit; Tandem coeunt amici, authore Reverendo & prænobili Domino fratre Canonico, & ut remedium huic tam periculoso malo mature quæratur, patri tantum non imperant, qui ut Catholicus, lubens amicorum Consilio acquievit, sic ablegatus, & cathena alligatus adolescens, prætacto Dn. Fratre suo Canonico, & N.N. Parocho in N. ductoribus, Calendis Octobribus Anno 1613. Molshemium perducitur, ibidemque à Reverendo patre Rectore, benigne suscipitur, cathena prius solutus, postquam promisisset, quod in omnibus parere, & voluntaria vincula, pravis suis affectibus injicere vellet, commendatur uni è patribus, qui curam ipsius, obedientia sancta fretus, suscipiens, instituit primo animum ipsius, blandis colloquiis demulcere, in spem erigere, sibi etiam devincire, idque agere, ut omnino & serio vellet, hoc diaboli nexu exire.

Sensit hoc agi diabolus, & frendens talia tentari, non absque notabili horrore aliquoties se seu præsentem, seu non procul abesse indicavit. Prima statim nocte, dum pater solus cum solo colloquitur, circa locum, in quo erant, utroque audiente, grunnit, ut porcus, postero die sub prandio, dum iidem inter se familiariter colloquuntur, peregrinæ Bestiæ fremitum pariter & propalam audiunt. Eodem die, cum jam initium aliquod esset datum, dictandis ipsi meditationibus quibusdam, ad exercitia quædam spiritualia, ad præparandum animum synceræ confessioni, quam nunquam in vita fecerat, ut se commodius ad eam per horarum intervalla, compararet, minusque eum impedire posset, hostis alioqui nimium quam familiaris, venit patri in mentem, ut duceret eum in Sacellum Beati Patris Ignatii, ibi velut baptizandum Baptismo pœnitentiæ, jubet conversum ad occasum renuntiare diabolo, & rursus conversum ad orientem, addicere se Christo, sumpto exemplo ex antiquo Ecclesiæ ritu, de quo Divus Areopagita, in sua Hierarchia Ecclesiastica: quo facto, insuper lectus super ipsum Exorcismus Ecclesiæ, qui recitari solet, super energumenos, mutatis quibusdam, & pio instinctu, contra novum hunc dæmonis homines obsidendi modum, accommodatis; non tamen initio certa est concepta verborum forma, sed ut pietas & affectus suggerebat ex tempore. Observat hoc magis Diabolus, patre tamen non satis statim advertente. Conversus enim ille hostis ad solitas suas technas, ex insidiis & tacitus hoc primo egit, ut adolescentem solito magis inquietum & dissolutum redderet. Injiciebat ei tædium commorationis cum Patribus in Collegio, & præsentis inclusionis, quod licet pro honestate sæculari dissimularet adolescens, apparebat tamen insolita in ipso impatientia, Pater blande conabatur ipsum animare, animumque componere, sed parum proficiebat, quin invalescebat occultum malum. Aderat illi paternus famulus, relictus à domino fratre, ad obsequium, huic mandatum, ut illum, & omnia ipsius accurate observaret, & Patribus referret, interim ille parare se debebat ad confessionem, quod dum languide facit, & cum tædio, temporis fallendi causa, die tertio, qui fuit quartus Octobris, egreditur solus ad deambulandum in pergula ipsius cubiculo vicina,

Quæ liberationem præcesserint.

vicina, vix unum, alterumve spatium confecerat, & ecce pilosus atque hirsutus, ea forma, qua pingi fingique solent homines Sylvestres, occupat illum, ex improviso, diabolus ita, ut pristino more imaginationem ipsius, vehementer afficeret, & quasi hominem in potestate haberet, suadet ac minis etiam impellit, ut, (quandoquidem Patres chirographum sibi datum postulent, quod ille omnino nolit reddere, vel potius ipsum discerpere,) ipse aliud, quod quantocius ei dictare velit, sanguine suo conscribere, & commode alicubi abjiceret, ut à Patribus inventum ipsique Adolescenti à Dæmone restitutum crederetur, ipseque adolescens, veluti diabolico pacto liber, dimitteretur: Hæc suadet, ac simul modum eliciendi, punctura acus, sanguinis ex digito, docet.

Adolescentis cum Diabolo per fraudem collusio.

Venit igitur Adolescens ad famulum paternum, & dissimulanter alia prætendens, aciculam, cum filo perit triplicato. Miratus ille, quærit, quorsum? tandem dat. His assumptis, simul & calamo schedaque chartæ, redit ad pergulam. Adest illico, & socius hostis, exprimitur sanguis, dictatur deceptorium chirograhum, scribitur; famulus rem suspectam habens, sequitur, egressus in pergulam, visurus quid agatur, deprehendit post asserem scribentem: Adolescens illum cum stomacho à se repellit, sese ad confessionem parare obtendens. At famulus conjiciens, quod res erat, eum non juste agere referebat. Mox chirographo jam dictato, subducit se diabolus, adolescens reliquum sanguinem detergit, de pergula, in hortum, scriptum autem chirographum inspectante famulo, in saccum alterius caligæ conjicit, & sic redit ad locum sibi destinatum. Famulus isto vespere (sub vesperum enim hæc acciderant) patri nihil significat, postridie certiora indicaturus. Postquam concesserat adolescens cubitum, & obdormisset, scrutatur ille saccum, in quem viderat, detrudi, quod scriptum fuerat in pergula, invenit chirographum cruentum peregrinis characteribus scriptum, horret, reponit, postridie mane indicat patri. Ille jubet, ipsum omnia dissimulare; dissimulat & ipse pater omnia, sed adolescens, ut surrexit indutus advertit saccos motos, nam erraverat famulus in reponendo scripto: Hinc jurgium ab adolescente, sed famulus alia omnia, notat interim adolescens, patere rem: Itaque ipse astute prævenit, conqueritur apud patrem, à famulo lustratos suos saccos, fatetur à se aliquid scriptum, sed alio fine. Pater pergit dissimulare, animum ipsius componere, tentare blande bonum negotii eventum, sed frustra. Ille eodem die adhuc magis dissolvi, omnia negligentius agere, ridere, nugari, Enimvero, jam severiora tentanda erant.

Per severiorem objurgationem, adolescentis in viam reductio.

Accedit igitur eum sub vesperum pater, duriuscule hominem objurgat, objectans, qua aridum, qua durum cor, nihil in eo apparere pietatis, meminisset, quorsum huc adesset, non, qua egisset hactenus ratione, è laqueis diaboli evasurum: videri eum colludere cum illo, caveret, si saperet: nihil posse fieri, nisi ipsomet summopere volente, & annitente. Excutiuntur illi salutares lachrymæ, pollicetur omnia meliora, in posterum fore se in potestate, & officio. Rogatus deinde de scripto, quo modo, ubi, & quo fine scripsisset, fatetur omnia candide: addit, mutata voluntate, abjectum à se per fenestram in horto jacere, cras demonstraturum, ubi diluxisset, quod & fecit. Hinc jam omnia ab ipso syncera, & absque ulla cum diabolo collusione.

Explicabat interim illi pater exercitia de peccatis, & ecce tibi, sinister ipsi adspectabilis adest, hostis, insusurrat illi in aurem, noli attendere, ita, ut licet pater nihil videret, formaliaque verba non audiret, audiret tamen quasi ictum linguæ non sine horrore, in modum horologii rotati. Cumque adolescens totus suffunderetur rubore, & pectori crucis signum imprimeret, quærit rem pater, ipse fatetur rem, hinc timore perculsus, non audet solus in loco consistere. Succedit igitur patri discedenti paternus famulus. Forte paulo post secedendum illi fuit, in proximum cubiculum. Mox curriculo redit anhelus, & plenus timore, irruit in famulum, dictitans fugari se ab iterum apparente, & persequente dæmone. Hoc ut reverso narratum patri censuit non cunctandum diutius, ne per noctem imminentem graviora pateretur.

Diabolicarum virium per exorcismos & exomologesin confractio.

Itaque confestim ducit adolescentem in Sacellum Beati Patris Ignatii, adhibetque illi confidenter exorcismos Ecclesiæ. Favit DEUS cœptis eatenus, ut timor magnam partem adimeretur adolescenti, ostensumque fractam dæmonis vim, isto exorcismo, tum tonitruo, tum vehementi vento tantum circa illum locum; Nam alibi omnia quieta. Hi igitur exorcismi ipsi in singulos dies adhibiti, minimum bis, mane à sacro, & sub noctem; donec exoptatus rei eventus subsecutus est. In his exorcismis, locis suis commodis, imperatum diabolo, ut chirographa restitueret, eximeret absque læsione, terrore, ac molestia, omnem characterem impii commercii ad diabolicas artes, quem ipsi indidisset, & sic ab hoc famulo Dei discederet. Res bene ibat, usque ad confessionem; hæc adolescenti gravissima, & difficillima visa, dubio procul singulari dæmonis artificio, Differebatur de die in diem, quod nondum essent omnia meditata. Jam septimum diem in Collegio morabatur, quando pater, cujus curæ erat commissus, communicato cum quibusdam patribus consilio, omnem moram abrumpendam ratus, indicit illi, quomodocunque parató, in octavum Idus pomeridiano tempore faciendam confessionem: Confirmat hominem, ut dicat, quidquid & quantum veniat in mentem, se interrogando, ex dictis, suppleturum defectum. Venitur dicto tempore in Sacellum, vix assederat in confessionali, & pauca quædam dixerat, & ecce adest turbaturus, qui turbata, cupit omnia, peregrina forma, gravem adolescenti incutit metum, Pater convertitur ad perbreves exorcismos, quos pietas ex re nata suggerebat, aspergitur aqua benedicta, qua & fugatur, de loco in locum, demum ponitur cereus Benedictus, in medio accensus, & sic peragitur confessio, sub qua minimum quater ab ipso visus est, semperque cum strepitu & horrore se inferens, ab ipso etiam patre, quasi adventus ipsius auditus est. Hac confessione peracta, & sic prima difficultate superata jubetur pie pœnitens, in posterum diem, magis sese excutere, atque ad iteratam confessionem parare. Iterum confitetur, iterum adest adversarius aspectabilis ipsi, sed minus jam formidabilis. Hinc in triduano cilicio, jejunio, & disciplina, quotidianis exorcismis, disponitur magis. In exorcismis maxime vespertinis, aliquoties apparuit, alias minore, alias majore cum tremore. Ipse adolescens nunc quietior, & patientior nunc vero inquietior & impatientior, diabolo, ut apparebat, suis energematis maxime contra socium famulum, identidem eum ad iram & impatientiam exstimulante. Quamobrem quodam die à Reverendo Patre Rectore Collegii bene liberaliter objurgatus, cum ad se rediisset, dixit, plurimum sibi profuisse illam objurgationem, quod post eam sibi plurima in mentem venissent, necessario in confessione explicanda.

Inter hæc constituerat Pater Rector, ut jam quantum satis videbatur dispositus, quarto Idus Octobr. qui fuit Sabbathum memoriale Deiparæ, facta solemni professione fidei Catholicæ, & publica coram venerabili Sacramento abrenuntiatione diaboli, pane cœlesti vitæ confortaretur. In eam rem indictæ collegis preces, susceptа à quibusdam jejunia, & aliæ mortificationes; ipse etiam cum famulo socio, ad Deum sibi propitiandum, jejunabat: ipse præcedaneum, & simul constitutum diem in cilicio transigebat, disciplina in corpus suum animadvertebat, non semel, sed iterum confessione se expiabat, invitati, & duo externi, alter Sacerdos, alter medicinæ Doctor, testimonii causa, si fortassis in corpus aliqua dæmoni potestas concederetur. Primo recitatæ Litaniæ Sanctorum, & *Ave maris stella*; mox lectum sacrum de B. Patre Ignatio, sub quo, dirigente ipsum patre ei assignato, absque omni impedimento, facit professionem fidei, perlegit abrenuntiationem, eamque Reverendo Patri Rectori celebranti descriptam in manus tradit, altari imponendam, sumit sanctissimam Eucharistiam, verum, vix sumpta ablutione, simul ac Reverendus Pater Rector abrenuntiationis chartam, ab ipso acceptam, in altari collocarat, omnium gravissime, quam unquam alias, conturbatus, conversus ad Patrem, sibi in stola & superpelliceo assidentem, ecce, inquit, pater duo dæmones in propinquo astant. Jubetur animo magno esse, nec quicquam timere, ut qui ipsum Dominum jam secum habeat. Dæmonibus constanter apparentibus, & terrentibus, componitur, ut potest donec absolvatur sacrum. Sacro absoluto, iteratur super eum nimium quam trepidum, exorcismus, à R. P. Rectore, sub quo dæmonibus evanescentibus, rogatur, absoluto exorcismo, & mitigato timore, qua forma dæmones vidisset, Respondit, caprina erecta: ac priorem quidem, utrumque suum chirographum prioribus pedibus inter ungulas prætulisse & ostentasse. Hoc viso, bona spes orta, factæ alicujus restitutionis: Quærunt igitur, sed primo nihil invenitur. Mox pater, qui eum curabat, quasi in ictu oculi videt ante se, juxta altare, ad cornu Epistolæ in terra jacentem, chartulam parvulam, modice inflexam, ita ut unus & alter characterum appareret. Absque dubitatione, lætus pro restituta à diabolo, sublevat & ita erat. Sanguineis inscriptam characteribus eam recognoscit adolescens, manantibus præ gaudio lachrymis, quam, ad artes quasvis efficiendas olim à se scriptam, Diabolum sinistræ imposuisse dixit. Quæritur & chirographum alterum obligatorium, sed non invenitur, pro invento dicitur, *Te Deum laudamus*: Pro restitutione alterius, repetitur exorcismus, sed, non sic tunc facta restitutio. Videbatur, id quod erat, Deo placere, ut prolixiore patientia, & pluribus adhuc mortificationis operibus, secundum sacros exorcismos, infernali hosti hoc chirographum extorqueretur.

Dictus igitur iterum dies Iduum Octobrium, quo eadem, quæ illo die facta erant, repeterentur, & eadem solemnitate exoraretur à Deo istius etiam chirographi restitutio, diabolo imperata. Interim adolescens qui pridie istius diei imprudens effutiverat, quod si reciperet minus illud scriptum, minime se curare de altero, quod hoc pertineret ad corpus, illud vero attingeret animam, de anima enim se solicitum, de corpore minus curare: monitus, ut etiam hujus imprudentis dicti eum pœniteret, disponitur iterato ad Eucharistiæ perceptionem, per confessiones, cilicia, jejunium, ipse diabolus, absq; intermissione, quotidie bis urgetur exorcismis.

Quod dum fit, pridie Idus, vesperi, pro Imperio conceptis verbis, absque læsione, detrimento, & graviore terrore, ac perturbatione, jubetur diabolus adesse, & sub invocatione B. P. Ignatii, & aliorum Beatorum, etiam Societatis, & ejusdem Martyrum, relaxata omni obligatione, restituto residuo cruendo chirographo, & exempto omni, si quis adhuc adolescenti huic inesset, charactere, injusti commertii ad diabolicas artes in æternum ab eo discederet. Hæc inquam, dum conceptis verbis recitantur eo loci in exorcismo, ut alias de nomine ipsius solet institui quæstio, ecce præsto est aspectabilis adolescenti forma magnæ ciconiæ, cum horore, Patris exorcizantis, & famuli, exiguo autem, vel nullo adolescentis. Mox indicat adolescens chirographum rostro explicatum referri, ita, ut versus ipsi fuerint numerabiles; paulo post, idem ab ipso convolvi, denique aliquando ante finem exorcismi è rostro demitti, & quasi in terram abiici. Implentur omnes magna spe, attamen absoluto exorcismo, nihil dum invenitur, sed ut bonum omen accipitur, postridie divina gratia dandum, quod tantopere optabatur, Quod & factum fœliciter, citius opinione. Nam cum isto vespere sic discessum esset, & sacellum clausum, exempta clave, postridie mane post sextam, Pater, qui ipsius curam gerebat, venit in sacellum, dispositurus quædam pro futuris sacris. Nam ad præsentius Dei auxilium obtinendum, actum est, pridie cum Reverendissimo Domino Suffraganeo, ut adolescenti nondum confirmato, confirmationis Sacramentum impenderet, & ecce, dum lustrat altare, aspicit propalam in cornu Epistolæ, ut pridie viderat adolescens, convolutum chirographum, auricula modice inflexa, ad ostendendum nimirum characterem unum, ut sic statim agnosceretur, idque eo loci ubi R. P. Rector ante quatriduum chartam abrenunciationis ab ipso factæ, sub sacro, collocarat (quo loco & ante annum cujusdam alterius, formula abrenunciationis, ab eodem P. Rectore sacrificante posita, & illius adolescentis chirographum à diabolo repositum fuerat, magnum gaudium adolescenti magna lætitia domesticis, exorta. Sacra, quæ ad impetrationem erant dirigenda, pro gratiarum actione sunt facta, recitatum *Te Deum laudamus*, sub Missa adolescens communicavit. Mox sub alio Sacro Pontificali à Reverendissimo Suffraganeo confirmatione sacra, insignitur, & in Christianitate stabilitur. Viri graves, tum iidem, qui proxime adfuerant, tum alii duo Notarii Apostolici advocantur, coram his simul & Reverendissimo Suffraganeo idem adolescens recognoscit hoc suum chirographum esse idem numero, quod olim descriptum VICI, in Lotharinga diabolo dedisset. His gestis, unus & alter pro majore securitate, adhibiti ipsi sub conditione exorcismi: Sed nihil quidquam se unquam movit, aut visum fuit, ita, ut fides certa sit benignissimum DEUM, per Sanctorum suorum merita & suffragia, ad majorem suam gloriam, Catholicæ Religionis exaltationem, hæreticorum confusionem, & conversionem perfectam adolescenti liberationem, largitum. Et placuit sane divinæ bonitati confirmare hoc miraculosum suum donum. novo alio miraculo. Nam cum aliquot diebus post, quotidie fere patri, qui ipsius curam gerebat, suggereretur, ut manum adolescentis sinistram cicatrice, ut dictum à diabolica revulsione musculi, ad eliciendum scripturæ conficiendæ sanguinem, inspiceret, ipse vero aliis intentus id aliquod diebus dissimularet, vel negligeret; tandem quasi id evidentius quodam die suggereretur, petit ab ado-

Chirographi prioris restitutio.

Chirographi alterius restitutio.

adolescente sibi porrigi sinistram, inspicit, clare videt omnem cicatricem, quæ totum musculum ambiebat, prorsus evanuisse, excepta minima in superiore parte pollicem versus, particula; Viderunt & alii, nec aliud judicari potuit, quam evidens & miraculosum indicium, vere, ubi imperatum diabolo fuerat, absque læsione exemptæ è manu ista chartulæ, quæ ad diabolicas artes ante tot annos ab ipso diabolo illi manui illo ipso loco, fuerat indita.

Et hactenus de Nobilis illius adolescentis à diabolica obligatione, liberatione, ut eam ab ipsis Collegii Molzheimensis Patribus accepi, & partim etiam ab ipso adolescente cujus manum diligenter inspexi inter conversandum, intellexi. Quæ quidem vera, certissima, & innumeris suffulta testimoniis magni nominis & auctoritatis virum Nobilem Germanum cognito hoc miraculo, visique in tempso Societatis Molsheimii ambobus istis chirographis antea Lutheranæ confessioni addictum, quod ex ore ipsiusmet his auribus audivi, ita commovit, ut relicta ea religione (cujus exemplum utinam alii imitarentur) ad Catholicæ fidei castra sese statim receperit, in quibus etiamnum constantissime perseverat.

Mihi autem sumpta ab antiquo illo fœderum iciendorum ritu, indeque diabolicæ imitationis exemplo, occasione miraculosam istam historiam commode isto loco inserere visum est, & ut Lectores cognoscerent, etiam hodie non deesse in Ecclesia Catholica etiam insignium miraculorum editionem, præsertim apud Reverendos & Doctissimos, laudatissimæ Societatis Jesu, † Patres, quorum actiones eo potissimum diriguntur, ut rectissima vitæ institutione, propriæ inprimis saluti invigilent, tum totos se proximis Deo lucrifaciendis impendant, fidem Catholicam propugnent, ac dilatent, publicis concionibus, prælectionibus, spiritualibus exercitiis, excipiendis confessionibus, & id genus aliis excolendis virtutum studiis Dei gloriam & proximorum salutem, quoad fieri potest provehant. Et nisi revererer assentandi suspicionem, promptum foret ostendere, Religionem, Mores, Gymnasia, Templa, Cœnobia, Urbes, Provincias, Regna, & totum prope terrarum orbem, ut uno verbo dicam, non postremam ab hujus familiæ Patribus, opem accepisse: solamque hæresin & Stygem ei bellum & indixisse & fecisse: Quam multa autem & frequentia apud Indos, atque Antipodas Deo Opt. Max. cooperante & sermonem sequentibus signis confirmante, per eosdem miracula patrata, quanti itidem toto orbe in propaganda vera pietate apud Christianos & Ethnicos fructus editi, nominatim vero barbararum nationum ad Christianismum traductionem, hæreticorum ad fidem Catholicam conversionem, innumerabilium jam plane deploratorum & desperatorum hominum ad melioris vitæ revocationem, si quis, ut res est commemorare vellet, immensos sane commentarios completurus esset. Ego sane Deum immortalem testor, nihil unquam à me verius, magisque ex animi sententia scriptum, quam ea, quæ modice hoc loco, de Societatis prædictæ laudibus attigi.

417 *RR. PP. Societatis Jesu encomia verissima.*

Quanto major autem Patrum istorum, integritas, doctrina, virtusq; existit, tanto plures calumniatores & obtrectatores nacti sunt, ex iis præsertim, qui à fide Catholica alieni, novæ doctrinæ semina spargunt, quorum conatibus hi ipsi maxime omnium obsistunt, adeo ut omnes boni existiment hujus Societatis professores illis novorum dogmatum satoribus fuisse divinitus oppositos, ut illorum conatus, solida & vera eruditione, atque minime simulata vitæ integritate reprimerent, id quod Dei gratia multis in locis jam pridem factum, ac quotidie fieri experientia testatur, utinam vero homines etiam Catholicæ fidei addicti his ipsis, tam se gratos exhiberent, quam exhausti ab iis pro juvanda ac promovenda Christiana Republica labores ac sudores maximi promerentur.

Inter alios sane Principes prædictus Reverendissimus ac Serenis. Archidux Austriæ Leopoldus, Episcopus Argentinensis ac Passaviensis maximarum virtutum gloria præstantissimus Princeps ac Dominus meus clementissimus, quam propenso in hanc societatem sit animo, multis in Episcopatibus, suis Pataviensi & Argentinensi pro eadem erectis Collegiis, iisque maximis, quibus studiosi aluntur, assignatis proventibus, regia plane liberalitate quotidie declarat, quæ omnia ex ardenti religionis ac pietatis promovendæ desiderio profecta, immortale eidem sapientissimo ac religiosissimo Principi nomen, æternamque laudem jam dudum conciliarunt.

Sed hæc extra materiæ metas, nunc è diverticulo in viam redeuntes, cum hucusq; omnes quæ ad protectionis formam spectare videbantur, quæstiones præmiserimus, proposita hujus capitis materia postulat ut deinceps modos seu titulos, quibus Advocatia constituitur & acquiritur ordine investigemus.

Transitio ad modos constituenta Advocatia.

Inventioni autem eorum intenti septendecim collegimus, ortum enim sumit protectionis obligatio ex 1. Lege 2, occupatione terrarum infidelium, 3. Fundatione Ecclesiarum, 4 reædificatione earundem, 5. Jure territorii, 6. deditione liberi populi, 7. receptione in salvam guardiam, 8. collatione Papali, Imperiali vel Principali, 9. commissione ac mandato superiorum Principum, 10. Investitura feudali, 1. Consuetudine, 12. Præscriptione, 13. Electione Prælati Civitatum ac communitatum, 14. Assignatione Episcopali, 15. sententia Judicis, 16. Testamento, 17. Conventionibus & pactis, de quorum singulis ordine dicemus

Existit autem inprimis Advocatia ordinaria, quæ à superioribus seu Magistratibus quibuslibet subditis debetur ex † Lege divina naturali & positiva, quam & recte legitimam vocamus vulgo Land / oder Obrigkeitliche Schutz/ qua de, cum *in Cap. III.* pleno cornu actum sit, & illa ad institutam tractationem proprie non pertineat, nihil hic amplius dicemus, illud solum addentes, quod de suprema illa ac legitima protectionis lege, antiquissimus ille scriptor Teuthonicus N. von Wengen/ à D. Melchiore Goldasto seu Bart. Schobinger *in Paraeneticis*, exhibitus eleganter ac commodatissime cecinit:

418 *Existentia I. Advocatia ex Lege divina & humana.*

> Gott hat vff Erde an zwene Man
> Die Christenheit gelan:
> Der Babest der sol vnser Seele in siner Hute han/
> So sol den Lib vnd vnser Gut
> Ein Vogt von Rome Schirmen mit gerihte.

Quo etiam pertinet vulgatus ille Rhytmus officium Papæ, Imperatoris ac rustici seu subditi designans.

Tu supplex ora, tu protege, tuq; labora.

> Der Bapst bette /
> Der Keyser wehre /
> Der Baur ernehre.

Summi enim Pontificis partes † inprimis sunt sollicitum esse & orare pro universis Christianorum ordinibus, ut omnes salventur, Card. *in Clem. 2. de re Jud.* & tenetur providere, ne in fide Christi scandalum oriatur, *c. perveniat dist. 95. c. qui scandal. de R. I.* Paul. de Cast. *cons. 72.* Et generaliter † clerici (quorum caput est Papa, singulariter & universaliter super omnes Ecclesias & homines Ecclesiasticos plenitudinem potestatis habens, Innoc. *in c. cum pridem de pac.* Bald. *in praelud. Feud. col. 14. & in Margar. verb. Papa, vers. 7.*) continuis

419 *Summi Pontificis officium.*

 precibus

precibus insistere, & altari inservire debent, *cap. clerus dist. 21. c. cum secundum de praebend.* Et Clericus non orans, nec cooperans in divinis, carere debet fructibus beneficii, Bald. & Alex. *in l. 1. C. de his quib. ut indig.* Domin. de S. Gemin. *c. fi. de rescript.* Hinc vulgato Jure dicitur Arma † Clericorum esse debere orationes & lacrymas, *conventio, 23. q. 8. c. clerici de vit. & honest. cleric. c. perpendimus, de sentent. excomm.*

420 *Imperatoris officium.* Deinde vero Imperatoris † est, proprium, è manu calumniantium & sævientium oppressos liberare, *c. regum 23. q. 5.* ceu profitetur ipsemet Imp. Justinian. *in Proœm. Instit. princ. ibi:* sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat. Menoch. *consf. 675. num. 31.* Et post alios Fab. de Anna *consult. 7. nu. 26.* & ex Martin. Laudens. idem docuit Petr. Anton. de Petr. *tract. de potest. princ. c. 8 sub. n. 73. vers. novus casus est.* Nec merito: quandoquidem ipsum Principem offendisse dicatur, qui subditos offendit, ex Bald. & Alex. Ludolph. Schrad. *de feud. p. 9. c. 3. sub. n. 60.*

421 *Rustici officium.* Rustici autem partes † præcipue in laborando versari experientia docet, unde & vulgo dicitur, ut aves ad volatum ita homines maxime Rusticos ad laborem natos esse: Qua de causa intuitu laborum maxime ad Agriculturam pertinentium, Rustici præ aliis in Jure privilegiati reperiuntur, ad notat. Heigii *2. quæst. 30. n. 4.* & doctrinam Bald. *in Auth. Agricultores C. quæ res pign. oblig. poss.* ubi scribit rusticum idonee agros colentem pro debito capi non posse, quod tamen in praxi non servari, usus testatur.

Sic in Jure civili, ne rusticorum † labores impediantur, pignoratio rusticorum instrumentorum prohibetur, & ne rusticani ad ullum obsequium devocentur sub gravi pœna interdictum est, *l. executores d. tit. C. quæ res pig.* Menoch. *de arbitr. lib. 2 cas. 378.*

Sed nunc ad causas alias, quibus Advocatia constituitur, regrediendum.

II. Existentia Advocatiæ ex iure belli. Secundo † igitur Advocatiæ legitimus titulus, enascitur Jure bellico, ex licita terrarum ac provinciarum è manibus infidelium ereptarum occupatione, per notata Ferd. Vasq. *illustr. controverſ. lib. 2. c. 51. n. 38.* ubi scribit, Jura Patronatus, terræ ab infidelibus debellatæ, causa, justius quam dotationis gratia (qua de subsequenti tertio loco agitur) acquiri ac concedi, eleganter ex eo deducens, Jus † quod Hispani Reges habent, conferendi omnes Archiepiscopatus, Præbendas, dignitates, & beneficia per universam Hispaniam, inde ortum esse quod illi regna sua, ab Arabibus occupata, immensis laboribus, periculis & impensis, effuso per septingentos annos, proprio & subditorum sanguine, à Christianæ Religionis hostibus liberaverint, atque è manibus infidelium eripuerint, ceu prodidit memoriæ Procop. *lib. 3. bell. Wandal.* Corset. *de potest. reg. nu. 66.* Parlador. *rer. quotidianar. lib. 1. c. 3. n. 12.* Atque ea etiam ratione Hispani libertatem, Jure belli, consecuti, sese omnimodo, ab Imperio adeo exemerunt, ut superiorem nullum agnoscant, juxta gl. *in c. Hadrianus dist. 63.*

Quod eleganter deducunt præ cæteris Joan. Lupus *in prima. Rep. de donat. inter vir. & uxor. n. 16.* Jo. Garzias *de Hisp. nobilit.* Cluten. *in Syllog. rer. quotid. concl. 10. lit. C.* Ant. Oliban. *de actionib. p. 1. lib. 3. c. 2. n. 8.*

Eadem ergo ratione, si quis Regno, Provincia vel Insula ex infidelium potestate erepta potiatur, eamque Imperio suo adjungat, Ecclesiarum in ea existentium, Advocatiæ atque Patronatus Jura consequetur, uti post allegatos etiam colligere est ex Polydor. Virgil. *lib. 15. histor. Angliæ*, ubi narrat, postquam Rex Adelstanus, Constantinum Scotorum Regem, in sua verba jurare constrinxisset, ex Jure gentium & belli, quo victi victores dominos, & clientuli Patronos agnoscere tenentur, clientelaris fidei titulum, sibi in eundem usurpasse.

Requisita ad acquirendam Advocatiam ex iure Bellico. Ad acquirendum † tamen legitimum Advocatiæ titulum, requiritur justus invasionis atque expulsionis modus, qui consistit in belli justitia, ut quando Rex, vel alius, justo bello excutitur, suoq; territorio exuitur, *c. dominus noster, 23. q. 2.* Keckerm. Jun. *2. q polit. 68.* Tholos. *de republ. 11. c. 1.* Hœnon. *disp. pol 3. th. 9.* 422 Justum autem bellum est, quod suscipitur ob causam vel defensionis, quando videlicet vis ab hostibus intentata vi repellitur; vel vindicationis, quando injuria illata, vel id quod nobis ablatum est aut debetur, vindicatur. Heig. *1. quæst. 12. n. 46.* Timpler. *syst. polit. lib. 2. c. 4. q. 2.*

Quo & referri potest deditio, quæ fit ex voluntate coacta, Ergebung auff Gnad und Ungnad, & expugnatio, in qua, nulla plane expugnatæ partis voluntas est. Claris D. Belol. *class. 2. disp. polit. 8. th. 43.* Keckerm. *syst. polit. alleg. loc.*

Quare prædictus, Advocatiæ, ex Jure bellico descendens, acquirendæ modus, vires suas non exerit, cum quis sine justa causa alienum Imperium invadit, ex sola libidine dominandi, regnumque suum amplificandi. Hœnon. *d. disp. 3. th. 9.*

Ad hunc autem acquisitionis modum rectius intelligendum, admodum conveniens hoc loco occurrit quæstio.

423 *Saracenos, Turcas, aliosq; infideles, Regnis suis propter infidelitatem expellere an liceat.* *Utrum & quatenus liceat † Saracenos, Turcas, aliosq; infideles, ob solam infidelitatem, regnis suis expellere & consequenter, ex occupatione illorum Jus Advocatiæ ac patronatus acquirere.*

Pro Negativa sententia, † id nempe haud licitum esse, non mediocriter pugnat, illa in primis ratio, quod † ab iis qui Jurisdictionem & dominium habent, illud ab ipsis sine causa, auferendum non sit, *l. quod nostrum est de Reg. Jur. l. traditionib. C. de pact. l. filiofamilias. §. maritum, ibi*, invitis nobis res nostras alius retinere non debet, *ff. solu. matrim.* Sed infideles habent dominium ac Jurisdictionem, Marta *de. Jurisdict. p. 1. q. 25. num. 6.*

424 *Sententia Negativa.* 425 *Ratio dubitandi pro Negativa, prima.* Quin & Jure † divino approbantur dominia & Regimina gentilium in utroque Testamento. Nam *1. ad Timoth. c. 6.* dicitur: *Quicunque sub juge servi sunt, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ut nomen Domini & doctrina blasphemetur*; addit rationem Cardinalis: Nam quidam conversi ad fidem blasphemabant dominos suos infideles tanquam canes. Contra quos dicitur, *in 1. Petri c. 2. Servi subditi estote omni tempore dominis, non solum bonis sed etiam dyscolis, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur*, scilicet ab infidelibus, qui forte dicerent: quis est iste Christus, qui aufert servos à nobis. Bellarminus *dict. loco.* Item *ad Rom. c. 13. Reddite omnib. debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal*; & jubet *ibid.* etiam *propter conscientiam obedire Principibus Ethnicis.* Bellarm. *d. c. 2.*

Ex *Matth. cap. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; quæ Dei, Deo;*

Item in Veteri Testam. *Danielis c. 2. Tu es Rex Regum, & Deus cæli dedit tibi regnum.*

Unde Hispanus Victoria, *de Indis part. 1. n. 4. 5. 6. 7. 19.* concludit, hæreticum esse, credere, infideles non esse rerum suarum dominos, & res ab illis possessas, illis ob hoc ipsum eripere furtum esse & rapinam, non minus, quam si idem fiat Christianis.

426 *Ratio dubitandi II.* Deinde pro ista opinione adducitur, quod Summus Pontifex toleret † Saracenos in eorum matrimoniis, *cap. gaudemus de divort.* Ergo magis dicitur tolerare in suis dominiis, regnis & bonis quæ possident; quia bona sequuntur conditionem personæ, *c. 1. de Jur. patronat. lib. 6. Authent. ingressi C. de Sacros. Eccl.* Tertio in propugnationem hujus sententiæ adducitur, *Ratio dubitandi III.*

quod

427 quod † infideles & à fide Christiana alieni, quamdiu quieti vivunt, à nullo nec in personis, nec in rebus, molestari aut offendi multominus dominiis suis exui debeant, *l. Christianis 6. C. de pagan. ca. dispar. 23. q. 8. c. Judaei extra de Judaeis can. qui sincerâ, 45. dist.* Id quod etiam nominatim scribunt Decius *in c. quae in Ecclesiarum n. 110 extr. de constit. & in c. consuluit 29. n. 10. 11. ff. de appell.* Rainald. Corl. *in addit. ad Oldrat. cons. 72. & cons. 264.* Didac. Covarr. *in c. peccatum secund. pars. relect. §. 10. n. 1. & 2. de reg. jur. in 6.* Quod & diserte tradunt Jo. And. *in addit. Spec. super Rub. de Juda.* & Abbas *in c. novit, col. 2. de jud.* dicit, quod appellatione proximi veniunt Judaei, Saraceni, & alii infideles, in quem sensum faciunt tradita per Petr. de Ancha. *in c. quod super, col. pen. vers. quarto quaero,* & Jo. de Anan. *in c. & si Judaeos col. 2. de Juda* & Alber. de Rос. *in Rub. C. de Juda. col. 2. versicul. item quaeritur nunquid Princeps vel Rex, &c.* & Jac. de S. Georg. *in tract. de feud. in verbo Dux, vers. ultimo quaero.* Alex. *cons. 99. visa inquisitione col. fin. circa fin. versic. & quod Judaeus, vol. 6.* Paris. *cons. 11. col. 2. in fi. & col. 3. in princ. vol. 4.* qui omnes diserte scribunt Judaeos, & Saracenos viventes pacifice & quiete nobiscum tolerandos esse.

428 *Ratio dubitandi IV.* Quarto ab invasione † infidelium, lege Evangelica prohiberi videntur arma in ipsos sumptuari, cum in eadem doceatur relinquendos esse divino judicio eos, qui contumaciter Evangelium Christi respuunt. Quo pertinet, quod *Lucae 9. in fine.* Christus increpavit discipulos suos, Jacobum & Joannem, qui exemplo Eliae ignem de coelo devocare volebant, ut consumeret Samaritanos, qui Christum, cum comitibus hospitio recipere nolebant. Spectat eodem quod Paulus ad Titum *cap. 3.* scribit: *Haereticum hominem, post unam & alteram admonitionem devitandum esse.* Confert eodem illud Theodorici apud Cassiodorum *lib. 2. epist. 28.* quod nemo cogi possit, ut credat invitus, & religio suadendo magis, quam pugnando propaganda sit; Hinc Deus voluntarium officium cupit; Et reprehensionem incurrunt, qui Judaeorum parvulos invitis parentibus, baptizandos esse putarunt, Et *de his, qui foris sunt, judicare non debemus, de quibus judicabit Deus, 1. Corinth. c. 5. & c. multi 24. q. 1.*

429 *Ratio dubitandi V.* Quinto confert in hanc sententiam quod † ordo dominandi unius super alterum, sit beneficium naturae, secundum doctrinam Aristotelis *1. Polit.* Illud autem, propter infidelitatem subtrahendum non esse, docuit August. de Amona, *in tract. de potest. Papae q. 23. art. 3.* At vero ipsis hoc beneficium subtraheretur, si è Regnis & dominiis terrarum suarum expellerentur, Marta *de Jurisd. p. 1. q. 24. n. 2.* cujus rationem affert Bellar. *lib. 5. de Rom. Pont. c. 2.* quod nempe dominium non fundetur in gratia, aut fide, nec ex jure divino, sed ex Jure gentium descendat, D. Thomas. *22. q. 10. art. 10.* ubi docet fidem non tollere jus naturale, aut humanum, ex quo dominia profecta sunt.

Ratio dubitandi ultima. Hane deniq; Negativam sententiam tuentur Bellarm. *in lib. de Rom. Pontif. c. 2.* Corset. *de potest. regia, q. 19.* Ancor. *in Regul. Pecc. vers. sed hic quaero, utr. Princeps, &c.* Aug. de Ancon. *tr. de potest. Papae, q. 23. art. 3.* Marquard. de Susannis, *tr. de Judaeis p. 1. c. 7. n. 4. & 5.*

430 *Sententia Affirmativa.* Caeterum, quamvis non levis momenti esse videantur, quae in Negantium partes adducta sunt, affirmativae tamen sententiae patrocinium suscipere nullus dubito, subsequentibus motus argumentis.

431 *Ratio decidendi pro Affirmativa prima.* Primum enim justa belli † contra aliquem suscipiendi causa censetur, si ad recuperandas provincias, quas peregrini per violentiam detinent instituatur, per tex. *in Can. Dominus noster, vers. Sic gens & civitas, ibi* vel reddere, quod per injurias ablatum est, *23. q. 2.* Didac. Covarr. *in c. peccat. Tit. de reg. jur. in 6. secunda part. Relect. §. 9. n. 4. vers. quarta causa, & §. 10. n. 3.* Oldra. *cons. 72.* Bart. *in l. Christianis, 6. n. 2. & 3. C. de paganis.* Innoc. *in c. quod super, n. 15. extr. de voto.* Nic. Boer. *decis. 178. n. 7.* qui scribunt, quod Saracenis, Turcis, & aliis infidelibus bellum indicere Imperator possit, maxime pro recuperatione terrae sanctae. Idem sentit Frid. Schenck *in tit. 28. Hic finitur lex, in pr. lib. 2. feud. Licitum est,* inquit, *Christianis adversus Barbaros, & à fide orthodoxa alienos, bella movere, qui mancipatas quondam verae pietatis ditiones hostiliter occuparunt, & in sanctam Domini haereditatem violenter irruperunt, ut scilicet recuperatio fiat possessionis, qua Christianissimus ab impiis praedonibus fuit spoliatus.*

432 *Ratio decidendi II.* Deinde confirmatur haec decisio ex eo, quod † servi sint incapaces jurisdictionis & dominii. Atqui Judaeos, quorum regnum, sub Vespasiano, & Tito, 40. post passionem Christi Anno defecit, mors Christi servos reddidit, *c. si Judaei de Judaeis.* Ergo eis bona possunt auferri: nisi convertantur, vel alias ex privilegio jus habitandi à superiori impetraverint. Oldrad. *cons. 264.* arg. *c. charitas. de paenitent. dist. 2. 1. c. 7. n. 1. cum seqq. & c. 6. n. 10.* Cum igitur ex gratia duntaxat tolerentur, illud ad necessitatem redigendum non est, *l. non quicquid ff. de Jud. solet ff. de offic. procur.* Marta *de jurisd. p. 1. qu. 24. n. 20.* ubi plura in hanc rem affert.

Quibus accedit, quod infideles sint idololatrae peccantes contra legem naturae, ideoq; ab iis auferri Regna, & Principibus, ea bello obtinentibus applicari possunt, per text. *in c. abolendam §. statuimus, text. de Haereticis c. vergentis eod.* & ibi gloss.

433 *Ratio decidendi III.* Tertio non levem confirmandae hujus † decisionis rationem habet, quod is qui procurat discessum à suo superiore, à quo totam habet auctoritatem dominandi, juste mereatur suo privari dominio, arg. *l. 1. ff. ad l. Jul. Majest. & l. quisquis, C. eod. tit.*

Similiter qui aliquem cogit, aut persuasit apostatare, rerum suarum dominium amittit, & capite plectitur, *c. cum qui C. de apostat.* At vero Saraceni, quantum possunt Christianos fidem abnegare faciunt, eosq; à Dei veri cultura avertunt, ergo dominia, si quae habent amittunt, quam rationem Jo. Majorin. *in 2. lib. sentent. dist. 44. art. 3.* & Marta *de jurisd. p. 1. c. 24. n. 16.* pro stabilienda hac opinione afferunt.

434 *Ratio decidendi IV.* Quarto fulcitur haec sententia ex mente scribentium Theologorum tradentium, furtum † non committi rapiendo bona infidelium, quam refert Marta *de jurisd. c. 24. n. 14.* ubi asserit Judaeos exeuntes de Aegypto & exportantes secum bona Aegyptiorum, non commisisse furtum propter mandatum quod à Deo habuerunt *Exod. c. 3. & c. 12.* ubi Nicol. de Lyra & traditur *in c. dixit Dominus 14. q. 5. & c. legimus dist. 36.* doceтq; D. Thom. *in prima 2. q. 100. art. 8. ad 3.* Ita etiam hodie qui spoliant Saracenos & Turcas non peccant, neq; furtum committunt, ob mandatum Papae.

435 *Ratio decidendi V.* Quinto Banonistarum receptam habemus † doctrinam, quod per Salvatoris nostri in terras appulsum omne dominium, Principatus, & jurisdictio ab infidelibus ad Christianos traducta fuerit, *c. 2. si de rebus 23. q. 7.* ubi decidit D. August. non esse indignum, si ea quae tenebant haeretici secundum parem Domini voluntatem, Catholici teneant. Ad omnes enim similes, id est, ad omnes impios & iniquos illa vox Domini (*auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti justitiam*) trahi & extendi potest. per text. *ibidem.*

436 *Ratio decidendi VI.* Sexto huic definitioni fortiter astipulatur, quod † bellum in eos juste suscipiatur, qui fidem Christianam, & liberam Evangelii praedicationem, in suis provinciis impediunt, Praedicatio siquidem verbi divini, unde fides procedit, libera esse debet in omnibus mundi partibus, secundum illud Salvatoris nostri. *Eritis mihi testes in omni Judaea, & Samaria, & usq; ad ultimum terrae, Act. c. 1. c. existimant, 11. q. 2.* & juxta illud Christi: *Ite in universum*

versum orbem, prædicate Evangelium omni creaturæ, Mar. ult. & Matth. ult. Quo pertinet & illud Davidicum: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, Ps. 18. c. ita Dominus, 19. distinct.*

Ratio decidendi ultima. Firmatur deniq; eadem hæc affirmativa sententia, auctoritate plurimorum ICtorum & Canonistarum. Eam enim affirmant Hostiens. *in d. c. quod super his de voto.* & *ibi* Ant. de Butr. Oldra. *in cons. 82. incip. contra Saracen.* Card. Turrecrem. *in can. dispar. 23. q. 8* Jo. de Lign. *in d. c. quod super his.* Mart. Laud. *in c. de rebus, 23. q. 7.* & *ibi* Jo. de Fantuc. Jo. Majorin. *in 2. sentent. dist. 44. q. 2.* Affl. *Tract. Feud. titulo, Quæ sint regalia. n. 26.* Arnold. Alb. *in repetitione rubr. de heret. q. 8. vers. prima conclusio.* Greg. Lopez, *in l. 12, titulo 23. partita 2 legum Hispaniæ,* ubi tale tractat hanc materiam.

Et quod bellum ab Ecclesia contra Saracenos juste possit indici, tenent in specie Ant. de Butr. & Joan. de Anan. *in c. quod olim de Iuda.* Innoc. *in c. quod sit super in 2. col. in glos. in verb. pro defensione, vers. potest etiam indicere, de voto.*

Solutio contrariorum argumentorum. His fundamentis jactis, reliquum est ut adductas initio quæstionis, dubitandi rationes, diluamus.

437 *Responsio ad I. dubitandi rationem.* Quod igitur ad primum † attinet, conceditur quidem absq; justa causa neminem suo domino privatum esse, sed quo minus assumptionem concedamus, obstat vitium violentæ occupationis; constat enim Turcas, Saracenos, & alios de quibus loquimur, infideles, Regna Christianorum mala fide occupasse, & consequenter à malo initio ac radice infrugifera arguendo constat, illos injustam habere possessionem, per rationem quod infecta radice omne id infectum reddatur quod ab ea descendit, *l. si viva matre, C. d. bon. mater. l. 1. §. ejus rei. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisd. l. tria prædia ff. de serv. rust. prædio* not. Bald *in l. fin. in fin. C. de verb. signif. & in l. quoties. C. de suis & legitimis.*

At vero licitum esse, Regna Christianorum mala fide occupata, in quibus nullum justum habuerunt initium, neq; approbationem, ex intervallo recuperare Juris interpretes communiter tradunt ad *l. 3. §. cum igitur,* & *ibi* gl. *ff. de vi & vi armat.* Item *in l. si coloni C. de agr. & censit. lib. 11.* Bald. *in l. 1. col. 2. C. unde vi, & in l. 2. C. de servit. & aqua.* Et hoc vitium violentæ occupationis transire ad posteros, colligitur ex *c. quia, extr. de Judæis, & ex l. vitia C. de acquir. poss.* docetq; Marta, *d. c. 24. n. 23.* Atqui Saracenos ac Turcas, per multa sæcula violento occupationis initio terras fidelium tenuisse in comperto est, idq; testantur Vincent *in Spec. hist. lib. 24. & seq.* Cardin. & alii *in clem. 1. de Judæis.* Jac. de Vorag. *in Legendario sanctor. in hist. S. Pelag.* Papa Archiep. Florent. *in 4. parte summa tit. 11. c. 6. §. 1.* Unde dicuntur potius latrones quam hostes, ut probat Alvarus *de planctu Ecclesiæ lib. 2. art. 2. col. 3.*

438 *Resp. ad II. dubitandi rationem.* At secundam † dubitandi rationem respondetur; quod licet Ecclesia, ritus infidelium tolleret in matrimoniis tamen non approbat; nam dicit textus, quod enim permittimus, nolentes permittimus, quia malam voluntatem ad plenum prohibere non possumus, *c. hac ratione 31. q. 1.* Sed in dominio, & jurisdictione Ecclesia non tolerat infideles, quia sunt eorum incapaces.

439 *Resp. ad III dubitandi rationem.* Quæ † autem tertio loco, de Judæis & paganis quiete degentib. allata sunt, ea ad firmandam negativam nil faciunt, quia leges illæ intelligendæ sunt, de iis qui in terris Christianorum degunt, & sub illorum jurisdictione vivunt, non autẽ de illis qui regna ac ditiones possident. De his autem dici vix potest, quod Christianis parcant, sed potius, ut experti referunt, quibuscunq; modis possunt, ipsis vim atq; injuriam inferunt, eos spoliando, eorumq; Religionem contemnendo, blasphemando, quam etiam si ullo modo possent extirpare, non intermissuri essent, ut præter alios attestatur Turrecre. *in d. c. dispar. 23. q. 8.* unde consultius esse putatur, prævenire eos, auctore Bald. *in l. 1. n. 42. C. unde vi,* quem sequitur Soc. *inter consilia Franc. Curtii, cons. 20. q. 4. col. 4. vers. ista confirmantur.* Nam si propter periculum permittitur magistratib. aliquando leges transgredi, *l. si quis filio. §. si qui. ff. de injust. testa.* Imol. *in cap. 1. de constit.* Bald. *in l. quid ergo. §. pœna gravior, ff. ex quib. caus. infam. irrog. & in l. & si severior. C. eo.* & not. Jo. And. *in c. pastor. super gl. in ver. prater quam, de offic. ordin.* multo consultius est impedire, ne eveniant, quam ulcisci acceptam injuriam. Hinc concludit Bald. *in l. ex hoc jure in 10. q. ff. de just. & jur.* quod justam recõcussionẽ patiuntur injusti id, quod scribunt etiam Inn. & Card. *in d. c. quod super his, de voto.* & Alberic. *in rubric. C. de Iudæis.*

440 *Resp. ad IV. dubitandi rationem.* Ad quarto insuper loco † inducta, respondetur, infideles non ligari Constitutionibus Apostolicis, quo ad spiritualia, & ideo de his, qui foris sunt, nihil ad nos, *c. gaudemus de divort.* & cum ipsi non sint de Ecclesia idcirco non potest illos excommunicare Ecclesia, sed alias pœnas ipsis irrogare solet, ut habetur *in c. post miserab. de usuris, & in c. postulasti de Judæis. can. sæpe.* cum *ibi* notatis, *28. q. 1.* & ita declarant Innoc. *in d. c. quod super his, de voto.* Host. *in summa, in titu. de Judæis. §. in quib. graventur.* Ex quibus constat S. Paulum ea de causa non tulisse sententiam in paganos, quod non erant subditi Ecclesiæ, & frustra in eos tulisset sententiam excommunicationis, cum alias fuerint in statu damnationis, propter infidelitatem, non autem ferenda est in aliquos sententia, ex qua nulla speratur utilitas, unde S. Paulus non dixit se non posse eos, qui foris sunt, judicare, sed ex eorum punitione nihil frugis emergere censuit, interprete Mart. *de jurisd. p. 1. c. 24. n. 60.*

441 *Resp. ad V. dubitandi rationem.* Præterea non imminuunt opinionem nostram, et quæ sub quinto argum. ex Aristotele, Bellarm. & D. Thoma relata sunt. Primum enim, falso Aristoteli ascribitur, ordinem principandi esse naturæ beneficium, id quod nominatim ex D. Thoma deducit ac probat Mart. *de jurisd. 1. c. 24. n. 34.* qui hunc articulum, quod nempe dominium ex jure divino originaliter descendat, fusissime tractavit, *in c. 1. ejusd. tractatus,* ubi etiam dicta Theologorum allegatorum asserentium id esse de Jure gentium, sufficienter refutavit, per distinctionem *sub n. 23.* assignatam, quo lectorem ad evitandam cũ Theologis concertationem huc impertinentem remittimus.

Resp. ad ultimam dubitandi rationem. Nihil deniq; deferendum est auctoritatibus eorum qui in contraria sunt opinione, cum enim affirmativa hæc sententia communior sit, ac fortiores decidendi rationes pluresq. adstipulatores habeat, ea non immerito negativæ præferenda est.

III. Existentia Advocatiæ ex fundatione. Redeundo igitur ad propositos Advocatiæ acquirendæ modos, illa potissimum etiam ac plerunq; emergit atq; oritur † ex fundatione, constructione & dotatione alicujus Monasterii, vel Collegii Ecclesiastici ut docet textus expressus *in c. generali 13. de election. in 6 ibi. Qui autem ab ipsarum Ecclesiarum cæterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine, jura sibi hujusmodi vindicant,* qualia nempe in princip. ejusdem cap. recensentur, scilicet custodia sive guardia, Advocationis seu defensionis in Ecclesiis, Monasteriis, seu quibuslibet aliis piis locis Titulus, &c. Id quod etiam dilucide apparet, ex traditis per Hostiens. *in Rubric. de Jur. patr. n. 1.* & Panorm. *ibid. n. 6. & ca. 2. nu 11. eod.* Matt. Wesenb. *cons. 48. n. 9.* Bald. *in l. final. C. de edict. D. Adrian. tollend.* Butr. *in ca. examinata, de Judic. n. 11.* Duar. *de Sacr. Eccles. minist. lib. 5. cap. 4. post. princip.* quos refert & sequitur Dn. Lud. Mulet. *disput. de Advocat. Thesi 16.* ubi nominatim defendit Ecclesiam fundantem ejus Advocatiam consequi; quod ipsum etiam novissime in scripta retulit Bechtius *disput. de salvo conduct. cap. 10 vers. Altera protectionis istius.* 442

Ubi

Ubi notat extraordinariæ protectionis Jus & formam Advocatiæ dupliciter existere: nimirum ex conventione, qua de *infra* tractamus, vel ab ipsa Lege ac Canone, illiusque vi Imperatorem legitimum esse Ecclesiæ Advocatum, hujus autem nempe canonis auctoritate, eos qui ex causa fundationis, structuræ seu refectionis, dotationisque congruæ, Ecclesiarum, Jus Patronatus consecuti sunt, præter Jus præsentandi canonicos earum protectores fieri.

Effectus Juris Patronatus Ecclesiastici. Idque summa æquitas exigit ac postulat. Quemadmodum enim per Canones rectissime provisum fuit, ut si qui † Ecclesias extruxissent, aut fundum, ac bona sufficientia contulissent, iis solatii loco indulgeretur, ut quos in eadem Ecclesia Rectores offerrent, ii ab Episcopis instituerentur, per text. *in c. decrevimus. 16. q. 7. ca. Abbates 8. q. 2. cap. nobis fuit de Jure Patronat.* Item ut ii præcipuum in processione honorem haberent *d. cap. nobis eod. tit.* Præterea, ut si inopia † ex post facto conflictarentur, ab iisdem Ecclesiis temporalem vitæ sustentationem petere possint. *cap. contra sanctorum, &c. quicunque 16. quæst. 7.* eam scilicet potissimum ob causam, ut & alii ad hujusmodi pia opera exercenda, tanto promptiores redderentur: Ita pariter justitiæ non inconveniens esse censetur, ut fundantibus Monasteria vel Ecclesias collegiatas Advocatiarum Jura, quorum intuitu se defensores eorundem monasteriorum præbere possint ac debeant, accrescant, argum. *cap. filiis de Jur. Patron.* Eleganter id ipsum novissime explicat Justus Springer, *in tract. de pace religion. cap. 11. in princip. hisce verbis: Si inquit aliquis adfectu † pio ductus rem suam Deo consecrat, seque ejus proprietate penitus abdicat, legibus & Canonibus visum est æquum eum aliquid Juris retinere, quod pietatis & singularis in Ecclesiam munificentia post funera monimentum esset perpetuum cap. 16. quæst. 7. nov. 67. 123.*

I. II. III.

Exempla autem Advocatiarum ex fundationibus & dotationibus acquisitarum licet per plura afferri possent, ex infinitis tamen pauca solummodo delibabimus. † inprimis autem ejus rei manifestum indicium subministrat Relator Wertheimensis in nupera Informatione adversus pridem editam Relationem Herbipolensem, **wider die Herren Graffen zu Löwenstein/** *part. 1. cap. 3. circa principium*, ubi de origine, fundatione, indeque acquisito Jure protectionis super Monasterio Brumbach ordinis Cistertiensis, sequentia in literas retulit, cujus verba, quoniam instituto nostro apprime congruunt, non gravabor subnectere. Rem igitur à primæva ordinis Cistertiensis institutione sequentem in modum explicat.

44

Aber der Sachen eygentliche Bewandnuß zu berichten/ so ist in den Historien zu lesen/ † als in Anno 1097. Robertus Abbas Cœnobii Melismensis, durch antreiben Andingi, eines Engelländers seines Convents-Bruders / sich in Burgund begeben / und durch hülffliche handreichung Hertzog Otthen von Burgund / das Kloster Cistertz / erbawet / und auffgerichtet / von welchem hernacher der gantze Orden genennet worden / hat sich auch Sanct Bernhardus / auß Zuneigung und Lust der newen Religion / in solches Kloster und Orden eingelassen / und also verhalten / als das Kloster Clarevallis, zu auffnemmung des neuen Ordens gestifftet / daß er demselben vorgesetzt / vnnd Anno 1113. deß Cistertzer-Ordens Dritter / aber solches newen Klosters erster Abt / erwöhlet worden.

Fundatio Monasterii Cistertiensis.

Dieweil † er aber (wie etliche schreiben) mit seiner grossen Heiligkeit / schrifftlichen Weißheit / vnnd löblichem Leben / den Cistertzer Orden / also scheinbarlich erleuchtet / und berümbt gemacht / daß bey seinem Leben (teste Baronio Annal. tom. 12. fol. Colon. ed. 395. & Spangenberg im Adelspiegel / p. 1. lib. 12 cap. 8.) in die hundert vnd sechtzig Klöster seines Ordens auffgericht worden / so haben auch die alte teutsche Fürsten / Graffen vnd Herren nicht die hinderste seyn wöllen / sondern in lebzeiten Bernhardi (als der in Anno 1113. zur Abtey Clarevall kommen / und deren biß ins 1149. Jahr mit grossem Ruhm vorgestanden) etliche Namhaffte Klöster in Teutschland dem newen Cistertzer-Orden / sonderlich aber Maulbrun in Schwaben aufferbawet.

Daher † dann auch die dazumal Regierende beyde Graffen von Wertheim / Wolffram vnd Dither / auß Christlicher eynfalt bewegt worden Ditherum den ersten Abt zu Maulbrum / zuerbitten / etliche seiner Convent-Brüder / zu Auffricht: vnnd Stifftung eines newen Klosters in das Mayngaw zuverordnen vnnd verschicken.

Diesem ersuchen hat gedachter Abt statt geben / vnnd Reinhardum sampt andern München ihres Mittels / wolermelten beyden Graffen zugeschickt / welche dann die Dörffer / Eullingsfeld / Falleburne / Grietzheim / mit der Pfarrkirchen daselbsten / sampt etlichen Weingarten zu Maßbach / wie auch ihr Schwester Adelheid / etliche Gulden und ewigen Zinß im Dorff Schlierbach fällig / den new ankommenden München / zu erbawung deß newen Klosters / geschencket und übergeben.

Dieweil aber die Benachbarte auß solcher Vbergab ihnen die Hoffnung geschöpfft / daß noch ein ansehnliches Kloster darauß erbawet / vnd viel löblicher GOttesdienst vnd guter Werck dardurch möchten angestellt vnd verrichtet werden / als seyn von solchen benachbarten Herr Billing von Lindenfels / Herr Zigebott von Zimmern / Herr Beringer von Grenburg vnd Erkebald von Degen / zu einem guten zuschuß bewogen worden / darauf dann das Kloster Brumbach erbauet vnd dessen donatio, Stifft: vnd Fundierung von Babst Adriano in Anno 1159. confirmirt vnd bestättigt worden.

Fundatio Monasterii Brumbach.

Wie aber dasselbe noch nicht recht vollendet / ist der Lermen zwischen Keyser Friedrichen dem Ersten / vnd den Bäpsten angangen / vnd weil Abt Reinhart dem Keyser / vnd den erwöhlten Bäpsten Victori vnd Paschali anhengig) darumb auch solche Stifftung vnd Klosterbaw mit vielen Freyheiten durch gedachten Fridericum Barbarossam in Anno 1165. zu Wirtzburg confirmirt worden) entgegen die Äbte von Maulbrun / Eberach / vnnd der gantze Cistertzer Orden / es mit Bapst Alexandro hielten / (wie sie dann von selbigem viel stattliche / vnnd die fürnembste Privilegia erlangt) haben sie den armen Reinhar-

hardum / als einen Schismaticum vnnd Ketzer außgeschryen / vnd gern gar / so wol auß dem Kloster / als von der Aptey / verstossen wöllen / da sie sich nicht für dem Keyser besürchten müssen / bey dessen Keyserlichem Hoffe sich dazumal † Graff Popo von Wertheim auffgehalten / vnd gegen dergleichen machinationes, sein Kloster vnd Abt zu Brumbach / mit grosser sorgfalt geschützet hat / also daß dessen widerwertige mit gewalt an demselben nichts verrichten können / sondern sich endlichen auff andern list gelendet / und den guten Herrn Reinhard / fulmine Pontificio, dermassen geängstiget / daß / ob er wol zuvorn / cor lapideum (wie sie es nennen) gehabt / jedoch durch solches außschreyen / vnnd die angedröhete excommunication, erweicht vnd verursacht worden / daß er von der Abtey gutwillig abgestanden.

Auf diese primordia ist berührtes Kloster / vnder die Protection der Graffen zu Wertheim / vnd beyder selben grossen Milte / nach und nach / stattlich auffgewachsen / vnd der Orten endlichen auch wahr worden / das gesagt wird: Religio peperit divitias & filia devoravit matrem.

Aliud ex fundatione comparatæ Advocatiæ exemplum exhibetur in familia quondam Illustrium Palatinorum Tubingensium & Comitum de Rucks.

444 *Fundatio Monasterii Blaubeüren.* Cum enim *Anselmus* † Pater & duo ejusdem filii *Henricus & Hugo* Palatini Tubingenses An. Christi circiter 1095. Monasterium Blaubeverense condidissent, jus protectionis, † titulo fundationis in eandem familiam derivatum diu in illam permansit; Nam & *Hugonem tertium*, qui *Guelphonem* potentissimum Alemaniæ Ducem, cum aliis quibusdam Principibus & Comitib. Tubingam gravi obsidione cingentibus, in fugam convertit, ludit & cepit Ann. Christi 1165. Advocatum ejusdem Monasterii fuisse testatur Casp. Bruschius *in descript. illius Cœnobii*. Et permansit Advocatia in eadem familia, donec tandem Rudolphus Ann. 1267. calendis Jan. eandem resignavit. 445 446

447 Sic etiam † *Comites Oetingenses*, quorum ex familia Adelhardis † Comitissa, ceu refert Wolff. Lazius *lib. 7. de migrat. gent. in Genealogia Comitum de Hirsperg n. 8.* celebre Monasterium ordinis Cisterciensis Monialium Kirchheim in Rhetia situm fundavit, eodem fundationis titulo Advocatiam ejusdem Cœnobii, quam in hodiernum etiam diem tenent, adeptos esse idem auctor memoriæ prodidit. *Monasterium Kirchheim in Rhetia.* 448

Monasterium Banz. Similem † insuper in Modum *Hermannus Marchio Voburgensis*, ex fundatione Monasterii Banz (quod ex castro ejusdem nominis insigni, ac novem robustissimis Turribus præclare munito, in quo † *S. Kunigundis* nutrita & à *S. Alberade* educata esse legitur, in cœnobium verso, An. 1071. regnante *Henrico IV.* condidit) Advocatiam super eodem pro se, & Hæredibus suis acquisivit prout literæ Fundationis *Cap. V.* insertæ clare demonstrant, in quibus inter alia ista habentur. 449

His omnibus hanc firmissime conditionem subjunximus, ut præscripta bona, dum vivimus in nostra provisione ac potestate permaneant, nobis autem defunctis, legitimus hæres noster Advocatiam eorum suscipiat.

450 *Monasterium Isne in oppido.* Ex pari fundationis Titulo, Advocatiam † Monasterii *Isnensis*, nacti sunt *Comites Veringenses*, quod eorundem majores Mangoldus Pater *VValtherus & VVolfradus filii* An. 1096. intra muros Civitatis ejusdem in honorem *SS. Jacobi & Georgii* cœnobium construxerint, eademque Advocatia penes eorundem Comitum familiam permansit, usque ad annum. 1306. quo *Joan. Truchses VValdburgensis*, à Comitibus *Henrico de Veringen* ac *Eberhardo de* Nellenburg consanguineis suis, proprietatem Arcis Truchburg / quam prius in feudum ab iis tenuerat una cum Advocatia & Jurisdictione Præfecturæ in oppido *Isne. 90.* Marcis argenti emit. Sic igitur tum oppido, tum cœnobio cum tota illa ditione Trauchburg / ad *Dapiferos Schererenses seu VValdburgenses præpotentes Algoviæ Barones* devolutis Advocatia etiam ad eosdem transivit, quæ & illis in hunc usque diem, id quod alibi etiam meminimus, salva permansit, Casp. Brusch. *in descript. ejusd. Monast.* *Imp. ejusdem nomine.* 451

452 *Monasterium Ittenweiler.* Ita † quoque nobilis *Familia de* Stein / Monasterii *Uthonis Villa* vulgo Uttenweiler / Constantiensis diocœsis Advocatiam, ex fundatione, quam *Berchtoldus Conradus & Joannes de* Stain An. 1450. perfecerunt, adepta fuit, quam & hodie in eadem familia persistere notum est.

453 *Monasterium Urspringen.* Sic etiam, cum tempore *S. Udalrici Episcopi Augustani Rudigerus Adelbertus & VValtherus Equites aurati & Domini de* Schelcklingen / *Urspringum* Monialium nobilitate generis conspicuarum, insigne cœnobium, ordinis D. Benedicti Constantiensis diocœsis prope oppidum ipsorum, Schelcklingen / ad aquarum scaturigines construxissent, Jure fundationis sibi suisq; posteris, *Jus protectionis* in eodem Monasterio quæsiverunt, id quod apud eosdem permansit, dum stirpe eorum sopita, Schelcklingensis ditio † ad Sereniss. domum Austriacam permanavit, quemadmodum etiamnum hodie *Duces Austriæ* ejusdem Monasterii Advocati ac Tutores existunt, uti testatur Casp. Brusch. *in descript. Monast. fol. 173.* ubi scribit eos ad hæc usq; nostri temporis tutores semper fuisse fidos. 454

455 *Monasterium Adelberg.* Fundationis insuper auspicio, *VVolknandus* † *Baro de* Eberßperg intimus *Friderici Barbarossæ* Consiliarius Aulicus, nactus est Advocatiam super Monasterio Adelbergensi. inter Hohenstauffen / & Schorndorff sito, quod Anno Domini 1181. cum consensu prædicti Imperatoris construxit, ad quem etiam una cum Advocatia, *VVolcknando* absque liberis mortuo, omnia ejus bona devoluta fuerunt. Idem vero Imperator † *Fridericus* tanti Advocatiam illam Adelbergensem fecit, ut ne alius, quam ex familia Dominorum de Stauffen Protector esset, peculiari diplomate sanciverit, id quod sic habet. 456

Diploma, Friderici, quo Advocatiam Monasterii Adelbergensis esse in protectionem recepit in familia Dominorum de Stauffen perpetuam esse sancit.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *Fridericus* divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus; Ad præsentis & æternæ vitæ gloriam nobis admodum speramus profuturum si ad conservandum largitiones & eleemosynas fidelium, nostram auctoritatem, & conservationis robur apponimus, & dextram nostræ defensionis extendimus, Notum igitur esse cupimus omnibus Imperii nostri fidelibus qui claustrum Adelberg & omnia ei attinentia recepimus in nostram pacem & protectionem: *statuimus & una cum Felkenando in* Stauffen / *qui fundator fuit loci illius, ut quicunque in sede Apostolica Præpositus loci illius dabit aureum unum in signum & recordationem: quod illud claustrum defendi debet ab ipso Apostolico: & ab illo qui fuerit Dominus de* Stauffen: *Volumus & ut nullum habeant Advocatum, præter illum, qui est, vel erit Dominus de* Stauffen:

Volu-

Volumus & ut nullum habeant Subadvocatum, nisi quem præpositus & conventus de Adelberg elegerit. Ut igitur hæc rata & incommutabilia permaneant, præsentem paginam inde jussimus conscribi & nostræ majestatis sigillo insigniri statuentes & Imperiali qua fungimur, auctoritate præcipientes, ut contra hoc nostrum statutum nullus attentet, quod qui facere præsumpserit, viginti libras auri pro satisfactione componat, quorum dimidiam partem nobis, reliquam injuriam passis assignamus. Hujus rei testes sunt, Henricus Abbas de Lorchen: Ultaricus de Anhusin: Ludovicus Comes de Helffenstein/ Gottfridus de Winenden. Billindus de Justingen: Adelbertus de Metzingen: Rupertus de Gundelfingen/ Volcknandus, Fridericus, Conradus, Bernoldus de Stauffen: Gerungus de Vrabach: Vdalricus de Rechberg, Egeno & Adelbertus de Waldhusen/ Henricus Berageres, & Adelbertus de Lorchen: Dropoldes de Schlechbuch: Et alii quamplures.

Signum Domini Friderici Roman. Imperat. Illustr. Ego Gottfridus Cancellarius Imperialis aulæ, vice Christiani Moguntini. Archiepiscopi, & Archicancellarii recognovi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis 1181. Indict. 14. regnante D. Friderico Rom. Imperatore gloriosissimo. An, regni ejus 30. Imperii vero 27. Dat. in Castro Stauffen 8. Cal. Jun. feliciter, Amen.

457 Friderico autem † in defensione successit Andronis Imperatoris Henrici filius, & tandem Conradus ultimus Sueviæ Ducum, quo in Italia An. 1268. sublato, in tutelam Monasterii successere Duces Austriaci; sed cum id ab eis remotius esset, curationem ejus Wirtenbergensibus proceribus commiserunt: in quorum ditione situm erat.

458 Sic etiam Advocatia Monasterii Wengensis, quod *Witigevus† Comes de Albeck*. Anno 1183. prope Ulmam in monte *S. Michaelis* condidit, ex fundationis semine in familiam Comitum eorundem coaluit, & penes eandem permansit donec circa annum Domini 1396. Comitatus † Albeccensis in Ulmensium pote-

Monasterium Wengen in Civitate Imper. Ulmensi.

459 statem devenit. Crusius *Annal. part. 3. lib. 6. c. 5.*

460 Haud dissimili modo inclyta olim † *Pincernarum de* Winterstetten *familia* mero fundationis titulo nacta est Advocatiam Monasterii *Poundensis*, quod *Conradus de* Winterstetten Anno 1230. in papo suo *Poundino* fundavit, referente Bruschio *Chronolog. Monast. German.*

461 Illustre demum acquisitæ per fundationem † Advocatiæ exemplum habemus in illustri, ac vetustissima *Comitum Helffensteiniorum familia*, quæ etiam in hodiernum usque diem penes eosdem persistit.

462 Cum enim *Rudolphus † Helffensteinius* Ludovici Pii Ministerialis, Anno Dominicæ incarnationis 861. Cœnobium in Wysensteig/ fundasset, sibi ipsi ac posteris suis Advocatiam vendicans, in fundationis diplomate aperte statuit, ut servi Dei ibidem constituti, à filio suo Ericho tempore vitæ suæ, & deinceps ab optimo filiorum illius auxilium ac defensionem haberent.

Ecclesia Collegiata Wysensteig.

Sed juvat ipsas fundationis literas, quantumvis longas, quia antiquitatem sapiunt, integras hoc loco subjicere, quæ sic habent.

463 In nomine Domini nostri Jesu Christi: Sit omnibus notum, tam præsentibus, quam & futuris, qualiter ego RUDOLPHUS pro augmento precum serenissimi Domini mei Regis *Ludovici* cogitans: & pro remedio animæ meæ, & parentum meorum, una cum voluntate & consensu *Erich* filii mei & cum manu ipsius sub præsentia venerabilis Salomonis Episcopi, trado atque transfundo Domino Deo omnipotenti, & *S. Cyriaco* Martyri Christi, talem locum, qualem hactenus visus sum habere in pago nomine *Pleonungethal*. Hoc est ipsum locum, qui vulgo dicitur *VVisonsestaiga* juxta flumen quod vocatur *Filisa*, quod est situm in *Grubingavv*, marco in Comitatu Warinhari Comitis omnia sicut nunc in circuitu disterminata videntes; tam in agris, quam in sylvis, cultis, & incultis: ædificiis, in pomariis, in pascuis, in pratis, in aquis, aquarumque decursibus, in molendinis, in novalibus, in adjacentiis, in finibus, cum mancipiis. Ita nominatur *Albger Ratini*, *Bertuum*, Suuabelf *Erichart*, *Matherat*, Altman/ *Othekar* Walachgrûne/ Engelman/ Hildibrecht/ Egelbold/ Item *Matherat*, Meginbold/ Rattolff/ Wolffgang/ Erimpert/ *VVacho*, Elinhurt/ Zinsmund/ *Hemmo, Radolff, Erfold, Alvvvig*, Engelburg/ Reginhart/ *VVichram*, Watlind/ Vtgrun/ Werimprecht/ Amalhilt/ Ruadhild/ Ellinburg/ Luibsind/ Thiuburg/ Otburg/ Erchintrud/ *Benedicta, Gunderun, VVigunrg, Austrat*, Gundrud/ *Theotlindi*, *VViberat*, Engeldrut Wölffin/ *Ratinza*, Adelgund.

Diploma Rudolphi Comitis Helfensteinii quo Monasterii olim Wysensteigensis fundatio continetur & Ericho filio ejusque posteris, acquisitum ex fundatione protectionis jus committitur.

Gestin. VVilburg. Reginburg. Engelhart. Eggibirt. Gunsa. VVeza. — *cum filiis suis.* — *Irnochtolff. Abo. Richmund. Sigibrand. Sigmund. Sigimar. Egghart. Ristmund.* — *cum uxore & filiis suis.*

Similiter infra eandem marcam in pago supradicto ubi flumen istud *Filisa* initium capit, supradicto Martyri Christi Trado alterum locum cum agris & sylvis & quicquid ad eundem locum respicit, cum mancipiis istis, *Eripins* cum uxore & filiis *Brackat*, cum uxore & filiis *Hulto* cum uxore & filiis, *Hedfrid* cum uxore & filiis suis. Nec non & tertium locum in ipsa marca trado sancto *Cyriaco* in loco, qui dicitur *Tuffenthal* cum adjacentiis suis, & mancipiis his; *Frich* cum uxore & filiis suis. *Tuto* cum uxore & filiis suis. Similiter trado supradicto Martyri Christi: Quartum locum in altero pago, quid dicitur *Fluna*. Hoc est villam illam quæ dicitur *Hohenstatt*, quicquid infra marcam ipsius villæ est, absque loco

eo qui dicitur *VVeisteti* cum mancipiis his, *Vadil* cum uxore & filiis, *VVisman* cum uxore & f. *Otakar* cum u. & f. *Caldarich* cum uxore & fil. *Isarhart* cum ux. & fil. *Lutteth* cum u. & f. *Heilhart* cum fil. suis. *VVighart*, cum u: & f. *Nanzo* cum u. & f. *Rudohilt* cum f. *Selma* cum f. *Ruadpert* cum u. & f. *Ata* cum f. *Meginhart* cum u. & filiis: *Hasso* cum u. & f. *Danckholff* cum u. & filiis *Rimund* cum u. & filiis *Eicho* cum u. & f. *Rudbold*. cum u. & f. *Otherich* cum u. & f. *Amalin, Otmunt, VVolfdrech.* Item *Otmunt*. In quinto vero loco, qui dicitur *VVesterheim* similiter trado hoc cum medietate ipsius Ecclesiæ & quicquid in prædicta marca visus sum habere, cum mancipiis his, *VVatila* cum filiis suis *VVampert* cum u. & f. *Giselmund* cum u. & f. *VVolffgang* cum u. & fil. *Irrath. Hetta* cum filiis in sexto loco qui dicitur *Tumescat*, quicquid ibi visus sum habere, cum mancipiis his *Onolff* & *Becchilt* uxore ejus cum f. Similiter trado supra dicto Chri. Martyri quicquid in pago *Nekergavv* visus sum habere, in locis ita nominatis. *Nabera*, *Bissinga*, *VVilheim*, *Nidlinga*, cum mancipiis his *Folckmar*, *Razon*, *Rafolt*, *Deothert*, *Luttsind*, *Thencka* cum filiis: *Baldolff*, *Trabesan*, cum uxor: & filiis Deothilt cum f. Item in pago qui dicitur Filicousgawe. Similiter trado in villa nuncupata *Ysminga*, quicquid in ipsa marca visus sum habere cum mancipiis his. *Gundt* cum uxore & filiis *Otleib* cum u. & f. *Bernvvigman*, *Deotolff*, Filib. Item in Francia in pago, qui nominatur *Lobetrugavve*. In loco qui dicitur *VVindenheim*, Unam Ecclesiam ibi trado & quicquid ad ipsam pertinet, cum mancipiis his. *Otpert* cum uxore & filiis ejus, *Sigifrid* cum uxore & filiis suis. *VVatholff* cum u. & f. suis. Item decimatores omnes de *Milhausen*. Nec non & de *Ditzenbach* & de *Vffhusen*, & de *Merckelingen*, trado autem firmiter transfundo sancto *Cyriaco* hæc omnia quæ superius comprehensa sunt, tam in mancipiis, quam in agris & sylvis, cultis & incultis, cum omnibus adjacentiis. Jure ad ipsa loca superius scripta respicientibus potestatem manu, cum filii mei manu, trado firmiter sancto *Cyriaco*, & ipsis servis Dei, qui ibidem constare noscuntur. Hoc est de meo & filii mei jure, In illius sancti & Dei, servorum jus & dominationem ea cum ratione, ut ipsi servi Dei potestatem illarum rerum habeant, & post obitum meum filio meo Ericho censum talem singulis annis faciant. Hoc est quando ad servitium pii Regis perrexerit: unum Saumarium onustum præstent cum homine, qui illum ducat. Similiter secunda vice faciant, si iter in hostem eodem anno contigerit *& ab ipso filio meo Ericho auxilium, & defensionem habeant tempore vitæ meæ, & similiter deinceps, in optimo filiorum ejus habeant.* Quemcunque ipsi in illa prosapia sapientiorem & Deum timentem probaverint, illi tantum eundem censum singulis annis persolvant, cæteris autem cohæredibus nihil.

Quod si forsan posthæc ego ipse, quod absit, vel filius meus seu filius ipsius vel ullus hæredum seu prohæredum vestrorum, vel ulla alia emissa seu opposita persona erit, quæ contra hanc chartam venire, ut eam mutare seu frangere conaverit, non obtineant effectum, nec ullam aliam potestatem generatio mea super ipsum locum habeat, nisi sicut superius comprehensum est. Sed ipsi servi Dei inter se dignum Abbatem eligere potestatem habeant post obitum Domini *Tutanmani*, quem primum Abbatem cum Domino *Salomone* Episcopo elegi, & loco præsenti, quod si ab ulla persona, ut jam dictum est aliqua contrarietas surrexerit, potestatem habeant ipsi servi cum Abbate suo peregere ad Episcopum cujus diæcesin ipse locus pertinet, & cum ejus auctoritate Canonica & adjutorio superent pravorum conatum: vel si necesse fuerit rem cum Episcopo coram Rege examinent. Et ut hæc traditio firma & stabilis permaneat omni tempore, cum stipulatione subnixa roboratur. Sic Salomon Episcopus sub cujus præsentia hæc acta sunt & Lexert presbyter, Undolff Diaconus, Eberhart Diaconus, Tutaman Abbas, Heremias presbyt. Adonolt presb. Irmpert, presb. Meginhart, presbyt. Gisalhart presbyt. Hamadro presb. Gerhart presb. Cosbert presb. Erhart presb. Otherich presbyt. Lierpert Diaconus David, Diaconus Walpart, Wigbert, Perrilteri, Truegkey, Herwart, Adelmunt, Wiserich; Et isti testes Laici, qui hanc traditionem viderunt, & audiverunt, Ego Rudolphus, qui hanc traditionem cum manu Erichi filii mei & firmari rogavi Erich. Rudolph Junior Wald, Conso, Hunso, Hunolff Udelger, Reginhart, Rettpert, Pernger, Germunt, Erimpert, Goshelm, Rigant, Amalpert, Hanpert, Sicherich, Raholff, Rantwig, Pereltrum, Deopert, Amalhart, Olem, Perithram. Adal voto Jacob, Salaho, Willihart, Reginhart, Wigerich, Pebo, Adalwald Rudger, Wiserich, Meginheri, Suvidger, Suvanager. Gesilpert. Darathram, Giselpert, Hartman, Lampert. Idem ipsi viderunt vestituram supradicti Monasterii. Acta est hæc traditio in ipso loco Wisentestaiga sub die Viti. Idus Decemb. Anno ab incarnatione Domini 861. indictione decima, regnante Domino Ludovico Rege super Orientales regiones Anno 28, regni ejus.

Et ego Erinenricus rogatus scripsi & subscripsi.

Sed omissis pluribus dotationum titulis acquisitarum Advocatiarum exemplis, ad fontes materiæ propositæ reverendo, illud ignorandum non est, quod licet Jus † protectionis, de quo agimus, & Jus Patronatus Ecclesiasticum, ex eadem causa, ut dictum est, fundationis nempe constructionis vel dotationis emergere soleant, tamen Jura plane diversa † esse (quorum nonnullas differentias *infra in Capit. XV* assignavimus) 464 465

vimus) idque etiam colligere est, ex gloss. *in cap. Venerabilem extr. de elect. in verb. Carebit.* ubi habetur, Advocatum non posse esse Patronum Ecclesiæ, sed comparari Tutori, quod ipsum non obscure testatur Abbas *in d. cap. venerabilem n. 20.* ubi post Innocentium & Philip. scribit Advocatum [466] † Ecclesiæ non esse Patronum, sed quasi parentem, seu protectorem, ibidemque nominatim infert, quod licet Imperator [467] † sit Advocatus Ecclesiæ, eum tamen non esse Patronum quos refert & sequitur Roch. de Curte *in tract. de Jure Patron. verb. in Ecclesia, n. 2.* ubi nuncupatim etiam tradit, quod Imperator non sit Patronus Ecclesiæ Romanæ, licet sit Advocatus, & defensor illius, ut habetur *in textu allegati c. venerabilem:* Non tamen abs re est, & in facto sæpe contingit, ut aliquis simul sit [468] † Patronus seu collator, & protector in aliqua Ecclesia, nihilque obstat quin utrumque Jus hoc est Advocatiæ & collationis, in uno & eodem subjecto esse possit, ut si Monasterium, cujus quis protector atque Advocatus est, habeat particulares præbendas, quæ ad collationem Patroni pertineant, eo sane casu, in eadem Ecclesia unus & idem est Protector & collator, qui & totum Monasterium defendere, & in particularibus istis beneficiis præsentare potest *c. Abbatem, de verb. signif. c. accedentib. de excessib. Prælator. cap. cum dilectus de consuetud.* Ant. de Butr. *in c. nobis de Jure Patron.* Imo ut alibi dictum est, defensio semper cohæret Juri Patronatus Ecclesiastico: Quare prædicta glossa, quoad dicit, Advocatum seu protectorem non posse esse Patronum erronea est, nisi forte sentiat, non esse connexa seu cohærentia.

Sed ad propositum redeundo, tanto magis dicendum est ex fundatione, [469] † constructione & dotatione prodire Advocatiam, quando Fundatores Monasteriorum tutelam seu protectionis Jus pro se ac successoribus expresse reservarunt, per notat. Hostiens. *n. 4. eod. tit.*

[470] Ejusmodi autem Reservationes † Advocatiarum temporibus Saxonicorum Impp. in ipsis Ecclesiarum fundationibus ac dotationibus multum frequentatas fuisse testatur Christ. Leheman *Chron. Spirens. lib. 2. c. 36.* ubi nominatim scribit, daß in folgenden zeiten bey der Sächsischen Keyser Regierung ein anderer Brauch eingerissen / wann Fürsten / Graffen vnd Herren / ihre eigne Land vnd Güter zu den Kirchen gestifft / daß sie ihnen vnd iren Erben die Gerechtigkeit der Vogthey das ist / der weltlichen Regierung darin vorbehalten / daher geschehen / daß nicht allein König und Keyser / sondern [471] auch andere Herrn die Advocatias bestellt und verwaltet etc. Istiusmodi reservatæ Advocatiæ exemplum videre est apud Stumpff. *lib. 7. c. 9.* ubi refert *Rathbotum* † primum ejus nominis *Comitem de Habspurg* postquam opera & opibus *Wernheri*, uxoris suæ *Ithæ Ducissæ Lotharingiæ*, fratris, Episcopi Argentinens. Anno 1027. arcem Habspurgum in Argovia condidisset, à qua Comites postea Habspurgiaci Austriæ Archiduces nomen sumpsere, & circa eadem tempora monasterium *Murense* fundasset in eodem Advocatiam sibi reservaverit, [472] eoque vita functo, filius ejus Wernherus An. 1034. † & post hunc, Albertus ejusdem Nepos, teste Gerardo de Roo *in Chron. Archiduc. Austr. lib. 1. ad An. 1034. p. 5.* protectionis Jus adeptus sit, qui deinde Anno 1082. rogatu & instantia Abbatum *VVilperti de Hirsovv & Sigfridi de* Schafhausen omne Jus, quod in monasterium habebat, Monachis libere cedens, omnem Jurisdictionem à se penitus abdicavit, iisque liberam potestatem fecit, in posterum monasterii protectorem quemcunque pro libitu constituendi, qui insequenti [473] post Anno Jure † suo libere utentes, Monasterii Advocatiam *Luitolpho Baroni de* Regensperg commiserunt. [474] Verum is propter bellum inter *Comitem* † *VVernerum de* Habspurg & nepotes suos ex sorore *Richensa Cunonem ac Rudolphum Comites de* Lenzburg exortum eam non multo post, ad Monachorum manus sponte resignavit. Sed ii, ne tempestate tam periculosa ac difficili, Advocato destituerentur, *Richvvinum Baronem de* Rüseck in patronum cooptarunt. At vero cum is quoque [475] † monasterium ob intestina bella ac continuas seditiones, per totam Alemanniam tum temporis grassantes, non satis tueri ac protegere posset, ea de re Monachi apud sæpedictum *VVernerum Comitem de* Habspurg conquesti, assiduis precibus institerunt, ut Monasterium denuo in pristinam protectionem susciperet, quibus ille annuens, ea conditione Advocatiam reassumpsit, ut deinceps inter filios ac posteros, ex se descendentes, semper natu major, Advocatiæ munere fungeretur, sicque tutela [476] † monasterii Murensis hæreditario Jure remansit apud *Comites de* Habspurg usque ad tempora, quibus se Helvetii primum Auriacorum jugo eximentes, in libertatem, qua etiamnum hodie potiuntur, vindicarunt. Posse autem patronum in fundatione [477] † Ecclesiæ vel monasterii Jus tale sibi reservare, similesque conditiones, & pacta apponere, dummodo inhonesta non sint probatur per tex. *in c. præterea & in c. vobis.* & *ibi* not. DD. *de jur. patr.* Jo. Andr. *in c. ex eo super ver. fundatione. de elect. lib. 6.* gloss. & Dd. *in c. Cum dilect. de consuetud. & in c. significatum.* ubi Abb. *in notab. de preb.* & not. Joan. de Mil. *in ver. patron. in fundatione*, cum aliis cumulatis per Fel. *in ca. cum venerabilis c. 11. de except. & in tract. suo quando litera Apost. noce part. eccl. col. 2. ver. corroborari potest*, & diffusius per Roch. de Curt. *in tract. de jur. patr. in ver. pro eo quod de diocesani consensu. quæst. 12.* & per Socin. *consil. 1. col. 1. vol. 3.* Quos refert & sequitur Paul. Paris. *cons. 48. vol. 4.* In traditione enim & fundatione [478] † post potest patronus apponere ea pacta, quæ vult, *l. in traditione, ff. de pact.* & ab ipso primordio [479] † posterior eventus formatur, *l. 1. C. de impo. lucra. descript. lib. 10.* Et qua ratione istud permittatur patrono Laico, ponunt Fel. & Roch. de Cur. *loc alleg.* Hinc Bald. relatus à Fel. *in d. tract. suo quando litera Apost. &c. col. 2.* & Socin. *d. cons. 1. & in l. 2. C. de in jus voc.* dicit, [480] † quod fundans Ecclesiam, possit apponere pactum, ut Jus patronatus transeat ad hæredem extraneum, per not. *in c. considerandum. 13. quæst. 7.* Licet enim Jus [481] † patronatus ad quoscunque hæredes transeat, etiam extraneos, ut per omnes Dd. *in c. plures, post gloss. de jur. patron. & per Jun. in rub. extr. de jur. pat. in fin.* & per Abb. *in c. 1. eod. tit. cum aliis concord.* Et ita ad masculos, sicut ad fæminas, ut per Abb. & Innoc. *locis modo citat.* tamen, quando patronus [482] † in fundatione apposuit pactum, ut jus patronatus non transeat nisi ad hæredes sanguinis: isto casu extranei hæredes censentur exclusi, per doctrinam Bald. *in d. l. 2. circa princ.* quam etiam refert & sequitur Barr. Bellenz. *in Apost. ad Abb. in c. cum seculum. de jur. pat.* & expresse etiam firmat *Roch. de Curt. d. tract. ver. ipse vel is, à quo causam habuit, quæst. 8. ver. sed hic. suboritur*, dicens, esse verissimam, quando tali dispositioni consentit Episcopus.

Exemplum reservatæ Advocatiæ in fundatione Monasterii Murensis in Argovia.

Hinc etiam Card. *cons. 48.* concludit, [483] † quod si in fundatione fuit ordinatum, ut Jus Patronatus illis de parentela tantum competere debeat non poterit competere aliis qui non sunt de parentela, & non habent istam qualitatem requisitam & expressam in fundatione, quem decis. referendo sequitur Roch. de Curt. *loc. prealleg. quæst. 33. in fin.* ubi etiam adducit alia cons. Alex. ad casum præsentem servientia, ut Jus patronatus transferatur ad aliquas personas qualificatas, ut voluit fundator, & non ad alias carentes dicta qualitate & comprobantur ex deductis per eund. Roch. de Curt. *quæst.*

quæst. seq. 34. Et ex his, quæ dicit Felin. *in d. tract. col. 1. vers. dicit Dominus*, ubi referendo Gemin. *in c. Ecclesia, in ult. not. de præb. lib. 6.* concludit, † quod Patronus possit in creatione beneficii adjicere onus, ut ad illud semper aliquis præsentetur de suo genere. 484

485 Sed circa istas reservationes de quibus huc usque diximus, scrupulus oritur, ac quærendi opportunitas nascitur, *An illa, sine † Diœcesani assensu, fieri possint, vel ad easdem Episcopalis authoritas necessaria sit?*

Utrum in reservatione Iuris Patronatus seu Advocatiæ, Consensum Episcopalem intervenire oporteat.

Pro parte affirmativa facit doctrina Abbatis Panorm. *in cap. nobis. Extr. de Jure patron. in notabilib.* ubi dicit, quod si quis in ultima voluntate mandavit, sacellum constitui, & disposuit, quod institutio pertineret ad certum prælatum inferiorem Episcopo, non valeat illa dispositio: unde, secundum eum, particula illa habebitur pro non adjecta: nisi interveniat consensus proprii Episcopi, & assignat rationem: quia testator, vel fundans † Ecclesiam, non potest immutare dispositionem Canonum, in præjudicium Episcopi *cap. requisitum, de testament.* item nemo facere potest, quin Jura locum habeant in sua dispositione. *c. una. de testam. l. nemo. ff. de leg. 1.* Istam conclusionem etiam tenent Legistæ, videlicet Bart. post Jacob. de Arena. *in l. quoties. §. fin. ff. de admin. tut.* Idem concludit Innoc. *in cap. in Lateranensi ante fin. de præbend.* ubi pulchre loquitur: subjiciens, quod etiamsi testator diceret, quod si Ecclesia non ordinaretur, prout ipse disposuit, quod irritat omnem suam dispositionem, quod talis pœna rejicitur: idem decidunt Domini de Rota: *de testa. decis. 7.* ubi fortius dicunt, quod etiamsi testator † injungeret pænam, ut redditus deputati converterentur in alios pios usus, nisi Ecclesiæ ordinaretur, prout ipse disposuit, quod talis pœna rejiciatur, quod referendo sequitur etiam Felin. *in cap. cum venerabilis, col. 11. de except.* plures authoritates ad prædicta allegans.

486 Affirmativa. Argumentum pro sententia affirmativa. 487 488

489 Hanc tamen doctrinam suam † Abbas restringit, quod reservationes alicujus temporalitatis factæ per Patronum in Ecclesia patronata ita demum valeant, si tempore fundationis cum auctoritate Episcopi factæ sint, Ergo quando fierent postea, sentit, non sufficere authoritatem Episcopi. Idem concludere videtur Cardin. Flo. *in clem. quia contingit. vers. ut autem in 3. notab. de relig. dom. per c. dilectus. & ibi notat.*

490 Pro negativa autem sententia facit, † quod dicunt Domini de Rota *in decisionibus suis antiquis, sub tit. de testam. decis. incipiente: factum tale est*: ubi decidunt, quod si † aliquis testator ordinet in suo testamento beneficium sacerdotale, & dicat: volo, quod talis 14. annorum, vel minor habeat beneficium meum, etiam interim, dum adhuc non est Sacerdos, quod talis ordinario teneat, & valeat, nec tamen faciunt mentionem de Episcopi consensu.

Argumentum pro sententia Negativa. 491

492 Secundo confirmant hanc opinionem † tradita per Barbat. *consil. 33. incip. scripsit Psalmista. col. 4. vol. 2.* ubi dicit, valere dispositionem testatoris ordinantis, ut instituendus omni hebdomada celebret missas, & tamen de Episcopi consensu nullam facit mentionem, supra autem circa hoc in specie conclusum est contrarium.

Argumentum II.

Tertio roboratur ista doctrina per Hostiens. *in cap. ea, quæ. de statu regular.* ubi dicit, quod fundans † Ecclesiam regularem, potest apponere pactum, quod clericus secularis habeat vocem in electione Abbatis, quod refert & sequitur Felin. *in tract. suo. quando litera Apostolica noceant patronis Ecclesiarum in vers. terrebore & ibi* alia allegat ad propositum, nec tamen facit mentionem de Episcopi consensu.

Argumentum III. 493

In hac sententiarum discrepantia, ad propositam quæstionem respondendo, subscribimus negativæ, cum hoc tamen moderamine: † si servationes seu pacta, quæ tempore fundationis apponuntur non concernant spiritualitatem, nec Ecclesiæ onerosa sint, etiam sine Episcopi consensu valida sint, per regul. *in traditionib. ff. de pactis.* & est de mente Dd. *in locis præallegatis* maxime Hostiens. & Joan. Andr. *in c. significatum. de prabend.* 494

Decisio negativa.

Ad prædictam vero Abbatis restrictionem, † quod attinet, dicendum est, si novæ conditiones vel nova pacta sint præjudicialia Ecclesiæ patronatæ & illi onerosa: tunc non posse apponi post fundationem, etiam cum consensu Episcopi per gloss. *in c. cum dilectus. verb. constitutum. de consuetud.* & *ibi* Imol. & Abbas, sic quoque concludit Fel. *in c. significavit in 2. notab. de testib.* si autem sint utilia Ecclesiæ, vel non præjudicialia, tunc fieri posse; quia nihil est, quod repugnet, & hoc est de mente Abbat. *in d. c. cum dilect.* & Dd. *supr.* relatorum. Credo tamen etiam hoc casu post fundationem Episcopi consensum requiri, arg. *ca. noverint. 10. q. 1. cum similib.* & faciunt notata *in c. nos quidem. de testam.*

495 Resolutio ad Abbatis restrictionem.

Non evertunt autem hanc posteriorem negativam sententiam *superius* in contrarium adducta.

Nam, quod ad allatas Abbatis, aliorumque auctoritates attinet, dicendum est, illos loqui de ejusmodi fundatorum reservationibus seu dispositionibus, quæ fiunt circa spiritualia: ita seipsum declarat Abb. *in d. c. significatum, notab. 1. & prabend.* ubi dicit, † patronum non posse apponere modum celebrandi divina, in Ecclesia patronata, nec restringere aliter instituendum in illo beneficio, sed hoc explicare, ad superiorem spectare, allegans text. *in d. c. cum dilectus.* & Innoc. *in c. 3. ne prælati vices suas.*

Responsio ad contrarium Argumentum 496

Non valebit ergo dispositio testatoris † disponentis, quod tres vel quatuor missæ omni hebdomada celebrentur per instituendum, nisi consensus Episcopi interveniat. Eand. etiam conclusionem tenet Abb. *in c. consuluisti. de celeb. missa & c. præterea. 2. eod. tit.* † ubi dicit, patronum non posse onus aliquod annuatim solvendi imponere Ecclesiæ patronatæ, sine consensu Episcopi, quod ipsum etiam firmat Fel. *in c. cum accessissent. col. 8. de constit.* ubi plures Dd. citat. 497 498

Cæterum tertius iste constitutæ ac passim usurpatæ olim Advocatiæ inducendæ modus præter supra relatum, innumeris edoceri potest exemplis, quorum nos elegantiora in confirmationem rei hujus, isto loco delibabimus.

Quorum in numero memorabile † illud in primis occurrit, quod Trithemius *in Chron. Monast. Hirsaw.* refert (cujus Fundator *Erlafridus Comes de Calwe* Advocatiam ex fundatione An. 830. acquisitam, postea vero desolatione ejusdem extinctam per *Adelbertum* tamen An. 1075. restaurationis, ut *infr.* docetur, titulo recuperatum per aliquot sæcula ad suæ familiæ descendentes transmiserunt atq; penes eosdem reliquerunt, donec † eadem clientela, extincta illorum familia, ad *Principes Wirtenbergicos* una cum Comitatu Calwensi pervenit. Postquam enim prædictum Monasterium ab † *Erlafrido Comite de Calwe* ejusque filio *Nottingo* Episcopo Vercellensi à *Carolo Magno* designato tempore *Ludov. & Pii* regis, Anno sc. Domini 838. in honorem *S. Petri Aurelii* constructum & magnifice dotatum fuerat, † idem *Erlafridus* propter fundationem & dotationem à se factam, ab *Osgario Archiep. Moguntino*, caute tamen & sub hac conditione, Advocatus constitutus fuit, ut, eo defuncto, filii in patronatu, nisi Abbas & conventus consentirent, non succederent, ne, ut postea factum est, filii, Nepotes ac posteri, sub Advocatiæ prætextu, Monasterium invaderent, ea tamen cautela parum profuit. Nam idem Monasterium circa Annum Domini 988. quo † *Hartfridus* nonus in ordine Abbas una

499 II. Reservatæ Advocatiæ exemplum in fundatione Monasterii Hirsaw. 500 501 502 503

una cum sexaginta fratribus, brevi temporis spatio vitam cum morte commutaverat, Comitis tum viventis, cujus nomen Trithemius non ponit desolationis potius Patroni, quam fidelis Advocati improbitate ac rapacitate eo redactum fuit, ut per septem & quinquaginta annos neglectum plane ac desolatum extiterit.

Quare cum † postea Anno 1071. excitante eum 504 *Leone* Nono Pontifice, ejus Avunculo, quod eleganter Trithemius *per aliquot paginas* commemorat (*Adelbertus* Comes idem cœnobium, instigante ac continue adhortante *VViltrude* Comitissa ejus conjuge pientissima, tandem magnis sumptibus restaurasset, eidemque omnia ac singula per suos progenitores ac seipsum ablata, restituisset, idem permisit quidem † 505 Abbati & conventui ut Advocatum de posteris suis eligerent, si inter eos quempiam idoneum invenirent, qui quemadmodum nunc ipse Comes non pro terreno commodo, sed pro æterna mercede sollicitus & studiosus bona & constitutam Monasterii libertatem atq; justitiam defenderet. Sin ex posteris talem habere non possent, aptum & utilem Advocatum, unde cunque sibi placuerit, assumerent. Constituit quoq; ut Abbate † 506 petente, à rege acciperet bannum legitimum, & ter in Anno si necesse fuisset aut in ipsum Monasterium, aut ubicunque vel quando Abbati lubuisset, requisitus ab ipso, veniret, & ipsi placitum jussum pro causis & necessitatibus monasterii rite perageret. Nullum autem † servitium aliud, jus, aut beneficium sibi pro hoc 507 concedi recognosceret, nisi tertium bannum & consuetudinariam justitiam ac legem, quam cæteri Advocati in aliis liberis Monasteriis habebant, super fures, proterviam censuales & similia. Jussitq; illis trium placitorum † diebus quolibet ei à Monasterio dari unum 508 maltare de frumento, & unum friscingum & unum siclum de vino cæteraque ad hæc pertinentia Præterea etiam statuit, ut nisi Abbate † volente & invitante, bo- 509 na & loca Monasterii suis frequentiis temerariis, & sine causa minime adiret vel contingeret. Nec præsumptuosus in eis placitum quodlibet vel pernoctandi licentiam haberet, nec subadvocatum suo loco faceret, aut aliquam absque ratione calumniam vel injuriam Monasterio, Abbati vel familiæ inferret, si vero contra Advocati † officium Monasterium ulla in re gravaret: 510 omnino liberam potestatem haberet Abbas, cum consilio fratrum eum reprobare, & alium sibi utiliorem undecunque deligere.

Deinde existit etiam hujus secundi modi constituendæ Advocatiæ † Tutelaris argumentum locuples in diplomate confirmationis *Friderici Barbarossæ* Imperatoris super monasterio Beinwenler professionis Benedictinæ infra Basileam ad Biensamesito, Ulmæ Anno 1152 dato quod ostendit *Oudelardum Comitem Saugerensem* è fundatoribus unum, ejusdem cænobii Advocatum egisse, & eodem diplomate sancitum fuisse, ut defuncto eo, proximus illi hæres in protectionis munere sibi succederet. Illud tamen † Advocati officium, deficiente Sougerensium Comitum stirpe ad *Tierstrinios Comites* devenit, qui An. 1240. atq; deinceps dignitatem eam in protegendo Cænobio ejusque mancipiis villarum Liel, Nigerol, Ensweiler &c. regendis sustinere, atq; ab Imperio feudi loco tenuere.

511 *Tertium reservata Advocatiæ exemplum in constructione Monasterii Beinwenlenz.*

512

Præterea eundem in modum † ante annos millenos Anno nimirum sexcentesimo vigesimo tertio *Rex Francorum Dagobertus* postquam ob paratam in sancta loca tyrannidem, ad divinum, ut Literæ fundationis habent, raptus Tribunal, commissiq; sceleris accusatus, flagellisque cæsus, & ad *Divi Dionysii* preces restitutus esset eo in loco, quem diu antea *VVeissenburgum* appellatum suis literis declarat, insigne ac regale † Monasterium maximis extruxisset sumptibus quod postea in celebrem Ecclesiam Collegiatam eiusdem Præpositura Episcopatui Spirensi incorporata, erectum fuit, ejusdem Cænobii Advocatiam sibi reservans regia authoritate decrevit, ut nullus Spirensium aliusque Episcopus aliquam Dominii vel jurisdictionis in Monasterium potestatem haberet, sed sub regia immunitatis defensione Abbas Monasterii omnia possideret, Munst. *Cosmogr. lib. 3. in descript. Monast. Weisenb.* ubi insertas habet literas fundationis ejusdem monasterii. Ex his igitur aliisq; exemplis satis perspicuum est, Fundatores Monasteriorum sæpe numero speciatim sibi reservasse jus Advocatiæ in locis à se constructis.

513 *IV. Reservata Advocatiæ Exemplum in fundatione Monasterii VVeysenburgensis.*

Quid si vero Cænobium aut aliud collegium Ecclesiasticum fundans aut dotans id † sibi non reservasset, 515 non immerito dubitari posset, an Fundatori nihilominus in eodem Protectionis jus competat, atq; adeo, *an ipso jure per fundationem aut dotationem absq; aliqua reservatione Advocatia acquiratur.*

Verum jus Patronatus seu Advocatia per fundationem acquiratur etsi illud expresse non fuerit reservatum.

Quod autem jus Patronatus à † Fundatore non acquiratur, nisi illudmet in fundatione expressim reservatum fuerit, refert, aliquos sensisse, Caspar Calderinus *in suo cons. sub Tit. de Jure patron. V. in fine.*

Deinde, si auctoritatem attendere velimus, id expresse tradit Modestin. Pistor. *consil. 28. quæst. 4. nu. 10.* 516 asserens ex fundatione sola, vel dotatione non acquiri jus Patronatus nisi fundator vel dotans illud sibi reservaverit, Eo † quod in dubio facta erga Ecclesiam liberalitas, libere ab omni onere & vexatione sæculari intelligi debeat arg. *c. cum dilecti ext. de donationib.* † 517 itemq; in dubio præsupponendum sit, Ecclesiam esse liberam, per tradita Archidiac. *c. nullus. 16. quæst. 7.* Eandem sententiam sequi videtur Matth. Wesenbec. *cons. 37.* 518 *n. 9. lib. 1.* ubi scribit, nihil juris ex Patronatu obtendi posse, quod tempore fundationis reservatum non sit. Idem diserte affirmatur *in confutat. Monast. Cæsariens. in causa prætensa Advocatia hereditaria contra* Pfaltz Neuburg *post n. 3.* Pfältzischen Extracts der Obrigkeit halber / §. So ists fürs ander. ubi habetur, daß allen Rechtsverständigen lauter bewust / daß kein Stiffter / Geistlicher Stifftungen / als der Clöster / Kirchen / und dergleichen ex sola fundatione einige superioritet oder jus patronatus uber sein Stifftung bekomme oder erlange / er habe ihm dann solches / mit consens und bewilligung ordinarii, gleich in limine der Stifftung außtrukenlich bedingt und vorbehalten. &. Tertio hanc sententiam nominatim etiam defendit Paul. de Citadin. professor quondam Friburgensi *in tract. de jure patron. cauf. 2. adipisc. jur patron. n. 13.* qui id ex iis, quæ subnecto, argumentis fulcire conatur.

Negativa Ratio I. dubitandi pro Negativa. Ratio II. dubitandi.

III. Dubitandi ratio ab auctoritate Pauli de Citadinis.

Primo, quod jus patronatus procedat ex quadam tolerantia & gratia speciali, contra regulas, quod laici ju- 519 ra spiritualia vel eis annexa possidere non possint, *c. decernimus de jud.* & quod † Ecclesiæ cum suis dotibus sint sub potestate & ordinatione Episcopi *c. noverint & c.* 520 *decretum 10, q. 1.*

Argumentum Citadini I.

Secundo, quod jus patronatus censeatur † Eccle- 521 siasticum, aut saltem spiritualibus annexum, *c. de jure extra de jure patr.* & sic inter spiritualia referatur, *c. quanto de jud. & c. præterea de transact.* quorum Protectores laici capaces haud esse queunt, *c. causam de præscription.* Ex quo inferre conatur, Laicum non posse tam facile acquirere jus patronatus nisi ex reservatione speciali.

Argumentum II.

Tertio idem Citadin. in confirmationem suæ opinionis alleg. *c. nobis alleg Extr. de jur. patr.* quo probat, Patro- 522 num † in Ecclesia collegiata non acquirere jus patronat. nisi reservaverit, ergo idem etiam in aliis dicendum.

Argumentum III.

Quarto quod in dubiis magis Ecclesiæ, quam Laico favendum sit *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun.*

Cum ergo jus patronatus mera sit gratia, infertur, illud non acquiri sola fundatione, vel aliis causis sed ex tolerantia vel gratia, quam facit Ecclesia. *cap. quoniam 3. de jure patron.* Cum autem in gra- 524 tiis, † deviantibus à jure communi, non debeat fie- 525 ri lata interpretatio, sed stricta, eo. † quod omnis recessus à jure communi sit odiosus *cap. primo & secundo de jur. patron. cap. quod dilecti de consanguin. & affin. gloss. in c. ordinarii de offic. ordin.* idcirco consequi videtur, istam gratiam non venire per se absque singulari reservatione.

516 *Argumentum V.* Quintum ejus argumentum est, † quod jura vigilantibus, & non dormientibus scripta esse dicantur, *l. pup. in fi. ff. de his. qui in fraud cred.*

527 *Argumentum VI.* Sexto, ex eo arguit, quod liberalitas, † quæ in Ecclesiam conferatur, libera ab omni onere sæculari esse debeat, per text. in cap. cum dilecti, extr. de donationibus.

528 *Argumentum VII.* Septimum ejus argumentum est, † quod jus patronatus non præsumatur pro aliquo, nisi probetur, &, si non apparet patronatus, tunc Ecclesia præsumatur libera Arch. *in c. nullus 16. quæst. 6.* Innocent. *in c. cum venerabilis de exception.* Ergo requiritur, quod appareat de voluntate fundantis, quod voluerit sibi reservare jus patronatus.

Argumentum VIII. Porro allatis à Citadino argumentis non inscite & illud addi potest, † quod scilicet juris constituti sit, 529 ut etiamsi Laici Basilicas à fundamentis erexerint, nihil sibi juris in eas vendicare possint, *d. cap. noverint 10. qu. 1.* cujus conceptio talis est, *noverint conditores basilicarum in rebus, quas eisdem Ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere, sed juxta Canonum instituta, sicuti Ecclesiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere.* Cum qua juris definitione convenit, quod scriptum legimus *16. qu. 7. c. pia* quo cavetur, conditionem certæ Ecclesiæ nihil sibi vindicare proprii juris posse, quam professionis aditum, qui omni Christiano debeatur, quod ipsum *sequenti capitulo* iisdem pene verbis repetitur.

530 *Decisio affirmativa.* Sed utut hæc se habeant, † contrariam nihilominus sententiam omnino amplectendam esse censeo, Jus nempe Patronatus ac protectionis ex fundatione, etiam citra expressam ejus reservationem acquiri, dummodo fundator ejus sit animi quod hoc sibi jus velit comparatum esse, & cum consensu Episcopi Ecclesia construatur quam opinionem intrepide sustineo tum, quod plures patronos habeat: tum etiam, quod favorabilior existat.

Assertores affirmativæ. Nam dissentiunt ab opinione prædicta & hanc nostram sequuntur gloss. *in c. si quis basilicam, in verb. sub tributaria de consecrat.* uci dicitur, non licere dare Ecclesiæ constructæ vel construendæ eam possessionem, vbi fundata est, interveniente pactione, ut jus patronatus habeatur, quod ipso jure ei debetur, etsi non petat, vel in pactum deducat, ut *c. pia. c. decernimus & c. quicunque 16. q. 7.* Idem placuit Dominis Rotæ Rom. *in antiquis decis. 255.* quæ est. *sub tit. de jur. patron. incip. Nota quod licet.* Quod ipsum diserte decidit Card. Puteus. *dec. 379. sub n. 7. lib. 2.* ubi statuit statim ex eo, quod quis fundavit vel dotavit Ecclesiam ex jure communi, absque alio privilegio habere jus præsentandi, cui concinit Cant. *decis. noviss. Rom. 167. n. 4. part. 2. vol. 2.* Id quod etiam suo approbavit calculo Camill. Borellus *1. dec. 32. n. 12.* quibus dilucide adstipulantur Duar. *de sacr. sanct. Eccles. Minist. lib. 5. c. 4. in princip.* Menoch. *cons. 312. n. 10.* ubi communem dicit, quam & nove secutus est Masc. *de prob. concl. 958. n. 31. & 32. vol. 2.* ubi dicit, in probando 531 jure † patronatus, principaliter edocendam esse fundationem, potationem & constructionem Ecclesiæ de cujus jure patronatus agitur, & fundationis probationem tantæ esse virtutis, ut non sit necesse, demum probare, patronum sibi reservasse jus patronatus, nec etiam diœcesani expressum consensum, eo quod de consensu tacito sive præsumpto probare sufficiat, teste Lambertin. *de jure patron. articul. 105. quæstion. secunda par. secunda lib.*

Consensus † enim Episcopalis sive tacitus sive ex- 532 pressus omnino requiritur, adeo ut qualiscunque structura Ecclesiastica nec nomen Ecclesiæ mereatur sed tanquam profanum ac privatum ædificium, demoliri, vel ad usus humanos converti possit *cap. cum olim §. insuper de privilegiis cap. placuit 1. quæst. 2. Si quis in authen. de Ecclesiast. §. Sancimus igitur in authen. ut nullus ædif. ora. dom. præter voluntatem Episcopi.* Idipsum etiam aliorum stipatus auctoritate expresse adseverat Felin. *in cap. significavit, de testibus & attestat. num. secundo* diserte tradens; ex sola fundatione † Ec- 533 clesiæ acquiri jus patronatus, licet fundator id expresse non reservaverit, sed sufficere, quod tempore fundationis id non remiserit, quod etiam diserte statuit Joan. Monachus Academiæ Lipsensis Professor primarius, *in commentar. ad cap. quanto 3. de judic. n. 7.* Ubi affirmat jus Patronatus per solam fundationem ipso jure acquiri & qui instar mille auctorum sunt hanc sententiam expresse approbant glossatores & recognitores *Institut. jur. Can.* per Lancellot. summi Pontificis nomine conscriptarum *ad tit. 28. lib. 1. de jure Patron. §. Constituitur lit. D.* tradentes id procedere etiamsi fundans sibi tale jus non expresse reservaverit *per cap. significavit.* ubi Abbas *in 1. Notab. de test.* idemque commune renunciat plures citando Roch. de Curte *tractat. de jur. patron. in verb. Ecclesiam fundavit, quæst. 8. n. 12.* ubi hanc decisionem in practica bene notandam esse admonet.

Præterea ultra adductos authores † diserte statuentes, 534 jus patronale ex ipsa fundatione, constructione, vel dotatione, ipso jure, id est, absque alio, facto hominis acquiri, in specie defendit Leopold. Hackelmannus *disput. 10. Jur. Can. de jure Patronat. conclus. 3.* aperte adseverans hoc jus acquiri, etiamsi Ecclesiam fundans vel dotans sibi specialiter illud non reservarit dummodo consensus Episcopi expressus vel tacitus intervenerit *c. nemo de consec. dist. 1. Novel. ut null. fab. orat. dom. præter. vel Episcop.* Delphin. *de jur. patron numero 97. lib. 1.* & alii per eundem allegati, idipsum sensisse videtur Hostiensis *in tit. de jur. patronat. §. ex quibus in princip.* ubi dicit, quod eo ipso, quod quis fundat Ecclesiam cum auctoritate Episcopi, acquirat jus patronatus, *c. quicunque 16. q. 7.* ubi aliquid Ecclesiæ contulerint: & ipsi vel eorum filii ad inopiam venerint, debent sustineri ab Ecclesia, *c. filiis 16. q. 7. c. quoniam c. nobis eod.* ubi ex eo, quod quis construxit Ecclesiam, jus patronatus acquirit. Hoc idem tenere videtur Archidiac. *in c. unico in 6. eod. super verb. de jure patron. quod habuit.* ubi dicit: si patronus tempore donationis factæ Ecclesiæ vel Ecclesiasticæ personæ nil dixit sibi retinere, tunc totum ex donatione Ecclesiæ acquiritur, secus si non dixit, quod sibi nihil retineat, quia tunc habet aliqua jura, quæ ipso jure debentur, videlicet honor, onus & utilitas *d. cap. pia 16. quæstion. 7. gloss. in d. cap. si quis basilicam de consecrat. dist. 1. in gloss. 2.*

Occurrit objectioni. Nec vero hanc evertit decisionem, si dicatur stante hac sententia frustraneam esse specialem juris Advocatitii reservationem, si id ipso jure fundanti Ecclesiam obveniat, † jura vero actus frustaneos respuant, nec ta- 535 les præsumant, eosque fieri nolint, *leg. hæc stipulatio §. Divus Dig. ut leg. seu fideicom. nom. caus.* Ronchegal. *in l. nemo n. 7. ff. de duob. reis* Aldobrand. *in pro-*

proam. Inst. n. 4. Capifer. tract. de n. test. p. 1. c. 3. n. 14. Jason. in leg. centurio n. 11. & eleganter ibid. Socin. Jun. n. 88. cum. seq. ff. de vulg. & pupill. substi. † Eo quod frustra exprimatur, quod tacite subintelligitur, l. verba ff. de cond. inst. quo pertinet & illud, quod dicitur frustra peti quod intus habetur, l. 1. C. de exerc. rei jud. Quia respondetur id non esse novum in practica, quod licet aliqua ipso jure debeantur, atq; sine expressione competant, ea tamen nihilominus majoris cautelæ gratia, vel ad enixam disponentis voluntatem commonstrandam speciatim in obligationem deducantur. Ita † quotidie evenire videmus, quod etsi in contractu emptionis & venditionis, evictio ex ipsa juris dispositione debeatur, & sic ex natura contractus veniat l. non dubitatur C. de evict. Cast. cons. 50. Evictio namque appendix, & accessionum contractus emptionis & venditionis est l. si cum tibi pretium. C. de jud. Quæ debetur etiamsi nihil de ea inter partes convenerit l. 2. ff. de evict. naturaliter enim contractus emptionis & venditionis inest Mozz. in tract. de contract. rub. de natur. contr. & vend. n. 1. Frid. Pruck. lib. 1. cons. 48. n. 23. 24. & 25. Illa tamen nihilominus ad majorem cautelam ab emptore plerumq; venditionis instrumento speciali inseri jubetur, ut docet quotidianus ejusmodi literarum stylus.

536

537

Ita similiter, licet quis absque speciali reservatione fundando Monasterium ejusdem Advocatiam acquirat, tamen majoris cautelæ ergo eandem expresse reservare potest, nec per hoc actum frustratorium facere censeri debet.

Sic etiam non refragatur sententiæ nostræ, quod Matt. Wesenb. tom. 1. cons. 37. n. 9. scribit ex Patronatu nihil juris obtendi posse, quod non sit tempore fundationis reservatum referendo se ad dicta Abbatis in c. praterea 2. de jur. patr. Quia respondetur, & ex verbis ejusdem manifestum evadit, Panormitanum ibi, non loqui, de reservatione ipsius juris patronatus sed de reservatione servitiorum vel redituum nonnullor. quos ait † non deberi, nec exigi posse à patrono nisi tempore fundationis consentiente Episcopo per eundem condicti fuerint, ubi se in facto consuluisse scribit, quod populus habens jus patronatus non potuerit exigere à presbytero certos cereos in recognitionem juris patronatus, ex quo illud non fuit ipsis reservatum tempore fundationis. Ex quibus infert Patronum non posse propria auctoritate reservare sibi aliquod servitium vel temporale in ecclesia, sed id fieri debere per Episcopum ad petitionem Patroni, allegans ad hoc tex. bonum in c. cum dilectus de consuet. Innoc. in c. quoniam ext. Ne prælati vices suas. Non aliter igitur intelligendus est Wesenb. quam ut allegatus ab eo Abbas loquitur.

538

Solutio contrariorum. Argumentorum. Responsio ad I. dubitandi rationem ex Pistore & Calderino allatam.

Nec adducere insuper quemquam debet ab hac conclusione tuenda auctoritas aliorum præcitatorum Doctorum.

Nam quod ad Calderinum attinet, is nihil determinat, ac dubitative loquitur, nullo auctore in sententiam suam adducto, ideoque in testem frustra accersitur, siquidem † Doctori etiam maximæ auctoritatis non sit credendum nisi quatenus jura & rationes adducit, ita Arch. in c. nolite 2, inst. 2. q. 3. Zabar. cons. 78. Jas. in l. illam C. de collat. & ideo B. Hieron. in ep. 8. ut habetur in c. ego solis 9. dist. sic ait: Ego solis eis scriptorum, qui jam Canonici appellantur, didici, hunc timorem honoremque referre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere, alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, quantave doctrina polleant non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel Canonicas, vel probabiles rationes persuadere potuerunt. Hæc ibi.

539

Responsio ad auctoritatem Pistoris.

Modestini vero Pistoris auctoritatem Citadini sequentis sententia labefactatur ex iis, quibus speciatim Citadini argumenta paulo inferius refutata inveniuntur.

Quod vero idem Pistor. ait in dubio † censeri Ecclesiam esse liberam, id aperto Marte oppugnavit Lamb. de jur. patr. lib. 1. art. 4. qu. pr. 2. part. 1. n. 14. suamq; opinionem ea corroborat ratione, quia non nascitur sed fabricatur ab aliis & in suum ut ipse ait, esse producitur allegans ad id Abbatem quem ita sæpius tenuisse ait in c. querel. notab. 3. in 2. & 3. col. de elect. Et certum est Jus patronatus acquiri ex fundatione, ut ad id late se fundat. idem Lamb. ubi supra qu. prin. 10. part. 1. lib. 1. & idem art. 9. qu. pr. part 2. lib. 2. n. 8. & art. 7. q. pr. 11. n. 3. & 4. ubi etiam Masc. concl. 385. hanc Lamb. opinionem veram & Rochi Curtii contrariam adstruentis sententiæ præferendam esse dicit. Allegatus autem Cæsariensis confutator, absq; ullo fundamento contrariam opinionem adstruit, & præter allegatum Pistorem & Citadinum, quem sciam, asseclam nullum habet. Argumenta vero, quæ ab eod. Citadino afferuntur, leviora sunt, quam ut aliquem in suas partes queant attrahere.

540

Responsio ad Auctoritatem Confutatoris Cæsariensis. Solutio argumentorum Citadini.

Quod enim primo ait, † jus patronatus ex gratia duntaxat concedi, ut sc. tanto promptiores ad hujusmodi pia opera exercenda homines redderentur, id nihil ponderis ad infringendam nostram decisionem confert. Quamvis enim ex gratia tantum ab initio concessa videatur prærogativa illa: tamen hoc eo non pertinet, ut ea non aliter, nisi facta reservatione benefactoribus Ecclesiarum, competere queat, imo eo ipso, quod jura eam fundatoribus indulserunt, ex ipsa fundatione ac dotatione absq; ullo alio facto hominis interveniente, ea ipsa concessa intelligitur juxta vulgatam regulam † qua dicitur, frustra precibus impetrari, quod à jure communi concessum est, l. unic. C. de thesaur. lib. 10. similiter frustra peti, quod quis intus habet, l. 1. C. de execut. rei judicat. melius pro hoc facit gloss. marg. in l. fi. ff. de vi & vi arm. cujus ratio est, quia quod prius † meum est, amplius meum fieri non potest, juxta textus in §. sed si rem Legatarii Inst. de legat. & in §. sic itaque Inst. de act. & in l. proprias C. de legat. & l. 3. §. ex plurimis de acquir. poss. ubi dicitur, † idem ex pluribus causis nostrum fieri non potest: & res nostra magis fieri non potest, l. non ut ex plurib. Digest. de regul. jur.

541 Responsio ad I.

542

543

544

Responsio ad II. Argumentum.

Quod deinde secundo loco ex incapacitate Laici argumentum assumpsit, nihil plane virium habet. Negamus enim, jus † patronatus inter spiritualia connumerandum esse & licet sit annexum spiritualibus, & regulariter de † connexis (ut ita loquar) unum soleat esse judicium, leg. si aliena §. 1. Digest. de usurpat. & usucap. tamen id obtinere non solet, cum aliqua ratio diversitatis est, leg. qui fundum §. 1. Digest. pro empt. quæ inde metienda videtur, quod Laicus † in causa juris patronatus possessionis capax esse deprehendatur, cap. consultat. &c. ex lit. de jur. patron. Si igitur possessionis ergo à cessante ratione, de qua c. caus. de præscript. & hujus prærogativæ particeps esse poterit. Petr. Gilk. de usucap. & præscr. part. 3. c. 9. n. 27.

545

546

547

Præsidium insuper, quod tertio loco ex † c. nobis de jur. patron. affertur, posteriorem sententiam magis confirmat, quam destruit; siquidem in eo Clemens Pontifex diserte respondet, quod Ecclesiam cum assensu Diœcesani construens, ex eo jus patronatus acquirat, ponderando verba Ex Eo. Deinde vero nihil ejusmodi, quod Citadinus ibid. infert in eo Cap. continetur, sed dicitur, non eligi à Patrono Prælatum in Ecclesia conventuali, quare frustra prorsus ex eo arguitur.

548

Responsio ad III. Citadini Argumentum

versum orbem, prædicate Evangelium omni creaturæ, Mar. ult. & Matth. ult. Quo pertinet & illud Davidicum: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, Ps. 18. c. ita Dominus, 19. distinct.*

Ratio decidendi ultima.

Firmatur deniq; eadem hæc affirmativa sententia, auctoritate plurimorum ICtorum & Canonistarum. Eam enim affirmant Hostiens. *in d. c. quod super his de voto,* & *ibi* Ant. de Butr. Oldra. *in cons. 82. incip. contra Saracen.* Card. Turrecrem. *in can. dispar. 23. q. 8* Jo. de Lign. *in d. c. quod super his.* Mart. Laud. *in c. de rebus, 23. q. 7.* & *ibi* Jo. de Fantuc. Jo. Majorin. *in 2. sentent. dist. 44. q. 2.* Affl. *Tract. Feud. titulo, Quæ sint regalia. n. 26.* Arnold. Alb. *in repetitione rubr. de hæret. q. 8. vers. prima conclusio.* Greg. Lopez. *in l. 10. titulo 23. partita 2 legum Hispaniæ.* ubi tale tractat hanc materiam.

Et quod bellum ab Ecclesia contra Saracenos juste possit indici, tenent in specie Ant. de Butr. & Joan. de Anan. *in c. quod olim de Iuda.* Innoc. *in c. quod sit super in 2. col. in glos. in verb. pro defensione, vers. potest etiam indicere. de voto.*

Solutio contrariorum argumentorum

His fundamentis jactis, reliquum est ut adductas initio quæstionis, dubitandi rationes, diluamus.

437 Responsio ad I. dubitandi rationem.

Quod igitur ad primum † attinet, conceditur quidem absq; justa causa neminem suo domino privatum esse, sed quo minus assumptionem concedamus, obstat vitium violentæ occupationis; constat enim Turcas, Saracenos, & alios de quibus loquimur, infideles, Regna Christianorum mala fide occupasse, & consequenter à malo initio ac radice infrugifera arguendo constat, illos injustam habere possessionem, per rationem quod infecta radice omne id infectum reddatur quod ab ea descendit, *l. si viva matre, C. d. bon. mater. l. 1. §. ejus rei. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisd. l. tria prædia ff. de serv. rust. prædio* not. Bald *in l. fin. in fin. C. de verb. signif. & in l. quoties. C. de suis & legitimis.*

At vero licitum esse, Regna Christianorum mala fide occupata, in quibus nullum justum habuerunt initium, neq; approbationem, ex intervallo recuperare Juris interpretes communiter tradunt ad *l. 3. §. cum igitur, & ibi gl. ff. de vi & vi armat.* Item *in l. si colonus C. de agr. & censit. lib. 11.* Bald. *in l. 1. col. 2. C. unde vi, & in l. 2. C. de servit. & aqua.* Et hoc vitium violentæ occupationis transire ad posteros, colligitur ex *c. quia, extr. de Judæis, & ex l. vitia C. de acquir. poss.* docetq; Marta, *d. c. 24. n. 23.* Atqui Saracenos ac Turcas, per multa sæcula violento occupationis initio terras fidelium tenuisse in comperto est, idq; testantur Vincent *in Spec. hist. lib. 24. & seq.* Cardin. & alii *in clem. 1. de Judæis.* Jac. de Vorag. *in Legendario sanctor. in hist. S. Pelag.* Papa Archiep. Florent. *in 4. parte summæ tit. 11. c. 6. §. 1.* Unde dicuntur potius latrones quam hostes, ut probat Alvarus *de planctu Ecclesiæ lib. 2. art. 2. col. 3.*

438 Resp. ad II. dubitandi rationem.

At secundam † dubitandi rationem respondetur; quod licet Ecclesia, ritus infidelium tolleret in matrimoniis tamen non approbat; nam dicit textus, quod enim permittimus, nolentes permittimus, quia malam voluntatem ad plenum prohibere non possumus, *c. hac ratione 31. q. 1.* Sed in domino, & jurisdictione Ecclesia non tolerat infideles, quia sunt eorum incapaces.

439 Resp. ad III dubitandi rationem.

Quæ † autem tertio loco, de Judæis & paganis quiete degentib. allata sunt, ea ad firmandam negativam nil faciunt, quia leges illæ intelligendæ sunt, de iis qui in terris Christianorum degunt, & sub illorum jurisdictione vivunt, non autẽ de illis qui regna ac ditiones possident. De his autem dici vix potest, quod Christianis parcant, sed potius, ut experti referunt, quibuscunq; modis possunt, ipsis vim atq; injuriam inferunt, eos spoliando, eorumq; Religionem contemnendo, blasphemando, quam etiam si ullo modo possent extirpare, non intermissuri essent, ut præter alios attestatur Turrecre. *in d. c. dispar. 23. q. 8.* unde consultius esse putatur, prævenire eos, auctore Bald. *in l. 1. n. 42. C. unde vi,* quem sequitur Soc. *inter consilia Franc. Curtii, cons. 20. q. 4. col. 4. vers. ista confirmantur.* Nam si propter periculum permittitur magistratib. aliquando leges transgredi, *l. si quis filio. §. si qui. ff. de injust. testa.* Imol. *in cap. 1. de constit.* Bald. *in l. quid ergo. §. pœna gravior, ff. ex quib. caus. infam. irrog. & in l. & si severior. C. eo.* & not. Jo. And. *in c. pastor. super gl. in ver. præter quam, de offic. ordin.* multo consultius est impedire, ne eveniant, quam ulcisci acceptam injuriam. Hinc concludit Bald. *in l. 1. ex hoc jure in 10. q. ff. de just. & jur.* quod justam reconcussionẽ patiuntur injusti id, quod scribunt etiam Inn. & Card. *in d. c. quod super his, de voto.* & Alberic *in rubric. C. de Judæis.*

440 Resp. ad IV. dubitandi rationem.

Ad quarto insuper loco † inducta, respondetur, infideles non ligari Constitutionibus Apostolicis, quo ad spiritualia, & ideo de his, qui foris sunt, nihil ad nos, *c. gaudemus de divort.* & cum ipsi non sint de Ecclesia idcirco non potest illos excommunicare Ecclesia, sed alias pœnas ipsis irrogare solet, ut habetur *in c. post miserab. de usuris, & in c. postulasti de Judæis, can. sæpe.* cum *ibi* notatis, *28. q. 1.* & ita declarant Innoc. *in d. c. quod super his, de voto.* Host. *in summa, in titu, de Judæis. §. in quib. graventur.* Ex quibus constat S. Paulum ea de causa non tulisse sententiam in paganos, quod non erant subditi Ecclesiæ, & frustra in eos tulisset sententiam excommunicationis, cum alias fuerint in statu damnationis, propter infidelitatem, non autem ferenda est in aliquos sententia, ex qua nulla speratur utilitas, unde S. Paulus non dixit se non posse eos, qui foris sunt, judicare, sed ex eorum punitione nihil frugis emergere censuit, interprete Mart. *de jurisd. p. 1. c. 24. n. 60.*

441 Resp. ad V. dubitandi rationem.

Præterea non imminuunt opinionem nostram, ea quæ sub quinto argum. ex Aristotele, Bellarm. & D. Thoma relata sunt. Primum enim, falso Aristoteli ascribitur, ordinem principandi esse naturæ beneficium, id quod nominatim ex D. Thoma deducit ac probat Mart. *de jurisd. 1. c. 24. n. 34.* qui hunc articulum, quod nempe dominium ex jure divino originaliter descendat, fusissime tractavit, *in c. 1. ejusd. tractatus,* ubi etiam dicta Theologorum allegatorum asserentium id esse de Jure gentium, sufficienter refutavit, per distinctionem *sub n. 43.* assignatam, quo lectorem ad evitandam cũ Theologis concertationem huc impertinentem remittimus.

Resp. ad ultimam dubitandi rationem.

Nihil deniq; deferendum est auctoritatibus eorum qui in contraria sunt opinione, cum enim affirmativa hæc sententia communior sit, ac fortiores decidendi rationes pluresq. adstipulatores habeat, ea non immerito negativæ præferenda est.

III. Existentia Advocatiæ ex fundatione. 442

Redeundo igitur ad propositos Advocatiæ acquirendæ modos, illa potissimum etiam ac plerunq; emergit atq; oritur † ex fundatione, constructione & dotatione alicujus Monasterii, vel Collegii Ecclesiastici ut docet textus expressus *in c. generali 13. de election. in 6 ibi. Qui autem ab ipsarum Ecclesiarum cæterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine, jura sibi hujusmodi vindicant,* qualia nempe in princip. ejusdem cap. recensentur, scilicet custodia sive guardia, Advocationis seu defensionis in Ecclesiis, Monasteriis, seu quibuslibet aliis piis locis Titulus, &c. Id quod etiam dilucide apparet, ex traditis per Hostiens. *in Rubric. de Jur. patr. n. 1.* & Panorm. *ibid. n. 6. & ca. 2. nu 11. eod.* Matt. Wesenb. *cons. 48. n. 9.* Bald. *in l. final. C. de edict. D. Adrian. tollend.* Butr. *in ca. examinata, de judic. n. 11.* Duar. *de Sacr. Eccles. minist. lib. 5. cap. 4. post. princip.* quos refert & sequitur Dn. Lud. Mulet. *disput. de Advocat. Thesi 16.* ubi nominatim defendit Ecclesiam fundantem ejus Advocatiam consequi; quod ipsum etiam novissime in scripta retulit Bechtius *disput. de salvo conduct. cap. 10 vers. Altera protectionis species.*

Ubi

Ubi notæ extraordinariæ protectionis Jus & formam Advocatiæ dupliciter existere: nimirum ex conventione, qua de *infra* tractamus, vel ab ipsa Lege ac Canone, illiusque vi Imperatorem legitimum esse Ecclesiæ Advocatum, hujus autem nempe canonis auctoritate, eos qui ex causa fundationis, structuræ seu refectionis, dotationisque congruæ, Ecclesiarum, Jus Patronatus consecuti sunt, præter Jus præsentandi canonicos earum protectores fieri.

Effectus Juris Patronatus Ecclesiastici. I. Idque summa æquitas exigit ac postulat. Quemadmodum enim per Canones rectissime provisum fuit, ut si qui † Ecclesias extruxissent, aut fundum, ac bona sufficientia contulissent, iis solatii loco indulgeretur, ut quos in eadem Ecclesia Rectores offerrent, ii ab Episcopis instituerentur, per text. *in c. decrevimus. 16. q. 7. ca. Abbates 8. q. 2. cap. nobis fuit de Jure Patronat.* II. III. Item ut ii præcipuum in processione honorem haberent *d. cap. nobis eod. tit.* Præterea, ut si inopia † ex post facto conflictarentur, ab iisdem Ecclesiis temporalem vitæ sustentationem petere possint. *cap. contra sanctorum, &c. quicunque 16. quæst. 7.* eam scilicet potissimum ob causam, ut & alii ad hujusmodi pia opera exercenda, tanto promptiores redderentur: Ita pariter justitiæ non inconveniens esse censetur, ut fundantibus Monasteria vel Ecclesias collegiatas Advocatiarum Jura, quorum intuitu se defensores eorundem monasteriorum præbere possint ac debeant, accrescant, argum. *cap. filiis de Jur. Patron.* Eleganter id ipsum novissime explicat Justus Springer, *in tract. de pace religion. cap. 11. in princip. hisce verbis: Si* inquit *aliquis adfectu † pio ductus rem suam Deo consecrat, seque ejus proprietate penitus abdicat, legibus & Canonibus visum est aequum eum aliquid Juris retinere, quod pietatis & singularis in Ecclesiam munificentiæ post funera monimentum esset perpetuum cap. 16. quæst. 7. nov. 67. 123.*

Exempla autem Advocatiarum ex fundationibus & dotationibus acquisitarum licet per plura afferri possent, ex infinitis tamen pauca solummodo delibabimus. 443 † inprimis autem ejus rei manifestum indicium subministrat Relator Wertheimensis in nupera Informatione adversus pridem editam Relationem Herbipolensem, *wider die Herren Graffen zu Löwenstein/ part. 1. cap. 3. circa principium*, ubi de origine, fundatione, indeque acquisito Jure protectionis super Monasterio Brumbach ordinis Cistertiensis, sequentia in literas retulit, cujus verba, quoniam instituto nostro apprime congruunt, non gravabor subnectere. Rem igitur à primæva ordinis Cistertiensis institutione sequentem in modum explicat.

Fundatio Monasterii Cistertiensis. Aber der Sachen eygentliche Bewandnuß zu berichten/ so ist in den Historien zu lesen/ † als in Anno 1097. Robertus Abbas Cœnobii Melismensis, durch antreiben Andingi, eines Engelländers seines Convents-Bruders/ sich in Burgund begeben/ und durch hülffliche handreichung Hertzog Otthen von Burgund/ das Kloster Cistertz/ erbawet/ und auffgerichtet/ von welchem hernacher der gantze Orden genennet worden/ hat sich auch Sanct Bernhardus/ auß Zuneigung und Lust der newen Religion/ in solches Kloster und Orden eingelassen/ und also verhalten/ als das Kloster Clarevallis, zu auffnemmung des neuen Ordens gestifftet/ daß er demselben vorgesetzt/ vnnd Anno 1113. deß Cistertzers Ordens Dritter/ aber solches newen Klosters erster Abt/ erwöhlet worden.

Dieweil † er aber (wie etliche schreiben) mit seiner grossen Heiligkeit/ schrifftlichen Weißheit/ vnnd löblichem Leben/ den Cistertzer Orden/ also scheinbarlich erleuchtet/ und berümbt gemacht/ daß bey seinem Leben (teste Baronio Annal. tom. 12. fol. Colon. ed. 395. & Spangenberg im Adelspiegel/ p. 1. lib. 12 cap. 8.) in die hundert vnd sechtzig Klöster seines Ordens auffgericht worden/ so haben auch die alte teutsche Fürsten/ Graffen vnd Herrn nicht die hinderste seyn wöllen/ sondern in lebzeiten Bernhardi (als der in Anno 1113. zur Abtey Clarevall kommen/ und deren biß ins 1149. Jahr mit grossem Ruhm vorgestanden) etliche Namhaffte Klöster in Teutschland dem newen Cistertzer-Orden/ sonderlich aber Maulbrun in Schwaben aufferbawet.

Daher † dann auch die dazumal Regierende beyde Graffen von Wertheim/ Wolffram vnd Dither/ auß Christlicher eynfalt bewegt worden Ditherum den ersten Abt zu Maulbrum/ zuerbitten/ etliche seiner Convent-Brüder/ zu Auffricht: vnnd Stifftung eines newen Klosters in das Mayngaw zuverordnen vnnd verschicken.

Diesem ersuchen hat gedachter Abt statt geben/ vnnd Reinhardum sampt andern München ihres Mittels/ wolermelten beyden Graffen zugeschickt/ welche dann die Dörffer/ Ullingsfeld/ Falleburne/ Grietzheim/ mit der Pfarrkirchen daselbsten/ sampt etlichen Weingarten zu Maßbach/ wie auch ihr Schwester Adelheid/ etliche Gulden und ewigen Zinß im Dorff Schlierbach fällig/ den new ankommenden München/ zu erbawung deß newen Klosters/ geschencket und übergeben.

Dieweil aber die Benachbarte auß solcher Vbergab ihnen die Hoffnung geschöpfft/ daß noch ein ansehnliches Kloster darauß erbawet/ vnd viel löblicher GOttesdienst vnd guter Werck dardurch möchten angestellt vnd verrichtet werden/ als seyn von solchen benachbarten Herr Billing von Lindenfels/ Herr Zigebott von Zimmern/ Herr Beringer von Grenburg vnd Erlebald von Degen/ zu einem guten zuschuß bewogen worden/ darauf dann das Kloster Brumbach erbauet vnd dessen donatio, Stifft: vnd Fundirung von Babst Adriano in Anno 1159. confirmirt vnd bestättigt worden. *Fundatio Monasterii Brumbach.*

Wie aber dasselbe noch nicht recht vollendet/ ist der Lermen zwischen Keyser Friedrichen dem Ersten/ vnd den Bäpsten angangen/ vnd weil Abt Reinhart dem Keyser/ vnd den erwöhlten Bäpsten Victori vnd Paschali anhengig) darumb auch solche Stifftung vnd Klosterbaw mit vielen Freyheiten durch gedachten Fridericum Barbarossam in Anno 1165. zu Wirtzburg confirmirt worden) entgegen die Abte von Maulbrun/ Eberach/ vnnd der gantze Cistertzer Orden/ es mit Bapst Alexandro hielten/ (wie sie dann von selbigem viel stattliche/ vnnd die fürnembste Privilegia erlangt) haben sie den armen Reinhar-

hardum / als einen Schismaticum vnnd Ketzer außgeschreyen / vnd gern gar / so wol auß dem Kloster / als von der Aptey / verstossen wöllen / da sie sich nicht für dem Keyser befürchten müssen / bey dessen Keyserlichem Hoffe sich dazumal † Graff Povo von Wertheim auffgehalten / vnd gegen dergleichen machinationes, sein Kloster vnd Abt zu Brumbach / mit grosser sorgfalt geschützet hat / also daß dessen widerwertige mit gewalt an demselben nichts verrichten können / sondern sich endlichen auff andern list gelendet / und den guten Herrn Reinhard / fulmine Pontificio, dermassen geängstiget / daß / ob er wol zuvorn / cor lapideum (wie sie es nennen) gehabt / jedoch durch solches ausschreyen / vnnd die angedröhete excommunication, erweicht vnd verursacht worden / daß er von der Abtey gutwillig abgestanden.

Auf diese primordia ist berührtes Kloster / vnder die Protection der Graffen zu Wertheim / vnd beyder selben grossen Milte / nach und nach / stattlich auffgewachsen / vnd der Orten endlichen auch wahr worden / das gesagt wird: Religio peperit divitias & filia devoravit matrem.

Aliud ex fundatione comparatæ Advocatiæ exemplum exhibetur in familia quondam Illustrium Palatinorum Tubingensium & Comitum de Rucks. 444

Fundatio Monasterii Blaubeuren.

Cum enim *Anselmus* † Pater & duo ejusdem filii *Henricus & Hugo* Palatini Tubingenses An. Christi circiter 1095. Monasterium Blaubeverense condidissent, jus protectionis, † titulo fundationis in eandem familiam derivatum diu in illam permansit; Nam & *Hugonem tertium*, qui *Guelphonem* potentissimum Alemaniæ Ducem, cum aliis quibusdam Principibus & Comitib. Tubingam gravi obsidione cingentibus, in fugam convertit, fudit & cepit Ann. Christi 1165. Advocatum ejusdem Monasterii fuisse testatur Casp. Bruschius *in descript. illius Cœnobii.* Et permansit Advocatia in eadem familia, donec tandem Rudolphus Ann. 1267. calendis Jan. eandem resignavit. 445 446

Monasterium Kirchheim *in Rhetia.*

Sic etiam † *Comites Oetingenses*, quorum ex familia Adelhardis † Comitissa, ceu refert Wolff. Lazius *lib. 7. de migrat. gent. in Genealogia Comitum de Hirsperg n. 8.* celebre Monasterium ordinis Cisterciensis Monialium Kirchheim in Rhetia situm fundavit, eodem fundationis titulo Advocatiam ejusdem Cœnobii, quam in hodiernum etiam diem tenent, adeptos esse idem auctor memoriæ prodidit. 447 448

Monasterium Banz.

Similem † insuper in Modum *Hermannus Marchio Voburgensis*, ex fundatione Monasterii Banz (quod ex castro ejusdem nominis insigni, ac novem robustissimis Turribus præclare munito, in quo † *S. Kunigundis* nutrita & à *S. Alberade* educata esse legitur, in cœnobium verso, An. 1071. regnante *Henrico IV.* condidit) Advocatiam super eodem pro se, & Hæredibus suis acquisivit prout literæ Fundationis *Cap. V.* insertæ clare demonstrant, in quibus inter alia ista habentur. 449

His omnibus hanc firmissime conditionem subjunximus, ut præscripta bona, dum vivimus in nostra provisione ac potestate permaneant, nobis autem defunctis, legitimus hæres noster Advocatiam eorum suscipiat.

Monasterium Isne in oppido Imp. ejusdem nominis.

Ex pari fundationis Titulo, Advocatiam † Monasterii *Isnensis*, nacti sunt *Comites Veringenses*, quod eorundem majores Mangoldus Pater *VValtherus & VVolfradus filii* An. 1096. intra muros Civitatis ejusdem in honorem *SS. Jacobi & Georgii* cœnobium construxerint, eademque Advocatia penes eorundem Comitum familiam permansit, usque ad annum. 1306. quo *Joan. Truchses VValdburgensis*, à Comitibus *Henrico de Veringen* ac *Eberhardo de* Nellenburg consanguineis suis, proprietatem Arcis Truchburg / quam prius in feudum ab iis tenuerat una cum Advocatia & Jurisdictione Præfecturæ in oppido *Isne. 90.* Marcis argenti emit. Sic igitur tum oppido, tum cœnobio cum tota illa ditione Trauchburg / ad *Dapiferos Scherenses seu VValdburgenses præpotentes Algoviæ Barones* devolutis Advocatia etiam ad eosdem transivit, quæ & illis in hunc usque diem, id quod alibi etiam meminimus, salva permansit, Casp. Brusch. *in descript. ejusd. Monast.* 450 451

Monasterium Uttenweiler.

Ita † quoque nobilis *Familia de* Stein / Monasterii *Uthonis Villa* vulgo Vttenweiler / Constantiensis diocœsis Advocatiam, ex fundatione, quam *Berchtoldus Conradus & Joannes de* Stain An. 1450. perfecerunt, adepta fuit, quam & hodie in eadem familia persistere notum est. 452

Monasterium Urspringen.

Sic etiam, cum tempore *S. Udalrici Episcopi Augustani Rudigerus Adelbertus & VValtherus Equites aurati & Domini de* Schelcklingen / *Urspringum* Monialium nobilitate generis conspicuarum, insigne cœnobium, ordinis D. Benedicti Constantiensis diocœsis prope oppidum ipsorum, Schelcklingen / ad aquarum scaturigines construxissent, Jure fundationis sibi suisq; posteris, *Jus protectionis* in eodem Monasterio quæsiverunt, id quod apud eosdem permansit, dum stirpe eorum sopita, Schelcklingensis ditio † ad Sereniss. domum Austriacam permanavit, quemadmodum etiamnum hodie *Duces Austriæ* ejusdem Monasterii Advocati ac Tutores existunt, uti testatur Casp. Brusch. *in descript. Monast. fol. 173.* ubi scribit eos ad hæc usq; nostri temporis tutores semper fuisse fidos. 453 454

Monasterium Adelberg.

Fundationis insuper auspicio, *VVolknandus* † *Baro de* Ebersperg intimus *Friderici Barbarossæ* Consiliarius Aulicus, nactus est Advocatiam super Monasterio Adelbergensi inter Hohenstauffen / & Schorndorff sito, quod Anno Domini 1181. cum consensu prædicti Imperatoris construxit, ad quem etiam una cum Advocatia, *VVolcknando* absque liberis mortuo, omnia ejus bona devoluta fuerunt. Idem vero Imperator † *Fridericus* tanti Advocatiam illam Adelbergensem fecit, ut ne alius, quam ex familia Dominorum de Stauffen Protector esset, peculiari diplomate sanciverit, id quod sic habet. 455 456

Diploma Friderici, quo Advocatiam Monasterii Adelbergensis esse in protectionem recepti in familia Dominorum de Stauffen *perpetuam esse sancit.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *Fridericus* divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus; Ad præsentis & æternæ vitæ gloriam nobis admodum speramus profuturum si ad conservandum largitiones & eleemosynas fidelium, nostram auctoritatem, & conservationis robur apponimus, & dextram nostræ defensionis extendimus, Notum igitur esse cupimus omnibus Imperii nostri fidelibus qui claustrum Adelberg & omnia ei attinentia recepimus in nostram pacem & protectionem: *statuimus & una cum Felkenando in* Stauffen / *qui fundator fuit loci illius, ut quicunque in sede Apostolica Præpositus loci illius dabit aureum unum in signum & recordationem: quod illud claustrum defendi debet ab ipso Apostolico: & ab illo qui fuerit Dominus de* Stauffen: *Volumus & ut nullum habeant Advocatum, præter illum, qui est, vel erit Dominus de* Stauffen:

Volu-

Volumus & ut nullum habeant Subadvocatum, nisi quem præpositus & conventus de Adelberg elegerit. Ut igitur hæc rata & incommutabilia permaneant, præsentem paginam inde jussimus conscribi & nostræ majestatis sigillo insigniri statuentes & Imperiali qua fungimur, auctoritate præcipientes, ut contra hoc nostrum statutum nullus attentet, quod qui facere præsumpserit, viginti libras auri pro satisfactione componat, quorum dimidiam partem nobis, reliquam injuriam passis assignamus. Hujus rei testes sunt, Henricus Abbas de Lorchen; Ultaricus de Anhusin; Ludovicus Comes de Helffenstein/ Gottfridus de Winenden. Billindus de Justingen: Adelbertus de Metzingen: Rupertus de Gundelfingen/ Volcknandus, Fridericus, Conradus, Bernoldus de Stauffen: Gerungus de Vrabach: Vdalricus de Rechberg, Egeno & Adelbertus de Waldhusen/ Henricus Berageres, & Adelbertus de Lorchen: Dropoldes de Schlechbuch: Et alii quamplures.

Signum Domini Friderici Roman. Imperat. Illustr. Ego Gottfridus Cancellarius Imperialis aulæ, vice Christiani Moguntini. Archiepiscopi, & Archicancellarii recognovi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis 1181. Indict. 14. regnante D. Friderico Rom. Imperatore gloriosissimo. An. regni ejus 30. Imperii vero 27. Dat. in Castro Stauffen 8. Cal. Jun. feliciter, Amen.

457 Friderico autem † in defensione successit Andronis Imperatoris Henrici filius, & tandem Conradus ultimus Sueviæ Ducum, quo in Italia An. 1268. sublato, in tutelam Monasterii successere Duces Austriaci; sed cum id ab eis remotius esset, curationem ejus Wirtenbergensibus proceribus commiserunt: in quorum ditione situm erat.

458 Sic etiam Advocatia Monasterii Wengensis, quod *Witigovus † Comes de Albeck.* Anno 1183. prope Ulmam in monte *S. Michaelis* condidit, ex fundationis semine in familiam Comitum eorundem coaluit, & penes eandem permansit donec circa annum Domini 1396. Comitatus † Albeccensis in Ulmensium pote-

Monasterium Wengen in Civitate Imper. Vlmensi.

459 statem devenit. Crusius *Annal. part. 3. lib. 6. c. 5.*

460 Haud dissimili modo inclyta olim † *Pincernarum de* Winterstetten *familia* mero fundationis titulo nacta est Advocatiam Monasterii *Poundensis*, quod *Conradus de* Winterstetten Anno 1230. in papo suo *Poundine* fundavit, referente Bruschio *Chronolog. Monast. German.*

461 Illustre demum acquisitæ per fundationem † Advocatiæ exemplum habemus in illustri, ac vetustissima *Comitum Helffensteiniorum familia*, quæ etiam in hodiernum usque diem penes eosdem persistit.

462 Cum enim *Rudolphus † Helffensteinius* Ludovici Pii Ministerialis, Anno Dominicæ incarnationis 861. Cænobium in Wysensteig/ fundasset, sibi ipsi ac posteris suis Advocatiam vendicans, in fundationis diplomate aperte statuit, ut servi Dei ibidem constituti, à filio suo Ericho tempore vitæ suæ, & deinceps ab optimo filiorum illius auxilium ac defensionem haberent.

Ecclesia Collegiata Wysensteig.

Sed juvat ipsas fundationis literas, quantumvis longas, quia antiquitatem sapiunt, integras hoc loco subjicere, quæ sic habent.

463 In nomine Domini nostri Jesu Christi: Sit omnibus notum, tam præsentibus, quam & futuris, qualiter ego RUDOLPHUS pro augmento precum serenissimi Domini mei Regis *Ludovici* cogitans: & pro remedio animæ meæ, & parentum meorum, una cum voluntate & consensu *Erich* filii mei & cum manu ipsius sub præsentia venerabilis Salomonis Episcopi, trado atque transfundo Domino Deo omnipotenti, & *S. Cyriaco* Martyri Christi, talem locum, qualem hactenus visus sum habere in pago nomine *Pleonungethal*. Hoc est ipsum locum, qui vulgo dicitur *VVisontesteiga* juxta flumen quod vocatur *Filisa*, quod est situm in *Grubingavv*, marco in Comitatu Warinhari Comitis omnia sicut nunc in circuitu disterminata videntes; tam in agris, quam in sylvis, cultis, & incultis: ædificiis, in pomariis, in pascuis, in pratis, in aquis, aquarumque decursibus, in molendinis, in novalibus, in adjacentiis, in finibus, cum mancipiis. Ita nominatur *Albger Ratini*, *Bertuum*, Suuabelf *Erichart*, *Matherat*, Altman/ *Othekar* Walachgrüne/ Engelman/ Hildibrecht/ Egelbold/ Item *Matherat*, Meginbold/ Rattolff/ Wolffgang/ Erimpert/ *VVacho*, Elinhurt/ Zinßmund/ *Hemmo*, *Radolff*, *Erfold*, *Alnvvig*, Engelburg/ Reginhart/ *VVichram*, Watlind/ Vtgrun/ Werimprecht/ Amalhilt/ Ruadhild/ Ellinburg/ Luibsind/ Thiuburg/ Otburg/ Erchintrud/ *Benedicta*, *Gunderun*, *VVigunrg*. *Austrat*, Gundrud/ *Theotlindi*, *VViberat*, Engeldrut Wölffin/ *Ratinza*, Adelgund.

Diploma Rudolphi Comitis Helfensteinii quo Monasterii olim VVysensteigensis fundatio continetur & Ericho filio ejusq; posteris, acquisitum ex fundatione protectionis jus committitur.

Gestin. VVilburg. Reginburg. Engelhart. Eggbirt. Gunsa. VVeza. — *cum filiis suis.* — *Irnochtolff. Abo. Richmund. Sigibrand. Sigmund. Sigmar. Egghart. Rittmund.* — *cum uxore & filiis suis.*

Similiter infra eandem marcam in pago supradicto ubi flumen istud *Filisa* initium capit, supradicto Martyri Christi Trado alterum locum cum agris & sylvis & quicquid ad eundem locum respicit, cum mancipiis istis, *Eripini* cum uxore & filiis *Erackat*, cum uxore & filiis *Hulto* cum uxore & filiis, *Hedfrid* cum uxore & filiis suis. Necnon & tertium locum in ipsa marca trado sancto *Cyriaco* in loco, qui dicitur *Tuffenthal* cum adjacentiis suis, & mancipiis his; *Frich* cum uxore & filiis suis. *Tuto* cum uxore & filiis suis. Similiter trado supradicto Martyri Christi: Quartum locum in altero pago, quid dicitur *Flina*. Hoc est villam illam quæ dicitur *Hohenstatt*, quicquid infra marcam ipsius villæ est, absque lo-

co

eo qui dicitur *VVeisteti* cum mancipiis his, *Vadil* cum uxore & filiis, *VVisman* cum uxore & f. *Otakar* cum u. & f. *Caldarich* cum uxore & fil. *Isarhart* cum ux. & fil. *Lutceth* cum u. & f. *Heilhart* cum fil. suis. *VVigbart*, cum u: & f. *Nanzo* cum u. & f. *Rudohilt* cum f. *Selma* cum f. *Ruadpert* cum u. & f. *Ata* cum f. *Meginhart* cum u. & filiis: *Hasso* cum u. & f. *Danckholff* cum u. & filiis *Rimund* cum u. & filiis *Eicho* cum u. & f. *Rudbold.* cum u. & f. *Otherich* cum u. & f. *Amalin, Otmunt, VVolfdrech.* Item *Otmunt.* In quinto vero loco, qui dicitur *VVesterheim* similiter trado hoc cum medietate ipsius Ecclesiæ & quicquid in prædicta marca visus sum habere, cum mancipiis his, *VVatila* cum filiis suis *VVampert* cum u. & f. *Giselmund* cum u. & f. *VVolffgang* cum u. & fil. *Irrath. Hitta* cum filiis in sexto loco qui dicitur *Tumescat*, quicquid ibi visus sum habere, cum mancipiis his *Onolff* & *Becchilt* uxore ejus cum f. Similiter trado supra dicto Chri. Martyri quicquid in pago *Nekergavv* visus sum habere, in locis ita nominatis. *Nabera*, *Bissinga*, *VVilheim*, *Nidlinga*, cum mancipiis his *Folckmar*, *Razon*, *Rafolt*, *Deothert*, *Luttsind*, *Thencka* cum filiis: *Baldolff*, *Trabesan*, cum uxore & filiis Deothilt cum f. Item in pago qui dicitur Filicousgawe. Similiter trado in villa nuncupata *Ysminga*, quicquid in ipsa marca visus sum habere cum mancipiis his. *Gundi* cum uxore & filiis *Otleib* cum u. & f. *Bernvvigman*, *Deotolff*, Fililib. Item in Francia in pago, qui nominatur *Lobetrugavve*. In loco qui dicitur *VVindenheim*, Unam Ecclesiam ibi trado & quicquid ad ipsam pertinet, cum mancipiis his. *Otpert* cum uxore & filiis ejus, *Sigifrid* cum uxore & filiis suis, *VVatholff* cum u. & f. suis. Item decimatores omnes de *Milhausen*. Nec non & de *DitZenbach* & de *Vffhusen*, & de *Merckslingen*, trado autem firmiter transfundo sancto *Cyriaco* hæc omnia quæ superius comprehensa sunt, tam in mancipiis, quam in agris & sylvis, cultis & incultis, cum omnibus adjacentiis. Jure ad ipsa loca superius scripta respicientibus potestatem manu, cum filii mei manu, trado firmiter sancto *Cyriaco*, & ipsis servis Dei, qui ibidem constare noscuntur. Hoc est de meo & filii mei jure, In illius sancti & Dei, servorum jus & dominationem ea cum ratione, ut ipsi servi Dei potestatem illarum rerum habeant, & post obitum meum filio meo Ericho censum talem singulis annis faciant. Hoc est quando ad servitium pii Regis perrexerit: unum Saumarium onustum præstent cum homine, qui illum ducat. Similiter secunda vice faciant, si iter in hostem eodem anno contigerit *& ab ipso filio meo Ericho auxilium, & defensionem habeant tempore vitæ meæ, & similiter deinceps, in optimo filiorum ejus habeant.* Quemcunque ipsi in illa prosapia sapientiorem & Deum timentem probaverint, illi tantum eundem censum singulis annis persolvant, cæteris autem cohæredibus nihil.

Quod si forsan posthæc ego ipse, quod absit, vel filius meus seu filius ipsius vel ullus hæredum seu prohæredum vestrorum, vel ulla alia emissa seu opposita persona erit, quæ contra hanc chartam venire, ut eam mutare seu frangere conaverit, non obtineant effectum, nec ullam aliam potestatem generatio mea super ipsum locum habeat, nisi sicut superius comprehensum est. Sed ipsi servi Dei inter se dignum Abbatem eligere potestatem habeant post obitum Domini *Tutanmani*, quem primum Abbatem cum Domino *Salomone* Episcopo elegi, & loco præsenti, quod si ab ulla persona, ut jam dictum est aliqua contrarietas surrexerit, potestatem habeant ipsi servi cum Abbate suo peregere ad Episcopum cujus diœcesin ipse locus pertinet, & cum ejus auctoritate Canonica & adjutorio superent pravorum conatum: vel si necesse fuerit rem cum Episcopo coram Rege examinent. Et ut hæc traditio firma & stabilis permaneat omni tempore, cum stipulatione subnixa roboratur. Sic Salomon Episcopus sub cujus præsentia hæc acta sunt & Lexert presbyter, Undolff Diaconus, Eberhart Diaconus, Tutaman Abbas, Heremias presbyt. Adonolt presb. Irmpert, presb. Meginhart, presbyt. Gisalhart presbyt. Hamadro presb. Gerhart presb. Cosbeit presb. Erhart presb. Otherich presbyt. Lierpert Diaconus David, Diaconus Walpart, Wigbert, Perrilteri, Truegkey, Herwart, Adelmunt, Wiserich; Et isti testes Laici, qui hanc traditionem viderunt, & audiverunt, Ego Rudolphus, qui hanc traditionem cum manu Erichi filii mei & firmari rogavi Erich. Rudolph Junior Wald, Conso, Hunso, Hunolff Udelger, Reginhart, Rettpert, Pernger, Germunt, Erimpert, Goshelm, Rigant, Amalpert, Hanpert, Sicherich, Raholff, Rantwig, Pereltrum, Deopert, Amalhart, Olem, Perithram. Adal voto Jacob, Salaho, Willihart, Reginhart, Wigerich, Pebo, Adalwald Rudger, Wiserich, Meginheri, Suvidger, Suvanager. Gesilpert. Darathram, Giselpert, Hartman, Lampert. Idem ipsi viderunt vestituram supradicti Monasterii. Acta est hæc traditio in ipso loco Wisentestaiga sub die Viti. Idus Decemb. Anno ab incarnatione Domini 861. indictione decima, regnante Domino Ludovico Rege super Orientales regiones Anno 28, regni ejus.

Et ego Erinenricus rogatus scripsi & subscripsi.

Sed omissis pluribus dotationum titulis acquisitarum Advocatiarum exemplis, ad fontes materiæ propositæ reverendo, illud ignorandum non est, quod licet Jus † protectionis, de quo agumus, & Jus Patronatus Ecclesiasticum, ex eadem causa, ut dictum est, fundationis nempe constructionis vel dotationis emergere soleant, tamen Jura plane diversa † esse (quorum nonnullas differentias *infra in Capit. XV* assignavimus) 464 465

vimus) idque etiam colligere est, ex gloss. *in cap. Venerabilem extr. de elect. in verb. Carebit,* ubi habetur, Advocatum non posse esse Patronum Ecclesiæ, sed comparari Tutori, quod ipsum non obscure testatur Abbas *in d. cap. venerabilem n. 20.* ubi post Innocen- 466 tium & Philip. scribit Advocatum † Ecclesiæ non esse Patronum, sed quasi parentem, seu protectorem, ibi- 467 demque nominatim infert, quod licet Imperator † sit Advocatus Ecclesiæ, eum tamen non esse Patronum quos refert & sequitur Roch. de Curte *in tract. de Jure Patron. verb. in Ecclesia, n. 2.* ubi nuncupatim etiam tradit, quod Imperator non sit Patronus Ecclesiæ Romanæ, licet sit Advocatus, & defensor illius, ut habetur *in textu allegati c. venerabilem:* Non tamen abs re 468 est, & in facto sæpe contingit, ut aliquis simul sit † Patronus seu collator, & protector in aliqua Ecclesia, nihilque obstat quin utrumque Jus hoc est Advocatiæ & collationis, in uno & eodem subjecto esse possit, ut si Monasterium, cujus quis protector atque Advocatus est, habeat particulares præbendas, quæ ad collationem Patroni pertineant, eo sane casu, in eadem Ecclesia unus & idem est Protector & collator, qui & totum Monasterium defendere, & in particularibus istis beneficiis præsentare potest *c. Abbatem, de verb. signif. c. accedentib. de excessib. Prælator. cap. cum dilectus de consuetud.* Ant. de Butr. *in c. nobis de Jure Patron.* Imo ut *alibi* dictum est, defensio semper cohæret Juri Patronatus Ecclesiastico: Quare prædicta glossa, quoad dicit, Advocatum seu protectorem non posse esse Patronum erronea est, nisi forte sentiat, non esse connexa seu cohærentia.

Sed ad propositum redeundo, tanto magis dicen- 469 dum est ex fundatione, † constructione & dotatione prodire Advocatiam, quando Fundatores Monasteriorum tutelam seu protectionis Jus pro se ac successoribus expresse reservarunt, per notat. Hostiens. *n. 4. eod. tit.*

470 Ejusmodi autem Reservationes † Advocatiarum temporibus Saxonicorum Impp. in ipsis Ecclesiarum fundationibus ac dotationibus multum frequentatas fuisse testatur Christ. Lehman *Chron. Spirens. lib. 2. c. 36.* ubi nominatim scribit, daß in folgenden zeiten bey der Sächsischen Keyser Regierung ein anderer Brauch eingerissen/ wann Fürsten/ Graffen vnd Herren/ ihre eigne Land vnd Güter/ zu den Kirchen gestifft/ daß sie ihnen vnd iren Erben die Gerechtigkeit der Vogthey das ist/ der weltlichen Regierung darin vorbehalten/ daher geschehen/ daß nicht allein König und Keyser/ sondern 471 auch andere Herrn die Advocatias bestellt und verwaltet/ *etc.* Istiusmodi reservatæ Advocatiæ exemplum videre est apud Stumpff. *lib. 7. c. 9.* ubi refert *Ratbbotum* † primum ejus nominis *Comitem de* Habspurg postquam opera & opibus *Wernheri*, uxoris suæ *Itha Ducissa Lotharingii*, fratris, Episcopi Argentinens. Anno 1027. arcem Habspurgum in Argovia condidisset, à qua Comites postea Habspurgiaci Austriæ Archiduces nomen sumpsere, & circa eadem tempora monasterium *Murense* fundasset in eodem Advocatiam sibi reservaverit,

Exemplum reservatæ Advocatiæ in fundatione Monasterii Murensis in Argovia.

472 eoque vita functo, filius ejus Wernherus An. 1034. † & post hunc, Albertus ejusdem Nepos, teste Gerardo de Roo *in Chron. Archiduc. Austr. lib. 1. ad An. 1034. p. 5.* protectionis Jus adeptus sit, qui deinde Anno 1082. rogatu & instantia Abbatum *VVilsperti de Hirsovv & Sigfridi de* Schafhausen omne Jus, quod in monasterium habebat, Monachis libere cedens, omnem Jurisdictionem à se penitus abdicavit, iisque liberam potestatem fecit, in posterum monasterii protectorem quemcunque pro libitu constituendi, qui insequenti 473 post Anno Jure † suo libere utentes, Monasterii Advocatiam *Luitolpho Baroni de* Regensperg commiserunt.

474 Verum is propter bellum inter *Comitem* † *VVernerum de* Habspurg & nepotes suos ex sorore *Richensa Cunonem ac Rudolphum Comites de* Lengburg exortum eam non multo post, ad Monachorum manus sponte resignavit. Sed ii, ne tempestate tam periculosa ac difficili, Advocato destituerentur, *Richvvinum Baronem de* Rüseck in patronum cooptarunt. At vero cum is quoque † monasterium ob intestina bella ac continuas 475 seditiones, per totam Alemanniam tum temporis grassantes, non satis tueri ac protegere posset, ea de re Monachi apud sæpedictum *VVernerum Comitem de* Habspurg conquesti, assiduis precibus institerunt, ut Monasterium denuo in pristinam protectionem susciperet, quibus ille annuens, ea conditione Advocatiam reassumpsit, ut deinceps inter filios ac posteros, ex se descendentes, semper natu major, Advocatiæ munere fungeretur, sicque tutela † monasterii Murensis hære- 476 ditario Jure remansit apud *Comites de* Habspurg usque ad tempora, quibus se Helvetii primum Auriacorum jugo eximentes, in libertatem, qua etiamnum hodie potiuntur, vindicarunt. Posse autem patronum in fundatione † Ecclesiæ vel monasterii Jus tale sibi re- 477 servare, similesque conditiones, & pacta apponere, dummodo inhonesta non sint probatur per tex. *in c. præterea & in c. nobis.* & *ibi* not. Dd. *de jur. patr.* Jo. Andr. *in c. ex eo super ver. fundatione. de elect. lib. 6.* gloss. & Dd. *in c. Cum dilect. de consuetud & in c. significatum.* ubi Abb. *in notab. de præb.* & not. Joan. de Mil. *in ver. patron. in fundatione,* cum aliis cumulatis per Fel. *in ca. cum venerabilis c 11. de except. & in tract. sive quando litera Apost. noce part. eccl. col. 2. ver. corroborari potest,* & diffusius per Roch. de Curt. *in tract. de jur. patr. in ver. pro eo quod de diocesani consensu. quæst. 12.* & per Socin. *consil. 1. col. 1. vol. 3.* Quos refert & sequitur Paul. Paris. *cons. 48. vol. 4.* In traditione enim & fundatione † post potest patronus apponere ea pacta, 478 quæ vult, *l. in traditione. ff. de pact.* & ab ipso primordio † posterior eventus formatur, *l. 1. C. de impo. lucra.* 479 *descript. lib. 10.* Et qua ratione istud permittatur patrono Laico, ponunt Fel. & Roch. de Curt. *loc alleg.* Hinc Bald. relatus à Fel. *in d. tract. sive quando litera Apost. &c. col. 2.* & Socin. *d. cons. 1. & in l. 2. C. de in jus voc.* dicit, † quod fundans Ecclesiam, possit apponere 480 pactum, ut Jus patronatus transeat ad hæredem extraneum, per not. *in c. considerandum. 15. quæst. 7.* Licet enim Jus † patronatus ad quoscunque hæredes 481 transeat, etiam extraneos, ut per omnes Dd. *in c. plures, post gloss. de jur. patron. & per Jun. in rub. extr. de jur. pat. in fin.* & per Abb. *in c. 1. eod. tit. cum aliis concord.* Et ita ad masculos, sicut ad fæminas, ut per Abb. & Innoc. *locis modo citat.* tamen, quando patronus † in 482 fundatione apposuit pactum, ut jus patronatus non transeat nisi ad hæredes sanguinis: isto casu extranei hæredes censentur exclusi, per doctrinam Bald. *in d. l. 2. circa princ.* quam etiam refert & sequitur Barr. Bellenz. *in Apost. ad Abb. in c. cum seculum. de jur. pat.* & expresse etiam firmat *Roch. de Curt. d. tract. ver. ipse vel is, à quo causam habuit. quæst. 8. ver. sed hic. suboritur,* dicens, esse verissimam, quando tali dispositioni consentit Episcopus.

Hinc etiam Card. *cons. 48.* concludit, † quod si in 483 fundatione fuit ordinatum, ut Jus Patronatus illis de parentela tantum competere debeat non poterit competere aliis qui non sunt de parentela, & non habent istam qualitatem requisitam & expressam in fundatione, quem decis. referendo sequitur Roch. de Curt. *loc. præalleg. quæst. 33. in fin.* ubi etiam adducit alia cons. Alex. ad casum præsentem servientia, ut Jus patronatus transferatur ad aliquas personas qualificatas, ut voluit fundator, & non ad alias carentes dicta qualitate & comprobantur ex deductis per eund. Roch. de Curt.

quæst.

quæst. seq. 34. Et ex his, quæ dicit Felin. *in d. tract. col. 1. vers. dicit Dominus*, ubi referendo Gemin. *in c. Ecclesia, in ult. not. de præb. lib. 6.* concludit, † quod Patronus possit in creatione beneficii adjicere onus, ut ad illud semper aliquis præsentetur de suo genere. 484

485 Sed circa istas reservationes de quibus huc usque diximus, scrupulus oritur, ac quærendi opportunitas nascitur, *An illa, sine † Diœcesani assensu, fieri possint, vel ad easdem Episcopalis authoritas necessaria sit?*

Virum in reservatione Iuris Patronatus seu Advocatiæ, Consensum Episcopalem intervenire oporteat.

Pro parte affirmativa facit doctrina Abbatis Panorm. *in cap. nobis. Extr. de Iure patron. in notabilib.* ubi dicit, quod si quis in ultima voluntate mandavit, sacellam constitui, & disposuit, quod institutio pertineret ad certum prælatum inferiorem Episcopo, non valeat illa dispositio: unde, secundum eum, particula illa habebitur pro non adjecta: nisi interveniat consensus proprii Episcopi, & assignat rationem: quia testator, vel fundans † Ecclesiam, non potest immutare dispositionem Canonum, in præjudicium Episcopi *cap. requisitum, de testament.* item nemo facere potest, quin Jura locum habeant in sua dispositione. *c. tua. de testam. l. nemo. ff. de leg. 1.* Istam conclusionem etiam tenent Legistæ, videlicet Bart. post Jacob. de Arena. *in l. quoties. §. fin. ff. de admin. tut.* Idem concludit Innoc. *in cap. in Lateranensi ante fin. de prabend.* ubi pulchre loquitur: subjiciens, quod etiamsi testator diceret, quod si Ecclesia non ordinaretur, prout ipse disposuit, quod irritat omnem suam dispositionem, quod talis pœna rejicitur: idem decidunt Domini de Rota: *de testa. decis. 7.* ubi fortius dicunt, quod etiamsi testator † injungeret pænam, ut redditus deputati converterentur in alios pios usus, nisi Ecclesiæ ordinaretur, prout ipse disposuit, quod talis pœna rejiciatur, quod referendo sequitur etiam Felin. *in cap. cum venerabilis, col. 11. de except.* plures authoritates ad prædicta allegans. 486 487 488

Affirmativa. Argumentum pro sententia affirmativa.

489 Hanc tamen doctrinam suam † Abb. restringit, quod reservationes alicujus temporalitatis factæ per Patronum in Ecclesia patronata ita demum valeant, si tempore fundationis cum auctoritate Episcopi factæ sint, Ergo quando fierent postea, sentit, non sufficere authoritatem Episcopi. Idem concludere videtur Cardin. Flo. *in clem. quia contingit. vers. ut autem in 3. notab. de relig. dom. per c. dilectus. & ibi notat.*

490 Pro negativa autem sententia facit, † quod dicunt Domini de Rota *in decisionibus suis antiquis, sub tit. de testam. decis. incipiente: factum tale est*: ubi decidunt, quod si † aliquis testator ordinet in suo testamento beneficium sacerdotale, & dicat: volo, quod talis 14. annorum, vel minor habeat beneficium meum, etiam interim, dum adhuc non est Sacerdos, quod talis ordinatio teneat, & valeat, nec tamen faciunt mentionem de Episcopi consensu. 491

Argumentum pro sententia Negativa.

492 Secundo confirmant hanc opinionem † tradita per Barbat. *consil. 33. incip. scripsit Psalmista. col. 4. vol. 2.* ubi dicit, valere dispositionem testatoris ordinantis, ut instituendus omni hebdomada celebret missas, & tamen de Episcopi consensu nullam facit mentionem, supra autem circa hoc in specie conclusum est contrarium.

Argumentum II.

Tertio roboratur ista doctrina per Hostiens. *in cap. ea, quæ. de statu regular.* ubi dicit, quod fundans † Ecclesiam regularem, potest apponere pactum, quod clericus secularis habeat vocem in electione Abbatis, quod refert & sequitur Felin. *in tract. suo. quando litera Apostolica noceant patronis Ecclesiarum in vers. corrobora & ibi* alia allegat ad propositum, nec tamen facit mentionem de Episcopi consensu. 493

Argumentum III.

In hac sententiarum discrepantia, ad propositam quæstionem respondendo, subscribimus negativæ, cum hoc tamen moderamine: † si servationes seu pacta, quæ tempore fundationis apponuntur non concernant spiritualitatem, nec Ecclesiæ onerosa sint, etiam sine Episcopi consensu valida sint, per regul. *in traditionib. ff. de pactis.* & est de mente Dd. *in locis præallegatis* maxime Hostiens. & Joan. Andr. *in c. significatum. de prabend.* 494

Decisio negativa.

Ad prædictam vero Abbatis restrictionem, † quod attinet, dicendum est, si novæ conditiones vel nova pacta sint præjudicialia Ecclesiæ patronatæ & illi onerosa: tunc non posse apponi post fundationem, etiam cum consensu Episcopi per gloss. *in c. cum dilectus. verb. constitutum. de consuetud.* & *ibi* Imol. & Abbas, sic quoque concludit Fel. *in c significavit in 2. notab. de testib.* si autem sint utilia Ecclesiæ, vel non præjudicialia, tunc fieri posse: quia nihil est, quod repugnet, & hoc est de mente Abbat. *in d. c. cum dilect.* & Dd. *supr.* relatorum. Credo tamen etiam hoc casu post fundationem Episcopi consensum requiri, arg. *ca. noverint. 10. q. 1. cum similib.* & faciunt notata *in c. nos quidem. de testam.* 495

Resolutio ad Abbatis restrictionem.

Non evertunt autem hanc posteriorem negativam sententiam *superius* in contrarium adducta.

Nam, quod ad allatas Abbatis, aliorumque auctoritates attinet, dicendum est, illos loqui de ejusmodi fundatorum reservationibus seu dispositionibus, quæ fiunt circa spiritualia: ita seipsum declarat Abb. *in d. c. significatum, notab. 1. & prabend.* ubi dicit, † patronum non posse apponere modum celebrandi divina, in Ecclesia patronata, nec restringere aliter instituendum in illo beneficio, sed hoc explicare, ad superiorem spectare, allegans text. *in d. c. cum dilectus.* & Innoc. *in c. 3. ne prælati vices suas.* 496

Responsio ad contraria Argumenta.

Non valebit ergo dispositio testatoris † disponentis, quod tres vel quatuor missæ omni hebdomada celebrentur per instituendum, nisi consensus Episcopi interveniat. Eand. etiam conclusionem tenet Abb. *in c. consuluisti. de celeb. missa & c. præterea. 1. eod. tit.* † ubi dicit, patronum non posse onus aliquod annuatim solvendi imponere Ecclesiæ patronatæ, sine consensu Episcopi, quod ipsum etiam firmat Fel. *in c. cum accessissent. col. 1. de constit.* ubi plures Dd. citat. 497 498

Cæterum tertius iste constitutæ ac passim usurpatæ olim Advocatiæ inducendæ modus præter supra relatum, innumeris edoceri potest exemplis, quorum nos elegantiora in confirmationem rei hujus, isto loco delibabimus.

Quorum in numero memorabile † illud in primis occurrit, quod Trithemius *in Chron. Monast. Hirsaugi.* refert (cujus Fundator *Erlafridus Comes de Calwe* Advocatiam ex fundatione An. 830. acquisitam, postea vero desolatione ejusdem extinctam per *Adelbertum* tamen An. 1075. restaurationis, ut *infr.* docetur, titulo recuperatum per aliquot sæcula ad suæ familiæ descendentes transmiserunt atq; penes eosdem reliquerunt, donec † eadem clientela, extincta illorum familia, ad *Principes VVirtenbergicos* una cum Comitatu Calwensi pervenit. Postquam enim prædictum Monasterium ab † *Erlafrido Comite de Calwe* ejusque filio *Nottingo* Episcopo Vercelensi à *Carolo Magno* designato tempore *Ludov. & Pii* regis, Anno sc. Domini 838. in honorem *S. Petri Aurelii* constructum & magnifice dotatum fuerat, † idem *Erlafridus* propter fundationem & dotationem à se factam, ab *Otgario Archiep. Moguntino*, caute tamen & sub hac conditione, Advocatus constitutus fuit, ut, eo defuncto, filii in patronatu, nisi Abbas & conventus consentirent, non succederent, ne, ut postea factum est, filii, Nepotes ac posteri, sub Advocatiæ prætextu, Monasterium invaderent, ea tamen cautela parum profuit. Nam idem Monasterium circa Annum Domini 988. quo † *Hartfridus* nonus in ordine Abbas una 499 500 501 502 503

II. Reservata Advocatia exemplum in fundatione Monasterii Hirsaugiensis.

una cum fexaginta fratribus, brevi temporis ſpatio vitam cum morte commutaverat, Comitis tum viventis, cujus nomen Trithemius non ponit deſolationis potius Patroni, quam fidelis Advocati improbitate ac rapacitate eo redactum fuit, ut per ſeptem & quinquaginta annos neglectum plane ac deſolatum extiterit.

Quare cum † poſtea Anno 1071. excitante eum

504 *Leone* Nono Pontifice, ejus Avunculo, quod eleganter Trithemius *per aliquot paginas* commemorat (*Adelbertus* Comes idem cœnobium, inſtigante ac continue adhortante *VViltrude* Comitiſſa ejus conjuge pientiſſima, tandem magnis ſumptibus reſtauraſſet, eidemque omnia ac ſingula per ſuos progenitores ac ſeipſum ablata, reſtituiſſet, idem permiſit quidem † Ab-

505 bati & conventui ut Advocatum de poſteris ſuis eligerent, ſi inter eos quempiam idoneum invenirent, qui quemadmodum nunc ipſe Comes non pro terreno commodo, ſed pro æterna mercede ſollicitus & ſtudioſus bona & conſtitutam Monaſterii libertatem atq; juſtitiam defenderet. Si nec ex poſteris talem habere non poſſent, aptum & utilem Advocatum, unde cunque ſibi placuerit, aſſumerent. Conſtituit quoq; ut Abbate †

506 petente, à rege acciperet bannum legitimum, & ter in Anno ſi neceſſe fuiſſet aut in ipſum Monaſterium, aut ubicunque vel quando Abbati lubuiſſet, requiſitus ab ipſo, veniret, & ipſi placitum juſſum pro cauſis & neceſſitatibus monaſterii rite perageret. Nullum autem † ſervitium aliud, jus, aut beneficium ſibi pro hoc

507 concedi recognoſceret, niſi tertium bannum & conſuetudinariam juſtitiam ac legem, quam cæteri Advocati in aliis liberis Monaſteriis habebant, ſuper fures, proterviam cenſuales & ſimilia. Juſſitq; illis trium placitorum † diebus quolibet ei à Monaſterio dari unum

508 maltare de frumento, & unum friſcingum & unum ſiclum de vino cæteraque ad hæc pertinentia Præterea etiam ſtatuit, ut niſi Abbate † volente & invitante, bo-

509 na & loca Monaſterii ſuis frequentiis temerariis, & ſine cauſa minime adiret vel contingeret. Nec præſumptuoſus in eis placitum quodlibet vel pernoctandi licentiam haberet, nec ſubadvocatum ſuo loco faceret, aut aliquam abſque ratione calumniam vel injuriam Monaſterio, Abbati vel familiæ inferret, ſi vero contra Advocati † officium Monaſterium ulla in re gravaret:

510 omnino liberam poteſtatem haberet Abbas, cum conſilio fratrum eum reprobare, & alium ſibi utiliorem undecunque deligere.

Deinde exiſtit etiam hujus ſecundi modi conſtituendæ Advocatiæ † Tutelaris argumentum locuples in diplomate confirmationis *Friderici Barbaroſſæ* Imperatoris ſuper monaſterio Beinweyler profeſſionis Benedictinæ infra Baſileam ad Birnſameſito, Ulmæ Anno 1152 dato quod oſtendit *Oudelardum Comitem Sougerenſem* è fundatoribus unum, ejusdem cænobii Advocatum egiſſe, & eodem diplomate ſancitum fuiſſe, ut defuncto eo, proximus illi hæres in protectionis munere ſibi ſuccederet. Illud tamen † Advocati officium, deficiente Sougerenſium Comitum ſtirpe ad *Tierſteinios Comites* devenit, qui An. 1240. atq; deinceps dignitatem eam in protegendo Cænobio ejusque mancipiis villarum Liel, Nigerol, Enſweiler &c. regendis ſuſtinere, atq; ab Imperio feudi loco tenuere.

511 *Tertium reſervata Advocatia exemplum in confirmatione Monaſterii Beinweiler.*

512

513 *IV. Reſervata Advocatia Exemplum in fundatione Monaſterii VVeyſenburgenſis.*

Præterea eundem in modum † ante annos millenos Anno nimirum ſexcenteſimo vigeſimo tertio *Rex Francorum Dagobertus* poſtquam ob paratam in ſancta loca tyrannidem, ad divinum, ut Literæ fundationis habent, raptus Tribunal, commiſſiq; ſceleris accuſatus, flagellisque cæſus, & ad *Divi Dionyſii* preces reſtitutus eſſet eo in loco, quem diu antea *VVeiſſenburgum* appellatum ſuis literis declarat, inſigne ac regale † Monaſterium maximis extruxiſſet ſumptibus quod poſtea in celebrem Eccleſiam Collegiatam eiusdem Præpoſitura Epiſcopatui Spirenſi incorporata, erectum fuit, ejusdem Cænobii Advocatiam ſibi reſervans regia authoritate decrevit, ut nullus Spirenſium aliusque Epiſcopus aliquam Dominii vel juriſdictionis in Monaſterium poteſtatem haberet, ſed ſub regia immunitatis defenſione Abbas Monaſterii omnia poſſideret, Munſt. *Coſmogr. lib. 3. in deſcript. Monaſt. Weiſenb.* ubi inſertas habet literas fundationis ejusdem monaſterii. Ex his igitur aliisq; exemplis ſatis perſpicuum eſt, Fundatores Monaſteriorum ſæpe numero ſpeciatim ſibi reſervaſſe jus Advocatiæ in locis à ſe conſtructis.

Quid ſi vero Cænobium aut aliud collegium Eccleſiaſticum fundans aut dotans id † ſibi non reſervaſſet, non immerito dubitari poſſet, an Fundatori nihilominus in eodem Protectionis jus competat, atq; adeo, *an ipſo jure per fundationem aut dotationem abſq; aliqua reſervatione Advocatia acquiratur.*

515 *Utrum jus Patronatus ſeu Advocatia per fundationem acquiratur etſi illud expreſſe non fuerit reſervatum.*

Quod autem jus Patronatus à † Fundatore non acquiratur, niſi illudmet in fundatione expreſſim reſervatum fuerit, refert, aliquos ſenſiſſe, Caſpar Calderinus *in ſuo conſ. ſub Tit. de Jure patron. V. in fine.*

Deinde, ſi auctoritatem attendere velimus, id expreſſe tradit Modeſtin. Piſtor. *conſil. 28. quæſt. 4. nu. 10.* aſſerens ex fundatione ſola, vel dotatione non acquiri jus Patronatus niſi fundator vel dotans illud ſibi reſervaverit, Eo † quod in dubio facta erga Eccleſiam liberalitas, libere ab omni onere & vexatione ſæculari intelligi debeat arg. *c. cum dilecti ext. de donationib.* † itemq; in dubio præſupponendum ſit, Eccleſiam eſſe liberam, per tradita Archidiac. *c. nullus. 16. quæſt. 7.* Eandem ſententiam ſequi videtur Matth. Weſenbec. *conſ. 37. n. 9. lib. 1.* ubi ſcribit, nihil juris ex Patronatu obtendi poſſe, quod tempore fundationis reſervatum non ſit. Idem diſerte affirmatur *in confutat. Monaſt. Cæſarienſ. in cauſa prætenſa Advocatiæ hæreditariæ contra* Pfaltz Neuburg *poſt n. 3.* Pfältziſchen Extracts der Obrigkeit halber / §. So iſts fürs ander. ubi habetur, daß allen Rechtsverſtändigen lauter bewuſt / daß kein Stiffter / Geiſtlicher Stifftungen / als der Clöſter / Kirchen / und dergleichen ex ſola fundatione einige ſuperioritet oder jus patronatus uber ſein Stifftung bekomme oder erlange / er habe ihm dann ſolches / mit conſens und bewilligung ordinarii, gleich in limine der Stifftung außtrucklich bedingt und vorbehalten. &c. Tertio hanc ſententiam nominatim etiam defendit Paul. de Citadin. profeſſor quondam Friburgenſ. *in tract. de jure patron. cauſ. 2. adipiſc. jur patron. n. 13.* qui id ex iis, quæ ſubnecto, argumentis fulcire conatur.

516 *Negativa Ratio I. dubitandi pro Negativa.*

Ratio II. dubitandi.

517

518

III. Dubitandi ratio ab auctoritate Pauli de Citadinis.

Primo, quod jus patronatus procedat ex quadam tolerantia & gratia ſpeciali, contra regulas, quod laici jura ſpiritualia vel eis annexa poſſidere non poſſint, *c. decernimus de jud.* & quod † Eccleſiæ cum ſuis dotibus ſint ſub poteſtate & ordinatione Epiſcopi *c. noverint & c. decretum 10. q. 1.*

519 *Argumentum Citadini I.*

520

Secundo, quod jus patronatus cenſeatur † Eccleſiaſticum, aut ſaltem ſpiritualibus annexum, *c. de jure extra de jure patr.* & ſic inter ſpiritualia referatur, *c. quanto de jud. & c. præterea de tranſact.* quorum Protectores laici capaces haud eſſe queunt, *c. cauſam de præſcription.* Ex quo inferre conatur, Laicum non poſſe tam facile acquirere jus patronatus niſi ex reſervatione ſpeciali.

521 *Argumentum II.*

Tertio idem Citadin. in confirmationem ſuæ opinonis alleg. *c. nobis alleg Extr. de jur. patr.* quo probat, Patronum † in Eccleſia collegiata non acquirere jus patronat. niſi reſervaverit, ergo idem etiam in aliis dicendum.

522 *Argumentum III.*

Quarto quod in dubiis magis Eccleſiæ, quam Laico favendum ſit *l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. fun.*

Cum

proœm. Inst. n. 4. Capifer. *tract. de n. test. p. 1. c. 3. n. 14.* Jason. *in leg. centurio n. 11.* & eleganter *ibid.* Socin. 536 Jun. *n. 88. cum. seq. ff. de vulg. & pupill. substi.* † Eo quod frustra exprimatur, quod tacite subintelligitur, *l. verba ff. de cond. inst.* quo pertinet & illud, quod dicitur frustra peti quod intus habetur, *l. 1. C. de exerc. rei jud.* Quia respondetur id non esse novum in practica, quod licet aliqua ipso jure debeantur, atq; sine expressione competant, ea tamen nihilominus majoris cautelæ gratia, vel ad enixam disponentis voluntatem commonstrandam speciatim in obligationem dedu-537 cantur. Ita † quotidie evenire videmus, quod etsi in contractu emptionis & venditionis, evictio ex ipsa juris dispositione debeatur, & sic ex natura contractus veniat *l. non dubitatur C. de evict.* Cast. *cons. 50.* Evictio namque appendix, & accessionum contractus emptionis & venditionis est *l. si cum tibi precium. C. de jud.* Quæ debetur etiamsi nihil de ea inter partes convenerit *l. 2. ff. de evict.* naturaliter enim contractus emptionis & venditionis inest Mozz. *in tract. de contract. rub. de natur. const. & vend. n. 1.* Frid. Pruck. *lib. 1. cons. 46. n. 23. 24. & 25.* Illa tamen nihilominus ad majorem cautelam ab emptore plerumq; venditionis instrumento speciali inseri jubetur, ut docet quotidianus ejusmodi literarum stylus.

Ita similiter, licet quis absque speciali reservatione fundando Monasterium ejusdem Advocatiam acquirat, tamen majoris cautelæ ergo eandem expresse reservare potest, nec per hoc actum frustratorium facere censeri debet.

Sic etiam non refragatur sententiæ nostræ, quod Matt. Wesenb. *tom. 1. cons. 37. n. 9.* scribit ex Patronatu nihil juris obtendi posse, quod non sit tempore fundationis reservatum referendo se ad dicta Abbatis *in c. præterea 2. de jur. patr.* Quia respondetur, & ex verbis ejusdem manifestum evadit, Panormitanum ibi, non loqui, de reservatione ipsius juris patronatus sed de reservatione servitiorum vel redituum nonnullor. quos 538 ait † non deberi, nec exigi posse à patrono nisi tempore fundationis consentiente Episcopo per eundem condicti fuerint, ubi se in facto consuluisse scribit, quod populus habens jus patronatus non potuerit exigere à presbytero certos cereos in recognitionem juris patronatus, ex quo illud non fuit ipsis reservatum tempore fundationis. Ex quibus infert Patronum non posse propria auctoritate reservare sibi aliquod servitium vel temporale in ecclesia, sed id fieri debere per Episcopum ad petitionem Patroni, allegans ad hoc tex. bonum *in c. cum dilectus de consuet.* Innoc. *in c. quoniam ext. Ne prælati vices suas.* Non aliter igitur intelligendus est Wesenb. quam ut allegatus ab eo Abbas loquitur.

Solutio contrariorum. Argumentorum.

Nec adducere insuper quemquam debet ab hac conclusione tuenda auctoritas aliorum præcitatorum Doctorum.

Responsio ad I. dubitandi rationem ex Pistore & Calderino allatam.

Nam quod ad Calderinum attinet, is nihil determinat, ac dubitative loquitur, nullo auctore in sententiam suam adducto. ideoque in testem frustra accersitur, siquidem † Doctori etiam maximæ auctoritatis non sit credendum nisi quatenus jura & rationes adducit, ita Arch. *in c. nolite 2, in fi. 2. q. 3.* Zabar. *cons. 78.* Jas. *in l. illam C. de collat.* & ideo B. Hieron. *in ep. 8. & 539 habetur in c. ego solis 9. dist.* sic ait: *Ego solis eis scriptorum, qui jam Canonici appellantur, didici, hunc timorem honoremque referre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere, alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, quantave doctrina polleant non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel Canonicas, vel probabiles rationes persuadere potuerunt.* Hæc ibi.

Responsio ad auctoritatem Pistoris.

Modestini vero Pistoris auctoritatem Citadini sequentis sententia labefactatur ex iis, quibus speciatim Citadini argumenta paulo inferius refutata inveniuntur.

Quod vero idem Pistor. ait in dubio † censeri Eccle-540 siam esse liberam, id aperto Marte oppugnavit Lamb. *de jur. patr. lib. 1. art. 4. qu. pr. 2. part. 1. n. 14.* suamq; opinionem ea corroborat ratione, quia non nascitur sed fabricatur ab aliis & in suum ut ipse ait, esse producitur allegans ad id Abbatem quem ita sæpius tenuisse ait *in c. quærel. notab. 3. in 2. & 3. col. de elect.* Et certum est Jus patronatus acquiri ex fundatione, ut ad id late se fundat. idem Lamb. *ubi supra qu. prin. 10. part. 1. lib. 1.* & idem *art. 9. qu. pr. part 2. lib. 2. n. 8. & art. 7. q. pr. 11. n. 3. & 4.* ubi etiam Malc. *concl. 585.* hanc Lamb. opinionem veram & Rochi Curtii contrariam adstruentis sententiæ præferendam esse dicit. Allegatus autem Cæsariensis confutator, absq; ullo fundamento contrariam opinionem adstruit, & præter allegatum Pistorem & Citadinum, quem sciam, asseclam nullum habet. Argumenta vero, quæ ab eod. Citadino afferuntur, leviora sunt, quam ut aliquem in suas partes queant attrahere.

Responsio ad Auctoritatem Confutatoris Cæsariensis.

Solutio argumentorum Citadini.

Quod enim primo ait, † jus patronatus ex gratia duntaxat concedi, ut sc. tanto promptiores ad hujusmodi 541 pia opera exercenda homines redderentur, id nihil ponderis ad infringendam nostram decisionem confert. Quamvis enim ex gratia tantum ab initio concessa videatur prærogativa illa: tamen hoc eo non pertinet, ut ea non aliter, nisi facta reservatione benefactoribus Ecclesiarum, competere queat, imo eo ipso, quod jura eam fundatoribus indulserunt, ex ipsa fundatione ac dotatione absq; ullo alio facto hominis interveniente, ea ipsa concessa intelligitur juxta vulgatam regulam † qua di-542 citur, frustra precibus impetrari, quod à jure communi concessum est, *l. unic. C. de thesaur. lib. 10.* similiter frustra peti, quod quis intus habet, *l. 1. C. de execut. rei judicat.* melius pro hoc facit gloss. marg. *in l. fi. ff. de vi & vi arm.* cujus ratio est, quia quod prius † meum est, 543 amplius meum fieri non potest, juxta textus *in §. sed si rem Legatarii Inst. de legat. & in §. sic itaque Inst. de act. & in l. proprias C. de legat. & l. 3. §. ex plurimis de acquir. poss.* ubi dicitur, † idem ex pluribus 544 causis nostrum fieri non potest; & res nostra magis fieri non potest, *l. non ut ex plurib. Digest. de regul. jur.*

Responsio ad I.

Responsio ad II. Argumentum.

Quod deinde secundo loco ex incapacitate Laici argumentum assumpsit, nihil plane virium habet. Negamus enim, jus † patronatus inter spiritualia connumerandum esse & licet sit annexum spiritualibus, & re-545 gulariter de † connexis (ut ita loquar) unum soleat 546 esse judicium, *leg. si aliena §. 1. Digest. de usurpat. & usucap.* tamen id obtinere non solet, cum aliqua ratio diversitatis est, *leg. qui fundum §. 1. Digest. pro empt.* quæ inde metienda videtur, quod Laicus † in causa juris 547 patronatus possessionis capax esse deprehendatur, *cap. consultat. &c. ex lit. de jur. patron.* Si igitur possessionis ergo à cessante ratione, de qua *c. caus. de præscript.* & hujus prærogativæ particeps esse poterit. Petr. Gilk. *de usucap. & præscr. part. 3. c. 9. n. 27.*

Responsio ad III Citadini Argumentum

Præsidium insuper, quod tertio loco ex † *c. nobis de* 548 *jur. patron.* affertur, posteriorem sententiam magis confirmat, quam destruit; siquidem in eo Clemens Pontifex diserte respondet, quod Ecclesiam cum assensu Diœcesani construens, ex eo jus patronatus acquirat, ponderando verba *Ex Eo.* Deinde vero nihil ejusmodi, quod Citadinus ibid. infert in eo Cap. continetur, sed dicitur, non eligi à Patrono Prælatum in Ecclesia conventuali, quare frustra prorsus ex eo arguitur.

549 Quarto nihil etiam nos remoratur. quod in dubiis magis Ecclesiæ, quam Laico favendum sit, quia respondetur in hac juris patronatus materia in multis contrarium statui,

550 Quapropter in casu dubio non versamur, † & alias favori qualicunque justitia & quod legibus, vél canonibus statutum præponderare debet, per *cap. ex tenore 11. ext. de for. compet. cap. nuper. Ext. de don. inter vir. & uxor.* M. Wesenbec. *cons. 1. numero 4. col. 74. volum. 1.* Ecclesiam autem decet ut sit cultrix & auctrix

551 † justitiæ textus *in c. 1. tit. de alien. feudal. in usib. feud.*

552 Deinde patronus Ecclesiasticus † scienter indignum præsentando, privatur jure præsentandi, Laicus non item, secundum gloss. *in cap. cum vos de off. ordin.* Et *ibi* Joan Andr. & Panormitan. *num. secundo.*

553 Sic magis Ecclesiæ subjectus † est patronus Eccle-
554 siasticus, quam Laicus, quod patet ex eo, † quia potest Legatus de latere conferre Ecclesiam, spectantem ad patronum Ecclesiasticum, secus in Ecclesia ad patronum Laicum spectante, quia non potest tunc talis Legatus vel Prælatus talem Ecclesiam conferre vel sibi reservare; per tradita *in cap. cum dilectus de jur. patronat.* & Hostiens. *in §. in quibus versic. subjectio tod.*

555 Unde jus Patronatus Laicorum † pinguius & fortius est, quam jus patronatus Ecclesiasticorum, quia non
556 licet Ecclesiestico patrono variare † post præsentationem, cum talis præsentatio conferat jus, & habeat vim electionis secus vero est in præsentatione patroni Laici Zabarell. *in clem. unic. in 13. quæst. de jur. patronat.* Innocen. *in c. proposuit de filiis presbyter. & in cap. cum autem de jur. patronat. in fine* quod sequitur *ibid.* Hostiens. & Joann. Andr. & de diversitatis ratione loquitur gloss. *1. in cap. constitut. secundo de appell.* & clarius *in cap. cum vos de offic. ordinar.* quia patronus Ecclesiasticus habet longius tempus ad præsentandum, quam Laicus, ideo variare non potest. Ex quibus omnibus patet nihil ad rem facere prætensum favorem.

Responsio ad V. Citadini Argumentum.

Sic etiam quinto loco inductum axioma de vigilantibus, quod jura iis non vero dormientibus scripta sint, tam facit ad intentionem auctoris, quam color albus ad nigrum; Cum enim jus patronatus per fundationem ipso jure acquiratur, non opus est, ut speciali ejusdem reservationi invigiletur, quemadmodum *supra* in decidendi rationibus deduximus.

Responsio ad VI. Argumentum

Sexto frustra in patrocinium accersitur, quod liberalitas in Ecclesiam collata, ab omni temporali lucro remota esse debeat, quia hoc ipso tolleretur beneficium juris patronatus, quod propter liberalita-
557 tem † in Ecclesiam factam, jura fundatoribus indulserunt. Itaque nihil ex eo contra decisionem nostram inferri potest.

Responsio ad VII. Argumentum

Nihil denique confert negatæ priori sententiæ, quod jus patronatus non præsumatur quis habere, nisi probetur, quia, dato antecedente, negatur consequens. Nam, ut ex prædictis constat ex ipsa fundatione & dotatione edocetur illud ipsum jus, quod patronus omissa expressa reservatione, eo ipso, quod Ecclesiam construxit ac dotavit, consequitur.

Relinquitur ergo, omnes & singulas rationes ab assertoribus prioris sententiæ languidiores esse quam ut pedem figere aut viam, quo tendebant, munire possint.

His ergo confutatis, non est etiam, quod de gra-du, quo consistere cæpimus, nos superadditum dejiciat argumentum.

558 *Responsio ad supradictum VII. Argumentum.*

Nam quod in allegatis *cap. noverint & cap. pia mentis*, de nullitate proprii † juris & potestatis in rebus Ecclesiæ collatis dicitur, illud non de patronatu, sed aliis illicitis usurpationibus intelligendum, siquidem jura ipsa ut sæpius inculcatum est, illud fundatoribus concedant.

Cum igitur ex deductis hactenus in hac quæstione In terminis quidem Ecclesiastici juris patronatus satis constet, illud absque ulla speciali reservatione ex ipsa Ecclesiæ fundatione acquiri, ab eodem illo, ad jus,
559 † in quo principaliter versamur arguendo, ex vi æquiparatorum, indubitanter concludimus, Advocatiam quoque Ecclesiasticam Fundatoribus Monasteriorum quæri, atque comparari tametsi illi in limine fundationis eam sibi specialiter non reservaverint, ad notat. Abbatis *in cap. quia clerici num. 1. de jure Patronat.* ubi dicit jus patronatus appellari Advocatiam, & Patronum nominari Advocatum eamque denominationem surgere ac eo jure quod teneatur Ecclesiam defendere, cui subscribit Wesenbec. *cons. 48. numero 2. Tom. 1.* ubi dicit in jure Patronatus inesse jus detentionis & tutelæ, ideoque ab uno ad alterum arguere licere satis manifestum est,

560 *Monasterium construens qualiter illud ad acquirendam in eo Advocatiam dotare teneatur.*

Sed his ita positis, non immerito hic quærendum est, *quomodo Monasterium construens, ut Advocatiam in eodem nanciscatur, & qualiter idipsum dotare teneatur.*

Ad hanc quæstionem breviter † respondendo dicendum est, non quamvis dotem ad consequendam Advocatiam sufficere, sed eam demum, quæ Ecclesiæ congrua est, tantamque quantitatem continet, quæ ad substantiam ministrorum & ministerii sufficiat
561 gloss. *in cap. quicunque 30 versicul. aliquid 16 quæst. 7.* Joan. de Anan. *in cap. 1. num. 8. de jur. patron.* Roch. de Curt. *in tract. de jur patron. in princip n 3.* Gail. *lib. 2. obs. 88. n. 10. & 11.* text. *in c. cum sicut 8. de Eccles. consecrat. c. nemo. 9 dist. 1. de consecrat. c. pastoralis 9. de his quæ fiunt a prælat versic. in usus Ecclesiæ necessarios Authen. ut null. fabr. orat. dom. in pr. & §. 2. Novell. 67. cap. placuit. 1. quæst. 2. §. si quis oratorii 18. Authen. de sanctiss. Episc. Nov. 123.*

Decisio Quæstionis.

562 *Utrum ad consequendam ex fundatione Advocatiam Episcopi consensus requiratur.*

Sed hic aliud non minus explicatu necessarium dubium occurrit, *An scilicet ad consequendam ex fundatione seu dotatione Ecclesiasticam clientelam, Episcopi, in cujus diœcesi Fundator domicilium habet, necessarium sit consensus.*

Distinctio seu explicatio propositæ quæstionis.

Antequam hoc dubium resolvatur, notandum est, præsentem disquisitionem habere posse duplicem sensum: Aut enim quæri potest, An ad construendum Monasterium, seu alium locum pium Episcopalis auctoritas requiratur; vel An consensus ad substantiam juris Advocatitii, quod ex fundatione ac dotatione enascitur, necessarius sit.

563 *Decisio ad primam quæstionis speciem. Confirmatio decisionis ab auctoritate.*

Ad primum respondendo † manifesti juris est, quod consensus Diœcesani necessario debeat intervenire in fundatione, constructione, vel dotatione, sive sit clericus, sive Laicus qui Ecclesiam fundavit vel construxit: ita firmat Calderin. *in consilio suo 20. incip. quidam ædificavit & est ultimum consilium sub tit. de jure patronat.* ubi ad id adducit tex. *in c. pia mentis c. frigentius &c. considerandum 16. quæst. 7.* idq; probatur ex definitione juris patronatus in generalitate sui & per text. *in c. nemo 9. de consec. distin. 1.* Idem quoq; asserit Abb. *in cons. 59. v. tertio princ. vol. 2.* ubi expressim dicit, quod nec ex constructione, nec etiam ex dotatione acqui-

acquiritur jus patronatus, nisi id fiat de consensu diæcesani. Et istam conclusionem expresse sequitur Joan. Andr. cum quo transeunt alii *in cap. nobis col. 2. de* 564 *jur. patronat.* Ubi dicit, † quod dos, ædificatio, & fundus faciunt quem patronum, dummodo fiant cum consensu diæcesani; sed si alterum istorum fieret, sine dicto consensu, illi tantum, qui haberent consensum, essent patroni. Ista sunt verba sua post Hostiens. ibid. quos sequitur Rofred. *in pract. jur. pontific. part. 5. de jur. patronat. numero 4.* Butrio *in cap. nobis 25. nu. 15. eod. tit.* Lambertin. *part. 1. libr. 1. art. 6. quæst. 2. princip.* Wesenbec. *consil. 48. numer. 13.* & comprobatur hæc conclusio ratione: quia forte ille, qui dotat, erit talis, qui de facili ad jus patronatus non erit admittendus. Ergo merito requiritur, ut consensus

Ratio decisionis

565 Episcopi interveniat. † Præterea dignum est, ut interveniat ad intelligendum, quomodo ipsa dos sit constituta & an sit congrua, ut dicit Calderin. *in allegat.* 566 *suo cons. 20.* † Imo si aliquis fundavit Ecclesiam, citra Episcopi consensum, tantum abest, ut acquirat jus patronatus, ut etiam ædificium à se constructum non mereatur nomen Ecclesiæ, sed sit instar prophani ac privati ædificii, & tanquam tale demoliri possit, *cap. cum olim §. insuper de privileg. c. placuit 1. quæst. 2. §. si quis in Auth. de Eccles. tit. §. sancimus igitur in Auth. ut nullus ædif. orat. do. præter vol. Episcop. col. 5.* Jo. Nicol. Delph. *de jur. patron. lib. 1. num. 97. §. sed ex hoc quæro.*

Ratio III.

567 Quarta ratio inde patet, † quia Episcopi est, examinare locum erectionis Ecclesiæ, & dotem, & disponere, qualiter sit regenda & gubernanda *Auth. de monachis §. illud collat. 1. & in c. nemo, de consec. dist. 1.* Cald. *cons. suo 20.* quod est consilium ultimum, *sub tit. de jur. patron.*

Ratio decisionis IV.

568 Quinto consensus Episcopi vel diæcesani † requiritur, favore Ecclesiæ, ne contingat opus inchoari, & non consummari, aut non sufficienter postmodum dotari, ut tradit Abb. *cons. 85. col. 1. volum. 2.* tum etiam, 569 quia ista † spiritualia Laici non possunt propria auctoritate tractare, *cap. secundo de jud. cap. omnes basilica 16. quæst. 7.* Ita Abb. *cons. 59. in. vers. 3. principaliter vol. 2.*

Ratio V.

570 Sufficit tamen, † talem consensum post constructionem Monasterii accedere, per text. *in cap. cura, de jur. patronat.* per quem text *ibid.* dicit Abb. *in ult. notab.* quod ubi in actu requiritur alicujus consensus, sufficiat, ut interveniat ex post facto. Idem in simili concludunt gloss. & Dd. *in cap. edoceri in gloss. prima de rescriptis* Cardin. Zabarell. *in dict. cap. cura in 5. notab.* Calderin. *in cap. cum seculum. in fin. de jur. patronat. & in cap. suggestum ult. notab. eod. tit.* & idem firmat Abb. *consil. 86. column. 1. volum. 2.* ubi dicit, quod licet requiratur consensus Episcopi vel diæcesani in constructione Ecclesiæ, tamen possit postea intervenire. Idipsum etiam sequuntur Domini de Rota *in decisionibus antiquis sub titul. de jur. patronat. decision. ultim.* ubi loquuntur de donante jus patronatus quam decisionem alii allegant *sub numero 373.* & aliqui *sub numer. 359.* quibus accedit Zabarell. *consil. 6. subd. tit. de jur. patronat.* ubi attestatur, communem opinionem habere, quod consensus Episcopi possit intervenire etiam post legatum factum de jur. patron.

Declaratio Decisionis.

571 Jam ad alterum quæstionis propositæ sensum respondendo, contrarium concludimus nempe absque consensus Episcopalis interventu, ex ipsa fundatione quæ tamen cum tacita vel expressa diæcesani voluntate, facta est constitui, nec ulla amplius auctoritate alterius opus esse: quia sufficit initio constructionis eam intervenisse, argum. cor. quæ notat Joan. Andr. cum quo transeunt alii *in cap. nobis in 2. col. de jur. patron.* ubi dicit, quod dos, ædificatio & fundus faciunt patronum, dummodo fiant cum consensu diæcesani, quod etiam probat Mart. Vran. *cons. 18. n. 3. tom. 2.*

Decisio ad alteram quæstionis propositæ speciem.

Sed his ita definitis: cum circa hunc quærendæ Clientelæ modum traditum fuerit, eam ex fundatione, constructione, ac dotatione oriri, † ulterius hoc loco 572 indagandum succedit, *An fundatio constructio & dotatio, ut ex iis Jus Protectionis acquiratur, seu in esse, ut loquuntur, deducatur, copulative, aut disjunctive intervenire debeant. atq; adeo an unum ex iis solum sufficiat, vel omnia simul concurrere debeant.*

Utrum ad acquirendam Advocatiam, fundatio, & constructio & dotatio copulative requirantur, vel unum ex iis sufficiat.

In hac quæstione alii, verba illa, disjunctive, id est, quod ex sola fundi datione, sola constructione, ac sola dotatione, & sic ex qualibet istarum causarum separatim jus patronatus acquiratur, alii vero copulative intelligenda esse sentiunt.

Prioris sententiæ assertores se exhibent, Roffred. 573 *in pract. juris Pontif. part. quinta de jur. patron. num. 3. articul. primo* ubi ait, jus patronatus provenire ex tribus, hoc est, fundatione, constructione & dotatione, vel ex aliquo istorum trium, quæ deinceps singulatim prosequitur. Deinde etiam eandem opinionem expresse tenuit Cardinal. Zabarell. *consil. 122 circa fin.* & Abb. *consil. 59. column. 1. volum. 2.* ubi dicit alterum ex prædictis sufficere ad acquirendum jus patronatus. Idem sentire videtur Mascar. *de prob. concl. 958. num. 34.* ubi dicit, verba de fundatione, constructione & dotatione non ita esse intelligenda, quod ad consequendum jus patronatus copulative omnia tria intervenire debeant.

Negativa Contraria DD. in hac quæstione opiniones. Auctores asserentes unum sufficere.

His suffragia ex modernioribus tulere Dn. Menochius *libr. 3. præsumption. 90. & consil. 241. numero 2. & 4. volum. 3. consil. 336. numero 1. volum. 4. & consil. 512. numero 1. & seq. volum. 6.* ubi communem dicit Covar. *2. pract. qu. cap. 36. n. 6.*

Inducuntur autem prædicti authores in opinionem suam propter alternativam positam in definitione juris patronatus, de quo per Abb. & alios *super rubric. de jur. patronat.* dum in ea dicitur, quod jus patronatus competat ex eo, quod quis Ecclesiam construxit, fundavit, vel dotavit, videtur ergo quod alterum prædictorum sufficiat, † Dictio enim, vel, alternativa 574 est, qua posita alteram duntaxat partem veram esse sufficit, & probari videtur *in c. nobis §. pro fundatione de jur. patronat. & c. filiis 16. q. 7.* & ita concludit Abb. *in c. cum Ecclesia Vlteranacol. 4. de election.* quæ sententia, præter jam allegata, novissimi quoque concilii Tridentini decreto consonat *session. 25. de reform. cap. 9.* ubi synodus decernit, ut titulus juris patronatus sit ex fundatione vel potatione qui ex, &c. Et hanc sententiam sequitur nominatim Borellius *consid. 25. n. 4.*

Rationes asserta sententia.

In contrarium alii eunt, sentientes, † fundatio- 575 nem, constructionem, & dotationem copulative debere intervenire, vel per unam personam, vel per plures ad hoc, ut jus patronatus acquiratur, seu in esse deducatur Ita tradit Abbas *consil. 106. column. 1. in fin. volum. 2.* allegans gloss. *in cap quicunque el. 2. 16. quæstion 7.* † ubi si quis modicam dotem conferrat 576 Ecclesiæ, non est patronus. Ergo minus erit, si nullam dotem conferat, sed solum construat, vel fundet, unde text. *in cap. 3. & cap. nobis de jur. patronat.* qui præsupponunt quod ex constructione vel ex fundatione Ecclesiæ acquiratur jus patronatus debent intelligi, quando alius concurrit ad perficiendum, scilicet ad dotandum, quia ista tria copulative requi-

Affirmativa Contraria alterum opinio.

Confirmatio ab auctoritate.

runtur ut declarat Abb. d. loco & Innocent. *in princip. de jure patronat.* dum præsupponit, quod Ecclesia † non dicatur deducta in esse, nisi hæc tria copulative concurrant. Huic etiam sententiæ manus porrigit Joan. de Anan. *consil. 24. versic. 8. istud probo* & Abb. *in cap. ad audientiam 1. in 3. notab. de Eccles. ædific.* dum dicit, quod construens, non dotans, non debeat admitti volens exercere jus patronat. quibus inter moderniores suffragantur Wesenbec. *consilio 48. numero 9. & 10. vol. 1.* Butri. *in cap. primo de jur. patronat. numero 10.* Roch. de Curte *de jur. patronat. in princip. numero 3. & 4. & in versicul Ecclesiam fundavit numero 2.* Duaren. *de sacr. Ecclesiast. Minist. lib. 5. c. 4. in pr.*

577

578 *Approbatio posterioris sententiæ.* Et sane hæc opinio mihi quoque † præferenda videtur, ideoque concludendum, neminem separatim, neque ex sola fundatione, neque ex sola constructione, neque ex sola datione jus patronatus seu Advocatiam consequi posse, id quod in singulis manifeste docetur.

I. Ratio approbatæ sententiæ. Primum enim si de fundatione loquamur, ea sola jus patronatus non producit, quia per hoc, quod assignatur fundus, † Ecclesia nondum est constructa, nec in esse deducta, ergo non potest quis dici patronus Ecclesiæ ex sola assignatione fundi, Rochus de Curte *tract. de jur. patronat. in versicul. Ecclesiam fundavit q. 2. num. 2.*

579

580 *Ratio II.* Secundo, quod ad constructionem attinet, constat pariter, ex ea sola non acquiri jus patronatus, nisi ipse construens vel alius etiam dotaverit, uti evidenter concludit idem Rochus de Curt. *in d. tract. v. construxit q. 3. n. 3.*

Ratio III. Tertio per se duntaxat dotationem respiciendo, pariter ex ea sola non competit jus patronatus, † quia si quis dotat Ecclesiam, jam præsupponitur fundatio & constructio ipsius Ecclesiæ, vel ab ea, vel ab alio ex omnibus, ut igitur hoc jus patronatus & Advocatiæ competat, hæc tria simul & copulative conjuncta esse oportet. Wesenbec. *consilio 48. numero 9. & 10. volum. 1.* Dominus Ludovicus Myler. Cancellarius Ottingens. *disputat. de Advocatia Thes. 14.* Nam si horum aliquod desideratur, Ecclesia non deducitur in esse *cap. si quis objecerit 7. versic. sicut nec anima 1. quæst. 3. cap. cum sicut 8. de consecrat. Eccles.* † Non entis autem nullæ sunt qualitates, *leg. 2. de usufr. leg. locatio 4. ff. locat. leg. adeo 7. §. quod si toto naturali 5. in fin. de acquir. dom. l. mulieris, 13. §. fin. de verb. signific.*

581

582

583 *Limitationes approbatæ sententiæ.*

Limitatio I. In Ecclesia vel Monasterio construendo si plures concurrant uno fundum præbente altero construente tertio dotante, an singulis eo jus protectionis acquiratur. Affirmativa Decisio. Recipit tamen hæc decisio nonnullas limitationes.

Circa primam limitationem quæri potest, † si in perficiendo monasterio, vel Ecclesia, plures concurrant, ut si unus fundum æquivalentem præbeat, alter construat, tertius congruenter dotet, utrum tunc singuli efficiantur patroni, & sic consequenter quilibet ex iis consequatur jus patronatus. Et omissis ambagibus respondendum est singulos jus protegendi acquirere. Quæ quidem decisio confirmatur inprimis per gloss. quam nemo improbat *c. in summa dicit 73.* & Hostiens. *in summa de jur. patron. §. qualiter transferatur ver. quod si plures,* ubi dicit, quod si plures fundent vel dotent, omnes fiunt patroni. Idem concludit Abb. *super rubric. d. tit. ante fin.* & est de mente gloss. *in clem. plures in glossa magna post principium eod. tit.*

584 *Confirmatio decisionis.* Secunda limitatio est, † si Monasterium aliquod, vel Ecclesia conventualis, ab aliquo fundata & constructa esset, nec tamen ullo modo dotata, tunc si alius de consensu diœcesani hujusmodi Ecclesiam dotaverit, acquiret utique ipse solus jus patronatus, debebit autem is probare primo, Ecclesiam fuisse indotatam nec potuisse habere recursum ad fundatorem, vel constructorem & consensum diœcesani intervenisse in constituenda dote, teste Lambertin. *de jur. patronat. art. 5. quæst. 10. part. 2. libro 2. vers. si vero Ecclesia esset fundata.* Masc. *de prob. concl. 951. n. 34. vol. 2.*

Confirmatio Limitationis ab auctoritate. Idem colligitur ex traditis per Abbat. *in cap. quoniam de jur. patron.* Exquisite idem tradit Rochus de Curt. *eod. tractat. verb. & dotavit quæstion. 2. num. 3.* ubi tamen speciatim addit non debere Episcopum consentire in talem dotationem; nisi prius requisitus fuerit ille, qui construxit, ad eum † enim aut hæredes ejus spectat dotatio, *c. cum sicut cum gloss. ibid. de consecrat. Eccl. vel. alta* Joan. And. *in c. 1. de jur. patr.* Innoc. *super rub. d. tit.*

585

586 *An & quatenus in Ecclesia jam antea consecrata dotans eam duntaxat Advocatiam consequatur.* *An autem tali causa in Ecclesia jam antea † consecrata ex subsecuta sola datione, dotans Advocatiam seu jus patronatus nanciscatur,* inter Canonistas controvertitur.

Nam partem negativam, tenet *gloss. in d. cap. pia mentis.* ubi tradit, si quis post consecrationem dotet Ecclesiam: per hoc non fiat patronus, eo quod rei sacræ videretur imponi servitus, quod esse non debet, *leg. servitus §. final. Digest. de servitutibus* † quæ autem humani juris esse desierunt servitutem non recipiunt, *leg. caveri Digest. communia prædior.* † Quod autem jus patronatus sit quædam servitus, dicit gloss. *in dict. cap. pia mentis 16. quæstion. 7.* itemq; gloss. & Dd. *in d. cap. quoniam de jur. patron.* & nominatim Bald. *in rubr. Cod. de usufruct.* Frid. de Senis *cons. 234. in fi.* Fel. *in c. cum venerabilis, col. 18. ver. adverte, de exceptionibus.*

587 *Negativæ Defensores negativæ sententiæ.*

588

589

590

591 *Affirmativa. Patroni affirmativæ opinionis.* Contrarias partes tuetur Innocent. † *in Rubric. de jur. patronat.* ubi diserte tradit, quod licet ab initio scilicet tempore fundationis male omissa sit dos: tamen, post ædificationem, & etiam post consecrationem, qui Ecclesiam dotat patronum esse per rationem, † quia sine substantia rerum non potest Ecclesiæ deserviri *cap. si quis objecerit, quæstion. 3.* quem refert & sequitur Joan. de Anan. *in cap. 1. de jur. patronat.* cum moderamine tamen scilicet, dummodo id fiat cum consensu Episcopi, & ab eo, qui construi, vel consecrari fecit ipsam Ecclesiam, dos haberi non possit.

592

Approbatio sententiæ affirmativæ. Quid in hac sententiarum diversitate statuendum ergo? Meo quidem judicio disputatio ista magis subtilis, quam utilis est; Ego tamen † partem affirmativam, tanquam æquiorem & tam Ecclesiæ, quam ejus patrono magis favorabilem amplectendam esse existimo. scilicet, quod ex dotatione, etiam post consecrationem, acquiratur jus patronatus, quando Ecclesia indotata extitit, per authoritatem Abbat. Panormit. *consil. 28. volum. 2. consilio 59. colum. 2. versicul. secundo principaliter & consilio 16. circa princip. eod. volum. 2.* Zabarell. *in rubric. de jur. patronat. quæst. 6.* & hæc est communis conclusio, attestante Rocho Curtio *de jur. patronat. verbor. & dotavit numero 4.*

593

Confirmatio ab auctoritate.

594 *Responsio ad argumenta negantium.* Nec vero ad sequendam priorem † opinionem quenquam movere debet allegata gloss. *in cap. pia mentis,* quia illa communiter reprobatur, & tanto minus eidem adhærendum est, quod ratio pro illa inducta, non subsistat. Negatur enim, rei sacræ imponi

imponi servitutem, si quis efficiatur patronus Ecclesiæ, ex dotatione facta post consecrationem, & 595 respondet, † quod favore Ecclesiæ, ipsa constitutio dotis retrotrahatur & fingatur Ecclesia dotata ante consecrationem, ut sic quis inducatur ad dotandum, propter acquisitionem Juris patronatus, quo casu servitus rei sacræ minime imponitur. Ita respondet Joan. Andr. *in cap. 1. vers. fin. de Jur patron.* Cardin. Zabarell. *in d. quæst. 6.* Abb. *d. c. quoniam. & de consil. 59.* adducta ratione à simili, textus *in c. tanta. qui fil.* 596 *sint legitimi.* ubi favore matrimonii, filii † geniti ante contractum matrimonium finguntur geniti post; Et hanc opinionem tanquam favorabilem Ecclesiis, ut quia sic facilius inducantur homines ad eas dotandas, tenendam esse, docet Roch. de Curt. *de verb. & dotavit ante. numero 5.* arg. *l. sicut persona. Digest. de relig. & sumps. fun.*

597 Tertia porro moderatio circa † prædictam doctrinam tradi potest, quando Ecclesia fundata, constructa & dotata quidem semel fuisset, sed dos in totum periisset: Si enim tali casu aliquis, eam de novo dotet, acquirit sane Advocatiam ex sola subsecuta nova dotatione, ut nominatim tradidere Abb. & Cardinal. *in d. cap. quoniam. de Jur. patron.* Ratio est, quia sicut acquiritur Jus patronatus ex nova reædificatione Ecclesiæ penitus destructæ, ut infra dicemus: ita etiam ex largitione novæ dotis, per tradita ejusdem Cardin. *d. loco.*

Tertia superioris decisionis limitatio. Utrum Ecclesiam, cujus dos periit de novo dotans, Jus protectionis in ea consequatur. Decisio affirmativa.

Declaranda tamen est secunda † & tertia præcedens limitatio, ut tunc solum acquiratur Jus Advocatiæ ex 598 dotatione, si quis integre & totaliter dotet Ecclesiam seu Monasterium prius constructum, secus autem, si ex parte tantum suppleret dotem, vel legaret, aut donaret quidpiam Ecclesiæ, † quia talis non dicitur dotator sed benefactor. Borell. *consilio 25. numero* ubi decidit quando Ecclesia est prius constructa licet 599 aliqui dederint aliquid ad Capellam non sint Patroni sed benefactores Panormitan. *in consilio 59. numero 3. vol. 2* idemque dicendum, si quis det & assignet certa bona Ecclesiæ, non tamen dotis nomine quia ob id non consequetur Jus Advocatiæ, nec dicetur Patronus, sed benefactor *c. quantum de Jure Patr.* Anton. Tim. *in addit. ad Instit. Jur. Can.* Lancelloti *lib. 1. tit. 28. de Jur. Patron. §. ædificatione acquiritur. lit. l.*

Declaratio seu sublimitatio secundæ & tertiæ limitationis.

600 Jura autem † patronatum non benefactori, sed dotanti indulgent, *c. filius 16. quæstio 6.* propterea 601 monet *ibid.* Abb. ut cauti † sint, qui volunt dotem conferre ad Ecclesiam, & expressim dicant, quod bona, Ecclesiæ oblata, pro dote Ecclesiæ largiantur: cui suffragatur Joann. Andr. & Cardin. *in d. capit. 1. de Jur. patron.* ubi evidenter asserunt, quod etiamsi quis rem magnam Ecclesiæ conferret, nec tamen in dotem: per id non acquireret patronatum, quia Jura solummodo fundatori, constructori ac dotatori, & non aliis patronatum indulgeant. arg. *d. c. filiis 16. quæst. 6.*

Cautela pro dotante Ecclesiam.

602 Præterea allata † declaratio ex eo etiam probatur; quia, sicut ex refectione tantum Ecclesiæ non comparatur Jus patronatus; ita nec ex refectione vel suppletione dotis quæritur, nuncupatim id tradente Cardin. *in d. cap. quoniam. quæstio 2.* ubi reprobat opinionem Hostiens. contrarium adstruentis. Et hanc decisionem confirmat Joann Calderin. *in cap. significasti, de Jur. Patronat.* Rochus de Curte *d. verb.* 603 *& dotavit. numero 5.* † quia aliud est, supplere dotem, aliud dotare, sicut aliud est ædificare, aliud reficere, *cap. consuluit. de Jude. cum similibus* ibi per Dd. adductis, & per modernos, *in rubr solut. matrimon.*

Ratio præmissæ declarationis.

Nec est, quod quis existimet, hanc declarationem improbari ab Abb. *in d. suo consilio 28.* † dum dicit, quod conferens aliquid Ecclesiæ, acquirat Jus patronatus, quia d. Abb. ibi se fundat super authoritate Joann. Andr. *in d. capit. 1. de Jur. patronat.* qui alio in casu loquitur scilicet quando concorditer plures simul dotarunt. † quo casu verum est, omnes effici patronos, quod post Innocent. adseverat etiam ipse Abb. *super rubric. de Jur. patronat.* † Secus vero est, quando unus jam dotavit Ecclesiam, & per id ejusdem patronatum consecutus est, postmodum autem dos ipsa depauperetur, & alius eandem denuo suppleat. Nam tunc per id, qui dotem supplevit priore patrono invito, patronus non efficitur, nec hoc asserere voluit And. *d. loco*, sed priori in casu duntaxat locutus est.

Occurritur objectioni. 604 605 606

Hæc ipsa tamen declaratio locum † non habet, si patronus primus consentiret suppletioni dotis & vellet supplentem habere in compatronum, & hoc consentiente Episcopo, licite fieri potest per rationem, † quia etiam, sine aliqua suppletione dotis posset primus patronus alteri donare Jus patronatus, vel eum facere compatronum, cum consensu Episcopi. *c. illud. & cap. quod autem de Jur patron.* Ergo multo magis potest eum admittere in compatronum, si suppleat dotem ad paupertatem redactam. Roch. de Curte *d. verb. & dotavit. quæst. 3. ante num. 6.*

607 *Limitatio declarationis allatæ.* 608

Porro ab hac sententia, † qua principaliter dictum est, Jus patronatus seu Advocatiam ex sola fundatione, constructione, vel dotatione separatim, ac disjunctive acquiri, nullo modo dimovebunt nos auctoritates cum textibus in contrariam partem allatæ; quia allegati Dd. in hoc passu, secundum limitationes prædictas intelligendi sunt, quod scilicet bene aliquis fieri possit patronus ex sola nempe fundatione, constructione vel dotatione, altero nempe supplente, hoc est, dummodo alius vel alii suppleant, scilicet Ecclesiam fundatam construant, ac dotent. Ita decidit Abb. *consilio centesimo sexto, col. 6. in fin. volum. 2.* & propterea diximus, si quis det fundum pro construenda Ecclesia, & alter ædificet, & alter dotem conferat, omnes effici patronos. Et hunc in sensum Rochus de Curte *in princip. tractat. de Jur. patronat. numero quarto*, † recte descripsit, Jus patronatus esse, Jus honorificum, onerosum, & utile, competens alicui in Ecclesia pro eo, quod diœcesani consensu, Ecclesiam fundavit, construxit, & dotavit ipse, vel is, à quo causam habuit solus, vel alio concurrente.

609 *Responsio ad auctoritates contraria sententiæ.* 610

Quod vero ad textus allatos attinet, allegatus † §. *pro fundatione. in d. cap nobis* intelligendus est complete, id est, pro plena fundatione, in qua præsumitur accessisse constructio, & dotatio, alias Ecclesia non posset dici perfecta, seu, ut loquuntur, ad esse deducta.

611 *Responsio ad textum in §. pro fundatione c. nobis de Jure Patronat.*

Textus autem † *in d. c. filiis.* ubi dicitur, construxit, vel dotavit intelligi debet, alio reliqua supplente, hoc est, construxit, alio scilicet dotante, vel dotavit, scilicet alio construente: quia, ut supra dixi, non dicitur aliter Ecclesia ad esse deducta, nisi fundus, constructio & dotatio copulative concurrant, sed si Ecclesia non fuerit ad esse deducta, ex uno istorum non poterit dici acquisitum Jus patronatus. Ergo necessario ita accipiendus erit textus ille *in d. c. filiis*, & ita eundem

612 *Responsio ad tex. in c. filiis 16. q. 7.*

dem etiam declarat Roch. de Curt. *in princ. tract. de Jur. patronat. n. 4.*

Deinde etiam responderi potest, † quod ibi copula disjunctiva, *vel* exponenda sit, pro conjunctiva &, quia sæpe disjunctiva, ponitur pro conjunctiva, & econtra, *l. sæpe Dig. de verbor. significat.* & plene not. *in capite secund. & cap. inter cæteras. de rescript.* & taliter disjunctivam illam *vel* hic exponendam esse, materia subjecta suadet, quod ipsum etiam voluit *gloss. ibidem*, dum copulative loquitur, dicendo fundatione, constructione & donatione acquiri Jus patronatus.

Et hucusque de fundatione, dotatione & constructione monasteriorum, quæ de integro seu de novo fit, nunc ad illa etiam, quæ in reparandis tantum prius ædificatis locis sacris, opera adhibetur, quid reædificanti tribuat videndum est.

IV. 614 *Existentia Advocatiæ per readificationem Ecclesiæ destructæ.*

Quarto igitur *acquiritur* † *Advocatia per reædificationem sive restaurationem Ecclesiæ aut Monasterii funditus destructi*, prout docet gloss. *in cap. quoniam. 3. de Jur. patron.* Roch. de Curte *eodem tract. verb. construxit numero 22.* Hostiens. *eodem tit. §. ex quibus*, ubi vult, quod ita acquiratur jus patronatus ex reparatione, sicut ex ædificatione, per rationem, quod dicatur ædificator † ille, qui reparat, quemadmodum qui de novo ædificat, *§. 1. Authent. ut null. fabr. ora. do.* Petr. Peccius *de Eccles. reparand. cap. 34. numero 1.* ubi scribit, si † funditus Ecclesia destructa sit, nec prior Patronus eam reficere velit, tunc eum qui consentiente Episcopo eandem de novo reædificat, fieri ejusdem Patronum, eodemque loco esse ac si ab initio eam novam construxisset, Guilielm. Benedict. *6. Raynutius ad verb. Domus numero 21. de Testam.* cum magis † favorabile sit, collapsa restaurare, quam nondum existentia construere, per nota. DD: *in cap. consuluit, de Judæis* idque etiam nominatim docuit Bartol. *in Authent. ut nullus fabricet orat. numero 4.* idemque tenuit Geminian. *in cap. cum accessissent. de constitut. libro 6.* Lambertin *in 3. articul. 6. quæst. 1. partis lib. numero 18.* Matta *de jurisd. part. 2. cap. 48. numero. 4.* Perez de Lara *de Anniversar. libro 1. cap. 1. 48.* A pari † enim judicantur ædificatio & reparatio *l. 5. §. hoc autem. ff. de itin. actuq. privat.* Concurrit in eandem sententiam Joann. de Anan. *in d. capit. quoniam numero nono.*

(615, 616, 617, 618)

Idem nominatim tradit in terminis Modest. Pistor. *consilio 43. numero 32. volum. 1.* ubi scribit, daß † der jenige / der ein Closter / das da gar zerbrochen / widerumb auffs new erbawet / eben so viel Gerechtigkeit daran erlanget / als die es erstlich auffrichten lassen / allegans ad id *d. §. 1. Authent. ut null. fabr.* ubi Ecclesiæ fundator, & ædificator dicitur, qui Ecclesiam aliquam vetustate collapsam, aut ruinosam, cum consensu Episcopi reficit, & reædificat, & inde infert *ibi* Bartol. quod acquirat ejusmodi reædificator Jus patronatus. arg. *cap. præterea & capit. nobis de Jur. patron.* (619)

Ratio acquisitionis per readificationem partæ Advocatiæ.

Ratio assignatur quod cum Ecclesia funditus destructa reparatur, perinde sit, ac si de novo construeretur. arg. *text. in cap. consuluit. de Judæis.* † Et prior Advocatus per totalem ruinam, desinat esse patronus, nisi eam † reparare paratus sit, aut reparet, quod tamen de eo accipiendum qui propter fundum aut ædificium tantum Jus Patronatus acquisivit, secus autem si ex aliis bonis, fundis, prædiis & reditibus dotem Ecclesiæ constituit, tunc enim Jus Patronatus apud eundem manet, sicut & dos ipsa manet, eum tamen qui Ecclesiam ex suo reficit & quem ipse ad reparationem admittit Compatronum ac veluti socium habebit Peccius *d. capit. 34. numero. 2.* Facit textus *in leg. qui res 5. aream. Digest. de solutionibus cap. quæris. de consecrat. distinct. 4.* Paulus de Citadin. *de Jur. patronat. part. 3. caus. 4. numero 7. & caus. 1. numero 42.* ubi dicit quod sicuti homo mortuus, non est homo, *cap. Moyses 32 quæst. 2. clem. 1. de summ. Trinit.* Ita nec Ecclesia diruta, dicatur esse Ecclesia. (620, 621)

Atque ita is, qui Ecclesiam in totum dirutam reædificat, videtur eam naturaliter ad esse deducere, sicuti qui eam ab initio ædificat.

622 623 *Exemplum acquisiti juris Advocatiæ per restaurationem Monasterii S. Trudperti dimiss. Constans.*

Et ne quis acquisitæ per restaurationem Advocatiæ, exempla desideret, illustre occurrit in † Luitfrido Ethiconis Alemanniæ Ducis pronepote, qui cum Monasterium *S. Trudperti* † (quod initium habuit anno post natum Christum, 625. in Hercynia silva, ubi S. *Trudpertus* ex Sicilia veniens sibi cellulam fabricaverat, ibique à latronibus occisus ac humatus fuerat,) *ab Otberto, Sigeberti Sueviæ Ducis & primi Comitis Habspurgici filio*, cœptum, imperante *Arnulpho Cæsare*, restaurasset, pro se ac filiis suis, ipsorumque hæredibus Advocatiam ejusdem monasterii acquisivit, quemadmodum diploma fundationis, quod Wolffg. Lacius ab Abbat. S. Trudperti acceptum, *Annalibus suis de migrat. gent. lib. 8. in Genealog. Duc. Alemann. & Suev. num. 5.* inseruit, in hæc verba: manifeste docet.

Diploma Luitfridi Ethiconis Alemanniæ Ducis pronepotis, quo docetur, eundem Advocatiam Monasterii S. Trudp. ab Otberto Sigeberti Sueviæ Ducis, & primi Comitis Habspurgici filio, circa annum Christi 625. fundati, facta, postea per ipsum restauratione, pro se ac filiis suis, ipsorumque hæredibus, acquisivisse.

Quid salubrius atque utilius potest quisquam cogitare, quam suo Creatori, se, suaque subjugare, de caducis, atque transitoriis æternam vitam, dum valet, mercari, Domino monente, atque testante: Quid proficit homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ damnum patiatur? & illud Sapientis: Redemptio animæ sunt propriæ divitiæ. Ideo ego LUITFRIDUS in nomine sanctæ Trinitatis, quod nobis suggerit honestas sacerdotum, clarissima dignitas Regum omniquê industria fidelium, decrevi devota mente quoddam Monasterium in honore Dei constitutum, & Apostolorum *Petri & Pauli, & S. Trudperti Martyris*, qui ibi coronatus, & in ipso sanctissimo corpore requiescit, cæterorumque sanctorum, quod à præterfluente fluvio Nymaga, nunc Monasterium *S. Trudperti* vocatur, restaurare & augmentare, cum ædificiis omnique ornatu ad divinum cultum pertinentibus; quod ego à fratre meo Hugone in partem hæreditatis possedi.

Unde divino amore compunctus pro remedio animæ & progenitorum atque successorum meorum, quicquid per chartam traditionis donatum fuit ab antecessoribus meis, Otberto videlicet, qui inductor fuit preciosissimi Martyris, & Ramberto, cæterisque fidelibus eandem villam cum omnibus illi adiacentibus, à monte Samba, ubi oritur Nymaga, cum montibus, collibus, pratis, pascuis, sylvis, vallibus, cultis & incultis ab ortu supradicti fluminis usque ad fluvium

Mez-

Mezzimbach ex utraque parte montium in integrum, atque per totum consentientibus filiis meis Hunfrido, Luitfrido & Hugone trado atque transfundo *VValderico* Abbati atque fratribus ibi Deo servituris, ut habeant, teneant atque possideant perpetualiter, sine omni contradictione. Insuper cum consilio filiorum meorum atque rogatu, ut propensius & devotius memoria mei, meorumque filiorum augeatur in præfato Monasterio, exceptis his quæ prænominavimus, ex alia mea hæreditate donavi ad ipsum locum, hoc est, in *Mortonavva*, *in Bichenheim*, & in *VVitrillembach*, & in *Gamiansburst* in Alsatia, & in *Berckheim*, & in *Lymenhusen*, quicquid habere in his locis visus sum.

Ad altare vero ubi desidero meum esse sepulchrum, dedi specialiter in columbra unam Hebuam, ut eam habeat custos ipsius altaris, & procurator, ad memoriam mei libentius peragendam. Hæc ego donavi de mea parte.

Sed & præfati filii mei, pro DEI memoria ac Sanctorum ejus, quorum memoria & honor ibidem adsidue celebratur, ex sua quisque parte quæ se contingit propriæ hæreditatis ad ipsum locum dederunt, *Hunfridus* videlicet, qui est major in illis natu in *Nordgovva* unam Curtim quæ dicitur *Kunigesthofen*; *Luitfridus in Sundgovve*, in *Suevviamsheim*: *Hugo in Egenesheim.*

In his prænominatis locis ego ipse *Luitfridus*, & prænominati filii mei, quicquid visi sumus habere ad præsens, ad prædictum Monasterium per totum, singuli quisque nostrum ex se pari voto, consimilique consilio damus atque tradimus ut Abbas ipsius loci, cæterique monachi firmiter teneant, ac nullo hominum contradicente perpetuo possideant. Decimationes etiam in *Sundhove*, & in *Gundelsheim*, de nostris rebus concedimus eis simili ratione.

Ipsi vero monachi in ipso loco constituti potestatem habeant eligendi Abbatem inter se, qui eos regulariter possit & digne regere: *Ipsi quoque filii mei Advocati sint rectissimi ipsius loci atque tutores, & defensores, & hæredes eorum. Et sub eorum tutela ipsum Monasterium cum omnibus pertinentiis tam caute & juste defendatur, quatenus sint reddituri inde rationem.* Sed & Abbas quem ipsi constituerint, potestatem habeat ad procurandum ipsarum rerum & fratrum; nihil inde servitii aut census exigatur à filiis meis, vel successoribus eorum, aut ab ulla persona.

Per Dominum omnium creatorem obtestor, ut electum Abbatem nullus audeat pro pecunia, aut per aliquam occasionem injuste deponere, aut constituere alium. Et si aliquis conatus fuerit hoc facere nisi cito revocatus ab hoc cœpto tam nefario fuerit: tum acceptor pecuniæ & dator, & quicunque inter eos mediator fuerit cum mago Simone, qui Spiritus sancti dona æstimavit emere precio pecuniæ est præcipitatus Apostolica auctoritate in profundum tartari, & cum Juda Ischariote, qui Dominum nostrum vendidit pecunia, damnentur æterna perditione. Et quisquis hæredum meorum, sive pro hæredum, sive qualiscunque persona in aliquo infringere aut irritare studuerit, quæ cum consensu filiorum meorum devota mente ad servitium DEI contradidi, donavi & firmavi, in ultimo Dei magno & horrendo judicio cogantur reddere rationem, & ab æquissimo judice damnentur æterno supplicio. De cætero notum sit omnibus fidelibus tam præsentibus quam absentibus, quod ego Luitfridus cum consensu filiorum meorum & ipsorum fratrum tunc præsentium commendavi illum sanctum locum, Walderico Abbati, omnibus diebus vitæ meæ, ut quicquid ad illum pertinet superius prænominatorum ex prædictis montibus, vallibus, aquis, aquarumque decursibus, à fonte prius nominato *Nymago*, & *Brizznaha*, qui oritur in monte *Brizzanperg*: iterum atque iterum testor secundum Apostolum coram DEO & Christo JESU, qui vindicaturus est vivos & mortuos, ac adventum ejus, regnumque ipsius, ne quis audeat hæc à nobis tam votive constituta in aliquo violare aut destruere. Aut si talis unquam emerserit (quod fore non credimus) qui contemnat futurum Dei judicium, hæc irritare vel infringere tentaverit, Episcopum, ad cujus diœcesin ipsum Monasterium videtur pertinere, cæterosque qui tum sanctum Ecclesiæ regimen habent: obsecramus per misericordiam DEI, quatenus ferventissimo zelo & distincto judicio resecentur tales conatus sub anathemate.

Hæc acta sunt in ipso Monasterio præsentibus his testibus, quorum singula subscripta sunt nomina: *Salderici*, *Reginoldi*, *Centenariorum*, *Gozelini*, *Geroldi*, *Alberici*, *Drasemundi*, *Meginboldi*, *Vttonis*, *Luitfridi*, *Humberti*, *Gebardi*, *Luitbardi*, aliorumque multorum; quod longum est narrare. Signum illustris Comitis & filiorum ejus, *Hunifridi*, *Luitfridi & Hugonis*, qui hanc chartam donationis fieri & firmari rogavere; Item signum Monachorum *Gevverici*, *Hilderimi*, *Dietbardi*, *Gozelini*

ni, Berenhardi, Regineri, Erhardi, Villegeri & Nicasii.

Ego itaque *Villegerus* ex ipso Monasterio in Vice Cancellarii Anno tertio, regnante Ludovico filio *Arnolphi* sub Comite *VVolvvino* octavo Calend. Maij Luna X. rogatus, &c.

Exemplum aliud acquisita Advocatiæ per restaurationem Monasterii Hirsavv.

624 Sic etiam cum Monasterium *Hirsavv*, quod (uti *supra numero 501. & seqq.* fusius commemoravimus) Erlafridus Comes de Calw tempore Ludovici Pii Regis Anno scilicet 830. in honorem SS. Petri & Aurelii construxerat, postea tamen à posteris illius dissipatum ac desolatum fuerat, *Adelbertus* † ejusdem familiæ Comes Anno 1075. restaurasset, & quæ aliquandiu ibidem defecerat, vitam monasticam reparasset, prædiaque ad Cœnobium pertinentia, quæ à majoribus suis ad locum illum tradita, ab aliis autem partim invasa atque ad profanos usus conversa, partim à seipso jure hæreditario possessa fuerant, restituisset, Advocatiam super eodem monasterio prius amissam atque cum monasterii ruina extinctam, ipse pro se ac posteris suis per reædificationem ac restaurationem recuperavit, id quod aperte testatur Trithem. *in Chron. Hirsaugiens. sub VVilhelmo Abbate XII.* ubi hac de re loquens instrumentum Henrici Imperatoris integrum inseruit, quod subsequentis est tenoris.

Diploma Henrici IV. Imperatoris, quo restauratum per Adelbertum Comitem de Calvv monasterium Hirsavv confirmatur, & ejusd. Advocatiam posteris suis reædificatione Titulo, acquisitam esse ostenditur.

In nomine † Sanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus divina favente clementia Rex omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, præsentium scilicet ac futurorum cognoscat industria, quod in regno nostro regulare quoddam monasterium situm est, in provincia scilicet quæ dicitur Teuthonica Francia, in Episcopatu Nemetensi, in pago *Vueringau* dicto, in Comitatu *Ingersheim*, in Sylva quæ dicitur Nigra, juxta fluvium qui dicitur Nagaltha, quod *Hirsaugia*, sive S. Aurelii cella nuncupatur, ubi & idem Sanctus corpore requiescit: quod tempore Ludovici pii regis, in honore Sanct. Petri & Aurelii Episcopi constructum honorifice & Deo dicatum fuit ab *Erlafrido* quodam nobili Senatore, *& religioso, & à Nottingo* filio ejus reverendissimo Vercellensi Episcopo aliisque parentibus *Alberti Comitis de Castello Calvve*, sed deinceps à posteris eorum dissipatum est. Nunc autem idem *Comes Adelbertus* instinctu Dei tactus, nec non conjugis suæ *VVilitrudis* crebris precibus adhortatus, monasterium ipsum jam restauravit, & quæ aliquam diu inibi defecit, vitam monachicam reparavit, & prædia quæ illic antiquitus á parentibus suis tradita sunt, sed partim à posteris eorum invasa, partim & à se ipso quasi jure hæreditario possessa sunt, reddidit, & insuper de propriis tot ac tantas prædiorum illuc impensas, contradidit, quo servitium Dei nunc à quindecim fratribus sub regula *Sancti Benedicti* inibi procurandis gratia DEI peragi & stabiliri possit, conjuge ipsius prænominata, filiis Brunone, *Adelberto, Godfrido*, & filiabus *Vta & Irmingarde* sibi in hoc & in omnibus his institutis consentaneis, & inprimis ipsum scilicet locum *Hirsaugiam*, cum omnibus nunc in præsentiarum illuc collatis justitiis legitimis & pertinentiis prædiorum, seu quarumcunque rerum ex toto super altare *Sanct. Aurelii* reddidit, delegavit & contradidit Domino DEO, *Sanctæ Mariæ, Sancto Petro Apostolo, Sanct. Aurelio Episcopo & Sanct. Benedicto* in potestatem, & proprietatem, & prædicti monasterii Abbati nomine *VVilhelmo* ejusque successoribus in dispositionem liberam cællæque necessariam, fratribusque Deo sub regula monastica inibi servituris ad utilitatem.

Et ne unquam á posteris similiter ut à parentibus suis, Dei servitium deinceps illic destrui possit, prudenter prorsus decrevit & instituit eandem cellam cum omnibus suis pertinentiis nunc collatis & dehinc deferendis ab hac die & deinceps omnino non subdi, nec subesse jugo alicujus terrenæ personæ vel potestatis, nisi solius abbatis dominationi, ordinationi & potestati, & sic totius libertatis jure & privilegio eam adampliavit, & ob regni cœlestis hæreditatem in Christo omnimodis stabiliter sublimavit.

Dehinc omni potestate, servitio, jure, & proprietate prædicti monasterii, ipse cum conjuge, filiis & filiabus supradictis sese omnino fideliter abdicavit. Sed hoc totum revera felix negotiator prudenter effecit, primum ob spem ac præmium vitæ æternæ, ob remissionem peccatorum, ob salutem corporum, & sempiternam requiem animarum, & ob quotidianam memoriam sui ipsius, conjugis suæ prænominatæ, filiorum & filiarum suarum, nec non omnium parentum, posterorum consanguineorum, amicorumque suorum & omnium ad curam suam pertinentium. Ob memoriam quoque regum, Episcoporum, principum, & omnium prædictæ cellæ statum & honorem diligentium ac defendentium & omnium Christi fidelium. Et quod prout posse suberit cunctis Christi pauperibus beneficium semper illic pateat receptaculum. Ad hæc etiam ut fratres cœnobii ipsius nunc inibi congregati, adhucque in Christo congregandi, tutius ac liberius Domino DEO in sanctæ professionis securitate possint, hujusmodi libertatis eos munere dotavit servire: Ut quandocunque patre suo spirituali orbati fuerint, ipsi habeant liberam potestatem secundum regulam *Sancti Benedicti* inter se vel undecunque ubi opus fuerit, Abbatem sibi non solum eligendi, sed etiam constituendi.

Quem

Quem cum fratres regulariter elegerint, dehinc ut solet, ad constituendum eum in chorum monasterii conveniant, & una clero, *Advocato* populoque in sanctuario præsentibus, decanus vel quicunque prior sit loci ipsius, accipiat virgam regiminis de altari *Sancti Aurelii* & absque omni prorsus contradictione tradat in manum ipsius, quem tota fratrum congregatio sibi elegerat.

Hic subinde canonice abbas ordinatus, sine alicujus personæ dominatione & impedimento susceptum ministerium suum pro posse & scire suis impleat, solique Deo secundum ordinem suum liber serviat, liberamque omnium rerum sibi commissarum in Christo deponendarum intus, & foris potestatem habeat. Qui nisi forte præter necessitatem monasterii & communem fratrum utilitatem sacrilegus, quod absit licentiose & seculariter abuti præsumpserit instituta libertate, familia, bonis, rebusve sanctuarii & ob id fratrum præmonitiones contemnens ad suam suorumve privatam cupiditatem & libitum temere ea dissipaverit, vel si beneficia quibuslibet personis nisi necessariis monasterii ipsius servitoribus præstiterit, aut si regibus, Episcopis, seu quibus cunque personis consentaneus annuerit, si forte libertatem monasterii pervertere, sibique locum sanctum subjicere attentaverit, sive aliquod servitii statutum inde fieri sib exegerint, mox posteri Comitis prædicti cum suffragio fratrum, Advocati, cleri, totiusque familiæ, & omnium bonorum hominum rite à fratribus hunc accusatum, justeque ab eis convictum, á dignitate sua abjiciant, præficiantque alium juxta prædictam libertatem, & Sanct. Benedicti regulam, quem fratres sibi elegerint & absque omni contradictione pro illo substituant. *Concedit etiam Comes prædictæ cellæ Advocatum aliquem de posteris suis fieri, si tamen loci ipsius abbas cum consilio fratrum talem inter eos invenerit, qui sicut ipse Comes nunc, non pro terreno commodo, sed pro æterna mercede sollicitus & studiosus bona & constitutam monasterii libertatem & justitiam defendere voluerit. Sin autem, aptum & utilem Advocatum undecunque sibi placuerit, eligant. Hic denique abbate petente à rege accipiat bannum legitimum, & ter in anno si necesse fuerit, aut in ipsam cellam, aut ubicunque vel quando abbati placuerit invitatus ab illo veniat, & ibi placitum jussum pro causis & necessitatibus monasterii rite pergat. Nullum autem servitium aliud, jus aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi tertium bannum & consuetudinariam justitiam & legem, quam cæteri Advocati in aliis liberis monasteriis habent super fures, proterviam, & censuales & cætera talia. Et in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltrum de frumento & unum friscingum, & unum siclum de vino & cætera ad hæc pertinentia. Præterea item constituit, quod nisi abbate volente & advocante bona & loca monasterii suis frequentius temerariis, & sine causa minime adeat vel contingat. Nec præsumptuosus in eis placitum quodlibet vel pernoctandi licentiam habeat. Nec sub Advocatum pro se faciat, nec omnino aliquam absque ratione calumniam, persuasionem aut injuriam monasterio abbati vel familiæ faciat. Si autem non ut Advocatus, sed potius ut Calumniator & pervasor monasterii fuerit, omnino potestatem habeat abbas cum consilio fratrum hunc reprobare, & alium sibi utiliorem undecunque eligere.*

Constituit etiam & hoc Comes præfatus, & nos ipsius petitione firmiter statuimus, quod si quispiam posterorum suorum, vel quarumcunque homo personarum, unam vineam, unum mansum, unum molendinum, vel saltem unum mancipium, sive aliquid tale à supradicta cella temerarius injuste abstulerit, ut nostri nostrorumque successorum regia potestate coactus, tria auri talenta ad ærarium regis persolvat, primitus reddito ecclesiæ quod invaserat. Si vero quislibet illorum (quod absit) cortem vel aliquam villam inde violenter abalienaverit, sive manifestus invasor bonorum ipsius cellæ extiterit, vel si hoc testamentum traditionis & libertatis quocunque ingenio seu argumento legum secularium pervertere vel infringere tentaverit, centum auri libras ad regiam item persolvat Cameram, & reddat primitus Ecclesiæ, & secundum leges item componat, quod ablatum fuerat, & sic intentio illius omnino irrita fiat.

Ministris quoque & familiæ sanctuarii eandem concedit legem & servitutem, quam cæteri in regno nostro liberæ abbatiæ habent, ut tanto fideliores prælatis suis per omnia serviant. Super hæc omnia Comes sæpe dictus Apostolicum privilegium acquisivit & constituit, ut unus aureus quam Byzantium dicimus, singulis annis Romam ad altare *Sancti Petri* ab Abbate prædicti Monasterii in pascha persolvatur eo pacto, ut libertatis istius & traditionis statuta tanto perennius inconvulsa modo permaneant, & ut prædictum cœnobium, *sub Romana Ecclesia Mundiburdio* & Majestate securum semper stabiliatur & defendatur.

Si forte quispiam regum vel posterorum ejus, seu quarumcunque homo personarum (quod absit) testamentum hoc ullo ingenio infirmare vel infringere præsumpserit, si autem id (quod absit) à quolibet eorum instigante diabolo fiet, obsecrat Comes

Execratio in contravenientes.

mes idem & omnino testificatur Apostolicum Pontificem per *Christum* & per *Sanct. Petrum* Apostolum & *Sanct. Aurelium* Episcopum & per omnes Sanctos Dei, & per tremendi judicii diem, ut illum Dei & Sanctorum ejus contemptorem & testamentariæ hujus conscriptionis destructorem nisi resipuerit, tradat omnino satanæ, & anathematizet eum ac prophanet à consortibus & filiis Ecclesiæ sanctæ DEI & hæredibus vitæ æternæ, ut & auferat Deus memoriam illius de terra viventium, & deleat nomen ejus de libro vitæ: & ut cum Dathan & Abiron, quos terra aperto ore deglutivit & vivos infernus absorbuit, perennem incurrat damnationem. Et ut Herodis, Pilati, & Judæ socius factus in æternum discrucietur, & cum Sodomitis & Gomorris ignis & Sulphuris imbres hic experiatur, & Heliodori plagas & verbera hic perpetiatur, & Antiochi tormentis, vermibus scilicet scaturiens, & cum fœtore computrescens miserrime conteratur. Et nisi resipiscat, *Petrum* regni cœlorum archiclavigerum cum *Sanct. Aurelio* & toto cœlesti militia portæ Paradisi obstitorem habeat in æternum. Prædia autem seu villæ ad prædictum monasterium antiquitus pertinentia, & ab eodem Comite nunc reddita, hæc sunt. In primis ipse locus *Hirsaugia* cum tribus villulis, *Lutzenhard*, *Altburen*, *Nagalthart*, *Hustetten*, *Deckenphrum*, & quæ sita sunt ad *Gilstein*, *Stamheim*, cum villulis item tribus *Summenhart*, *Lutzenhart*, ad *S. Candidum*, ad *Mettlingen Menchingen*, ad *Grezingen*, ad *Muchlingen*, ad *Mercklingen*, Tres hubæ, *Gumpertsvviler* dimidium. Hæc autem Comes prædictus de suis superaddidit prædictis, *Ottenbrun*, & quæ possidebat ad Willie, cum villulis binis *Gretzenbach* & *Blanda* & ad *Biberbach*, ad *Bettennach*, ad *Thanbach*, ad *Vualaheim*, ad Duas hubas, & sex jugera vinearum, ad *Gumbrechtzvviler* dimidium, & Ec- & Ecclesiam ad *Toffingen* & ad *Malscha* Hæc scilicet prædia cum mancipiis ad prædicta loca pertinentibus reddidit & contradidit ad prædictum cœnobium, cum Ecclesiis, fabricis, vineis, agris, pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, exitibus, & reditibus cultis & incultis cum marchis & terminis legitimis. Statuta quoque & jura censoria cum omnimoda integritate legitimorum suorum & utilitate & servitiis, quæ ullo modo inde provenire vel excogitari poterunt. Ut autem prædictæ traditionis & libertatis status, & omnia prædicta statuta, & ratione quia DEO & sanctis ejus destinata sunt, ab hac die omni ævo in Christo rata ea, inconvulsa permaneant, hanc chartam testamentariam prædicti Comitis rogatu, conscribi, manuque propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus communiri. Data est 7. Iduum Octobris, Anno Dominicæ incarnationis 1075. indictione 13.

Notandum tamen, si Ecclesia † non sit funditus destructa, tunc reficientem non effici patronum, singulariter observante Guidon, Papa *singular. 540. num. 2. alleg. l. 1. §. vicinales ff. ne quid in loc. publ.* Idem exprefle docet Rochus de Curte *tract. Jur. patronat. verb. construxit. numero 12.* ubi rationem assignat, quod aliud sit facere aliud reficere, ut dicunt Abb. & cæteri Dd. *in c. consuluit. de Judæis.* Bald. Alex. & alii *in rubr. ff. solut. matrim.* Ideo Felin. *ad c. cum accessissent, col. pen. & ult. de constitut.* dicit aliam † esse causam refectionis ejus rei, quæ non plane collapsa est & illius quæ funditus destructa fuit, per *l. si ita legatum §. fin. ff. de legat. 1.* ubi dicitur quod Testatore, † postquam legavit domum, eam particulatim reficiente debeatur legatum, sed eam funditus destructam, in ædem erigente censeatur revocatum esse legatum, quasi jam non sit eadem, sed alia domus. Sic & Bartol. *in l. si quis ædificium. Digest. de novi oper. nunt.* † dicit reficienti ædificium ex toto destructum posse nuntiari novum opus, non etiam si pro parte duntaxat destructum fuerit. Unde reficiens, proprie non dicitur facere, per gloss. *in l. 1. §. ædificare ultimo. ff. de mort. infer.* Exquisite idem firmat Roffre. *in tract. libell. super Jure Pontific. de Jure patronat. nu. 5.* per text. *in l. 1. §. si quis ædificium. ff. de nov. oper. nunciat.* & per rationem, † quod Ecclesia refecta eadem censeatur cum prima arg. *l. quid inde §. non tantum. ff. quib. mod. usufruct. amitt. l. si ita legatum, §. si domum Digest. de legat. 1.*

Limitatio prædictorum. 626

Ratio limitationis, 627

628

629

Ratio limitationis altera. 530

Sed occasione prædictorum non inelegans hic quæstio occurrit: † *An nimirum eo casu, cum tertius aliquis, ex reædificatione penitus collapsi monasterii acquisivit sibi Advocatiam, antiquus protector jus suum clientelare amittat, aut nihilominus retineat:* Ob nemlich deß vorgewesenen Schutzherren gehabte Schutzgerechtigkeit erloschen / vnd gefallen / oder derselbig die Castenvogthey dannoch behalten thue.

631 *Advocatiam alio per refabricationem ecclesiæ acquirente, an prioris Advocati jus clientelare omnino extinguatur.*

Videtur autem † hoc casu simpliciter decidendum esse, per supervenientiam novi Advocati, ex reædificatione Advocatiam nanscicentis, jus Advocatitium prioris Advocati esse extinctum.

632 *Affirmativa.*

Primum enim, ut ex prædictis patet † reædificans monasterium seu Ecclesiam fit Advocatus ejusdem & primus desinit esse Patronus ut tradit gloss. *in cap. quoniam verb. fundatores in fine.* Et videtur facere text. *in l. quid tum. Digest. quibus modis usufruct. amitt.* ubi dicitur, quod si navis reficiatur per partes, non perdatur usufructus, secus si ex toto dissolvatur, & de novo reficiatur. *text. in leg. qui res. §. aream. Digest. de solut. cap. quæris. de consecrat. distin. 4.*

633 *Ratio I. dubitandi pro affirmativa.*

Præterea communis est Canonistarum traditio quod † funditus destructa Ecclesia pereat, etiam jus protectionis & patronat. ejusdem, per ea, quæ hanc in rem fuse *cap. 16. de contrariis Advocatis*, circa primam cessantis protectionis, nempe ex ruina, & desolatione Ecclesiæ seu Monasterii causam adu-

634 *Ratio II. dubitandi.*

uct-

ducta sunt, & per se patet: Siquidem non entis nullæ amplius possint esse qualitates, & cum ipsa Ecclesia omnia, quæ intuitu illius competebant, quæque ipsam tanquam subjectum suum sequebantur, recidisse, atque extincta esse intelligantur, deficiente veluti fundamento, in quo consistunt, & sublatis eorum qualitatibus ob quas privilegia illa in illo loco tributa fuerunt. Ita decidunt Bartol. Jason. Alexand. Zasius & alii *ad l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verb. oblig.* Innoc, *in c. Abbate. de sent. excommun.* gloss. & Joan. Andr. *ad cap. privilegium de reg. jur. in 6. & ad cap. & hoc diximus ad verb. destructa 16. quæst. 7. & ad c. statutum ad verb. collegiatas de elect. lib 6.*

635 Cum autem † jura & obligationes semel extinctæ non reviviscant arg. *l. si unus. §. pactus. ff. de pact. l. non solum §. 1. Digest. de injur l. auxilium 37. in princip. ff. de minor*, non videtur primus protector ex subsequenti alterius reædificatione Advocatiam semel amissam recuperare posse.

636 *Negativa.* Verum † his non attentis contraria sententia æquior mihi videtur, nempe in proposito casu prioris patroni jus salvum manere, & per novam reædificantis acquisitionem minime interire.

Ratio decidendi I. Quæ decisio probatur primum ex regula, quæ habet, quod id, † quod nostrum legitimo modo factum est, 637 sine facto nostro; traditione puta in rebus corporalibus, *l. traditionibus. Codic. de pact.* præcedente justa causa *l. nunquam 31. ff. de acquir. rer. domin.* & patientia in rebus incorporalibus ad alium transferri non possit, arg. *l. servus §. incorporales. Digest. de acquir. rer. domin.* text, *in l. filio famil. §. maritum*, *ibi* invitis nobis res nostras alius retinere non debet. *ff. solut. matrim.*

Ratio decidendi II. Deinde si ex ruina Ecclesiæ collapsæ, mox tamen alterius opera restauratæ primi Protectoris jus prorsus evanesceret, homines ad construendas Ecclesias difficilius adducerentur, metuentes, si eædem collaberentur, & ipsi forsan facultatibus lapsi, præ inopia reædificare eas non possent, ne indultum ex prima fundatione jus etiam amitterent. At vero alio loco 638 edoctum est, beneficium † Patronatus Advocatiæ, ideo per Pontifices fundatoribus, ut facilius ad construendas Ecclesias adducerentur, concessum fuisse; Ne igitur causam illam impulsivam tollamus; convenientius est, ut per primam fundationem jus legitime acquisitum penes fundatorem maneat, Paul. de Citadin. *de jure patronat. part. 3. caus. 4. num. 3.*

639 *Ratio decidendi III.* Præterea sicut † jus patronatus & similiter Advocatiæ non potest directe à patrono auferri, *c. decernimus. 16. quæst. 7. c. cum dilectus. de jur. patronat.* ita nec indirecte per notat. *in gloss. c. tua de procurat.* 640 *verb. effectum.* Si præsertim † sine culpa primi fundatoris Ecclesia diruta fuerit, nec is obstante forsan paupertate eam reficere possit. Impotentia enim seu impossibilitas reædificandi in primo Protectore considerata eundem Jure prius legitime acquisito, & diu forte usurpato privare non solet, per multa *hoc in Cap. inferius* circa quæst. An Protector ob defensionis impotentiam Advocatia exuendus sit, adducta, quo remisisse sufficiat.

Cum igitur in proposito casu ex ruina Ecclesiæ nihil imputari possit primo Protectori, etiam per alium reædificata Ecclesia Patronus esse non desinet.

Solutio contrariorum Argumentorum. Qua decisione retenta non adversantur superiora dubitandi loca adducta.

Nihil enim obstat, quod dictum fuit alterum reædificantem fieri patronum, quia unius etiam Ecclesiæ seu Monasterii, ut *alibi* etiam dictum fuit, plures simul Advocati esse possunt, & sic † alterius novi scilicet patroni ex restauratione jus emergens non tollit antiquius legitime acquisitum, quia Jura ista pluribus competentia non sunt incompatibilia, sed bene simul in uno eodemque subjecto, ut experientia docet, consistere possunt. *Responsio ad I dubitandi rationem.* 641

Quod vero in secunda objectione affirmatum fuit † ex ruina Ecclesiæ perire etiam jus Advocatiæ ejusdem respectu competens, id verum non est, si ex vetustate vel per incendium, vel per inundationem aquarum, vel per vim hostium, aut tempestatum, usque ad aream dissoluta sit, & reædificetur alia, nihilominus tamen omnia sua antiqua privilegia retinet, etiamsi quoad muros, quoad ipsum templum, quoad materialia nova sit. *Responsio ad II dubitandi rationem.* 642

Etenim † jura realia, si non stricto Jure, saltem ex æquitate quadam re & domo reædificata durant, *l. servitutes §. si sublatum. Digest. de servit. urb. præd.* 643

Sed objecta doctrina tunc solum procedit, quando Ecclesia non casu aliquo fortuito, sed Imperio & auctoritate superioris penitus & sine spe refectionis seu restaurationis destructa est, ut quia ita consultum esse existimat Episcopus vel summus Pontifex, Petr. Peckius *de sacrosanct. & Cathol. Ecclef. reparand. c. 35. num. 4.*

Limitatur tamen hæc decisio, ut vires non exerat, si Ecclesia, † cujus quis Advocatiam ex solius fundi assignatione nactus fuerat, alio in loco ac fundo, per tertium quendam reædificetur, per notat. Innocent. *in rubric. de jur. patronat.* ubi expresse docet, quod Ecclesia destructa & alio in loco ædificata, ille qui fundum duntaxat dedit in prima, non amplius maneat patronus in secunda. In ejusdem concedit sententiam Roch. de Curte *tract. in jur patronat. ad verb. construxit. quæstio. 8.* distinguens inter eum qui propter fundum aut ædificium tantum jus patronatus acquisivit, & eum qui ex bonis suis dotem Ecclesiæ constituit, quem ait manere patronum, sicut & dos ipsa mansit, quod etiam est de mente Specul. *tit. de Jur. patron. part. 3. caus. 4. n. 5.* Ubi dicit, quod aut est primus ex fundatione & dotatione patronus, & tunc acquiritur patronatus etiam reædificanti simul cum primo, quia negare non possumus, quin dos data non transeat cum loco, qui denique remanet religiosus, & transit cum onere suo. *Limitatio præcedentis decisionis I.* 644

Deinde etiam nostra decisio claudicare videtur in casu † collapsæ & per alium reædificatæ Ecclesiæ, quando nimirum primus patronus ad restaurandam Ecclesiam satis facultatum habuit, nec tamen eam reædificare voluit, sed alius eandem cum licentia Episcopi reficit, priori patrono eam prorsus negligente, per notat. Petr. Peck. *tract de reparand. Ecclef. capite 34. sub numero 2.* tunc enim tacite juri Advocatitio renunciasse censetur; † Si tamen alius reædificare vellet, cum acquisitione Juris patronatus priusquam Episcopus consentiat, priorem Patronum interpellare debet, ut ipse ædificet vel reficiat docente Hostiens. *in cap. 3. de patronat.* ubi dicit æquum esse, quod si extraneus vult reædificare Ecclesiam, Episcopus antequam ei consentiat, prius antiquum patronum super hoc moneat, & ipsum cuilibet extraneo præferat, allegans ad hoc tex. *cum in c. Apostolica de his quæ fiunt à præl. & c. petuit de loca. & c. ad hæc §. fin. de. off. archid.* facit etiam tex. & quod ibi notant Bartol. & cæteri *in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotid. & æstiv.* *Limitatio II.* 645 646

L l Cujus

Ratio limitationis secunda.

Cujus rei ista occurrit ratio, quia cum tractetur † de Jure perdendo in totum, cum extraneus penitus ecclesiam dirutam ædificare vult, vel in partem, si 647 possit refici tantum, & pro eo evadat compatronus interpellatio fieri debet ad constituendum patronum in negligentia & culpa, ex his quæ dicit Innoc. *in c. extirpandæ §. quia vero. de prebend.* & ibi sequuntur Abb. & cæteri per *c. ex parte cum trib. c. seqq. de cleris. non resid.* & ex his late scribit Afflict. *decision. 370. dub. 2.* Marta Neapol. *de jurisdict. part. 2. capite 48. numero quinto.*

Sed de his plus satis, quatenus instituto nostro inservire visa sunt; nunc alios acquirendæ Advocatiæ modos ut prosequamur, instituta methodus exigit.

648 Quinto igitur † *constituitur atque exurgit Advocatia Jure territorii*, ex eo scilicet quod Monasterium aliquod, vel Collegium Ecclesiasticum in territorio alicujus Principis existat, vel cum consensu Domini illius territorii extructum fuerit, per notat. Knich. *de jur. territor. c. 4. n. 37.* ibi puta, si prælatura, vel cœnobium existat in territorio Principis.

V. Existentia Advocatia ex Iure territorii.

649 Plerumque enim Principibus † in cœnobia, sub eorum districtu sita, competit Advocatia, seu inspectio administrationis Justitiæ, & temporalium, ut sine horum consensu bona immobilia monasterii alienari vel oppignorari nequeant, ut nominatim observavit Wehner. *observ. pract. verbo* Vogthey/ *in princ. vers. ut autem in statu*, & ante illum Panormitan. *in rubr. de jur. Patron. numer. 4.* Redoan. *in tract. de reb. Ecclesi. non alien. sub rubr. de causa cognit. in alien. fact. numero 3.* Thom. Mich. *disputat. de jurisd thes. 55. lit. G.*

650 Inprimis vero Serenissimi † Austriæ Archiduces respectu hæreditariarum Advocatiarum tam in monasteria, quam in Episcopatus, in provinciis ac ditionibus suis collocatos, territorii Jure competentium, specialiter ac nominatim ab Impp. provisi, ac privilegiati sunt, id quod clare monstrant eorundem Privilegia, quæ inter alia sic habent: Sie (die Ertzhertzogen von Oesterreich) sollen auch haben alle Vogtheyen/ vnd Vogtrecht/ in Bisthumen/ Abteyen/ Probsteyen/ Clöstern/ Gottshäusern/ vnd Kirchen/ an Leuten/ vnd Güttern/ die in ihren Herrschafften/ vnd Landen gelegen seyn/ deren Erbvögt sie seynd/ vnd zu recht sollen seyn.

Eleganter etiam hanc ipsam Jure territorii existentem, ac competentem Advocatiam deducit Lud. Fachsius *cons. 55. incip.* Durchleuchtig. *tom. 2. illustr. Academ. in princ.* ubi testatur, quod in corpore Juris 651 † nihil de Advocatia Episcoporum & bonorum Ecclesiasticorum, prout ea hodiernis temporibus in usu est, inveniat, & *ibid. numero 1.* hisce verbis ait: 652 das find ich wol/ daß die Christliche Keyser † den Bischoffen vnnd Geistlichen viel Freyheiten / vnd Privilegien gegeben/ vnd sie allwegen darob solcher Gestalt geschützet/ vnd gehandhabet haben/ daß niemand denselben/ das allerwenigste hat abziehen/ vnd entwenden müssen/ bey mördelicher Straff deß sacrilegii, wie dann im *tit. Cod. de sacrosanct. Eccles.* item *de Episcop. & cleric.* item *in constit. Frider. quæ est in usib. feud. in tit. de stat. & consuet. cont. libert. Ecclesiæ*, item *in tit. Authent. de sanct. Episc. fund. &c.* davon außtruckliche Verordnung beschehen.

Alle dieselben vnd dergleichen Keyserl. Rechten ge653 reichen dahin/ daß die † Weltlich Obrigkeit/ die Bischoff vnd Geistliche Prälaten/ es seyen Stiffter/ Clöster/ Kirchen/ oder was es wölle/ bey † iren Privilegien/ Haab vnd Güttern gäntzlichen lassen/ vnd davon selbst nichts abziehen/ noch anderer abwenden lassen sollen/ bey Straff 654 † vnd Peen der Keyserlichen Acht/ bey Verlust der Gericht vnd Obrigkeit vnd anderer Straff mehr/ wie die Keyser in obgemelten Tituln hin vnd wider in Texten außtrucken/ vnd seynd † also die Stifft/ Clöster/ Kir655 chen/ &c. Bischöffe/ Priester/ Mönche/ vnd andere Geistliche Personen vornemblich in der Röm. Keyserl. Mayest. Schutz/ welche fürter einer jeden Obrigkeit befohlen hat/ dieselbigt bey ihren Haaben/ Gütern vnd Gerechtigkeiten/ vnd Freyheiten zu schützen vnd zu handhaben bey hoher Straff/ das ist der Schutz/ den ich im Rechten findt

656 Auß dem mag nun herfliessen/ † der Gebrauch/ daß ein jeglicher Fürst vnnd Herr die Geistlichen/ die in seinem Landt wohnen/ in Schutz vnnd Vertheidigung nimmet/ vnnd ist nit vnbillich/ sondern Recht vnd wol gethan/ wann man Rechtschaffen damit vmbgehet/ vnnd läßt beym schützen bleiben. hæc Fachsius *loco alleg.*

Ratio cognoscentis ex Iure Territoriali Advocatia.

Ratio porro asserti quinti modi, quo Advocatiam enasci diximus, inde palam elucet quod omnia quæ intra † alicujus territorii septa continentur, in fide & patrocinio domini istius esse opinione præsumatur *c. omnes Basilicæ. 17. quæst. 1.* 657 Canonistæ plerique *in c. nimis de jurejur.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 20. numero 2.* Hieron. de Mont. *tract. finium. regund. cap. 30. 61. 82. & 83.* Gabriel. *libro 1. comm. opin. tit. de probat. conclus. 9.* Menoch. *3. de præsumpt. 100.* Mascard. *conclus. 270.* Ægid. Boss. *tit. de princip. numer. 233.* Avendan. *de exeq. mandat. libro 1. cap. 1.* Francisc. de Claper. *cons. fisc. caus. 15. quæstio. 2.* Valasc. *de Jur. emphyt. quæst. 8.* Choppin. *de doman. libro 2. tit. 9. num. 2.* Lancellot. *in templ. jud. lib. 1. capit. 6.* Azevedo. *libro 4. constitut. Hispan. tit. 15. leg. 1. num. 57.* Brunus. *consilio 34. num. 5.* Ruin. *cons. 22. lib. 1. & cons. 13. num. 8. lib. 4.* Roland. à Vall. *cons. 91. num. 17. vol. 2.* Gravett. *cons. 615. 673. 882. 940.* Maranta *cons. 105. numer. 8.* Natta. *cons. 513. numer. 3. & cons. 501. n. 31. 506. numer. 30.* Oldrat. *consil. 176.* Dec. *cons. 528.* Schurff. *cons. 26. num. 1. vol. 1.* Mynsing. *cons. 16. numer. 35.* Anchoran. *consil. 142.* Wesenbec. *cons. 42. num. 3.* Paris. *cons. 15. numer. 9. lib. 1.* Curt. Jun. *cons. 158. numer. 24. & 184. numer. 8.* Pacian. *cons. 3. num. 47.* Pruckman. *cons. 27. num. 3. lib. 1.* Matth de Afflict. *decis. 269. num. 5.* Capyc. *decis. 180. num. 7.* Franc. Marc. *decis. 548. num. 4. p. 8.* Anton. de Amat. *decis. 116. num. 23.* Cavalcan. *decis. 28. num. 1. p. 1.* Meichsner. *tom. 3. decis. 23. num. 20. decis. 33. num. 4.* Concordant cum his, quæ eleganter tradit Didac. Covarru. *in repetit. 2. c. possessor malæ fidei. §. 10. num. 3. de reg. Jur. in 6.* ubi scribit, quod Jure communi Reges † sint pa658 troni Ecclesiarum sui principatus, per tradita Archidiac. *in c. lectis. 63. dist.* Bald. *in c. quanto de jud. col. ult. Et in proœmio, Rex pacificus. col. 2* Anton. Corsetus *in tract. de excellen. Regis. q. 34.* neque sine ratione Guid. de Baysio *in d. cap. lectis 63.* Franc Marc. *decis. Parlam. Delph. q. 1024. n. 11.* Schurff *cons. 72. n. 10 cen. 1.* Hier. de Cævall. *Spec. comm. opin. contra Comm. Tom. 4. q. 897. n. 379.* ubi similiter cum Covar. allegato, de Rege Hispaniæ hoc testatur.

Ex hoc igitur infertur Reges interdum ad † defen659 sionem Ecclesiarum in Regnis suis sitarum triplici vinculo obligatos esse, uno, qua Reges & Magistratus, altero, qua Ecclesiarum Advocati tertio qua earundem Patroni ac collatores sunt, quia (ut *alibi* plus quam semel notavimus) semper illis qui ex constructione, dotatione, & fundatione, vel alio titulo Jus patronatus Ecclesiasticum habent, onus defensionis, ne bona illius Ecclesiæ dilapidentur, incumbit *c. filiis 16. q. 7.*

Sic

660 Sic etiam regulariter sub † territorii dominio veniunt omnia Jura in eo existentia, & Dominus † territorii fundatam habet intentionem in omni superioritatis & Jurisdictionis Jure ita, ut omnia, quæ continentur sub finibus sui Imperii, subsint ejus Jurisdictioni & Imperio. Alciat. *respons. 12. n. 11. in princ. lib. 3.* Alvarus Valesc. *quæst. 8. num. 21. & seq. Jur. de Emphyt.* Joann. Amicis *cons. 25. num. 28.* potestque ejusmodi Jura Princeps † intuitu superioris & universalis feudi, & dominii exercere in omnes subditos tam mediatos, quam immediatos, Francisc. de Claper. *decis. causar. fiscal. cent. caus. 15. quæstio. 2. numero 77.* Joan. Kop. *q. 48. num. 2.*

661

662

663 Talis enim protectio, † defensio & custodia bonorum, ac personarum generalis, præsertim Juris & facti, de potioribus juribus, jurisdictionis & superioritatis dicitur. Plat. *in l. fi. C. de erog. mil. annon. lib. 12.* Chassan. *in Catal. glor. mund. part. 5. n. 195.* Bartol. *tract. de custod. clav. à n. 54. usque ad n. 78. & 80.* Unde

664 soli Principi, vel ei, qui jura Principis obtinet, talis protectio de Jure competit, ut asserit Menoch. *cas. 338. de arbitr. jud. quæst. n. 3.* Aeralb. *de privil. & jur reg. Franc. n. 39. & 40.* Bart. *decis. 179. à princ.* & quod talis protectio ad dominos universales Landtsfürsten/ qui omnem jurisdictionem & superioritatem habent, pertineant, dicit Bart. *d. tract. de custod. clav. n. 54.* Capit. *decis. 27. n. 1. & seq.* Boer. *quæst. 304. 106.* Rol. *cons. 18. vol. 3.* id quod & *aliis in locis* occasione subjectæ materiæ, indicavimus.

665 Hunc in modum de Jure communi, † quoad Ecclesias suæ diœcesis, intentionem quidem fundatam, quoad Jus superioritatis, habere Episcopum, docet Menoch. *lib. 6. præsumpt. 72. num. 1.* non autem quoad ejusdem Juris possessionem, scribit Abbas *in. c. olim inter la. 3. extr. de restit. spoliat.* eodemque sensu Ant. de Butr. *in c. cum ad sedem, num. 28 & c. olim inter n. 4. ext. eo.* In Jure duntaxat, non in possessione, quæ plurimum facti habet, Episcopi præsumptionem fundari

666 tradit; generaliter enim † à titulo ad possessionem non valet illatio, arg. *l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. possess.* Bartol. *in l. Celsus ff. de usucap.*

Cæterum ex isto territorii Jure, ad asserendam Principi suo Neoburgico Advocatiam Monasterii Cæsariensis, fortiter arguit Auctor Pfältzischer Informationschrifft *in princip. ibi.* auch auff seinem eygenen Grund/ vnd Boden/ in der/ mit allen Regalien/ Weltlichen Superioritet vnd Hoheiten ihme zuständiger/ & certis limitibus circumscribirter Graffschafft Grayspach extruirt vnd erbawt hat/ laut deß Stifftbrieffs/ in welchem zubefinden/ quod Comes Heinricus de Lechsgemünd/& uxor ejus Comitissa Luicardis, & filius ejus Volcradus, consensu universorum legitimorum ejusdem prædii cohæredum suorum, in proprio fundo suo quoddam Cœnobium, quod Keyßheimb dicitur construxerint, &c. Also daß wolermelter Herr Graff umb dieser zweyer Vrsachen und respect willen/ das Closter Kayßheim mit Castenvogthey/ Erblichen Schutz/ vnd allen Jurisdictionalien in temporalibus ihme vnterwürffig gemacht/ &c Idemque *in deductione contra* Kayßheim *cap. 1. §. antepenult.* his verbis: Vnd weiln potestas jurisdictionis & sublime jus territorii nicht nur in jubendo & vetando, sondern auch in protegendo bestehet/ so volgt daher noch weiter/ daß auch den Innhabern der Graffschafft Grayspach/ über ihr Closter Kayßheim/ vnd desselben ein: vnd zugehörungen die Ewige vnd Erbliche Schutz vnd Schirmsgerechtigkeit/ vi & virtute Juris territorialis gehörig sey vnd zustehe.

Quod ipsum etiam memorat & in scripta retulit Dn. Besold. Profess. Tubingens. Academ. doctissimus *in dissert. de Jure Fœder. cap. 5. num. 8. Sic & vendicant,* inquit, *sibi Comites Palatini Neuburgenses* die Erbcastenvogthey vnd hohe Obrigkeit *super cœnobio* Keysersheim/ *ratione Comitatus Greisbachensis*, ubi addit eadem prope Jura in Monasterium Ottenbeuren affectare Episcopum Augustanum.

Verum qua ratione, isti, ex Jure Territorii deprompto argumento obviandum sit, videri possunt, ea quæ in hanc rem supra *Capite proximo VIII. n. 427. & seqq.* deduximus.

Sic etiam ex eodem territorii fonte pro Civitate Donavverdana Monasterii S. Crucis in eadem siti Advocatiam sibi vendicante, argumentum ducit *Informator*, Wie es mit den am Keyserlichen Hoff/ wider deß Heyl. Reichs Statt Donawert außgangnen Processen beschaffen/ *part. 1. in princip. §. 2.* hisce verbis. Vnd diese Schutz vnd Schirmsgerechtsame/ ist sonder zweiffel einem Erbarn Rath von alters dannenhero zugewachsen/ vnd zugleich dabey/ daß sonsten kein Schirmherr angenommen werden solle/ so enixe befohlen worden/ dieweil das Closter ohne das in gemeiner Statt Ober- vnnd Botmässigkeit gelegen/ vnnd darumben die Protectionem in vnversehenen Nothfällen viel besser/ als ein Bischoff von Augspurg/ & quivis alius extraneus in alieno territorio laisten/ vnd bezeigen kan/ sonst würden merckliche Vnordnungen vnd confusiones Jurisdictionum daraus entstehen/ dardurch dem Closter mehr Vngelegenheit zugezogen werden köndte/ als sie von Schutz immer zu gewarten haben möchten.

Sic etiam à Jure territorii sive Dominii in terminis Advocatiæ argumentatur Wesenb. *consilio 48. in princip.* pro quodam Episcopo, ubi arguit, eum, cum sit dominus Monasterii in spiritualibus, præsumi etiam esse patronum ejusdem, nisi contrarium probetur eo, quod Monasteria † Episcopo loci ipso Jure sint 667 subjecta, *c. cum non liceat, 12. de præscript. cap. 1. c. Abbates cum seq. 18. quæst. 2. c. de Xenodochiis. de relig. dom. gloss. verb. in tua, c. sicut. 8. de excess. prælat.* nisi speciali privilegio sint exempta *c. 1. 16. quæst. 2.* quæ exemptio † non præsumitur, donec probetur. *c. contra* 668 *morem. 100. distinct. gloss. d. cap. sicut verb. in tua in fin. de excess. prælat.*

Unde in dubio habet † Episcopus ratione superio- 669 ritatis intentionem suam fundatam in Ecclesiis sibi subjectis, quod in iis omne superioritatis Jus habeat, *cap. 2. de restit. spoliat. lib. 6.* Socin. *cons. 86. in causa. n. 5. vol. 1.* Montan. *in tract. fin. regund. cap. 61. n. 4.* Everhard. *in loc. legalib. 16. loco à tot. ad part.* Schurff. *cons. 26. diligenter n. 2. centur. 1.*

Quin etiam nominatim in conciliis † Toletano, 670 Cabilonensi & Antiocheno statutum est, ut omnes Ecclesiæ, cum universis earundem bonis ac Juribus, Episcopis subjectæ, in eorumque potestate sint, ut apparet ex *c. decretum, & ca. quæcunque, cum duob. seqq. 10. quæst. 1.* Idque usque adeo verum † est, 671 ut non valeat pactum appositum, quod res Ecclesiæ ablatæ non debeant ad ordinationem Episcopi pertinere, tanquam pactum contra naturam contractus, ut est text. *in c. sic quidam.* junct. gloss. 10. *quæst. 1.* quam videntur sequi Bartol. *in Auth. ut nullus fabricet. n. 3.* & latius Paul. de Citadin. *tract. de Jur. patron. part. 3. q. 9. caus. acquirend. 2.*

Hinc est, † quod Jure etiam canonico consti- 672 tutum fuerit, ut Monasteria, continuo, postquam erecta fuere, Episcopo, cujus in diœcesi constructa sunt, debeant esse subjecta. juxta *cap. Monasteria, 18. quæst. 2. c. omnes Basilicæ. 18. quæst. 2.* facit etiam

c. interdicimus. 16. q. 1. & c. cum persona, in princ. junct. verf. quod si tales ibi, licet ordinariorum. *de privil. lib. 6. & c. cum venerabilis de religios. dom. c. cum episcopus. de offic. ordin. lib. 6.* quæ Jura ad hoc alleg. Panor. *in c. recepimus. n. 4. de privile.*

Exemplum acquisitæ ratione Territorii Advocatiæ super Monasterio Seckingensi

Verum enim vero an & quatenus Reges, Principes & alii Status, Ecclesiarum in territoriis suis sitarum, ordinariæ protectionis Jus habeant, nominatim explicavimus *infra Cap. VIII. circa finem.*

Porro exemplum ejusmodi usitati Juris Advocatitii ratione Territorii competentis extat apud antiquissimum & nobilissimum Cœnobium † *Seckingense*, cujus Abbatissa Princeps Imperii habetur, quod conditum est Anno supra quadringentesimum nonagesimo Quinto, à Divo *Fridolino* Scoto, quem Regis illius filium fuisse perhibent. Hic sub *Clodoveo* Francorum Rege Christum Prædicandi causa ex transmarinis terris ad Hilarium Pictavensem Episcopum in Galliam atque Burgundiam veniens, cœnobia aliquot instituit, & post varia demum pietatis exempla ad Rhenenses regiones progressus *Seckinga* locum delegit, ibidemque Clodovei præsidio (cui tum post devictos Alemannos terra ista parebat) insula dono accepta Sanctimonialium collegium extruxit, eique divinorum oraculorum interpretatione ad finem usque vitæ præfuit.

673

Miracula S. Fridolini.

674 Inter miracula illi attributa numeratur, † eum solis precibus Rheni undas bifidas fecisse, & alveo duplici circumfluo collegium intra insulam conclusisse.

675 Illud autem præ cæteris memorabile est, † quod cum ex duobus fratribus Claronensium apud Helvetios Dominis, alter *Urso* nominatus integram regionis ejus sibi debitam partem *S. Fridolino* moriens legasset, atque id *Ladulphus* fratrum alter *Ursone* extincto rescindere & ad se rapere tentasset, *Fridolinus Ursonem* à mortuis excitatum Judicibus in Pago Rangwell pro Tribunali sedentibus adduxerit, ut vivo ejus testimonio fratris conatus reprimeretur. Quo ille miraculo commotus non solum fraternam partem deseruit, sed suam insuper *Divo Fridolino* adjecit, id quod sequentibus versiculis, antiquitas notificasse dicitur,

> *Prædia pro Domino duo Fratres; hic Fridolino*
> *Tempore post multo negat alter, fratre sepulto,*
> *Suscitat hunc testem Dominus, ducitq; benignus*
> *Turba timore tremit, Sanctus sua Jura redemit.*

676 Hinc Claronenses Juris † Monasterii Seckingensis ab antiquo fuere, quod & annua legatione missis ad hanc *Fridolini* Basilicam testari consueverunt.

Seckingensi Monasterii Protectores.

677 Cæterum, † cum, ut dictum est, in territorio Regis Clodovei S. Fridolinus cœnobium Seckingense construxisset, illud ratione territorii, ad eos spectantis, Advocatos habuit Francorum postea Austrasiorum, inde vero Germanorum Reges, usq; ad Annum 1187. quo Fridericus Augustus inter filios Imperium distribuit, tum enim Othoni Burgundia cessit simulque hujus loci Advocatia, ut ex veteri formula pacis finium inter Uranienses & Claronenses designationem continens, Claronæ 3. Cal. Septemb. Dominicæ Incarnationis Anno 1196. perscripta patet. Stirpe autem horum Principum deficiente, Advocati munus † vicinis Habspurgiorum Comitibus delatum est, quo etiamnum hodie Archiduces Austriæ & eorundem posteri gaudent, qui quidem non solum Protectores monasterii Seckingensis, sed ejusdem etiam vasalli sunt, ut nuncupatim indicat Sebast. Munster. *Cosmograph. lib. 3. c. 219.* qui refert, Albertum Comitem † de Habspurg oppidum arcemque Seckingensem, tempore Friderici Barbarossæ Imperatoris primum ab ejusdem Monasterii Abbatissa in feudum recognovisse. Et hactenus quidem de modo existentis Advocatiæ ex Jure territorii, circa quod tamen conclusive, objicere quis posset:

678

679

Objectionis refutatio.

680 Si principibus vel aliis Statibus Advocatia ratione territorii competit, frustra eadem ab Impp. feudali titulo impetratur. Id enim quod † quis antea habet, id novo Juris molimine acquirere frustra laborat. arg. *l. 2. & l. si quis 6. prohibet ff. de eden. l. 1 C. de execut. rei jud.* Siquidem nostrum quod est, ex alia causa nostrum fieri amplius non possit, *§. sed si rem. 10. Inst. de leg. l. proprias 13. C. de legat. l. Mævius 66. ff. de legat. 2.* Sed *infra n. 800.* aperte traditur Advocatias in investituris Imperialibus una cum territoriis concedi solere. Ergo non competunt ratione territorii.

681 Sed ad hanc objectionem facilis patet responsio, negando illationem; Quia bonorum † suorum allodialium, quæ antea quis propria habuit, partem, vel integram portionem, quilibet Imperatori, vel cuivis alii offerre, eademque rursus ab illo in feudum accipere potest, quemadmodum communi Interpretum suffragio receptum esse, tradunt Dec. *cons. 564. n. 6.* Ruin. *cons. 40. n. 12. vol. 1.* Cephal. *cons. 168. n. 71. vol. 2.* Guid. Papa *q. 272.* Curt. Jun. *cons. 21. n. 6. & cons. 140. n. 5.* Alciat *cons. 13. n. 2. vol. 1. cons 15. n. 2. & cons. 43. n. 14. vol. 5.* ubi hanc tradit magis esse communiter approbatam sententiam uberrime Carol. Molin. *consuet. Paris. §. 1. gloss. 5. n. 42.* Franc. Burs. *cons. 46. n. 17. & seq. lib 1.* Jac. Menoch. *cons. 2. causa Finariens. art. 4. n. 3. & cons. 1. n. 87. & seq. & cons. 191. n. 52.* & inquit Gail. *obs. 158. n. 1. lib. 2.* indubitatum esse, quod quilibet generaliter rem suam propriam, possit facere beneficiariam, & quod hoc pro tutela & defensione rerum suarum facere soleant.

682 Ex quo apparet bene fieri posse, quod etiam aliquis ratione territorii habens † Advocatiam eandem nihilominus ab Imperatore postea in feudum cognoscere possit, & sic objectam difficultatem prædictis nihil obstare. Imo nihil novi est, quod aliis etiam Titulis competens Advocatia, nihilominus eadem Imperialibus Investituris inseratur, id quod clarissime ostenditur in Jure Protectionis quod Comites Wertheimii, in Cœnobio Brumbach, sibi competere asserunt. Quamvis enim (ceu *supra n. 439.* relatum est) iidem Comites Advocatiam Brumbachens. ex fundatione, dotatione & Jure Territorii, ut ex prædictis patet, sibi vendicent nihilominus tamen eandem tanquam Feudum Imperiale postea recognovisse, ostendunt, attestante id Auctore Werthaimischen Gegenberichts contra Würtzburg *c. 3. fol. 41.* sequentibus verbis: Jn Crafft dieser Hoch vnd Herrlichkeit / der fundation, dotation vnd Keyserlichen begnadigung/ist dem Graffen zu Wertheim der Schutz vnd Schirm (welchen sich die Römische Keyser vor alten Zeiten reservirt / außgezogen vnd vorbehalten) vber besagtes Closter zugewachsen / darfür sie dann wie mit Churfürstl. Meintzischen vnd andern Vhrkunden zubelegen/allbereit in Anno 1354. vnd 1384. also in die 200. Jahr vor außschleiffung der Capitulations Mißgeburt / von deß Römischen Reichs wegen erkent worden/ &c. inmassen dann nit allein die alte Graffen von Wertheim / durch jederzeit Röm. Keyser vnd König mit solchem Closter Schirm / als einem Reichslehen sonder Lewenstein selbsten von weiland den Hochlöblichsten Keys. Maximiliano vnd Rudolpho/ wie nit weniger von der jetzo regierenden Röm. Keys. May. investirt vnd belehnet/auch vigore istius constitutionis durch weyland Keys. Caroln in An. 1541. vnd 1548. dem letztlebenden Graffen von Werthaim / in sonderlichen conservatoriis aufferlegt vnd gebotten worden / dieses Closter in Krafft darüber habens den Schutz und Schirmsgerechtigkeit / nit davon entziehen zu lassen.

Sexto

683 Sextu oritur *Advocatia* † *Clientelaris ex spontanea liberi populi in alicujus potentioris Domini clientelam deditione ac subjectione.* Wesenbec. *d. consf. 48. n. 23.* Nam regulariter † permissum est, maxime libero populo, aut communitati, habenti & exercenti Jurisdictionem per se aut suos Magistratus, alterius Imperio, consulente Natta *Responsf. 636. n. 6. & 59. Tom. 3.* & hinc multo magis se dare in protectionem alterius, ut contra injustam vim defendatur. arg. *l. 7. de Capt. & postl.* Eremb. *1. de Fœder. 4. n. 12.*

VI. Existentia Advocatia ex spontanea liberi Populi in Clientelam deditione.

684 Si enim iis, qui superiorem recognoscunt, ut sunt Principes, Comites, Barones Nobiles & Civitates Imperiales permissum est, Protectores cooptare, ut *supra cap. 6.* ad nauseam probavimus; quanto magis id illis concessum esse intelligitur, qui ab omni superioritatis jugo liberi sunt. arg. text. *in l. fin. juncta gloss. C. qui ætate text. in c. cum in cunctis, in princ. de elect. l. 3. Cod. de cond. indeb. l. si quando. C. de testib. l. si non singuli, C. si cert. pet. l. qui pignoris.* & *ibi* Joan. de Imol. *not. ff. de acq. poss. & in §. illud quoque. in Authent. ut determ. sit nu. Cler. l. penult. in fin. Digest. si quis caut. & in l. §. quadam.* junct. gloss. *ff. de interdict. text. in cap. quemadmodum. post princ. de Jurejur. & in 6. inter corporalia, in princ. de translat. Episc. &c.* idque infrequens non est, ut liber populus, vel liberæ Civitates sese submittant alicui Principi, ut ab eo protegantur, & defendantur, Bald. *in c. 1. lect. 2. n. 9. de judic.* Menoch. *consf. 32. n. 4. vol. 1.* & patet ex iis, quæ in *Cap. VI.* de liberis quibusdam rusticis dicta sunt.

685 Ea autem submissione † non transfertur in electum Patronum jus quodpiam aliud, præterquam jus defendendi, *c. ex. part. c. accepimus.* ubi Alber. *notab. ult. de privileg.* Bartol. *in proœm. Digest. §. omnem* Laudens. in tract. *de Princip. sub tit. de confœd. pac. privileg. 91. vers. 56.* Simon. Pistor. *consil. 43. n. 79. & sequen. vol. 2.* Hermann. Vult. *tom. 3. consf. Marpurg. consf. 19. numero 146.*

686 Si tamen per liberum aliquem populum se se alicujus † Protectioni submittentem protectori suscepto, præter defensionem, alia etiam Jura, per conventionem inter se mutuo initam, indulgeantur, tunc ad expressa onera subeunda clientes omnino obstringuntur, ut nominatim adseveravit multis textibus, & authoritatibus in comprobationem citatis Andr. Gail, *lib. 2. obs. 84. num. 10. vers. postrem. in hac materia.*

687 Et patet hoc ipsum ex subjecto Pagi Erlenbacensis † exemplo, ubi videre est, homines illos prorsus antea liberos, multa alia jura, in literis transactionis infra positis, speciatim expressa in protectorem sponte assumptum, transtulisse.

Exemplum acquisita protectionis per liberi populi submissionem Erlebacensium.

Cum enim inhabitatores prætacti pagi Erlenbacensis ante ducentos, eoque amplius, annos, sicut testatur *infra* allegatus Refutator Wertheimensis. *p. 1. cap. 4. fol. 16. vers* mit dem Flecken Erlenbach. prorsus liberi, nullique domino, excepto Imperatore, subjecti essent, nec tamen ab injuriis, & violentiis aliorum seipsos tueri possent, communi consilio, & spontanea conventione Anno 1409. Illustr. Domino Joanni Comiti de Königstein/ possessori Comitatus Wertheimensis, & filiæ ejusdem Catharinæ, certis sese conditionibus, uti subsequens literarum copia ab Authore deß Wertheimischen Gegenberichts contra Wirtzburg *sub numer. 50.* nuperrime in lucem edita, docet, in tutelam tradiderunt: Conventionis autem literæ ita habent.

Litera Conventionales inter Joan. Comitem Wertheimium, & liberos homines pagi Erlebacensis quib. hi sese, illi certis pactis & conditionibus in protectionem dederunt: Causa suscepti Protectoris.

Wir die hernach geschribene / mit Namen Ich Heintz Freyheit Schultheiß / ich Cuntz Freyheit der Jünger / vnnd ich Fritz Rudiger die Heimburger / ich Cuntz Freyheit der Elter / ich Hanß Heylmann und mit vns die gantze Gemeind zu Erlenbach / bekennen und thun kundt offentlich mit diesem Brieffe / für vns vnsere Erben vnnd Nachkommen / allermenniglich / die ihn sehen oder hören lesen / daß wir angesehen vnd erkant haben grossen Schaden / vnmögliche Atzunge Beschwerunge vnnd Bekümmernusse / die vns allen / wider GOtt / wider Recht / widerfahren / geschehen vnnd widerbotten seyn / in mancher Handtweiß / von mancherley Leuten / vnnd das von deßwegen / daß wir gemeiniglichen kein Herrn / Voigt / Schurer oder Schirmer nit haben: Daß uns das nimmer geschehe / vnd dasselbe fürbaß zuvermeiden / so nemmen wir einmuthiglichen / begeren vnnd fordern williglichen / vnnd vngezwunglichen / vnnd bitten auch mit gantzem Fleiß / den Edlen Wolgebornen / Herrn Graff Johansen Graven zu Wertheim / daß er vnnd sein Erben / vns führo / sollen vnnd wollen seine mitwehrliche Hülff / vns unnd vnsern Nachkommen / schüren / schirmen / vertretten vnd versprechen sollen / mit allen Rechten / als ander ihr arme Leuth / die vnter ihn sitzen / vnnd ihr eygen sind / als fern sie mit recht können vnnd mögend / ohngefährd / mit solchem Vnterschied / daß sie vns oder vnser Erben vnnd Nachkommen / wider Recht nicht zwingen / bethen / schätzen oder schuren sollen / noch jemand von ihrentwegen.

Obligatio protegendi.

Darzu sollen wir ihn auch nicht verbunden noch schuldig seyn / keinerley Frohndienst zuthun / außgenommen / daß vnser jeglicher der Pferdt hat / deß Jahrs zu Dienst vnd Frohn kommen soll / dem ehegenanten vnserm Gnädigen Herrn / vnd sein Erben / vnd ihr Herrschafft / ob sie deß an vns begehren / in zweyen Meilen / warzu sie unser bedörffen / ohngefährde: Welche unter uns aber nicht Pferdt haben / es weren Mann oder Fraw der oder dieselben auch zween Tag / mit ihr selbs Leibe oder jemands für sich bestellen vnd zu Diensten kommen / in aller Masse / als vorgeschrieben stehet / ohngefährd.

Limitata servitia ob protectionem susceptam.

Vnd darumb daß der ehegenant vnser Gnädiger Herr / vnd sein Erben vns mit Willen vnd mit Trewen vor seyn / wollen wir in einmütiglichen / vnd unbezwungenlichen Jährlichen geben vnd reichen / acht Malter Habern / Wertheimer Metzen / vnd ihn die antworten gen Wertheim in ihr behaltnusse / ohn ihren Schaden ohnegefährde.

Annuum Honorarium Protectionis causa præstandum.

Auch wollen wir den ehegenanten vnserm Gnädigen Herrn vnd sein Erben / damit zu Dienst stehen vnnd kommen / als ihre Schaffe bißhero kein Recht gehabt haben / sie zuwaiden / zu treiben / oder zu hütten / auff vnserm Felde / oder in vnser Marck / das gönnen wir ihnen fürbaß nun einmütiglichen vnd williglichen / daß sie dieselbe ihre Schaffe in unser Marck treiben / waiden / hütten vnnd nehmen mögen / doch also / daß ihre Schäffer nicht sollen treiben / oder hütten / auff keiner vnser / Wiesen / noch auff kein

Concessio pascendarum Ovium.

 gehegde /

gehegde/ oder auff kein Stupffelacker / biß also lang daß unser Schweine dieselben Stupffeläcker / hiezwischen vnnd Sanct Bartholomeus Tag/ in einem jeglichen Jahr / vor erlauffen haben / So mögen sie dann darnach mit ihren Schaffen wol darauff treiben / vnnd hüten/ ohn alle hindernusse / ohngefährde. Were aber / daß die Schäffer das vbergriffen / oder vbergiengen vnnd Schaden theten / wann dann solcher Schad geschehe / denselben Schaden sollen die Schöpffen in einem Rechten erkennen / was sie geschadt hätten / denselben Schaden sollen die Schäffer die den Schaden gethan hätten / kehren / ohn Eintrag / ohnegefährd.

Constitutio judicii. Auch haben wir erkennt / daß vns grossen Schaden zugefügt hat / daß wir kein Gericht nicht vnter vns haben / daß vnser einer den andern hat gezogen / geladen vnnd geheischen an Gericht Geistliche oder Weltliche / wo er hin möcht oder wolt / das vns ärgerunge / versäumnusse vnd grossen Schaden zugefügt hat / daß selb abzuthun vnnd zu meiden / so machen wir einmütiglichen mit Willen / wissen vnd Verhengnusse deß ehegenanten vnsers Gnädigen Herrn / ein Gericht in dem ehegenanten Dorff zu Erlenbach / also daß dasselbe Gericht ein Schultheiß zu Erlenbach innen haben / vnd besitzen soll / hegen / schirmen / schützen vnnd schuren / von deß ehegenanten vnsers Gnädigen Herrn wegen / vnd von sein Erben vnnd Herrschafft wegen / vnnd soll auch dem ehegnanten vnserm Gnädigen Herrn vnd sein Erben geloben / vnd zu den Heyligen schweren / ein gleicher Richter zu seyn / dem Armen als dem Reichen / ohngefährde.

Vnd wann ein Schultheiß von Todtswegen abgieng / oder abgesetzet würde / oder anderst wohin führe / wie das käme / so soll vnd mag der ehegenant vnser Gnädiger Herr oder seine Erben / ein andern Schultheiß auß vns machen / vnd setzen in dem Dorff zu Erlenbach / der bawlich vnd häblich dabey uns sitzen/ vnd anderst nirgent/ ohngefährd: Vnd derselbe Schultheiß soll gantzen Gewalt haben / den Büttel zu heisen / vnd deß ehegenanten vnsers Gnädigen Herren sein Erben vnd auch von Gerichts wegen / was der heisset oder gebötte / daß die Articul diß Brieffs anrührte / das sollen vnd wollen wir vnd vnsere Nachkommen gehorsam seyn / vnd darwider nicht setzen bey der höchsten Buß / als hernach geschrieben stehet / ohngefährd.

Auch geloben wir mit guten Trewen gemeiniglich für vns / vnser Erben vnd Nachkomen / dem Gericht zu folgen vnd gehorsam zu seyn / alles was daran gerichtet / getheilet oder geschöpffet würde / das stät vnd vest zu halten außgenommen alle Stuck vnd Articul / die an das oberste Gericht gehören / nemlich an die Cent gen Remlingen / ohngefährd. Auch soll der obgenant vnser Gnädiger Herr / oder seine Erben macht haben zu kiesen / vnd sieben Schöpffen auß vns zumachen / vnnd wann derselben einer oder mehr / von Todtswegen oder sonst abgienge / so sollen die andern / die darnach bleiben / macht haben / ein andern oder an deß oder abgangenen statt zu setzen vnd zu kiesen / auff ihr Eydt / der sie dunckt dem Gericht eben vnnd Nutz sey / vnnd geseyn möge / ohngefährd. Vnnd dieselbe Schöpffen sollen theilen vnd Recht sprechen / nach Klag vnd Anspruch als für sie kommet / so sie allerbeste können oder mögen / nach ihrer Verständnusse / in den Sachen / als vorgeschrieben stehet / ohngefährde.

Auch wer den andern in Frevel lügen strafft / oder mit Worten schelte / der soll dem ehegenanten vnserm Gnädigen Herrn / sein Erben vnnd dem Gericht verfallen seyn / fünffzehen Pfenning / Landtswehrung / ohngefährde. Auch wer dem andern Pfand nehme / ohn der vorgenanten Schultheissen laube / oder seiner gewissen Botten / der soll auch dreyssig Pfenning Landtswehrung verlohren seyn. Die Stuck sollen die Schöpffen fürbringen vnd rügen / wo sie die hören oder vernehmen. Auch welcher unter uns zu einem Schöpffen gekoren wirdt / gemeiniglich von dem mehr Theil / widersetzt er sich / daß derselb soll verfallen seyn / vier Pfund Landtswehrung / vnd die von stund an bezahlen / ohne alle Widerrede / vnnd also mögen wir ein jeglichen / der sich deß widersetzet / wehlen zu dem drittenmahl / hätte er dann genug gethan der Peen / die darüber gesetzt were / zu jeglichem mal / der solt davon seyn / vnnd wir solten ein andern setzen.

Auch machen wir / daß alles Claggelt gantz vnd gar / ohn alle Busse das halb Theil an dem ehe genanten Gericht / soll gefallen / vnd seyn deß obgenanten vnsers Gnädigen Herrn / sein Erben / vnd der Herrschafft / ohngefährd: Vnnd das ander halb theil der Buß soll gefallen den ehegenanten Schöpffen deß Gerichts / vnd der Schultheiß soll oder mag derselben Buß niemand lassen fahren / ohn willen der Schöpffen ohngefährd / zu Gericht sitzen / vier Stund in einem jeglichen Jahr / mit Namen deß ersten / auff dem Dinstag nach dem geschwornen Montag / der da ist nach der Ostern heyligen Zeiten: Deß andern am nechsten Dinstag nach dem geschwornen Montag / der da ist nach Sanct Michels Tag: Deß dritten nechsten Dinstag an dem geschwornen Montag / der da ist nach dem Obersten Tag: Vnnd das vierdte Gericht an dem nechsten Montag vor Faßnacht / vnnd da helffen deß Rechten eim jeglichen Theil / vnnd theidingen / als vorgeschrieben stehet / vnd von einem jeglichen Vrtheil soll den Schöpffen gefallen / ein viertel Weins: Vnnd zu den vorgenanten vier Zeiten / soll der Schultheiß vnd die Schöpffen verbunden vnnd verhafft seyn / zu dem ehegenanten Gericht / vnnd nicht mehr ausgenommen / wo Pfand vorgehen wol-

wolten / oder wachender Schad were / oder ein Gast were / der Gericht begehrt / dem solten sie beholffen seyn. Were auch sach / daß einer oder mehr von vns in ein ander Dorff oder Stadt zögen / oder einer oder mehr zu Vns gen Erlenbach zügen vnd wonhafftig weren / die sollen fürbasser an Vnserm Gericht recht geben vnnd nehmen / ohn alle widerreden. Auch ob einer vff des andern Leib vnd Gut klagt / den soll man verweisen auff drey vierzehen tag / ohngeferd: vnd wollen auch kein new Atzung / Stewr oder hülff setzen oder machen / von des ehegenanden Gerichts wegen / vnd wollen das auch halten / ohn kosten vnd beschwerunge aller Herren gut / wie die genandt seynd / sie seynd Geistlich / oder Weltlich / Edel oder Vnedel / die bey Vns / auff Vns / oder Vnsern Gütern / in Feld vnnd in Dorff / Zehend / Zinß / Leuth / Gült / Lehen / Freyheit / oder Eygenschafft haben oder herr gewinnen möchten / doch außgenommen / was die stück vnnd Articul diß Brieffes anrühret / ohngefehrde.

Vns soll auch der ehegenandt Vnser Gnediger Herr vnd sein Erben nicht höher beschweren oder tringen / sondern sie sollen vns lassen bleiben / bey Gnaden vnd Freyheiten / nach ausweissungen diß Brieffs / ohngeferd. Auch soll vns noch vnsern Nachkommen / der ehegenandt vnser Gnediger Herr / oder seine Erben / keinerley beschwerunge mit Atzunge zufügen oder machen / mit sein Ampleuten oder Knechten / in kein weiß. Es were dann / daß er oder sein Nachkommen / die dann die Herrschafft zu Wertheim innhaben zu vns kommen / dieselben Atzung die sie denn also machen / die sollen vnd wollen wir ohne widerred bezahlen / vngeferdt.

Auch soll der ehegenante vnser Gnediger Herr vnd sein Erben / all ihr Recht / Zinß vnd Güldt / Frohndienst / Atzunge vnd Bett behalten vnd haben / vff all sein eygen Leuten vnd Gülden die bey vns sitzen vnd wohnen in aller nutz / als sie die haben / auff andern ihren eygen Leuten vnd Gülden / ohngeferdt.

Auch hat der obgenant vnser Gnediger Herr außgenommen ihm / sein Erben vnd Nachkommen / all ihre Herrlichkeiten / Freyunge / Recht vnd gewonheit / die er zu vns vnd den vnsern hat / von der Cent wegen zu Remlingen / vnd auch sonst alle andere Recht / die er bißhero gehabt hat / ohngeferd: Also daß in diß gemächte vnd Articul diß Brieffs kein schaden daran fügen noch bringen sollen / ohn alle geferde.

Vnd deß alles zu einem wahren Vrkund vnd gezeugnüsse / aller obgeschriebenen stück / bunde vnd Articul / vnd jegliches besonder / vns obgeschribene vnd vnser Nachkommen / vnd die gantze Gemeindt zu Erlenbach / der zubesagen / vnd die wahr / stät / vest vnd vnverbrüchlichen zu halten / so haben wir die obgeschribene alle / vnd jegliche besonder / vnd mit vns die gantze Gemeindt zu Erlenbach / die Erbarn vnd vesten / mit Namen Herrn Peter Statenberger Ritter / Juncker Eberhardt Gundelwein / Juncker Peter Immerer / Juncker Hansen Witzstatten / Juncker Hansen Klinckharden / vnd Juncker Rudolph Haranden gebetten vnbezwünglichen / daß ihr jeglicher sein eygen Insigel für vns an diesen Brieff hat gehenget / doch ihn vnd sein Erben / ohne schaden / vnd vns vnser Erben vnd Nachkommen / aller obgeschriebenen stück / bund vnd Articul zubesagen / in verschriebener weiß / vnd doch vns vnd vnser Erben / ohn schädlichen / ohn alle geferde. Dieser Brieff ist geben nach Christus Geburt / im 1409. Jahr / am nechsten Sontag nach Sanct Johans Tag / Sonnewende genant.

His ex literis perspicuum fit, præter jus defensionis, quod regulariter ex inita conventione debetur, alia etiam jura ex speciali conventione in subjectos Clientes Erlebacenses, Dominis Comitibus Protectoribus concessa fuisse, quæ tamen per eosdem postea plus æquo extensa novo contractui ansam dederunt.

Cum enim iidem clientes successu temporis à Protectoribus suis Comitibus Wertheimensibus mit Bette / Frohn / vnd Atzung ultra pacta conventa gravarentur factæ olim submissionis pertæsi (assertore eod. refutatore, *d. c.* 4. §. Darumb als *in Anno 1556. ibi.* das Dorff Erlenbach zu seiner vorigen Freyheit kommen / spe futuræ melioris tractationis, Anno Domini 1556. sese iisdem Comitibus rursus novis pactionibus, sicut ex Formula Transactionis à prædicto Authore sub *Num.* 51. exhibita, colligitur, in protectionem dederunt.

Cæterum præter exemplum, † quod de liberis populis protectionem quærentibus, hic & ea, quæ *in c. 6.* suggessimus, alia insuper suppeditant Historici,

698 *Aliud spontanea submissionis exemplum, nonnullorum Helvetiæ populorum.*

Talem enim in modum † circa annum Domini 970. Concelinus filius *Guntherami* Divitis, Comitis de Altenburg / (cujus deinde filius † *Rapote*, seu Rathbodus,) uti eum nominat Guillim. *in Comm. de Episc. Argent.* subsidiis & sumptibus Werneri, conjugis suæ fratris, Episcopi Argentinensis, ut *supra* etiam tactum fuit, arcem Habspurgensem, unde, & is, & posteri illius Comites de Habspurg denominati fuerunt, extruxit) liberum populum in partibus Helvetiæ, ubi nunc Monasterium *Murense*, quod elargito per prædictum Wernerum Episcopum Argentinensem Anno 1017. seu ut Stumpffius *lib. 7. c. 9.* Annal. Helv. autumat, subsidio Anno 1930. à sororio ipsius prædicto Rapotone fundatum legitur, situm est, eodem ita petente, una cum eorum bonis in protectionem suscepit, uti Chr. *ejusdem Cœnobii* testantur, hisce verbis: *Rogaverunt Comitem, Concelinum de* Altenburg / *filium Contheramin divitis, ut esset defensor rerum suarum.* Stumpff. *lib. 7. c. 9. in pr.*

689 *Exemplum spontanea in clientelam submissionis oppidi Zophingensis.*

Exemplum aliud ejusmodi † subjectionis ac spontaneæ in clientelam deditionis subministrat nobis Sebast. Munster. *in Cosmograph. lib. German. cap. 88. ult. edit.* de pervetusta Helvetiæ civitate Zofingensi, quæ hodie Bernensibus paret, de qua sic scribit:

Zophingen ist ein alte Statt / die auch Freyheit hat gehabt zu müntzen / zu den zeiten Keysers Caroli Crassi, vnd haben die Graven von Freyburg da gestifftet ein Probstey / ist doch anfänglich die Statt beherrschet worden von dem Graffen von Spitzenberg. Vmb das Jahr Christi 1285. hat sich die Statt willig begeben in Schutz / vnd Schirm Königs Rudolphen von Habspurg / doch mit vorbehaltung ihrer Freyheiten / ist darnach im Jahr 1415. vnder der Berner gebieth kommen ꝛc.

690 *Homines Recommendati, qualiter se in aliorum protectionem dederint.*

Cæterum non improbabile est ex isto deditionis modo profectum esse morem illum, quo pristinis temporibus nonnulli hominum sese aliorum † defensioni subjicientes certa suscipientibus servitia vel munera

 promi-

promiserunt quos Roffred: *part. 5. de libell. Rubrica* 692 *de Recommendatis*, homines recommendatos, nominat, eos tales esse qui veniant de alienis partibus & habitare velint in Civitate tua eligendo patrocinium tuum, atque dicendo: Domine, volo esse tuus recommendatus, ut habeam tuam defensionem & tibi singulis annis serviam in Pascha, in Natali, scilicet dando duas Gallinas, vel libram piperis, vel quid aliud, & hujus generis multos ait reperiri apud Neapolitanos & Bononienses, qui de jure nihil aliud conferre tenentur. Unde colligit vir cum judicio & eruditione præstantissimus, tum in foro & judiciis exercitatissimus D. Frideric. Prenninger Reipub. Rotenburgo Tuberanæ à consiliis *in doctissimis suis additionibus ad proavi sui D. Martini Vranii consilia conf. 50. lib. 2. sub* 693 *lit. D.* jus proprietariæ † conditionis, vulgariter der Leibeygenschafft/ pristinis temporibus non tam abjectum vile & servile, sed potius speciem cujusdam addictitiæ protectionis, seu defensionis, receptationis & omnino ejus generis fuisse. Quod ipsum *ibidem* roborat formula quadam literarum commendatitiarum seu Protectoriarum in Archivo quodam à se visarum ac descriptarum, quæ in hæc verba vernaculo sermone concepta fuere.

Litera Testimoniales F. Ioannis Iacobi ordinis S. Anthonii quibus homines ordinis suo recommendatos, aliorum protectioni committit.

Jch Bruder Johannes Jacobi S. Anthonien Ordens Verweser beyder Stifft N. vnd N. thue kund mit diesem Brieff öffentlich gen allermenniglichen / daß der Ehrsam N. N er sein eheliche Haußfraw Leibeygen sind / deß Heyligen S. Anthonien / vnnd jährlich geben 2. Hüner als Leibeygen den recht thun sollen / auch keinen andern nachfolgenden Herren nicht haben / denn allein S. Anthonien / darumb bitt ich obgemelter Bruder Johannes alle Fürsten vnnd Herrn / Freyen vnd Graffen / Ritter vnd Knecht / Edel vnd Vnedel / arme vnd reiche / die Obgenante Personen zu schützen vnd zu schirmen / angesehen S. Anthonien / auch mein vnd meines Ordens Brüder / vnnd der armen Märterer fürbittung / gegen GOtt vnd den lieben Heyligen / auch euch vnd aller Liebhaber vnnd Gutthüner des Ordens / vnd der elenden Personen behüten vor der schweren Plage deß hellischen Fewers / hie zeitlich vnd dort ewiglich etc. Datum etc. 1510.

694 Circa istam porro ineundæ protectionis † formam notandum est, per ejusmodi homines liberos sub Advocatiam ire aliquando sponte seu libera voluntate, aliquando autem coactè. Sponte † fit, si quis infirmior, quam ut suæ defensioni, & bonorum suorum sufficere ipse possit, metu hostilis impressionis aut depopulationis, se cum bonis suis in tutelam potentioris alicu-695 jus confert, & certis etiam interdum conditionibus eidem se subjicit, vel etiam bonorum suorum allodialium directum dominium in eundem transfert, utilitate sibi, suisque hæredibus retenta. Hunc in mo-696 dum Nobiles † Franconiæ bona sua fecisse feudalia testatur Paul. Matth. Wehner. *pract. obser. verb.* Kreyß *&* Kreyßtage *5.* zu dem sagen die Recht *ubi scribit*: daß im Francken der Adel vrsprünglich ihre eigene Güter *protectionis gratia*, Schutz vnd schirmshalber den mehrern theil / vnd keiner andern gestalt den Lehenherrn erstlich auffgetragen vnd zu Lehen gemacht.

Acquirenda per spontaneam submissionem Advocatia duplex modus.

697 Aliquando autem deditio † in protectionem fit coactè, puta, propter vim bellicam, ut si potentior aliquis princeps inferiorem à se devictum cogat, ut se eidem in clientelam tradat, vel bona etiam, quæ prius pleno jure possederat, tanquam propria, ea imposterum tanquam feudalia vel alio onere affecta teneat, qui modi ad feudum etiam constituendum referri solent, per Anton. Contium *de feu. cap. 9.* Quia tamen etiam absque feudo prædictis modis deditio in clientelam fieri potest, non abs re eosdem huc referre placuit: Licet vero hoc clientelaris submissionis genus sicut beneficium cessionis *l. 7. l. 8. C. qui bonis ced poss.* flebile ac miserabile non immerito dici possit, cum vi-698 cti † in victorum tutelam concedunt illique inviti quidem quam sponte magis, in clientelare fœdus veniunt, & à subditis nihil differant, Bodin. *lib. 5. cap. 6. in princip.* adeoque proprius captivis quam clientibus, annumerandi videantur Goechusius *inter Arum. de I. P. discurs. 28. concl. 70.* quia tamen ex duobus † malis 699 minus eligendum est *l. l. quotiens ff. de Reg. Iur. c. duo mala & c. Nerui distinct. 13. c. juvenis extra. de sponf.* & posterior hic modus quo ex captivis subditi sive abusive clientes fiunt, interdum (uti in simili de improprio fœdere loquitur Cabotius, *lib. 2. disp. de jur. pub. c. 10.*) beneficii loco acceptandus est. Cum n. jus belli † omnia victi addicat victori, *c. dicit aliquis* 700 *quest. 5.* Hugo Donell. *lib. 4. commen. de jur. civil. cap. 21.* pro beneficio accipere, & præclare secum actum putare debet victus, si prædiorum suorum utile dominium sibi relinquatur à victore, qui totum auferre poterat. Nam cui † quod plus licet, non debet, 701 quod minus est, non licere, ut est regula utriusq; juris, plus autem est omnia bona auferre, & minus est, aliquid juris iis auferre, aut onus aliquod imponere. Sic Berengarius † Longobardorum Rex ab Othone Imp. 702 devictus, se in ejusdem clientelam contulit, & regnum suum ab eo in feudum accepit. Conrad. Rittershus. *part. feud. c. 19. 2.*

703 Septimo † *emergit Advocatia ex receptione in specialem protectionem à summo Pontifice, Imperatore, vel alio Principe facta*, quam vulgo *Salvamguardiam* vocant, quando sc. Papa, Imperator, Rex, vel Princeps, aut alius quis Status Civitatem, Monasterium, collegium, vel Universitatem, aut certam familiam motu proprio: vel ad petitionem suscipiendorum per viam privilegii, contractus, vel quovis modo in tutelam ac fidem suam recipiunt, de qua cum *Cap. III. XV. de Action.* & fusissime in *XVII.* egerim, eo lectorem remitto juvat tamen ejusmodi in Salvam Guardiam Cæsareæ receptionis formulam, priusquam ad ulteriora progrediar, hoc loco subjicere.

VII. Existentia Advocatia ex receptione in Salvamguardiam facta.

704 Wir Matthias von Gottes Gnaden Erwehlter Römischer Keyser / zu allen zeiten Mehrer deß Reichs / in Germanien / zu Hungern / Behaim / Dalmatien / Croatien / vnd Sclavonien / König / Ertzhertzog zu Oesterreich Hertzog zu Burgundt / zu Brabant / zu Steyer / zu Kernden / zu Crain / zu Lützemburg / zu Wirtenberg / Ober vnd Nider Schlesien / Fürst zu Schwaben / Marggraff deß Heiligen Römischen Reichs / zu Burgaw / zu Mähren / Ober vnd Nider Laußnitz / gefürster Graff zu Habspurg / zu Tyrol / zu Pfirdt / zu Kiburg / vnd zu Görtz / Landtgraff im Elsaß / Herr auff der Windischen Marck / zu Portenaw / vnd zu Salins etc. Entbieten N. allen vnd jeden Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen Prälaten / Graven / Freyen / Herrn / Rittern / Knechten / Landmarschalcken / Landthauptleuten / Landvögten / Hauptleuten / Vitzthommen / Vögten / Pflegern / Verwesern / Amptleuten / Landrichtern / Schultheissen / Bur-

Forma literarum salva Guardia Cæsarea

gers

gemeistern/ Richtern / Räthen/ Burgern/ Gemeinden/ vnd sonst allen andern Vnsern vnd deß Reichs / auch unserer Königreiche / Erblichen Fürstenthumm vnd Lande/ Vnderthanen vnd getrewen/ was Würden/ Standt oder Wesens die seyn/ Vnser Freundschafft Gnadt vnd alles gutes/ vnd hiemit zuwissen: Wiewol alle und jede Vnsere vnd deß H. Reichs gehorsame Ständt vnd Vnterthanen / gemeiniglich / in Vnsern als Römischen Keysers vnd gemeinen Oberhaubts Schutz Schirm / Protection vnd Versprechung seyn/ daß wir jedoch auß etlichen Vnser Keyserlich Gemüth bewegenden erheblichen Rechtmessigen Vrsachen/ Vnsern vnd deß Reichs Lieben Getrewen/ N. N. fürnemblich in Gnedigster Erwegung seiner Vns und dem H. Reich/ in mehrfältige weg erzeigten Getrewen willigen vnd ersprießlichen dienst / sampt seiner Ehelichen Haußfrawen vnd Kindern / auch derselben Erbens Erben / dienst Amptleuth zugehörige vnd verwanten / mit aller jrer Leib Haab vnd Gütern/ Lehen vnd eigen/ wie sie solches alles / sampt deren Freyheit vnd Immunitäten/ Recht und Gerechtigkeiten / in jrer gewehr vnd besitz haben/ in Vnser vnd deß H. Reichs sonderbaren Verspruch/ Schutz / Schirm/ Salvam Guardiam empfangen vnd auffgenommen/ auch jnen und den jrigen/ Vnser vnd deß Reichs / auch Vnserer Königreich / Fürstenthumb vnd Lande/ Frey gestrack/ Sicherheit vnd Gleidt / für Gewalt/ zu Recht / gnediglich gegeben vnd mitgetheilt haben / thun das auch nemmen vnd empfahen sie darin/ hiemit und in Crafft diß Brieffs / Erklären vnd wöllen daß obbenanter Vnser Rath N. N. sampt seiner Ehlichen Haußfrawen vnd Kindern/ auch derselben Erbens Erben / dienst/ Amptleuten vnd zugehörigen / mit aller jrer Leib/ Haab vnd güter / Lehen vnd eigen / sampt deren Freyheiten/ Recht/ gerechtigkeiten/ Immuniteten vnd possessionen / so sie jetzo haben oder künfftig weiter erlangen vnd bekommen/ oder mit gebürlichen Titul an sich bringen möchten/ mit allen derselben an vnd zugehörungen / nichts außgenommen vnder vnd in solchem Vnserm Verspruch / Schutz vnd Schirm/ vnd Keyserl. Adlers Salva Guardia, Freyheit/ Sicherheit vnd Gleit / allzeit seyn vnd bleiben/ auch alle vnd jede Recht/ Gerechtigkeiten/ Freyheiten/ Immuniteten/ Sicherheit/ Vortheil vnd Beneficien/ haben/ sich derselben erfrewen vnd geniessen / sollen und mögen/ wie ander Vnsere vnd deß H. Reichs Vnderthanen / die mit dergleichen Salva Guardia begabt vnd versehen seyndt/ haben sich erfrewen vnd geniessen sollen / gar zumahl nichts ausgeschlossen. Vnd damit solch Vnser Keyserlich protection Frey Sicherheit vnd Handthab / Verspruch / Schutz Schirm/ Geleit vnd Salva Guardia / menniglich kundtbar vnd wissent sey / auch würcklich vollzogen werde/ so vergönnen erlauben vnd geben Wir/ ermelten N. N. vnd dessen Erben vnd Erbnemen/ hiemit Vnsern volkommen Gewalt vnd Macht/ daß sie so offt es jnen gefellig seyn/ vnd es jr vnd jrer Gütern vnd Leuth notturfft erfordern würdt / können oder mögen / entweder selbst / oder durch ire Befehlchhaber / jedes orths an ihren Schlössern/ oder andere ihre Persöhnliche Haußhaltung vnd Wohnungen/ possessionen/ Hoff/ vorwerck und Schäffereyen / Vnsern Keyserlichen Adler/ und deß H. Reichs auch Vnserer Königreich vnd Erblanden/ Wappen/ sampt oder sonderlich / zu gezeugnus Vnsers Keyserl. Schutz/ Handthab/ und Salva Guardia anschlagen / vnd hinwider wann es ihnen vnd den ihren gefellig / mit gebührender reverentz abnemmen / von allermenniglich vnverhindert/ vnd vngeirrt. Wir setzen und wollen auch ferner/ daß den Transsumpten vnd Vidimirten oder collationirten Abschrifften / auch Extracten von diesem Vnserm Key. Schutzbrieff und Salva Guardia, wo die allenthalben angeschlagen publicirt und insinuirt werden vollkommener glauben / gleich dem Original soll zugestellet vnd gehorsambt werden. Vnd befehlen darauff E. L. Andacht und Euch allen sament: und einem jeden insonderheit von Röm. Key. Macht / Volkommenheit/ hiemit ernstlich gebietendt/ und wöllen/ daß ihr mehrgedachten N. N. sampt seiner Ehelichen Haußfrawen / Kindern auch derselben Erbens Erben/ dienst/ Amptleuten zugehörigen und verwanten/ mit aller jrer Leib Haab und Gütern/ Lehen und eigene so sie jetzund haben / oder künfftig wie obstehet vberkommen/ und allen denjenigen so ihnen zuversprechen stehen/ bey denen ihnen ertheilten Gnad. Freyheiten/ Immunitäten possessionen vnd Gütern/ geruhiglich verbleiben/ vnd wider disen Vnsern Keyser. Schutz/ Schirm/ vnd Salva Guardia keines weges betrüben / Arrestiren/ hemmen/ beleydigen/ einfallen/ gefänglich bestricken / straffen/ plündern oder auch in andere weg / wie solches immer zugehen vnd geschehen möcht/ beschweren sondern sie vnd alle die jrigen vnd was denselben zustendig / wie auch das Namen haben mag / darbey allerdings vnbeleydigt bleiben/ auch ausser ordentlichen Rechtlichen Proceß/ vnd darein ergangenen vnd in der andern Instantz/ publicirten Entvrtheils / nicht anfechten noch bekümmern lassen / als Lieb euch vnd Ewer jeden sey/ Vnser Keyserl. Vngnad vnd die Peen deß Gleidtbruchs / vnd darzu noch ein sondere Peen / Nemblich 50. Marck Löttiges Goldts/ so ein jeder/ so offt er freventlich hierwider handelt / halb in Vnser Keyserl. Cammer/ vnd den andern halben theil vielgedachten N. N. vnd derselben Erbens Erben so hierwider angefochten vnd beleydigt würden/ Vnnachleßlich zu bezahlen verfallen seyn soll/ zuvermeiden/ vnd das meynen wir ernstlich. Mit Vrkundt diß Brieffes/ besigelt mit Vnserm Keyserl. anhangenden Insigel/ Geben. &c.

Porro circa hanc Salvæ guardiæ materiam notandum est, quod ea † per Imperatores, tam privatis personis & singularibus familiis, quam universitatibus & civitatibus concedatur.

Privatarum exempla, cujusmodi formulam modò legimus, cum alibi inseruerim, juvat hic urbium ac universitatum unum aut alterum subnectere. Et qui-

quidem de Tigurina, hodie præcipua ferme Helvetiorum Civitate, quam Carolus Magnus sua ætate frequenter inhabitavit, initium sumendo, cum illa post Carolinorum dominium extinctum, cum adjunctis Alemannicis partibus Germanico imperio accessisset, atque trecentis annis Præfectos habuisset, eaque Præ- 706 fectura † penes Duces Zaringenses usque ad Annum salutis 1218. quo ultimus hujus stirpis Berchtoldus V. 707 obiit, permansisset, postea Cæsar Fridericus † in tutelam Imperii recepit Tigurinos; ac multa collegiorum privilegia, jusque senatum eligendi, quod antea penes collegia fuerat, ad Cives transtulit. Jos. Simler. *lib. 1. de Repub. Helvet.* ac sequenti tempore statuit, ne urbem liceret unquam ab Imperio abalienare. Nam & primo & secundo Friderico fideliter adhæserant Tigurini, Friderici etiam tempore urbem fossa, valloque muniverunt. Crus. *Annal. Suev. par. 3. c. 2. lib. 1.*

Tigurum in Imperii Tutelam receptum.

708 Sic & Suitiorum † pagum Anno 1240. ab eodem Imperatore in protectionem receptum fuisse ex Stumpfio & Simlero testatur idem Crus. *d. part. 3. cap. 15.* ubi ait extare Tabulas in Septembri Anno modo dicto scriptas, quibus Fridericus Suitios in tutelam Imperii receperit, & ne ab Imperio alienari possent, sanxerint.

Suitiorum pagus in Protectionem Imperii receptus.

709 Ita quoque à Ruperto † Rege Romanorum Anno 1400. Imperialem Civitatem Fridbergensem in suam & Imperii clientelam receptam fuisse subsequentes protectionis literæ edocent, quæ sic habent.

Fridelberga in Imperii salvaguardiam recepta. Ruperti Regis Romanorum diploma quo Civitatem Fridbergam in Imperii tutelam recepit.

Wir Ruprecht von Gottes Gnaden Römischer König zu allen zyten Mehrer des Richs/ bekennen vnnd thunt kund allen den/ die diesen Brieff ymer gesehnt oder hürent lesen. Wann die Burgemeister Rath vnnd Burger gemeinlich der Statt Frideberg/ Vnser vnd des Richs Lieben Getrüwen sich mit gutem willen ergeben vnd erbotten hant Vns als einen Römischen Könige bygestendig vnnd gehorsam zu syn/ vnd zu werden nach altem herkommen/ als sie by Vnsern Fürfahren an dem Rich herkommen sind/ vnd haben wir darumbe die Burgermeister Statt vnd Burger der vorgeschribenen Statt vnd die ihren samentlich vnd sunderlich in Vnsern vnd deß H. Reichs schirme genomen empfangen/ vnd gesetzt/ nehmen empfahen vnd setzen sie auch darinne mit Vrkund vnd krafft dieses Brieffes/ also wer sache/ daß ymand/ wer der wer/ die Burgermeister/ Rath/ vnd Burger der egenenten Statt Frideberg/ oder die ihren samentlich oder sonderlich umbe soliche gewillige gehorsam/ als sie Vns gethan haben/ thun sollen vnd werden/ oder umb eine sache die davon ergehen oder entstehen möchte vbir langen/ oder vbir kurtz/ argwenen/ leidigen/ schädigen/ angreiffen/ Kriegen/ oder anders anlangen werden/ es wer mit Gericht/ Geistlich oder Werentliche/ oder ane gerichte/ in welche wyse das geschee/ daß Wir sie darvor vnd wider allermenniglich Getrülichen Schutzen/ Schirmen/ Handhaben vnd Versprechen sollen/ nach allem Vnserm vermögen one geuerde. Vnd vff das die vorgeschriben Statt yre Burger vnd die yren hülffe trostes/ vnd schirmes darwider desto sicher gesyn mögen/ so haben Wir vnd mit Vns/ Vnser vnd deß H. Richs Churfürsten mit Nahmen Johan/ des H. Stuls zu Mentz/ Friderich der H. Kirchen zu Cöln/ vnd Werner zu Trier Ertzbischoffe/ deß H. Richs in Dütschen/ in Italien vnd in Welschen Landen Ertzkantzler/ Vns gein der egenanten Statt/ yren Burgern vnd den yren samentlich vnd sonderlich versprochen/ vnd yn geredt/ versprechen vnd reden yn auch vestiglichen in diesem Brieffe/ daß Wir yn samentlich vnd sonderlich wider alle vnd ygliche die jene/ die sie oder die yren jn vorgeschriben masse besamet oder besunder/ umbe die vorgeschriben Sache oder umbe ein Stück die davon rühren/ oder endsten möchten/ angriffen/ ledigen/ schedigen/ kriegen oder anders anlangen werden in welche wyse das geschee/ getrüwlich vnd festigliche bygestendig/ beholffen/ vnd beraden zusyn/ mit wider sagen/ vnd hülfflicher Findlicher Getad/ und Vns nicht von yn zusundern noch zuscheiden/ noch sie nit zulassen/ vnd yn beholffen zu syn nach aller Vnser vermügde/ ane Geuerde/ vnd were Sache/ daß Wir oder sie/ von der fürgeschriben Sache wegin/ mit ynen zu Ansprach/ Feindschafft/ oder Krieg kommen werden/ so sollen Wir vnd die Obgenante Vnser vnd des Richs Churfürsten in allen Frieden/ Fürwarden/ Sünen vnd Rachtungen die Wir davon vffnemen werden/ die egenant Statt/ glich Vns selbst versorgen/ vnd sollen Wir besamet noch besonder Vns gein nymand Frieden/ Fürwarten/ Sünen noch richten/ die vorgeschriben Statt sy dann mit Vns darinne begriffen/ vnd glich Vns selbst versorget/ ane alle Geverde. Vnd Wir König Ruprecht Joh. Friderich/ vnd Werner Ertzbischoffe obgenant sprechen vnd reden alle und ygliche fürgeschriben Stücke getrüliche/ feste vnd stette zuhalten/ vnd han deß zu Vhrkundt vnd fester Stetigkeit Vnsere Ingesigele an diesen Briff thun hencken/ der geben ist vff dem Felde für Franckenfurt vff dem Mitwochen nach S. Gallen tag nach Christi Geburtte Dusent vnd vierhundert Jahre.

Plurium exemplorum via strata à Lubeca, quam Danorum Regis servituti ereptam in protectionem Imperii receptam fuisse *supra Cap. 5.* notavimus.

Lubecensium.

Ita etiam † Ulmenses à Carolo quondam Magno 710 Divitis Augiæ Cœnobio mancipati Mutius. *Chron. Germ. lib. 9.* Cuja. *5. de feud.* Anno postea 1346. libertati rursus vindicati in Clientelam imperij venere Crus. 711 *part. 3. Annal. Suev. lib. 4. c. 15.* Bodin. *lib. 2. de Repub. c. 6. n. 227.* Similiter Isna, † Baronibus Walburgicis olim subdita ab illorum obsequio se redimens in Imperii protectionem adscita est. Gylman. *tom. 3. præjud. Cam. fol. 143. & tom. 5. relat. 9. fol. 28.*

Ulma. Isna.

Verum cum *supra in Cap. 5.* plura Civitatem in tu- 712 telam Imperii receptarum exempla attulerim, aliis recensendis Lectorem non onerabo. Illud duntaxat circa prædictum ex receptione in salvam guardiam existentem Advocatiæ modum indagandum restat: *An vacante † Imperio, aut Imperatore trans Alpes in Italiam abeunte Generales Imperii Vicarii, nempe Sereniss. Dux Bavariæ Comes Palatinus Rheni & Dux Saxoniæ, aliquem in Cæsaream, atque sacri Romani Imperii protectionem*, daß einer in des Heiligen Reichs Schutz vnd Schirm seyn/ *suscipere possint nec ne.*

Utrum etiam Electores Vicarii vacante Imperio Salvamguardiam imperialem concedere possint.

Et prima quidem fronte in hujus † dubii eno- 713 datione videtur dicendum esse, prædictos PP. Vicarios id non posse. Negativam enim hanc fun- 714

Negativa.

dee

Ratio I. dubitandi. det primum ea ratio, quod sicuti mandatarii † potestas ex literis mandati *leg. diligenter 5. ff. mandati*, Rot. Rom. *decis. 76. p. 1. in noviss.* Surd. *dec. 209. n. 6.* Ita & 715 Vicarii † ex literis Vicariatus oritur & dependet prout in specie docuerunt Abb. *in c. tua n. 5. de offic.* Pic. Card. Zab. *in clem. 1. n. 17. & 18. eod. tit.* Franc de Pau. *de offic. & potest c. sed vacant. in f. rubr. de vicar.* allegans ad hoc Bald. *in l. aliquando ff. de offic proconf.* Jacob Stroz. *de offic. vicar. Episc. lib. 1. q. 68. n. 1.* Pet Bellin. *de re milit. t. 17. de offic. vic. n. 7.* Abb. *conf. 88. n. 6. vol. 1.* Dec. 716 *conf. 66. n. 4.* Quæ igitur in literis commissionis † ipsis concessa non sunt, ea nec facere poterunt, cum nec mandati fines excedere *d. l. 5. ff. mand. c. cum olim 32. de offic. de leg.* Alex. *conf. 21. n. 4. lib. 4.* Pereg. *conf. 8. n. 35. lib. 1.* Mart. Vran. *conf. 35. n 8. tom. 2.* nec commissionem ad alia diversa extendere liceat Nic. Reuss. *conf. 9. n. 16. lib. 2.*

717 Cum autem ex Aurea Bulla † prædictis Vicariis expresse tantum concessa sit potestas exercendi judicia, beneficia Ecclesiastica præsentandi, recolligendi reditus & proventus, investiendi de feudis juramenta fidelitatis vice & nomine sacri Imperii recipiendi, exceptis feudis principum, & illis, quæ Fahnlehen vulgariter appellantur, excepto omni genere alienationis seu obligationis rerum imperialium, Rich. Dieter. *disp. de summa summi Imperii potest. concl. 21.* quorundam vero expres-718 sio † & inclusio, Hipp. Rim. *conf. 783. n. 4. lib. 5.* Marccab. *conf. 71. n. 40. lib. 1.* reliquorum sit exclusio, *l. maritus 19. C. de proc.* Bec. *conf. 209. n. 1. & 32.* Cothm, *conf. 47. n. 156. vol. 1.* infertur, Imperii Vicarios in non expressis nullam potestatem habere.

719 *Ratio dubitandi II.* Deinde in considerationem venit, quod susceptio in protectionem Imperialem, magis sapiat gratiam, quam necessitatem aut justitiam, ut per se patet. Sed ju-720 ris interpretes statuunt, Vicarium generalem illa † tantum quæ iustitiæ & necessitatis non etiam ea, quæ meræ gratiæ sunt absque speciali concessione facere posse a. g. *cap. fin. & ibi C. de offic. vic. in 6.* & Fel. *in c. qua in Ecclesiarum n. 32. vers. sed hanc declarationem. &c. de constit.* Ægid. Boss. *tit de Princip. n. 87.* Jac. Stroz. *de vicar. Episc. lib. 2. q. 38. n. 2.* & post Bald. Castr. & Anchor. Cacher. *decis. 101. n. 3.* qui omnes loquuntur in terminis de vicario Imperatoris. Idemq, in terminis vicarii Episcopi docent Jo. Selva *de benef. p. 2. q. 14. n. 7.* Frid. de Senis *conf. 130. in fin.* Menoch. *conf. 52. n 75.* Jac. de Rim. *conf. 660. n. 16. lib. 4.* & Crav. *conf. 492. n. 8.*

721 *Decisio affirmativa.* His tamen non obstantibus † jure optimo defendi posse censeo, prædictos PP. Vicarios posse alios in tutelam Imperialem suscipere, & quibuslibet salvam Imperii Guardiam concedere.

722 *Ratio I. decidendi.* Primum enim à Doctoribus in eam communiter sententiam itum est, Imperatorum, Regum & aliorum Principum vicarios eandem potestatem habere omniaque illa posse, quæ ipse Imperator, vel is cujus vices gerunt ut per tex. *in l. 1. §. à praefect. 4.* ibi vel eo vice præfecti *ff. de leg 3. l. 2. C. de off. eius qui vic. alic. jud. vel praef. obt.* idq; in specie tradiderunt Bart. *in l. observare in pr. ff. de off. proconf.* Jas. *in l. convent. n. 7. ff. de pact.* Pet. Denais. *adfert. jurid. Cam. p. 46.* & Spir. *in Apologia pag. 26.* Jac. de S. Georg. *in Invest. verb. vicarius* Franc. Milanens. *decis. 8. n. 71. lib. 1.* Vincent. de Franch. *decis. 165. n. 2.* Rot Rom. *decis. 433. n. 3. p. 3. in noviss. lib. 3.* Cach. *dec. 101. numer. 3.* Guid. Papa *decis. 234.* Fran. Marc. *dec. 337. n. 24. & dec. 421. n. 1. p. 5.* Guilh. Cassiod. *tit. de constit. dec. 4. n. 1. & seq.* Jo. de Amic. *conf. 72. n. 5.* Jo. Pet. Surd. *conf. 281. n. & seq.* Fran. Bec. *conf. 14. n. 5.* Marc. *conf. 13. n. 132. lib. 1.* Men. *conf. 17. n. 4. & conf. 676. n. 4.* Jo. Philip. Monspel. *conf. 51. n. 42.* Nic. Bel. *conf. 59. n. 21.* Bald. *conf. 262. n. 1. lib. 1.* Corne. *conf. 18. n. 39. vol. 2.* Hier. Grat. *conf. 2. n. 88. lib. 1.* Rol, à Vall. *conf. 86. n. 33. vol. 1.* Natta. *conf. 86. n. 4.* Hip. Rimin. *conf. 5. n. 194. & seq. vol. 1.* Dec. Paul. *conf. 23. n. 66. & conf. 34. n. 67. lib. 1.* Boss. *tit de Prin. n. 87.* Jo Balzar. *lib. 2. feud. tit. 55. n. 41.* Henr. à Rosenth. *de feud. c. 10. concl. 39. n. 45.* Cam. Bor. *in addit. ad Bellug. in Spec. prin. 87.* Symph. *tom. 1. p. 3. vot 8. n. 11. & seq.* Pet. de Potest. *prin. c. 22. n. 142.* post Goff. Arch. Jo. And. & Gem. Jo. Gutierez *lib. 2. Can. qq. c. 17. n. 13.* & *seq.* Alva. *in spec. Pont. c. 54. n. 35.* Jac. Stroz. *de vic. Episc q. 64. n. 6 lib. 2.*

II Decidendi ratio. Deinde pariter unanimi ICtorum † calculo receptum 723 est, vicarios generales omnia facere posse, quæ Principales, nisi quæ inveniuntur iis prohibita, ut in specie firmat Paris de Puteo *in comp. Andr. de Ifern. t. 71.* Rosen. *c. 10. de feud. concl. 39. lit.* β & post. Inno. & Frid. de Senis Grat. *conf. 2. 88. lib. 1.* Phil. Corn. *conf. 181. n. 39. lib. 1.* Hier. Gab. *conf. 200. n. 3. lib. 1.*

Sed prædictos PP. generales Imperii Vicarios esse in ipso privilegio Vicariatus Palatinis à Carolo Quarto An. 1375. dato, expressum adseveratur, daß sie gemeine Vicarien des Reichs gewesen seynd/ und seyn sollen / cui iisdem suffragia aliquot DD. accedunt. Ita generaliter hunc textum intelligentium ut Schrad. *de feud. p. 10. sect. 3. n. 175. in Aurea Bulla,* inquit, *expresse cautum est quod* 724 *vacante † Imperio Palatinus & Saxo vices Imperatoris in omnib. & per omnia sustinere debeant.* Iisdemq; formalibus verbis hoc quoq; exprimunt Mart. Neap. *de jurisd. p. 4. cas. 197. n. 1.* Mat. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 1. n. 158.* & Flor. à Venning. *conf. 16. n. 22. & seq.* inter 725 consf. Claud. Cant. † ubi dicit, omnem jurisdictionem & superioritatem *& n. 26.* omnem Imperatoris jurisdictionem & potestatem penes hosce duos ipsius Imperii vicarios residere idq; videtur etiam esse de mente Thom. Mich. *de jurisd. concl. 29.* Marq. Freh. *de orig. Pal. lib. 1. c. 15. fol 109.* & Hub. Thomæ Leod. *de orig. Pal.*

Ratio decidendi III. Tertio constat Imperatorem Carolum IV. in Aurea Bulla aliqua tantum prohibuisse & specialiter sibi reservasse: Reliqua igitur non prohibita, nec reservata PP. 726 Vicariis permissa & relicta censentur; tum prohibitio † & exclusio unius, inducat permissionem & inclusionem aliorum Mynf. *conf. 21 n. 16.* Jac. de Rim. *conf. 683. n. 5. & 73. vol. 4.* Hier. Magon *decis. Luc. 93. n. 14.* Borg. 727 Cavalcan. *decis. 22. n. 24. p. 2.* † reservatioq; unius, abdicationem aliorum *leg. quaesitum 12. §. idem respondit ibi*; nam hæc *ff. de instrum. leg. l. cum prat. 22. ff. de jud.* Alex. *conf. 2. 6. n. 29. lib. 2.* Crav. *conf. 214. n. 13. & seq.* Fol. Pac. *conf. 52. n. 71.* Et ita in specie, quod excipiendo quædam & detrahendo quædam Vicario, cætera ipsi videantur permissa, tradunt Jo. Fr. de Pau. *de off. & post. cap sed. vac. q. 10. 20. p. 2. pr. n. 18.* Jac. Stroz *de vic. Episc. lib. 1. q. 65. n. 15.* ubi cum Decio *in c. cum dilecta, col. 2. de conf. util. velinut.* communem appellat, magis vero communem dicit Cov. *2. v. ar. resol. c. 5. n 6.* Paris de Put. *de feu in And. de Ifern. comp. tit. 71. f. 427. infi.*

Si igitur Imperator vel ordines hisce PP. † Vicariis 728 reliqua concedere noluissent, ea excipere debuissent uti in puncto determinant And. de Ifern. *in c. Imperialem n. 13. de prohib. feud. alien. per Frid. Imputet.* inquit *sibi constituens, quod non prohibuit vicario, quæ concedere noluit. arg. l. veteribus 29. ff. de pactis* Rol. à Vall. *conf. 86. n. 35. lib. 1.* ubi ait Imperatorem debere sibi imputare, quod non excepit ea, quæ noluit concedere Vicario generali; idem tenet Jo. de Amic. *conf. n. 46. & seq.* Franc. Milanens. *decis. 8. n. 73. l. 1.* hisce verbis *Si D. Rex voluisset non transire in Vicarium ista specialia, debuisset excipere & prohibere illa.*

Ratio decidendi IV. Quarto ambiguitate id omni caret, † generalem 729 Vicarium posse ea facere, quæ ipse Imperator plerumque solitus est facere, & verisimiliter ipse faceret, ut speciatim tradunt Afflictus *in d. cap. imperialem in princip. numer. 44. & seq.* Hen. Rosenth. *de feud cap. 9. conclus. 30. n. 8.* Hippol. Rimin. *conf. 5. n. 15.* Joan.

Petr.

Petr. Surd. *consil. 5. numero 75* Sed notorium est, quod Imperator quotidie multos in specialem suam & Imperii protectionem, ut exempla plurima docent recipiat. Ergo idem & PP. Vicarii facere possunt.

730 *Ratio decidendi V.* Quinto & illud expediti juris est, quod quibus licet id quod plus est, † illis quoque liceat, quod minus est, *l. non debet 21. & l. in eo. tit. in prin. ff. de regul. jur. cap. plus semper 35. de reg. jur. in 6.* Matth. Stephan. *de elect. jur. libr. 2. cap. 91.* Sed PP. vicariis licere Imperii vasallos investire, patet ex text. Aureæ Bullæ & Ordinat. Regim. *de Anno 1521.* §. Aber andere und geringere Lehen/& locus elegans in antiquo Speculo Suevico *lib. 2. 144.* Richard. Dieter. *disput. de Summa summ. Imp. potest. conclus. 21.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. n. 8.* Matth Neapol. *de jurisd. p. 2 cap. 40. n. 7.* Rest. Cast. *de Imp. qu. 8. n. 21. v. 6.*

At, minus esse, suscipere in clientelam Imperii quam in vasallum, per se constat. Ergo PP. Vicariis competit etiam potestas salvaguardiæ concedendæ.

Rat. decid. ult. ab auctoritate. Hanc ipsam denique decisionem tuetur novissime post hæc scripta visus D. Hepingk *in dissertat. de jure Advocat. concl. 11.* ubi Imperialem tutelam, vacante Imperio penes Comitem Palatin. Rheni (modo Ducem Bavariæ) & Ducem Saxoniæ PP. Electores Universalem esse statuit argum. *Tit. 5. A. B. Carol 4.* Vasq. *illustr. quæst. libr. 1. cap. 32. n. 1. & seq.* D. Buxdorff. *in differt. ad A. B. conclus. 5. lit. C. & seq.* ubi plures ad hoc allegati videri possunt.

Solutio contrariorum argumentorum Responsio ad I. dubitandi rationem. Neque obsistunt rationes in contrarium adductæ. Nam quod primo inductum est, Vicarios non nisi ea, quæ in literis commissionis iis permissa sunt, facere posse, id distinctionem † recipit, verumque esse conceditur, de iis, quæ nec tacite nec expresse in mandato continentur; secus autem, quoad illa, † quæ interpretative seu tacite insunt, quia in mandato censentur permissa, nedum ea, quæ sunt expressa sed omnia, quæ veniunt ad sequelam & in consequentiam ejusdem, per tex. *in l. quicunque § si res ff. de inst. in fin.* ubi Castr. *in l. institor. §. non tamen in ult not. ff. eod.* Dd. *in leg. 2. ff. de jurisd. omn. jud.* ibi signanter Jason *col. 1. & 2.* & Curt. Jun. inquit, † quod quando datum est mandatum ad aliquid expressim faciendum videatur etiam datum ad accessoria, & ad consequentia, sine quibus illud principale expediri non potest, Canonistæ *in cap. præterea* per illum tex. *de offic. deleg. c. solet in verf. superiorem de sent. excommun. in 6.* Gemin. *col penult.* post Joan. Andr. facit *c. accessorium de reg. jur. in 6.* Hip. de Marsil. *singul. 251.* Laurent. Sylv. *consil. 35. num. 48.* Castr. *cons. 18. in princip.* ubi inquit, quod procurator apponens manus ad connexa, non dicatur excedere fines mandati Soarez. *thesaur. recept. sentent. lit. M. n. 24.* Paris. *cons. 39. n. 37. vol. 1.*

731 732 733

734 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Altera quoque in speciem dubitandi prolata † ratio facile submovetur, hac moderatione si concedamus, ea quidem gratiosa, quæ alienationem continent, per Bullam PP. Vicariis esse prohibita, quæ vero nec alienationem sapiunt, nec in damnum Imperii vergunt, sicut est salvæguardiæ concessio, & alia similia nullo modo ab eorum potestate esse exclusa, pernotat. Gerlac. Buxdorff. *d. differt. ad Aur. Bull. ad concl. 5.* Sed hæc obiter de Salva-Guardia per. PP. Vicarios Imperio vacante, concedenda, nunc ad alios adsciscendæ Advocatiæ modos properandum est.

735

736 *Existentia Advocatiæ VIII.* *Octavo igitur acquiritur Advocatia beneficio Imperiali vel Pontificio, quando scilicet Papa, Cæsar vel alius Princeps confert alicui jus protegendi alios.* id quod fieri † solet tripliciter concessione nimirum simplici, Mandato seu Commissione vel investitura.

ex collatione Papali, Imperiali vel principali. 737 *Advocatia simplici concessione acquisita.* Simplici concessione Advocatia † acquiri solet, quando summus Pontifex, Imperator vel alius Princeps, cui incumbit protectio aliquorum, jus protegendi eosdem, den Schutz vnnd Schirm vber diß oder jenes Gottshauß/ Stifft/ Closter/ Statt oder Flecken alteri gratis vel interveniente quacunque recompensatione, indefinite vel ad certum tempus, largitur ac concedit, cujus rei exempla in cap. 5. plura attulimus.

738 Penes principem enim dicitur esse generalis † protectio & jurisdictio, à quo veluti capite ac perenni fonte in reliquos promanat *l. 1. & tot tit. ad. l. Jul. de ambit. §. in criminibus Auth. de defensor. civitat.* Confer notata *infra* ad quæst. utrum Imperator concedendo Advocatiam alicui eam cumulative aut privative concessisse intelligatur.

739 *Existentia Advocatiæ IX. ex Mandato superioris.* Præterea Mandato seu commissione, ex qua novus acquirendæ *exurgit Advocatiæ modus protectionis jus oritur, quando Papa, Imperator, vel alius Princeps mandat alicui defensionem certi Monasterii* vel alterius loci, quod olim frequentissimum erat. Ejusmodi mandatæ Protectionis, præter innumera *passim in hoc tractatu* allegata exempla severissimum suppeditat Petrus à Beeck *in Histor. descript. Aquisgranens. cap. 3.* ubi commemorat Fridericum III. Imperat. An. 1442. Episcopo Coloniensi Antistiti Leodiensi, Duci Juliæ Dominus de Hanisperg, Consulibus & universitati urbis Aquensis, sub indignatione Banni Regalis & pœna centum marcarum auri puri tuitionem, conservationem & protectionem Ecclesiæ ibidem, ejusque personarum rerum ac bonorum commisisse & antea etiam Carolum IV. Imp. per consimiles Protectionis literas, Dn. Friderico Ubiorum & Joanni Eburonum Pontificibus atque Wencelao Limpurgiæ & Wilhelmo Juliæ Ducibus eorundem defensionem commisisse. Sicut & aliud commissæ clientelæ exemplum notabile extat apud Modest. Pistor, *consil. 43. quæstion. 2. post number. 28.* ubi refert, Imperatores Sigismundum & Fridericum Civitati illi, pro qua consulit, certi cujusdam Monasterii protectionem eo modo commisisse ac injunxisse: Daß nemblich solches Gottshauß Ordens Personen / vnd ihre güter / so offt sie von ihnen darumb ersucht / durch dieselbe Statt wider alle Gewalt vnnd beschwerung zu schützen vnnd zu handthaben / vnnd da sie allein darzu zu schwach / darüber andere Fürsten / des Reichs / vnnd Keyserl. Mayest. selbst umb Hülff anzulangen / schuldig seyn soll. Wie die Wort der Clausul also mit sich bringen: Vobis Consilio, Consulibus, & Proconsulibus Civitatis N. committimus & præcipimus quatenus postquam pro parte præfati Abbatis fueritis requisiti, seu alius vestrum fuerit requisitus, eundem Abbatem, conventum & Monasterium, familiam, bonaque & res, contra quoscunque invasores, occupatores, detentores, oppressores, offensores, angariatores, exactores, perturbatores, aggravatores, sub quibusvis modis aut factis, vobisque possibilibus protegatis, defendatis, juveris, manuteneatis, auxilium, favorem, consilium & tuitionem eisdem præbeatis, &, si opus fuerit authoritate nostra Imperiali, pro subsidio & juvamine ad præ-

præmissa, nostros & Imperii sacri Principes tam Ecclesiasticos, quam sæculares, vasallos, ac civitates sub sacro Romano Imperio existentes invocetis, ac nostra indulta privilegia immunitates ac libertates eisdem concessa, & concessas faciatis, & fieri procuretis ad Dei servitium & honorem nostri & sacri Rom. Imperii inviolabiliter & incencusso observari. &c.

740 *Jus Protegendi quo verborum genere alicui mandatum esse intelligatur.* Hoc tamen loco illud animadvertendum est, † *non per qualibet verba imperativa à Principe prolata Jus protectionis constitui.* Quamvis enim in concessione gratuita, quæ ab Imperatore vel Papa proficiscitur, verba illa, *Jubemus talem defendere, conservare, manutenere, &c.* proferantur, non propterea tamen inducunt statim obligationem protectionis suscipiendæ, sicut attestatur Anchoran. *conf* 87. Videmus enim quotidie monasteriis, atque Ecclesiis contra turbatores per Papam concedi Conservatores, ut *in cap. 1. de offic. delegat. in 6.* sæpe etiam eundem mandare suis diplomatis, talem in possessionem induci, & defendi inductum, *cap. pro illorum* ubi Innocent. *extr. de præbend.* Sic etiam Imperator in confirmatione privilegiorum sæpius istis aut similibus verbis uti consuevit, nec tamen dicendum est, ideo conferri Jus protectionis vel Advocatiæ, argum. *cap. 1. & 2. de confirmat. util vel inutil.*

741 Quemadmodum in simili, † per verbum, Admoneo, non inducitur mandatum *l. idemque. §. si quis ea, ff. mand.* nec verbum, commendo, *l. si non remunerandi §. cum quidam, ff. eod.* nec verbum. exhortor, *l. ob hac in fin. Digest. de his qui not. infam.* per rationem: quia in his verbis non intervenit animus obligandi, gloss. Bart. Salycet. Bald. & alii *in l. 1. in verbo, quocunque. Digest mandati* Petrus Nicol. Mozzius *tit. de mandat. column. 3. num. 9.*

Sed circa istum acquirendæ Advocatiæ modum anceps occurrit quæstio, quam resolvere, antequam alias constituendæ tutelæ species prosequamur, operæ precium est.

742 *An invitus quis demandatam sibi à superiore, Advocatiam suscipere teneatur.* Dubitatur ergo, † *An is, cui summus Princeps Protectionem commisit seu demandavit, eam invitus suscipere teneatur.*

Et sane initio dicendum videtur, neminem cogi posse ad suscipiendum protectionis munus.

743 *Ratio dubitandi I. pro negativa.* Primum in hanc partem negativam facere videtur expressa Juris traditio, † quod mandatum suscipere cuilibet liberum sit, licet susceptum teneatur exequi, alias præstare debet omnia damna & interesse, *l. idemque paragraph. si procurator. l. si tibi mandavero. §. sicut. ff. mandat l. ad comparandas. & l. ro mandata C. eod. tit.* & dicitur *in § mandatum. Instit. eod.* quod liberum sit procuratori mandatum suscipere vel recusare, 744 susceptum tamen cogatur executioni mandare, Ruin. *consil. 44. vol. 1.* Paris. *consil. 91. n. 10. vol. 1.* Straccha. *tract. merc. in tit. de mandat. n. 51.* Rota, Genuens. *decis. 9. n. 5. & 6.*

745 *Ratio II. dubitandi.* Deinde eidemet sententiæ † suffragari potest, quod sicut in contractibus nemo invitus obligatur, *l. sicut. C. de action. & obligat.* Ita nec in quasi contractibus, secundum Bald. *in l. fin. C. de negot. gest.* Surd. *tract. d. aliment. tit 6. quæst. 5 n. 17. & 18.*

746 *Ratio dubitandi III.* Tertio haud ambiguum est, † commissam Protectionem respectu patroni, cui universitatis, collegii, vel Monasterii alicujus tutela injungitur, esse beneficium, quod in invitum conferri nequit *l. hoc Iure. §. non potest. ff. de donat. l. solvendo ff. de negot. gest. l. solutionem ff. de solut. l. invito. ff. de reg Jur.* & ubique concordata per gloss. & Dd.

747 *Ratio dubitandi IV.* Quarto ab hac opinione alienum non est, † si dicamus, Protectores comparari arbitris Conventionalibus, quia sicut ii ex mera, sola & libera voluntate à litigatoribus, sic etiam hi à partibus ex libera voluntate eliguntur, & possunt ex millibus unum, quem volunt, eligere vel non. Juris autem est, † quod tales 748 nunquam ab initio cogi possunt, arbitrium sive munus suscipere, *l. 3. §. tametsi, & ibi* Dd. *de arbitris* Jo. Bapt. *in tract. de arbitris lib. 5. in præfat.* post alios Schrad. *de feud. part. 10. sect. 10. n. 35.*

749 *Ratio dubitandi V.* Denique si illud, † quo alicui per Imperatorem protectio alicujus injungitur, esset mandatum pœnale, præcise obligatorium, deberet esse vel cum, vel sine clausula & pœnam habere annexam; Quod cum non sit: non videtur proprie ex eo mandato quis obligari.

750 *Decisio affirmativa.* Verum etsi hæc primo intuitu † ponderis aliquid habere videantur, re tamen accuratius perspecta, leviora sunt, quam ut in iis acquiescere possimus: Magis igitur est, ut in affirmativam sententiam eamus, ob subsequentes decidendi rationes.

751 *Ratio decidendi I.* Primo, quia potest quis † cogi à superiore habente in eum Jurisdictionem, vel ejus auctoritate, vel mandato ad aliquid suscipiendum, *l. neque à præside. qui dare tutores.* Quod maxime locum † habet, in præcepto 752 supremi principis, cui omnes subditi obedire coguntur, Esdræ. *cap. 7. in fin. lib. 1. Reg. cap. 14. c. 2. de major. & obed.* Nam mandata † Domini habent vim præ- 753 cepti, ita textibus Juris civilis & canonici demostrat Perez. *l. 10. tit. 4. lib. 4.* Et detrectans graviter delinquit, ac puniri debet. Esse autem mandatum, ex eo constat, quod adiici solet, von Keyserlicher Macht hiemit befehlend / hoc est, ex plenitudine potestatis mandantes: Ac non † obtemperantes mandatis Imperatoris, sunt in præsumpto dolo, late Menoch. *lib. 5. præsumpt. 44.*

754 *Ratio decidendi II.* Deinde confirmat hanc † affirmativam decisionem, quod munus protectoris per summum Principem delecti, sit publicum auctoritate, & respectu Reipubl. etiam utilitate, sicut consulens testatur Simon. Pistor. *consil. 19. numer. 9. volum. 1.* & *nos alibi* pluribus edocuimus. Juris autem est, † quod electus vel deputa- 756 tus ad officium, quod est publicum & auctoritate & utilitate simul, etiam invitus suscipere cogatur. Schrad. *p. 10. sect. 10. numer. 34.* Simanc. *de republ. lib. 2.* Alciat. *respons. 305. in princip.* Fichard. *consil. 36. in princip.* Menoch. *de arbitrar. Jud. quæst. cas. 369.* Menard. Diaz. *in regul. 197.* Gæddeus *de sequest. clement. unica cap. ad compescendas, numer. 66.* ubi probat, quod publica munera sive officia etiam inviti cogamur suscipere, lege & Imperio ejus, qui mandandi potestatem habet, vel more cogente, per *l. inter donum, & l. munus ff. de verbor. signif. fin. §. judicandi ff. de munerib. & honor.*

757 *Ratio decidendi III.* Præterea defendi hæc assertio ex eo potest, † quod similiter tutores etiam inviti cogantur subire onus tutelæ & curæ, eoque pertinentis administrationis *l. 1. ff. de administr. tut. l. fin. in princip. versic. scientes. C. eod.* Regner. Sixtin. *de regalib. lib. 2. c. 9. n. 16.* Cum ergo hæ tutelæ species cognatæ sint, quod in una statuitur, etiam in alia procedere dicendum est.

758 *Ratio decidendi IV.* Quarto eidem decisioni adminiculatur, quod pariter etiam Advocatus forensis ac tutelaris æquiparentur, ut nominatim docet Andr. Gail *lib. 2. observ. 54. n. 2.* ubi scribit, quemadmodum Advocatus litis operam suam præstat clienti suo, soluto ex pacto annuo salario, text. *in l. 1. §. in honorariis ff. de extraordin. cognitionib. & in l. unic. C. de suffrag.* Ita Patronus sive Advocatus fiduciarius & tutelarius, dato ex pacto annuo honorario, eos, quos in tutelam & defensionem recepit, contra injuriam aliorum, & vim majorem.

etiam armata manu protegere ac defendere debet, text. *in c. imperialem. de prohib. feud. alien. per Frid.* text. *in* §. *1. Auth. de hered. & falcid.*

759 Sed constituti Juris est, Advocatum litis cogi ad Patrocinium præstandum clienti, arg. *l. providendum* §. *si quis. de Advocat. divers. jud. l. sancimus. C. eod. l. 1. de postuland.* idque sub pœna privationis officii istius, quod ad multa alia, scilicet Notarios, Caupones, Hospites, Nautas, Tabernarios, Comeantes & Vectores extendit Gothofr. *in l. invitus. 156. ff. de R. I.* ubi Decius de Notario scribens, ait, † illum si recuset conficere In-760strumentum vel suscipere negocium rogatus, esse periurum, & posse privari officio, de qua materia etiam agit decis. Capell. Tholos. 481. & Bart. *in l. fin. de Assessor.* Felin. *in cap. quoniam contra in 2. not ab. extra de probat.*

Denique & illud hoc loco in considerationem trahendum est, quod tametsi Imperator protectionem non injungeret, sed ad suscipiendam illam rogando Advocatum induceret, id tamen instar injuriarum ha-761beretur, & per consequens ei parendum esset; † Principum enim preces importunæ, minæ sunt. *c. petitio. de jurejurand. c. quia propter. de elect.* Pet. Belluga. *in speculo Principum n. 16.* & *ibi* Camill. Borell. *in additionib. lit. E.* Mascard. *in verb. Blanditiæ.* Hinc dicitur

Est orare Ducum species violenta jubendi:
Et quasi minaci supplicat ense potens.

Refert è nostris Elb. Leonin. *cons. 20. n. 2.* † Ac Domi-762ni rogatio præceptum est gloss. *in l. 1. verbo. quemadmodum. Quod metus causa.* Wesenb. *cons. 45. n. 11. lib. 1.* Quo & illud Poetæ referendum est:

Scribere me Augustus jubet; & mea carmina poscit,
Pene rogans, blando jus latet imperio.

Et *rogando cogit, qui rogat potenter*, juxta Mimum. Felin. *in c. 1. n. 2. & 3. de offic. jud. delegat.*

Solutio contrariorum argumentorum. Nec vero, quæ *supra* pro dubitandi rationibus à nobis posita sunt, hanc sententiam infirmant, quod in singulis, quo contrariorum veritas magis elucescat, breviter ostendemus.

763 *Responsio ad I. & II. dubitandi rationem.* Ad primam igitur & secundam † dubitandi rationes, quod attinet, quibus dictum fuit, mandatum suscipere cuilibet liberum esse, in contractibus neminem invitum obligari, Respondetur, illam traditionem non habere locum in summo Principe: quia non obtemperantes ipsius mandatis sunt in præsumpto dolo, ut multis docet Menoc. *lib. 5. præsumpt. 44.* Et mandatum tale, de quo nos hic loquimur, non est contractus, sed purum præceptum, quod parendi necessitatem inducit, ut declarat post alios Dec. *in l. more majorum n. 51. ff. de Jurisd. omn. jud.*

Responsio ad III. dubitandi rationem. Ad tertium argumentum respondetur, protectionem à Cæsare alicui injunctam, non esse beneficium, sed quandoque non leve onus ac munus auctoritate publicum, ideoque necessario subeundum, per supra 764notata. Deinde, etiamsi † esset beneficium, tamen certum est, Imperatorem illud in invitum conferre posse, argument. eorum, quæ tradit Bertachin. *in repert. verbo. invitus.* Et hinc Tiraquell. *de nobilitat. c. 6.* 765*n. 42.* invito † etiam nobilitatem conferri ait.

Responsio ad IV. dubitandi rationem. Objectio, quarto loco mota, retunditur, negando similitudinem inter arbitros & protectores, quia illi libera partium electione suscipiuntur, hi autem expressa Imperatoris voluntate & jussione constituuntur.

Responsio ad ultim. dubitandi rationem. Ad ultimum respondetur, quod licet communiter in commissa protectione certa pœna non apponatur, tamen ejusmodi mandata ex eo obligatoria sint, quod ex iis semper præcisa imperantis voluntas colligatur, 766cui, † tanquam superiori, omnino parendum est, *c. sciendum. 8. q. 1. c. 2. extr. de major. & obed.* Jason. *in l. si prius. sub n. 32. vers. item maximum ff. de nov. oper. nunciat.*

Porro affirmativa hæc sententia † ampliationem re-767 *Ampliatio decisionis affirmativæ.* cipit, quod si per investituram, & forte sub pœna amissionis feudi alicui protectio per Imperatorem aut Principem aliquem tanquam vasallo demandata ac commissa fuerit, & eam vasallus renuat, nec pareat, ideo etiam feudo privandus sit, ut docet Isern. *in c. sancimus. nu. 13. Quo temp. mil.* Sigismund. Loffred. *cons. 45. n. 11.* Natt. *cons. 503. & cons. seq. n. 19.* Peregrin. *de Jure fisci lib. 5. tit. 1. de public. bonor. n. 32.* Capyc. *in invest. feud. c. feuda amittuntur. col. 46. casu 45.* Jo. Blanc. *lib. 2. c. 1. n. 119.* Affl. *in c. 1. §. fin. n. 14. caus. 16. & n. 26. quib. mod. feud. amitt.* Reynaud. *in c. imperialem. præterea si inter. n. 16. de prohib. feud. alien. per Frider.*

Verum cum circa hujus ampliationis materiam de Advocatia nempe Feudali, aliquot dubitandi rationes occurrant, illud hic, priusquam ad ulteriora progre-768 *Utrum Advocatia in Feudum dari possit. Negativa.* diamur, prævertendum, ac videndum est: *Utrum Advocatia, † præsertim Ecclesiastica, infeudationis titulo in aliquem transferri, vel quod idem est, in feudum concedi possit.*

Pro † parte negativa facere videtur, quod feudum 769 *Ratio dubitandi I. pro negativa.* sit beneficium, cujus dominium directum penes dantem remaneat, utile vero in accipientem transeat, pro certo servitio præstando. Ita enim feudum definitur *in cap. 1. in fin. de prohib. feud. alien. per Lothar.* & *ibi* communiter sequuntur gloss. & Interpp. & *in prælud. feud.* Bald. *n. 8 & seq.* Alvarot. *ibi. vers. quæro quinto, quid sit feud. &c.* Præpos. *n. 13.* Hannet. *lib. 1. feud. cap 2.* Et hanc passim ab omnibus recipi ait: Nicol. Intrig. *in cent. feud. 1. quæst. 1. n. 20. & seq.* vultque hoc idem Socin. *cons. 167. n. 1. & seq. vol. 2.* Afflict. *in prælud feud. num. 69.*

At vero ea, † quæ apud Juris Interpretes traditio re-770 peritur, quod Jus protectionis, præsertim, si loquamur de gratuita tutela, à directo ac utili Dominio, cæterisque Juribus particularium dominiorum separatum sit, uti pro hoc multos adducit Cephal. *cons. 28. incip. sententia lata n. 27. lib. 3.* Et hoc ipsum publice propugnavit Dn. Sebastian. Dietherich. Advocatus Suevo Hallensis Amicus noster *disput. de Advocatia. thes. 14.* consequitur ergo, Advocatiam in feudum dari non posse.

Secundo hæc eadem sententia fulciri † videtur ex 771 *Ratio II. dubitandi.* traditione Jacobin. de Franch. *comment. de feud. verb. Adhærentia*, ubi dicit, confœderationem nihil commune habere cum Feudo. At vero *alibi* deduximus, † Ad-772 vocatiam & confœderationem paribus ambulare passibus, ergo sicut absurdum esset dicere, confœderationem posse infeudari, ita etiam protectionem in feudum concedi, non asserendum videtur.

Tertio præter adductas dubitandi rationes hanc *Tertia dubitandi ratio ab Auctoritate Doctorum.* negativam opinionem non improbabilem esse, & indistincte se tenere ait Zas. *cons. 7. nu. 5. vol. 2. per c. hoc consultissimo, de reb. Eccles. non alien. in 6.* Quam etiam strenue defendendo publice tutatus est Dn. Lud. Myl. Cancellarius Oetingens. *disp. publ. thes. 5.*

Ratio dubitandi III. Deinde non solum hactenus adductæ rationes atque auctoritates Advocatiam infeudari haud posse edocere videntur, sed & clientelæ infeudatio reperitur insuper à quibusdam Patronis specialiter esse prohibita. Ita enim Welpho † Sueviæ Regulus opulentis-773 *Inhoffen olim Monasterium, nunc Præpositura Weingartensis.* simi Monasterii Weingartensis protector, cum cellam S. Panthaleonis in Inhoffen/ prope Buchorn/ monialium olim, Benedictinarum Cœnobium, † à D. Bertha Buchornensi Comitissa, fundatum, modo Præpositura, provisioni ac Regimini Abbatis Chunonis An. 1130. commisisset ac subjecisset, infeudationem Advocatiæ super prædicto Cœnobio expresse interdixit, prout ex 774 diplo

diplomate ejusdem Welphonis, quod *in t. de ſpecial. Advocatia.* integrum ſubjecimus, colligitur, in quo, inter cætera hæc verba continentur: Interdicentes ne aliquis noſtrorum ſucceſſorum aut hæredum ad quos juſta ſucceſſione devenerit Advocatia Wingartenſis præſcriptæ cellæ Advocatiam præſumat alienare, aut ullo modo alicui infeudare, &c.

775 *Deciſio Affirmativa. Confirmatur auctoritate.*

Verum hiſce non obſtantibus affirmativam † ſententiam in hoc puncto veriorem, uſuque approbatam eſſe, indubitatum eſt. Præterquam enim quod hodie principes Imperii de Monaſteriorum in Territoriis ſuis ſitorum Advocatiis ab imperatoribus generaliter inveſtiuntur, ſecundum traditionem D. And. Knichen. *comment. de Sax. non provoc. jur. verb. Ducum. Saxon. c. 5. n. 498.* ubi affirmat, jus Advocatiæ ſeu protectionis in Abbatiis & Cœnobiis ab Imperatore per inveſtituras concedi Principibus in ſuis territoriis, etiam ſpecialiter inveſtitura conſtitui Advocatias aſſerit idem *d. loc. n. 522.* cui aſtipulatur Dauth. *de teſtam. qui teſt. fac. poſſ. n. 245. p. 211.* idque tam in ſæcularibus poſt Cujac. & Schenck. Gothofr. Ant. *diſp. feud. 1. theſ. 7. lit. R.* quam Eccleſiaſticis fieri, teſtatur Roſenth. *tract. feud. c. 4. concluſ. 14. n. 2.* ubi in facti contingentia atteſtatur, ſe in Alſatia & alibi ex antiquis monumentis didiciſſe, quoſdam Dominos ac Nobiles, hujusmodi Jure Advocatiæ per Epiſcopos & alios inveſtitos fuiſſe, idque in Germania, uſitatiſſimum eſſe, affirmat. Quod ipſum etiam nominatim tuetur D. Joan. Georg Becht. *de ſalvo conduct. c. 10.* in ſpecie loquens de Advocatis monaſteriorum, & Eccleſiarum, earumque Jus tanquam perpetuum & fructuoſum de conſuetudine quorundam Germaniæ noſtræ locorum, præſertim Alſatiæ in feudum concedi adſeverat, idque affirmat etiam poſt Cujac & Schenck. D. Gothofr. Ant. *diſp. feud. 1. theſ. 7. lit. R.* Paurm. *1. de juriſd. 26. n. 22.* & de conſuetudine hac inveſtiendi hodierna D. Vult. *1. feud. 8. nu. 17.* & Obrecht. *1. F. 6. n. 19. & 2. F. 3. n. 99.* abunde teſtantur, quos ſequitur Ferrar. Montan. *de Feud. lib. 1. c. 6. §. Nono.* & noviſſime Jacob. Sync *diſp. de Iure protect. theſ. 9.* aſſerens Advocatos, olim etiam ab Impp. Eccleſiis Presbyterjis, & domibus Religioſis, Feudi, aliove nomine in temporalibus præfectos fuiſſe.

776 *Item exemplo Advocatia Chombergenſis Epiſcopo Herbipolenſi infeudata.*

Qua in re, ne nimis longinqua in evidentiam † exempla adferamus, infeudatæ ejusmodi Advocatiæ luculentum extat inprimis teſtimonium apud Nobile collegium Chombergenſe. Cum enim Imperator Fridericus tertius 1485. Imperialem Civitatem Hallenſem Suevorum Monaſterii Chombergenſis, Advocatia, quam eidem Ludovicus Rex Romanorum commiſerat, privaſſet, eandem Reverendiſſ. ac Illuſtr. Principi ac D. Domino Epiſcopo Herbipolenſi omnibusque ejus ſucceſſoribus ſupradicto Anno 1485. in perpetuum & irrevocabiliter conceſſit in feudum, vigore diplomatis à dicto Imperatore Friderico deſuper conceſſi, quibus hæc verborum formula circa med. inſerta reperitur.

Doch daß ein jeder Biſchoff zu Würtzburg/ ſo hinfüro zum Biſchoffe daſelbſten erwehlt vnnd geſetzt würde/dieſelbe Vogthey vnd Schirm deß gemelten Gottshauß vnder andern ſeinen Regalien von vns vnd vnſern Nachkommen am Reiche mit nemblichen außtrücklichen Worten/ vns damit/als andern ſeinen Lehen getrew/gehorſam vnd gewertig zu ſeyn/ zu Lehen empfahe/ auch einen jeden Abbt vnd Convent zu Chomberg / ſo jetzo ſeynd/oder künfftiglich werden/ vnd jre Leut vnd Güter wider alt herkommen vnd Gewohnheit nit beſchweren / ſondern bey altem herkommen bleiben laſſen / vnd vor vnbillichem gewalt getrewlichen handhaben/ſchützen vnd ſchirmen.

777 Aliud non minus evidens infeudatæ Advocatiæ teſtimonium præbent ſubjectæ conſervatorii, † ſuper Monaſteriis Comitatus Wertheimenſis, à Carolo V. Imperatore Anno 1541 Illuſtri D. Michaeli Comiti de Wertheim conceſſæ literæ, quæ ſequentem in modum ſe habent.

Literæ conſervatorii Caroli V. Imperatoris ſuper Advocatiis Monaſteriorum in Comitatu Wertheimenſi ſitorum.

Wir Carl von Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien/zu Hiſpanien/beyder Sicilien/ Jeruſalem/Hungarn/Dalmatien/Croatien ꝛc. König/Ertzhertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/ꝛc. Graff zu Habſpurg / zu Flandern / zu Tyrol/ꝛc. Entbieten dem Edlen / vnſerm vnd deß Reichs lieben Getrewen / Michaeln Graffen zu Wertheim / vnd ſeinen verordneten Vormündern/vnſer Gnad alles Guts/ edler vnd lieben Getrewen//nachdem Vns/als Röm Keyſer gebürt/ Vnſer vnd deß H. Reichs Vnderthanen/ Stånd vnd Verwandten/ vnd inſonderheit die Klöſter vnd Gottshäuſer bey fried/ ruhe vnd gemach zubehalten/ vnd vor ſchaden / abfall vnd zerrüttung zu verhüten / auch deß zuthun gentzlichen gemeint ſind/Vnd dann du Graff Michael von Wertheim / vnter andern deinen Regalien vnnd Lehen / den Schutz vnd Schirm vber die Klöſter vnd Gottshäuſer / ſo in deiner Graffſchafft vnd Herrſchafften Wertheim vnd Breuberg Obrigkeiten gelegen ſeyn / vnd von alter hero darzu gehört haben/von vns vnd dem Reich durch gemelte deine Vormünder zu Lehen empfangen laſſen haſt:

Demnach vnd damit ſolch Klöſter / Gottshäuſer / vnd die perſonen darinn / dieſer ſorglichen Läuff halben / die ſich im H. Reich / Teutſcher Nation ereugen vnd erzeigen / bey Fried / ruhe / vnd dem ihren vnbeſchwert bleiben / ſo empfelen Wir dir bey den Pflichten vnd Eyden/damit du Vns vnd dem Reich verwand biſt / auch vermeydung Vnſer ſchweren Vngnad vnd Straff von Röm Keyſerl. Macht / ernſtlich mit dieſem Brieff gebietend/vnd wöllen / daß du alle die Klöſter vnd Gottshäuſer ſo wie obſtehet vnter der Graff: vnd Herrſchafft Wertheim vnd Breuberg gelegen ſeyn/vnd von alter hero darzu gehört haben / vnd dir zu ſchützen gebüren/in allem dem/ damit ſie vnd die jren wider billichkeit / recht/ Vnſern vnd deß Reichs Landfrieden/ und ihr Kloſterordnung/an ihrem Gottesdienſt vnd allen löblichen Ceremonien / auch Haaben vnd Gütern nit beſchwert noch beleidigt werden / in Krafft vnd auff gedachten Schirm von Vnſer und deß H. Reichs wegen ſchützeſt, ſchirmeſt und handhabeſt / niemands hierüber ſie zu beſchweren oder zu beleidigen / noch auch denſelben Klöſtern ſich von gemelten Graffſchafften und Herrſchafften ohn Vnſer ſonder wiſſen und bewilligung davon abzuwenden nit geſtatteſt/und hierinn nicht vngehorſamlich erſcheineſt/halteſt oder erzeigeſt / als

lieb

lieb dir sey Unser und deß Reichs schwere Ungnad und Straff zu vermeiden: Das meynen Wir ernstlich. Geben under Unserm hierunder auffgedrucktem Insiegel / in Unser und deß H. Reichs Statt Regenspurg / am ersten Tag deß Monats Junii Anno im ein und viertzigsten/ Unsers Keyserthumbs im ein und zwantzigsten/ und Unserer Reiche im sechs unnd zwantzigsten.

Carol.

Sed Missis pluribus infeudatarum Advocatiarum exemplis quarum innumera Principum Archiva suppeditant, ante multa etiam secula Advocatiarum infeudationes in usu fuisse, argumentum præbet indubitatum 778 Friderici Barbarossæ diploma, † quo An. 1161. Conrado S. Leopoldi Pii Marchionis Austriæ filio Episcopo Pataviensi, Abbatiam S. Mariæ ibidem cum omnibus possessionibus & pertinentiis dono tradidit, investituram tamen super Advocatia prædictæ Abbatiæ, ab ea donatione nominatim excepit, eamque sibi ac suis in Imperio successoribus reservavit.

Ipsum autem diploma, quod Casp. Brusch. *in commentar. de Patavia ejusque Episcopis lib. 2. n. 39.* exhibet ita habet.

Diploma Friderici Barbarossæ quo Abbatiam S. Mariæ in Patavia Episcopo ibidem donat reservata tamen investitura Advocatiæ ejusdem.

Universorum Imperii nostri fidelium tam futura, quam præsens noverit ætas, qualiter nos pio, ac sedulo rogatu dilectissimi patrui nostri CONRADI venerabilis Pataviensis Episcopi, & Principum interventu Abbatiam S. Mariæ in Patavia cum omni integritate & honore (quod ad nos & imperium nostrum spectare dignoscitur) videlicet cum omnibus possessionibus intus & exterius, cum ministerialibus, servis, & ancillis, villis, terris, cultis & incultis, vineis, agris, pratis, sylvis, pascuis, aquis, aquarumq; decursibus, molendinis, piscationibus, & cum omni utilitate ad ipsam pertinente ad Episcopatum Pataviensem, Beato Stephano tradidimus, pro religione in ea reformanda, & pro remedio animæ nostræ, & antecessorum nostrorum tali conventione interveniente, ut Episcopus & ejus successores, nobis, & nostris successoribus singulis annis in Epiphania Domini quadraginta libras Ratisbonensis monetæ, regio fisco, de eadem Abbatia persolvant. Ab hac autem donatione Abbatiæ prædictæ Advocatiam excipimus, cujus investituram nobis nostrisque successoribus Regibus & Imperatoribus cum omni integritate reservamus. Mandantes, &c. Et ut hæc nostra donatio rata & inconcussa permaneat in perpetuum, hanc nostri privilegii paginam sigilli nostri auctoritate insigniri & communiri jussimus. Hujus donationis nostræ testes sunt Pilegrinus Aquilegiensis Patriarcha, Hillinus Treverensis Archiepiscopus, Eberhardus Bambergensis Episcopus, Conradus Augustensis Episcopus, Gero Halberstatensis Episcopus, Hermannus Constantiens. Episcopus, Frid. Monasteriensis Episcopus, Godefridus Trajectensis Episcopus, Hermannus Verdensis Episcopus, Henricus Dux Bavariæ & Saxoniæ, Otho Comes Palatinus, & fratres ejus Fridericus & Otho, Ludvic. Provincialis Comes, Conradus, Comes Palatinus de Rheno, Frider. Dux Suevorum, filius Regi, Conradi, Henricus Dux Carinthiæ, Berthold. Comes de Andechs, Rudolphus Comes de Pfüllendorff / & alii plures. Et ego Ulricus Cancellarius vice Reynaldi Coloniens. Archiepiscopi & Italiæ Cancellarii, recognovi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis 1161. in dict. Nona, regnante D. Friderico Romanorum Rege victoriosissimo Anno regni ejus decimo, Imperii vero septimo, feliciter Amen. Data ante portas Civitatis Mediolanensis tempore vastationis tertio Nonas Jan.

Porro similes infeudationes etiam in Italia † consuetudine receptas esse, testatum facit Zabar. Cardin. *cons. 123. incip. super præmisso*, ubi opimæ cujusdam Advocatiæ Ecclesiæ Tarnisinæ ab aliquibus ejus Episcopis infeudata plures præponit investituras. 779 *Exempla Italica.*

Non minus etiam in Galliis usitatum esse, † Advocatias in feuda concedi, colligi videtur ex Renat. Choppin. *lib. 1. c. 7. n. 12.* ubi ipsam Advocatiam non tantum feudum, sed etiam Ecclesiastici feudi genus appellat. Plura ex priscis Germaniæ Monumentis exempla apud Brusch. *Germ. Episc. tom. 1. cap. 3. in Eginone Curiense Episcopo 41.* Stumpff. *Chron. Helvet. lib. 6. cap. 21.* Crus. *Annal. Suevic. lib. 8. p. 2. cap. 15. pag. 297.* & Freher. *Orig. Palat. p. 1. cap. 11.* hoc loco referri possent, sed sufficere commemorata existimo. 780 *Exempla Gallica.*

Cæterum non tuentur priorem negatam opinionem prius pro eadem adducta.

Solutio contrariorum argumentorum.

Nam ad primi argumenti assumptum † respondetur, quod licet Advocatiæ tanquam rei incorporalis, proprie loquendo, nullum sit dominium, improprie tamen illud accipiendo, sicut usurpantur *in l. qui usufruct. ff. si ususfruct. petant.* res quoque incorporales Dominium seu Jura dominii habent, hacq; ratione recte quis vocatur Dominus Advocatiæ, Jurisdictionis, servitutis, ususfructus, possessionis, & quæ sunt similia. Quare si rectius hanc rem consideremus, etiam in terminis Advocatiæ, dominium directum ac utile reperire est, illud quidem in Domino Advocatiæ, qualis est Imperator, vel alius Princeps, cui illa competit; Nam & is ratione proprietatis certas actiones, de quibus *infr. suo loco* dicemus, habet, hoc autem in vasallo, cui in feudum concessa fuit Advocatia, reperitur. 781 *Responsio ad 1. contrarium argumentum.*

Tametsi enim ex Jure protectionis gratis, puta, suscepto, intuitu utilis dominii, nullos certos fructus habeat, ex eo tamen consequitur, quod sibi, tanquam protector, Advocatiam, de qua rite investitus est, à quolibet, in ea se turbante vel eandem possidente, vindicare quasi possit.

Quin etiam ex eodem quasi dominio, † etiam illud est, quod possit vasallus Advocatus ab alio conventus per exceptionem se tueri; ex regula, cui damus actionem, eidem multo fortius etiam exceptionem *l. invitus. 156. §. cui damus actionem ff. de reg. jur. c. qui ad agendum. cod. tit in 6. l. 1. §. quod ait ff. de superfic.* 782

Cum facilior sit causa † concedendi exceptionem 783 quam actionem, tum, quia favorabiliores † sunt Rei 784 quam actores Dynus *d. c. qui ad agendum n. 1.* tum quia facilius lege † Jus quæsitum conservatur, quam ut no- 785 vum acquiratur, *l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, & c. l. nec non. §. pen. ff. ex quib. caus. major.* Cristoph. Sturz. *d. §. cui damus actionem. de reg. jur.* tum etiam, quia faciliores esse debemus ad † absolvendum, quam 786 ad obligandum, *l. Arrianus. ff. de act. & oblig. l. absentem. ff. de pœn.*

Imo

787 Imo præter ista in Patrono vasallo, † alia etiam considerari potest utilitas. Quemadmodum enim in Jure Patronatus, actus præsentandi, ita in tutela actus defendendi, instar fructus est, & sequitur possessorem Juris Patronalis, arg. *c. consultationib.* & *ibi* Andr. & Butr. & alii, *de Jure patronat.*

788 Deinde ad hoc ipsum † argumentum responderi etiam potest distinguendo inter feudum proprium & improprium, cujus natura scilicet ac qualitas à communi seu consueta feudorum ratione discrepat, & in hoc improprio feudo non tam accuratus habetur respectus dominii directi ac utilis sicut in feudo proprio,

Alia primi Argumenti solutio

789 per notata Boceri *ad thes. 35. disput. 14. class. 4.* † ubi tamen quoad hanc differentiam recte distinguit inter Feudum Advocatiæ personale & hæreditarium, asserens, quod licet de Advocatiæ feudo generaliter & indistincte tradant Interpretes, quod sit improprium, Alvarot. Jac. de S Georg. Zas. *in epit. feud. p. ult.* Schrad. *p. 2. 8. 4. n. 20. & 23.* Quia tamen, pro armato maxime Patrocinio concedatur, wegen Schutz und Schirms/

790 † quod armatum, militare & bellicum servitium, regulare & ordinarium vasalli munus est, *tit. 21. 22. & 26. §. beneficium. tit. 30. §. ex hoc illud. tit. 36. 55. §. firmiter. 2. de feud.* Neque Advocatus sive protector, feudo Advocatiæ, præsertim si id hæreditarium sit, privari possit, nisi malitiose universitati vel collegio, à quo feudum illud possidet, difficultates quasdam inferat. *c. in quibusdam. extr. de pæn. c. preterea. de jure patron. l. 27. §. quicunque 2. de pace tenend.* & *jus violat.* proprium id esse, regulariter verius sit, nisi sit personale, id est certo tantum alicui protectori concessum, quo casu illud improprium esse feudum vel inde constat, quia si proprium esset, ad primi acquirentis hæredes transiret, *tit. 23. in fin. 2. de feud.*

Responsio ad II. argumentum.

Quod deinde secundo loco ex Jacobino, asserente, nihil adhærentiam cum feudo commune habere adductum fuit, tollitur uno ictu, negatione scil. consequentis. Etsi enim protectio atq; confœderatio æquiparentur, & forte absurdum esset dicere, confœderationem posse infeudari, ex eo tamen non sequitur, Advocationem etiam à Jure infeudandi exceptam esse. Nam argu-

791 mentum † à simili tantum procedit in his, in quibus aliqua in Jure æquiparantur, non autem in his, in quibus à Jure vel consuetudine diversum receptum est. Nicol. Everhard. *top. legal. loc. à simil. n. 11.*

792 Unde recte dicitur, nullum simile, alteri per omnia esse simile, ut tradunt Felin. *in cap. capitulum. nu. 4. extr. de rescr.* Joan. Lup. *in rubr. §. 48. n. 4. extr. de donat. inter vir. & uxor* Sylvest. Aldobran. *Instit. de Jur. pers. in pr. n. 39.* Borcholt. *de pact. cap. 2. pact. divis. 4. n. 6.* Vasq. *Illustr. controv. c. 11. n. 32.* Quin imo omne

793 † simile sit dissimile, Lancil Polit. *in tr. exempl. subsist. n. 1.* Frid. Pruckm. *cons. 50. n. 66 lib. 1.*

Responsio ad Tertium contrarium argumentum: Zasii contrarietas salvatur.

Quod vero tertio loco ad authoritatem Zasii attinet, respondetur inprimis Zasii mentem non esse, quod absolute loquendo Advocatia non possit infeudari, quia *in allegato consil.* non loquitur in genere, sed in specie de individua illa Advocatia qua ob causas *ibidem* adductas Nobilem Hartmannum non amplius esse investiendum asserit: Alioquin enim Zasius (quod de illo D. Hepingk. *dissert. de Jure protect. conclus. 27. in scholiis sub lit. A.* palam scribit) sibi ipsi contrarius esset, quia idem *in tract. suo feud. part. 10. tit. de amiss. feud. n. 55. conclus. 8. versic. ego ultra alios.* diserte tradit, Advocatiam Laicis dari in feudum, dum inquit: Nobiles, Barones ac cæteros potentes ab Episcopis Advocatias in temporalibus monasteriorum negotiis in feudum habere, quamvis interdum iidem pro defensione, ad quam tenentur monasteria & subditos sæpe supprimant, pro Patrocinio oppugnent, subterant, spolient, gravent, premant, flagellent, personisque & rebus, Privilegiis bonis & Juribus Monasteriorum abutantur, contra quos probabiliter tenendum *in cap. 1. §. quicunque 5. de pace tenend.* statutum esse, ut à feudis excidere debeant.

Ad DD. Mylerum, & Sebast. Dietherícum, quod attinet, ii negativam opinionem magis disputandi, quam serio affirmandi animo adstruxisse videntur, dum inquiunt, Advocatiam in feudum dari posse, à vero alienum videri, quin idem met Dn. Myler. *ibidem circa fin. allegationum suarum* ultro fatetur, affirmativæ sententiæ adstipulari usum & consuetudinem.

Responsio ad ult. dubitandi rationem.

Non obstat denique, quod à Welphone de quo in ultima objectione dictum est, infeudatio Advocatiæ Cœnobii S. Panthaleonis olim prohibita fuerit, quia peculiarem forsan habuit causam, cur id interdixerit. Cum autem à particulari † ad universale non valeat ar- 794 gumentum, nec una hirundo, ut dicitur, faciat ver, à prædicto exemplo concludi non potest ad universalem infeudandi Advocatias prohibitionem Petr. Gregor. Tholos. *de Republ. lib. 7. cap. 11. n. 80.*

Ampliatio præmissæ decisionis.

Cæterum his ita firmatis † affirmativa hæc senten- 795 tia, primum ampliatur, ut tacite etiam Advocatia infeudata esse intelligatur, si videlicet alicui Castrum, Pagus, oppidum, Baronatus, Comitatus, vel Ducatus aliquis, cui Jus protectionis annexum est in feudum concedatur, tum enim Ius protectionis una transire præsumitur per ea, quæ in Jure Patronatus similiter traduntur, *in cap. ex literis & cap. cum seculum*, & *ibi* notat. *de Jure Patronat.* Ardiz. *rubr. de eo quod datur, &c. cap. 30. in fin.* Blanc. *de feud. lib. 1. cap. 6. num. 20.* Borcholt. *cap. 6. numero 9.* facit *l. hanc legem ff. de contrah. empt.* quod multa in consequentiam fieri permittuntur, quæ alias prohibentur, Tiraq. *tract. res inter alios acta, &c.* Cephal. *consil 13. n. 23. & 24. lib. 1.* Afflict. *c. 1. n. 11. de capitan. qui curiam vend.* allegat. Innoc. *in d. c. ex literis.* Rosenth. *synops. feud. p. 1. c. 4. concl. 13. in fin.*

Secunda ampliatio. Verum Advocatia subinfeudari posse.

Secundo ampliatur tradita conclusio, † *ut Protectio-* 796 *nis jus non solum in beneficium concedi, sed ideo etiam subinfeudari possit.* Nam regulariter quicquid concessum est † in feudum, potest etiam subinfeudari. *c. 1. §. similiter. de leg. Conrad. c. 1. §. fin vero. qual. olim. feud. potest alien. c beneficium si de feud. de'unct. conten.* Zas. *epit. feud. p. 9. vers. secundo fallit. n. 15.* Curt. Jun. *de feud. part. 4. in ult. causa privationis n. 83.* qui hoc uno ore approbatum esse testatur. Duaren. *cap. 12. n. 13.* Molin. *consuet. Paris. §. 35. n. 16.* Jul. Clar. *§. feudum. quæst. 32.* Bursat. *consil. 150. n. 67.* Jo. Bapt. Ferret. *consil. 40. n. 3.* Idque communiter receptum esse asserit Gozad. *consil. 62.* Schrader. *part. 8. cap. 2. n. 10.* Vult. *lib. 1. c. 10. n. 79.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 44. n. 1.* Andr. Khol. *tract. de subfeud. c. 1. n. 5.*

Exemplum Advocatia subinfeudata in Baronibus de Limpurg.

Et existit hujus subinfeudationis argumentum in generosa ac illustri familia Dominorum Pincernarum de Limpurg, qui Advocatiam in Nobile Collegium Chombergense ab Episcopo Herbipolensi subfeudationis titulo à multis hinc annis adeptam etiamnum hodie possident.

Requisita subinfeudandi Advocatia. Requisitum I.

Hæc tamen ampliatio adducta, quod Advocatus superior vasallus alium de feudo suo investire possit, ita demum procedit, si hæc tria requisita concurrant, primo ut hoc fiat syncere, bona fide & sine fraude, *cap. 1. §. sed etiam res* & *ibi* Dd. *per quos fiat investitur. c. 1. §. 1. qualit. feud. olim. d. §. beneficium si. de feud. defunct. content. collecta c. cæterum n. 6. extr. de jud.*

Requisitum 2.

Secundo ut vasallus concedat feudum suum in feudum ei, qui est similis conditionis & qualitatis, cujus est ipse vasallus, quique æque, ut vasallus Domino servire possit, *collect. c. cæterum numer. 6. extr. de jud.*

nam-

namq; hoc feudum concedere non potest, nisi majori vel æquali, inferiori autem non §. *d. similiter*, & *ibi Dd.*

Requisitum III. Tertio ut concedat hoc feudum alteri, cum iisdem pactis atque conditionibus, cum quibus ipse hoc feudum habuit, & si quid horum deficit, non solum investitura de feudo facta, nulla est, sed etiam vasallus hoc feudum amittit, *d. §. similiter verb. profect.* & *ibi* Dd. gloss. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. Jacob. de S. Georg. *vers. ita etiam quod ipsi. n. 3.* Curt. *d. p. 4. n. 13.* Zas. *d. part. 9. n. 15.*

797 Ampliatio III. Decima protectoribus honorario nomine defensionis causa assignata, an iisdem in feudum dari possint. Decisio affirmativa. Ratio decisionis. Tertiæ insuper ampliationis loco notandum est, non solum ipsam Advocatiam infeudari, & subinfeudari, sed decimas † quoque honorarii annui nomine, & protectionis causa Advocatis laicis in feudum concedi posse.

Quamvis enim Concilium Lateranense, (quod secundum Joan. And. *in c. 7. extr. de his, quæ fiunt à Prel. sine cons. capit.* Ann. 1179. tempore Alex. III. habitum fuit) statuerit, ne deinceps laicis decimæ concederentur, *d. c. 7. 17.* & *19. de decim. c. 7. in fin. de præscript.* & *c. 1. 16. q. 7.* hoc nempe effectu ne directum, vel utile harum dominium transferretur, *c. 15.* & *16.* Panorm. *n. 4. de decim.* eo quod decimæ censeantur esse juris spiritualis, cujus laici haud sunt capaces, *c. fin. 10. q. 2.* Mayn. *cons. 93. n. 2. vol. 1.* Kirchov *cons. 2. n. 33. vol. 5.* & tamen prohibitio hodie locum non habet in decimis † temporalibus quæ proprie non decimæ, sed decimationes sunt, Cardin. Tusch. *pract. concl. jur. tom. 2. lit. D. concl. 63. n. 4.* nec in fructibus decimarum, qui non sunt spirituales; sed temporales, ideoq; collectari, vendi & permutari possunt. Sot. *de just.* & *jur. lib. 9. q. 4. art. 3.* Abb. *c. 17. n. 4 de decim.* & Azor. Inst. Moral. *tom. 1. lib. 7. c. 23. §. octavo quæritur.* ubi asserit, in casibus,

798 quibus † clericus pœna pecuniaria mulctatur, in fructibus decimarum executioni mandari solere sententiam. Quod cum moribus nostris obtinere testetur Rittersh. *differ. jur. Civil.* & *Canon. lib. 6. c. fin.* & decimas, ut olim Ecclesiis, sic hodie magistratibus ut Ecclesiæ protectoribus & nutritiis solvi, Additionat. *ad Vran. cons. 1. tom. 3.* D. Frid. Prenning. amicus noster, testetur, ideo asserere non vereor, protectoribus nostris decimas quoq; honorarii annui loco assignari, atq; in feudum concedi posse, cum & alios fructus decimarum concessione clericorum, ob præstitum Ecclesiæ obsequium in laicorum manus adeo demigrare possint, ut nomine Ecclesiæ, eos petendi jus & facultatem habeant. Bero. *cons. 21. per tot.* & *cons. 84. n. 41.* & *seq. vol. 1.* per D. Heping. *concl. 19. lit. B. in fi.* relatus. Sic etiam olim decimarum fructus à Carolo Martello in compensatione

799 † auxilii contra Saracenos sibi præstiti Nobilibus & laicis concessos fuisse, refert Rebuff. *de decim. q. 10. n. 7.* quemadmodum etiam olim Ecclesiam, ut adversus oppressiones infidelium, haberet auxilium, decimas laicis in feudum concessisse, tradit Abb. *in d. c. 7. n. 3.* & *11. ext. de his, quæ fiunt à prel. sine consens. capitul.*

800 X. Existentia Advocatiæ ex investitura feudali. Cum igitur ex deductis hucusque satis † constet, Advocatiam in feudum dari posse, decimus constituendi juris hujus modus, nempe per investituras, seu feudum, inducitur, hisce vel similibus verbis: Mit allen Prälaturen/vnd Klöstern/derselbigen weltlichen Obrigkeit/Schutz/Rechten/vnd Advocatien/&c. cujus rei, præter experientiam, & prædictos Authores, testes etiam se præbent, D. Tob. Paurmeist. *tract. de jurisd. lib. 1. c. 24. sub. n. 22. vers. licet autem Zas.* ubi apperte tradit, Advocatiam feudi titulo conferri, adjiciens, eo modo Advocatiam Abbatiæ Quedlenburgensis olim Co-

801 mitibus † Reinsteinensibus, item Episcopis Halberstadensibus, ad tempus concessam, postea inclytæ Domui Saxonicæ in feudum datam esse. Itemq; Cor-

802 beiensem † ab Henrico Julio Duce Brunsuic. & Luneburgense, feudatariam à Monasterio possideri.

803 Advocatia ex investitura Feudali quot modis provenire possit. Primus modus. Advertendum autem est, † hanc ex feudali investitura provenientem Advocatiam tribus modis existere posse: Uno ut dictum est, quando Imperator vel alius Princeps, aut Status aliquem Advocatum eligendo vel deputando eidem advocatiæ jus in feudum concedit, prout *supra* diximus ab Imperatore quondam Friderico D. Rudolphum Episcopum Herbipolensem, ejusq; successores, in perpetuos, collegii Chomburgensis Advocatos, deputatos, iisque simul eandem Advocatiam in feudum collatam fuisse.

Secundus modus. Altero modo existit Advocatia adminiculante investitura, quando aliquis bona sua allodialia in aliquem transfert, eaque rursus ab eo in feudum ea conditione recipit, ut Dominus feudi ipsum protegat ejusque Advocatus Tutelaris sit, quod fieri posse extra dubium est, quemadmodum ante plus minus ducentos annos in Germania, ut hac ratione in potentioris alicujus tutelam & Patrocinium venirent Nobiles, frequentissime factitarunt, id quod ex innumeris antiquis investiturarum instrumentis & actis vidisse se ait Dn. Rosenth. *tract. feud. c. 2. concl. 24. n. 1.* & speciatim etiam de Nobilibus Franconiæ refert Paul. Matth. Wehner. *in suis observ. de verb. signific. alibi* à nobis allegatus.

Tertius modus. Tertio insuper feudalis Advocatia emergere solet quando Prælati Ecclesiarum, vel etiam Proceres Civitatum seu universitatum eligunt ac constituunt aliquos in Protectores suosq; Advocatos tutelares, cum vel sine annuo honorario, & insuper jus ipsum Advocatiæ Defensoribus suis in feudum concedunt, & tunc istiusmodi clientela proprie vocatur feudum Advocatiæ, de quo *alibi* ulterius, in hoc opere dictum fuit & de hac specie nuncupatim loquuntur Zas. Rosenth. Becht. & alii *locis supradictis* citat.

804 Utrum Imperatorem concedens alicui Advocatiam privative vel cumulative cum concessisse intelligatur. Sed hic non inelegans occurrit † disquisitio utrum *Imperator committendo, quocunq; modo, hoc est, sive simplici concessione, mandato seu investitura, alicui Advocatiam, censeatur illam cumulative, aut privative concessisse*, id est, *an Jus protectionis non minus, quam mandatarius, seu Concessionarius exercere, clientesque alterius defensioni commendatos defendere ipse possit, vel teneatur?*

805 Rationes dubitandi pro privativa concessione. Quod autem Imperator post † commissam alteri Advocatiam, omni se Jure defensionis abdicaverit, ex eo inferendum videtur, † quod licet regalia cumulative non privative concedantur, & sic Imperio, attestante Rosenthal *tract. feud. cap. 5. conclus. 15. n. 1.* observetur,

806 † tamen id in minoribus regalibus, quibus Advocatiam accenseri alibi dictum est, non procedere, tradit idem Rosenthal. & maxime, quoad illa regalia, quorum usus per usum Principis impediretur, per *allegata ibid.*

807 Sed sic usu venit, ut per Imperatorem substituto Advocato clientes defendente, Cæsarea potectio impediretur, aut saltem superflua foret, uti per se evidens est.

808 Decisio in contrarium. Verum remotis ambagibus concludo, † ab Imperatore regulariter Advocatiam cumulative, non privative committi, & Cesarem, qualitercunque etiam alteri Advocatiam deleget aut committat, ordinario Protectionis Jure nunquam privari, sed Advocatiam supremam semper apud eundem residere, eumque concurrens defendendi Jus habere, atque adeo præventioni locum esse, id quod multis rationibus probatur.

809 Ratio decisionis I. Primum enim illud indubitatum † & à nobis alio loco fusissime probatum est, Imperatorem generalem esse totius Imperii Romani Advocatum ac protectorem, adeoq; protegendi potestatem eatenus apud eum esse, ut licet alteri ab eo concedatur aut committatur, tamen semper inhærere ossibus concedentis Jure superioritatis, & in eo tanquam in supremo omnium Advocato, ori-

originaliter manere ac conservari intelligatur, per ea, quæ tradit Anchar. *conf. 310.* Bald. *in l. qui se patris C. unde liberi.* Grammat. *decis. 30. n. 3.* Rol. à Vall. *conf. 48. n. 21. & conf. 8. n. 15. lib. 2.*

810 *Ratio decidendi II.* Deinde † in simili constat, regalia per Imperatorem regulariter non privative sed cumulative censeri concessa, & concedentem non minus, quam eum, cui concessio facta est, ea exercere posse, Signorol. de Homod. *consil. 108. n. 13. vers. Item ratione secundi.* Pruckman. *ad rubr. quæ sint regal. cap. 5. n. 94.* Alciat. *conf. 103. num. 6. 9. & 10. vol. 5.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 15. num. 1. in gloss.* à plures alios allegans, & comprobatur votando in causa Teutschmeisters contra Oettingen/apud Meichsner. *in camera decis. 6. num. 19. vers.* Zu deme daß/*&c. & numero 20 tom. 2. libr. 1.* fa-

811 citque pro eo, quod in concessione † regalium, major semper penes principem maneat in regalibus potestas, Knichen *de Jure territor. cap. 1. num. 315. & seq.* Cacheran. *conf. 3. n. 7. & 8.* Alexand Raudens. *resp. 1. n. 263. & 435. lib. 2.* Sixtin. *de regalib. cap. 5. n. 53. lib. 1.* Heig. *quæst. 9. n. 18. part. 1.* Mynsing. *obs. 99. num. 2. cent. 6.*

812 Menoch. *conf. 604. n. 16.* & † quod alias etiam superior † cum inferiore censeatur habere potestatem concurrentem, *l. si in aliam, §. fin. cum duab. seq. ff. de offic. pro conf. l. fin. C. de Jurisd. omn. jud.*

813 *Tertia decidendi ratio.* Tertio suffulcit hanc decisionem, quod similiter quando Imperator alicui concedit Jurisdictionem, cumulative potius, quam privative concedere intelligatur, *l. 1.* ubi Bart. *C. de offic. præf. urb.* Abb. Felin. & alii D. *in c. pastoralis de offic. ordinar.* late idem Abb. *in cap. cum Ecclesiarum, num. 11. eodem titul.* Angel. *in l. 1. §. si quis in appellatione, ff. de appellat.* prolixe Romanus *consil. 393. ibique* Mandos. *in addit. ad d. consil. num. 1. lit. d.* Afflict. *in cap. 1. num. 1. Quis dicat. Dux, Com. March.* Grammat. *decis. 30. num. 4.* Joann. Vinc. Anna *alleg. 52. num. 53.* Mynsing. *obs. 99. per tot. cent. 6.* ubi hoc tanquam regulare Jus inculcat. & *num. 1.* ait, per Dominos Camerales pro hac sententia conclusum esse, eamque communem testantur Joann. Baptist. Ferret *consil. 142. numero 15.* Roland à Vall. *conf. 80. numero 6. lib. 2.* Jason. *in l. rerum, si quis post. ff. de leg. 1.*

814 An autem & quando † censeatur etiam privative concessa Jurisdictio, latissime more suo tradit Felin. *in d. cap. pastoralis, de offic. ord.* Grammat. *decis. 30. n. 11. & seq.* Roland. à Vall. *conf. 48. num. 22. & seq. lib. 2.* Joseph. Ludovic. *lib. comm. opin. conclus. 20.* Marin. Freccia *lib. 2. de subfeud. 9. author.*

815 *Decidendi ratio VI.* Quarto confirmatur † hæc sententia per notata Dd. *in cap. dudum, §. nos igitur, de prabend. in 6.* ubi Archid. & Joann. Andr. dicunt fontem semper majorem esse rivo, qui à fonte procedit, & qui concedit alicui potestatem faciendi actum, non privatur facultate faciendi illum per *l. 5. ff. pro socio. & cap. si à sede. de prabend. in 6.*

Dum igitur Imperator Jus defensionis, quod ipse vigore majestatis exercet, alicui communicat, id non per quandam potestatis suæ abdicationem, sed per communicationem, concessionem seu modum beneficii, alteri largitus esse censetur; quia communicatio sic semper exaudienda est ut in ipso communicante major remaneat potestas illa, quæ est communicata, ut ex Bald. notat Meichsner. *Tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 8. vers. sed circa hac.* Christoph. Mingius *de Superioritat. territorial. cap. 4. conclus. 54. versic. Quia communicatio.* quibus nominatim etiam adstipulatur Andr. Knichen. *de Jure territor. cap. 1. num. 315.* ubi dicit, nunquam † concedi posse per Principem tantam potesta-

816 tem, quin superioritas semper sarta tecta maneat, & sic majorem sibi reservet princeps, Cacheran. *consil. 3. num. 7. & 8.* Alexan. Raudens. *responf. 1. num. 263. & 435. lib. 2.* Natta *consil. 487. num. 24. & sequent.*

817 Imo licet adjectum † sit cum translatione omnis Imperii & potestatis & cum omni Jure, Petra *de Jur. quæsit. non tollend. cap. 21. num. 36. & cap. 22. numero 15.* nec

818 etiam credendum, Principem † fontes suos derivasse foras, ut nihil penes se remanserit, Cephal. *consil. 539. n. 50. lib. 4.*

819 Hinc † etiamsi Princeps concedat inferiori aliquid de reservatis, intelligitur non cum plenitudine concedentis, sed eo modo, quo ea exercere potest. Ruin. *conf. 60. num. 7. tom. 1.*

820 Quinimo † à supremo Principe etsi velit, ita concessio fieri non potest, ut potestas suprema in alium transferatur, Bald. *in l. 1. §. initio, numero 9. ff. de offic. præf. urb.* Jason. *in prælud. feudor. num. 77. & in l. imperium, numero 20. & ibid.* Longovall. *num. 256. ff. de jurisdict. omn. jud.* Alvar. Valascus. *de Jur. emphyt. quæst. 8. n. 31* Frid. Pruckman. *§. soluta potestas cap. 4. membr. 2. effect. 7. n. 56.*

821 *Ratio decidendi V.* Quinto corroboratur † hæc opinio ex dictis per Bald. *consil. 333. col. fin. volum. 1.* ubi dicit, quod si Imperator concedit alicui homines suos, non tamen videatur eos alienare: quia adhuc retinet majoritatem, argum. *l. talem, §. fin. de hered. instituт.* & in terminis, non eundo per mendicata suffragia, quod Princeps ea cumulative & non privative concesserit, dixit Ripa *responf. 4. part. 2.* Ad quod facit etiam quod voluit Caccialup. *in l. imperium, num. 35. ff. de jurisd. omn. jud. & in l. cunctos populos n. 12. de Sacrosanct. Eccles.* ubi post Bald. *ibi* per eum citatum ait: Quod Impera-

822 tor † alteri communicans merum & mixtum Imperium etiam maximum, non tamen per hoc abdicat à se superioritatem, quam habet ratione Imperii, quia superioritatem, majoritatem & honorem non potest in alium transferre, cum nullus inferior sit capax, nec possit evelli de corpore Imperii.

823 *Ratio decidendi VI.* Cumulum insuper Sexto † huic assertioni adjicit, quod Imperator rem Imperii alienando, etiamsi vellet, non posset a se superioritatem & supremum illud Jus protectionis & Jurisdictionis, quod non ex concessione, sed electione consecutus est, abdicare & in alium transferre, id est, non possit efficere, ut res Imperiales omnino à Jurisdictione Imperii eximantur, ad quod optime facit *l. penult. de offic. præf.* Mandel. *conf. 64. numero 47.*

824 † Supremum namque Jus, sive superioritas Imperii, non concernit dominium aliquod directum vel utile, sed Jurisdictionem & protectionem in universum, ut not. gloss. *in proœm. ff. §. 1. in verb. sancimus.* Bart. *ibidem numero 3.* Mandell. *d. conf. 64. n. 99.*

825 Quare † licet Imperator suo nomine alicui protectionem aliorum committat, Jus tamen ordinarium eosdem, prout alios, protegendi, apud eundem permanet, quia, ut dictum est, supremum illud Jus Advocatitium ab Imperatore separari non potest. Hinc est,

826 quod Imperator quoad † protectionem & Jurisdictionem dicatur dominus mundi, & omnium provinciarum, *l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam. de jactu. l. bene à Zenone. Cod. de quadrien. præscript.* ubi communiter Dd. Bart. *in l. si duas. §. 1. n. 2. ff. de excus. tutor.* Jason. *in l. cunctos populos, n. 2. & 8. cum seq. C. de Summ. Trinit. & fide Cathol.*

827 *Ratio decidendi VII.* Septimo † insuper decisionis hujus immobile fundamentum in eo positum habemus, quia, sicut inferior magistratus proprios suos subditos alicujus potentioris protectioni (quod fieri posse ac solere, alibi probavimus) committendo, nihilominus ordinarium protectionis Jus in eosdem retinet, per ea, quæ copiosissime *cap. 6.* deducta sunt: Ita multo magis idem Jus in supremo Principe, non obstante qua-

cunque

cunque substitutione, residere, ac persistere censendum est, quemadmodum in terminis Jurisdictionis argumentatur Joseph. Ludovicus *concl. 20. n. 5.*

Ratio decidendi ultima ab auctoritate.

Denique ne in hac asserenda sententia destitui videamur auctoritate aliorum nobiscum sententium, adducimus in primis adstipulantem nobis Caspar. Leopold. *discurs. Arumaei de Jure publico 13. tit. de concurrentia Jurisdictionis in Imper. Roman. German. quæst. 1. vers. cum nulla potestas, &c,* ubi aperte asserit, Principem 828 † cui in inauguratione Imperii, subditi sub juramento reciproco sese crediderunt, fidem ac clientelam promissam ipsis subtrahere non posse auctoritate Heigli *lib.* 829 *2. quæst. 25. num. 17.* & *paulo ante* tradit Principem † quoad Jurisdictionalia & alias potestates, velut mare neq; augeri, neque minui, Paurmeist. *de Jurisdict. lib. 2, cap. 4. num. 22.*

830 Nec unquam † tantam concedere potestatem censeri, quin similem & majorem concessa, sibi reservet Knichen. *de priv. Sax. verb. Ducum Saxonia, c. 1. nu. 316.* Heig. *lib. 1. quæst. 9. n. 8.* data etiam concessione, cum translatione omnis Imperii ac potestatis & cum omni Jure Knich. *d. cap. 1. nu. 317. & c. 3. numero 11, & cap. 3. num. 305. seq. tract. de Jur. territor.* Id enim accipiendum de similibus expressorum, ac exclusive saltem quoad tertium, non etiam ipsum concedentem ac cæteros ordinarios.

831 Principis siquidem concedentis † persona & authoritas in quibuscunq; concessionibus semper excepta intelligitur, Domin. Arumæ. *disp. Pand. 2. thes. 2. qu. 4.* Knich. *de Jur. territ. cap. 3. num. 306. cap. un. in fin. de form. fidel.* Dd. *in l. legatus 20. ff. de offic. præsid.* Sic etiam in terminis superius à me allegatum Dn. Georg Bechtium *in disp. de securit. & salvocond. conclus. 154.* in nostram sententiam ambobus pedibus ante nos ivisse constat, cujus verba, quia ad hujus rei illustrationem inprimis faciunt, hoc loco integræ subnectenda esse operæ precium duxi.

Sicut, inquit, Imperatoris ossibus summa potestas ac jurisdictio (à quo omnis inferior fluit *l. 1. in princ.* ubi Legistæ, *ff. ad l. Jul. amb. c. 1. de feud. March. Duc. vel Com. cap. 1. quis dic. Dux. Comes vel Marchio.* & utrobique Feudistæ Joan. Redin. *de majest. princ. in pr. n. 52.* Vult. *lib. 1. Jurisprud. Rom. cap. 11. num. 29. & lib. 1. de feud. cap. 5. num. 7.* aliique Dd. allegati à Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 1. lit. c.* inseparabiliter inhærere dicitur per alleg. ab eod. Michael. *conclus. 8.* Ita idem Imperator, velut à quo publica omnium securitas dependet, Becht. *d. disp. thes. 39.* Omnige-832 num † securitatem, quæ cum portio quædam majestatis esse videtur, quaqua versum individuam habeat Comitem oportet, ut videlicet majestatis suæ splendore omnes molestiarum, insidiarum, violentiarum, offensionum, damnorum, nebulas discutiat, atque dispellat, qua etiam de causa sua Majestas, quacunque transe-833 at salvum † conductum, utpote quem jam ante omni exceptione tutiorem Jure summo habet, & ubique secum trahit, à particularibus territoriorum dominis non requirit, ut vulgo recte dicatur, Keyserliche Mayseyt deß Geleits nicht hoch benötigt / sie bringt das Geleit mit sich. Quamobrem Ludovicus M. B. apud Historicos rebellis audit, quod Carolo Quarto, Cæsari transitum per suas Provincias in Italiam, comparatis ad hoc obsessoribus viarum impedire conatus esset, Dubrav. *lib. 22. histor. Bohem. p. 208.* Et Cæsareæ Majestatis decori parum convenisse existimatur, quod idem Carolus IV. aliquando à Duce Bavariæ salvum conductum requisivit.

834 *Responsio*

Nihil autem adversatur huic conclusioni, initio, dubitationis ergo, prolatum argumentum, quia author ibi allegatus loquitur de ejusmodi regalibus, quorum usus reiteratus, aliis damnosus ac onerosus esset, ut, si Imperator, dedisset alicui in certo loco Rheni potestatem colligendi certum vectigal, profecto eodem loco Imperator idem colligere non posset, ac idem judicium foret circa certa servitia & reditus, à subditis præstanda, ubi utile dominium esset translatum in accipientem, Rosenthal. *d. cap. 5. concl. 15. n. 2.*

ad objectam dubitandi rationem.

835 *Ampliatio Decisionis præmissa.*

Res autem aliter se habet in substituendo Protectore Cæsareo, quia per ejus defensionem non tollitur Imperiale Jus defensionis, nec impeditur protectio Cæsarea per Commissarii tutelam, uti abunde ex prædictis colligitur.

Extenditur porro hæc † nostra decisio, quod licet alioquin hoc Jus regulariter in jurisdictione, si ea in feudum concessa sit, locum non habeat, Laudens. *tract. de princip. quæst. 138.* Abb. & Felin. *in cap. Cæterum, de Judic.* Curt. Senior *cons. 73. in. 5. dub. n. 21.* Brun. *cons. 47. n. 7.* Paris. *cons. 2. nu. 18. vol. 2.* Gratus *cons. 9. n. 86. lib. 1.* Gravett. *cons. 411. n. 36.* Berous *cons 74. n. 4. & 11. lib. 1.* Hartman. Pistor. *quæst. 45. num. 15. part. 2. lib. 2.* Schrad. *part. 10. sect. 1. n. 131.* si per investituram vel alium contractum regalium concessio facta sit, inquit, non cumulative, sed privative facta censetur, Rosenth. *d. cap. 5. concl. 5. n. 2.* quemadmodum etiam in regalibus † idem fallit, si concessio eorum per investituram 836 facta sit Roland. à Valle *consil. 88. n. 26. vol. 1.* idem expresse tradit Jason. *cons. 70. n. 1. vol. 3.* Paris. *consil. 2. n. 18. vol. 2.* quos sequitur Schrad. *d. p. 10. sect. 1. n. 131.* In protectione † tamen, etiamsi illa per investituram 837 concessa fuerit, apud concedentem Imperatorem Jus Advocatiæ ordinarium remanet, sicque cumulative non privative concessum intelligitur, per rationes *supra* deductas.

838 *XI. Existentia Advocatiæ ex consuetudine antiqua.*

Undecimo, *quemadmodum † concessione, mandato ac investitura, sic etiam consuetudine antiqua Advocatiam acquiri posse,* docet Summus Pontifex Gregorius X. ex Concilio Lugdunensi relato *cap. generali 13. de election, in 6.* ubi cum universos & singulos, custodiam, guardiam, Advocationis seu defensionis titulum, in Ecclesiis, Monasteriis seu quibuslibet aliis piis locis de novo usurpare conantes, bonaque earundem Ecclesiarum, Monasteriorum vacantium occupantes excommunicationi subjacere decrevisset, hortatur eos, qui ex ipsarum Ecclesiarum cæterorumque locorum fundatione (de qua supra fusius egimus) vel Ex ANTIQUA CONSUETUDINE, de qua hic tractamus, Jura sibi hujusmodi vendicarunt, ab illorum abusu abstinere, & bona, quorum se asserunt habere custodiam, in bono statu conservare.

De eodem etiam acquisitionis modo per consuetudinem testimonium perhibet Tob. Paurm. *de Jurisdict. lib. 1. cap. 24. sub. n. 22. vers. licet autem Zasius, &c. ibi.* Nec semper Jus Advocatiæ, de quo in *ca. Salvator. 1. quæst. 3. & cap. in quibusdam, de pœnis. cap. præterea de Jure Patronat.* Principis constitutione vel consuetudine tribuitur, &c. quod ipsum etiam confirmat præstantiss. ICtus Petr. Gilkenius *in tract. de præscriptionibus. part. 2. cap. 9. numero 13.* Ubi aperte scribit, Advocationis seu defensionis Titulum in Ecclesiis, vel Monasteriis ex antiqua consuetudine ad aliquem deferri.

In Advocatia per consuetudinem acquirenda quantum temporis intervallum requiratur.

839

Sed hic controvertitur, † *quantum temporis in tali acquisitione necessarium sit?*

840 *Ratio dubitandi pro decem annis*

Videtur autem, sicut in † regalibus, ita etiam in Advocatia per consuetudinem acquirenda tempus decem annorum sufficere; quia tale tempus 841 sufficiens est ad † consuetudinem introducendam, quemad-

quemadmodum hoc non à paucis interpretibus Juris, sed plerisque omnibus frequentiori calculo receptum est, Abb. *in cap. fin num. 11. de consuetud.* & *ibid* Imol. *num. 15.* Bartol. *in l. de quibus. num. 14. ff. de legib.* ibique Alberic. *num. 8.* & Castrens. *num. 14.* ubi hanc communem adseverant, Guid. Papæ, *consil. 164. num. 3.* Aldobrand. *in §. ex non scripto. number. 19. vers. tertio advertendum. Instit. de Jur natural. gent. & civil.* Rebuff. *tract. de consuetud. artic. 2. gloss. 3. n. 17.* Kirchov. plures alios in id adducens *commun. opin. cent. 2. conclus. 13.* Gail. *lib. 2. obser. 31. num. 3.* Mynsing. *obs. 41. num. 9. cent. 6.* eidemque sententiæ omnes adstipulari, *in d. l. de quibus ff. de legib.* testatur Hier. Cagnol. *ibid. num. 6.*

842 *II. Ratio dubitandi.* Quod ipsum ex eo † confirmari videtur, quod in consuetudine diuturnitas appelletur longa consuetudo, *in Rubr. ff. de legib. Senatus consult. & longa consuet. in rubr. C. quæ sit long. consuet.* longumque ac diuturnum † tempus decem annis concludatur. 843 *in princip. Instit. de usucap. l. diuturna ff. de legib. tot. tit. Cod. de præscript. long. tempor.* Bald. Angel. & Fab. *in dict. §. ex non scripto. instit. de Jur. nat. gent. & civil.* idque communiter à Dd. approbatum testatur Abb. *in cap. fin. de consuetud.* & post eum Mynsing. *dict. observ. 41. num. 10.*

844 *Deciditur pro tempore immemoriali.* Verum rationi convenientius † videtur, in tali acquisitione opus esse consuetudine immemoriali, idque probatur per text. *in d. c. generali*, dum ibi Pontifex antiquam consuetudinem requirit. Et quod immemorialis requiratur, tradunt Dd. communiter *in c. fin. de consuet.* Jas. *d. l. in quibus n. 45. de legib.* Alexan. *in l. more. n. 13. ff. de acquir. heredit.* Marian. Socin. *in ca. cum contingat, n. 24. vers. tertio fallit. de foro compet.* Gravet. *cons. 349. n. 9.*

XII. *Existentia Advocatiæ ex præscriptione.* Hactenus de consuetudine, nunc duodecimo de præscriptione dicendum ac videndum est. Quamvis enim large sumpto vocabulo etiam præscriptio possit appellari consuetudo, ut tradit Hartmann. Hart. *lib. 2. obs. number. 1.* Tamen in multis † differre certum 845 est. Et quidem primum in eo, quod consuetudo obtineat vicem legis, cum sit pars juris civilis *§. constat Instit. de Jur. nat. gent. & civil. l. de quibus, ff. de legib.* Deinde consuetudo inducit jus publicum; at præscriptio jus privatum. Duaren. *in comment. ad tit. de legib. cap. 1.* Præterea consuetudo est Jus disponens totius populi, sive majoris partis, universaliter tacito consensu constitutum. Præscriptio vero dicitur esse jus ex consensu singulari sive unius etiam duntaxat consensione introductum. Muscul. *de jurisd. numer. 45.* ex Bart. *in l. 2. numero 11. C. quæ sit longa consuetud.* Item in præscriptione aliquando requiritur titulus: In consuetudine non. Consuetudo denique potest tolli per Principem, secus in præscriptione, ut not. per Dd. *in l. 1. & 2. C. quæ sit long. consuetud.* Angel. *in §. ex non scripto. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Gœden. *consil. 39. num. 39.* Holstein. *de privileg. statut. & consuet. lib. 2. tit. 4. in fin.*

Cum igitur ex his pateat, consuetudinem & præscriptionem, in multis differre, & distinctos esse Advocatiæ acquirendæ modos, igitur unamquamque separatim persequi libuit.

846 *Advocatia an & qualis sit servitus.* Quod igitur ad hanc attinet, magni momenti ac difficilis indagationis quæstio est: *An scilicet Jus Advocatiæ per usucapionem seu præscriptionem cum exclusione prioris Advocati acquiri possit*, quam quæstionem ut melius expediamus, non abs re erit indagasse prius: † *An Jus protectionis possit accenseri servitutibus, & num sit servitus realis, vel personalis?*

Et primum Jus protegendi non esse servitutem, inde colligi videtur, quia cum tria † sint servitutum genera, nempe mere personales, quæ à persona debentur personis, vel personales mixtæ, quæ à re debentur personæ, aut reales, quæ à re rei debentur, nihil horum de Jure protectionis dici posse videtur, quia prima species refertur ad servitutem hominum, quæ est constitutio Juris gentium, qua quis alieno dominio contra naturam subjicitur, *l. 4. de stat. homin.* qualis nulla est inter Protectorem & Clientes. 847 *Ratio dubitandi I. pro Negativa.*

Deinde Jus protegendi non potest annumerari servitutibus mixtis, quia non potest dici, defensionem deberi à rebus personis, quales sunt ususfructus & habitatio, de quibus *in titul. Institut. & ff. de usufruct.* Item *de usu & habitat.*

Nec insuper invenitur in Protectione tale Jus, quod à re rei debeatur, quales sunt prædiales servitutes, de quibus habetur *in ff. de servitut. urban. prædior. & rustic. prædior.* & sic ex sufficienti specierum enumeratione inferendum esse videtur, Jus Protectionis non esse servitutem.

Deinde constat Protectiones † esse pacta seu Jura personalia, quæ ad tertium non extenduntur. *l. si unus, §. ante omnia, ff. de pactis, l. quo tutela, §. fin. ff. de reg. jur. cum similib.* 848 *Altera dubitandi ratio.*

In contrarium pugnat Wesenbecius *cons. 48. num. 2. tom. 1.* ubi ex Hostiens. Panorm. & Baldo probat, Jus patronatus, quod parem cum Jure protectionis rationem habet, comparari servitutibus, & ex earum Jure æstimari. *Decisio affirmativa.*

Nos in hoc puncto, † omissa longiori disputatione, arbitramur, Advocatiam recte annumerari posse Juribus servitutum innominatarum, quæ apud Germanos sunt frequentissimæ, & consequenter Jus Protectionis esse quasi servitutem, & cum notissima Germaniæ † consuetudine observetur, ut Advocatiæ ad hæredes transeant, eam inter servitutes reales, & quia sine facto hominis exerceri non potest, quasi servitutem discontinuam censendam esse existimamus, quod nominatim etiam placuit Dn. Besoldo, *dissert. de Jure fœderum Cap. V. n. 9.* itemque Thom. Maullio *in tract. de homag. tit. 11. num. 3.* ubi Jus protegendi quasi servitutem realem, cum de Germaniæ consuetudine ad hæredes transeat, discontinuam esse concludit. David Hepingk autem *in notis ad conclus. 15. sub. lit. F.* Advocatias Monasticas, non quidem præstationum annuarum Advocato debitarum intuitu (utpote quæ Jure officii, non servitutis exigi possunt) sed necessitatis Advocatos habendi ad conservationem libertatis Monasteriis impositæ ratione, servitutem quandam splendidam esse existimat. 849 *Explicatio quæstionis.* 850

Nec obstant *superius* in contrarium adducta. † Quod enim communiter traditur, servitutes esse reales, quæ à re rei debentur, duplicem intellectum recipit. Potest enim servitus realis, rei singulari, id est, prædio in specie deberi; quo casu Jura, communiter de ejusmodi servitutibus loquentia, intelliguntur: Deinde potest & secundo servitus realis intelligi, quæ rei universali, id est, alicui loco & personis, eo loci degentibus, debetur, ut cum à Ducatu, Comitatu, Civitate vel universitate alicui Monasterio, vel urbi Jus protectionis debitum est, ea servitus etiam realis Jure optimo dici potest, quia à re rei, id est, à Ducatu, Comitatu seu Civitate serviente, mediantibus eorundem possessoribus, loco in protectionem recepto, & occasio- *Resolutio contrariorum.* 851 *Responsio ad I. dubitandi rationem.*

occasione loci ellentibus ibi habitantibus debetur; pro quo facit in arg. gloss. notabil. *in l. 2, verb. Cloacam, ff. de servit. rust.*

Jura igitur, de quibus agimus, Advocatiarum, licet primo modo accepta non sint servitutes reales, posteriori tamen intellectu optimo Jure reales, vel quasi dici poterunt, & ita consuetudine Germaniæ manifesta servatur, quæ in hujusmodi Juribus dominatur, ut eleganter docuit Vldaric. Zasius *in intellect. Jur. singular. cap. 11, rubr. Servitutum innominatarum.*

852 *Resp. ad alteram dubitandi rationem.* Nulla insuper vis † in eo ponenda est, quo dictum fuit, protectiones esse pacta seu Jura personalia, quæ cum personis extinguuntur, quia id rarissimum est in Advocatiis, Nam easdem in hæredes, ac successores Protectorum fere semper transire, alibi fusissime à nobis expositum est.

Nobis igitur hanc in rem ulterius inquirere animus non est. Ferum enim interresse existimamus, an Jure, vel consuetudine, in legem ac naturam servitutum Jura protectionis migrent, & transeant.

Reliqua igitur est principalis modi Advocatiæ per præscriptionem acquirendæ expositio.

853 *Advocatiæ ius utrum præscriptione acquiri possit. Negativa.* Quæritur igitur inprimis † *utrum Protectionis Jus usu acquiri, & præscribi possit?* Quæstionem sane prolixam multisque inter disputandum perplexitatibus involutam aggredimur.

Qua in disceptatione principio † dicendum videtur, non esse huic acquisitioni locum, potissimum ex his argumentis.

854

855 *Ratio I. dubitandi pro Negativa.* Primum, † quod communi interpp. consensu definitum sit, nullam præscriptionem cum mala fide coalescere posse, *c. fori & c. vigilanti, de præscript. c. possess. de reg. Jur. in 6.* Malam autem fidem † prædominari,

856 quotiescunque Juris, præsertim Canonici, dispositio aliqua per usurpationem acquirere volenti resistit, testatur Gilken. *tract. de præscript. p. 3. c. 9 sub. nu. 2. vers. sexto quid Juris.*

757 Quod † autem Jus protectionis usurpare conanti canonica dispositio advertetur, colligi videtur, ex *c. generali. de election. in 6.* ubi Pontifex Gregorius X. eos, qui Advocationis titulum in Ecclesiis, Monasteriis, avt aliis piis locis de novo usurpare præsumunt, excommunicationis vinculo constringit.

858 *Ratio dubitandi II.* Secundo † repugnare videtur præscriptioni Advocatiæ authoritas *l. foramen, 28. ff. de servit. urb. præd.* qua cavetur, servitutes, quæ causam continuam non habent, tempore acquiri haud posse: Atqui Jus pro-

859 tectionis esse † quasi servitutem discontinuam, inde patet, quod illud sine facto hominis exerceri non possit, conteste Thom. Maull. *de homag. d. tit. 11. num. 3.*

860 *III Ratio dubitandi.* Tertio confirmant negativam † partem, quod illa, quæ ita promiscua sunt, ut non solum Jure servitutis, sed etiam facultatis & familiaritatis explicari possint, ut est defendere oppressum in necessitate, nullo idoneo titulo interveniente potius videantur interponi Jure facultatis quam servitutis.

861 *IV. Ratio dubitandi.* Quarto pro † eadem facit, quod usucapio & longi temporis acquisitio introducta sit, ut certa rerum dominia essent, quæ ratio, cum non conveniat acquisitioni Advocatiæ, quippe, quæ cum rei dominio nihil commune habeat, argum. *l. recte dicimus, ff. de verbor. signif.* sed à dominio directo ac utili cæterisque Juribus particularium dominorum separatum sit, ut Cephal. *consil. 28. libr. 3* attestatum facit Dn. Lud. Myler. magni nominis ICtus *in disp. de Jure Advocatiæ in notis ad thes. 5.* Inde recte inferendum, usucapionis & præscriptionis regulas ad causam Juris protectitii non pertinere.

Ultima dubitandi ratio, ab authoritate. Pro hac denique sententia non deesse videntur authoritates ICtorum nostratium. Sic enim Matth. Wesenb. *tom. 1. consf. 48. n. 17.* tradit, Jus defensionis, non

862 præscribi, sicut in simili non præscribitur † exceptionibus, quæ etiam sunt defensiones, *l. defensiones C. de except.* ne mille quidem annis, quia pendent ex facto alieno, nec opponi possunt antequam alius agat, & velut offendat, Bart. *in l. sicut, n. 2. C. de præscript. 30. annor.* per *l. 1. §. ult. C. de annali except.* gloss. *in d. l. sicut, §. verb. persecutione,* & per illum text. *C. de præscript. 30. annor.* Panormitanus & Felin. *in c. si autem, 9. de rescript.* Franc. Balb. *de præscript. parte 4. princ. quæst. 34.*

863 *Decisio affirmativa.* Verum his similibusque argumentis nihil prohibentibus, omnino concluditur, Jus protectionis per usucapionem seu præscriptionem acquiri posse, ut in terminis nuncupatim adseverat, Thom. Maull. *de tract. de homag. c. 11. num. 3.* expresse tradens, Jus protegendi posse constitui per præscriptionem, argum. *l. 2. C. de servitut. & aq. & c. 11. de Jure patron.* quod ipsum etiam docet Matth. Steph. *de jurisdict. 3. part. 1. c. 17. n. 8.* accedente præsertim titulo, quem tamen non necessario requiri, sed solam sufficere bonam fidem, *infra* docetur. Wesenbec. *consf. 48. n. 6.* ubi diserte tradit, Jura protectionis & patronatus per præscriptionem acquiri, ut in simili de Jure patronatus per multa probat Franc. Balbus *in tract. de præscription. 1. part. 5. principal. quæst. 9. per tot.* ex communi doctrina *cap. querelam, de electio & cap. generali. de elect. in 6.* quo comprehenditur, posse custodiam sive guardiam, item Advocationis seu defensionis titulum, in Ecclesiis vel monasteriis ex antiqua consuetudine legitime præscripta, ad aliquem deferri. Et hæc etiam decisio non leve momentum accipit *ex §. 14. ibi*: So hinbevor von Alters/ R. A. *Anno 1544.* zu Speyer/ *& §. 23. R. A. Anno 1555.* zu Augspurg aufgericht. *Ratio decidendi ab authoritate.*

864 *II Decidendi ratio.* Cui traditioni suffragatur collectum ex *c. super quibusdam. de verbor. signif.* axioma, quod illa, quæ privilegio concedi queant, etiam in causam præscriptionis deduci possint, Jus autem † Protectionis privilegio

865 conferri posse, dubitare non convenit, argum. *cap. proposuit. de concess. prabenda cap. cum ita per mundum q. 3.* Jo. Andr. *cap. quod alicui. de regul. jur. in sexto vers. item constat* Bellarm. *conclus. 27. col. 1.* Afflict. *consfit. Neapol. tit de præscript. n. 19.* Menoch. *consf. 90. nu. 79.* Henrichm. *consf 3. n. 6. lib. 3.* Gilken. *de præscript. part. 3. cap. 9 n. 13. §. decimo.*

866 *Ratio decidendi III.* Deinde † facit pro hac enunciatione regula, quicquid cessibile est, id præscriptione acquiri potest, per text. *in cap. de quarta. de præscription. & in l. quod Principis, 23. juncta ibi gloss. verb. constituerim ff. de aq. pluv. arcend.* & *in l. quo minus, 2. de flumin. ne quid in flum. publ.*

867 Sed Jus Advocatiæ cedi, † vendi, & alienari posse, indubitati Juris est, ut docet Wesenb. in terminis *d. consf. 48. n 5. part. 1.*

868 *Ratio decidendi IV.* Præterea † si quis cetera superioritatis Jura ea etiam, quæ reservata sunt summo Principi, præscriptionis medio consequi potest, ut in individuo tradidere Abbas *in cap. cum non liceat, nu. 4. de præscript.* Roman. *consil. 371.* Jason. *consil. 283. lib. 2.* Dec. *consf. 207.* & communem dicit opinionem Socin. *consil. 275. col. 3. lib. 2.* sequitur Purpur. *in l. 1. n. 4. ff. de offic. ejus.* Quid obstat, quo minus etiam Jus defensionis præscribendo acquiri possit?

869 Et quod ea, † quæ sunt reservata Principi in signum specialis privilegii, prout est Jus collectandi, pedagiandi, salvum conductum generalem concedendi, cudendi

dendi monetam, salinariorum, legitimandi spurios, restituendi famæ, creandi tabelliones, auri, argenti & metalli fodinarum. Jus tributorum, item publicarum functionum, & alia de quibus habetur *in c. 1.* ubi feudistæ notant *quæ sunt regalia in usib. feud.* possint acquiri consuetudine, saltem tanti temporis, de cujus initio memoria non extat inter homines, text est *in c. super quibusdam, §. præterea*, ubi notat Panorm. *n. 6 inf. de verb. signif.* Item Archidiac. Joan. Andr. & Philip. Franc. *in c. 1. de præscript. in 6.* Tiraq. *in retract. convent. §. 1. gloss. 2. n. 23.* ubi late prosequitur post Matth. de Afflict. *in c. 1. §. si quis per triginta annos, si. de feud. def. fuer. controver.* & latissime Anton. Gabr. *de præscript. in tract. commun. regul. lib. 5. concl. 1. per tot.*

870 Adhæc ducendo argumentum à Jure patronatus Ecclesiæ ad Jus patronatus Clientelare, quod validum esse alibi probavimus, secundum receptam interpretum doctrinam, constat, Jus illud † præscribendo acquiri posse, ut multis probat Jo. Andr. *in c. quod alicui. de regul. jur in 6.* Dec. *cons. 124. n. 2.* Frideric. Senens. *cons. 234. super primo pacto* Cardinal. *in Clem. 2. de Jure patron. in fin. quæst.* quam etiam fatetur communem Panormit. licet eo loci dissentiat ipse, *d. cap. querelam. de elect. n. 2.* Franc. Balb. *part. 5. princip. quæst. 9. n. 1.* Felin, qui seipsum declarat *in suo tractatu, quando litera Apostolica vocant patrono, l. fin.* Lambertin. *de Jur. patron. lib. 1. quæst. 10. artic. 5.* Menoch. *dict. cons. 90. n. 55.* Roland. *consil 47. n. 32. lib. 1.* Corn. *cons. 47. col. 2. vol. 3.* Ripa, *in rubr. de Jud. n. 79.* Burlat. *cons. 310. n. 51.* Cephal. *cons. 580 n. 19.* In quam etiam inclinare videtur Andr. Barb. *inter cons. Alexandri cons. 74. lib. 4. n. 25.* quam etiam probat & sequitur Didac. Covarr. *in sua repetit. c. possessor. de reg. jur. in 6. §. 10. n. 2.*

Ratio decidendi V.

871

872 Huic sententiæ, præmissis rationum † & legum momentis fulcitæ, non obstat, si quis objiciat, defendere, esse actum meræ facultatis, ut reliqua omnia, quæ sunt facti, & à voluntate pendent, nec novum Jus inducunt si fiant, sed declarant tantum & confirmant Jus ante quæsitum; ut astruit Franc. Balb. *in tract. præscript. parte 4. quinta part. princ. quæst. 1. numero 3.* eoque impræscriptibilia sunt, *l. viam publicam.* & *ibi* gloss. & Bart. *ff. de via publ.* Alexand. *in l. cum notissimi, §. sed cum illud. in apost. ad Bart. Cod. de præscript. 30. annor.* Panormitan. *in c. quoniam. §. ult. num. 44. ut lite non contestat.* Franc. Balb. *loc. præalleg. nu. 5. cum ibi alleg.*

Objectio.

873 Quia ad antecedens respondetur, † id quidem verum esse in iis, quæ pure & absolute meræ sunt facultatis, atque in proprio jure dominii consistunt, ut est ire ad certum aliquod molendinum, vel per viam publicam, & tali libertati, nisi intercedat aliqua interdictio vel jussio, nunquam præscribitur, *d. l. viam publicam. ff. de via publ.* Secus autem est in iis, quæ non sunt proprii cujusdam dominii, sed ab alio alicui debentur, aut quæ alter alteri præstare tenetur, qualis est defensio, alicui per pactum debita, aut à superiori commissa, per ea, quæ eleganter tradit Wesenbecius *in paratit. ff. de rescind. vend. in fine* Dominus Frider. Prenninger, Imperial. Civit. Rotenburgensis ad Tubarum Advocatus doctissimus, Amicus ac fautor, singulari mihi benevolentia conjunctissimus, *in addit. ad consil. proavi sui tom. 3. cons. 1. de decim. numero 15.* ubi regulam illam; ea quæ meræ sunt facultatis non præscribuntur: pulcherrimo intellectu exornat.

Refutatio objectionis.

Solutio contrariorum argumentorum.

Multo minus etiam est, quod nos sollicitent illa, quæ superius insuper præter hanc objectionem pro contraria parte in medium adducta sunt.

874 Nam quod † ad argumentum primum attinet, quo constitutionem Gregorianam *in cap. generali de electione in 6.* usurpanti Advocationis titulum resistere, & Jus illud de novo usurpantem excommunicationi subjacere dictum fuit, omnis difficultas tolletur, si negemus, eam esse mentem Pontificis, quod nemo usurpare debeat Jus Advocatiæ; cum ibi prohibeatur † potissimum bonorum Ecclesiasticorum in monasteriis, ac aliis piis locis vacantibus occupatio, cum qua Juris definitione convenit quod scriptum legimus in *cap. piamentis. 16. quæst. 7.* quo cavetur, conditorem certæ Ecclesiæ, nihil sibi vindicare proprii Juris posse quam professionis aditum, qui omni Christiano debeatur: quod ipsum etiam, *in cap. sequenti*, iisdem pene verbis repetitur.

Resp. ad I. dubitandi rationem.

875

Quare in hoc casu dicendum est, ut pœna, ibi à Pontifice decreta, incurratur, utrumque debeat concurrere, videlicet, quod Jus de novo usurpetur, & quod illius virtute bona locorum vacantia occupentur, unoque istorum deficiente non habeat locum pœna illa *in d. cap generali, constituta, per cap. cum sit. & cap. conquestus. de foro compet.* cum concordantibus *ibi* positis per gloss. Dominicus de S. Gemin. & Joan. Andr. *in d. c generali*, ibique Philipp. Franc. *n. 2 de elect. in 6.*

876 Quod deinde ad † scrupulum *ex l. foramen. ff. de servit. urb. præd.* injectum attinet, eum ita eximendum esse existimo; ut sublata ambiguitate verbi, CAUSAM, textum *dict. leg. accipiamus*, de re ipsa, quæ servitutem debeat, ut ad ejus constitutionem requiratur, quod perpetua sit, aut naturalem causam habeat, ut commonstrant exempla foraminis & stagni. Cum enim hujusmodi aquæ sint temporales aut facto & industriæ hominis expensæ referri debeant, non possunt servitutem admittere.

Resp. ad II. dubitandi rationem.

877 Hoc, si strictam † Juris rationem intueamur: quod si vero æquitatem, & benigniorem interpretationem in consilium adhibeamus, quid tum probandum sit, eadem in repetitione non dissimulavit, Petr. Gilken. *tr. de præscript. part. 2. membr. 1. cap. 10. numer. 20. & 21.*

878 Tertii argumenti difficultatem † expediemus, si minime abnuamus, his casibus esse difficiliorem causam diutinæ acquisitionis, non tamen propterea hanc prærogativam omnino cessare. Referre itaque, an constet, hujusmodi actus clam, aut Jure facultatis vel familiaritatis intercessisse, an contra, quod animo servitutis acquirendæ intervenerint, an vero illud in obscuro sit, ut primo casu negemus usucapioni vel præscriptioni locum esse, *l. clam possidere, 6. l. qui Jure familiaritatis. 41. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. divus, ff. de servit. rustic. prædior.* Secundo vero casu hæc consideratio, quod talis actus etiam Jure familiaritatis ac facultatis explicari possit, acquisitionem non impediat, *l. fin. ff. quemadm. servit. amitt. l. fin. ff. de itin. & actu privat.* Tertio casu id constituendum erit ex actuum natura & frequentia, & aliis circumstantiis, *l. 1. §. 1. ff. de itin. & act. privat.*

Responsi. ad III dubitandi rationem.

Quartum argumentum ex defectu dominii in Jure protegendi desumptum, plus coloris, quam laboris vel difficultatis habet. Nam Jus illud, sicut alia incorporalia, etiam absque consideratione dominii, nihilominus præscribi potest, ut scilicet, usucapione legitime finita, certum sit, ad quem Advocatia pertineat, quemadmodum de dominiis aliarum rerum, Jure cautum est, Usucapionis † enim præcipuum officium est, dominium sive rei mobilis, sive immobilis tribuere, *l. 3. ff.*

Responsi. ad IV. dubitandi rationem.

879

l. 3. ff. de usucap. l. cum cui ades. eod. tit. l. in traditionibus, C. de pactis; per consequentiam autem etiam præscriptionis aut exceptionis commodum, *l. longa. 3. l. rescript. 9. ff. de divers. temp. præs.*

Responsio ad ultim. dubitandi rationem. Devitabimus denique objectionem, quæ ultimo loco ex authoritate Wesenbecii mota est, si negemus, eum tradere, Advocatiam non præscribi, cum ipsemet, ut supra ostensum est, contrarium expresse scribat, *eod. cons. 48. numer. 6.* Quare is adnotato loco

880 de non amittenda per non usum † Advocatia, non autem de acquirendo per præscriptionem Jure protegendi loquitur, & id solum vult, cum defensio non nisi ad petitionem Ecclesiæ præstari debeat, quod ea non interveniente non tollatur Jus defendendi, etiamsi mille annis defensio non fuerit exhibita, uti hoc ipsum *in cap. de contrariis Advocatiæ circa quæst. Qualiter Advocatia per præscription. tollatur.* prolixius deduximus.

881 His ita firmatis, id definiendum est, *quantum nimirum temporis in præscribendo Advocationis Jure requiratur*: ut si princeps aliquis, forte in loco à se remoto, Civitatem, aut pagum habeat, ea vero Civitas, aut pagus à tertio quodam armis invadatur, alius autem vicinus Princeps incolis, nihil tale petentibus, auxilium ferat, & absque licentia, vel consensu contra oppressores intentione acquirendæ protectionis defendat, accepto postmodum annuatim eo nomine aliquo Honorario, quanto tempore idem Jus præscripsisse dicatur?

Qualitempus ad præscribendam Advocatiam requiratur.

Decisio pro tempore immemoriali. Hunc quæstionis punctum, omissis dubitandi rationibus breviter resolvendo, plurimorum freti auctoritatibus, omnino concludimus, ad præscribendum Jus

882 protegendi, tempus † immemoriale requiri, ut præter *infra* circa ultimam decidendi rationem allegatos Auctores nominatim docuit doctiss. Dn. Christoph. Besold. Professor Tubingen. *novissima dissertat. de Jure Foederum, cap. 5. n. 9.* ubi defendit, Advocatiam non præscribi, nisi tanto tempore cujus initii memoria non extat, quod ipsum nuperrime post hæc scripta mihi oblatus, tuetur David Hepingk *de Jure Advocatiæ Thesi. 23. in notis ad lit. D.* nominatim asserens cum protegendi Jus sine facto hominis exerceri nequeat, ideo non nisi immemoriali tempore præscribi, *l. 14. ibi* gloss. ac. Dd. communiter *ff. de servit.* Adversarii etiam in requisita patientia, qua de tamen, *infra* speciatim tractatur.

883 Ratio autem fundamentalis hujus † decisionis, ea est, quod Jura incorporalia discontinuam (ut Doctores in terminis servitutum discontinuarum uno ore omnes sentiunt, ac docent) causam habentia non nisi tempore cujus initia per oblivionem sublata sunt præscribantur, ut tradunt gloss. & Dd. *in l. servitutes. super verb. certam. de servitut. tit. gener.* & gloss. fin. *in l. fin. C. de præscript. longis. temp. & l. hoc Jure. §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & æst.* Ubi ductus aquæ ad cujus usum requiritur factum hominis, videlicet, ut de quodam fonte extrahatur aqua & immittatur in aliquem rivum tantum tempus requirit, Georg. de Ecclesi. *inter cons. feud. cons. 60. n. 10.*

Ratio decisionis fundamentalis.

Cum enim natura impossibile sit, omnibus momentis ire, agere, pascere pecora & similia facere, quia homo non potest esse in perpetuo motu, ideo ad earum præscriptionem requiritur regulariter tempus, de cujus initio non extat memoria, facit præter textus *supra* allegat. *l. 1. §. penult. ibi* vetustas, vicem legis obtinet, *& l. 2. in princ. verb. vetustas*, juncto §. *plane de aq. pluv. arc.* Cæpolla *in tract. de servit. rustic. prad. cap. 9. de servit. Jur. pascend. num. 24.* Paris. *cons. 212. n. 39. & sequent. lib. 1.* Ruin. *cons. 118. numer. 1. & cons. 119. num. 11. lib. 4.* Natta, *cons. 431 num. 8. lib. 2.* Balb. *de præscr. in 2. part. 4. part. princip. quæst. 1. n. 2.* Abb. & alii *in ca. de quarta de præscript.* Vasq. *illustr. controvers. cap. 86. n. 6.* Coler. *ad d. cap. de quarta, n. 56. de præscript.* Didac Covarruv. *variar. resolut. lib. 1. cap. 17. n. 11.* & alii quos pro communi refert Bursat. *cons. 156. n. 30. lib. 2.*

884 Cæterum Jus protectionis habere † causam interpolatam ex eo patet, quod nemo perpetuo & continuo pugnare & arma cum hostibus conferre possit & impossibile sit, Advocatum vel ejus milites in perpetuo motu esse, tuendi ac defendendi clientes, argum. *d. l. servitutes, 14.* ubi gloss. & Dd. notant *de servitut. & in l. 2. C. de servitut. & aq. dict.* Cujac. *ad l. 4. de usucap* & post eum Wesenbec. *in paratit. de servitut.* Ergo tale Jus non nisi tempore immemoriali præscribitur.

885 Nec obstat, quod Jus † Codicis tanquam posterius omnium Jurium & actionum vitam regulariter conclusit triginta vel quadraginta annorum metis, *l. sicut 3. in princip. ibi.* res vel Jus, *in verb. qualicunque actione & l. omnes 4. ibi* nullum Jus privatum vel publicum. *Cod. de præscript. triginta annor.*

Occurritur objectioni.

886 Quia respondetur, † quod per illud Jus Codicis non sit correctum Jus Digestorum, ideoque præscriptio triginta annorum ad acquisitionem servitutis vel Juris discontinui non sufficiat, sed exigatur quasi possessio tanti temporis, de cujus initio memoria non extat, per illam regulam, quod ubicunque reperitur casus, de

887 quo per legem † est specialiter provisum, quod nulla præscriptio currat, ibi non sufficiat cursus triginta vel quadraginta annorum, sed tempus immemoriale vel centum annorum requiratur. Hanc regulam tradit Angel. de Perus. *in l. omnes 4. num. 6 ibi*: do tibi regulam. *Cod. de præscription. triginta annor.* Quod autem Jura discontinua aliter sint imprescriptibilia, habetur ex textu juncta gloss. *l. servitutes. 3. de servitut. tit. gen. & l. foramen, 28. de servitut. urban. prad.* Ideoque debeat tunc præscribens probare possessionem tanti temporis, de cujus initio non habetur memoria inter homines, estque communis conclusio omnium Dd. *in l. 2. C. de servit. & aq.*

888 Præterea † confirmatur hæc decisio à simili, quod scilicet pari modo Regalia, quæ similiter, uti Advocatiæ, Jura incorporalia sunt, non nisi tempore immemoriali præscribantur, ceu communissima est sententia, eaque variarum curiarum decisionibus, & quidem etiam in camera Imperiali, non semel est approbata, quin & hanc immemorialem præscriptionem non solum in regalibus minoribus, sed & majoribus & Principi in signum supremæ potestatis reservatis locum habere, tenent Sichard. *ad tit. C. novo vectig. instit. non poss. numer. 5. & 6.* Zas. *cons. 16 numer. 12. vol. 2.* Henning. Goden. *consil. 3. numer. 24.* Balb. *de præscrip. 2. part. 5. part. princ. quæst. 3. num. 3.* eamque communem asserit Bursat. *consil. 142. numer. 19. & 61.* Schneidew. §. *summa divisio. num. 66.* & compluribus adductis. Rosenthal. *de feud. c. 5 concl. 16. num. 3.* Vultejus *de feud. lib. 1. c. 9. num. 21.* Sixtin. *de regalib. lib. 1 c. 5. n. 144.*

Altera decidendi Ratio à similitudine Regalium.

889 Sic etiam † Jus patronatus Ecclesiasticum, quod Juri protectionis maxime affine est, non nisi suffragio temporis, cujus origo se ultra hominum memoriam exerit, præscribi, tradunt Panorm. *consil. 105. col. 2.* quia jus commune resistit, & ideo requiritur titulus vel tempus, cujus initii non extat memoria, *cap. 1. de præscript. in 6.* item firmat Alexand. *consil. 75. col. 3. in princ. vol. 4.* Felin. *in cap. causam. col. 3.*

Ratio decidendi III. à similitudine Iuris Patronatus Ecclesiastici.

Hanc denique sententiam, † quod ad Jus protegendi præscri-

Ultima decidendi ratio ab auctoritate.

præscribendum, regulariter tempus, cujus primordia vetustas obscuritate sua obruit, requiratur, speciatim in terminis approbat Thom. Maullius *tract. de homag. tit.* 11. *num.* 3. hisce verbis: *Et quoniam*, inquit, *jus protegendi sine facto hominis exercere non potest, consequens est, esse, quasi servitutem discontinuam, ideoque non præscribi, nisi tanto tempore, cujus initii memoria non extat*, allegans *dict. l. servitutes, l.* 14. *ff. de servitut.* & *ibi* gloss. ordin. Bart. Castrens. & communiter Dd. Ex tanto enim tempore præsumitur concessio, sive consensus domini subditorum, per ea, quæ tradit Castrens. & Dd. communiter *in d. l. servitutes. l.* 4. *ff. de servit.* & Paul. de Castro *in l. justo. §. non mutat. ff. de usucap.*

Imo † tempus, aut possessio per tempus, cujus initii non extat memoria, habet vim constituti & privilegii, & sic est loco tituli, prout per *§. ductus aquæ, l. hoc jure. ff. de serv. & aq.* tradunt communiter Doctores.

891 Sic eadem ratione † venationes, quia sine facto hominis exerceri non possunt, non, nisi tempore hominum memoriam excedente præscribi, tradidere Dd *in l.* 1. *§. fin ff. de aq. pluv. arc.* & glossa *ibid. in verb. quamdiu* Zas. *consil.* 6. *n* 2. *lib.* 2. Gail. *lib.* 2. *obs* 66. *num.* 7. Mynf. *cent.* 4 *obs.* 53. Georg. Mor. *de jure venand. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 13.

892 *Confirmatur insuper à simolitudine juris venandi.*

Eandem etiam opinionem, quod Jus Adocatitium non nisi tempore, cujus primordia ignorantur, præscribatur, in terminis juris clientelaris tenuit ac consulendo decidit, D. Wilhelmus de Werdena Decretorum Doctor & Professor olim Ingolstad. *in consilio* quodam ad petitionem Nobilium ac providorum Dd. Consulis & Senatorum Imperialis Civitatis Hallensis, in caussa amissæ Protectionis super Monasterio Chombergensi conscripto, per text. *in c. generali* 13 *de elect. in* 6. & *c. in quibusdam, extr. de pœnis*, & notata *in c.* 2. *extr. de Judiciis.*

893 *Limitatio decisionis.*

Limitatur autem hæc decisio, qua dictum est, Jus protegendi † quasi servitutem discontinuam non præscribi, nisi tempore immemoriali, ut vera sit, quando præscribens non habet titulum ab aliquo tertio. Nam si habeat titulum ab aliquo tertio, potest præscribere tempore legitimo & ordinario decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, etiam nulla interveniente scientia & patientia adversarii, contra quem præscribitur, *l. ultim. vers. fin. C. de praescript. long. temp. l. si ego. §.* 1. *ff. de Publician.* Paul. de Castro *in l. servitut.* 4. *ff. de servitut.* Cœpoll. *in tract. de servit. lib.* 1. *cap* 19. *vers. tertius casus*, Francisc. Balb. *in tract. præscriptionum in* 2. *part* 4. *part. princip.* 1 *quæst. vers. secundo fallit.* Felin. *in d. cap. de quarta, de præscript. penult. col. in fin.* Et in terminis Maull. *tract. de homag. d. tit.* 11. *num.* 4. D. Hepingk *de jure protect. concl* 23. *lit. D*, ubi præcitatos allegat.

894 *Confirmatio à simili.*

Ita etiam in similibus † Juris patronatus Ecclesiastici terminis asserunt Dd. ad præscribendum illud spacium decem annorum sufficere, modo suffragentur illa, quæ in longi temporis præscriptione requiruntur, argum. *l. final. C. de præscript. long. temp.* ita Joan. Andr. & Geminian. *in c.* 1. *de Jur. patronat.* Roch. de Curte, *in tract. Jur. patronat. in verb. ipse velis, quæst.* 36. *nu.* 86. Florian. *in l. servitutis, rusticor. prædior ff. de servitut.* Goffredus *in suis quæstionibus, cap.* 18. Petr. de Bella Pert. relatus à Baldo *in l.* 2. *de servitut. & aq. numer.* 10.

895 *Alia limitatio.*

Sic etiam in casu universalis † venditionis, quando Civitas vel provincia aliqua, cui jus Advocatiæ inhæsit, venditione in alium fuisset translata, ita tamen, ut usucapionis adminiculo adhuc egeret, tunc etiam decem annorum curriculo, Jus protectionis in persona emptoris coalescere, probatur arg. text. *in l.* 10. *§. primo. ff. de usucap. & usurpatione*, & tradit in simili doctiss. Dn. Petr. Gilkenius *de usucap. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 16.

896 *Ratio limitationis.*

Bonis enim † quibuscunque, ex præscriptione partis, quibus cohæret Jus Advocatiæ, censetur & ipsa Advocatia in eundem translata, per notata Felin. *in cap. causam, de præscription. num.* 8. ubi hanc sententiam communem dicit argum. text. *in l. si aliena.* 10. *§.* 1. *ff. de usurpat. & usucap.* item, *l. si mercedem, ff. de act. empt. & vendit. l. in modicis, ff. de contrahend. empt. l. quadam ff. de acquir. rer. domin. cap. ex literis, extr. de Jur. patron.*

897 *Confirmatio à simili.*

Et ita in simili, quod † scilicet acquisita universitate, cui cohæret Jus patronatus, acquiratur etiam ipsum jus patronatus, communiter statuunt Dd. Joan. Andr. *in d. c. ex literis. col.* 2. *ibique* Abb. *de Jure patron.* Hostiens. *in summa, §. qualiter in fin. eod. titul.* Bart. *in l. hanc legem ff. de contrahend. empt. & l. Aufidius. ff. de privileg. credit.* ubi præsupponit, quod vendita universitate, transeat Jus patronatus. Idem approbat Felin. *in cap. cum Bertoldus, in fine de re judic.* quos pluribus congestis refert & sequitur Rochus de Curte *in tract. Jur. patronat. verb. ipse velis, quæst. penult. num.* 89.

898 *Ad præscribendam Advocatiam quæ requirantur.*

Porro ad requisita † *quod attinet, quibus Advocatiam præscribens munitus esse debet, cum eorum multa sint*, ut præclare multis capitibus docet Dn. Gilken. *in tract. suo de usucap. ideo in præsenti Juris clientelaris præscriptione de singulis videndum est.*

899 *Requisitum I.*

Primum autem † requiritur animus possessionem acquirentis, per text. *in l. final. ff. quemadmodo servit. acquirat.* cum possessione vel quasi per quadraginta annos continuata, plena, hoc est, naturali & civili, Bald. *l. mater. in princip. & in authen. defuncto. quæst.* 2. *C. ad Senatusconsult. Tertyll.* aut saltem civili, Villalob. *in commun. opin. verb. possessio, num.* 160. Wesenbecius *consil.* 5. *numer.* 10. *lib.* 1. Nam hæc ad † usucapionem sufficit absque naturali per notata Dyni, *in regula* 2. *sine possess. de regul. jur. in* 6. *numer.* 29 & *ibidem* Boer. *in addition.* ubi multos idem probantes designat. Bartol. *l.* 3. *§. ex contrario. num.* 3. Angel. *ibidem, num.* 4. Alexand. *num.* 9. Imol. *num.* 14. Castrens. *num.* 2. & 9. Socin. *num.* 5. Jason. *num.* 32. & *ibid.* gloss. magna. Guid. Papæ *quæst.* 356 *num.* 1. Alciat. *l.* 1. *ff. de acquir. vel amitt. possess. num.* 58. post Areun. & alios ab eod. allegatos Didac. Covarruv. *in relect.* 2. *cap. possessor. de reg. jur. n.* 6. *initio, num.* 7. Bald. *l.* 1. *Cod. pro donato, num.* 2. Ferd. Vasquius *illustr. controvers. cap* 56. *num.* 5. *lib.* 2. Francisc. Balb. *de præscript. c. part.* 3. *part principal. c. final.* hæc autem sine illa non item, Bart. *l.* 1. *in princ. nu.* 8. & *ibid.* Socin. Jun. late *num.* 264. 293. & 318. *de acquir poss.* per *l. acquiritur, §. ult. ff de acquir. dom.* Jason. *d. l.* 3. *§. ex contrario, num.* 25. *ff. de acquir poss.* Didac. Covarruv. *d. ca. possessor in princ.* Paris. *consil.* 113. *num.* 26. *vol.* 1. ideoque non inchoatur † à possidente naturaliter usucapio, quandiu alter civilem possessionem retinet gloss. Bart. & Dd. *l clam possidere §. qui ad nundinas. & d. l.* 3. *§. quis ex contrario. ff de acquir. poss. gloss l.* 1. *verb. præscriptionem*, ubi Jason *num.* 46. *Cod. de serv. fug.* dicens, se credere, quod non sit magis utile verbum, in materia præscriptionis, quam istud. Felin. *num.* 6. & 7. post Panormitan. *in cap. vigilanti, de præscript.* Dyn. *in d. c. sine possessione, de reg. jur. in* 6 late Didac. Covarr. *d. c. possessor. in princ. nu.* 7.

900

901

902 *II. Requisitum.*

Secundo requiritur ad † præscribendam Advocatiam, ut defensionem exhibens, id eo animo ac intentione faciat, quod velit exercere Jus suum, non autem tanquam alienum, vel ex gratia concessum: Quamvis enim, *ut alibi ostensum est*, ex officio & amicitia

çicia patrocinium suam trahat originem, ut scribit Arum. *Jur. publ. discurs.* 28. *Thes.* 60. familiaritatis tamen & amicitiæ causa defensione facta, Advocatiam non acquiri tradit Meichsner. *decis.* 41. *lib.* 1. *p.* 591. Et generatim etiam in hunc sensum responsum est à Paulo *in l. ultim. ff. quemadmod. servit. amitt. & in l. qui Jure ff. de acquir. possess.* In eandem sententiam respondisse videtur Ulpian. *in l.* 1. §. *Aristo. ibi.* qui se putat suo jure. *ff. de aqua quotid. & æsti.* Et hoc idem comprobaverunt Felin. *in cap. de quarta post num.* 40. *vers. limita, etiam de præscript.* Alex. *cons.* 50. *col.* 2. *num.* 80. *vol.* 3. Castrens. *in l. servitutes prædior. col.* 2 *post nu.* 9. *vers. primo ff. servit. tit. general.* Cœpoll. *in tract. de servit. urban. præd ca.* 26. *n.* 1.

903 Nam si quis etiam † extraneus non tanquam Jure suo, sed familiaritatis aut amicitiæ aliave causa defensionem præstet, tunc nunquam præscribit Advocatiam, ut post Abb. *in cap. ad translationem de offic. deleg.* generatim consuluerunt, Paris. *cons.* 27. *num.* 110. *lib.* 1. Hier. Gabr. *cons.* 145. *num.* 4. 7. *& seq. lib.* 1. Cravett. *consil.* 197. *num.* 13. *lib.* 1. Natta. *consil.* 23. *per tot. lib.* 1. Honded. *cons.* 79. *num.* 50. *part.* 5. *vol.* 1. etiamsi constaret de usu tanti temporis, cujus initii memoria in contrarium non existeret, secundum Felin. Castrens. & Cœpoll. & alios *locis citatis*, clare per Balb. *in tract. præscript. in* 2. *part.* 4. *part. princip. quæst.* 1. *numer.* 9. *vers. secundo ad præscriptionem*, & dicit Paris. *in dict. consil.* 27. *numer.* 56. *&* 110. *& sequent.* quod eo casu nec mille annis præscriberetur.

Ex hujusmodi enim actibus † ne quidem possessio quæritur, Honded. *consil.* 65. *num.* 57. *& seq. vol.* 1. Et ea quæ ex civilitate & urbanitate, quantocunque tempore fiunt, neque in petitorio neque in possessorio, Juri publico, privatove præjudicant, uti formaliter scribit Molin. *in consuet. Paris.* §. 1. *gloss.* 4. *num.* 14. adeo ut in dubio † potius familiaritatis Jure quid toleratum, quam Juri competenti renuntiatum esse præsumatur. Cravett. *consil.* 747. *num.* 18. (excepta Jurisdictione, quæ non familiaritatis & amicitiæ, sed proprio & superioritatis Jure exerceri præsumitur, ad not. Bald. *in cap.* 37. *num.* 12. *de Testib.* Balb. *in l.* 27. *num.* 4. *de usucap.* Alex. *cons.* 51. *vol.* 1. Dec. *cons.* 56. *num.* 30.) præsertim si alius ostendi non possit Titulus. Menoch. 2. *arbit. jud. quæst. cas.* 180. *n.* 20. Surd. *cons.* 94. *n.* 36.

Si quis autem Titulum quamvis mussum habeat, proprio & non familiaritatis Jure possidere dicitur, Curt. Iun. *cons.* 168. *num.* 33. & Masc. *de probat. concl.* 1197. *num.* .. *& seq.*

Duo autem † potissimum ut familiaritatis Jure quis possidere dicatur, requiruntur. Primum ut de dominio alterius constet. Secundo quod Dominus sit amicus vel consanguineus per *l.* 41. *ibique* Bart. & Paul. de Castr. *de A. vel. A. P.*

904 *Ad præscribendam Advocatiam utrum unus defensionis actus sufficiat vel plures requirantur. Affirmativa Decisio.*

Sed hic † quæritur, *de actuum facta defensionis frequentia, & num unus sufficiat, vel plures requirantur?*

Et unum † sufficere existimamus, ad quærendam quasi possessionem Advocatiæ, modo concurrant alia requisita, de quibus paulo post dicemus: sic docent Bart. *in l.* 1. §. *hoc interdicto. col.* 2. *sub num.* 9. *ff. de itin. actuque privat.* Cœpoll. *d. c.* 20. *post num.* 7. *vers. sed in affirmativis*, Roman. *in consil.* 311. *num.* 7. ubi dicit, per unicam solutionem pensionis acquiri quasi possessionem Juris exigendi, Alexand. *consil.* 74. *vol.* 4. *num.* 16.

905 *Decisio pro uno actu. I. Ratio decidendi ab auctoritatibus.*

Et ad hoc quoque servit text. *in l.* 1. §. *quæsitum, ff. de aq. quotid. & æstiv.* ubi ICtus concludit, † ad probandum quasi possessionem servitutis ducendi aquam per fundum alterius, satis esse, probare, quem semel fuisse usum, ad idem est *c. cum de beneficio de præben. in* 6.

Et hanc † traditionem suffulcit, quod in simili, ad præscribendum feudum sufficiat, vasallum semel præstitisse servitium, & exinde ad id requisitum tempus elapsum fuisse, ut in individuo scripsere Isern. *in* §. *si quis per triginta annos. num.* 1. Alvarot. *ibid. num.* 2. Præpos. *num.* 1. Laudens. *num.* 1. Afflict. *num.* 1. *in princ.* Schenck. *num.* 6. *si de feud. defunct.* Carol. Molin. *consuet. Parisiens.* §. 57. *num.* 9. Joann. Borcholt. *de feud. cap.* 7. *part.* 3. *num.* 7. Obrecht. *disput. de præscript. thes.* 111. *& seq.* Hanneton, *lib.* 2. *de jur. feudor. cap.* 1. Mynsing. *obs.* 29. *num.* 2. *cent.* 4. Zas. *de feud. part.* 6. *num.* 30. Schneidew. *part.* 4. *num.* 51. Cum per † actum unicum possessio acquiri soleat, *cap. cum Ecclesia Sutrina. extr. de caus. possess. & propriet.* & *ibi gloss. V. trium Episcoporum, & gloss. cap. cum olim. eod. tit.* quæ posterior quidem loquitur de bino actu, sed de unico quoque testantur Canonistæ, *in cap. cum de beneficio, de præbend. lib.* 6. *& cap. consultationibus, extr. de Jur. patron.* quod in simili tradit Corn. *consil.* 47. *col.* 1. *vers. his tamen non obstantibus, vol.* 3. Dec. *consil.* 117. *colum.* 2. *& consil.* 124. *num.* 1. & *consil.* 215. *sub num.* 15. Gravett. *consil.* 124. *num.* 9. *& consil.* 322. *num.* 4. *vers.* 7. *principaliter*, ubi utrobique multos ad hoc citat, & hoc latius, præsertim † in materia jurisdictionis, quod unico actu ejus possessio acquiratur, tractat Sebast. Stelbag. *in cons.* 1. *de jure braxandi cerevisiam & desuper orta controversia, num.* 3. *& sequentibus*, alias autem ad probandum, possessionem acquiri unico actu, allegari solent text. *l.* 1. *&* 3. §. *in amittenda*, & §. *quod si suus, & in l. clam. possidere.* §. *qui ad nundinas. ff. de acquir. possess.* & tex. juncto not. Dd. maxime Innocent. *in cap. querelam. extr. de elect.* & Anton. de Butr. *in cap. fin. dict. tit. de caus. poss. & propriet. in* 1. *&* 27. *col. vers. in usu.* Joann. Borch. *cons.* 9. *col.* 10. ubi testatur esse hanc receptissimam juris sententiam. *vol.* 1.

906

907 *II. Ratio decidendi à similitudine.*

908

909

Sic etiam constat, † aliquem ex uno actu præsentationis suum effectum sortito possessionem Juris patronatus nancisci, *c. consultationibus, & d. ca. ex literis de Jurepatron.* facit *d. cum Ecclesia, d. causa poss. & propriet.* Decius *l. si emancipati. C. de collat.* Roman. *consil.* 310. *num.* 7. Abbas *cons.* 54. *col.* 2. *lib.* 1. Corne. *consil.* 47. *num.* 4. *lib.* 3. Joann. Cephal. *cons.* 680. *num.* 20. Frid. de Sen. *cons.* 334. *super primo puncto in dub.* 2. Oldrad. *cons.* 302. *in fin.* Put. *decis.* 190. *lib.* 1. Lambertin. *de Jure patronat. articul. sexto, quæstione decima, princip. part.* 2. *lib.* 2. Bursat. *consil.* 334. *num.* 3. Roland. *consil.* 47. *num.* 26. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 50. *in princip. vol.* 5. Joseph Mascard. *conclus.* 918. *num.* 6. Menoch. *cons.* 402. *num.* 12.

910 *Ratio decidendi III. à similitudine Iuris-patronatus Laicalis.*

Cum igitur † Jus patronatus Ecclesiasticum, affine sit Advocatiæ, quo ad actuum frequentiam, idem de illo statuendum esse videtur, quemadmodum hoc ipsum de unico actu defensionis in terminis consulendo placuit Matt. Wesenb. *cons.* 48. *n.* 20. ubi etiam subjungit, quod in dubio præsumatur talis actus non esse gratiose permissus, sed Jure suo, servitutis videlicet, & confirmandi Juris sui causa perpetratus, per ea, quæ tradit Curt. *in re cap. final. in* 7. *requisito, fol.* 4. *num.* 36. *extr. de consuet.*

Cæterum Advocatiæ quasi † possessio non solum acquiritur, sed per unius actus defensivum exercitium retinetur etiam, arg. eorum quæ post plurimas adductas auctoritates de tota jurisdictione consulendo scripsit Flam. de Rub. *cons.* 32. *n.* 25. *vol.* 2. cum per usum partis jus in toto retineatur, Crave. *cons.* 124. *n.* 15. & qui in possessione † partis est, in totius possessionis esse, atque hinc una re præbendali apprehensa, tota præbenda apprehensa esse intelligatur, Rot. Rom. *decis.* 277. *in noviss. n.* 1. quamvis Dn. Menoch, *arb. jud. quæst. lib.* 2. *cas.* 160. *nu.* 4.

num. 4. & Matth. de Afflict. *decis.* 67. *nu.* 1. † numerum actuum ad q. possessionem Jurium requisitorum, judicis arbitrio committendum esse censeant; Sed prædicta unius actus sufficientis opinio communiter recepta est, ab eaque non recedendum arbitramur. Necesse tamen est, ut ejusmodi † actus defensionis non sit æquivocus, sed simplex & clarus, Cacher. *consil.* 1. *num.* 105. Joan. Vincent. de Anna. *sing.* 3. neque etiam contradictionem & resistentiam antiquioris habeat possessoris. Talis enim non juridice possessorius, sed mere turbativus & violentus est, ideoque nec per allegationem prætensi alicujus tituli justificari potest, Dn. Menoch. *poss. remed.* 1. *n.* 201. Violentos autem actus ad acquirendam q. possessionem non prodesse, in materia Jurisdictionis, notavit Ceph. *cons.* 441. *nu.* 36. Idemque in actibus meticulosis, jussu alicujus potentis factis obtinere ostendit Bursat. *cons.* 360. *num.* 81. *& seq. lib.* 4. ubi actus tales consuetudinem non inducere scribit; Et contributionem per metum factam in futurum non præjudicare respondit Ceph. *consil.* 154. *num.* 18. *& seq.* neque coactam collectarum solutionem ab exempto & immuni factam, privilegio ejus derogare vel præjudicare, ex *l.* 4. *pr. de muner. & honor.* firmat Menoch. 6. *præsumpt.* 41. *num.* 14. Atque hinc si Princeps aliquis Civitatem liberam vi occupet, & cives juramentum subjectionis † aut fidelitatis injuste sibi præstare cogit, (quemadmodum Anno 1622. ab Ernesto Mansfeldico Civitatem Hagenoensem, vi occupante, & civibus victis Friderico Comiti Palatino jurantibus, factum est:) Juramentum hoc eos non ligabit, cum Jurisdictio voluntarie transferri debeat, Princeps autem talis, ut Tyrannus procedat, cum quo acta ob potentiæ formidinem metu facta præsumuntur, adeoque ipso Jure nulla sunt, juxta doctrinam Bald. *in l. nec si volo. C. de lib. caus.* & nominatim *in l.* 2. *num.* 50. *& seq. C. de servit. & aq.* Decian. *pract. crim. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 42. Paris. *cons.* 1. *num.* 57. *vol.* 1. Brun. *consil.* 20. *num.* 21. Arisin. Tepat. *compend. decis. tit.* 240. *c.* 9. Jacob. de S. Georg. *de feud. §. dicitque vasalli. n.* 13. Gail. *obs.* 54. *n.* 8. Coler. *de process. execut. p.* 2. *c.* 3. *nu.* 358. relat per D. Hepingk *dissert. de Jur. procest. concl.* 14. *lit. A.*

912 *In præscribendo Iure Advocatiæ an requiratur titulus. Decisio Negativa. Probatur decisio Authoritate.* Tertio loco occurrit † *titulus, quem quidem in usucapienda Advocatia necessarium esse non putamus*, quia definiti Juris est, regulariter in præscriptione † triginta vel quadraginta annorum, nullum titulum requiri, quod nedum Jure civili obtinere. *l. sicut l. omnes. l. cum notissimi. l. si quis emptionis, §. 1. & l. fin. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annor. l. 1. C. de annali except.* ubi Bartol. Bald. Castrensi. Alberic. Salycet. Fulgos. & alii Jas. *l. Pomponius §. cum quis. num.* 22. *ff. de acquir. possess.* sed etiam Jure Canonico procedere, 913 *cap. de quarta, cap. ad aures, cap. illud, de præscript. ca. Cumana, de elect. d. ca. cum Ecclesia Sutrina. de caus. possess. & propriet.* scriptum reliquerunt, *in ca. si diligenti*, Anton. de Butr. *in princip.* Abb. *ibid num.* 34. Felin. *num.* 7. Imol. *vers. in præscriptione autem longissimi.* Hostiens. & Innocent. *ca. pervenit. de empt. & vend. ibique* Abb. *num.* 3. Alex. *consil.* 48. *num.* 7. *vol.* 5. & *consil.* 338. *numero* 2. *consil.* 46. *num.* 13. *vol.* 6. *& cons.* 159. *num.* 8. *vol.* 3. Roman. *cons.* 166. *col.* 2. *circa fin.* Matth. Wesenbecius *consil.* 2. *numero* 91. *in fin. lib.* 1. Didac. Covarruv. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 7. Vasquius *illustr. quæst. lib.* 2. *ca.* 89. Gilken. *de præscript. part.* 2. *membr.* 1. *cap.* 9. *num.* 3.

914 *Ratio decisionis.* Ratio est, † quod ex longissima possessione non solum præsumatur justus titulus præcessisse, asserente Bart. *in l. litibus, num.* 3. *C. de agric. & censit. lib.* 11. Castrensi. *l. si aquam, num.* 1. *& 2. Cod. de servit.* Alexand. *cons.* 338. *num.* 2. *& cons.* 46. *num.* 13. *vol.* 6. Cœpoll. *de serv. urb. præd. c.* 20. *num.* 5. *&* 6. Balb. *de præscrip.* 2. *par.* 4. *part. princip. quæst.* 2. *num.* 7. qui addit, communiter sic teneri. Sed eo † ipso etiam titulus probetur, 915 eo, quod ipsa præscriptio pro titulo sit, *cap. de quarta. de præscript. c.* 1. *eod. tit. in* 6. ut qui titulum allegat, † & 916 præscriptionem probat, satis titulum probasse intelligatur, Paris. *cons.* 25. *nu.* 18. *vol.* 4. *& cons.* 32. *n.* 5. *vol.* 2. Wesenbec. *cons.* 2. *nu.* 92. *lib.* 1.

Quod potissimum verum † est in præscriptione 917 quadraginta annorum, quæ indistincte absque titulo currit etiam contra Ecclesiam, *d. cap. de quarta*, ubi omnes Dd. *de præscript. & in Auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles.* late Francisc. Balb. 2. *part.* 3. *part. princ. quæst.* 6. *num.* 9. *per l. si quis emptionis, in princip. & §. 1. C. de præscript. triginta annorum.* Et tantum de requisito Tituli.

Ulterius quæritur *de bona fide*, † *An ea in præscribendo Jure patronali necessaria sit?* 918

919 *Utrum in præscr. bene de Advocatia opus sit bona fide. Negativa. I. Ratio dubitandi pro Negativa.* Et eam non esse necessariam, † colligi videtur ex textu *in d. l. si quis emptionis, 8. in princ. §. 1. C. de præscript. trigint. annor.* qui text. etiam Jure Canonico approbatus est, *in cap. placuit, 2. §. præscription. vers. quod si cum mala fide* 16. *quæst.* 3. ubi habetur, quod † præscriptio triginta annorum etiam cum mala fide procedens, quantumvis non attribuat præscribenti dominium, tamen prodat exceptionem possessori, qua mediante possit se tueri adversus quemlibet petentem. 920

921 *II. dubitandi ratio.* Secundo, Juris receptissimi est, † quod longissimi temporis præscriptionem lex efficiat & operetur, *l.* 1 *ff. de usurpat. l.* 1. *& tot. tit. C. de præscriptionibus triginta annor.* quodcunque autem † legis authoritate fit, 922 id omne æquum & justum est, non tantum, si perquam purum est, *l. prospexit, ff. qui & à quib. manumiss. lib.* sed & si inique factum sit, *l. penultim. ff. de just. & jur.* & qui legis † beneficio innitur, neque decipit, neque 923 decipitur, *l. nihil consensui.* §. 1. *ff. de reg. jur. l.* 1. *C. de his qui veniam ætat. impetrar.* neque etiam pœnam meretur, *l. Gracchus, C. ad leg. Jul. de adulter.* denique extra malam fidem est, *l. qui auctore. ff. de reg. jur. l. juste. ff. de acquir. possess.* Innocent *in ca. cura, circa fin. de Jur. patronat.* Joannes de Imol. *in l. sequitur, § si viam, num.* 20. *&* 21. *ff. de usurpat.* cæterique *ibid.* & CC. *in ca. fin. extra. de præscriptionib.*

Quæ ratio nostris interpretibus valde fortis videtur, ex eo, quod actiones sint † de Jure civili positivo, 924 *l.* 2. *§. demum, de orig. jur.* ideoque eodem Jure civili recte constringantur, & certis limitibus concludantur, *l. nihil ff. de regul. jur.* Joan. Bologner. *in l. nemo potest, n.* 241. *ff. de legat.* 1.

925 *III. Ratio dubitandi.* Tertio non abhorret ab hac ipsa † sententia, quod utriusque Iuris Interpretum unanimi suffragio probatum est, malam fidem 30. annis purgari, & in bonam fidem transmutari, Bald. *in l. fin. circa fin. C. unde vi.* ibique *num.* 17. Paul. Castrensi. *cons.* 165. *num.* 3. *in fin. part.* 1. Alexand. *cons* 6. *num.* 1. *lib.* 1. *& cons* 151. *num.* 7. *lib.* 2. Philip. Corneus *cons* 96. *num.* 8. *vol.* 4. Iason *cons.* 57. *num.* 5. *cons.* 72. *num.* 2. *vol.* 1. *cons.* 209. *num.* 1. *vol.* 2. *& in §. sed ista. num.* 100. *Instit. de actionib.* Decius *cons.* 267. *num.* 5. Afflict. *decis.* 40. *num.* 12. Nicol. Boer. *decis.* 39. *num.* 7. Curt. Iun. *cons.* 52. *num.* 11. Covarruv. *in ca. possessor. in* 2. *part. relect. §.* 8. *num.* 3. Ioannes Longovallius, *in l. Imperium, num.* 270. *ff. de jurisdict.* late Vasq. *controv. illustr. libr.* 2. *cap.* 81. *num.* 2. Bernard. Bombin. *cons.* 77. *numer.* 2. quæ ratio apud nonnullos tanti ponderis ac momenti est, ut secundum eam Ius Canonicum, quod ob malam fidem præscriptionem actionum impedit, tam à Canonistis quam Legistis temperari soleat, ut scilicet talis mala fides allegari possit, duntaxat usque ad 30. annos & non ulterius;

Eo quod elapso tam longo temporis cursu, lex præsumat in bonam partem, id est, quod supervenerit aliquid, propter quod habuerit debitor justam causam non solvendi, seu verius aliquid, propter quod debuerit creditor non amplius petere ejusmodi creditum, ut eleganter notat Jacobus Mandell. *consil.* 18. *numer.* 2. Idque generaliter procedere, tam in personalibus quam in realibus seu corporalibus, tradunt Abb. *consil.* 89. *col.* 3. *vers. & debet hoc casu præsumi dictos nobiles. vol.* 1. *& consil.* 102. *col.* 1. *in fin. eod. vol.* Aretin. *consil.* 63. *col. pen. vers. modo posito quod Dominus.* Alex. *cons.* 151. *col. fin. vers. non omitto etiam vol.* 2.

916 *IV. Ratio dubitandi.* Quarto concedunt † quoque Jura, quod is, qui se actione personali teneri scit, pro malæ fidei possessore non possit, neque debeat haberi, Bart. *in l.* 4. *§. si viam, nu.* 2. *ff. de usurpation.* & *alibi passim.* Bald. *in l. si duobus.* §. *fin. num.* 8. *C. communia de legat.* cum animum sic comparatum habeat, ut compellatus quandocunque solvere, quod debet, haud detrectet, Corn. *cons.* 176. *n.* 2. *& seq. vol.* 1. *& cons.* 206. *n.* 7. *vol.* 2.

917 *V. dubitandi ratio.* Quinto defendi † hæc ipsa assertio ex eo posse videtur, quod in actionum personalium præscriptione, lex negligentiam creditorum coerceat, & velut pœnam desidibus infligat, *l.* 2. *in princip. & l.* 3. *circa fin. verb. desides C. de præscrip.* 30. *annor.* ideoque præscribenti non tam præscriptione à se completa, quam legali pœna ex diuturnitate temporis subveniri videatur. Bald. *in c.* 1. §. *si quis per triginta nu.* 9. *in fin. si de feud. fuer. controverf. inter dom. &c.* Salycet. *in l. mora, nu.* 3. *C. de rei vendicat. & in l. ult. nu.* 24. *C. de edict. Div. Adrian. toll.* Wesenbec. *cons.* 5. *num.* 31. *& cons.* 8. *nu.* 15. *part.* 1. proinde circa præscriptionis hujus justitiam, non personam usucapientis, sed ejus, qui præscribi passus est, negligentiam, & ejus negligentiæ pœnam juste considerari volunt, late Wesen. *d. loc.* & hæc eo casu magis procedunt, quo major negligentia & cessatio, puta quadraginta vel plurium annorum lapsus & silentium intervenit, August. Berous *cons.* 81. *num.* 9. *vol.* 3.

918 *VI. Ratio dubitandi.* Sexto, † authoritatem huic pronunciato porrigere videtur, quod actio injuriarum similesve pœnales tempore legibus constituto intereant, quamvis is, qui illis obligatus est, teneri & debere se sciat, *l. si non convitii, ibi.* Interpretes, *C. de injuriis. c. fraternitatis,* 12. *quæst.* 2. Anton. de Butr. *in c. fin. nu.* 8. *& seq. de præscrip.* Imol. *ibid.* aliique; Romanus *in l. sequitur,* §. *si viam nu.* 20. Mathesilan. *singul.* 12. Abb. *in d. c. fin. nu.* 13. *&* 21. Felin. *ibid. nu.* 1. Joan. Crott. *in l. nemo potest, n.* 79. *ff. de legat.* 1. Caccialup. *in l. omnes populi, nu.* 65. *ff. de Just. & Jur.* Balb. *tract. præscript. in* 3. *part. principal. part.* 2. *quæst.* 13. *nu.* 7. Corne. *cons.* 119. *num.* 24. *&* 25. *vol.* 2. Boer. *singul.* 19. *verb. præscriptio.* Gabriel. *lib.* 5. *de præscription. conclus.* 3. *n.* 7. *& seq.* quapropter cum actiones illæ ex minoris temporis lapsu, non obstante mala fide, intereant, utique actiones reliquæ ex majoris temporis cursu, mala fide non impediente, evanescent. Wesenbec. *d. cons.* 5. *n.* 31. *& d. cons.* 8. *n.* 15.

919 *VII. Ratio dubitandi.* Septimo denique † hujus enunciationis partes implere videntur multæ ICtorum authoritates. Nam actionum personalium præscriptionem Jure Canonico non impediri, sentiunt eximii Juris civilis Interpretes & inter eos præcipui nominis ICtus Bartol. ubique *l. sequitur,* §. *si viam, n.* 2. *ff. de usurpat. & in l. fin. ff. quemadmodum servit. amittat. & l. hæc autem jura, n.* 2. *ff. de servit. urban. præd. & in l. ait prætor.* §. *si plane, n.* 3. *quib. ex caus. major. in integr. restituant.* quam etiam Doctores solennes Florentiæ pro Evangelio tenuisse refert Castrens. *in d.* §. *si viam, n.* 6. eandem probat Angel. *in d. l. hæc autem Jura, n.* 4. *vers. ubi autem.* *Cæpoll. caut.* 46. Pract. Papiens. *in for. respons. rei convent. verb. præscript. n.* 31. Nellus *in tract. Banni.* 2. *part.* 2. *temp. q.* 17. Nicol. Everhard. *in loco à juramento, n.* 77. Matth. Wesenb. apud Schneidew. *in tit. usucap. in princ. n.* 20. ubi contrariam sententiam appellat tricas justitiæ imponentes. Et hanc sententiam nonnulli quoque consulendo & decidendo comprobaverunt Guido Pap. *decis.* 199. *n.* 1. Andr. Barbat. *cons.* 36. *n.* 11. *vol.* 4. Philip. Corn. *cons.* 176. *n.* 1. *vers. tamen his vol.* 1. *& cons.* 206. *n.* 5. *vol.* 2. *& cons.* 296. *n.* 12. *vol.* 3. *& cons.* 277. *n.* 6. *vol.* 4. Marian. Soc. Sen. *cons.* 40. *nu.* 10. *vol.* 1. *& cons.* 203. *nu.* 2. *vol.* 2. Capell. Tholoss. *decis.* 74. *circ. pr. & n.* 4. Carol. Molin. *apud Alex. cons.* 99. Aug. Bero. *cons.* 81. *nu.* 11. *vol.* 3.

930 *Decisio affirmativa.* Verum his non attentis, † contrarium hic concludendo defendimus, in acquirendo jure Advocatiæ, adminiculo præscriptionis, bonam fidem omnino esse necessariam, sine qua nulla hodie præscriptio procedit non solum Jure Canonico & foro Ecclesiæ *c. ult.* ubi omnes DD. *c. vigilanti, ca. de quarta, de præscript. c. 5. possessor. de reg. jur. in* 6. quo cavetur, quod 931 *Probatur decisio Anchorani.* possessor † malæ fidei nullo tempore præscribat, ubi gloss. Petr. Anchar, Dynus, P. Peckius, accurate Heinricus Canisius, Didac. Covarr. 2. *part. sua relect.* §. 8. *num.* 1. 932 *& 5.* Innocent. Anton. de Butr. Imol. Hostiens. Panormit. Felin. & alii, *in d. ca. final. de præscript.* Bald. *l. si quis diuturno, num.* 1. 2. 3. *si serv. vend.* Castrens. *l. si aquam, num.* 2. *vers. secus de Jure Canonico, Cod. de servit. & aqua.* sed etiam foro civili & in terris Imperii, Anchor. *consil.* 5. *incip. pro parte, & consil.* 139 *num.* 3. Alexand. *consil.* 99. *num.* 5. *vol.* 4. Cœpoll. *de servit. urb. præd. cap.* 24. *num.* 7. Dec. *cons.* 144. *nu.* 4. Didac. Covarru. *cap. possessor. part.* 2. §. 8. *num.* 3. *&* 4. *cum seq.* Anton. Gabr. *lib.* 5. *de præscript. conclus.* 3. *num.* 2. *&* 3. ubi dicit, hanc magis communem Villalob. *in commun. opin. verb. bona fides, numer.* 41. & idem ab omnibus teneri, testis est Martin. Laudens. *in cap. si quis per triginta, num.* 3. *in fin. si de feud. def. fuer. controverf.* Et hanc sententiam commendat Balb. non tantum tanquam veram, sed jubet eam teneri in judicando & consulendo, etiam in terris Imperii, propter generalitatem regulæ, *in d. cap. fin. de præscript.* Balb. *eod. titul. de præscript.* 3. *part.* 4. *part. princip. quæst.* 3. *numero quarto.* Et Canones improbantes præscriptionem cum mala fide in utroque foro servari, præter adductos asseverant Mynsinger. *obs.* 6. *cent.* 4. Petr. Wesenbec. *consil.* 21. *num.* 15. Matth. Coler. *in cap. quoniam, n.* 16. *de præscript.* Gilken. *eod. tit. part.* 2. *membr.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. 2. *& seq.*

933 *Ratio decisionis.* Probatur autem hæc nostra † decisio ex eo, quod in his, quæ pertinent ad animæ salutem muniendam, vel ubi versatur peccatum discordantibus Jure Civili & Canonico Jus Canonicum sequi debeamus, quo pronunciatur juxta dictum D. Pauli *ad Roman. cap.* 14. quod *quicquid non fit ex fide, id peccatum sit, d. cap. fin. de præscript. cap.* 1. & *ibi.* not. Panormit. *de nov. oper. nunc.* Coler & Gilken. *loc. allegat.* Et hanc quoque rationem innuit Laudens. *in d. cap. si quis per triginta annos. num.* 3. *si de feud. def.* cum sanctiones † Cano- 934 nicæ solum id intendant, ut evitetur peccatum, & bonum animarum considerent, non autem rationes quæ vadunt per apices Juris. Felin. *in d. c. fin. num.* 1. *circa fin. de præscript.* post Petr. de Anchoran. *in c.* 1. *nu.* 6. *de exceptionib. in* 6.

935 *II. Ratio decidendi.* Secundo ex eo † etiam manifeste liquet, non procedere præscriptionem Advocatiæ, cum mala fide, quod præscribens per id intenderet se locupletare cum alterius damno, quod est contra legem naturæ, *l. nam hoc natura* 14. *ff. de cond. indeb.* item contra regulam Juris naturæ generalem, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, Ægid. de Bellamera, *d. cap. fin. per ill. text. num.* 9. Vel hæc occupatio & præscri-

præſcriptio rei alienæ haberet quandam ſpeciem furti, cum contrectentur res alienæ invito domino. *l. 1. ff. de furt. c. ſi quid inveniſti, & non reddidiſti, rapuiſti. 14. q. 5.* & ſic occupator ille rei alienæ læderet ſuam conſcientiam, & incurreret periculum animæ. Et hoc eſt, 936 quod aſſerunt ICti præſcriptionem † triginta annorum, à Jure civili introductam, cum mala fide, eſſe nutritivam peccati, *d. c. fin. verſ. cum omni.* per ratio- 937 nem, quia † diuturnitas peccati non minuit peccatum, ſed auget, per text *c. fin. extr. de conſuetud. ca. non debet. extr. de conſanguin. & c. cum in Eccleſia. de Simon.* 938 volentes, quod tanto † graviora ſint peccata, quanto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam, Mart. Uran. *conſ. 5. n. 60. Tom. 1.*

939 Tertio pro hac ſententia † militat text. *in §. habeat. Auth. ut Eccleſ. Roman. ſol. cent. an poſſ. gaud. coll. 2.* ubi aſſignat Imperator rationem, quare brevioris temporis intercapedine quam centum annorum, contra Eccleſiam Romanam non præſcribatur, ne, inquit, iniquis hominibus impium remaneat auxilium, & tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur, ſed ille ſervetur innocens, qui revera innoxius (hoc eſt, qui habet bonam fidem) neque improba temporis allegatione ſe tueatur, tempus pro puritate prætendens.

Tertia decidendi ratio

940 Quarto † denique quod mala fides generaliter & in univerſum, atque ita non tantum realium, ſed & perſonalium actionum præſcriptioni obſtet, defendunt ac tuentur Legiſtæ, ut vocantur, tam legendo & docendo, Bart. *in l. omnes populi, n. 22.* Joan. Bapt. de Sancto Severin. *nu. 64.* & *ibid.* Ioan. Crot. *verſ. undecima concluſio. ff. de juſt. & Iur.* Andr. Gambar. *tract. de offic. & poteſt. legat. lib. 10. n. 111.* Joan. Schneidew. *tit. Inſt. de uſucap. in princ. n. 20.* Zoanet. *rer. quotidianar. lib. ea. 27.* Laurent. Kirchov. *in l. final. n. 47. C. de edend.* Gail. *pract. obſ. lib. 2. obſ. 18. n. 10.* Daniel Moller. *ſemeſtr. lib. 3. c. 19. n. 9.* quam reſpondendo & conſulendo Gozad. *conſ. 56. n. 13.* Schurff. *conſ. 70. n. 13. & 42. cent. 1.* Mynſing. *Decad. 2. reſponſ. 17. n. 9. & 10.* Chaſſan. *conſ. 11. n. 29.* Henning. Goden *conſ. 109. n. 198. & nu. 206.* Modeſt. Piſt. *conſ. 27. num. 53.* Mandel. *conſ. 28. nu. 1. & ſeq.* & infinitis congeſtis authoritatibus Erneſt. Cothman. *lib. 2. reſponſ. 63. n. 32. & ſeq.*

Decidendi ratio IV.

941 Eſtque hæc ſententia † non tantum communior, uti authoritate modo adductorum Juris Interpretum apparet, ſed & conſcientiæ tutior ac ſecurior eſt. Fulgoſ. *conſ. 164. n. 6.* Joan. Imol. *in l. quib. dieb. § dominus. nu. 6. ff. de condi. & demonſtr.* Lanfran. *deciſ. 148. cent. 2.* Beuſt. *in l. admonendi, n. 870. verſ. quinto reſtringitur. ff. de jurejur.* Weſenb. *conſ. 14. n. 23. part. 1.* animæ ſalubrior. Joan. Imol. *in d. l. quib. dieb. §. dominus, n. 6.* Stephan. Lampert. *tract. de contract. lib. gloſſ. 3. n. 84. in fin.* Juri naturali convenientior, Fulgoſ. *conſ. 164. n. 2.* æquitati magis conſona, Hier. Schurff. *d. conſ. 70. nu. 42. cent. 1.* Hippol. Bonacoſſ. *tract. de æquitat. canonic. concl. 50.* à mille annis citra obſervata. Alexand. *conſ. 73. nu. 4. lib. 6.* Alban. apud Bart. *in l. ait prætor. § hi plane, nu. 3. ff. ex quib. cauſ. major. & d. §. ſi viam, n. 2.* Bald. *conſ. 184. nu. 3. vol. 5.* Ferret. *cauſ. 38.* Caſp. Caballin *milleq. 797. n. 1. par. 2.* verior Bald. *conſ. 12. n. 7. vol. 1. & conſ. 386. n. 7. vol. 5.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3 §. 21. nu. 119.* Philip. Franc. *in cap. poſſeſſor, num. 7. de reg. Jur. in 6.*

942 Quæ etiam eo caſu procederet, quo † poſſeſſor malæ fidei, millia millium annorum interveniſſe adſeveraret, Joan. Calcan. *conſ. 6. num. 9.* Udalric. Zaſ. *conſ. 16. nu. 51. lib. 2.* Carol. Ruin. *conſ. 150. num. 13. vol. 4.* Cravett. *conſ. 146. num. 2.* Philip. Portius *concl. 46. limitat. 1. lib. 3.* Schrader. *conſ. 34. n. 76 tom. 1. inter Germanica* Tiber. Decian. *reſponſ. 2. num. 196. vol. 1.* Bernard. Bombin. *conſil. 29. num. 31.* Roſenthal. *ſynopſ. feudal. cap. 5. concluſ. 16. numer. 3.* & *cap. 6. concluſion. 77. numero 9. lit. H.*

943 Sed & hæc usque adeo † procedunt, ut etiam ſtatuto in contrarium facto introduci nequeat, ut præſcriptio in perſonalibus cum mala fide decurrat & compleatur. Alexand. *conſ. 73. num. 4.* Philip. Franc. *in ca. 1. num. 9. extr. de præſcript. in 6.* Ruin. *d. conſ. 150. n. 13. vol. 4.* Cravett. *d. conſ. 146. num. 6.* Tiber. Decian. *d. reſponſ. 2. num. 196. vol. 1. & reſponſ. 108. num. 40. vol. 3.* Hippol. Riminald. *conſ. 589. num. 36. vol.* quia tale ſtatutum impingeret in legem Dei & peccati nutritivum foret.

Solutio contrariorum argumentorum.

Porro hæc deciſio non infringitur per ſuperius in contrarium adducta.

944 Nam ad text. *l. ſi quis emptionis, ibi.* adductum, † reſpondetur, quod leges civiles, quoad punctum malæ fidei, corrigantur per *cap. fin. extr. de præſcript.* tanquam legem poſteriorem, *l. ſed & poſteriores. 28. ff. de legib.* Ita reſpondet Balb. *de præſcript. 2. p. 3. part. prin. q. 5. n. 9.*

Reſponſio ad I. dubitandi rationem.

945 Ad ſecundam rationem dubitandi, quod attinet, ex † ſupradictis conſtat, non eſſe ſatis expeditum, quod lex civilis præſcriptionem mala fide cœptam & completam tueatur: deinde, leges civiles non dedignantur ſacros Canones imitari, *c. 1. Nov. conſt. de Eccleſiaſt. tit.* Bald. *conſ. 12. n. 6. vol. 1. & conſ. 386. num 7. vol. 5.* Imo Jus civile Canonibus famulari & ancillari, concors interpretum opinio eſt, Raphael. Fulgoſ. *conſ. 122. n. 2.* Quod in noſtris terminis nullam dubitationem habere poteſt, cum legi divinæ Jus Canonicum hoc caſu magis reſpondeat & conſentiat. Denique præſcriptio, † quæ 946 mala fide nititur, quantumvis lege aliqua confirmetur vel ſanciatur, ipſa eſt injuſtitia. Bald. *in l. 1. n. 3. C. de præſcript. triginta annor.*

Reſponſio ad II dubitandi rationem.

947 Sed nec tertia † dubitandi ratio adſertionis noſtræ robur labefactat. Etſi enim non diffiteamur, triginta annorum lapſu, malam fidem ſic purgari, ut bona fides præſumatur; Verum quo minus contra eam purgationem & præſumptionem, mala fides probari, & præſumpta ea bona fides expugnari poſſit, nihil impedit. Franciſ. Aretin. *conſ. 103. n. 7.* Aimon Cravett. *conſ. 146. n. 1. & tract. de antiq. tempor. p. 4. nu. 19.* Andr. Alciat. *reſponſ. 164. nu. 8.* Riminald. *conſ. 249. nu. 90. vol. 3. & conſ. 589. n. 42. vol. 5.*

Reſponſio ad III dubitandi rationem.

948 Deinde ad hoc ipſum reſponderi poteſt, † purgationem eam, ex triginta annorum intervallo deſumptam, Jure quidem civili niti, ſed Jure Canonico, quod in hac materia ſequimur, incognitam, imo repudiatam eſſe, gloſſ. *in c. ſi diligenti, extr. de præſcript.* Cravett. *d. conſil. 146. num. 1 & ſequent.* Riminald. *conſil. 249. num. 86. vol. 1.*

Alia ſolutio ejusd.

949 Sed & tertio † eadem objectio corruit, ſi dicamus, quod concors omnium pene Dd. ſententia ſit, tantum abeſſe, ut triginta annis decurſis malæ fidei quæſtio à præſcriptionis negotio relegari poſſit, ut etiam mala fides præſcriptioni obſtet quantumvis poſſeſſor, vel in præſcriptione ſe fundans millium annorum millia interveniſſe contendat & doceat, ut præter *ſupra in ult. decidendi ratione* citatos notatur *in gloſſ. c. 1. verb. niſi* Francus, *ibid. nu. 9. extr. de præſcript. in 6.* Angel. Aretin. *in §. furtiva, num. 4. Inſtitut. de uſucap.* Dynus *in c. poſſeſſor. num. 14. extr. de reg. jur. in 6.* Abb. *in c. fin. num. 6. extr. de conſtitutionib.* Jaſ. *conſ. 24. num. 3. vol. 3.* Alexandrin. *conſ. 13. num. 4.* Afflict. *deciſ. 368 nu. 5.* Natt. *conſ. 636. num. 112. & ſeqq.* Balb. *tract. præſcript. 3. part. princip. part. 2. quæſt. 6. num. 20* Orland. de Curte, *conſil. 6. num. 9. inter conſil. Calcan.* & Bartol de Vulpis, *ibid. conſ. 53. num. 3.* Pariſ. *conſ. 26. num. 31. & conſ. 112. num. 34. part. 1.* Joachim Mynſing. *centur 4. obſer. 6* Gail. *obſ. 18. num. 7. lib. 2.* Didac. Covarr. *in d. cap. poſſeſſor part. 2. §. 8. numer. 4.*

Tertia reſponſio ad eandem.

950 *Responsio ad IV. dubitandi rationem.* Assurgens quarta sede † obex nullius est ponderis. Nam, qui scit, se debere, ille etiam utique scire debet, sibi quod debet, solvendum esse, lege naturæ id dictante. Deinde respondetur cum Imola, debitorem, qui † sponte non solvit, in peccato esse, & fidem malam 951 habere, quæ præscriptionem impediat, Imol. *in d. l. sequitur, §. si viam, nu. 23.* ubi communem dicit. Denique debitorem, quantumvis creditor cesset, nihilominus & Jus naturæ & Jus civile, & conscientia propria, quæ mille testium & interpellationum instar est, & ipsa honestas & æquitas monet & impellit, ut ab ære alieno fide bona se liberet.

952 *Responsio ad V dubitandi rationem.* Quinta insuper objectio, quod scilicet negligentia creditoris, non mala debitoris fides usucapionem causet, quodque creditori negligenti & desidi pœnam infligat, decisionem nostram non infringit. Nam primum pari ratione dicimus, sicut creditori negligentia in non petendo objici potest, ita debitori negligentiam in non satisfaciendo Jure objici, quemadmodum enim lex creditorem arctat ad petendum, ita Deus & naturæ lex arctat debitorem ad solvendum, Anton Butr. *in d. c fin, n 5.* Jo. Imol. *in d. l. sequitur, §. si viam, n. 24.*

953 *Alia solutio.* Deinde constat, † peccatum mala fide præscribentis nequaquam tolli negligentia non petentis, Guido Papæ *decis. 199, n. 2.* Steph. Bertrand. *cons. 53. num. 1. vol. 5.* Colleg. Ingolstad. *consil. 19. n. 48. tom. 5. inter German.* quia non dimittitur peccatum, nisi ablatum 954 restituatur, *c peccatum de reg. jur. in 6.* † Præterea si modo allegata dubitandi ratio admitteretur, futurum esset, ut realibus quoque actionibus mala fide præscriberetur, quia nimirum contra eas quoque ob negligentiam præscriptio currit, Raphael Cumanus, 955 *d. §. si viam, num. 3.* At † omnes fatentur, in actionibus realibus negligentiam domini tantum non operari, ut rei dominium mala fide usucapiatur, *d cap. final.* Ernest. Cothman. *respons. 63. num. 57. lib. 2.*

956 Debitor denique creditori † negligentiam in eum finem, ut ille lucrum & commodum inde percipiat, nullo modo objicere potest, *l. cum in fundo §. 1. ff. de Jure dotium.* Carol. Ruin. *consil. 150. num. 13. vol. 4.*

Responsio ad VI dubitandi rationem. Ad scrupulum sexto loco motum respondemus, diversam inter actiones pœnales & rei persecutorias esse rationem. Qui enim † pœnam debet, nihil peccat, si eam solvere negligat, Philipp. Corn. *cons. 119.* 957 *num. 24. vol. 2.* Joan. Imol. *in d. §. si viam, numer. 20.* Joann. Bapt. de Sancto Severin. proprie loquendo, *in l. omnes populi, num. 65. ff. de justit. & jur.* Deinde in pœnis, proprie loquendo, nihil abest alteri, cum, si quid ejus intersit, actione non pœnali, recte prosequatur, etsi pœnalis actio, utpote odiosa, sit extincta. At in actionibus non pœnalibus, si eas præscriptione sola & nuda tollamus, nobis aliquid abesse incipit, Henric. Boich. *in cap. si diligenti, num. 29. extr. de præscription.* Henric. Baverius, *in singularib. suis. 53. verb. præscriptio. num. 18.*

958 Denique à pœnalibus, † ad non pœnalia, hoc est, ab odiosis ad favorabilia argumentatio vitiosa est, argu. *gloss sing. in c. docet. super verbo processus, de immun. Eccles.* & notant Bald. Angl. Imol. Alex. & alii *in l. more ff. de acquir. hered.* Ernest. Cothman. *d. respons. 63. num. 62.* 959 *in fin.* Statuta enim † & dispositiones odiosas vel pœnales stricte & proprie intelligi, neque ad favores extendi, legum humanitati congruit, argum. *l. cum quidam, 19. & ibi* Jason *ff. de lib. & posthum. ca. odia. & ibi* Dyn. *de reg. Jur. in 6. l. interpretatione 42. & l. si præses, 32. ff. de pœn.* Joann. Hannit *in rubr. num. 85. ff. solut matrimon.* Gerard. Mazol. *cons. 108. nu. 65. vol. 1.* Pruckman *cons. 2. nu. 184. lib. 1.* Everhard. *Top. legal. loc. à contract. ad q. contract. n. 3.* Schrad. *tract. feud. p. 9. c. 9. n. 96.*

960 *Responsio ad VII dubitandi rationem.* Septimam † denique objectionem authoritate Doctorum quorundam suffultam, quarta decisionis nostræ ratio plurium & pene omnium interpretum placitis communita, adeo sufficienter pervellit, ut alia refutatione non egeat.

961 Manet igitur firma conclusio, † quod bona fides probanda sit, quia in incorporalibus non præsumitur, nisi probetur. Anton. de Butr. *in repet. c. pervenit. col. 7. vers. circa tertium de censib.* Bald. *in l. 2. numero 16. C. de servit. & aqua.* Philipp. Franc. *in cap. 1. num. 10. vers. si vero. de præscript. in 6.* Ita notant Dd. *in d. l. 2. C. de servit. & aqua.* gloss. & Bart. *in l. servitutes, num. 5. vers. quæro quot sunt, & ibid.* Castrens. *num 9. vers. secundo requiritur ff. de servitut.* gloss. itidem & Bart. *in l. 1. § hoc interdicto, num. 12. ff de itin. actuque privat.* Aretin. *cons. 30. col. 2. num. 2. dubio 2.* Abb. *in cap. si diligenti, col. 5. numer. 18. vers. venio ad secundum*, ubi communiter ita Doctores sentire testatur. Joseph. Mascard. *de probat. conclus. 1214. numer. 15. vol. 3.* Balb. *d. tract. præscript. 2. part. 4. part princip. quæst. 1. num. 10. vers. tertio requiritur*, ubi plures accumulat, & ita communiter à Dd. receptum notat.

962 *Utrum in præscribendo Advocatiæ necessaria sit scientia & patientia prioris domini.* Sed alius adhuc restat scrupulus, † *An etiam in præscribendo Iure patronali necessaria sit scientia & patientia Adversarii.*

Et hoc quidem omnino † affirmandum esse videtur, siquidem secundum placita nostrorum, possessio Jurium incorporalium, absque patientia & scientia domini nulla haberi queat, *l. 2.* ubi Bald. Castrens. *C. de serv. & aq. l. quoties. 1. § ult. l. quoties. 2 de serv.* Innocen. *in c. bona. 2. num. 3. & 4. de postul. prælat.* Abb. *nu. 21. & seq.* Felin. 963 *Affirmativa Ratio dubitandi pro affirmativa.* *num. 4. ca. de quart. 1. de præscript.* Ripa *ca. cum Ecclesia, num. 64. de caus. poss & propriet.* Joann. Lup. *ca. per vestras notab. 2. § sed est p lebra dubitatio. num 34. & seq. de donat. inter virum & uxor.* Bartol. *l. 1 §. denique, num. 4. ff. de aq. pluv. arcend.* Jason *l. 3. num. 21 de Jurisdict. & l. 3 §. ex contrario, nu. 62. de aq poss.* Alex. *cons. 16 nu. 13. & seq. lib. 4.* Balb. *2. part 4 part princ q. 1. n. 10 & 15.*

964 Concludendum igitur videtur † ad præscribendum Jus Advocatitium requiri scientiam & patientiam patroni prioris, ita, ut quis exerceat Jus illud, sciente & patiente Adversario, in cujus præjudicium acquiritur possessio, arg. *d. l. 2.* ubi gloss. *in verb. sciente*, & Bartol. *n. 8.* Bald. *col. 3 in fin. n. 12.* & cæteri *C de serv. & aq. d. l. quoties. 1. §. ult. & l. quoties. 2. ff. de servit. l si à te emero, ff. si servit. vindicet.* idem tradiderunt Innocent. *in d. cap. de quarta, num 2. & ibid.* Panormitan. *col. ultim. num. 29. vers secundo principaliter.* Cœpoll. *d. tract. de servit. urban. præd. c. 20. sub n. 4.* Ruin. *cons. 119 col. 4. n. 9 vers & ex alio vol. 4.* Jo. Bapt. Pontan. *tract. de spol. lib. 2. c. 16. n. 196.* ubi multis hoc confirmat.

965 Et hæc † patientia, loco traditionis possessionis habetur in Juribus incorporalibus, §. *interdum, Inst. de rer. divis. l. 2. C. de acquir. poss. d. l. quoties, ff. de servit. & d. l. 2. C. de servit.* ubi Bart. *n. 1. in fin.* inquit, quod ista quasi possessio in Juribus incorporalibus, nihil sit aliud quam adversarii patientia, & quod hæc patientia non possit esse; nisi duobus concurrentibus, videlicet, quod ego utar, & quod adversarius sciat, me uti, sequitur Joan. Bapt. Vinc *inter cons. feud. cons. 1. n. 26.* Et quando plurium interest, requiritur scientia & patientia omnium, ut inquit Innoc. quem refert Abb. *in c. bona. 2. n. 20. de postul. prælat.* Bald. *d. l. 2. n. 18, in med.* Et probatur † hæc 966 scientia & patientia dupliciter, vere & præsumptive, secundum Ferrar. *in forma libelli actionis confessoria super verb. servitus aquæ ductus, nu. 23.* Vere, quando hoc denunciat adversario, argum. *l. emptor cum similib. Cod. de evictionib.* Præsumptive autem probatur juxta qualitatem servitutis, & ex aliis circumstantiis & pluralitate actuum, ita, ut Judex hoc præsumat ex qualitate & mul-

& multiplicatione actuum, ut inquit Panorm. *in cap. cum Ecclesia. num. 25. de causa possess. & proprietat.* Veluti si quotidie quis utebatur servitute itineris per domum vicini, in qua habitabat, aut per ejus fundum aquam ducebat, &c. In his enim & similibus præsumitur habuisse scientiam, argum. *l. quisquis C. de rescind. vendit.* latius Bartol. *in d. l. 1. §. hoc interdicto ff. de itinere actuque privato.*

Ratio dubitandi II. Altera insuper ratio cur in præscribenda Advocatia requiratur scientia, & patientia adversarii ea esse videtur, quod † Jus patronale uti etiam Advocatia attestante Wesenb. *cons.* 48. *num. 2. tom.* 1. & aliis in ejusdem sententiam euntibus *supra* citatis sit servitus quædam Ecclesiæ. At vero, † ut præscribatur servitus, requiritur quasi possessio servitutis, ut *l. fine possessione. ff. de usucapion.* quæ haberi non potest, nisi medio patientiæ adversarii, *l. penult. ff. de servitut.* Hæc † autem patientia esse non potest, nisi duobus concurrentibus, hoc est, usu servitutis, & quod adversarius sciat necessario; Ergo requiritur & scientia; quia quasi possessio in servitutibus & in Juribus incorporalibus sita est in scientia & patientia adversarii. Si ergo ignoraret, non procederet præscriptio, quasi possessione deficiente, *d. l. fine possessione ff. de usucap.* Hujus rationis author est Bart. *in d. l. 2. col. 2. num.* 8. *vers. tu autem C. de servit. & aqua.* subjungens, præscribentem in hoc debere esse cautum, ut semper faciat articulum de scientia & patientia, &, quod talis usus sit sciente & patiente adversario, idem Bart. *in d. l. 1. §. ex hoc interdicto. nu.* 10. *ff. de itin. actuque privat. & in l. 1. §. ultim. num.* 4. *vers. item quod sit usus. ff. de aqua pluv. arcend.* eandem rationem secuti sunt Abb. *in d. cap. de quarta. col. ultim. nu.* 29. & Felin. *ibid. post nu.* 41. *vers. dum subdit.* Abb. & Jason. *in l. imperium col. 9. nu.* 21, *ver. circa præcedentem ff. de Jurisd. omn. jud.* Balb. *2. part, 4. part. princ. quæst. 1. n.* 12. *ver. & ratio.* Ripa. *in d. c. cum Ecclesia. col.* 14. *num.* 64. *ver. secundo ergo. de cauf. poss. & propriet.*

967

968

969

Ratio dubitandi III. Tertio in eandem sententiam facere videntur textus *in l. 1. in fin. de S. R. P.* & plene tradita per Dd. *in l. 1. & 2. C. de servit.* notat. per Matth. de Afflict. *decis.* 67. *nu.* 2. Georg. Everh. *consil.* 4. *num.* 165. *volum.* 1. ubi tradunt ad quasi possessionem Jurisdictionis ad alium pertinentis acquirendam, non solum ejusdem scientiam, sed & consensum expressum liberum & absolutum, non autem per impressionem aut coactionem caulatum requiri, in tantum ut præsentia, patientia & scientia eo casu quo major vel potentior alienam Jurisdictionem invadit, eamque usurpare & acquirere intendit, & Dominus Jurisdictionis, ut imbecillior, actum impedire nequit, non sufficiat. Tali enim casu, licet verus Dn. Jurisdictionalis tacuerit contra potentiorem præsumitur. Petra *de fideicommiss. quæst.* 12, *n.* 238. *& seq.*

970 *Decisio Negativa. Ratio decisionis.* Verum, utut hæc se habeant, † nos tamen in præsenti circa hoc requisitum negativam sententiam amplectimur. Quia præmissa tantum procedunt, in præscriptione longi duntaxat temporis decem aut viginti annorum: secius † si probaret de usu longissimi temporis triginta vel quadraginta annorum, nam tunc non requiritur, ut probetur de scientia & patientia adversarii, Balb. *de præscript. d. part. 2. part. 4. princip. n.* 13. *vers. primo singulariter. quæst.* 1. utpote quæ ex tanto tempore præsumitur, ad trad. DD. *in l.* 14. *de servitut.* Malcard. *de probationib. concl.* 1214. *n.* 56. *vol.* 3.

971

972 Sicut enim † operatur titulus, ut possit quis præscribere servitutem, adversario ignorante vel non patiente, per text. *in l. ultim. in fine C. de præscript. long. temp. & l. si ego. paragraph.* 1. *vers. traditis vel per patientiam constitutus. Digest. de publician.* Ita pari ratione operatur longissimum tempus, quando titulus non intervenit, alioqui tamen, cum Adversarii patientia in incorporalibus vere & proprie tradi nesciis regulariter pro traditione sit, *l. final.* & *ibi* Bart. *de servit.* & sine illa possessio non acquiratur, patientia tamen accedente etiam longissimi temporis spacio Advocatia acquiri potest Schurff. *cons. in causa* der Freyenschner *num.* 5. *& seq.* quod est *consil.* 7. *volum.* 4. *inter Laurent. Kirchov. consilia:* sic egregie admodum & insigniter determinat Castrens. *d. l. 2. col.* 1. *numer.* 3. *super verb. usus tibi interdictus est C. de servit. & aqua.* asserens, scientiam & patientiam adversarii non requiri in præscriptione servitutis, longissimi temporis, sed sufficere solum usum; in præscriptione vero longi temporis, utique necessariam esse & scientiam & patientiam. Et ita intelligit hunc text. & ad hoc allegat Innocent. *in d. cap. bona. de postul. prælat,* refert & sequitur Cæpoll. *d. c.* 20. *col. 2. ver. quantum.* Rebuff. *tract. de mater. possess. in præfat. n.* 147. *v. sexto fallit.*

Multo minus autem in † præscriptione immemoriali scientia & patientia Domini requiritur, probante gloss. & Angel. de Peruſ. aliisque Dd. *in l. ex hoc Jure. paragraph. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & æstiv.* Paul. de Castro. *in d. l. servitutes.* Jason. *in l. imperium, num.* 21. *Digest. de Jurisd. omn. jud.* Felin. *in cap de quarta. de præscript.* Francisc. Balb. ubi dicit hanc esse magis communem, 2. *part.* 4. *part. princip.* 1. *quæst.* Thom. Maull. *d. tit.* 11. *nu.* 4.

973

Et hæc hactenus, quomodo & qualiter Jus protectionis, præscriptionis adminiculo, acquiratur, nunc residui constituendæ Advocatiæ modi enumerandi restant.

974 XIII. *Existentia Advocatiæ monasterii ex libera Prælati & Conventus electione.* Decimo tertio, † igitur principaliter *Advocatia, inprimis monastica, constituitur, per liberam electionem Prælati ac Conventus alicujus Monasterii,* ad quod comprobandum inspexisse præ cæteris Trith. sufficiet, quod & nominatim docet Tob. Paurmeister. *de Iurisdict. lib. 1. cap. 24. sub numer.* 22. adserens, Jus Advocatiæ tribui ex libera Monasteriorum electione ad tempus. Ubi exemplum ex Mutio German. Chron. 9. refert Cujacius *in constitut. Frideric. de pace tenend.* de Abbate Augiæ Majoris, † cui cum Carolus donaret Ulmam, villam regalem, eligendi Advocati ac defensoris fecit arbitrium, eo tenore, ut quandocunque sui commissi prævaricator in rebus, aut hominibus, quod vulgo *Balmund* dicatur, existat, statim sine mora, sine judicio Advocatiam perdat. Sic etiam Carolus Magnus Imperat. per singulare diploma, quod in Cap. V. *numero* 401. continetur, Abbati & Monachis Cœnobii Utenbeurensis, Advocatos æquitatis & fidelitatis amatores ex potentibus sæculi eligere permisit, uti colligitur ex eodem diplomate *versic. Item placuit nostra providentia, &c.* Alia ejusmodi electionis exempla plurima *in d. c.* 5. de origine Advocatiæ lector inveniet.

975

Quamvis autem olim, temporibus, † Carolinis non licuerit Prælatis seu Monasteriis auctoritate propria Advocatos eligere, sed eosdem ab Imperatoribus ac Regibus acceperint, sicut ex Nicol. Camurat. ostendit Christoph. Lehman. *Chron. Spirens. lib. 2. cap.* 36. ubi scribit, Advocatos antiquitus Ecclesiis & Cœnobiis à Regibus præfectos, eosque tanquam Procuratores, Oeconomos, & administratores Ecclesiasticorum proventuum fuisse, quod etiam testatur D. Hepingk *dissert. de Iure protect. concl.* 15. *lit. E.* asserens Ecclesiis & monasteriis olim Oeconomos & Advocatos ab Imperatoribus datos primitus fuisse, quos etiam inviti habere coacti sunt, in exemplum adducens Wernherum Abbatem S. Galli, qui cum pignoris Jure Advocatiam monasterio acquisivisset, expresse provisum fuit, daß er Abt nicht ohn eine Kastenvogthey seyn solte/ commemorante Jo.

occasione loci ellentibus ibi habitantibus debetur; pro quo facit in arg. glos. notabil. *in l. 2. verb. Cloacam. ff. de servit. rust.*

Jura igitur, de quibus agimus, Advocatiarum, licet primo modo accepta non sint servitutes reales, posteriori tamen intellectu optimo Jure reales, vel quasi dici poterunt, & ita consuetudine Germaniæ manifesta servatur, quæ in hujusmodi Juribus dominatur, ut eleganter docuit Vldaric. Zasius *in intellect. Jur. singular. cap. 11. rubr. Servitutum innominatarum.*

852 *Resp. ad alteram dubitandi rationem.* Nulla insuper vis † in eo ponenda est, quo dictum fuit, protectiones esse pacta seu Jura personalia, quæ cum personis extinguuntur, quia id rarissimum est in Advocatiis. Nam easdem in hæredes, ac successores Protectorum fere semper transire, alibi fusissime à nobis expositum est.

Nobis igitur hanc in rem ulterius inquirere animus non est. Ferum enim interresse existimamus, an Jure, vel consuetudine, in legem ac naturam servitutum Jura protectionis migrent, & transeant.

Reliqua igitur est principalis modi Advocatiæ per præscriptionem acquirendæ expositio.

853 *Advocatia Ius utrum præscriptione acquiri possit. Negativa.* Quæritur igitur inprimis † *utrum Protectionis Jus usu acquiri, & præscribi possit?* Quæstionem sane prolixam multisque inter disputandum perplexitatibus involutam aggredimur.

Qua in disceptatione principio † dicendum videtur, non esse huic acquisitioni locum, potissimum ex his argumentis.

854

855 *Ratio I. dubitandi pro Negativa.* Primum, † quod communi interpp. consensu definitum sit, nullam præscriptionem cum mala fide coalescere posse, *c. fori & c. vigilanti, de præscript. c. possess. de reg. Jur. in 6.* Malam autem fidem † prædominari, 856 quotiescunque Juris, præsertim Canonici, dispositio aliqua per usurpationem acquirere volenti resistit, testatur Gilken. *tract. de præscript. p. 3. c. 9. sub. nu. 2. vers. sexto quid Juris.*

757 Quod † autem Jus protectionis usurpare conanti canonica dispositio adversetur, colligi videtur, ex *c. generali. de electione, in 6.* ubi Pontifex Gregorius X. eos, qui Advocationis titulum in Ecclesiis, Monasteriis, aut aliis piis locis de novo usurpare præsumunt, excommunicationis vinculo constringit.

858 *Ratio dubitandi II.* Secundo † repugnare videtur præscriptioni Advocatiæ authoritas *l. foramen, 28. ff. de servit. urb. præd.* qua cavetur, servitutes, quæ causam continuam non habent, tempore acquiri haud posse: Atqui Jus pro-859 tectionis esse † quasi servitutem discontinuam, inde patet, quod illud sine facto hominis exerceri non possit, conteste Thom. Maull. *de homag. d. tit. 11. num. 3.*

860 *III Ratio dubitandi.* Tertio confirmant negativam † partem, quod illa, quæ ita promiscua sunt, ut non solum Jure servitutis, sed etiam facultatis & familiaritatis explicari possint, ut est defendere oppressum in necessitate, nullo idoneo titulo interveniente potius videantur interponi Jure facultatis quam servitutis.

861 *IV. Ratio dubitandi.* Quarto pro † eadem facit, quod usucapio & longi temporis acquisitio introducta sit, ut certa rerum dominia essent, quæ ratio, cum non conveniat acquisitioni Advocatiæ, quippe, quæ cum rei dominio nihil commune habeat, argum. *l. recte dicimus. ff. de verbor. signif.* sed à dominio directo ac utili cæterisque Juribus particularium dominorum separatum sit, ut Cephal. *consil. 28. libr. 3* attestatum facit Dn. Lud. Myler. magni nominis ICtus *in disp. de Jure Advocatiæ in notis ad thes. 5.* Inde recte inferendum, usucapionis & præscriptionis regulas ad causam Juris protectitii non pertinere.

Vltima dubitandi ratio ab authoritate. Pro hac denique sententia non deesse videntur authoritates ICtorum nostratium. Sic enim Matth. Wesenb. *tom. 1. consil. 48. n. 17.* tradit, Jus defensionis, non præscribi, sicut in simili non præscribitur † exceptioni-862 bus, quæ etiam sunt defensiones, *l. defensiones C. de except.* ne mille quidem annis, quia pendent ex facto alieno, nec opponi possunt antequam alius agat, & velut offendat, Bart. *in l. sicut, n. 2. C. de præscript. 30. annor.* per *l. 1. §. ult. C. de annali except.* gloss. *in d. l. sicut. 3. verb. persecutione,* & per illum text. *C. de præscript. 30. annor.* Pabormitanus & Felin. *in c. si autem, 9. de rescript.* Franc. Balb. *de præscript. parte 4. princ. quæst. 34.*

863 *Decisio affirmativa.* Verum his similibusque argumentis nihil prohibentibus, omnino concluditur, Jus protectionis per usucapionem seu præscriptionem acquiri posse, ut in terminis nuncupatim adseverat, Thom. Maull. *de tract. de homag. c. 11. num. 3.* expresse tradens, Jus protegendi posse constitui per præscriptionem, argum. *l. 2. C. de servitut. & aq. & c. 11. de Jure patron.* quod ipsum etiam docet Matth. Steph. *de jurisdict. 3. part. 1. c. 17. n. 8.* accedente præsertim titulo, quem tamen non necessario requiri, sed solam sufficere bonam fidem, *infra* docetur. Wesenbec. *consil. 48. n. 6.* ubi diserte tradit, Jura protectionis, & patronatus per præscriptionem acquiri, ut in simili de Jure patronatus per multa probat Franc. Balbus *in tract. de præscription. 1. part. 3. principal. quæst. 9. per tot.* ex communi doctrina *cap. querelam, de electio & cap. generali. de elect. in 6.* quo comprehenditur, posse custodiam sive guardiam, item Advocationis seu defensionis titulum, in Ecclesiis vel monasteriis ex antiqua consuetudine legitime præscripta, ad aliquem deferri. *Ratio decidendi ab authoritate.* Et hæc etiam decisio non leve momentum accipit *ex §. 24. ibi:* So hiebevor von Alters/ R. A. *Anno 1544.* zu Speyer/ *&* §. 23. R. A. *Anno 1555.* zu Augspurg aufgericht.

864 *II Decidendi ratio.* Cui traditioni suffragatur collectum ex *c. super quibusdam. de verbor. signif.* axioma, quod illa, quæ privilegio concedi queant, etiam in causam præscriptionis deduci possint, Jus autem † Protectionis privilegio 865 conferri posse, dubitare non convenit, argum. *cap. proposuit. de concess. præbenda cap. cum ita per mundum q. 3.* Jo. Andr. *cap. quod alicui. de regul. jur. in sexto vers. item constat* Bellarm. *consil. 27. col. 1.* Afflict. *constit. Neapol. tit. de præscript. n. 19.* Menoch. *cons. 90. nu. 79.* Henrichm. *cons. 3. n. 6. lib. 3.* Gilken, *de præscript. part. 3. cap. 9. n. 13. §. decimo.*

866 *Ratio decidendi III.* Deinde † facit pro hac enunciatione regula, quicquid cessibile est, id præscriptione acquiri potest, per text. *in cap. de quarta. de præscription. & in l. quod Principis, 23. juncta ibi gloss. verb. constituerim ff. de aq. pluv. arcend.* & *in l. quo minus. 2. de flumin. ne quid in flum. publ.*

Sed Jus Advocatiæ cedi, † vendi, & alienari posse, 867 indubitati Juris est, ut docet Wesenb. in terminis *d. cons. 48. n. 5. part. 1.*

868 *Ratio decidendi IV.* Præterea † si quis cetera superioritatis Jura ea etiam, quæ reservata sunt summo Principi, præscriptionis medio consequi potest, ut in individuo tradidere Abbas *in cap. cum non liceat, nu. 4. de præscript.* Roman. *consil. 371.* Jason. *consil. 283. lib. 2.* Dec. *cons. 207.* & communem dicit opinionem Socin. *consil. 275. col. 3. lib. 2.* sequitur Purpur. *in l. 1. n. 4. ff. de offic. ejus.* Quid obstat, quo minus etiam Jus defensionis præscribendo acquiri possit?

869 Et quod ea, † quæ sunt reservata Principi in signum specialis privilegii, prout est Jus collectandi, pedagiandi, salvum conductum generalem concedendi, cudendi

dendi monetam, salinariorum, legitimandi spurios, restituendi famæ, creandi tabelliones, auri, argenti & metalli fodinarum. Jus tributorum, item publicarum functionum, & alia de quibus habetur *in c. 1.* ubi feudistæ notant *quæ sunt regalia in usib. feud*, possint acquiri consuetudine, saltem tanti temporis, de cujus initio memoria non extat inter homines, text est *in c. super quibusdam.* §. *præterea*, ubi notat Panorm. *n. 6 inf. de verb. signif.* Item Archidiac. Joan. Andr. & Philip. Franc. *in c. 1. de præscript. in 6.* Tiraq. *in retract. convent.* §. *1. gloss. 2. n. 23.* ubi late prosequitur post Matth. de Afflict. *in c. 1.* §. *si quis per triginta annos, si de feud. def. fuer. controver.* & latissime Anton. Gabr. *de præscript. in tract. commun. regul. lib. 5. concl. 1. per tot.*

870 *Ratio decidendi V.* Adhæc ducendo argumentum à Jure patronatus Ecclesiæ ad Jus patronatus Clientelare, quod validum esse alibi probavimus, secundum receptam interpretum doctrinam, constat, Jus illud † præscribendo acquiri posse, ut multis probat Jo. Andr. *in c. quod alicui. de regul. jur in 6.* Dec. *cons. 124. n. 2.* Frideric. Senens. *cons. 234. super primo pacto* Cardinal. *in Clem. 2. de Jure patron. in fin. quæst.* quam etiam fatetur communem Panormit. licet eo loci dissentiat ipse, *d. cap. querelam. de elect. n. 2.* Franc. Balb. *part. 5. princip. quæst. 9. n. 1.* Felin. qui seipsum declarat *in suo tractatu, quando litera Apostolica voceant patrono, l. fin.* Lambertin. *de Jur. patron. lib. 1. quæst. 10. artic. 5.* Menoch. *dict. cons. 90. n. 55.* Roland. *consil. 47. n. 32. lib. 1.* Corn. *cons. 47. col. 2. vol. 3.* Ripa, *in rubr. de Jud. n. 79.* Burlat. *cons. 310. n. 51.* Cephal. *cons. 580 n. 19.* In quam etiam inclinare videtur Andr. Barb. *inter cons. Alexandri cons. 74. lib. 4. n. 25.* quam etiam probat & sequitur Didac. Covarr. *in sua repetit. c. possessor. de reg. jur. in 6.* §. *10. n. 2.*

871

872 *Objectio.* Huic sententiæ, præmissis rationum † & legum momentis fulcitæ, non obstat, si quis objiciat, defendere, esse actum meræ facultatis, ut reliqua omnia, quæ sunt facti, & à voluntate pendent, nec novum Jus inducunt si fiant, sed declarant tantum & confirmant Jus ante quæsitum; ut astruit Franc. Balb. *in tract. præscript. parte 4. quinta part. princ. quæst. 1. numero 3.* eoque impræscriptibilia sunt, *l. viam publicam.* & *ibi* gloss. & Bart. *ff. de via publ.* Alexand. *in l. cum notissimi*, §. *sed cum illud. in apost. ad Bart. Cod. de præscript. 30. annor.* Panormitan. *in c. quoniam.* §. *ult. num. 44. ut lite non contestat.* Franc. Balb. *loc. præalleg. nu. 5. cum ibi alleg.*

873 *Refutatio objectionis.* Quia ad antecedens respondetur, † id quidem verum esse in iis, quæ pure & absolute meræ sunt facultatis, atque in proprio jure dominii consistunt, ut est ire ad certum aliquod molendinum, vel per viam publicam, & tali libertati, nisi intercedat aliqua interdictio vel jussio, nunquam præscribitur, *d. l. viam publicam. ff. de via publ.* Secus autem est in iis, quæ non sunt proprii cujusdam dominii, sed ab alio alicui debentur, aut quæ alter alteri præstare tenetur, qualis est defensio, alicui per pactum debita, aut à superiori commissa, per ea, quæ eleganter tradit Wesenbecius *in paratit. ff. de rescind. vend. in fine* Dominus Frider. Prenninger, Imperial. Civit. Rotenburgensis ad Tubarum Advocatus doctissimus, Amicus ac fautor, singulari mihi benevolentia conjunctissimus, *in addit. ad consil. proavi sui tom. 3. cons. 1. de decim. numero 15.* ubi regulam illam; ea quæ meræ sunt facultatis non præscribuntur: pulcherrimo intellectu exornat.

Solutio contrariorum argumentorum. Multo minus etiam est, quod nos sollicitent illa, quæ superius insuper præter hanc objectionem pro contraria parte in medium adducta sunt.

874 *Resp. ad I. dubitandi rationem.* Nam quod † ad argumentum primum attinet, quo constitutionem Gregorianam *in cap. generali de electión. in 6.* usurpanti Advocationis titulum resistere, & Jus illud de novo usurpantem excommunicationi subjacere dictum fuit, omnis difficultas tolletur, si negemus, eam esse mentem Pontificis, quod nemo usurpare debeat Jus Advocatiæ; cum ibi prohibeatur † potissimum bonorum Ecclesiasticorum in monasteriis, ac aliis piis locis vacantibus occupatio, cum qua Juris definitione convenit quod scriptum legimus in *cap. piamentis. 16. quæst. 7.* quo cavetur, conditorem certæ Ecclesiæ, nihil sibi vindicare proprii Juris posse quam professionis aditum, qui omni Christiano debeatur: quod ipsum etiam, *in cap. sequenti*, iisdem pene verbis repetitur.

875

Quare in hoc casu dicendum est, ut pæna, ibi à Pontifice decreta, incurratur, utrumque debeat concurrere, videlicet, quod Jus de novo usurpetur, & quod illius virtute bona locorum vacantia occupentur, unoque istorum def[i]ciente non habeat locum pœna illa *in d. cap generali, constituta, per cap. cum sit. & cap. conquestus. de foro compet.* cum concordantibus *ibi* positis per gloss. Dominicus de S. Gemin. & Joan. Andr. *in d. c generali*, ibique Philipp. Franc. *n. 2 de elect. in 6.*

876 *Resp. ad II. dubitandi rationem.* Quod deinde ad † scrupulum *ex l. foramen. ff. de servit. urb. præd.* injectum attinet, eum ita eximendum esse existimo; ut sublata ambiguitate verbi, CAUSAM, textum *dict. leg. accipiamus*, de re ipsa, quæ servitutem debeat, ut ad ejus constitutionem requiratur, quod perpetua sit, aut naturalem causam habeat, ut commonstrant exempla foraminis & stagni. Cum enim hujusmodi aquæ sint temporales aut facto & industriæ hominis expensæ referri debeant, non possunt servitutem admittere.

877 Hoc, si strictam † Juris rationem intueamur: quod si vero æquitatem, & benigniorem interpretationem in consilium adhibeamus, quid tum probandum sit, eadem in repetitione non dissimulavit, Petr. Gilken. *tr. de præscript. part. 2. membr. 1. cap. 10. numer. 20. & 21.*

878 *Respons. ad III dubitandi rationem.* Tertii argumenti difficultatem † expediemus, si minime abnuamus, his casibus esse difficiliorem causam diutinæ acquisitionis, non tamen propterea hanc prærogativam omnino cessare. Referre itaque, an constet, hujusmodi actus clam, aut Jure facultatis vel familiaritatis intercessisse, an contra, quod animo servitutis acquirendæ intervenerint, an vero illud in obscuro sit, ut primo casu negemus usucapioni vel præscriptioni locum esse, *l. clam possidere*, *6. l. qui Jure familiaritatis. 41. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. divus, ff. de servit. rustic. prædior.* Secundo vero casu hæc consideratio, quod talis actus etiam Jure familiaritatis ac facultatis explicari possit, acquisitionem non impediat, *l. fin. ff. quemadm. servit. amitt. l. fin. ff. de itin. & actu privat.* Tertio casu id constituendum erit ex actuum natura & frequentia, & aliis circumstantiis, *l. 1.* §. *1. ff. de itin. & act. privat.*

Respons. ad IV. dubitandi rationem. Quartum argumentum ex defectu dominii in Jure protegendi desumptum, plus coloris, quam laboris vel difficultatis habet. Nam Jus illud, sicut alia incorporalia, etiam absque consideratione dominii, nihilominus præscribi potest, ut scilicet, usucapione legitime finita, certum sit, ad quem Advocatia pertineat, quemadmodum de dominiis aliarum rerum, Jure cautum est, Usucapionis † enim præcipuum officium est, dominium sive rei mobilis, sive immobilis tribuere, 879

l. 3. ff.

l. 3. ff. de usucap. l. cum cui ades. eod. tit. l. in traditionibus, C. de pactis; per consequentiam autem etiam præscriptionis aut exceptionis commodum, *l. longa. 3. l. rescript. 9. ff. de diverf. temp. præs.*

Responsio ad ultim. dubitandi rationem.

Devitabimus denique objectionem, quæ ultimo loco ex authoritate Wesenbecii mota est, si negemus, eum tradere, Advocatiam non præscribi, cum ipsemet, ut supra ostensum est, contrarium expresse scribat, *eod. conf. 48. numer. 6.* Quare is adnotato loco 880 de non amittenda per non usum † Advocatia, non autem de acquirendo per præscriptionem Jure protegendi loquitur, & id solum vult, cum defensio non nisi ad petitionem Ecclesiæ præstari debeat, quod ea non interveniente non tollatur Jus defendendi, etiamsi mille annis defensio non fuerit exhibita, uti hoc ipsum *in cap. de contrariis Advocatia circa quæst. Qualiter Advocatia per præscription. tollatur.* prolixius deduximus.

881 His ita firmatis, id definiendum est, *quantum nimirum temporis in præscribendo Advocatiæ Jure requiratur*: ut si princeps aliquis, forte in loco à se remoto, Civitatem, aut pagum habeat, ea vero Civitas, aut pagus à tertio quodam armis invadatur, alius autem vicinus Princeps incolis, nihil tale petentibus, auxilium ferat, & absque licentia, vel consensu contra oppressores intentione acquirendæ protectionis defendat, accepto postmodum annuatim eo nomine aliquo Honorario, quanto tempore idem Jus præscripsisse dicatur?

Qualetempus ad præscribendam Advocatiam requiratur.

Decisio pro tempore immemoriali.

Hunc quæstionis punctum, omissis dubitandi rationibus breviter resolvendo, plurimorum freti auctoritatibus, omnino concludimus, ad præscribendum Jus 882 protegendi, tempus † immemoriale requiri, ut præter *infra* circa ultimam decidendi rationem allegatos Auctores nominatim docuit doctiss. Dn. Christoph. Besold. Professor Tubingen. *novissima dissertat. de Jure Fœderum, cap. 5. n. 9.* ubi defendit, Advocatiam non præscribi, nisi tanto tempore cujus initii memoria non extat, quod ipsum nuperrime post hæc scripta mihi oblatus, tuetur David Hepingk *de Jure Advocatia Thesi. 23. in notis ad lit. D.* nominatim asserens cum protegendi Jus sine facto hominis exerceri nequeat, ideo non nisi immemoriali tempore præscribi, *l. 14. ibi* gloss. ac. Dd. communiter *ff. de servit.* Adversarii etiam inrequisita patientia, qua de tamen, *infra* specialim tractatur.

883 Ratio autem fundamentalis hujus † decisionis, ea est, quod Jura incorporalia discontinuam (ut Doctores in terminis servitutum discontinuarum uno ore omnes sentiunt, ac docent) causam habentia non nisi tempore cujus initia per oblivionem sublata sunt præscribantur, ut tradunt gloss. & Dd. *in l. servitutes. super verb. certam. de servitut. tit. gener.* & gloss. fin. *in l. fin. C. de præscript. longiss. temp. & l. hoc Jure. §. ductus aqua, ff. de aq. quotid. & æst.* Ubi ductus aquæ ad cujus usum requiritur factum hominis, videlicet, ut de quodam fonte extrahatur aqua & immittatur in aliquem rivum tantum tempus requirit, Georg. de Eccles. *inter consil. feud. conf. 60. n. 10.*

Ratio decisionis fundamentalis.

Cum enim natura impossibile sit, omnibus momentis ire, agere, pascere pecora & similia facere, quia homo non potest esse in perpetuo motu, ideo ad earum præscriptionem requiritur regulariter tempus, de cujus initio non extat memoria, facit præter textus *supra* allegat. *l. 1. §. penult. ibi* vetustas, vicem legis obtinet, *& l. 2. in princ. verb. vetustas*, juncto *§. plane de aq. pluv. arc.* Cœpolla *in tract. de servit. rustic. præd. cap. 9. de servit. Jur. pascend. num. 24.* Paris. *conf. 212. n. 39. & sequent. lib. 1.* Ruin. *conf. 118. numer. 1. & conf. 119. num. 11. lib. 4.* Natta. *conf. 431 num. 8. lib. 2.* Balb. *de præscr. in 2. part. 4. part. princip. quæst. 1. n. 2.* Abb. & alii *in ca. de quarta de præscript.* Vasq. *illustr. controvers. cap. 86. n. 6.* Coler. *ad d. cap. de quarta, n. 56. de præscript.* Didac Covarruv. *variar. resolut. lib. 1. cap. 17. n. 11.* & alii quos pro communi refert Bursat. *conf. 156. n. 30. lib. 2.*

884 Cæterum Jus protectionis habere † causam interpolatam ex eo patet, quod nemo perpetuo & continuo pugnare & arma cum hostibus conferre possit & impossibile sit, Advocatum vel ejus milites in perpetuo motu esse, tuendi ac defendendi clientes, argum. *d. l. servitutes, 14.* ubi gloss. & Dd. notant *de servitut. & in l. 2. C. de servitut. & aq. duct.* Cujac. *ad l. 4. de usucap.* & post eum Wesenbec. *in paratit. de servitut.* Ergo tale Jus non nisi tempore immemoriali præscribitur.

885 Nec obstat, quod Jus † Codicis tanquam posterius omnium Jurium & actionum vitam regulariter concluserit triginta vel quadraginta annorum metis, *l. sicut 3. in princip. ibi.* res vel Jus, *in verb. qualicunque actione & l. omnes 4. ibi* nullum Jus privatum vel publicum. *Cod. de præscript. triginta annor.*

Occurritur objectioni.

886 Quia respondetur, † quod per illud Jus Codicis non sit correctum Jus Digestorum, ideoque præscriptio triginta annorum ad acquisitionem servitutis vel Juris discontinui non sufficiat, sed exigatur quasi possessio tanti temporis, de cujus initio memoria non extat, per illam regulam, quod ubicunque reperitur casus, de 887 quo per legem † est specialiter provisum, quod nulla præscriptio currat, ibi non sufficiat cursus triginta vel quadraginta annorum, sed tempus immemoriale vel centum annorum requiratur. Hanc regulam tradit Angel. de Perus. *in l. omnes 4. num. 6 ibi*: do tibi regulam. *Cod. de præscription. triginta annor.* Quod autem Jura discontinua aliter sint imprascriptibilia, habetur ex textu juncta gloss. *l. servitutes. 3. de servitut. tit. gen. & l. foramen, 28. de servitut. urban. præd.* Ideoque debeat tunc præscribens probare possessionem tanti temporis, de cujus initio non habetur memoria inter homines, estque communis conclusio omnium Dd. *in l. 2. C. de servit. & aq.*

888 Præterea † confirmatur hæc decisio à simili, quod scilicet pari modo Regalia, quæ similiter, uti Advocatiæ, Jura incorporalia sunt, non nisi tempore immemoriali præscribantur, ceu communissima est sententia, eaque variarum curiarum decisionibus, & quidem etiam in camera Imperiali, non semel est approbata, quin & hanc immemorialem præscriptionem non solum in regalibus minoribus, sed & majoribus & Principi in signum supremæ potestatis reservatis locum habere, tenent Sichard. *ad tit. C. novo vectig. instit. non poss. numer. 5. & 6.* Zas. *conf. 16 numer. 12. vol. 2.* Henning. Goden. *consil. 3. numer. 24.* Balb. *de præscrip. 2. part. 5. part. princ. quæst. 3. num. 3.* eamque communem asserit Bursat. *consil. 142. numer. 19. & 61.* Schneidew. *§. summa divisio. num. 66.* & compluribus adductis. Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 16. num. 3.* Vultejus *de feud. lib. 1. c. 9. num. 21.* Sixtin. *de regalib. lib. 1 c. 5. n. 144.*

Altera decidendi Ratio à similitudine Regalium.

889 Sic etiam † Jus patronatus Ecclesiasticum, quod Juri protectionis maxime affine est, non nisi suffragio temporis, cujus origo se ultra hominum memoriam exerit, præscribi, tradunt Panorm. *consil. 105. col. 2.* quia jus commune resistit, & ideo requiritur titulus vel tempus, cujus initii non extat memoria, *cap. 1. de præscript. in 6.* item firmat Alexand. *consil. 75. col. 3. in princ. vol. 4.* Felin. *in cap. causam. col. 3.*

Ratio decidendi III. à similitudine Iuris Patronatus Ecclesiastici.

Hanc denique sententiam, † quod ad Jus protegendi præscri-

Ultima decidendi ratio ab authoritate. præscribendum, regulariter tempus, cujus primordia vetustas obscuritate sua obruit, requiratur, speciatim in terminis approbat Thom. Maulius *tract. de homag. tit.* 11. *num.* 3. hisce verbis: *Et quoniam*, inquit, *jus protegendi sine facto hominis exerceri non potest, consequens est, esse, quasi servitutem discontinuam, ideoque non præscribi, nisi tanto tempore, cujus initii memoria non extat*, allegans *dict. l. servitutes, l.* 14. *ff. de servitut.* & *ibi* gloss. ordin. Bart. Castrens. & communiter Dd. Ex tanto enim tempore præsumitur concessio, sive consensus domini subditorum, per ea, quæ tradit Castrens. & Dd. communiter *in d. l. servitutes. l.* 4. *ff. de servit.* & Paul. de Castro *in l. justo. §. non mutat. ff. de usucap.*

Imo † tempus, aut possessio per tempus, cujus initii non extat memoria, habet vim constituti & privilegii, & sic est loco tituli, prout per §. *ductus aquæ, l. hoc jure. ff. de serv. & aq.* tradunt communiter Doctores.

891 Sic eadem ratione † venationes, quia sine facto hominis exerceri non possunt, non, nisi tempore hominum memoriam excedente præscribi, tradidere Dd. *in l.* 1. *§. fin ff. de aq. pluv. arc.* & glossa *ibid. in verb. quamdiu* Zas. *cons.* 6. *n* 2. *lib.* 2. Gail. *lib.* 2. *obs.* 66. *num.* 7. Mynl. *cent.* 4 *obs.* 53. Georg. Mor. *de jure venand. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 13.

892 *Confirmatur insuper à similitudine juris venandi.* Eandem etiam opinionem, quod Jus Advocatitium non nisi tempore, cujus primordia ignorantur, præscribatur, in terminis juris clientelaris tenuit ac consulendo decidit, D. Wilhelmus de Werdena Decretorum Doctor & Professor olim Ingolstad. *in consilio* quodam ad petitionem Nobilium ac providorum Dd. Consulis & Senatorum Imperialis Civitatis Hallensis, in caussa amissæ Protectionis super Monasterio Chombergensi conscripto, per text. *in c. generali* 13 *de elect. in* 6. *& c. in quibusdam, extr. de pœnis*, & notata *in c.* 2. *extr. de Judiciis.*

893 *Limitatio decisionis.* Limitatur autem hæc decisio, qua dictum est, Jus protegendi † quasi servitutem discontinuam non præscribi, nisi tempore immemoriali, ut vera sit, quando præscribens non habet titulum ab aliquo tertio. Nam si habeat titulum ab aliquo tertio, potest præscribere tempore legitimo & ordinario decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, etiam nulla interveniente scientia & patientia adversarii, contra quem præscribitur, *l. ultim. vers. fin. C. de præscript. long. temp. l. si ego. §.* 1. *ff. de Publician.* Paul. de Castro *in l. servitut.* 4. *ff. de servitut.* Cœpoll. *in tract. de servit. lib.* 1. *cap.* 19. *vers. tertius casus.* Francisc. Balb. *in tract. præscriptionum in* 2. *part.* 4. *part. princip.* 1. *quæst. vers. secundo fallit.* Felin. *in d. cap. de quarta, de præscript. penult. col. in fin.* Et in terminis Maull. *tract. de homag. d. tit.* 11. *num.* 4. D. Hepingk *de jure protect. concl.* 23. *lit. D.* ubi præcitatos allegat.

894 *Confirmatio à simili.* Ita etiam in similibus † Juris patronatus Ecclesiastici terminis asserunt Dd. ad præscribendum illud spacium decem annorum sufficere, modo suffragentur illa, quæ in longi temporis præscriptione requiruntur, argum. *l. final. C. de præscript. long. temp.* ita Joan. Andr. & Geminian. *in c.* 1. *de Jur. patronat.* Roch. de Curte, *in tract. Jur. patronat. in verb. ipse velis, quæst.* 36. *nu.* 86. Florian. *in l. servitutis, rusticor. prædior ff. de servitut.* Goffredus *in suis quæstionibus, cap.* 18. Petr. de Bella Pert. relatus à Baldo *in l.* 2. *de servitut. & aq. numer.* 10.

895 *Alia limitatio.* Sic etiam in casu universalis † venditionis, quando Civitas vel provincia aliqua, cui jus Advocatiæ inhæsit, venditione in alium fuisset translata, ita tamen, ut usucapionis adminiculo adhuc egeret, tunc etiam decem annorum curriculo, Jus protectionis in persona emptoris coalescere, probatur arg. text. *in l.* 10. *§. primo. ff. de usucap. & usurpatione*, & tradit in simili doctiss. Dn. Petr. Gilkenius *de usucap. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 16.

896 *Ratio limitationis.* Bonis enim † quibuscunque, ex præscriptione partis, quibus cohæret Jus Advocatiæ, censetur & ipsa Advocatia in eundem translata, per notata Felin. *in cap. causam, de præscription. num.* 8. ubi hanc sententiam communem dicit argum. text. *in l. si aliena.* 10. *§.* 1. *ff. de usurpat. & usucap.* item, *l. si mercedem, ff. de act. empt. & vendit. l. in modicis, ff. de contrahend. empt. l. quædam ff. de acquir. rer. domin. cap. ex literis, extr. de Jur. patron.*

897 *Confirmatio à simili.* Et ita in simili, quod † scilicet acquisita universitate, cui cohæret Jus patronatus, acquiratur etiam ipsum jus patronatus, communiter statuunt Dd. Joan. Andr. *in d. c. ex literis. col.* 2. *ibique* Abb. *de Jure patron.* Hostiens. *in summa, §. qualiter in fin. eod. titul.* Bart. *in l. hanc legem ff. de contrahend. empt. & l. Aufidius. ff. de privileg. credi.* ubi præsupponit, quod vendita universitate, transeat Jus patronatus. Idem approbat Felin. *in cap. cum Bertoldus, in fine de re judic.* quos pluribus congestis refert & sequitur Rochus de Curte *in tract. Jur. patronat. verb. ipse velis, quæst. penult. num.* 89.

898 *Ad præscribendam Advocatiam quæ requirantur.* *Porro ad requisita † quod attinet, quibus Advocatiam præscribens munitus esse debet, cum eorum multa sint*, ut præclare multis capitibus docet Dn. Gilken. *in tract. suo de usucap. ideo in præsenti Juris clientelaris præscriptione de singulis videndum est.*

899 *Requisitum I.* Primum autem † requiritur animus possessionem acquirentis, per text. *in l. final. ff. quemodo servit. acquirat.* cum possessione vel quasi per quadraginta annos continuata, plena, hoc est, naturali & civili, Bald. *l. mater. in princip. & in authen. defuncto. quæst.* 2. *C. ad Senatusconsult. Tertyll.* aut saltem civili, Villalob. *in commun. opin. verb. possessio, num.* 160. Wesenbecius *consil.* 5. *numer.* 10. *lib.* 1. Nam hæc ad † usucapio-900 nem sufficit absque naturali per notata Dyni, *in regula* 2. *sine possess. de regul. jur. in* 6. *numer.* 19 & *ibidem* Boer. *in addition.* ubi multos idem probantes designat. Bartol. *l.* 3. *§. ex contrario. num.* 3. Angel. *ibidem, num.* 4. Alexand. *num.* 9. Imol. *num.* 14. Castrens. *num.* 2. & 9. Socin. *num.* 5. Jason. *num.* 32. & *ibid.* gloss. magna. Guid. Papæ *quæst.* 356 *num.* 1. Alciat. *l.* 1. *ff. de acquir. vel amitt. possess. num.* 38. post Aretin. & alios ab eod. allegatos Didac. Covarruv. *in relect.* 2. *cap. possessor, de reg. jur. n.* 6. *initio, num.* 7. Bald. *l.* 1. *Cod. pro donato, num.* 2. Ferd. Vasquius *illustr. controvers. cap* 56. *num.* 5. *lib.* 2. Fransc. Balb. *de præscript.* 2. *part.* 3. *part principal. c. final.* hæc autem sine illa non item, Bart. *l.* 1. *in princ. nu.* 8. & *ibid.* Socin. Jun. late *num.* 264. 293. & 318. *de acquir poss.* per *l. acquiritur, §. ult. ff de acquir. dom.* Jason. *d. l.* 3. *§. ex contrario, num* 25. *ff. de acquir poss.* Didac. Covarruv. *d. ca. possessor in princ.* Paris. *consil.* 113. *num.* 26. *vol.* 1. ideoque non inchoatur † à possidente naturaliter 901 usucapio, quandiu alter civilem possessionem retinet. gloss. Bart. & Dd. *l. clam possidere §. qui ad nundinas. & d. l.* 3. *§. qui ex contrario. ff de acquir. poss. gloss. l.* 1. *verb. præscriptionem*, ubi Jason *num.* 46. *Cod. de serv. fug.* dicens, se credere, quod non sit magis utile verbum, in materia præscriptionis, quam istud, Felin. *num.* 6. & 7. post Panormitan. *in cap. vigilanti, de præscript.* Dyn. *in d. c. sine possessione, de reg. jur. in* 6. late Didac. Covarr. *d. c. possessor. in princ. nu.* 7.

902 *II. Requisitum.* Secundo requiritur ad † præscribendam Advocatiam, ut defensionem exhibens, id eo animo ac intentione faciat, quod velit exercere Jus suum, non autem tanquam alienum, vel ex gratia concessum: Quamvis enim, *ut alibi ostensum est*, ex officio & amicitia

çitia patrocinium suam trahat originem, ut scribit Arum. *Jur. publ. discurs.* 28. *Thes.* 60. familiaritatis tamen & amicitiæ causa defensione facta, Advocatiam non acquiri tradit Meichsner. *decis.* 41. *lib.* 1. *p.* 591. Et generatim etiam in hunc sensum responsum est à Paulo *in l. ultim. ff. quemadmod. servit. amitt.* & *in l. qui Jure ff. de acquir. possess.* In eandem sententiam respondisse videtur Ulpian. *in l.* 1. §. *Aristo. ibi.* qui putat suo jure. *ff. de aqua quotid. & æsti.* Et hoc idem comprobaverunt Felin. *in cap. de quarta post num.* 40. *vers. limita, etiam de præscript.* Alex. *cons.* 50. *col.* 2. *num.* 80. *vol.* 3. Castrens. *in l. servitutes prædior. col.* 2 *post nu.* 9. *vers. primo ff. servit. tit. general.* Cœpoll. *in tract. de servit. urban. præd ca.* 26. *n.* 1.

903 Nam si quis etiam † extraneus non tanquam Jure suo, sed familiaritatis aut amicitiæ aliave causa defensionem præstet, tunc nunquam præscribit Advocatiam, ut post Abb. *in cap. ad translationem de offic. deleg.* generatim consuluerunt, Paris. *cons.* 27. *num.* 110. *lib.* 1. Hier. Gabr. *cons.* 145. *num.* 4. 7. & *seq. lib.* 1. Cravett. *consil.* 197. *num.* 13. *lib.* 1. Natta. *consil.* 23. *per tot. lib.* 1. Honded. *cons.* 79. *num.* 50. *part.* 5. *vol.* 1. etiamsi constaret de usu tanti temporis, cujus initii memoria in contrarium non existeret, secundum Felin. Castrens. & Cœpoll. & alios *locis citatis*, clare per Balb. *in tract. præscript. in* 2. *part.* 4. *part. princip. quæst.* 1. *numer.* 9. *vers. secundo ad præscriptionem*, & dicit Paris. *in dict. consil.* 27. *numer.* 56. & 110. & *sequent.* quod eo casu nec mille annis præscriberetur.

Ex hujusmodi enim actibus † ne quidem possessio quæritur, Honded. *consil.* 65. *num.* 57. & *seq. vol.* 1. Et ea quæ ex civilitate & urbanitate, quantocunque tempore fiunt, neque in petitorio neque in possessorio, Juri publico, privatove præjudicant, uti formaliter scribit Molin. *in consuet. Paris.* §. 1. *gloss.* 4. *num.* 14. adeo ut in dubio † potius familiaritatis Jure quid toleratum, quam Juri competenti renuntiatum esse præsumatur. Cravett. *consil.* 747. *num.* 18. (excepta Jurisdictione, quæ non familiaritatis & amicitiæ, sed proprio & superioritatis Jure exerceri præsumitur, ad not. Bald. *in cap.* 37. *num.* 12. *de Testib.* Balb. *in l.* 27. *num.* 4. *de usucap.* Alex. *cons.* 51. *vol.* 1. Dec. *cons.* 56. *num.* 30.) præsertim si alius ostendi non possit Titulus. Menoch. 2. *arbit. jud. quæst. cas.* 160. *n.* 20. Surd. *cons.* 94. *n.* 36.

Si quis autem Titulum quamvis mutilum habeat, proprio & non familiaritatis Jure possidere dicitur, Curt. Iun. *cons.* 168. *num.* 33. & Masc. *de probat. concl.* 1197. *num.*.. & *seq.*

Duo autem † potissimum ut familiaritatis Jure quis possidere dicatur, requiruntur. Primum ut de dominio alterius constet. Secundo quod Dominus sit amicus vel consanguineus per *l.* 41. *ibique* Bart. & Paul. de Castr. *de A. vel. A. P.*

904 *Ad præscribendam Advocatiam utrum unum defensionis actus sufficiat vel plures requirantur. Affirmativa Decisio.*

Sed hic † quæritur, *de actuum facta defensionis frequentia, & num unus sufficiat, vel plures requirantur?*

Et unum † sufficere existimamus, ad quærendam quasi possessionem Advocatiæ, modo concurrant alia requisita, de quibus paulo post dicemus: sic docent Bart. *in l.* 1. §. *hoc interdicto. col.* 2. *sub num.* 9. *ff. de itin. actuque privat.* Cœpoll. *d. c.* 20. *post num.* 7. *vers. sed in affirmativis*, Roman. *in consil.* 311. *num.* 7. ubi dicit, per unicam solutionem pensionis acquiri quasi possessionem Juris exigendi, Alexand. *consil.* 74. *vol.* 4. *num.* 16.

905 *Decisio pro uno actu. I. Ratio decidendi ab auctoritatibus.*

Et ad hoc quoque servit text. *in l.* 1. §. *quæsitum, ff. de aq. quotid. & æstiv.* ubi ICtus concludit, † ad probandum quasi possessionem servitutis ducendi aquam per fundum alterius, satis esse, probare, quem semel fuisse usum, ad idem est *c. cum de beneficio de preben. in* 6.

Et hanc † traditionem suffulcit, quod in simili, ad præscribendum feudum sufficiat, vasallum semel præstitisse servitium, & exinde ad id requisitum tempus elapsum fuisse, uti in individuo scripsere I-

906 907 *II. Ratio decidendi à similitudine.*

sern. *in* §. *si quis per triginta annos. num.* 1. Alvarot. *ibid. num.* 2. Præpos. *num.* 1. Laudens. *num.* 1. Affl. &. *num.* 1. *in princ.* Schenck. *num.* 6. *si de feud. defunct.* Carol. Molin. *consuet. Parisiens.* §. 37. *num.* 9. Joann. Borcholt. *de feud. cap.* 7. *part.* 3. *num.* 7. Obrecht. *disput. de præscrips. thes.* 111. & *seq.* Hanneton. *lib.* 2. *de jur. feudor. cap.* 1. Mynsing. *obs.* 29. *num.* 2. *cent.* 4. Zas. *de feud. part.* 6. *num.* 30. Schneidew. *part.* 4. *num.* 51. Cum per † actum unicum possessio acquiri soleat, *cap. cum Ecclesia Sutrina. extr. de caus. possess. & propriet.* & *ibi gloss. V. trium Episcoporum*, & *gloss. cap. cum olim. eod. tit.* quæ posterior quidem loquitur de bino actu, sed de unico quoque testantur Canonistæ, *in cap. cum de beneficio, de prabend. lib.* 6. & *cap. consultationibus, extr de Jur. patron.* quod in simili tradit Corn. *consil.* 47. *col.* 1. *vers. his tamen non obstantibus, vol.* 3. Dec. *consil.* 117. *column.* 2. & *consil.* 124. *num.* 1. & *consil.* 215. *sub num.* 15. Gravett. *consil.* 124. *num.* 9. & *consil.* 322. *num.* 4. *vers.* 7. *principaliter*, ubi utrobique multos ad hoc citat, & hoc latius, præsertim † in materia jurisdictionis, quod unico actu ejus possessio acquiratur, tractat Sebast. Stelbag. *in cons.* 1 *de jure braxandi cerevisiam* & *desuper orta controversia, num.* 3. & *sequentibus*, alias autem ad probandum, possessionem acquiri unico actu, allegari solent text. *l.* 1. & 3. §. *in amittenda*, & §. *quod si sum*, & *in l. clam. possidere.* §. *qui ad nundinas. ff. de acquir. possess.* & tex. juncto not. Dd. maxime Innocent. *in cap. querelam. extr. de elect.* & Anton. de Butr. *in cap. fin. dict. tit. de caus. poss.* & *propriet. in* 1. & 27. *col. vers. in usu.* Joann. Borch. *cons.* 9. *col.* 10. ubi testatur esse hanc receptissimam juris sententiam. *vol.* 1.

908

909

910 *Ratio decidendi III. à similitudine Juris patronatus Laicalis.*

Sic etiam constat, † aliquem ex uno actu præsentationis suum effectum sortito possessionem Juris patronatus nancisci, *c. consultationibus*, & *d. ca. ex literis de Jure patron.* facit *d. cum Ecclesia, d. causa poss.* & *propriet.* Decius *l. si emancipati. C. de collat.* Roman. *consil.* 310. *num.* 7. Abbas *cons.* 54. *col.* 2. *lib.* 1. Corne. *consil.* 47. *num.* 4. *lib.* 3. Joann. Cephal. *cons.* 680. *num.* 20. Frid. de Sen. *cons.* 334. *super primo puncto. in dub.* 2. Oldrad. *cons.* 301. *in fin.* Put. *decis.* 190. *lib.* 1. Lambertin. *de Jure patronat. articul. sexto, quæstione decima, princip. part.* 2. *lib.* 2 Bursat. *consil.* 334. *num.* 3. Roland. *consil.* 47. *num.* 26. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 50. *in princip. vol.* 5. Joseph Mascard. *conclus.* 918. *num.* 6. Menoch. *cons.* 402. *num.* 12.

Cum igitur † Jus patronatus Ecclesiasticum, affine sit Advocatiæ, quo ad actuum frequentiam, idem de illo statuendum esse videtur, quemadmodum hoc ipsum de unico actu defensionis in terminis consulendo placuit Matt. Wesenb. *cons.* 48. *n.* 20. ubi etiam subjungit, quod in dubio præsumatur talis actus non esse gratiose permissus, sed Jure suo, servitutis videlicet, & confirmandi Juris sui causa perpetratus, per ea, quæ tradit Curt. *in re cap. final. in* 7. *requisito, sect.* 4. *num.* 36. *extr. de consuet.*

Cæterum Advocatiæ quasi † possessio non solum acquiritur, sed per unius actus defensivum exercitium retinetur etiam, arg. eorum quæ post plurimas adductas auctoritates de tota jurisdictione consulendo scripsit Flam. de Rub. *cons.* 32. *n.* 25. *vol.* 1. cum per usum partis jus in toto retineatur, Crave. *cons.* 124. *n.* 15. & qui in possessione † partis est, in totius possessionis esse, atque hinc una re præbendali apprehensa, tota præbenda apprehensa esse intelligatur, Rot. Rom. *decis.* 277. *in noviss. n.* 1. quamvis Dn. Menoch. *arb. jud. quæst. lib.* 2. *cas.* 160. *nu.* 4.

num.4.& Matth. de Afflict. decis. 67. nu.1. † numerum actuum ad q. possessionem Jurium requisitorum, judicis arbitrio committendum esse censeant; Sed prædicta unius actus sufficientis opinio communiter recepta est, ab eaque non recedendum arbitramur. Necesse tamen est, ut ejusmodi † actus defensionis non sit æquivocus, sed simplex & clarus, Cacher, consil. 1. num.105. Joan. Vincent. de Anna. sing. 3. neque etiam contradictionem & resistentiam antiquioris habeat possessoris. Talis enim non juridice possessorius, sed mere turbativus & violentus est, ideoque nec per allegationem prætensi alicujus tituli justificari potest, Dn. Menoch. poss. remed. 1. n.201. Violentos autem actus ad acquirendam q. possessionem non prodesse, in materia Jurisdictionis, notavit Ceph. cons. 441. nu.36. Idemque in actibus meticulosis, jussu alicujus potentis factis obtinere ostendit Bursat. cons. 360. num. 81. & seq. lib. 4. ubi actus tales consuetudinem non inducere scribit; Et contributionem per metum factam in futurum non præjudicare respondit Ceph. consil. 154. num.18. & seq. neque coactam collectarum solutionem ab exempto & immuni factam, privilegio ejus derogare vel præjudicare, ex l. 4. pr. de muner. & honor. firmat Menoch. 6. præsumpt. 41. num. 14. Atque hinc si Princeps aliquis Civitatem liberam vi occupet, & cives juramentum subjectionis † aut fidelitatis injuste sibi præstare cogit, (quemadmodum Anno 1622. ab Ernesto Mansfeldico Civitatem Hagenoensem, vi occupante, & civibus victis Friderico Comiti Palatino jurantibus, factum est:) Juramentum hoc eos non ligabit, cum Jurisdictio voluntarie transferri debeat, Princeps autem talis, ut Tyrannus procedat, cum quo acta ob potentiæ formidinem metu facta præsumuntur, adeoque ipso Jure nulla sunt, juxta doctrinam Bald. in l. nec si voles. C. de lib. caus. & nominatim in l. 2. num.50. & seq. C. de servit. & aq. Decian. pract. crim. lib.6. cap.11. num.42. Paris. cons.1. num. 57. vol.1. Brun. consil.20. num.21. Arism. Tepat. compend. decis. tit. 240. c.9. Jacob. de S Georg. de feud. §. dictique vasalli. n.13. Gail. obs.54. n. 8. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. nu. 358. relat per D. Hepingk dissert. de Jur. protect. concl. 14. lit. A.

912 Tertio loco occurrit † titulus, quem quidem in usucapienda Advocatia necessarium esse non putamus, quia definiti Juris est, regulariter in præscriptione † triginta vel quadraginta annorum, nullum titulum requiri, quod nedum Jure civili obtinere, l. sicut l. omnes. l. cum notissimi. l. si quis emptionis, §. 1. & l. fin. C. de præscript. triginta vel quadraginta annor. l. 1. C. de annali except. ubi Bartol. Bald. Castrens. Alberic. Salycet. Fulgos. & alii Jas. l. Pomponius §. cum quis. num. 22. ff. de acquir. possess. sed etiam Jure Canonico procedere, 913 cap. de quarta, cap. ad aures, cap. illud. de præscript. ca. Cumana, de elect. d. ca. cum Ecclesia Sutrina. de caus. possess. & propriet. scriptum reliquerunt, in ca. si diligenti, Anton. de Butr. in princip. Abb. ibid num.34. Felin. num. 7. Imol. vers. in præscriptione autem longissimi. Hostiens. & Innocent. ca. pervenit. de empt. & vend. ibique Abb. num. 3. Alex. consil. 48. num.7. vol.5. & consil.338. numero 2. consil. 46. num. 13. vol. 6. & cons.159. num. 8. vol. 3. Roman. cons.166. col. 2. circa fin. Matth. Wesenbecius consil. 2. numero 91. in fin. lib. 1. Didac. Covarruv. variar. resolut. lib.1 cap. 17. num. 7. Vasquius illustr. quæst. lib. 2. ca.89. Gilken. de præscript. part. 2. membr. 1. cap 9. num. 3.

In præscribendo Iure Advocatiæ an requiratur titulus. Decisio Negativa. Probatur decisio Authoritate.

914 Ratio est, † quod ex longissima possessione non solum præsumatur justus titulus præcessisse, asserente Bert. in l. litibus, num.3. C. de agric. & censit. lib. 11. Castrens. l. si aquam, num. 1. & 2. Cod. de servit. Alexand. cons. 238. num. 2. & cons. 46. num.13. vol 6. Cœpoll. de serv. urb. præd. c.20. num.5. & 6. Balb. de præscript. 2. par. 4. part. princip. quæst. 2. num. 7. qui addit, communiter sic teneri. Sed eo † ipso etiam titulus probetur, 915 eo, quod ipsa præscriptio pro titulo sit, cap. de quarta. de præscript. c.1. eod. tit. in 6. ut qui titulum allegat, † & 916 præscriptionem probat, satis titulum probasse intelligatur, Paris. cons.25. nu.18. vol.4. & cons.32. n.5. vol.2. Wesenbec. cons 2. nu. 92. lib.1.

Ratio decisionis.

Quod potissimum verum † est in præscriptione 917 quadraginta annorum, quæ indistincte absque titulo currit etiam contra Ecclesiam, d. cap. de quarta, ubi omnes Dd. de præscript. & in Auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. late Francisc. Balb. 2. part. 3. part. princ. quæst. 6. num. 9. per l si quis emptionis, in princip. & §.1. C. de præscript. triginta annorum. Et tantum de requisito Tituli.

Ulterius quæritur de bona fide, † An ea in præscribendo Iure patronali necessaria sit? 918

919 Et eam non esse necessariam, † colligi videtur ex textu in d. l si quis emptionis, 8. in princ. §. 1. C. de præscript. trigint. annor. qui text. etiam Jure Canonico approbatus est, in cap. placuit, 2. §. præscription. vers. quod si cum mala fide 16. quæst. 3. ubi habetur, quod † præscriptio triginta annorum etiam cum mala fide procedens, quantumvis non attribuat præscribenti dominium, tamen prodat exceptionem possessori, qua mediante possit se tueri adversus quemlibet petentem. 920

Utrum in præscr. bene de Advocatia opus sit bona fide. Negativa. I. Ratio dubitandi pro Negativa.

921 Secundo, Juris receptissimi est, † quod longissimi temporis præscriptionem lex efficiat & operetur, l.1 ff. de usurpat. l. 1. & tot. tit. C. de præscriptionibus triginta annor. quodcunque autem † legis authoritate fit, 922 id omne æquum & justum est, non tantum, si perquam purum est, l. prospexit, ff. qui & à quib. manumiss. lib. sed & si inique factum sit, l. penultim. ff. de just. & jur. & qui legis † beneficio innitur, neque decipit, neque 923 decipitur, l. nihil consensui. §. 1. ff. de reg. jur. l. 1. C. de his qui veniam ætat. impetrar. neque etiam pœnam meretur, l. Gracchus, C. ad leg. Jul. de adulter. denique extra malam fidem est, l. qui auctore ff. de reg. jur. l. juste. ff. de acquir. possess. Innocent in ca. cura, circa fin. de Jur. patronat. Joannes de Imol. in l sequitur, § si viam, num.20. & 21. ff. de usurpat. cæterique ibid. & CC. in ca. fin. extra de præscriptionib.

II. Ratio dubitandi.

Quæ ratio nostris interpretibus valde fortis videtur, ex eo, quod actiones sint † de Jure civili positi- 924 vo, l.2. §. demum, de orig. jur. ideoque eodem Jure civili recte constringantur, & certis limitibus concludantur, l. nihil ff. de regul. jur. Joan. Bologner. in l. nemo potest, n.241. ff. de legat. 1.

Tertio non abhorret ab hac ipsa † sententia, quod 925 utriusque Iuris Interpretum unanimi suffragio probatum est, malam fidem 30. annis purgari, & in bonam fidem transmutari, Bald. in l. fin. circa fin. C. unde vi. ibique num.17. Paul. Castrens. cons.165. num.3. in fin. part.1. Alexand. cons 6. num.1. lib 1. & cons 151 num.7. lib. 2. Philip. Corneus cons 96. num.8. vol.4. Iason cons.57. num.5. cons 72. num.2. vol.1. cons.209. num.1. vol. 2. & in §. sed ista. num.100. Instit. de actionib. Decius cons. 267. num. 5. Affl ict. decis. 40. num 12. Nicol. Boer. decis.39. num.7. Curt. Iun. cons.52. num.11. Covarruv. in ca. possessor. in 2 part. relect. § 8. num 3. Ioannes Longovallius, in l. Imperium, num.270. ff. de jurisdict. late Vasq. controv. illustr. libr.2. cap. 81. num.2. Bernard. Bombin. cons. 77. numer. 2. quæ ratio apud nonnullos tanti ponderis ac momenti est, ut secundum eam Ius Canonicum, quod ob malam fidem præscriptionem actionum impedit, tam à Canonistis quam Legistis temperari soleat, ut scilicet talis mala fides allegari possit, duntaxat usque ad 30. annos & non ulterius:

III. Ratio dubitandi.

Eo quod elapso tam longo temporis cursu, lex præsumat in bonam partem, id est, quod supervenerit aliquid, propter quod habuerit debitor justam causam non solvendi, seu verius aliquid, propter quod debuerit creditor non amplius petere ejusmodi creditum, ut eleganter notat Jacobus Mandell. *consil.* 28. *numer.* 2. Idque generaliter procedere, tam in personalibus quam in realibus seu corporalibus, tradunt Abb. *consil.* 89. *col.* 3. *vers. & debet hoc casu præsumi dictos nobiles. vol.* 1. *& consil.* 102. *col.* 1. *in fin. eod. vol.* Aretin. *consil.* 63. *col. pen. vers. modo posito quod Dominus.* Alex. *cons.* 151. *col. fin. vers. non omitto etiam vol.* 2.

926 *IV. Ratio dubitandi.* Quarto concedunt † quoque Jura, quod is, qui se actione personali teneri scit, pro malæ fidei possessore non possit, neque debeat haberi, Bart. *in l.* 4. *§ si viam, nu.* 2. *ff. de usurpation.* & alibi *passim.* Bald. *in l. si duobus, § fin. num.* 8. *C. communia de legat.* cum animum sic comparatum habeat, ut compellatus quandocunque solvere, quod debet, haud detrectet, Corn. *cons.* 176. *n.* 1. *& seq. vol.* 1. *& cons.* 206. *n.* 7. *vol.* 2.

927 *V. Ratio dubitandi.* Quinto defendi † hæc ipsa assertio ex eo posse videtur, quod in actionum personalium præscriptione, lex negligentiam creditorum coerceat, & velut pœnam desidibus infligat, *l.* 2. *in princip. & l.* 3. *circa fin. verb. desides C. de præscrip.* 30. *annor.* ideoque præscribenti non tam præscriptione à se completa, quam legali pœna ex diuturnitate temporis subveniri videatur. Bald. *in c.* 1. *§. si quis per triginta nu.* 9. *in fin. si de feud. fuer. controvers. inter dom. &c.* Salycet. *in l. mora, nu.* 3. *C. de rei vendicat. & in l. ult. nu.* 24. *C. de edict. Div. Adrian. toll.* Wesenbec. *cons.* 5. *num.* 31. *& cons.* 8. *nu.* 15. *part.* 1. proinde circa præscriptionis hujus justitiam, non personam usucaptoris, sed ejus, qui præscribi passus est, negligentiam, & ejus negligentiæ pœnam juste considerari volunt, late Wesen. *d. loc.* & hæc eo casu magis procedunt, quo major negligentia & cessatio, puta quadraginta vel plurium annorum lapsus & silentium intervenit, August. Berous *cons.* 81. *num.* 9. *vol.* 3.

928 *VI. Ratio dubitandi.* Sexto, † authoritatem huic pronunciato porrigere videtur, quod actio injuriarum similesve pœnales tempore legibus constituto intereant, quamvis is, qui illis obligatus est, teneri & debere se sciat, *l. si non convitii, ibi.* Interpretes, *C. de injuriis, c. fraternitatis,* 12. *quæst.* 2. Anton. de Butr. *in c. fin. nu.* 8. *& seq. de præscrip.* Imol. *ibid.* aliique: Romanus *in l. sequitur, §. si viam nu.* 20. Mathesilan. *singul.* 12. Abb. *in d. c. fin. nu.* 13. *&* 21. Felin. *ibid. nu.* 1. Joan. Crott. *in l. nemo potest, n.* 79. *ff. de legat.* 1. Caccialup. *in l. omnes populi, nu* 65. *ff. de Just. & Jur.* Balb. *tract. præscrip. in* 3. *part. principal. part.* 2. *quæst.* 13. *nu.* 7. Corne. *cons.* 119. *num.* 24. *&* 25. *vol.* 2. Boer. *singul.* 19. *verb. præscriptio.* Gabriel. *lib.* 5 *de præscription. conclus.* 3. *n.* 7. *& seq.* quapropter cum actiones illæ ex minoris temporis lapsu, non obstante mala fide, intereant, utique actiones reliquæ ex majoris temporis cursu, mala fide non impediente, evanescent. Wesenbec. *d. cons.* 5. *n.* 31. *& d. cons.* 8. *n.* 15.

929 *VII. Ratio dubitandi.* Septimo denique † hujus enunciationis partes implere videntur multæ ICtorum authoritates. Nam actionum personalium præscriptionem Jure Canonico non impediri, sentiunt eximii Juris civilis interpretes & inter eos præcipui nominis ICtus Bartol. ubique *l. sequitur, §. si viam, n.* 2. *ff. de usurpat. & in l. fin. ff. quemadmodum servit. amittat. & l. hac autem jura, n.* 2. *ff. de servit. urban. prad. & in l. ait prætor. §. si plane, n.* 3. *quib. ex caus. major. in integr. restituant.* quam etiam Doctores solennes Florentiæ pro Evangelio tenuisse refert Castrens. *in d. §. si viam, n.* 6. eandem probat Angel. *in d. l. hac autem Jura, n.* 4. *vers. ubi autem.* Cæpoll. *caut.* 46. Pract. Papiens. *in for. responsi. rei convent. verb. præscript. n.* 31. Nellus *in tract. Banni,* 2. *part.* 2. *temp. q.* 17. Nicol. Everhard. *in loco à vi juramenti, n.* 77. Matth. Wesenb. apud Schneidew. *in tit. usucap. in princ. n.* 20. ubi contrariam sententiam appellat tricas justitiæ imponentes. Et hanc sententiam nonnulli quoque consulendo & decidendo comprobaverunt Guido Pap. *decis.* 199. *n.* 1. Andr. Barbat. *cons.* 36. *n.* 11. *vol.* 4. Philip. Corn. *cons.* 176. *n.* 1. *vers. tamen his vol.* 1. *& cons.* 206. *n.* 9. *vol.* 2. *& cons.* 296. *n.* 11. *vol.* 3. *& cons.* 277. *n.* 6. *vol.* 4. Marian. Soc. Sen. *cons.* 40. *nu.* 10. *vol.* 1. *& cons.* 203. *nu.* 2. *vol.* 2. Capell. Tholoss. *decis.* 74. *circ. pr. & n.* 4. Carol. Molin. *apud Alex. cons.* 99. Aug. Bero. *cons.* 81. *nu.* 11. *vol.* 3.

930 *Decisio affirmativa.* Verum his non attentis, † contrarium hic concludendo defendimus, in acquirendo jure Advocatiæ, adminiculo præscriptionis, bonam fidem omnino esse necessariam, sine qua nulla hodie præscriptio procedit non solum Jure Canonico & foro Ecclesiæ

931 *Probatur decisio Auctoritatibus.* *c. ult.* ubi omnes Dd. *c. vigilanti, ca. de quarta, de præscript. c. si possessor. de reg. jur. in* 6. quo cavetur, quod possessor † malæ fidei nullo tempore præscribat, ubi

932 gloss. Petr. Anchar, Dynus, P. Peckius, accurate Heinricus Canisius, Didac. Covarr. 2. *part. sua relect. §.* 8. *num.* 1. *&* 5. Innocent. Anton. de Butr. Imol. Hostiens. Panormit. Felin. & alii, *in d. ca. final. de præscript.* Bald. *l. si quis diuturno, num.* 1. 2. 3. *si serv. vend.* Castrens. *l. si aquam. num.* 2. *vers. secus de Jure Canonico, Cod. de servit. & aqua.* sed etiam foro civili & in terris Imperii, Anchor. *consil.* 5. *incip. pro parte, & consil.* 139. *num.* 3. Alexand. *consil.* 99. *num.* 5. *vol.* 4. Cæpoll. *de servit. urb. prad. cap.* 24. *num.* 7. Dec. *cons.* 144. *nu.* 4. Didac. Covarru. *cap. possessor. part.* 2. *§.* 8. *num.* 3. *&* 4. *cum seq.* Anton. Gabr. *lib.* 5. *de præscript. conclus.* 3. *num.* 2. *&* 3. ubi dicit, hanc magis communem Villalob. *in commun. opin. verb. bona fides, numer.* 41. & idem ab omnibus teneri, testis est Martin. Laudens. *in cap. si quis per triginta, num.* 3. *in fin. si de feud. def. fuer. controvers.* Et hanc sententiam commendat Balb. non tantum tanquam veram, sed jubet eam teneri in judicando & consulendo, etiam in terris Imperii, propter generalitatem regulæ, *in d. cap. fin. de præscript.* Balb. *eod. titul. de præscript.* 3. *part.* 4. *part. princip. quæst.* 3. *numero quarto.* Et Canones improbantes præscriptionem cum mala fide in utroque foro servari, præter adductos adseverant Mynsinger. *obs.* 6. *cent.* 4. Petr. Wesenbec. *consil.* 21. *num.* 15. Matth. Coler. *in cap. quoniam, n.* 16. *de præscript.* Gilken. *eod. tit. part.* 2. *membr.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. 2. *& seq.*

933 *Ratio decisionis.* Probatur autem hæc nostra † decisio ex eo, quod in his, quæ pertinent ad animæ salutem muniendam, vel ubi versatur peccatum discordantibus Jure Civili & Canonico Jus Canonicum sequi debeamus, quo pronunciatur juxta dictum D. Pauli *ad Roman. cap.* 14. quod *quicquid non fit ex fide, id peccatum sit, d. cap. fin. de præscript. cap.* 1. & *ibi.* not. Panormit. *de nov. oper. nunc.* Coler & Gilken. *loc. allegat.* Et hanc quoque rationem innuit Laudens. *in d. cap. si quis per triginta annos. num.* 3. *si de feud. def.* cum sanctiones † Canonicæ solum id intendant, ut evitetur peccatum, & bonum animarum considerent, non autem rationes quæ vadunt per apices Juris. Felin. *in d. c. fin. num.* 1. *circa fin. de præscript.* post Petr. de Anchoran. *in c.* 1. *nu.* 6. *de exceptionib. in* 6.

934

935 *II. Ratio decidendi.* Secundo ex eo † etiam manifeste liquet, non procedere præscriptionem Advocatiæ, cum mala fide, quod præscribens per id intenderet se locupletare cum alterius damno, quod est contra legem naturæ, *l. nam hoc natura* 14. *ff. de cond. indeb.* item contra regulam Juris naturæ generalem, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, Ægid. de Bellamera, *d. cap. fin. per ill. text. num.* 9. Vel hæc occupatio & præscri-

præscriptio rei alienæ haberet quandam speciem furti, cum contrectentur res alienæ invito domino. *l. 1. ff. de furt. c. si quid invenisti, & non reddidisti, rapuisti. 14. q. 5.* & sic occupator ille rei alienæ læderet suam conscientiam, & incurreret periculum animæ. Et hoc est, 936 quod asserunt ICti præscriptionem † triginta annorum, à Jure civili introductam, cum mala fide, esse nutritivam peccati, *d. c. fin. vers. cum omni.* per ratio- 937 nem, quia † diuturnitas peccati non minuit peccatum, sed auget, per text *c. fin. extr. de consuetud. ca. non debet. extr. de consanguin. & c. cum in Ecclesia. de Simon.* 938 volentes, quod tanto † graviora sint peccata, quanto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam, Mart. Uran. *cons. 5. n. 60. Tom. I.*

939 Tertio pro hac sententia † militat text. *in §. habeat. Auth. ut Eccles. Roman. sol. cent. an poss. gaud. coll. 2.* ubi assignat Imperator rationem, quare brevioris temporis intercapedine quam centum annorum, contra Ecclesiam Romanam non præscribatur, ne, inquit, iniquis hominibus impium remaneat auxilium, & tutus peccandi locus etiam scientibus relinquatur, sed ille servetur innocens, qui revera innoxius (hoc est, qui habet bonam fidem) neque improba temporis allegatione se tueatur, tempus pro puritate prætendens.

Tertia decidendi ratio

940 Quarto † denique quod mala fides generaliter & in universum, atque ita non tantum realium, sed & personalium actionum præscriptioni obstet, defendunt ac tuentur Legistæ, ut vocantur, tam legendo & docendo, Bart. *in l. omnes populi, n. 22.* Joan. Bapt. de Sancto Severin. *nu. 64.* & *ibid.* Ioan. Crot. *vers. undecima conclusio. ff. de just. & Iur.* Andr. Gambar. *tract. de offic. & potest. legat. lib. 10. n. 111.* Joan. Schneidew. *tit. Inst. de usucap. in princ. n. 20.* Zoanet. *rer. quotidianar. lib. ea. 27.* Laurent. Kirchov. *in l. final. n. 47. C. de edend.* Gail. *pract. obs. lib. 2. obs. 18 n. 10.* Daniel Moller. *semestr. lib. 3. c. 19. n. 9.* quam respondendo & consulendo Gozad. *cons. 56 n. 13.* Schurff. *cons. 70. n. 13. & 42. cent. 1.* Mynsing. *Decad. 2. respons. 17. n. 9. & 10.* Chassan. *cons. 11. n. 29.* Henning. Gœden *cons. 109. n. 198. & nu. 206.* Modest. Pist. *cons. 27. num. 53.* Mandel. *cons. 28. nu. 1. & seq.* & infinitis congestis authoritatibus Ernest. Cothman, *lib. 1. respons. 63. n. 31. & seq.*

Decidendi ratio IV.

941 Estque hæc sententia † non tantum communior, uti authoritate modo adductorum Juris Interpretum apparet, sed & conscientiæ tutior ac securior est. Fulgos. *cons. 164 n. 6.* Joan. Imol. *in l. quib. dieb. § dominus. nu. 6. ff. de condi. & demonstr.* Lanfran. *decis. 148 cent. 2.* Beust. *in l. admonendi, n. 870. vers. quinto restringitur. ff. de jurejur.* Wesenb. *cons. 14. n. 23 part. 1.* animæ salubrior, Joan. Imol. *in d. l. quib. dieb. §. dominus, n. 6.* Stephan. Lampert. *tract. de contract. lib gloss. 3. n. 84. in fin.* Juri naturali convenientior, Fulgos. *cons. 164. n. 2.* æquitati magis consona, Hier. Schurff. *d. cons. 70. nu. 42. cent. 1.* Hippol. Bonacoss. *tract. de aequitat. canonic. concl. 50.* à mille annis citra observata. Alexand. *cons. 73. nu. 4. lib. 6.* Alban. apud Bart. *in l. ait praetor. §. hi plane, nu. 3. ff. ex quib. caus. major. & d. §. si viam, n. 2.* Bald. *cons. 184. nu. 3. vol. 5.* Ferret. *caut. 38.* Casp. Caballin *milleq. 797. n. 1. par. 2.* verior Bald. *cons. 12. n. 7. vol. 1. & cons. 386. n. 7. vol. 5.* Vasq. *de success. creat. lib. 3 §. 21. nu. 119.* Philip. Franc. *in cap possessor, num. 7. de reg. Jur in 6.*

942 Quæ etiam eo casu procederet, quo † possessor malæ fidei, millia millium annorum intervenisse adseveraret, Joan. Calcan. *cons. 6. num. 9.* Udalric. Zas. *cons. 16. nu. 51. lib. 2.* Carol. Ruin. *cons. 150. num. 13. vol. 4.* Cravett. *cons. 146. num. 2.* Philip. Portius *concl. 46. limitat. 1. lib. 3.* Schrader. *cons. 34. n. 76. tom. 1. inter Germanica* Tiber. Decian. *respons. 2. num. 196. vol. 1.* Bernard. Bombin. *consil. 29. num. 31.* Rosenthal. *synops. feudal. cap. 5. conclus. 16. numer. 3. & cap. 6. conclusion. 77. numero 9. lit. H.*

943 Sed & hæc usque adeo † procedunt, ut etiam statuto in contrarium facto introduci nequeat, ut præscriptio in personalibus cum mala fide decurrat & compleatur. Alexand. *cons. 73. num. 4.* Philip. Franc. *in ca. 1. num. 9. extr. de praescript. in 6.* Ruin. *d. cons. 150. n. 13. vol. 4.* Cravett. *d. cons. 146. num. 6.* Tiber. Decian. *d. respons. 2. num. 196. vol. 1. & respons. 108. num. 40. vol. 3.* Hippol. Riminald, *cons. 589. num. 36. vol.* quia tale statutum impingeret in legem Dei & peccati nutritivum foret.

Porro hæc decisio non infringitur per superius in contrarium adducta.

Solutio contrariorum argumentorum.

944 Nam ad text. *l. si quis emptionis, ibi.* adductum, † respondetur, quod leges civiles, quoad punctum malæ fidei, corrigantur per *cap. fin. extr. de praescript.* tanquam legem posteriorem, *l. sed & posteriores. 28. ff. de legib.* Ita respondet Balb. *de praescript. 2. p. 3. part. prin. q. 5. n. 9.*

Responsio ad I. dubitandi rationem.

945 Ad secundam rationem dubitandi, quod attinet, ex † supradictis constat, non esse satis expeditum, quod lex civilis præscriptionem mala fide cœptam & complectam tueatur: deinde, leges civiles non dedignantur sacros Canones imitari, *c. 1. Nov. const. de Ecclesiast. tit.* Bald. *cons. 12. n. 6. vol. 1. & cons. 386. num. 7. vol. 5.* Imo Jus civile Canonibus famulari & ancillari, concors interpretum opinio est, Raphael. Fulgos. *cons. 122. n. 2.* Quod in nostris terminis nullam dubitationem habere potest, cum legi divinæ Jus Canonicum hoc casu magis respondeat & consentiat. Denique præscriptio, † quæ 946 mala fide nititur, quantumvis lege aliqua confirmetur vel sanciatur, ipsa est injustitia. Bald. *in l. 1. n. 3. C. de praescript. triginta annor.*

Responsio ad II dubitandi rationem.

947 Sed nec tertia † dubitandi ratio adsertionis nostræ robur labefactat. Etsi enim non diffiteamur, triginta annorum lapsu, malam fidem sic purgari, ut bona fides præsumatur: Verum quo minus contra eam purgationem & præsumptionem, mala fides probari, & præsumpta ea bona fides expugnari possit, nihil impedit. Francis. Aretin. *cons. 103. n. 7.* Aimon Cravett. *cons. 146. n. 1. & tract. de antiq. tempor. p. 4. nu. 19.* Andr. Alciat. *respons. 164. nu. 8.* Riminald. *cons. 249. nu. 90. vol. 3. & cons. 589. n. 42. vol. 5.*

Responsio ad III dubitandi rationem.

948 Deinde ad hoc ipsum responderi potest, † purgationem eam, ex triginta annorum intervallo desumptam, Jure quidem civili niti, sed Jure Canonico, quod in hac materia sequimur, incognitam, imo repudiatam esse, gloss. *in c. si diligenti, extr. de praescript.* Cravett. *d. consil. 146. num. 1 & sequent.* Riminald. *consil. 249. num. 86. vol. 1.*

Alia solutio ejusd.

949 Sed & tertio † eadem objectio corruit, si dicamus, quod concors omnium pene Dd. sententia sit, tantum abesse, ut triginta annis decursis malæ fidei quæstio à præscriptionis negotio relegari possit, ut etiam mala fides præscriptioni obstet quantumvis possessor, vel in præscriptione se fundans millium annorum millia intervenisse contendat & doceat, ut præter *supra in ult. decidendi ratione* citatos notatur *in gloss. c. 1. verb. nisi* Francus, *ibid. nu. 9. extr. de praescript. in 6.* Angel. Aretin. *in §. furtiva, num. 4. Institut. de usucap.* Dynus *in c. possessor. num. 14. extr. de reg. jur. in 6.* Abb. *in c. fin. num. 6. extr. de constitutionib.* Jas. *cons. 24. num. 3. vol. 3.* Alexandrin. *cons. 13. num. 4.* Afflict. *decis. 368 nu. 5.* Natt. *cons. 636. num. 112. & seqq.* Balb. *tract. praescript. 3. part. princip. part. 2. quaest. 6. num. 20.* Orland. de Curte, *consil. 6. num. 9. inter consil. Calcan.* & Bartol de Vulpis, *ibid. cons. 53. num. 3.* Paris. *cons. 26. num. 31. & cons. 112. num. 34. part. 1.* Joachim Mynsing. *centur 4. obser. 6* Gail. *obs. 18. num. 7. lib. 2.* Didac. Covarr. *in d. cap possessor part. 2. §. 8. numer. 4.*

Tertia responsio ad eandem.

& multiplicatione actuum, ut inquit Panorm. *in cap. cum Ecclesia. num.* 25. *de causa possess. & proprietat.* Veluti si quotidie quis utebatur servitute itineris per domum vicini, in qua habitabat, aut per ejus fundum aquam ducebat, &c. In his enim & similibus præsumitur habuisse scientiam, argum. *l. quisquis C. de rescind. vendit.* latius Bartol. *in d. l.* 1. §. *hoc interdicto ff. de itinere actuque privato.*

Ratio dubitandi II. Altera insuper ratio cur in præscribenda Advocatia requiratur scientia, & patientia adversarii ea esse videtur, quod † Jus patronale uti etiam Advocatia attestante Wesenb. *cons.* 48. *num.* 2. *tom.* 1. & aliis in ejusdem sententiam euntibus *supra* citatis sit servitus quædam Ecclesiæ. At vero, † ut præscribatur servitus, requiritur quasi possessio servitutis, ut *l. sine possessione. ff. de usucapion.* quæ haberi non potest, nisi medio patientiæ adversarii, *l. penult. ff. de servitut.* Hæc † autem patientia esse non potest, nisi duobus concurrentibus, hoc est, usu servitutis, & quod adversarius sciat necessario; Ergo requiritur & scientia; quia quasi possessio in servitutibus & in Juribus incorporalibus sita est in scientia & patientia adversarii. Si ergo ignoraret, non procederet præscriptio, quasi possessione deficiente, *d. l. sine possessione ff. de usucap.* Hujus rationis author est Bart. *in d. l.* 2. *col.* 2. *num.* 8. *vers. tu dicas C. de servit. & aqua.* subjungens, præscribentem in hoc debere esse cautum, ut semper faciat articulum de scientia & patientia, &, quod talis usus sit sciente & patiente adversario, idem Bart. *in d. l.* 1. §. *ex hoc interdicto. nu.* 10. *ff. de itin. actuque privat. & in l.* 1. §. *ultim. num.* 4. *vers. item quod sit usus. ff. de aqua pluv. arcend.* eandem rationem secuti sunt Abb. *in d. cap. de quarta. col. ultim. nu.* 19. & Felin. *ibid. post nu.* 41. *vers. dum subdit.* Abb. & Jason. *in l. imperium col.* 9. *nu.* 21. *ver. circa præcedentem ff. de Jurisd. omn. Jud.* Balb. 2. *part.* 4. *part. princ. quæst.* 1. *n.* 12. *ver. & ratio.* Ripa. *in d. c. cum Ecclesia. col.* 14. *num.* 64. *ver. secundo ergo. de caus. poss. & propriet.*

967

968

969

Ratio dubitandi III. Tertio in eandem sententiam facere videntur textus *in l.* 1. *in fin. de S. R. P.* & plene tradita per Dd. *in l.* 1. *& 2. C. de servit.* notat. per Matth. de Afflict. *decis.* 67. *nu.* 2. Georg. Everh. *consil.* 4. *num.* 165. *volum.* 1. ubi tradunt ad quasi possessionem Jurisdictionis ad alium pertinentis acquirendam, non solum ejusdem scientiam, sed & consensum expressum liberum & absolutum, non autem per impressionem aut coactionem causatum requiri, in tantum ut præsentia, patientia & scientia eo casu quo major vel potentior alienam Jurisdictionem invadit, eamque usurpare & acquirere intendit, & Dominus Jurisdictionis, ut imbecillior, actum impedire nequit, non sufficiat. Tali enim casu, licet verus Dn. Jurisdictionalis tacuerit contra potentiorem præsumitur. Petra *de fideicommiss. quæst.* 12. *n.* 238. *& seq.*

970 *Decisio Negativa. Ratio decisionis.* Verum, utut hæc se habeant, † nos tamen in præsenti circa hoc requisitum negativam sententiam amplectimur. Quia præmissa tantum procedunt, in præscriptione longi duntaxat temporis decem aut viginti annorum: secius † si probaret de usu longissimi temporis triginta vel quadraginta annorum, nam tunc non requiritur, ut probetur de scientia & patientia adversarii, Balb. *de præscript. d. part.* 2. *part.* 4. *princip. n.* 13. *vers. primo singulariter. quæst.* 1. utpote quæ ex tanto tempore præsumitur, ad trad. DD. *in l.* 14. *de servitut.* Mascard. *de probationib. concl.* 1214. *n.* 56. *vol.* 3.

971

972 Sicut enim † operatur titulus, ut possit quis præscribere servitutem, adversario ignorante vel non patiente, per text. *in l. ultim. in fine C. de præscript. long. temp. & l. si ego. paragraph.* 1. *vers. traditio vel per patientiam constitutis. Digest. de publician.* Ita pari ratione operatur longissimum tempus, quando titulus non intervenit, alioqui tamen, cum Adversarii patientia in incorporalibus vere & proprie tradi nescius regulariter pro traditione sit, *l. final.* & *ibi* Barr. *de servit.* & sine illa possessio non acquiratur, patientia tamen accedente etiam longissimi temporis spacio Advocatia acquiri potest Schurff. *cons. in causa* der Freyenseher *num.* 5. *& seq.* quod est *consil.* 7. *volum.* 4. *inter Laurent. Kirchov. consilia:* sic egregie admodum & insigniter determinat Castrens. *d. l.* 2. *col.* 1. *number.* 3. *super verb. usus tibi interdictus est C. de servit. & aqua.* asserens, scientiam & patientiam adversarii non requiri in præscriptione servitutis, longissimi temporis, sed sufficere solum usum: in præscriptione vero longi temporis, utique necessariam esse & scientiam & patientiam. Et ita intelligit hunc text. & ad hoc allegat Innocent. *in d. cap. bona. de postul. prælat.* refert & sequitur Cæpoll. *d. c.* 20. *col.* 2. *ver. quantum.* Rebuff. *tract. de mater. possess. in præfat. n.* 147. *v. sexto fallit.*

Multo minus autem in † præscriptione immemoriali scientia & patientia Domini requiritur, probante gloss. & Angel. de Perus. aliisque Dd. *in l. ex hoc Jure. paragraph. ductus aquæ ff. de aqu. quotid. & æstiv.* Paul. de Castro. *in d. l. servitutes.* Jason. *in l. imperium, num.* 21. *Digest. de Jurisd. omn. jud.* Felin. *in cap. de quarta. de præscript.* Francisc. Balb. ubi dicit hanc esse magis communem, 2. *part.* 4. *part. princip.* 1. *quæst.* Thom. Maull. *d. tit.* 11. *nu.* 4. 973

Et hæc hactenus, quomodo & qualiter Jus protectionis, præscriptionis adminiculo, acquiratur, nunc residui constituendæ Advocatiæ modi enumerandi restant.

Decimo tertio, † igitur principaliter *Advocatia, inprimis monastica, constituitur, per liberam electionem Prælati ac Conventus alicujus Monasterii,* ad quod comprobandum inspexisse præ cæteris Trith. sufficiet, quod & nominatim docet Tob. Paurmeister. *de Iurisdict. lib.* 1. *cap.* 24. *sub numer.* 22. adserens, Jus Advocatiæ tribui ex libera Monasteriorum electione ad tempus. Ubi exemplum ex Mutio German. Chron. 9. refert Cujacius *in constitut. Frideric. de pace tenend.* de Abbate Augiæ Majoris, † cui cum Carolus donaret Ulmam, villam regalem, eligendi Advocati ac defensoris fecit arbitrium, eo tenore, ut quandocunque sui commissi prævaricator in rebus, aut hominibus, quod vulgo *Balmund* dicatur, existat, statim sine mora, sine judicio Advocatiam perdat. Sic etiam Carolus Magnus Imperat. per singulare diploma, quod in Cap. V. *numero* 401. continetur, Abbati & Monachis Cœnobii Utenbeurensis, Advocatos æquitatis & fidelitatis amatores ex potentibus sæculi eligere permisit, uti colligitur ex eodem diplomate *versic. Item placuit nostra providentia, &c.* Alia ejusmodi electionis exempla plurima *in d. c.* 5. de origine Advocatiæ lector inveniet.

974 XIII. *Existentia Advocatiæ monasterii ex libera Prælati & Conventus electione.*

975

Quamvis autem olim, temporibus, † Carolinis non licuerit Prælatis seu Monasteriis auctoritate propria Advocatos eligere, sed eosdem ab Imperatoribus ac Regibus acceperint, sicut ex Nicol. Camurat. ostendit Christoph. Lehman. *Chron. Spirens. lib.* 2. *cap.* 36. ubi scribit, Advocatos antiquitus Ecclesiis & Cœnobiis à Regibus præfectos, eosque tanquam Procuratores, Oeconomos, & administratores Ecclesiasticorum proventuum fuisse, quod etiam testatur D. Hepingk *dissert. de Iure protect. concl.* 15. *lit. E.* asserens Ecclesiis & monasteriis olim Oeconomos & Advocatos ab Imperatoribus datos primitus fuisse, quos etiam inviti habere coacti sunt, in exemplum adducens Wernberum Abbatem S. Galli, qui cum pignoris Jure Advocatiam monasterio acquisivisset, expresse provisum fuit, daß er Abt nicht ohn eine Kastenvogthey seyn solte / commemorante Jo. Stumpff.

Stumpff. *Chron. lib. 5. cap. 5. in fin.* Hodie tamen cum † Prælati Imperii omnes, aut plerique, Jurisdictione universa ab Imperatore, instar Politicorum Principum investiantur, & non solum immediate Imperio, nullique alii inferiori Principi subjecti, sed & una cum Principibus sæcularibus & Ecclesiasticis, Comitibus, Baronibus & Civitatibus Imperialibus, Status Imperii sint, ut ex matricula Imperii & Catalogis Recessuum, notorie ac evidenter liquet, ipsaq; experientia testatum facit, quod ad Comitia imperialia vocentur, & his, jus suffragii, aliaque, quæ Statuum Imperialium propria sunt, iis competant: Idcirco † & ipsis liberum est, Advocatos sibi quotcunque idoneos adsciscere, ut hoc ipsum *in c. sexto.* à nobis affatim deductum est & nuncupatim commeminit post Trith. *in Chron. Spanheim. p.* 240. Cyriac. Spangenb. *in Chron. Hennenberg. lib.* 1. *c.* 39. & Mart. Crus. *Annal. Suevic. lib.* 10. *p.* 2. *c.* 10. *pag.* 409. Tob. Paurmeist. *d. tract. de Iurisd. lib.* 2. *cap.* 9. *numer.* 27. *& sequent.* ubi dicit, † Monasteria immediate Imperio subjecta, quia de utraque Jurisdictione ab Imperatore sunt investita, vel pro arbitrio Advocatos Jurisdictionis criminalis administrandæ causa, ad tempus eligere & constituere.

976 Ejusmodi autem electio, † ut alias generatim de illa statutum reperitur, ex facto Prælati, tanquam præcipui Electoris & consensu ac præsentia Conventualium, quorum interest, fieri debet, ut in simili firmat Natt. *cons.* 19. *in fin. tom.* 1. in tantum, ut si eo modo juridice electio facta non sit, electus pro reprobato habeatur, arg. *cap.* 34. *de elect. & c.* 3. *de caus. possess. & propr.* D. Hepingk, *dissert. de jur. Advoc. concl.* 21. *lit. B.*

In tali autem protectoris futuri electione instituenda, generatim, ut alias in quavis deliberatione illud consilium, ex quo pauciora mala & absurda, consequi possunt, (cum tale, quod omni malo careat, inveniri haud queat) eligendum, Machiav. *disput. de Republ. lib.* 1. *cap.* 6. *p.* 31. In ipso consilio autem cavendum est, ne tardum, neve præcipitatum sit nimis. Qui enim consiliis suis in futurum minus sunt cauti, & providi, præsenti plerunque ducuntur pœnitentia. Liv. *lib.* 36. *c.* 9. Et vicissim nulla res tam inimica † consilii, quam celeritas, præsertim postmeridianis. Communiter enim matutina consilia, illis præferuntur, juxta vulgare Germanorum diverbium, Morgen räthe/ gute räthe. Consilia enim minus provida, celeris pœnitentia, eaque sera & inutilis comitari solet. quæ, ceu præcipitata raptim, neque revocari, neque in integrum restitui possunt, Idem Liv. *lib.* 31. *c.* 32. Consilia vero calida, atque † audacia prima quidem fronte læta, tractatu autem dura, & eventu sunt tristia, Idem *lib.* 35. *c.* 32. quamvis consilia celeritate tuta mora, sæpius temeraria fieri, haud negari possit. Idem *lib.* 27. *ca.* 48. Id quod Hansæ Civitates (quarum fœdera circiter annum 1270. icta esse, refert Wurtemb. ab Erenb. 1. *de fœde.* 2. *n.* 44.) non sine incommodo expertas esse Honor. *Thesaur. Polit. rubr. de iis, qui Hans. protect. amb.* testatum facit.

977 *Advocatus ubi suffragiis eligitur, an votorum majoritas, vel sanitas potius attendenda sit Decisio Affirmativa Ratio decisionis.*

Cum autem in consiliis hisce plerunque accidat, ut major pars meliorem vincat, Liv. *lib.* 21. *cap.* 4. hinc quæri potest: † *An ubi suffragiis Advocatus eligitur, majoritati votorum locus esse debeat.*

Id quod absque ambagibus cum David Hepingk *dissertat. de Iure protect. concl.* 22. *lit. B.* affirmandum censemus.

Cujus decisionis ratio inde manifeste constat, quod Jura civilia in actibus † collegii, majorem numerum duntaxat, non etiam saniorem requirant, *l.* 19. *ff. ad municip. l.* 4. *quod cujusque univers. nom.*

Et hinc in actibus universitatis sæcularis, & terris 978 Imperii non attenditur sanioritas, sed sola sufficit majoritas, ut testatur Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 43. *nu.* 72. *& seq.* licet Jura † Canonica utrumque copulative in 979 Electionibus requirant *ca. fin. de iis, quæ fiant à major. part. capit. c.* 53. *de electionib. & elect. potest.* Menoch. *cons.* 96. *n.* 12. *&* 16. Modest. Pist. *cons.* 45. *nu.* 87. *lib.* 2. Nicol. Everh. *cons.* 39. *nu.* 3.

980 XIV. *Existentia Advocatiæ Ecclesiasticæ ex assignatione Episcopi.*

Decimam quartam causam formalem, † *qua Ius Advocatiæ constitui solet, inducere possumus ex assignatione Episcopali,* ut, si urgens sit causa, quæ Episcopum eo consilii compellat, ut tale Jus alicui in Monasterio, quod alias nullum habet protectorem, concedat: si enim ex † justa causa res Monasterii vel Ecclesiæ vendere, & in alium transferre potest, *cap. sine exceptione.* 12. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alienand. Auth. hoc Ius porrectum. C. de sacrosanct. Eccles.* cur ipsi non permittitur, 981 ut Jus Monasterii certa, eaque non illaudabili ratione fulciat, argum. *l. non debet. de reg. Jur. & cap. cui licet de reg. Jur. in* 6. ut si ponamus, Monasterium, quod antea Protectorem habuit extincta Patronorum familia hoc onere defunctum esse, & jam liberum quis neget, posse Episcopum, ex justa causa, alium Protectorem adsciscere cui eadem Advocatiæ commoda deferantur. Quid enim, si necessitate incumbente eidem Monasterio acri defensore opus sit, † cum non minor sit virtus, quam 982 quærere, parta tueri. Si enim in feudo illud licet, *cap.* 1. *&* 2. *de feud.* cur hoc in protectionis Jure improbabimus? Quid si multis beneficiis ipsum Monasterium devinxit, aut aliæ probabiles sint causæ, quæ id suadeant? posse autem ex justa causa ab Episcopo id fieri, satis colligitur ex iis, quæ in terminis Juris Patronatus tradunt Abbas, *consil.* 28. *num.* 1. *lib.* 2. Lambertin, *tr. de Iur. patronat. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 10. *artic.* 4. ubi allegat Rochum Curt. cum nonnullis aliis. Joan. Andr. *in cap.* 1. *de Iur. patron.* Cardin. *in cap. sacrosanct. de elect. in fin.* Abb. *ibid. num.* 2. Menoch. *consil.* 90. *nu.* 12. *cum seq.* Burlat. *consil.* 310. *num.* 13. Villalob. *lib. commun. opin. in verb. Ius patron.*

983 *Exemplum assignati per Episcopum Advocati in Monasterio Beurensi ad Danubium.*

Cæterum assignationis ejusmodi Episcopalis etsi complura exempla obvia esse possint, unum tamen ex multis sufficere existimo, id † quod refertur *in consilio quodam juridico* ad quæstionem utrum Nobiles ab Enßberg Advocati Monasterii Beuren diœcesis Constantiensis ad Danubium in superiori Suevia siti, propter narratas oppressiones, offensiones, læsiones gravamina, molestias, injurias, & similia Jure Advocatiæ privari possint per Friburgens. Academiæ Professores DD. Jacobum Streit. & Christophorum Angerer piæ memoriæ & Fridericum Martini præceptores quondam meos honorandos conscripto, in cujus facti specie inter cætera narratur, quod præfatum Monasterium à *Peregrino*, in proprio suo territorio constructum, & non multo post dicti *Peregrini* precibus à *Lothario III.* Romanorum Rege, ac successive etiam à *Maximiliano I.* & II. aliisque insequentibus Romanorum Imperatoribus ejusmodi privilegio donatum fuerit, ut nullus protectionis aut Advocatiæ Jus quodpiam, in præfato Monasterio sibi vendicaret, nisi à Præposito & conventu ejusdem ad id specialiter cooptatus fuisset, nec etiam taliter assumptus protector protectionis jus usurparet diutius, quam prædicto Præposito & conventui id placeret, eaque etiam immunitate à primo fundationis tempore idem Cœnobium usque ad Annum 1499. usum est, donec prædicto anno † ab *Hugone* Episcopo Constantiensi Nobiles ab Enßberg ejusdem Monasterii protectores assig- 984 nati & constituti essent. 985

XV. *Existentia Advocatiæ ex sententia Iudicis.*

Decimus quintus modus Advocatiæ constituendæ, est sententia Iudicis, † si contentione orta, sitne aliquis protector urbis aut universitatis alicujus, Judex pronunciet, eum esse Advocatum, tum ex lata sententia

existit

existit Advocatia, quemadmodum in simili de feudo constituendo tradunt Petr. de Bella pertic. *in epitom. feud. cap. 6. num.* 10. Curt. Jun. *de feud. p.* 3. *membr.* 2. *nu.* 15. Schrader. *de feud. p.* 5. *cap.* 5. *n.* 13. §. *sexto constituitur.* Alex. *consil.* 1. *nu.* 4. 16. & 24. *lib.* 5. sequitur novissime Herm. Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 9. *n.* 22. ubi scribit, sententia judicis, ita feudum constitui, si, controversia oborta, Judex pronunciaverit, fundum, qui revera erat allodialis, esse feudalem, eaque sententia in rem judicatam transierit, quos refert & sequitur Rosenth. *synops. feud. cap.* 6. *conclus.* 72.

Modus autem ille fundatus est in vulgata illa regula 986 Juris, qua dicitur, † rem judicatam pro veritate haberi, etiamsi forte in ipsa naturali rei veritate res sese aliter 987 habeat, *l. res judicata*, 20. *ff. de reg. Jur.* sententia † namque Judicis ejus est efficaciæ, ut naturam rei mutare, eique novam qualitatem adjicere possit, Bald. *in l. si non sortem*, 26. §. *hered. ff. de condict. indeb.* Schrad. *d. cap.* 5. *n.* 15.

988 XVI. *Existentia Advocatiæ ex Testamento.* *Decimo sexto huc referri potest etiam modus constituendæ Advocatiæ † per testamentum*, ut si quis per ultimam voluntatem, testamentum vel Codicillum, constituat subditis suis certum Protectorem; nam eo modo, † quemadmodum & servitutes introducuntur, sic etiam 989 Jura Advocatiæ emergere possunt, ut nominatim tradit Thom. Maull. *de homag. tit.* 11. *n.* 5. ubi scribit, Jus protegendi pactionibus & stipulationibus vel testamento, sicut communiter servitutes constituuntur, similiter posse constitui, per text. *in* §. *fin. Institut. de servit. prædior.* & *l. si partem. paragraph.* 1. *ff. quemadm. servit. amitt.* Dn. Christoph. Besold. *differt. de Jure fœder. c.* 6. *n.* 9.

990 XVII. *Existentia Advocatiæ ex Conventione & pacto.* *Ultimo denique potest etiam constitui, & ut plurimum constituitur † hoc Jus protegendi pactionibus & stipulationibus, sive mutua Patronorum & clientum conventione & pacto*, ut nominatim in literas retulerunt Thom. Maulius *de Homag. tit.* 11. *n.* 3. Dn. Hepingk *differt. de Jur. Protect. conclus.* 15. *in notis ad lit. G.* & hos insecutus novissime Dn. Christoph. Besold. *differt. de Jure fœder. d. cas.* 5. *n.* 9. idque contrahitur si Civitas, Monasterium vel Provincia, se per stipulationem annui honorarii, vel etiam absque eo committat protectioni alicu-991 jus potentioris, † ad instar Procuratorum, qui similiter mutua voluntate constituentis & constituti ordinatur, quasi per mandatum, innuente glos. *in l. munus.* 43. *in princ. ad verb. procedere, ff. de procurat.* Possunt autem pactiones super Jure protectionis diversimode fieri, scilicet, pure, vel sub conditione, ad tempus, vel ex tempore, Item sub juramento, cum cautione, vel sub certa pœna, itemque pacto expresso, vel nudo, de quibus omnibus huc pertinentibus cum *supra hoc eodem capite* pro re instituta tractaverimus, eadem hic denuo repetere supervacaneum est.

992 *Protectio vitalis quomodo ineatur.* Id tamen hoc loco annectendum est, quod præter dictas pactitiæ protectionis circumstantias † *interdum pactiones tutelares fieri soleant ad vitam protectoris, seu clientum, vel utriusque partis*, quas licitas esse, dubitandum non est.

993 *Exemplum protectionis vitalis in Monasterio Einsidlen.* Exemplum ejusmodi † protectionis vitalis præbent Annales Eremi Deiparæ matris sæpius citati, in Rudolpho tricesimo primo ejus loci Abbate, qui cum Tigurinis clientelare fœdus inivit, non amplius duraturum, quam ipsi Abbati vita superesset: Id auctor eorundem Annalium P. Christoph. Hartman. *ad Annum* 1539. sequentibus verbis describit:

Magna, inquit, *Rudolphum scilicet Prælatum, ad primum dignitatis & Principatus ingressum cura simul & anxietudo incessit, durante adhuc inter Tigurinos & Suitenses contentione; incertum quo pacto suos subditos & possessiones in utriusque partis ditione sitos, si in bellum denique erumpant, ab injuria & vastatione adsereret, conservaretque. Consideratis omnibus, quia tam Monasterium, & ea, quæ in eorum Dominio erant*, Suitenses *tanquam Advocatos tuta & inoffensa præstituros credebat, quo cæteros pariter securos & tectos redderet, cum* Tigurinis *fœdus & necessitudinem iniit, duraturam dum ipsi vita. Conditiones fuerunt, quibus fatebantur* Tigurini, *Abbatem Rudolphum cum ejus arce* Fesicone, *& universa ejusdem arcis Jurisdictione & Dominio, exceptis quæ in* Suitiorum *ditione & summo Imperio erant, in hospitii & Civitatis communionem recipere, & protectionem; ipsum, omnes ejus familiares & domesticos pro Civibus habituros defensurosque. Pollicebatur vicissim Abbas, arcem* Fesiconem *in Tigurinorum potestate fore, in eam ipsos & eorum auxiliares recipere & agitare posse, nullo tamen suo sumptu aut detrimento, tum vero omnia se officia præstiturum, quæ ab cive exigi præstarique solent; hujus quoque amicitiæ & civilitatis gratia quotannis aureos Rheni decem repræsentaturum. Excipit omnia sua privilegia & Jura, quæ ipse, aut sui ordinis præsides in suum Monasterium habent, aut habere debent, & ne hæc conventio sibi fraudi, damno aut molestiæ sit: facta utrinque hujus pactionis literæ die natali* D. Blasii *Episcopi Martyris ingredientis Februarii Anno nono & tricesimo.*

994 Prædictus autem ultimus, per pacta nempe & conventiones mutuas constituendæ Advocatiæ modus, omnium communissimus, & per totum Romanum Imperium usitatissimus est, ut testatur Hieron. Schurpff. *cons.* 23. *numer.* 5. *cent.* 5. Roffred. Benevent. *in pract. Juris Pontif. part.* 5. *tit. de utilit. quæ debetur. numer.* 25. Regner. Sixtin. *consil. Marpurg. tom.* 3. *consil.* 8. *nu.* 104. ubi dicit, Advocatias Conventionales in Imperio generali consuetudine recepta multis exemplis probari posse, quibus adminiculatur Henric. Rosenthal. *cap.* 4. *conclus.* 14. *numer.* 3. ubi testatur, Advocatiam in Germania esse usitatissimam, & quia in Jure scripto, quid Juris per eam tribuatur Advocatis, vix satis definiatur, ideo Jus illud ubique, prout consuetum, vel ex pactis & conventionibus ad quid sibi invicem teneantur, observandum esse. Et tales † pactiones tutelares 995 hodie communi usu & consuetudine frequentari, ipsa experientia constat. Dn. Lud. Myler. *disp. de Advocatia, thes.* 3. *in gloss.* quod & diserte voluit inter modernissimos Matth. Coler. *consil.* 33. *numer.* 57. ubi asserit, ejusmodi protectionum pactiones, in Civitatibus Imperii liberis tam maritimis, quam aliis, tota die constitui: ubi etiam *sub numer.* 55. affert exemplum Civitatis Imperialis T. quæ certis pactis se in tutelam ac protectionem illustrissimorum Ducum M. commisit, cujus contemplatione, etiam eadem Civitas iisdem Ducibus quotannis mille & quingentos florenos in remunerationem protectionis pendere soleat. *Exemplum Conventionalis Advocatiæ.*

Pactæ itidem † ex conventione seu transactione 996 clientelaris Advocatiæ exemplum subministrat, Recessus Imperii *de Anno* 1548. §. Nach dem auch in der Ringerungs Handlung / inter Serenissimam domum Austriacam & Episcopatum Tridentinum ac Brixiensem Monasteriumque Murbacense (cujus hodie † R. & Illustr. Princeps ac D. Dominus Leopoldus Archidux Austriæ, Episcopus Argentinensis & Pataviensis, Princeps omni virtutum genere cumulatissimus, administrationem maxima subditorum congratulatione ac lætitia sustinet) Id, inquam, Monasterium licet † principali dignitate, sessione, suffragio, Juribus & privilegiis Imperialibus fruatur: quia tamen in fide & clientela Archiducum Austriæ existit, iidem † pro Antistite *Murbacense* collectas Imperio dependunt, sicut & pro E- 997 pisc. Trident. & Brixiensi, quos pariter protectioni ejus- 998 dem domus Austriacæ subesse, *alibi* diximus, Præsules 999 tamen, ad Cameræ sustentationem per se contribuunt. *Aliud exemplum Conventionalis Advocatiæ inter Archiduces Austriæ & Episcopatus Tridentinum ac Brixiensem itemque Monasterium Murbacense.*

Sed

Sed juvat ipsum Recessum hujus rei illustrandæ causa integrum subjicere, qui ita habet:

Nach dem auch in der Ringerungshandlung der Stifft Trient vnnd Brixen / deßgleichen deß Gotteshauß Murbach / Reichs anschläg halben anregung geschicht / vnd dann auß vnsers freundlichen lieben Bruders / deß Römischen Königs noch zum Worms / vnnd jetzo allhie vbergebnen berichten verstanden wird / daß sein Lieb berührte Stifft vnnd Gottshauß in Krafft der sondern Verträge vnnd Verwandnuß / dern sie sich von bessers Schutz vnd Schirms wegen gegen vnseren vnd seiner Lieb löblichen Voreltern / vnd seiner Lieb selbst begeben / in gemeinē fürfallenden Reichs Anschlägen / würcklich zuvertretten / vnd jhre angebührende Anschläg (ausserhalb der vnderhaltung vnsers Keyserlichen Cammergerichts / so sie selbst zu leisten schuldig) jederzeit zuerlegen vnnd zu bezahlen auff sich genommen / vnnd sie sonst bey jhrer Fürstlichen Dignitet und Stimm / Session Rechten vnd Freyheiten hinfüro an / wie biß hero / vnbeschwert bleiben zu lassen / bewilliget: So haben demnach Churfürsten / Fürsten vnd Gemeine Ständ solch seiner Lieb bericht / vnnd erbieten vndertheniglich angenommen / vnnd seiner Lieb darinn gehorsamblich willfahrt / doch dem Rheinischen Kreiß seine Gerechtigkeit am Gottshauß Murbach / darinn es gelegen / vorbehalten / ꝛc.

1000 *Exemplum Conventionalis Advocatiæ inter Chomberg & Rotenburg.* Eundem in modum Domini † Abbas ac Conventionales Nobilis Monasterii Chombergensis Anno post Christum natum millesimo, quadringentesimo Consulibus & Senatui Imperialis civitatis Rotenburgensis ad Tubarum Pagum suum Gebsattel prope Rotenburgum jacentem, cum omnibus illius bonis ac subditis ibidem consistentibus sub annua sexaginta maltarium Avenæ infra festum S. Michaelis, & S. Martini exolvendorum pensione protegendum ac defendendum commiserunt, iique † vice mutua se obligarunt, quod eosdem Gebsattlenses in protectionem suam receptos, adversus quoscunque, non aliter, atque proprios suos subditos, ab omni violentia tueri ac defendere velint. 1001

Verum hujus generis Conventionalium Advocatiarum species per Romanum Imperium, uti & extra illud, infinitas reperire est.

Cæterum hic obticendum non est, quod inter enarratos septendecim acquirendæ clientelæ modos, primus & secundus ex lege, & occupatione terrarum Infidelium exorientes, quemadmodum & quintus ex Jure territorii existens, non producant extraordinariam, qua de principaliter agimus, Advocatiam, sed ex iisdem ordinarium duntaxat, defendendi Jus, quod communiter, Land- vel Obrigkeitsschutz nominatur, emergat nisi peculiare defensionis extraordinariæ Jus ex pacto, commissione vel aliis modis accedat, vel interveniat, ex reliquis vero ut plurimum, ea ipsa quam tractamus Advocatia, efformetur, de novo quæratur, & comparetur. Illius ergo acquirendi formis hucusque explanatis, dicendum modo restat, qua ratione Advocatia jam antea formata in alios transferatur.

1002 *Verum Advocatia Conventionalis habenda sit* At priusquam modos translationis attingamus, quia non parum refert scire, † contractus hujus qualitatem, & num certum vel incertum nomen sortiatur, eo quod prior ille nominatus pariat actionem, innominatus vero tunc demum, cum vestitur ab implemento justæ causæ, seu cohærentiæ, contractus, ut communiter docent Interpp. per text. *in l. Juris gentium. in princ. ff. de pact.* & rursus conventio nominata suas actiones habeat nominatas, innominata vero præscriptis verbis peculiari actione utatur, quæ aliis conventionibus non est necessaria, per tradita Costal. *in l. 2. de præscription. verbor. unic. in fin.* Curt. *in l. cum mota. num. 22. C. de transact.* Alvar. Valasc. *Jur. emphyteut. quæst. 6. num. 4. in fin.* ideo circa hunc ultimum constituendæ tutelæ modum, non inepte hoc loco quæritur: *An Advocatia hac, mutuo nimirum protectoris ac clientum libero consensu pacta, sit contractus nominatus, vel innominatus.* *pro Contractu nominato vel innominato. Vtilitas hujus quæstionis.*

1003 *Differentia Conventionum.* Sed ante hujus quæstionis decisionem, ut ea firmior sit, observandum est, † Conventionum alias esse nominatas, alias innominatas. Nominatæ dicuntur, quæ in suo nomine non stant, id est, in generali nomine conventionis, sed in proprium & specificum nomen contractus transierunt, ut emptio, venditio, locatio & cæteri similes. Innominatæ vero sunt, quæ nomen proprium & peculiare non assumpserunt, sed steterunt in generali nomine conventionis, per text. *in l. Juris gentium. in princip.* ubi præter alios Fortun. Garz. *nu. 38. & 71. ff. de pact.* Ulpian. *in l. 1. §. fin. ff. eod. tit.* Galiaul. *in rubr. de verb. obligat. num. 211. & numer. 36.* communiter Dd. *in l. naturalis. ff. de præscript. verb. & in rubr. C. de rer. permut.*

Et hanc differentiam nominatorum & innominatorum contractuum constituit Jus civile, subinde & Jus Canonicum, ut annotavit Menes. *in d. l. naturalis. numer. 30. & l. 3. tit. 6. part. 5.* Et differentias inter conventiones nominatas & innominatas tradit etiam Hieron. Veri, *in rubr. ff. de verb. obligat. nu. 245. & seq.* Pinell. *C. de rescind. vendit. num. 24.* Quamvis bene advertat contra Alexandr. Fortun. Garz. *in d. l. Juris gentium. num. 3. col. 2.* quod Jure gentium, † quoad vim obligandi; ex æquitate naturali, nulla sit inter hos & illos contractus differentia, Galiaul. *in d. rubr. ff. de verb. obligat. nu. 180. & seq.* 1004

1005 *Ratio dubitandi pro contractu Nominato.* His ita præmissis, ut ad explicationem propositæ quæstionis veniam, † videtur sane primo aspectu dicendum, quod in modum prædictum inita protectionis conventio, contractus sit nominatus Locationis ac conductionis, ex quo protectori pro Advocatia, defensione ac protectione solvitur certa annua pensio in numerata pecunia, vel alia re, & sic certa merces, juxta *l. si olei C. de loca.* per cujus interventum celebratur ille contractus, nec utique necesse est, † mercedem constitui in pecunia numerata, sed fieri etiam locationis contractum, aliis rebus fungibilibus intervenientibus, & in numero, pondere ac mensura consistentibus, multis placuit, prout satis copiose & singulariter ostendit Joan. Coras. *lib. 2. Miscell. c. 11.* & diffuse admodum Pinell. *in d. rubr. C. de rescind. vend. part. 2. c. 3. n. 28. usque ad fin. illius c.* Wesenb. *in paratit. ff. locat. & conduct. nu. 7.* 1006

Quia & † quamcunque rem, aut quodcunque corpus veteres, pecuniæ appellatione, significari voluerunt, *l. fin. §. fin. C. de constit. pecun.* eo, quod omnes res in pecuniam converti possint, Accurs. *in l. pecuniæ nomine ff. de verb. signific.* idque Arist. *in Ethic.* prænotavit. Nec in Jure civili infrequens est, † ut pecuniæ verbo, res pondere, numero mensurave constantes intelligantur, *l. 2. §. creditum. ff. de reb. credit. l. talis scriptura. ff. de legat. 1.* 1007 1008

Jura enim tantum desiderant mercedem, non etiam pecuniam numeratam, ideo Cajus, locatio & conductio, inquit, proxima est emptioni & venditioni, eisdemque Juris regulis consistit. Nam ut emptio & venditio contrahitur, si de pretio convenerit: sic & locatio & conductio contrahi intelligitur, si de mercede

cede convenerit, *l. 2. in princip. ff. locat.* quæ verba & ab Imp. referuntur *in §. 1. Instit. de locat.* Alibi etiam Papinianus *in l. si vir uxori. 52. ff. de donat. inter vir. & uxor. Hoc ideo*, inquit, *tam varie, quia locatio quidem sine certa mercede contrahi non potest.*

1009 *Ratio dubitandi II.* Deinde quia apparet, † Advocatiam seu protectionem esse factum quoddam, habens admixtum Jus, & quod expeditur tractu successivo, ita ut vere sit locabile, & solitum locari, perinde atque operæ alicujus Advocati ad litem agendam in Judicio, juxta textum *in l. naturalis. §. at cum do.* juncta declaratione Bart. *ibi ante num. 2.* Jason *sub num. 2.* Curt. Jun. *post num. 2. & ante n. 5. ff. de præscript. verb.* inde inferendum esse videtur, Advocatiam esse Locationem.

Ratio dubitandi III. Aut si tertio quis velit considerare protectionem seu defensionem, prout mere factum est, tunc secundum eosdem, multo magis locari potest, per *l. qui operas ff. locat.* Sed melior textus est ab ipsis non citatus *in l. metum. 9. §. sed licet ff. quod metus causa.* ubi clare dicitur, *si, quo magis te de vi hostium vel latronum vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero, valere hoc, nec incidere me in edictum: Namque opera me potius mea mercedem accepisse.*

1010 *Decisio pro Contractu innominato.* Verum his non obstantibus, † ego in decisione hujus quæstionis contrarium concludo, & dico, contractum super Advocatia & protectione, quæcunque etiam res annui honorarii loco persolvenda constituatur, celebratum non esse nominatum, sed innominatum, do ut facias.

Probatio decisionis ex Textibus. Et hanc decisionem recte probari existimo, per textum *in d. l. naturalis. §. at cum do ff. de præscript. verb. & in l. 1. §. si quis servum ff. depositi & in l. 1. in fin. ff. mandat.* in quibus clare significatur, † mercedem, quæ faciat contractum locationis, consistere oportere in pecunia numerata, non in aliis rebus, utcunque numerabilibus, ponderabilibus aut mensuralibus. Quod si vero ex talibus certum quid constituatur tunc esse contractum, do ut facias. Quos textus ita intelligunt *ibid.* Bart. Bald. Alberic. & communiter omnes Interpretes, quod expresse etiam fatentur Coras. & Pinell. *præcitatis locis.* 1011

Et quamvis uterque magna opera conetur ad jam allegata Jura respondere, attamen magis subtilia afferunt, quam, quæ communem intellectum subvertant. Neque 1012 † propter unum atque alterum, temere in consulendo & judicando à communi Doctorum sententia recedendum est, juxta *cap. ne innitaris, Ext. de constitut. & l. 1. ff. de offic. quæst.*

Occurritur objectioni. Præterea & si contra veritatem concederemus, singularem opinionem Corasii & Pinelli esse in puncto Juris veriorem, attamen omnia illorum dicta hoc tantum contra communem concludunt, quod etiam non pecunia, sed alia mercede, puta, certo pondere olei, vel mensura frumenti interveniente, recte celebretur contractus locationis: Sed quod semper & præcise talis sit, si aliquid de prædictis interveniat, nequaquam pro-1013 bant aut probare possunt. Alias sequeretur, † quod contractus innominatus, do ut facias, nunquam posset celebrari, nisi daretur quædam species sive res specifica, tanquam corpus, quod est contra generalitatem *d. §. At cum do*, & similium, Imo illorum quoque Jurium, quæ allegantur ab ipso Corasio & Pinello.

Ratio decidendi II. Secundo roboratur præcedens decisio ex eo etiam, quia ad hoc, † ut ineatur contractus locationis, non 1014 satis est, constitui certam mercedem, &, quod factum tale sit, quod soleat locari; Sed etiam tertium hoc una requiritur, ut persona, quæ contrahit, sit solita locare factum illud, alias locatio non contrahitur, juxta gloss. notab. *in l. si pecuniam. 5. in verb. repetetur, in princip. ff. de condict. ob caus.* cujus sententiam communem esse testatur *ibid.* Alexand. *num. 3.* & Jason *num. 4.* Idem tradit Jason *in d. §. At cum do. ante num. 2.* Bart. *in l. 5. in princip. num. 13. ff. eod.* Ad idem text. express. *in l. 1. vers. ideo autem ff. si mens. fals. mod. dix. & gloss. ord. in l. cum in plures. §. mandam. in fin. ff. locat.*

At in præsentibus † Advocatiæ ac Protectionis constituendæ negotiis, per se patet, ea locari non solere, neque protectores operas suas ad protegendum & defendendum taliter locare consuevisse, sed vel precario, vel ex gratia honorarii loco re quadam oblata, indulgeri, tradente in specie Wesenbec. *paratit. Digest. de præscript. verb. numer. 4.* ubi tali casu idem Juris esse ait, etiamsi pecunia detur, si tale sit factum, quod locari non possit aut soleat, per text. *in d. paragraph. At cum do.* Cum † & forma & natura contractus, ab observatione communi declarari soleant, Castrens. *consil. 347. col. fin. lib. 1.* Rom. *consil. 271.* Socin. Sen. *consil. 14. col. 2. lib. 1. & cons. 68. col. 1. lib. 3.* Menoch. *cons. 122. n. 58.* 1015 1016

1017 *Ratio decidendi III.* His accedit tertio, quod † hoc conventionis genus, ubi quid rei, ut fiat aliud, tribuitur, Interpretes communiter ad classem innominatorum contractuum referant Wesenbec. *parat. Digest. locat. & conduct. num. 7. in fin.* per Dd. *in l. si pascenda C. de pactis.*

1018 *Ratio decidendi IV.* Quarto insuper eadem traditio ex eo roboratur quod † in dubio semper contractus magis præsumantur esse innominati, quam nominati, ut statuit glossa capitalis *in l. eleganter. paragraph. 1. verb. ex stipulatu Digest. de dolo*, quam Dd. *ibi* communiter sequuntur post alios Bartol. & Bald. copiose Tiraquel. *in tract. consang. paragraph. 30. gloss. 1. num. 36.* Menoch. *præsumpt. 39. lib. 3. per tot.* Ad idem facit textus *in l. 1. Digest. de æstimat. l. 1. & 2. Digest. de præscript. verb.* & in eleganti quæstione voluit Jason *l. 2. in princip. numer. 6. Digest si cert. pet.* Idemque *in l. Juris gentium. num. 5. ff. de pact. & in l. 1. in fin.* post Bartol. & Fulgos. *Digest. de rer. permut. & in prælud. feudor. column. 6. num. 25. in fin.* Quod idem sentit Andreas ab Exea *de pact. numer. 488.* Purpurat. dicens communem *in d. l. 2. numer. 62. Digest. de præscript. verb.* Boer. *decis. 144.* Romanus, *l. Aristo. Digest. de donat.* Pinell. latissime *C. de rescind. vendit.* contra Bald. *in prælud. feud. num. 11.* Alexander. *d. l. 2. nu. 8.* Jason *paragraph. actionum. num. 122. Instit. de action.* Alexand. ad Bartol. *in l. si in emptionem ff. de contrahend. empt.* novissime Menes. *in d. l. naturalis. §. & si quidem. n. 3.* Alvar. Valasc. *tract. jur. emphyteut. quæst. 6. n. 4.*

1019 *Ratio decidendi V.* Quinto denique † hanc nostram sententiam in terminis Advocatiæ publice tuitus est Dn. Hepingk *dissert. de Jure Advocat. 8. 15. lit. G.* quam etiam amplexus est Georg. Everhard. *tom. 1. consil. 56. numer. 38.* eamque probare videtur Dn. Menoch. Præceptor meus Patavinus *consil. 29. numer. 10. & seq. lib. 1.* dicens, quod si Bartholomæus annuam pensionem promiserit Marchioni, ut eum protegeret, & à molestia facti defenderet, potius esse contractum, do ut facias, atque ita innominatum, licet pro hoc nihil in specie alleget, forte ideo, quia attentis cæteris qualitatibus, de quibus ibi per eum, contractus ille vere erat donatio quædam invalida.

Solutio contrariorum argumentorum ex decidendi rationibus plana. Quibus ita constitutis, non refragantur ea, quæ initio allata contrarium arguere videbantur. Nam ea sufficienter per notata *in prima & secunda decidendi ratione* refutavimus, quæ hic repetere otiosum esset.

1020 *Advocatia jam formata & acquisita quibus modis in alios transferri possit? Variis transferenda Advocatia modis.* Hac itaque discussa quæstione, ut & modos, † quibus Advocatia ab aliis in alios transferri solet, persequamur, sciendum in primis est, posse Advocatiam variis modis in alium ceu tertium transferri, ut videre est apud Wesenbec. *cons. 48. part. 1. numer. 9.* ubi probat,

bat, per translationem ditionis cujusdam, in qua situm erat monasterium, ejusdem Advocatiam, quam Marchio quidam ejusdem ante ditionis Dominus, ac possessor habuerat, in Principem, Marchionis illius successorem transivisse.

1021 Et quod hoc † Jus Protectitium ab uno in alium per contractum puta venditionis, donationis, permutationis vel alium similem, sicut Jus Patronatus Ecclesiasticum de Laico in Laicum, si clientum consensus accedat, transferri possit, argumento sunt textus *in cap. ex insinuatione, de Jure patronat.* & *ibid.* Joan. Andr. Abb. *numer.* 4. Menoch. *consil.* 90. *numer.* 95. Jason *l. voluntas. num.* 9. *C. de fideicommiss.* Decil. Rot. 18. *de Jure patron. in antiq. num.* 5. & 7. ubi allegatur in hanc sententiam Innocent. *cap. illud eod. tit.* Item Jure successionis. *cap.* 1. & 2. *de Jur. patron.* & *Clement.* 1. *eod. tit.* Frid. de Sen. *consil.* 225. Roch. de Curte *in tract. Jur. patron. verb ipse vel is à quo quest.* 7. Cæsar. Lambert. *de Jure patron. lib.* 1. *part.* 2. *art.* 2.

1022 Quia tamen antiquitus etiam, † ut plurimum, Fundatores Monasteriorum, Advocatias eorundem penes semetipsos (cujus consuetudinis ortum Saxonum Imppe. temporibus, D. Lehman. Speir. *Chron. lib.* 2. *c.* 36. adscribit) esse voluerunt Trith. *in Chron. Sponheim. p.* 240. vel ex posteritate & stirpe sua, ad seniorem masculum, eam transire debere ordinarunt, Crus. *Annal. Suev. lib.* 11. *p.* 2. *cap.* 13. *pag.* 483. Auctor Appendicis *de famil. & reb. gest. Palat Saxon. è Chronic. Goreacensi adject. Annal. Wittchind. Monach. Corbei. p.* 39. Spangenberg. *in Hennenberg. Chron. lib.* 1. *cap.* 39. & *lib.* 2. *ca.* 8. & Crus. *d. Annal. lib.* 9. *p.* 2. *cap.* 2. *pag.* 307. & *sequenti*, ideo observanda hic est generalis ad assertionem præmissam limitatio: alienari seu transferri in alium haud posse Advocatiam, etiam stante utriusque partis consensu, quando, ex reservatione vel ordinatione Fundatoris vel alias initio constitutæ Protectionis inter Patronum & clientem dispositum, vel mediante etiam investitura indultum fuit, ut Jus protegendi ad solos hæredes sanguinis transiret, arg. text. *in cap. filiis.* 16. *q.* 7. *ver. propinquis.* & *ibi* gloss. notat etiamsi non sint hæredes in bonis, sicut in Jure Patronatus libertorum, in quo succedunt filii, etiam se abstinentes ab hæreditate paterna, *l. filii ff. de Jure patronat.* Habenda est enim consideratio ad principium, & originem dicti Juris tutelaris, & ordinationem contrahentium. Ab ipso † namque primordio tituli, posterior formatur

Limitatio generalis contra transferenda Advocatiæ modos. Quibus casibus concurrente etiam Patroni ac clientum consensu Advocatia in alios transferri nequeat.

1023 eventus *l.* 1. *in fin. C. de imponend. lucrativ. description. lib.* 10. Neguz. *in tr. de pignorib. in* 2. *memb.* 5. *p. p. numer.* 50. Afflict. *decis.* 376. *numer.* 5. Lup. *ad rubr. paragraph.* 62. *numer.* 28. *extr. de donat. inter vir.* & *uxor.* Andr. ab Exea *in tr. de pact. numer.* 76. Hartm. Pistor. *q.* 7. *num.* 9. *lib.* 1.

Ratio seu Probatio limitationis adductæ.

Quæ moderatio ex eo probatur, quod Jus Advocatiæ recipiat formam & essentiam ex majorum dispositione, initio contractus apposita, prout † & quælibet alia conventio, formam sumit ex pactis conventis, uti

1024 notat Innocent. *in rubr. de Jure patron.* facit. *l.* 1. §. *si conveniatur. ff. de posit.*

Quare cum eo casu possessor Advocatiæ eam non diutius, quam dum vivit, habere possit, eademque ex pacto majorum, eo defuncto, non ad filios aut proprios hæredes, sed ad seniorem de familia, licet non sit hæres, transeat, manifeste consequitur, in præjudicium aliorum de sanguine existentium, per venditionem non posse eam in alium transferri, argum. *l. filii. ff. de Jure patronat.* notant Canonistæ *in cap. con-*

1025 *stitutum, in fin.* & *ibi* gloss. 16. *q.* 1. eo, quod † Jura certis personis singulariter & in privilegium concessa aliis vendi non possint, quia personam non transgrediuntur, Dyn. *cap. privilegium. de reg. Jur. in* 6. Bart. *in l. etiam ff. de jurejur. per l. si ex pluribus. ff. de administr. tut.* & *l. non solum* §. *si puella ff. de ritu nupt.* & arg. *l. cerdonem ff. de oper. libert.*

1026 Et † quicquid non est transmissibile ad hæredes, nec id quoque cessibile est. *d. l. si ex pluribus.* & *ibi* quoque Dyn. & Bart. *ff. de administ. tut.* & *d. l. non solum.* §. *si puella ff de ritu nupt.* & *l. si stipulatus fuerim. in princip. ff. de verb. obligat.*

Præterea roboratur adducta limitatio, ex eo, quod taliter, ut dictum est, constituta Advocatia non possit transire in alium, quam habentem qualitatem senii, ex protectionis familia, eo, quod † Jus competens alicui ratione qualitatis, in eum transferri non possit, in quo deficit requisita qualitas, utpote consanguinitas, gentilitas, proximitas, &c. non magis quidem, quam qualitas ipsa, quæ haud dubie vendi non potest, cum sit Jus & qualitas sanguinis & agnationis. *l. Jus agnationis ff. de pactis* & *l. Jura sanguinis. Digest. de reg. Jur.* per quæ dicit Bart. *in l. cætera.* & *ibi* Jason *Digest. de legat.* 1. hujusmodi Jura non esse in commercio nostro. Et

Altera limitationis corroboratio.

1027

1028 quoties † unum de substantialibus deficit, totum corruat, necesse est. *l. cum his.* §. *si præter ff. de transact.* Henrichman. *cons.* 3. *n.* 39. *tom.* 3. At vero constat, eum, in quem venditione alienari intenditur Advocatia, ea qualitate carere, ergo ei vendi nequit.

1029 Cæterum, † quod *contrahentes Advocatiam hoc inducere possint, ut ea semper penes seniorem de familia maneat*, satis colligitur ex iis, quæ notant Zabarell. Cardinal. *consil.* 48. *incip. Quidam Nobilis.* Tiraquel. *de Jure primogen. q.* 37. Lambert. *de Jure patron. artic.* 16. *quæst. princip.* 5. *part.* 2. *lib.* 1. Rochus Curtius *de Jure Patronat. in* 10. *definit. verb. num* 73. ubi addit hanc rationem, quod Jus illud eo casu competat conditionaliter & qualitative scilicet illis de Parentela, & quod taliter bene disponi possit.

Verum paciscentes Advocatiam convenire possint ut illa semper penes seniorem de familia maneat.

Et quod hujusmodi formæ conventio vel ordinatio valida sit probatur per id, quod in simili Joan. Andr. dixit *in cap. cum in illis.* §. *fin de præbend lib.* 6. facit *element.* 2. & *ibi* gloss *de Jur. patronat.* quod quidem dictum non satis commendare potest Joa. Bologninus *in addit. ad consil. Joan. de Anania consil.* 43. *incip. circa præsentem.*

Decisio affirmativa. Ratio decisionis.

1030 Quin etiam consultius atque clientibus utilius est, unum † & senem & prudentem habere patronum, quam plures, quia solet negligi, quod communiter possidetur, *l.* 2. *C. quando & quib. quarta. pars libr.* 10. &

1031 dicit Aristotel. 2. *politic.* quod † multorum commune est, in eo minima adhibetur diligentia, Henrichman. *d. cons.* 3. *n.* 47. *tom.* 3.

1032 Sed ut hanc ipsam etiam rem, quod nusquam ubi id fieri potuit prætermisimus exemplis confirmemus, præclarum habemus † in Illustri ac Generoso quondam Witigoveo Comite de Albeck: Is cum Anno Domini 1183. in monte S. Michaelis prope Ulmam, quem à Monasterio Augiensi precio interveniente comparaverat, domum hospitalem pro refocillatione pauperum & asylo Peregrinorum fundasset, eidemque Præpositum cum aliis Canonicis sub S. Augustini Regula devote degentibus præfecisset, diserte statuit, ut ejusdem loci Advocatia ad posteros familiæ suæ, semperque ad seniorem masculum transiret, quemadmodum hoc aperte testantur ejusdem Cœnobii fundationis literæ, quæ cum in *subsequenti Capite* alia de causa insertæ reperiantur, hic solum verba præsenti instituto nostro servientia ex iisdem apponemus, quæ ita habent.

Exemplum Advocatiæ senioris de Familia Comitum de Albeck destinatæ super Monasterio S. Michaelis prope Ulmam olim existentis. Monasterii Wengensis Senior de familia Comitum de Albeck olim Advocatus constitutus.

Notum sit etiam omnibus, quod Witogoveus fundator ipsius loci, pro defensione absque omni exactione, jure dominii, ab-

Abba-

Abbate Augiensi suscipiat Advocatiam, & eadem Advocatia, ut ad omnem suam posteritatem scilicet ad seniorem masculum transeat instituit. &c.

Sic etiam Fridericus Dux Sueviæ ac Franconiæ Henrici IV. Imperatoris gener † cum Anno Domini 1102. arcem suam in colle supra Rhæmsiam antiquam Sueviæ Ducum sedem (quam tempore Regis Franciæ Pipini circa Annum Christi 755. vir illustris Dux Sueviæ Marsilius incoluit) in Monasterium Laureacense, vel Lorchense commutasset, † Advocatiam in eodem sibi posterisque suis reservans expresse statuit, ut quisquis suæ cognationis senior existeret, defensor & Advocatus, loci illius, sicut hoc ipsum Diploma fundationis subsequens edocet, permaneret, idipsum autem diploma tale est.

1033

1034

Diploma Friderici Ducis Sueviæ ac Franconiæ quo fundatio Monasterii Lorchensis continetur utq; ejusdem Advocatio penes seniorem ejusdem familiæ perpetuo maneat sancitur.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, FRIDERICUS divina favente clementia Suevorum Dux & Francorum,

Omnibus Christi, nostrique fidelibus tam futuris quam præsentibus notum fieri volumus, qualiter ego Fridericus & uxor mea Agnes, cum duobus filiis nostris Friderico scilicet & Conrado ob remedium animarum omnium parentum nostrorum vivorum & in Domino quiescentium; tempore Hermanni Augustensis Episcopi, Gebehardi Constantiensis Episcopi, Joannis Spirensis Episcopi, Emmehardi Wirceburgensis Episcopi, per religiosorum ac nobilium Laicorum manus: Dn. Henrici de Velleberg, Dn. Witonis de Groningen, Abbatiam quandam Loricha beato Petro Principi Apostolorum eo tenore ut singulis annis aureus nummus ad supplementum vestitus Apostolici destinatus ab ipso loco persolvatur juste & libere tradidimus: *hac quoque addita conditione, ut quisquis nostræ cognationis senior extiterit, Defensor & Advocatus præfati loci permaneat.* Si vero quod absit invasor vel damnosus fuerit, Advocatia privetur, & vir discretus in locum suum substituatur. Hoc etiam firmissime statuimus, ut cum Abbas ejusdem loci de hoc sæculo migraverit, alter ejusdem Cœnobii Monachus libera electione eligatur. Si autem ex ipsis satis condignus nemo invenitur consilio comprovincialum Abbatum, illius de Hirsavv, de Camberg, & de Zvvifelta idoneum eligant. Præterea decrevimus, & firmiter Dei ex parte interdicimus, ut nullus amplius Abbas bona ejusdem Ecclesiæ conquisita vel conquirenda aliqua temeritate inductus vel violet, vel diminuat. Ac tantum causa excepta, ut si aliquis Principum aut dominorum, virum aut mulierem cum bonis illorum eidem Abbatiæ juste & libere dederit: ipsi dati humiliter reposcentes bona cum illis data in beneficium recipiant. Tempore vero Dn. Henrici IV. Imperatoris ea conditione hæc facta sunt, ut nullus deinceps Imperator, nullus Episcopus, nullus Dux vel Marchio, nullus Comes vel Advocatus, nulla prorsus persona magna sive parva, bona prænominatæ Ecclesiæ inquietare, molestare, disvestire audeat. Quod ut verius esse credatur, & ab omnibus inviolabiliter conservetur, hanc privilegii chartam nostro sigillo insigniri jussimus. Anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo secundo Indictione XV. Non. Maj. quæ est inventio sanctæ crucis, quæ illo anno occurrit in Sabbatho: hæc facta sunt in Christo feliciter Amen.

Monasterii Lorchensis Fridericus Dux Sueviæ & post eum Senior ex familia illius Advocatus constituti.

Hanc autem † fundationem atque Advocatiæ perpetuitatem Conradus Romanorum Rex Anno postea 1139. per insertas literas confirmavit, quarum tenor hic est.

1035

Diploma Conradi Romanorum Regis quo Pontificale privilegium eidem cœnobio traditum roboratur atque Fridericus Dux Advocatus approbatur.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. CONRADUS Dei favente clementia Romanorum Rex:

Scimus & fideliter credimus, si quid Dei Ecclesiis pro amore divino devote offerimus, vel oblata protectione & auctoritate nostra ad decorem domus Dei diligenter defendimus, & ad æternam beatitudinem, & regni gloriam & honorem nobis maxime profuturum. Ea propter omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris, quam præsentibus notum esse cupimus, qualiter Abbas Crafft cæterique fratres Cœnobii Lorche, in honore sanctissimæ Dei Genitricis constituti nos adierunt: in Christo rogantes, quatenus causa Dei, nostra regia auctoritate privilegium ab Innocentio Papa præfato Cœnobio traditum, nobisque præsentatum muniremus, & de nostro aliquid Ecclesiæ illi valde necessarium adderemus. Postulabant itaque ut secundum tenorem sui privilegii: quod præcipit ut nullus alius, nisi qui ab Abbate cum fratribus electus fuerit Advocatus adsciscatur: Fridericum Ducem cognatum nostrum, utpote virum potentem, & illuc valde benevolum, Advocatum eis statueremus: qui posset & vellet ab injusta aliorum potestate, qua eo tempore plurimum laborabatur, servos Dei potenter eripere. Nos igitur, qui signi illius testimonium & veritatem, & ejusdem Cœnobii religionem cognovimus; tam justæ tam necessariæ petitioni deesse nequivimus, *& cognatum nostrum Ducem Fridericum, quem vota fratrum elegerunt eidem Cœnobio Advocatum præfecimus*: ut eam Advocatiam nulli penitus personæ secundariæ ipse nec aliquis successorum suorum, regendam vel tuendam concedat, vel commendet, sed manu propria teneat: *& eo defuncto qui major natu ex eadem parentela Abbatis fratrumq; electione fuerit, Advocatiam obtineat.* Si vero non Patronus sed prædo extiterit, in arbitrio Abbatis & libertate fratrum sit: quicunque sibi idoneus magis & utilis visus fuerit, ab eis liberaliter eligatur. Spiritualia vero

jura præfati Cœnobii ad Apostolicam sedem pertinentia fideliter collaudamus. Secularia vero sub Regis tutela consistere debentia, ut inconvulsa & immobilia simul inviolata, in posterum permaneant: Regia nostra auctoritate privilegii, sigilli quoque impressione incommutabiliter confirmamus. Data Anno Dominicæ incarnationis 1139. Indictione secunda regnante Conrado Roman. Rege secundo, in hoc loco qui dicitur Laureacus in Christo feliciter Amen,

Exemplum aliud Advocatiæ ad Seniorem de familia Baronum de Regensperg pertinentis in Capella Vahre.

Simile in ipso etiam Protectionis Jure hæreditariæ Advocatiæ ad natu majorem pertinentis exemplum reperitur, in familia Baronum de Regensperg. Nam cum ex † eadem oriundus Lutholdus An. 1030. prædium suum & Capellam Vahre nuncupatam inter Badam & Tigurum ad Limagum sitam Heremitis perpetua possessione adsignasset, ubi sanctimonialium Monasterium postea conditum fuit, nominatim † sibi Advocatiam super eundem locum reservavit, expresse pactus, ut quicunque post suum filiique sui ejusdem nominis obitum, major natu ex sua familia Castellum Regensperg possideret, eandem quoque Advocatiam haberet, ea tamen conditione, ut pro labore defensionis nihil temporale reciperet. Ejus rei fidem facit diploma confirmatorium † Lotharii Imperatoris his verbis conceptum.

1036 1037 1038

Diploma Imperatoris Lotharii III, quo donationem Capellæ cum prædiis in Vahre à Ludovico de Regensperg Barone, Monasterio Einsidlensi factam confirmat, in quo etiam inter alia dispositum fuit, quod Advocatia ibidem semper ad seniorem de Familia illa pertinere debeat.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. LOTHARIUS Dei favente clementia tertius Romanorum Augustus.

Cum omnibus debitores simus, tamen circa Ecclesias & pauperes Christi diligentiorem curam habere debemus, & ipsorum petitioni & necessitati, pia devotione condescendere. Unde tam futuris quam præsentibus innotescere volumus: Quod *Lutoldus de Regensperg* & ipsius conjux *Iudenta* cum filio suo *Lutoldo* pro remedio animarum suarum & parentum suorum, suæ proprietatis prædium, quod dicitur *Vahre*, cum Capella ibi fundata, & cum omnibus ejusdem loci pertinentiis, scilicet agris, pratis, ædificiis, mancipiis utriusque sexus, molendinis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, exitibus & reditibus, cultis & incultis vineis quæsitis & inquirendis, Deo & ejus Matri Mariæ, & *S. Mauritio* & *S. Maginrado* devote & legitime dederunt Cellæ *Einsidelen* nuncupatæ. Ita scilicet ut hujus Abbas *VVernherus*, & omnes successores sui cum fratribus suis eundem locum libere & potestative perpetualiter possideant, & servitium Dei ibidem instituere, sicuti Deo rationem reddituri sunt, studiose contendant. Ad publicam quippe, & legitimam donationem prædicti amatores Christi, annuente Abbate cum fratribus, petitionem fecerunt sub testimonio fidei, & divinæ recognitionis Cellam ibidem construi & regulare Claustrum religiosis fœminis monasticæ professionis, in modum sanctimonialium Murensium vel Peraugensium, & tales Monachos præponi, qui sciant illis & præesse & prodesse.

Capellæ Vahrensis Advocatia penes Lutoldum Baronem de Regensperg & ejusdem familiæ natu majorem deinceps.

Petierunt etiam ut ipse Lutoldus, & post eum filius ejus super eundem locum, & super omnia ejusdem loci data, vel danda, ejus possessioni apta, Advocatiam, Abbate concedente, habeat, & post eos ejusdem generis major natu, possessor tamen Castelli Regensperg, ea tamen conditione, ut pro labore defensionis, non temporale commodum, sed æternum præmium, & remissionem speret peccatorum. Nec in rebus vel familia Ecclesiæ injustam exerceat potestatem, sed omnia ad utilitatem fratrum Ecclesiæ devote disponat. Quod si hæc infregerit, semel, bis & ter commonitus, si post inducias sex hebdomadarum non emendaverit, prædicto honore & Advocatia privetur, aliusque ejusdem generis major natu huic substituatur, simili conventione. Si autem aliqua ipsius defensione minus apta fuerint, in Abbatis arbitrio sit, cui ea commendentur. Hoc quoque idem *Lutoldus* familiæ suæ concessit, ut res proprias tam mobiles quam immobiles ejusdem Ecclesiæ offerre liceat & in proprium dare. Hoc itaque præcipiendo confirmamus, interdicimus, ut nullus Episcopus, Dux, Comes, Advocatus, nulla denique magna parvaque persona hæc infringere audeat, sed absque omnium contradictione Abbas eundem locum instituat & in servitio Dei ordinet. Si quis vero contra hoc (quod non credimus) præsumpserit, centum libras auri, medietatem cameræ nostræ, & medietatem præfatæ Ecclesiæ Einsidlensi componat. Quod uti inconvulsum ratumque permaneat, præsentem paginam sigilli nostri impressione notavimus. Data Anno incarnationis Dominicæ millesimo, centesimo tricesimo quinto, VI. Idus Julii, indictione decima quarta, Ann. regni Regis Lotharii decimo, Imperii tertio.

Ecclesia Collegiata nobilis Chomburgensis Advocatia, penes seniorem Baronum de Limpurg.

Sed abundamus etiam notioribus ac domesticis exemplis Advocatiæ, penes seniorem tantum familiæ existentis. Nam hujusmodi constitutæ protectionis, † notorium & quod in viridi observantia hodie est, exemplum extat penes illustrem ac Generosam familiam Dominorum de *Lympurg*. quorum non nisi Senior ejus, Stemmatis Advocatiæ in Nobile Chomburgicum collegium ex subinfeudatione Episcopi Herbipolensis, tanquam principalis Advocati, capax esse potest. Sicut evidenter patet ex literis à Reverendiss. ac Illustriss. Principe ac Dn. Domino *Rudolpho* Episcopo Herbipolensi ac Franconiæ Duce desuper An. 1485. erectis, quæ inter alia sic habent: Also daß derselbe Schenck Friderich vnd nach seinem Abgang allweg in ewig Zeit darnach/ der Eltist Ehelich Schenck Herr zu Limpurg von dem Geblüt vnd Stammen deß obgedachten Schenck Georgen seeligen geborn vnd herrührende/ ꝛc.

1039

Cæterum quia in nonnullis translationum modis, an licitæ eæ sint, rationes dubitabiles occurrunt, de singulis in specie videndum est.

Vocatur

1040 Vocatur autem primo loco in dubium, † *An Advocatia Ecclesiastica, absque consensu Episcopi, emptione seu venditione in tertium transferri possit?*

Advocatia an sine consensu Episcopi in alium transferri possit.

Ratio † dubitandi elicitur ex his, quæ nuperrima sua *dissert. de Jure protect.* notavit D. Hepingk *conclus.* 23. *lit. C. versic Dein Juspatronatus.* ubi aperte asserit Episcopi consensum regulariter requiri atque sine eo 1041 Laicum Jus Advocatiæ in alium transferre non posse, ad not. Panorm. *in c.* 8. *&* 13. *de Jure patron.* corroborans hoc ipsum ex illis quæ ante ipsum pridem scripta reliquit D. Martinus Prenninger, Advocatus & Cancellarius quondam Constantiensis & nuperrime publicavit ejusdem Pronepos Dn. Fridericus Prenninger. causarum patronus Reipubl. Rottenburgo Tuberanæ vir doctiss. multaque mihi officii, studii & familiaritatis communione junctissimus, *tom.* 3. *conf.* 4. *de decimis.* 1042 ubi *numer.* 21. *&* 22. aperte tradit, Simoniam † committi non solum circa mere spiritualia, sed etiam circa spiritualibus annexa, qualia esse dicit Jus Patronatus, 1043 Advocatiam & Castaldiam Ecclesiæ, & illa, † tanquam spiritualibus connexa, vendi vel emi non posse, quinimo Juris Patronatus vel Advocatiæ capacem Laicum, eandem sine consensu Episcopi transferre non posse, per allegata ibid.

Ratio dubitandi pro Negativa.

Sic etiam Jo. Meichsner *in decisionib. Cameral. lib.* 1. *decis.* 1. *numer.* 159. expresse decidit, Advocatos Tutelares non solum non posse vendere Jus Advocatiæ, sed nec donare, secus, quam in Jure Patronatus, ex trad. Innocentii *ad c. præterea, de Jure patronat.* Idem asserere visus est post hæc scripta visus David Hepingk *dissertat. novissima de Jure protect. conclus.* 23. *lit. C. ibi*: etsi autem Ecclesiarum Advocatia vendi haud possit, allegans ad hoc *c. Salvator* 1. *q.* 3. *& c.* 23. *de Jure Patron.* Jo. Andr. *in c.* 6. *eod. tit.*

1044 Sed hæc opinio, † si quidem de Jure protectionis loquatur, meo judicio, admitti non potest; Nam, ut illud minime impugnem, quod Laicus Juris spiritua-1045 lis particeps esse non possit, † ita nullo modo concesserim, Jus hoc clientelare, etiamsi complectatur personas Ecclesiasticas vel Ecclesias cum hominibus bonisque ad eam pertinentibus esse spirituale, sed id sæculari Juri potius adscribendum esse, ratio manifesta evincit.

Decisio Affirmativa.

Jus Protectionis Ecclesiasticum non inter spiritualia refertur. Decisio Negativa. Ratio decisionis.

Si enim illud non sæculare, sed spirituale esset, illius possessio penes Laicum existere non posset, cum † spiritualia per Laicum possideri non possint, juxta text. *c.* 1046 *cum Apostolica. extr. de his, quæ fiunt à prælat. sine conf. cap. text. in c. Messana. de electionib.* Innocent. *in c. cum sicut. eod. tit.* Canonistæ *in c. consultationib. de Jure patronat.* Roland. à Vall. *conf.* 47. *numero* 13. *vol.* 1. At consequens esse falsum, usus ipse, optimus rerum magister, evincit, & alibi probatum fuit.

Concludendum igitur absque omni scrupulo est, Advocatiam, accedente utrinque consensu, seu volentibus ipsis partibus, per venditionem in tertium, absque Episcopali concessione, transferri posse.

Confirmatio decisionis ab exemplis.

Quod ut exemplo, uti fere ubique facere consuevimus, comprobemus, † per emptionem à Duce Carinthiæ Henrico in Othocarum Marchionem Styriæ Advocatiam Monasterii S. Lamberti in Charintia trans-1047 latam fuisse testantur Annales à Lazio reperti. cujus verba idem *lib.* 10. *c.* 3. *de Republ. Roman.* refert ista. darzu dinget er jhme die Vogthey zu S. Lamprecht / zu dem Closter / da sein Bruder leit / vnnd auch er selber leit / vnd gestifft hat / das Closter dinget er jhm also das / daß nymand Vogt were vmer der Marggrave zu Steyre wer.

Sane vero Advocatiarum ab ipsis Advocatis venditarum, vel alias emptione, donatione, & permutatione acquisitarum, apud Casp. Brusch. *Epit. magni Operis omn. Germ. Episcop. tom.* 1. *c.* 2. *in Wernero Archiep. Mogunt.* 54. Stumpff. *Chron. lib.* 4. *c.* 6. *lib.* 5. *c.* 5. *in fine lib.* 6. *c.* 34. *& lib.* 11. *c.* 14. Crul. *Annal. Suev. lib.* 8. *p.* 2. *c.* 11. *p.* 280. Suizer. Chron. Helvet. *part.* 2. *prin. pag.* 51. *& seq. & in Anno Christi* 1400. *p.* 7. 8. Lindebrog. *hist. Archiep. Brem. in Leimaro pag.* 47. & post eum Dillich. *in Chron. Brem. p.* 65. *& seq.* non pauca exstant exempla.

Nec † obstant conclusioni supra positæ notata per 1048 prædictum Dn. Uranium, Joan. Meichsnerum & alios *ibi* adductos. Nam aut volunt, Advocatiam esse idem cum Patronatu: & tunc procedunt ipsorum dicta, aut vero censuerunt, non esse idem, tunc plane erronea est illorum opinio, uti in terminis respondit Zabarella in eleganti suo *conf.* 123. *n.* 4. *&* 5. relatus ab Heinric. Rosenthal. *Synops. feudal. c.* 4. *conclus.* 14. *lit. E.* ubi etiam testatur, † Advocatiam esse titulum plane temporalem ac propterea vendi posse.

Responsio ad objectam dubitandi rationem.

Multo magis autem † Advocatiæ Ecclesiarum tam 1049 venditionis quam alio cujusvis alienationis Titulo in alios transferri possunt, quando illæ cum universitate † alienantur, arg. *d. c.* 13. *de Jure patron.* ubi habetur quod generaliter pleraque cum universitate ambulent, quæ particularis non sequuntur Cravett. *conf.* 958. *nu.* 42. *lib.* 5. Lancell. Gall. *conf.* 29. *num.* 16. *& seq.* arguendo igitur à Jure patron. ad Jus protectionis, dubio omni caret, Advocatiam ecclesiasticam, cum universitate transferri posse; Ad hoc enim ut ab uno † ad aliud argui queat, sufficit eandem subesse decisionis rationem, quamvis aliquo saltem respectu in uno, quam in alio causa illa minor reperiatur, ut post Socin. & Imol. affirmavit consulendo Marcabr. ab Anguill. *consilio* 37. *numero* 129.

Ampliatio decisionis I.

Deinde secundæ ampliationis loco ignorandum non est, protectores multo magis, † etiam non consentientibus clientibus, salaria sua, vel quicquid illud sit, quod eis annuatim ratione protectionis tribuitur, retenta Advocatia alteri pro libitu vendere possint, arg. eorum quæ in simili de † usufructuario dicuntur, qui, retento usufructu, commoditatem alii vendere potest, *l. necessario.* §. *fin. ff. de peric. & commod. rei vend. gloss. in* §. *finitur Instit. de usufruct.* Bart. *in l. interest. C. de usufruct. & in l. in venditione. ff. de bon. author. judic. possid.* Bart. & Alexand. *in l. cum Titio ff. ad leg. Falcid.* Bald. *in l. si tibi decem.* §. *pactum. in* 2. *not. ff. de pact.* alios citat Tiraquel. *de retract. consang.* §. 26. *gloss.* 1. *numer.* 42. Afflict. *lib.* 3. *constit. rubr.* 5. *numer.* 9. Jason *in l. cum filio. numer.* 57. *ff. de leg.* 1. Didac. Covarr. *lib.* 1. *variar. resolut. c.* 8. *numer.* 6. Gom. *de contract. c.* 15. *num.* 15. Et idem videmus de emphyteuta, qui potest commoditatem rei alienare, & in vasallo, ut sunt Jura vulgata. Ergo idem in protectore.

Ampliatio decisionis præmissæ II. 1050 *Protectores an Clientibus etiam invitis salaria sua, retenta tamen Advocatia, vendere possint. Affirmativa.* 1051

Et confirmatur hæc ampliatio ex eo magis etiam principaliter, quod, † licet patronus Ecclesiasticus non possit Jus alimentorum, retento patronatu, venditionis titulo in alium transferre, eo, quod illud sit Jus personale, inhærens ossibus patroni, Joan. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit.* 9. *quæst.* 22. *num.* 12. Jura † autem personalia vendi non possint. *c. privilegium personale. de reg. Jur. in* 6. Angel. *in l. quod si in diem.* §. *quoad Julianus. de fin. ff. de petitio. hæredit.* Et quod † Jus hoc percipiendi alimenta ab Ecclesia sit honor quidam, patrono debitus, atque ejus personæ annexus, ut inquit Abb. *in cap. præterea secundo in fin. de Jure patronat.* At † quæ sunt annexa personæ, in privilegium cedi non possint, Bart. *in l. etiam ff. de Iurejurand.* per *l. si ex plurib. ff. de administr. tutor. l. non solum.* §. *si puella ff. de rit. nuptiar. l. cerdonem. ff. de oper. libert.* Tiraq. qui sequitur Bartol. *d. gloss.* 1. *n.* 58.

Confirmatio Affirmantis sententiæ. 1052 1053 1054 1055

1056 Potest † tamen vendere, emolumenta & reditus sui Patronatus, secundum Innocent. *in d. c. præterea. in fin.* 1057 *de Jure patron.* Uti † etiam rector Ecclesiæ potest redditus omnes suæ Ecclesiæ vendere, retento titulo, *l. fin. ne prælat. vices suas.* facit Oldrad. *cons.* 129. Bal. Imol. Alexand. & alii *in l. divortio.* §. *quod in anno. ff. solut. matrimon.* Felin. *in c. sedes col.* 2. *de rescript.*

Cum igitur hæc, ut dictum est, venditionis alienatio in Jure patronatus Ecclesiastico permissa sit, multo magis eam in Jure Advocatiæ sæculari concessam esse intelligitur.

Porro circa transferendæ protectionis modos secundo jam loco quæritur, *An ea per delegationem, cessionem vel locationem, in alterum similiter transferri possit?*

Verum quoniam diverso personarum respectu in hac quæstione aliter atque aliter responderi posse censeo, ideo Status illius in primis constituendus erit, cum duplici modo id, quod in themate proponitur, accidere posse videatur. Nam aut quæritur de patrono, cui defendendi 1058 necessitas incumbit, † *an is, eveniente protectionis necessaria casu, tertium aliquem, puta Principem, vel alium potentem dominum, qui suo loco clientibus succurrat, ignorantibus seu invitis illis, delegare vel substituere possit*, vel aliter respectu clientum quæritur, *an ii debitam sibi à protectoribus defensionis operam alteri collocare, cedere, vel delegare adeo possint, ut protectores eam tertio subministrare cogantur?*

1059 Ad priorem quod attinet disquisitionem, pro † negativa parte dubitandi rationem primo illud ingerit, quod in suscipiendis ac constituendis Protectoribus † industria, potentia, aliæque propriæ qualitates Personarum electæ videantur, quarum intuitu illorummet, & non aliorum auxilium in pactis deductum, adeoque præstandum esse videtur.

Protectores an possint susceptæ defensionis operam ignorantibus aut invitis Clientibus alteri delegare, cedere vel locare. Ratio dubitandi pro Negativa.

At vero omnes Juris Interpretes communi tradere consensu, notorium est, † industria certarum personarū, ubi electa est, illas personas vices suas alteri non posse demandare, tex. valde singular. *in l. inter artifices. ff. de solu.* tex. *in l. unica.* §. *sin vero talis. C. de cadu. tollen.* tex. & gl. *in c. fin.* Felin. amplissime *ibid. n.* 4 *cum seq* & commu- 1060 niter Dd. *de offic. deleg.* tex. *in l. servus si hæredi. in fin. ff.* 1061 *de stat. liber* Bart. *in l. si continuus.* §. *si ab eo. n.* 2. ubi Joa. de Imol. *n.* 17. Castrens. Aretin. *n.* 18. *vers. secundo adde*, qui communem perhibet *ff. de verb. oblig.* Bal. *in l. quisquis n.* 1. *C. de Episcop. & cler* Hartm. Pist. *lib.* 2. *q.* 32. *n.* 6. & 35. Speculator *de Salar.* §. *final vers. permitt. de offic. deleg.* Bertach. *repert. verb. Industria n.* 4. ubi dicit, quod ubi industria personæ est electa, non possit ille subdelegare alium loco sui ad faciendum id ad quod electa fuit ejus industria. Canonistæ *in c. in criminali.* 5. *q.* 3. & ibi 1062 Dominicus ubi dicit quod † si mandatur actum fieri per se, non poterit fieri per substitutum, Facit *l. singulos. ff. de Testam.* Bal. *in c.* 1. §. *Injuria de pace Juram. firmand.* 1063 ubi ait, † si caveatur licere offenso sumere vindictam de offensore, quod non poterit mandare illam fieri per alterum quia videtur electa industria personæ ipsius offensi, licet possit se vendicare assumendo complices seu auxiliatores non autem mandare aliis. Quando autem & quibus casibus censeatur electa fuisse industria personæ, 1064 docet Abb. *in c. final.* §. *is autem de offic. deleg.* Bertachin. plen. *in d. verb. Industria vers. Industria persona & §. seq. Item si in commissione.* Confer ea quæ hac ipsa de re diximus *Cap. seq. in quæstione ultima post. nu.* 573. ubi aliquot casus in quibus industria personæ electa fuisse censetur, enumeravimus.

Decisio quæstionis per distinctionem. Utrum Protectore impedito clientes liceat per alium defendere.

In resolutione † hujus quæstionis etiam distinguendum est, An protectores per suos homines defensionem commode præstare possint, vel non?

I. Ratio prioris membri.

Priore namque casu, cum propriis viribus clientes servare incolumes haud possunt, ipsis vetitum non est, defendendi partes per alios supplere, quia communiter 1065 receptum est, † posse quem illud, ad quod obligatus est, per alios æque idoneos perficere, tex. *in c. potest.* 68. & 1066 *ibi* Dyn. & Phil. Franc. *de reg. jur. in* 6. Et † qui per alium facit, ipse facere videtur, *c. cum ad sedem. de restit. spol. c. mulieris. de sent. excomm. c. qui per alium. de reg. Jur. in* 6. *l. is damnum.* ubi Dec. *ff. de reg. Jur.* Joan. Petr. Surd. *cons.* 50. *n.* 13. *vol.*

II. Decisionis ratio.

1067 Deinde explorati Juris est, † quoties aliquid versatur in obligatione, quod alii, non autem promissori est possibile, promissorem quidem id facere sive præstare teneri, non autem per sese, quia nec potest, sed per alium, text. *in l. continuus.* §. *si ab eo.* junctis *ibid.* not. per Bart. *n.* 1. & 2. Joan. de Imol. *n.* 17. Aretin. *n.* 17. & 18. & alios *ff. de verbor. obligat.*

III. Decisionis ratio.

Tertio à simili arguendo, id ipsum quoque in termi- 1068 nis servitiorum † Vasallaticorum Jure feudali receptum, & pro regula traditum est, iis, qui facere sive servire tenentur in propria persona, licitum esse, per substitutum servire, quando probabile sive legitimum vel necessarium subest impedimentum; *l. quisquis.* ubi præ cæteris Castrens. *l. ad similitudinem C. de Episcop. & cleric. l.* 1. §. *quod si morbo. C. de præpos. agent. lib.* 12. *c. extirpandæ.* §. *qui vero ubique* Dd. *de præbend.* Raphael. Cuman. *in l. nemo est* ubi Aretin. *n.* 3. Rochegall. *nu.* 29. *ff. de duo. reis.* Andr. Khol. *de servit. feudal. part. nu.* 149. *vers. tum secundo quia.*

IV. Ratio decidendi.

1069 Quarto pro hac sententia facit, quod, † habito effectu debitæ promissionis, non sit curandum, per quos ea præstita fuerit, dummodo clientes Protectorum cura sufficienter defensi fuerint, argumento eorum, quæ habentur *in l.* 1. § *inde quæritur verb. quid enim aliud. ff. de nov. oper. nunciat.* & notat Bald. *in l.* 3. *n.* 1. *C. de Instit* & Joan. de Imol. *in l. quoties.* § *si quis nomen. ff. de hæred. instit.* Cum † maxime præsupponatur, per pro- 1070 tectorem substitutos defensores æque strenuos ac idoneos fore, nec minus tuitionis ex horum, quam ipsorummet Advocatorum auxilio Clientes habituros esse, imo eadem censeatur utrarumque defensio, *l. nemo est, qui nesciat.* ubi Dd. *ff. de duob. reis l. veteris. C. de contrahend. stipulat.*

Refutatio objectionis sub n. 1060 *superius allatæ.*

Nec præsumendum est, ut ex allata dubitandi ratione asseri videbatur, † quod in constituenda protectionis unione, clientes ita præcise Advocatorum industriam elegerint, ut etiam aliorum, ab ipsis substitutorum hominum, protectione haud contenti fore videantur, quod 1071 ex eo perspicue colligitur, quia videmus, eandem Advocatiam ipsorum personis vita functis transire ad eorundem successores atque hæredes.

At vero Jura sanciunt, quod † commissa alicujus indu- 1072 striæ, ad hæredes minime transeant, *l. cujus bonis ff. de curat. furiosis, & c.* Cyn. *in l. quisquis. ibid.* Bald. *n.* 2. *C. de Episc. & cler.* Felin. *in c. in præsentia, n* 46. & 47. *de probation.* Schurff. *cons.* 68 *n.* 16. *cent.* 1. Schrad. *part.* 6. *c.* 6. *n.* 49. Et insuper † protectio clientelaris ejus est na- 1073 turæ, ut per alios clientibus acceptabiles, æque possit expediri, atque per ipsius Advocati proprios homines, argum. eorum, quæ in simili de vasallorum servitiis habētur *in c. si quis decesserit, ibi,* alius tamen pro eo faciens, admittetur, *si de feud. defunct. & in c. si quis investitum. in fin. in capit. extraord.* Nec † in tabulis protectitiis ex- 1074 primi solet, ut per proprios subditos defensio fieri debeat, eoque casu industriam, personarum non esse electam, præsumitur. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 92. *n.* 2. *per l. unic.* §. *ne autem. vers. sin autem in faciendo, C. de caduc. tollend. l. veteris, C. de contrahend stipul.* Est autem regulare, † quod in his, in quibus non est electa industria 1075 personæ, facere, sive præstare quidpiā liceat per substitutos §. *mandat. Inst. de mand.* Bart. *in l. continuus* §. *si ab eo. n.* 1. & 2. *ib.* Aret. *n.* 18. *vers. circa primū ff. de verb. oblig.*

Cæte-

Alterum quæstionis propositæ membrum. Utrum Protectori Clientes per substitutum defendere liceat, quando id absque impedimento ipse facere potest.

1076 Cæterum in alio casu, † *quando non subest impedimentum, sed per proprios homines Protector opem ferre potest, an tunc vices suas in defendendo, invitis præsertim clientibus alteri committere possit*, quæstio plus difficultatis habet, † cum plus favoris mereantur, majorique venia digni sint, impediti, quam non impediti. *l. fidejussor. §. si necessaria. Digest. qui satisd. teneantur.* & iniquissimum † fuerit, non impeditis permitti, quod impeditis denegatur, *leg. non enim. Digest. ex quib. caus. major.*

Quamvis igitur trita sit Juris regula, posse quem † per alium, quod potest per seipsum, sique faciat per alium, perinde esse, ac si faceret per seipsum, *ca. potest. c. qui per alium*, & utrobique not. per Dd. *de regul. Jur. in 6.*

1077 1078 1079 1080

Decisio secunda quæstionis in partem affirmativam.

In præsentibus † tamen Advocatiæ terminis magis censerem, Protectores per seipsos, hoc est, per proprios suos subditos, sive conductos milites fideles teneri defendere, per notata Bart. *in l. continuus §. si ab eo num. 2. ibid.* Joan. de Imol. *nu.* 17. *ff. de verb. obligat.* Lud. Roman. *in l. eorum. communem perlubens. ff. de damn. infect.* Alexand. *in l. si finita. §. si de vectigalibus. num.* 15. *ibid.* Zas. *n.* 11. *Digest. d. tit.* Natta *cons.* 16. *n.* 14. *& sequent.* Cravett. *cons.* 303. *n.* 1. *& seq.* Menoch. *cons.* 54. *n.* 14. 40. *& seqq. cons.* 722. *n.* 22. in eandem videtur inclinare Hartm. Pistor. 2. *quæst.* 32. *n.* 35.

Ratio decisionis I.

Si enim Tabulas conventionis fiduciariæ inspiciamus: promissa † in iis defensio semper restringitur ad vires protectorum, eorundemque auxilia propria in obligationem deducuntur, ac consequenter alienorum hominum operæ excluduntur, arg. *l. si operas. ff. de præscript. verb.*

1081

Ratio decisionis II.

Deinde, etiamsi verba modo ponderata deessent in formula protectionis; tamen cum Patroni diserte promittant, auxilium sive defensionem sese clientibus exhibituros, si vero id per alienos homines faciant, attenta rei veritate, non illi, sed eorundem substituti alienique homines defensionem præstitisse censeantur; consequitur inde, Patronis, extra casum impedimenti sive necessitatis, non licere alienis viribus succurrere. Eo, † quod talis promissio in forma specifica, & non per æquipollens, adimpleri debeat, arg. *text. in ca. debitores. c. ad nostram.* ubi Panormitan. *numer.* 4. Felin. & cæteri Canonistæ. *de Jurejur.* Natta *cons.* 368. *numer.* 5. *& cons.* 600. *numer.* 15. Modest. Pistor. *cons.* 21. *num.* 23. *& seqq. vol.* Cacheran. *decis.* 92. *num.* 2. 3. 4.

1082

Ratio decisionis III.

Præterea si clientes tenerentur alienæ defensioni semper acquiescere, in effectu cogerentur alium, quam quem elegerunt, protectorem habere, cum Patroni † officium, ut *alibi* latissime deduximus, potissimum consistat in defendendo. Sed hoc primævæ clientum intentioni adversatur. Ergo non admittendum est.

1083

An Clientibus debitam sibi à Protectoribus defensionis operam aliis communicare liceat ita ut illi eam tertio subministrare cogantur.

His ita de Protectorum potestate definitis, restat altera quæstio, quam respectu clientum moveri posse diximus, resolvenda, *An nimirum † clientes debitam sibi à protectoribus defensionis operam, aliis communicare, cedere vel delegare adeo possint, ut Patroni eam tertio subministrare cogantur?*

Et certe † videtur, ad hoc dubium affirmative responderi posse.

Ratio dubitandi pro affirmativa.

Nam primum à Doctoribus traditum reperitur, † operas, quibus protectio æquiparatur, à Domino posse alteri cedi, Bald. *in l. 1. num.* 12. *& in l. liberti. nu.* 20. *C. de oper. libert.* Alexand. *in l. si non sortem. §. libertus. numer.* 10. *ff. de condict. indebit. & in l. in stipulationib. num.* 4. *ff. de verb. obligat.* Joan. Imol. *in l. 1. in princ. num.* 6. *ff. solut. matrim.* Joan. Ferrar. *lib.* 6. *de feud. cap.* 3. *§. cæterum.* Caspar. Ziegl. *in conclus. ad praxin.*

1084 1085 1086

Calvoli §. † *Nobiles. conclus.* 1. *num.* 102. ubi dicit Nobiles ista servitia sibi debita posse alteri delegare aut locare, etiam invito rustico aut subdito. *l. opera 9. l. patronus* 25. *in princip. Digest. de oper. libert. l. hominis.* 3. *ff. de usufruct. legat. l. si non sortem* 26. *§.* 10. *ff. de condict. indeb.* Zasius *libro* 1. *intellect. singul. cap.* 3. *num.* 50. Husan. *de liber. homin. cap.* 6. *nu.* 74. Maul. *de homag. tit.* 4. *num.* 14. Jacob. de S. Georg. *Rubr. de Reyd. numer.* 1. Balthas. Gomer. *de potestat. in seipsum, lib.* 2. *cap.* 19. Carol. Molin. *consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 1. *gloss.* 3. *num.* 24. Coler. *de processibus executiv. part.* 1. *cap.* 9. *nu.* 41. *per d. §. libertus, & l. opera in rerum. l. si libertus artem. Digest. de operis libert.*

1087

Siquidem † & qui locat, uti frui re, in qua usumfructum habet, dicitur, *l. arboribus.* 12. *§. usufructuarius & l.* 3. *§. constituitur. ff. de usufruct.* cum † operarum mercedes dicantur fructus hominis, Bartol. *in l. 1. §. Divus. numer.* 6. *de var. & extraord.* Baldus *in l.* 2. *numer.* 1. *ad fin. Cod. locati.* per text. *l. cum duobus* 52. *§. in coeunda, Digest. pro socio.* ubi traditur, operarum pretium, artis esse velamentum, hoc est pecuniam velare, vel supplere, quod deest, arti vel operæ unius socii, ac est melior text. *in l.* 3. *&* 4. *Digest. de oper. servor.*

1088 1089

Cum enim † hominis, etiam liberi, operæ, sint ejus naturæ ut legari, vendi, locari, & in stipulationem deduci possint, *leg. hominis quoque. Digest. de usufruct. legat:* sequitur, eas etiam cedi posse, cum cessio † in incorporalibus sit loco traditionis, *l. venditor actionis. ff. de hæredit. vel actio. vendi.* gloss. *in l. ult. Codic. quando fisc. vel privat.* ubi Dd. Joann. de Grassis *de cessione Iuris. §.* 6. *num.* 8. Natta *consil.* 398. *numero* 14.

1090 1091

II. Ratio dubitandi.

Accedit, † quod Advocatia & Jus præstandæ defensionis Tutelaris, etiam ad hæredes & successores Protectorum, (ut *infra* probabitur) transeat. Operas autem ad hæredem extraneum transire solitas, alteri cedi posse, patet ex *l. fabriles.* juncta *l. opera in rerum in fin. ff. de oper. libert.*

1092

Ultima ratio dubitandi.

Præterea in simili, quod † Dominus feudi servitia vasallatica, sibi debita, alteri cedere possit, sentire videtur Isernia *in cap.* 1. *§. ex eadem.* relatus ab Alvarot. *ibid. num.* 9. *de lege Conrad.* dum censet, dominum dare posse, cui velit, commoditatem ejus, quod est in exercitio & artificio, & commoditate fructuum & servitiorum. Ejusdem opinionis esse videtur Hartmann. *lib.* 2. *tit. de feud. part. observ.* 30. & Jas. *de feud. part.* 7. *numer.* 64. asserens, dominum, qui vasallo servitia indixit, alteri commoditatem eorum delegare posse, dummodo vasalli non intersit, huic aut alteri operas indictas persolvere.

1093

Decisio negativa. Ratio decidendi I.

Verum, ut hæc se habeant, † ego negativam sententiam arbitror esse veriorem, propter rationes subsequentes.

1094

Principio namque inspiciendum ante omnia est, quæ fuerit in constituenda Advocatia contrahentium mens atque voluntas, † ex qua, ista, de qua in præsenti quæstio versatur, delegatio defensionis regulanda atque definienda est, per text. *in cap. cum Abbatia. in fine. de offic. deleg. & in l. cum te. ubi* Bald. *Codic. de donat. ante nupt.* Bursat. *cons.* 162. *numer.* 10. *vol.* 1. Decian. *cons.* 5. *numer.* 1. 106. *vol. & cons.* 40. *numer.* 21. *vol.* 3. Menoch. *cons.* 103. *numer.* 51. *vol.* 1. Qualis † autem sit mens & voluntas hominis, ex verbis ipsius intelligitur, utpote, † quæ sint, secundum Aristotelem, notæ passionum animi, ut post Bald. *in l. reprobari. Digest. de excus. tutor.* responderunt Alexand. *cons.* 1. *numer.* 29. *vol.* 3. Oldrad. *cons.* 53. *col.* 2. Bursat. *cons.* 258. *numer.* 1. *vol.* 3. & verba mentis conceptum significant Corn. *cons.* 272. *numer.* 5. *vol.* 4. Alciat. *respons.*

1095 1096 1097

sponf. 104. Curt. Iun. *conf.* 63. *numero* 6. *& conf.* 569. *in princ.* Cravett. *conf.* 161. *num.* 11. nullumque majus esse censetur dispositionis ac mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum, *l. Labeo.* §. *idem Labeo. in illis verbis*, quorsum sunt nomina, nisi, ut demonstrent voluntatem dicentis; Equidem non arbitror, quenquam dicere, nisi quod sentit, *ff. de suppell. leg.* Bald. *in capit.* 1. *de testib. & in l. Et in Epistola Codic. de fideicom. & in l. cum quidam. col. penult. C. de impuber. & al. substitut. & c. super literis. col.* 3. *de rescript.* Coler. *conf.* 47. *num.* 39. Et alibi scriptum reliquit Baldus, † quod lingua loquentis dicitur tuba cordis. Talis † enim intelligitur esse mens in corde, quale est verbum, quod profertur ex ore, Bald. *conf.* 160. *num.* 2. *vol.* 1. Eamque ob causam † disponentes in dubio id voluisse existimantur, quod verba important, text. *est in l. Nepos Paulo. ff. de verb. significat.* Jas. *in l. eam, quam col.* 7. *vers. & pondera C. de fideicommiss. & in l. si quis filiam. col.* 1. *in fin. Cod. de lib. præt.* Unde præsumptio ista enata est, quod disponentium voluntas, non sit à verbis aliena, per *d. l. Labeo* §. *idem Labeo. ff. de suppellect. lega.* Decian. *conf.* 2. *n.* 63. *vol.* Herm. Vultæius *inter consil. Marpurg. tom.* 3. *conf.* 31. *n.* 4.

1098

1099

1100

At si verba protectionis initæ intueamur, nusquam reperiemus, impositam fuisse Protectoribus necessitatem præstandæ defensionis aliis, quibus clientes eam delegare intendunt, sed de ipsis tantum clientibus adjuvandis, dispositum ac cogitatum esse videbimus.

1101 *Ratio decidendi II.* Deinde omni plane caret dubio, quod † Advocatiæ finis non ad aliorum, sed unice ac potissimum directus sit ad defensionem Personarum ac bonorum ipsorummet clientum, & hic quidem finis est de substantia contractus Protectitii, eoque cessante, cessat ipse contractus, *l. cum te Codic. de pact. inter empt. & vend. l. adigere.* §. *quamvis. Digest. de Jure patron.* Marant. *de ordine Judicior. part.* 2. *num.* 31. ad eum namque contrahentes maxime respexerunt, *l.* 1. *in prin. ff. de authoritat. tutor. leg.* 1. §. *unde quærit. Digest. de exercit. actio. l. si quis nec causam.* ubi præ cæteris Jas. *numer.* 3. 4. *ff. si cert. petat.* Hartman. Pistor. *lib.* 1. *quæst.* 15. *num* 61.

Si vero clientibus promissam defensionem aliis delegare liceret, Advocatia ad longe diversum tenderet finem, nempe ad tuitionem personæ bonorumque cessionarii, adeoque non esset illa defensio, quam protectores Clientibus promiserunt, ut quæ personis, rebusque clientum circumscripta ac determinata fuit, sed alia longe diversa, cujus finis in consideratione nunquam fuit.

Ratio decidendi III. Præterea illud indubitatum, & alibi fuse probatum est, † defensionis operam tum demum à Protectoribus esse navandam, quando clientes ea opus habent, at certo certius est, quod clientes dum sibi debitam protectionem alteri cedere vel delegare volunt, ea minime indigeant, ideoque evidenter inde sequitur, à clientibus facultatem exigendæ defensionis neque pretio mediante neque gratis alteri concedi posse, §. *l. Inst. de usu & habit. l. plenum maxime in* §. *si usus ministeriis ff. d. tit.* alioquin non ad usum duntaxat, verum etiam usque ad compendium perciperetur, contra manifestam dispositionem *d. l. plenam* §. *Sabinus. ibi*, non usque ad compendium, siquidem cedens alteri, quod sibi competit, aut pretium percipit, aut mercedem, aut debitorem beneficii acquirit, quæ omnia sunt in fructu sive concernunt & inducunt emolumentum, Donell. *lib.* 10. *commentarior. de Jure civil. c.* 24. §. *habet igitur.*

1102

Ratio decidendi Ultima. Ut omittam denique, quod si clientibus liceret alteri defensionis operam delegare vel cedere, vergeret illud in maximum Protectoris præjudicium, siquidem illi, quando Advocati Protectione non indigent, alteri indigenti pro libitu eam cedere possent, casu vero eveniente, quando iidemmet ea opus haberent, nihilominus defensionem pro seipsis exigerent, atque ita duplici onere gravarentur Patroni. At vero ita moderandum esse Protectionis negotium, † ne Advocati plus æquo graventur, scite admonet Andr. Barbat. *conf.* 62. *tom.* 4. *per totum.* Facit text. *in l. operarum.* 50. *& l. nec audiendus*, 17. *ff. de operis libert.* Matth. Coler. *de process. execut. part.* 1. *ca.* 9. *num.* 26.

1103

Et hæc ultima ratio, aliam, qua cumulatur, etiam pleniorem habet, eo quod Protectores, si delegatam aliis à clientibus Protectionem præstare cogerentur, non solum contra legem conventionis nimium gravarentur, verum etiam illam ipsam defensionis opem, solis clientibus debitam, duobus vel pluribus exhiberent, quod fieri non debet, per ea, quæ tradit Innocent. *in ca. inter quatuor. de majorit. & obedient. vers. alii dicunt.* & *ibid.* Zabarell. *quæstio.* 10. Non † enim debet una res duobus solvi, text. optimus *in fin. C. ad Trebell.*

1104

Nec † debet aliquis duplici onere prægravari, *l. sed in lege. ff. locat. l. navis*, §. *cum autem. ff. ad legem Rhod. de jactu. l. libertus.* § *præscriptio. ad municip.* Et unus duorum vicem sustinere *l. si plures. Digest. de pactis.* Jas. *conf.* 7. *numero* 70. *libro* 2. Unum enim vix pauci ferre possunt, utrumque nemo, ut dicit Cicero *in Orationib.* pro hoc facit, quod not. *in l. si consul. ff. de adopt. l. licet.* §. *si plures, ff. de procurat.*

1105

Solutio contrariorum Argumentorum. Nec vero obstant illa, quæ *superius* dubitationis ergo à nobis prolata sunt.

Responsio ad I. dubitandi rationem. Nam ad primum æquiparationis operarum & protectionis argumentum quod attinet, idipsum operarum distinctione facile diluitur. Sunt enim operæ † aliæ artificiales, aliæ officiales. Hæ consistunt in officio & obsequio, quod superior inferiori debet, *l. officio. C. de negoc. gest. l.* 1. *& tot. tit. ff. de obsequiis à liber. & libert. par. & patron. præst.* & facit *l. patron.* 2. *Codic. qui pet. tut.* & discernuntur ab artificialibus, quod officiales operas quilibet exhibere noverit, etiam absque arte, *l. legatis.* 65. §. *si ex officio.* ubi not. gloss. *verb. officio. ff. de leg.* 3. & Bartol. *in l. si non fortem.* 26. §. *libertus, numero* 8. *ff. de condict. indeb.* Quia respiciunt regulariter personam edentis, & ejus, cui eduntur, Bartol *d.* §. *libertus numero* 19. Coler. *de process. execut. d. c.* 9. *num.* 7. Illæ autem dicuntur quæ consistunt in artificio, per doctrinam acquisito, Bart. *d.* §. *libertus, n.* 8. *per per d. l. legatis.* 65. §. *si ex officio ad artificium.* & *ibi* gloss. *verb. transferit.* quæ & fabriles appellantur, Jason *d. l. si non fortem.* 26 §. *libertus num.* 24. Husan. *de hominib. propr. c.* 6. *quæst. princip.* 4. *part. membr.* 2. *tit. de operis.*

1106

Inter has autem † operas, duntaxat artificiales alteri locari, cedi vel delegari possunt, ut patet *ex l. opera*, §. *fabriles. ff. de oper. libert. d. l. si non fortem*, §. *libertus versic. ha enim jubente patrono & alii edendæ sunt, ff. de condict. indeb.* officiales non item, *d. l. opera. cum l. seq. gl. in d.* §. *libertus.* ubi Bartol. *n.* 29 *&* 30. Alex. *n.* 10. Jas. *n.* 25. Zal. & cæteri *ff. de condict. indeb.* Bald. *in l. liberti, nu.* 20. *C. de operis libert.* Joan. de Imol. *in l.* 2. *in princ. n.* 6. ubi Alex. *n.* 25. *ff. solut. matrim.* Connan. *lib.* 2. *commentar Jur. civil. a.* 8. *n.* 6. *&* 9. Molinæ. *ad consuetud. Parisiens. t.* 1. §. 1. *gloss.* 3. *n.* 24. dicens omnes Dd. hoc tenere Ronchegall. *in l. nemo est, numero* 11. *Digest. de duobus reis.* Donell. *libro* 2. *commentar. Jur. civil. cap.* 18. §. *officiales autem.*

1107

At vero si protectitia auxilia rite perpendamus, regulariter † accenseri vix poterunt artificialibus operis

1108

operis quippe quæ in certo quopiam ac designato genere artificii versantur, *d.* §. *libertus ibi:* nisi forte in artificio sint, *& d. l. opera v. sane*, nec tam personam ejus cui debentur, quam id, quod est artis beneficio expediendum, respiciunt, Zas. *d.* §. *libertus* Ronchegal. *d. l. nemo est numer.* 11. *ff. de duob. reis.* Connan. *d. c.* 8. *numer.* 9. *libr.* 2. Unde quasi in pecuniæ præstatione consistere dicuntur, *leg. fabriles, ff. de operis libert.* hoc est, non ex indigentia, sive usu necessario ejus cui debentur, æstimantur atque dijudicantur, sed ad utilitatem pecuniariam inde redigi solitam, nec personæ cohærentem referuntur, Donel. *d. c.* 18. *vers. artificii, lib.* 2. cedentque protinus ex die interpositæ stipulationis, licet peti non possint, nisi tantum temporis præterierit, quantum earum præstationi est necessarium *l. quotiens ff. de oper. lib.* & à quocunque cuicunque solvi possunt, *d. l. opera in rerum, ff. d. tit.*

Defensio vero Protectoris in artificio, quippe quod in ingenio fundatur, & per doctrinam addiscitur, *l. forte ff. de rei vendic.* ac studio discendi continuato incrementum recipit, *l. legatis servis*, §. 1. *&* §. *ornatricibus ff. de legat.* 3. Bald. *in d.* §. *libertus numer.* 4. minime versatur, sed plerunque indeterminate promittitur, ac si maxime quandoque Patronorum auxilia nominatim exprimantur, qualia esse debeant, certo tamen tempore, locoque minime determinantur, nec ad utilitatem pecuniariam referuntur, sed unice clientum tuitionem respiciunt, quorum ex indigentia usuque necessario æstimantur sive dijudicantur, nec cedunt ex die contractus initi sed tum demum, cum fuerint indicta sive cum clientes ea requisiverint, ut *supra in c.* ubi quando, & quoties edoctum est.

1109 Unde liquido patet, † protectionem non subesse artificialibus operis sed officialibus, quæ non in artificio sunt, sed in mera officii præstatione occupantur, *l. cum patronus in prin. ff. de oper. libert.* nec pecuniariam, sed personalem ejus, cui debentur, utilitatem respiciunt, *d. l. opera in rer.* Bartol. *d.* §. *libertus num.* 19. & commodum illius personale concernunt, *d. l. quoties ff. de oper. libert.* nec prius cedunt, quam operæ fuerint indictæ, *l. si quis in hac* §. *judicium d. l. quoties d. l. cum patronus in pr. ff. d. tit.*

Alia primæ objectionis solutio. Deinde etiam ad hanc ipsam objectionem responsio patet, ex præmissa finali decidendi ratione, qua dictum fuit, ejusmodi delegationem defensionis cedere in maximum Advocatorum præjudicium. Cum autem recepta interpretum doctrina velit, operas † cedi non posse, quoties debitori præjudicium sive damnum aliquod cessio foret allatura, Jo. de Imol. *in l.* 2. *in pr. numer.* 6. ubi post alios Alex. *num.* 17. *per text. ibid. ff. sol. matrim. & in d. l. si non sortem* §. *libertus, num.* 10. ubi Jas. *num.* 25. *ff. de condict. indeb.* Bald. *in leg. liberti numer.* 20. *Cod. de operis libert.* Zas. *de feud. part.* 7. *num.* 64. Coler. *de process. execut. p.* 1. *cap.* 9. *num.* 37. And. Khol. *de servit. feud. part.* 2. *ante numer.* 110. Paul. de Castr. *in leg.* 2. *Digest. solut. matrim.* ubi concedit, operas locari posse, nisi incommodum esset operas præstare debenti, per *d. l.* 2. *in pr.* & vide notata per Ang. & Imol. *in l. stipulat.* §. *operarum ff. de verb. obl.* per Bald. *in l.* 2. *C. de do.* Bart. *in l. si is, qui.* §. *fi. ff. de pig.* Consequens est, nec defensionem solis clientibus debitam aliis cedi posse.

(1110)

1111 Textus † autem *l. arborib.* §. *usufructuarius ff. de usufruct.* procedit in usufructu saltem, & similibus utilitatem pecuniariam potius, quam personalem commoditatem concernentibus in quibus nihil debitoris interest, hic, an alius percipiat. Secus in his, quæ ad personam ipsam referuntur, nec debentur, nisi quatenus ea iis opus habet, prout patet in usu, *l. plenum. ff. de usu & hab.* §. 1. *Inst. d. tit.* & officialibus operis sub quibus servitia continentur *l. opera in rerum cum l. seq. l. quoties, ff. de operis liber.*

1112 *Explicatio L. Hominis quoq. ff. de usufr. leg.* Sic etiam † *l. hominis quoque ff. de usufr. leg.* loquitur sive intelligitur de operis certis, sive artificialibus secundum gl. *ib.* quã ad hoc alleg. *l. si non sortem* §. *libertus v. sed si delegatus ff. de cond. indeb.* Quod si maxime concedatur: de operis etiam officialibus illic agi; tamen hactenus demum ille textus de iis intelligi potest ut homo liber suas operas officiales alteri promittere locareve possit, nec non dominus libertatem servo, cum reservatione operarum officialium, in ultima voluntate relinquens, eas alicui legare queat, inde vero minime sequitur, eas cedi posse, cum etiam ea, quæ personæ cohærent, in ultima voluntate relinqui inque contractum deduci, nec tamen cedi queant, *d. l. plenum ff. de usu & hab.* nec admittatur, eum, cui debentur operæ officiales, eas alteri locare, promittere, vel in ultima voluntate relinquere posse, *l. opera in rerum l. servus l. quia ff. de op. lib.* quo negato, corruit etiam, quod inde per consequentiam infertur, de cessione loco traditionis in incorporalibus habenda, juribus præcitat. juncta *l. cum principalis ff. de reg. jur.*

1113 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Quod deinde secundo loco † ab operis ad hæredes transitoriis ad jus protectionis arguitur, eadem plane responsione diluitur. Cum enim Dd. tradunt, operas, ad hæredem extraneum transire solitas, cedi posse, intelligunt de operis personæ minime cohærentibus prout etiam plerique nominatim ita sese declarant: Secus in his, quæ personæ cohærent, quales sunt officiales prout tradit Bald. *in d. l. liberti num.* 20. *C. de op. liber.* Bart. *in d. l. si non sortem* §. *libertus num.* 30. ubi Alex. *num.* 10. & reliqui Dd. *ff. de condict. indeb.* Jo. de Imo. *in d. l.* 2. *in pr. numer.* 6. *ff. sol. matrim.* Alex. *in l. in stipulat. numer.* 4. *ff. de verb. obl.* Jacob. de S. Georg. *de operis numer.* 1. ac per sese liquet, *ex l. opera in rerum cum l. seq. ff. de op. liber.* Proinde cum antea fuerit ostensum, regulariter auxilia Advocatitia concernere personas clientum ad eamque referri, & officiales operas esse; sequitur, ea minime cedi posse.

1114 *Responsio ad ultimam dubitandi rationem.* Ultimum denique argumentum, † à servitiis vasallaticis ad protectionis operam ductum, æque invalidum est: Nam allegati *ibi* Feudistæ Isernia atque Alvarotus non asserunt ad concessionem domini, præstanda esse alteri servitia, sed dominum posse alteri dare commoditatem ejus, quod est in exercitio & exhibitione servitiorum, Commoditas autem è servitiorum vasallaticorum exercitio sive præstatione redundans, à servitiis ipsis maxime discrepat, & est utilitas illa, quam dominus inde sensurus est, ea si talis sit, ut in alterum transferri possit, puta, si quid ab hostibus Domini juste oppugnatis adimatur, haud dubie potest alteri locari, vendi, vel gratuito concedi, *l. arborib.* §. *usufructuarius ff. de usufruct. l.* 1. *C. de nov.* Quod si maxime sensissent, ipsa etiam servitia cedi posse, ut alteri non domino præstari debeant, quod tamen verba non innuunt, nec important: tamen intelligendi forent de servitiis determinatis, in certo ac designato officii genere versantibus propter quæ feudum quandoque concedi solet, *c.* 1. *in fin. ex quib. caus. feud. amit. c. ult. de capit. qui curiam vendid.* Khol. *de serv. feu. p.* 2. *n.* 110.

1115 Alia insuper movetur quæstio circa contractum donationis, *An † & quomodo Advocatia donationis titulo in alium transferri possit.*

1116 *Utrum Advocatia donationis Titulo in aliquem transferri possit. Ratio* Eam autem † donari non posse, suadent notata Domini Jacob. Henrichm. Cathedral. Ecclesiæ Augustanæ Canonici, nec non Rever. ac Illustriss. Principis ac

dubitandi in partem negantem. Domini D. Othonis Baronis ac Dapiferi de Waldpurg Cardinalis & Episcopi Augustani Præpositi Elvvacensis Vicarii in spiritualibus Generalis *conf. suorum tom.* 3. *conf.* 3. *n.* 49. ubi ex Innocentio & Hostiense aperte tradit, quod licet Patronus possit donare jus Patronatus, *c. ex insinuatione, de jur. patr.* secus tamen sit in Advocatia, subjungens rationem discriminis, quod Patronatus sit quasi ex debito, Advocatia vero de gratia tantum. Dicit tamen Innoc. *in cap. praeterea*, 23. *de jur. patron.* quod statutos & legitimos redditus bene possit quis donare & vendere, & *ibidem* Hostiens. quod neutrum possit vendi nec donari Laico, sine consensu Episcopi, allegans, *cap. illud. c. quia clerici d. tit.*

1117 *Decisio affirmativa.* Verum † hisce non attentis, contrarium hic concluditur, ac deciditur, jus Protectionis non minus donationis, quam infeudationis titulo in tertium aliquem transferri posse.

Et ut statim rem exemplo comprobemus, habe-1118 mus sane donatæ Advocatiæ † (una cum tota provincia Styrensi testimonium in Ottocaro, ultimo Styrorum Duce, qui anno Domini 1186. eo, quod lepræ contagione infectus, nullos liberos haberet, Styriæ provinciam Lupoldo Austriæ Duci, socerò suo gener, una cum Advocatiis Monasteriorum à majoribus suis fundatorum donavit, ac vivus tradidit, ipseque teste Lezio, *comment Respubl. Roman. libr.* 12. *cap.* 3. reliquum vitæ tempus in Carthusianorum Cœnobio Seicz à se constructo, exegit. Et *Exemplum donatæ Advocatiæ in Ottocaro ultimo Styriæ Duce.*

1119 † hoc titulo Provincia Styriæ ad Austriacos Principes primum omnium est devoluta. Ut sequenti diplomate ipsemet Ottocarus Styriæ postremus Princeps testatur.

Diploma Ottocari Styriæ Ducis quo Advocatias Monasteriorum à majoribus suis conditorum, Leopoldo Austriæ Duci donavit.

In nomine Sanctæ Trinitatis & individuæ unitatis *OTTOCARUS dux Styræ* omnibus fidelibus in perpetuum.

Divinis & humanis legibus docemur, ac propriæ naturæ disciplina commonemur, nostrorum saluti consulere, & eorum utilitati tam modo, quam in posterum providere. Vita namque cujuslibet hominis divitis sive pauperis incerta transit & instabilis. Ideoque quemlibet ante mortem deliberare decet, quid, cui, qualiter relinquat, quod post mortem retinere non valet. Et quia Deus sola dignatione suæ misericordiæ, primo parentibus nostris, deinde nobis, magnas contulit in hominibus & rebus gratiam, solicitudinem hujusmodi non minimam cum non haberemus hæredem, cui omnia nostra cederent in hæreditatem. Communicato igitur meliorum nostrorum prudenti consilio, nobilissimum strenuissimum fidelissimumque Ducem Austriæ, *Lupoldum* consanguineum nostrum si sine hærede decesserimus, successorem nobis designavimus.

Cujus provincia cum nostræ sit contigua, sub unius pacis ac principis facilius moderari justitia: quem quia nobis amicissimum fore credimus, quamdiu vixerit, nihil mali in nos & nostros eum moliri satis confidimus. Veruntamen ne aliquis de successoribus suis paterni moris simul & mutuæ familiaritatis in ministeriales & conprovinciales nostros impie crudeliterve præsumat agere, jura nostrorum secundum petitionem ipsorum scripto statuimus, comprehendere, ac privilegio munire. Inprimis siquidem statuentes, ut si idem Dux aut filius ejus Fridericus quibus nostra designavimus, nos supervixerint, nostros in sua potestate habeant, adeo quod si & regni gratiam amiserint à nobis sibi collata amittere non valeant. Postea quicunque de suis nepotibus sibi succedentibus Ducatum tenuerit Austriæ, Ducatum quoque regat Styræ, ceteris fratribus nullo modo super hoc litigantibus. *Idem Dux petitiones Ecclesiarum, Advocatias monasteriorum à parentibus nostris fundatorum sine subadvocatis manu teneat sua.* Domicilia, munitiones, terras, ministeriales integraliter possideat: nisi forte petitione parentum ex multis filiis unum contingat alias transferri causa majoris emolumenti benigna permissione Domini. Quicunque de Styra vel Austria contraxerint mutuo, ejus provinciæ jus habeant in qua habitant. Si Styrensis intestatus obierit, & jure hæredis qui proximus fuerit sanguine, lis exorta fuerit, vel altercatio negocii, inter Styrenses, non campione, sed probabilium & certarum personarum dirimatur credibili testimonio: Quandocunque querimonia de prædiis fuerit habita, ejusmodi quæstio coram judicibus terminetur, probatorum ac credibilium testium fideli testimonio. In beneficiis nullam molestiam, quæ vulgo Anevelch dicitur, sustinere cogantur. Beneficia ab aliis dominis acquisita, si à Duce Austriæ in proprietate fuerint empta, & non fuerit qui beneficium possideat, de prædiis quæ Duci Austriæ post obitum nostrum designavimus, interim si ex his fidelibus ministerialibus ac propriis nostris dederimus, ratum esse decernimus. Ministerialis Styrensis, alii Styrensi prædia sua vendat vel tribuat. Similiter quicunque se converterе, ac de redditibus quod conveniens fuerit, Deo offerre disposuerit, in claustris subter nominatis cum licentia nostra facere poterit: scilicet Traunkirchen, Garsten, Gleynik, Admund, Secovv, Vitringe, Sanct. Pauli, Osciach, Ruune, Vallis Sanct. Joannis, Sizstese, Vorouv, Hospitali in Cervvald, Lambach, Vornbach, Sanct. Lamberti. Ex quibus quædam parentes & avi nostri fundarunt, omnia autem in multis nobis ministraverunt. Quicunque de nostris super querimonia sua justa sententia coram nobis non fuerit terminata, eam habeat optionem gratis coram Duce Austriæ suam renovet causam. Dapiferi, pincernæ, camerarii, maresalci, qui de nostris sunt, Sty-

Styriæ partes intranti, Duci Austriæ singuli cum suis subditis per officia sua ministrent, ea disciplina qua nobis & parentibus nostris ministraverunt. Petenti curiam Imperatoris, aut in expeditionem eunti, dicti officiarii paribus hebdomatibus, paribus diebus, paribusque sumptibus serviant, sicut & hi qui de Austria serviunt, ab infestationibus & exactionibus, quas per præcones Austriæ cognovimus, terram nostræ ditionis, sicut active existit, exemptam esse decernimus. Quisquis ergo ille fuerit, qui rerum summam post nos habuerit, circa nostros videlicet claustrales, ministeriales, comprovinciales hanc formam petitione eorum conscriptam modeste conservabit. Quod si spreta æquitate clementer gubernare despexerit, sed quasi tyrannus in nostros se erexerit, appellandi & adeundi Imperatoris curiam & prætendendi per hoc privilegium suam coram principibus justitiam irrefragibilem habeant licentiam. Præterea adjecimus de nostris, ut quæ in fundo suo ecclesiam constituere velit, construat, vel parochiæ suæ conferre voluerit, conferat. Capellanos & clericos nostros sessionem nobis proximam in mensa, sicut à patre nostro habuerunt, habere volumus. Et ne de hospitiis suis per Marsalcum expellantur interdicimus. Acta sunt hæc Anno Domini incarnationis M. C. LXXXVI. indictione quarta, concurrentium secundum, Sextodecimo Calendar. Septembris die Dominica, Lunæ vigesima octava in monte Sancti Georgii apud Anesum forum.

Verum ne exemplis duntaxat inhæreamus non minus etiam sequentibus argumentis Advocatiam donari posse, liquidum evadit.

1120 *Ratio decisionis I.* Primo namque juris est certissimi, † quod quælibet res, quæ expresse prohibita non reperitur, titulo donationis in alium transferri possit, ut disertis verbis idipsum attestatur Moz. *in tract. de contr. Rub. qua res don. poss. vel non* 1. At enim nullibi dispositum esse in jure memini quod Advocatia donari non possit. Ergo temere idipsum non est adseverandum.

1121 *Ratio decisionis II.* Deinde, † si Patronatus alicui Ecclesiæ donari potest, ut in individuo in scripta immiserunt Roff. *in pract. jur. Pontif. de jure Patr. tit. qualiter & quib. caus. transf. jus Patr. n. 3. v. item transfertur jus patr. per donationem.* Joseph Masc. *concl.* 959. *n.* 10. ubi attestatur, jus Patronatus, quod in Ecclesia Cathedrali Sarzanensi Cardinalis Caladrinus fundaverat, ab eadem familia patrem suum illiusque hæredes donationis titulo pervenisse.

Quanto magis jus tutelare, quod nihil spiritualitatis habet, gratuito largitionis titulo in alium transferre licitum esse debet? 1122 Quamvis autem † jus Patronatus Ecclesiasticum, siquidem id Laicus laico donat, in casu, quo fit conditio Ecclesiæ deterior, puta, quia primus Patronus homo fidelis, potens & justus valens Ecclesiæ jura tueri & dives; ille autem, cui donatio facta est, homo infidelis, malitiosus, pauper nec ad defendenda Ecclesiarum jura sat potens, donari non possit sine consensu Episcopi. Si tamen conditio Ecclesiæ fiat melior, ponendo exempla prædicta econtra, tum prædictum jus sine consensu Episcopi donationis titulo transferri potest, & ita intelligi volunt Dd. decretalem illam *in c. ex insinuatione de jur. patr. arg. l.* 1. *ff. si ex noxa caus. agat. l.* 1. 2. *&* 3. *ff. de alien. jud. mutand. caus. fact.*

III Decidendi ratio. Præterea, cum jus Protectionis, ut supra decisum est, vendi possit, multo magis donari potest, cum hic contractus sit gratuitus; ille vero non: *l. donari* 29. *ff. de donat. l. donari* 82. *ff. de reg. jur.* Eo autem jure utimur, † ut gratuiti contractus magis permittantur, quam non gratuiti, *l. per diversas l. ab Anastasio C. mand.* 1123

Solutio Argumenti contrarii supra adducti. Nec obstant his, quæ ex Innocentio *ad d. c. præterea* 23. *de jure Patr.* in consulendo proposuit Henrichm. *d. cons.* 5. *n.* 49. *tom.* 3. dicens, quod licet Patronus possit donare jus Patronatus Ecclesiasticum, per tex. *in c. ex insinuatione eod.* secus tamen sit in Advocatia per rationem, quod illud ex debito, hæc vero ex gratia proveniat.

Ampliatio decisionis præmissæ. Quia respondetur, non approbari à Doctoribus quod *ibi* Innoc. tradit, & refutatur ab Hostiens. Joan. And. & Zab. qui adseverant, id falsum esse, quod jus Patronatus sit ex debito, cum sit ex gratia, juxta *cap. quoniam de jur. patr.* Ergo objectio illa non subsistit.

Multo magis autem procedit anteposita traditio de permissa Advocatiæ donatione, etiam sine consensu Episcopi, si illa † Comprotectori, arg. *c.* 14. *de jur. patr.* vel alii Ecclesiæ locus Religioso, *c. unic. de jur. patr. in* 6. donetur, cum hisce casibus relaxatio ac refutatio juris sui potius, quam alienatio esse censeatur Galeat. *cons.* 115. *n.* 14. *vol.* 2. Wesenb. *cons.* 48. *n.* 5. *p.* 1. Matth. Steph. 3. *de jurisd. p.* 1. *c.* 17. *n.* 10. *& seq.* Ubi etiam titulo permutationis, cum alia re spirituali factæ jus patronatus transferri posse notat *per c.* 6. *de rer. permut.*

1124 *Advocatiam an invitis Clientibus donationis alio ve Titulo in alium transferre liceat.* Sed hic non impertinenter quæritur, *An Advocatia donationis aliove titulo in alium invitis Clientibus transferri possit.*

1125 *Decisio Negativa. Ratio Decisionis.* Ad hoc quæsitum omissis ambagibus negative respondendum esse arbitror, per rationem, quod nec subditi † inviti in extraneos alienari possint id quod alibi etiam probavimus & amplius confirmant *arg. c.* 1. *ver. præterea* 2. *Feud.* 55. Natta *cons.* 393 *& cons.* 506. *n.* 5. Crav. *cons.* 54. *n.* 3. Pat. *cons.* 21. *n.* 70. *& seq. vol.* 1. Schenck. *de Feud. lib.* 3. *tit.* 31. §. *præterea Ducatus n.* 11. Mand. *cons.* 64. *n.* 4. Rolanà Val. *cons.* 1. *n.* 34. *vol.* 1. D Men. *cons.* 32. *n.* 21. Cach. *dec.* 139. *n.* 1. Tapia *in Rep l. fin. p.* 2. *c.* 9. *n.* 40. *de const. pr.* ubi plurimos comportavit hoc affirmantes. Idque etiam Anno 77. in causa Baden contra Oesterreich/ appellat consideratum, atque subditi Domini Marchionis pro interesse admissi & auditi fuerunt. Ea potissimum de causa, quod Dominus † quilibet subditos suos in eo quo repetit statu relinquere & conservare teneatur, Joan. de Plat. *l.* 64. *C. de Dec. lib* 10. Gail. *de Arrest. c.* 8. *n.* 12. nec pacta & fœdera in subditorum & vasallorum præjudicium inire possit Schr. *de Feud. p.* 10. *sect.* 7. *n.* 30. Cum enim Dominum non mutare. Dec. *cons.* 564. *n.* 9. *&* 10. Abbas *cons.* 3. *in q.* 10. *vol.* 2. Macrab. ab Ang. *consil.* 55. *n.* 55. *& seq.* nec severiori D. Panc. *cons.* 119. 7. *& seq.* aut inferiori minusque potenti subditorum intersit Hier. Gab. *cons.* 149. *n.* 74. *vol.* 2. Pet. *de jur. quæsit. per Prin. non toll. cap.* 22. *num.* 137. Natta *consil.* 506. *numer.* 15. *tom.* 3. Jos. Ant. de R bu. *cons.* 96. *p. tot.* ubi vero dixit Dominum inferiorem (quod passim ab immitioribus nobilibus etiam aliis minus locupletibus Dominis fit) subditos pro primo titulo rusticos suos appellare, & adeo excoriare, ut precarium vix eis dimittat spiritum. Nam breve † Regnum, & curta supellex, subditis non parcit, in lata autem gente Principis † gloria Coler. *in c. ad audientiam n.* 13. *ext. de præscrip.* Vasq. *illust. contr. libr.* 3. *c.* 28. *n.* 3. *& seq.* Knich. *de vest. tr.*

vestur. pact. p. 2. c. 5. n. 181. *& seq.* Sebast. Med. *de amitt. poss. n.* 136. Surd. *cons.* 323. *n.* 1. Burs. *consil.* 160. *n.* 1. *& seq.* Lancell. Gall. *cons.* 46. *n.* 5. Gail. *de PP.* 2. *obs.* 15. *n.* 13. *& seq.* Sicut igitur subditi, quos in alienam Dominus transferre potestatem cogitat, contradicere, & impedire possunt, ut præcitati omnes scribunt, ita sumpto à majori ad minus argumento (quod negative procedere Everhar. *in Top. loc. à major.* docuit) Clientes † multo magis alienationi clientelæ, cui subsunt, idque tum maxime, si in potentiorem Advocatia sit transferenda arg. *tot. tit. Ne lic. pot. patroc. litig. præst.* Natta *cons.* 491. *per tot.* & Menoch. *cons.* 104. *n.* 58. D. Hepingk *dissert. de jur. protect. concl.* 23. *lit. C.*

1126 *Quomodo Advocatia mediante matrimonio in alium transferatur.*

Quarto etiam potest ac solet, † quandoque jus protegendi, ex jure connubiorum, cum fœmina Advocatiæ hærede, in ejus maritum illiusque deinceps familiam transferri, quemadmodum etiam matrimonio, cum fœmina, Principatus hærede, inito imperia acquiri, docet Hip. à Collib. *in suo principe c.* 2. sicut † Gallia Belgica familiæ Austriacæ obvenit, item Algarbiorum † regnum Alphonso X. Castiliæ Regi.

Advocatiæ autem, mediante matrimonio, acquisitæ seu translatæ potius, exemplum in actis mihi communicatis über den Keyserlichen/ hernach Gräfflichen Mondfertischen/ letztens auch Walburgischen oder Erbtruchsässischen Schutz und Schirm / über das Salmanschweylisch Ampt Bachhaupten. adverti. Cum enim *Ludovicus IV.* Imp. circiter Annum 1320. & 1330. papali excommunicatione innodatus, à clero & Monasticis Præsulibus vitaretur, is vicissim eosdem acri odio prosecutus est, nominatim autem *Salemitano Cœnobio* tanta intulit damna, ut ejusdem Abbas, & conventus, vicinorum Comitum, Nobilium ac civitatum auxilia, implorare, inprimis vero *Montfortios Comites* in Protectores asciscere coacti fuerint.

Exemplum translata jure connubii Advocatiæ ex familia Comitum Montfortiorum in familiam Dapiferorum Waldburgensium.

Ejusmodi autem protegendi jus licet non nisi annale fuerit, penes familiam tamen Montfortiam, usque ad annum 1443. permansit: Eo enim tempore, cum *Henricus & Fratres, Comites de Montfurt*, eorundem sororem *Kunegundin*, domino *Eberhardo Dapifero de* Waldburg/ in matrimonium collocassent, eidem præter Arcem Scherensem & Comitatum Fridbergensem, Advocatiam etiam in Bachhaupten & Dagbrechts Weiler/ in dotem assignarunt quæ & mediante illo matrimonio in familiam illustrium & antiquissimorum, Dominorum Baronum de Waldburg/ translata, apud eandem hucusque perstitit, cui tamen certas ob causas, 11. Julii Anno 1615. per D. Abbatem & conventum Salemitanum legitime renunciatum est.

Aliud Exemplum Nobilium Dominorum von der Lippen *in Othonem Comitem de Teckenburg.*

Simile exemplum apud Albertum Kranzium, *in Metr. lib.* 10. *c.* 48. legimus quod Nobilis D. von der Lippen/ Genero suo Othoni Comiti de Teckenburg aliquot Advocatias, Episcopatus Osnabrugensis, in dotem dederit, quas postea Episcopus manu militari recuperare debuit.

1127 *Aliud Exemplum translata per matrimonium Advocatia in Rudolphum Comitem Habspurgensem.*

Aliud translatæ per connubium Advocatiæ exemplum extat *in Rudolpho* † *Comite Habspurgensi*: Cum enim Anno Domini 1289. *Ludovicus Comes Homberga*, maritus *Elisabethæ* Comitissæ Rapersvilensis, qui Monasterii Eremitici Advocatus fuerat, in prælio, cum Bernensibus habito, occubuisset, illa post ejus mortem sibi & liberis tutorem sumpsit *Ulricum Baronem à Ruseck*, mox *Hugonem Comitem Werdenbergensem*, qui Advocatiam Heremi eadem opera exercuere. Cum autem postea secundo nupsisset *Rudolpho Comiti Habspurgensi Lauffenbergæ Domino*, eo matrimonio Advocatia eadem ad Habspurgenses translata fuit, ut testantur Annales Eremi per P. Christ. Hartm. conscripti, *ad Annum* 1290.

1128

Solet insuper † Advocatia nonnunquam simpliciter, absque certo aliquo titulo in alium transferri. Sic constat, † *Albertum Marchionem Brandeburgicum Advocatiam Monasterii Cæsariensis in Ludovicum Comitem Palatinum* ac Bavariæ Ducem Anno 1452. simpliciter transtulisse, prout docent literæ traditionis ejusdem Marchionis, quas auctor Ferner Pfältzischer deduction contra Keyßheim *ad calcem ejus scripti in designatione* der Beylag/ *sub Nu.* 22. nobis exhibet, sub insequenti verborum tenore.

1129 *Quomodo Advocatia simpliciter interdum traditione absq; aliquo titulo in alium transferatur.*

Exemplum ejusmodi translationis in Albertо Marchionis Brandeburgico qui tenuit Advocatiam Monasterii Keysersheimensis. Literæ Alberti Marchionis Brandeburgensis quibus Advocatiam Monasterii Keysersheim sibi ab Imperator. commissam in Ludovicum Comitem Palatinum Rheni ac Ducem Bavariæ simplici traditione absq; Titulo transfert.

Wir Albrecht von Gottes Gnaden Marggraue zu Brandenburg/ vnd Burggraue zu Nürnberg/ Bekennen für Vns vnd alle Vnsere Erben/ vnd thun kundt allermenniglich mit dem Brieff / die jhne ansehen/ hören oder lesen/ als der Hochgeborne Fürst / Vnser lieber Herr vnd Vatter Marggraue Friderich seeliger Gedechtnuß/ vnd Wir das Closter Keyßheim mit seiner jngehörung / bißhero in Vnser Versprechung/ Schutz vnd Schirm von Befehlung wegen Keyser vnd König gehabt hant: Also von besonderer Liebe vnd Freundschafft wegen/ so Wir haben zu dem Hochgebornen Fürsten/ Vnserm Lieben Oheim / Herrn Ludwigen Pfaltzgrauen bey Rhein/ vnd Hertzogen in Nidern vnd Ober Bayern/ haben Wir jme das bemelt Closter mit seinen zugehörungen/ mit aller Vogtey/ Obrigkeit vnd Gerechtigkeit/ auch den Beuelchbrieff/ den Wir darüber gehabt han / gantz vbergeben / vnd geben jhne die auff vnd vber/ in Crafft diß Brieffes/ vnd wessen dasselb Closter/ mit aller Vogtey/ Gerechtigkeit vnd Oberkeit/ als der ob genant Vnser Lieber Herr vnd Vatter seeliger vnd Wir das bißhero gehabt han/ an dem obgenanten Vnsern Lieben Oheim / vnd sein Erben / vnd verzeihen vns auch darauff der gemelten Vnser Gerechtigkeit / willen herkommens vnd gewaltsamb / so Wir biß auff den heutigen Tag darüber gehabt han / für Vns vnd Vnsere Erben / jetzo vnd hinfür zu allen zeiten: Vnd als Vns auch der genant Vnser Lieber Oheim/ so ein mercklich vnd freundlich Anlehen gethan hat / das Wir billich zum grossen danck von jhn auffnemmen / so bekennen vnd wollen Wir für Vns vnd Vnsere Erben/ seiner Lieb auch zur Freundtschafft vnd Wolgefallen/ des obgenanten Closters müssig stehen/ vnd wider jhne vnd sein Erben hinfür nimmermehr darnach stellen/ noch deß annemen gar vnd gentzlich/ vngeuerde/ vnd das zu Vrkund/ haben Wir Vnser Insiegel an diesen Brieff thun hencken/ vnd Wir Johannes von Gottes Gnaden Marggraue zu Brandenburg vnd Burggraue zu Nürnberg / des obgenanten Marggraff Alberechts Bruder/ vnd Wir Margaretha von denselben Gnaden Gottes Marggräuin zu Brandenburg/ vnd Burggräuin zu Nürnberg/ des obgenandten Vnsers Lieben Herren/ Marggraff Alberechts eheliche Gemahl/ bekennen für vns/ vnd Vnser Erben/ daß solch vbergebung des gemelten Closters / mit Vnserm guten willen vnd wissen geschehen / vnd zugangen ist. Sollen vnd wollen auch/ darwider nicht seyn/ noch thun/ in kein weiß/ ohn alles gefährde. Vnd haben des zu mehrer Sicherheit / vnd Bekandtnüß

muß dieser obgeschriebenen Sach/ Unser Insigel zu deß obgemelten Unsers lieben Bruders und Gemahls Insigel an diesen Brieff thun hengen. Der geben ist zu Onoltzbach/ an der H. drey König tag/ nach Christi Geburt / vierzehenhundert und in dem zwey und funffzigsten Jahr.

Transitio à modis transferendæ Advocatiæ inter vivos, ad species post mortem evenientes.

Et hucusque de modis transferendæ Advocatiæ per contractus inter vivos, nunc superest, ut videamus quomodo post mortem prioris Advocati eadem transferatur.

Consistit autem † iste modus potissimum in successione tam testamentaria, quam ab intestato.

1130 1131 *Advocatia qualiter post obitum prioris Advocati ex Testamento vel ab intestato in alium transfertur.*

Quemadmodum † enim jus Patronatus Ecclesiæ per successionem, sive ex testamento, sive absque eo ad hæredes devolvitur tradente nominatim Roffr. *ubi supra n.* 1. Rol. à Val. *cons.* 47. *n.* 6. *lib.* 1. gloss. *in c. pia mentis* 16. *q.* 7. per *c. illud* 8 *de jure patron.* Jo. de Anan. *in c.* 1. *n.* 2. *eod. tit.* Butr. *in c. quoniam* 3. *n.* 3. *de jur. patron.* & *c. cum seculum* 13. *n.* 4. *ibique* Anan. *n.* 5. ubi communiter id teneri dicit, *d. tit.* Boich. *in c. ex insinuatione n.* 2. *eod. tit.* Tiraq. *de jure primog. q.* 36. *n.* 1. Tib. Dec. *resp.* 31. *n.* 9. *vol.* 1. communem dicit Panor. *in d. c.* 1. Roch. de Curt. *in verb. ipse vel is, à quo causam n.* 17. & *n.* 68. *d. c. de jure patr.* Covarr. *lib.* 2. *resolut.* 18. *n.* 7. sequitur Schurff *cent.* 2. *cons.* 87. *n.* 4. arg. *c. ex literis d. c. cum seculum de jur. patr.* Schneid. *in tit. Inst. de success. liber. n.* 13. Wesenb. *cons.* 48. *n.* 10.

Ita etiam Advocatia tutelaris tam ex testamento, quam ab intestato ad successores, uti etiam quotidiana docet experientia, transferri solet.

1132 Quamvis autem † jus Patronatus illud ad quoscunque hæredes transeat, etiam extraneos, uti communiter statuunt Dd. *in c. plures* post *gloss. de jure patron.* Innocent. *in rubr. extr. de jure patr. in fin.* Abb. *c.* 1. *eod. tit.* *Paris. cons.* 48. *n.* 4. *vol.* 4. cum aliis concord. Advo-1133catia tamen † ut plurimum devolvitur ad eum hæredẽ, qui eam partem, cui Advocatia annexa est, adeptus fuit, Meno. *cons.* 104. *n.* 45. *vol.* 6. ubi ex Tiraq. dicit, jus patronatus regulari ab universitate, ut scilicet ad eum perveniat, qui hæres universalis est, idque propter indi-1134visibilitatem Advocatiæ; Sicut enim † jus Patronatus Ecclesiæ indivisibile reputatur, de quo est tex. *in c.* 1. & 3. *eod. tit.* sicut dicitur de via, itinere & actu, *l. via itineris ff. de serv. l.* 2. *pen. ff. de verb. oblig. l. hæredes §. an ea ff. famil. ercisc. filiis* 16. *q.* 7.

1135 Ita etiam † defensio individua est, *l.* 4. *§. ult. l. in executione §. in solidum l. cum ex causa ff. de verb. obligat.* Bart. Ruin. & Alc. *d. l.* 4. *§. Cato. eod. tit.* Hermanoct. Detus *in eod. §. Cato n.* 355. & 671. ubi allegat. *l. vulgaris in princ. de furtis* idem eo loci tradit Ludovic. Bolognin. *n.* 20. Ruin. *in* 1. *lect. n.* 17. post Bart. & alios *ib.* Socin. *n.* 132. Bolognet. *n.* 208. & alios illã probantes & communẽ dicentes recenset Surd. *cons.* 150. *n.* 2. *vol.* 1.

Quando tamen Advocatia per successionem ad plures hæredes transfertur, tunc plerunque fieri solet, ex multis quidem & gravibus de causis, quas causas ante e-1136numeravimus ac supra fusius deduximus, ut illa † penes Seniorem de familia, quemadmodum in jure Patronatus sæpe etiam fit, resideat, vel in eum transeat, qui universam capit hæreditatem eo quod jus hoc patronatus reguletur ab hæreditate, etiam inter filios, notante Ant. Timo *in scholiis ad Institut. Lancellotti lib.* 1. *tit.* 28. *de jure Patron. ad §. successione quoque* ubi subdit si in loco aliquo sit consuetudo ut primogenitus solum, & non alii filii in hæreditate succedat, ad eundem etiam exclusis aliis devolvi jus Patronatus. Quare tunc ubi seniores vel Primogenitus, in patronatu præferuntur vi consuetudinis, juniores Advocatiæ non sunt capaces arg. *l. si vero* 64. *§. de viro ff. sol. matr.* & *l. commodissime ff. de lib.* & *posth.* prout *superius* de Illustribus ac Generosis D. de Limpurg. diximus quorum semper senior ejusdem pro paganis Patronus Chombergensis existit, eoque decedente rursus ætate superior ei in Patronatu succedit, quod & in aliis familiis usitatissimum est, exemplo, ut dixi juris patronatus Ecclesiastici.

1137 1138 *Quare minores natu in casu pertinentis ad Seniorem Advocatia ejusdem capaces non sint. Causa l.*

Ratio porro præmissæ adsertionis quod minores natu, seniore superstite juris protectitii capaces non sint præter adductas antea, elegantes rationes, haud obscure etiam inde elucet, quod Advocatia † eo, ut dictum est, modo, seniori de familia competens, assimiletur privilegio ac juri personali, quod † etiam translata re in alium non transfertur, *l.* 1. *§.* 1. *ff de contrah. empt. l.* 1. *§. si hæres ff. ad Treb.* cum multis apud Tiraq. *de retract. consang. §.* 8. *gloss.* 5. *n.* 7. Et per hanc rationem Bart. post Dyn. *in l. inter eos ff. de acq. rer. dom*, ait, quod † ven-1139dito castro non veniat jurisdictio, quæ competit personæ venditoris, licet contineatur jurisdictio, quæ rei cohæret, sequitur Alex. *l.* 3. *in pr. n.* 26. *ff. de acq. poss.* & dicit Dyn. *in d. l. licitatio §. mercatores ff. de pub.* quod † 1140 privilegium personæ non transeat in emptorem, secus autem in privilegio rei, & infert ad emptores salinarum Ecclesiæ, qui tenentur ad solutionem gabellæ, quamvis Ecclesia esset immunis, & solvere non teneretur, quod respectu gabellæ ordinariæ, probat etiam Bart. *ibi* & est communis opinio, ut attestatur Tiraq. *de retract. consan. §.* 1. *gloss.* 13. *n.* 12. Ruin. *cons.* 143. *n.* 18. & *seq. vol.* 5. Jo. de Amic. *cons.* 18. *n.* 3. ubi ampliat etiam in gabellis impositis & subrogatis loco collectarum ordinariarum, Boss. *in tit. vectigal. sol. qui tene n.* 5. & *tit. de pr. n.* 170. Natta *cons.* 139. *n.* 19. alios plures refert Rol. à Val. *cons.* 61. *n.* 16. & *seq. vol.* 4. & privilegium personale non transit in successorem, *l. quia personale ff. sol. matr.* Dd. *in c. ex parte de decim. gloss. in clem.* 1. *eod. tit.* & mutatione † personæ, extinguitur privilegium, *c. pri-*1141*vilegium de reg. jur. in* 6. Dynus & Bart. *in l. Paulus in fi. ff. de acq. hæred.* in *Auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccl.* ubi Jas. *n.* 41. comprobat conclusionem, quod privatus, succedens privilegiato, non utatur privilegio, late Dd. præcipue Alex. *in l. quia tale ff. de pact.* Dec. & Cag. *in l. in omnib. causis ff. de reg. jur.* Tira. *in tract. cessant. caus. part.* 1. *n.* 110. & *seq.*

1142 *Ampliatio principalis decisa quæstionis.*

Ampliatur autem principalis de trãsferendo per successionẽ Protectionis jure conclusio, † ut non solum procedat, quoad hæredes sanguinis, sed etiam extraneos, per not. Pan. *in c. cum seculum de jure pat.* ubi dicit, in quoscunque tale jus transferri, *gloss. in l. si operam ff. de oper. lib.* Alex. *in venia col.* 2. *ibiq.* Bald. *C. de in jus voc.* Jas. *in l. precib. col.* 16. *C. de impub.* Arch. *in c. considerandũ* 16. *q.* 7. Innoc. *in c.* 1. *de jure patr.* Et licet hi loquantur de jure patronatus Ecclesiastico; tamen ob paritatis rationem etiam in jure protectionis procedunt.

1143 *Secunda ampliatio. Ius Advocatiæ etiam in fœminas transit. Affirmativa decisio.*

Secundo ampliatur hæc determinatio, ut non solum procedat † in hæredibus masculis, sed etiam fœminis arg. gloss. *in q.* 6. ubi Zab. & Dd. *in clem. fi. de jure pa.* Eo maxime casu, quando nullus masculorum superest & fœminæ universalis hæreditatis successio defertur. Nam, mulier ita est capax † hujus juris, sicut & masculus arg. eorum quæ sanxit Justinianus Imperator, qui huic sexui cum virili æqualia successionum emolumenta concessit, *l. maximum vitium*, & *l. pen. C de suis* & *leg. Nov.* 118. Abbas expresse *in c. nobis n.* 3. *de jure Patronatus.*

1144 1145 Quamvis enim fœminæ per se bella non gerant, nec officia civilia publicave sustinere soleant, *l. fœmina* ubi Dd. *ff. de reg. jur.* prout etiam personæ † Ecclesiasticæ *tot. tit. ne cleric. vel monach.* tamen utrisque frequenter occurrit necessitas tuendi sua per alios, bellis gerendis officiisque civilibus subeundis idoneos, quodve per alios faciunt, perinde est, ac si fieret per ipsas *c. qui per alium. de reg. jur. in* 6.

Et

Et docent non solum antiquitatis historiæ (quarum 1146 plures refert † Jacob Orloshausen ICtus clarissimus *in illustri suo respons. An fam. ab eisve descendent, in* 1147 *success. acis mulieb. cap.* 9. fœminas † non solum Civitates maximas & amplissima regna gubernasse, atque ab injuria hostium pugnando vindicasse, sed & nostri 1148 temporis exempla testantur, quod † multis in regnis quæ nuncupatim etiam *in Cap. VII.* de fœminis Advocatiæ capacibus commemoravimus, fœminæ etiam jure 1149 hæreditario succedant.

Et nostro hoc sæculo † Reginam Elisabetham Angliæ sceptra tenuisse per multos annos pro tribunali jus dixisse, & terra marique contra potentissimos hostes prælia gessisse vidimus.

1150 Quod ipsum etiam hodie † in Abbatissa receptum esse eamque jurisdictionem & dignitati suæ annexam habere administrationem, Summus probat Pontifex *in c. indemnitatibus* 42. *in* 6. Jacob Orloshaus. *d. c.* 9. *numer.* 17.

Limitatio decisionis. Prædicta tamen de transactione Advocatiæ per successionem, singulariter limitantur, ut locum non habeant, quando in conventione Protectionis ex-1151 pressum est, quod † solus ille, cum quo conventum fuit, Advocatus esse debeat: Tunc enim jus clientelare cum persona extinguitur, & ad ipsius hæredes non transit.

Quoties † enim aliquid additum est, ex quo apparet, 1152 contrahentes ad propriam ipsorum personam respectum habuisse, & ad semetipsos contractum coarctare voluisse, toties obligatio, quæ ex sui natura etiam hæredes comprehendit, propter verba illa restrictiva, ad hæredes non transit, *l.* 7. §. *pactorum*, *l. si unus* §. *pacta ver. ante omnia ff. de pactis l. si necessarias* §. *de vendendo ff. de pign. act. l. non solum* §. *tale ff. de lib. legata.* Bart. & Ang. *in l. si sic stipulatus ff. de verb. oblig.* Ruin. *cons.* 41. *nu.* 36. *vol.* 1. Tiraq. *de retract.* § 1. *gloss.* 6. *num.* 2. *cum seq.* Hinc etiam Bodin. *lib.* 5. *c.* 6. *de Repub.* affirmat Tabulas patrocinii cum antecessore pacti à novis Principibus ratificari debere, alioquin Patrocinium morte clientis æque ac Protectoris dissolvi, qua de re nos *infra in Cap.* 16. de modis dissolvendæ Advocatiæ latius tractavimus. *Ratio limitationis.*

Et hucusque de forma Advocatiæ & quibus illa modis acquiratur, & constituatur, formataque & acquisita in alios transferatur, abundanter diximus, nunc instituta Methodus nos admonet, ut de fine & effectibus Protectitii juris in sequenti capite agamus.

CAPUT X.

De fine Advocatiæ & ejus effectibus.

SUMMARIA.

Finis Advocatiæ triplex consideratio, nempe respectu Advocatiæ, Advocati & clientum, n. 1.

Finis cujuslibet rei præcipue duplex; Principalis & conferens, 2.

Finis Advocatiæ principalis est salus & communis reipublicæ utilitas, 3. & 6.

Insidiari alterum alteri, homines ad societatem & communionem nati, ex naturali ratione nefas, judicant, num. 4.

Defensionis non simplicis, quæ etiam brutis convenit, sed justæ Florentinus in l. 3. *ff. de just. & jur. mentionem facit,* 5

Finis Advocatiæ conferens sit ipsa defensionis præstatio & executio, 7

Finis conferens seu medius præparat viam ad finem principalem, 8

Finis in moralibus habet rationem principii, & prima rerum causa dicitur, 9

Finis hominis duplex: ultimus & medius, 10

Finis ultimus, ad quem omnes hominum actiones referendæ sunt, est Deus, 11

Hominibus assiduo curandum & invigilandum est, ut vitiis fugatis virtutibusque apprehensis ad Deum, bonorum omnium fontem perveniant, 12

Finis medii duplex iterum consideratio, conjuncta & sejuncta, 13. & 15

Christianus in fine medio ultimum etiam respicit, 14

Finis & officium protectoris quomodo inter se distinguantur, 16

Actus cujusque finis duplex, ex intentione, & præter intentionem, 17

Finis intentionalis Advocatiæ est, ut clientes infirmiores ab aliorum violentiis tuti existant ac defendantur, 18

Finis præter protectoris intentionem contingens, est occisio eorum, qui clientibus vim faciunt, 19

Utrum Defensio clientum etiam occidendo oppressores, protectoribus permissa sit, si eos aliter tueri non possit, n. 20.

Decisio affirmativa ibid.

Probatur n. 23. 24. 25. 26

Objectiones duæ in contrarium motæ resolvuntur, 27. & 28

Vim vi omni jure repellere licet, etiam interimendo aggressores, 21

Defensor non habet stateram in manu, ut ad æquilibrium defensione uti possit, 22.

Milites pro Clientibus pugnantes meditandi tempus non habent an eorum intentio in occisionem hostium ut finem, vel in vita ac rerum Clientelarium conservationem dirigatur, ibid.

Fur nocturnus impune occidi potest, si occisor ei sine suo periculo parcere non potuit, 23

Latrocinantem, qui inferendæ cædis voluntate processit, occidere jure permissum est, 24

Moderamen inculpatæ tutelæ non excedit occidens invasorem rerum suarum, si aliter eas absque periculo suo tueri non potuit, 25

Propter defensionem rei vilis & modicæ non licet aggressorem occidere, 27

Finis operis & operantis diversus esse potest, 29

Finem operis & operantis conjungere debet protector, 30

Protectores non terreni lucri causa sed pro æterna mercede Monasteriorum defensionem suscipere debere, exemplis ostenditur, 31. & 32.

Clientum Tutelarium quisnam sit finis assumpti protectoris, 33

Opera ad commodum patronorum exiguntur à libertis, 34

Fides, sacra res, per quam tuto habitatur civitatibus, 34

Fidem frangere etiam summæ utilitatis causa, nec Protectori nec clientibus licet, ibid.

Clientes hodierni Patronis suis ob susceptam eorum defensionem ad quidnam generatim extra pacta conventa obligati sint, 35

Clien-

Colle-

Collecta pro modo facultatum & viribus patrimonii imponenda, ibid.

Protectorem Clientum secreta perscrutari inconveniens est, ibid.

Rei familiaris utilitatem detegi, vel divitias invidiæ subjicere grave est, ibid.

Jus gabellas imponendi & exigendi arguit imperium, 183.

Collectarum impositio pendet a subjectione, 184.

A collectarum exactione deprehenditur locum collectas solventem esse de territorio seu jurisdictione civitatis, 185.

Collectarum impositio est fructus jurisdictionis & non possunt imponi, nisi ab eo, qui jurisdictionem habet, 186.

Non collectantur nisi subditi, 187.

Collectarum exactio jurisdictionis & earundem solutio subjectionis est tessera sub n. 187.

Subjectio & jus superioritatis potissimum probantur ex jure collectandi, ibid.

Cessante ejusmodi onerum impositione, cessat quoque subjectio, ibid.

Forenses ab onere collectarum regulariter immunes sunt, 188.

Nisi consuetudine, statutis, vel privilegiis aliter obtentum fuerit, ibid.

Ecclesiastici clientes minus quam seculares collectari possunt, 189.

Clientes ad solvendas collectas metu adacti in futurum eas præstare non obligantur, ib.

Murmuratio tacita præscriptionem interrumpit, ib.

Timens non affirmat si absque periculo reclamare non possit, ibid.

Collecta provinciales Landsteur à clientibus protectori debentur, 190.

Landsteur sunt munus patrimoniale quod etiam forenses præstant, ibid.

Forenses pro custodia terrarum, in alieno territorio prædia habentes, collectantur, ib.

Consuetudo ejus rei, in Gallia, Italia & Germania ibid.

In materia collectandi consuetudines locorum potissimum attenduntur, ib.

Magistratus quilibet Regalia & superioritatem habens in suo territorio, jure collectandi utitur, 191.

Clientes privati, clientelæ renunciantes, alioque domicilium transferentes, an protectoribus suis ratione defensionis exhibitæ jura migrationis, den Abzug / pendere teneantur? n. 192.

Affirmativa, 193.

Negativa, 207.

Clientes privati, die Schirmsverwandten / non minus quam subditi, jurium ac privilegiorum loci participes sunt, 194.

Patronus in bonis libertorum habet tertiam partem bonorum in remuneratione præstiti patrocinii, 196.

Civis Domicilium mutaturus Magistratui, à quo discedit pensionem aliquam, Nachsteuer / oder Abzug dictam pendere cogitur, 197.

Dominos territoriorum, ratione protectionis & libertatum concessarum ab emigrantibus honorario aliquo recognosci jure antidorali aquum est, 198.

Consuetudo der Nachsteur approbatur recessu Comitiorum Imperii, 199.

Emigrantium bona ut sint libera, salvum sit domino id, quod pro jure emigrationis solvi solet, aquum est, 200.

Clientes in territoriis protectorum habentes domicilium, sunt incolæ & iisdem legibus ac oneribus obstricti sunt, 201.

Judæi die Schirmsverwandten / statutis locorum, instar aliorum, ligantur sive sint favorabilia sive odiosa, 202.

Judæi Christianorum Principum legibus subjecti sunt, n. 203.

Incolæ renunciantes incolatui, Magistratui aliquid pro emigratione pendere coguntur, müssen nachsteuren / 204.

Dispositum in cive & subdito, habet etiam locum in incola, 205.

Incola ligatur statutis loci, ubi est incola, 206.

Clientes propter solutum annuum honorarium, Schutzgeldt / pro emigrationis jure protectori nihil ultra numerare tenentur, 208. & 210.

Judæi res suas alio transferentes nulla pendunt jura migrationis, 209.

Incola dupliciter consideratur: proprie & improprie, 211.

Incola proprie dicitur, qui aliunde veniens constituit sibi domicilium in loco aliquo, nec tamen jura civitatis redimit, sed vel gratis, vel certo annuo tributo inibi habitat, 212.

Incola improprie dicitur, qui aliunde oriundus, alienæ civitatis civis efficitur, 213.

Civis assumptus pro originario habetur, 214.

Privilegia concessa civibus an competant etiam incolis? 215.

Incola proprie sumptus ad pendenda migrationis jura non obligatur, secus in aliis, 216.

Incola jura civium redimere nolens ultra annum non toleratur, 217.

Civium & incolarum diversitas, 218.

Civis an duarum civitatum civis esse possit? num. 219. & 221.

Domicilium duobus in locis jure civili quis habere potest, 220.

Clientes an protectoribus exigentibus Albergariam atque fodrum gratis exhibere debeant? n. 222.

Affirmativa, 258. & 269.

Negativa, 281.

Albergaria quid sit de jure Canonico? 223.

Albergaria pro hospitatione. & albergare hospitari, vel in domum recipere, Germanis significat, 224.

Albergaria seu hospitatio ejusmodi accensetur oneribus realibus, 225.

Albergaria olim militi in expeditionem eunti vel hybernanti tribuebatur, 226.

Albergaria est onus expensarum Comiti ad castra provinciæ eunti ad audiendum querelas subditorum præstari solitum, 227.

Albergamentum secundum Ant. Solam idem est quod contractus emphyteuticus seu censiticus, 228.

Albergare idem aperire significat, unde albergare facultatem aqnagii, est concedere vel derivare, 229.

Albergamenti jus est & reservatio apertura castri der öffnung à domino facta, secundum Sichardum, 230.

Albergariam nos accipimus, cum clientes protectori cum comitibus suis tenentur dare hospitium esculenta & poculenta, vulgo die Atzung / 231.

Fodrum est nomen Germanicum à vulgari verbo Futter / quod est pabulum equorum denominatum, 232.

Fodrum, secundum Petrum de Vineis, dicuntur res victui necessaria ad Imperatoris exercitum, 233.

Fodrum Hottomanno, Cujacio & Gothofredo est collatio extraordinaria ad expeditionem Imperatoris, 234.

Fodrum inter regalia refertur, 235.

Fodri collatio ad militiam temporibus priscorum Regum Franciæ in frequenti usu fuit, 236.

In cujus locum temporibus Caroli Magni indictio pecuniaria suffecta, 237.

Hospitatura est munus hospitis recipiendi, 238.

Hospitia & munus hospitum priscis temporibus publice à magistratu assignabantur, 239.

Hospitatura olim patrimonii, non personæ onus censebatur, 240.

Ali-

Declara ut n.458.

Comprobatur exemplo Principum de Anhalt in Monasterio Gernroda, n.391. Comitum de Hohenstein in Cœnobio Walckried, 392. Electorum Saxoniæ in Cœnobio Quedlenburgensi, n.393. & Comitum Wertheimiorum in Monasterio Brumbach/ n.394.

Accipe ut, 473.

Advocatus ratione protectionis dicitur dominus susceptorum clientum, 395.

Declara ut n. 461.

Dominus & subditus sunt correlativa, 396.

Jurisdictio vi dominii & superioritatis competens generaliter facit subditum, 397.

Principum Imperii gravamina adversus sedem Pontificiam ob complura Monasteria à Jurisdictione ordinariorum ac defensorum exempta, 398. & 472.

Privatio necessario præsupponit habitum, sub n.398.

Appellatio Clientum, per verba Liebe Getrewe an & quatenus subjectionem vel jurisdictionem in eosdem inferat? n.399. & 478.

Protectores olim vi ac virtute Advocatiæ jurisdictionem in clientes eorumq; subditos habuerunt, 400.

Olim quod jure obtinuit, hodie etiam servari præsumitur. 401.

Olim possidens adhuc possidere, & olim subditus adhuc subditus esse præsumitur, 402.

Olim dives adhuc dives esse intelligitur, 403.

Mutatio non præsumitur. 404.

In usu adhuc esse præsumitur, quod expressim correctum vel abolitum non reperitur, 405.

Protectionis & confœderationis jus æquiparantur, 409.

Fœderis jus confœderato non tribuit imperium vel jurisdictionem in socios fœderis, 410.

Fœderatus Princeps in confœderati territorio nil censere, nec jus dicere, aut collectas indicere potest, 411.

Idque verum est, tametsi confœderati statu sint impares, & alter alterius Majestatem observare debeat, 412.

Populus liber libertatem non amittit, licet alterius superioris potestatem comiter observet, 413.

Fœderis caput, ne exitiose ducum multitudine boni conatus retardentur, 414.

Dux fœderis constitutus libertati fœderatorum non præjudicat, nec eam minuit, 415.

Subditis alterius, arma sumere aut fœdus pangere non licet. 416.

Advocatia pactis privatorum accedente auctoritate superioris, constitui potest, 417.

Jurisdictio non datur pactis privatorum, 418.

Jurisdictio est potestas à Principe introducta cum necessitate juris dicendi & statuendæ æquitatis, 419.

Jurisdictio ei cujus antea nulla fuit consensu privatorum quæri non potest, 420.

Jurisdictio de jure communi in contractum non cadit, licet aliud sit de consuetudine, 421.

Jurisdictio est juris publici & æstimationem non recipit, 422.

Iurisdictio hodie fere est patrimonialis, 423.

Iurisdictio penes duos in solidum esse nequit, 424.

Dominos ejusdem rei duos natura non fert, 425.

Advocati & custodes civitatum æquiparantur, 426.

Custodes Civitatum non habent jurisdictionem circa delicta, sed delinquentem judici ejus loci denunciare tenentur, 427.

Ex diversis ac separatis id, quod disparem in se rationem habet, non producitur, 428.

Separatorum nulla est communitas, 429.

Advocatiæ jus a jurisdictione plane disjunctum ac separatum est, 430.

Iurisdictione sua Magistratum alienum privare juri inconveniens est, 431.

In omni interpretatione cavendum est, ne ex ea absurdum consequatur, 432.

Religio est sequela jurisdictionis, 433.

Clientibus, non attenta protectoris sui autoritate, religionem suam retinere, aut aliam transire liberum est, n.434.

Protectores modum in Religione clientibus præscribere non possunt, sub n.434.

Religionis exercitium ex immediata territorii jurisdictione & superioritate pendet, ibid.

Regio cujus est, ejusdem etiam Religio est, ibid.

Clientis mei clientes, mei clientes non sunt, 435.

Commendat qui se alicui, committit se protectioni ejusdem, 436.

Commendare nil aliud est, quam deponere ibid.

Deponens neq; dominium neq; possessionem rei depositæ in depositarium transfert, sed custodiam duntaxat ei committit, 437.

Clientes à subditis re & nomine distinguuntur, 438.

Nominum ex diversitate rerum arguitur diversitas, ibi.

Fundatio Ecclesiarum, & præter jus Patronatus nullam aliam patronis tribuit iurisdictionem, 439.

Per adhærentiam titulus domini non acquiritur, ibid.

Advocatiam non tribuere jurisdictionem in Camera judicatum, ibid.

Pensionarii quibus Clientes similes sunt, non subjiciuntur pensionem recipientibus, ib.

Helvetii quotannis à Rege Galliarum mille aureos in singulas civitates pensionis nomine recipiunt, ibid.

Clientela eam vim habet, ut alter alteri nec pareat nec imperet, sub n.439.

Clientes nullas protectoribus suis operas præstare tenentur, ibid.

Sub protectione & jurisdictione recipere non est idem, 440

Advocatiæ jus in nudis protectionis terminis singulariter & separatim consistit, 441.

Extra propositum appellandi se alterius protectioni subjiciens non eximitur à jurisdictione sui judicis, 442.

Salvaguardia etiam à supremo domino obtenta subditum non tollit à jurisdictione vasalli, 443.

Dedititii & clientes qualiter differant? 444.

Auxiliarii, milites mercenarii non sunt domini reipublicæ, quod stipendio ad auxilium & protectionem alicujus advocentur, 445.

Jus protectionis sive Ecclesiasticum sive seculare sive politicum conventionale vel feudale, nullam tribuit jurisdictionem, 446.

Clientes & vasalli utcumque habent dominos superiores, manent tamen liberi, 447.

Protectionis jus à directo utiliq; dominio & cæteris juribus particularium dominiorum, separatum est, 448

Domini censualis, des Zinsherrn/ protectio in colonos censuales competens ordinario territorii domino non præjudicat, 449.

Principis protectoris præcedentia Senatui jurisdictionem in urbe non aufert, sed cives nihilo secus Magistratui ibidem subjectos relinquit, 450.

Clientes, Schirmsgenossen & Schutzverwandten/ non sunt subditi, 451.

Advocatia ne micam quidem jurisdictionis Advocato tribuit, 452.

Protectioni judicis superioris se subjiciens transit in ejus jurisdictionem quoad causam appellatam, 455.

Appellare & submittere se protectioni superioris judicis in terminis appellationis paria sunt, 456. & 518.

In verbis non est vis facienda, quando constat de intentione, 457.

Advocatiæ pacto, consuetudine aut præscriptione jurisdictio accedere potest, 459. & 532.

Jurisdictio consuetudine vel præscriptione acquiri potest, 460.

Domini vocabulum diversimode in jure accipi solet, 462.

Dominus accipitur pro superiori vel Magistratu respectu subditorum, 463.

Domi-

Iura

Jura à Clientela dependentia ex observantia & antiqua usurpatione æstimanda, n. 601.
Jus Aperturæ in Advocatia Jure territorii radicata per protectorem exerceri potest, 602
Jus Aperturæ ex fonte superioritatis oritur, & semper annexam habet in Clientes competentem Iurisdictionem, 603
Ius Aperturæ in Clientela Incolarum Protectoribus concessum, 604
Clientes Incolæ à subditorum conditione parum aut nihil differunt, 605
Utrum Jus muniendi Arces Clientelares Protectoribus permissum sit, 606
Decisio Negativa ibid.
Ius muniendi Arces & fortalitia extruendi ad superioritatem territorialem pertinet, 607
Ecclesias Clientum incastellare Protectoribus non licet, num. 608
Necessitatis in casu homines in Ecclesia convenire & ab hostibus se defendere possunt, 609
Jus conducendi per Civitates Clientelares utrum Advocatis competat, 610
Decisio Negativa ibid.
Armorum inpositio der Wehrbelegung eorundemque indicatio aut prohibitio, cum similibus militaribus Juribus an Protectoribus in Clientes eorumve subditos permissa, 611
Decisio Negativa ibid.
Armorum impositio, indicatio, vel interdictio, delectus actio & similia ad superioritatis jura pertinent, & non nisi adversus subditos competunt, 612

Continuatio hujus Capitis ad priora.

QUoniam in *superioribus Capitibus*, ea quæ ad causam efficientem, materialem & formalem Advocatiæ spectant, satis fuse explicavimus, jam consequens est, ut *hoc capite* ejus finem & effectus explanemus, ut ita hujus materiæ perfecta cognitio, quæ ex omnium causarum consideratione oriri solet, haberi possit.

Advocatiæ finis quis & quotuplex sit.

Quod autem primo loco ad finem attinet, potest is in præsentiarum, tripliciter † considerari, primo generatim, respectu ipsius Advocatiæ, deinde, contemplatione Protectoris seu Advocati; tertio intuitu Clientum. 1

Finis ipsius Advocatiæ.

Ad primi membri, ipsius nempe Advocatiæ finem quod attinet, sicut † cujuslibet rei præcipue duo sunt fines, Principalis & conferens; Ita etiam Protectitii Juris itidem duo in considerationem veniunt fines, Principalis est salus & communis Reipubl. tranquillitas, quia constituta per Advocatiam Protectio, quæ ratione nititur, ad societatis humanæ conservationem & communem utilitatem tendit, † ne scilicet dum potentiores tenuium fortunis inhiant, Juribus & libertatibus insidiantur, ob idque vim inferunt, turbarum causa & dissipandi status publici, pacisque turbandæ occasio præstetur: Sicut etiam homines qui ad societatem & communionem nati sunt, ex naturali ratione nefas judicant, ut alter alteri insidietur; Ita justum esse statuunt, ut quis vim atque injuriam propulset. † Et propterea Florent. *in l. ut vim, 3. ff. de just. & Jur.* non de simplici defensione loquitur, quæ etiam brutis convenit, & quæ ex naturali, communis naturæ inclinatione proficiscitur, sed de defensione justa, quam homines naturali ratione probant, & quæ solis hominibus, non quoque brutis animantibus nota est. Georg. Obrecht. *de defens. necessar. c. 4. n. 12.* 2 3 4 5

Advocatiæ finis principalis.

6 Inde patet † Advocatiam eo principaliter respicere, ut *salus populi suprema ejusdem lex sit*, quemadmodum est *in XII. tabulis* & apud Ciceronem *de legibus.* ad quæ conferunt etiam tradita per Pinell. *l. 2. p. 1. c. 1. n. 40. C. de rescind. vend.* Thomin. *decis. 26. numer. 30.* Borchol. *tract. de usur. c. 1. numer. 16.* Faber. *l. 1. in fin. ff. de Just. & Jur.* Connan. *comment. Jur. lib. 1. c. 7. numer. 7.* Pruckman. *§. Soluta potestas Tract. de Regal. c. 3. num. 53.*

Advocatiæ finis conferens.

Conferens seu medius Advocatiæ finis, † qui ad Principalem tanquam pedissequus accedit, atque ad eum consequendum pertinet, est ipsa hujus Tutelæ executio, seu defensionis præstatio, de qua in *sequenti de officio protectorum inscripto capite* fusissime agitur. † Ea namque viam sternit, qua ad principalem finem pervenitur; postquam enim protectionis auxilium exhibitum ac præstitum fuit, eo ipso publica & communis hominum protectioni subjectorum utilitas promovetur. 7 8

Finis respiciens Protectorem.

Progrediendo ad secundum assignati finis membrum quod respectu Protectoris consideratur, † cum finis in moralibus rationem principii habeat, & prima rerum causa dicatur, ut inquit Arist. 7. *Ethic.* c. 8. necessarium sane erit, Protectori in munere hoc suo cum utilitate obeundo, id primum sibi in mente proponere, quorsum ad Tutelam fiduciariam assumptus sit & quem finem debeat in defendendis suis clientibus præ oculis habere, ut recte munere suo fungatur. 9

Finis Advocatiæ respectu consideratus etiam duplex. Finis ultimus, seu summus.

Ad hoc igitur excutiendum † inprimis etiam animadvertendum est, finem dupliciter accipi posse. † Uno modo, pro eo, qui ultimus & nobilissimus est, & ad quem omnes hominum actiones referendæ sunt qui Deus est, ut cum eo conjungamur, & æterna felicitate post hanc peregrinationem in cœlesti patria perfruamur & hic communis est universis hominibus, quotquot hac luce perfruuntur, † quibus assiduo curandum & invigilandum est, ut vitiis fugatis, virtutibusque apprehensis, ad Deum bonorum omnium fontem perveniant. Alio modo sumitur finis pro eo, qui medius est, seu secundus, seu finis sub fine uti vocatur à D. Thom. *secunda secundæ q. 1. art 7.* Gabr. Palæot. *tract. de sacr. consistor. consult. conclus. memb. 2. §. præterea.* 10 11 12

Finis medius.

Subdivisus. Finis conjunctim consideratus.

Et hic iterum bifariam considerari potest, † Uno modo conjunctim, videlicet, prout refertur, & ordinatur ad ultimum finem, quæ relatio, sive ordo omnibus actionibus universali quadam ratione communis esse debet. † Cum enim singuli vitæ Christianæ Status, ita inter homines fuerint à Deo distributi, ut unusquisque suo officio fideliter serviens, & debitum vocationis suæ munus exolvens, Deo placere possit, pertinet sane hic finis ad quoscunque homines, qui functionem & ministerium illis legitime assignatum ex charitate exequentes, debitam à Deo retributionem erunt accepturi: Et quamvis hujusmodi retributio non ad hunc finem medium, sed ad ultimum, qui est gloriæ, pertinere videatur, attamen solet Christianus homo sic in hoc medio versari, ut interim ultimum etiam respiciat, quærens per hunc medium finem ad ultimum illum pervenire. 13 14

Unde Apostolus ad servos loquens *Ephes. capit. 6.* dicebat. *Servi obedite dominis vestris carnalibus, non ad oculum servientes, sed ut servi Christi, scientes, quod unusquisque quodcunque fecerit, hoc recipiet à Domino.*

Finis sejunctim consideratus.

Alio deinde modo † perpenditur finis sejunctim sive per se, videlicet ut proprius est, & particularis uniuscujusque functionis. 15

Finis & officium Protectoris quomodo inter se distinguantur.

Et hoc ultimo modo finem sumendo, cum quæritur quis sit finis Advocati Tutelaris, diligenter perpendere oportet, † officium Protectoris & finem Protectoris, (nam propterea & nos ad hæc duo diversis Capitibus tractavimus) maxime inter se distingui, cum officium, attestante Marco Tullio *de Invent. lib. 1. in princ.* ad media pertineat quibus finem assequimur, finis vero in operis absolutione consistat, 16

sistat: sicuti igitur agricolæ officium est, terram colere; finis vero fruges percipere; & medici officium est congrua ratione morbo mederi, finis vero ægrotum sanare: Ita protectoris officium est, armis defendere, omnique fide ac synceritate clientibus succurrere, finis autem eosdem incolumes atque indemnes servare.

Hinc colligimus, Patronum, qui protegendi officium fideliter exercere vult, debere simul & finem illum, quacunque possit ratione curare, omnemque suam in hoc industriam adhibere, ac consilia sua eo dirigere, ut clientum incolumitatem conservet, eorumque bona sarta tectaque tueatur.

17 *Alia finis partitio.* Quemadmodum vero, † ex Theologorum sententia, unius actus duo possunt esse fines, unus ex intentione duorum agentium, alter præter intentionem eorum; Ita etiam Advocati ac defensoris duplex finis statui potest.

18 *Finis Advocatiæ ex intentione.* Primus & † principalis finis ex intentione & propter vel cujus gratia Advocatia inventa atque constituta fuit; hic nimirum, ut diximus *supra*, est, ut clientes infirmiores ab aliorum violentiis tuti existant ac defendantur, arg. *l. 3. ff. de just. & Jur.* idque ne publica violetur tranquillitas, si potentioribus tenuiorum fortunis & libertati, omni remoto vindice, insidiari, & Dominos subditis, hosque vicissim defraudare illis liceret, arg. §. 10 *Recess. Imp. de Anno* 1529. *Spiræ habiti*, Alexand. *in l. 63. de re Judicat.* Dn. Menoch. 1. *cons.* 32. *numer.* 22. Jacob. de S. Georg. *Tract. Feud. versic. ulterius quæro numer.* 1. Hoc enim potissimum fine Advocati tutelares adoptantur, ut susceptos in clientelam in rebus & personis ab aliorum injuriis, protegant Mod. Pist. *cons.* 43. *numer.* 20. Bud. *in l. 63. de Evict.* Gilm. *decis.* 1. *num.* 157. *lib.* 1. Zas. *cons.* 7. *num.* 6. *lib.* 1. Card. *in c. præterea de Jure Patron.*

19 *Finis Advocati præter intentionem.* Secundus autem † Advocati finis præter intentionem Protectorum interdum contingens esse solet, occisio eorum, qui clientibus vim inferunt.

20 *Advocati si aliter personas ac bona Clientum defendere non possint, nisi occidant oppressores an id facere eis liceat. Decisio affirmativa.* Si enim aliter † Advocati clientum personas ac bona tueri nequeunt, nisi oppressores occidant, id iis facere leges permittunt, pro ut in simili de confœderatione ad defensam facta per citatas multorum auctoritates astruit Tusch. *pract. conclus. Jur. Tom.* 2. *lit. C. conclus.* 631. *n.* 1. & 5.

Primo enim omni Jure naturali, gentium, † civili & Canonico etiam interimendo aggressores vim vi repellere licet, ut præter modo adductos speciatim fusissime deducit Jacob. Ayrer. *in proleg. de trip. gen. homicid. num.* 42. & *p.* 1. *num.* 1. per multas rationes & in id ipsum novissime concurrit Geor. Obrecht. *tract.* 21 *de necess. defens. c.* 12. *n.* 2. & 5.

Ratio I. decidendi. Ratio decidendi II. Deinde hoc ipsum insuper in individuo tradunt Dec. *in l. ut vim. num.* 3. *ff. de just. & Jur.* Covar. *in clem. si furiosus. par.* 3. §. *unico. sub num.* 6. *vers. secundo proponitur. de homicid.* Andr. Fachinæ. *controvers. Jur. lib.* 1. *capit.* 31. §. *postrema est.* ubi dicit hanc sententiam esse verissimam, & fere omnes Dd. idem sensisse existimat, licet verbis in ea re discrepare videantur.

22 Defensor enim non habet † Stateram in manu ut se ac suæ fidei commissos ad æquilibrium tueri possit, ut eleganter notavit Dn. Georg. Obrecht. *d. tract. de necessar. defens. c.* 6. *n.* 66.

Propterea, ut Cicero *pro Milone* ait, cum hoc & ratio doctis, & necessitas Barbaris & mos gentibus & feris natura ipsa præscripserit, ut omnem semper vim quacunque ope possent à corpore, à capite, à vita sua propulsarent, & omni Jure vim vi repellere liceat, certe occisionem, conservandæ vitæ medium prohibitum non esse, clare deducitur.

Nec sane fieri potest, ut protectores vel eorundem Milites † pro clientibus pugnantes, qui ob præsens periculum vitæ, quod ipsis à parte adversa imminet mente turbati sunt juxta *l. Hac consultissima.* 8. *in verb. sed cum humana fragilitas Cod. qui testam. facer. possunt*, curiose & subtiliter meditari possint, an eorum intentiones in occisionem, ut finem, vel in propriæ vitæ ac rerum Clientelarium conservationem dirigantur, sed illud principaliter respiciunt ut se ac Clientes fidei suæ ac tuitioni commissos defendant.

23 *Ratio decidendi III.* Quod vero nedum pro † vita tuenda, sed pariter etiam pro rerum defensione, quando aliter defendi non possunt, sine periculo vitæ, licet hominem occidere, probatur inprimis evidenti textu *l. furem. ff. ad leg. Corn. de sicar.* ubi Jurisconsultus ait. *Furem nocturnum ita demum impune occidi posse, si occisor, parcere illi, sine suo periculo non potuit.*

24 Secundo corroboratur etiam ex *l. si ut allegas. C. eod. tit. ibi.* Latrocinantem, qui inferendæ cædis voluntate præcesserat Jure cæsum videri.

25 Tertio ex *l.* 1. *C. unde vi* quatenus Imper. requirit moderamen inculpatæ Tutelæ: Tunc enim res defendit quis, tali moderamine adhibito, cum aliter eas tueri absque periculo non potest.

26 Quarto ex *c.* 2. *de homicid. ibi.* te tuaque liberando, &c. Postremo his suffragatur *c.* 3. *eod. tit.* &c. *dilecto. de sent. excom. lib.* 6. hanc sententiam pluribus confirmat Ernest. Cothm. *respons.* 34. *num.* 44. & *sequent. vol.* 1.

27 *Refutatio objectionis.* Neque prædictis obstat *l. si ex plagis* 52. §. 1. *ff. ad leg. Aquil. in illis verbis.* Sed si ab eo non prior vapulasset: sed cum ei lucernam eripere vellet, rixatus esset, tabernarii culpa factum videri. Ex quo deduci videtur, quod pro rerum suarum defensione non liceat aliquem occidere. Quia ad id breviter respondetur, quod ibi agebatur de defendenda lucerna, quæ res est vilis & modica, de cujusmodi rebus non est accipienda hæc sententia.

28 *Alterius objectionis solutio.* Neque etiam refragatur text. *in c. suscepimus* 10. *de homicid. ibi*: verum quoniam expediebat potius post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere jacturam, quam pro conservandis vilibus rebus & transitoriis tam acriter in alios exardescere, &c. In ea enim specie fuit adhibitum moderamen inculpatæ tutelæ, quia fures ligati fuere, & metu, ne solverentur, occisi, quod propterea summus Pontifex ait, fuisse contra mansuetudinem Ecclesiasticam.

29 *Finis operis & operantis.* Porro licet finis operis regulariter possit esse diversus à fine operantis, sicuti ædificationis finis est domus, & ædificatoris finis quandoque est lucrum; & picturæ finis est repræsentare imaginem alterius, pictoris vero finis poterit esse quæstus, vel artis suæ ostentatio, aut excellentia, per not. S. Thomæ, *secunda secundæ q.* 141. *art.* 6. *ad* 1.

30 Tamen protector fiduciarius debet † utrumque finem & operis & operantis ita conjungere, ut publicam utilitatem in defendendo respiciat, nihilque attentare ausit, quod bonis legibus adversetur, aut pactis conventis repugnet, spe fisus immota, se per hanc piam solicitudinem cœlestis vitæ gloriam adepturum, † atque ad hunc ipsum finem, ut boni ac 31 pii, præsertim, bonorum ac personarum Ecclesiasticarum Advocati præ oculis haberent, olim protectionem committentes, Pontifices, Cæsares atque Episcopi inprimis adhortati sunt; Ita hunc finem (ut rem exemplis declaremus) quondam Archiepiscopus Moguntinus, qui in literis confirmatoriis super fundatione Monasterii Chombergensis Anno 1090. erectis, inter alia de Advocati electione

ctione sequentem in modum disposuit, *ut quemcunque Abbas loci illius cum consilio fratrum suorum ad defendendam Monasterii libertatem & Justitiam, utilem invenire possit,* qui non pro terreno commodo, sed pro æterna mercede hoc potrocinium suscipere velit, *hunc absque alicujus contradictione eligat.*

32 Quod ipsum etiam † videre est ex Bulla Urbani II. qui circa eadem tempora Anno nimirum 1095. Cœnobium Hirsaugiense, quod Adalbertus Comes de Calwe à progenitoribus suis, ut *alibi* diximus, constructum reparaverat, de novo confirmans Abbati & fratribus potestatem dedit, præter Imperatorem Romanorum, eligendi Subadvocatum, si idoneus *qui non lucri causa, sed pro remedio animæ suæ*, ut Pontifex loquitur, *& parentum suorum, dictum Monasterium velit, defendere,* reperiri possit. Et hactenus de fine protegentium.

33 Quod jam tertio loco ad † finem clientum attinet, is fere idem est, cum eo, quem in Protectore sejunctum ac proprium assignavimus. Constat enim, clientes eam ob causam Protectores conducere, ut eorundem auxilio, se suaque tueri possint. † Uti enim à libertis exiguntur operæ ad commodum Patronorum, *l. quotiis certa. l. medicus. in fin. Digest. de operis libert.* Ita per clientes conducuntur subsidia tutelaria ad tuitionem incolumitatis eorundem, & conservationem rerum suarum.

Finis respectu Clientum.

34

Et hæc, de fine ipsius Advocatiæ, Protectorum & Clientum, breviter adduxisse sufficiat, quo explanato, restat, ut similiter de vi & effectibus Advocatiæ agamus.

Transitio ad effectus Advocatiarum.

Hanc autem tractationem, majoris evidentiæ gratia in duo membra dispertiemur, & in primo eorum, *ad quid Clientes † patronis suis ob susceptam eorum defensionem ac tutelam generatim extra pacta conventa* (ea enim ex speciali obligatione definiuntur) *obligati sint*: In altero vero quid econtra protectores respectu Advocatiæ, quam sustinent, Clientibus debeant, distinctim videbimus.

Partitio hujus tractationis.

35

Quod igitur ad primum membrum attinet, id rursum duplicem habet considerationem, videlicet, quatenus clientes Protectorum gratia quædam omittere, quædam autem facere adstringuntur. Et de omissione quidem primo auspicabimur.

Obligatio Clientum erga Patronos in omittendo consistens.

Priusquam tamen speciales ad effectum pertinentes quæstiones attingamus, illud in genere præmonendum est, si quidem inter Protectorem ac Clientes de Articulis ad hunc passum pertinentibus, veluti collectis præstandis, Migrationum Juribus exsolvendis, Fodro gratis exhibendo, Canibus aut equis certo numero alendis, alimentis Advocato in casu inopiæ subministrandis, administratione bonorum Clientelarium permissa, Jurisdictione in Clientes eorumque subditos usurpanda, vel aliis rebus, initio contractus conventum fuerit, ejusmodi conventiones & pacta circa protectionem inita, ac protectoribus & Clientibus ad unguem servanda esse.

Cum enim fides † sacra res sit, per quam omnes tuto habitantur Civitates, Halicarn. *antiquit. Roman. libro 6.* in perfidos vero fiducia, die angustiæ, ut dens fractus & pes sit luxatus, *Proverbior. 25. vers. 19.* hinc ad communem, qua Protectorum qua Clientum spectat effectum fidem datam (eorum enim respectu de quibus nihil promiserunt, fidem rumpere non dicuntur, post Nicol. Everhard. *in Top. loc. 79. in fine* Georg. Everhard. *consil. 56. numer. 8. vol. 1.*) non fallere arg. eorum, quæ de Clientibus Romanorum, *in Cap. V.* diximus, & tradit Dempst. *antiq. Roman. libro 1. in Paralip. ad caput decimum sextum.*

Et hi ipsi quidem ad fidem servandam adeo obstricti sunt, ut licet utilitatis, quam honestatis potior plerunque sit ratio, Livius *libr. 24. cap. 47.* & in Republic. Roman, tempore Q. Catuli sævitiæ causam avaritia præbuerit, modusque culpæ ex pœnæ modo constitutus, & qui locuples, nocens factus, ac sui quisque periculi merces fuerit, nec quicquam turpe, quod quæstuosum esset, visum fuerit. Patercul. *histor. Roman. libr. 2.* tamen iis etiam casibus quibus fidem frangere Protectori, Clientibus, † utile esset, servare eam inviolabiliter tenentur, per ea quæ in quæstione, An promissa vel fidem datam utilitatis suæ causa Principi fallere liceat? contra Machiavellum satis argute disputat Honor. *Thes. polit. p. 527.* & illa, quæ in Legato tradit Albert. Gentil. *de legat. libr. 3. c. 16.*

His generatim de pactis circa effectus Advocatiæ inter Protectorem & Clientes initis servandis, fideque data non violanda, præmissis, ut singulatim etiam cognoscatur, quæ utrisque tam Clientibus quam eorundem Protectoribus ratione atque intuitu Advocatiæ ac Clientelæ facere liceat, vel à quibus eos abstinere oporteat, de nonnullis, qui in controversiam cadunt, Articulis, hoc in Capite agemus.

Et primo quidem cum regula sit antiquissima, † 36 quod Protectoris persona Clientibus semper honesta ac sancta esse debeat, arg. *l. liberto. 9. Digest. de obseq. à libert.* inde non inelegans promanat quæstio: † *An clientes Protectorem in Jus vocaturi, omittentes* 37 *veniæ petitionem, pœnam legis, quæ est quinquaginta aureorum, incurrant?*

An Clientes Protectorem absque venia impune in Ius vocare possint.

Antequam ad hujus † quæstionis discussionem accedamus scire operæ precium est, veniam non hic intelligi opinione vulgi, videlicet generalem illam permissionem magistratus, cum postulanti justitiam, decernit citationem, ut adversarius in jus vocetur, sicut multis in locis optima consuetudine non aliter possunt nuntii aliquem etiam verbotenus citare, nisi jussu Judicis. Certe talis permissio generalis non excusaret vocantem à pœna hujus edicti.

38 *Quid sit impetrare veniam in Ius vocandi.*

Itaque venia est solenniter impetranda adversus personas reverendas; hoc est primum exponenda est Judici qualitas personæ: quænam reverentia illi debeatur. Deinde summa controversiæ est narranda, quare velit talem personam convenire in judicio. Tum si Judex causa summatim cognita, permittat reum vocari in jus: dicitur impetrata venia id fieri, quod in actis scribendum est. Oldendorp. *class. 1. action. 4. rubric. intentio actoris num. 3.*

39 *I. Ratio dubitandi pro affirmativa.*

His præmissis in proposita † quæstione pro parte affirmativa movetur primo, quod Modestinus *in l. generaliter. Digest. de in Jus vocand.* in genere tradit, † eas personas, quibus reverentia præstanda est, sine jussu Prætoris in Jus vocari non posse *l. 2. Cod. eod.* Id enim edictum, tanquam favorabile, latam recipit interpretationem *l. 2. ff. eod. l. cum quidam. ff. de liber. & posthum.* Alciat. *ad leg. 1. ff. de in Jus vocando.*

40 *Edictum prohibitorium de non in Ius vocando sine venia quousque extendatur.*

Deinde confert huc, † quod nec libertus patronum suum, absque veniæ petitione, in Jus vocare possit, *l. 4. §. 1. l. adopt. 8. §. 1. ff. eodem d. l. 2. C. eod. & §. ult. Institut. de pœna temere litig.* quodque patrono protector, & liberto cliens, in multis Juris nostri partibus æquiparantur, ut *supra cap. de cognatis* edocuimus.

41 *II. Ratio dubitandi. Libertus an Patronum suum impune sine venia in Ius vocet.*

Inprimis cum non sit novum, † Jura casibus similibus 42 accom-

accommodari, & nova per vetera explicari *l. non est novum, 26. cum seq. & similib. ff. de just. & Jur.* Henr. à Rosenth. *synops. feud. p. 1. c. 10. conclus. 23. n. 16. in fin.*

43 Tertio arguitur ab exemplo Vasallorum, † quibus, ut magni nominis ICti volunt, pariter absque venia petita Dominos suos in Jus vocare non licet. Ut in individuo tradit Heinr. Bocer. *class. 4. disp. 16. thes. 10.* Specul. *tit. de feud. §. quoniam n. 33. v. 17. quæritur n. 33.* Jas. *in d. l. generaliter. n. 4. ff. de in Jus vocand. ibi.* Soc. idem Jas. *in l. si non sorte. §. libertus. n. 24. vers. in ea gloss. ff. de condict. indeb.* qui putat hanc, contra communem defendi posse, Zas. *lib. 1. respons. sing. c. 3. n. 93.* ubi tutior ei hæc videtur opinio. Rol. à Vall. *cons. 18. n. 11. & seq. vol. 2.* Wesenb. *in paratit ff. de in Jus vocand. n. 6.* Marin. Frecc. *lib. 2. de subfeud. Baron. auctor. 32. per tot.* Matt. de Afflict. *decis. 265. num. 36.* Oldendorp. *class. 1. act. 4.* † 44 Et ita in Camera Imperiali observatum, & judicatum esse in causa Comitum de Nassaw côtra Episcopum Caminensem testatur Hartm. Hartm. *lib. 2. pract. observ. obs. 44. in addit. tit. de feud. 54.*

III. Ratio dubitandi. Quid in Vasallo statuendum.

Eandem quoque opinionem defendit Mynsing. *§. pœnales Instit. de actionib. n. 40.* per rationem, † 45 quod Domini Feudorum comparentur patronis, quatenus ad collata beneficia attinet. Nam sicut Patronus ex liberalitate sua, libertatem concedit: ita dominus ex liberalitate sua dat feudum, unde alatur, & vivat vasallus cum uxore atque liberis, qua ratione etiam feudum dicitur beneficium. *in c. 1. quib. caus. feud. amittat.*

46 † Præterea Jusjurandum domino præstat Vasallus, in quo comprehenditur, se nunquam ex persona sua aliquid facturum adversus honorem & commodum domini *c. 1. de form. fidelit. & c. 1. de nov. form. fidel.* Ergo neque eum in Jus vocare debet arg. *d. l. 2. C. de in Jus vocand.*

47 Quarto facit in hanc sententiam † quod similiter de Civitatum defensoribus Juris interpretes tradunt, eos nempe haud posse nisi venia impetrata in Jus vocari. Rol. à Vall. *d. cons. 18. numer. 26. vol. 2.* ubi dicit, defensorem Civitatis non posse vocari in Jus, nisi prius petita venia, rationem assignans, † quod parentis loco habeatur. juxta *§. fin. in Auth. ut Jud. sine quoq. suffrag. coll. 2.* quamvis proprie pater non sit, ut per Angel. Paul. Castr. & alios *in l. generaliter ff. de in Jus vocand.* & per Dd. *in §. pœnales. de action.* Eandem opinionem 48 sequitur in terminis Joan. Schneidew. *d. §. pœnales. num. 44. Inst. de actionib.* ubi dicit, quod communiter receptum sit, hanc actionem pœnalem prætoriam, ne quis sine permissu prætoris in Jus vocet, etiam dari defensori Civitatis. per text. *in §. eos autem qui sine mercede in verb. paterne Auth. ut Jud. sine quoq. suffrag. fiant.* his suffragatur Eberh. Speckhan. *quæst. Jur. cent. 1. q. 54. n. 5.*

IV. Dubitandi ratio An Civitatum defensores olim impune absque venia concessa in Jus vocari potuerint.

49 Hi autem defensores olim † non eligebantur ex corpore Decurionum *l. 2. C. de defens. Civit.* sed ex aliis bonæ opinionis viris, Civitatis tamen habitatoribus, 50 *§. interim & §. final. de defensor. Civitat. col. 3.* † Eorum præcipuum munus erat, curare, ne tenuiores à potentioribus opprimerentur. *l. 3. 4. 5. & 9. de defensor. Civit.* Cujac. *in repet. l. unic. ff. si quis Jus dic. non obtemp.* Ideo paterna voce defensores vocati, ut parentis 51 vicem plebi exhiberent. *l. utili. l. defensores 2. & l. in defensorib. C. de defensorib. civit. §. 1. de defensor. civit. colum. 3.* & *alibi* defensores plebis nuncupati, *l. una de offic. Jud.* Alex. Jo. Coras. *Miscell. Jur. civil. lib. 3. c. 6. numer. 13.*

Decisio Negativa Principalis de Protectore quæstionis.

Verum, his non obstantibus, † contrarium verius est, 52 quod nimirum Clientes in judicio conventuri suos Protectores non teneantur veniam petere.

Ratio decidendi.

Ratio decisionis manifesta † & inconcussa est, quia secundum dispositionem Juris communis, regulariter nemo cogitur impetrare vel petere à Judice licentiam agendi, vel alterum in Jus vocandi, nisi sit ex personis in edicto illo enumeratis & comprehensis, sed quilibet potest etiam hac licentia non petita actionem suam contra alium instituere, *l. 2. C. de formul. & impetrat. sublat. l. 4. §. prætor ait. l. patris adoptivi. 7. l. generaliter 13. ff. de in Jus vocand. l. 1. & 2. C. eod. tit.* † 53 Et nemo regulariter in actibus suis alterius consilium, consensum vel licentiam requirere nisi quis expresse id in Jure facere jubeatur, obligatus est, *l. nemo exterus. 9. C. de Judæ. l. in re mandata. 21. C. mandati. l. quidam decedens, l. ita 5. §. Papinianus ff. de administr. tut.* Bar. & DD. *l. 1. §. si plures. ff. de exercit. act.* † 54 At vero in propatulo est, Protectorem non esse de personis enumeratis in edicto Prætoris, quæ sine venia agere nequeant, de quib. *in l. 2. cum sequentib ff. de in Jus vocand.* Jas. *in l. si non sortem. §. libertus, n. 24. ff. de condict. indeb.* † 55 Et sic nullo Jure cautum est, Advocatum à Clientibus suis, nisi petita venia, in Jus vocari non posse, sed specialiter certæ personæ ex edicto Prætoris recensentur, intra quarum catalogũ prohibitio consistit, gl. *in d. l. generaliter 13. ff. de in Jus vocand. & in §. pœnales in verb. in jus vocasset. Inst. de actionib.* arg. *l. illam. 19. in verb. certas personas, & in verb. quod nulla constitutio super hujusmodi collatione posita esset, &c. C. de testam. milit.*

Quare licet secundum dispositionem † 56 Juris communis is, qui parentem, patronum, vel reliquas personas, quæ non, nisi venia petita, in Jus vocari possunt, non præcedente veniæ petitione in Jus vocat, plectatur vel pœna quinquaginta aureorum, si ipse solvendo sit, *l. pen. & l. fin.* & *ibi* Dd. *ff. de in jus vocand. §. fi.* & *ibid.* Ang. & Dd. *Inst. de pœn. temp. litig.* gloss. Joan. Fab. Ang. Jas. Gomez & Dd. *§. pœnales. Inst. de Actionib.* Soc. *in tract. de citat. art. 20. num. 86.* † 57 Vel pœna corporali, si ipse solvendo non sit, *d. l. fin. ff. de in Jus vocand.* Socin. *in tract. de Citat. d. art. 20. nu. 90.* Schrad. *tract. feud. par. 10. sect. 8. n. 74.* † 58 per Regulam, qui non habet in ære luat in corpore, *d. l. final. & l. 1. §. final. ff. de pœn.* Unde Zas. *in d. §. pœnales.* inquit, *subsidiarium Tergum præbeat, cui non suppetit pecunia.* Quod in Jure nostro frequens est *l. si quis id. ff. de Jurisdictione*, ne scilicet inopes, alioqui legum pœnas deludant, *leg. si quis injuriam, ff. de injuriis.* Speckhan. *q. Jur. cent. 1. quæst. 40. in princ.* † 59 Clientes tamen etiam non observata Juris illa solennitate & sic venia agendi petita vel impetrata, Protectorem in Jus vocantes, neque pœna 50. aureorum, nec ulla alia plectuntur. † 60 Eo, quod clari Juris sit, nemini pœnam irrogari, nisi in casibus à Jure expressis. *l. & si quis 14. §. Divus. ff. de religios. & sumptibus funer. & §. quia vero Leonis Authentic. de non alienand. aut permut. rebus Ecclesiast. §. igitur. Authent. de non elig. secund. nub. cap. Romana. de supplend. neglig. Prælator. libro 6. capite is qui. in princ. de senten. excomm. libro 6. cap. si habens. 24. quæst. 3.* Tiraquell. *repet. l. si unquam. 8. verbo, revertatur. numero 249. cum duob. seqq. C. de revoc. donationib.*

At vero cum in † 61 Prætoris potestate situm fuerit, reliquas quoque personas, quibus reverentia ejusmodi debetur, exprimere, censetur eas, quas non expressit, in dispositione contineri noluisse. per *cap. inter corporalia post med. extr. de translat. Episcop. cap. ad audientiam. extr. de decim.* Frideric. Pruckman. *consilio 14. numero 60. vol. 1.* Ideoque Jus illud prætorium ad protectorem non expressum, in edicto porrigi non debet, sed tanquam casus omissus, relinquitur sub dispositione Juris communis, ut notatur *in l. si extraneus Digest. de cond. ob causam.* Schneidew. *§. pœnales. Institut. de action. numero 34.*

Tanto

Tanto autem minus ista veniæ petitio hodie in protectoribus conveniendis locum habere potest, 62 quod totum edictum prohibitorium *d. tit.* † videatur intelligi, & loqui de Jure antiquo, ubi sine venia ac sine jussu Judicis, obtorto collo, in judicium trahebatur Adversarius, vel alias vocare, sine ejus permissu concessum non erat. Wesenb. *in paratit. d. tit. de in Jus vocand. nu.* 2. & innuit etiam Cujac. *in paratit. C. eod. tit.* quibus non inconvenienter addi potest, quod scribit Modestin. Pistor. *consil.* 59. *num.* 38. *& seq. vol.* 1. 63 † daß solche veniæ petitio in der Herren Höfe nicht gebreuchlich/ sondern ein alter ritus Juris vetustissimi, & per Prætores Romanos in honorem parentum & patronorum introducirt, auch nicht dahin gemeint sey/ daß man veniam vom Parth petirn solle/ sondern von der Obrigkeit.

64 Et ab hac sententia nos dimovere non poterunt rationes in adversum allatæ.

Solutio contrariorum argumentorum.

Quod enim ad † Modestini *in d. l. generaliter.* adductum axioma attinet, respondetur, quod licet edictum illud favorabile sit, non tamen, nisi ad illos 65 extendatur, qui saltem lata significatione verbis edicti comprehenduntur: alioquin non opus fuisset, tam curiose Jureconsultum interpretari, qui Parentis vel Patroni appellatione venirent, si omnes indiscriminatim, quibus reverentia præstanda est, continerentur. *l.* 4. *paragraph. Prætor. & LL. sequent. ff. de in jus vocando.*

Responsio ad l. dubitandi rationem.

Si enim illam regulam ad omnes eos, quibus honos 66 præstandus est, extendere vellemus, † sequeretur, nemini hodie permitti, magistratum suum sine tali venia in Jus vocare, quod tamen falsum esse communiter testantur Rosenth. *synops. feud. part.* 10 *conclus.* 23. *num.* 23. ubi dicit, se in Camera Imperiali multis in causis observasse, quod Ducum, Principum, Civitatum & similium Imperatorem recognoscentium subditi, non teneantur de necessitate talem veniam petere, & sic quotidie, non attenta hac exceptione infinitos processus decerni. Alvar. *c.* 1. *§. si vero, n.* 9. *de milit. vasall. qui contumax est*, Jacobin. *in verb. delicq. vasalli promiss. non com. n.* 48. Roland. *consil.* 18. *n.* 15. *vol.* 2.

Subditi an magistratum absque venia impune in jus vocent.

67 Hinc est quod licet Parochus ab illis, † quibus sacra ministrat, honorandus merito sit, utpote qui mysticus pater, *in cap. sacerdotes* 6. *quæst.* 1. appellatur is tamen, † cum à suis Parochianis convenitur absque veniæ petitione, in judicio respondere cogitur; Cum enim toti Parochiæ suæ idem præstet, generalis hæc affectio non adeo est efficax, Alciat. *ad l. ficut.* 1. *C. de in Jus vocand.*

Parochus à Parochianis an impune sine venia impetrata judicialiter conveniri possit.

68 Quamvis autem ex Alberic. † de Rosat. Jason, Alexand. Angelo & Afflicto contrarium adstruat Ro-69 land. à Valle *consil.* 18. *num.* 27. *vol.* 2. velitque Presbyterum Parochianum haud posse sine venia in Jus vocari, usus tamen & praxis quotidiana isthanc assertio-70 nem sustulit: † Videmus enim quotidie in consistoriis Ecclesiasticis contrarium observari, & Parochos debitores à creditoribus etiam Parochianis, absque offi-71 cialium concessione ad judicia vocari, † isque stylus Curiarum communis est, qui pro lege non immerito observatur, per text. *in c. ex literis. de constitut. & cap.* 2. *de præbend. lib.* 6. text. *in l.* 2. *C. quemadm. testam. aperian. & in l. si quando. la.* 2. *C. de bon. vacantib. lib.* 10. Bald. *in l.* 1. *in fin. C. quæ sit long. consuet.* Afflict. *decis.* 135. *num.* 3. Andr. Gail. *lib.* 1. *obs.* 65. *n.* 8.

Sed quicquid sit in Parocho, sane objectionis hujus futilitas multo adhuc evidentius perspicitur in exemplo discipuli, respectu præceptoris.

72 Quamvis enim non aliter, † quam filio & liberto persona patris & Patroni, ita præceptoris quem majores, ut inquit Juvenal.

Quid juris sit in discipulo præceptorem conventuro.

——sancti voluere parentis
Esse loco.——

discipulo semper honesta & sancta esse debeat, quemadmodum Paulus *in l. libert. ff. de obsequiis à liber. & libert. præst.* recte respondit. † A parentibus enim, ut refe-73 rente Zas. *in d. §. pœnales. Inst. de actionib.* Philosoph. apud Laertium inquit, ***habemus, ut vivamus, à præceptoribus autem, ut bene & virtuose vivamus.***

Sic Alexander, † qui ob res magnas & præclare ge-74 stas Magni nomen sortitus est, aliquando interrogatus, *utrum magis desiderarct patrem Philippum, an Aristotelem præceptorem*, prudenter respondit, *magistrum se magis desiderare quam patrem, quod ille, ut præclare institueretur, effecerit, iste vero, ut tantummodo esset.* Auctor est Anton. Melissa. *part.* 2. *serm.* 11.

Unde etiam summopere Alexand. † Severus com-75 mendatur, qui Ulpianum præceptorem patris loco habuit eumque parentis nomine appellavit *in lex Divi. C. locati.* Neque injuria, † Præceptores enim etsi non 76 corporum, animorum tamen ac mentium parentes sunt, ut pie declarat Quintilian. *lib.* 2. *Inst. Orator. c.* 1.

Communis tamen est opinio, † quod discipulus sine 77 venia præceptorem in Jus vocare possit. Quia non est de personis comprehensis in edicto prætoris nec de enumeratis in tit. de in Jus vocand. de quo Jo. de Plat. *in d. §. pœnales. n.* 16. *ibiq.* Jas. *nu.* 758. Alex. *in l. generaliter ff. de in jus vocand.* Alciat. *in l.* 1. *C. eod.*

Hoc tamen limitant præfati Dd. ut † procedat in ci-78 tatione verbali, secus in reali, quod invitus trahi ad judicium non possit. Jas. *l.* 13. *n.* 8. *de in jus vocando.* Schneid. *d. §. pœnales. nu.* 47. *Inst. de Actionib.* Hier. Treutl. *select. disp. vol.* 1. *disp.* 4. *thes.* 6. *lit. c. in med.* quam limitationem etiam sequitur Eberhard. Speckhan. *qu.* 54. *n.* 12. *cent.* 1.

Limitatio

Sic denique licet Noverca loco matris † & vitricus 79 loco patris sit, & utrique reverentia debeatur, eos tamen citra veniam in jus vocari posse constat, arg. *l.* 1. *§. fin. ff. de postul.* Alex. post Fulgos. *in d. l. general. n.* 8. † Unde & adversus eos actiones famosæ institui possunt, *l. de his l. si nondum C. de furt.* Schneid. *d. §. pœnales, n.* 49. *in eo com. fin.* cui concordat Emanuel Soarez *tractat. com. opin. V. noverc.* idque post longam altercationem receptius esse, opinatur Alciat. *in d. l.* 1. *C. de in jus vocando.* quia id matrimonium non absque filii injuria contrahitur, ut merito illis privignus deferre non debeat, arg. *l. sed hi hac §. pen ff eod.* extantque plura exempla apud authores, quibus apparet novercas, † privignis plerunque malo esse. 81 *l.* 4. *ff. de inoffic. testam.*

Novercam an sine venia vitricum impune judicibus compellat.

Unde patet, non obtinere posse Zasii contrariam opinionem, qui *in §. pœnales. nu.* 22. *Instit. de act.* decidit, Vitricum & Novercam sine venia in Jus vocari non posse. † Quod si enim (præter prædictas rationes) 82 quis venia non petita agere potest contra propriam patriam vel Fiscum, prout tradit Jacobin. de S. Georg. *de feud. fol.* 81. *n.* 48. multo magis hoc fieri potest contra vitricum vel Novercam: † cum patria loco parentis ha-83 beatur, eique plus vel potius, quam parentibus obtemperandum, si utrisque parere non possimus, quæ etiam unicuique dulcissima esse debet, quam quilibet quoque diligere præsumitur, Speckhan. *cent.* 1. *quæst.* 53. *n.* 2. *& seqq.* ubi plura de hoc. † Econtra Novercæ sua natura 84 invidæ nuncupantur à Gravet. *consil.* 991. *n.* 30. ubi ex *l.* 4. *ff. de inoffic. testam.* probat, quod hostes privignorum fere Novercæ nascantur, (& sic in nullo, ut patria possunt considerari favore.) Unde illud: Tunc cornix albescit, ubi sancta Noverca quiescit, &c. per *ibid.* [illegible] hoc citata: quibus addi possunt, quæ scribit Ful. Pacian. *consil.* 54. *n.* 2. 36. 37. 38. & Sim. de Præt. *cent.* 3. *consil.* 19. *n.* 8. contra Novercas, quod sint crudeles, diræ, immanes, truces, funestæ, & terribiles, hostes, & inimicæ privignorum, &c.

Responsio ad II. dubitandi rationem.

Ad secundam insuper objectionem à comparatione clientis ac liberti ductam ex priori solutione facilis est responsio. † Cum enim edictum Prætoris Patroni personam expresse contineat, dubium non est, eam à liberto absque venia non posse in Jus vocari, econtra vero, cum nulla de protectore illic fiat mentio, neque is lata significatione in eodem edicto comprehendatur, cliens ea lege adstringi non debet.

85

86 Expressio siquidem & conclusio unius, † est exclusio aliorum *l. manum.* 21. *C. de procurat.* Pecc. *in tract. de testam. conjug. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 4. *cap.* 41. *num.* 8 *& lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 2 Hartman. Pistor. *q.* 4. *num.* 26. *& quæst.* 19. *num.* 71. *lib.* 2. Montic. *in tract. de invent. hered. cap.* 5.

87 *num.* 40. Cacher. *decis.* 58 *num.* 2. † & reservatio unius, inducit abdicationem aliorum *l. quæsitum.* 12. *§. idem respondit. ibi.* nam hæc *ff. de instrum. leg. l. cum prætor.* 12. *ff. de judic.* Alexand. *consil.* 216. *num.* 19. *lib.* 2. Cravett. *consil.*

88 214. *num.* 13. *& seq.* Fulvi. Pacian. *consil.* 52. *num.* 71. † legum enim privilegia non sunt extendenda, ultra casus, de quibus speciatim loquuntur. Gerlac. Buxtorff. *in dissert. ad* 17. *priora Aur. Bull. cap. conclus.* 54. *lit. c.* † quodque lex non dicit, id nec nos dicere debemus, *l. si vero §. de viro ff. solut. matrim. l. si servum. § non dixit prætor. de acquir. hered.* Capiferr. *in tract. de num. test. p.* 1. *cap.* 16. *num.* 3. *&* 4. Schrader. *tract. feud. p.* 10. *sect.* 17. *num.* 66. Pruckman. *cons.* 15. *num.* 27. *vol.* 1.

89

Et quod edictum Prætoris ad protectoris personam non extendatur, vel inde etiam maxime elucescit, quia licet Patronus Ecclesiasticus in pluribus cum Patrono Liberti conveniat, quam cum cliente, ex † receptiore tamen sententia Interpretum, ejusmodi Patronus sub edicto prætoris haud continetur, uti testes se præbent Faber. *in §. & in eum Inst. de action.* Alexan. *in l. generaliter. col. fin. de in jus voc.* Roch. de Curt. *vers. honorific. n.* 85. *de jur. patron.* cum quibus concurrit Alciat. *ad d. l.* 1. *ff. de in jus vocand.* † diserte affirmans, Jure etiam Pontificio tradi, æditnum experiri in patronum posse, hac solennitate inobservata.

90

91

92 Et quamvis Paul. Citad. *part.* 6. *art.* 1. *nu.* 5. & † eundem secutus Cæsar Lambertin. *art.* 3. *quæst.* 1. *princ. nu.* 1. *lib.* 2. *& art.* 8. *quæst.* 3 *princ. num.* 6. *de Jure patron.* contrarium in Patrono Ecclesiæ statuant, quia tamen ad confirmandum id non alio utuntur argumento, nisi eo, quod in æquiparatione utriusque Patroni consistit, id autem in hoc puncto non procedat: causa nulla est, ut ipsis sine lege & ratione loquentibus assentiamur.

Responsio ad III. dubitandi rationem.

Cæterum multo minus obstat tertio loco ductum ab exemplo vasalli ad protectorem argumentum.

Nam primo ad hoc respondetur, etiamsi ponatur, beneficiario Feudi, integrum non esse Patronum suum sine venia Judicis impetrata in Jus citare, tamen non sequi ex eo, quod idem in clientibus statuendum sit, quia in hoc nulla est inter vasallum & clientem æquiparatio, licet vasallus & Protector, ut *alibi* diximus in multis comparentur.

93 At vero à pluribus † indifferenter concluditur, sæpe memoratum edictum ad vasallos non pertinere, ideoque liberum esse, dominos sine ulla speciali veniæ petitione in Jus vocare. gloss. *in c.* 1. *§. fin. in verb. salva reverentia, de milit. vasall. qui cont. est*, quam *ibid.* sequuntur Belvis. *vers. quæritur hic. in gloss. in fin.* Bald. *n.* 24. Nic. de Neapol. Alvar. *n.* 8. Laud. *n.* 9. Præpos. *n.* 3. *in fin.* idque hodie observari testatur Wesenb. *c.* 9. *vol.* 10. *nu.* 16. Borcholt. communiter receptam asserit. *c.* 10. *n.* 38. communem etiam testantur & sequuntur Molinæ. *in consuet. Parisiens. tit.* 1. *§.* 1. *gloss.* 4. *n.* 36. Schrader. *p.* 6. *c.* 7. *n.* 19. Nicol. Everhard. dicens ab ea recedendum non esse, *in Topic. legal. loco à vasallo ad libertum* 25. *nu.* 15. Cephal. *cons.* 241. *nu.* 110. *& seq. vol.* 2. Natt. *cons.* 445. *num.* 8. *&* 9. Schurff. *cons.* 57. *num.* 10. *cent.* 2. in practica ita se vidisse observari addens. Ludov. Gremp. *in Analys. Dialect. Act. de in Jus vocand.* Hartman. Hartm. *tit.* 54. *de feud. obs.* 44. *nu.* 1. *&* 3. Gail. *obs.* 15. *nu.* 4. *de pignorat.* Clar. *lib.* 3. *sent. §. feud. q.* 23. *n.* 1. Kirchov. *comm. opin. cent.* 5. *concl.* 97. *lit. v. n.* 3. Chassan. *consuet. Burgund. rubr.* 3. *§.* 4. *in princ. n.* 5. *& seq.* Mynsing. *obs.* 91. *nu.* 4. *cent.* 4. † ubi hanc sententiam quamvis olim cum Institutiones in Academia Friburg. Brisgaviæ annos natus 21. profiteretur, contrariam secutus fuerit, expresse amplectitur, idque asserit Germanis moribus comprobari, & eandem nominatim secutos esse dominos Camerales in causa der Großlegen fratrum contra Comitem de Hanaw. Et cum objecta esset exceptio veniæ impetrandæ ad impediendam litis contestationem, pronuntiatum fuisse à Dominis, Comitem, ea non obstante, ad litem contestandam teneri, per gloss. *in d. tit. de mil. vasall. qui contum. est.* & Dd. modo adductos. Eandem sententiam novissime sequitur & pluribus authoritatibus congestis approbat Henr. à Rosenth. *c.* 10. *conclus.* 23. *nu.* 19.

94

Responsio ad IV. dubitandi rationem.

Nihil denique pro tuitione adversæ assertionis facit, quod de Civitatum defensoribus injectum fuit. Quia † illi loco magistratus erant, & judicabant de causis pecuniariis usque ad trecentos aureos; de levioribus quoque criminibus cognoscebant, eadem competenti castigatione tradentes, cum tamen hoc ante magistratibus municipalibus non licuisset, *l. magistratum. ff. de Jurisd. omn. Judic.* Deprehensos in majoribus criminibus in carcerem detrudebant, mittebantque ad provinciæ præsidem. *l. utili l. per omnes l. defensores* 3. *C. de defens. civita. §. & judicare, & §. audient. cod. tit. col.* 3. quod & in magistratibus municipalibus observatum antea fuit *l. Limenarcha ff. de serv. fugit.* Denique apud defensores Civitatum, testamentorum & donationum insinuatione, & quicquid aliud erat monumentorum proprium agebatur. *§. jusjurand. de defens. civ. col.* 3. Joan. Coral. *Miscell. Jur. civil. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 13. *in fin.* Thom. Michael. *disp. de Jurisd. thes.* 129. Defensores autem nostri temporis respectu clientum magistratus non sunt, nec ullum regulariter imperium, ut ex sequentibus patebit, habent, † ideoque ab his ad illos in singulis inferre non licet, arg. *l. Papinian.* 20. *ff. de minor. l. ult. ff. de calumn. l. inter stipulantem.* 83. *§. sacram. ff. de verb. obl.*

95

96

Moderatio decisum.

97 Hæc autem sic explanata decisio † declarationis loco limitatur, ut quamvis clientes nulla Juris necessitate obstringantur, ut priusquam contra protectores actionem instituant à Judice veniam petant: convenientius tamen est, eos antea extrajudicialiter negotio summatim exposito, ut tradant, reddant, faciant, quod debent Patroni, ab iisdem reverenter ac decenter, antequam in Jus trahantur, interpellari, ac veniam peti arg. *l. quidam liberos.* & *ibi* Dd. præsertim Angel. *n.* 3. *ff. de servit. urban. pred.*

98 Est enim reverentiæ, veniam ante præfari, † quam protector in jus vocetur, habetque hoc rationem naturalem *l. venia. Cod. de in Jus vocand.* Zas. *in intellect. jur. singular. cap.* 3. *num.* 93. *lib.* 1. qui etiam *in §. sic itaque discretis. num.* 15. *Instit. de act.* de extrajudiciali interpellatione agens pulchre docet de denunciatione debitori, ante litis ingressum facienda, & ad quid prosit: item an & quando sit necessaria vel non. Quibus adde, quod tradit Roman. *singul.* 396. *cum seq.* quod scilicet, quis antequam conveniatur, extrajudicialiter prius sit interpellandus, † quod itidem Jura feudalia vasallo faciendum esse suadent, per text. *in d. c.* 1. *§. si vero de milit. vasall. qui contum. est.* ubi vasalli Dominum ad ea, quæ debita sunt, salva tamen reverentia, cogere possunt, & tradit idem Alvarot. *in princ. ibid.* Rosenth. *de feud. cap.* 12. *concl.* 8. *num.* 57. ubi tamen addit, etiamsi ejusmodi interpellationem omittat vasallus, id ab eo impune fieri & magis æquitatis, reverentiæ & con-

99

consilii, quam necessitatis esse Schneidew. *de feud. p. 5. cap. I. num. 115.* tutius tamen inquit faciet vasallus, si ad evitandas tales disputationes petat veniam. Cum temperamento igitur servati honoris, clientes contra protectorem actione experiri, tutius ac convenientius est. arg. *l. si superstite C. de dol.* quod latius tractare hujus loci non est.

100 *Patronus ac clientes utrum hodierno tempore adversus se invicem testimonium Iure dicant.*

His itaque de in Jus vocandó protectore absque prætoris decreto expositis, exurgit secunda ad eandemmet classem pertinens quæstio, non minus dubia, quæ controvertitur, † *An cliens adversus protectorem, vel hic contra clientem in testem productus juste vel injuste à testimonii dictione abstineat?*

Et sane initio dicendum videtur, † utrique adversus se mutuo, à ferendo testimonio omnino abstinendum esse.

101 *Rationes dubitandi pro Negativa.*

Primum enim, † si ad antiquum illud Jus clientelæ, quod apud Romanos viguit, & à quo nostram Advocatiam incunabula sumpsisse *alibi* diximus, respiciamus, certum est, quod eo Jure, contra Patronos testimonii dictio clientibus non erat. Sed nec contra eos instituere accusationem poterant, alioquin Diis inferis devovebantur, & proditionis erant rei, Franc. Bald. *in annotat. ad leg. Romuli c. 18.*

102 *Ratio dubitandi*

Quod ipsum satis indicat Cato *in oratione ea*, quam apud Censores *in Lentulum* dixit his verbis: *quod majores sanctius habuere, defendi pupillos, quam clientem non fallere, adversus cognatos pro cliente testatur, testimonium adversus clientem nemo dicit: patrem primum: deinde Patronum proximum nomen habere*, refert Aul. Gell. *lib. 5. noct. Attic. cap. 13.*

103 *Ratio dubitandi II.*

Deinde authoritatem huic † pronunciato dare videtur, quod etiam in simili libertus contra suum patronum nequaquam testificari possit, adeo, ut nec volens etiam adversus eum recipiatur, ut probat Specul. *in tit. de teste. §. 1. n. 38. vers. item quod est libertus* Aufrer. *de rec probation. test. n. 64*, Alberic. de Malet. *de testib. c. 1. nu. 1. in fin.* Nepos de Monte Albano *de testib. nu. 74.* Nell. *de testib. num. 12. in fin. vers. libertus contra patronum* & est text. *in l. pridem C. de quæst.*

104 *Ratio dubitandi III.*

Præterea idem receptum † videtur in clientulis Advocatorum forensium, qui pariter adversus suos defensores testimonium dicere non posse videntur.

105 Quibus enim interdicitur † testimonium pro nobis, iis & contra nos dicere prohibetur, ut eleganter nuperrime post alios tradit Domini. Arumæus *lib. 1. decis. 10. num. 11.* Inst. Reuber. *method. trad. de testib. part. 2. num. 160.*

106 At vero enucleati Juris est, † clientulum non posse esse testem integrum pro suo Advocato, per textus *in cap. 1. in princip. & in paragraph. hoc ita, de content. inter me & dom. de portione fratris in usib. feud.* Alb. *in l. fin. num. 7. Digest. de testib.* Specul. *in d. tit. de teste. paragraph. 1. num. 13. vers. quid si olim fuit.* Alber. de Malet. *de testib. cap. 2. num. 39.* per text. quem allegat *in l. respiciendum. paragraph furta ff. de pœnis* Campeg. *de testib. reg. 19.* Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 307. num. 1. & seq.* ubi dicit, quod licet text. *in d. paragraph. furta.* per Alb. allegatus non bene videatur comprobare hanc opinionem, eo quod loquatur de clientulo commorante in domo Patroni, quod in clientulis nostri temporis verum esse non potest, quia ut plurimum non commorantur in domibus Advocatorum, non per hoc tamen ab ea sit recedendum, cum satis hunc clientulum fore repellendum suadeat præsumpta affectio, quam erga suum Patronum habet, tempore Patrocinii. Prosper Farinac. *de opposit. contra person. test. lib. 2. tit. 6. quæst. 60. num. 165.* Ergo nec contra illum admittendus esse videtur.

107 *Decisio affirmativa.*

Verum istis clientelæ veteris † libertorum ac clientulorum exemplis non attentis, cum in hoc laborandum omnes esse fateantur, ut veritas in omni quæstione, attestante Cicerone *in Tuscul. quæst.* explicetur, omni remoto scrupulo concluditur, nihil obstare quin clientes contra Patronos & hi vicissim adversus illos testimonium dicere possint & debeant.

108 *Ratio decidendi*

Confirmatur autem hæc decisio † per generalem regulam, quæ habet, ad testificandum quemlibet admitti, qui à lege vel Canone nominatim prohibitus non reperitur, ut bene probant textus *in l. invitum, paragrap. 1. de procurat.* & *in l. 1 in fin. princip. Digest. de testib.* & per istum textum juncta gloss. *in l. quoniam gloss. fin. in verb. angustetur. in princip. de haeret. & Manichæ.* idem affirmarunt communiter. *ibi.* Bald. Salyc. Abb. Jacob de S. Georg. ac reliqui Dd. omnes Decian. *consil. 163. num. 6. in fin. lib. 1.* Marsil. *consil. 48. num. 10.* Socin. Jun. *consil. 32. num. 26. & seq. lib. 2.* Alexand. *consil. 156. num. 8. in fin. vers. secundo respondeo. lib. 5.* Menoch *consil. 231. num. 6. lib. 3.* Nellus *de testib. num. 1.* Crott. *de testib. part. 3. post num. 101.* ubi dicit hanc decisionem veram tam in civilibus, † quam in criminalibus, Lanf. de Orian. *de testib. num. 55. & 56.* Blanc. *de indiciis ad l. fin ff. de quæst. num. 319.* Igneus *in l. 2. §. hoc autem num. 32. part. 1. ff. ad Sylan.* Barb. *in c. cum R. Canonicus. num. 19. de offic. deleg.* Isern. *super 3. constit. Neapol. incip. humanitatem num. 21.* Mascard. *de prob. lib. 1. conclus. 310. num. 4. lib. 3. conclu. 1356. num. 1.* & post eum Hector Æmil. *in suo tract. de testib. rubr. testis locus generalis num. 10.* † Cuncta enim licita sunt, quæ lege aut decreto non inveniuntur prohibita *l. nunquam eis ff ex quib. caus. majo. cap. ad dissolvend. extr. de desponsat. impub.* Nell. *loco relat.* † At vero nullo Juris textu demonstrari potest, clientem ab alio in fidem susceptum, contra suscipientem, in testem produci, prohibitum, reperiri. Ergo, &c.

109

110

111

112 *Ampliatio decisionis.*

Quæ decisio nostra multo magis procedit, † stante scilicet inopia probationum. Hoc enim casu, quando aliæ probationes deficiunt, protector contra clientem suum vel econtra, multo magis ad testimonii dictionem admittendus est.

113 *Ratio ampliationis.*

Ratio ampliationis est, † quia testificandi munus publicum est, *l. 1. Digest. de testib. l. eum, l si quis in princip. Digest. quemadmodum testament. apert.* Tyndar. *in cap. 9. num. 7. de testib.* Hector Æmil. *versic. testis num. 12. de testib.* Cacheran. *decis. 46. num. 4.* Hoc est sicuti ex Panorm. declarat Andr. Gail. *lib. 1. observat. 100. numer. 2.* testis officium in se est publicum, quanquam testimonium non ferat, tanquam habens officium publicum, † & ideo cuilibet, etiam invito, qui nominatim exceptus aut prohibitus non est, imponi potest. *l. si quando C. de testib.* Jason. *in l. 2. paragraph. si quis municipalis. num. 4. Digest. si quis cautionib.* Hector Æmil. *d. versic. testis num. 14.* † Ita ut testimonium dicere recusans, parti ad interesse teneatur, *l. quidam. in fin. l. tutor. Digest. de administr. tut. l. quoniam. C. de excusat. tut.* Tyndar. *de tract. de testib. cap. 9. num. 7.* Domin. Arumæus *lib. 1. decis. 10. num. 34.* † Idque ob publicam utilitatem, ne veritas occultata jacturam patiatur, receptum est textus *in cap. quanquam. 14. quæst. 2.* Bened. Reinhard. *differ. Saxon. 56. p. 4.* Zobell. *differ. Sax. p. 1. diff. 38. in fin.* † Veritas enim res est sacratissima, & Reipubl. valde necessaria. *l. eum, qui nocentem §. de injur.* Surd. *decis. 190. nu. 2.* † quam occultare, peccatum est mortale committere, text. *in c. quisquis. 11. quæst. 3. & in c. 1. de testib. cogend.* gloss. *ibid. in verb. occultent.* similiter Panorm. *n. 1.* gloss. sing. *in c. dilector. in verb. criminib. eod. tit.* Panorm. *ibid. n. 3.* gloss. *in c. intimavit, in verb. juram. de test. & in c. constitutis in verb. non teneri eod. tit.* Reinh. & Zobell. *locis allegat*, ideoque eam celare nemo debet.

114

115

116

117

118

119 Et quamvis clientibus protectorem † venerari, nec ei in quopiam incommodo esse debeant, ideo tamen ad occultandam veritatem, in emolumentum protectoris, vel adjuvandum eum, ut aliena cum jactura locupletetur, minime tenentur, argum. *cap. mandati, extr. de rescript. cap. duob. in fin. eod. tit. lib. 6.* clar. *in l.* nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem *l. 14. ff. de condict. indeb. cum simil.* Academ. Tubingens. *cons. 38. tom. 2. inter cons. Illustr. ICt. & Academ. n. 27.*

Solutio contrariorum argumentorum. Quibus ita positis omne momentum jam in eo consistit, quo nimirum pacto illa, quæ modo pro adversa parte deducta sunt, rite diluantur: † Cunctis ita existimantibus, contrariorum dissolutionem verioris esse opinionis confirmationem in oppositum: *cap. grave. 35. quæst. 9.* Everhard. *topic. suis loco à contrariis 19. à pr. & per tot. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. Instit. de tutor. in pr. l. secundum in fin. ff. qui satisd. cog.* 120

Responsio ad I dubitandi rationem. Ad primum ergo ex veteri Jure clientelæ illatum, quod attinet, illud resolvitur ex eo, quod clientes erant, qui ad potentioris alicujus patrocinium sese applicuere, ut explicat latius *d. loco* Balduin. † nec ab illo jure, quod est arctissimum & perpetuum inter patronum & clientem, ad clientem nostratem & protectorem precio inservientem per omnia recte argumentari licet, ut non inconcinne tutatur Theod. Marcil. *ad l. 71. de legib. 12. tab.* Unde licet olim nec clienti contra patronum, nec patrono contra clientem licuerit testificari, id tamen usus hodierni temporis non agnoscit, † quia multo fortius inter hasce personas fidei vinculum olim fuit, quam inter nostrates modo sit, quia clientes quondam patronis suis communicabant etiam suas opes, si aut Pauperes patroni essent, ab hostibus redimendi, aut si suas elocare filias nuptuive tradere vellent, ut de hoc & aliis antiquorum institutis *initio hujus operis in c. de origine Advocatiæ* abundanter diximus. Ea autem omnia ad hodierni temporis clientulos accommodare usus non patitur. 121 122

Responsio ad II dubitandi rationem. Nihil etiam decisioni nostræ supra formatæ repugnat, quod de prohibita testificatione liberti adversus patronum suum adductum fuit. † Quia dispar in hoc eorum est consideratio, neque hoc casu argumentum à Liberto ad clientem stringit. Protectores enim à clientibus nihil aliud, præter annuum salarium (ut *alio loco* diximus) accipere solent, liberti vero à Patronis libertatem, ceu magnum & inæstimabile beneficium, nacti sunt *l. libertas. 160. ff. de regul. jur.* ita, ut memoria tanti beneficii eos contra Patronos testificantes merito repellat, ut recte observavit Just. Reuber. Cameræ Imperial. Assessor quondam celeberrimus *Meth. trad. de testib. part. 2. n. 57* 123

124 *Responsio ad III dubitandi rationem.* Nihil magis periculi ab argumentatione † tertia à clientulo Advocati forensis ad nostrum ducta firmatæ decisioni imminet. Quamvis enim, juxta dispositionem Jurium ibi allegatorum, cliens pro Advocato non dicat testimonium, tamen inde non sequitur, eum contra illum testificari non posse. † Nam ratio, ob quam pro illo dicere prohibetur, quæ est affectio, in casu contrario, quando is, contra Advocatum producitur, non amplius militat, ideoque ibi & juris dispositio, † quam in id induximus, cessare debet, arg. *l. illud ff. ad l. Aquil. l. adiger. §. quamvis ff. de jur. patron. c. cum cessante. extr. de appellat.* Everh. *in top. in loc. à cessat. ration. num. 2.* Tiraq. *in tract. cess. caus. p. 1. n. 130.* Cacher. *decis. 14. n. 3.* 125 126

127 *Moderatio decisionis.* Hæc autem decisio sic explanata, † limitationem recipit, ut si causæ veritas abunde aliorum testium dictis constare possit, rectius faciat protector, si à testimonio contra clientes vel hic vicissim contra illum ferendo abstinuerint. † Inverecundum enim quodammodo videtur, eos sine necessitate, testimonio suo se lædere, qui respective ad defensionem, reverentiam ac honorem sibi mutuo obligati sunt. Nam cum ideo protector testimonium dicere debeat, ne probandi facultas coangustetur, *l. quoniam. 21. in fin. C. de hæret. & Manich.* Ejus autem copia per aliorum testium attestationes sufficienter haberi possit, honeste sese hoc casu excusare poterit. 128

Quod ipsum in simili de Advocato † forensi eleganter notarunt Just. Reuber *d. p. 2. n. 160.* D. Arumæ. *lib. 1. decis. 10. n. 30.* Hector. Æmil. *part. 1. vers. Advocatus. n. 14. de Testib.* ubi etiam in idem allegat Specul. *in tit. de Advoc. §. nunc tractemus n. 12. & 13.* Franc. *in c. Rom. nu. 3. de testib. in 6.* Prosper Farinac. *lib. 2. tit. 6. quæst. 60. n. 171. in tract. de testib.* ubi subjicit, quia etsi Advocatus contra suum clientem in testem admittatur, rectius tamen faciat abstinendo se à tali testimonio, si id honeste recusare possit. 129

Ulterius & tertio loco circa ea, † quæ omittere clientes protectorum suorum gratia tenentur, in quæstionem vocatur *an impune hi in illos vel contra actionem famosam intentare queant?* 130 *Actionibus famosis utrum clientes ac Patroni invicem convenire prohibiti sint.*

Et quamvis Zas. *lib. 1. intellect. jur. singular. c. 3. n. 93.* luculenter doceat, famosas actiones à vasallo contra Dominum constitui non posse, allegando ad id gloss. *in l. 1. §. interdictum 2. ff. de vi & vi armat.* & Innoc. *in c. cæterum. de Jud.* qui etiam *in Epitome feud. par. 10. n. 40. cum seqq.* latius tractat, an & quatenus vasallus Dominum criminaliter accusare possit, vel non, cui conjunge Jacob. de S. Georg. *de feud. in §. dictiq. vasalli n. 25. cum 2. seqq. ibid.* videndos. 131

Nos tamen omissis ambagibus † concludimus clientes nulla quidem lege prohiberi, ejusmodi actiones adversus protectores suos instituere, ideoque † permissum censeri, arg. *l. nec non. §. quod eis. cum gloss. in verb. prohibeant. ff. ex quib. caus. major.* ubi habetur, quod omnia censentur permissa, nisi specialiter prohibita reperiantur. *l. mutus. ff. de procur. cap. 1. de procur. in 6.* Bertaz. *tract. clausul. instrum. claus. 2. gloss. 1. nu. 5. in fin.* Christ. Coler. *in sentent. Jurid. verb. prohibitum.* Romul. *in l. ut vim. n. 101. ff. de just. & jur.* Thoming. *decis. 16. nu. 8.* Cald. *in l. si curatorem. verb. implorandum n. 29. C. de restit. in integr.* Borchol. *tract. feud. c. 1. nu 28. in fin.* † urbanitati tamen nihilominus convenientius esse, cum clientibus necesse est Patronos suos convenire, actione doli, furti vel simili, ex qua condemnati re ipsa & opinione hominum infamiæ notam incurrunt, ut conventionem suam verbis in factum, hoc est, non in fraudem protectoris, sed in solum nudumque ejus factum, absque fraudis mentione directis ita temperent, ne sugillare existimationem eorum videri possint, arg. *l. non debet. 12. §. 1. de dol. l. honori. 2. l. parens. 5. §. sed nec famosa ff. de obseq. parent. & patron. præst. 27. tit. 15.* 132 *Decisio Affirmativa.* 133 134

Et hæc hactenus de iis Advocatiæ effectibus, quatenus à clientibus in Patronos proficiscuntur atque in omittendo consistunt, nunc de iis, quæ in faciendo seu præstando versantur, videndum est. *Obligatio clientum erga Patronos in faciendo consistens.*

Primo igitur repetendum est, † quod supra dictum fuit, protectoribus deberi reverentiam, clientesque Patronis obligari ad observantiam, id est, exhibitionem honoris, exemplo libertorum, erga Patronos. *L. 1. l. si liberto. 9. Digest. de obsequiis à libert. præstand.* 135

Et certe observatio illa cultus est, à quo autumnante Halicarnas. *antiq. Rom. lib. 2. § cæterum*, clientes quasi colentes † dicuntur, & Patroni quasi Patres appellantur, ut ex Gellio *noct. Atticar. lib. 5. c. 13. & lib. 20. c. 1.* observavit Gail. *2. obs. 54. n. 6. in fin.* 136

Hic autem cultus erga potentiores cum officio, non simulatus est amor. Ubi enim amor † non est officium personatum est. Scal. *exerc. 317. dist. 3.* ubi addit potentiam hic civilem, unde clientes, intelligi. Quam sane potentiam

illam suapte natura odiosam, cum semper in auctores redundet metus, nec quisquam metuatur ipse securus. Senec. *lib. 2. de Ira, cap. 11.* & *ibi* Lips. *in not.* ipsis clientibus non formidabilem, sed per moderatam æqualitatis ostentationem, reddet amabilem. Id quod per hirundinem mira æqualitate cibum filiis ministrantem Ægyptii adumbrare voluerunt, Pier. Valer. *Hieroglyph. lib. 22. rubr. de Hirund. p. 162.* Et in hanc sententiam eleganter Paterc. *hist. Rom. lib. 2. Suspiciat*, inquit, *potentem humilis, non timeat, antecedatur non contemnat humiliorem potens.*

Cæterum propter observantiam illam, quam clientes patronis debent, majestatem eorundem † comiter observare tenentur *l. non dubito. ff. de Captiv.* unde etiam Bodin. 1. *de Republ. 7. p. 107.* clientelam principum vocat fœderatam consociationem, qua alter alterius Majestatem observare tenetur, ut ab injuria potentiorum tutior esse possit: idemque *ca. 9. p. 169. in fin.* ubi † comiter observare, Propatronum, quatenus personæ ac loci postulat dignitas superiorem in fœdere agnoscere accipit, per *d. l. 7.* & ex Budæo Dn. Menoch. *arbit. jud. quæst. lib. 1. quæst. 100. n. 13. & seq.* Comiter observare Majestatem, esse dicit obsequium & observantiam liberis non indignam nec indecoram Imperio populoque Romano præbere. Cujus vi quoque sæpius protectores in literarum inscriptione vocant clientes fideles suos ihre liebe getrewe / Gail. *tract. de Arrest. Imp. c. 7. nu. 13.* Bocer. *de Jurisd. c. 8. n. 97.* Remig. Feschius *dissert. de fœder. §. 23. in notis ad lit. E.* Et ita in Curia Saxon. observari scribit Erenb. 1. *Fœder. 4. n. 15.*

Hinc est, quod in favorabilibus, clientes quandoque etiam subditorum † appellatione veniant, unde & constitutionem der Pfandung ad eosdem extendi refert Schwanman. *obser. Cam. 67.* ubi notat ob Judæum captum, processus in Camera fuisse impetratos, licet tantum fuerit sub clientela impetrantis. Clientes, namque etsi subditi non sint, tamen comprehenduntur sub nomine eorum die einem zuversprechen stehen / hoc est quos defendere tenemur.

Verum id quod Schwanmannus de extensione pignoratitiæ constitutionis ad clientes dixit, spectare solum videtur ad eos, qui habitant in territorio Patronorum, ut ille Judæus, cujus mentionem fecit non autem ad eos, qui proprium habent territorium & alterius sunt clientes, ast sua interim immediata fruuntur libertate, quales sunt civitates Imperiales.

Secunda insuper non incongrua ad materiæ hujus Tractatum, quæstio excutienda est. *An clientes Patronis suis, juramentum, quod vocant* Schirmpflicht / *ex moribus hodierni temporis præstare soleant, aut debeant.*

138 Quod autem antiquitus † clientes Protectoribus suis aliqua etiam jurisjurandi religione obstricti fuerint, evidenter docent literæ Imperatoris Friderici III. quibus Anno 1485. † Advocatiam Monasterii Chombergens. à Civitate Hallensi Suevorum avocatam, in Rever. ac Illustr. Dn. Rudolphum Episcopum Herbipolensem, ejusque successores transtulit, quibus inter alia Consuli ac Senatui Hallensi, ut subditos Chombergenses juramento, quo iisdem gestæ clientelæ gratia obligati fuerant, penitus relaxarent, nominatim injunxit ac serio mandavit, hisce verbis: Wir Friderich / ꝛc. auch desselben Gottshauß arme Leut vnnd Vnderthane / derer Pflicht / damit sie euch / solcher Vogthey vnd Schirms halben verwant seyn / ohne alles Mittel ledig zehlet / ꝛc.

Ratio dubitandi pro affirmativa à moribus antiquis.

139

140 Non minus etiam constat, † quod olim subditi Chombergenses Liberis Dominis à Limpurg tanquam subadvocatis ejusdem Nobilis collegii juramentum præstiterint, cujus forma erat: Daß die Schirmsverwandten jhrem Vogt / Schutz vnd Schirmsherren Pflicht thun sollen / jme deßhalben / vnd zu seinem rechten getrew vnnd gewehr zu seyn / schaden zu warnen / vnd frommen zuwerben / vnd alles das zuthun vnnd zuhalten / das jhr jedem solche verlesene Schutz vnnd Schirm Verschreibung aufflegt / die vermögen vnd inhaben / alles ohn gefehrde.

Ratio dubitandi II.

Ne tamen ejusmodi juramentum ad aliud quam merum protegendi jus trahi posset, prædicti Advocati Lympurgici Reversales dabant, quibus recognoscebant ac testabantur, tale per Chombergenses subditos præstitum Juramentum alio non trahi, nec ullam aliam nisi quam protectionis Jus, in se contineret, obligationem inducere posse.

141 Præterea clientes Patronis ad conventum annuum honorarium solvendum, ex † Juramento, Patronis plerunque obligari, publice defendit D. Hepingk *dissert. sua de Jure protect. concl. 59.* ubi tamen *in notis lit. c.* affirmat, tale à clientibus protectionis causa præstari † solitum Homagium, neque assecurationis neque fidelitatis Juramentum dici posse, sed cum Juramento, quod familiaritatis ratione, à Consiliariis Principum & similibus præstatur aliquam habere cognationem. Menoch. *conf. 943. n. 13.* Surd. *conf. 172. n. 1.* Rol. à Vall. *conf. 52. n. 5. lib. 3.* Natt. *conf. 367. n. 19.* Thom. Marin. *de feud. lib. 1. tit. 11. n. 6.* Et hinc per Juramentum hoc protectorem, nullam † superioritatem vel jurisdictionem in clientes acquirere, veluti, nec Nobilis Imperii immediatus, Principis alicujus existens † consiliarius, in realibus & personalibus actionibus officium ejus non concernentibus, Principi illi, cui à consiliis est, quo ad Jurisdictionem subjicitur, sed pro casuum contingentia, vel in camera Imperiali vel coram Austregis conveniendus est, uti eleganter in terminis consuluisse T. M. in consilio W. nondum impresso, *ibidem* asserit per rationem alibi fusius explicatam, quod nempe Juramentum ultra Jurantis intentionem operari non debeat, *conf. Marp. 15. n. 360. vol. 1.* sed ad jurantis consensum restringendum sit Schrad. *de feud. p. 10. sect. 13. n. 47.*

Ratio dubitandi III.

Sic etiam novissime Joan. Brunnigk. *disput. de Homag. concl. 9. & 10. c. 1.* scribit, clientes præstare Homagium familiare ratione protectionis seu defensionis innuens ex eo nullum subjectionis vinculum enasci, eo quod (ut *subsequent. §. 13.* adseverat) non omne † & quodvis Juramentum, quod de fidelitate præstatur, Jurisdictionem, ei cui juratur, attribuat, si tertius aliquis, Jurisdictionem habeat, ad quod allegat Innoc. *in c. dilectus extr. de Capell. Monach.* Bald. *ad l. 2. n. 50. C. de servit. & aq.* Albert. Brun. *conf. 20. n. 21. inter feud.* Ernest. Cothm. *Consult. Academ. Respons. 1. n. 386.* Et quod causa protectionis non habeat aliquod Jus dominii, assertore Petr. Gregor. Tholos. *de Republ. lib. 11. c. 11. nu. 6.* quemadmodum nec auxiliarii Milites mercenarii, ideo Reipubl. Domini sunt, quod stipendio ad auxilium & opem & protectionem ejus advocati fuerint.

Ratio dubitandi IV.

142

143 Verum, † quicquid olim particularibus forsan in locis in præstando protectori à clientum subditis sacramento consuetum fuerit, hodierni sane mores non ferunt, nec Jura suadent multo minus obligant clientes, ad jurandum protectoribus suis, quia nullum iis competit Imperium, aut Jurisdictio in fidei commissos, nec ulla regulariter in clientelam suscepti subjectionis lege Patronis tutelaribus, ut infra in hoc ipso Capite latius deducitur, obstricti sunt.

Decisio Negativa.

Ratio decisionis.

Ad juramentum enim à subditis Chombergensibus Seniori ex familia Lympurgica præstitum, quod attinet, licet id olim in usu fuerit, ob graves tamen causas, per transactionem mediante Rever. ac Illustrissimo Principe Domino Friderico Episcopo Herbipo-

Responsio ad objectas supra dubitandi rationes.

bipolensi, Franconiæque Duce Anno 1562. à Domino Friderico Barone de Lymburg S.R.I. Pincerna hæreditario, penitus remissum, in desuetudinem abiit.

Ad tradita D. Hepingk & Brunlnck, quod attinet, non plane negamus, fieri posse, ut nonnullis in locis, quod nos latet ejusmodi juramenta adhuc in usu sint, sed affirmamus duntaxat, extra consuetudinem, clientes regulariter ad ejusmodi Juramenta præstanda non obligatos esse.

144 *An clientes Patronis suis ad mutuam defensionem obligati esse censeantur.* Quæritur igitur tertio loco, † In hoc effectus genere, *Anne clientes ob summam illam cum Advocatis contractam necessitudinem patronis suis, occurrente necessitate ad præstandum etiam mutuum auxilium obligati sint.*

Pro parte affirmativa adstruenda se primo offert, quod Patronus tutelaris & cliens sint correlativa, ut in specie tradit Georg. Everh. *cons.* 56. *n.* 88. *vol.* 1. Matt. Coler. *cons.* 33. *n.* 57. † in quibus dispositum de uno, etiam de alio dispositum censeatur, arg. *l. fin. C. de indict.* 145 *vid. toll. l.* 1. *& ibi* Bart. *C. de expressf. lib.* 10. Nicol. Everhar. *in loc. à correlativis. n.* 3. Pecc. *in tract. de testam. conjug. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 15. Cacher. *decis.* 75. *num.* 1. Capifer. *in tract. de nu. test. part.* 1. *cap.* 16. *n.* 186. Curt. *in l. cum te pro-* 146 *ponas num.* 7. *C. de transact.* Matth. Stephan. *in dialect. jur. loc.* 31. *à correlat. nu.* 2. *lib.* 2.

Ratio dubitandi I. pro affirmativa.

147 *Ratio dubitandi II.* Secundo sicut vasallus † tenetur Dominum juvare in omnibus suis necessitatibus, & pro viribus curare & facere, ne quis alius Domini personam lædat, vel illi damnum inferat, per gloss. *in c. de forma* 22. *q.* 2. Alvarot. & Præpos. *in cap.* 1. *de form. fidelitat.* Jacob. de S. Georg. *verb. qui quidem investiti. n.* 17. *arg. l. in lege* 22. *ff. locati. l. facere.* 189. *ff. de verb. oblig.* Ita vice versa etiam Dominus vasallo auxilia præstare, eumque defendere obligatus est, *d. c.* 1. §. *dominus quoq. de form. fidelit.* Quo textu moti communiter statuunt Dd. dominum vasallo regulariter ad omnia illa teneri, ad quæ vasallus te-148 netur Domino. † Quandoquidem inter utrumque mutua est obligatio *d. c.* 1. *& in cap.* 1. *qual. Dom. prop. feud. in pr.* Et judicatur uterque ad paria Afflict. *in d. cap.* 1. *num.* 13. *tit. de form. fidel.* & quod uterque mutua obligatione sibi invicem teneatur tradit Raven. *in d. c.* 1. *Inst. & scias secundum, de form. fidel.* Rosenth. *c.* 9. *n.* 1. *concl.* 16. & consulendo secuti sunt Bald. *cons.* 97. *vol.* 3. Mynf. *resp.* 7. *n.* 2. *decad.* 21. Bero. *cons.* 67. *n.* 5. *vol.* 1. Dec. *cons.* 469. *n.* 4. & alii plures allegantes etiam gl. *in c. imperialem*, §. *ult.* ubi Alvar. *nu.* 2. & cæteri Dd. *de prohib. feud. alien. per Frideric.* Belvis. *in d.* §. *Dominus* ubi Laudens. *num.* 17. Alvarot. *num.* 7. & reliqui Dd. Ferrari. *in form. libell. quo agit. ad revoc. feud. verbo contra debitum num.* 5. Afflict. *decis.* 265. *num.* 1. Zal. *de feud part.* 7. *num.* 56 & 57. reprobans Panormitan. dicentem, quod Dominus ad ea saltem ex urbanitate teneatur, Molinæ *ad consuetud. Parisiens. tom.* 1. *paragraph.* 1. *gloss.* 4 *num.* 10. Decius *consil.* 469. Clarus *paragraph feudum quæst.* 27. Schneidew. *part.* 5. *num.* 125. Schrader. plures allegans. *p.* 6. *cap.* 7. *num.* 2. Intrigliol. *quæst.* 62. Vultæ. *lib.* 1. *de feud. cap.* 10. *num.* 37.

149 Cum ergo Dominus feudi, † & clientes quoad auxilium expectandum, ut *infra cap. XV. de affinib. protect.* uberrime docetur, æquiparentur, dicendum videtur, quod, sicut ille auxilium ferre tenetur vasallo, ita & clientes etiam Advocatos seu Protectores adjuvare 150 obstricti sint, † à paritate rationis, per quam eadem inducitur Juris dispositio, *l. illud.* 23. *in princip. ff. ad leg. Aquil. l. regul.* 9. *paragraph. & licet ff. de jur. & fact ignor. l. cum mulier.* 47. *Digest. solut. matrim. l.* 2. §. *si mater. vers. quid si curatores & vers. quid ergo si non fuerint ff. ad Senatusconsult. Turpill.* Nicol. Everhard. *in sua Top. in loc. à ratione legis ampla sive larga.* Tiraquel. *in tract. cessant. caus. part.* 1. *n.* 149. *cum seq.*

151 His accedit tertio, † quod multis in locis, propter Tutelam clientes vel eorundem subditi Protectorem evocantem sequi, & opem ei suppetiasque adversus inimicos ipsius, ad exemplum vasallorum ferre teneantur, quam servitutis speciem vocant sequelam Folge. de qua disputatum in causa Ingelheim contra Pfaltz / Rutger. Ruland. *de interrog. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9.

Ratio dubitandi III. Clientes an Patronis ad Sequelam ut folg obstricti sint.

152 Cujus quidem sequelæ, † ne alia exempla commemorem, vestigia mansere in subditis Chombergensibus, qui Seniorem ex Illustri domo Lympurgica Collegii Chombergensis Protectorem, bello, seditionibus aut aliis molitionibus implicatum, sequi, & consequenter, ut clientes juvare ac defendere tenentur.

Ratio dubitandi IV. ab authoritate. Quarto hanc sententiam, quod nempe sicuti Protector recommendatum defendere, sic vicissim hic illum tueri obligetur, tenet Gemin. *consil.* 81. *in fine versic. nec obstat* à Cardin. Tusch. *pract. conclus. jur. tom.* 6. *lit. P. conclus.* 935. ad hoc laudatus, atque ita post Bald. *in l.* 8. *C. de execut. rei judicat.* voluerunt Jurisconsulti Witteberg. *consil.* in caus. Joan. Friderici Elect. Saxon. ex una: & Henrici atque Joan. Ernest. Ducum Saxon. ex altera parte vertente Anno 1541. facto, quod apud Hortled. Reichshandlung / *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. extat.

153 *Decisio negativa.* Verum prædictis non obstantibus † contrarium dicendum est, clientes nempe ad Patronorum suorum defensionem nequaquam obligatos esse, nisi id peculiariter fuisset conventum, ut in protectione reciproca fieri solet, quæ tamen (ut *alibi* diximus) magis confœderatio, quam protectio est.

154 *Ratio decisionis I.* Ratio decisionis ex eo patet, † quia Protectores potissimum ob salarium, quod eis constituitur, annuum, obligantur ad tuendos clientes: e diverso autem ex parte horum nulla subest causa, propter quam ii vicissim ad defensionem Patronorum obstringantur, ideoque summa inter illos foret inæqualitas, si clientes, quibus Advocati, ne minimum quidem largiuntur, in tantum ipsis obligati essent, quantum hi illis, qui defensionis exhibendæ causa 155 annuam habent mercedem, † cum tamen contractus claudicare non debeant, *l. litigatores, paragraph. penult. Digest. de rec. arbit. l. Labeo ff. de verb signific.* Modest. Pistor. *consil. quod extat post quæst.* Hartman. Pistor. 20. *lib.* 2. *num.* 23. Pyrrh. Engleb. *in consuet. Aurel tit. de retrab. vend. cap.* 24. *ad fin.* Frid. Pruckman *paragraph. soluta potestas, tract. de regalib. cap.* 4. *membr.* 2. *offic.* 1. *num.* 32. sed in † iis proportio 156 atque æqualitas servanda sit, *l. Julianus.* §. *si à pupillo.* ubi Bart. *ff. de action. empt. l. si id quod*, §. *fin. de rescind. vendit, l. penult. in fin. C. commun. divid.* Hippol. Riminald. *in* §. 1. *num.* 159. *Instit. quib. alien. licet.* Menoch. *cons.* 92. *n.* 41.

157 Cum igitur Protectionis contractum † celebrantium intentio sit, non ut clientes Protectoribus, sed ut Protectores clientibus ad præstandam defensionem obligentur, nec illam intentionem contractus Tutelaris, nisi pacto quid aliud cautum reperiatur, egredi debeat *l. si quis nec causam l. non omnis Digest. si cert. petat.* satis clarum est, nullam clientibus defensionis vicissim exhibendæ necessitatem incumbere.

158 *Ratio decidendi.* Ut omittam, † quod Patronus ad operas liberto non teneatur, licet hic illi sit ad eas devinctus *l.* 1. *Digest. & C. de oper. libertor.* Quare nec clientes Protectori, cum ab illis ad hos arguere liceat. Simon Pistor. *consil.* 19. *numer.* 23. *lib.* 1. per vulgatam *l. stipulationes non dividuntur, ibi,* operas vel his simile *ff. de verbor. obliga.* ad defensionem vicissim præstandam obstricti erunt.

Pro-

Ratio decidendi III. ab auctoritate. Præterea hanc nostram decisionem in terminis defendit, post hæc scripta visus David Hepingk *novissima dissertat. de jure protect. conclus. 56. lit. C.* ubi concludit, speciali non existente pacto, Clientes nisi ex urbanitate Protectorem in suis juvare non teneri necessitatibus, per ea quæ in simili tradit Dn. Menochius *arbitrar. jud. quæst. lib. 2. cas. 494. numer. 3. & seq.*

159 *Ratio decidendi ultima.* Quæ sententia ex eo denique firmatur, quod obligatio † ad mutuum auxilium, magis confœderationem, quam Advocatiæ conventionem (ut *in Cap. III. sub numer.* 317. docuimus) & quandoque etiam superioritatem sapiat, per ea quæ de Reciproca Dominorum & subditorum tuitione, alibi diximus, ex quibus satis clarum est, Clientes ad mutuum Patronis suis ferendum auxilium, regulariter non esse obligatos.

Solutio contrariorum argumentorum. Resp. ad I. dubitandi rationem. Nec repugnant, quæ *supra* dubitandi rationes allatæ fuerunt. Nam quod primo dicebatur, Patronum & clientem esse correlativa, & dictum de uno etiam dici de alio. † Respondetur, id verum esse, quando eadem est ratio in utroque correlativorum; tum enim solum dispositum in uno ex correlativis, videtur 160 etiam dispositum in alio. *Jurib. praalleg.* Alias secus est, tex. est notabilis *in l. curatorem*, cum *ibi* notat, per gloss. Cy. & Dd. *C. de interdict. matrim. & in l. fin.* & *ibi* Salycet. not. *C. de rescind. vend.* & habetur pulchre per Jason. *in l. transigere C. de transact.* & per eund. *in l. fin. C. de indict. viduit. toll.*

At vero circa factum defensionis in protectore & protegendo cliente, diversa plane est ratio. Nam protector ratione tutelæ semper intelligitur esse potentior, ut ex definitione *supra* tradita patet, unde videtur esse contra naturæ ordinem, ut minus potens defendat potentiorem, &c. Et plures ac solidiores diversitates ex hujus quæstionis decidendi rationibus desumi possunt.

161 *Resp. ad II. dubitandi rationem.* Ad secundam respondetur, licet ex sententia quorundam Dominus non teneatur juvare vasallum ex necessitate obligationis, sed ex sola urbanitate, † cum inter 162 vasallum & dominum non sit mutua æqualisque per 163 omnia obligatio: † Non enim jurat Dominus adjuvare vasallum, ut è contra. Ita scribit Isern. *c. 1. in fin. de form. fidelit. & in c. 1. qualiter dom. proprie. prive,* quem in specie secutus est Afflict. *decis.* 265. *numer.* 4. confert. *l. cum affirmas C. de lib. caus.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas.* 494. *n.* 6.

Et tametsi *alibi* defendimus æqualitatem obligationis inter vasallum & feudi dominum, circa actum defensionis; ideo tamen non admittimus inductam hoc casu inter vasallum & Advocatum clientelarem similitudinem, cum diversa in utroque ratio inveniatur.

Licet enim, quemadmodum clientes à protectore mercedem: ita feudi dominus à vasallo feudum non habeat, ut è contra hi ab illis, & in hoc æquiparentur: tamen adhuc inter eos respectu defensionis 164 præstandæ magna subest diversitas: Cum † vasallus domino ratione feudi, quod ab ipso habet, subjectus sit, quilibet autem sibi subjectos, eorumque jura protectione sua tueri, contraque Injuriam aliorum defendere teneatur, *cap. grandi. de suppleud. neglig. prælator. in 6.* facit *l. illicitas, in princ. & §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. c. 1. de offic. deleg. in 6.* Innoc. *in c. pro illorum de præbend.* Panorm. *in c. recipimus, numer.* 5. *de privileg.* Molinæ. *ad consuet. Parisiens. tit.* 1. *§.* 2. *gloss.* 3. *nu.* 6. Sylvan. *de feud. recognit. quæst.* 109. *numer.* 9. Vasquius *lib. 1. illustr. controvers. cap.* 43. *numer.* 11. Schneidew. *part.* 5. *numer.* 125. *de feud.* Borchold. *de feud. c. 1. numer.* 22. Gail. *de arrest. imper. cap.* 6. *numer.* 23. *& cap.* 8. *numer.* 12. Ideo non immerito ei, ratione feudi, vel si persona vasalli opprimatur indebite, aut in discrimine vitæ versetur, consilio pariter & auxilio debeat succurrere, Schneidew. *part.* 5. *de feud. num.* 131. præsertim, cum † feudum, quoad dominium directum, ad ipsum pertineat, & consequenter de ipsius etiam interesse agatur. Andreas Khol. *de servit. feud. part.* 2. *post numer.* 125. At vero protectores clientibus nulla ratione subjectos esse, per se manifestum est.

Resp. ad III. dubitandi rationem. Quod vero amplius tertio loco de sequela quam clientes protectoribus præstare debent, adductum fuit, nihil ad rem facit. Cum enim ex Germaniæ consuetudine, sequela † superioritati cohæreat, & jurisdictionem 165 arguat, per tradita Knich. *in comment. ad privil. Saxon. provoc. nosc. cap. 5. n.* 310. *& de jur. territ. c.* 3. *nu.* 360. ubi subdit, sequelam ad præceptum & mandatum factam & secuta obedientia probare jurisdictionem, quem sequitur Pruckman, *cons.* 27. *nu.* 37. & Caspar. Klock *de collect. thes.* 56. *ad fin.* Protectoribus autem nulla † in 166 clientes jurisdictio competat, ideo negatur clientes ad sequelam ejusmodi ratione Protectionis generatim ac regulariter obstrictos esse.

Et ad exemplum de † subditis Chombergensibus 167 quod attinet, Sequela illa Advocato Lympurgico, non Jure Advocatiæ simpliciter, sed ex transactione & Jure familiaritatis, permissa fuit, ut patet ex literis transactionis inter Chomberg & Limpurg / Anno 1568. initæ. Constat autem quod ex obligatione privata ex transactione partium orta, ad jus commune argumentari non liceat.

Resp. ad IV. dubitandi rationem. Non obstant denique allegatæ Gemin. & ICtorum Wittebergensium auctoritates, quia ipsorum dicta, in casibus reciprocæ Protectionis pactæ, vel in terminis confœderationis, aut ubi peculiaris de mutuo auxilio ferendo conventio facta est, exaudienda sunt.

Et huc usque de quæstione Clientes concernente tertia.

168 *An Clientes Protectoribus suis ad collectas prastandas obligentur.* Quarto insuper controvertitur: *An clientes † ratione protectionis suis tutoribus teneantur præstare collectas.*

Id quod † prima fronte affirmandum esse videtur; Quia regulariter † collectæ præstantur ob protectionem & tuitionem, & eis debentur collectæ, qui præstant protectionem, ut in terminis tradunt. Vulteus *tom.* 3. *Marpurg. cons.* 35. *n.* 45. Nevizan. *in sylva nupt. §. & ut melius, n.* 100. idemque velle videtur Joann. Gry- 169 phiander *inter discurs. Arum.* 26. *vol.* 2. *thes.* 87. ubi *Ratio dubitandi I. pro affirmativa.* scribit, collectarum & tributorum præstationes subditis incumbere in recompensationem protectionis quam à domino percipiunt, quod etiam sentire videtur D. 170 Paul. Matth. Wehner. *observat. pract. verb.* Schatzung / *col. penult.* ubi † ex communi praxi attestatur, Schutz 171 & Schatzung esse correlativa, quorum ea est † condi- 172 tio, ut posito ac debito uno, ponatur ac debeatur & alterum, arg. gloss. *in Clement. unic. verb. æternaliter. de Summa Trinit. & fid. Cathol.* Politus *in tract. vulg. subst. numer.* 53. *vers.* 21. Tiraquell. *de utroque retr. part.* 1. *§.* 9. *gloss.* 1. *numer.* 3. *&* 4. Mozz. *de contract. Rubr. de empt. & vend. numer.* 2. Cald. *in l. si curatorem, in verb. contractum fecisti, numer.* 72. *vers. sed an prædicta C. de rest. in integr.* Quodque de uno dictum est de altero quoque dictum esse censetur, *l. ult. C. de ind. vid. toll. & l. unic. C. de cupr. lib.* 11.

173 *II. Ratio dubitandi.* Præterea si exempla † atque facta attendamus, constat clientes multis in locis per protectores, ut more nostrorum loquar, collectari, idque inprimis ostendit Auctor Wertheimischen Gegenberichts contra Würtzburg / *part.* 1. *capit.* 3. *fol.* 45. *vers.* Fürnemblich aber hat sich mehrbesagte Graffschafft der Schatzung halber nicht allein in affirmativa,

sondern auch in prohibitiva, vnd tam percipiendi, quam prohibendi possessione gegen Würtzburg/ dieses Closters halben/ allezeit vnverneinlich befunden. Ubi ex multis actibus comprobat Abbatem & Conventum Monasterii Brumbach/ Comitibus Wertheimiis tanquam Protectoribus collectas solvisse, atque ad earundem solutionem ab immemoriali tempore obligatos fuisse, nominatim per Mandatum Cæsareum Löwenstein/ contra Brumbach/ ad pœnam dupli Ann. 1586. emanatum edocere intendit, cujus tenor ita habet:

Mandatum Rudolphi II. Imperatoris contra Abbatem & conventum Monast. Brumbach/ ad solvendum collectas Domino Ludovico Comiti de Leostain.

Wir Rudolph der Ander/ ꝛc. Entbieten vnserm lieben Andächtigen Weiganden/ Abtey-Verwaltern/ auch Priorn vnnd Convent deß Closters Brumbach/ vnser Gnad vnnd alles gutes/ liebe Andächtige/ vnserm Keys. Cammergericht/ hat der Edel vnser vnd deß Reichs lieber getrewer Ludwig Graff zu Löwenstein/ Herr zu Scharpffeneck/ als jetzo regierender Herr vnnd Innhaber deß Stammhauß Wertheim/ supplicierend anbracht: Wiewol durch gemeinen deß H. Reichs Stände Beschluß auff den Reichstägen zu Regenspurg/ Anno 76 auch zu Augßpurg/ Ann. 82. auß hochwichtiger nothwendiger Vrsachen/ vns ein stattliche Reichsstewr vnd hülff/ wider den Erbfeind der Christenheit/ den Türcken bewilligt: Vnd dann allen Ständen vnnd Obrigkeiten zugelassen worden/ jhre Vnderthanen ohne Vnderscheyd/ sie seyen Geistlich/ oder Weltlich/ Exempt oder nit/ niemand außgenommen/ auch vnverhindert aller Verträg/ Obligation/ Statuten/ Gebräuch/ Gewonheiten/ vnd Herkommen/ so einig Stifft oder Statt fürwenden möchten/ derhalben mit Stewr zubelegen/ da auch jemand gegen seiner Obrigkeit in solchem sich der gebührlichen Stewr vnnd Anlag widersetzen/ vnd die nicht bezahlen wurde/ vff solchen Fall versehen/ daß der/ oder dieselben/ alsdann in pœnam dupli gefallen/ vnd jhren Obrigkeiten solche Anlag gedoppelt zubezahlen schuldig seyn sollen/ alles fernern Innhalts angezogner Reichs Abschiede. Wiewol auch das Closter Brumbach in der Graffschafft Wertheim dero Bezirck/ Grund und Boden/ also auch mit Landsherrlicher vnnd aller Obrigkeit zugleich/ sein Clägers vnnd mitinhabern der Herrschafft Wertheim/ von vns vnd dem Reich zu Lehen tragen/ dem Schutz vnd Schirm gelegen/ von deßselbigen Epten auch je vnd allwegen/ die gemeine Reichßstewr/ Anlagen vnd contributiones gen Wertheim alda regierenden Graffen/ als dem Landherrn vnnd Obrigkeit gutwillig erlegt/ vnd etwan sie solche neben andern allda selbst haben helffen einnehmen/ vnnd der Herrschafft liefern/ daß doch jetzo dem zuwider/ als sie Innhaber der Graffschafft Wertheim von euch die beyde obgemelte im Reich bewilligte Contribution/ so zu ewerm Theyl Jährlichs 200. belaufft/ gefordert/ jhr mit eytelem Mutwillen/ fürsetzlich vnnd freventlich vngehorsamn/ auch weniger dann mit Recht/ ohne einige Vrsache/ jhme Clägern/ als regierenden Herrn/ vnd Innhabern deß Stamhauß Wertheim/ solche gebürende Stewr zuerlegen/ vngebürlich/ verweygert/ vnnd abgeschlagen/ vnd noch vff solchen sträfflichem Vngehorsamb verharret/ dardurch ipso facto in pœnam dupli gefallen seyd.

Demnach vermög heylsamer Versehung mehrberürter Abschied/ vmb diß vnser Keyserl. Mandat/ vnnd Ladung wider euch zuerkennen/ vnd mitzuthenlen/ vnterthäniglich anruffen vnd bitten lassen/ als auch jhme solche Proceß an heut dato erkant worden seyn. Darumb so gebieten wir euch von Römischer Keyserlicher Macht/ bey Peen sechs Marck lötigs Golts/ halb in vnser Keys. Cammer/ den andern halben Theyl jhme Clägern vnnachlessig zu bezahlen/ hiemit ernstlich/ vnd wollen/ daß jhr innerhalb vier Wochen/ den nechsten nach Vberantwortung vnd Verkündung diß Brieffs/ ermeltem Cläger als ewer Obrigkeit die Schuldigkeit von solchem ewrem gebührenten Antheil der angeregten Anlagen/ sampt verwürckter Peen dupli erleget/ entrichtet/ vnd bezahlet/ hierin ferner nicht säumig/ hinderstellig oder vngehorsamb seyd/ als lieb euch sey obbestimbte Poen sechß Marck Golts zuvermeyden. Wir heischen vnnd laden euch von berürter vnser Keyserlichen Macht auch hiemit/ daß jhr auff den 21. Tag/ den nechsten nach endtschafft vorbemelter Frist der vier Wochen anzurechnen/ deren wir euch 7. für den ersten/ 7. für den andern/ 7. für den dritten vnnd letzten/ vnnd endtlichen Rechtstag setzen vnd benennen peremptorie, oder ob derselbig nicht ein Gerichtstag seyn würde/ den nechsten Gerichtstag darnach selbst/ oder durch einen vollmächtigen Anwalde/ an demselben vnserm Keyserlichen Cammergericht erscheinet/ glaublich Anzeig vnd Beweisung zuthun/ daß diesem unserm Keys. Gebott alles Inhalts gehorsamblich gelebt sey/ und ob dem kein volg beschehen were/ als dann zusehen vnnd hören/ euch in die vorbestimbte Poen der sechs Marck lötigs Golts gefallen seyn/ mit Vrtheil vnd Recht sprechen/ erkennen/ vnd erklären/ oder aber erhebliche Vrsachen fürzubringen/ warumb solche Erklärung nicht geschehen solle/ endlichen Endschieds darüber zugewarten.

Wann jhr kommet vnd erscheinet/ als dann also oder nicht/ so wird doch nichts desto weniger vff deß gehorsamen Theyls/ oder seines Anwalds anruffen vnd erfordern/ hierin im Rechten mit gemelter Erkantnuß/ Erklärung/ vnnd andern gehandelt vnnd procedirt, wie sich das seiner Ordnung nach gebührt/ darnach wisset euch zurichten. Geben in vnser vnnd deß Hey. Reichs Statt Speyer/ am 22. Septembris nach Christi vnsers lieben HErrn Geburt im 1586. vnserer Reiche/ deß Römischen im 11. deß Hungarischen im 14. vnd deß Böhmischen im 12. Jahr.

Sic etiam notum atque † his in partibus apud omnes vulgatum est, Principem Electorem Moguntinum Monasterii Schönthal Protectorem à Prælato ac Conventu ibidem, tanquam à suis clientibus collectas sumere, quod non minus apud alia Cœnobia passim fieri ignotum haud est. Cum igitur id, quod solitum est fieri, legitime fieri censeatur. *l. si quis dona-* 174

donaturus, *& ibi gloss. ff. de usufruct. l. quod si nolis. §. quia assidua. ff. de aedil. edict. l. certi condictio. §. si nummos, ff. si certum petat.* Matth. Stephan. *Topic. jur. lib. 2. loco* 62. *numer.* 1. ut protectores à Clientibus suis collectas recipiant, à Jure & æquitate, non alienum esse videtur.

175 Verum nos, † his non attentis, contrariæ decisioni communi Dd. suffragio stabilitæ subscribendo, Clientes à Protectoribus collectis ejusmodi nullatenus gravari posse, definimus. Ita enim in terminis adstruunt Petr. Frid. Mindan. *de mandat. jud. lib.* 2. *c.* 14. *numer.* 8. Waremund. ab Erenberg. *meditam. pro foeder. lib.* 1. *c.* 4. *numer.* 13. *ibi*: Protectio namque nec Jurisdictionem nec collectandi potestatem tribuit, per *c. ex parte*, 18. *de privil.* Menoch. *cons.* 32. *numer.* 29. *lib.* 1. Dn. Ludov. Myler. *dissert. de Advocatia thes.* 4. *lit. a. in fin.* Georg. Everh. 1. *consil.* 55. *num.* 64. Christ. Besold. *de Jure foederum Cap. V. numer.* 12. ubi subdit Protectores haud etiam posse Clientibus arma indicere, aut eadem prohibere, non agere delectum, non castra metari, nec in cæteris Juribus militaribus, ullum sumere arbitrium, extra casum defensionis, ad hoc allegans Knichen. *de Jur. Saxon. non provoc. verbo DUCUM, cap.* 5. *in fine.* Prædictam etiam de non collectandi potestate comprobat insuper, sententiam novissime Jac. Synz. *disput. de jur. protect. th.* 22. adseverans Protectorem nec collectas tributum, aliasve præstationes clientibus imperare posse Geor. Schonbor. *Politicor. lib.* 4. *cap.* 6. ubi expresse etiam dicit Protectorem non posse Jure clientelæ à clientibus suis pensitationem vel collectam exigere. Prædictis etiam adstipulatur Christ. Winz. *in synops. de collect. obs.* 11. *ibi*: nec alteri jus aliquod superioritatis vel collectarum attribuere possunt. Quin & prædictorum sententiam novissime insecuti sunt Maullius *de homag. titul.* 11. *num.* 10. *&* 13. Caspar. Ziegler *in conclus. ad praxin. Calvoli §. Landsassii conclusione* 1. *num.* 159. ubi dicit Patronum, ut maxime annuum censum ob Jus protectionis recipiat à clientibus, eosdem tamen collectare non posse, quod & ante ipsum in literas retulit Regnerus Sixtin. ICtus famosissimus *in tract. de regal. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 103. Ubi dicit, non posse eos, qui in alterius protectionem, seu clientelam recepti sunt, à Protectore collectis gravari, licet Jus protectionis tantum sit & tam efficax ut protectores armis etiam & vi contra injuriam aliorum & vim majorem defendere possint, ac debeant eos, quos in tutelam & protectionem receperunt, *Vulgat. l. desertorem*, *§. fin. in fin. de re milit.* Bart. *in proem ff. in princip. col.* 3. *vers. idem dicitur hic.* Schurff. *cons.* 23. *num.* 1. *&* 2. *cent.* 3.

Decisio Negativa. Confirmatur auctoritatibus.

Idem diserte tradit Matth. Wehner. *obs. pract. verb.* Schirmsverwandten / *ibi*: ein Schirms- und Schutzherr / non collectare potest die Schutzverwandten / allegat ad hoc Joann. Plat. *in l.* 1. *C. de excusat. muner. lib.* 10. & *ibi* Bart. Nec † Protectorem pœnas aut mulctas à clientibus exigere posse, docet Panormitanus *in capit. accepimus*, *numero* 3. Ubi additionat. *in verb. Receptio, de Privileg.* Gylman. *decis.* 14. *numer.* 1. *lib.* 2.

176

Ut maxime enim mulctæ & pœnæ aliud sint, quam ipsa jurisdictio, argum. *l.* 66. *in fin. de jur. dot. & l.* 8. *§. fin. de peric. & comm. rei vend.* & hinc denegata jurisdictione hæ statim negandæ non videantur, recte tamen exigendi illas Advocatis adimi potestatem dicendum est. Wehner. *pract. observ. voc.* Schirmsverwandten. Mulctæ enim jurisdictionis fructus sunt, eamque sequuntur, *l. un. pr. ff. si quis jus dic. non obtemp.* Surd. *cons.* 152. *saepe contingit. n.* 2. Dec. *cons.* 40. *quaeritur ergo. n.* 3. *vol.* 4. Menoch. *cons.* 604. *magni certe. num.* 38. Rol. à Vall. *cons.* 78. *n.* 8. *lib.* 2. Natt. *cons.* 580. *n.* 15. Moli. *in consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 1. *gl.* 1. *in verb. Signeur. n.* 68. Chassa. *in consuet. Burg. rub.* 9. *§.* 18. *verb. justitiablis. num.* 38. Tiraq. *de retract. consang. §.* 5. *gl.* 4. *num.* 18. Schrad. *de feud. p.* 1. *sect.* 3. *n.* 12.

Cæterum decisio principalis ex eo † manifesta est, quod collectans non possit collectas exigere, nisi de bonis, in quibus habet jurisdictionem, tradente Bart. *in l. unica, C. de mulier. numer.* 34. ubi dicit, † quod civitas non possit collectas imponere, pro rebus, quæ sunt extra territorium, arg. *l. fin. ff. de jurisd. omn. jud. & per alia ibi per eum adducta.*

177 *I. Ratio decisionis.* 178

Cum igitur collectæ imponantur † ratione jurisdictionis, in personas, quæ principaliter ratione rerum obligantur, competentis: Protector autem nec in personam, nec in facultates clientis ullam habeat jurisdictionem, per se manifestum est nullam ei competere collectandi facultatem, Caspar Klock. *de contribut. thes.* 26. Natta *consil.* 636. *numer.* 78 Ernest. Cothma. *cons.* 11. *num.* 43. ubi ex Deciano *lib.* 1. *consil.* 41. *nu.* 41. Jurisdictionem † vocat fundamentum collectarum, *vol.* 2. eo quod statim ubi jurisdictio in esse producta est, publicarum functionũ fructus, census scilicet & tributa producere soleat, eleganter Thomat. *in tract. de collect. princ. num.* 6. *vers. hujus quaesiti* Schurff. *cons.* 59. *numer.* 26. *cent.* 1. Losæus *de jure univers. p.* 3. *c.* 9. *num.* 2. Gartz. *de expens. c.* 12. *numer.* 64. Tiraq. *de jure primog. quaest.* 69. *num.* 7. Casp. Klock. *de contribut. conclus.* 6. *per tot.* Gail. *obs.* 54. *num.* 5. *lib.* 2. ubi dicit, Advocatum tutelarem sive protectorem aut defensorem non posse jure clientelæ sive protectionis eos, qui in fidem ac clientelam patronorum se contulerunt, pensitare sive collectare: cum jus collectandi regulariter sit extraordinarium & personale, quod non imponitur, occurrente necessitate, nisi incolis & municipibus, pro rebus & prædiis in territorio censitorum sive collectantium sitis, per text. *in l. rescripto. §. fin. in fin. ff. de munerib. & honor. l. cum neque Cod. de incolis. lib.* 10. *& l. libertas. §. sola. ff. ad municip.* Hieron. Schurff. *consil.* 50. *n.* 26. *cent.* 1. *incip. in praesenti.* Geor. Schonb. *d. lib.* 4. *cap.* 20. Ubi tributum ejusmodi ideo pendi dicit, ut quandam subjectionis tesseram habeat magistratus. Quæ ratio aliam, qua cumuletur, pleniorem producit ex personis clientum. Constat enim † per collectarum impositionem secreta rei familiaris ad eum, qui collectatur, pertinentis, detegi, siquidem pro modo † facultatum & viribus patrimonii collectæ imponi debeant, *l.* 1. *C. de mun. patrim. l.* 2. *C. de annon. & tribut. l. omnes. C. de oper. publ. ibi* pro viribus. *l.* 8 *C. de exact. trib.* Bart. *ad l. unic. C. de superind.* & Fachin. *consil.* 11. *num.* 34. *vol.* 1. Roland. à Vall. *consil.* 66. *num.* 11. *vol.* 1. Tap. *in rubr. cap.* 4. *numer.* 43. Francisc. de Ciaper. *cent. fiscal. caus.* 4. *quaest.* 1. *numer.* 4. Zach. Victor. *de exempt. conclus.* 8. Bald. *in l.* 1. *§. quod si nemo. ff. quod cujusque univers.* At vero inhumanum est, † protectori ad quem hoc non pertinet, permittere ut secreta domus perscrutetur, cum admodum † grave sit, vel rei familiaritatem utilitatem detegi, vel divitias Advocati tutelaris invidiæ subjicere. *l. quosdam. de metall. l. meminimus, C. quand. & quib. quart. pars. lib.* 10. *§. conceptum. vers. cum enim requisitio. Instit. de oblig. quae ex delict. nasc. & ibid.* Mynsinger. *in ultim. ad dict. verb. cum enim requisitio.* Schneidew. *ibid. num.* 2. ex quibus infertur durum & iniquum esse, protectoris curiositati bona clientis servire debere.

179 180 181 *II. Ratio decisionis.*

His insuper accedit quod jus † imponendi & exigendi gabellas arguat Imperium, & subjectionis qualitatem per quam jus territorii fundatur, *cap. si tributum*, 11. *q.* 1. *cap. illud.* 10. *quaest.* 3. *cap. tributum*, 23. *q.* 8. *l. nulli* 27. *§. quod si in voce Cod. de Episcop. & cleric.* & habetur *in l. vectigalia Cod. de vectig.* sic docet Bald. *in capit.* 1. *de*

pace

pace tenend. ita etiam censent Canonistæ, *in cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signific.* sequitur Socin, Senior, *cons.* 187. *nu.* 3. nec imponi, nisi ab habentibus Jurisdictionem, author est idem Socin. *in princip. d. cons.* testem ad id laudando Bart. *in l. præscriptum*, §. *ult. ff. de muner. & honorib.* Petr. Haig. *part.* 1. *quæst.* 18. Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *concl.* 73. *n.* 5. Pancirol. *cons.* 119. *n.* 64. Martin. Monter. *decis.* 13. Meichsner. *tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 9. Thom. Mich. *de jurisdict. conclus.* 48. & 53. gründtlicher Bericht von deß Heiligen Reichsstatt Friedberg/Regalien *cap.* 1. *nu.* 14. 15. quibus accedit Joseph. Mascard. *de probat. conclus.* 946. *num.* 5. *vol.* 2.

184 Hinc collectarum impositionem pendere à subjectione, dixit Flam. de Rub. *cons.* 1. *num.* 621. atque ab ex-

185 actione † collectarum deprehendi, locum vel villam solventem collectas, esse de territorio seu Jurisdictione Civitatis, cui solvit, respondit Alexand. 35. *viso processu. num.* 4. *vol.* 4. Thomæ. *de collect. in princ. num.* 6. Guttierez. 3. *quæst. civil.* 15. *num.* 20. quod ipsum testatur Vultæ. *cons. Marpurgen.* 35. *num.* 143. *vol.* 3. Ubi

186 scribit, † cum collectæ impositio sit fructus Jurisdictionis, imponi non posse, nisi ab eo, qui Jurisdictionem habet, allegans ad id Salycet. *in l. neminem, C. de sacrosanct. Eccles.* Alberic. *in l. imperium, ff. de jurisdict. omn. jud.* Alexand. *in addit. ad Bart. in l.* 1. *C. de superexact. lib.* 10. Brun. *cons.* 29. *num.* 9. *vol.* 1. idemque sequuntur multi alii congesti à Wesenb. *cons.* 27. *nu.* 20. quibus novissime accedit Knich. *tract. de jure territor.* c. 3. *nu.* 346. dicens, quod exactio collectarum sine jurisdictione subsistere nequeat, non secus, atque effectus sine causa, ut quam effectus sine causa esse & produci nequit, tam collectarum impositio nõ possit fieri & in esse produci, nisi subsit Jurisdictio. Quare necessario ex eo, quod jus imponendi collectas Jurisdictionis est, infertur, eas

187 imponi non † posse, nisi qui Jurisdictioni imponentis sunt suppositi, id est subditi, per doctrinam Bart. *in l. unic. C de mulier*, quam sequitur Alexand. *in l.* 4. §. *actor. ff. de re judic. & cons.* 52. *vol.* 5. *& cons.* 78. *vol.* 6. adeo ut sicut collectarum † exactio Jurisdictionis, arg. *l.* 6. §. *final. de muner. & honor.* Meichsner. *decis. final. num.* 3. & 5. *lib.* 1. & *decis.* 6. *nu.* 48. *tom.* 2. *lib.* 1. ita earum solutio subjectionis sit tessera Brunning. *de var. univer. spec. thes.* 27. *lit. A.* Vultæ. *tract. feud. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 7. Mynsing. *decad.* 11. *resp.* 1. *nu.* 97. Wesenbec. *d. cons.* 27. *nu.* 24. & *cons.* 45. *nu.* 8, & passim Schurff. *lib.* 1. *consil.* 59. *nu.* 26. Modest. Pistor. *lib.* 1. *cons.* 51. & *lib.* 2. *cons.* 9. *n.* 18. Anguisol. *cons.* 5. *n.* 1. *vol.* 7. Natta *consil.* 185. *num.* 4. Cravett. *cons.* 195. *nu.* 1, Menoch. *cons.* 32. *num.* 30 & 70. & *cons.* 983. *num* 26. Tiraquell. *de jure primog. quæst.* 69. *num.* 7. Strigon. *singul* 23. *in fin.* Joann. Garz. *de expens. cap.* 12. *num.* 64. Petra *de fideicomm. quæst.* 12. *num.* 164. & 168. & 391. & 405. *cum seq.* Coppin. 1. *de morib.* Paris. *tit.* 3. *fol.* 108. Borcholt. *de feud. cap. regalib. num.* 53.

Et quam plurimos congerit adstipulatores Nicol. Losæus *de Jure universit. p.* 3. *c.* 9. *num.* 2. Florez. Diaz. de Mena *pract. quæst.* 21. *num.* 11. Thom. Michael. *disp. de Jurisd. thes.* 48.

Quia igitur non collectantur, nisi subditi, subjectionem satis manifesto evincit collectarum exactio, *l. rescripto.* 6. §. *fin. ff. de muner. & honor. l.* 2. ubi Luc. de Penna notat. *numer.* 1. *C. in quib. caus. coloni &c. lib.* 11. Joannes Bonifac. *de furt.* §. 4. *num.* 24. Beccius *cons.* 73. *numer.* 9.

Et subjectionem vel è diverso Jus superioritatis potissimum probari ex Jure collectandi tradit Bald. *in l.* 3. *nu.* 4. per ill. tex. *C. de nat. lib.* & *in l. data opera, n.* 28. *vers. item bona ratio est C. de his qui accus. non poss.* Felin. *in cap. cum Bertholdus, nu.* 28. *vers. & adde extr. de re jud.* Hippol. de Marsil. *in rubr. nu.* 276. *C. de probat.* Nellus *tract. de testib. nu.* 138. Mascard. *de probat. concl.* 946. *nu.* 1. Ruin. *cons.* 2. *nu.* 2. *vol.* 4. Natta *cons.* 672. *nu.* 1. & *seq.* Cravett. *cons.* 662. *n.* 10. Brunus *inter cons. feud. divers. cons.* 34. *nu.* 16. Mandell. *cons.* 62. *num.* 3. Pruckman. *cons.* 27. *nu.* 35.

188 Sicut è contra, † cessante ejusmodi onerum impositione, subjectio quoque cessat, ut idem operetur propositum in proposito, quod oppositum in opposito, *l. fin.* §. *final. de legat.* 3. Alba. *cons.* 335. *nu.* 5. *lib.* 2. Knichen. *de jure superior. c.* 3. *n.* 314.

189 Ad vero † Protectionis seu Advocatiæ Jus, nullam Advocatis in clientes suos tribuere jurisdictionem, nec clientes effici subditos, licet se alterius protectioni submittant, infra sexcentis authoritatibus probatur. Unde necessario concluditur, clientes ad collectarum præstationem Patronis faciendam nequaquam obligari.

Dubitandi ratio IV.

Quarto fulcitur hæc sententia communi Dd. traditione tenentium forenses ab onere collectarum præ-

190 standarum † regulariter esse immunes, ut testatur Dn. Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 8. *lit. B.* ubi multos consentientes adducit Meichsner. *decis.* 6. *nu.* 7. & 28. *tom.* 2. *lib.* 1. nisi consuetudo, statutum vel privilegium eorum exposcat subsidia, Klock *de contrib. concl.* 28. vel catastrum, publicave utilitas collectationi eosdem subjuget, idem *cons.* 29.

At vero clientes esse instar forensium docuit Sixtin. *de regalib. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 105. ergo ad collectarum onus non tenentur, ut in terminis receptionis in protectionem communitatis montis Franchetti consulentem Bart. *in cons.* 59. refert Farinac. *decis.* 146. *numer.* 8. 9. 10. & 17. in novit. noviss. atque ita respondit Roland. à Vall. *cons.* 1. *n.* 45. *lib.* 2. Curt. Jun. *cons.* 286. *n.* 22. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 31. *ardua. n.* 29. & *seq. lib.* 1. *per tot.* & sequuntur Gilman. *decis.* 14. *numer.* 1. *lib.* 2. Meichsn. *decis.* 41. *n.* 3 *lib.* 1.

Responsio ad rationes dubitandi supra objectas. Ad primam.

191 Neque refragantur his dubitandi rationes initio hujus quæstionis adductæ. † Quod enim primo dicitur, ob protectionem atque tuitionem præstari collectas, id verum est, respectu magistratus ordinarii protegentis, non Advocati defendentis, ut clare docetur per Hermann. Vultæum *consil. Marpurgen. vol.* 3. *cons.* 35. *numer.* 145. ubi dicit, collectas & contributiones ob hanc causam dominis suis præstari à subditis, quod ab illis defendantur & protegantur, itemque ipsis jus & justitia administretur, quod ipsum diserte etiam scribit Nevizan. *in sylv. nupt. d.* §. *ut & melius, numer.* 100. dicens, principes esse constitutos ad justitiam conservandam, & liberandum oppressos de manibus calumniantium, ut boni inter malos, qui longe excedunt numerum bonorum, vivere possint, & quod ad hanc causam subditi eis obediant, ac pendant vectigalia, censu & gabellas, quæ principibus, quasi quædam stipendia, sint constituta, quem allegat & sequitur Univers. Lipsens. *consil.* 36. *numer.* 11. & *seq.*

Responsio ad alteram dubitandi rationem.

Præterea nulla vis ponenda est in exemplis allatis: Quod enim in Monasterio Brumbach Comites Wertheimenses collectas accipiant, aut olim acceperint (hodie enim jus illud collectandi inter Episcopum Herbipolensem, & eosdem Comites controversum esse dicitur) id non factum est intuitu aut respectu Advocatiæ, sed ea de causa, quod idem Cœnobium in territorio & jurisdictione eorundem situm esse contendatur, id quod aperte per extractum literarum 29. Julii Anno 1549. ad Ferdinandum Regem Romanorum à tutoribus Dn. Michaelis Comitis Wertheimensis datarum, Auctor Wertheimischen Gegenberichts / ostendere nititur, &c. ibi. Well aber solch Closter in der Graffschafft hohen vnnd nidern

Gerichte

Gerichtszwang / vnnd Obrigkeit gelegen / darzu mit Diensten / Atzungen vnnd anderer Gerechtigkeit gen Wertheim gehörig / vnd daselbst hin mit aller Gerechtigkeit vnverdenckliche Jahr vnnd Zeit gebraucht worden / etc.

Quod vero Elector Moguntinus à prædicti Monasterii Schönthal / Abbate ac Conventu tanquam clientibus collectas recipiat, id pariter non fit Advocatiæ in illo competentis respectu, sed quod Principem territorialem, ibi locorum, sese esse perhibeat.

Ampliatio decisionis I.

Porro hucusque à contrariorum solutione illibata decisio de non solvendis à clientibus collectis, tanto magis locum habet si personæ cujusdam protectioni commissæ sint Ecclesiasticæ.

Hæ enim neque ab iis in quorum sunt protectione, neque etiam ab illis in quorum degunt & sita habent territorio, collectis gravari possunt, *l. 5. C. de SS. Eccl. Authent. item nulla C. de Episc. & cler. c. 4. de immun. Eccles.* Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 14. n.* 107.

Ampliatio II.

Secundo extenditur eadem definitio, ut quamvis in hominibus parum potentibus interdum jus collectandi tentari & obtineri tradat Farinac. *decis.* 146. in casu tamen etiam toleratorum † collectionis gravaminum, inde secuta largitio, non ex consensu, sed metu potius & reverentia facta præsumitur, nec præstandæ ideo collectæ in futurum obligationem producit, sed tacita etiam omnem † interrumpit præscriptionem murmuratio, ut ex Costa *de jur. & fact. ignor. cent. 2. dist. 29. numer. 6. & seq.* C. D. Hepingk *de jur. protector. thes. 57. in notis sub lit. A.* firmat, in cujus sententiam inclinare videtur Natta *consil.* 106. *numero* 11.

Cujus traditionis ratio est, quod timens † non affirmet, quando sine periculo reclamare non potest, unde injusta ac violenta, quam collectantes allegare possent possessio vel quasi tueri illos non potest, [illegible] quod inprimis locum habet, quando Principes collectare clientes debiliores tentant, de illis absque timore & incommodo tam facile conquiri non possunt, per ea quæ tradit Isern. *c. 1. vers. & extraordinaria. 2. feud.* 56. Pacian. *de probat. lib. 1. ca.* 30. *numer.* 80. Padill. *in l. 2. num. 34. C. de servit. & aq.* Morlo. *in empor. p. 1. tit. de servit. num.* 24.

190 *Limitatio decisionis.*

Cæterum tradita à nobis conclusio † temperamentum recipit, ut protectores à suis clientibus ratione bonorum in suis territoriis sitorum, provinciales † collectas die Landstewr / non injuste exigere possint.

Ratio limitationis I.

Ratio limitationis prima assignatur, quod Landstewr / sit munus † patrimoniale, quod incolæ & forenses etiam solvere tenentur, ut multis probat Thomat. *in tract. de collect. §. sane si num. 13. & seq.* Ursill. *ad Afflict. decis. 400. n.* 4.

Ratio II.

Deinde æquitati conveniens est, ut † possessores bonorum in alterius etiam territorio sitorum forenses quoque pro defensione, custodia atque securitate patriæ, censum, territorii solvant domino, ad tradita Dd. *in l. 12. C. de oper. publ.* Natta *cons. 157. nu.* 12. maxime si securitas illa ipsarum quoque possessionum utilitatem concernat, Gail. 2. *obs. 52. nu.* 15.

Ratio III.

Tertio ejusmodi patrimonialium † contributionum præstatio non tantum Galliæ, testibus Molin. *in Apostil. ad Alex. cons. 101. n. 4. lib. 1. incip. visis instrumentis, in tit. 6.* Valasc. *de jur. emphyt. q. 17. nu. 29. vers. tertio restrin.* Thessav. *decis. Pedemont.* 149. & ITALIÆ, Menoch. *cons. 14. incip. dub. 4. n.* 13. Mandel. *cons. 26. incip. Tristissima n.* 2. Alex. *cons. 68. incip. viso n. 10. lib. 2.* sed etiam GERMANIÆ universali consuetudine recepta ac usitata est, quæ in causa S. contra S. S. contra L. & A. contra N. L. Cameræ Imp. firma est præjudiciis.

In materia autem collectandi † consuetudinem & observantiam omnium maxime considerandam esse observavit Dn. Gail. *d. observ. 52. numer. 18. libr.* 2. Ludov. *in comm. conclus.* 38. *num.* 145. Valasc. *de jur. emphyt. qu.* 17. *numer.* 29. idque procedit etiamsi de collectandis forensibus agatur Mynsing. 5. *obs.* 22. *nu.* 6. Ant. Gabr. *commun. opin. libr. 6. titul. de jur. immun. conclusio. 2. nu.* 7.

Ratio IV. 191

Confirmatur denique præcedens limitatio ex eo etiam quod magistratus † quilibet regalia & superioritatem habens in territorio suo collectandi jure uti possit, ut communiter testantur Wesenbecius *consil.* 45. *numer.* 8. Dn. Menoch. *consi.* 32. *numer.* 30. & 70. & *consil.* 983. *numer.* 26. Cravett. *consil.* 195. *numer.* 1. Mod. Pistor. *consil.* 9. *numer.* 18. *vol.* 1. Schurff. *cons.* 59. *in præsenti. numer.* 26. *cent.* 1. Garz. *de expens. cap.* 12. *numer.* 64. Strigon. *in sing.* 23. *in fin.* Tiraq. *de jur. primog. p.* 69. *num.* 7.

Objectio.

Nec infringunt hanc limitationem, ea, quæ *superius*, in decidendi rationibus tradita fuerunt, quod non nisi subditi collectari possint, quia respondetur, quod licet personæ clientum ab omni subjectione liberæ ad collectas solvendas astringi nequeant, quia tamen illorum prædia, domino territorii, subdita sunt, argum. *l. 239. §. 8. ff. de verb. signific.* Thomat. *de collect. §. sane si numer.* 14. Natta *cons. 389. numer. 2. & 6.* ideo collectæ forensibus personis regulariter non imponendæ, argum. *l. 17. §. 5. ff. ad municip.* earundem rebus imponi possunt, Hartman. 2. *pract. observ. tit. 52. obser.* 5. Natt. *d. cons.* 389. *numer.* 6. & 7. ubi dicit licet personæ, de quibus loquimur, ad præstandas collectas astringi non possint, res tamen fructusque rerum in alieno territorio sitarum pignorari posse. Adhæc cum talis collectatio communi omnium locorum consuetudine & observantia obtineat, curandum non est, quid jure constitutum sit, siquidem mos utentium juri communi scripto derogare soleat. *l. 32. in fin. ff. de legib.* Gail. 2. *obser.* 124. *numero* 2.

Solutio objectionis. *Solutio alia.*

192 *Verum clientes renunciantes, clientela, alioque domicilium transferentes Protectoribus suis, ratione defensionis exhibita, jura migrationis. Die Nachstewr / pendere tenentur.*

Quarta ad eundem hunc † locum pertinens quæstio est, *an clientes privati, clientela renunciantes, alioque domicilium transferentes Protectoribus suis, ratione exhibitæ ipsis privatæ protectionis, jura migrationis, vulgo* der Abzug / *pendere, aut jure teneantur.*

Et prima quidem † facie affirmative respondendum esse videtur, eo, † quod clientes privati die Schirmsverwanten / non minus, quam subditi à dominis protecti ac participes fuerint Jurium ac privilegiorum loci, & idcirco æquum sit, illos abeuntes & tutelam deserentes pro remuneratione aliquid protectoribus relinquere. Ubi † enim eadem ratio, ibi diversum Jus constitui non debet, *l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio ff. de verbor. obligat.* Afflict. *decis.* 371. *numero* 7. Everhard. *in Top. in loc. à similib. numero* 1. Sed palam est, incolas protectioni subjectos, non minus quam cives à magistratibus locorum defendi, ideoque, ex paritate rationis, merito inferendum videtur, jus migrandi pariter ab ejusmodi clientibus exolvendum esse.

193 *Ratio dubitandi pro affirmative.*

194

195 196

Quemadmodum etiam † in bonis libertorum, patroni habent tertiam partem bonorum & hoc in remunerationem præstiti patrocinii, text. est, *l. 1. C. si quid in fraud. patr. l. si libertus. de jur. patron. §. sed natura, Inst. de success. libert.* Joann. Koppen. *quæst.* 11. *numero* 8.

197

Notorium autem † est, in plerisque Germaniæ locis, usu ac consuetudine receptum esse, ut cives, alio domicilium suum transferentes, de omnibus bonis suis

juxta

juxta locorum consuetudines certam pecuniæ summam magistratui pensitare cogantur, quod genus census vel tributi itidem vulgariter appellant den Abzug: Item die Nachsteur / Abschoß / Abfahrt oder Ablösung. And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 36. *numer.* 9. ubi addit, ita Augustæ, Norinbergæ, Spiræ & in aliis multis civitatibus laudabiliter constitutum esse, D. Joannes Dauth. *in tract. de testament. ac mat. test. circa quam lim.* 24. *numer.* 89. Koppen. *d. quæst.* 11. Rauchbar. *quæst.* 15. *numer.* 2. *lib.* 1.

198 Nam sicuti æquum est, † emphyteutam aut vasallum jure antidorali dominum aliquo honorario recognoscere: ita non iniquum visum est, cum clientes ejusmodi, non secus, atque alii subditi per totam vitam privilegiis, subsidiis, & protectione dominorum perfruantur, ut abeuntes, & res suas extra territorium transportantes dominis aliquid relinquant, eosque remuneratione aliqua, sicuti de laudemiis dicitur, recognoscant. Hennig. Goden. *cons.* 25. *nu.* 10. Wesenbec. *cons.* 16. & in terminis Joan. Koppen. *d. q.* 11. *nu.* 7. Joa. Gryph. *inter discurs. Academ.* 26. *vol.* 2. *lib* 31.

199 Est istud quidem statutum ac consuetudo, † de solvendis collectis, quoad emigrantes subditos, non obscure approbatur in decreto vel Recessu Comitiorum Imperii *Anno* 1594. Ratisponæ celebratorum, *§.* und so viel die ungleiche / *rc.* ubi arresta pro justis & minime illicitis habentur, quibus magistratus res vel hæreditates huic oneri obnoxias detinere solent. Ut siquidem bona emigrantium sint libera

200 † salvum sit domino id, quod pro jure emigrationis solvi solet, æquum est, vide Recess. Imper. *de Anno* 1555. §. Wo aber unsere Gail. 2. *obs.* 36. *numer.* 7. Koppen. *quæst.* 5. *&* 11. per tot. Rauchbar. *loco allegat.* Choppin. *de doman. lib.* 1. *tit.* 11. *numer.* 29. Gerlac. Buxtorff. *in dissert. ad* 17. *priora Aur. Bull. capita, conclus.* 99. *lit. h. in fin.*

201 Secundo † prædicta etiam affirmativa sententia inde etiam magis roborari videtur, quod clientes illi, qui in territorio Protectorum domicilium habuerunt, incolæ fuerint, & consequenter iisdem legibus ac oneri-

II. Ratio dubitandi.

202 bus obstricti sint, ut † in specie constitutum est in Judæis, qui sunt Schirms-Verwanten / & statutis locorum, instar aliorum, ligantur, sive favorabilia sint, sive odiosa, Barb. *cons.* 29. *vol.* 3. Corne. *cons.* 260. *in fin. lib.* 3. Paris. *cons.* 2. *num.* 29. *vol.* 4. Roland. *cons.* 25. *per tot. vol.* 3. Becius *consil.* 84. *per tot.* Blanc. *tract. de comprom. quæst.* 2. *princ. in princip. numer.* 20. ubi vult, in eis locum habere statutum de causis compromittendis & *quæst.* 3. *numer.* 74. *vers. Hebræi.* latissime Marquard. *in tract. de Juda. p.* 2. *cap.* 2. Asin. *in praxi* §. 4. *cap.* 7. *nu.* 5. Mascard. *de probat. conclus* 544. *nu.* 23. & cæteris latius Lamberteng. *de contract. cor. gloss.* 2. *n.* 77. *& seq.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus.* 48. *lit.*

203 *B.* ubi aperte probat, Judæos legibus † Christianorum Principum subjici. ex *l. Judæi.* 8. *C. de Judæis,* late Dec. *pract. crim. lib.* 5. *c.* 14.

204 Atqui incolæ † renunciantes incolatui atque domicilium relicturi secundum locorum consuetudines aut statuta de bonis suis, prout *paulo ante* dictum, aliquid magistratui pro emigrationis jure pensitare coguntur.

205 Idem igitur in clientibus clientelæ renuntiantibus & inde discessuris statuendum videtur, † quia dispositum in cive & subdito, habet etiam locum in incola, ratione similitudinis, existentis inter civem & incolam, ut tradit Chassan. *rubr.* 3. *tit. des fiefs.* §. 7. *cum sequent.* Gozad. *consil.* 49. *numer.* 13.

206 Alex. *cons.* 19. *numer.* 6. *vol.* 6. ubi dicunt, incolam ligari statutis ejus loci, ubi incola est, per *l. incola la.* 1. *ff. ad municip.*

207 Verum † hisce non attentis, magis censuerim, portionem illam, quam cives domicilium mutaturi magistratui persolvere tenentur, haud juste à clientibus recipi.

Decisio Auctoris.

208 Rationem † hujus decisionis in eo potissimum fundatam esse constat, quia cum clientes de quibus hic loci quæstio est, quot annis magistratui, sub cujus protectione degunt, magnum plerunque tributum, quod Schutzgelt / Verspruchgelt vocant, pendere soleant, æquum non est, eos finita tutela insuper patrimonii sui diminutionem pati, aut partem ejus aliquam Protectori relinquere.

Ratio decisionis.

209 Et hanc † ob causam Judæi, qui in alicujus protectione fuerunt, experientia teste, nulla solvunt jura migrationis, nisi forte immobilia, quæ in loco habuerunt, vendant, & eorundem precia exportent.

210 Unde etiam satis patet, † nihil ad confirmandam sententiam contrariam roboris ex eo sumi, quod clientes, cum incolatu æque, ut alii subditi, à Patronis protecti, jurium ac commodorum participes fuerint, ac proinde ad petenda migrationis jura teneri videantur, cum enim ob id protectores annuum honorarium, & sic multo plus, quam ab aliis subditis receperint, eo merito contenti esse, nec ultra id à discedentibus exigere quidpiam debent.

Resp. ad I. dubitandi rationem.

Sed nec alterum ab incolis † ad clientes ductum argumentum decisioni supra positæ aliquid decerpit. Quod enim † ad incolam attinet, notandum est, eum duplicem habere respectum, proprium, & improprium: Uno modo † & proprie quidem incola accipitur pro habitatore loci, hoc est, qui aliunde veniens, constituit sibi domicilium in loco aliquo, ut colligitur ex textu *l. pupillus.* §. *incola. ff. de verb. signific. & l. incola. ff. ad municip.* nec tamen Jura Civitatis redimit, sed vel gratis vel pro certo annuo tributo alicubi habitat: Alio † modo, improprie tamen, dicitur incola, qui alibi oriundus, alienæ civitatis civis efficitur, & talis, quoad onera & commoda, à cive originario non distinguitur, ad notata Bald. *in l.* 1. *numer.* 13. *Cod. de summa Trinitat. & fide Catholic.* ubi dicit, incolam ideo subjectum esse legibus civitatis, quia quasi civis sit, allegat ad hoc *l.* 1. *C. ubi per tot.* qui textus ad hoc bene facit & communiter allegatur. Paris. *consil.* 71. *numer.* 3. *&* 4. *vol.* 1. *incip. consultatio.* Ubi dicit, quod civis efficitur, qui in civitatem aliquam recipitur, ac assumptus perinde habetur, omnibusque muneribus ac officiis fungi potest, ac si originarius esset. Gail. *d. observ.* 35. ubi *sub numer.* 6. dicit, beneficia concessa civibus, competere † etiam illis, qui pro civibus habentur, per text. *in l. adoptivum,* §. *patronum.* ubi Jason *numer.* 2. *cum duab. ll. sequentib. ff. de in jus vocand.* Bald. *in l. cum ex oratione, num.* 1. per ill. text. *ff. de excus. tutor.* plene Bartol. *in l. si is, qui pro empt. numer* 34. *cum seq. ff. de usucap. & in l. si maritus. la.* 2. *legis Julia. numer.* 1. *ff. de adul,* nisi aliter statuto receptum sit; puta, ut nemo admittatur ad tale officium, nisi sit civis originarius, quia tunc assumptus civis non admittitur ad hujusmodi officium, nisi fiat assumptio cum clausula expressa quod assumptus pro originario, quoad omnia, habendus sit, per notata Bald. *in l. omnes populi, numero* 23. *in fin. ff. de just. & jur. & in l. ingenui. num.* 1. *Cod. de inge. manu.* argum. illius text. Jason. *in dict.* §. *patronum.* facit optime textus *in l. quidam cum filium, ff. de verbor. oblig. & in l. cum ex oratione. ff. de excus. tutor.*

Resp. ad II. dubitandi rationem. 211 *Incolam duplex.* 212 213 214 215

216 Jam vero † allatam incolæ distinctionem ad propositum applicando, respondetur; Gailium, qui incolas ad pendendum jus migrationis obstringi asserit

asserit, intelligendum esse de iis incolis, qui cives facti sunt, & non de aliis, qui gratis vel certa annua pensione locum aliquem inhabitant, quod colligi-

217 tur ex iis, quæ *ibid.* Gailius *post num.* 8. scribit, † ex consuetudine videlicet Germaniæ, non tolerari incolas ultra annum, si Jura civium redimere nolint, idque propter communia onera civium.

218 Unde etiam magna † inter cives & incolas diversitas existit: Hi enim pro libitu transferre domicilium possunt, & multarum successive civitatum inhabitatores fieri, *l. incola, l. si quis ff. ad municip.*

219 Quod secus de civibus sensit † Cicero *in orat. pro Cæcin.* ubi Jure Romanorum neminem duarum civitatum civem fieri, amittique civitatem, quando aliquis recipitur in aliam, asserit, & *pro Balbo. O Jura,* inquit, *præclara atque divinitus jam à principio Romani nominis à Majoribus nostris comparata, ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit:* dissimilitudo enim civitatum, varietatem Juris habeat, necesse est.

220 De Jure tamen civili potest † quis duobus vel pluribus in locis domicilium habere, text. *in l. Labeo.* 5. *& l. seq. §. viris. ff. ad municip.* Alexand. Raud. *decis. Pisan.* 34. *num.* 157. Adr. Gylman. *decis. Cam.* 46. *num.* 164.

221 *lib.* 1. Ita etiam civis vel municeps duarum civitatum esse potest, per text. *in l. ejus* 27. *ff. ad municip.* Idque expresse docent *in l. cives.* 7. *C. de incol. lib.* 10. Luc. de Penna *col.* 2. & Plat. *num.* 4. Marcabrun. de Anguill. *consil.* 58. *n.* 110. *& seq. lib.* 1. Menoch. *cons.* 1129. *n.* 55. *lib.* 2. Idem latissime *de arb. jud. quæst. cas.* 584. *cent.* 6.

222 Porro, † quinto loco non abs re etiam in quæstionem vocatur; *An susceptam tutelam Protectoribus præsertim Monasteriorum exigentibus Albergariam, Hospitaturam,* Außspann/ *atque Fodrum gratis exhibere debeant?*

Clientes an Protectoribus Albergariam seu hospitium atq; Fodrum gratis exhibere teneantur.

Cum autem prædicta vocabula non quibuslibet obvia sint, atque ab auctoribus diversimode accipiantur, prius significatio illorum paucis aperienda est.

Et primo quidem, † ad Albergariæ nomen quod

223 attinet, glossator *ad cap. præterea.* 23. *de Jure patron.* Albergarias vocat census seu pactiones, quæ debentur pro comestionibus, quam interpretationem refert Anton. Sola *in constit. Sabaud. tit. de Jure emphyt. super decreto Rempubl. part.* 1. *gloss.* 4. *num.* 3. Simon. Schard. *in lexico suo jurid. verb. Albergaria.*

Albergaria vocis diversa usurpationes.

224 Alii Albergariam, † cum albergare Italis sit idem, quod hospitari vel in domum recipere, sumunt pro hospitatione, Dn. Frideric. Prenninger Advocat. Reipubl. Rottenburg. ad Tubar. Amicus meus colendus, *in doctissimis suis addit. ad consil. proavi sui tom.* 3. *cons.* 1. *num.* 14. Andr. Knichen. *de sublimin. & reg. territor. Jur. cap.* 4. *num.* 418. Anton. Sola *loco modo citat.*

225 † quæ hospitatio, oneribus realibus accensetur, per text. *in l.* 3. *§. munus hospitis l. fin. §. pen. ff de muner.* Costa de *Rat. Rata quæst.* 158. *num.* 8. à quibus regulariter nemo excusatur, *l. sunt munera ff. de vacat. & excus. muner.*

226 Et † antiquitus, ut eleganter notat Caspar. Klock. *in dissertat. de contributionib. conclus.* 56. *lit. a.* militibus tribui solita est, modeste tamen & temperanter, non (ut nunc fit) tradendo omnes sumptus & cibaria equis, famulis & illarum meretricibus, sed in expeditionem euntibus vel hybernantibus, dabatur sola hospitatio.

Albericus de Rosat. *in rubr. ff. de bonor. & oner. nu.* 52. prout refert ex eod. Anto. Sola *d. gloss.* 4. *num.* 3. tradit, Jus Albergariæ † fuisse onus consuetum præstari Co-

227 miti Provinciæ eunti ad castra & loca Provinciæ, ad audiendum querelas subditorum contra suos officiales. Quod etiam respondit Bertrand. *lib.* 1. *cons.* 179. *num.* 3. Et ab hoc onere non excusandos nobiles magis, quam subditos, consuluit Oldra. *cons.* 98. *in princ.* dicens, onus fuisse expensarum, quas præstabant seu solvebant homines Comiti eunti ad castra dominorum, auditum querelas ipsorum hominum de dominis suis; cum ille accessus omnium respiceret utilitatem.

Alii Albergamentum † dicunt interpretationem 228 recipere à consuetudine, & secundum vulgarem ac communem usum loquendi denotare Emphyteuticum ceu censiticum contractum, quando vasallus prædicto titulo in alium transfert bona feudalia vel Emphyteutica, puta fundos vel agros, ut aliquid inde quotannis solvatur, de qua consuetudine Sola *dict. gloss.* 4. *numero* 1. *&* 5. Cravett. *consil.* 20. *in princip.* Guido Pap. *quæstion.* 100. ubi præsupponit, quod idem sint emphyteusis & albergamentum, & titulis ipsis utitur, pro indifferentibus, Baldus *consil.* 318. *vol.* 2. ubi scribit, secundum loquendi modum, vallis Sempiæ albergamentum accipi pro titulo emphyteusis, & consuluit, quamvis bona feudalia per vasallum nequeant in emphyteusin concedi; attenta tamen consuetudine loci illius, quam pluribus testibus viderat comprobatam in contrarium, quendam nobilem fuisse excusabilem à pœna commissi, qui certis rusticis concesserat magnam fundorum quantitatem in perpetuum nomine albergamenti, id est, emphyteusis, pro certa pensione, sine consensu Illustrissimi Ducis Sabaudiæ, à quo ea bona tenebantur in feudum, & non solutis ejus regalibus, &c. De eadem consuetudine testatur Pur- 229 purat. *consil.* 363. *num.* 14. *vers. ex quib. num.* 15. *lib.* 1. Andr. Knich. *d. cap.* 4. *num.* 424. Franc. Marcus *decis.* 186. *nu.* 5. *part.* 1. adsertat, decursus aquarum pertinere ad dominos locorum & posse albergare pro aperire. Item albergare facultatem aquagii pro concedere vel derivare.

Sichardus autem *cons.* 7. *num.* 61. *part.* 4. Jus † Al- 230 bergamenti interpretatur, quando Dominus sibi reservavit aperturam castri, die Oeffnung/ ejus tamen expositionem Andr. Knichen *loco modo citato* improbat, dicens, albergamentum aperturam castri denotare, se nondum animadvertisse.

Verum nos hoc loco accipimus Jus † albergariæ, 231 quando clientes Protectori cum famulis & Comitibus suis adventantibus tenentur dare hospitium, esculenta & poculenta, vulgo Atzung/ de qua *paulo post* plura.

Quod autem secundo loco attinet ad vocem Fodri, 232 nomen Germanicum est, quod passim hodieque in Cauponis Germaniæ pro pabulo equorum usurpatur, Calvi. *in Lexico* Regner. Sixtin. *tract. de regal. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 3. ubi scribit, Fodrum haud dubie appellari à vulgari verbo Futter/ quod est pabulum equorum. Et sic patet Fodrum, nihil esse aliud, quam quod Germani dicunt, Futter unnd Mahl/ oder Atzung in einem Closter/ oder Commenthurey/ ut recte & docte explicat Dn. Frid. Prenning. *in d. addit. ad consil. proavi sui tom.* 3. *consil.* 1. *nu.* 14. licet aliter sumat glos. *in d. c. præterea.*

Fodri vocabuli significatio.

Petrus † autem de Vineis Cancellar. Imperatoris 233 Friderici II. *epist. suar. lib.* 2 *ca.* 29. ubi Capitaneo regni de fodro scribit, ita hujus fodri meminit, ut interpretetur, esse frumentum, hordeum & res alias victui necessarias ad Imperatoris exercitum, & haud obscure ex ejus verbis colligitur, quod fodrum voluerit, nihil aliud esse, quam extraordinariam quandam annonæ collationem militarem, sive ad expeditionem Imperatoris pertinentem. † Hotomann. Charon- 234 das, Gothofred. & Cujacius, *in c. unic. quæ sint regal.*

Fodrum accipiunt, pro extraordinaria ad expeditionem Imperatoris collatione, quam Fridericus I. *in d. ca. unic.* vocat felicissimam Numinis regalis expeditionem. Et Radevicus *in vita Friderici lib. 2. cap.* 5. de eadem agens, fodrum † inter regalia refert, eique adstipulantur Sigonius *de regn. Ital. lib.* 12. & Guntherus, *libro octavo*, id sequentibus exprimit heroicis.

235

Vectigal, portus, cudenda Jura moneta,
Cumque molendinis telonia, flumina pontes,
Id quoque, quod fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capitolitium, certo sub tempore censum,
Hac Ligures sacro tribuerunt omnia fisco.

236 Fuisse autem ejusmodi † militarem collationem etiam apud priscos Franciæ Reges in usu, & fodrum vocatum, † tandemque, ut populus eo onere levaretur, temporibus Caroli Magni in locum ejus collationis; pecuniariam indictionem suffectam esse, refert Choppin. *de Doman. Francia lib.* 1. *tit.* 13. *nu* 18. *& lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 359.

237

Extat diploma Carolinum apud Regienses, Anno regni Caroli tertiodecimo, Pipini septimo, datum. Inde 6. Calend. Octobris, Veronæ cum ageret, rogatu Geminiani Episcopi Ecclesiæ Mutinensi confirmavit prædia à Regibus & Reginis ante concessa, simulque cavit, ne quis Judex ab Episcopo aut fodrum exigeret, aut mansiones, aut paratas, aut fidejussores acciperet, aut homines ejus ulla ratione vexaret, atque ei plebem Gandaceti, aliaque bona donavit.

Et hæc quidem de fodro, quod nos hoc loco pro Atzung accipimus.

238 Tertio, ad vocem hospitaturæ quod † attinet dicitur illa munus hospitis recipiendi. *l.* 3. §. 13. *ff. de munerib. & honorib. l.* 10. § 2. *de vacat. l.* 10. *C. de Sacrosf. Eccles.* Hospitia † autem priscis temporibus, publice assignari solebant, & certi erant homines, quibus hoc munus hospitum recipiendorum à magistratu imponebatur, † & censebatur patrimonii onus, non personæ, *d. l.* 3. §. *nos milites, l. fin* §. *pen. & ult. ff. de muner. l.* 16. §. *angariarum de vacat. muner. l.* 1. *C. de Episc. & cleric.* Modest. *in l.* 6. *de excusat.* hoc munus Ἐπισταθμείαν vocat, deducto vocabulo ἀπὸ τοῦ Ἐπισταθμεύειν: id est, diversari, & ut Cicero *libr.* 13. *epist. ult. ad Attic. Habes hospitium*, sive Ἐπισταθμείας. Hotom. Brisson, & Pratæi. *in suis lexic. verb. Hospitia.*

Hospitatura quid significet.

239

240

241 Præterea hospitatura amicitiæ † quoddam jus erat, ut amici à patria recedentes, ad amicorum hospitia diverterent, ac eosdem ad sua quoque hospitia reciperent. Conrad. Brunus *tract. de legationib. lib.* 3. *cap.* 8. Hospitaturas istiusmodi Arcad. Jureconsult. *in l. final.* §. *patrimoniorum.* 18. *ff. de muner. & honor.* appellat † Elemporia. Cotta autem *memorabil.* pro Elemporia, legit Eleamphoria, qua voce intelligit hospitia, ad quæ Alexandrini tendebant, cum peregre eos ire oportebat; quæ idcirco patrimonii loco habebant, quoniam ita inter suos majores vetere quodam more erat inductum, ut quoties à patria recedebant, ad amicos hospitaturi tenderent, redditurи vicem, si forte illi quoque amici ad se Alexandriam venirent; Dicta sunt autem Eleamphoria, quasi olivam ferentia. † Solebant enim hospitaturi olivam in pacis signum ferre, ut est apud Virgil. quando Æneas hospitaturus Evandrum adivit: Oliva enim arbor est antiquis multum celebrata.

Hospitatura II. significatio.

242

243

244 Cæterum hoc jus hospitii † vetustissimum fuisse ex Homero *lib.* 6. *Iliad.* facile intelligitur: apud quem Diomedes Glauco narrat, suis majoribus cum illius progenitoribus vetus hospitium atque necessitudinem intercessisse, muneraque hospitalia inter ipsos ultro citroque data.

245 Sane necessitudo illa hospitii olim † non inter publicos solum populos ac civitates, sed inter singulos etiam privatos homines contrahebatur, nominatim attestante Petr. Gregor. Tholosan. *Syntagm. jur. lib.* 15. *ca.* 28. *num.* 35. ubi scribit, fuisse etiam jus hospitii inter gentiles, & publicum & privatum gratis exhibitum, amicitiæ ineundæ & conservandæ causa. Nam & hospitium publicum gratuito à civitate vel Republ. præbebatur interdum extraneis, & aliarum civitatum vel oppidorum incolis, ut de republica bene meritis, † eratque pro sanctioris amicitiæ pignore' jus hospitii & tessera hospitalis, ut notat Budæus *in annotat. posteriori ad l. postlimin. de captiv.* ex Livio, *in* 5. *&* 7. *de bello Macedon.* & Cicerone *action. ultima in Verrem.* Meminit & de eo jure Pomponius ICtus *in d. l. postlimin de captiv.* Scribit & Herodotus in 6. Milesiorum & Sybaritarum civitates, maxime hospitio fuisse conjunctas; idque amicitiæ genus Græci προξενίαν, Latini hospitium publicum vocarunt; nam quod hospitium inter privatos contrahebatur, Græce ἰδιοξενία, Latine privatum hospitium dicebatur, cujus erat nota, pignusque tessera hospitalis.

246

247 Fuit autem antiqui moris, † tesseram dari hospitibus dimidiatam, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuo agnosci posset, & hospitio accipi, tanquam amicus & vetus hospes. Et † hoc quidem jus necessitudinis ad posteros transibat: propterea tesseram hospitalem diligenter observabant. Plaut. *in Pœnul.* Deum hospitalem & tesseram mecum fero; † qui autem jus hospitii violabat, is tesseram hospitalem confregisse dicebatur, Idem Plaut. *in Cistell. Abi quærere, ubi tuo jurejurando satis sit subsidii, hic apud nos jam fidei confregisti tesseram.* Deus vero † hospitalis dicebatur, quem hospites invocabant, si quando hospitium violaretur, qui Jupiter Xenius † dicebatur; quemadmodum amici Philium Jovem invocabant, & sodales Heterium & gentiles, id est, cognati Homognium, & qui ejusdem Phratriæ erant Phratrium, & fœdere conjuncti, Enchorcion, quasi jurisjurandi vindicem. Guil. Budæ. *in annotat. prior. ad Pandect. ad l. solent. ff. de offic. proconsul.*

248

249

250

251

252 Fuisse autem vulgare † insigne hospitii dexteram, colligitur ex Cornel. Tacito *lib.* 17. *Annal.* quem alii primum constituunt historiæ; Miserat civitas Lingonum vetere instituto, dona legionibus, (scilicet Galliæ) dexteras hospitii insigne. Cum enim fidem exigimus, dexteram jungimus, fides autem ab hospite prius requiritur, quam cum eo vivamus, & ideo ante dexteræ jungebantur, & tessera hospitalitatis, dextrarum conjunctio, innuit & illud Virg. *lib.* 3. *Æn.*

Jungimus hospitio dextras ac tecta subimus.

Cicero etiam *pro domo sua* ait: *Quintus Marcus signum concordia fecerat, idque in publico collocarat, dextera hospitii insigne.*

253 Porro prædicto, de † quo agimus, hospitii Juri nonnisi ob gravissimas causas renunciare licuit, & qui hospitio renunciabant, Amicitiæ renunciare dicebantur, unde qui jus amicitiæ violabant, hospitium relinquere censebantur, quod patet ex *li.* 11. *Æneid.* ubi Æneas Latino Regi improperans, ad legatos regis sepulturam pro occisis petentes in hæc verba prorumpit:

Quænam vos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos,
Pacemne exanimis & Martis sorte peremptis
Oratis, equidem, & vivis concedere vellem,
Nec veni, ni fata locum sedemque dedissent,
Nec bellum cum gente gero, Rex nostra reliquit
Hospitia, &c.

Sicut & qui fœdera amicitiamque jungunt, hospitia jungere

jungere dicuntur, apud eundem Poetam *lib. 7. Æneid.*

Ipse modo Æneas, nostri si tanta cupido est,
Si jungi hospitio properat.

254 Erat igitur apud veteres † tam firmum jus hospitii, ut nulla ratione nisi renunciatum dissolvi posset. 255 Cujus † rei pulchrum admodum exemplum de T. Quintio Crispino Romano, & Badio Campano narrat Livius *lib. 5. secundi belli Punici* ad hunc modum. *Tito Quintio Crispino, Badius Campanus hospes erat, perfamiliari hospitio junctus: creverat consuetudo, quod æger Romæ apud Crispinum Badius ante defectionem Campanam liberaliter, comiterque curatus fuerat, tum Badius progressus ante stationes, quæ pro porta stabant, evocari Crispinum jussit; Quod ubi est Crispino nunciatum, ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria, etiam in dissidio publicorum fœderum, privati Juris, paululum à cæteris processit. Posteaquam in conspectum venere, Provoco te, inquit, in pugnam Crispine, Badius. Conscendamus equos, summotisque aliis, uter bello melior sit, decernamus. Ad ea Crispinus, nec sibi nec illi, ait hostes deesse, in quibus virtutem ostendant, se ab eo etiamsi in acie occurrat, declinaturum, ne hospitali cæde dextram violet. Conversusque abibat, enimvero ferocius tum Campanus increpare molliciem ignaviamque, & se digna probra in insontem jacere, hospitalem hostem appellans, simulantemque parcere, cui sciat parem se non esse, si parum publicis fœderibus ruptis, diremta simul & privata Jura patet; Badium Campanum T. Quintio Crispino Romano, palam omnibus, duobus exercitibus audientibus, renuntiare hospitium, nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hospiti cum hoste, cujus patriam ac penates publicos privatosque oppugnatum venisset, si vir esset, congrederetur, Crispinus permissu Imperatorum, arma cepit, equumque conscendit, & Badium nomine compellans, ad pugnam evocavit, nulla mora à Campano facta est, infestis equis concurrere. Crispinus supra scutum, sinistrum humerum Badio hasta transfixit, super quem delapsum cum vulnere, ex equo desilit, ut pedes jacentem conficeret, Badius, priusquam opprimeretur, parma atque equo relicto, ad suos aufugit. Crispinus equum armaq; capta, & cruentam cuspidem, insignis spolii ostentans, cum magna laude & gratulatione militum ad Consules est deductus, laudatusque ibi magnifice donis donatus.* Hæc Livius.

256 Tertio † Außspan vulgo dicuntur, mansiones in prædiis, fundis, monasteriis constitutæ antiquitus, quos hodieque retinemus. Olim † mansionatici sive mansiones vocabantur loca; in quæ quis jus habebat, diver- 257 tendi & hospitandi, idque vel ex proprietate, vel contractu aliquo, aut antiqua consuetudine, cujus non extitit, apud homines interrupta memoria. D. Melch. Heiminsfeld. Goldast. *in ration. const. Imper. fol. 15.* & *rerum Aleman. tom. 2. charta. 90.* Aristot. *in politic.* loca præstituta quieti iter agentibus vocat *καταγὰς* Cujac. *comment. in feudor. consuetud. lib. 1. tit. 1.*

Hospitatura III. mansio.

Quarto hospitatio † de qua agitur, nominatur etiam vulgariter Gastung/ vnd Nachtseldt / qua voce usus est Ludovicus Imperator Germanico Imperii diplomate, quo Monachos Herrenalbenses, ne ullos recipere cogerentur hospites ad certum tempus præmunivit. Ipsum autem diploma sic habet.

Hospitatura IV. acceptio.

Wir Ludwig von Gottes Gnaden Römischer Keyser zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / Bekennen offentlich mit diesem Brieff/ daß wir angesehen haben/ den grossen vnd verderblichen Schaden den die Christliche Leuth/ der Abt vnd der Convent zu Alben/ vnser liebe demütigen etliche Jahr erlitten/ vnd gehabt haben/ vnd zu ergetzung desselben Schadens / haben wir sie von besondern Gnaden vnd Gunst gefreyet / vnd freyen sie auch mit diesem Brieff/ vor aller Gastung vnd Nachtfeld / von hin an biß auff S. Georgen Tag der schierst kommt / vnd darnach vber ein gantz Jahr: also daß wir wollen / daß in derselben Frist niemand dahin Gastung bey jhn such/ hab/ oder nehme/ davon wollen vnd gepieten wir allen vnsern/ vnd deß Reichs Getrewen/ Graffen/ Freyherrn/ Rittern/ Knechten/ vnd allermenniglich Söhne die genant seyn vestiglich vnd ernstlich/ daß sie das vorgenant Gottshauß zu Alben in der Frist/ mit keinerley Gastung vnd Nachtselde/ mit jhn selbst/ noch mit jhren Dienern mit beschweren/ bey vnseren vnd deß Reichs Hulden. Geben zu Franckfurt am Freytag vor dem Weissen Sonntag / nach Christi Geburt im Jar 1346. Im 32. Jar vnsers Reichs / vnd in dem 19. Jar deß Keyserthumbs/ ꝛc.

Privilegium Ludovici Imperatoris, quo Monachos Alba Dominorum, ne ullos recipere hospites tenerentur ad certum tempus præmunit Ann. Domini 1346.

Sed nunc hisce ita explanatis, ad propositæ quæstionis decisionem accedendum est.

258 In ea autem, quoad † clientes, prima facie affirmative, quod scilicet ii, præsertim monasteriorum patronis ad præstandam albergariam obligentur, respondendum esse videtur.

Affirmativa sententia.

259 Nam si ad priscam Advocatorum † consuetudinem respiciamus, quia illi cum defensionis officio, administrationis Ecclesiarum conjunctam inspectionem habuerunt, ideo Fodrum, Albergarias, Regium, & alia munera, (de quibus ultra allegatos videri possunt Boss. *de plur. violat. num. 52. & de Princip. & privileg. ejusd. num. 263* Honded. *cons. 13. num. 57. vol. 1.* Tholos. *de Republ. lib. 11. cap. 11. num. 6.* Alexand. *cons. 13. num. 17.*) à monasteriis exigere olim soliti sunt, post Zas. Tho. Michael. *disp. de jurisdict. conclus. 55.* Cum enim illis, uti sæpius *hoc in tractatu passim* repetitum, tam civilis, quam criminalis jurisdictio olim competierit, solebant aliquoties in anno ad placitandum, hoc est, justitiam ministrandam, & percipiendum querimonias subditorum monasteriorum certum ad locum se conferre, quibus temporibus eos non solum hospitio recipere, sed etiam esculenta & poculenta iisdem administrare Cœnobitæ † tene- 260 bantur, exemplo Imperatorum, qui olim habuerunt conventus ad faciendam justitiam. *Annal. Franc. Ann. 814. Lotharius † Rex Francorum secundum jussio-* 261 *nem patris in Italia justitias fecit, ex parte, partim inchoavit.* Ammonius *de gest. Franc. lib. 4. cap. 111. æmissis Ca-* 262 *roli Regis ad jus dicendum, causasq; & lites dijudicandas in Burgundiam.* Nicol. Viegnierius *sub Anno 863. fol. 61.*

Ratio dubitandi I. pro affirmativa.

263 Videtur autem hoc Jus der Atzung/ ad similitudinem † procurationis Episcopis diœcesin visitantibus, intuitu cujusdam subjectionis debitæ, Dd. *in c. 1. de censib. in 6.* Philipp. Portius *cons. 194. num. 41.* à laicis ne hac in re deterioris essent conditionis quam Ecclesiastici, forte introductum, vel, quod verisimilius est, à Jure erigendi tabernas vel hospitandi, quod in Suevia pertinet vnder sonderbare Ehehafften / prout etiam inculcat Dn. Frid. 264 Prenning. *in addit. ad Martin. Uran. consil. 21. numero 6. lit. A. vol. 2.* Quod & † mixto Imperio non male assi- 265 gnatur, attestante Caspar. Klock. *in d. dissert. de contributionib. conclus. 56. lit. a. in fine.*

Atzung unde originem habeat.

Consuetudinis & † observantiæ hujus, quod Jure illo Albergariæ antiquis temporibus Protectores usi fuerint, inter alia exemplum porrigit. Privilegium à Carolo Magno & ejus Conjuge Hildegarde insigni Monasterio Ottenbührrano Anno 769. datum, quod *alio loco hujus commentarii*, integre positum reperitur, in quo inter alia de Advocato ad placitandum vocato statuitur hisce verbis:

Consuetudo hospitandi antiquis diplomatis approbata, Ius hospitandi in Monasterio Ottenbeuren olim observatum.

Ad unumquemque vero locum, (quem Abbas ad placitandum ordinaverit) cum duodecim equis & totidem viris Advocatus semel tantum in Anno adveniat, nisi pro aliqua necessitate ab Abbate sæpius advocetur, ac tunc pro loci qualitate ab Abbate honeste suscipiatur, & procuretur. Infra locum Monasterii nullum placitum nisi rogatu vel voluntate Abbatis unquam statuat, nullum de militari familia sine justa sociorum suorum deliberatione damnet, vel aliqua injuria coerceat & offendat: qui militares vel alio nomine ministeriales optimo Jure perfruantur, quo Fuldenses vel Augienses potiuntur, amplius nullum domus servientem sine consensu Abbatis ad judicium vel ad bannum cogat. Quando autem hujus commissi vel in homines, vel in res (quod vulgo Balmundt dicitur) extiterit; statim sine mora & sine præjudicio (nisi cito resipuerit) Advocatia cum omnibus commodissime spe recuperationis, carebit, &c. Caspar. Bruschius *in Chronolog. Monaster. German. centur.* I. *in Monaster. Vtenburra.*

266 *Ius hospitatura in Monasterio Reichenaw.* Idipsum similiter idem Imperator statuit in Advocato Monasterii Reichenaw/ prout ex diplomate desuper Anno 803. confecto, quod *alibi* à nobis insertum reperitur, sequentibus verbis patefcit: *Qui inquit*, Advocatus & omnes sui successores, quale servitium in præfata villa Ulma ab Augensi Abbate, ejusdemque ministris deinceps percepturi vel qualem justitiam ipsi Abbatibus sint facturi, breviter hic determinavimus. Statuimus ergo & præcipimus, si præsens Adelbertus Advocatus vel quisquam suorum successorum in prædicta villa placitare voluerit, quando vel qualiter aut quoties hoc fiat, in Abbatis arbitrio pendeat & ab eo disponatur, ut non cum pluribus, quam triginta equis ad placitandum veniat, & tale servitium, quale tunc reperitur, & quod prædictæ militum & equorum multitudini congruat & sufficiat, eidem Advocato prælibato Abbas decenter & honeste exhibeat, &c. Joan. Naucler. *Chronograph. vol.* 2. *generat.* 17. *in fin.*

267 *Ius hospitandi in Monasterio Chombergensi olim observatum.* Extat porro † similis observantiæ indicium in primævis Monasterii Chombergensis protectoribus, cum eo tamen discrimine, quod loco der Abzug/ certum quid pro victualibus Advocato deputatum fuerit.

Nam in literis confirmatoriis Monasterii Chombergens. Ruothardus Archiepiscopus Moguntinus Anno 1090. erectis de jure placitandi sequentem legem Advocato posuit: Cujus, *inquit*, Advocati libero concessum est arbitrio, ut semper si velit post sanctam Hebdomadam Penthecostes II. feria placitum habeat in villa, quæ dicitur Thüngenthal/ & non in anno sæpius, nisi ab Abbate invitatus. In prædicto autem placito ad servitium ejus debet Abbas ei dare Maltrum frumenti, pro faciendo pane & frisgingum unum porcinum, & duos ovinos & vinum, cæteraque ad hæc sufficientia, &c.

268 *Monasterii Hirsaw hospitatura.* Denique, † ne plura ejuscemodi Albergandi Advocatos consuetudinis exempla consecter, ejus etiam meminit Trithem. *in descript. Monaster. Hirsaugien. sub Anno* 1069. Ubi ex diplomate Heinrici Regis Rom. refert ab eodem constitutum esse, ut ejusdem Cœnobii Advocatus ter in Anno, si necesse sit, aut in ipsam cellam, vel ubicunque aut quandocunque Antistiti placeret, invitatus ab eo, veniret, ibique placitum jussum pro causis & necessitatibus monasterii rite perageret, & in illis tribus placitorum diebus unoquoque unum maltrum de frumento & unum Frisgingum & unum siclum de vino, & cætera ad hæc pertinentia à Præsule vel Monasterio acciperet.

269 Et præter † adducta veteris observantiæ exempla in hanc eandem affirmativam sententiam inclinare videtur Thom. Michael. *in scholiis ad thesin.* 55. *de jurisdict. lit. G.* ubi affirmat Advocatos nobiles Fodrum, Albergarias, regium aliaque onera diversa à monasteriis exigere, allegans ad id Zas. *de feud. cap.* 10. *n.* 55. *& cons.* 7. *n.* 4. *& seq. lib.* 2.

270 *Ius hospitandi nobilissimæ familiæ de Lammersheim in monast. Maulbrun competens.* Hinc est, ut ex multis † vicinum exemplum afferam, quod illustris & nobilissima Lammersheimiorum familia in monasterio Maulbrunnensi Ducatus Wirtenbergici, licet hodie Monachis destituto, à tempore olim competentis eidem familiæ, Advocatiæ jus hospitandi, etiamnum hodiernum in diem habere dicatur, adeo, ut quicunque ex ea familia progenitus est, eo divertens, admittendus, eidemque, dum illic permanet, fodrum cum omnibus necessariis subministrandum sit, eo, quod † annis ab hinc prope quingentis, accitis ad illud à Cœnobio Newenburgensi duodecim Monachis, cum Theodorico venerabili viro in Abbatem electo, translatisque ad illud omnibus bonis suis Illustris ac Strenuus Eques & Baro Dn. *Waltherus de* Lammersheim in pago proprio Eckenweiler prope Lammersheim/ Anno Domini 1148. idipsum Monasterium magnifice condiderit ac fundaverit, quod tamen postea propter loci incommoditatem & aquarum defectum, ex consilio & liberalitate Guntheri Comitis de Lemingen/ Episcopi Spirensis ad alium locum, utpote commodiorem, latronibus tamen admodum infestum, translatum fuit, prout diploma, quod ex Mart. Crus. *Annal. Suev. part.* 2. *lib.* 10. *c.* 8. suppeditat D. Christ. Lehman. *Chron. Spirens. lib.* 5. *cap.* 53. manifeste edocet, quod in ejusdem familiæ antiquissimæ ac nobilissimæ commendationem hoc loco integrum inserendum duximus. Tenor vero literarum fundationis sequitur in hæc verba:

Diploma Guntheri Episc. Spirensis, quo fundatum Monasterii Maulbrunnensis à D. Walthero de Lammersheim factum confirmatur, & eundem fundatorem olim Baronum titulo insignitum fuisse ostenditur.

Wir Güntherus von Gottes Gnaden Bischoff zu Speyr/ thun kund allen Menschen die gegenwertig vnd zukünfftig seynd/ daß der Ehrsame Ritter/ vnd geborne Freyherr altes Stammens beydes Vatters vnnd Mutters/ Herr Walther von Lammersheim/ züchtig in Sitten/ sehr streng in Waffen/ bewegt war/ von Göttlichen einsprechen/ zu zeiten als man zahlt 1147. von Christi Geburt/ sich vnd all sein Gut/ Gott in seinen Dienst/ zuopffern/ in ein Geistlich Leben vmb seiner Seelen ewiges Heyls willen/ vnnd aller nachkommenden in ein Zeichen. Darum sein andächtige Meynung zu volbringen hat er fleissiglich

siglich weynende vnnd flehende/ den Ehrsamen/ Geistlichen Vatter vnd Abt/ Herrn Vlrich/ deß Closters Newburg vmb ein Convent/ vnnd erwarb mit seinem strengen Gebet von jhm/ einen Ehrw. Mönch/ Herr Dieterich genent/ zu einem Fürweser seines Gottshauß mit zwölff Mönchen/ vnnd etlichen Leib-Brüdern zubawen ein Abthey/ auff seiner eigenen Marck Eckenweyler/ deß Dorffs bey Lamerßheim gelegen/ das er darzu gab/ mit allen seinen zugehörden/ vnnd ergab sich mit Gelübt Ewiger Keuschheit/ in die Gemeinschafft der Geistlichen Brüder/ vnnd nahme an sich den Heyligen Orden/ vnnd ward ein Leibbruder bey ihnen jhres Ordens: Vnnd da fiengen sie an zubawen ein Closter: aber kürtzlich darnach/ ehe sie ein Jahr da waren/ wurden sie mercken daß derselben statt Gelegenheit jhnen fast sehr vnbequem/ von Gebrästen mancherley Clösterlichen Zugehördten vnnd Nothdürfften/ hierumb so kame der obgenant Freyherr Walther von Lamerßheim mit Herrn Dietherich dem vorgenanten Apt zu vns in Rathweiß vnnd baten vns/ daß wir vmb Gottes Ehr willen/ wolten jhren Convent besehen/ also gewehrten wir sie jhres fleissigen Gebets/ vnd besahen jhr geistliche Versamblung/ da funden wir die statt gantz vngeschickt/ vnnd vneben Clösterlicher Gelegenheit. Darumb so gaben wir jhnen vmb jhres Gebets wegen gar ein geschickte vnd abgeschendene statt auff vnserm Grund vnd Boden Maulbrunn genant/ da zubawen/ vnnd stifften jhr Closter/ die statt war gantz wild/ wüst/ vngebawet/ vnnd sehr sorglich von wegen der Mörder/ die da morden stättiglich/ denen doch die Brüder getraweten mit Gottes hülff zuwiderstehen.

Vnd als man zahlt von Christi Geburt 1148. da fiengen sie an Maulbrunn zubawen. Vnnd zu den Zeiten deß Durchleuchtigsten Ehrwürdigen Keysers/ Herr Friederichs ward das Münster geweyhet von dem Ehrwürdigen Herren Arnoldt Ertzbischoffen zu Trier/ in die Ehr Christi vnd seiner würdigen Gebährerin Marien vnd S. Niclaus deß Heyligen Bischoffs/ die Kirchweyhung geschahe am 14. Tag deß Meyens vnder dem Ehrsamen Herren Dietherichen Ersten Abt dieses Orts Anno 1148.

273 Hoc ipsum autem † diploma eo libentius hoc loco inseruimus, quod constet, prædictam Lamersheimiorum familiam annis ab hinc fermè quingentis Baronatus dignitate illustrem fuisse, uti liquet ex verbis geborne Freyherrn alten Stammens beydes Vatters vnd Mutters/ ꝛc.

Lamersheimia familia ante 500. annos Baronatus dignitate illustris.

Tametsi vero dubium non sit, † prædicti Monasterii Maulbronnensis Advocatiam primis temporibus penes eandem illustrem familiam Lamersheimiorum aliquot annorum intercapedine extitisse; Ea † tamen postea ad Comites Wirtenbergicos devenit, ab iisque longo tempore possessa fuit, usque dum illam circa annum 1372. certis de causis, jussu Caroli IV. Imperatoris resignare cogerentur, † eamque Rupertus Comes Palatinus Rheni Bavariæque Dux, ac post illum hæredes ejus per annos ferme centum & triginta obtinerent, quibus tamen evolutis An. videlicet Domini 1554. Udalricus Dux Wirtenbergensis tertius eandem gladio denuo recuperavit. Crus. *Annal. Suev. p. 3. lib. 5. c. 5. circa fin. & lib. 9. c. 13.* Ubi nominatim scribit qualiter hoc Monasterium belli victoria in potestatem ejus venerit.

274

275

276

277 Sed ad materiam, † unde digressi sumus, Fodri, seu Albergariæ redeundo, memorabile extat exemplum der Atzung/ quod Præpositus Herbipolensis, præter 12. Maltaria Schirmhabers vnd 30. Pfundt Vntzpfenning/ Marchionatus Brandeburgici Præfecto seu officiali Præfecturæ Kreglingensis ob protectionem sex Pagorum ad Mœnum sitorum, ter quot annis per continuas 24. horas præstare solet; Hunc hospitandi morem Dn. Wehner. Advocatus Kittingens. *pract. observ. verb.* Schawrn/ sequentibus verbis recenset.

Exemplum der Atzung memorabile.

In Franconia, inquit, *prope Kittingam sunt sex Pagi, vulgo* die 6. Meyendörffer *præfectura Kreglingensis, olim Dominatus* Braunecks/ *hodie Marchionatus Brandeburg. seu Burggraviatus Norinberg.* als Sickerßhaussen/ Stefft/ Obernbreit/ Gnodtstatt/ Marteßheim/ vnd Ober Ickelßheim: *In his Pagis decima debentur* dem Thumbprobsten zu Würtzburg: *& è contra* gibt der Thumbprobst dem Marggraffen Jährlich zwölff Malter Schirm Habern/ vnd 30. Pfund Vntzpfenning zu Schirmgelt/ die Vnderthanen dafür zu beschawren/ *hoc est*, zuschützen vnd zubeschirmen. So offt auch die Hochgericht in berührten sechß Flecken vom Amptman zu Creglingen besucht vnd gehalten werden/ *quod qualibet Anno ter fieri solet*, als im Herbst/ *Februario* vnd Meyen/ so mag der Amptman mit so viel Personen/ vnd Pferdten/ als jhm beliebt/ vnd deren Zahl man nicht wissen mag/ darzu auch mit schönen Frawen vnd Spielleuten/ ꝛc. deß Abendts ankommen/ vnnd deß volgenden Tags/ nach gehaltenem Hochgericht/ vmb die Zeit vnd Stund er vorigs Tags angelangt/ vnd also nach 24. Stunden wieder abziehen/ was damaln verzehrt/ muß der Thumbprobst zu Würtzburg außrichten/ quod hodieque servatur, verum, ut dicitur, non absque immodico excessu.

278 Prædictis exemplis der Atzung/ seu hospitationis Protectoribus exhiberi solitæ accedit & illud, quod Comites † Wertheimenses in Monasterio Brumbach/ sese à tempore hominum memoriam excedente habuisse, atque usurpasse prætendunt, de quo Author Wertheimischen Gegenberichts/ contra Würtzburg/ *cap. 3. fol. 43.* hisce verbis, Ebenmessig hat die Graffschafft die Frohn/ Läger/ Dienst/ Atzung/ vnd Reiß/ bey mehrbesagtem Closter (auch von altershero die Gerechtigkeit der öffnung vnnd Herberg zu Würtzburg in deß Closters Hoffe/) hergebracht/ ꝛc.

Aliud exemplum der Atzung in Monast. Brumbach.

179 Illud insuper singulare est, quod iidem † Comites asserunt, se in prædicto Monasterio Brumbach tanquam Protectores vacante Abbatia habere jus Clavium, sicut antedictus Auctor *in princip. d. ca. 3. fol. 40.* attestatur, mit dieser fernerer/ inquit, besitzlicher Gerechtigkeit/ daß wann ein Abt der Ends mit Todt verfahren/ ein Graff von Wertheim selbsten/ oder durch die seine das Closter vnd die Schlüssel/ darzu auch/ was dem Abt zustendig gewesen/ in seine Verwahrung genommen/ vnd so lang biß durch die Conventualn ein ander Abt einmütiglich erwehlet worden/ behalten hat.

180 Per traditionem autem † Clavium acquiri possessionem nedum domus, sed omnium etiam rerum in domo inclusarum patet ex *l. clavibus ff. de contrahend. empt. & l. 1. §. jusserit. in fine ff. eod.* Juris enim fictione res piæ traditæ censentur, propter facilem aperiendi &

apprehendendi facultatem, ut innuit Salyc. *in l. Licet, n.3. C. de interdict.* Quæ autem ad hoc, ut † traditio clavium operetur translationem possessionis requirantur docet Schneid. *in §. possidere. n.114. Instit. de interdict.* vide Boer. *in tract. de custod. clav. nu.81.* ubi disputat, an clavium custodia sit nudum ministerium, vel aliquam jurisdictionem annexam habeat.

Verum ut ut prisci mores, seu etiam hodierni sese habeant, nos hodierni temporis † Protectoribus nullum ejusmodi hospitationis beneficium à clientibus, jure aliquo deberi censemus.

281 *Decisio quæstionis Negativa.*

Nam cum primum jus † illud Albergariæ, si cogatur quis adventantes hospitari, infert aliquod imperium, ac cohæret superioritati, ut colligitur ex iis, quæ notat Dn. Menoch: præceptor noster *cons.302. n.29.* Regulariter enim soli † Principi licet gratis hospitia designare, ea tamen in assignatione non nisi tertiam partem domus hospitibus concedere debet *l. 2. C. de metator. lib. 12.* Bald. *l. observare 4. n. 2. de offic. procons.* Greg. Lopez. *partita 4. tit. 25. lege 6. verb. Deven. las. servir. post pr.* Knichen. *de sublim. & reg. territ. jur. c.4. n.422.*

282 *Ratio decisionis.*

283

Sic etiam solus † Princeps immunitatem hospitaturæ & receptionis militum alicui concedere potest, uti Gloriosissimus † & Invictissimus Imp. Ferdinandus II. mihi, hæredibusque meis Anno 1620. ejusmodi immunitatem clementissime concessit, vigore Bullæ Imperialis. §. Vnd zu noch mehrer Gezeugnüß glauben / vnd Gedächtnuß / &c. hisce verbis, dazu auch mit belegung vnd einnehmung des Kriegsvolcks / vnd anderen Beherbergungen vnd Gastungen / deßgleichen Wachens / Reysens / Fronen / vnd dergleichen Dienstbarkeiten / für sich selbst / vnnd die seinen / vnnd sunst aller anderer Beschwerden / gantz vnd gar frey / Exempt vnd erledigt seyn / auch mit dem allem / wider jren guten Willen nit beladen / beschwert / noch angefochten / dazu die anzunemmen / keines wegs getrungen werden sollen / noch mögen.

Cæterum ex prædicta Principi competente potestate, recte infertur Protectorem † clientibus securitatem & immunitatem à militis transeuntis receptione & præsidii impositione haud dare posse, in præjudicium principis vel ordinarii magistratus, quibus jus illud specialiter competit, per rationes ex defectu potestatis provenientes.

284 In multis tamen Germaniæ † locis idem obtinet in vasallis minoribus, qui domino & familiæ suæ advenienti tenentur dare hospitium, esculenta & poculenta, vulgo Ablager / Futter vnd Mahl. attestante Joan. Koppen. *q.17. n.4. & 14.* ubi & hoc resolvit, an aucta familia augeatur etiam jus illud passivum.

285 Quin & hoc † ipsum jus der Atzung / in subditos Chombergenses, ratione Vogtheicæ Jurisdictionis usurpant Dn. Decanus & Capitulares, An autem, quod ejusmodi comestionis expensas subditi solvant, usus obtinuerit, vel olim ita conventum fuerit, missum facio, alioquin si dominus transeat profundum † feudalem, ipsique ad hoc, ut negotia sua tanto facilius expedire possit, utile & opportunum sit, ibi habere copiam hospitii, tunc vasallus eum hospitio excipere, & victualia pro precio communicare tenetur. Joann. Andr. *in addit. ad Specul. §. quoniam. vers. si quis id de feud.* Bald. *l. observare, 4. in princ. ff. de offic. proconsul.* Idem *in l. venditor. §. si constat ff. comm. præd.* ubi, inquit, quod qui alicui tenetur dare passum & victuaria, intelligatur, precio soluto. sequitur ibid. Florian. de S. Petr. *in finalibus verbis.* Inn. *in c.1. col.2. extr. de consuetud.* Angel. *cons.139. col.2.* Bartol. Socin. *cons.120. n.11. in fin. vers. sed hoc non obstante vol.3.* late Joan. Cephal. *cons.342. in fin. vol.3.* Camill. Borell. *cons.1. n.111. centur. 1.* Andr. de Isern. *c.1. quæ sint regal.* Matth. de Afflict. *decis. Neapol.265. num.11.* Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 6. cap.6. n.123.*

Atzung quo jure subditi Chombergenses præbeant.

286

De simili consuetudine scribit Paris de Put. *de reintegr. feud. quæst.151.* asserens, consuetudinem regni Neapol. esse in aliquibus feudis, ut in terra Clienti, quod vasalli teneantur anno quolibet domino dare paratam, quam ait esse unam, vel plures corbas pullorum, hordei, ceræ, piperis & aliarum rerum utensilium, ad quæstionem, an si paratæ ejusmodi non solvantur per tres annos, in tertio peti possint omnes præteritæ?

At vero jus hospitandi † superioritati ac Regalibus accenset post Baldum Mutius Surgens *in annotat. ad tract. Matth. Ant Surgen. de præfect. prætor.* quem ad hoc allegat Caspar. Klock. *de contribut. posit.56. in scholiis ad eand.*

287

Cum igitur nulla permittatur patrono in clientem superioritas seu Imperium. Ergo nec hospitatio ei cohærens.

Deinde † vero, ne hoc ipso jure albergandi, clientes à suis Patronis onerentur, expresse prohibitum est in *cap. præterea 23. de jure patronat.* ubi Lucius III. Pontif. Maxim. in hunc modum rescripsit, *Quoniam*, inquit, *Advocati Ecclesiarum jus advocationis, donationis vel emptionis titulo aliisque pro sua voluntate contractibus in alios transferre præsumunt, fodrum, albergarias, regium & similia, tanquam à propriis rusticis ab Ecclesiis extorquentes: Præsenti decreto statuimus, ut sive Advocati, sive patroni vel vicedomini, sive custodes, vel guardias habentes, seu quocunque alio nomine censeantur, à gravaminibus Ecclesiarum cessare, nihilque in ipsis, præter antiquos & moderatos reditus à locorum Episcopis institutos, exigere, aut si aliud exegerint, excommunicationi subdantur, contractus quoque hujusmodi, quos fecerint vel facient in futurum, vim aliquam decernimus non habere.*

288 *Alia decidendi ratio.*

Atque ad hunc quidem textum optime respexisse videtur Rudolphus † Episcopus Herbipolensis, qui in diplomate Subadvocatiæ Chombergensis Dn. Pincernis Limburgicis Anno 1485. demandatæ ejusmodi Atzung diserte prohibuit, hisce verbis: Sie sollen auch von solcher Vogthey / Schutz vnd Schirmßweiß vff dem Gottshauß Chomberg seinen Dörffern / Leuthen / Gütern / weder Herberg / Atzung / Läger / Dienst / auch sonst kein einige andere Gerechtigkeit haben / wie man die nennen oder erdencken möcht / dann allein ein zimliche Volge / so sie deß begeren / in der Herrschafft / vnd der jhren selbst Sachen / vnnd anders nit / &c.

289

Tertio hæc † negata sententia probatur etiam textu *cap. in quibusdam. extr. de pœn.* ubi concilium generale Advocatis omnia ea prohibet usurpare, quæ in jure non reperiuntur permissa. *Cum*, inquit, *quod ad defensionis subsidium est inventum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri; prohibemus expresse, ne patroni vel Advocati seu vicedomini super præmissis de cætero plus usurpent, quam reperiatur in jure permissum: & si contra præsumpserint, per severitatem canonicam districtissime compescantur.*

290 *Tertia decidendi ratio.*

Quarto ejusmodi † prohibitiones non tantum in Jure communi, sed etiam in diversis specialibus Advocatiarum bullis reperire est. Hinc supra allegatum illud Henrici Regis diploma ejusmodi Atzung / Advocatis Monasterii Hirsaugiensis hisce verbis interdicit.

Decidendi ratio IV. 291

Præterea item constituit, quod scilicet Advocatus designatus, nisi Abbate volente & advocante, bona & loca monasterii suis frequen-

frequentiis temerariis, & sine causa minime adeat, vel contingat. Nec præsumptuosus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat, &c. Joan. Trithem. *in Chron. Monast. Hirsaug. sub Anno* 1069.

Ratio decidendi V. Accedit his quinto ea consideratio, quia cum protectores, ut plurimum accipiant quot-annis certam pensionem loco honorarii pro opera defensionis præstanda, nimis grave foret, clientibus insuper etiam expensas hospitationis hujusmodi ferre, quod tanto minus admittendum, 292 quod onera † potius restringi, quam ampliari, *cap. odia*, & *ibi* Dyn. *de reg. jur. in* 6. & neminem dupli- 293 ci onere aggravari debere, † Jura expressim dictitent, *l. navis* §. *cum autem ff. ad leg. Rhod. de jact. l. si cum dotem.* §. *si pater. ff. sol. matrim.* Cravett. *consil.* 803. *num.* 3. Pruckm. *cons.* 6. *n.* 66. *cum simil. general.*

Ratio decidendi ult. Ultimo denique, tametsi concederetur Jure ac consuetudine vetusta protectoribus atque Advocatis olim Jus illud hospitandi debitum fuisse, quia tametsi multi ex Patronis ab eo tempore eo usi non sunt, jam illis, quo minus hodie debeatur, obstat immemorialis præscriptio, per elegantem doctrinam Dn. Frid. Prenning. *in d. addit. ad Martin. Uran. tom.* 3. *consf.* 1. *num.* 14. ubi di- 294 cit ejusmodi Jura, † alioquin etiam competentia, amitti, si ii, qui eorum usurpandorum potestatem habebant, ea exercere omiserint, per *l.* 1. *ff. de nundinis*, Ripa *in l. quo minus. ff. de fluminib.* Balb. *tract. de præscript. n.* 4. *part.* 5. *part. princip. quæst.* 1. non obstante regula 295 illa trita & communi, quod scilicet uti † vel non uti cõpetenti Jure fodri sive Albergariæ, in Monasterio vel commendatura aliqua, sit in utentis vel non utentis mero arbitrio, potestate, libertate, vel facultate positum: † 296 Ea vero, quæ sunt meræ facultatis, non inducant præscriptionem, sicut nec consuetudinem, nec desuetudinem, ut pulchre voluit Panorm. *in c. ex parte Astensis, de conc. præbend.* & idem Panor. & Dd. *in c. Joan. in fin. de cler. con.* Bart. & Dd. *in l. viam. de via publ.* & *in l. cum notiss. C. de præscript.* 30. *annor.* Academ. Ingolstad. *consil.* 1. *tom.* 1. *inter consil. Illustr. IC.* & *Academ. nu.* 25. Joach. Mynsing. *respons. jur. Decad.* 13. *respons.* 2. *n.* 106. fusissime Gabriel. *lib.* 5. *commun. concl. tit. de præscript. n.* 10.

Objectio contra ultimam decidendi rationem.

297 Ad hoc enim respondere † promptum est, prædictam regulam tum demum obtinere, quando versamur in iis, quæ sunt pure & absolute meræ facultatis atque in proprio Jure dominii posita. Secus autem, quando agitur de iis, quæ non sunt proprii cujusdam dominii, sed de iis, quæ ab alio mihi debentur, aut quæ alius mihi poscenti præstare tenetur, ex quorum numero sunt Jura ejusmodi albergariæ & fodri, illa certe etiam si quoque sint meræ facultatis, (non tamen absolute, sed relative) tamen per non usum præscribuntur, de quo vide plura in explicationem & verum intellectum prædictæ regulæ, pulchre scripta, licet breviter apud Matth. Wesenbec. *in parat. ff. de rescind. vend. in fin.* Henning. Goden. *consil.* 1. *vol.* 3. Aym. Cravett. *cons.* 1. *ver.* 238. aliosque inter varia Dd. consilia comprehensos.

Solutio ejusdem.

298 Sibi ergo imputent Advocati, † quod eo privilegio seu Jure der Atzung tanta temporis intercapedine non usi, id sponte sua amittere voluerint. Joan. Fichard. *cons.* 51. *n.* 2. *tom.* 2. Lud. Schwartzen. *cons.* 16. *vol.* 1. *cons. Illustr. IC.* & *Academ. n.* 26. Verum, hujus ævi mores non ferunt, ut protectores Advocatiæ Jus in monasteria habentes, hospitandi consuetudinem adeo intermittant, ut ob non usum, jus illud amittant.

299 *Abusus Juris Albergandi.* Sed contra pessima consuetudo nonnullis in † locis inolevit, ut multi ex Advocatis, Principes, Comites ac alii in monasteriis illorum tutelæ commissis, quæ 300 non ad † canes, aut equos alendos, aut famulitii aulici voracitatem explendam, sed ad cultum divinum instituta fuerunt, ita molesti sunt, tantaque in iis impendia absque ulla necessitate causant, ut nisi divina inprimis benedictione, ac singulari quadam ea regentium industria, hominum inibi Deo dicatorum frugalitate, innoxia conservarentur, eorundem proventus jam dudum exhausti essent, cujusmodi Patronorum nimiæ Ecclesiasticorum bonorum profusioni indulgentium atque laudabili Advocatiarum instituto male abutentium exempla ac profusiones, si hoc loco, ut fieri merito deberet, sub lucem ex voto ponere vellemus, ex earundem enarratione nil aliud, nisi maximam nobis invidiam conciliaremus, ut tamen, quod verissimum est, non obticeamus, nobis ignota non sunt plura Cœnobia, quorum limina sæpius attigimus, in quibus non sufficit, protectores sæpius in anno cum magna aulicorum politicorum frequentia non minus, quam ignavissimorum venantium colluvie diverti, multo ibidem tempore persistere, nec facile, nisi ollis ac doliis evacuatis, inde pedem movere, sed & præter hæc dispendia, certum adhuc equorum ibi nutriendorum canumque venaticorum numerum continuo habere, eaque omnino tanquam debita imperiose exigere, & ni ad nutum omnia suppeditentur, statim extrema minari.

301 *Hospites inprimis autem venatores, quomodo à Monasterio suo Abbas quidam Murhartensis arcuerit.* In tanto autem † sumptuosissimæ Advocatorum quorundam hospitationis abusu Prælatis talium Monasteriorum ad avertendam nimiam protectorum seu eorundem ministerialium ingluviem atque ingurgitationes forte non inconsultum esset imitari exemplum Abbatis illius Murhartensis Herboldi Gutegotti, ex eo, quod proverbium ejus esset, Botz gutt Gott cognomine, de quo Georg. Widemannus *in Chronico suo* scribit, quod cum sub Udalrico Wirtenbergico ejusdem Cœnobii Advocato, venatorum in illud introitus admodum frequens esset, iisdem ibi quadam vice commessantibus ipse Abbas Herboldus Stutgardiam aliquot hominibus comitatus, profectus fuerit, & quotidie aulam ad mensam cum sunt comitatu cibum capturus accesserit: Cum autem hoc multis diebus fecisset, jussu Ducis ab aulico quodam interrogatus fuit, *numquid haberet referendum ad consilium: causam ejus cognitum iri.* Ibi respondet bonus pater. Botz Gutt gott (proh benignum Deum) *putabam ego Murharti esse monasterium, ab Imper. Ludovico pro Religiosis fratribus fundatum, Nunc video esse stabulum canum. Nam Domini mei clementis servuli, qui cumellis canes ducunt, ipsi canes, ibi stabulantur. Non opus est amplius cantu & diapsalmate meorum Monachorum, satis vero ibi baubantur canes, Quamdiu hi in Monasterio meo degent, ego hic in aula manebo Dominus meus potest me facilius pascere, quam ego canes ejus.* Tunc generosi animi Comes suavi risu ad Abbatem: vade vero chare Prælate, auferetur hoc cacoethes.

Ex quo colligere est eundem Abbatem bonum & attentum rei familiaris administratorem fuisse, de quo etiam Crus. *Annal. Suev. part.* 3. *lib.* 7. *c.* 4. scribit eundem ad impediendam hospitum frequentiam nullas vias circa Murhartum munivisse, causam vero ab advenientibus rogatus Botz Guttgott/ inquit *plures tamen diverterentur huc, quam vellem.* Si qui manerent in Cœnobio tertium diem interrogabat eos per cubicularium suum, num scirent cur Christus non diutius, quam in tertium diem in sepulchro mansisset. Ignorare se respondentibus cubicularius ait: Abbas dicit per id tempus Christum fuisse cum Patriarchis & Prophetis amicis suis in propylæo inferorum, & ex eo ipsos eduxisse. Eo nos docere voluit, si quis amicum invitat, maneatque cum eo tertium diem, satis posse eo intervallo noscere, quomodo cum eo agatur: ita ut diutius manere non sit necesse:

Tunc hospites se ingratos Abbati intelligentes conscendebant equos ac discedebant. Non sinebat idem Præsul ministros suos pallia gestare: Metuere enim se dicebat, ne Monasterium sub iis asportarent: id est ne furta sub palliis occultarent, ad occultandum perquam commodis. Hæc Crusius de Abbate Herboldo.

Cæterum ab exemplis Advocatorum ejusmodi nimia hospitatione, Monasteria gravantium nominatim recensendis tanto studiosius abstineo, quanto magis, ea si patefacerem, malos Advocatos ad duriora forsan provocarem, eorum præsertim, quia alienam à clientibus religionem profitentur, quos utinam Deus aliquando ad meliorem mentem revocare dignetur. Etsi vero ab iis, qui se reos hac in parte agnoscunt, malam forte gratiam relaturi videamur, quod abusum hujusmodi Juris hospitandi in iisdem coarguamus, quia tamen

licuit, semperq; licebit

Dicere de vitiis, personis parcere, &c.

opponimus illis veram illam D. Hieronymi sententiam, dicentis, † generalem de vitiis disputationem nullius personæ continere injuriam, neque carbone notari quemquam, quasi malus sit, sed omnes admoneri, ne mali sint. Philip. Camerar. *horar. succis. cent. 3. in præfat.* ubi plura ejus generis: cui adde Martial. *lib. 10. Epigr. 33.* ubi ait:

302

Hunc servare modum nostri novere libelli,

Parcere personis, dicere de vitiis.

Et Salvian. *de Gubernat. Dei lib. 4. n. 98.* eleganter sic scribentem: *neque ego nunc de ullo dico, nisi de eo tantum, qui in se id, quod dico, esse cognoscit. Si enim extra conscientiam suam sunt quæcunque dico nequaquam ad injuriam ejus spectant cuncta quæ dico. Si autem in se esse novit, quæ loquor, non à mea sibi hoc lingua dici æstimet, sed à conscientia sua.* Et eod. *lib. n. 102.* his verbis: *sed cum ego hoc non de omnibus* (nobilibus de quibus *ibid.* agit) *sed de his, qui tales sunt, prædicaverim, nullus irasci omnino debet, qui nequaquam se talem esse cognoscit: ne hoc ipso, quod irascitur, de cætu ipsorum esse videatur.*

Similem locum vide apud eundem Salvian. *lib. 6. nu. 168.* & ubique Commentatorem doctissimum D. Conradum Rittershu. *p.m.* qui etiam *in Analect. ibid. fol. 561.* præter alia valde pulchra ex Cic. *pro lege Manilia* hæc verba allegat: *Ego neminem nomino: quare irasci mihi nemo potest, nisi qui ante de seipso voluerit confiteri.* postea subjungit dictum D. Ambrosii *Epist. 83. ego neminem nominabo: conscientia sua unumquemq; conveniat.* & sub *d. n. 102. lib. 4.* ex D. Hier. probat, quod si quis dicta in genere & ἀντοπρόσωπως ad se rapiat, atque in se dicta putat, eum quasi soricem suo indicio se prodere, & sibi male conscium se hoc ipso indicare, imo, ut statim ex eodem Hier. subjicit, quando sine nomine contra vitia scribitur, eum, qui irascitur, Accusatorem sui esse.

Solutio contrariorum argumentorum.

Sed nunc ad ea, quæ in contrarium initio quæstionis hujus adducta fuerunt, respondendum est, ne quis eorum persuasione adductus, plus sibi ex Jure hospitandi, quam par sit, usurpare præsumat. Nihil autem ad infringendam à nobis traditam negativam conclusionem faciunt supra dubitandi loco allata. Etsi enim antiquitus antistites sub tutela existentes, suis Patronis, quando ad placitandum venere, ejusmodi comestionum sumptus ministraverint: tamen cum hodiernis temporibus placitandi illa consuetudo ab aula recesserit, consequenter etiam Jus albergandi in desuetudinem abiit, & econtra pro parte clientum libertas non hospitandi præscripta est, † ut sic causa sublata, merito cessare debeat effectus. *l. quod dictum ff. de pactis. l. adigere. §. quamvis. ff. de Jure patron. cap. cum cessante, de appella.* Marant. *in tract. de ordin. judic. p. 2. num. 31.* Piag. *in tract. de tut. & cur. q. 13. nu. 9.* Neguz. *in tr. de pignor. 3. membr. 8. p. p. nu. 28.* Henning. Goden. *cons. 109. n. 127.*

Responsio ad l. dubitandi rationem.

303

Deinde etiam responderi potest, † incertum esse, an hospitatio ista Advocatis exhibita Jure familiaritatis, atque ex gratia magis, quam ex debito facta fuerit, quo casu posito, non potest ex ea inferri, clientes eo Jure obstringi. Nam etsi quis multis † annis hospitio suscepisset nobilem vel Episcopum aliquem in domo sua, per hoc tamen minime obligaretur in futurum ulla præscriptione, secundum Innocent. *in c. cum Eccles. de caus. poss. & propr.* ut refert Hieron. Schurff. *cons. 1. cent. 3.* Joach. Mynsing. *consil. 2. decad. 13. n. 109.*

304 *Alia ad eandem Respons. Albergaria sus an Advocatis exhibitum Jure familiaritatis vel ex debito exhibitum fuerit.*

Quia quando quis facit illud, † quod facere potest de Jure communi, & facit sponte, si postea non vult facere, ad id compelli non potest, nec volens compellere potest dicere, se esse in quasi possessione cogendi istum sic facere, ut post Cynum *in l. 2. quæ sit long. consuet. quæst. 3.* & Alber. *in rubr. ibid.* notavit D. Christoph. de Nicell. *inter consil. feud. cons. 51. num. 6.* & Menoch. præceptor noster colendiss. *de arbitr. judic. quæstion. cas. 160. num. 19.* ubi adfert exemplum in eo, qui amicitiæ & familiaritatis † Jure quodam, sæpissime apud amicum hospitatus est; nam ex mille actibus hospitationis non acquiritur illi hospitandi jus, ita Abb. *cap. cum Ecclesia Sutrina, n. 24.* & *ibi* Ripa *nu. 40. de caus. poss. & propriet.* Dec. *cons. 8. n. 4. ver. quarto & ultim.* Ruin. *cons. 5. n. 13. lib. 4.* Cravett. *de antiq. temp. ultim. part. princip. n. 42. ex l. & habet. § hospites. ff. de precario. & in l. si mulieri. ff. quib. mod. ususfruct. amitt.* Id quod intelligit Cravett. *d. n. 42.* nisi causa † aliqua subsit, ob quam conjiciatur, non Jure familiaritatis, sed Jure servitutis hospitatum fuisse, quod in rustico, qui Capones nobili adferre consuevit, docuit Bart. *in l. cum de in rem verso. n. 9. ff. de usuris.*

305

306

307

308

Quod vero attinet ad authoritatem Petr. Michaelis allatam, is non approbat eam exactionem, sed aperte dicit, illam fieri, contra prohibitionem *d. c. præterea, & c. in quibusdam.* Unde potius pro negativa stat sententia.

Responsio ad authoritatem Petri Michaelis.

Objectionibus porro dissolutis, silendo prætereundum non est, præcedentem decisionem nominatim limitari in Imperatore Advocato. Nam, ut aliis in casibus † quilibet Imperatorem hospitio recipere tenetur, ita transeunte in individuo Petr. Antibol. *in tract. de munerib. §. 2. numer. 19.* ubi allegat ad hoc *l. 1. C. de Episcop. & Cler.* & facit text. *in l. neminem 11. C. de sacrosanct. Eccles.* ubi Imperatores Theodos. & Valent. ad Taurum præfectum prætorio rescripserunt, Neminem ab angariis aut alio quovis munere excusari, cum per loca provincialium Imperator expeditionem arripit, licet ad sacrosanctas Ecclesias possessiones pertineant. Ita quoque in protectionis negotio sentiendum est.

Limitatio decisionis.

309

Ex quibus omnibus satis constare putamus extra hunc casum, † & nisi Jus hospitandi à protectoribus specialiter conventum, aut longo usu præscriptum, vel antiqua consuetudine obtentum fuerit, clientem regulariter ad hospitaturæ onus, atque ad Fodrum præstandum non obligari.

310

His itaque von der Atzung in specie determinatis alia hinc generalior sexto loco resultat quæstio: *An clientes nimirum protectorem † suum ad inopiam lapsum per totam deinceps vitam, vel dum ad meliorem fortunam perveniat, alere teneantur?*

311 *Clientes an protectorem suum ad inopiam lapsum alimentare teneantur.*

Ante quæstionis hujus resolutionem notandum est alimentorum nomine, † non modo victum, sed cætera quoq; onera, & vitæ necessaria contineri, ita text. *in l. 5. §. non tantum. 12. de liber. agnoscend. l. legatis. 6. l. fi. de alim. legat. l. verbo victus. 43. l. quos nos hostes. 134. §. verbum, victus quid vere, fin. de verb. signif.* Bart. gloss. & Dd. *in l. Mela. de aliment.* *alim.*

312 *Alimentorum nomine quid veniat.*

alim. leg. Marant. *in part.* 4. *distinct.* 9. *num.* 52. Guido Papæ *decis.* 439. Nicol. Everhard. *in Topic. loco ab alimentis ad piam caus.* Mynsing. *obs.* 12. *cent.* 3. *& in §. item si de dote. num.* 4. *de act.*

313 Imo ea omnia, sine quibus † corpus humanum sustineri non potest, & quæ hominum natura demonstrat, ut inquit Bartol. *in tract. alim. n.* 1. Angel. post gloss. *in l. cum hi, paragraph. qui transigit ff. de transact.* ubi Zas. late ponit; hanc etiam opinionem tenuerunt late Abb. Ang. Aret. Roman. & alii quos citat Dec. *in l. de alimentis. in princip. C. de transaction.* Castrens. *consil.* 437. *n.* 2. *vol.* 2. Socin. *cons.* 161. *n.* 4. *vol.* 2. præsertim in materia favorabili, & quoties de iis constituendis per *l. in testamentis.* 12. *de reg. jur. & Jura alleg.* non autem remittendis & transigendis agitur, *d. l. cum hi, paragraph. qui transigit.* 12. *de transact.* quum odiosum sit hoc transactionis genus, ideoque coarctandum, per *l. cum quidam.* 19. *de liber. & posthum. ca. odia, de reg. jur. in* 6.

314 His ita positis, † hanc quæstionem primo dubiam facit similitudo, quam libertus & cliens inter se habent. At vero libertum teneri ad † præstanda Domino indigenti alimenta, apertissimi Juris est, *l. si quis à liberis. paragraph. solent. ff. de liber. agnoscend. l. non solum, & l. non aliter. ff. de usu & habit. paragraph. item is, qui*

Affirmativa. Rationes dubitandi pro affirmativa.

315 *adium. Instit. eod. tit. gloss. fin. in l. fin.* ubi Bald. & Salycet. *C. de bon. liber.* Dynus Bart. Alben. & alii *in d. paragraph. solent.* ubi Cordub. *num.* 4. Specul. *in tit. qui fil. sint legit. paragraph. fin. num.* 7. Jason *in l. si non sortem §. libertus num.* 4. *ff. de cond. indeb.* Tiraquel. *in l. si unquam. in verb. libertis. num.* 51. *C. de revoc. donat.* Quæ

316 † obligatio alendi Patronum non tam descendit à Jure civili, ut probatur *in l. fin. de lib. agnosc. & l.* 1. *C. de oper. libert.* quam à naturali quadam ratione, per quam

317 benefacienti † vicissim rependendum est beneficium. *d. C. si non sortem, paragraph. libertus. Digest. de condict. indeb.* Ideo Coras. *in l. omnia. num.* 6. *Digest. de offic. præfect. urb.* dicit, libertum erga Patronum teneri naturali & civili Jure ad alimenta, sequitur Joan. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 51. *num.* 20. Adeo,

318 † ut libertus Patrono alimenta denegans redigatur in pristinam servitutem, *l. alimenta, paragraph.* 1. *ff. de liber. agnosc. cap. octava.* 12. *quæst.* 2. ubi generaliter loquendo in quacunque ingratitudine dicit talem esse immerita libertate privandum. *l.* 2. *C. de liber. & eor. liber.* Et dicit Bald. *in l.* 1. *C. de ingrat. lib.* quod Philosophus quidam, qui primus servitutem introduxit, asserebat, esto servus, qui liber esse nescivisti. Refert eum & sequitur Jason *in l. ex hoc Jure. num.* 54. *in fin. in* 2. *effect. antidoralis obligationis. ff. de justit. & Jur.* quod ipsum etiam sequendo adducit Ripa, *in l. final. num.* 4. *C. de revocand. donat.*

319 Secundo vasalli, † etiam cum quibus non minus quam cum libertis magnam habent cognationem clientes, videntur obnoxii esse Domino indigenti ad exhibenda alimenta. Ita expresse Bartol. *in tract. aliment. num.* 45. Specul. *tit. qui filii sint legitimi numer.* 11. fac. text. *in tit. de nova form. fidel. & in §. licet. si de feud. defunct. cont. sit. in usib. feudor.* ubi dicitur, vasallum Domino adjutorium præbere debere, si sciat ei magnum imminere periculum.

Ratio dubitandi II.

320 At negando † alimenta, non solum non adjuvat, sed necat. *l. necare. Digest. de liber. agnosc.* idem tenet Bald. *in l. unica. paragraph. sed scimus circa fin. C. de Lati. lib. tollend.* Ejusdem partis fuit Roman. *in l. si quis non quæsi. num.* 1. *Digest. de acquirend. hæreditat.* ubi allegans Placentin. adducit, quod in dubio melius sit ministrari, quam negari alimenta ei, qui aliquo casu futurus est Dominus, *l.* 1. *paragraph. sed si maritum de ventre in possess. mitt.* Idem tenet Aret. *in d. l. si quis non. colum.* 2.

321 *vers. ex isto text.* ubi movetur ratione Bald. quod † sicuti Dominus tenetur alere vasallum de fructibus feudi, ad se reversi *cap.* 1. *an mut. vel alit. imperfect.* ita & multo magis vasallus de iisdem fructibus Domino egenti alimenta præstare obstrictus sit, subjungens, quod vasallus Domino obligatus sit ad antidora, quia recipiat

322 † feudum, quod est beneficium, ut inquit text. *in c.* 1. *§. quib. mod. feud. amitt.* Hostiens. *in summ. feud. paragraph.* 1. sequitur Jacob. de Ardiz. Blanc. Bald. Alvar. Martin. Laud. Cardinal. *in prælud. feud.* Cardin. & Imol. *in cap.* 2. *de feud.*

323 At vero antidoralis † obligatio producit necessitatem alendi, Joan. Petr. Surd. *tract. de alim. tit.* 1. *quæst.* 55. *num.* 14. estque de ejus natura, ut benefacienti ultro benefaciamus, & sicuti gratis recipimus, ita ultro reddamus *cap.* 1. *de magistr.* Clar. *in tract. de donationibus. quæst.* 21. *num.* 3. Corne. *cons.* 15. *col. pen.* 1. *vol.* 1. *& col. fin.* Prædictos secutus est Jason *in usib. feud. num.* 20. ubi cum Bart. & Bald. expresse tenet, dominum alendum esse à vasallo. Ardiz. *tit.* 61. *in summ. feud.* ubi multa in hanc sententiam adducit argumenta. Chassan. *in consuet. Burgund. rubr.* 1. *des justices.* §. 4. *n.* 8.

324 Tertio hæc eadem opinio corroborari videtur exemplo Advocati † Ecclesiastici, qui ad egestatem prolapsus merito ab Ecclesia non secus, ac Dominus à vasallo & Patronus à liberto alimenta expectat, per textum expresse *c. contra,* 29. *cap. quicunque* 30. ubi gloss. 16. *q.* 7. *cap. nobis. extr. de jur. patron.* Cyn. *in l. competens C. de nat. lib.* Alber. *in rubr. C. de aleud. lib.* Lambertin. *tractat. de jur. patron. lib.* 3. *in* 3. *quæst. princip. in fin. in princip.* Chassand. *de jur. patron. decis.* 3. *n.* 2. Joan. de Plat. *in rubr. C. de decurionibus in fin. lib.* 10. Ripa. *in l. cum filio. n.* 15. *ff. de leg.* 1. Cordub. *in l. si quis à liberis. §. fin. n.* 22. *&* 28. *ff. de lib. agnos.* Bero. *consil.* 3. *n.* 63. *volum.* 1. Duar. *§. de benefic. cap.* 4. *in fin.* eaque pin-

Ratio dubitandi III.

325 guiora, † quam aliis pauperibus præstari assolent, *gloss. in d. cap. nobis. de jur. patron.* Paul. de Citadin. *de jur. patron. artic.* 4. *part.* 6. *n.* 157. Abb. *in d. cap. nobis n.* 6.

326 Et quidem † petit officio Judicis sibi de alimentis provideri ab Ecclesia, *d. c. nobis. d. c. quicunque* 16. *q.* 7. Citadin. *d. art.* 4. *p.* 6. *in* 3. *quæst. n.* 159. idemque in specie adseverat Specul. *in tit. de offic. omn. jud. §.* 2. *n.* 5. refert & sequitur Surd. *de alim. tit.* 3. *quæst.* 3. *n.* 4.

327 Videtur ergo idem concludendum esse de clientibus propter similitudinem, quæ † eandem inducit dispositionem ac Judicium *ca. inter cæteras. de rescript. cap.* 2. *de translat. Episc. §. recte, in versic. & huic simile Inst. mandati l. non possunt ff. de legib.* Everh. *loco à simili n.* 3. Matth. Stephan. *dialect. jur. loc.* 94. *à simili vel pari. n.* 2.

328 Verum his non attentis contraria sententia † verior ac receptior est, quod nimirum nec cliens protectori, nec vasallus Domino alimenta ministrare obligati sint.

Decisio Negativa.

329 Ita in terminis de vasallo resolverunt, † Jacob. Ardiz. *in summa quibus mod. feud. amitt. sub rubr. an vasall. tene. dom. egen. alere.* per *l.* 3. *paragraph. penult. ff. de adminístr. rer. ad Civi. pertinen.* Joan. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. qui fil. sint legit. paragraph. fin. n.* 11. *in fin.* his subscripserunt Rayn. Isern. Præpos. Afflict. & Alvarot. *in ca. licet si de feud. fuer. controvers. inter dom. & agnat.* Curt. *tract. feud. part.* 4. *in princ. post quartam dubitat. & rursus in causa* 38. *colum.* 1. *versic. ego autem advertendum.* ubi ait feudistas ita communiter tenere,

Ratio decidendi quo ad vasallum.

330 quod vasallus † non privetur feudo, si non alat Dominum, Zas. *in epit. feud. part.* 7. *n.* 43. *& singul. resp. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 85. *ver. Jam de altero.* Roland. à Vall. *consil.* 6. *n.* 15. *vol.* 3. Capic. *in sua investit. feud. §. feudorum alimenta in princ.* ubi attestatur de communi. Clar. *de feud. q.* 23. ubi pariter hanc communem adstruit, Jacobin. *de feud. verb. & cum pacto quod dicti vasalli n.* 7. *& de homag. nu.* 29. & alii passim ab his adducti.

Prin-

331 *Ratio decisionis de protectore.* Principalis decisionis nostræ ratio est, † quod nusquam hoc Jure cautum reperiatur, nec observetur de consuetudine, ideoque non sit inducendum de novo, *l. illam. 19. C. de collation.* Archid. *in proœm. sexti* Salycet. *in l. solo C. de lib. caus.* ubi. quod vasallus, ob de-
332 negatam † Domino sustentationem, non privetur feudo, cum id lege aut consuetudine feudorum scripta non caveatur, subdens pro hoc facere regulam, quod
333 † amicus amicum, & tutor pupillum ad egestatem prolapsum alere neutiquam teneatur, *l. 3. §. pen. ff. ubi pupill. educar.*

334 At vero, quod nec receptum † consuetudine, nec Juribus est constitutum, id haud temere asserendum est. *§. consideremus. Auth. de trient & sem. l. si vero. §. si de viro ff. solut. matrim. l. si servum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. l. dissententis. C. de repud.*

335 *Ratio decidendi II.* Præterea constabilitur præmissa † assertio nostra etiam ex eo, quod onera non sint multiplicanda in humeros clientum, qui jam ante protectoribus suis annuatim splendida plerunque honoraria pro exhibenda defensione pendere debeant, arg. *l. semper, in obscuris.*
336 *ff. de reg. jur. & l. Titia. §. qui in vita ff. de legat. 2.* † & sicuti à principio quælibet res præsumitur libera nisi in contrarium expressim edoceatur, imposita, *l. manumissiones, & §. jus naturale. l. 1. ff. de justit. & jur. l. altius C. de servit. & aq.* Ambros. de Vignate. *inter con-*
337 *sil. feudal. cons. 52. numer. 8.* Ita ex post-facto ea † capienda sit interpretatio, per quam servitus, quanto minor fieri potest, inducatur, ut eleganter annotavit Joan. Petr. Surd. *tractat. de aliment. tit. 1. quæst. 55. num. 4.*
338 Etenim in dubio semper † potius pro libertate, quam contra standum est, Bald. *in l. ult. numer. 15. vers. ex hoc deciditur. ff. de ser.* idem Bald. *in Auth. omnes peregrin num. 10 C. commun. de success.* Frider. Pruckman. *consil. 14. nu. 140. vol. 1.*

339 *Ratio decidendi ult.* Neque demum verisimile est, † quod, tempore constitutæ protectionis, clientes, præter annui salarii solutionem, sese quoque ad alimentandum protectorem ad inopiam redactum obligare voluerint, argum. gloss. singular. *in c. quicunque 19. quæst. fin.* Roland. à Vall. *cons. 5. post nu. 16. vol 3.*

In obligatione autem non veniunt ea, de quibus initio contractus initi verisimiliter non fuit cogitatum, sed
340 in dubio † capienda est potius interpretatio, quæ non repugnat verisimili, *Papinianus in l. tale pactum. paragraph. ultim. ff. de pact.* ibique Accurs *in gloss. ultim. in fin.* & Jason *numer. 16.* Decian. *consil. 29. num. 40. volum. 2.* Gratus *consil. 94. numer. 50 volum. 2.* Menoch. *cons. 80. num. 38. vol. 1.* Fabi. Turret. *consil. 2. num. 14. vol. 2.* Riminald. Jun, *consil. 487. nu. 64. vol. 5.* Archill. Peddroch. *in respons. de Interpret. & resol. contrar. nu. 594. & seq.*

341 Ultra pacta igitur conventa, clientum onus porrigi non debet *l. si unus. §. ante omnia ff. de pactis.* idque etiam propter tenorem verborum in contractu apposito-
342 rum à quibus † in re dubia non est recedendum. *l. non aliter ff. de legat. 3.* ubi dicitur, non recedi à significatione verborum, nisi manifestum sit, testatorem aliud sensisse *& l. 1. §. si is, qui navem, vers. in re igitur dubia de exerc. act.* Roch. de Curt. *inter cons. feud. cons. 57. n. 7.* Dn. Jacob. Henrichman. *in appendice cons. 1. nu. 5.*

Solutio contrariorum Argumentorum. Neque assertionem nostram infringunt, quæ *supra* de Patronis liberti, & Patrono Beneficiali tanquam co-
343 gnatis allata sunt.

Responsio ad objecta de Patrono Liberti & Collatore beneficiorum. Quæ Juris vulgati est, † æquiparationem generalem non habere locum in iis, quæ competunt Jure speciali, Crott. *in l. 1. col. 3. de leg. 1.* ubi notat, licet Capitulum sede vacante Episcopo æquiparetur in Jurisdictione, non tamen in iis, quæ competant ex singulari privilegio, ut tradit eleganter Abbas. *in cap. verum. num. 9. vers. nota hoc dictum col. 2. extr. de foro compet.* Roman. *cons. 506. in fin.* refert Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. c. 27. nu. 25.* sequitur Tob. Paurmeist. *de Jurisd. Imp. Roman. ca. 5. n. 44. lib. 2.*

344 At vero Jus † alimentandi in Patronis liberti, & Ecclesiastico speciale est, iisque singulari Juris privilegio concessum est, *Jurib. supra allegat.* Ergo ad patronum tutelarem, de quo nihil ejusmodi in Jure constitutum reperitur, nullatenus extendendum est.

345 *Transitio ad effectum qui Patronis tutelaribus ut & potestas suscepta protectionis competunt.* Et hucusque de iis, quæ clientes protectorum suorum gratia vel omittere vel facere tenentur, disseruisse sufficiat, num econtra quidnam † Juris Advocati vi, & potestate susceptæ vel commissæ protectionis consequantur, explicandum restat.

Priusquam tamen speciatim de effectibus singulis differamus, id generatim notandum est, quoniam in Jure scripto, quid potestatis per Advocatiam protectoribus tribuatur; vix usquam definitum reperitur, † ideo consuetudines locorum ea in re potissimum observandas, vel ex pactis & conventionibus, ad quid sibi Advocati & clientes invicem teneantur, cognoscendum esse, scite admonet clariss. IC. Henric. à Rosenth. *synops. feud. c. 4. concl. 14. numer. 3.* ubi etiam ad finem sub *num. 5.* ait, se magnos viros novisse, addubitantes, quid Juris hi Advocati habeant, & an iidem sint, qui Kastenvögt appellantur.

Advocati ac protectores ratione susceptæ vel commissæ defensionis quidnam Juris consequantur.

346 Ne tamen & nostram circa effectuum indagationem diligentiam desiderare quis possit, nominatim etiam, quid de iisdem Juri consentaneum esse putemus pro instituti nostri ratione lectorem admonebimus, idque studiosis non ingratum fore speramus, si de his paulo uberius, & novo fortassis more, quædam exposuerimus, quod ut cum aliquo juventutis fructu & provectiorum delectatione fiat, operam dabimus.

347 *Effectus I.* Primus autem & potissimus hoc in ordine, † intuitu Advocatiæ resultans effectus est, Jus ac potestas defendendi in clientelam susceptos, de eo autem Jure, ubi, quomodo, quando quoties & contra quos exerceri oporteat, cum in subsequentibus capitibus satis copiose actum sit, hoc loco eo remisisse sufficiat.

348 Nec tamen obticendum est, † adeo firmum ac validum esse hunc effectum, ut licet Advocati tutelares in tuendis clientibus suis oppressores in pugna mutilent, aut omnino interimant, de expensis tamen, sive damno dato occisorum hæredibus non teneantur, Cravett. *cons. 119. num. 11. vol. 1.* Plot. *in repetit. l. si quando. 9. §. 40. num. 14. C. unde vi.* Georg. Obrecht. *tract. de defension. necess. c. 12. num. 9.* Nam quod tali casu factum
349 est, Jure factum censetur, cum defensio † omni Jure sit permissa Jacob. Ayrer. *in prolegom. tract. de necess. homicid. nu. 42.* Petr. Royz. *decis. lib. 5 n. 76.* Clar. *lib. 5.*
350 *sententiar §. homicid. n. 24.* Nec ulla lege † vel statuto imo nec per Principem tolli possit, *Clem. pastoralis vers. cæterum. de re Judic.* Bart. Romul. *compend. homicid.*
351 *part. 1, nu 37.* Nemini autem † damnum aut injuriam faciunt, qui Jure suo utuntur, *l. nullus. 55. & l. factum. 197. ff. de reg. jur. l. Proculus. 29. l. fluminum. 24. § fin. ff. de damn. infect. l. Gracchus C. ad leg. Jul. de adult. & c. cum Ecclesia 31. extr. de election. & electi potestat.*

352 Quin hisce in casibus non bellum sed potius Juris executio fieri dicitur. Innocent. *in c. olim causam. n. 8. & 9. de restitut. spoliat.* Andr. Gail. *lib. 1. de pace publ. c. 8. n. 25.* At Juris executio non habet injuriam, *l. injuriarum in princ. vers. Juris enim, de injur. l. fin. §. & licet neminem C. ad leg. Jul. repetund. l. nihil consensui §. non capitur ff. de reg. jur.* Matth. Coler. *cons. 7. n. 85.*

353 Ex quo damnum datum occisis † potius, quam defensoribus imputandum est. *l. si mercen. 25. §. culpa. ff. locati.* Defensores enim in hoc nullum delictum, scelus,

scelus, crimen vel maleficium commiserunt, secundum Bald. *in l. data opera.* 11. *num.* 8. *C. de his qui accus. poss.* & Marsil. *in l.* 1. *num.* 36. *versic. & ratio prædictorum C. ad l. Cornel. de Sicar.* & facit *l.* 3. *C. ad leg. Cornel. de sicar. cap. offic. cap. non est antiquitatis cap. cum homo. ca. si homicidium,* 23. *q.* 5. & aggressores potius à seipsis occisi videntur, per doctrinam Panormitan. *in cap. clerici. de vita & honest. cleric. nu.* 2. & not. Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 116. *n.* 6. & 7.

Effectus II. Secundus effectus, qui respectu Protectorum consideratur, est jus exigendi annui honorarii à clientibus, ratione pactæ protectionis debiti, de quo cum *in c.* 14. *de Adiacentibus Advocatia* latissime pertractatum sit, eo loci lectorem remitto.

Effectus III. Tertius hujus ordinis effectus respectu Protectorum Ecclesiasticorum, ut *in cap. subsequenti* fusius probatur, olim valde frequens fuit, Jus videlicet ac cura administrationis bonorum monasticorum, Joan. Strumpff. *Chron. Helvet. lib.* 5. *cap.* 3. Christoph. Lehman. *Chron. Spirens. c.* 3. *lib.* 2.

354 *Ad protectores an hodie administratio bonorum clientelarium pertineat. Affirmativa.* *An autem hodiernis temporibus idem effectus militet, † & protectores administrationi bonorum Ecclesiasticorum volentibus nolentibus Prælatis, sese ingerere possint, dispiciendum est.*

Et in partem quidem † affirmativam descendendum esse, suadent ea, quæ summus Pontifex Gregorius X. *in c. generali de election. in* 6. constituit, in eodem enim universos & singulos Custodiam, Guardiam Advocationis seu defensionis titulum habentes, hortatur, ut ab illorum abusu abstineant & bona, quorum custodiam habent, in bono statu conservent, sed ejusmodi conservatio fieri non posse videtur, si protector non habeat administrationem eorundem bonorum: illam ergo Advocatis regulariter permissam esse dicendum est. 355 *Rationes dubitandi in partem affirmativam. Ratio dubitandi II.*

Deinde eadem affirmativa stabiliri posse videtur per textum manifestum *in c. quicunque* 30. *caus.* 16. *qu.* 7. ubi asseritur, Fundatores † Ecclesiarum seu patronos habere Jus providendi bona Ecclesiastica, licet non habeant Jus vendendi, vel utendi, tanquam propriis. Cum ergo Patroni atque Advocati Ecclesiastici hoc in genere æquiparentur, quod in illis statuitur, etiam in his obtinere debet, *gloss. fin. l. si quis servo. C de furt. l. illud. in princ. de donat. caus. mort.* Matth. Coler. *cons.* 60. *n.* 60. 356

357 *Ratio dubitandi III.* Tertio eandem affirmativam in † terminis Advocatiæ tueri videtur Thom. Michael. *disputat. de Jurisdict. thes.* 55. *lit. G.* ubi asserit, Advocatis Principibus in cœnobia sub eorum districtu sita competere administrationem temporalium, adeo ut sine illorum † consensu, immobilia monasteriorum bona oppignerari aut alienari non possint, per notat Redoan *in tract. de reb. Eccles. non alienand. sub rubr. de caus. cognit. numer.* 3. 358

359 *Decisio Negativa.* Verum prædictis aliisque in speciem † adducendis nihil refragantibus, concludo, prætactum effectum administrationis bonorum in protectoribus nostri temporis vires amisisse, nec posse aut debere Advocatos sese administrationi ejusmodi ingerere, idque probatur textu evidenti *in cap. si quis* 16. *quæst.* 7. ubi Calixtus Papa id hisce verbis inhibuit: *Si quis*, inquit, *Principum † vel aliorum Laicorum dispositionem seu dominationem rerum sive possessionum Ecclesiasticarum sibi vendicaverit, ut sacrilegus judicetur*, & habetur idipsum *in rubr. d. cap.* 16. ne scilicet res Ecclesiæ Laici attingere atque administrare audeant. *Ratio decidendi I. à textibus.* 360

Deinde etiam ejusmodi administratio disertis verbis vetita est ab Innocentio III. Pontif. Maxim. *in capit. in quibusdam. extr. de pœnis*, ubi expresse prohibentur Ecclesiarum † Advocati & similes personæ, ne bona Ecclesiæ invadant, vel super iis aliquid disponere attentent, & si contra facere, aut plus usurpare, quam reperiatur in Jure expressum, præsumpserint, per severitatem Canonicam districtissime compescantur. 361

Similes textus omnem Laicis administrationem bonorum Ecclesiasticorum inhibentes habemus *in cap. Laicorum* 16. *quæst.* 17. ubi expresse cautum est, quod nullus Laicorum Ecclesias vel Ecclesiarum bona occupare debeat, vel disponere, & quod is, qui secus egerit, debeat, ab Ecclesiæ liminibus arceri. † Idemque sane statuitur *in cap. nullus omnino. ead. caus. & quæst.* ubi dicitur, quod & cura animarum & pecuniarum Ecclesiasticarum dispensatio in Episcopi judicio & potestate permanere debeant; & si quis contra fecerit, & potestatem ad Episcopum pertinentem sibi vendicaverit, debere eum à liminibus Ecclesiæ arceri, &c. 362

Præterea negativam hanc † assertionem nostram post alios amplectitur Francisc. Pfeil *consil.* 183. *num.* 5. & *seq.* ubi communem Canonistarum sententiam secutus statuit: Advocatum Laicum ad † cognoscendum, an bene maleve per Rectorem Ecclesiæ res administratæ sint, rationum redditionem ab eo exigere haud posse, cum sine hujusmodi rationum exactione facile de eo constare possit. Quod si ergo hoc ei facere non liceat, multo minus ipse se administrationi rerum Ecclesiasticarum ingerere potest. 363 *Ratio decidendi II. ab auctoritate.*

Sic & eandem decisionem nostram amplectitur magni nominis IC. Dn. Andr. Knichen. *de Jure territor. cap.* 4. *post num.* 319. ubi innuit licet olim Oeconomia atque obventionum rationes Advocatis incubuerint, postmodum tamen non sic usurpatum fuisse, eumque insecutus Tob. Paurmeister. *de Jurisdict. lib.* 2. *cap.* 9. *numero* 24. & 27. testatur, priscis quidem temporibus Advocatorum munus œconomiæ quoque administrationem comprehendisse. Hodie tamen cum Prælati fere omnes de Jurisdictione universa, instar Principum Politicorum, investiantur, officium Protectorum administratorium, ut *alibi* etiam insinuavimus, in desuetudinem abiisse.

Tertio constat hodiernis † moribus & Jure approbante, omnibus Prælatis omnimodam administrationem Ecclesiarum, collegiorum ac Monasteriorum suorum competere, *capit.* 2. *de donationibus in princip. ibi*; Fraternitatem tuam credimus non latere, quod cum Episcopus & quilibet prælatus, Ecclesiasticarum rerum sit Procurator, &c. & *cap. præcipimus.* 12. *q.* 1. *in princip. ibi* Præcipimus, ut in potestate sua res Ecclesiæ Episcopus habeat, si enim animæ hominum pretiosiores illi creditæ sunt, multo magis oportet eum curam de pecuniis agere, & *cap. ult. ibique gloss. verb. procurationem & c. sine exceptione.* ubi etiam gloss. *q.* 2. *c. decretum.* 10. *q.* 1. ubi administratio Ecclesiæ & omnium Jurium ejus attribuitur Episcopo, hisce expressis verbis, *Decretum est, ut omnes Ecclesiæ cum dotibus suis & decimis, & omnibus suis Juribus in Episcopi potestate consistant, atque ad ordinationem suam semper pertineant.* & *in c. quæcunque d. q.* 2. ubi evidenter etiam sancitur, omnes res Ecclesiasticas judicio & potestate Episcopi esse gubernandas. Henrichman. *cons.* 24. *nu.* 18. *v.* 3. & *in appendice consilior. cons.* 2. *num.* 14. Martin. Uran. *cons.* 75. *n.* 42. *vol.* 2. ubi dicit, prælatum † regularem de omnibus vigilem curam & diligentem sollicitudinem habere debere per *c. cum ad monasterium, ante fin. de statu Monach.* & omnia, quæ vel ad divini cultus reverentiam, vel ad utilitates monasterii pertinent, prælati sollicitudinem adimplere debere. *c. nullam.* 18. *qu.* 2. & non modo deperdita † temperare, sed etiam si possit, nova acquirere, secundum Joan. de Imol. *in clem. quia contingit* & Gemmian. quem *ibi* refert & sequitur Card. *de relig. dom.* allegantes *cap. quicunque* 12. *quæst.* 4. & *l. quicquid C. arb. tutel.* 364 *Ratio decidendi III.* 365 366

Siqui-

367 Siquidem hodie prælati † plerique in Jurisdictione, titulo vel privilegio expresso vel tacito quæsita, bonorumque administratione, in districtu suo, quoad personas & causas, eandem potestatem ac Jus habent, quod alii Status sæculares ac politici. Ita à Canonistis, prælatos nimirum temporalia habere, atque administrare posse, annotatum est *in c. Romana §. debet de appellat. in 6.* Paul. de Castr. *in l. si quando* & *ibi* Bartol. *num. 13. C. de appellat. gloss. in cap. solitæ, de major. & obed.* Bart. *in l. 1. §. si quis. ac appell.* Et in specie de Jurisdictione temporali asseveravit Card. *in Clem. statutum. de elect.* Paurmeist. *de Jurisdict. d. c. 9. n. 16.*

Rationes decidendi plures remissiva. Porro ad confirmationem præsentis decisionis conferunt etiam ea quæ *in Cap. III. de verbor. signific.* ad quæst. *An Castenvogthia plus Juris in se contineat, quam simplex Advocatia*, late atque ex instituto deduximus, eo lectorem remittentes.

Solutio contrariorum. Non obstant autem huic decisioni ea quæ in præmissis tribus dubitandi rationibus adducta fuerunt, quia licet † Advocati tutelares Ecclesiastici, non habeant administrationem bonorum suæ defensioni commissorum, ipsis tamen competere inspectionem quandam ac curam, ne bona Ecclesiarum ac Monasteriorum dissipentur, & hoc est, quod voluit prællegatus Thom. Michael, ubi adducit, ita sentientem Panorm. *in rubr. de Jure patron. nu. 4.* asserentem, Jus Patronatus esse onerosum, quod Patronus teneatur curam habere, ne bona Ecclesiæ dilapidentur.

368

369 *Extensio precedentis moderationis.* Et istiusmodi inspectio tanto † magis competit illis protectoribus, eorumve hæredibus ac successoribus qui bona sua ad monasteria vel Ecclesias contulerunt, argumento patroni Ecclesiastici, ad quem curam ac sollicitudinem Ecclesiæ & possessionem ipsius spectare docent, text. *in c. filiis. 31. 16. q. 7. c. constitut. 16. q. 1. c. ex lit. 7. in fin. de jur. patron.* ubi Borch. *nu. 11.* & Joan. de Anan. *nu. 5. c. in Lateranens. 31. de prebend. & dignit.* Citadin. *tract. de jur. patron. part. 6. art. 5. n. 9.*

370 Specialius idipsum edocetur † per privilegium, quoddam monasterio Cæsariensi à Berchtoldo quondam Comite de Lechsgemünde Anno 1244. concessum, cujus tale est proœmium. Quia progenitores nostri primi & præcipui Cæsariensis Ecclesiæ Fundatores extiterunt, eamque prædiorum suorum aliarumque rerum largitione dilatare ac promovere ad honorem gloriosæ semperque Virginis Mariæ curaverunt: Decet utique & rationi prorsus censetur cohærere, ut & nos piam & laudabilem ipsorum devotionem imitantes, prænominatam Ecclesiam diligamus, eamque manu teneamus: nec non & ipsius utilitatibus tanquam propriis intendamus, &c.

371 *Patroni consensus an hodie ad alienationem bonorum Ecclesiæ necessarius sit. Decisio Negativa rationibus probata.* Sed hic quæri solet, *an illa*, † *qua protectoribus competit inspectio eousque vires extendat, ut in alienatione rei ad Ecclesiam pertinentis, consensum Advocati Laici pro substantia requirat.*

Ad hoc quæsitum, remotis ambagibus negative respondeo arg. *c. noverint, & c. regenda. 10. q.* Anchor. *cons. 121. incip. ex narratis* Fel. *in ca. cum accessissent, col. 7. v. idem si Episcopus vellet, de const.* Citadin. *part. 6. art. 4. q. 13.* Roch. de Curt. *de jur. patr. ver. onerosum. nu. 3. & ver. honorificum nu. 10.* & ab hac sententia non recedendum esse, sive in concessione ad Emphyteusin sive in alia alienatione dicit Lambert. *de jur. patr. art. 7. qua. 2. princ. n. 5.* Et hoc ipsum consulendo tenuit Modest. Pisto. *tom. 1. cons. 28. nu. 21.* ubi hisce verbis necessitatem consensus improbat: Und wann nun gleich Kläger das Jus patronatus seinem angeben nach hette / so folgt doch darauß nit / daß *in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, quas antecessores sui dederunt Ecclesiæ*, sein Consens und Bewilligung vonnöthen. Dann ob wohl in Rechten etliche Solenniteten erfordert / die da *in alienationibus rerum Ecclesiasticarum* sollen gehalten werden / wie wir dann davon haben *in Auth. hoc Jus C. de sacrosanct. Eccles.* quæ refertur *in c. hoc jus 10. qu. 2. & c. fine. 12. quæst. 2. & c. tua, de his qua fiunt à prælatis*; So stehet doch in solchen Rechts Ordnungen noch sonsten an keinem Ort nicht / daß Kirchen Güter oder Einkommen von der Kirchen / ohne bewilligung deß / der solche Güter zu der Kirchen gegeben / und sich von wegen solcher Stifftung deß Juris patronatus anmasset / nit können verkaufft oder alienirt werden.

372 *Limitatio præmissæ decisionis.* Quamvis in mutatione Status † Ecclesiæ, veluti si Episcopus ex Capella, collegiatam vel conventualem erigere velit, contrarium asserendum existimem, suffragante Henr. Boich. *in c. præterea. n. 14. de jur. patron.* Nicol. Delphin. *tract. de jur. patron. n. 196. gloss. p. c. monasterium. cum seq. 16. q. 7. c. cum dilect. c. decernimus. ibid.* Butr. *in c. nobis. 25. n. 26.* late *de jur. patron.* arg. *c. quicunq. 16. q. 7. c. dilecta 14. de excess. prælat.* Hostien. *in c. suggestum*, ubi Imol. & Boich. *de jur. patron.* Bald. *in l. si quis presbyt. C. de Episc. & cler.* Dec. *in c. cum venerabilis. n. 134. de except.* Quæ enim ad † certum usum largitione fidelium destinata sunt, ad illum debent, & nõ ad alium converti *c. quia contingit 2. Clem. de relig. dom.*

373

Et hæc breviter de consensu protectoris in alienatione rerum Ecclesiæ non necessaria, dicta sufficiant.

Solutio contrariorum Argumentorum. Cæterum ad Principalem, de administratione earundem Advocatis competente propositionem redeundo à Negantium sententia neminem alienum facient, ea quæ initio dubitandi causa adducta fuere.

374 *Resp. ad 1. dubitandi rationem.* Quod enim primo loco ad † patronos beneficiarios attinet, licet illi habeant Jus providendi & custodiam Ecclesiæ vacantis, nullum tamen in eam administrationis Jus vendicare possunt, uti ex Card. Zabarel. *in Clem. 2. quæst. 5. de jur. patron. & in Clem. 1. post prin. de censib.* deducit Matth. Coler. *cons. 33. nu. 68.* Unde allegatus *in d. c. quicunque. 16. q. 7.* textus non concedit Patronis administrationem rerum Ecclesiæ, sed Jus tantum inspectionis ac solicitudinem quandam, ut res Ecclesiarum à se fundatarum sartas tectasque conservari curent, ceu aperte colligitur ex textu *c. filiis 16. q. 7.* ubi dicitur, licitam esse hanc bonæ intentionis solertiam, ut si filii, Nepotes aut propinqui ejus, qui construxit vel dotavit Ecclesiam, Sacerdotem vel ministrum aliquid ex collatis rebus defraudare præviderint, commonitionis honestæ conventione compescant. Ubi tamen subjungitur, prædictis † patronis non licere in rebus illis quasi Juris proprii potestatem exercere, sed ibidem ulterius disponitur, ut si presbyter bona Ecclesiæ dilapidet, Advocatus Episcopo, aut eo similiter prodigo existente Metropolitano, aut si hic decoctor sit, Imperatori omnino id denunciare debeat, text. *in c. constitutum. 16. q. 1.* text. *in d. c. filiis. 16. q. 7.* Panorm. *in c. novit. de Judic.* Lambert. *de Jur. patron. art. 12. quæst. princip. 2. lib. 2. num. 1.* Roffred. *in pract. Jur. Pontif. part. 5. de jur. patron. tit. de onere, quod habet prælatus pro Eccles. num. 1.* Duar. *lib. 5. de benefic. cap. 4. in fin.* Nec tantum, ne reditus † Ecclesiæ in alios usus convertantur, quam in quos tempore fundationis deputati sunt, impedire, *cap. ex literis. 7. in fin. de jur. patron.* ubi Boich. *num. 11.* & Joan. de Anan. *num. 5.* Specul. *in tit. de Simonia. n. 5. c. cum & plantare. 3. §. 1. de privil.* Panorm. *in c. suggestum de jur. patron.* Citadin. *eod. tract. part. 6. artic. 4. quæst. 13. n. 25.* sed etiam male † alienata repetere possit gloss. *in d. cap. constitutum in pr.* per ill. text. & *cap. filiis 16. q. 7.* Lambert. *art. 2. quæst. princ. 2. n. 1.* text. clar. *in d. c quia contingit. clem. de relig. dom.* Et in hunc etiam sensum adstruit *c. rationis. 16. q. 7.* quod rationis ordo non patiatur, ut monasterium, contra voluntatem fundatoris ab eorum dispositione ad arbitrium suum, quis debeat vendicare. Unde & dicit Panorm. *in d. cap. suggestum*, quod patronus possit impedire, ne reddi-

375

376

377

redditus Patronatus Ecclesiæ in alios usus convertantur, quam ad quos tempore fundationis fuerint destinati. Item quod non possit † Episcopus Ecclesiam ab aliquo fundatam, sine consensu ipsius alteri Ecclesiæ subjicere. Sic etiam disputat gloss. *in cap. nobis de jure patronat.* non † posse mutari statum Ecclesiæ ab Episcopo, in præjudicium patroni, sine consensu ipsius. Quos textus ad hoc allegans Modestin. Pistor. *consil.* 43 *sub numer.* 20, *libr.* 1. hunc intellectum hisce vulgaribus verbis approbat: † Aber wann man diese text. alle recht besihet / so gibt dennoch dem Patrono keiner die Macht / die gestiffte Güter vnderhanden zunemen / oder zu administrieren / sondern seyndt allein dahin gericht / daß der Patronus mag vnd soll helffen einrathen / vnd mit zusehen / wie die gestifften Güter gebraucht / vnd da er was vngebührliches / oder etwas / das der Kirchen zu Nachtheill möchte gereichen / vermerckte / dasselbige dem Bischoff / oder der gebürlichen Obrigkeit anzeigen / auch darob seyn / daß solche mißbraucher vnd dilapidatores von jhrem Ampt abgesetzt / oder auch daß ein Weltliche Obrigkeit die jenigen / die der Kirchen Güter mißbrauchen straffe / wo jhnen die Geistlichen zu schwach weren.

(378, 379, 380)

Idem clarius exprimit *eodem consil numero* 30. hisce verbis: vnd wann man gleich sagen wolt / daß der Statt nicht allein der Schutz der Closterpersonen / sondern auch der Güter befohlen / ut apparet ex illis verbis, bonaque & res.

381 Darumb / wann gleich die Closter personen alle verstorben / so seyn doch † noch die Güter vorhanden / welche die Statt gleich so wol als die Personen vor Gewalt zu verthendigen schuldig / vnd ob sie schon niemands darumb anlange / so sey doch der mangel an dem / daß sie abgestorben / vnd nicht anregen können / 382 † so volgt doch nicht / daß die Statt / vermöge solches befelchs / die Güter an sich zuziehen / oder in andere wege anzulegen / oder auch sich der Administration zu vnderziehen / vnd die Güter in ihre verwaltung zunemen / macht habe.

383 Et ideo dicit † Panormitan. *in cap. de Monachis numero sexto de præbend.* quod Patroni Ecclesiastici hac gaudeant prærogativa, præ Laicis, quod possint exigere rationem de possessionibus ac bonis Ecclesiæ temporalibus, juxta *cap. cum & plantare* §. *in Ecclesiis de privileg.* nec non habeant custodiam & administrationem Ecclesiæ vacantis, per text. *in cap. bona, de appellat.* secundum unum intellectum, quem tractavit *ibi* Panormitan. *in primo not.* Atque ita secus esse sensit in Patrono Laico, quod ipsum expressius ante eum docuit Innocent. *in cap. unic. ut Ecclesiastic. benefic. sine diminut. confer. col. antepenultim. super verbo proventus*, dicens, quod ubi Patronus est Laicus, custodia & gubernatio Ecclesiæ vacantis pertineat ad Episcopum, cui subest Ecclesia Modestin. Pistor. *dict. consil,* 43. *numer.* 27.

384 Præterea † quæ de inspectione ac causa Advocatorum diximus, expresse approbantur per Gregor. X. Pontific. Maxim. *in cap. generali de electionibus libr. sexto,* ubi de habentibus Guardiam Advocationis seu defensionis, statuitur, ut qui ejusmodi jura sibi vendicant vigore fundationis ac consuetudinis antiquæ ab illorum abusu sic prudenter una cum ministris suis abstineant, ut ea quæ non pertinent ad fructus, sive reditus provenientes, vacationis tempore, non usurpent, nec bona, quorum se asserunt habere custodiam, dilabi permittant, sed in bono statu conservent: de novo autem talia usurpantes & bona Ecclesiarum aut monasteriorum vacantium occupantes, una cum clericis & Monachis hoc fieri procurantibus eo ipso excommunicationis sententiæ subjaceant. Frid. Schenck *in tract. feud. lib.* 3. *tit.* 5. §. *fi Advocatia.*

385 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Nihil denique conclusioni † nostræ officiunt adducta ex Thom. Michael. quia ut *supra* dictum, tum is ipse tum per eum citati non loquuntur de administratione hodiernis protectoribus competente, sed de inspectione tantum, ac solicitudine, qua onerantur, ne temere Ecclesiæ bona dilapidentur.

Utrum protectoribus intuitu Advocatiæ in clientes eorumve subditos, criminalis aut civilis jurisdictio competat. Porro his ita de effectu administratorii juris expositis, de reliquis etiam dicendum est.

Quod igitur ad quartum hujus classis effectum, quem nonnulli ex Neotericis Advocatiæ inesse & Protectoribus attribuere non verentur, attinet, ad refellendum ipsorum errorem ea hic quæstio accuratius examinanda est: *An nimirum aliqua † Advocatis clientelaribus intuitu Advocatia in clientes eorumve subditos criminalis aut civilis jurisdictio competat.*

386 387 *Ratio dubitandi I. pro Affirmativa.* Probari † autem videtur affirmativa sententia primum authoritate Baldi, qui *in leg. prima col. secunda. Cod. si quacunque præd. potestat.* expressim dicit quod nomine Protectionis plena jurisdictio contineatur.

388 *II. Ratio dubitandi.* Secundo adauget † Baldi authoritatem Augustinus Berous qui *tom. primo consil.* 65/ *numero* 118. & 119. diserte tradit, sub protectione accipere aliquem nihil esse aliud, quam accipere sub jurisdictione & Imperio.

389 *Tertia ratio dubitandi.* Tertio † pro eadem affirmativa stat novissime author ille quisquis sit, qui tractatum illum de litigios. nostr. sæc. malit. & remed. abbre. lit. *Parthenium litigiosum* indigitavit *libr. primo cap.* 16. *sub numero* 13. † ubi notat jus Advocatiæ jurisdictionem admixtam habere, usu longævo acquisitam, cujus authoritatem corroborare videntur infinita passim in Imperio Romano obvia patronorum exempla, qui Advocati existentes, merum plerunque in clientum subditos Imperium exercent, † Ita Principes Anhaltinos ratione Protectionis super monasterio Gernroda, quam, ab Imperio in feudum tenent, merum & mixtum, & Comites † Hohensteinios intuitu Advocatiæ, quæ ipsis similiter Feudi titulo in Monasterium Walckritt competit non solum in Monasterio, sed ejusdem etiam prædiis & sylvis merum itidem imperium usurpare; Similiter Electores † Saxoniæ respectu Advocatiæ super Monasterio, Quedlenburgensi ipsis infeudatæ merum Imperium in civitate, in territorio autem eosdem omnimodam Jurisdictionem attentare tradit Paul. Matth. Wehner. *obs. pract. lit. V. verbo* Vogthey/rc.

(390, 391, 392, 393)

394 Sic etiam ut propinquioribus ac notioribus exemplis hoc ipsum demonstremus Comites † Wertheimenses Monasterii Brumbach Protectores Jurisdictionem tam civilem quam criminalem in hodiernum diem habere commemorat Autor deß Werdheimischen Gegenberichts *cap.* 3. *fol.* 39. *versicul.* Wann nun dasselb in der Graffschafft territorio ibi, alle Botmässigkeit / hohe vnd nidere Obrigkeit rc. & de criminali jurisdictione ibid. versiculo, Weniger nit hat sich die Graffschafft rc.

395 *Ratio dubitandi IV.* Quarto † ratione Protectionis Advocatum dici dominum susceptorum clientum accumulatis aliorum auctoritatibus nuncupatim tradit Chassan. *in consuet. Burg. verbo Seign. Rubric.* 13. *versicul. quinto.* ubi

ubi dominii vocabulum protectioni attribui asserit id quod etiam docuit Bart. *in l. interdum, §. qui tutelam Digest. de furt. & leg. qui fundum §. si tutor Digest. pro empt.* Idem Bartol. *in leg. prima. §. per hanc de rei vendic. & in extravag. ad reprimendum in verb. totius orbis.* Item Cardinal. Zabarell. *in clemen. pastoralis §. ut illud de re judic. numer. 2.* Andr. de Isern. *super feud. titul. de cap. qui cur. vend. §. similiter potest colum. quarta. in fin.* Luc. de Penn. *leg. prædia domus colum. ultim. Cod. de loc. præd. civil. libro 11.* ubi ponit intellectum *leg. bene à Zenone Cod de quadr. præscript.* Ergo Protectionis jus infert jurisdictionem.

Consequentiæ veritas inde elucescit, quia esse dominum ex vi correlativorum, præsupponit subje-396 ctionem, † siquidem subditus & Dominus sint correlativa, quorum uno posito vel concesso alterum etiam demus & concedamus oportet, gloss. *in clem. 1. in verb. aeternaliter, de summ. Trin. & fid. Cathol.* Tiraquel. *de utroque retract. p. 1. §. 9. gloss. 1. num. 3. & 4.* Mozz. *in tract. de contract. rubr. de empt. & vend. nu. 2.* Cald. *in leg. si curatorem in verb. contractum fecisti, numer. 72. versicul. sed an prædicta C. de rest. in integr.* Si ergo Protector ratione Protectionis est Dominus clientum, necesse est eosdem illius esse subditos, & consequenter ratione subjectionis istiusmodi, inde jurisdictionem oriri. Sola enim jurisdictio generaliter sub-397 ditum facit vi dominii superioritatis competens, † ut eleganter docet Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Processib. Camer. cap. 46. n. 5.*

398 Quinto competere jurisdictionem † protectoribus, colligi videtur ex Gravaminibus Principum ac Procerum S. Roman. Imperii adversus sedem Romanam, quæ Oratori summi Pontificis in Comitiis Norinbergæ Anno 1522. oblata fuerunt. In iis enim Principes Imperii *cap. 8.* graviter conquesti sunt, quod summi Pontifices, Monasteria plura eximendo, ab Episcoporum eorum scilicet ordinariorum ac defensorum protectorumque aliorum jurisdictione, ita exempti reddantur immunes, immediateque subjaceant sedi Apostolicæ, quæ res non tantum prædictis ipsorum ordinariis ac defensoribus, sed & toti Romano Imperio cedat in jacturam, tum, quando collatio pecuniaria pro Imperii necessitate viritim Imperii Statibus indicitur. Ita enim fiat, ut ipsi per se ab oneribus publicis exempti, immunitate sua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus Episcopis ac defensoribus suis (quod ante hac facere necessum habebant) non porrigant per quam technam, Imperii Romani attenuentur nervi, ac decrescant plus justo vires. Quampropter Imperii status ac Proceres rogarunt, præfata onera exemptionum abroganda, tollenda, emendandaque ac monasteria Episcoporum & defensorum ordinariæ jurisdictioni relinquenda, Ut vel inde Imperium Romanum per sedem Apostolicam ita enervatum vires pristinas eo celerius recuperare queat, &c.

V. dubitandi Ratio.

Cum igitur in hoc gravamine jurisdictionis defensorum ordinariæ expressa fiat mentio, eaque per Exemptionem privari Protectores adstruatur, necesse est eosdem jurisdictionem habuisse prius. Cum privatio † necessario præsupponat habitum, & absque eo esse nequeat, *l. decem Dig. de verb. obligat.* Pract. Pap. *in form. resp. rei conventum. in verbor. salvis aliis exceptionibus numero nono* Lupus *in cap. per vestras §. 12. num. 1. extr. de donat. inter vir. & uxor.* Ronchog. *in rubr. num. 43. ff. de duobus reis* Sylvan. *de feud. quæst. 29. numer. 19.* Aldobrandin. *in §. igitur numer. 7. Proœm. Instit.* Ign. *in leg. necessarios §. non alias pag. 1. numer. 75. Digest. ad SC. Syllan.*

Sexto non minus & illud in aperto est, quod appellatio illa, Liebe Getreue arguat † subjectionem & 399 jurisdictionis usurpetur intuitu, attestante Gailio *de Arrest. cap. 7. n. 10. & 13.* & quibus ita scribitur, nisi protestando contradicant in nominationem hanc, & consequenter in subjectionem ac jurisdictionem nominantis passivam consensisse censentur, arg. *l. 16. ff. ad SC. Maced.* Bart. *in l. 24. n. 2. de constit. pec.* Anto. Gab. *commun. opin. de probat. concl 2.* & fusius Dn Menoch. *lib. 3. præsumpt. 65 per tot.*

Ratio dubitandi VI. Appellatio Clientum per verb. Liebe Getreue & quatenus subjectionem vel jurisdictionem in eosdem inferat

At vero Clientibus, hunc tribui Titulum, alibi docuimus, & civitatibus Mülhausen Northausen & Erffurdt Clientelaribus Electorum & Ducum Saxoniæ, ex Aula Saxonica, ita scribi observavit & testatur, Warem. ab Ehrenberg *1. de Fœder. 4. n. 15* Ergo protectionis jus infert protectionem & jurisdictionem tribuit.

Septimo ex *alibi* præsertim *Cap. IX.* traditis, con-400 stat, priscis temporibus, tam criminalem, quam civilem jurisdictionem, vias virtute solius Advocatiæ demandatæ, Protectores habuisse, & exercuisse, ac consequenter ubique annexam fuisse juri protectionis, jurisdictionem, uti testantur Joan. Stumpff. *Chron Helv. lib. 5. c. 3.* Andr. Knich. *de jur terr. c. 4. n. 319.* Tob. Paurm. elegantiss. *Tract. de jurisdict. Cap. 9. n. 24.* novissime Christ. Lehman. *Chr. Spirens. lib. 2. c. 36.*

VII. dubitandi ratio

Quod olim igitur in hoc jure obtinuit, † id merito 401 etiam hodie servari oportet, per regul. vulg. quod non mutatur, cur stare prohibeatur, *l. sancimus 27. C. de testam. l. præcipimus C. de appell.* Quod enim olim fuit, generaliter & regulariter adhuc hodie esse præsumitur per tradita Alciat. *de præsumpt. Reg 2. præsum. 2.* Sic olim † possidens, adhuc possidere, & olim subdi-402 tus, adhuc subditus esse, præsumitur, idem *d. reg. 2. præsumpt. 16. num. 2. & præsumpt. 21. n. 7.* Itemque qui olim † dives fuit, adhuc talis esse intelligitur, idem Alc. 403 *reg. 2. præsumpt. 27. n. 1.* Mutatio † enim non præ-404 sumitur, Id. *d. 2. reg. n. 1,* Schrader. *tract. feud. p. 5. c. 2. n. 44.* Videatur Menoch. *libro primo præsumpt. quæstion. 24. per tot.*

Sed taliter res durare censetur, qualis fuit à principio text. *in leg. prima. Cod. de imponend. lucr. description. leg. sec nuda §. licet, versic. initium constitit. Digest. de juris & facti ignorant.* Jacob Henrichman. *consil 1. num 690. libr. 1.* Bernard. Walther. *miscell. jur. lib. 2. cap. 18. ante fin.* Ubi dicit, quod † expressim correctum vel abolitum non 405 reperitur, præsumi debere adhuc in usu esse, per *l. præcipimus in fin. C. de appell.*

Sed prædictis non obstantibus ut maxime affirmans opinio, † à quibusdam Neotericis temere 406 adstrui videtur: contraria tamen negativa non modo de jure verior, sed creberrimo etiam tam veterum quam recentiorum Interpretum calculo, approbata ac recepta est.

Decisio Negativa.

Et primo quidem conclusio nostra † Advoca-427 tiam scilicet atque protectionem nullum tribuere Patronis ac Protectoribus imperium aut jurisdictionem in clientes, evincitur textu luculento, *c. recepimus 8. de privileg. & excess.* Ubi Alexand. III. Apostolicæ sedis legato rescribens statuit tametsi Ecclesia (quæ secundum priorum Canonum regulam, ejus Episcopi, in cujus territorio posita est, potestati subjacet, *cap. omnes basilicæ 16. q. 7.*) ad indicium perceptæ protectionis, annuum sedi Apostolicæ censum persolvat inde tamen nihil Episcopi Diocæsani juri seu jurisdictioni esse subtractum. Et *ibidem* glossator. *in verb. protectionis* conformiter dicit, Licet Papa recipiat aliquos sub sua protectione, non esse propterea subtractos à jurisdictione Episcoporum.

Probatur decisio textibus juris.

Con-

Concordat text. *in cap. ex part. de privil.* ubi habetur, quod singularis etiam persona sive sit clericus, sive laicus, recipi possit sub protectione, cum receptus non eximatur à jurisdictione sui superioris.

Ratio decisionis I. Deinde etiam non desunt argumenta quibus probari potest, ex Advocatiæ natura, nullam competere 409 Protectoribus jurisdictionem. † Id enim primo communi juris interpretum calculo receptum, & *alibi* maxime vero *in cap. 15. de Cognatis Advocatia* ad nauseam edoctum est, jus protectionis & confœderationis æquiparari, ac paribus inter se passibus ambu- 410 lare: † Sed & illud inter eosdem unanimi consensu conclusum reperitur fœdus nulli confœderatorum in fœderis socios aliquod tribuere imperium, neminemque fœderum nexu ab ordinaria jurisdictione eximi. Ruland. *de commiss. par. quarta. libr. secundo cap. tertio numer. secundo* nec ullam jurisdictionem transferri Jacob de S Georg. *in investitut feud. de adhære. versiculo subsequenter* Moditius §. *principum placita sub* 239. *numer.* 3. *&* §. *plebiscitum dub.* 35. Bald. *consil.* 506. *vol.* 5. Brunus *consil.* 86. *numer.* 3. Purpurat. *consil.* 18. *numer.* 63. sed gentem liberam manere, *leg. septima. Digest. de captiv.* Bodin. *libr. quinto de Republic. cap. sexto numer.* 579. *&* 581. Valer. Maxim. *libr. quinto cap. secundo* Antimachiav. *libr. tertio cap.* 18. Hugo Grot. *de antiq. Bat. cap. quinto* Petr. Faber *libr. primo semestr. cap. septimo* Castald. *de optimo imper. q.* 109. Roman. *consil.* 444. *column. secunda* Paris. *consil.* 16. *numer.* 25. *libr. quarto.* privilegia regimenque pristinum retinere, Bodin. *in meth. histor. cap. sexto* Ehrenberg *libro primo de fœder. cap.* 3. *numer.* 411 *nono ex* Bald. *Authen. & omnino Cod. ne uxori.* † Ita ut confœderatus princeps in alterius orbe nil censere Bodin. *libr.* 5. *de republ. cap.* 6. *numer.* 610. Moditius §. *principum dub.* 239. *numer.* 2. *& quinto* Menoch. *arbitr. quæstion. lib. primo q.* 100. non jus dicere, nec collectas indicere possit Budæus *ad leg. non dubito ff. de captiv.* Mantica *libr.* 27. *de tacit. convent. titul. septimo numer.* 15. Marsil. *pract. crimin. §. opportune numer.* 36. Panormitan. 412 *consil.* 51. *libro* 2. Wintzler. *de collect. observ.* 21. Idque verum est, etsi fœderum fultura imperio jure extructa sit, ut nempe pars altera alterius majestatem comiter observet, *leg.* 7. *Digest. de captiv. & postlimin.* Arnisæ. *libr. primo de jur. majest. cap.* 6. reverentia scilicet non 413 obsequio Grotius *de antiq. Batavia cap.* 3. † Populus enim non desinit esse liber licet alterius superioris potestatem comiter observet, quam sententiam scitu dignam liberis imperii urbibus ait Gothofred. *ad d. leg.* 7. *lit. X.* cui accedit Bodin. *libr. primo de republ.* 414 *cap.* 6. *numer.* 108. † Et quamvis caput fœderis esse præstet ne exitiosa ducum multitudine optimi conatus retardentur Ehrenberg *de fœder. libr.* 2. *cap.* 1. *numer.* 415 47. Petr. Greg. *libr.* 6. *Reipubl. cap.* 1. † libertati tamen hoc moderatore non derogatur Machiavell. *libr.* 1. *discurs. in Liv. cap.* 50. Alber. Gentil. *libr.* 3. *de jur. belli cap.* 16. 17. *&* 19. Cujac. *libr.* 27. *observ.* 33. sed potius li- 416 bertatis signum est † eo quod subditi alterius nec arma tangere nec fœdus pangere ausint, per notata *supra n.* 484. Si igitur ut dictum est, confœderatio nullam tribuit jurisdictionem, consequens est idem dicere de Advocatia fœderibus cognatissima.

417 Secundo nemo inficias ierit, † Advocatiam, uti *Ratio decisionis II.* *in præcedentibus* 6. *&* 9. *Cap.* uberrime probatum fuit constitui posse pactis privatorum, accedente scilicet superiorum authoritate. Sed juris manifesti 418 est, † jurisdictionem non dari pactis privatorum, *l. privatorum C. de jurisd. om. jud.* Martin. Uran. *consil.* 13. 419 *nu.* 26. *tom.* 1. quia † jurisdictio est potestas à principio introducta, cum necessitate juris dicendi, & æquitatis statuendæ (secundum Azon. *in sum. C. de jurisd. om. judic. post princ.* gloss. Bart. & Dd. *in leg.* 1. *ff. eod. titul.* & gloss. *in Auth. de defens. civit.* §. *jusjurandum citr. med.* gloss. *magn. col.* 3.

Atque huic opinioni accedit jus civile commune, quo privatorum † consensu, ei quæri jurisdictio cujus 420 ante nulla fuit, non potest, *l.* 1. *&* 2. *ff. de jud. l.* 74. §. 1. *ff. eod. l.* 18. *ff. d. jurisd. l.* 28. *ff. ad municip.* Treutle. *lib.* 1. *disputat.* 3. *thes.* 7 *lit. e.* Rosbach. *prax. civil. tit.* 2. *num.* 36. Tilem. 1. *disputat.* 4. *thes.* 35. Duar. *ad tit. de judic. cap. de foro comp.* Coras. *libr. quarto Miscell. cap.* 5. Gæddæ. *ad l.* 3. *n.* 45. *de verb. signif.* Zanger. *de except. p.* 2. *c.* 1. *n.* 32. Cuja. *lib.* 1. *obs.* 32.

Quin amplius de jure † communi jurisdictio in 421 contractum non cadit Matth. Steph *de jurisd. lib.* 1. *c.* 38. *n.* 39. quia est juris † publici, ideoque æstimationem 422 non recipit. licet consuetudine, quæ legem vincit *c.* 1. *de feud. cognit.* aliter servetur, Abbas *consil.* 3. *vol.* 2. *q.* 2. Hartman. ab Epping. *lib.* 2. *obser. de Feud. obser.* 2. Boer. *decis.* 415. quia jurisdictio † hodie fere est patrimonia- 423 lis Præpol. *in c.* 1. § *Item si quib. mod. Feud. amitt.* Alex. *in l.* 3. *in pr. ff. de acq. possess.* consequitur ergo, per Advocatiam non dari jurisdictionem,

Tertio, si per susceptam Advocatiam protectori in *Ratio III. decidendi.* alienos subditos in clientelam susceptos aliqua daretur jurisdictio, sequeretur unam eandemque jurisdictionem penes duos, nempe Advocatiam & proprium subditorum magistratum, esse ut per se patet, sed consequens repugnat expressæ juris ordinationi, qua disponitur, † jurisdictionem penes duos in solidum 424 esse non posse, per notata Joan Meichsneri *decis. Cam. tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 6. *d.* 2. ubi habetur, jurisdictionem tanquam rem indivisibilem, à duobus uno eodemque tempore, pro indiviso, possideri non posse, cum duos † ejusdem rei dominos esse, ipsa etiam re- 425 rum natura non ferat, *l. si ut certo* §. *si duobus vehiculum ff. de commod.* Curt. *in tract. feud. p.* 2. *p. q.* 12. *nu.* 1. Sonsbec. *de feud p.* 12. *n.* 91. Coral. *miscell lib.* 5. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 1. Hartm. Pistor. *q* 45. *n.* 2. *lib.* 2. Gail. *obs.* 61. *n.* 8 *lib.* 1. Borchold. *de feud. c.* 1 *n.* 15. Consequitur ergo nullam jurisdictionem Protectoris per Advocatiam competere posse.

Quarto negari non potest, † Advocatos Tutelares 426 comparari custodibus civitatum, quod manifestum *IV. Ratio decidendi.* evadit, ex fine utriusque, & arguit text. *cap. generali, de election. in* 6. ubi summus Pontifex Advocatiæ jus † appellat custodiam. Sed custodes civitatum & ca- 427 strorum nullam habent jurisdictionem circa delicta, sed delinquentes denunciare tenentur judici loci, ut notat Bald. *in l.* 1. *ff. de jurisdict. om. jud.* Boer. *de custod. clau. n.* 28. Ergo nec similes his protectores aliqua potiuntur jurisdictione.

Quinto ambiguitate quoque id omni caret, quod ex iis, quæ inter † se diversa ac separata sunt, id quod dispa- 428 rem in se rationem habet non producatur per notat. *V. Decidendi ratio.* Jason. *in rep. l. admonen. n.* 10. *ff. de jurejur.* Pract. Papiens. *in form. libell. quo agit. ad fid. præstat ver. recusavit & recusat. nu* 3. Lupus *in c. per vestras notab.* 3 §. 3. *num.* 16. *ext. de donat. inter vir. & uxor.* Ascan. *clem. in tract. de patr. potest. c.* 5. *n* 55. Mandel. *consil.* 2. *n.* 13. Separatorum † enim nulla est communitas, ut dicit Bald. *ad l.* 429 *ampliorem in pr. n.* 3 *v. sed quid si diversa sunt capitula C. de appell.* Jacob. Schult. *in addit. ad Mod. Pist. q.* 22. *n.* 18.

At vero jurisdictionem atque Advocatiam esse inter se plane disjuncta atque dissimilia, † per se patet ac 430 nominatim testantur Auctor Gründlichen berichts deß H. Reichsstatt Friedberg Stand. Regal. Privil *c* 1. *n.* 39. ubi astruit Defensionem & jurisdictionem plane esse diversa, ideoque unum inferre alterum *l. quibus* 27. §. *argento ff. de aur. & arg. legat.* Everh. *in Top. loco à separat. per tot. & in loco à contrar. n.* 12. *in fin. cum num. seq.*

seq. Regner Sixtin. *inter consil. Marpurg. tom.* 3. *consf.* 8. *nu.* 109. ubi dicit, quod jurisdictio & jus protectionis, sint res omnino diversæ, & Dn. Lud. Myler. *disputat. de Advocat. thes.* 4. *in scholiis lit. A.* notat, jus defensionis esse naturalis facultatis à jurisdictione plane separatum, & clientelam, confœderationem potius esse quam subjectionem, ideoque nulla ex jure Advocatitio juris dicendi facultas promanare potest.

431 *VI. Decidendi ratio.* Sexto, † si quis mediante Advocatia consequeretur jurisdictionem, in potestate quorumlibet esset alienum magistratum sua privare jurisdictione, siquidem liberum sit cuivis civitati, liberam habenti administrationem rerum suarum, sese ac Cives suos alterius protectioni committere, ut latissime *alibi* probavimus, & nominatim edocuit Schurff. *consf.* 23. *cent.* 3. *per totum*, sed consequens non solum absurdum est, sed & justitiæ regulis manifeste repugnat, Ergo & antecedens nulla ratione admitti potest, cum

432 semper † & ubique in omni omnino interpretatione id sedulo cavendum sit, ne quid ex interpretatione data absurdi consequatur, *leg. ult. C. de auctor. præst. l. ult. C. per quas person. nob. acq.* Paris. *cons.* 48. *n.* 40. Wesenb. *cons.* 4. *n.* 44. & *cons.* 6. *n.* 145. *vol.* 1. Pruckm. *cons.* 27. *n.* 26. *vol.* 1.

433 *VII. Decidendi ratio.* Septimo amplius, si Advocatia Protectori tribueret jurisdictionem, non liberum esset Clientibus, Catholicam retinere ac manutenere religionem, vel ad Augustanam confessionem transire, sed ad nutum ac voluntatem protectorum suorum, hanc vel illam religionem amplecti cogerentur, siquidem ex

434 Statuum placito, religio sit † jurisdictionis sequela, adnotante collectore Symphor. *tom.* 1. *part.* 1. *consultat. in materia relig. num.* 29. *ex* §. vnd damit. ita ut illi in præjudicium proprium, vel sui magistratus ab alio Statu à Religione abstrahi nec possint, nec debeant.

At vero, aliis non obstantibus impedimentis vel concurrentibus cogendi causis, ii, qui sub † aliqua protectione sunt, religionem conservare antiquam vel assumere novam, in Imperio tamen approbatam, quocunque tempore libere possunt, ut nominatim voluit idem Collector sub Gylmanni nomine, *d. consult. n.* 35. Herman. Ess. Rosacorb. *pract. forens. c.* 39. *in fin.* Quirin. Cubach. *Jurispr. Germ. lib.* 1. *cap.* 7. *numer.* 51. Remig. Fesch. *dissert. doctiss. de fœderibus thes.* 23. *lit. E*, ubi scribit, Advocatum, seu Protectorem clientibus modum in † Religione præscribere non posse. Author. Parthen. litig. *libr.* 1. *c.* 16. *numer.* 12. eo quod, Religionis exercitium, ex jurisdictione † superioris, seu territorii, (cujus scilicet vigore territoria Fürstenthumb / Landschafften / &c. indigitantur,) dependeat, Christoph. Besold. *de jur. fœder. c.* 12. *sub fin.* Andr. Knich. *Encyclop. cap.* 13. Bydenb. *quæstion. nob.* 4. Syring. *de pac. Relig. concl.* 44. *lit. D.* ubi communiter testantur solum immediatam superioritatem, ad Religionis reformandæ licentiam requiri, unde vulgo dicitur, *Cujus Regio, ejus Religio.* Matth. Stephan. *de jurisdict. libr.* 2. *quæst.* 1. *cap.* 7. *n.* 474. Gilm. *Symph. tom.* 1. *par.* 1. *titul.* 3. *voto* 12. & 13. *numer.* 29. Accedit prædictis Jacob Synz. *disput. de jur. protect. thes.* 22. asserens patronum in terris clientum, circa Religionem nihil statuere posse, cum sit jus mere temporale.

VIII. Decidendi ratio. Octavo, si protectio tribueret jurisdictionem, tunc sequeretur, quod cum aliquis civitatem & illius subditos, ut communiter fit, in Tutelam suscipit eos etiam qui ejusdem civitatis clientes sunt, recepisse intelligeretur, per prius enim illi etiam à Civitate in protectionem recepti, juxta argumenti noti suppositionem; Civitatis illius subditi effecti essent sed qua hic, qua illic, consequens est falsum, quia clientis † mei clientes mei clientes non sunt, quemadmodum nec Dominus Domini, subditus subditi, vasallus vasalli, Libertus liberti, debitor debitoris homo hominis mei, meus est Dominus, subditus, vasallus, Libertus, debitor, homo. arg. *c. un. in fin.* 2. *Feud.* 55. arg. *c. nullus primas* 9. *q.* 2. & 3. *c.* 1. *de offic. ordin. jud. c.* 13. *de judic. l.* 105. *ibique* Gædd. *de verb signif. l.* 5. §. 22. *de agnosc. & alend. lib. l.* 47. §. 1. *ff. de Reg. jur.* Rauchb. *p.* 1. *q.* 13. *n.* 25. Coler. *de process. execut. p.* 2. *c.* 3. *n.* 320. Hartm. Pistor. *quæst. jur libr.* 2. *part. post. quæst.* 45. *n.* 8. Schrad. *de Feud. part.* 9. *sect.* 2. *n.* 42. Sonsbec. *de Feud. p.* 13. *num.* 93. Mayn. *consil.* 233. *n.* 44. *vol.* 2. Cephal. *consil.* 628. *numer.* 31. *lib.* 5. Natta *cons.* 487. *nu.* 7. & 8. *Tom.* 3. Cravet. *cons.* 492. *n.* 3. & 4. Bald. *in c.* 5. *col. pen. vers. Quære si Feudatarius ff. de jud.* Sic etiam socii Sociorum in fœderibus contractis, non comprehenduntur, teste Bod. *lib.* 1. *c.* 7. *de Repub.* quem refert & sequitur Warem. ab Ehrenberg *in Medit pro fœder. lib.* 2. *c.* 2. *de formulis fœd. in formula prima* §. Was gestalt die Schutz vnd Schirmsverwandten in dieser Einigung begriffen Ita nec clientes clientum, ab alio in protectionem receptorum, in Advocatiæ unione cum alio facta includuntur. Ad quod etiam facere videtur Articulus d. Formul. subnexus, qui sic habet.

Als vnder andern fürgefallen / ob die Schutz vnd Schirms verwandten / dergleichen die Lehenleute in dieser Eynigung mit einzuziehen / wiewol die billich solten beschützet werden / so ist doch in ansehung / daß ein Standt derselben mehr / vnd etwan den Eynigungs ständen weit entsessen / der Ander Standt etwa weniger oder gar keine hat / bedacht vnd beschlossen / daß zu erhaltung gleichheit / zwischen den Ständen / gemelte Schutz vnd Schirms verwanden / auch die Lehenleut vor sich selbst / in dieser Eynigung nicht begriffen / auch die Stände denselben hülffe zu leysten / in Krafft dieser Eynigung nicht schuldig seyn / da doch der Eynigungs verwandten einer oder mehr darumb daß er seinen Schutz oder Schirms verwanden / deßgleichen seinem Lehenherrn oder Lehenman bey rechtem gemeinen Landtfrieden oder Billigkeit / schultiger Pflicht nach / Handt zuhaben hülff geleystet / wider Recht vnd deß Heyligen Reichs Landtfrieden / wolte vberzogen / vergewaltiget oder beschwert werden wo das beygebracht oder sonst offenbar / dem oder derselben / soll vermöge dieser Vereynigung die gebührliche hülff zuerkant vnd geleystet werden.

Nono fulcitur decisio hæc argumento *l. commendare* 186. *ff. de verbor. significat.* Qui enim se † alicui commendat ejus se protectioni committit, commendare autem, ut dicit Ulpianus *in dict. l.* idem est quod deponere, ceu testatur Alexander IIII *in c.* 1. *extra de deposit. ibi*, ut tibi eandem reddant pecuniam personæ non Ecclesiæ commendatam, & Augustinus *in c. ne quis arbitretur* 22. *q.* 2. Quod & Impp. Diocl. & Maxim. palam faciunt, *in textu l. cum hæreditas* 9. *C. depositi & in l.* 6. *C. eod.* Is penes quem, inquiunt, utramque partem transactionis vel alia instrumenta commendasse dicis, legem qua hæc suscepit, servare necesse habet, Item Papinianus, *in L. Lucius* 24. *ff eodem* *Quid est enim aliud*, inquit, *commendare quam deponere.* 436 *Ratio decidendi IX.*

Constat autem quod deponens, † neque dominium neque possessionem rei depositæ in Deposi- 437

ta-

tarium transferat, sed quod ei tantum custodiam committat, *leg. licet* 17. §. *rei deposita Digest. deposit.* Per quam legem in terminis quasi hanc quæstionem decidit Ang. *consf.* 35. *n.* 2. & 3. Et And. Barb. *consf.* 62. *nu.* 10. *cum seq.*

438 Decimo evidenter hæc sententia inde confirmatur quod Clientes † à subditis, re & nomine distinguantur, neque vel Underthanen vel Schirms underthanen/ sed Schirms: seu Schutz: und Schirms verwandten/ nominentur uti aperte docent textus *in* §. 38. 39. 41. & *seq. Recess. Imp. Anno* 1576. zu Regenspurg auffgericht. Hinc etiam cum circa Ord. Camer. *p.* 2. *tit.* 4. §. *fin.* quæsitum esset, An Leibeygne/ Wildfang/ Lehenleut/ Schirms verwanten und dergleichen/ appellatione der Underthanen comprehendantur: Domini Camerales hoc, arbitrio Statuum expressam hac de re, in ihrem bedencken. Anno 57. requirentium provisionem commiserunt. Atqui ex nominum † diversitate, rerum quoque diversitatem argui, *ex leg.* 7. *Cod. de codicill.* comprobat Georg. Everhard. *consil.* 56. *numer.* 81. *volum.* 1. Recte igitur infertur Adhærentes qui alterius se submiserunt protectioni, non esse subditos.

Ratio decidendi X.

439 Undecimo sicut exstructio & fundatio † Ecclesiarum, nullum Patronis & Collatoribus proprietatis dominium tribuit, *cap. omnes* 16. *qu.* 7. & *cap.* 8. *de excess. prælat.* Abb. *in cap.* 6. *de jur. Patr.* Mod. Pistor. *consf.* 43. *num.* 17. *volum.* 1. Wesenb. *consil.* 48. *num.* 1. *p.* 1. Dua. *de SS. Eccles. minist. libr.* 5. *cap.* 4. sed servitii duntaxat imponit sollicitudinem *cap. pia mentis in fin.* 16. *quæst.* 7. neque ex solo patronatus jure Patrono aliqua competit jurisdictio, Dn. Cothman. *respon.* 34. *n.* 20. Ita multo minus Advocatia ex fundatione Ecclesiarum competens dominii seu jurisdictionis potestatem Advocato confert. Is enim Ecclesiæ à se fundatæ defensor tantum non dominus fit arg. *c.* 23. *de jur. Patr.* Bald. *in l. final. C. de edict. D. Hadr. toll.* Duar. *d. loco*, post Host. Butr. & Panormit. Auct. deß gründlichen berichts deß H. Reichs Statt Friedberg Stand Regal. &c. *p.* 1. *punct.* 1. *n.* 410. Unde Protectores non magis jus habent dominii vel Jurisdictionem, quam auxiliarii milites Reipubl. cui inserviunt, aliquod nanciscuntur in eandem dominium notante Thol. *de Republ. lib.* 11. *c.* 11. *n.* 6.

Ratio decidendi XI.

Duodecimo sicuti per adhærentiam Titulus † dominii non acquiritur, cum adhærentes non dominium transferre, sed sub protectione saltem se ponere voluerint arg. *c.* 8. *de Provil.* Barb. *consil. n.* 31. & *seq. vol.* 2. notans *cap. primo. de postul. Prel.* (ubi apposito in terris Regi adhærentibus, interdicto, videtur quoque in terris Regi adhærentibus, esse appositum, quasi suarum appellatione terrarum adhærentes etiam veniant terræ, sic esse accipiendum ut mentem ejus non dominii, sed adhærentiæ ratione specialiter fundatam fuisse existimemus, ita simili ratione per Protectionis conjunctionem nulla vel jurisdictio vel dominium in protegentem transfertur.

Ratio decidendi XII.

Decimo tertio confirmatur decisio nostra à re judicata, siquidem in terminis Advocatiæ juris Monasterii ratione competentis Anno 1562. 3. Julii in Camera Imperiali judicatum est, daß durch die Kastenvogtey/ die Jurisdiction und Landherrlichkeit nicht gemeint sey/ post plures à se relatos Gil. *Symph. Tom.* 1. *par.* 1. *Tit. sexto vot.* 2. *nu.* 2. *p.* 2. *tit.* 6. *vot.* 6. *numer.* 158. & *Tom.* 2. *p.* 1. *vot.* 26. *n.* 10. & *Decis.* 1. *n.* 31. & 16. *Dec.* 51. *n.* 14. *lib.* 1. *decis.* 14. *n.* 2. *lib.* 2. Meichsner. *decis.* 6. *n.* 134. *lib.* 1. *Tom.* 2.

Ratio decidendi XIII.

Decimo quarto, Clientes non abs re Pensionariis comparantur, at vero, pensionarii † nulla ratione subjiciuntur illis, quibus pensionem solvunt, pensio siquidem libera est, eoque solvitur fine, ne eam accipiens cum hostibus dantis se conjungat, vel ut necessitate urgente copias militares submittat Besold. *differt. de jure feud. c. V. n.* 39. Sicque pensio ein Bestallung ex contractu locationis conductionis descendit, talemque à Regibus Galliarum quotannis accipiunt Helvetii, † mille scilicet aureos in singulas Civitates: quia nempe ad illius Regni tutelam, frequentes exercitus ab Helvetiis acciri necesse erat, (maxime cum olim Gallia militiæ pedestris exors erat) & ne quis hostis à Gallorum societate Helvetios facile à Gallis, divellere posset Bodin. *de Repub. c.* 6. *lib* 5. Primus autem Ludovicus XI. annua stipendia Helvetiis solvit, quem postea successores alii secuti sunt, inde tamen nulla subjectionis specie Gallorum Regibus subditi sunt.

Ratio decidendi XIV.

Decimo quinto denique probatur hæc sententia ex infinitis tam veterum, quam recentium auctorum, huic sententiæ calculum adjicientium testimoniis, quæ in hanc rem confirmandam, quotquot legendo consignaverimus, ordine enumerare, non abs re esse duximus.

Ultima decidendi ratio ex auctoritate innumerabilium Doctorum.

Inprimis autem Advocatum per assumptam Advocatiam non consequi jurisdictionem in clientes, nuncupatim scribit Bartol. *in leg.* 1. *Cod. de excus. mun. libr.* 10. ubi dicit, quod etiamsi Civitas libera se committat protectioni & regimini alterius, non tamen ideo transferatur merum & mixtum imperium, Socin. *consf. septimo p.* 1 *colum.* 2. asserens, quod si una Civitas alterius protectioni aut gubernationi se submittat, propterea libertatem aut jurisdictionem non amittat, Abbas *in cap. quanto in princ. de censibus* & *in cap. recepimus n.* 3. & 5. ibique Dec. *n.* 13. *de privileg.* Felin. *in cap. regulariter n.* 11. *de treug.* & *pace* Decius *in c. ad audientiam*, 34. *n.* 5. *de appellat.* Innoc. *in c. præterea.* 2. *n.* 1. *de jure Patronat.* Joan. And. *in cap. generali n. primo de Elect. in sexto*, In horum sententiam pedibus descendunt Ang. *in leg. secunda C. de excusat. mun. libr.* 10. per gloss. *in rubric. Cod. de domesticis* & *protector. libr.* 12. Hostiens. *in summa titul. de caus. proprietat.* §. *fin. sub* §. *illud extra summam.* Petr. de Anch. *consf.* 83. *incip. in Christi nomine Amen omisso primo dubio.* Carol. Ruin *consil.* 1. *vol.* 4. Andr. Barbat. *consil.* 11. *numer.* 32. *volum.* 2. & *consil.* 1. *colum.* 21. *versicul. restat.* §. *utrum videatur. volum. quarto* diserte statuens, quod per verba illa suscipientes sub protectione, non detrahatur in quopiam juri aliorum, per *dict. tex. in cap. recepimus de privil.* ubi etiam scribit, juris Interpp. magnifacere illum textum ut quotidianum, subjungens *ibid.* quod ubi Domini temporales recipiunt minus potentes sub protectione eorum, per hoc non præjudicetur juri aliorum, & sic habentes jura anteriora temporalia, possint illa, receptione ad protectionem non obstante, libere exercere. Concurrit in idem Abb. Panormitan. *in dict. cap.* 8. *circa finem.* Ubi dicit. jura habentes parata Protectione non obstante, libere ea exercere posse, & *consil.* 51. *princip. volum. secundo.* Ubi hoc procedere dicit, etiamsi fidei alterius commissus Pallium vel simile quid solvat. Baldus *consil.* 59. *libro primo* quem sequitur Seraph. *decis.* 1015. *numer.* 1. 2. & 5. Ubi limitat in casu, quo quidam ex allodiis suis fundaverant Monasterium auctoritate Papæ, qui sub tuitione sedis Apostolicæ illud suscepit, & ob id ab initio fundationis Ecclesiæ Romanæ per oblationem statim acquisitum fuerit, argum. *cap. videntes* 12. *quæstion.* 1. atque ideo ad aliam spectare non potuerit Ecclesiam, cum oblata ejus cui offeruntur, efficiantur Ecclesiæ *cap. primo de statu Monach.* & *cap.* 26. *de verb. signific.* Verum Exceptio hæc non videtur esse de Regula, tum quod ad oblationem

prævlam Receptio in protectionem sit facta; tum quod nullum adhuc jus superioritatis, cujus contemplatione fieri diceretur præjudicium, Episcopo competierit, Fel. *in c. cum inter num. 41. de reb. judicat.* ab ipso Seraph. *d. loco* ad hoc relatus. Comprobat insuper eandem sententiam principalem. Alex. de Imol. *conf. 13. n. 15. libr. 6.* ubi in casu jurisdictionis controversæ inter Ducem Mutinæ & Comites Albineæ, Dominos de monte Richo, ac eorundem subditos, ex facto consultus, expresse respondit, quod licet Comites sint sub protectione Ducis, in eum tamen ex hoc nulla jurisdictio redundet, sed virtute hujus protectionis solum pertineat ad Ducem defensio Comitum de facto cum armis & militibus à violentiis & injuriis dictis Comitibus illatis. Accedit eidem sententiæ Martin. Laudens. *in tractat. de Principibus sub rubric. de confœderatione pace & conventionibus Principum versicul. 56.* Ubi diserte statuit, quod si aliqua Civitas à Rege vel Duce fuerit in protectionem recepta Rex vel Dux nullam habeat Jurisdictionem in tali Civitate *d. cap. ex parte 1. de privil.* sed solum habeat potestatem defendendi. Joan. de Platea, *ad rubric. Cod. de domestic. & protect. libr. 12.* Jacobin. de S. Georg. *de feud. verb. adhaerentibus & confœderatis numer. septimo.* & ex recentioribus eruditiss. Conradus Brunus *libr. 3. cap. 10. de legationibus* Cagnol. *in proœm. Pandectar. in pr. n. 56. num. 1.* Bertaz. *consil. 51. num. 36. in crimin. libr. 2.* Albertus Brun. *inter consil. feudal. 86. num. 4.* Hieron. Schurff. *cent. 3. consil. 23. numer. 1. & 2.* per text *in d. c. recepimus in fin. de priv. & consil. 7. nu. 1. & seq.* asserens receptionem in protectionem non minus ordinarii præjudicare juri, atque beneficiorum à sedis Apostolicæ Legato factæ collationis confirmatio Papalis Diocæsanorum minuat lædatve jura *cap. final. de confirm. util. vel inutil.* Natta *conf. 636. vol. 3. & 95. num. 1.* Ubi per modum dubitandi arguit, Casalenses, quos Fridericus primus Imperator in protectionem susceperat, non esse subjectos Ducibus Mantuæ, eo, quod committens se protectioni alterius, non transferat suam libertatem in eum, nec jurisdictionem aliquam tribuat, neque jus aliquod, sed defensionem tantum acquirat, ut ab eo & de jure & de facto defendatur contra molestantes ipsum & turbantes, *d. c. ex parte & d. c. recepimus de privil.*

Quibus in specie subscribit Joan. Boterus *de illust. stat. & Polit. libr. primo cap. 2. versic. Adde hunc*, ubi scribit clientelam illam sive protectionem, quæ inter Principes ac populos societate & amicitia conjunctissimos sancitur, eam vim habere, ut neo alter alteri pareat, nec imperet, sed ut alter alterius majestatem observare, sine ulla majestatis imminutione teneatur. Idem regulare esse propalat Wilhelmus Kyriander Syndicus Trevirensis, *annal. ejusdem urbis part. 17. fol. 225.* ubi suggerit, Tutelas, quæ inter Civitatem Trevirensem & ejusdem loci Archiepiscopos intercesserunt potestatis aut dominationis Pontificum in ipsam civitatem, indicia non esse, sed ejusmodi Principatum manifesto destruere. In quam sententiam tendunt ea quæ in terminis scribit Joannes Bruningk *de Homag. subjectivis cap. 1. conclus. 13.* Ubi dicit Clientes subjectionem & jurisdictionis exercitium admittere non teneri, nec Protectoribus † suis operas debere, ex Althus. 1. *Dic. cap. 31. num. 22.* His suffragantur novissimi scriptores, Mart. Rumel. *ad aur. Bull. Carol. 4. dissertat. 5. concl. 9.* Arumæus *ad eandem discurs. 6. Thesi 2.* Theod. Reinking *in tract. Regim. secul. & Eccles. libr. 1. classe 5. c. 3. n. 28.* Jacob. Wernher. Killin. *de Gan. Castror. discurs. 14. n. 15. & 16. ibi.* Nec enim dominium importat Advocatia. Jacob Sinzius *disput. de jure Protect. Argentinæ Anno 1621. habita conclus. 21.* Ubi scribit, cum hoc jus protectionis extra ambitum dominii consistat & à cæteris juribus Dominorum seu clientum separatum sit, consequens esse ex eo quod quis se in patrocinium & defensionem alterius receperit non perdi libertatem Arnisæus *de jure Majest. libr. 1. cap. 4. numer. 8.* Nec inde jurisdictionem in Protectorem transfundi, nec clientes à fidelitate & subjectione eximi, nec ullo modo Domino ordinario præjudicari, dann der bloſſe Schirm vnd Erbschutz führe kein Jurisdiction ein / Dalner. *de jure Patron. n. 110.* Sed potestatem liberam in subditos cæteraque jura Majestatis sive de Civili sive de criminali causa notio occurrat, Magistratui salvam & integram conservari, Reinhart. König *apud Arumæum discurs. Academic. 19. conclus. 28.* Henr. Meibomius *in Chronico Riddagshusensi sub Abbate 13. Hermanno*, ubi cum narrasset qualiter Anno 1260. *Rudolphus Comes Habspurgius* electus Romanorum Rex Abbatem & conventum *Riddagshusanum*, cum Monasterio & omnibus eorum possessionibus, sub speciali Imperii protectione susceperat, monendo subdit, istam in Imperii & Cæsaris tutelam & Patrocinium receptionem nihil juri quod antiquitus Ducibus Brunsvicensibus, in quorum territorio situm est *Riddagshusum*, competebat præjudicasse, vel præjudicare potuisse, allato institutæ inter Fiscalem Cæsareum & Henricum juniorem Ducem Brunsuicensem, actionis & desuper in Camerâ Imperiali subsecutæ absolutionis præjudicio. Scribit & firmat nuncupatim etiam Georg. Everhardus *consil. 54. n. 90. vol. 1. & cons. 56. nu. 63.* ubi dicit quod Advocatiæ seu protectioni alicujus se commendans & obligans ad annuum quid præstandum, non fiat Advocati subditus, nec eximatur à jurisdictione ordinarii & *n. 65.* subdit, etiam Dominum qui se cum subditis alterius protectioni submittit propriam jurisdictionem in loco & subditos suos illibatam retinere.

His suffragatur Ludovic. Fachsius *cons. 55. tom. 2. inter cons. Illust. ICtor. & Academ. n. 17. ibi.* vnd darumb ob gleich das Stifft in des Churfürsten Landt gelegen / vnd seine Churfürstliche Gn. deß Closters Schutzherr seind / so hat doch sein Churfürstliche Gn. wie oben gemeldt von wegen solches Schutz in den Dörffern nichts zuschaffen was Fürstliche Obrigkeit / Gericht vnd Bottmässigkeit / oder andere verwaltung anlanget sondern das bleibet bey dem Landsfürsten. Idem in scripta retulit Auctor Gründlichen berichts deß H. Reichsstatt Friedberg Stand-Regal *Priv. c. 1. n. 42. & seq.* ubi alios consentientes adducit, & *c. 4. n. 50.* ubi scribit Es were ein widerrechtlich / vngereimbt beginnen / auß einem Schutz ein Superioritet zu spinnen / cui manus etiam porrigit novissimus Refutator Wertheimensis, dessen durch die H. Bischoffliche Würtzburgische Räth wider die Herren Graffen zu Löwenstein vnd Wertheim außgesprengten berichts / *part. 1. c. 4. §. cum vero secundum Menochium, p. mihi 87. ibi* cum jus protectionis. Eandemmet sententiam firmat novissime Casp. Ziegl. *in cent. ad prax. Calvoli §. Landsassii concl. 1. n. 81. & seq.* eleganter probans, submissione in protectionem nullum aliud jus quam defendendi in Patronum transferri, allegans Auctorem der Donawertischen Information quæ (prodente Relatore *in præf.* Nottwendiger Erinnerung) in der Eß vnd Mühl zusammen getragen worden quibus verbis consarcinatores illius innominatos conjicere quis facile potest, *part. 1. fol. 48.* Unde clientes non dicuntur Schutzvnderthanen / sed Schutzverwandten. Prædictorum numerum auget Petrus Syringus *dissert. de pace Relig. concl. 44. in notis lit. D.* ubi scribit, hanc sententiam Assessorum Cameralium suffra-

fragio receptam fuisse in causa der Truchseß contra Episcopum Herbipolensem & in causa Erichstätt contra Brandenburg. Quod ipsum consulendo respondit textibus & authoritatibus fretus Alex. Raud. *cons.* 27. *numero* 39. *vol.* 1. recipitque Matth. Wesenbec. *cons.* 48. *numero* 30. *& cons.* 172. *numer.* 7. *vol.* 4. ubi notat defensionis Jus non arguere Jurisdictionem. Simon. Pistor. *cons.* 19. *incip.* In der Durchleuchtigen *numer.* 16. *ver.* Zum andern vnnd wiewol auß Crafft deß Schutzs / rc. *lib.* 1. Joan. Vincent. Honded. *cons.* 13. *numer.* 57. *vol.* 1. ubi, quod recipere † sub protectione & Jurisdictione non sit idem, eo, quod recipiens sub protectione, Jurisdictionem non acquirat, nec talis Jurisdictio transeat in suscipientem protectionem, minusque talis receptio superioritatem aliquam ostendat, per not. Bartol. *in d. l.* 1. *numer.* 2. *Codic. de excus. muner.* & Decian. *in d. cap. recepimus. numer.* 16. *& sequent. de privileg.* Et propriis his in terminis eandem sententiam respondendo stabilivit Hermann. Vultæ. *inter consilia Marpurg. tom.* 3. *cons.* 19. *numer.* 146. dicens, per subjectionem, qua se liberæ Civitates principis alicujus protectioni subjiciunt, nullam transferri in eum Principem Jurisdictionem, aut ullum aliud Jus, præterquam jus defendendi, per allegata ibidem.

440

Idem etiam veluti indubitatum docuit Modicius *in Principum placita dubit.* 239. *num.* 4. Mantic. *lib.* 27. *de tacitis Convent. tit.* 7. *num.* 13. & consulendo definiunt Roland. à Valle, *consilio* 1. *num.* 47. *lib.* 2. Frider. Pruckmann. *cons.* 17. *num.* 86. *lib.* 1. Idem etiam eleganter innuit Joach. Cluten. *in Sylloge rer. quotid. conclus.* 27. *in allegat. sub lit. F.* ajens Civitat. alterius protectioni se committenti in libertate sua, ne gry quidem, detrahi. Astipulantur Herman. Goechusius *discur. de Fæderib. conclus.* 66. ubi dicit periculosum quidem esse se in Protectionem alterius dare, propterea quod Patronus hoc modo quasi in possessionem Civitatis Clientelaris ponatur, quam postea ab eo extorquere difficile sit, attamen constare ordinariæ Jurisdictioni per id nihil detrahi; Andr. Gerhardus *selectar. quæst. conclus.* 8. ubi dicit per protectionis submissionem, salvam existere Jurisdictionem ordinariam.

Eleganter etiam idipsum in scripta retulit Confutator Pfältzischen Schutzs in Keyserßheimischer Confutation contra Pfältzische Deduction *post Documentum numer.* 24. §. darzu vnnd vber das / rc. *circa med.* hisce verbis: Nun weiß man aber / daß der Schutz vnnd Schirm / weder dem Schutz oder Schirmherrn eynige Obrigkeit oder Superioritet vber die Schutzverwante gibt / noch die Clientes oder Schirmsverwannte / zu deß Schutzherrn Vnterthanen Macht / oder von ihrer ordentlichen Obrigkeit eximirt / sondern allein in nudis † terminis protectionis singulariter oder separatim bestehet vnd verbleibt. Christoph. Besold. *dissertat. de Jure fæder. Cap. V. numer.* 12. ubi Clientem non fieri subditum exinde apparere dicit, quod is, qui alterius subjacet protectioni non ideo ob id exemptus sit, post Ferrar. Cravett. & Hartmann. Zach. Vietor. *d. dissert. de Exempt. Conclus.* 20. *&* 37. *vers. Collectas dixi*: Comprobat id ipsum Regner. Sixtin. *eodem tom. consilio* 8. *numer.* 48. aperte decidens, jus hoc protectionis sive Advocatiæ ei, qui hoc jus habet, nullam tribuere Jurisdictionem, sive jus Magistratus, sed solam facultatem protegendi & defendendi eos, quos in Clientelam & protectionem recepit, & *cons. eodem numer.* 63. amplius testatur, Juri scripto & generali consuetudini consentaneum esse, quod jus protectionis non habeat annexam Jurisdictionem. Idemque communi Doctorum suffragio approbatum confirmant Menoch. *consilio* 32. *numer.* 29. *vol.* 1. *& consilio* 377. *numer.* 2. *vol.* 4. *& consilio* 725. *numer.* 30. *vol.* 8. Idem *in tracta. de arbitr. Jud. quæst. cent.* 1. *quæstio.* 100. *numer.* 19. *& sequent.* Nicol. Everhard. *in Top. legat. loco de tanquam seu respectivis numer.* 30. Boss. *pract. criminalis. tit. de crimin. læs. majestat. numer.* 89. *&* 101. Mascard. *de probat. conclus.* 713. *numer.* 3. Andr. Gail. *libro* 2. *obs.* 54. *numer.* 1. *&* 3. *incip. Jus Patronatus Protectionis vel Advocatiæ*, nullam Patrono, Protectori vel Advocato in Clientes suos tribuit Jurisdictionem. Schutz vnnd Schirm gibt kein Obrigkeit & ideo Clientes Schirmsverwanten / non efficiuntur subditi, licet se alterius protectioni submittant. Joan. Wammel. *in cap. ad audientiam, sub numer.* 3. *de appellationibus* ubi dicit, quod si quis extra propositum † appellandi, se subjiciat protectioni alicujus, aut superior alterius inferioris subditum in suam protectionem suscipiat, talis subjectio seu susceptio subjicientem seu susceptum non eximat à superioritate & Jurisdictione proprii sui Judicis, *d. capit. ex parte* 2. *de privileg.* Thessaur. Junior. *in additionibus ad decis. patris sui* 132. *in fine.* ubi dicit; Salvamguardiam † etiam à supremo Domino obtentam subditum non tollere à Jurisdictione vasalli. Consentiunt Paul. de Castro *consilio* 313. *incip. postremo. numer.* 3. *versic. verba autem alia vol.* 1. Mayn. *consilio* 57. *numer.* 3. *vol.* 3. Gemin. *cons.* 81. *per tot.* Petra *de Jure quæsit. per princ. non toll. cap.* 22. *numer.* 9. Et quod Advocatia non tribuat Jurisdictionem, practicari etiam in Camerali Judicio testatum habemus *in syntagm.* 1. *decis. Cameral.* per Thilman. de Bennig. *decis.* 2. *vot.* 8. *numer.* 10. & iterum *decis.* 4. *vot.* 10. *num.* 3. *&* 4. Et ita se obtinuisse etiam in Camera Apostolica refert Quintilian Mandos. *in addit. ad Boss. supra d. loco de crim. læs. majest. num.* 101.

441

442

443

Adde in comprobationem, † quæ non inconcinne hisce congestis adducit Petr. Gregor. Tholossan. *libro* 11. *de Republic. capit.* 11. *numer.* 6. ubi, inquit, multum inter dedititios, & se committentes protectioni alicujus differre, eo quod dedititii nullam reservent potestatem aut authoritatem, & pleno Jure se subjiciant iis, quibus se dedunt. At qui se committunt in protectionem, non ideo amittere libertatem & potestatem propriam, nec mutare Dominum, sed auxilio protectoris ultro se munire & defendi cupere, nec protectionem Advocatam eximere protectos à proprii Domini potestate, quanquam protectionis nomine beneficium, aut pensio sive census protectori præbeatur. Nam causam protectionis non habere jus Dominii quemadmodum nec auxiliarii † milites mercenarii ideo Domini Reipublic. sint, quod stipendio ad auxilium & opem & protectionem advocentur, & cæt.

444

445

Eandem quoque decisionem late & pulchre defendit Cardin. Tusch. *pract. concl. Jur. Tom.* 2. *conclus.* 628. *numer.* 5. *& sequent. & Tom.* 6. *conclus.* 56. *numero* 2. ubi post Corneum tradit, Recommendatos non esse subditos, licet talem, qualem pulli sub alis gallinæ, (qua de Christus in Evangelio) vel etiam quæ filiali similis sit protectioni, habeant subjectionem *d. conclus.* 928. *num.* 18.

Præterea hoc ipsum nuperrime magnæ authoritatis Jurisconsulti secuti sunt, nempe Andreas Knichen. *in comment. de Saxonico non provoc. Jur. capite quinto, numer.* 500. *ibi: Cæterum Jus † protectionis seu Clientelare, sive Ecclesiasticum, sive politicum, conventionale, vel feudale, nullam tribuit Jurisdictionem sed recepti in Tutelam ordinaria non eximuntur, multo minus libertatem suam vel Jus aliquod transferunt.*

446

ferunt. Henric. à Rosenthal, *tract. feud. ca. 4. conclus. 14. num. 4. lit. D.*

Addens ulterius in comprobationem notata Alexandri *in cons. 13. num. 15. lib. 6.* Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. Jud. capit. 14 num. 8. libr. 2.* Warem. ab Erenberg. *meditam. pro feuder. cap. 4. num. 13. lib. 1.* † Clientes enim, inquit, & vasalli, utcunque Dominos habent superiores, manent tamen liberi Gothofredus *in l. 7. de captiv. & postlimin. revers.* Cupiunt enim libertatem defendere, eamque ob causam conducunt auxilium potentioris, non ut amittant, sed retineant libertatem illibatam. Protectio namque alterius, non eximit protectos à proprii Domini potestate; quamvis eo nomine census præbeatur, *d. c. ex parte. & d. c. recepimus. de privil.* neque subditi sunt istius principis Gail. *tract. de Arrest. Imperii, capit. 7.* Grevæ. *pract. conclus. 54. num. 1. lib. 2.*

447

Quorum omnium numerum haud parum adaugent doctiss. Dn. Lud. Myler. *dissert. de Advocatia thes. 4.* Dn. Sebast. Dieterich. *de Jur. Advoc. conclus. 14.* ubi quod generaliter, quemadmodum protectionis † Jus à directo utilique dominio & cæterisquoque Juribus particularium Dominorum separatum est, ita inde ordinariæ Jurisdictioni nihil detrahatur, aut de hac protectori aliquid accedat, his assonant in terminis, Adam. Kellerus Juris utriusque Licent. Consiliarius Austriacus dum vixit Amicus ac Fautor meus singularis *lib. 2. c. 11. vers. Sub hac igitur defensione, de offic. Juridicopolit.* Idemque Jo Meichsner. in causa Jngelheim contra Pfaltz / *decis. Cameral. Tom. 2. lib. 2. decis. 4. numer. 6. & numer. 176.* ubi testatur, Jus Protectionis nec in civilibus nec in criminalibus tribuere Jurisdictionem, eamque non acquiri, nec aliorum Dominorum, vel superiorum Juri præjudicari posse, per Jus Protectionis. Ant. Faber. *lib. 3. Cod. tit. 12. definit. 5.* Ferrariens. *de Feud. Tit. 15. gloss. 18. numer. 4.* Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 9. numer. 108.* Zasius *consil. 7. numer. 6. & 4. vol. 2. incip. Casus talis est*, quos omnes novissime insecutus idem adseverat clariss. & consultiss. Dn. Nicol. Pfoch Consiliarius & Professor Herbipolensis, *in Procyopadia de Regal numer. 58.* ubi dicit, Jus protectionis & Advocatiæ super Abbatias, Ecclesias & Monasteria inter Principatus sita, Imperatorem Catholicis Principibus contulisse & adhuc conferre, quod tamen Jurisdictionem nullam tribuat, neque protectos ab ordinaria Jurisdictione eximat. Unde vulgo dici solet Advocatum vel defensorem Ecclesiæ non esse ejus Dominum Bald. *in l. final. Cod. de edict. D. Arian. toll.* Anton. Butrius *in ca. examinata numer. 11. de Judiciis.* Præcitatis insuper magno numero accedunt Arnold. de Reyger. *in thesaur. Jur. verb. Advocatus post numer. 93.* ibi recipiens aliquem pro Clientulo in suam Advocationem seu patrocinium, nihil derogat ordinariæ Jurisdict. Christoph. Besold. *de Appellat. cap. 4. numer. 5.* Herman. Meyrer. Consul Embdan. *de præferentiis creditor. lib. 2. tit. 4. numer. 27.* idemque communibus suffragiis receptum scribit Matth. Stephan. *centur. 1. q. ex Instit. Imper. 35.* ubi *in glos. lit. B. sub finem.* dicit, Jus protectionis nulli patrono in clientes suos Jurisdictionem tribuere, nec fieri inde subditos, qui se alterius protectioni submittunt, sed manere sub Jurisdictione ordinaria & sui magistratus, per *ibid.* allegat. quibus licet innumeris assentiuntur ulterius Geor. Schonborn. *Politicor. lib. 4. c. 6.* Joan. Georg. Becht. *disp. de securit. & salvoconduct. ad fin. c. 10. ibi. Qualis autem cumque sit Salvaguardia, impetranti non plus quam ante habebat, Juris tribuit, sed Jus possessionemque, quam habebat, conservat; ordinariæ Jurisdictioni non derogat, neque eximit.*

448

Ubi hoc ipsum etiam extendit ad Colonos † censuales, in alterius Domini territorio habitantes, qui vulgo Hindersässen dicuntur, quorum protectio Domino censuali dem Zinßherren competens, itidem ordinario territorii Domino non præjudicat. Gylman. *symphorem. supplic. part. 1. tit. 2. vot. 1. numer. 51. & Tit. 6. vot. 2. numer. 3.* his verbis; *Certum est*, inquit, *quod Jus Protectionis nullam Protectori & Advocato tribuat Jurisdictionem.* Et *Tom. 2. part. 3. Tit. 3. Supplicat. 23.* tanquam orbi manifestum perfunctorie indicat, multas Urbes nobilesque Imperio immediate subjectos, se in alterius Principis protectionem, mit Leib und Gut dare posse, inde tamen Imperio ne hilum quidem decedere. Idipsum quoque non ita pridem pro certissimo receperunt, Georg. Gumpelsheim. *disput. de Jure client. th. 2. lit. l.* Remig. Feschius *dissert. de fœderib. th. 23. in notis lit. E.* ubi plures recenset. Alex. *l. 1. numero 24. de Jurisd. omn. Jud.* Socin. sen. *ibid. num. 28. & in l. si ex tota. numer. 28. cum sequen. de legat. 1.* *ubi omnes de communi testantur.* Rutger. Ruland. *lib. 2. de Interrog. cap. 3. numer. 12.* Matth. Coler. *cons. 33. numer. 67.* Ubi dicit, per præcedentiam † principis protectoris Senatui Jurisdictionem in urbe non auferri, sed cives nihilosecius quam antea Magistratui ibidem subjectos remanere. Wintzler. *in synops. de collect. observ. 21.* novissime Thom. Michael. *disp. de Jurisdict. thes 55. lit. H.* aperte asserens, per Advocatiam Jurisdictionem non probari Gædd. *consil. Marp. 28. numer. 179. vol. 1.* Afin. *de execut. §. 9. cap. 5. numer. 1.* Castald. *de Imper. quæst 109. numer. 19.* Cacheran. *decis. Ped. 139. numer. 23.* Borchol. *cons. 11. versic.* So ligt nichts im Weg Contard. *in l. un. C. si à moment. poss. appell. lim. 3. numer. 23.* Gerlac. Buxtorff. *in elegantiss. dissertat. ad 17. priora Aur. Bull. cap. conclus. 99. lit. f. in med.* Paul. Matth. Wehner. *pract. observat. verbo.* Schirmsgerechtigkeit / hisce verbis, Schirm unnd Schutz Jus patronatus, protectionis, vel Advocatiæ non tribuit Jurisdictionem patrono, protectori vel Advocato, dann Schutz und Schirm gibt keine Gerechtigkeit / & ideo clientes Schirmsgenossen unnd Schutzverwandten non efficiuntur subditi licet se alterius protectioni submittant. Idem evidentissime attestatur. *Thomas Lansius de lege Regia. th. 50.* Thom. Maullius *tracta. de homag. tit. 11. numer. 10. Jus*, inquit, *patronatus, protectionis, Clientela vel Advocatia patrono seu protectori, vel Advocato nullam Jurisdictionem, imo ne micam † quidem Jurisdictionis in Clientes suos tribuit, & ideo Clientes* Schirmsverwandten *non efficiuntur subditi, sed in protectionem & tutelam recepti manent sub Jurisdictione ordinaria & sui magistratus, & suo Magistratui in omnibus ut antea parere debent*, Schutz unnd Schirmsgerechtigkeit gibt kein Obrigkeit/ entzeucht auch dem rechten Erb-Herren an seinem Rechten nicht das allergeringste/ rc.

449

450

451

Concurrit in eandem sententiam cum prædictis Regner. Sixtin. *tracta. de Regalibus libro secundo, capite decimoquarto, numer. 205.* Ubi scribit, Jus protectionis non tribuere Jurisdictionem, adeo, ut etiamsi Cæsar ipse in Clientelam suam aliquem peculiariter recipiat, & hac de re privilegium largiatur, tamen mediatæ Jurisdictioni ordinariæ, inferioris Magistratus, cui alioqui hujusmodi personæ & bona subjecta sunt, non derogetur, nec præjudicium ullum adferatur.

Id quod etiam suo approbavit calculo eminentissimus Jurisconsultus Petr. Wesenbec. *cons. 5. post numero 39.* hisce verbis zum dritten ist es nicht unbekant / daß solch Jus protectionis vel Advocatiæ dem patrono sive protectori einige Bottmässigkeit / oder

der andere bestendige Gerechtigkeit nicht gibet / sondern / die jenigen / die er in seinen Schutz vnd Verspruch genommen / bleiben sub Jurisdictione ordinaria & sui Magistratus, cui in omnibus ut antea parere debent. Es bleibet auch allen den jenigen / die vorhin am selben Ort / oder Leuten eine Gerechtigkeit gehabt dieselbe frey vnnd vnverletzt / prout hæc probantur *in cap. recepimus. §. ex parte. 2. de privileg. l. desertorem. §. fin. in fin. ff. de re milit.* quibus locis confirmatur, inferiores quidem posse se defensionis causa potentioribus submittere, ut tempore belli & diffidationis, Advocatione vel etiam armata manu protegantur, sed per illam submissionem nihilominus salvam existere & manere Jurisdictionem ordinariam.

Et *paulo post*: Dieses nemblich / wann die Fürsten pflegen anderer Herrschafft Vnterthanen vnnd Verwanten in jhren Verspruch vnnd Schutz zunemmen / daß denselben Herrschafften dardurch kein Nachtheil soll eingeführt/ noch einige Obrigkeit vnd Gerichte angemaßt werden/ rc.

Idem non ineleganter firmat Christoph. Herpter. *in precept. Polit. Tit. de subd. numer. 2.* asserens nec Jus Patronatus, aut Protectionis, subditos facere, sed Clientes in Protectionem ac Tutelam receptos, sub ordinaria Magistratus sui Jurisdictione manere, castrumque vel Civitatem certis pactis & conditionibus alicui principi subjectam, quo ad expressas conditiones tantum subditam censeri, in reliquis liberam manere arg. *l. 2. de Jure immunitatis*, eo quod unius inclusio sit alterius exclusio *leg. cum Prætor. 12. in princip. Digest. de Judic.* & exceptio confirmet regulam in casibus non exceptis. *l. quæsitum est 12. §. idem respondit 47. Digest. de instruct. vel Instrument. legat.*

Exprimendo enim aliqua certa Capitula, ad quæ teneri voluit, quod in aliis obligari nolit, eo ipso declaravit arg. *l. 12. §. 43. versic. Nam qui hac. ff. de instru. & Instru. leg.* Natta *consil. 301. numer. 2. Tom. 2.* Cravett. *consilio 241. numer. 12.* Quo ad quædam autem alteri aliquem se subjicere posse, & quo ad alia in pristina manere libertate, per *leg. 2. de Jur. Immun.* tradidit Natta *consilio 636. numer. 35. & 184. Tom. 1.* Idque maxime in Clientibus obtinebit, utpote qui non ut amittant, sed ut retineant libertatem, potentioris quærunt auxilium.

Et hanc denique plus quam centum scriptorum fide & auctoritate confirmatam sententiam novissime etiam defendit D. Hepingk *de Jure Advocat. Thes. 49.* astruens Advocatiam, Clientum libertatem non auferre, nec minuere, neque etiam subjectionem inducere protectionem, & *conclus. 50. in not. sub lit. C.* ubi dicit Jurisdictionem territorii (cujus appellatione Jurisdictionalia ac honorificentias Contard. *in l. un. C. de moment. poss. limit. 2. §. 8. numer. 31.* & Jus superioritatis venire tradit Cassan. *in consuet. Burgund. rubric. 1. §. 4. numer. 3. & 4.*) & superioritatem Advocatis concludenter non probari.

Hucusque Innumerabiles fere Doctores ex vi ipsius Advocatiæ nullam jurisdictionis speciem produci asserentium auctoritates tanto numero, quotquot usque videre licuit, connotatas referre collibuit; non ea quidem de causa, quod de hoc ipso magnum sit dubium (cum ferme præter hoc ipsum axioma, *Advocatiam nempe haud tribuere Jurisdictionem*, apud Juris interpretes) excepto Mindano, Maulio, Zieglero, Hepingko & paucis aliis, (in hac protectionis materia, nihil aut parum extare omnes docti sciant, & fateri cogantur) sed eo id à me consilio factum est, ut doctrinæ amans lector intelligeret, ad excolendum & pro viribus exornandum hoc argumenti genus, per me omnes fere auctores, quoscunque de hac materia vel minimum quiddam conscripsisse arbitrabar, summo studio evolutos atque excussos fuisse.

Missis igitur pluribus auctoritatibus, ut amplius constet, hanc eandem indubitatam assertionem, per ea, quæ in principio propositæ quæstionis in contrariam partem, dubitationis ergo adducta sunt, non labefactari, idcirco eadem quoque nominatim reassumendo, ordine diluam.

Solutio contrariorum Argumentorum.

Quod igitur primo ad † Baldi adductam authoritatem attinet, ea nihil præjudicat, loquitur enim ibi Bald. de tali Advocatia, ubi recipiuntur subditi in specialem protectionem ordinarii sui Magistratus, & ejusmodi protectioni utique annexa est Jurisdictio. Et istud est quod voluit Bald. *in l. 2. col. 2. Codic. si quacunque prædit. potest.* quod nomine protectionis plena Jurisdictio contineatur: loquitur enim ibi Bald. de subdito, qui alterius protectioni subjicitur, prout docet ille text. per quem movetur. prout ejusdem Baldi sensum nominatim explicat Marc. Anton. Natt. *consilio 636. numero 95. vol. 3.*

453 *Responsio ad Baldum in prima dubitandi ratione adductum.*

Si enim aliter Bald. sentiret, sibi ipsi omnino esset contrarius. Idem enim *in l. 1. Codic. de excusa. muner. libro 10.* aperte dicit, quod submissio in protectionem non tribuat Jurisdictionem. & *in prima constitution. ff.* itidem asserit, ex tali submissione submittentem potius acquirere defensionem, quam transferre Jurisdictionem.

Sicut & idem *consilio 59. numer. 1.* aperte scribit, graviterque defendit Civitatem prorsus liberam, Principis alicujus se submittentem protectioni, libertatem & Jurisdictionem, quam ante habuit, salvam conservare, nisi quatenus in contrarium aliquid pepigit, quod tamen absque tertii superioritatem aut Jurisdictionem in pangentem habentis præjudicio fieri non debere nec posse, recte observavit Græveus *in pract. conclus. ad Gail. obs. lib. 2. conclus. 54. numer. 2.*

Deinde etiam nihil obstat † Augustini Beroi assertio tradentis, sub protectione accipere aliquem, nil aliud esse, quam sub jurisdictione & Imperio suo accipere.

454 *Responsio ad Beroi auctoritatem.*

Ille enim similiter loquitur de protectione, quæ subditis à Magistratu intra proprios territorii fines exhibetur, quæ protectio semper præsupponit Jurisdictionem, cum superioritas sit protectio, ratione Jurisdictionis in universum competens, Mandel. *cons. 61. num. 20. & 40. vers. Nam superioritas*, Petra *de Jur. quæsit. per princ. non toll. cap. 21. nu. 84.* Thom. Mich. *de Jurisdict. conclus. 44. lit. D.* Gæld. *in respons. Jur. de restit. Baron. in Vallend. nu. 197.*

Deinde etiam extra mentem utriusque oppositi Doctoris absolute responderi posset quod dicta illorum, in iis etiam verificentur, qui forte sententia gravati se protectioni superioris subjiciunt. Nam talis subjectio, † superiori Judici Jurisdictionem in eundem tribuit & taliter se protectioni submittens in provocati Judicis Jurisdictionem, quoad causam appellatam, transit, juxta gl. *in c. ad audientiam, extr. de Appellationib. ibi:* se & sua nostræ protectioni subjecerat Cornel. Bederod. *de appellat. part. 1. tit. 21. §. Item submittens se &c.* Et hoc casu verum est, quod alicujus protectioni se subjicere, nihil sit aliud quam alicujus se Jurisdictioni & imperio submittere.

455

In terminis enim appellationis paria sunt † appellare & submittere se sub protectione superioris Judicis,

456

Judicis, eandemque vim habent Joan. Wammes. *d. c. ad audientiam. 34. numer. 4. de appellat.* modo in submissione serventur & exprimantur alia quæ in ap-
457 pellatione requiruntur, quia tunc non est † facienda vis in verbis, ex quo constat de intentione, *c. petitio. de procurat. c. secundo requisitis. 41. de appellat.* sed res ab effectu & mente potius quam ex verbis judicatur, *l. si uno. Digest. locati.* Alias autem sub nuda protectione & commendatione esse, non est sub Jurisdictione esse, sed sub defensione facti ab injuriis & violentiis Theod. Reinking *in Tract. de Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 3. num. 28.* Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. Carol. 4. dissert. 5. conclus. 9.*

458 Tertio nihil etiam pro † firmanda contraria sententia faciunt, quæ ex Parthenio litigioso adducta sunt. † Etsi enim concedamus (id quod nos ipsi etiam *infra in IV. & VI. limitationibus*) expresse astruimus, pacto,
459 usu longævo seu etiam consuetudine aut præscriptione, Jurisdictionem Advocatiæ accedere posse; tamen inde nulla ratione inferri potest, Juri Protectionis per se & ex vi propria, virtute scilicet Advocatiæ, annexam esse Jurisdictionem.

Responsio ad III. dubitandi rationem.

460 Per se enim Juris haud controversi est, † Jurisdictionem vel consuetudine vel præscriptione acquiri posse, *l. unic.* ubi gloss. & Dd. *C. de divers. offic. libr. 12. c. cum contingat.* & *ibi* Dd. *ext. de offic. deleg. c. irrefragabili. §. Excessus. Extr. de offic. ord. l. 1.* & *ibi* Bartol. *l. fin. ibique* gloss. *C. de emancipat. liber.* Bart. & Dd. *l. mora.* ubi Jas. *numer. 43. & seq. ff. de Jurisdict. omn. Jud.* Bartol. Jas. & Dd. *in l. imperium. ff. eod.* Bartol. *in l. 1. denique* ubi Imol. & Lud. Roman. *ff. de aq. quotid. & æstiv.* Andr. Barbat. *tract. de præscript. 2. part. 5. part. princ. quæst. 3. per tot.* Didac. Covarru. *c. possessor. 2. part. §. 3. num. 3. 4. & 5. de reg. Jur. in 6.* Coler. *cons. 1. nu. 287.*

461 Nihil etiam momenti adversativi habet † quartum argumentum, quo dictum erat, Protectorem ratione protectionis esse Dominum suorum Clientum. Solet enim Domini † vocabulum diversimode accipi: Uno
462 pro superiori † vel magistratu, respectu subditorum,
463 unde & dominandi † imperandique actus, dominatio
464 & dominatus dicitur, Pomponius *in l. 2. §. & cum placuisset. ff. de orig. Jur.* ubi asperæ dominationis memorabile habetur exemplum.

Responsio ad IV. dubitandi rationem.

465 Unde & Cicero his dictionibus utitur, cum Dominos rerum omnium & moderatores ait esse Deos. *lib. 1. de legib.*

466 Et animum, † ut dominum atque Imperatorem obedienti corpori à Deo præfectum *in lib. de univers. & cat.*

467 Deinde accipitur Dominus respectu servi, † quemadmodum dominationis vocem in hoc significatu usurpat Triphon. *in l. si qui, ff. de condict. indeb.* Ut enim li-
468 bertas, ait, naturali † Jure continetur: ita & dominatio ex Jure gentium introducta est.

469 Præterea non solum recentiores quidam, † quos libenter sequimur, haud vulgari eruditione præstantes, fatentur, Domini quidem vocabulum, tam Protectioni, quam directo dominio, utilique immo nudæ præeminentiæ seu dignitati tribui solere, Chassan. *in consuet. Burg. verbo Seigneur Rubr. 13. vers. 5.* Cæpoll. *de servit. urb. capit. 4.* Covarr. *c. peccatum part. 2. §. 9. numer. 8.* Calcan. *consil. 32. numer. 15.* Capyc. *decis. 25. numer. 1.* non tamen ullam inde colligi subjectionem, & docet experientia in dies præsertim in Epistolis, Dominos vocari eos, qui tamen nullam in nos potestatem habent, sicut clarissimus Hassiæ Jurisconsultus respondit Herm. Vultæus *consil. 30. numer. 15. vol. 3. Marpurg.* Sed & veteres, honoris causa Dominum aliquem dicere solebant, ut cum Nesennius ad Paulum scribens. *l. Nesennius. ad leg. Falcid.* Et facto, inquit, Domine talis species incidit, quemadmodum & apud Græcos κύριος † frequenter est 470 honoris vocabulum. Sic & vasallus patronum suum honoris causa dominum appellat, ut in formula Jurisjurandi *lib. feud. 2. tit. 5.* Joan. Calvin. *in suo lex. verb. Dominus.* Et tali significatu Protectores quoque à Clientibus Dominos dici volumus, ex quo nulla inde subjectio vel Jurisdictio promanare potest. Quando enim aliquid secundum quid dicitur, simpliciter vel secundum aliud haud accipi, nec actus agentium ultra eorum operari debent intentionem, arg. *l. 19. pr. & ibi* Jas. *de reb. cred.* Ergo omnis de Jurisdictione illatio corruit.

Insuper si Bartoli verba objectionis loco adducta inspiciamus, clarum est, eum loqui de Imperatoria protectione: Imperator † enim ratione pro- 471 tectionis & Jurisdictionis dicitur, & vere est Dominus totius orbis Romani, *l. deprecatio ff. ad leg. Rhod. de jactu. l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript.* quod secus est in aliis protectoribus, quibus Advocatiæ intuitu, nullum competit dominium, sed ut dictum est, honoris duntaxat gratia Domini dicuntur.

Quintum insuper argumentum plus coloris, † quam 472 difficultatis habet: Nam quod *in allegato gravamine* de Jurisdictione dicitur, id non ad defensores, sed Episcopos refertur; Is enim Jurisdictione, quam in monasteria prius habuit, per exemptionem exuitur, nequaquam vero Protector, qui Jurisdictionem nullam habuit. Et hic quidem sensus aperte colligitur ex contextu verborum vulgarium ejusdem gravaminis, qui ita habet:

Responsio ad V. dubitandi rationem.

Item Bäpstliche Heyligkeit untersteheт etliche Clöster zu eximirn und von jhrer Bischoffen/ als ordentlichen Richtern Jurisdiction / auch anderer jhrer Weltlichen Schutzherren Hülff/ außzuziehen / dardurch nicht allein denselben Bischoffen und Schutzherrn sondern auch dem Heyl. Römischen Reich in jhren Anschlägen unnd Hülff/ so gemelte Bischöff unnd Schutzherrn bißhero je zu Zeiten auff jhre Eyte auch gelegt / auch fürters zugeben gevrsacht / und damit dem Römischen Reich desto stattlicher geholffen haben / schmählerung und Abbruch geschicht. Derohalben bitten auch die Reichsständt solche Beschwerden abzustellen / unnd alle solche Clöster bey jhren Bischöffen / unnd Schutzherrn bleiben zulassen / damit dieselben dem Heyl. Reich auch desto stattlicher helffen und dienen mögen / 2c.

Neque etiam remorantur † nos adducta in horum 473 corroborationem exempla Protectorum, qui passim in Clientes fidei suæ creditos eorumque subditos Jurisdictionis exercitium habent; Potuit enim fieri, quod Advocati illi merum Imperium seu Jurisdictionem, pacto vel usucapione acquisiverint, vel etiam nomine Prælatorum (quod sæpius fieri *alibi* diximus) eam exerceant.

Responsio ad Exempla Protectorum Jurisdictionem alibi exercentium.

Cum enim Ecclesiastici, Jure canonum, sententi- 474 am, sanguinis pœnam infligentem proferre, aut cruentam exercere vindictam, & ubi exercetur, interesse prohibeantur, per text. *in cap. Clericis. Ne cler. vel Mon. secul. neg. se immisc.* Lancell. *in templ. omn. Jud. libro 1. capit. 1. §. ad verb. delinq. & ipsum. interf. numer. 8.* Bald. *consilio 439. numer. 2. vol. 1.* Chassan. *in consuet. Burgund. Rubric. 1. §. 6. verb. Messieurs & Sergeans*

Sergeant numer. 33. adeo ut in crimine sanguinis, pœnam † præstitutam habente, ob irregularitatem nec quidem ad accusandum admittantur, *cap. sacerdotem.* 2. *quæst.* 7. Farinac. *libro* 1. *pract. crim. quæst.* 12. *numer.* 12. *vers. Limita*, Gail. *libro* 1. *de pace public. capit.* 8. *numer.* 1. & 2.

475

476 Ideo per suos sæculares † Judices in criminalibus justitiam administrare etiamnum hodie solent, *text. in capit. fin. Ne Cler. vel Monach. in* 6. Specul. *in Rubric. de Jurisdict. omn. Jud. numer.* 27. Gail. *d. l.* 1. *de pac. public. capite* 8. *numer.* 12. Idque olim potissimum per † Advocatos factitatum esse adseverat Zas. *ad l.* 3. *numer.* 29. *Digest. de offic. ejus cui mand.* quem refert & sequitur Thom. Michael. *de Jurisdict. thes.* 82. *in fine*, asserens, non esse novum, ut Advocati Prælatorum nomine merum Imperium exerceant: Idemque recipiens Henric. à Rosenthal. *synops. feudal. capite* 4. *conclus.* 14. *numer.* 4. Quamvis, inquit, non negarim, in quibusdam Advocatiis ita obtentum, ut Advocati Jus dicant inter subditos ipsius Ecclesiæ, pro Episcopis & Abbatibus, sicut etiam forma investituræ Advocatiæ Episcopatus Taruisini à Zabarell. Cardinal. *cons. suo* 123. *incip. super præmisso &c.* proposita de Anno 1271. indicat. Ubi postquam dictum, quod Episcopus vasallum investierit de Advocatia, cum omni Comitatu & Signoria tam in terra quam in aquis ad ipsam spectantibus, & subjecisset proventus aliquos ipsius Advocati, addit, pro quibus omnibus & singulis defendere & manutenere teneatur ipsam Taruisinam Ecclesiam & ejus possessiones & bona fideliter & legaliter, & ipsum Episcopum, etiam cum gladio, si oportuerit, & pro Episcopo in prædictis terris, id est, oppidis judicia facere consueta, &c. Et horum assertioni accedit Tob. Paurmeist. *de Jurisdict. libro* 2. *capit.* 9. *numer.* 28. cujus verba *alibi* relata hic repetere odiosum est.

477

478 Quod si vero Protectores † in Monasteriis criminalem vel civilem Jurisdictionem Jure proprio usurpent, id inde fit, quod Monasteria immediate in territoriis jurisdictionalibus Protectorum cum omnimoda subjectione sita sint, ideoque non intuitu aut virtute Advocatiæ, sed potius Jure territorii potestatem illam jurisdictionalem exercent, quemadmodum idipsum per *supra* dictum Auctorem Wertheimischen Gegenberichts / durch deß Closters Brumbach situation aperte ostenditur, hisce verbis: Wann nun dasselbige (Closter Brumbach) in der Graffschafft territorio, Obrig- vnnd Herrlichkeit vnfehlbar erbawet / gelegen vnnd damit ringsweiß umbfangen / auch zu nechst / vnd nicht vber ein Stund von dem Stammhauß Wertheim situirt ist: Also hat auch ein jeder regierender Grave zu Wertheim / ausser deren ex fundatione vnnd dotatione erlangten Rechten indistincte, alle Bottmässigkeit daselbst / wie an allen andern Orten der Graffschafft ohne menniglichen Eintrag / von vnverdencklichen Jahren absolute gevbet / exercirt vnnd hergebracht: Aut vero si Jurisdictionis exercitium ex fonte Territorii, non promanare cognoscatur, tunc ea de causa talis potestas à Protectoribus usurpatur, quod olim à Principe, vel ipsis Clientibus ad Jurisdictionem exercendam, electi, vel consuetudine aut Privilegio admissi fuerint, per notata ejusdem Zasii *d. l.* 3. *numero vigesimo septimo*, & *sequent.* uti eundem sequendo annotavit Georg. Obrecht. *tractat. de Jurisdict.* & *Imper. capit.* 6. *numero* 80. *ad fin.* Idemque observavit Paurmeist. *d. capite* 9. *numero vigesimo nono*, asserens rationes ac modos, quibus Prælatorum Jurisdictioni, in criminalibus ac Civilibus per Advocatiam derogetur, ex tenore constitutionis tutelaris aut investituræ vel ex observantia ac consuetudine (quam in circumagenda Jurisdictione potissimum attendi constat) cognosci.

Responsio ad VI. dubitandi rationem. Nil confert etiam sexto loco motum Argumentum, quod nempe ex inscriptione, Liebe Getrewe subjectio arguatur. Id enim perpetuum non est.

Quemadmodum enim Vasalli Fideles *capite primo*, §. 1. *Feud.* 1. & *capit. un.* 1. *F.* 10. vocantur, qui tamen, ut alibi fuse probavimus, extra Feudi casum pro subditis non reputantur, Gail. *de pignor. capite decimo quinto*, *numer.* 3. & *de Arrest. capite* 7. *numero* 13. ubi Vasallos Liebe Getrewe appellari, stylo receptum esse testatur, illamque proprie eos concernere appellationem, ait Cothman. *respon.* 91. *numer.* 33. & *Respon.* 57. *numero quadragesimo quinto*, *vol.* 1.

Et tam subditorum quam Vasallorum literas hoc modo, (vnsern Lieben Getrewen) in Grammatophylaciis Principum inscribi notat etiam Brunning. *de var. univers. speculat. conclus.* 35.

Sic etiam, quando Clientibus, (eo quod Protectoris sui fideles sint & permanere debeant Clientes) ea inscriptio tribuitur, illa ad Jurisdictionem non extenditur, & æque minus præjudicat, atque Protectori vnserem Gnedigen Herren / scribere libertati officit. Ziegler. *communium conclus.* 1. §. *Landsassii numero ducentesimo primo*, relatus per D. Hepingk *disputat. de Jure Advocat. conclus.* 49. *lit. B. ad fin.*

Responsio ad ultimam dubitandi rationem. Denique nihil roboris confert, pro sustinenda affirmante sententia, quod olim Advocati Monasteriorum omnimodam habuerint, atque exercuerint Jurisdictionem in subditos Monasteriorum, quia, ut in hoc allegati authores affirmant, intercapedine temporum magna eo in genere mutatio intercessit: quare non procedit argumentum † ab eo, quod olim fuit, ad id quod nunc viget, *l. qui res.* 98. §. *aream. Digest. de solut.* Hieronym. de Laurent. *decis.* 145. *numer.* 16. *ad fin.* ubi ex Marone subjicit 479

—— fuit Ilium & ingens
—— Gloria Teucrorum, &c.

Dn. Andr. Knichen. *de vestitur. pallion. capit.* 2. *numer.* 50. *lib.* 2.

Ampliatio decisæ quæstionis. Ampliatio 1. Porro his ita † objectionum repagulis sufficienter remotis, prædicta negativa pars ampliatur adeo vera esse, ut protectio nedum aliquam Jurisdictionem tribuat, sed eandem etiam, ante susceptam Advocatiam nunquam competiisse Protectoribus in Clientes arguat, Christophor. Besold. *dissert. de Jure fœderum capite quinto*, *numero* 12. Theodo. Reinkingk. *de Regim. sæc. & Eccles. libro* 1. *clas.* 5. *capit.* 3. *numer.* 30. & nominatim ampliationem hanc suggerens Zach. Vietor. *disputat. de causis exemption. conclus.* 20. ubi *in scholiis ibidem annexis*, ait Protectionem, quæ peculiaribus pactis impetrata fuit evidens potius signum esse non Jurisdictionis, prout idem consulendo subtiliter innuit Natta *consilio* 636 *numer.* 1. 480

Hunc in modum Wilhelm. Kyriander Syndicus Trevirensis in commentario de Origine & statu ejusdem antiquissimæ Civitatis *par.* 17. *fol.* 230. probare intendit Treverim esse Imperialem atque liberam

beram urbem, nec fuisse Pontificum suorum Imperio potestative subditam, ex eo quod Archiepiscopi annis amplius ducentis eandem in Protectione habuerint, annuamque pecuniam nomine Tutelæ, protectionis & patrocinii, quod Civitati impenderunt, ab ipsa acceperint. Faciunt ad idem notata Regner. Sixtin. *cons. Marpurg. Tom.* 3. *cons.* 8. *numer.* 45. ubi testatur ubi-481 que consuetudine receptum esse, † ut ii tantum, in quos Jurisdictio non competit, non etiam ii, qui potestati ac Imperio subjecti sunt, in protectionem recipiantur.

482 Qua in re tamen nos ab † eo plane dissentimus & contrarium servari, exemplis atque auctoritatibus *supra Cap. VIII.* luculenter demonstravimus.

Quemadmodum igitur fœderum pactiones, quas Civitates cum aliis ineunt, argumento sunt easdem esse liberas, ac nemini, excepto Imperatore, subjectas, ut eleganter probat Jacob. Wernh. Kyllinger. *de Ganerb. Castro. discurs.* 15. *numer.* 41. ubi tradit Jus fœdera 483 † ineundi pro necessaria consequentia immedietatis habitum fuisse, cujus rei exemplum præbet insigne Caroli IV. Imper. tum Regis adhuc Romanorum, datum Civitati Fridbergensi Anno 1349. Diploma, quod *ibi* subjicit integrum, & docuit Cujacius *libr.* 27. *observ.* 484 33. ubi arguit factas † cum aliis confœderationes libertatis signa esse, eo quod subditi alterius, nec arma tangere, nec fœdus pangere ausint. Laudens. *de confœderat. numer.* 20. Ruland. *de Commissar. part.* 4. *libro* 2. *capit.* 3. *numer.* 1. ubi asserit nullas Civitates, quæ superiorem agnoscunt facere posse fœdera juxta Bartol. *in l. final. numer.* 10. *de colleg. illicit.* Franc. Marc. *decis.* 364. *part.* 1. Bald. & Dd. *in capit.* 1. *§. conventicula de pace jurament. firm.*

485 Et si subditi, † cum Domino fœdera ineunt, ipsius jurisdictioni non eximuntur sed videntur se ad insolita adstringere, ad quæ alias non tenentur, ut notatum in causa Meyntz contra Erdfurt / Gilman. *tom.* 1. *symphor. part.* 1. *tit.* 2. *vot.* 1. Sic etiam ex inito cum alieno principe Advocatiæ contractu, conjicitur, in Clientelam receptos nullo prius jurisdictionis nexu, Protectoribus obstrictos fuisse.

486 *II. Ampliatio.* Secundo extenditur hæc assertio, † ut Jus Protectionis nullam conferat Jurisdictionem, etiamsi constaret ex Protectionis instrumento, quod Clientes se Patronorum Jurisdictioni subjecerint, si illa alteri forsan competiisset, id quod inprimis consideratum fuit in causa secundæ conventionis Meyntz contra Erfurdt / ut patet ex Gylmann. 1. *symphorem. part.* 1. *tit.* 2. *nu-*487 *mer.* 141. ubi ponderat, † non licere subditis contractum ullum facere, in præjudicium Domini sui, per Bald. *in l. debitorum Codic. de pact. in l. si unus. §. ante omnia. Digest. eod.* Socin. Jun. *cons.* 1. *num.* 66. *volum.* 4. Natta *cons.* 160. *numer.* 28. *& cons.* 309. *numer.* 3. Roland. *cons.* 29. *numer.* 16. *vol.* 1. ex eoque concludit, Erfordienses Reos pactis suis cum Ducibus Saxoniæ initis, Archiepiscopo Moguntino Actori præjudicare non potuisse, cum protectio Reorum, ad Archiepiscopi tanquam veri atque unici Domini, officium spectet, *l. illicitas. §. ne potentiores, de offici. præsid.* Boer. *decis.* 304. *numer.* 6. Roland. *cons.* 18. *numer.* 28. *vol.* 3. Quæ protectio dictis pactis, non sine contemptu Archiepiscopi, absque ejus consensu, in alios translata fuerat, ideoque pronunciatum est, daß Reis nicht gebühret / noch geziemet habe / so viel die Statt E. dero Burger unnd Einwohner belangt / die Chur- und Fürsten zu Sachsen zu Erbschirmherrn auffzunehmen / unnd sich ernenter Statt / auch Burger und Innwohner halber / mit einigen Diensten / Folge / Schirm Gelt / und andern in actis angezogener massen zuverpflichten und zuverschreiben / etc.

Ex quo infertur, quod tali casu præstita † à subdi-488 tis alieno Protectori obedientia, Domino in possessione constituto præjudicare non possit. post Specul. Mascard. *conclus.* 1397. *numero* 23. *& conclus.* 1117. *numero* 2. *per l. si coloni Cod. de agr. & cens.* Natta *cons.* 636. *numero* 60. *& sequent.* Menoch. *cons.* 437. *numero* 31. † ideoque subditos capi, & ad obedientiam 489 Domini, à cujus obedientia se de facto subtraxere, vindicari posse, arg. *l. generali. C. de decur.* respondit Bald. *cons.* 135. *numer.* 2. *vol.* 5. quem referendo sequitur Thom. Michael. *disput. de Jurisdict. thes.* 66. id etiam patet per rationem, † quod factum cuique suum 490 nocere debeat, nec alicujus conditio per alium deterior fieri possit, *l. factum. ff. de reg. Jur. l. si cui. §. iisdem ff. de accusat. c. cum super. de re Judic. c. cum dilectos. de fide instrument.* & cum hoc in quibuslibet aliis locum habeat, certe multo minus licet, † iis, qui alicujus Ju-491 risdictioni ac Imperio subjecti sunt, ei per suum factum & alium magistratum recipiendo obesse, & præjudicium parere, arg. *l. nec ex vera C. de acquir. poss.* & arg. *cap. licet universis, & ibi gloss. de testib.* Bernhard. Grevæ. *pract. conclus. lib.* 2. *conclus.* 54. *num.* 2. Ibi: quod utique intelligendum sine præjudicio tertii, Jura superioritatis habentis, nec consentientis.

Tertio ampliatur hæc doctrina, † quo ad negatio-492 nem Jurisdictionis, ut procedat tam in universali pro- *III. Ampliatio.* tectione, quam in personali. † Tametsi enim Cæsar 493 ipse in clientelam suam peculiariter aliquem & ejus bona recipiat, & de hac re privilegium largiatur, daß er seine Kinder / Erben unnd Erbens Erben in der Keyser. Mayest. etc. unnd deß Heyligen Reichs Schutz unnd Schirm seyn sollen / tamen mediatæ Jurisdictioni ordinariæ inferioris Magistratus, cui alioquin hujusmodi personæ & bona subjecta sunt, non derogatur, nec ullum adfertur præjudicium, ut ostendit Andr. Gail. *lib.* 2. *ob* 54. *numer.* 7. Sixtin. *de Regal. libr.* 2. *capit.* 14. *numer.* 105. *&* 106. Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. dissert.* 5. *conclus.* 9. *part.* 2. per text. *in c. recepimus. de privileg.* Vital. de Campan. *in tract. clausular. clausula quatenus rite & recte, numer.* 2. Regner. Sixtin. ubi *supra*, & *d. cons.* 8. *numer.* 107. Concordat etiam text. *in c. ex parte. de privileg.* ubi habetur, quod singularis † etiam persona, sive sit Clericus, sive Laicus, recipi pos-494 sit sub protectione, nec receptus eximatur à Jurisdictione sui superioris.

Quarto ampliatur decisio nostra, † ut Advoca-495 tia multo minus principalem aliquam superioritatem *IV. Ampliatio.* inferat, asseverante inter modernissimos doctissimo Dn. Besoldo *dissert. de Jure Imp. Civitatum numero* 12. *& de Jure fœderum c.* 5. *numer.* 12. ubi scribit Advocatia seu Jure Clientelari, Territorii Jurisdictionem non probari, sicut & ante illum in terminis hanc extensionem firmavit Rutger. Ruland. *libr.* 2. *de Interrogat. capit.* 3. *numer.* 12. ubi uterque scribit, ex Jure Protectionis seu Advocatiæ Schutz und Schirmsgerechtigkeit / die Landtsfürstliche Obrigkeit non induci, etiamsi Protectores dicantur die Obriste vel etiam Erbschirmherrn / ideoque Dominos pro talibus susceptis in Camera supplicare non posse, ut in causa Ingelheim contra Pfaltz & in causa Königstein contra Isenberg observatum esse, *ibidem* testatum facit.

Quin & ante hos Germanos Auctores, eandem ampliationem homo Italus in notam sumpsit Joann. Vincent. Honded. *consilio* 13. *numero* 57. *ibi*: minusque talis receptio superioritatem aliquam ostendit,

dit. *vol.* 1. quam & alii maximi nominis Jurisconsulti sequuntur, quorum in numero, inprimis reperiuntur Andr. Knich. *comment. de Sax. non provoc. Jur. verb. Ducum Saxon. cap.* 5. *num.* 501. ubi conqueritur, Jus Protectionis, non ad actus Jurisdictionales tantum, verum etiam ad ea, quæ superioritatem concernunt, plus æquo extendi, Christ. Wintzl. *in synops. de collect. observ.* 21. ubi dicit, Advocatum Jus aliquod superioritatis vel collectarum non posse attribuere, quamvis ad superioritatem lubrica sit via, & plus æquo cum quæstu extendatur. Eandem ampliationem confirmat Maullius *tract. de Homag. Tit.* 11. *numero* 13. ubi eleganter tradit, cum Jus Advocatiæ, ut dictum est, neque Jurisdictionem neque dominium tribuat, ex eo nullam enim superioritatem inferri posse, sive Advocatia simplex sit, sive adjunctam habeat administrationis inspectionem, ex traditione Decian. *consil.* 58. *numer.* 122. *vol.* 1. Castrens. *consil.* 363. *numer.* 3. *vers. verba autem alia* Socin. *consil.* 74. *nu.* 7. *vol.* 1. Nattæ *consil.* 636. *num.* 1. Eandem extensionem corroborat Petr. Frider. Mindan. *de Process. Cameral. libr.* 2. *capit.* 36. *numer.* 16. ubi dicit Jus Protectionis nec dominium, nec superioritatem, nec Jurisdictionem, nec merum vel mixtum Imperium importare.

Ampliatio V.

Quinto præmissam extendendo traditionem affirmamus, Advocatiam † non tribuere Jurisdictionem 496 in clientes, tametsi illi in protectorum territorio domicilium habeant, quales sunt coloni illi, qui mere sub aliorum protectione existunt, nullo tamen homagii sacramento loci Domino obstricti, summa sub libertate, exigui duntaxat annui honorarii pensione, prædia sua possident, de quibus alio loco complura diximus.

Prædicta tamen extensio in illis terminis exaudienda est, ubi de pactitia externorum protectione agitur, secus autem quando de Dominorum territorialium defensione loquimur, id quod *infra subn.* 523. manifestius edocuimus.

497 Ratio autem propositæ ampliationis hæc est, † quod Jurisdictio non detur, nisi in subditum, ut probatur *ex leg. fin. Codic. de Jurisdict.* Angel. *consilio* 217. Gylman. *symphor. tom.* 1. *p.* 3. *tit.* 6. *vot.* 1. *numero* 24.

Ratio ampliationis.

498 Subditum autem nec census, † nec origo, nec delictum, nec contractus, nec fori competentia, nec (quod tanquam generale & tralatitium apud omnes fere obtinuit) domicilium, multo minus servitus personalis ad præstandas angarias, & similes operas serviles, ut Frondienste, imo ne quidem jus mancipii sive proprietatis hominum die Leibeygenschafft: sed sola Jurisdictio, vi Magistratus & superioritatis competens faciat, ut eleganter demonstrat Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. libro* 2. *cap.* 46. *num.* 5. *& sequent.* & eund. secutus magni nominis Jurisconsultus Frid. Pruckman. *tom.* 1. *cons.* 27. *n.* 56. *&* 64.

499 Etsi enim domicilium à simplici domus † pos500 sessione distinguamus. (Nam sola † domus possessio, quæ in aliena Civitate comparatur, domicilium non facit, *l. libertus.* 17. §. *sola* 13. *ad municip. l. domicilium* 20. *eodem*) & ad locum referamus, † 501 ubi quis larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit: unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet, unde cum profectus est, peregrinari videtur, quod si rediit, peregrinari destitit, *l. cives.* 7. *C. de incol. libr.* 10. *tit.* 39. Tamen in aliqua Civitate, provincia, aut loco domicilium quis rerumque summam habere potest, sine subjectio502 ne, qua dominum loci recognoscat; ita † vasallus, vel Emphyteuta, aut fructuarius, domicilium habere potest in terra proprietarii, & nihil tamen minus quam ei subditus esse: Eleganter Thom. Mich. *de Jurisdict. conclus.* 58. *in notis lit. E.* ubi tradit, si quis ex Imperii Statibus domicilium in alterius Judicis territorium transtulerit, non continuo se ejus Jurisdictioni subjecisse, ne alioqui nobilissima personæ qualitas immediate Imperio subjecta, à domicilio, re mediata viliori obfuscetur. Ita perso503 næ † Ecclesiasticæ hinc inde in Civitatibus rerum suarum summas & domicilium habent, neque tamen subditi sunt Civitatis, sicut alii cives: unde inconsiderate ex solo domicilio subjectionem æstimant Dd. notante Frider. Mindan. *d. capit.* 46. *numero* 5.

Liberi Clientuli nullius Jurisdictionem agnoscentes, si graviter delinquunt, an à protectoribus suis puniri possint.

Hisce ampliationibus expeditis, quia rursus in liberos istos homines, sub suavissimo patrocinii jugo, sua placide libertate gaudentes incidimus, non immerito quis dubitare posset, † *si ejuscemodi nullius Domini jurisdictionem agnoscentes clientuli gravius delinquant, quis eos punire debeat?*

Nullam equidem plectendi eos facultatem Protectoribus eorundem competere, inde inferendum videtur, quod tales homines duntaxat sub protectione Domini territorialis existant, quæ nullam ipsi in eos Jurisdictionem tribuit, & consequenter non sint subditi, & in non subditum, ut ex 504 Gylman. supra deduximus, nulla quoque exerceri debeat Jurisdictio aut coercitio, quorum consideratione Domino territorii, in quo liberi isti Agricolæ habitant, omnis etiam ob delictum commissum, in homines illos animadversio adempta videtur.

Ratio dubitandi pro Negativa.

Decisio Affirmativa.

Verum hac ratione non obstante, Jure & consuetudine receptum est, Clientes illos quantumvis Freye Schutzverwanten à Principe seu magistratu illo, in cujus ditione prædia eorum sita sunt, suppliciis ac pœnis omnino constringi ac mulctari posse, quia tralatitium est, † quemlibet & sic 505 etiam non subditum à territorii Domino, ob commissum delictum, si in loco reperiatur, puniri posse. *Authentic. qua in provincia Codic. ubi de crimin. ag. oport.* & *ibi* Bald. *numer.* 2. Salicet. *nu.* 4. ubi scribit habentem privilegium, ne sub certo Judice conveniri possit, illud perdere in loco delicti. Martin. Rümelin. *ad Aur. Bull. Car.* 4. *dissert.* 8. *conclus.* 2. ubi tradit delinquentem in alterius Principis vel status territorio etiam non obstante exemptionis privilegio puniri posse, eleganter idipsum explicat Marq. Freher. *in Comment. de Testament. Tutel. curaque Elector. capite* 12. Adrian. Gylman. *libro* 2. *decisio.* 54. *nume.* 87. *&* 89. ubi ex Jasone *in l. ult. numer.* 52. *versicul. secundo principaliter. Digest. de Constitut. Princip.* refert, quod habentes privilegium fori, nihilominus in loco delicti conveniri possint, ne scilicet sub prætextu exemptionis flagitiorum crescat, authoritas vel publica vacillet utilitas *l.* 2. *cap. de privileg. scholar. libr.* 12.

Ratio decisionis.

Nam & Reipublicæ interest, ne delicta maneant impunita, & forum † quis non modo ratione origi506 nis ac contractus, sed & propter maleficium sortitur, ideo † delictum Jurisdictionem in delinquen507 tem etiam tribuit ei, qui eam alias non haberet, *cap. licet ratione. de foro compet. cap. Romana.* §. *contrahentes. eodem tit. in* 6. gloss. *notab. in capite* 1. *de rapt.* Gail. *de pignorat. capit.* 3. *numer.* 11. *&* *capit.* 14. *nume.* 3. *&* 4. *&* *capite* 15. *numero* 2. *&* 3. *&* *tracta. de arrest. ca.* 7. *numer.* 12. Gylman. *tom.* 2. *symphorem. part.* 2. *vot.* 4. *numer.* 36.

508 Quin imo † ratione criminis quis adeo in loco cri-

co criminis perpetrati forum sortitur, ut ibidem puniri possit delinquens, licet domicilium alibi habeat, *l.1. Authent. qua in provincia Cedic. ubi de crimin. agi oport. Novell. constitut. 69. tit. 24. cap. 1. collat. 5. l. si cui. §. fin. ff. de accusat. l. 3. Digest. de offic. præf. l. non est dubium.* 11. ubi Gothofred. *in not. ff. de custod. reor. l. à Divo Pio. 15. §. 1. Digest. de re judicat.* atque ita omnes Doctores sentire *in l. solent. 7. ff. de custod. eor.* ex Covarru. *pract. quæst. capit.* 11. *numer.* 3. refert Vultej. *libro* 2. *Jurisprudent. Roman. c. 1. vers. alter autem, in not.*

509 Nec † potest reus excipere forum judicis, in cujus territorio deliquit, Gothofred. *ad d. Novell. const.* 96. *tit. 13. c. 1.*

510 Cujus rei ratio assignari potest, quod † Respublica illa, in cujus territorio delictum perpetratum est, speciali injuria sit affecta, & Magistratus loci delicti vehementer læsus & offensus, utpote, cui provinciam malis hominibus purgare ex officio incumbit. *l. 3. in fin. l. congruit. 13. in princip. Digest. de offic. præsid. Novell. constitut. 17. capit. 2. tit. 4. de mand. princip. collat. 3. cap. facta sunt leges, distin. 4.* & ideo par est, ut ab his judicibus publica fiat vindicta, & satisfactio Reipublic. læsæ, *leg. 7. in fin. Digest. de captiv. Novell. constitut. 8. tit. 2. ut jud. sine quoquo suffrag. capit. 12. collat. 2.*

Alia decisionis ratio.

511 Cæterum † extensa hactenus decisio de Jurisdictione nonnullas etiam recipit moderationes, seu fallentias.

Limitationes ad decisionem.

Primum enim præmissa decisio fallit, † in Advocatia legali, quam lex Imperatori, aliisque Magistratibus defert, Cæsar enim, tanquam summus

512 Protector † in Civitates & Monasteria in tutelam suscepta omnem habet superioritatem atque Imperium, quia Imperator est Dominus totius orbis Romani quoad protectionem & Jurisdictionem, ut loquuntur Doctores per text. in vulgatissim. & sæpius allegata *l. deprecatio. Digest. ad leg. Rhod. de jact.* & Doctores similiterque gloss. *in proœm. Digestorum in verb. sanctionem,* & *ibi* late per Bartol. *col. 1. & 2. text. in cap. Adrian. distin. 63. ca. quo Jure. distinct. 80. cap. funerum* 12. *quæstio.* 1. Abb. *in ca. significasti. not. 2. de præscript.* Matth. Wesenbec. *consilio* 113. *numer.* 11. *vol.* 3.

513 ubi dicit, cum Imperator, † quoad Jurisdictionem & protectionem Imperii, sit supremus Dominus omnium, non solum de Jure communi, sed etiam unanimi Statuum Imperii consensu, ideo nemi-

514 nem † Jurisdictionem universalem Cæsaris ulla exceptione elidere aut declinare posse, Borcholt. *de feud. capit.* 4. *numer.* 23. *& cap.* 5. *numer.* 13. Carol. Tapia. *in Rubric. Digest. de constit. princip. capit.* 1. *num.* 8. Hieronym. à Monte. *tracta. fin. regund. capite* 96. *n.* 9. *ibi,* omnia in regno existentia sub Regis Jurisdictione & protectione.

Ratio autem prædictorum inde patet quod Impe-

515 ratoris potestas † cui omnes subjacemus, potissimum in administratione, protectione & Juredicundo occupatur, arg. *l. qui fundum.* 7. *§. si tutor. Digest. pro empt. l. unic. ibi* Regimentis Reipublic. ubi Bartol. *ff. de offic. præf. prat.* Thom. Michael. *disp. de Jurisdict. thes.* 14. *lit. b.* & alii quos *alibi* ad hanc rem copiose allegavimus.

Limitatio II.

Deinde ex iis, quæ paulo ante ad Augustini Beroi verba, respondimus, prædicta nostra decisio se-

516 cundo loco potest limitari, in iis, qui forte † sententia gravati sese protectioni superioris subjiciunt, quia talis illorum subjectio Protectoribus Jurisdictionem in eosdem tribuit, juxta gloss. *in cap. ad audientiam. Extr. de Appellationibus,* quia submittens se & sua sub protectione Papæ, intelligitur appellare, licet verbum, Appello, non expresserit, *d. cap. ad audiendam. de appell.*

517 † Unde primo notandum, quod ubi ad certum actum explicandum, non est præfixa certa forma verborum, sufficiunt quæcunque verba æquipollentia ad effectum illius rei, licet non exprimantur verba conformia, quia non refert, quid ex æquipollentibus proferatur, ut *in d. c. ad audientiam. & in c. pen. de sent. excomm.* ubi excommunicatio potest proferri per verbum, excommunico, vel per alia verba æquipollentia, nam verba deserviunt intentioni, non econtra, ut *in cap. in his. de verb. signif.* secus autem foret, ubi certa forma verborum esset de forma. *l. 1. Digest. de verbor. oblig. & ibi not.*

518 † Sic submittens se & sua sub protectione superioris & appellare æquiparantur, & paria sunt appellare & submittere se sub protectione superioris

519 Judicis, † intellige si in submissione ejusmodi sub protectione superioris observentur & exprimantur alia, quæ requiruntur in appellatione: & ex quibus mens & intentio appellantis percipi pos-

520 sit. † Ideo si quis in judicio ante sententiam vellet appellare, & dicere, submitto me sub protectione superioris Judicis, deberet exprimere causam gravaminis, *cap. ut debitus, de appell.* & Apostolos petere. ut *capite* 1. *de appellat. in* 6. Servatis igitur necessariis in appellatione, non referret dicere, appello, vel, si dicat, submitto me protectioni superioris, sive appelletur in judicio, sive extra judicium, dummodo serventur illa, quæ sunt necessaria ad illam appellationem, & ita concludunt Doctores *in d. cap. ad audientiam.* Cornel. Brederod. *tract. de Appellationib. part.* 1. *tit.* 21. *§. item submittens se.*

521 Ratio competentis hoc casu † Protectorum Jurisdictionis manifesta liquescit ex eo, quod cum appellationis inter cæteros hic unus sit effectus, ut appellans eximatur à Jurisdictione Judicis, à quo provocavit, & transeat in jurisdictionem & protectionem ejus, ad quem appellavit, argumen. *cap. directa. & cap. dilectis. de Appellat.* Ideo etiam taliter sese protectioni submittens in provocati Judicis Jurisdictionem, quoad causam appellatam, transit.

Ratio limitationis.

Unde cum hæc subjectio habeat vim & effectum appellationis: consequens est, ut sicuti, formali appellatione interposita, Judicis, à quo provocatum est, Jurisdictio suspenditur, ideoque in causa Judex à quo, suspendere debeat, *cap. si à Judice, de Appellat. in* 6. *ult. §. si autem C. de appell.*

522 Itaque quoque in proposito † facta hac subjectione quicquid Judex post seu contra illam adversus subjicientem facit, non teneat, sed pro attentatis habeatur Joan Wammes. *tract. de appell. ad c. ad audientiam.* 34. *n.* 4.

Verum hæc de protectione quæ per appellationis viam consuevit fieri, tanquam extra instituti nostri metas, breviter hoc loco attigisse sufficiat.

III. Limitatio.

Tertiam moderationem recipit asserta decisio

523 ut non procedat † in superiori Principum Advocatia, territorii Jure radicata, in Landsfürstlichem Schutz / tradente nuncupatim Andr. Knichen. *in Epops. Danthin. section.* 5. *numer.* 181. quia illa semper annexam habet Jurisdictionem, ex superioritatis Jure regio, quod Principi ratione territorii competit, profluentem *leg. 1. §. cum urbem. Digest. de offic. præfect. urb. l. fin. versic. tamen hos. C. ubi [illegible] apud quem.* Bartol. *consilio quinquagesimo nono, numero primo, §. præterea.* Meichsner. *tit.* 2. *libro secundo, decisione* 3. *numer.* 4. *& sequent.* quod non ineleganter firmat Theod. Reinkingk *de Regim. secul. & Eccles.*

clef.libr.3.claff.5.capit.3.numer.32. & *33.* adseverans: Si quis tanquam Dominus & superior, intra proprios territorii sui fines alicui protectionem & Clientelam promittat, & praestet adversus quemcunque, tunc usu & moribus Advocatiam illam ad superioritatis Jus referri, ut post Andr. Knichen. & alios scribit Joan. Gædd. *in respons. Jur. de restit. Baron. Vallend.n.297.*

524 Jus enim † superioritatis die Landes-Fürstliche Obrigkeit nihil est aliud, quam protectio defensioque ratione Jurisdictionis, seu gubernationis territorii universalis competens secundum glos. *in proœm. Digestorum ad verb. Sanctionem* & *ibi* per Bartol. *col. 1.* & *2.* Mandell. *consilio 62. numer. 40. vers. nam superioritas.* & *conf. 64. num. 99.* Thom. Mich. *de Jurisdict. thes. 44. lit. d.*

Quarta Limitatio Quarto fallit supradictum de Jurisdictione dogma à nobis traditum † in Jure praescripto, ut, si ex 525 usu longaevo, seu praescriptione, Jurisdictio Advocatiae adhaereat, vel eidem annexa reperiatur: Nam, licet ex vi sua, Protectionis Jus (ut ad nauseam ferme antea probavimus,) nullam tribuat Jurisdictionem: tamen id non procedit, si Advocatus Jurisdictionem in Clientes aliquam, sive criminalem sive civilem, praescripsit, nominatim hanc explicationem firmantibus Domin. Henri. à Rosenthal. *tract. feud. capit. 4. conclus. 14. numer. 4. lit. d.* Bernard. Grevae. *ad observa. Gailii, libro 2. conclus. 54. numer. 2.* Ubi tamen addit, hoc intelligendum esse sine praejudicio tertii, Jura superioritatis habentis, nec consentientis quibus noviter astipulatur Jacob. Synzius *disputat. de Jure protect. conclus. 21.* ubi defendit pacto vel usu longaevo Jurisdictionem simul cum Clientela in Patrono concurrere posse, per ea quae disserit Bartol. *consilio 59. libr. 1.* idque in Clientelis Collegiorum & Domuum Religiosarum potissimum magisque receptum esse putat, ea de causa quod ibi Advocatis olim protectionis nomine Jus inter subditos pro Abbatibus dicere permissum fuerit, quo de nos *in subsequenti XV. Cap.* diximus.

Hanc insuper fallentiam approbat Becht. *ad finem venustissim. sua disputat. de Securitate cap. 10. ibi: Qualis vero cunque sit Advocatia ex vi sua, nisi speciale accedat pactum, aut, qua hujus loco est, praescriptio, Jurisdictionem nullam tribuit.* Tob. Paurmeister, *ubi supra.*

526 *Quinta Limitatio* Quinto limitatur regula praedicta † in Clientibus incolis, proprie tamen, juxta modum *supra num. 212.* designatum, sumptis, qui domicilium in Protectoris territorio perpetuum quasi ac fixum habent. Nam talis protectio cum incolatu utique tribuit Jurisdictionem Protectori in tales Clientes.

Qualiscunque enim sive ordinaria sive extraordinaria Protectio, intra proprios defendentis territorii fines subditis praestetur, ea usu & moribus ad superioritatis Jura refertur, Gædd. *in respons. Jur. de restit. Baron. in Vallend. n. 197.*

527 *Ratio Limitationis.* Ratio autem hujus limitationis inde patet, quod domicilium Jurisdictioni provinciali habitantes subjiciat gloss. *in clem. unic. §. eisdem. verb. subditos in fin. de foro competen.* ubi eam sequitur & commendat Imol. Anchar. *in cap. Roman. §. contrahentes. eodem tit. in 6.* Bald. *l. 1. numer. 13. Codic. de summ. Trinit.* atque in inhabitantem Domino loci passivam tribuit Jurisdictionem, Caeher. *consilio nono, numer. 18.* Menoch. *consilio 1000. numer. 23. libro 11.* Honded. *consil. vol. 1.* Gail. *de Pignorat. observa. 15. numer. 7.* & *sequent.* Meichsner *decision. 9. numer. 11. libro 1. Tom. 2.* Rosenthal. *de feud. capit. 6 conclus. 85. numer. 9. lit. M.* ad hoc plurimos allegans. Hinc est quod ratione 528 domicilii subjiciatur quis legibus ibi Dominatis, quia sit quasi civis, Grammat. *conf. crimin. 27. numer. 31.* Menoch. *consilio 692. numer. 3.* multos citat Tiraquell. *de retract. consanguin. §. 9. gloss. 2. num. 22.* Surd. *consilio 313. numero 66.* Gail. *de pignorat. capite 15. num. 7.* & *obs. 35. num. 2.* Coler. *de process. execut. part. 2. capit. 1. numer. 21.*

Deinde etiam limitatio haec ex eo roboratur, † 529 quod tales Clientes habeantur loco subditorum; † 530 Subditi enim sunt & dicuntur, qui domicilium in territorio alicujus habent, & quorum possessio ac domicilium alicujus ditione circumscribitur, *d. gloss. in clement. unic. verb. subditus.* & *cap. proposuisti. 19.* ubi Panormitan. *in 1. notab. Extr. eodem tit. de foro compet. text. in l. 3.* & *sequent. Digest. ad municip.* Georg. Schonborn. *Politic. libro 3. capit. 34.* Chassan. *in consuetud. Burgund. tit. de Instituet. §. 1. verb.* & *sur les hommes.* Wesenbec. *consilio 170. numer. 10. vol. 4.* † 531 eoque à talibus tanquam subditis juramentum assecurationis exigi potest. Jacob. *in tract. de feud. verb. qui quidem investiti. numer. 9.* & *tit. de homag. numer. 32. per c. unic. §. vasalli.* ubi Alvar. & Matth. de Afflict. *ad verb. ut cives. de pace Constans.* Wesenbec. *d. consilio 170. numer 11.*

Exemplificatio Limitationis. Caeterum eadem limitatio exemplificatur optime in Judaeis Clientibus, qui sub Dominorum suorum Protectorum Jurisdictione larem fovent: Sive enim in ordinaria sive extraordinaria recipientium in protectione seu Salvaguardia eos esse dicamus, semper tamen Jurisdictionem (quod speciale est) protectio habebit concomitantem, per ea quae *inferius* etiam de Judaeis captis per mandata ex constituit. Pignorationis relaxandis, *sub numer. 547.* diximus.

Sexto limitatur conclusio nostra, † quod licet 532 *VI. Limitatio.* per Jus protectionis nulla in protectorem transeat Jurisdictio, per singulare tamen inter Clientes liberos & Patronum, interveniens pactum Jurisdictionem Advocatiae accedere posse, negandum non est, uti post Rosenthal. *de Feud. capite 4. conclus. 14. numer. 4. lit. D.* ex Raudens. notat Grevaeus *pract. conclus. ad Gail. 2. conclus. 54. numer. 2.* Knich. *de Saxon. non prov. Jur. capit. 5. numer. 563.* & post Zabarell. tradit Wehner. *pract. observa. voce* Vogtheÿ. D. Hepingk. *de Jur. protect. conclus. 50. in notis ad lit. C.* Nihil † siquidem impedit, quo minus Advocato in Clientes ratione negotiorum ipsam protectionem concernentium, vel sub certo modo, singularis quaedam & determinata tribuatur & permittatur Jurisdictio, ad quod sunt text. notab. *in l. 2. Digest. de Jure immun.* text. *in l. non dubito §. liber autem populus. Digest. de capt.* & *postlimin. revers.* & *l. quaesitum. 6. idem respondit. vers. Denique Neratius. ff. de fund. instructo leg.* ibique gloss. *verb. non potest.* Menoch. *consilio 32. numer. 58.* & *sequent.* Decian. *resp 18 numer 120.* & *seq. vol. 1.* Dn. Sebastian. Dietherich. *dissert. de Advocat. thes. 17.* Joan. Georg. Becht. *disput. de securit. in fin. capit. 10. §. qualiscunque vero Advocatia, ibi,* nisi *speciale accedat pactum, &c.*

Quando enim † civitas libera, vel Clientes nulli alias subjecti, (per Clientes enim alicui subjectos in praejudicium Domini sui superioritatis Jura in eosdem habentis, ejusmodi pactum fieri non posset) in constituenda protectionis conventione expresserunt aliqua, in quibus sese certis pactis ac Capitulis Jurisdictioni patronorum subjecerunt; tunc, licet in caeteris nullum protectoribus in eos Imperium vel Jurisdictio competat, in expressis tamen eorum Iurisdictioni subesse intelli- 533

 guntur,

guntur, ut in terminis tradit Socin. *consilio* 7. *Incip. nunc quæsiterum.col.3,part.1.* per notat. *in d.l.quæsitum.* §.*idem respondit.Digest.de fund.instruct.leg.* & *l. cum de Lanionia.* §. *cui fundus.eodem tit.* & *Lenm ita.circa fin. Digest. de condition.* & *demonstrationibus* Paris. *consilio* 26. *numer.*25.*vol.*4. pulchre Roland. à Vall. *consilio.* 1. *numer.* 45. *vol.* 2. Cravett. *consilio* 241. *col.* 7. *vol.* 2. Andr. Gail. *libro* 2. *observ. numero* 10. † ubi dicit, in hac materia protectionis & Clientelæ singulariter observandum, castrum vel Civitatem certis pactis & conditionibus alicui Principi vel alteri Civitati subjectam, solum subditam censeri, quoad illa pacta & expressas conditiones: in reliquis autem liberam permanere, subdens ibidem. In Germania nonnullas tales esse Civitates, quæ certa lege & conventione superiorem agnoscant, & extra pacta conventa, sua placide fruantur libertate.

534

Declarationis hujus ætiologia est, † quod qualibet conventio suis præcisis titulis claudatur, *leg. quicquid adstringenda. Digest. de verb. obligat. l. si unus.* §. *an omnia. Digest. de pact.* & † Jurisdictio limitata ac super certis tantum pactis & conditionibus fundata, limitatum producat effectum, nec ultra pacta in conventionibus & contractibus expressa extendantur, Dec. *consilio* 360. *numer.* 7. *cum sequen.* Socin. *in l. si ex toto. ff. de legat.* 1. Bald. *in l. etiamsi numer.* 7. *C. de Jur. dot.* & *in l. executorem. num.* 28. *Cod. de execut. rei Jud.*

535 *Ratio declarationis.*

536

Unde dicimus, † quod rerum præscriptio actionum præcisam descriptionem designet, *leg.* 1. §. *hoc interdictum. ff. de sententiis.* In † hujusmodi enim libertas, quoad non expressa, præsumitur. Bartol. *consilio* 59. *vers. concludendo ergo.* Socin. *d. l. si ex toto. vers. septima* & *ultima conclusio*, ubi proprie dicit, quod si castrum subjecit se superiori cum certis capitulis, censeatur subditum, quoad expressa, non autem quoad alia. Roland. à Vall. *d. consilio* 1. *numer.* 48.

537

538

Semper enim recurrendum est ad capitula protectionis initæ, & pacta inibi contenta, ubi si non reperitur expressum illud quod ad protectorum Jurisdictionem trahi possit, in eo Clientes non intelliguntur subjecti, ut est casus singularis *in d. l. non dubito. Digest. de captiv.* quod ipsum expresse tenet. Bartol. *in d. consilio quinquagesimo nono, numero secund.* ubi concludit, † quod expressio aliquorum, in quibus castrum dicit, se nolle subjici Domino, declaret tacite, quod in aliis non expressis voluerit subjici per prædictam *l. quæsitum.* §. *idem respondit. ff. de fund. instruct. leg.* & *l. cum prator. ff. de Judi.* & *c. nonne.de præsumpt.*

539

Quo facit & illud, quod Paul. de Castr. sentit *consilio octuagesimo quinto, numer.* 3. & *sequent. part. prim.* & *consilio* 292. *numero secundo, eadem part.*1. Qui non sunt † simpliciter subditi sed comitativi, quoad quid, eos non vere dici subditos, & præterea circa ea quæ non continentur in pactis, haberi pro hominibus liberis. Socin. *consil.* [illegible]*tuagesimo quarto, numer.* 6. *cum sequent. libro* [illegible] *consilio* 27. *numer.* 1, *libro* 3, Corne. *consilio.*321. *pau*[illegible] *fin. libro* 4. ac probat Aymon. Cravett. *cons.* 90, *numer.* 1. & 2.*sem.*5. Curt. Jun. *cons.*124.*num.*1.*circa fin.* Coler. *cons.*33.*num.*20.

540

Septimus insuper casus quo Jurisdictio cum Jure † protectionis conjuncta reperitur, assignari potest ex Anton. Natt. *consilio* 636. *num.* 95. ubi scribit licet submittens se protectioni alicujus non transferat in suscipientem suam libertatem, nec Jurisdictionem aliquam, sed Protector defendendi Jus solum acquirat, ut submittens ab eo de Jure & de facto, protegatur contra ipsum molestantes & turbantes, id tamen verum duntaxat esse, quando aliquis non est subditus, secus autem ubi recipitur, propriæ Jurisdictioni subjectus in protectionem specialem, quia tunc non eximitur à Jurisdictione suscipientis, cui subest, per text. sæpe allegatos *cap. ex parte* & *cap. recepimus* Zach. Victor. *de causis exempt. conclus.* 20. Ubi in celebri causa disputatum esse innuit: An qui † Protectionis Jure alteri subjacet, exemptus ob id dici mereatur, an quod negative respondendum esse, ex iis quæ *supra* diximus, satis constat.

541 *Limitatio VII. Protectionis Iure alteri subjacens an exemptus sit.*

542

Et hæc hactenus de Jurisdictione ac Imperio Protectorum in clientes.

Circa quintum porro effectum protectoris personam concernentem, qui Advocatiæ intuitu in eum redundare videtur, quæri potest: † *An protectores pro suis Clientibus sententia gravatis appellare possint?*

543 *Protectores an pro suis Clientibus appellare possint.*

Et videtur, † quod sic. Quemadmodum enim se habent Tutores ad pupillos, ita se habent Protectores ad Clientes, cum maxima inter eos, ceu *alibi* probavimus, cognatio existat.

544 *Ratio dubitandi pro affirmativa.*

At vero † Tutores pro pupillis appellare posse constat ex textu *l. si bonam* 11. ubi Dd. *C. de administrat. tutor. vel curat. leg.*17.§.*l.*24.*in princ. l.* 27.28. *Digest. de appell. ex l.*1.§.14. *ff. quando appellan. sit. l.* 2. *ff. si tutor vel curat. vel mag. creat. appell.* Pet. Corn. Breder. *tract. appellat. part.* 1. *capit.* 14. *verb. Tutor.* ubi dicit. Tutorem appellare nomine pupilli sui, prout omnes actus judiciales pro eo exercere debet & potest. Idem ergo videtur asserendum de Advocato seu Tutore Protectitio, &c.

545

Verum adducta † dubitandi ratione non attenta contrarium dicendum est, Advocatos nempe Tutelares pro suis Clientibus appellare non posse. Ita in terminis decidit Rutger. Ruland. *de Commiss. p.* 4. *lib.* 2. *de interreg. cap.* 3. *numer.* 15. asserens, ita observatum esse in causa Königstein contra Isenburg / 21. Octob. Anno. 1560.

546 *Decisio Negativa.*

Hæc tamen assertio limitatur in Clientibus incolis, uti sunt Judæi & similes, qui in Protectorum territoriis habitant, pro illis enim Advocatos fiduciarios appellare posse, nuperrime concludendo firmavit Bernh. Grevæus *in suis ad Gail. doctiss. Conclusionib. lib.* 1. *conclus.* 125. *consid.* 1. *nu.* 2. ubi conclusionem, quod Dominus pro suo Interesse adversus sententiam in subditum latam appellare possit, ita extendit, ut etiam eo casu, quando Judæus sub protectione illiusmet Domini degens condemnatus esset, procedat, dominum nempe pro Judæo appellandi Jus habere, sic dilucide etiam docet Jo. Wammes. *tract. appell. seu in repet. c. consuluit.* 29 *num.*4. *Extr. de appell. ibi. Cum igitur,* inquit, *& Judæi inter subditos sint, pro eis, si gravantur, Regi appellare permittendum est,* † & *quidem plerumque magis ob id, quod, ultra communem quam principes suis subditis debent defensionem, Judæi in speciali plerumque sint protectione, seu, ut ajunt, Salvaguardia, ob tributum, quod ab eis passim accipiunt.*

547 *Limitatio decisionis.*

548

Et hæc quidem declaratio ampliatur, ut † protectores Judæorum pro iis non solum appellare sed etiam Mandata super constitutione pignorationis in Camera impetrare queant, ut nominatim in facti contingentia observavit Christ. Schwanman. *obser. pract.* 67. ubi ad quæstionem, An constitutio pignorationis ad Judæos extendenda sit, & num Judæi, als Schirmsverwanten / sub nomine subditorum comprehendantur, affirmative respondet, & per majora Mandatum tali casu petitum decretum fuisse, attestatur, *ib. n.* 3.

549 *Ampliatio limitationis præmissæ.*

Secundo præcedens etiam principalis decisio declara-

II. Limitatio decisionis.

claratur, ut licet regulariter Protectores pro Clientibus appellare non possint, † ii tamen adversus Magistratum injuste in subditos Clientes sævientem Mandata sine clausula in Camera Imperiali extrahere queant, prout consulendo respondit Regner. Sixtin. *consil. Marpurg. tom. 3. consilio* 8. *numero* 116. ubi dicit, posse Protectores juvare suos Clientes mandatis sine clausula contra suum Magistratum in Camera Imperiali ob nimiam ejus sævitiam impetrandis, cum ipsi † subditi etiam soli hujusmodi mandata contra Magistratum suum obtinere queant, argum. text. *in l. fin. Codic. quemadmodum Civilia muner. indic. libro* 10. Specul. *tit. de exactor, numero* 3. dicens, subditum Judicis † officium implorare posse, si à Domino insolitis servitiis gravetur. Idque non semel in Camera factum & praxi receptum esse constat, ex multis præjudiciis ejusdem Judicii, & id fieri posse, & talia mandata in Camera quandoque decerni, ostendit etiam Andr. Gail. *pract. obser. libro* 1. *capite* 17. *numero* 1. ubi nonnullos casus addit, quibus talis sævitia & atrocitas exercetur, ob quam mandata sine clausula locum habent, & *ibidem numero* 7. ait, quod mandata sine clausula adversus Dominum & Magistratum, ob nimiam sævitiam ejus decernantur, procedere non solum, quando subditi de sævitia Domini conqueruntur, sed etiamsi non conquerantur, quia adeo favorabile est, ut subditi contra sævitiam Magistratus protegantur & defendantur, ut Judex † ex officio etiam & sine imploratione ab iis facta providere debeat, ne indebite & plus æquo vexentur, *l. illicitas. §. ne potentiores. Digest. de offic. præs.* Specul. §. 1. *vers. Judicialis privata. de denunc.* Guido Papa *in decis. Parlam.* Grat. *decis.* 62. Joan. Faber *in §. fi. Inst. de his qui sunt sui vel alien. Jur.* Gramm. *decis.* 104. *nu.* 15. Vasq. *illustr. controvers. libro* 1. *cap.* 8. *nu.* 18.

550 551 552

Utrum Protectores pro Clientibus adversus Magistratum eorum Mandata judicialia extrahere possint. Affirmative.

His luculenter suffragatur Dn. Joan. Grimmius *consilio* 15. *tom.* 1. *inter cons. Illustr. Jurisconsultorum & Academ. num.* 3. ubi inquit, *si quis Magistratus subditos velit spoliare, suisque privilegiis sine justa causa privare, Imperatorem, tanquam omnium supremum & directum Dominum vel Judicium Cameræ Imperialis, (quod totius Imperii vicem sustinet & repræsentat) mandatis pœnalibus ejusmodi sævitiam & crudelitatem etiam ex officio coercere posse, mandando Dominis sub pœna pecuniaria vel indignationis Cæsareæ Majestatis, vel banni aut amissionis Jurisdictionis, & feudi Imperialis, ne inique subditos tractent, sed benevole cum iis agant.*

Quia tamen non facile omne id, quod à Magistratu adversus subditos exercetur, pro violentia reputatur, & Jura † Magistratui tuendæ Jurisdictionis & exigendæ obedientiæ causa, permittunt capturam & incarcerationem subditorum per textum *in l. consentaneum.* ubi gloss. *ad Verb. cogendum. Cod. quom. & quand. Judex.* Bartol. *in l. un. numer.* 7. *Digest. si quis Jus dic.* Bald. *consilio* 135. *numer.* 2. *vol.* 5. Thom. Michael. *de Jurisdict. Thes.* 66. *in scholiis lit. e. ibi* adeoque subditos capi, & ad obedientiam Domini, à cujus obedientia se de pacto subtraxere, vindicari posse &c. Matth. Wesenbec. *consilio* 33. *numer.* 17. *& consil.* 49. *numer.* 96. *vol.* 1. item † pignorationem sive capturam pignorum. §. *fin. Institut. de satisd. tut.* Chassanæ. *ad consuet. Burgund. tit. de Justit.* §. 7. *vers. simplex. numer.* 8. Lud. Fachs. *differ. Saxon.* 39. sequestrationem possessionis vel fructuum. *l.* 1. §. *Jubet. ff. de collat. bonor. cap.* 1. *& cap. fin. de prohibit. sequestr. Clem. un. de sequestr.* Wesenbec. *in paratit. Si quis Jus dicenti non obtemp. numer.* 6. *in fin.* Ablationem alicujus rei, donec pareatur. Jas. *in l. quominus num.* 100. *de flumin.* Bald. *in Authent. omnino C. ne uxor pro marit.* Canonistæ *in c. dilectus. de appell.* nec non impositionem mulctarum. *l.* 2. *ff. si quis in Jus voc. l. ult. C. de mod. mulct.* Jas. *in l. unic.* §. *fin. num.* 39. *ff. si quis Jus dicent. non obtemp.* Boss. *pract. crim. tit. de mulct. num.* 8. *&* 17. ubi ait, mulctam esse unum ex remediis, ut inobedientes pareant. Wesenbec. *consilio* 43. *num.* 98. *vol.* 1. & † præcepto vel manu militari uti, Jason *in d. l. quo minus num.* 100. *ff. de fluminib.* Chassan. *ad consuet. Burgund. tit. de Justit.* §. 5. *num.* 85. ut interim id genus alia, quibus Magistratus Jurisdictionem suam exercet, taceantur, de quibus vide Wesenbec. *in paratit. Si quis Jus dicenti non obtemp. num.* 6. *in fin.* Menoch. *consilio* 230. *num.* 84. *& sequent.* & Thom. Michael. *de Jurisdict. thes.* 149.

553 554 555 556 557 558

Proinde cum † Magistratus per pignorationem vel arrestum vel incarcerationem, vel mulctando vel alio simili modo aliquid facit adversus subditos, non præsumitur id facere per meram sævitiam, sed potius ob contumaciam vel similem causam, suam Jurisdictionem exercere. Regulariter enim pro Magistratu † (nisi alia conjectura sit in contrarium, ut si solitus sit aliquid injuste facere, Innocent. *in c. diversis numer.* 3. *de cleric. conjug.* Alciat. *in* 3. *reg. princip. præsumpt.* 16. *numero* 6.) militat Juris præsumptio, quod non facile abutatur suo officio, nec offendere censeatur, qui Jure dominicæ potestatis utitur text. *in c. in præsentia de renunciat. & in c. sicut nobis, de sentent. & re Judic. text. not. in l.* 2. *ibi*, quod non arbitramur *Codic. de offic. civilium Judic.* Alciat. *d. præsumpt.* 10. † Eamque ob causam recte Andr. Gail. *d. observ.* 17. *numer.* 6. monet, ut mandata sine clausula adversus Magistratum & dominum decerni possint, oportere singulas factorum circumstantias diligenter examinari, ne subditi adversus Magistratum & Dominos armentur, & ad majorem inobedientiam fiducia mandatorum incitentur referente Regner. Sixt. *d. cons.* 8. *nu.* 124

559 560 561

Neque quicquam refragatur argumentum initio in contrarium à Tutore pupillari deductum.

Responsio ad rationem dubitandi allatam.

Quia utrinque hic magna subest diversitatis ratio: † Nam cum alterius Protectioni subjecti absque protectorum suorum contradictione, omnimodam rerum suarum administrationem habeant. *cap. si quis* 16. *quæstio.* 7. *cap. quibusdam Extr. de pœnis, cum aliis supra adduct.* ideo & forenses causas ac negotia ipsimet gerere & consequenter etiam appellare queunt.

562

Quod secus est in pupillis; † qui ob ætatis imbecillitatem, ut alia negotia sua, per se ipsos gerere non possunt, *l.* 1. *ff. de pact. l. generaliter.* 2. *Digest. de administr. tutor. l.* 1. *ff. de muner.* §. *Impuberes. in princip. Institut. de Attilian. Tutor.* † Carent enim intellectu & consensu impuberes, nullumque est ejus ætatis Judicium *l. more.* §. *fin. Dig. de acquir. hæred. l.* 1. §. *impuberes C. de fals. monet. l. pupill. ff. de reg. Jur.* † ubi pupillus, nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi apposita tutoris authoritate creditur Matth. Coler. *consil.* 33. *numer.* 79. † Ita quoque locum standi in judicio & appellandi potestatem non habent. *l.* 1. *Codic. qui legit. person. stand. in Jud. habent. l. tutoris principium, ff. de administr. tutor.* gloss. *in* §. *Neque tamen. Institut. de authoritat. tutor.* † per rationem textus *ibidem*, ne scilicet patiatur aliquod damnum, ut dicitur *in l. clarum Cod. de acquir. hæred.* aut ne ex sua imperitia aut juvenili calore, aliquid vel dicant, vel taceant, quod si fuisset prolatum vel non expressum, prodesse iis poterat, Schneidew. *in d.* §. *Neque tamen numer.* 4. Frider. Schenck, *in progymnas. for. tit.* 9. *in princip. libr.* 2.

563 564 565 566 567

In iis igitur, † quæ diversam rationem habent, idem

568

idem Jus non est constituendum, *l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligat. l. illud* 32. *Digest. ad l. Aquil*, Schrader. *tract. feudal. part.* 1. *quæst.* 6. *numer.* 16. Pruckman. *cons.* 4. *num.* 195. Andr. Cludius *de Jure sequestrat. c.* 4. *n.* 10. & 51.

569 *An Advocati alios Patronos seu Subadvocatos invitis Clientibus substituere possint.* Porro sexto loco circa † effectum respectu Tutorum Clientelarium in dubium vocatur: *An protectores, alios Advocatos, invitis etiam clientibus substituere possint?*

In hujus controversiæ resolutione, † stab exemplis res decidenda sit, ad hanc quæstionem affirmative respondendum esse, apparet.

570 *Ratio dubitandi pro Affirmativa.* Ita enim attestante Bruschio † *in descript. Monaster. Zwifaltach.* cum superioribus sæculis Archiduces Austriæ ejusdem cœnobii Advocati existerent, eandem tunc temporis Comitibus Wirtenbergicis administrandam commendarunt: Nam, ut *alibi* etiam narravimus, Sigismundus Archidux Austriæ Wir-

571 tembergensi cuidam Comiti, affini suo; & Rudolphus Dux Austriæ, per triennii spatium: Item Albertus & Leopoldus Austriæ Duces, itidem per triennium, Eberhardo Comiti Wirtenbergensi Advocatiam præfati Monasterii contradiderunt. Plura substitutionis hujusmodi Advocatitiæ exempla suppeditant historiæ.

572 *Decisio Negativa.* Verum in hac quæstione † præmissis non attentis, in contrariam sententiam magis inclinando concludimus Regulariter protectoribus non licere, invitis aut ignorantibus ipsorum Clientibus, alios Advocatos suo loco substituere: Tales enim Subadvocatos jam olim etiam invitis Ecclesiis, Advocati constituere non poterant, uti patet ex traditis à Naucler. *vol.* 2. *gen.* 27. Crus. *Annal. Suev. libro* 8. *p.* 2. *c.* 2. *p.* 245. & *lib.* 10. *part.* 2. *cap.* 3. *p.* 38. Trith. *in Chron. Hirsaug. p.* 89. & Chron. Sponheim. *p.* 308. Spangenberg. *Chron. Hennenberg. lib.* 1. *c.* 39.

573 *Ratio decisionis I.* Ratio decisionis inde manifesta est, † quia cum in protectore constituendo ejusdem qualitates, veluti potentia, fortitudo, rei militaris peritia, prudentia, authoritas, item vicinitas, defendendi commoditas, juvandi promptitudo ac voluntas consideratæ, & sic quasi personæ industria electa fuerit, alterius in ejus locum substitutio fieri non potest, arg. text. *singular. in l. inter artifices. Digest. de solut*, text. *in l. unica. §. sin vero talis. Codic. de caduc. tollend*, text. & gloss. *in cap. fin. de offic. deleg.* Felin. *amplissime ibidem num.* 4. & communiter Dd. *in l. servum si haredi. in fin. ff. de statulib.* Bartol. *in l. si continuus. §. si ab eo. numer.* 2. ubi Joan. de Imol. *num.* 17. Castrens. Aretin, *num.* 18. *vers. secundo adde*, qui communem perhibet *ff. de verb. obligat.* Bald. *in l. quisquis, numer.* 1. *Cod. de Episcop. & cleric.* Andr. Khol. *de servit. feud. part.* 1. *nu.* 160. *in fin.*

Quamvis enim Advocati ordinarii protectionis exercitium ut præcedenti Cap. conclusum est, per substitutum expedire possint (quem tamen pro Subpatrono vel Subadvocato, einen Afftervogt oder Afftersch…mherrn non accipimus) idque suo periculo per *l.* 21. *C. de Episc. & Cler. & l.* 1. *vers. Quod si morbo, fin. C. de præpos. agent. in reb. lib.* 12. eo quod, ei cui per substitutum deservire placuit, quod non magis idoneum elegerit, imputandum sit *l.* 3. *§. fin. & l.* 23. *in fine. de Minor. l.* 7. *§. fin. de institer. act.* Roman. *cons.* 297. *num.* 2. Oldr. *cons.* 92. *per tot.* attamen electa personæ industria fieri non potest, cum officium personæ requirens industriam, per substitutum administrari, aliique demandari nequeat, ad notata *Cap. praced. Num.* 1061. & 1075. & insuper tradunt DD. *in l.* 1. *de offic. ejus cui mand. est jurisd.* Fachin. *cons.* 70. *numer.* 35. *lib.* 1. Card. Tusch. *pract. conclus. Jur. Tom.* 4. *lit.* 1. *conclus.* 105. Schenck. *de Feud. lib.* 1. *Tit.* 5. *§. Item si quis feud. numero* 3. Industria autem personæ electa censetur, quando sui natura grave & arduum *l.* 1. *§.* 1. *in fin. de offic. præf. prætor. Epistol. inter claras in fin. Cod. de summa Trinit. & fid. Cathol. c.* 12. *vers. sed si nos expressa de offic. & pot. Jud. deleg. in* 6. Fachin. *d. cons.* 70. *numer.* 36. ab homine non à lege commissum est negotium, Tusch. *conclus.* 107. 2. 5. 6. 12. & 20. Ubi notat, tum etiam industriam personæ electam dici, si ex lectura de eo clare constet, veluti si dictum sit, per te, per te ipsum, per teipsum solum; Vel si ejus cui quid committitur, experientia non quidem naturalis, sed continuis quæsita exercitiis commissionis causa sit, vel denique ubi mera facti executio committitur. David Hepingk. *dissert. de Jure Advocat. conclus.* 31. *lit. B.*

574 *Ratio decisionis.* Deinde vero non leviter † corroboratur hæc decisio quod licet maxime Monasteriorum fundatores, ut alibi ostensum est, Advocatiam illorum sæpius vel penes semetipsos, vel posteros suos esse voluerint, vel potentes alios cum consensu Abbatum Advocatos elegerint, nunquam tamen vel rarissime his alium post se ordinandi Advocatum, concessum fuit, imo potius substitutiones Advocatorum in literis Fundatorum confirmatoriis passim expresse inhibitas fuisse compertum est. Ita enim Advocato Monasterii Hirsaugiensis non Rex solum Henricus IV. sed Urbanus etiam II. Pontifex Romanus, in bullis privilegiorum, quarum exemplum suppeditat. Trithem. *in descriptione ejusdem Cœnobii*, alterius Advocati substitutionem graviter interdixerunt, *ibi*: Advocato autem sic constituto, non liceat, contra voluntatem Abbatis, Subadvocatum, vel Causidicum, per prædia Monasterii disponere, & cæt.

Hac etiam addita restrictione, ne scilicet Subadvocatum ordinaret, Comes de Luzemburg Schonaugiensis Monasterii fundator de manu Adalberti Archiepiscopi Moguntini, Anno Christi 1130. fundationem confirmantis d. Monasterii Advocatus constitutus & admissus fuit, testante Trith. *Chron. Sponheim. p.* 243.

575 Simili quoque modo † Ruothardus Archiepiscopus Moguntinus in Confirmatione Monasterii Chombergensis Anno 1090. ejusmodi Advocati substitutionem hisce verbis inhibuit: Si autem hic Advocatus temerario Jure, contra Statuta aliquem faciat Subadvocatum, aliasque calumnias, vel Injurias Monasterio, Abbati, vel familiæ faciat, omnino potestatem habeat Abbas, cum adjutorio Episcopi & consilio fratrum hunc reprobare & alium sibi utiliorem undecunque eligere, &c.

576 Et sic quoque aliis in † rebus delegatus ac ordinario, regulariter subdelegare non potest, cum non habeat Jurisdictionem propriam sed mandatam; & sic alieno beneficio utatur, text. *in l. more majorum. cum l. sequenti. Digest. de Jurisdictio. omn. Jud.* text. *in l. à Judice* ubi late Jason *numero tertio, cum sequentib.* hanc regulam cum suis ampliationibus & limitationibus egregie declarat, & sequitur Andreas Gailius *libro primo observatione* 9. *numero septimo.*

Non

Responsio adversionum dubitandi allatam.

Non obstat autem præmemoratum factæ ab Austriacis Archiducibus in Monasterio Zwifaltensi substitutionis exemplum, aut alia quæ eam in rem afferri possent: † quia exempla illa singularia sunt & ex 577 jure vel consuetudine singulari dependent, ideoque in consequentiam trahi non possunt, arg. *l. quod vero 14. cum duab. seq. ff. de legib. & l. quod contra 141. ff. de reg. jur.*

578 Sed hic primæ moderationis loco notandum † est, hanc subdelegandi Advocati potestatem, inprimis concessam ac permissam esse summis † Pontificibus, ut ex Crusio *Annal. Suevic. libr. 8. par. secunda c. 13. p. 287.* observavit D. Hepingk. *dissert. de jure protect. conclus. 31. lit. A.*

Limitatio Decisionis prima.

Ratio hujus limitationis ex eo manifesta est, 579 quod sicut Imperator † in sæcularibus totius orbis Romani, ita summus Pontifex in spiritualibus protector esse censeatur. Quemadmodum igitur quis summi Pontificis (non etiam inferiorum Antistitum) privilegio jus Patronatus consequi potest, uti hujus assertionis communem esse opinionem testatur Azor. *inst. Moral. tom. 2. lib. 6. c. 19. qu. 11.*

580 Ita etiam beneficio † ejusdem protectio extraordinaria seu salvaguardia obtinetur, uti infinita à summis Pontificibus in specialem protectionem jam pridem accepta monasteria, & tam ecclesiasticæ quam sæculares personæ, ab iisdem in Tutelam sumptæ, edocent.

Et hoc inde liquet, quod cum Urbanus II. Papa 581 Henricum IV. Imper. constituisset † Advocatum Monasterio Hirsaugensi, potestate illa subpatronum faciendi usus fuerit, dum propter multiplices dicti Imper. curas & Regni dispositiones, Abbati & Fratribus Subadvocatum eligendi facultatem concessit Trith. *Chr. Hirsaug. p. 117.* Alia similia, factæ per summos Pontifices Subadvocatorum ordinandorum potestatis exempla Historias evolventibus plura occurrent.

Quod autem summus Pontifex per se etiam ordina-582 ria protectione † gaudeat, *supra cap. III. numero 110. & seq.* satis ostensum fuit. Cujus quidem Protectio-583 nis sibi competentis intuitu, non tantum jus † divinum usque ad sanguinem & animam tueri, per text. 584 *Can. sunt quidem 25. q. 1.* jubetur, sed & Ecclesias † & personas Ecclesiasticas ubivis terrarum constitutas defendere obstringitur, per notat. à Petr. Anch. *in c. quia nonnulli de immunit. Eccles. in 6. num. 2.* Ex quo infertur eum etiam substituendi Advocati potestate præditum esse.

585 Deinde etiam † Subadvocatum constituendi potestatem permissam & liberam esse supremo Advocato, Imperatori scilicet Romano indubitatum est, uti de hoc ipso Crus. *Annal. Suev. libr. 11. par. secunda cap. 11. p. 476.* & Stuzer. *in Chr. Helv. p. 2. in Anno Christi 1173. p. 56.* testantur.

Limitatio II.

586 Eam autem ob causam † Imperatores Subadvocatos Monasteriis dandi potestatem habent, quod ipsi bellis sæpissime in remotioribus impliciti locis patrocinium Ecclesiis præstare aliisve occupationibus obstricti, vel propter absentiam aut loci distantiam oppressis clientibus, manu auxiliari adesse nequeant, ideoque aliis sæpissime vicinioribus tutelam committere, atque Subadvocatiam den Afferschuz subdelegare coguntur, cujus delegationis infinita, eaque notissima exempla passim extant, uti ex Stumpf. *Chro. lib. 6. c. 6. p. 411. vers. als aber Frider. Barbarossa*, colligere licet.

Ratio limitationis.

587 Sic ex eadem quoque causa Imperatorem, cum in omnibus provinciis ipse præsens esse nequeat, certis provinciis certos Duces, Marchiones, Comites, tanquam præsides, præfecisse, iisque potestatem dandæ publicæ securitatis, & aliorum regalium per provincias specialiter attribuisse & demandasse post Chassanæ & Guilh. de Cuneo respondit Matt. Col. *cons. 33. num. 28.*

Quamvis autem Urbanus III. Pont. N. circa annum Christi 1186. hanc Subadvocatos † Monasteriis con- 588 stituendorum potestatem Imperatoribus adimere conatus fuerit, hi tamen nihil de jure suo remiserunt, sed ad Friderici II. tempora adeoque ad nostram usque ætatem in viridi observantia conservarunt. Christ. Lehm. *Spiren. Chr. lib. 4. c. 22. p. 358*

Tertio claudicat prædicta decisio in illis Advocatis quibus à summo Pontifice vel Imperatore, † Subadvocatos faciendi, expressa licentia concessa fuit, uti factum 589 est, ab Imp. Friderico III. dum anno Christi 1485. Advocatiam † Monasterii Chomburgensis in Rudol- 590 phum Episcopum Herbipolensem ac Ducem Franconiæ omnesque illius successores in perpetuum transtulit, cum expressa clausula faciendi Subadvocatum, uti etiam ab eodem Episcopo ejusdem Monasterii, Domini Barones de Limpurg, Subpatroni constituti, in hodiernum diem perseverant.

Limitatio III.

Quarto non minus fallit decisio nostra in Advocatiis † propriis, quas Reges ac Principes super Monasteriis aut collegiis in suo territorio sitis habent: Nihil e- 591 nim obstat, quin & ii, suo loco, alios Protectores constituere queant, uti passim in Romano Imperio istiusmodi substitutiones factas esse multis exemplis demonstrari potest, & docent id ipsum, exempla initio hujus quæstionis pro contrariæ assertionis munimine inducta.

Limitatio IV.

Atque hæc hactenus de Subadvocatorum constituendorum potestate dicta sint.

Ulterius porro alia etiam jura, priusquam ad finem capitis hujus pertingamus, quatenus Advocatis tutelaribus licita vel illicita esse censeantur, delibanda supersunt.

Dubitare igitur quis posset. *An Protectoribus initio suscepti defensionis officii, vel postea etiam eo durante in locis ad clientes pertinentibus jus intrada* das Eintretten *competat ac permissum sit.*

Quamvis igitur Advocatiæ jus non ad jurisdictionales duntaxat, Gail. 2. *obs. 54. num. 6.* sed & superioritatis quandoque actus extendatur, Knich. *de Sax. non prov. jur. c. 5. n. 563. & seq.* Advocati tamen in clientelaribus civitatibus jure intradæ proprio Marte, Advo- 592 catiæ causa uti non possunt.

Utrum Protectoribus in locis ad clientes pertinentibus, jus intrada, das Eintretten competat. Decisio Negativa.

Ratio decisionis inde patet, quod tale jus superioritatem † sapiat, & clavium oblationem (quæ jus territorii superioritatem & dominium infert arg. §. 45. *ff. de R. D. & l. 47. de contrah. empt.*) hodie annexam habeat, secundum doctrinam Tho. Mich. *de jurisd. concl. 53. lit. D.* Boer. *de cust. clav. nu. 50.* ubi dicit in primo castrorum & civitatum ingressu, claves & insignia, cum acclamatione, Vivat Vivat, in superioritatis recognitio- 593 nem Domino tradi Cav. *dec. 7. n. 8. lib. 5.* Burs. *cons. 326. n. 10. lib. 3.* Hond. *cons. 100. n. 7. 49. & seq. vol. 2.*

Ex qua decisione infertur etiam quod jus Aperturæ die Oeffnung in castris & civitatibus clientum similiter etiam Advocatis denegetur.

Ius Apertura der Oeffnung in Castris & civitatibus clientelaribus an Protectoribus concessum sit. Decisio Negativa.

Ratio est, quod subditi † tantum, quales regulariter non sunt clientes portas civitatis Domino aperire, eumque cum suo comitatu recipere teneantur, Goden. *cons. 31. n. 14.* Everh. *jun. cons. 1. n. 160. vol. 2.* unde hoc jus alicui debitum superioritatis † probationem secum trahit ut post Ang. & Bald. docet Wes. *cons. 2. n. 78. v. ne fit p. 1. & Matt. de Afflict. in c. 1. §. Quid ergo n. 12. de* 594 *Feud. libr. 2. tit. 8.* Boer. *dec. 212. n. 11.* Knich. *de Territ.* 595 *jur. c. 3. num. 388.* Cæpoll. *de Servit. urbi. præd. cap. 39.* 596 *num.*

Ratio decidendi.

n. 9. Petra *de Fideicom. q. 12. n.* 401. Guid. Pap. *fin.* 260. & *ibi addit.* Decia. *conf.* 35. *n.* 34. *lib.* 2. Ruin. *conf.* 2. *n.* 4. *vol.* 4.

597 *Limitatio decisionis I.* Hoc tamen Aperturæ jus interdum ex speciali † pacto protectoribus debetur, quia jurisdictionem non semper infert sed ex confœderatione quandoque 598 competit, quemadmodum Austriæ † Archiduces in Episcopatu Tridentino aperturam habere refert Ceph. *conf.* 628. cujus generis alia etiam exempla apud Historicos obvia esse solent. Deinde etiam jus Aper- 599 turæ, ex jure † præscripto vel consuetudine inductum *Limitatio II.* competere potest Advocatis. Sicut enim jurisdictio † & alia jurisdictionem redolentia jura usu magis & con- 600 suetudine, quam certis regulis constringuntur, ita etiam 601 ea quæ à clientela † dependent eamq; insequuntur munia, ex observantia & antiqua usurpatione hodie æstimantur, ut post alios novissime tradit Dn. Christ. Besold. *dissert. de jure Fœderum cap.* 5. *n.* 14.

602 *Limitatio III.* Tertio illud Aperturæ jus in † Advocatia, Territorii jure radicata denegandum non est Protectoribus siquidem illa ex fonte † superioritatis oriatur, & semper 603 annexum habeat competentem in clientes jurisdictionem per ea quæ ad hunc locum congrua scripsit Gæd. *in resp. jur. de rest. Bar. in Walien. n.* 297. ubi innuit talem Advocatiam ad superioritatis jura non minus referri quam omnis ordinaria protectio jurisdictionem præsupponat.

Limitatio IV. Quarto insuper jus Aperturæ à clientibus etiam incolis de quibus *supra n.* 516. mentionem fecimus) Ad- 604 vocato debetur, tales enim à subditorum † conditione 605 nihil aut parum differunt, ceu post War. ab Ehrenberg *de fœd. lib.* 1. *cap. ult. n.* 15. notat Dn. Besold. *d. loco.*

Jus muniendi Arces clientelares an Protectoribus permissum. Decisio Negativa. Ratio decidendi. Secundo ex præmissis infertur Protectoribus non concedi jus muniendi Arces clientelares vel in iisdem fortalitia extruendi eam ob rem, quod istiusmodi Actus † ad superioritatem territorialem pertineant, per trad. Andr. Knich. *de jur. territ. c.* 3. *n.* 238. Sixt. *de Reg. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 15.

Sic etiam minime permittitur Advocato Tute- 606 lari, clientum Ecclesias † incastellare, cum hoc ipsum 607 *in c. sanctorum.* 10. *q.* 1. nominatim omnibus Laicis inter- 608 dictum sit solo necessitatis excepto casu, tradente Ab- 609 bate *in c.* 5. *n.* 3. *extra de immun. Eccl.* Afflict. *ad const. Regn. lib.* 3. *rub.* 26 *n.* 4. Tusch. *pract. concl. jur. tom.* 2. *lit. D. concl.* 136. quo in ipsa † Ecclesia convenire & ab hostibus se defendere licitum est Azor. *instit. moral. tom.* 2. *lib.* 6. 9. *q.* 6.

610 *Jus conducendi per civitates clientelares an Protectoribus competat? Decisio Negativa.* Tertio, quamvis † Matth. Coler. *conf.* 33. *numer.* 55. asserere non dubitaverit, Protectorem perpetuum alicujus Civitatis verisimiliter etiam per eandem jus conducendi habere id tamen exceptis casibus in prima illatione ampliando inductis regulariter verum non est, per ea quæ in terminis tradit Georg. Everh. *conf.* 3. *n.* 24. & *seq. vol.* 2. quem refert & sequitur D. Hepingk *in sua dissert. novissima de Jure Advoc. concl.* 53. *in not. sub lit. B. v. Præterea.* Ubi defendit jus conducendi aliquem secure per civitatem clientelarem non tribui Advocato Tutelari.

611 *Armorum impositio, indicatio, prohibitio & similia jura militaria utrum Advocatis in clientes permissa. Decisio Negativa.* Quarto denique infertur Patronos non posse clientibus suis, eorumve subditis, arma imponere mit wehren belegen (de quo *in Cap. VI. n.* 626 aliquid etiam dictum eaque non nisi subditis imponi posse præjudiciis cameralibus probatum est) vel eadem indicare, ad ea convocare auffmahnen vel iisdem interdicere, aut silentium imponere, kein auffruhr anzufangen vel eosdem ad faciendum militares monstras (de quibus Frecc. *de feud. f.* 119. videndus) clientes cogere possint, nec etiam delectum agere, Mustern cum actus † ejusmodi ad superioritatis jura pertineant, Knich. *de Sax. non prov. jur. c.* 5. *n.* 574. & ratione subditorum Dominis permissi sunt, 612 Dn Pancir. *conf.* 119. *n.* 1. Petra *de jur. quasi per. Prin. non toll. c.* 131. *n.* 30. Guid. Pap. *dec.* 631. *n.* 6. & omnia hæc territorii jure fiant, Knich. *d. c.* 5. *n.* 575. & *de jure territ. c.* 3. *n.* 239. & *seq.*

Atque ita ex his quæ hoc capite satis copiose de Advocatiæ effectibus collecta per me sunt, circumspectus lector quid juris per Advocatiam tribuatur Advocatis, & qualem potestatem protectores intuitu ac virtute Advocatiæ extra pacta conventa, vel consuetudines locorum antiquas usurpare possint, facile intelliget, ut tamen omnes defensionis circumstantiæ melius innotescant non gravabor *subsequenti Capite* omnes etiam, quotquot occurrere possunt (quibus non solum Advocati tutelares omnimodam protectionem exhibere clientibus obstricti sed etiam quibus ab omisso præstiti auxilii officio excusandi veniunt) casus enumerare.

CAPUT XI.

De Protectorum, tam prioris, quam posterioris ævi, moribus, officiis, muniis, itemque Protectionis hodiernæ usu, extensione, restrictione, aliisque tutelaris officii qualitatibus.

SUMMARIA.

Protectionis vis omnis in defendendis personis ac rebus clientum consistit, n. 1.

Clientelarum tria tempora considerata, numer. 2.

Protectorum ecclesiasticorum officium olim amplissimum & latissimum fuit, 3.

Advocati Ecclesiastici in Monasteriis & Ecclesiis qualiter olim obventuum & redituum administrationem habuerint, n. 4.

Episcopis, Abbatibus & Monachis olim absque Advocati sui assensu ac consilio nihil agere ac decernere in temporalibus licitum, 5.

Advocati de censibus & obvenientibus monasteriorum Imperatori, Regi vel Principi rationem reddere debebant, 6.

Monasteria temporibus Caroli Magni ex ærariis suis pro expeditionibus Christianorum susceptis tributa dare tenebantur, 7.

Consuetudine Francorum hodierna etiamnum monasteria Regibus contribuunt, 8.

Advocatis non solum redituum administratio, sed aliarum etiam rerum temporalium cura incumbebat, numero 9.

Advocati qualiter olim in hominibus propriis manumittendis autoritatem suam interposuerint, n. 10.

Ejusdem manumissionis exempla, n. 12. & 13.

Hauptrecht / Hauptfall *ab hominibus propriis originem trahunt,* 11.

Ma-

Dis-

Dispositio statutaria debet esse de dubitabili, alioquin frustra est, 149

Dispositio statutaria sic intelligenda est, ut aliquid operetur ultra jus commune, 150

Clientes nullam Patronis suis offensionis causam præbere debent, 151

Defensionis promissio omnis intelligitur, quatenus is, qui defendi debet, causam offensionis non præbuerit, 152

Promittens non molestare, non obligatur, si adversarius ei causam præbuerit, 153

Promissio de non offendendo intelligitur, rebus sic stantibus & nova offensione non superveniente, 154

Offensio in dubio præsumitur facta esse ex nova causa, 155

Promissio omnis facta intelligitur cum clausula rebus sic stantibus, 156

Transactioni vel sententiæ ex nova causa contravenire possumus, 157

Salvus conductus non prodest ei, qui concedentem offendit, sive offensionis causam præbet, 158

Indemnitas promissa non præstatur, si proveniat ex lite mota, culpa stipulatoris, 159

Promittens mihi defendere castrum, non tenetur, si bellum mea culpa moveatur, 160

Indemnitatem promittens officiali in officii functione, non tenetur pro his, quæ injuste gerit, 161

Fidejussor non repetit usuras, quas solvit indebite, 162

Administrator tenetur de damno, quod evenit sua culpa, 163

Casum fortuitum suscipiens non tenetur de eo, qui provenit culpa adversarii, 164

Casum præstat, etiamsi convenerit, ne teneatur de casu, quando is sua culpa evenit, 165

Protector utrum personas & res clientum tam præsentes quam futuras, defendere teneatur? n. 166

Affirmativa Decisio sub eod.

In generali obligatione tam præsentia quam futura continentur, 167

Res aucta, ad prius existentes se habent, tanquam accessorium ad principale, 168

Accessorium regulariter sequendum principale, 169

Augmentum redoles naturam ejus cui adjicitur, 170

Immunitas concessa ad bona etiam postmodum quæsita porrigitur, 171

Concessiones Principum, etiam adjacentia & pertinentia complectuntur, 172

Bonis clientum auctis protectio etiam ad augmenta extenditur, 173

Tutores tam rebus pupilli præsentibus, quam futuris dantur, 174

In protectionum literis plerunque bona, tam præsentia quam futura, expresse inseruntur, 175

Cæsariense Monasterium à Carolo Quarto in Imperatoris protectionem cum omnibus bonis, tam præsentibus quam futuris, receptum, 176

Protectio civitatis in clientelam susceptæ an se etiam ad cives futuros extendat, n. 177

Decisio affirmativa, 178

Civium nomen collectivum est pluris personas & corpora & ob id etiam futuras continens, 179

Concessio per verba universalia & collectiva facta, futuras etiam accessiones complectitur, 180

Universale sua natura incrementum & diminutionem recipit, 181

Pax pro se & subditis facta, futuros etiam comprehendit, 182

Protectio collective & indefinite Civitati alicui promissa ad solos Cives tunc existentes restringi non debet, 183

In Pace Principum socii etiam futuri continentur, 184

Fœdere inter duas civitates de non receptandis rebellibus inito, futuri etiam rebellantes continentur, 185

Civitate in protectionem recepta si eadem postea alios pagos & subditos imperio suo adjungat, utrum etiam illi sub pacta clientela contineantur? n. 186

Negativa, 187 *Affirmativa*, 190

Protector novis Clientibus ultra semel receptos onerari frustra non debet, 188

Declara, ut n. 193

Actus successivus quando enormem continet læsionem ejus concessio revocari potest, 189. *Declara, ut n.* 193

Protectionis indefinite facta conventio, ex nova subditorum accessione non coarctanda, 191

Legem contractus qui apertius dicere potuit & non fecit, passivam contra se interpretationem pati debet, 192

Ex diminutione civium seu subditorum civitatis in alicujus clientela existentis, Advocatiæ contractus non tollitur, nec honorarium minuitur, 194

Quando tam lucrum quam damnum contingere potest, nulla subesse censetur læsio, 195

Ditio integra, si civitati impatronatæ accedat quæ illi non unitur, tunc Advocatia ad illam non extenditur, 197

Territoria plura ad idem nomen, Regimen & superioritatem conflata, in leges territorii principalis commigrant, 198

Advocatus alicujus civitatis ex receptione novorum civium non onerari censetur, 199

Reipub. interest civitates impleri hominibus, 200

Collegiorum ampliatio favorabilis, 201

Civitatis populi frequentia augeri, præcipuum ejus ornamentum, 202

Civitas sub alicujus clientela existens, plures recipiens cives Protectori suo non facit injuriam, 203

Jure permittente quod quis facit, etiamsi inde utilitas, in facientem proficiscatur, illud ad æmulationem alterius factum non præsumitur, 204

Cives recipiendi jus cuilibet civitati maxime Imperiali concessum est, 205

Non est de Reservatis Principis, sed ex privilegio competit, 206

Civibus in Clientelam receptis, ad Pfalburgeros non extenditur protectio, sub 206

Civium recipiendorum potestas an se etiam ad Judæos extendat? n. 207

Negativa, 208

Affirmativa, 210

Dispositio favorabilis non trahitur ad Judæos. 209. *Contra, n.* 211

Statuta loci Judæum ibi commorantem ligant, 212

Immunitas incolis alicujus loci concessa, Judæos etiam comprehendit, 213

Salvus conductus alicui pro se & sociis concessus socios etiam Judæos includit, 214

Protector an ad bona clientum etiam extra suum territorium sita defendenda obligatus sit, n. 215

Affirmativa decisio sub n. eod.

Tutor à judice domicilii datus generaliter datus videtur, non tantum in rebus illius, sed etiam alieni territorii, 216

Dispositio principaliter personam respiciens effectum suum ad bona extra territorium sita porrigit, 217

Tutoris administratio ad bona extra Territorium ejus qui tutorem dedit, extenditur, 218

Tutor datus domicilii loco ubique administrare potest, si velit, 219

Sententia principaliter in personam directa in consequentiam ad bona extra territoriũ sita robur extendit, 220

Tutor principaliter datur personæ, non rei, 221

Judicis decretum principaliter præstantis autoritatem pupillo distrahendi, trahitur etiam ad bona alterius territorii, 222

Patronus an & quatenus præter personas ac res, etiam statuta

Patro-

Affir-

Pra-

Protector eo tempore, quo clientes in banno vel excommunicatione hærent, ab obligatione cum iisdem contracta solutus est, 810

Banniti de jure vitandi, & nulla cum iis habenda est conversatio, 811

Hæretici facti clientes à Protectoribus nihilominus defendendi sunt, n. 812

Decisio Negativa, ibidem.

Protectores hæreticorum errores defendentes damnabiliores errantibus, 813

Vasalli domino in hæresin lapso servire non tenentur, numer. 814

Receptatores bannitorum & Hæreticorum in alicujus clientela existentes, sese ob receptionem patrocinio indignos faciunt, 815

Receptatorum eadem quæ delinquentium pœna, 816

Subditos alienos ob Anabaptismum exterres scienter receptans, proscriptione punitur, 817

Judæum Christianum Apostatam factum atque ad Judaismum transeuntem receptans, ut hæretici receptator punitur, 818

Receptatio tametsi ex privilegio fiat, 819

Excommunicati clientes, durante excommunicatione Protectoris patrocinio an gaudeant, numero 820.

Decisio Negativa, ibidem.

Vasallus dominum excommunicatum adjuvare non tenetur, 821

Causa clientem in clientelam suscipi prohibens susceptum etiam impedit defendi, 822

Effectus restringitur à sua causa, 823.

Protector an ab omissa defensione excusetur, quando res in tutelam data est amissa aut intercepta, 824

Affirmativa decisio. ibid.

Pactum ad aliquid præstandum initum eam recipit interpretationem, dummodo res in pactum deducta in eodem statu permaneat, 825

Vasallus amisso directo dominio non amplius obligatur domino ad servitia, 826

Protector clientibus jure civitatis privatis, vel de casu periclitantibus, ut spes & facultas omnis eam recuperandi absit, succurrere non tenetur, 827

Protector clientes bonis suis destitutos, eaque recuperare tentantes, non debet deserere, 828

Advocati suos clientes rem injuste vel casu amissam recuperare volentes, omnino juvare tenentur, 829

Protector an ab onere defensionis immunis fit, si res in tutelam commissa prorsus interierit? numero 830

Affirmativa decisio ibidem.

Clientibus contra protectoris subditos arma sumentibus, an protector impune defensionem renuere possit? n. 831

Affirmativa decisio, ibidem.

Assecuratus cautione securitatis non est tutus, si ipse eam oppugnavit aut violavit, 832

Fidem frangenti, fides non servanda, 833

Protector, non defendendi libertate præscripta, clientes suos in periculo versantes deserens, an excusationem mereatur? n. 834

Affirmativa decisio, ibidem.

1 *Connexio hujus Capitis ad præcedentia.*

CUm Juris Advocatitii vim omnem in defendendis ac protegendis personis, ac rebus clientum, tanquam proprio fine consistere, in *superiori Capite* satis edoctum sit, & tractatio nostra eo maxime spectet, ut protectores intelligant, qualiter rectam & efficacem clientibus defensionem præstare debeant: ideo *præsenti Capite*, de omnibus præstandæ defensionis circumstantiis, quæ maxime ad protectorum officium pertinent, paulo fusius, & singulatim disserere operæ precium esse duximus.

Ordo dispositorum in hoc Capite.

Ut vero res tota dilucide explicetur, priusquam hodiernæ Advocatiæ partes nostrorumque Protectorum munia aperiamus, de veterum prius Advocatorum munere, & quibus in rebus nominatim illud olim constiterit, primitus agemus.

2 *Tria clientelarum tempora consideranda. Tempus primum.*

Ad cujus rei illustrationem tria hac ipsa in re clientelarum † tempora considerare oportet; Unum, quod à primæva clientelæ veteris origine, usque ad Constantini Magni annos, quibus Advocatia inter Christianos ad imitationem gentilis illius tutelæ introducta fuit, de qua, sicut & de ejusdem ortu, & cum patronorum priscorum officiis, tum clientum obsequiis & utrorumque mutuis institutis quinto Capite abundanter diximus.

Tempus alterum.

Alterum temporis interstitium metimur, à Constantino Magno, usque ad ævum illud, quo Advocatiarum intermedii temporis consuetudines cum jurisdictione, tum administratione, quam Advocati exercebant, extincta, paulatim immutatæ atque ad normam hodiernæ protectionis reductæ sunt.

Tempus tertium.

Tertium tempus à facta illa immutatione ad præsens & futuri temporis spatium definimus. Cum igitur primarum clientelarum rationes jam antea sufficienter exposuerimus, reliquarum duarum instituta eo modo in præsenti Capite exponemus, ut primo loco Advocatorum intermedii nempe sæculi ritus ac mores intelligamus; Deinceps autem nostratium patronorum officium, quod unice ac potissimum, in defensionis exercitio consistit, omnibus cum circumstantiis declarabimus.

3 *Protectorum Ecclesiasticorum officium quibus in rebus olim consisterit.*

Quod igitur in præsenti primo loco ad munera Advocatorum intermedii temporis attinet, illud inprimis sciendum est, priscis † temporibus officia eorum amplissima ac latissima fuisse.

4 *Cura Oeconomica Advocatis olim incumbens.*

Nam Advocati Ecclesiastici in Monasteriis ac Prælaturis primum œconomiam, hoc est, obventionum † ac redituum omnium administrationem, ut *præcedenti etiam Capite* dictum est, habebant. Ita nominatim testatur Rudolph. Hospinian. *de orig. Monachat. lib. 4. cap.* 21. Andr. Knichen. *de jur. territor. cap. 4. n.* 349. Thomas Michael. *disputat. de jurisdict. thes. 55. lit. g.* Paurmaist. *de jurisd. Roman. Imp. cap. 10. numer.* 24. Paul. Matth. Wehner. *pract. obs. verb.* Vogthey: & pluribus idipsum explicat Joan. Stumph. *Chron. Helvet. lib. 5. cap.* 3. ubi scribit, quod Abbates ac Monasteriorum prælati, quamvis olim in monasteriis suis magnas immunitates amplasque regiones & subditos habuerint: ea tamen personaliter non administraverint, neque obventuum atque redituum suorum curam ipsimet gesserint, sed in omnibus plerumque monasteriis & Ecclesiis certi Advocati, tutores, præfecti ac protectores, ab aliis Vicedomini, nostro idiomate Vögthe / Castenvoigt / Vitzdomen / & vulgo Schaffner / Pfleger / dicti, quos non inconvenienter Imperator Theodosius in suo Codice Procuratores vocitat, constituti fuerint, qui redituum tam perceptionem, quam erogationem aller Einnahm vnnd Außgaab / curabant & ne bona ecclesiastica dilapidarentur, aut sine justa causa alienarentur, rationem habebant, uti testantur. Paurmaist. *d. c.* 10. *numer.* 26. Warem. ab Erenberg. *meditam. pro fœder. lib. 1. cap. 4. num. 13. in fin.* Christoph. Lehman. *Chronic. Spirens.* nuperrime edita *cap.* 36. *lib.* 2. ubi ex Nicol. Camurat. *fol.* 120. *Advocati*, inquit, *antiquitus Ecclesiis & cœnobiis à Regibus præficiebantur, eranque tanquam procuratores, œconomi, & administratores Ecclesiasticorum proventuum, &c. in tantũ, ut Episcopis, † Abbatibus, Sacerdotibus vel Monachis, sine*

Patro-

Patronorum suorum assensu ac consilio, in bonis, rebusve temporalibus aliquid decernere vel agere non liceret, attestante Hospin. *de templor. orig. lib. 5. c. 6.*

5 Quin hæc ipsa etiam, quam priscos † Advocatos sustinuisse administrationis; curam Historici testantur, satis colligitur ex vulgari eorundem Appellatione, qua Kastenvögt dicti fuere, quam vocem Rosenthal. *Synop. feud. c. 4. concl. 14. n. 5. sub lit. B.* ait, se in antiquis libris legisse pro præfecto granarii, in quo nempe frumenta reservantur, ut constet, eosdem antiquos Advocatos rationem habuisse, ut reditus Monasteriorum recte colligerentur, neque inutiliter consumerentur ac profunderentur.

Tenebantur vero iidem Advocati Imperatori, Regi, aut Principi, quocunque id tempore exigere-6tur, de ejusmodi obventionibus rationem † reddere, & in quem usum erogatæ essent, referre. Uti testantur Redoan. *tract. de reb. Eccles. non alien. rubr. de causa cognit. in alien. fact. num. 3.* Rosentha. *de feud. cap. 4. concl. 14. num. 2. lit. B.* Wurstisen, Basler. *Chron. lib. 1. cap. 5. in fin.* Stumpff. *Chr. Helv. li. 5. c. 3.* Lehman. Speyr. *Chron. lib. 2. 36.* Idque eum in finem, ut si bella contra Ethnicos aliosve regni hostes suscipienda exorirentur, iis pro cujuscunque facultate tributa, ad expeditiones pro communi reip. Christianæ incolumitate, instituendas impetrentur.

7 Et sic etiam Caroli M. temporibus † Monasteria ex propriis ærariis, præter id, quod subditi eorum contribuebant, pro expeditionum sumptibus tribu-8ta dare cogebantur. Quæ † consuetudo adhuc hodie etiam apud Reges Franciæ strictissime observatur.

Cura aliarum rerum temporalium in Advocatos olim conjecta.

Nec vero Advocati illi reddituum duntaxat, atque proventuum administrationi, ut dictum est, præerant, sed aliarum insuper etiam rerum temporalium curam gerebant, utpote familiam † monasticam regebant, per officiales suos agros colebant, homines proprios ad opera & servitia cogebant, res œcono-9micas administrabant, ut non inconcinne observat idem Lehman. *d. c. 36. ibi.* Zum andern/ daß sie durch ihre Diener / vnnd Beampte/ der Kirchen / vnnd Bischoffe Güter vnnd Feld bestellet / und die Leibeigene zu Frondienst / vnd Arbeyt angehalten/ gebürende sorg für die Haußhaltung getragen/ alle Frücht vnd Gefäll/ Einnam/ vnd Außgab/ zu der Kirchen Nutz vnd besten zu rechter Zeit vnnd Ort verfügt/ dann solche ding zuverrichten/ den Geistlichen damals durchauß allenthalben auff den Conciliis vnnd Synodis ernstlich / vnd bey vermeidung zeitlicher vnd ewiger Straffe verbotten/ darzu dieser Spruch deß Apostels Pauli angezogen: Nemo militans Deo, implicet se negotiis sæcularibus.

Propriorum hominum manumissio per manum Advocatorum olim fieri solita.

10 Præterea antiqui illius ævi † Protectores in hominibus propriis, quorum magna olim sub Monasteriis frequentia fuit, & à quibus etiam pensitationes istæ † his in locis quotidianæ adhuc, quas Germani adhuc vocant Hauptfäll / Leibsteur / Hauptrecht/ originem duxere, Mart. Crus. *Annal. Suev. part. 1. lib. 8. c. 9.* manumittendis authoritatem inter-11ponebant suam, in cujus rei confirmationem afferri possunt variæ manumissionum tabulæ, in quibus ubique Advocatorum fit mentio. Nos ex illis, quas in rei argumentum, è priscis Alemanniæ scriptoribus afferre possemus, duas tantum, quas à clarissimo viro Dn. Barthol. Schobingero ICto ac Patricio S. Gallensi, condiscipulo quondam, dum Patavii ageremus, nostro, D. Melch. Goldast. sibi communicatas, *In suas ad Tyrolis Scotorum Regis parænesis* exhibet, ascribemus.

12 Prioris, qua Abbatissa Engeltrudis, † & Richolff Advocatus ejusdem, Sigimarum quendam sacris ordinibus initiandum manumiserunt, forma hæc est.

Diploma manumissionis interventu Advocati facta.

Authoritas Ecclesiastica patenter admonet, insuper & potestas regia Canonicæ religioni adsensum præbet, ut quemcunque ad sacros ordines ex familia propria promovere Ecclesia quæque elegerit, in præsentia sacerdotum Canonicorum simul, & nobilium Laicorum, & ejus, cui subjectus est, manumissione, sub libertatis testamento solemniter roboretur, Idcirco ego in Dei nomine ENGILTRUDA quondam meum famulum, nomine SIGIMARUM, sacris ordinibus dignum, in præsentia nobilium virorum, liberum ab omni vinculo servitutis dimitto, cui Romanæ per hoc auctoritatis testamentum statuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus atque securus permaneat, tanquam si ab origine fuisset parentibus liberis procreatus, vel natus, eandem pergat partem, quamcunque volens canonice elegerit, habensque portas apertas, ita, ut deinceps nec mihi, nec successoribus meis ullum debeat noxiæ conditionis servitium, neque aliquod libertatis obsequium, sed omnibus diebus vitæ suæ sub certa ingenuitate, sicuti alii cives Romani, per hunc manumissionis aut ingenuitatis titulum, bene semper ingenuus atque securus existat, suumque peculiare, quod habet, aut quod adhuc acquiri poterit, faciat inde secundum canonicam libertatem, quicquid voluerit. Et ut hoc testamenti ac ingenuitatis authoritas inviolatam inconvulsamque obtineat firmitatem, ego *Engiltruda & Richolf Advocatus meus*, amborum manibus subter firmavimus, sacerdotes quoque ita nominati manus suas in præsentem ingenuitatis chartulam miserunt. Pero, Adalman, Hiltiger, Rodpot, Baldolt, Rantolf, Actum in villa Hostrahun nuncupata, in præsentia Salomonis, & Reginolfi missis Domini Hludovvici Regis. Sig. Hiltibaldi missi Honorati Comitis. † Otkit. † Liutpreht. Hadpert, &c.

Ego itaque Uvato diaconus rogatus scripsi & subscripsi notavi diem Jovis in VIII. Id. Octob. regnante Domino Hludovvico Rege Alamannorum & & Peioariorum.

Sub Chunrato Duce nobilissimo feliciter. Amen.

13 Alterum similiter cum interventu Advocati factæ manumissionis exemplum, quo Vvolaliuba cum manu Advocati sui Engilboldi duo mancipia sua Thiotonem & Uvadindam libertate donavit, ita habet.

Diploma aliud manumissionis per manum Advocati concessæ.

Notum sit omnibus, tam præsentibus, quam superventuris, quod ego Uvolaliub, cum manu Advocati mei *Engilboldi*, duo mancipia mea, id est, *Thiotonem* & *Uvadindam*, in Dei amore, libertate donavi, ea tamen ratione, ut annis singulis ad cellam Ratpoti, quæ ad Monasterium *S. Galli* perti-

pertinet, in censu IV. denar. solvant. Actum in loco qui dicitur Rota publice, præsentibus his, quorum hic signa continentur. Sig. Uvolaliub. & Advocati ejus Engilboldi, qui hanc notitiam fieri voluerunt, & aliorum testium, Sig. Engilhelm. † Cundhart. † Ruadker. † Uvano, &c. Ego itaque Nandcrim indignus monachus ad vicem Richperti rogatus scripsi & subscripsi. Notavi diem Jovis VIII. Kale. Majas, Anno vigesimo secundo Regni Hludovvici sub Cozperto Comite.

Duplex olim manumittendi modus.

14 Erat autem, † ut & hoc addam, apud majores nostros duplex manumittendi ratio; una ex lege Ripuaria, quæ Domini, aut ejus Vicarii consensu coram rege peragebatur excussione nummi: Altera ex Romana, quæ in Ecclesia præsente Episcopo, vel presbyteris & diaconis, in populi conspectu. Coram Re-15 ge manumissi, liberi Regii † vocabantur: qui in Ecclesia, Ecclesiastici, quibus Archidiaconus jubebat scribi chartas tabulasve manumissionis de statu eorum, quoties requirerentur cauturas. Unde chartularii & tabellarii nominati. Manumittere solebant ipsi Episcopi, Abbates, Abbatissæ, Nobiles, Ingenui, ut, quem servum, quamve ancillam vellent, solemni more ad libertatem perducerent. Æquabilior tamen illorum conditio, qui coram Rege manumissi forent, tametsi regiis quoque libertis plerunque civiles operæ imponerentur, sicut Ecclesiasticis; meliori tamen conditione. Raræ namque Episcoporum & Abbatum tam liberales manumissiones, ut omni prorsus onere eximerent; Sed hæc extra materiam de priscorum temporum manumissionibus, quarum facultas postea, velut hodie adhuc fit, ad privatos translata est.

Advocatorum consilia in Electionibus Prælatorum olim adhibita.

16 Quarto Advocatorum † peculiare munus etiam in eligendis, constituendis, deponendisque Abbatibus ac Prælatis, præsentiæ atque consensus adhibitione olim consistebat, ut exemplis hoc firmant Crus. *Annal. Suevic. lib.* 11. *p.* 2. *cap.* 13. *p.* 483. Spangenb. *Chron. Henneberg. lib.* 1. *ca.* 39. & Trithem. *in Chronic. Hirsaug. p.* 88. & hoc ipsum, inter alia docet elegans diploma fundationis Cœnobii Wengensis Ordinis & instituti Regularium Canonicorum S. Augustini, quod Anno primum Christi 1183. imperante 17 Friderico Barbarossa à Witigovveo Comite † de Albeck fundatum, etiamnum hodie intra mœnia Civitatis Ulmensis constitutum floret, atque à piis ac religiosis viris incolitur: Tenor autem fundatorii diplomatis, ex quo præter cætera in eligendis Præpositis Advocati consensum requisitum fuisse, clare patet, talis est.

Diploma Witigovvei Comitis de Albeck quo fundatio cœnobii Wengensis continetur, & nonnulla de Advocatorum munere continentur.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

Cum ex verbis ipsius Domini discamus (date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis) notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod nobilis quidam *VVuitgovveus de Albecke* pro salute & remedio animæ suæ, & omnium parentum suorum, à quodam Monasteriali Augiensis Ecclesiæ, (pretio interveniente) obtinuit montem & domum S. Michaelis apud Ulmam situm cum omnibus appendiciis suis, quem usque ad hæc tempora jure proprietatis possedit, ut in usus Augiensis Ecclesiæ conferret, & omne jus ac proprietatem & possessionem in Ecclesiam transferret. Ex consilio autem religiosorum illius temporis virorum instituit, ut prædictus locus Domus Hospitalis pauperum refocillatio & Asylum peregrinorum in æternum permaneat, eidem domui Præpositum cum aliis Canonicis sub S. Augustini regula devote degentibus præficiendum ordinavit. Ut autem peregrinantes in eodem loco, quia propter ipsos præcipue est fundatus, honestam consolationem de communi alimonia fratrum assidue inveniant: Præpositus ejusdem loci personas ad serviendum Deo congruas recipiat, & in recipiendo modum non excedat, ne pauperum consolatio decrescat. Fratres in præfato loco sibi Præpositum libere eligant, & electum suum Domino Abbati Augiensi pro investitura ab ipso suscipienda quantocius ne locus desoletur, repræsentent; Si vero, quod Deus avertat, in dicta electione partes fuerint; Abbas Augiensis *consilio Advocati domus illius, charitatis fautoris electum investiat, sin autem fratres sine rationabili causa electionem distulerint: Abbas Augiensis consensu Advocati, ne domus pauperum destituatur, citatis fratribus, ubi Advocatus fuerit præsens causam dilationis diligenter inquirat, & ad eligendum Præpositum in Deo persuadeat. Sin autem injuste renunciaverit, Abbas cum Advocato, de regula Augustini honestam personam ipsis præficiat.* Notum sit etiam omnibus, quod Witogovveus fundator ipsius loci pro defensione absque omni exactione, jure dominii ab Abbate Augiensi suscipiat *Advocatiam, & eadem Advocatia ut ad omnem suam posteritatem scilicet seniorem masculum transeat instituit.* Item dictus loci fundator omnibus suis hominibus pro remedio animæ suæ res suas tam mobiles quam immobiles ad montem Michaelis conferendi libertatem ordinavit. Similiter dictæ domus author pro honestate & utilitate loci ab ipso loco, & ab omnibus pertinentibus ad ipsam congregationem mulierum commodam removere firmiter ordinavit & instituit, videlicet, ne secundum consuetudinem aliorum Cœnobiorum sorores in consortium fratrum assumantur. Ego Diethelmus Abbas Augiensis consensu fratrum meorum, & ministerialium communicato consilio, ut hujus ordinationis Witogovvæi constitutio, quam honestam & rationabilem & intuitu Dei inceptam vidimus, firmum apud nos & successores nostros suæ perfectionis tenorem obtineat: & domus beati Michaelis de immutabili donatione gaudeat. Placuit nobis præfatas traditiones sigillo Ecclesiæ nostræ communire. Concedimus etiam, ut liceat omni familiæ Augiensis domus servorum, & Ministerialium facere commercium vobiscum rerum suarum mobilium & immobilium

bilium per donationem, commutationem & venditionem. Hujus rei testes sunt Leopoldus Dux Austriæ, Rudolphus Palatinus de Tubingen. Mangoldus Comes de Veringen. & filius suus Eberhardus. Burcardus Comes de Hohenberg. Conradus de Schussenried / Diemo de Gundelfingen / Ernestus de Stusselingen / & alii quam plurimi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis 1183. Indictione secunda, Regnante Friderico Imperatore Romanorum invictissimo, & semper Augusto in ipsius conspectu apud Ulmam. Characterum autem sigilli suprascripti hoc sonant: S. Maria Dei genitrix; ipsum sigillum rotundum, & in medio sigilli effigies, sive imago S. Mariæ, est desculpta, & filium de sericis gilvis, & rubeis, est ipsi instrumento appensum. Datum & actum Constantiæ Anno Dom. 1357. quarto Calend. Octobr. Indictione decima.

Ejusdem rei, olim nempe in Prælatorum electionibus Advocatorum consensus inprimis habitam fuisse rationem, argumentum præbet id, quod † de Rudolpho Comite Raperswilensi Advocato monasterii Eremitici narrat Dn. F. Christoph. Hartm. *in Annalib. d. Monast. sub Rudolpho XII. Abbat. ad annum* 1142. *Cum enim* inquit, *à morte Wernheri* Rudolphus &c. Comitibus de Lupffen / Stulingæ Landgraviis, absente forte Advocato Comite Rapersuilano, Abbas electus fuisset, is ejus electionem asperrime tulit, quasi eo non præsente, & approbante prætextu Advocatiæ, legitima esse non posset electio. Eam ob causam incitatus armata manu monasterium invasit, Rudolphum, & qui cum eo faciebant, expulit, alios fœdis vulneribus à templi adytis & altaribus raptos, sæviter mulctavit, sanctiss. Deiparæ sacellum, & aram, vestesque sacras cæde & sanguine profanavit, nihil pensi, aut sancti habuit, ira, odio, vecordia turpiter grassatus est. Imperator tamen Conradus, cum vim illam & tyrannidem percepisset, graviter increpitum Advocatum, eum & defensorem, non dominum, aut invasorem Eremi additum, qui jura eorum & privilegia tueri & conservare, non infringere debeat, ingenti pecunia mulctavit.

Non dubitandum vero est, prisci ævi † Advocatis potestatem illam adjungendi se Prælatorum Electionibus, ab Imperatoribus eos constituentibus tacite vel expresse indultam vel usu quæsitam fuisse; Olim enim antequam prælatorum dignitas in tantum excreverat, electio non modo Episcoporum sed aliorum etiam Præsulum penes Imperatores † Romanos fuisse testantur Aventinus *lib. 4. Annal.* Walthramus *in opusc. de invest. Episc.* Krantz. *lib. 5. Saxon. c. 30.* Sabellicus *libr. 8. Ennead. 8.* Viterbiens. *in Chron. part. 17. in Henric. V.* Machiavell. *lib. 1. hist. Flor.* quem mortem adhucdum Iberiæ Franciæque † Reges observant teste Ægid. Magist. *tr. de regal. c. 3. 4. 5.* Carol. de Grassal. *lib. 2. de regal. Franc. c. 3.* Duaren. *lib 5. de sacr. minist. c. 11.* Chassan. *de glor. mund. p. 5. consid. 24. n. 194.* Choppin. *lib. 2. de doman. tit. 9. & 10.* præcipue Cosmas Guisnier. *super pragmat. Ludovic. sanctiori* Vasq. *lib. 2. illustr. qq. c. 51.* Valasc. *de emphyt. q. 8.* Cabedo *decis. 9. p. 3. & decis. 11. n. 3. p. 2.* Testatum insuper id cumprimis facit præstantiss. Hispan. IC. Didac. Covarru. *tom. 1. var. resol. p. 2. in relect. c. mala fides possess. extr. de jur. patron.* §. 10. qui asserit Reges Hispaniarum non quidem ex † privilegio Papæ Hadriani, Carolo Magno dato, (quam opinionem tennerunt aliqui Dd. Galli, ut Johan. Igneus *in repet. l. necessarios. §. non alias. numer. 336. ff. ad SC. Syllanian.* & Joan. Ferald. *tract. de insign. reg. Franc. Jur. 9.* refutati à Covarr. computatione temporis & aliis argumentis) sed jam inde à Concilio Toletano 12. celebrato Anno primo Herduigii Gothorum Regis qui tum Hispanias obtinebat, Anno Christi 685. quo decretum, ut Rex ad Episcopalem dignitatem promovendos eligeret, ipse vero Toletanus Antistes prævia morum examinatione institueret, absque ulla controversia jus & quasi possessionem habere nominandi, & eligendi Episcopos, adeo, ut nisi à Rege nominatus, nemo possit his dignitatibus insigniri, cujus rei testimonium extat quoque jure Canonico, *c. cum longe. dist. 63.* Nec rationabili fundamento jus istud destituitur, quia scilicet Regis maxime † interest nosse ac deligere, qui Ecclesias intra suam provinciam sint administraturi. Covarr. *d. loco.* Atque hoc illud est, quod tantopere exaggeratur ab auctore relationis de Hispania, *in Thesauro. politic.* Italica lingua edito, dum ait: *Della grande ZZa del Rè di Spagna bastera à dire questo solo, che non una sola parola (placet) puo in un punto conferire senza alcun danno suo ò di altrui cinquanta, sessanta, cento & fino cento cinquanta mille scudi d'entrata, nominando Alcuno Arcivescopo di Toledo ò Siviglia, ò Vicario di Burgos, ò di altra Chiesa importante, cosa che non puo fare altro Principe, &c.* In Germania singulare exemplum refert de Episcopatu Caminensi Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 9. nu. 9. & seq.* quod scilicet, neque † Episcopus, neque alius Prælatus vel Canonicus à capitulo eligi possit absque consensu & nominatione, sive præsentatione Ducum Pomeraniæ, tanquam Patronorum & fundatorum.

Verum ut juris illius Imperialis in Electionibus prælatorum intervenientis primordia melius cognita habeamus, originem ejus altius hic, & ab ovo quod dicitur repetere operæ precium duco, id tamen paucis ac strictim.

Mos eligen. de primor. dialis.

Sciendum igitur est in primitiva † olim Ecclesia viventibus Apostolis, Episcoporum sive presbyterorum electionem penes ipsos Apostolos extitisse, ut patet ex *Act. c. 1. vers. 21. & seqq. & c. 13. vers. 2. junct. c. porro dist. 66.* Euseb. *lib. 3. hist. Eccles. c. 11.* deinde ad consensum † populi & cleri translata fuit. *c. 1. in pr. c. plebs. c. cleri. c. Episcopos. c. nulla c vota dist. 63.* sed ita ut licet ille ab hoc non cogi, doceri tamen, & persuaderi posset atque ille hunc potius sequeretur, quam præcederet & duceret *c. docendus. c. nosse. c. non est. d. dist. 63. c. si vero. 8. q. 1.* Postea Monarchia Romana ad Christianos Principes devoluta Imperatoris etiam consensus adhibitus. *c. breviter dist. 62.* Memorabiliter Niceph. *lib. 2. hist. Eccles. c 2. de electione Joannis Chrysostomi in Episc. Constantinop.* Quod si Metropolitanus forte eligendus erat, omnes Episcopos comprovinciales electioni interesse oportebat. *c. metropolitano dist. 63.* quemadmodum Valentinian. Imp. ad Electionem Archiepiscopi Mediolanensis Divi Ambrosii Episcopos convocasse legitur *in Historia tripart. &c. Valentinian. d. dist. 63.* Tandem ad collegia † presbyterorum sive Capitula Canonicorum, ut hodie vocamus in Ecclesiis Cathedralibus jus istud eligendi Episcopos, cujuscunque gradus in solidum transiit. *c. Ecclesia el. 2. c. Cumana. c. congregato. cap. in genesi. cum simulib. extr. de elect. cap. cum Ecclesia extr. de caus. proprietas. & possess. gloss. in d. c. Valentinianus verb. Episcopos in fin. d. dist. 63.* quod haud dubie ab initio in Germania Imperatorum auctoritate contigit, cum illi primitus Episcopatus & Episcopos proprio arbitrio constituissent, ac postmodum liberam electionem Capitulis Ecclesiarum Cathedralium concederent, quæ sententia confirmatur ex eo quod tradit Matth. Stephan. *de jurisdict*

libr. 3.

lib. 3 p. 1. c. 7. numer. 38. Othonem II. filium & successorem Othonis Magni primi fundatoris Capitulo † Magdeburgensi liberam potestatem eligendi Archipræsulem una cum aliquot oppidis dedisse, ac notat Cythr. *in Chronol. p.* 308. quod Anno 1122. in Comitiis Wormatiensibus pace facta inter Henric. V. Imp. & Callist. II. Pontif. Capitulares collegii jus eligendi Episcopum ab Imperatore impetraverint. Laur. Ohm. *de jure episcop. concl.* 14. *lit. B.* (29)

Etsi vero, ut & hoc addam, olim idem esset presbyter † & Episcopus, *cap. olim. distinct.* 95. ne tamen unusquisque ad se trahens Ecclesiam Christi rumperet, consultius judicatum fuit, ut in singulis civitatibus unus ex Presbyterorum ordine cæteris præficeretur, ita ut cum eorum consilio omnia gereret, & administraret. Quem cætum presbyterorum ideo Senatum Ecclesiæ vocat Hieron. *c. Ecclesia.* 16. *q.* 1. Atque inde genuinam trahunt originem † hodierna in Ecclesiis Cathedralibus collegia sive capitula canonicorum, qui in locum presbyterorum successisse videntur. Duar. *de sacr. Eccles. ministr. ac benef. lib.* 1. *c.* 7. *&* 18. Quorum collegiorum successu temporis plura ab Impp. Regibus & Principibus Christianis de novo fundata fuerunt, eo fine primario, ut in Collegiis canonicorum conservaretur religio vera à Clericis ibi constitutis, ac ut religionis Christianæ studia in his monumentis tanquam sacrariis deposita perpetuo extarent, ad quæ Imperatores, Reges, Principes, tanquam ad Pythonis oraculum confugerent, indeque veritatis eruendæ gratia dubiæ controversiæ tam in quæstione religionis, quam Status Politici à Cleris responsa referrent, uti commemorat *lib.* 4. *de jurisd. c.* 6. Joach. Stephan. *de jurisd.* 4. *c.* 6. quem citat & sequitur Lauren. Ohm. *de jur. Episc. conclus.* 9. (30, 31)

Collegiorum seu Capitulorum Canonicorum in Ecclesiis Cathedralibus origo.

Verum ut ad Prælatorum electiones, unde digressi sumus, redeamus, constat Imperatores † olim etiam modum in electionibus dedisse ac præscripsisse, ceu patet *ex Auth. presbyterum in fine.* Item *l. si quenquam, & l. sacris nostris cum similib. C. de Episc. & cler.* Item *Novell.* 6. 57. 123. *&* 137. (32)

Verum enim vero Imperatores olim non solum ut dictum est, Prælatorum eligendorum potestate potitos esse, sed ipsius etiam Romani † Episcopi sive Pontificis tum eligendi, tum confirmandi jus habuisse testatum faciunt, Francisc. Zabarell. *de schismat. Pont.* Polyd. Verg. *lib.* 4. *de rer. invent. c.* 10. Lud. Pabenberg. *de zel. vet. princip. c.* 8. *& de jur. Imper. c.* 8. Onuphr. *in vit. Greg.* 7. Ferrar. *tit.* 50. *glo.* 9. *num.* 4. Zach. Victor. *de causis exempt. concl.* 32. Ferd. Vasquius, *illust. controvers. lib.* 1. *c.* 22. *num.* 7. Ubi scribit, tametsi Imperator Dominus totius mundi non sit, nec unquam fuerit, ei tamen electiones Romanorum Pontificum traditas & concessas fuisse. Quo loco idem in comprobationem ejus rei allegat. Alber. de Rosat. *in dictionar. verb. electio* 3. quem refert Nicol. Boer. *decis.* 31. Innoc. *in c.* 2. *de major. & obed.* Guerrer. *in spec. Princip. c.* 55. *in fin.* Idem diserte testatur Matth. Steph. 3. *de jurisd.* 1. *c.* 2. *nu.* 13. Simon. Schard. *in Anamnesim. Juris* quod in approb. Pontif. Imperatores habuerunt quæ juncta est *tractatui ejusd. de Elector.* Platina *in vita Severini.* Ubi Justinus † Imper. Hormisdæ I. Mauritius Tiberii gener. Pelag. II. & Gregor. I. electos, Pontifices confirmasse leguntur, imo etiam Imperatores † Constantinopolitani suis in Italia constitutis Vicariis, quos Exarchos vocarunt, inter cætera dignitatis privilegia, Pontificis approbandi auctoritatem contulerunt ac concrediderunt. Joach. Cluten. *Syllog. rer. quotid. concl. p.* 1 *sub lit. H.* Postea vero cum finito Exarchatu regnantibus in Italia Longobardis Carolus † Magnus, à Romanis in auxilium, ut *in Cap. V.* fusius explicatum est, ascitus Regem Longobardorum Desiderium vicisset, eamq; ob caussam Adrian. Pontif. Roman. Concilium trecentorum quinquaginta trium Episcoporum convocasset, perpetuum, ut inquit Aventin. *lib.* 4. *Annal. Bojor.* factum est Patrum consultum, & in verba Caroli juratum; Nullum posthac neq; Romanum neque aliorum templorum Antistitem fore, nisi quem Carolus ejusque Successores, sciverint, jusserintque, refragantes hujusmodi decreto, devoti sunt diris, & nisi resipiscerent præscriptio adjecta Reiner. Reinec. *in not. ad annal. Caroli Magni* Anonymi Auctor *fol.* 47. *b. & multis seqq.* Petr. Greg. Tholos. *Syntag. jur. lib.* 15. *c.* 12. *n.* 10. Sabell. *Ennead. lib.* 8. *c.* 8. Christoph. Besold. 2. *dissert. polit.* 2. *n.* 22. Existimant etiam nonnulli pro confirmatione Papali aliquam pecuniæ † quantitatem Imperatoribus à Papa dari solitam fuisse, quod postea Agathoni, ab Imperatore Constantino III. à prolixitate barbæ Pogonato dicto (siquidem hic imperavit Constantinopoli ab Ann. Christi 670. usq; ad Annum 687. atque interim Agatho Romæ ab Anno 679. usque ad Annum 682. pontificatui præfuit) remissam fuisse scribit Laurent. Ohm. *de jur. episc. concl.* 14. *per text. in c. Agatho dist.* 63. Christ Helv. *Theat. histor. fol.* 29. Postea autem remittentibus Imperatorib. jus suum consuetudo invaluit, ut electio summi Pontificis ad solos † Cardinales, excluso Imperatore & ejus nuntiis devenerit, apud quos etiamnum hodie persistit Vasq. *d. c.* 22. *n.* 10. Sed hæc nimis fuse. (33, 34, 35, 36, 37, 38)

Cæterum quod ad hodiernos Advocatos attinet, eo quo nunc jure utimur, Protectoribus laicis omnis potestas † eligendi, aut electioni sese immiscendi jure Canonico præcisa est, *c.* 1. 2. 3. 5. *c. omnis electio. dist.* 63. adeo ut ne consuetudine immemoriali induci velint summi Pontifices ut Principis vel Patroni consensus in electione requiratur, nisi post factam demum electionem, *c. cum in terra, c. sacrosancta, c. Messana. extr. de elect. c. nobis de jure patron.* aut nisi speciale privilegium Pontificis intercesserit, quale datum est à Gregorio VII. Regi Franciæ in electione cujusdam Abbatis *c. hinc est etiam.* 16. *q.* 1. (39)

Quinto etiam Advocati, id antiquitus præcipue muneris ex præscripto Imperatorum habebant, ut si quando rationabilibus de causis Clericos, Monachos, aut Moniales jurejurando † quippiam firmare oportebat, id non per seipsos, sed per earundem Ecclesiarum Advocatos fiebat, uti luculenter ostendit constitutio Henrici Imperatoris, quæ in *legibus Longobardorum seu Capitulari Caroli Magni lib.* 2. *tit. de Advocatis & Vicedominis* continetur, & sic habet. (40)

Advocatorum pro Clericis jurantibus interventio.

HENRICVS divina pietate † secundus Romanorum Imper. Augustus. Quoniam in legibus cautum est, ut nemo clericorum jurare præsumat, alibi vero repetitur scriptum, ut omnes principales personæ in primo legis exordio subeant jusjurandum calumniæ: nonnullis legis peritis res venit in dubium, utrum clerici jusjurandum præstare debeant, aut alii personæ hoc officium liceat delegare; Quia enim illud constitutionis edictum ubi clerici jurare prohibentur, à Marco Augusto constitutum est; propterea quia de Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios clericos pertinere non creditur; ut ergo hæc dubietas omnibus penitus auferatur, illam Divi Marci constitutionem ita interpretari decernimus, ut ad omnium Ecclesiarum clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cum divinus Justinianus jure decreverit, ut canones patrum, vim (41)

vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrum Canonibus reperitur, ut clerici jurare non audeant, dignum est, ut totus catholicus ordo à præstando Jurejurando immunis esse proculdubio censeatur. Qua propter nos utriusque videlicet divinæ & humanæ legis intentione servata decernimus & imperiali auctoritate, & irretractabiliter diffinimus, ut nec Episcopus, nec presbyteri, nec cujuscunque ordinis clericus. non Abbas, non aliquis Monachus, vel sanctimonialis in quacunque controversa sive criminali, sive civili jusjurandum qualibet ratione compellatur subire, sed Advocatis suis propriis & idoneis hoc officium debeat delegare.

42 Obligabant † autem Monasteriorum Antistites ex specialibus privilegiis Imperatorum, ut eo fidelius muneri suo præessent, ipsos Advocatos, cujus juramenti Capitula *infra c. 14. de Adjacentibus Advocatia* posuimus.

43 Quemadmodum autem cum consensu † Abbatis & conventus, Advocatos omnia agere oportebat, ita vicissim ab Episcopis, Abbatibus, Sacerdotibus vel Monachis sine Advocati voluntate in bonis, rebusve sæcularibus nihil fiebat, quia Protectorum tanta erat auctoritas, ut absque eorum præscitu atque arbitrio, nihil facere, nec quicquam ex bonis immobilibus Monasteriorum vendere, oppignerare, vel quovis modo alienare liceret *Hospin. de templor. orig. lib. 5. c. 6. & de orig. ac progress. Monach. lib. 4. c. 21.* Imo in politicis

Advocatorum auctoritas in omnibus etiam rebus secularibus interposita.

44 † negotiis, quicquid ab Abbatibus sine consensu eorum gerebatur, omnino invalidum erat. per notata Panorm *in rubr. de jur. patron. n. 4. in fin c. filiis 16. q. 7.* Redoan. *in tract. de reb. Eccles. non alien. sub rubr. de causa cognit. in alien. fact. n. 3.* Paul. Matth. Wehn. *pract. obs. lit. V. verbo* Vogthey.

45 Hinc est, quod antiquis Monasteriorum literis, ac instrumentis Advocati † consensus plerunque insertus reperiatur, hac simili formula: Mihi N. Abbati complacuit, una cum fratrum, nec non & Advocati nostri N. consensu &c. Joan Stumph. *d. lib 5. c. 3.*

46 In cujus rei evidentiam juvat hoc loco inserere elegans diploma Carolomanni piissimi Regis, quo non nullarum rerum inter Tutonem Episcopum Ratisponensem, & hominem quendam ejusdem Regis proprium, permutatio comprobatur. Id Reverendus & doctiss. D. Jacob. Gretserus Soc. Jes. Theologus ex Codice manuscripto eidem à clarissimo viro Dn. Sebastiano Tengnagel Imperialis Bibliothecæ Vieonens. Præfecto, amico nostro ex literis inter nos communicatis mihi persamiliari accommodato exhibet, *in Divis Bambergensib.* subsequentis tenoris.

Diploma Carolomanni Regis quo rerum nonnullarum inter Tutonem Episcopum Ratisponensem & hominem quendam ejusdem Regis proprium permutatio confirmatur.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis C. Dei gratia Rex.

Si Dei Ecclesiis nostro videlicet regimine procurandis dignos adhibere curamus honores, non solum terrenni, sed & cælestis regni non dubitamus honore, & fastigio nos sublimari. Inde volumus in nostrorum præsentium, futurorumque pervenire notitiam; qualiter convenit inter venerabilem virum Radesponensis Ecclesiæ Episcopum *Tutonem*, & quendam hominem nostrum, ut aliquas res eorum inter se, pro ambarum opportunitate patrium concambire deberent, quod & fecerunt. Tradidit igitur N proprietatem suam sancto *Emmerano* Martyri, qualem visus est habere cum omnibus ad prædictum locum rite pertinentibus, *in manum Episcopi & Advocati sui* N. in perpetuam proprietatem. E contrario vero retradente eodem Advocato una cum manu Episcopi accepit prædictus N. de rebus S. Emmerami locum N. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem: Et ut hujus concambii præceptum firmum stabileque permaneat, manu propria subtus illud firmavimus, annuliq; nostri impressione signari jussimus.

48 Aliud in hanc rem faciens diploma exhibet idem P. Gretserus *in notis ad cap. 17. de vita & rebus gestis S. Henrici Imperatoris*, quod ita habet.

Aliud Diploma Friderici cujusdam, quo allodium suum Haga dictum, quod antea à Gunthero, Episcopo Bambergensi per manum Advocati sui legatum acceperat, rursus ad altare S. Petri majoris Monasterii in Babenberg legavit.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam posteris, quam modernis, qualiter FRIDERICVS rogatu Dn. sui Guntheri V. Sanctæ Bambergensis Ecclesiæ Episcopi; allodium quoddam Haga, quod idem prænominatus Episcopus antea per manum Advocati sui in ejusdem Friderici legaverat, cum omnibus ad ea loca pertinentibus, h. e. quicquid supradictus Episcopus prædii inter duos fluvios, videlicet Usiam, quam nos vulgariter Ensam dicimus & Ibisam habuerat, ad altare S. Petri majoris Monasterii in Babenberg legavit, pro remedio animæ ejusdem prænominati Episcopi Guntheri, nec non patris & matris. Legavit etiam ministeriales ad idem prædium pertinentes ad supradictum altare S. Petri in Babenberg eo deinceps sibi, suisque posteris retento jure, quod veri Ministeriales habent ejusdem Ecclesiæ; quod & infra scriptum est.

Hæc est justitia Babenbergensum Ministerialium, si quem ex his D. suus accusaverit, de quacunque re, licet illi juramento se cum suis coæqualibus absolvere, exceptis tribus: h. e. si in vitam D. sui, aut in Cameram ejus consilium habuisse arguitur, aut in munitiones ejus. Cæteris vero hominibus, de quacunque objectione absque Advocato, cum suis coæqualibus juramento se poterit absolvere. Et cæteris hominibus non plus debent, quam septem personas, suis vero sociis duodecim. Si occisus fuerit, recompensatio ejus decem libræ sunt, quæ ad alios non pertinent, nisi ad cognatos occisi. Si beneficium ab Episcopo non habuerit, & repræsentaverit se in ejus ministerio; & beneficium non potuerit obtinere, cui vult, militet, non beneficiarius, sed libere. Si absque liberis obierit, & uxorem prægnantem habuerit, expectetur dum pariat. Et si masculus fuerit, ille habeat beneficium patris. Si non; proximus agnatus defuncti loricam suam, vel equum quem meliorem habuerit, Domino suo offerat, & beneficium cognati sui accipiat. In expeditionem iturus ex suo sumptu ad Dominum veniat, deinceps ex ejus impensa alatur. Si expeditio in Italia est, Do-

mum, & ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipsam cellam, aut ubicunque vel quando Abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, & ibi placitum jussum pro causis & necessitatibus Monasterii rite peragat. Nullum autem servitium aliud, jus aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi, tertium bannum, & consuetudinariam justitiam & legem, quam cæteri Advocati in aliis liberis monasteriis habent, super fures, protervìam, & censuales & cætera talia. Et in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltrum de frumento, & unum frisingum, & unum siclum de vino, & cætera ad hæc pertinentia. Prætera ea item constituit, quod nisi Abbate volente & advocante, bona & loca monasterii suis frequentiis temerariis, & sine causa minime adeat, vel contingat. Nec præsumptuosus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat.

Simile exemplum extat in Advocato olim Chombergensi, cui in Confirmatione fundationis Anno 1090. erectæ certa alimentorum in placito habendo quantitas assignata fuerat: verba id exprimentia ita habent:

Cujus Advocati libero concessum est arbitrio, ut semper, si velit, post sanctam hebdomadam Pentecostes, 2. feria placitum habeat, in villa quæ dicitur Thungenthal/ & non in anno sæpius, nisi ab Abbate invitatus; in prædicto autem placito ad servitium ejus debet Abbas ei dare Malterum frumenti pro faciendo pane, & Frisgingum unum porcinum & duos ovinos, & vinum cæteraque ad hæc sufficientia, &c.

Quia tamen in mundo tam bonum nihil est, quo non homines quandoque abutantur, inde sæpius olim etiam contigit, ut Advocati † suam in judicando potestatem, latius, quam par erat, extenderent; ideoque necesse fuit, Advocatis monasteriorum peculiares, quibus tenerentur, leges ab † Imperatoribus præscribi, cujus rei, ut alia numerosa omittamus, præclarum documentum habemus, *ex Annalib. Eremi Deiparæ Matris* sæpius antea etiam citatis, *ad annum* 1136. Ubi extat hanc in rem Lotharii Imperatoris elegans diploma, per quod protectoris Eremitici potestas multis in rebus limitata est, atque restricta fuit; id cum de Advocatorum officio singularia quædam contineat, hoc loco integrum inserere lubet, quod in hunc modum conceptum & publicatum fuit.

58

59

60 In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. LOTHARIUS divina favente clementia tertius Romanorum Imper. Augustus. Sicut pro instituendo divino servitio nova plantare, inchoare magnæ devotionis indicium est, ita inchoata conservare & confirmare, non minus salutiferum est, & omnino hoc attendere, & circa id intentam esse Imperialem decet magnificentiam. Proinde tam futurorum quam præsentium noverit industria, qualiter magnæ religionis & sanctitatis vir WERINHERUS Abbas, interventu dilectæ consortis nostræ RICHINZÆ, hoc apud nos obtinuit, ut ea quæ ab antecessoribus nostris divæ memoriæ OTTONE, majore, annuente consorte sua ADELHEIDE, & à filio suo ejusdem nominis collata sunt, Ecclesiæ Einsidelen nuncupatæ, nos approbaremus, & approbata Imperiali auctoritate confirmaremus. Cujus libertatem debita devotione & adfectu amplectentes, hoc *statuimus & jubemus, ut ejusdem loci Advocatus super officialem, & familiam, quæ infra immunitatem cottidie servire debet, ad usus fratrum nullam habeat potestatem, nisi prout Abbas voluerit & petierit. Exterius vero ab omni exactione non minus coercemus eum; præcipientes ut cum clero nihil: cum ministerialibus vero & familia ejusdem, quæ foris est, non nisi ex judicio agat, & quod judicio acquisierit, abbati quod suum est inde tribuat. Cum censualibus etiam tam liberis, quam capitalibus idem observet, ut nihil cum ipsis contra justitiam agat. Et in his omnibus Abbati suum debitum recognoscat. Secundarios etiam Advocatos immo exactores omnino interdicimus.* Hæc itaque Imperiali auctoritate nostra amplectentes & confirmantes, præcipiendo jubemus, ut nullus Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna parvaque persona in his concessis præfatam Ecclesiam infestare vel concurrere audeat. Si quis vero, quod non credimus, contra hoc præsumpserit, centum libras auri, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem sæpius dictæ componat Ecclesiæ. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius custodiatur, præsentis decreti chartam sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Diploma Lotharii III. quo Monasterii Einsidlensis antiqua privilegia confirmat, ejusque Advocato leges præscribit.

Signum Domini Lotharii tertii Imperatoris invictissimi.

Ego Berchtoldus, vice Alberti Archicancellarii recognovi.

Data Anno Incarnationis Dominicæ, MCXXXV. Idus Julii Indictione VIII. Anno vero Regni Regis Lotharii XI. Imperii III. Actum apud Lutteram, in Christi nomine feliciter, Amen.

Sexto, insuper priscorum Advocatorum peculiare munus in Ecclesiasticorum sibi commissorum † correctione constituisse testatur, post hæc scripta visus D. Hepingk. *in disp. de jur. protect. concl. 57. lit. C.* ex eo id firmans, quod Gregorius IX. Papa † Minoritarum ordini singulare dederit privilegium, quo cautum fuit, ut nullus protector gubernare, aut corrigere eum tentet, nisi vel à Papæ, & Ecclesiæ Romanæ obedientia deficiat, vel in fide vacillet, aut Regulam non servet. Anton. *tit. 24. c. 9. §. 12.* & post eum Hospin. *de orig. & progress. Monach. lib. 6. c. 12. p. 244.*

61

62

Quod si vero per ipsum Ecclesiæ rectorem, ex rebus ejus aliquid illicite usurpari, vel defraudari cognosceret, eum honesta † conventione compescere, vel Episcopo Diœcesano Metropolitano, Judici, Regive corrigendum denuntiare, vel etiam necessitate exigente, remotionem ejusdem ab officio postulare poterat, per ea quæ post gl. ac Canonist. à se allegat. tradit Pfeil. *cons. 183. num. 3.*

63

64 *Generalia Advocatorum veterum munia.* Ut denique summatim veterum Protectorum † officia complectamur, monasteriorum, sicut & Episcopatuum Advocatis, id antiquitus præcipue muneris incumbebat ut suæ fidei commissos Episcopos, Abbates atque eorundem ministeriales non modo ab omni injuria defenderent, sed ab eorum etiam hominibus, possessionibus privilegiis, jureque & jurisdictione vim prohiberent, familiam Ecclesiæ (ita vocabant Monasteriis annexos & subditos) regerent, jus dicerent, de controversiis cognoscerent, alia politica exercerent, ne Monachi, qui rerum cœlestium desiderio, & vitæ solitariæ cupidine terrena, & secularia reliquerant, rursum per eorum tractationem, abstraherent animos, & veluti contagio contaminarent. Sed Advocatorum haud pauci sæpius, hoc defensionis munus in tyrannidem vertebant, quosq; tueri debebant, per summum facinus opprimebant, lacerabantque, adversus eos igitur æquissimi, & fortissimi Imperatoris Lotharii edictum *quod paulo ante* descripsimus, similesq; aliorum Imperatorum leges conditæ fuerunt.

Ex his igitur, quæ de superioris temporis Advocatis ac protectoribus congessimus, omnia Monasteria olim 65 Advocatos † suos habuisse, & propterea non absolute, ut Principes, sui Juris in sæcularibus fuisse, constat. Stumph, *Chron Helvet. d. lib. 5. c. 3.* Id quod ab eodem etiam probatur *c. 5.* hoc argumento, quod Imperato-66 res in confirmatione † Abbatum plerunq; eos adhortati sunt, dent operam, ut Benedicti regula in suis monasteriis diligenter servetur, quæ quidem regula Monachis rerum sæcularium curam, quæ proprie est principum, minime commendat, sed severe prohibet.

Unico monasterio tamen Campidonensi, in Rhætia seu Rhætiæ particula Ilergovia, quæ Sueviæ annumeratur, ejusque Abbati *Andegario* ac successoribus concessa fuit circa annum Christi 780. ab *Adriano* Romano Pontifice plena potestas ante † meridiem sacra faciendi, 67 post meridiem vero gladii, ad exercenda Jura forensia. Unde versus natus, quem Abbas & Princeps Campidonensis cum Episcopatu Herbipolensi communem habet.

Campidona sola judicat ense & stola.

Casp. Brusch. *in chronolog. Monaster. German. in descript. Monasterii Campidonens.* Hospinian. *de orig. Monach. lib. 4. c. 21. tit. de Advocat. Monasterior.*

Carolus M. quoque Andegario Abbati Campidonensi ad principis dignitatem evecto potestatem dedit monetæ † cudendæ, referendæ eod. Bruschio *in descrip.* 68 *d. Monaster. Campidon.* ideoque primus hic inter Abbates fuisse creditur, quibus hæc potestas concessa est.

Porro etsi, ut dictum est, Advocati olim Ecclesiasticarum personarum omnem Jurisdictionem exercuerint, progressu tamen temporis Monasteria civilem † 69 Jurisdictionem ipsa usurpare cœperunt, sola criminali Advocatis relicta, Tob. Paurmeister. *de Jurisdict. Rom. Imper. c. 10. n. 25.* Ita tamen, ut de proventibus † 70 fiscalibus seu mulctis von Frevel vnnd Bussen Abbates semissem, protectores vero trientem reciperent, ut ex Trithem. *Chronic.* Spanheim, *sub anno 1325.* observavit Knich. *de jure territ. c. 4. n. 334.* Wehner. *pract. obs. lit. V. verb.* Vogthey.

Et patet idipsum ex instrumento donationis Caroli Magni, quo monasterio Divitis Augiæ Anno Domini 813. Ulmam † regiam villam concessit, in quo inter alia 71 statuit, ut constitutus ab eo Advocatus *Adalbertus* cognatus suus quicquid ibidem placitando acquireret, tertia parte sibi retenta duas Abbati redderet.

Quod ipsum etiam legitur in privilegio ab eodem Carolo Magno, ejus conjuge, Hildegarde Monasterio Vttenbuhrrano Anno 769. dato, in quo inter tria juramenti Capita quæ Advocatus præstare cogebatur, hoc secundum fuit, ut quicquid placitando acquisiturus esset, tertia sibi parte retenta, duas Abbati redderet.

Postquam autem Jurisdictio illa civilis in monasteria transfusa fuit, ea rerum commutatio ansam dedit, ut Abbates & Monachi secularibus quibusque negotiis se immiscerent, omniaq; tam prophana quam sacra tractarent. Qua de re graviter conquestus est olim Petrus de Alciaco, Cardinal. Cameracens. *in lib. de reformatione Eccles.* & inter alia inquit: *Diligenti emendatione opus esset, quod religiosi & Monachi plus sunt* 72 *Officiales † fisci, quam Christi, in Curiis Principum & Cathedris judiciorum in Cameris computorum, & aliis rebus secularibus.* Sed hac de re satis, nunc ad institutum.

Quamvis igitur olim non Abbates duntaxat, sed etiam † Episcopi, ejusmodi, ut dictum est, rerum sua-73 rum Administratores Advocatos habuerint, ut de Wormatiensi, Herbipolensi, Argentinensi, Spirensi, Lausannensi & Genuensi Episcopatibus exempla refert And. Knichen. *d. cap. 4. n. 331.* Hodie tamen cum Episcopi † & Prælati Imperii fere omnes ab Imperatore 74 instar politicorum principum, Jurisdictione aliisque regalibus investiti sint, officium † Protectorum admi-75 nistratorium in Episcopatibus in desuetudinem abiit, prout notavit Paurmeister, *d. cap. 10. n. 27.* sed ipsum tamen Jus Advocatitium, nedum apud Ecclesiasticos, sed sæculares etiam remansit, & per totum Romanum Imperium, (ut quotidiana docet experientia,) manavit, id tamen non amplius in rerum administratione, vel jurisdictionis usurpatione consistit. Et hactenus de Priscorum Advocatorum muniis.

Quod igitur ad hodierni temporis Advocatias secun-76 do jam loco attinet, quotidiana testatur experientia *Quæ in re hodierni temporis Protectorum partes ac munera versentur.* nostratibus Advocatis, excluso omni Jurisdictionis exercitio, atque administrationis onere, præter meram † defensionem, nihil amplius competere ac relictum esse, id quod *in cap. 11. n. 232.* singulari desuper instituta quæstione satis luculenter ostendimus, & nominatim quoque testatur Mode. Pistor. *cons. 43. lib. 1. n. 30.* ubi 77 de protectione ab Imperatore cuidam Civitati concessa loquens ait: Ja es gibt diese Commission deß Schutzes oder receptio in protectionem dem Rhat nit mehr Gerechtigkeit / dann daß er Macht hat vnd schüldig ist / das Kloster vnd die Kloster Personen / wenn sie mit Gewalt bedrängt oder beschweret / gegen jedermänniglich de facto vnd mit gewapneter Hand zu schützen. Et apertius hoc ipsum tradit *consil. 24. incip.* Ich habe den vberschickten fall. *num. 24. vers.* aber diß alles / *ibi*, dann es ist je einer / der sich verpflichtet einen zu schützen / zu nichts anders verbunden / oder obligirt dann ad factum scilicet defendendi, ut ii nimirum in fidem suscepti, contra omnem vim invasionis ac quamcunque violentiam tueantur atque defendant, ut communiter tradiderunt omnes juris protectitii mentionem facientes scriptores, Canonistæ *in cap. recepimus, & in c. ex parte, de privileg.* Innocent. *in c. præterea de Jure patron.* Feudistæ *in cap. imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder.* Dd. *in l. non dubito. §. liber autem populus. ff. de capt. & postlim. rever.* Waremb. de Eremb. *Medit. pro fœder. lib. 1. c. 4. num. 13. 14.* Auctor deß gründlichen Berichts von deß H. Reichs Statt Friedberg Regalien *c. 4. n. 50. & seqq.* Modest. Pistor, *cons. 43. n. 79. vol. 1.* Meichsn. *Tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 176.* Francisc. Mantica *de tacit. convent. Tit. 7. n. 15.* Herm. Vultei. *cons. Marp. 19. n. 146. vol. 3.* Ziegler *ad praxim. Calvol. §.* Landsassii *conclus. 1. n. 82.* ubi dicit,

dicit submissione † in protectionem nullum aliud quam defendendi jus in Patronum transferri, quibus adsentiuntur Natt *conf. 636. n. 95.* Schurff. *conf. 23. in prin. cip. n. 1. & seq. cent. 3.* Wesenbec. *conf. 48. num. 50. lib. 1. & respons. 170. lib. 4.* Matth. Coler. *conf. 33. nu. 46 & 56.*

79 Circa prædictam autem de defendendo traditam regulam primo notandum est, quod cum Advocato plus juris, † quam ipsis clientibus, contra molestatores eorundem, non competat, idcirco eodem eos modo quo illis sese defendere jura permittunt, protegere debeat. Ex quo infertur, quod ubi clientes contra gra-

Observatio prima, circa defendendi Regulam.

80 vantes judicio † experiri tenentur, Protectores arma sumere non oporteat: consulente Dn. Men. *conf. 99. incip. ad re gravissima, n. 35. & 39.* Mart. *de homag. tit. 11. n. 12.* relatus à D. Hepingk. *disp. de jure protect. concl. 40. lit. F.* ubi modos, quibus se armis defendere tutissimum, ex rei militaris præceptis desumendos, ipsorum protectorum peritæ discretioni & discretæ relinquit peritiæ, subdens Advocatum peritiam † tuendi clientes

81 ex gestis & cogitatis inimici sumentem optime officio suo defensionis fungi.

82 Deinde observandum est defensionem à protectoribus bona † fide fieri debere, prout arg. *l. 7. §. 1. vers. æquo fœdere, ff. de capt. & postli.* nominatim defendit D. Hepingk. *disp. de jure protect. concl. 40. lit. B.* ubi ta-

Observatio II.

83 men bonam ejusmodi † fidem, per Stratagemata & in-

84 sidias (utpote quæ fraudes † propriè non vocantur, nec justitiæ & ordinatæ voluntati repugnant) non excludi asserit, per text. *los. 8. ca. dominus vers. cum autem in-justum 23. q. 2.* arg. *l. 26. ff. de capt. & postlim.* Abb *in c. unic. n. 1. de Sagit.* Dec *in l. 65. n. 3. de Reg. Jur.* Alber. Gent. *2. de bell. jure 3.* Bocer. *de bell. & duell. c. 13. n. 14.* Gœdd. *in l. 177. n. 8. de verb. signific.* Boss. *pract. crim. tit. de Respons. à Reo fac. n. 21.* Mynf. *3. obs. Vnm. disput. process. 2. n. 41. & seq.* ubi ad convincendum adversa-

85 rium, fallaciis & deceptionibus in bona causa † Advocatis forensibus, uti licitum esse testatur, idque ob

86 paritatem rationis in armatis † patronis etiam locum

87 habere, nemo facile negabit, siquidem justa in † causa sive judiciali sive extrajudiciali fraudem excludendo, quicquid facimus dolo fecisse malo non videmur *l. 77. §. 31. in fin. ff. de legat. 2.* sed bono qui pro solertia ut alibi etiam dictum est, veteribus habitus fuit *l. 1. §. 3. de dol. mal.*

De hujusmodi quoque dolo vulgatum illud Virgilianum *Æneid. li. 2.* accipiendum,

> *Mutemus Clypeos, Danaumque insignia nobis*
>
> 88 *Aptemus, Dolus an virtus, quis in hoste requirat.*

89 Prudentia enim † singulari hostis eludendus arg *cap. 2. vers. prudenter & ibi gloss. dist. 43.* Alber. Gent. *2 de jure bell. 8.* Unde Silius

> *Bellandum est astu, levior laus in duce dextra.*

Sub specie Stratagematum hosti fides data quatenus servanda.

Quod tamen sub specie Stratagematum fides † etiam hosti data violanda non sit *d. loc.* D. Hepingk. pluribus prosequitur, nobis iis quæ propriè ad militiæ artes pertinent omissis, ad institutum regrediendum est.

Observatio III.

Tertio igitur circa defensionis generalem regulam,

90 illud quoq; sciendum est, cum defensione omnia sine †

91 quibus illa expediri nequit protectori concessa ac injuncta simul esse, arg. *l. 2. de jurisd. & l. 4. de itin. actuq; privat.* Bald. *in l. 17. n. 11. C. de procur.* Caro. *in c. 39. de reg. jur.* Georg Everh. *conf. 56 n. 74. vol. 1.*

Utrum Protector in territorio suo clientibus salvum conductum præstare teneatur. Decisio Affirmativa. Ratio decisionis.

Unde *Protector in territorio suo salvum † conductum clientibus præstare tenetur*, eo quod protectio sui natura velut ex necessaria consequentia, securitatem & salvum conductum secum importet, Neque enim aliter clientum protectio subsisteret, si non hinc inde in protectoris territorio liberam commeandi & remeandi potestatem haberent, Everh. *in top. legal. à concess. an-tecedent.* quod argumenti genus in materia odiosa & stricta quoque locum obtinet, testante id post Bart. & Dec. Grav. *conf. 402. Magnificus, n. 6.*

Quarto circa idem defensionis dogma, quo ad modum defendendi sciendum est, siquidem certa defensionis species & operæ, in tuendo præstandæ qualitas in tabulis clientelaribus definita est, tunc secundum † con-

92 ventionem illam protectorem se regulare debere arg. *l. 6. §. 1. & l. 1. §. 6. ff. depositi*, idque si Advocatus rite faciat, partibus suis probe fungitur, arg. *l. 73. de verb. oblig. l. 3. § 1. l. 15 §. 1. ff. de oper. libert.* Si vero super defensione exhibenda nihil specialiter conventum, sed in genere tantum tutela promissa sit, tunc Patronus tutelaris res & personas clientum, tanquam proprias ab omni adversitate, vi, atque injuria tutas, securas præstabit, arg. *ca. tibi domino 31. distinct. 63.* ubi Card. Alex. & Lancellot. Conferunt not. à Sim. Pist *conf. 19. n. 1. vol. 1.*

His ad generalem defensionis per Advocatos præstandæ Regulam, prænotatis, cum ex variis protegendi circumstantiis, tam respectu rerum, loci, temporis, quam ratione personarum, earumque qualitatum & accidentium provenientibus multæ ac diversæ tum extensiones seu ampliationes quas vocant, tum limitationes seu exceptiones oriantur, quibus protectorum in defendendo consistentes partes variis modis illustrantur ac declarantur, qui ad hanc maxime spectant materiam, ideo non pigebit ejusmodi ampliationes ac limitationes, ordine complecti, & in unum quasi fasciculum per præsens caput diffusum colligere, & quid de singulis æquum ac justum esse putamus, indicare.

Quo in ordine cum ampliationes præcedere debeant limitationes, ab illis auspicabimur.

Ampliatio I. Utrum Protectores non bona tantum clientum sed & personas eorundem defendere teneantur. Decisio affirmativa.

93 Primo autem ampliatur pronunciati † nostri generale de protegendo dogma, *ut protectores non solum personas clientum tueri, sed eorundem quoque bona defendere obligentur*, ut enucleate tradit Modest. Pistor. *conf. 43. lib. 1. n. 30.* ubi nominatim tradit officio † protectorum inesse potestatem defendendi de facto, cum armis & militibus, sive recepto in protectionem violentia fiat in persona, sive in rebus.

94

Ratio ampliationis est, quia bona, res sive patrimonium nostrum, alter hominis † sanguis & vita est *l. ad vocati 14.* ubi gl. *verb. vitam C. de advoc. divers. judic.* Ripa *in c. 1. n. 18. de judic.* Menoch. *de arbitrar judic. cas. 110. n. 6 & seq. lib. 2. cent. 2.* Jo. Borch. *de feud. c. 8. n. 14. & c. 7. p. 1 n. 43.* quibus locis plures allegant, Mascard. *de probat. concl. 898 n. 8.* Ayrer. *de homicid. necess. p. 1. n. 137.* Rosen. *tract. feud. c. 6. concl. 53. n. 3.* Per res enim seu facultates nostras, honos, vita & status dignitas conservatur, quæ per bonorum & facultatum inopiam perit, per *Novell. 90. c. 1. l. pietas C. de suspect. tut.* Petr. Ger. *sing. 82.* Alex. *conf. 52. n. 4. vol. 4.* Bald *in l. si tuis nummis, C. de oper. libert. & l. pen. C. de const. pec.*

95 Ratio decisionis ampliata. 96

97 Quemadmodum enim persona non recipit † divisionem, ita nec defensio quæ personæ debetur, & sicut partitionem respuit in principali, ita in tuitione bonorum accessoria, † quæ ex natura principalis debet æstimari *l. cum principalis 139. ff. de reg. jur.*

II. Ratio decisionis. 98

Et sicut tutor, qui est defensor pupilli, non solum ad tuendam † ejus personam, *l. dum plures. §. cum tutor ff. de adminst. tutel* & quidem principaliter, *§. ad certum tempus, Inst. de iis qui test tut. dar. non poss.* ac *ibid.* eleganter gl. *verb. persona*, Marian. Soc. *conf. 97. n. 6.* idem *conf. 148. n. 2. lib. 1. & conf. 85. n. 25. lib. 2.* Alex. *conf. 44. n. 17. lib 5.* Paul Montan. *de tutel. c. 4. n. 18.* Rom. *conf. 188 n. 1.* sed etiam, ne res pupillares neglectæ pessum eant, ad conservandum pupilli patrimonium constituitur, *l. propter litem § licet datus de excusat. tutor.* Ita protector non solum personas susceptorum, sed & bona earundem defendere debet. Siquidem protegere & pro-

Ratio decisionis III. 99

protectio † omnis generis defensiones importat, hoc est tam rerum quam personarum, ut notat ex Bart. *in proœm. ff. in princ. n. 7.* Frid. Prukm. *conf. 17. nu. 144.* Ladert. *conf. 101. n. 9. vol. 1.*

Ampliatio II. An protectorum officio adeo annexa sit defensio, ut tametsi in illo suscipiendo de ea in specie nil dictum sit, Advocati defendere nihilominus teneantur. Decisio Affirmativa. Ratio decisionis I.

101 Secundo, propositæ regulæ inducitur ampliatio, quod *protectorum officio adeo annexa sit † defensio tam personarum, quam rerum ad clientes pertinentium, ut eam Advocati præstare teneantur, etiamsi in suscipiendo jure tutelari de ea, in specie nihil dictum fuisset.* Quia protector clientelam suscipiendo ad defendendum, sicut tutor † ad tutelam accipiendo, tacite obligatur text. *in l. pro officio C. de administ. tutor.* Ruin. *conf. 97. circa primum vol. 5.* & Ant de Fan. *de pign. in 2. p. 4. memb. n. 6.* quem refert & sequitur Borg. Cavalc. *de tut. & curat. sect. 6. n. 66.*

Exhibitio autem defensionis est de natura † contractus protectitii. Sed naturalia contractus semper † inesse præsumuntur, licet de iis non sit facta specialis mentio, ut prob. per tex. *in l. exemplo, in pr. ibi,* quod si nihil convenit, tunc ea præstabuntur quæ naturaliter insunt. *ff. de act. empt.* & Dd. *in l. cum quid. ff. si cert. pet.* Herm. Vult. *conf. Marpurg. 35. n. 9. vol. 3.* ubi dicit pro expresso † haberi, quod expressum est, Ang. *conf. 17. col. pen. & conf. 331. col. fin.* Bald. *conf. 330. lib. 3. n. 2.* ubi pro expresso habendum esse † inquit, quod naturaliter inest, quasi natura ipsa id loquatur, quod verbis omissum est, per *l. triticum ff. de verb. oblig.* Et idem Bald. *in l. 1. col. fin. C. de his qui ante apert. tab.* dixit, quod † omissum, expresso tamen consequens, pro expresso habeatur, quod idem novissime in decisiones suas retulit Magon. *decis. Luc. 6. n. 36.*

Ratio decisionis II.

102–108 Vt enim natura † actus fert, ita quoq; actum intelligitur. *l. prior. ff. solut. matr. l. si stipulatus 4. in verb. non est verisimile ff. de usur.* Crav. *conf. 811. n. 5. & conf. 965. n. 17. & 18. & in resp. pro genero n. 308.* quibus in locis in feudo ita consuluit, facit, quod notat Oldr. *conf. 243.* quod talis

109 præsumatur † voluntas esse disponentium, qualis est natura rei, quem referendo sequitur Crav. *conf. 188. n. 6.* Schn. *p. 5. de feud. n. 92.* Rosen. *tr. feud. c. 8. concl. 4. n. 6.*

110 Sicut videmus in contractu emptionis, ubi evictio † ex natura contractus præstanda venit, licet de ea nihil sit actum, *l. non dubitatur. C. de evictionib.*

111 Et contraxisse † quisq; censetur, prout est natura rei, super qua contrahitur *l. post mortem §. 1. ibi* Bart. *ff. quando ex fact. tut.* Pancirol. *conf. 130. n. 22.*

112 Quinimo defensio magis est de † natura Advocatiæ quam exhibitio servitiorum sit de natura feudi, eo quod

113 feudum Francum liberum † sit à servitio. *ca. unic. de form. fidel.* Schn. *de feud. p. 1. n. 53.* At tametsi nulla fuerit

114 † in concessione feudi sive investitura, servitiorum facta mentio, nihilominus vasallus & ipsius in feudo successores, ea præstare tenentur. Præpos. *in c. 1. §. ult.* ubi Mart Laud. *n. 13. ex quib. caus. feud. amit.* Alex. *conf. 39. n. 19. li. 1.* Paris. *conf. 13. n. 19. li. 1.* Pet. Heig. *p. 1. q. 18. n. 15.* Schrad. *p. 6. c. 6. n. 3.* dicens verissimam, Rosen. *de feud. c. 8. concl. 4. n. 3.* plures allegans, per tex. *in c. licet si de feudo defunct. contens. c. 1. c. ad hoc hic fin. lex. c. 1. in fin. an ille qui inter fec. frat. domin. c. Imper. §. firmiter c. 1 §. ut autem, de alod.*

Ampliatio III. Utrum Protectores non tam ad violentias inferendas, quam illatas reprimendas obligati esse censeantur. Decisio affirmativa.

115 Tertio ampliatur dogma nostrum, ut † *Protectores non minus ad arcendam violentiam inferendam quam illatam vindicandam ac reprimendam obstricti esse intelligantur,* per notat. Anton. Corset. *in singularib. verbo Securus,* ubi dicit, eum qui securitatem † ac defensionem promisit, hoc efficere debere, ut tam præcaveat inferendam læsionem quam illatam avertat, allegat gl. *in l. si mandato §. final. ff. mandat.* Angel. *in l. 1. qui satisd. cog.* Ant. de Butr. & Imol. *in ca quoties de pact.* & facit *l. 1. §. quoties de vent. in poss. mitt. cum similib.*

116 Sic etiam pariter Jure Feudali de vasallis cautum est,

117 quod Dominis † suis ita utiliter obligati esse censeantur, ut non tam ne quis eis damnum inferat, præcavere, quam eos ab illata injuria vindicare debeant, uti non inornate suggerit Andr. Khol, *de servit. vasall. d. p. 5. n. 11. in fine ex c. 1. de form. fidel. & c. 1. & si contigerit de nova form. fidelit. & c. domino guerram hic finit Lex.*

Ampliatio IV. defensionis Regula. Qualiter protectores ab offensione clientum abstinere debeant.

118 Quarto extenditur regula † de tuendis clientibus assignata, *ut Patroni ad defendendum obligati, multo minus clientes in fidem receptos offendere debeant,* exemplo vasalli, qui personam † & bona domini non solum ab offensione aliorum defendere tenetur, sed eundem etiam nec ipse lædere debet, ut diserte tradit Henric. à Rosenth. *synops. feud. c. 10 concl. 17. n. 42.* ubi multos ad hoc citat. Qui enim protectionem promittit, † necessario, & multo magis nec se gravaturum promittit, Andr. Gerh. Consil. Saxon. *inter discurs. Arum de jur. publ. disc. 31. concl. 7.*

119–120 Quamvis enim aliud sit promissio de † defendendo,

121 aliud vero de non offendendo cautio. Georg. Everh. *conf 56. n. 78. vol. 1.* cum tamen diversa † non sint ad-

122 versa, *c. 7. ibi* auctoritates enim præmissæ, *extra de his quæ fiunt à Prel. sine cons. capit.* & promissio † quælibet

123 secundum naturam actus, super quo interponitur, intelligenda sit, juxtaq; formam † juris reguletur, post Cyn.

124 Bald. & Salic. *in l. fin. C. ad l. Falcid.* Bardellon. *conf. 76. n. 9. vol. 1.* atque promittens † aliquid facere, quod

125 contrarium ejus non sit facturus promittere censeatur, arg. *l. 38. prin. de verb. obligat.* Bellamer. *conf. 24. n. 13.*

126 hinc qui vindicare † debet oppressum ipse haud opprimet. *Novell. 86 c. 4. in fin.* & qui tenetur † defendere,

127 multo minus debet offendere, ut in simili dicitur *in l. altius. 15. ff. si servit. vendic. & in l. vendicantem ff. de eviction & l. ante penult. ff. de administ. tut.* Et ita concludunt Ruin. *conf. 43. col. pen. vers. item dicitur. lib. 1.* Cephal *conf. 427. n. 4.* Franc. Viv. *lib. 2. Regn. Neap. decis. 233. n. 2.* Jo. Bap. Cac. *in repet. l. frater à fratre. §. quæsitum. n. 10. de condict. indeb.* Frid. Pruck. *resp. 17. q. 4. n. 143. vol. 1.*

128 Advocatia enim nihil aliud est, quam † defensio & Advocatus defensor, qui in utilitatem Ecclesiæ adsumitur, ut consulendo testatur Zas. *conf. 67. & 45. vol. 2.* Innocent. *in ca præterea 2. de jure patron.* Jo. Andr. *in ca. generali n. 1. de elect.* quos omnes refert & sequitur Gylm. *tom. 1. part. 1. tit 6. voto 2. n. 5.* Proinde Advocatus defendere & non offendere seu spoliare Ecclesiam, debet.

129 Vnde obligatus alium † indemnem servare contra extraneum, multo magis contra seipsum indemnem conservare cogitur, *l. cum in eo 44. ff. de pact. l frater à fratre 38.* & ibi Jas. *lectur. 1. n. 23. & lectur. 2. n. 15. ff. de condict. indeb. l. si negotia 31. & l. si fundum. 35. ff. mandati, l. ante penult. ff. de administr. tut.* Turpissimum e-

130 nim est, gravare † illum, quem defendere promisimus

131 Pistor. *conf. 19. n. 19* cum injuriarum † inde oriri non debeat occasio, unde jura nascuntur, *l. 6. C. unde vi.* Et

132 quod † ad defensionis inventum est subsidium, ad depressionis stipendium haud retorqueri debeat, *c. penult. de pœnis* Beroi. *conf. 49. n. 1. vol. 1.* Hinc est quod Pro-

133 tectores Advocatia † privari possint, quoties clientes iniq; turbant, vel molestiis indebite afficiunt, id quod plena bucca *in Cap. XVI. n. 199.* latissime deduximus & probavimus.

134 Et licet promissio seu cautio de non contraveniendo defensioni, non sit † apposita in protectitiis literis tamen tacite semper intelligitur, cum sit contra naturam contractus, astruente Bart. *in l. qui Romæ §. duo fratres in 2. quæst. ff. de verb obligat.* quia etiam ea circumscripta, id est, non expressa, tamen ex natura contractus, sicut & cujuslibet alterius subintelligebatur, ut respondit Ruin. post concordantes per eum citatos *conf. 138. n. 9. vol. 2.* loquens in casu quo fuerat permissum de non contraveniendo aliqua ratione vel causa, de jure vel

defacto

de facto in perpetuum, &c. & ad hoc citat Bal. & Alex. Socin. *cons. 43. n. 8. vol. 4.* & est communis opinio secundum Petr. Ant. de Petr. *in tract. fideicommiss. q. 14. n. 17.* qui ad id refert Abba. *cons. 20. n. 15.* & Rim. Jun. *cons. 204. n. 61.* & plur. *seq. vol. 2.* Rol. *cons. 51. n. 16. vol. 4.* & Burs. *cons. 64. n. 33. & seq.*

Fundamentum prædictæ IV. ampliationis. Fundatur autem prædicta ampliatio, optima quadam & naturali æquitate ac ratione, quod cum protector initio defensionem bona † fide promiserit, turpe sit, eum postea fidem fallere. *l. 1. ff. de constit. pecun. c. 1. extr. de dolo. l. conventionum* & *ibi* communiter Dd. *ff. de pact.* cum aliis adductis per Plot. *de in litem jurand. §. 39. n. 1. & seqq.* & multo peius etiam sub data publica fide, quem deceptum remanere. *l. 1. C. de his qui ven. atat. impetr.* Dec & Cagnol. *in l. ea est natura ff. de reg. jur.* [135]

[136] Vt enim in omnibus aliis † actionibus detestabilis est usus fraudis, ea tamen fraus, quæ in contractu Advocatiæ fit, summe ignominiosa, atque apud veteres, Romanas clientelas (ut *in cap. V.* deductum) plane exosa fuit, ad trad. Machiau. *disp. de Republ lib. 3. c. 40.* [137] A pactis enim omnis † calumnia & malitiosa interpretatio, etiamsi aliqua Juris civilis nitatur subtilitate [138] abesse debet: unde merito culpantur Romani † quod Carthaginensium salvam fore pacti civitatem, Urbem tamen eorum evertere non veriti fuerint. Credibile enim est, de illa inter urbem & civitatem differentia [139] (dum apud Romanos Vrbs † ædifi. ia; civitas incolas respiciebat) Cic. *in fragm. de Republ* & ex Non. Marcell. M. Stephan. *de Jurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 10.* Carthaginenses non cogitasse. [140] Est enim fides fundamentum justitiæ, ideoque ubi fides non servatur, ibi justitia deficit, ut per Nicol. Moron. qui plura similia in idem congerit. *in tract. de fid. treug. & pace q. 16. 17. & 102.* & qui protectioni Principis alicujus confidit, decipi non [141] non debet. Decius *cons. 51. n. 2.* quia nihil magis † Principi convenit, quam recta fides. *epist. inter claras C. de summa Trinit. & fide Cath.* Marl. *cons. 166.* Boss. *in tit.* [142] *de princip. n. 9.* & Principis † verbum debet esse firmissimum, Innocent. *in cap. ad apostolica de sentent. & re* [143] *jud. in 6.* Chass. *cons 64. n. 24.* debetque Princeps † unum calamum & unam linguam habere, cum scriptum sit, *quæ processerunt de labiis meis, non faciam irrita.* [144] Ideo Salva Guardia † ab eo concessa, debet esse immobilis sicut lapis angularis & polus in cœlo, ut bene hæc omnia & alia similia considerat Bertaz. *cons. 359. n. 14. & 15. vol. 2.* ex Boss. *in tit. de princ. n. 9. 10. & seq.* Burs. *cons. 177. n. 39. lib 2.* Dec. *cons. 18. n. 108 110. & seq. lib. 1.* & latius Lud. Peguer *decis. crimin. 39. n. 2.* sicut & Petr. Premus *tractatulo suo de securitatis promissionibus*, eleganter multa de hoc per cumulum congessit.

[145] *Extensio ampliationis ejusdem.* Ampliatur autem hæc ipsa extensio, ut licet banniti Imperii alias impune † offendi possint, per text. *Constit. Imperial. de pace publ. sub rubr.* Die Peen der Friedbrecher / protectores tamen, clientes etiam bannitos offendere non debeant, ut in simili tradunt Feudistæ [146] de Domino † Bannito non offendendo per vasallum per text. *in c. 1. in fin. de vasall. qui contra constit. Lothar.* [147] ubi per refutationem vasallus † liberatur sacramento fidelitatis & obligatione servitiorum, nihilominus tenetur abstinere offensione Domini, quod cum [148] sit inhibitum † alias Jure communi textus iste potissimum procedit, quoties, ut in proposito, dominus impune offendi potest, alioqui dispositio illa Juris feudorum ferme nihil ultra Juris communis dispositionem operaretur, sed quod ante Jure communi extra operaretur, sed quod antea Jure communi extra omnem dubitationem erat, frustratorie decideret, cum tamen [149] dispositio † statutaria debeat esse de dubitabili, *l. ancilla C. de furt. l. quod Labeo ff. de Carbon. edict.* & sic [150] intelligenda, ut aliquid operetur † ultra Jus commune. Bart. *in l. 4. §. prætor ait n. 15. ff. de damn. infect. & in l. 2. n. 3. ff. de usurp. & usucap.* Cravett. *cons. 201. nu. 13.* Muscorn. *de Jurisd. n. 92.*

[151] *Declaratio præmissæ extensionis.* Supradicta tamen principalis extensio declaratur procedere, dummodo clientes nullam † Patronis offensionis causam dederint. Nam promissio omnis defendendo ita † intelligenda est, quatenus offensionis causam non præbuerit is, qui defendi debet, tradente [152] in individuo Bart. *in l. quæro. §. inter locatorem n. 1. ff. locat.* ubi qui promisit non † molestare, non obliga- [153] tur, si adversarius causam præbuit. Idem dicit *in l. quidam cum filium. ff. de verb. obligat.* Menoch. qui plures allegat. *tract. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 38. n. 4.* Jas. *ad l. qui servum n. 2. ff. de verb. obligat.* Roman. *cons. 238. n. 5. incip. in casu proposito*, ubi dicit promissionem [154] † de non offendendo, habere tacitum intellectum, nova offensione non superveniente, per allegata *ibid.* Bart. *in l. aut facta §. causa. n. 1. ff. de pœn.* Alexan. *in l. qui insulam n. 5. ff. eod tit.* ubi dicunt, illud perpetuo [155] menti tenendum, & quod in dubio † præsumatur offensio facta ex nova causa, idque tanquam aureum nunquam oblivioni tradendum Alexand. *cons. 115. n. 7. vol. 4. incip. viso processu causa.* Idem *in l. semel mora, n. 13. ff. solut. matrim.* Roman. *cons. 183. n. 1. incip. in casu proposito dicendum.* ad quem recurre. Hippol. *singul. 503. incip. ex pace.* Bald. *in c. 1. n. 2. de pace tenend.*

[156] *Ratio declarationis allata.* Ratio, quia promissio † intelligitur facta cum clausula rebus sic stantibus & non aliàs *l. cum quis ff. de solut.* & non servanti fidem non est servanda fides gloss. & Dd. *in l. cum proponas la. 2. C. de pact. l. fi. convenerit. §. fin. ff. pro socio. text. in cap. pervenit. de jurejur.* gloss. *ibid. in verb. paruisse* Gail. *de pac. publ. cap 9. n. 3. lib. 1.* quemadmodum ex nova causa contraveniens † [157] transactioni vel sententiæ non dicitur contravenire transactioni vel sententiæ, textus. *in l. si de certa. C. de transaction. & in l. cum quæritur. ff de except. rei judic.* Bart. *in d. §. causa.*

[158] Sic neque securitas, & salvus conductus prodest ei, † qui concedentem offendit, vel offensionis causam præbet, habet enim in se tacitam illam conditionem, nisi assecuratus concedentem offenderit, aut offensionis ansam dederit. *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. l. quid ergo. §. si hæres. ff. de leg. 1.* tradidit & Magolot. *in pract. salv. conduct p. 2. col. 4. vers. sed hoc limitatur.* Menoch. *cons. 244. n. 31. & 38. vol. 3.* Farinat. *prax. crimin. lib. 1. tit. 4. q. 29. n. 60.*

[159] Sic & promissio † indemnitatis pro quacunque lite movenda non extenditur ad eam, quam moveri contingit culpa partis, ut per plures rationes concludit Soc. *cons. 70. per tot. vol. 3.* ubi inter alia adducit id, quod voluit Bart. *in l. quidam cum filium ff. de verb. obligat.* ubi di- [160] cit, quod si aliquis mihi promisit † defendere castrum, non tenebitur, si bellum inferatur, vel exercitus pareatur mea culpa. Et dicit Bald. *in l. si mandavero tibi §. qui eod. ff. mand.* quod si communitas † promisit officiali [161] indemnitatem, pro his, quæ fecerit in officio, non tenetur eam præstare pro his, quæ injuste fecit, si in Syndicatu molestetur. Dicit quoque Alb. *in l. quod quis ex culpa ff. de reg. jur.* quod fidejussor † non repetit à [162] suo principali usuras, quas sua culpa persolvit, ut quia essent indebitæ, sequitur Cagnol. *ibid num. 3. ulterius*, quamvis damnum contingens compensetur cum lucro, nec imputetur gestori vel administratori, tamen si ipsius administrationis † culpa eveniat, non fit com- [163] pensatio. *l. de illo §. fin. & l. & ideo ff. pro socio* gloss. *in l. si negotia vers. lucru. ff. de neg. gest.* ubi Bart. Bald. Ang. & Castr. Bart. *in l. si quis negotia in fin. ff. eod. tit.* & suscipiens in se casum † fortuitum, non cense- [164] tur suscipere eum, qui provenit ex facto contrahentis, secun-

secundum Anchar. *cons.* 414. *n.* 2. Bald. *in l. falsas. nu.* 13. *C. de furt.* allegat. *l. fistulas §. frumento. ff. de contrah. empt.* Alex. *in cons.* 84. *n.* 3 *vol.* 6. Aret. *cons.* 110. *vol. fin.* Jas. *in l.* 1 *n.* 6. *vers. confirmatur. C. de instit. & substit.* Corn. *cons.* 128. *vol.* 2. *vers. quia quando.* Dec. *cons.* 70. *n.* 3. *vers. secunda ratio* Bellon. *cons.* 21. *n.* 12. Cravett. *cons.* 95. *n.* 8. *cons.* 119. *n.* 11. Menoch. *cons.* 27. *n.* 52. *& cons.* 55. *n.* 13. sicut econverso, qui convenit,
165 ne teneatur de casu fortuito, tenetur † nihilominus, quando culpa sua præcessit casum *l. si ut certo. §. sed interdum. & l. in rebus. §. primo ff. commod.* Rom. *in l. sed etsi quis §. quæsitum. in fin.* ubi Jas. *n.* 40. *ff. si quis caution.* Cravett. *in cons.* 64. *n.* 5. Addo Rip. *de privileg. contr. const. pact. n.* 41. Salycet. *in l. quod te n.* 58 *ff. si si cert. pet.* & est text. *in l. qui insulam. §. fin.* ubi Castiens. *in summam ff. locat.* & possunt infinita exempla adduci, quæ brevitatis causa omitto.

166 Quinto extenditur dogma nostrum, ut *protectores* † *in fidem susceptas tam præsentes, quam futuras, quatenus aucta fuerunt, tueri debeant*, quia in † generali obligatione tam præsentia, quam futura continentur, *l. fin. C. quæ res pign. oblig.*

Ampliatio V. Verum advocati tutelares res tam præsentes, quam futuras defendere tenentur.

Ratio extensionis inde manifesta est, quod res futuræ auctæ & post initam Advocatiam quæsitæ † se habeant, ad prius existentes tanquam accessorium ad principale; Juris autem vulgatissimi est Accessorium † regulari debere secundum principale *cap.* 42. *de reg. jur. in* 6. Menoch. 3. *Præsumpt.* 99. Everh. Senior. *cons.* 98. *n.*
167 4. Oldr. *cons.* 21. *incip. ad primam. n.* 15. *& seq.* Knich. *de vest. pact.* 3. *n.* 92. Et augmentum † naturam ejus cui adjicitur assumit ac redolet argum. *l.* 36 *§.* 2. *de pact. dotal. l.* 8. *pr. l.* 24. *§.* 1. *de legat.* 1. *l.* 6. *de jure dot. l.* 16.
168 *pr. l.* 29. *§.* 1. *ff. de pign. & hyp.* Brun. *tract. de augment.*
169 *concl. princip.* 5. *&* 9. Nellus *de Bannit. p.* 1. *temp.* 2. *qu.*
170 56. Idque tum maxime, si accessorium ejusdem cum principali sit naturæ, cum quæ sic connexa sunt, ut separari non possint, eadem gaudeant fortuna *l.* 15. *§.* 2. *de statu lib.*

Decisio Affirmativa. Ratio Ampliationis I.

Præterea ampliationis assignatæ veritas inde etiam astruitur, quod sicut concessa immunitas † ad bona etiam
171 postmodum quæsita porrigitur arg. *l.* 65. *ff. de legat.* 2. Fab. de Ann. *cons.* 61. *n.* 18. *&* 23. Franc. Marc *decis.* 425. *n.* 8. *lib.* 2. Natt. *cons.* 66 *nu.* 13 *& cons.* 160. *n.* 23. Rol. à Vall. *cons.* 1. *n.* 170. *vol.* 2. Alexand. *cons.* 178. *n.* 17. *vol.*
172 3. Brun. *cons.* 94. *n.* 103. Et in † concessione Principum etiam adjacentia & pertinentia comprehenduntur arg. *l.* 2. *C. de bon. vacant.* Tap. *in l. fin. p.* 1. *cap.* 2. *de const. princ.*
173 Ita etiam non sine ratione auctis † clientum bonis, protectionem ad augmenta extendendam esse dicendum est, Schurff. *cons.* 24. *n.* 11. *cent.* 2.

Ratio II.

Ampliationis denique assertio exemplo tutorum ro-
174 boratur. Nam & illi non solum rebus † præsentibus, sed etiam futuris dantur, si quod augmentum Pupilli patrimonio accesserit *l. quoties §. per contrarium ff. de administrat. tutel.* Paul Montan. *tr. de tutel. c.* 7. *n.* 8.

Ratio III.

175 Ut plurimum tamen in literis † Advocatitiis, bona tam præsentia, quam futura defendenda expresse inferuntur, quod præter alia innumera, dilucide patet ex diplomate Caroli IV. in literis confirmatoriis privilegiorum celeberrimi Monasterii Cæsariensis inserto, ubi id ipsum Monasterium cum omnibus bonis ac possessio-
176 nibus tam † præsentibus, quam futuris in sacri Romani Imperii & Imperatoriam protectionem susceptum fuisse legitur, hisce verbis:

Wir Carl von Gottes Gnaden Römischer Keyser / rc. Und wann die Geistlichen der Abt vnd das Convent deß Klosters zu Kayßheim Unser Liebe andächtige Uns gebetten haben / rc. quæ sequuntur, ibi: und nemen sie mit ihrem Kloster / vnd allen ihren Gütern / Leutten / Rechten / Freyheiten vnd Gnaden in Unsern / vnd deß Heiligen Reichs Schirm / nicht allein mit den Gütern / die sie jetzt redlichen haben / vnd besitzen / Sondern auch mit allem dem / das sie mit rechten Sachen fürbaß mehr gewinnen vnd behalten / in solcher bescheidenheit / daß Wir sie / ihr Kloster / Leute vnnd Güter / die sie haben / vnd fürbaß gewinnen / niemands zu Vogthey oder zu Vogtrechten empfahen / noch versetzen wöllen / vnd daß kein weltlich Person sie an ihren Leiben oder Leuten / oder Gütern betrüben soll / in keinerley Trangsal / Schatzung oder Stewr anfordern / noch von ihnen nehmen in kein weiß.

177 Circa Sextam extensionem Regulæ prælibatæ, quæritur: *An † protectores assumpti non solum ad clientelam ipsorum principalium, hoc est magistratus, sed etiam eorundem Civium, ac subditorum collective sumptorum, tam initio electa Advocatia existentium, quam futurorum, defensionem astringantur.* Hoc est, An protectio Civitatis in clientelam assumptæ se etiam ad Cives futuros extendat.

Protectio Civitatis in clientelam recepta an sese etiam ad Cives futuros extendat.

178 Hanc ad quæstionem, remotis † ambagibus affirmative respondendum esse, facile quivis intelliget, si
179 perpenderit, nomen subditorum ac civium † collectivum esse, plures personas & corpora, Brun. *in l. fin. §.* 1. *in fin. de leg.* 2. *& in l.* 7. *n.* 4. *de aur. & arg. leg.* & ob id etiam futuros cives continens: ubi enim per verba
180 universalia † & collectiva concessio facta est, futuræ quoque accessiones & augmenta veniunt, *l.* 61 *pr. de*
181 *leg.* 2. *l.* 11. *de leg.* 1. *l.* 13. *pr. de pign.* Universale enim † sui natura incrementum, & diminutionem recipit, nec tamen semper idem esse definit, atque ita in casu nostro eadem semper civitas, idemque intelligitur populus, *l.* 76 *de jud. l.* 7. *§.* 2. *ff quod cujusq; univ. nom.* prout in terminis respondet Natt. *cons.* 160. *n.* 26. quem refert & sequitur Laderch. *cons.* 121. *n.* 4. Idem Natt. *cons.* 340. *ad subvertendam n.* 12. *& per tot.* ubi in casu immunitatis civibus concessæ loquitur, & Menoch. *cons.* 97. *Habes hac consultatio n.* 142. consulendo tenuit, quod pax
182 † pro se & subditis facta futuros etiam comprehendat:
183 Unde si protectio collective & indefinite civitati † alicui & civibus promissa sit, universalis illa promissio, reclamante præsertim initi cum universalitate (quæ & in decrementum recipit) contractus natura, restringenda non est, Decian. *cons.* 39 *n.* 47. *vol.* 2.

Ratio dubitandi I.

184 Deinde roboratur eadem hæc limitatio quod in pa-
185 ce † principum etiam socii futuri continentur, & in
186 mutuo † de non receptandis rebellibus inter duas civitates inito fœdere, illi etiam, qui in posterum rebellant, continentur, Laderch. *cons.* 10. *n.* 10.

Ratio dubitandi II.

Veruntamen dubitari hic potest, † *An etiam eo casu, quando quis communitatem vel civitatem aliquam in protectionem accepit, & eadem postea alios pagos & subditos Imperio suo adjungit, protectio sese etiam ad eosdem extendat?*

Civitate in protectionem recepta, si eadem postea alios Pagos & subditos imperio suo adjungat an & illi sub pacta illa clientela contineantur.

Hac in quæstione primo † intuitu à parte negantium standum esse apparet. Nam primo, si protector de † novo acquisitos civitatis in clientelam receptæ, pagos ac subditos ulterius etiam præter civitatem defendere teneretur, propter magnam illam clientum auctionem, in protegendo haud parum oneraretur, quod absque recompensatione fieri non debere videtur, arg. *cap. odia. de reg. jur. in* 6. & quæ ibid. Canonistæ tradunt.

187 *Negativa. Ratio I dubitandi pro Negativa.*

188 Deinde pro negativa parte urgere videtur, quod ubi
189 Actus successivus † enormem incipit continere læsionem concessio revocanda sit arg. *c.* 8. *&* 9. *& decim. & c.* 16. *de censib.* Jas. *in l.* 2 *q.* 22. *de stat.* Dec. *cons.* 335. *n.* 2. Cravet. *cons.* 439. *n.* 7.

Ratio dubitandi II.

Verum

190 *Decisio Affirmativa.* Verum his non obstantibus, contraria affirmativa sententia magis nobis arridet, sequentes ob rationes.

Ratio decidendi I. Primum enim constat, & nos idipsum quæsito in casu præsupponimus, quod constitutus Advocatus, tam præsentes quam futuros clientum subditos, in pro- 191 tectionem susceperit, unde expeditissimum est indefinite factam † protectionis promissionem, ex nova subditorum accessione, coarctari non posse, exemplo antiquarum, apud Romanos quondam vigentium clientelarum, ubi Patronis, quo plures habebant clientes, eo id majori honori fuit, uti *supra in cap. V. n. 35.* ostendimus.

Ratio decidendi II. Deinde si protector civitatis alicujus in tutelam suam receptæ, noviter acquisitos subditos, sub eadem contineri voluisset, literis protectionis id clare expri- 192 mi curasset; quod ubi non fecit, sibi imputet, quod legem † apertius contractui haud dixerit, & hinc contra se fiat interpretatio, *l. 39. de pact.* Cravett. *cons. 826. verba. nu. 11.*

Rationes decidendi alia remissiva. Præterea conferunt etiam, ad hanc affirmativam decisionem, rationes pro supra dicta sexta ampliatione adductæ, quibus eadem, ut per se patet, adeo fulcita esse videtur, ut plures afferre superfluum sit.

Solutio contrariorum. Nec eandem præmissæ dubitandi rationes infringunt.

193 *Resp. ad I. dubitandi rationem.* Non enim obstat primo loco, protectoris † ex augmento clientum prætensa oneratio; Hæc enim prætensio, ea de causa in considerationem trahenda non 194 est, quia in casu converso quando subditorum † numerus minuitur, non cessat Advocatiæ contractus, nec annuum Advocato debitum honorarium inde decrescit, aut minuitur, sed honor potius ob auctos clien- 195 tes accrescit, ideoque nec illo casu, Jus tuitionis tollitur. Quando enim tam lucrum quam damnum contingere potest, nulla subesse credatur læsio, adeo ut ne quidem minori in integrum restitutione tali subveniatur casu, argumen. *l. 11. C. de transact.* Odd. *de restit. in* 196 *integr. part. 1. quæst. 4. art. 6.*

Resp. ad II. dubitandi rationem. Alia Solutio. Nec obstat etiam altera dubitandi ratio, quod in actu successivo enormem læsionem continente, pactiones revocentur. Quia negatur Advocato ex multiplicatione subditorum emergere enormem læsionem.

Ad hæc dicta objectio tunc solum ubi in terminis meri versamur privilegii, pro incidentium circumstantiarum ratione hæc concedi possunt, attamen ad casum protectionis, utpote ex contractu, & quidem oneroso ut plurimum profluentem, accommodari nequeunt Abb. *in d. cap. 9. de decim. & in c. 11. de descript.* Jas. *d. loc.* Natt. *cons. 397. num. 13.* Roland. à Valle *cons. 19. num. 69. lib. 3.* & eleganter Menoch. *cons. 156. multis certe n. 34.*

Limitatio decisionis. 197 Limitari tamen prædicta potest decisio, ut locum non habeat, si civitas in protectione alicujus existens integram † forte ditionem, ein gantze Herrschafft suo adjungat Imperio, quæ non ut appendix Civitatis, sed quasi per se principalis existens dominatus habetur, nec civitati adunatur, argumento eorum, quæ tradunt DD. in terminis bonorum, an ut appendices vel res æque principales Franc. de Claper. *cent causar. Fiscal. 1. quæst. 1.* Cantiunc. *cons. 4. n. 34.* vel an per se vel per accidens sub unius principis territorium venerint. Peck. 198 *in cap. 80. de R. I. in 6.* Cravet. *de antiq. temp. p. 4. cap. 1. num. 11.* Sic enim territoria ad idem nomen † regimen & superioritatem confluentur atque ita plane confunduntur, tunc extinctum non attenditur, sed in principalis sui commigrat leges, arg. *l. 20. §. 7. de instr. & instr. leg. cap. 2.* Novel. 8. Chopp. *1. de doman. tit. 6. n. 12.* Cravet. *cons. 454. per tot.* Meichsn. *decis. 9. n. 14. lib. 1. tom. 2.* sin autem ex natura rerum vel pacto non aliter, quam prioribus Juribus salvis fiat coadunatio, unius provinciæ Jurisdictio ad locum noviter adjectum non prorogatur Brun. *tract. de augment. conclus. 5. num. 8. & concl. 17.* elegantissime Dn. Cothm. *cons. 84. num. 51. vol. 1.*

199 *Illatio I. ex præmissa decisione.* Cæterum ex prædictis infertur Advocatum alicujus civitatis multo minus ex eo oneratum † censeri, si proceres civitatis illius novos cives vel incolas aliunde venientes in civitatem recipiant.

Cum enim hæc cives pro libitu recipiendi potestas favorabilis sit, cum reipublicæ † intersit hominibus im- 200 pleri civitatem *l. 1. sol. matr.* Collegium † ampliari pu- 201 tetur favorabile *l. 3. paragr. 2. de decur.* Menoch. *consil. 95. respondendum n. 28.* † & populi frequentia civita- 202 tem augeri præcipuum ejus sit ornamentum, in quo decuriones laborare debere, bene docuit Lancel. *tract. suo qui inscribitur, Decurio. n. 59.* Hoc igitur suo Jure utens civitas † urgente maxime necessitate, & diminuto 203 per naturæ cursum civium numero si civitas aliqua utatur, protectori non facit injuriam, *l. 55. d. R. I.* etiamsi in ipsius vergat detrimentum modo nocendi absit animus, arg. *l. 1. §. 12. l. 2. §. 9. & l. 21. de aq. & aq. pluv. arc.* in dubio autem quod quis Jure † permittente facit eo u- 204 tilitatem suam principaliter quærere, nec ad æmulationem alterius facere censetur Boer. *decis. 320. n. 8.* Men. *arb. judic. quæst. lib. 2. cas. 136. n. 8.* Mascard. *de probat. concl. 620. n. 1. & 2.* Gail. *2. obs. 69. n. 30.* Unde & æmulationem alleganti probatio incumbit.

Quod autem civitates † maxime Imperiales (utpo- 205 te quæ in ihrem Bann und Zwang den Landsfürsten gleich geachtet werden. M. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 20. c. n. 55. & seqq.* ut alii locorum domini Joan. Philip. *resp. 40. n. 4. & 36.* novos cives recipere possint, inficias nemo ierit, cum id non sit de reservatis Principis, 206 sed ex privilegio etiam civitati competat Lancel. *in templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. rubr. civilitatem concedit. n. 3. p. 411.* licet in Causa Grumbach contra Flerßheim 4. mandati sine clausula, quod an. 1601. 21. Mart. impetratum, hoc disputatum sit.

Illatio II. Secundo ex prædictis infertur, quod civibus † in protectionem receptis, Pfalburgeri (quos ex Marq. Frehero Gold. *Constit. Impp. tom. 1. in rational. fol. 82.* falsos cives nominat, quibus de plura in *cap. XVI. sub n. 127.*) in clientum numero non comprehendantur. Nam, ut *allegato loco* memoravimus, protectio ad ejusmodi Pfalburgeros (dummodo nostris temporibus alicubi illorum vestigia adhuc extent) non se extendit, eo quod diversis Impp. constitutionibus eorundem receptatio prohibita fuerit, quamvis non me fugiat in Civitate Rotenburgo-Tuberana Pfalburgeros sub protectione Consulum & Senatus, instar civium 207 haberi.

Illatio III. Civium recipiendorum potestas an se etiam ad Judæos extendat. Negativa. An autem *recipiendorum † civium potestas se etiam ad Judæos extendat* dubitare quis posset, per multas rationes in cap. VIII. latissime deductas, potissimum vero ea de causa, quod Judæi sint personæ odiosæ *cap. 16. de Judæis*, ad quas favorabilis non trahitur dispositio Lancel. *de attent. c. 12. limit. 11. p. 2.*

Secundo etiam quod in immunitatibus † non con- 208 tineantur statutis secundum Cravet. *cons. 459. Duo Videnda n. 14.* 209 210

Decisio Affirmativa. Verum his non obstantibus, Affirmativam hac in re sequendam esse concludimus, eo quod primo major præstantissimorum IC. pars, sub generali † sermone e- 211 tiam in favorabilibus Judæos comprehendi asserat, Bl. *in* 212 *l. 15. §. 6. de excus.* Natt. *cons. 920. circa id n. 8. 21. & seq.*

Ratio decidendi I. Ratio decidendi II. Deinde etiam quod statuta † loci Judæum ibi commorantem comprehendant, ut per multas pro more suo corroborat auctoritates Tiraq. *de jur. primog. q. 66. n. 9.* 213 Gig. *de crim. læs. maj. li. 1. q. 53. n. 16.* ubi post Bl. & Barb.

immu-

lib. 3 p. 1. c. 7. numer. 38. Othonem II. filium & successorem Othonis Magni primi fundatoris Capitulo † 29 Magdeburgensi liberam potestatem eligendi Archipræsulem una cum aliquot oppidis dedisse, ac notat Cythr. *in Chronol. p.* 308. quod Anno 1122. in Comitiis Wormatiensibus pace facta inter Henric. V. Imp. & Callist. II. Pontif. Capitulares collegii jus eligendi Episcopum ab Imperatore impetraverint. Laur. Ohm. *de jure episcop. concl.* 14. *lit. B.*

Etsi vero, ut & hoc addam, olim idem esset presbyter † & Episcopus, *cap. olim. distinct.* 95. ne tamen 30 unusquisque ad se trahens Ecclesiam Christi rumperet, consultius judicatum fuit, ut in singulis civitatibus unus ex Presbyterorum ordine cæteris præficeretur, ita ut cum eorum consilio omnia gereret, & administraret. Quem cœtum presbyterorum ideo Senatum Ecclesiæ vocat Hieron. *c. Ecclesia.* 16. *q.* 1. Atque inde ge- 31 nuinam trahunt originem † hodierna in Ecclesiis Cathedralibus collegia sive capitula canonicorum, qui in locum presbyterorum successisse videntur. Duar. *de sacr. Eccles. ministr. ac benef. lib.* 1. *c.* 7. & 18. Quorum collegiorum successu temporis plura ab Impp. Regibus & Principibus Christianis de novo fundata fuerunt, eo fine primario, ut in Collegiis canonicorum conservaretur religio vera à Clericis ibi constitutis, ac ut religionis Christianæ studia in his monumentis tanquam sacrariis deposita perpetuo extarent, ad quæ Imperatores, Reges, Principes, tanquam ad Pythonis oraculum confugerent, indeque veritatis eruendæ gratia dubiæ controversiæ tam in quæstione religionis, quam Status Politici à Cleris responsa referrent, uti commemorat *lib.* 4. *de jurisd. c.* 6. Joach. Stephan. *de jurisd.* 4. *c.* 6. quem citat & sequitur Lauren. Ohm. *de jur. Episc. conclus.* 9.

Collegiorum seu Capitulorum Canonicorum in Ecclesiis Cathedralibus origo.

Verum ut ad Prælatorum electiones, unde digressi 32 sumus, redeamus, constat Imperatores † olim etiam modum in electionibus dedisse ac præscripsisse, ceu patet *ex Auth. presbyterum in fine.* Item *l. siquenquam, & l. sacris nostris cum simil. C. de Episc. & cler.* Item *Novell.* 6. 57. 123. & 137.

Verum enim vero Imperatores olim non solum ut dictum est, Prælatorum eligendorum potestate potitos 33 esse, sed ipsius etiam Romani † Episcopi sive Pontificis tum eligendi, tum confirmandi jus habuisse testatum faciunt, Francisc. Zabarell. *de schismat. Pont.* Polyd. Verg. *lib.* 4. *de rer. invent. c.* 10. Lud. Pabenberg. *de zel. vet. princip. c.* 8. & *de jur. Imper. c.* 8. Onuphr. *in vit. Greg.* 7. Ferrar. *tit.* 50. *glo.* 9. *num.* 4. Zach. Victor. *de causis exempt. concl.* 32. Ferd. Vasquius, *illust. controvers. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 7. Ubi scribit, tametsi Imperator Dominus totius mundi non sit, nec unquam fuerit, ei tamen electiones Romanorum Pontificum traditas & concessas fuisse. Quo loco idem in comprobationem ejus rei allegat. Alber. de Rosat. *in dictionar. verb. electio* 3. quem refert Nicol. Boer. *decis.* 31. Innoc. *in c.* 2. *de major. & obed.* Guerrer. *in spec. Princip. c.* 55. *in fin.* Idem diserte testatur Matth. Steph. 3. *de jurisd.* 1. *c.* 1. *nu.* 13. Simon. Schard. *in Anamnem. Juris* quod in approb. Pontif. Imperatores habuerunt quæ juncta est *tractatui ejusd. de Elector.* Platina *in vita Severini.* Ubi Ju- 34 stinus † Imper. Hormisdæ I. Mauritius Tiberii gener. Pelag. II. & Gregor. I. electos, Pontifices confirmasse 35 leguntur, imo etiam Imperatores † Constantinopolitani suis in Italia constitutis Vicariis, quos Exarchos vocarunt, inter cætera dignitatis privilegia, Pontificis approbandi auctoritatem contulerunt ac concrediderunt. Joach. Cluten. *Syllog. rer. quotid. concl. p.* 1. *sub lit. H.* Po- 36 stea vero cum finito Exarchatu regnantibus in Italia Longobardis Carolus † Magnus, à Romanis in auxilium, ut *in Cap. V.* fusius explicatum est, ascitus Regem Longobardorum Desiderium vicisset, eamq; ob causam Adrian. Pontif. Roman. Concilium trecentorum quinquaginta trium Episcoporum convocasset, perpetuum, ut inquit Aventin. *lib.* 4. *Annal. Bojor.* factum est Patrum consultum, & in verba Caroli juratum; Nullum posthac neq; Romanum neque aliorum templorum Antistitem fore, nisi quem Carolus ejusque Successores, sciverint, jusserintque, refragãtes hujusmodi decreto, devoti sunt diris, & nisi resipiscerẽt præscriptio adjecta Reiner. Reinec. *in not. ad annal. Caroli Magni* Anonymi Auctor *fol.* 47. *b.* & *multis seqq.* Petr. Greg. Tholos. *Syntag. jur. lib.* 15. *c.* 12. *n.* 10. Sabell. *Ennead. lib.* 8. *c.* 8. Christoph. Besold. 2. *dissert. polit.* 2. *n.* 22. Existimant etiam nonnulli pro confirmatione Papali aliquam pecuniæ † quantitatem Im- 37 peratoribus à Papa dari solitam fuisse, quod postea Agathoni, ab Imperatore Constantino III. à prolixitate barbæ Pogonato dicto (siquidem hic imperavit Constantinopoli ab Ann. Christi 670. usq; ad Annum 687. atque interim Agatho Romæ ab Anno 679. usque ad Annum 682. pontificatui præfuit) remissam fuisse scribit Laurent. Ohm. *de jur. episc. concl.* 14. *per text. in c. Agatho dist.* 63. Christ Helv. *Theat. histor. fol.* 29. Postea autem remittentibus Imperatorib. jus suum consuetudo invaluit, ut electio summi Pontificis ad solos † Cardinales, excluso Im- 38 peratore & ejus nuntiis devenerit, apud quos etiamnum hodie persistit Vasq. *d. c.* 22. *n.* 10. Sed hæc nimis fuse.

Cæterum quod ad hodiernos Advocatos attinet, eo quo nunc jure utimur, Protectoribus laicis omnis potestas † eligendi, aut electioni sese immiscendi jure 39 Canonico præcisa est, *c.* 1. 2. 3. 5. *c. omnis electio. dist.* 63. adeo ut ne consuetudine immemoriali induci veline summi Pontifices ut Principis vel Patroni consensus in electione requiratur, nisi post factam demum electionem, *c. cum in terra, c. sacrosancta, c. Messana. extr. de elect. c. nobis de jure patron.* aut nisi speciale privilegium Pontificis intercesserit, quale datum est à Gregorio VII. Regi Franciæ in electione cujusdam Abbatis *c. hinc est etiam.* 16. *q.* 1.

Quinto etiam Advocati, id antiquitus præcipue muneris ex præscripto Imperatorum habebant, ut si quando rationabilibus de causis Clericos, Monachos, aut Moniales jurejurando † quippiam firmare oportebat, id non per seipsos, sed per earundem Ecclesiarum Advocatos fiebat, uti luculenter ostendit constitutio Hen- 40 rici Imperatoris, quæ in *legibus Longobardorum seu Capitulari Caroli Magni lib.* 2. *tit. de Advocatis & Vicedominis* continetur, & sic habet.

Advocatorum pro Clericis jurantibus interventio.

HENRICUS divina pietate † secundus Ro- 41 manorum Imper. Augustus. Quoniam in legibus cautum est, ut nemo clericorum jurare præsumat, alibi vero reperitur scriptum, ut omnes principales personæ in primo legis exordio subeant jusjurandum calumniæ: nonnullis legis peritis res venit in dubium, utrum clerici jusjurandum præstare debeant, aut alii personæ hoc officium liceat delegare; Quia enim illud constitutionis edictum ubi clerici jurare prohibentur, à Marco Augusto constitutum est; propterea quia de Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios clericos pertinere non creditur; ut ergo hæc dubietas omnibus penitus auferatur, illam Divi Marci constitutionem ita interpretari decernimus, ut ad omnium Ecclesiarum clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cum divinus Justinianus jure decreverit, ut canones patrum, vim

vim legum habere oporteat, & in nonnullis patrum Canonibus reperitur, ut clerici jurare non audeant, dignum est, ut totus catholicus ordo à præstando Jurejurando immunis esse proculdubio censeatur. Qua propter nos utriusque videlicet divinæ & humanæ legis intentione servata decernimus & imperiali auctoritate, & irretractabiliter diffinimus, ut nec Episcopus, nec presbyteri, nec cujuscunque ordinis clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel sanctimonialis in quacunque controversa sive criminali, sive civili jusjurandum qualibet ratione compellatur subire, sed Advocatis suis propriis & idoneis hoc officium debeat delegare.

42 Obligabant † autem Monasteriorum Antistites ex specialibus privilegiis Imperatorum, ut eo fidelius muneri suo præessent, ipsos Advocatos, cujus juramenti Capitula *infra c. 14. de Adjacentibus Advocatia* posuimus.

43 Quemadmodum autem cum consensu † Abbatis & conventus, Advocatos omnia agere oportebat, ita vicissim ab Episcopis, Abbatibus, Sacerdotibus vel Monachis sine Advocati voluntate in bonis, rebusve sæcularibus nihil fiebat, quia Protectorum tanta erat auctoritas, ut absque eorum præscitu atque arbitrio, nihil facere, nec quicquam ex bonis immobilibus Monasteriorum vendere, oppignerare, vel quovis modo alienare liceret *Hospin. de templor. orig. lib. 5 c. 6. & de orig. ac progress. Monach. lib. 4. c. 21.* Imo in politicis

Advocatorum auctoritas in omnibus olim rebus secularibus interposita.

44 † negotiis, quicquid ab Abbatibus sine consensu eorum gerebatur, omnino invalidum erat. per notata Panorm *in rubr. de jur. patron. n. 4. in fin c. filiis 16. q. 7.* Redoan. *in tract. de reb. Eccles. non alien. sub rubr. de causæ cognit. in alien. fact. n. 3.* Paul. Matth. Wehn. *pract. obs. lit. V. verbo* Vogthey.

45 Hinc est, quod antiquis Monasteriorum literis, ac instrumentis Advocati † consensus plerunque insertus reperiatur, hac simili formula: Mihi N. Abbati complacuit, una cum fratrum, nec non & Advocati nostri N. consensu &c. Joan Stumph. *d. lib 5. c. 3.*

46 In cujus rei evidentiam juvat hoc loco inserere elegans diploma Carolomanni piissimi Regis, quo non nullarum rerum inter Tutonem Episcopum Ratisponensem, & hominem quendam ejusdem Regis proprium, permutatio comprobatur. Id Reverendus & doctiss. D. Jacob. Gretserus Soc. Jes. Theologus ex Codice manuscripto eidem a clarissimo viro Dn. Sebastiano Tengnagel Imperialis Bibliothecæ Viennens. Præfecto, amico nostro ex literis inter nos communicatis mihi perfamiliari accommodato exhibet, *in Divis Bambergensib.* subsequentis tenoris.

Diploma Carolomanni Regis quo rerum nonnullarum inter Tutonem Episcopum Ratisponensem & hominem quendam ejusdem Regis proprium permutatio confirmatur.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis C. Dei gratia Rex.

Si Dei Ecclesiis nostro videlicet regimine procurandis dignos adhibere curamus honores, non solum terrenni, sed & cælestis regni non dubitamus honore, & fastigio nos sublimari. Inde volumus in nostrorum præsentium, futurorumque pervenire notitiam; qualiter convenit inter venerabilem virum Radesponensis Ecclesiæ Episcopum *Tutonem*, & quendam hominem nostrum, ut aliquas res eorum inter se, pro ambarum opportunitate partium concambire deberent, quod & fecerunt. Tradidit igitur N proprietatem suam sancto *Emmeramo* Martyri, qualem visus est habere cum omnibus ad prædictum locum rite pertinentibus, *in manum Episcopi & Advocati sui* N. in perpetuam proprietatem. E contrario vero retradente eodem Advocato una cum manu Episcopi accepit prædictus N. de rebus S. Emmerami locum N. cum omnibus appendiciis in perpetuam proprietatem: Et ut hujus concambii præceptum firmum stabileque permaneat, manu propria subtus illud firmavimus, annuliq; nostri impressione signari jussimus.

48 Aliud in hanc rem faciens diploma exhibet idem P. Gretserus *in notis ad cap. 17. de vita & rebus gestis S. Henrici Imperatoris*, quod ita habet.

Aliud Diploma Friderici cujusdam, quo allodium suum Haga dictum, quod antea à Gunthero, Episcopo Babenbergensi per manum Advocati sui legatum acceperat rursus ad altare S. Petri majoris Monasterii in Babenberg legavit.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam posteris, quam modernis, qualiter FRIDERICVS rogatu Dn. sui Guntheri V. Sanctæ Bambergensis Ecclesiæ Episcopi; allodium quoddam Haga, quod idem prænominatus Episcopus antea per manum Advocati sui in ejusdem Friderici legaverat, cum omnibus ad ea loca pertinentibus, h. e. quicquid supradictus Episcopus prædii inter duos fluvios, videlicet Ussiam, quam nos vulgariter Ensam dicimus & Ibisam habuerat, ad altare S. Petri majoris Monasterii in Babenberg legavit, pro remedio animæ ejusdem prænominati Episcopi Guntheri, nec non patris & matris. Legavit etiam ministeriales ad idem prædium pertinentes ad supradictum altare S. Petri in Babenberg eo deinceps sibi, suisque posteris retento jure, quod veri Ministeriales habent ejusdem Ecclesiæ, quod & infra scriptum est.

Hæc est justitia Babenbergensium Ministerialium, si quem ex his D. suus accusaverit, de quacunque re, licet illi juramento se cum suis coæqualibus absolvere, exceptis tribus: h. e. si in vitam D. sui, aut in Cameram ejus consilium habuisse arguitur, aut in munitiones ejus. Cæteris vero hominibus, de quacunque objectione absque Advocato, cum suis coæqualibus juramento se poterit absolvere. Et cæteris hominibus non plus debent, quam septem personas, suis vero sociis duodecim. Si occisus fuerit, recompensatio ejus decem libræ sunt, quæ ad alios non pertinent, nisi ad cognatos occisi. Si beneficium ab Episcopo non habuerit, & repræsentaverit se in ejus ministerio; & beneficium non potuerit obtinere, cui vult, militet, non beneficiarius, sed libere. Si absque liberis obierit, & uxorem prægnantem habuerit, expectetur dum pariat. Etsi masculus fuerit, ille habeat beneficium patris. Si non; proximus agnatus defuncti loricam suam, vel equum quem meliorem habuerit, Domino suo offerat, & beneficium cognati sui accipiat. In expeditionem iturus ex suo sumptu ad Dominum veniat, deinceps ex ejus impensa alatur. Si expeditio in Italia est, Dominus

mum, & ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipsam cellam, aut ubicunque vel quando Abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, & ibi placitum jussum pro causis & necessitatibus Monasterii rite peragat. Nullum autem servitium aliud, jus aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi, tertium bannum, & consuetudinariam justitiam & legem, quam cæteri Advocati in aliis liberis monasteriis habent, super fures, protervium, & censuales & cætera talia. Et in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltrum de frumento, & unum frisingum, & unum siclum de vino, & cætera ad hæc pertinentia. Præterea ea item constituit, quod nisi Abbate volente & advocante, bona & loca monasterii suis frequentiis temerarius, & sine causa minime adeat, vel contingat. Nec præsumptuosus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat.

Simile exemplum extat in Advocato olim Chombergensi, cui in Confirmatione fundationis Anno 1090. erectæ certa alimentorum in placito habendo quantitas assignata fuerat: verba id exprimentia ita habent:

Cujus Advocati libero concessum est arbitrio, ut semper, si velit, post sanctam hebdomadam Pentecostes, 2. feria placitum, habeat, in villa quæ dicitur Thungenthal/ & non in anno sæpius, nisi ab Abbate invitatus; in prædicto autem placito ad servitium ejus debet Abbas ei dare Malterum frumenti pro faciendo pane, & Frisgingum unum porcinum & duos ovinos, & vinum cæteraque ad hæc sufficientia, &c.

Quia tamen in mundo tam bonum nihil est, quo non homines quandoque abutantur, inde sæpius olim
58 etiam contigit, ut Advocati † suam in judicando potestatem, latius, quam par erat, extenderent, ideoque necesse fuit, Advocatis monasteriorum peculiares,
59 quibus tenerentur, leges ab † Imperatoribus præscribi, cujus rei, ut alia numerosa omittamus, præclarum documentum habemus, *ex Annalib. Eremi Deiparæ Matris* sæpius antea etiam citatis, *ad annum* 1136. Ubi extat hanc in rem Lotharii Imperatoris elegans diploma, per quod protectoris Eremitici potestas multis in rebus limitata est, atque restricta fuit; id cum de Advocatorum officio singularia quædam contineat, hoc loco integrum inserere lubet, quod in hunc modum conceptum & publicatum fuit.

Diploma Lotharii III. quo Monasterii Einsidlensis antiqua privilegia confirmat, atque Advocato leges præscribit.

60 In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. LOTHARIUS divina favente clementia tertius Romanorum Imper. Augustus. Sicut pro instituendo divino servitio nova plantare, inchoare magnæ devotionis indicium est, ita inchoata conservare & confirmare, non minus salutiferum est, & omnino hoc attendere, & circa id intentam esse Imperialem decet magnificentiam. Proinde tam futurorum quam præsentium noverit industria, qualiter magnæ religionis & sanctitatis vir WERINHERUS Abbas, interventu dilectæ consortis nostræ RICHINZÆ, hoc apud nos obtinuit, ut ea quæ ab antecessoribus nostris divæ memoriæ OTTONE, majore, annuente consorte sua ADELHEIDE, & à filio suo ejusdem nominis collata sunt, Ecclesiæ Einsidelen nuncupatæ, nos approbaremus, & approbata Imperiali auctoritate confirmaremus. Cujus libertatem debita devotione & adfectu amplectentes, hoc *statuimus & jubemus, ut ejusdem loci Advocatus super officialem, & familiam, quæ infra immunitatem cottidie servire debet, ad usus fratrum nullam habeat potestatem, nisi prout Abbas voluerit & petierit. Exterius vero ab omni exactione non minus coercemus eum; præcipientes ut cum clero nihil: cum ministerialibus vero & familia ejusdem, quæ foris est, non nisi ex judicio agat, & quod judicio acquisierit, abbati quod suum est inde tribuat. Cum censualibus etiam tam liberis, quam capitalibus idem observet, ut nihil cum ipsis contra justitiam agat. Et in his omnibus Abbati suum debitum recognoscat. Secundarios etiam Advocatos immo exactores omnino interdicimus.* Hæc itaque Imperiali auctoritate nostra amplectentes & confirmantes, præcipiendo jubemus, ut nullus Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna parvaque persona in his concessis præfatam Ecclesiam infestare vel concutere audeat. Si quis vero, quod non credimus, contra hoc præsumpserit, centum libras auri, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem sæpius dictæ componat Ecclesiæ. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius custodiatur, præsentis decreti chartam sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domini Lotharii tertii Imperatoris invictissimi.

Ego Berchtoldus, vice Alberti Archicancellarii recognovi.

Data Anno Incarnationis Dominicæ, MCXXXV. Idus Julii Indictione VIII. Anno vero Regni Regis Lotharii XI. Imperii III. Actum apud Lutteram, In Christi nomine feliciter, Amen.

Sexto, insuper priscorum Advocatorum peculiare munus in Ecclesiasticorum sibi commissorum † correctione constituisse testatur, post hæc scripta visus D. Hepingk. *in disp. de jur. protect. concl. 57. lit. C.* ex eo id firmans, quod Gregorius IX. Papa † Minoritarum ordini singulare dederit privilegium, quo cautum fuit, ut nullus protector gubernare, aut corrigere eum tentet, nisi vel à Papæ, & Ecclesiæ Romanæ obedientia deficiat, vel in fide vacillet, aut Regulam non servet. Anton. *tit. 24. c. 9. §. 22.* & post eum Hospin. *de orig. & progress. Monach. lib. 6. c. 12. p. 244.* 61 62

Quod si vero per ipsum Ecclesiæ rectorem, ex rebus ejus aliquid illicite usurpari, vel defraudari cognosceret, eum honesta † conventione compescere, vel Episcopo Diœcesano Metropolitano, Judici, Regive corrigendum denuntiare, vel etiam necessitate exigente, remotionem ejusdem ab officio postulare poterat, per ea quæ post gl. ac Canonist. à se allegat. tradit Pfeil. *cons. 183. num 3.* 63

dicit submissione † in protectionem nullum aliud quam defendendi jus in Patronum transferri, quibus adsentiuntur Natt *conf. 636. n. 95.* Schurff. *conf. 23. in prin. cip. n. 1. & seq. cent. 3.* Wesenbec. *conf. 48. num. 50. lib. 1. & respons. 170. lib. 4.* Matth. Coler. *conf. 33. nu. 46 & 56.*

79 Circa prædictam autem de defendendo traditam regulam primo notandum est, quod cum Advocato plus juris, † quam ipsis clientibus, contra molestatores eorundem, non competat, idcirco eodem eos modo quo illis sese defendere jura permittunt, protegere debeat. Ex quo infertur, quod ubi clientes contra gra-

Observatio prima, circa defendendi Regulam.

80 vantes judicio † experiri tenentur, Protectores arma sumere non oporteat: consulente Dn. Men. *conf. 99. incip. de re gravissima, n. 35. & 39.* Mart. *de homag. tit. 11. n. 12.* relatus à D. Hepingk. *disp. de jure protect. concl. 40. lit. F.* ubi modos, quibus se armis defendere tutissimum, ex rei militaris præceptis desumendos, ipsorum protectorum peritæ discretioni & discretæ relinquit peritiæ, subdens Advocatum peritiam † tuendi clientes

81 ex gestis & cogitatis inimici sumentem optime officio suo defensionis fungi.

82 Deinde observandum est defensionem à protectoribus bona † fide fieri debere, prout arg. *l. 7. §. 1. vers. aquo fœdere, ff. de capt. & postlı.* nominatim defendit D. Hepingk. *disp. de jure protect. concl. 40. lit. B.* ubi ta-

Observatio II.

83 men bonam ejusmodi † fidem, per Stratagemata & in-

84 sidias (utpote quæ fraudes † propriæ non vocantur, nec justitiæ & ordinatæ voluntati repugnant) non excludi asserit, per text. *Iosf. 8. ca. dominus vers. cum autem justum 23. q. 2.* arg. *l. 26. ff. de capt. & postlim.* Abb *in c. unic. n. 1. de Sagit.* Dec. *in l. 65. n. 3. de Reg. Jur.* Alber. Gent. *2. de bell. jure 3.* Bocer. *de bell. & duell. c. 13. n. 18.* Gœdd. *in l. 177. n. 8. de verb. signific.* Boss. *pract. crim. tit. de Respons. à Reo fac. n. 21.* Mynf. *3. obs.* Vnum. *disput. process. 2. n. 41. & seq.* ubi ad convincendum adversa-

85 rium, fallaciis & deceptionibus in bona causa † Advocatis forensibus, uti licitum esse testatur, idque ob

86 paritatem rationis in armatis † patronis etiam locum

87 habere, nemo facile negabit, siquidem justa in † causa sive judiciali sive extrajudiciali fraudem excludendo, quicquid facimus dolo fecisse malo non videmur *l. 77. §. 31. in fin. ff. de legat. 2.* sed bono qui pro solertia ut alibi etiam dictum est, veteribus habitus fuit *l. 1. §. 3. de dol. mal.*

De hujusmodi quoque dolo vulgatum illud Virgilianum *Æneid. li. 2.* accipiendum,

Mutemus Clypeos, Danaumque insignia nobis

88 *Aptemus, Dolus an virtus, quis in hoste requirat.*

89 Prudentia enim † singulari hostis eludendus arg *cap. 2, vers. prudenter & ibi gloss. dist. 43.* Alber. Gent. *2 de jure bell. 8.* Unde Silius

Sub specie Stratagematum hosti fides data quatenus servanda.

Bellandum est astu, levior laus in duce dextra.

Quod tamen sub specie Stratagematum fides † etiam hosti data violanda non sit *d. loc.* D. Hepingk. pluribus prosequitur, nobis iis quæ proprie ad militiæ artes pertinent omissis, ad institutum regrediendum est.

Observatio III.

Tertio igitur circa defensionis generalem regulam,

90 illud quoq; sciendum est, cum defensione omnia sine †

91 quibus illa expediri nequit protectori concessa ac injuncta simul esse, arg. *l. 2. de jurisd. & l. 4. de usin. act.uq; privat.* Bald. *in l. 17. n. 11. C. de procur.* Carol. *in c. 39. de reg. jur.* Georg. Everh. *conf. 56. n. 74. vol. 1.*

Utrum Protector in territorio suo clientibus salvum conductum præstare teneatur. Decisio Affirmativa. Ratio decisionis.

Unde *Protector in territorio suo salvum † conductum clientibus præstare tenetur*, eo quod protectio sui natura velut ex necessaria consequentia, securitatem & salvum conductum secum importet, Neque enim aliter clientum protectio subsisteret, si non hinc inde in protectoris territorio liberam commeandi & remeandi potestatem haberent, Everh. *in top. legal. à concess. anteced.* quod argumenti genus in materia odiosa & stricta quoque locum obtinet, testante id post Bart. & Dec. Grav. *conf. 402. Magnificus, n. 6.*

Quarto circa idem defensionis dogma, quo ad modum defendendi sciendum est, si quidem certa defensionis species & operæ, in tuendo præstandæ qualitas in tabulis clientelaribus definita est, tunc secundum † con-

92 ventionem illam protectorem se regulare debere arg. *l. 6. §. 1. & l. 1. §. 6. ff. depositi*, idque si Advocatus rite faciat, partibus suis probe fungitur, arg. *l. 73. de verb oblig. l. 3. § 1. l. 15 § 1 ff. de oper. libert.* Si vero super defensione exhibenda nihil specialiter conventum, sed in genere tantum tutela promissa sit, tunc Patronus tutelaris res & personas clientum, tanquam proprias ab omni adversitate, vi, atque injuria tutas, securas præstabit, arg. *ca. tibi domino 31. distinct. 63.* ubi Card. Alex & Lancellot. Conferunt not. à Sim. Pist *conf. 19. n. 1. vol. 1.*

His ad generalem defensionis per Advocatos præstandæ Regulam, prænotatis, cum ex variis protegendi circumstantiis, tam respectu rerum, loci, temporis, quam ratione personarum, earumque qualitatum & accidentium provenientibus multæ ac diversæ tum extensiones seu ampliationes quas vocant, tum limitationes seu exceptiones oriantur, quibus protectorum in defendendo consistentes partes variis modis illustrantur ac declarantur, qui ad hanc maxime spectant materiam, ideo non pigebit ejusmodi ampliationes ac limitationes, ordine complecti, & in unum quasi fasciculum per præsens caput diffusum colligere, & quid de singulis æquum ac justum esse putamus, indicare.

Quo in ordine cum ampliationes præcedere debeant limitationes, ab illis auspicabimur.

93 Primo autem ampliatur pronunciati † nostri generale de protegendo dogma, *ut protectores non solum personas clientum tueri, sed eorundem quoque bona defendere obligentur*, ut enucleate tradit Modest. Pistor. *conf. 43. lib. 1. n. 30.* ubi nominatim tradit officio † protectorum inesse potestatem defendendi de facto, cum armis & militibus, sive recepto in protectionem violentia fiat in persona, sive in rebus.

Ampliatio I. Ut non Protectores non bona tantum clientum, sed & personas eorundem defendere teneantur. Decisio affirmativa.

Ratio ampliationis est, quia bona, res sive patrimonium nostrum, alter hominis † sanguis & vita est *l. advocati 14.* ubi gl. *verb. vitam C. de advoc. divers. judic.* Ripa *in c. 1. n. 18. de judic.* Menoch. *de arbitrar. judic. cas. 110. n. 6 & seq. lib. 2. cent. 2.* Jo. Borch. *de feud. c. 8. n. 14. & c. 7. p. 1 n. 43.* quibus locis plures allegant. Mascard. *de probat. concl. 898 n. 8.* Ayrer. *de homicid. necess. p. 1. n. 137.* Rosen. *tract. feud. c. 6. concl. 53. n. 3.* Per

94

95

Ratio decisionis ampliata.

96 res enim seu facultates nostras, honos, vita & status dignitas conservatur, quæ per bonorum & facultatum inopiam perit, per *Novell. 90. c. 1. l. pietas C. de suspect. tut.* Petr. Ger. *sing. 82.* Alex. *conf. 52. n. 4. vol. 4.* Bald *in l. si tuis nummis, C. de oper. libert. & l. pen. C. de const. pec.*

97 Quemadmodum enim persona non recipit † divisionem, ita nec defensio quæ personæ debetur, & sicut partitionem respuit in principali, ita in tuitione bono-

II. Ratio decisionis.

98 rum accessoria, † quæ ex natura principalis debet æstimari, *l. cum principalis 139. ff. de reg. jur.*

Ratio decisionis III.

99 Et sicut tutor, qui est defensor pupilli, non solum ad tuendam † ejus personam, *l. dum plures. §. cum tutor ff. de administ. tutel.* & quidem principaliter, *§. ad certum tempus, Inst. de iis qui test. tut. dar. non poss.* ac *ibid.* eleganter gl. *verb. persona.* Marian. Soc. *conf. 97. n. 6.* idem *conf. 148. n. 2. lib. 1. & conf. 35. n. 25. lib. 2.* Alex. *conf. 44. n. 17. lib. 5.* Paul Montan. *de tutel. c. 4. n. 18.* Rom. *conf. 188 n. 1.* sed etiam, ne res pupillares neglectæ pessum eant, ad conservandum pupilli patrimonium constituitur, *l. propter litem § licet datus de excusat. tutor.* Ita protector non solum personas susceptorum, sed & bona earundem defendere debet. Siquidem protegere & pro-

protectio † omnis generis defensiones importat, hoc est tam rerum quam personarum, ut notat ex Bart. *in proœm. ff. in princ. n. 7.* Frid. Prukm. *conf. 17. nu. 144.* Ladert. *conf. 101. n. 9. vol. 1.*

101 *Ampliatio II. An protectorum officio adeo annexa sit defensio, ut tametsi in illo suscipiendo de ea in specie nil dictum fit, Advocati defendere nihilominus teneantur. Decisio Affirmativa. Ratio decisionis I.*

Secundo, propositæ regulæ inducitur ampliatio, quod *protectorum officio adeo annexa sit † defensio tam personarum, quam rerum ad clientes pertinentium, ut eam Advocati præstare teneantur, etiamsi in suscipiendo jure tutelari de ea, in specie nihil dictum fuisset.* Quia protector clientelam suscipiendo ad defendendum, sicut tutor † ad tutelam accipiendo, tacite obligatur text. *in l. pro officio C. de administ. tutor.* Ruin. *conf. 97. circa primum vol. 5.* & Ant de Fan. *de pign. in 2. p. 4. memb. n. 6.* quem refert & sequitur Borg. Cavalc. *de tut. & curat. sect. 6. n. 66.*

Exhibitio autem defensionis est de natura † contractus protectitii. Sed naturalia contractus semper † inesse præsumuntur, licet de iis non sit facta specialis mentio, ut prob. per tex. *in l. ex empto, in pr. ibi,* quod si nihil convenit, tunc ea præstabuntur quæ naturaliter insunt, *ff. de act. empt* & Dd. *in l. cum quid. ff. si cert. pet.* Herm. Vult. *conf. Marpurg. 35. n. 9. vol. 3.* ubi dicit pro expresso † haberi, quod expressum est, Ang. *conf. 17. col. pen. & conf. 331. col. fin.* Bald. *conf. 330. lib. 3. n. 2.* ubi pro expresso habendum esse † inquit, quod naturaliter inest, quasi natura ipsa id loquatur, quod verbis omissum est. per *l. triticum ff. de verb. oblig.* Et idem Bald. *in l. 1. col. fin. C. de his qui ante apert. tab.* dixit, quod † omissum, expresso tamen consequens, pro expresso habeatur, quod idem novissime in decisiones suas retulit Magon. *decis. Luc. 6. n. 36.* Vt enim natura † actus fert, ita quoq; actum intelligitur. *l. prior. ff. solut. matr. l. si stipulatus 4. in verb. non est verisimile ff. de usur.* Crav. *conf. 811. n. 5. & conf. 965. n. 17. & 18. & in resp. pro genero n. 308.* quibus in locis in feudo ita consuluit, facit, quod notat Oldr. *conf. 243.* quod talis præsumatur † voluntas esse disponentium, qualis est natura rei, quem referendo sequitur Crav. *conf. 186. n. 6.* Schn. *p. 5. de feud. n. 92.* Rosen. *tr. feud. c. 8. concl. 4. n. 6.*

Ratio decisionis II.

102 103 104 105 106 107 108 109

110 Sicut videmus in contractu emptionis, ubi evictio † ex natura contractus præstanda venit, licet de ea nihil sit actum, *l. non dubitatur. C. de evictionib.*

111 Et contraxisse † quisq; censetur, prout est natura rei, super qua contrahitur *l. post mortem §. 1. ibi* Bart. *ff. quando ex fact. tut.* Pancirol. *conf. 130. n. 22.*

112 Quinimo defensio magis est de † natura Advocatiæ quam exhibitio servitiorum sit de natura feudi, eo quod

113 feudum Francum liberum † sit à servitio. *ca. unic. de form. fidel.* Schn. *de feud. p. 1. n. 53.* At tametsi nulla fuerit

114 † in concessione feudi sive investitura, servitiorum facta mentio, nihilominus vasallus & ipsius in feudo successores, ea præstare tenentur. Præpos. *in c. 1. §. ult.* ubi Mart Laud, *n. 13. ex quib. caus. feud. amit.* Alex. *conf. 39. n. 19. li. 1.* Paris. *conf. 13. n. 19. li. 1.* Pet. Heig. *p. 1. q. 18. n. 15.* Schrad. *p. 6. c. 6. n. 3.* dicens verissimam, Rosen. *de feud. c. 8. concl. 4. n. 3.* plures allegans, per tex. *in c. licet si de feudo defunct. content. c. 1. c. ad hoc hic fin. lex. c. 1. in fin. an ille qui inter fes. frat. domin. c. Imper. §. firmiter c. 1 §. ut autem, de alied.*

115 *Ampliatio III. Utrum Protectores non tam ad violentias inferendas, quam illatas reprimendas obligati esse censeantur. Decisio affirmativa.*

Tertio ampliatur dogma nostrum, ut † *Protectores non minus ad arcendam violentiam inferendam quam illatam vindicandam ac reprimendam obstricti esse intelligantur,* per notat. Anton. Corset. *in singularib. verbo Securus,* ubi dicit, eum qui securitatem † ac defensionem promisit, hoc efficere debere, ut tam præcaveat inferendam læsionem quam illatam avertat, allegat gl. *in l. si mandato §. final. ff. mandat.* Angel. *in l. 1. qui satisd. cog.* Ant. de Butr. & Imol. *in ca quoties de pact.* & facit *l. 1. §. quoties de vent. in poss. mitt. cum similib.*

116 Sic etiam pariter Jure Feudali de vasallis cautum est,

117 quod Dominis † suis ita utiliter obligati esse censeantur, ut non tam ne quis eis damnum inferat, præcavere, quam eos ab illata injuria vindicare debeant, uti non inornate suggerit Andr. Khol. *de servit. vasall. Δ. p. 5. n. 11. in fine ex c. 1. de form. fidel. & c. 1. & si contigerit de nova form. fidelit. & c. dominus guerram hic finit Lex.*

118 *Ampliatio IV. defensionis Regula. Qualiter protectores ab offensione clientum abstinere debeant.*

Quarto extenditur regula † de tuendis clientibus assignata, *ut Patroni ad defendendum obligati, multo minus clientes in fidem receptos offendere debeant,* exemplo vasalli, qui personam † & bona domini non solum ab offensione aliorum defendere tenetur, sed eundem etiam nec ipse lædere debet, ut diserte tradit Henric. à Rosenth. *synops. feud. c. 10 concl. 17. n. 42.* ubi multos ad hoc citat. Qui enim protectionem promittit, † necessario, & multo magis nec se gravaturum promittit, Andr. Gerh. Consil. Saxon. *inter discurs. Arum de jur. publ. disc. 31. concl. 7.*

119

120 Quamvis enim aliud sit promissio de † defendendo,

121 aliud vero de non offendendo cautio, Georg. Everh.

122 *conf 58. n. 78. vol. 1.* cum tamen diversa † non sint adversa, *c. 7. ibi* auctoritates enim præmissæ, *extra de his quæ fiunt à Præl. sine cons. capit.* & promissio † quælibet

123 secundum naturam actus, super quo interponitur, intelligenda sit, juxtaq; formam † juris reguletur, post Cyn.

124 Bald. & Salic. *in l. fin. C. ad l. Falcid.* Bardellon. *conf. 76. n. 9. vol. 1.* atque promittens † aliquid facere, quod

125 contrarium ejus non sit facturus promittere censeatur, arg. *l. 38. prin. de verb. obligat.* Bellamer. *conf. 24. n. 13.*

126 hinc qui vindicare † debet oppressum ipse haud opprimet. *Novell. 86 c. 4. in fin.* & qui tenetur † defendere,

127 multo minus debet offendere, ut in simili dicitur *in l. altius. 15. ff. si servit. vendic. & in l. vendicantem ff. de eviction & l. ante penult. ff. de administ. tut.* Et ita concludunt Ruin. *conf. 43. col. pen. vers. item dicitur. lib. 1.* Cephal *conf. 427. n. 4.* Franc. Viv. *lib. 2. Regn. Neap. decis. 233. n. 2.* Jo. Bap. Cac. *in repet. l. frater à fratre. §. quæsitum. n. 10. de condict. indeb.* Frid. Pruck. *resp. 17. q. 4. n. 143. vol. 1.*

128 Advocatia enim nihil aliud est, quam † defensio & Advocatus defensor, qui in utilitatem Ecclesiæ adsumitur, ut consulendo testatur Zas. *conf. 67. & 45. vol. 2.* Innocent. *in ca præterea 2. de jure patron.* Jo. Andr. *in ca. generali n. 1. de elect.* quos omnes refert & sequitur Gylm. *tom. 1. part. 1. tit. 6. voto 2. n. 5.* Proinde Advocatus defendere & non offendere seu spoliare Ecclesiam, debet.

129 Vnde obligatus alium † indemnem servare contra extraneum, multo magis contra seipsum indemnem conservare cogitur, *l. cum in eo 44. ff. de pact. l frater à fratre 38. & ibi* Jas. *lectur. 1. n. 23. & lectur. 2. n. 15. ff. de condict. indeb. l. si negotia 31. & l. si fundum. 35. ff. mandati. l. ante penult. ff. de administr. tut.* Turpissimum enim est, gravare † illum, quem defendere promisimus

130 Pistor. *conf. 19. n. 19* cum injuriarum † inde oriri non

131 debeat occasio, unde jura nascuntur. *L. 6. C. unde vi.* Et

132 quod † ad defensionis inventum est subsidium, ad depressionis stipendium haud retorqueri debeat, *c. penult. de pœnis.* Beroi. *conf. 49. n. 1. vol. 1.* Hinc est quod Protectores Advocatiæ † privari possint, quoties clientes

133 iniq; turbant, vel molestiis indebite afficiunt, id quod plena bucca *in Cap. XVI. n. 599.* latissime deduximus & probavimus.

134 Et licet promissio seu cautio de non contraveniendo defensioni, non sit † apposita in protectitiis literis tamen tacite semper intelligitur, cum sit contra naturam contractus, astruente Bart. *in l. qui Romæ §. duo fratres in 2. quæst. ff de verb. obligat.* quia etiam ea circumscripta, id est, non expressa, tamen ex natura contractus, sicut & cujuslibet alterius subintelligebatur, ut respondit Ruin. post concordantes per eum citatos *conf. 138. n. 9. vol. 2.* loquens in casu quo fuerat permissum de non contraveniendo aliqua ratione vel causa, de jure vel

de facto in perpetuum, &c. & ad hoc citat Bal. & Alex. Socin. *conf. 43. n. 8. vol. 4.* & est communis opinio secundum Petr. Ant. de Petr. *in tract. fideicommiss. q. 14. n. 17.* qui ad id refert Abba. *conf. 20. n. 15.* & Rim. Jun. *conf. 204. n. 61.* & plur. *seq. vol. 2.* Rol. *conf. 51. n. 16. vol. 4.* & Burs. *conf. 64. n. 33. & seq.*

Fundamentum praedictae IV. ampliationis.

Fundatur autem praedicta ampliatio, optima quadam & naturali aequitate ac ratione, quod cum protector initio defensionem bona † fide promiserit, turpe sit, cum postea fidem fallere. *l. 1. ff. de constit. pecun. c. 1.* 135 *extr. de dolo. l. conventionum* & *ibi* communiter Dd. *ff. de pact.* cum aliis adductis per Plot. *de in litem jurand. §. 39. n. 1. & seqq.* & multo peius etiam sub data publica fide, quem deceptum remanere. *l. 1. C. de his qui ven. atat. impetr.* Dec & Cagnol. *in l. ea est natura ff. de reg.* 136 *jur.* Vt enim in omnibus aliis † actionibus detestabilis est usus fraudis, ea tamen fraus, quae in contracta Advocatia fit, summe ignominiosa, atque apud veteres, Romanas clientelas (ut *in cap. V.* deductum) plane exosa fuit, ad trad. Machiau. *disp de Republ lib. 3. c.* 137 *40.* A pactis enim omnis † calumnia & malitiosa interpretatio, etiamsi aliqua Juris civilis nitatur subtilitate 138 abesse debet: unde merito culpantur Romani † quod Carthaginensium salvam fore pacti civitatem, Urbem tamen eorum evertere non veriti fuerint. Credibile enim est, de illa inter urbem & civitatem differentia 139 (dum apud Romanos Vrbs † aedificia; civitas incolas respiciebat) Cic. *in fragm. de Republ* & ex Non. Marcell. M. Stephan. *de Jurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 10.* Cartha-140 ginenses non cogitasse. Est enim fides fundamentum justitiae, ideoque ubi fides non servatur, ibi justitia deficit, ut per Nicol. Moron. qui plura similia in idem congerit, *in tract. de fid. treug. & pace q. 16. 17. & 102.* & qui protectioni Principis alicujus confidit, decipi non 141 non debet. Decius *conf 51. n. 2.* quia nihil magis † Principi convenit, quam recta fides, *epist. inter claras C. de summa Trinit. & fide Cath.* Marl. *conf. 166.* Boss. *in tit.* 142 *de princip. n. 9.* & Principis † verbum debet esse firmissimum, Innocent. *in cap. ad apostolica de sentent. & re* 143 *jud. in 6.* Chass. *conf 64. n. 24* debetque Princeps † unum calamum & unam linguam habere, cum scriptum sit, *quae processerunt de labiis meis, non faciam irrita.* 144 Ideo Salva Guardia † ab eo concessa, debet esse immobilis sicut lapis angularis & polus in coelo, ut bene haec omnia & alia similia considerat Bertaz. *conf. 359. n. 14. & 15. vol. 2.* ex Boss. *in tit. de princ. n. 9. 19. & seq.* Burs. *conf. 177. n. 39. lib 2.* Dec. *conf. 18. n. 108 110. & seq. lib. 1.* & latius Lud. Peguer *decis. crimin. 59. n. 2.* sicut & Petr. Premus *tractatulo suo de securitatis promissionibus*, eleganter multa de hoc per cumulum congessit.

Extensio ampliationis ejusdem.

145 Ampliatur autem haec ipsa extensio, ut licet banniti Imperii alias impune † offendi possint, per text. *Constit. Imperial. de pace publ. sub rubr.* die Peen der Friedbrecher / protectores tamen, clientes etiam bannitos offendere non debeant, ut in simili tradunt Feudistae 146 de Domino † Bannito non offendendo per vasallum per text. *in c. 1. in fin. de vasall. qui contra constit. Lo-* 147 *thar.* ubi per refutationem vasallus † liberatur sacramento fidelitatis & obligatione servitiorum, nihilominus tenetur abstinere offensione Domini, quod cum 148 sit inhibitum † alias Jure communi textus ille potissimum procedit, quoties, ut in proposito, dominus impune offendi potest, alioqui dispositio illa Juris feudorum ferme nihil ultra Juris communis dispositionem operaretur, sed quod ante Jure communi extra operaretur, sed quod antea Jure communi extra omnem dubitationem erat, frustratorie decideret, cum tamen 149 dispositio † statutaria debeat esse de dubitabili, *l. ancilla C. de furt. l. quod Labeo ff. de Carbon. edict.* & sic 150 intelligenda, ut aliquid operetur † ultra Jus commune. Bart. *in l. 4. §. praetor ait n. 15. ff. de damni. infect. & in l. 2. n. 3. ff. de usurp. & usucap.* Cravett. *conf. 201. nu. 13.* Muscorn. *de Jurisd. n. 92.*

Declaratio praemissae extensionis.

151 Supradicta tamen principalis extensio declaratur procedere, dummodo clientes nullam † Patronis offensionis causam dederint. Nam promissio omnis defendendo ita † intelligenda est, quatenus offensionis causam non praebuerit is, qui defendi debet, tradente 152 in individuo Bart. *in l. quaero. §. inter locatorem n. 1. ff. locat.* ubi qui promisit non † molestare, non obliga-153 tur, si adversarius causam praebuit. Idem dicit *in l. quidam cum filium. ff. de verb. obligat.* Menoch. qui plures allegat. *tract. praesumpt. lib. 3. praesumpt. 38. n. 4.* Jas. *ad l. qui servum n. 2. ff. de verb. obligat.* Roman. *conf. 258. n. 5. incip. in casu. proposito*, ubi dicit promissionem 154 † de non offendendo, habere tacitum intellectum, nova offensione non superveniente, per allegata *ibid.* Bart. *in l. aut facta §. causa. n 1. ff. de poen.* Alexan. *in l. qui insulam n. 5. ff. eod tit.* ubi dicunt, illud perpetuo 155 menti tenendum, & quod in dubio † praesumatur offensio facta ex nova causa, idque tanquam aureum nunquam oblivioni tradendum Alexand. *conf. 115. n. 7. vol. 4. incip. viso processu causa.* Idem *in l. semel mora, n. 13. ff. solut. matrim.* Roman. *conf. 183. n. 1. incipit. in casu proposito dicendum.* ad quem recurre. Hippol. *singul. 503. incip. ex pace.* Bald. *in c. 1. n. 2. de pace tenend.*

Ratio declarationis allata.

156 Ratio, quia promissio † intelligitur facta cum clausula rebus sic stantibus & non alias *l. cum quis ff. de solut* & non servanti fidem non est servanda fides gloss. & Dd. *in l. cum proponas la. 2. C. de pact. l. fi. convenerit. § fin. ff. pro socio.* text. *in cap. pervenit. de jurejur.* gloss. *ibid. in verb. paruisse* Gail. *de pac. publ. cap 9. n. 2.* 157 *lib. 1.* quemadmodum ex nova causa contraveniens † transactioni vel sententiae non dicitur contravenire transactioni vel sententiae, textus. *in l. si de certa. C. de transaction. & in l. cum quaeritur. ff de except. rei judic.* Bart. *in d. §. causa.*

158 Sic neque securitas, & salvus conductus prodest ei, † qui concedentem offendit, vel offensionis causam praebet, habet enim in se tacitam illam conditionem, nisi assecuratus concedentem offenderit, aut offensionis ansam dederit. *l. quaero. §. inter locatorem. ff. locati. l. quid ergo. §. si haeres. ff. de leg. 1.* tradidit & Magolet. *in pract. salv. conduct p. 2 col. 4. vers. sed hoc limitatur.* Menoch. *conf. 244. n. 31. & 38. vol. 3.* Farinat. *prax. crimin. lib. 1. tit. 4. q. 29. n. 60.*

159 Sic & promissio † indemnitatis pro quacunque lite movenda non extenditur ad eam, quam moveri contingit culpa partis, ut per plures rationes concludit Soc. *conf. 70. per tot. vol. 3.* ubi inter alia adducit id, quod voluit Bart. *in l. quidam cum filium ff. de verb. obligat.* ubi di-160 cit, quod si aliquis mihi promisit † defendere castrum, non tenebitur, si bellum inferatur, vel exercitus paretur mea culpa Et dicit Bald. *in l. si mandavero tibi §. qui* 161 *eod. ff. mand.* quod si communitas † promisit officiali indemnitatem, pro his, quae faceret in officio, non tenetur eam praestare pro his, quae injuste fecit, si in Syndicatu molestetur. Dicit quoque Alb. *in l. quod quis* 162 *ex culpa ff. de reg. jur.* quod fidejussor † non repetit à suo principali usuras, quas sua culpa persolvit, ut quia essent indebitae, sequitur Cagnol. *ibid num. 3. ulterius*, quamvis damnum contingens compensetur cum lucro, nec imputetur gestori vel administratori, tamen si 163 ipsius administrationis † culpa eveniat, non fit compensatio, *l. de illo §. fin. & l. & ideo ff. pro socio* gloss. *in l. si negotio vers. lucru. ff. de neg. gest.* ubi Bart. Bald. Ang. & Castr. Bart. *in l. si quis negotia in fin. ff eod.* 164 *tit.* & suscipiens in se casum † fortuitum, non censetur suscipere eum, qui provenit ex facto contrahentis,

 secun-

secundum Anchar. *conf. 414. n. 2.* Bald. *in l. falsas. nu. 13. C. de furt.* allegat. *l. fistulas §. frumento. ff. de contrah. empt.* Alex. *in conf. 84. n. 3 vol 6.* Aret. *conf 110. col. fin.* Jas. *in l. 1 n. 6. vers confirmatur. C. de instit & subst.* Corn. *conf. 128 vol. 2. vers. quia quando.* Dec. *conf. 70. n. 3 vers. secunda ratio* Bellon. *conf. 21. n. 12.* Cravet. *conf. 95. n 8. conf. 119. n. 11.* Menoch. *conf. 27. n. 52. & conf. 55. n. 13.* sicut econverso, qui convenit, 165 ne teneatur de casu fortuito, tenetur † nihilominus, quando culpa sua præcessit casum *l. si ut certo, §. sed interdum. & l. in rebus. §. primo ff. commod.* Rom. *in l. sed etsi quis §. quæsitum. in fin.* ubi Jas. *n. 40. ff. si quis caution.* Cravett. *in conf. 64. n. 5.* Addo Rip. *de privileg. contr. conf. pall. n. 41.* Salycet. *in l. quod te n. 58 ff. si si cert. pet.* & est text. *in l. qui insulam. §. fin.* ubi Castiens. *in summam ff. locat.* & possunt infinita exempla adduci, quæ brevitatis causa omitto.

166 Quinto extenditur dogma nostrum, ut *protectores res † in fidem susceptas tam præsentes, quam futuras, quatenus auctæ fuerint, tueri debeant*, quia in † generali obligatione tam præsentia, quam futura continentur. *l. fin. C. quæ res pign. oblig.*

Ampliatio V. Utrum advocati tutelares res tam præsentes, quam futuras defendere teneantur.

Ratio extensionis inde manifesta est, quod res futuræ auctæ & post initam Advocatiam quæsitæ † se habeant, ad prius existentes tanquam accessorium ad principale; Juris autem vulgatissimi est Accessorium † regulari debere secundum principale *cap. 42. de reg. jur. in 6.* Menoch. *3 Præsumpt. 99* Everh. Senior. *conf. 98. n. 4.* Oldr. *conf. 21. incip. ad primam. n. 15. & seq.* Knich. *de vest. pall. 3. n. 92.* Et augmentum † naturam ejus cui adjicitur assumit ac redolet argum. *l. 36 §. 2. de pall. dotal. l. 8. pr. l. 24. §. 1. de legat. 1. l. 8. de Jure cot. l. 16. pr. l. 29. § 1. ff. de pign. & hyp.* Brun. *tract. de augment. concl. princip 5. & 9.* Nellus *de Bannit. p. 1. temp. 2. qu. 56.* Idque tum maxime, si accessorium ejusdem cum principali sit naturæ, cum quæ sic connexa sunt, ut separari non possint, eadem gaudeant fortuna *l. 15. §. 2. de statu lib.*

167 *Decisio Affirmativa. Ratio Ampliationis I.*

168 169 170

Præterea ampliationis assignatæ veritas inde etiam astruitur, quod sicut concessa immunitas † ad bona etiam postmodum quæsita porrigitur arg. *l. 65. ff. de legat. 2.* Fab. de Ann. *conf. 61. n. 18. & 23.* Franc. Marc *decis 425. n. 8. lib. 2.* Natt. *conf. 66 nu. 13 & conf. 160. n. 25.* Rol. à Vall. *conf. 1. n. 170. vol. 2.* Alexand. *conf. 178. n. 17. vol. 3.* Brun. *conf. 94. n 103.* Et in † concessione Principum etiam adjacentia & pertinentia comprehenduntur arg. *l. 1. C. de bon. vacant.* Tap. *in l. fin p. 1. cap. 2. de const. princ.* Ita etiam non sine ratione auctis † clientum bonis, protectionem ad augmenta extendendam esse dicendum est, Schurff. *conf. 34. n. 11. cent. 2.*

Ratio II. 171 172 173

Ratio III. Ampliationis denique assertio exemplo tutorum roboratur. Nam & illi non solum rebus † præsentibus, sed etiam futuris dantur, si quod augmentum Pupilli patrimonio accesserit *l. quoties §. per contrarium ff. de administrat. tutel.* Paul Montan. *tr. de tutel. c. 7. n. 8.*

174

175 Ut plurimum tamen in literis † Advocatitiis, bona tam præsentia, quam futura defendenda expresse inferuntur, quod præter alia innumera, dilucide patet ex diplomate Caroli IV. in literis confirmatoriis privilegiorum celeberrimi Monasterii Cæsariensis inserto, ubi id ipsum Monasterium cum omnibus bonis ac possessionibus tam † præsentibus, quam futuris in sacri Romani Imperii & Imperatoriam protectionem susceptum fuisse legitur, his e verbis:

176

Wir Carl von Gottes Gnaden Römischer Keyser/ ꝛc. Und wann die Geistlichen der Abt und das Convent deß Klosters zu Kayßheim Unser Liebe andächtige Uns gebetten haben/ ꝛc. quæ sequuntur, ibi und nemen sie mit ihrem Kloster/ und allen ihren Gütern/ Leuten/ Rechten/ Freyheiten und Gnaden in Unsern/ und deß Heiligen Reichs Schirm/ nicht allein mit den Gütern/ die sie jetzt redlichen haben/ und besitzen/ Sondern auch mit allem dem/ das sie mit rechten Sachen fürbaß mehr gewinnen und behalten / in solcher bescheidenheit / daß Wir sie / ihr Kloster / Leute unnd Güter/ die sie haben/ und fürbaß gewinnen/ niemands zu Vogthey oder zu Vogtrechten empfahen / noch versetzen wöllen / und daß kein weltlich Person sie an ihren Leiben oder Leuten / oder Gütern betrüben soll / in keinerley Trangsal/ Schatzung oder Stewr anfordern / noch von ihnen nehmen in kein weiß.

177 Circa Sextam extensionem Regulæ prælibatæ, quæritur: *An † protectores assumpti non solum ad clientum ipsorum principalium, hoc est magistratus, sed etiam eorundem Civium, ac subditorum collective sumptorum, tam initio electa Advocatia existentium, quam futurorum, defensionem astringantur.* Hoc est, An protectio Civitatis in clientelam assumptæ se etiam ad Cives futuros extendat.

Protectio Civitatis in clientelam recepta an sese etiam ad Cives futuros extendat.

178 Hanc ad quæstionem, remotis † ambagibus affirmative respondendum esse, facile quivis intelliget, si perpenderit, nomen subditorum ac civium † collectivum esse, plures personas & corpora, Brun. *in l. fin. §. 1. in fin. de leg. 2. & in l 7. n. 4. de aur. & arg. leg.* & ob id etiam futuros cives continens: ubi enim per verba universalia † & collectiva concessio facta est, futuræ quoque accessiones & augmenta veniunt, *l. 61 pr. de leg. 2. l. 21. de leg. 1. l. 13. pr. de pign.* Universale enim † sui natura incrementum, & diminutionem recipit, nec tamen semper idem esse desinit, atque ita in casu nostro eadem semper civitas, idemque intelligitur populus, *l. 76 de jud. l. 7. §. 2. ff quod cujusq; univ. nom.* prout in terminis respondet Natt. *conf. 160. n. 26.* quem refert & sequitur Laderch. *conf. 121. n. 4.* Idem Natt. *conf. 340. ad subvertendum n. 12. & per tot.* ubi in casu immunitatis civibus concessæ loquitur, & Menoch. *conf. 97. Habet hæc consultatio n. 142.* consulendo tenuit, quod pax † pro se & subditis facta futuros etiam comprehendat: Unde si protectio collective & indefinite civitati † alicui & civibus promissa sit, universalis illa promissio, reclamante præsertim initi cum universalitate (quæ & in decrementum recipit) contractus natura, restringenda non est, Decian. *conf 39 n. 47. vol. 2.*

Ratio decidendi I. 179 180 181 182 183

Deinde roboratur eadem hæc limitatio quod in pace † principum etiam socii futuri continentur, & in mutuo † de non receptandis rebellibus inter duas civitates inito fœdere, illi etiam, qui in posterum rebellant, continentur, Laderch. *conf. 20. n. 10.*

184 *Ratio dubitandi II.* 185 186

Veruntamen dubitari hic potest, † *An etiam eo casu, quando quis communitatem vel civitatem aliquam in protectionem accepit, & eadem postea alios pagos & subditos Imperio suo adjungit, protectio sese etiam ad eosdem extendat?*

Civitate in protectionem recepta, si eadem postea alios Pagos & subditos imperio suo adjungat an & illi sub pacto illo clientela continuantur.

Hac in quæstione primo † intuitu à parte negantium, standum esse apparet. Nam primo, si protector de † novo acquisitos civitatis in clientelam receptæ, pagos ac subditos ulterius etiam præter civitatem defendere teneretur, propter magnam illam clientum auctionem, in protegendo haud parum oneraretur, quod absque recompensatione fieri non debere videtur, arg. *cap odia. de reg jur. in 6.* & quæ *ibid.* Canonistæ tradunt.

187 *Negativam. Ratio I dubitandi pro Negativa.*

188 Deinde pro negativa parte urgere videtur, quod ubi Actus successivus † enormem incipit continere læsionem concessio revocanda sit arg. *c. 8. & 9. & decim & c. 16. de censib.* Jas. *in l. 2 q. 22. de flum.* Dec. *conf. 335. n. 2.* Cravet. *conf. 439. n. 7.*

189 *Ratio dubitandi II.*

Verum

190 *Decisio Affirmativa.* Verum his non obstantibus, contraria affirmativa sententia magis nobis arridet, sequentes ob rationes.

Ratio decidendi I. Primum enim constat, & nos idipsum quæsito in casu præsupponimus, quod constitutus Advocatus, tam præsentes quam futuros clientum subditos, in pro-191 tectionem susceperit, unde expeditissimum est indefinite factam † protectionis promissionem, ex nova subditorum accessione, coarctari non posse, exemplo antiquarum, apud Romanos quondam vigentium clientelarum, ubi Patronis, quo plures habebant clientes, eo id majori honori fuit, uti *supra in cap. V. n. 35.* ostendimus.

Ratio decidendi II. Deinde si protector civitatis alicujus in tutelam suam receptæ, noviter acquisitos subditos, sub eadem contineri voluisset, literis protectionis id clare expri-192 mi curasset; quod ubi non fecit, sibi imputet, quod legem † apertius contractui haud dixerit, & hinc contra se fiat interpretatio, *l. 39. de pact.* Cravett. *cons. 826. verba. nu. 11.*

Rationes decidendi alia remissiva. Præterea conferunt etiam, ad hanc affirmativam decisionem, rationes pro supra dicta sexta ampliatione adductæ, quibus eadem, ut per se patet, adeo fulcita esse videtur, ut plures afferre superfluum sit.

Solutio contrariorum. Nec eandem præmissæ dubitandi rationes infringunt.

193 *Resp. ad I. dubitandi rationem.* Non enim obstat primo loco, protectoris † ex augmento clientum prætensa oneratio; Hæc enim prætensio, ea de causa in considerationem trahenda non est, quia in casu converso quando subditorum † nume-194 rus minuitur, non cessat Advocatiæ contractus, nec annuum Advocato debitum honorarium inde decrescit, aut minuitur, sed honor potius ob auctos clien-195 tes accrescit, ideoque nec illo casu, Jus tuitionis tollitur. Quando enim tam lucrum quam damnum contingere potest, nulla subesse credatur læsio, adeo ut ne quidem minori in integrum restitutione tali subveniatur casu, argumen. *l. 11. C. de transact.* Odd. *de restit. in* 196 *integr. part. 1. quæst. 4. art. 6.*

Resp. ad II. dubitandi rationem. Alia Solutio. Nec obstat etiam altera dubitandi ratio, quod in actu successivo enormem læsionem continente, pactiones revocentur. Quia negatur Advocato ex multiplicatione subditorum emergere enormem læsionem.

Ad hæc dicta objectio tunc solum ubi in terminis meri versamur privilegii, pro incidentium circumstantiarum ratione hæc concedi possunt, attamen ad casum protectionis, utpote ex contractu, & quidem oneroso ut plurimum profluentem, accommodari nequeunt Abb. *in d. cap. 9. de decim. & in c. 11. de descript.* Jas. *d. loc.* Natt. *cons. 397. num. 13.* Roland. à Valle *cons. 13. num. 69. lib. 3.* & eleganter Menoch. *cons. 156. multis certe n. 34.*

Limitatio decisionis. Limitari tamen prædicta potest decisio, ut locum 197 non habeat, si civitas in protectione alicujus existens integram † forte ditionem, ein gantze Herrschafft suo adjungat Imperio, quæ non ut appendix Civitatis, sed quasi per se principalis existens dominatus habetur, nec civitati adunatur, argumento eorum, quæ tradunt DD. in terminis bonorum, an ut appendices vel res æque principales Franc. de Claper. *cent causar. Fiscal. 1. quæst. 1.* Cantiunc. *cons. 4. n. 34.* vel an per se vel per accidens sub unius principis territorium venerint. Peck. 198 *in cap. 80. de R. I. in 6.* Cravet. *de antiq. temp. p. 4. cap. 1. num. 11.* Sic enim territoria ad idem nomen † regimen & superioritatem consentur atque ita plane confunduntur, tunc extinctum non attenditur, sed in principalis sui commigrat leges, arg. *l. 20. §. 7. de instr. & instr. leg. cap. 2.* Novel. 8. Chopp. *1. de doman. tit. 6. n. 12.* Cravet. *cons. 434. per tot.* Meichsn. *decis. 9. n. 14. lib. 1. tom. 2.* sin autem ex natura rerum vel pacto non aliter, quam prioribus Juribus salvis fiat coadunatio, unius provinciæ Jurisdictio ad locum noviter adjectum non prorogatur Brun. *tract. de augment. conclus. 5. num. 8. & concl. 17.* elegantissime Dn. Cothm. *cons. 84. num. 51. vol. 1.*

199 *Illatio I. ex præmissa decisione.* Cæterum ex prædictis infertur Advocatum alicujus civitatis multo minus ex eo oneratum † censeri, si proceres civitatis illius novos cives vel incolas aliunde venientes in civitatem recipiant.

Cum enim hæc cives pro libitu recipiendi potestas favorabilis sit, cum reipublicæ † intersit hominibus im-200 pleri civitatem *l. 1. sol. matr.* Collegium † ampliari pu-201 tetur favorabile *l. 3. paragr. 2. de decur.* Menoch. *consil. 95. respondendum n. 28.* † & populi frequentia civita-202 tem augeri præcipuum ejus sit ornamentum, in quo decuriones laborare debere, bene docuit Lancel. *tract. suo qui inscribitur, Decurio. n. 59.* Hoc igitur suo Jure utens civitas † urgente maxime necessitate, & diminuto 203 per naturæ cursum civium numero si civitas aliqua utatur, protectori non facit injuriam, *l. 55. d. R. I.* etiamsi in ipsius vergat detrimentum modo nocendi absit animus, arg. *l. 1. §. 12. l. 2. §. 9. & l. 21. de aq. & aq. pluv. arc.* in dubio autem quod quis Jure † permittente facit eo u-204 tilitatem suam principaliter quærere, nec ad æmulationem alterius facere censetur Boer. *decis. 930. n. 8.* Men. *arb. judic. quæst. lib. 2. cas. 136. n. 8.* Mascard. *de probat. concl. 620. n. 1. & 2.* Gail. *2. obs. 69. n. 30.* Unde & æmulationem allegandi probatio incumbit.

Quod autem civitates † maxime Imperiales (utpo-205 te quæ in ihrem Bann vnd Zwang den Landsfürsten gleich geachtet werden. M. Steph. *de Jurisd. lib. 2. p. 20. c. n. 55. & seqq.* ut alii locorum domini Joan. Philip. *resp. 40. n. 4. & 36.* novos cives recipere possint, inficias nemo ierit, cum id non sit de reservatis Principis, 206 sed ex privilegio etiam civitati competat Lancel. *in templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. rubr. civilitatem concedat, n. 3. p. 411.* licet in Causa Grumbach contra Flersheim 4. mandati sine clausula, quod an. 1601. 21. Mart. impetratum, hoc disputatum sit.

Illatio II. Secundo ex prædictis infertur, quod civibus † in protectionem receptis, Pfalburgeri (quos ex Marq. Frehero Gold. *Constit. Impp. tom. 1. in rational. fol. 82.* falsos cives nominat, quibus de plura in *cap. XVI. sub n. 127.*) in clientum numero non comprehendantur. Nam, ut *allegato loco* memoravimus, protectio ad ejusmodi Pfalburgeros (dummodo nostris temporibus alicubi illorum vestigia adhuc existent) non se extendit, eo quod diversis Impp. constitutionibus eorundem receptatio prohibita fuerit, quamvis non me fugiat in Civitate Rotenburgo-Tuberana Pfalburgeros sub protectione Consulum & Senatus, instar civium haberi.

207 *Illatio III. Civium recipiendorum potestas an se etiam ad Judæos extendat. Negativa.* An autem *recipiendorum* † *civium potestas se etiam ad Judæos extendat* dubitare quis posset, per multas rationes in cap. VIII. latissime deductas, potissimum vero ea de causa, quod Judæi sint personæ odiosæ *cap. 16. de Judæis*, ad quas favorabilis non trahitur dispositio Lancel. *de attent. c. 12. limit. 11. p. 2.*

Secundo etiam quod in immunitatibus † non con-208 tineantur statutis secundum Cravet. *cons. 458. Duo Vi-* 209 *denda n. 14.* 210

Decisio Affirmativa. Verum his non obstantibus, Affirmativam hac in re sequendam esse concludimus, eo quod primo major præstantissimorum ICt. pars, sub generali † sermone e-211 tiam in favorabilibus Judæos comprehendi asserat, Bl. *in* 212 *l. 15. §. 6. de excus.* Natt. *cons. 920. circa id n. 8. 21. & seq.*

Ratio decidendi I. Ratio decidendi II. Deinde etiam quod statuta † loci Judæum ibi commorantem comprehendant, ut per multas pro more suo corroborat auctoritates Tiraq. *de jur. primog. q. 66. n. 9.* 213 Gig. *de crim. læs. maj. lt. 1. q. 33. n. 16.* ubi post Bl. & Barb. immu-

213 immunitatem † incolis alicujus loci concessam Judæos etiam comprehendere dicit, quod & Alexand, *cons. 74. n. 6. vol. 5. ibique* Molin. *in Apostil. lit. C. & cons. 99. n.*
214 *7. vol. 6.* probat. Et hinc securitatem ac † salvum conductum alicui pro se & sociis concessum, quoad socios Judæos quoque servandum esse adserit Tiraq. *d. loc. n. 14.* Gig. *cit. loc. n. 14.* & etiam *lib. 1. pract. crim. q. 27. n. 47.* quos omnes refert & sequitur D. Hepingk. *disput. de Jure protect. concl. 37. lib. C.*

215 Septimo ampliatur regula, *ut Advocatorum protectio se extendat non solum ad † bona sub Jurisdictione clientum, sed etiam in alieno territorio sita.* Ita in terminis consultus respondit Lud. Fachsius *inter consil. Illustr. & celeb. Jurisconsultorum. & Academ. in 4. impress. lib. 2. cons. 55. incip.* Durchleuchtiger. *n. 6.* ubi ad quæstionem Ob sich ein Schutz auff die Güter so ein Bischoff / Prälat/Stifft oder Kloster in einem andern Fürstenthumb ligen hat erstrecke / affirmative decidit Nach dem der Churfürst von Brandenburg deß Bischoffs vnnd Stiffts zu Lebus Land und Schutzherr sey / so erstrecke sich seiner Churfürstl. Gnaden Schutz auff alle die Güter/die dem Stifft zustendig / ob sie schon ausserhalb seiner Churfürstl Gn. Fürstenthumben gelegen/doch solcher gestalt/ daß sein Churfürstl. Gn. deß Bischoffs von Lebus Rath Hülff vnd Beystand leisten möchte / so jemand ihnen dieselben Güter entziehen / oder ein newe Beschwerung/die vormahls nicht gewest/ darauff setzen oder dringen wolte/ubi *n. 8.* eleganter id probat, arguendo à tutela pupillorum & cura minorum, ad clientelam, sub-

Ampliatio VII. Protector an bona clientum etiam extra territorium suum sita, tueri obligatus sit. Decisio Affirmativa. Confirmatur autoritatibus.

216 jungens, datum tutorem à Judice † domicilii videri generaliter datum esse, non tantum in rebus illius territorii, sed etiam ad res in alieno territorio constitutas, ideoque tutorem, si velit, posse administrare etiam res in alio territorio sitas *l. propter litem. § licet ff. de excusat. tutor. l. unic. C. ubi pe.. tut. vel curat.* ubi tutor simpliciter datus (qui ab eo Judice in cujus territorio pupillus domicilium habet, principaliter quidem personæ *§. instit. de tutel. §. 4. Qui testam. tut. dar. poss. l. 14. de testam. tutor.* in consequentiam vero etiam rebus constituitur *§. 17. instit. de excus. tut. vel curat. l. 9. §. 8. l. 12. §. 8. de admin. & peric. tut. l. 15. de testam. tut. l. 21. § 2. de excusat.*) non tantum in rebus illius territorii, ubi constitutus est, sed etiam ad res in alio territorio sitas datus intelligitur arg. *d. l. 21. §. 2. & l. 10. § 4. l. 30. §. 1. ff. eod.* Bart. *in l. 5. q. 3. de legit. tut.* Dec. *cons. 207. n. 5. incip. Pulchrum est dubium,* ubi decidit dispositionem
217 principaliter personam † respicientem, effectum suum in consequentiam, ad bona sita extra territorium porrigere, per text. *in l. fi. fidei commissum §. tr. ff. de jud.*

Ad hoc ipsum etiam est bonus textus *in l. Jurisperit. §. cum oriundos ff. eod. tit.* & videatur pro hoc Bart. *in l. legitimos. in 3. q. ff. de leg. tutor.* ubi concludit, quod per decretum administrationis tutelæ à Judice domicilii interpositum possit tutor ubiq; administrare etiam extra territorium Judicis, qui tutorem dedit, & decrevit, quem refert & sequitur And. Gail. *2. observ. 123.*
218 *n. 6.* ubi affirmat, administrationem † tutoris porrigi etiam ad bona sita extra territorium ejus, qui tutorem dedit. Et sequitur idipsum Alexand. de Imola *in l. extra territorium. ad fin. ff. de Jurisd. omn. Judic.* Et quod tu-
219 tor † datus in domicilii loco, possit ubique administrare si velit, probat, Salicet. *in l. unic. C. ubi petant tutor. in secunda appositione* Alex. *cons. 128. n. 3. 4. lib. 1. per d. l. propter litem paragraph. licet & l. magis puto §. illud. Digest. de rebus eor. qui sub tutel.* licet contrarium velit gl. *in l. non solum §. qui testamento ff. de excus. tutor.* quam *ibi* reprobant Dynus Muxellan. Præceptor Cyni. Jac. Aret. Cancel. olim Franciæ & Cynus *in l. non locum C. qui petant tutor.* Sequitur Tiraq. *de Jure primogen. q. 46. n. 20. 26.* ubi plures allegat idem tenentes, & ita respondit Castrens. *cons. 413. n. 1. ver. 1. in fin.* optime Jo. Fab. subtilissimus & consummatissimus Juris Doctor *de Atilian. tut. n. 3.*

220 Ratio prædictorum est, quia sententia dirigitur principaliter † in personam, in cujus consequentiam etiam veniunt bona alterius territorii, *l. fidei commissum. §. tractatum. Digest. de Judic.* cum † tutor principaliter de-
221 tur personæ, non rei, *l. quia persona. ff. de testam. tutel. §. certe inst. eod. tit* & quod habetur *in l. in copulandis C. de nupt.* Rom. *cons. 39. col. 2.* allegans ad hoc text. *in l. ma-*
222 *gis puto. §. illud. quæro. ff. de reb. eor.* ubi decretum † Judicis principaliter præstantis authoritatem pupillo distrahendi, trahitur etiam ad bona alterius territorii, quæ in consequentiam veniunt ad ipsius personam. Alex. Masc. *de general. statut. interp. concl. 6. n. 126. & 127.*

Ratio prædicta decisionis.

Octava Advocatis incumbentis defensionis assignata regula dilatatur, ut *præter personas ac res Patroni*
223 *etiam teneantur leges † ac statuta locorum, ubi degunt*
224 *clientes, sarta tectaque conservare,* ita tamen, † ne in ferendis, aut abrogandis illis ullo modo se ingerant, aut quicquam Juris usurpent, sed ea mere ac pure, si opus sit, tueantur, innovationes per vim aliorum non admittant, sed clientes in antiquis † libertatibus, & privilegiis manuteneant ac defendant, die Schirmsverwanten bey ihrem alten herkommen/Freyheit / Recht vnd Gerechtigkeiten schützen und schirmen/vnd handhaben / & in eo, quo repererunt, eos statu conservent, & hanc quidem extensionem nominatim admittit Frid. Pruckm. *cons. 17. num. 142.* ubi tradit, oportere, ut unsquisque protector loci illius, cujus protectionem suscipit, non solum reliqua, verum etiam statuta, ordinationesque protegat, atq; defendat, per tradita Albert. Brun. *cons. 86. num. 4.*

Ampliatio VIII. An & quatenus patroni præter personas ac res, Leges etiam ac statuta locorum ubi degunt clientes, manutenere ac defendere teneantur. Affirmativa decisio cum annexo moderamine.

225 Nono ampliatur de præstanda † per Advocatos de-
226 fensione assignata regula, *ut protectores non modo per viam Juris seu sine armis, puta Legationibus Interventionibus & intercessionibus, sed etiam de facto armis & manu militari adversus vim inferendam clientes protegere ac defendere debeant* ut satis probat tex. *in l. 3. in fin. ff. de re militar.* gloss. *in rubr C. de domest. & protector. lib. 12.* & ex. l. §. *tulisse 35. & l. cum Dominus 19. ad SC. Silan.* docet Jac. Zinzius *in disput. de Jure protect. th. 17.* Coler. *cons. 53. n. 56.* Græv. *lib. 2. post conclus. 54. consid. nu. 4.* & ante hos tradit Bart. *in proœmio ff. §. omnem in princip.* argum. *l. desertorem 3. §. fin. de re mil. l. 3. ver. qui ex protectoribus C. de excus. mun.* gloss. *in rubr. C. de domest. & protector l. cum te Medicum verb. adjutricis. C. de profess. & M.* Dec. *in c. recepimus 8. de privileg. in fin. & in c. ad audientiam 34. de appell. n. 25. & in l. non videtur defendere n. 7. de reg. Jur.* Brun. *cons 86. n. 5.* Alex *cons. 13. col. 4. post. nu. 15. vol. 6.* And Barbat. *cons. 1. col. pen post. n. 15. vol. 4.* Tib. Decian. *respons. 112. n. 17. vol. 3.* Wesenb. *cons. 48. n. 50. part. 1.* Sim. Pistor. *cons. 19. n. 19.* Schurff. *cons. 23. ante & post n. 2. cent. 3.* Everhard. *in top. legal loc. à subiecta materia n. 7.* Frid. Mindan. *c. 14. lib. 2. nu. 29.* Georg.
228 Schonborn. *Politic. lib. 4. c. 6. ibi,* protector eos, quos in tutelam suam recepit, accepto annuo honorario contra aliorum injuriam etiam armata manu protegere & defendere tenetur.

Confirmatur autoritate.
227 *Ampliatio IX. Virum protectores verbis tantum aut per viam Juris vel potius manu armata ac militari clientes suos defendere teneantur. Decisio Affirmativa. Confirmatur autoritatibus.*
Ratio decisionis.

Nam protectores eo, quo se † ipsos vel suos tueri solent modo, clientes quoq; defendere tenentur, ut inquit D. Menoch. *cons. 99. n. 35. & 39.* Unde fit, ut plerumque Tabulis clientelaribus hæc verba inserta legantur, Darumb sollen wir sie/ ihre Leut vnd Gut schützen vnd schirmen/als vnser selbst Leut vnd Gut.

Sed seipsum ac subditos suos, cum opus est quilibet
229 Dominus, † vi armata tueri potest ac debet, *l. 1.* ubi DD. *C. unde vi. c. olim. 12.* ubi Panor. *n. 5. de restit. spoliat c. dilecto. de sent. excommun. in 6.* Mynl. *cons. 19. n. 1. &*

violen-

230 violenter † adempta, licet armis recuperare in continenti, *l. 3. §. cum igitur l. qui possess. ff. de vi & vi armat.*

231 Idque etiam extenditur † ad protectores Ecclesiasti-232 cos. Si enim clerici, contra pacem † publicam vi armata offendantur, dubium non est, quin vi armata resistere, suosq; clientes armis tueri possint, ad tradita per Guid. Pap. *decis. 583.* Barbat. *cons. 11. n. 32. & seq. vol. 2.* Petra *de jur. quæsit. per Princip. non toll.* qui rotunde scribunt, Ecclesiam, nisi contractus natura repugnet, sibi recom-233 mendatos † etiam armis teneri protegere: Communis 234 enim Regula, quod defensio sit non solum † Juris naturalis, sed etiam divini, omniaque Jura vim vi repellere permittant, juxta text. *in l. ut vim. ff. de justit. & jur. & in c. 1. si vero 2. de sentent. excomm.* tex. *in c. significasti 2. §. fin. de homicid.* ubi elegans gloss. *in verb. tutela* tex. *in l. 1. C. unde vi.* text. *in l. 1. § vim vi ff. de vi & vi arm. & in l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad leg. Aquil.* text. *in l. sed & parens §. 1. ff. de eo quod met. caus.* etiam in clericis locum habet.

235 Declaratur tamen prædicta nona ampliatio, *ut protectores priusquam ad † arma prosiliant, cuncta prius benevolentia tentare, & tanquam extremum arma existimare remedium debeant*, ex Consil. Machiau. *disput. de republ. lib. 2. cap. 21 in fin.* quemadmodum etiam Plutarch. *in Annal.* viros sapientes & bonos Rerumpub. gubernatores, gravissime monet, ut rebus in humanis magis finem quam initium spectent, & priusquam ad arma deveniant, consilio prius omnia experiantur.

Declaratio præcedentis IX. ampliationis. Quod protectoribus faciendum sit antequam pro clientibus arma sumant.

Hinc etiam non nisi ex magna † necessitate & justa de causa corripienda esse arma Dn. Augustinus ad Bonifa-236 cium scribens admonet, aiens *bellum esse necessitatis, ut* 237 *liberet Deus à necessitate & conservet in pace; Non enim pacem † quæri, ut bellum exerceatur, sed bellum geri ut pax acquiratur.* Et *paulo post. Hostem*, ait, *pugnantem necessitas deprimit, non voluntas, c. noli existimare 23. quæst. 1.* Idem Augustin. *de diversis Ecclesiæ observatio-*238 *nibus. Apud vos*, inquit, *Dei cultores etiam ipsa † bella pacata sunt, quæ non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coerceantur, & boni subleventur, c. apud. 23. quæst. 2.*

Et memorabilis est Martiani Cæsaris sententia, affir-239 mantis, donec in pace † vivere liceat, non decere Principem arma sumere, ac Principi esse induenda arma, ut patriam defendat, non ut aliena oppugnatum eat.

Quare si clientum res ac bona ab aliis injuste impetantur, iiq; via judiciali illa consequi possint, suadendum est clientibus, ut legitimis modis cum oppressoribus con-240 fligant, & competentibus actionibus experiantur, † non vi agant, non ipsi in propria causa sint judices, neque propriam vindictam in adversarium armis exerceant, ut præcipit constitutio Caroli V. *de pace publica edita An. 1548. tit. 4.* die Peen deß Friedbrechers & Ord. Cam. Imper. *part. 2. tit. 9. l. extat. ff. quod metus causa.*

Si tamen tentatis omnibus aliis remediis, nec via Ju-241 ris † nec ulla æquitatis ratione clientes quæ sua sunt, vel sibi debentur, consequi possunt, quia forte adversarius res injuste occupans atq; dimittere nolens, superiorem non recognoscit, vel Judex sive Magistratus ipsius, quantumvis officiose imploratus, justitiam non vult administrare, nec est superior, ad quem pro justitia obtinenda recurrere liceat, vel Judex sive Magistratus nequit eum cogere, ut officium faciat, & sententiæ pareat, tunc omnino protectores pro clientibus suis arma sumere eosq; manu militari defendere debent, per *supra allegata.*

242 Nam cum in pace haberi Jus † non potest, id bello atque armis quærendum est, ut recte in terminis Advocatiæ tutelaris statuit Pet. Frid. Mind. *de process. Cameral. lib. 2. c. 14. n. 21.* ad cujus intentionem facit etiam *l. si alius. §. bellissime, ibi*, quod non aliter, ubi præ cæteris Bart. *ff. quod vi aut clam.* gloss. notab. *in l. nullus ver. ultionem* ubi Dd. *C. de Judæis gloss. in cap. Jus gentium. distinct. 1.* Dec. & per eum allegati *in l. non est singulis. n. 2. ff. de regul. jur.*

Ratio est, quia bellum † pro defensione propria, vel 243 pro iis, quos aliquis defendere tenetur, susceptum, justum censetur, *cap. si vero. 1. §. nec ille. extr. de sent. excommun. l. 1. & 2. C. quand. liceat sine judic. se vind.* text. *in cap. Dominus noster. ver. sic gens & civitas. ibi.* vel reddere, quod per injurias ablatum est, *23. q. 2.* Didac. Covar. *in ca. peccatum. tit. de reg. jur. in 6. part. 2. Relect. §. 9. n. 3. vers. inter alias.* Bart. *in l. Christianis. 6. n. 2. & 3. C. de pagan.* Innoc. *in cap. quod super. n. 15. extr. de vot.* Nicol. Boer. *decis. 178. n. 7.*

Sed hic scrupulus moveri potest, *An † protectoribus* 244 *ad defensionem clientum suorum, inscio etiam Principe, arma sumere liceat.* Quamvis autem alias jus belli gerendi, † nemini, præterquam ei, qui † majestate prædi-245 tus est, competat, *l. lex duodecim tabular. paragraph. eod. ad l. Jul. majest tot. tit. ut armor. usus insc. Princip. Nov. 81. & 105. per cap. quid culpatur, 23. q. 1.*

Utrum protectoribus ad defensionem clientum absque concessione superioris arma sumere liceat. Negativa.

Et supremi Principis † auctoritatem, in bello suscipiendo, in superiorem recognoscentibus requiri diserte comprobat Keyserl. Landfried Anno 1548. zu Augspurg auffgerichtet/ rubrica von den Herrnlosen Knechten *princip. vers.* wo sie aber/ *ibid.* auß unserm Zugeben und Erlaubnuß/ itemque Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 9. & tit. 15. in verbis:* Auß der Keyserl Majest/ oder unserm 246 Zugeben und Erlaubnuß/ & Recessus Imperii de Anno 247 1555. §. Wo sich aber/ *& c. cum paragraph. seq.* Quod ipsum etiam docent ex Jurisconsultis post alios M. Ant. Peregrin. *de Jure fisci, lib. 1. tit. 1. n. 15.* Castald. *de Imperator. quæst. 110. num. 112.* Ferald. *de privileg. Reg. Gall. privil. 19.* Matth. de Affl. *ad cap. unic. quæ sint regalia verb. regalia. n. 101.* Obrecht. *disputat. feud. 11. de bellis princip. thes. 82. & seqq.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7.* Knichen. *de jur. territor. cap. 3. n. 352.* Sixtin. *de regalib. lib. 1. c. 2. n. 10. & c. 4. n. 29.* Bocer. *de Jure belli lib. 1. c. 4. & 5. & 17. & de regal. cap. 2. n. 141. & de crim. majest. c. 2. n. 48. & seqq.* Rennem. *disp. 6. Jurisprud. Justinian. thes. 25.* Niell. *disp. feud. ult. thes. 4.* Et ex politicis, Petr. Gregor. *lib. 6. de repub. c. 1. & lib. 11. c. 5.* Boter. *lib. 2. de guber. stat. c. 11.* Albert. Gentil. *lib. 1 de Jur. belli c. 3.* Clapmar. *lib. 1. de arcan. rerumpubl. cap. 20. & lib. 2. c. 6.* Erenb. *lib. 1. de fœder. cap. 1. n. 201. & cap. 2. n. 30. & 56.* Jun. *quæst. polit. 69.* Arnisæ. *lib. 1. Polit. cap. 13.* Kirchner. *in Rep. disputat. 2. thes. 5. lit. c. & disput. 21. thes. 1. lit. g.* Hænon. *disp. polit. 7. thes. 4.* Keckerman. *lib. 1. system. Polit. cap. 29.* Casman. *in Polit. cap. 35.* Imo majestatis † reus fit, qui injussu summi 248 Principis, & habentis ab eo potestatem bellum gerit, vel exercitum comparat. Peregrin. *d. tit. 1. num. 15.* Socin. Jun. *cons. 61. n. 61. lib. 3.* post Isern. Afflict. & Laudens. ab ipso *ibid.* allegatos.

Ratio dubitandi pro Negativa.

Atque hinc est, quod constitutione Pacis Publicæ *tit.* von Mandaten deß Cammergerichts wider Friedbrecher/ & Ordinat. Cameræ *part. 2. tit. 9. §.* und ob sich/ &c. contra eos, qui propria authoritate, & sine jussu ac licentia Imperatoris, ad offensionem alterius, delectum militum agunt, mandata † avocatoria sine 249 clausula decernantur, quibus sub pœna banni, aut amissionis omnium beneficiorum & privilegiorum non solum Ducibus belli, ut militem statim dimittant, sed & gregariis ac tumultuariis militibus, ne prece vel precio militent, serio mandatur, idq; in ipsa † Aula Imperato-250 ria plerunque ita fieri solet, ut mittatur Fæcialis, Herold/ & per eum mandata ducibus ac militibus insinuentur. And. Gail. *de pace publ. lib. 1. c. 4. n. 2.* Regner. Sixt. *de regalib. lib. 2. c. 4. n. 21.*

Et cum Camera Imperialis ipsam Cæsaream majestatem

statem & totum Imperium repræsentet, ab ea etiam ex prædicta constitutione & ordinatione ejusmodi mandata decerni solent, atq; ita decreta sunt in † causa Ducis Juliacens. contra Ducem Joannem Casimir. Palatinum, & in causa Marchionis Badensis, contra eundem Ducem Casimirum 19. Maij Anno 1588. in causa Comitissæ von Gleichen/ contra Episcopum Padebornensem. 29. August. Anno 1583. in causa der Münsterischen Regierung/ contra Ducem Saxoniæ Lawenbergensem 18. Septemb. Anno 1591. in causa Civitatis Brunswicensis, contra Ducem Brunswicensem diversis temporibus quorum mandatorum ex parte mentionem facit Author. *decis. & præjudicior. Camer. Imperial. in verb. mandata avocatoria.*

252 *Decisio affirmativa.* Verum prædictis non obstantibus, † ad prædictum dubium affirmative respondendum esse arbitror.

Ratio decidendi I. Bellum enim defensivum suscipere etiam privatis † licet, absque authoritate superioris vel principis *l. 1. & 2. C. quand. liceat unicuique sine judice, cap. si vero. §. 1. nec ille. de sent. excomm.* Damboud. *prax. crimin. cap. 82. n. 24.* Didac. Covar. *in repetit. cap. peccatum §. 9. n. 3. vers. quarta causa de reg. Jur. lib. 6.* Bart. *in l. hostes n. 9. ff. de captiv. & postlim. revers.* Jason. *in l. ex hoc Jure. ff. de just. & jur.* (253)

254 *Ratio decidendi II.* Deinde eadem decisio roboratur per illud, quod in simili deciditur in † socio, qui à consocio ædibus arcetur, quod ostium domus effringere, & armata manu in possessione se tueri possit, ut consuluit Castrens. *cons. 29. col. 2. lib. 2.* quem refert & sequitur Cravett. *cons. 4. n. 10.* Menoc. *recup. poss. remed. 9. n. 238. & 239.* & sic pro defensione personarum & rerum, bellum 255 movere licitum est, quia non tam † bellum, quam defensio est, Bart. *in d. l. hostes de captiv. & postlim. re-* 256 *vers.* & rem † ablatam convocatis amicis & auxiliaribus copiis in continenti armata manu recipere licet, gloss. *in cap. significasti in verb. tutela, de homicid.* & *ibi* Abbas *num. 6.* quod vulgo intelligunt oblata primum opportunitate, Bart. *in l. 3. §. cum igitur, ff. de vi & vi armat.* Parif. *consil. 24. vol. 1.* late Tiber. Decian. *respons. 23. num. 102 & seq. lib. 1.* Zas. *cons. 2. num. 14. vol. 1.* prout & constitutione Imperii sancitum ordinat. *part. 2. tit. 9. §. 2. in fin. ibi.* zu frischer that / oder wann er seine Freund vnd Helffer haben mag / & in illo superioris jussus non est exspectandus Henr. Rosenth. *synops. feud. cap. 8. conclus. 20. num. 12. lit. 8.* Socin. Jun. *consil. 68. num. 61. lib. 3.* Regner. Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 1. num. 19.* Eo quod ad defensionem ipsa Juris naturalis lex auctoritatem præstet, *d. l. ut vim. ff. de just. & jur.*

257 *Resp. ad dubitandi rationem.* Non obstant autem huic decisioni supra adducti apud dubitandi rationem Imperii † Recessus ac ordinationes, cum enim ubilibet verba illa: oder wissenden vnd betrangten redlichen ursachen: subjecta reperiantur, 258 satis manifeste colligitur, etiam sine permissu † Imperatoris, ex justæ defensionis causa bellum suscipi posse, ubi & illud observatione dignum est, justam, de qua 259 loquimur, causam † non solum sui, Amicorum, cognatorum, Affinium, ditionis & patriæ defensionem, *cap. si nulla 23. q. 8.* gloss. *in cap. un paragraph. vasalls nostri verb. non amittant, de pace Constant.* sed etiam iniqua nobis ablata restituere detrectantis invasionem, & generaliter pacis ac tranquillitatis publicæ conservationem, in se complecti argum. *l. 1. §. 12. de offic. Præf. urb.* Georg Everh. *cons. 17. num. 4. vol. 2.* Quæ omnia 260 nervose complexus est Liv. *lib. 9. cap. 1.* dum justum † 261 esse bellum ait ubi necessarium & pia † arma quibus non nisi in armis spes relinquitur.

262 *Si bellum defensivum per protectorem omnino instituendum sit an illud diffidatio seu Absagung præcedere debeat.* Sed hoc loco quæret † quispiam, cum res eo tandem devenit, ut nec verbis, nec herbis, ut in consimili dicebat Bald. hoc est, pacificis conditionibus hostis permoveri nequeat, sed lapidibus, hoc est, durissimo bello gaudeat, *an opus sit, ut prævia denunciatione, sive indictione, quam clarigationem & diffidationem die Absagung vocant, bellum istud suscipiatur?*

263 *Affirmativa.* Qua in re, si vetustatem respiciamus, olim apud Romanos per Feciales † bella indicta fuisse, ostendit Alex. ab Alex. *Genial. dier. lib. 1. cap. 26. in fin. & lib. 5. c. 3.* signo ex † arce monstrato, rebus raptis per clarigationem repetitis hastaque in fines hostium emissa Gell. *lib. 16. cap. 4.* Arnob. *adversus gentes. lib. 2.* Petr. Faber. *libr. 2. semestr cap. 2.* Farnesius *de simulachro Republic. lib. 3. c. 6.* quæ indictio, tanquam justissima, olim sancte servata Polyb. *lib. 13.* Lactant. *lib. 6. cap. 9.* Flor. *lib. 2. Histor.* Herodot. *in Polymnia* Oth. Casman. *Vit. polit. cap. 46.* ubi ex Cicerone *lib. 1. de offic.* edicit, quod secundum veteres, nullum justum bellum esse potuerit, nisi quod repetitis rebus gestum, aut denunciatum prius, atque indictum fuerit. Confirmatur id ipsum generatim auctoritate Henr. Boceri *lib. 1. de bello cap. 3. n. 10.* ubi indicat, bellum non esse justum, nisi ille, qui id alicui infert, prius ei indixerit & denunciaverit illud: si omissa illa denunciatione, quis bellum intenderit, non bellum, sed latrocinium & prædationem fore, *l. hostes hi sunt 118. ff. de verb. signif. & l. hostes. 24. ff. de capt. & postlim. revers. c. 1. & 2. in fin. 23. quæst. 2.* (*Ratio dubitandi pro affirmativa.* 264, 265 *Ritus clarigationis apud Romanos facta.* 266)

267 *Decisio Negativa.* Sed econtra, † hanc denunciationem non semper, sed tantum ubi causa belli vindicatoria, non etiam, ubi defensoria est, necessariam dicit Obrecht. *disput fœdal. 12. thes. 906.* & post eum Waremb. ab Erenberg. *lib. 1. de fœder. cap. 3. nu. 19.* Bart. Keckerman *system. polit. lib. 1. cap. 29. circa fin.* ubi dicit clarigationem 268 haud esse † necessariam in bello defensorio, in quo hostis primo nos lacessivit; tale enim bellum per jus naturæ, sine ulla indictione vel clarigatione geri posse Joan. Camman. *de regalib. disput 5. thes. 61.* Et secundum hanc distinctionem intelligendus est D. Bocer. & alii *ab eod.* allegati.

269 *Ampliatio X. Clientes ex parte tantum per Advocatum suum defensos esse non sufficiens.* Decimo insuper extenditur Principalis regula, *ut protector ad tuendum obligatus, non ex † parte tantum, sed perfecte & integre, quantum in se est, clientes defendat,* quia defendisse non † videtur, qui non defendit in totum ut cautum est *in l. si defensor. ff. de interrog. actionibus* quem textum expresse in hoc adducit Speculat. *in tit. de locato §. nunc aliqua. quæst. 29. sub n. 40.* Idem *in tit. de instrum. edit. §. 17. vers. sed si omnia.*

Negativa decisio. Et in partem duntaxat facta † defensio tanquam imperfecta non admittitur argum. *l. 130. de V. O. & l. 4. ex noxal. caus. agat.* unde ad totius obligatus territorii 270 † defensionem, in partem tueri volens suo non satis facit muneri, juxta gloss. *in l. 8. si pars hered. pet.* Bart. 271 *in l. 4. §. fin. & l. 85. de V. O.* Zasius *in l. 44. in fin. de re judic.* Sic & debito modo defendisse non censetur, 272 qui non usque ad extremum in defendendo perstitit *l. 2.* & *ibi* Dd. *ff. si quis in jus vocat. non ierit.* Imol. *consil. 187. numer. 6.* Nihil enim actum † esse cense- 273 tur, cum aliquid superest ad agendum, uti vulgo ex Lucano decantatur, quod & Imperator transsumpsit *in l. pen. ad fin.* & in gloss. cum concordat. *C. de his qui- bus ut indign.* (*Ratio decisionis I.*)

274 *Ratio decisionis II.* Defensio enim individua † est, & non potest pro parte præstari. Surd. *cons. 441 n. 31.* Peddroch. *in cons. singulari pro Francisc. Martinengo Comite Malphaga & c. reddito in fundam. 42.* Jacob. Henrichman. *in appendice cons. 1. n. 25.* Cravett. *cons. 919. n. 12.* Sim. Pistor. *cons. 19. n. 8.*

275 *Ratio decisionis III.* Sic etiam securitas quæsita non dicitur, † quæ non est perfecte quæsita: nec securus prædicari potest, qui habet securitatem imperfectam, sive directo sive per indirectum expugnabilem argum. *l. quotiens 6. ff. qui satisd.*

fatisd. coq. l. succurritur. 9. & l. in eadem 10. ubi gloss. *ff. ex quib. caus. mai. l. 2. ff. de lib. hom. exhib. l. 1. §. 4. Dig. de prater. stipul. cum simil.* Bald. *l. 1. in fin. Cod. si Adv. solut.* Angel. *in l. Papinianus 8. §. si quis mortis 6. Digest. de inoff. test.* Sfort. Oddus *de restit. integ. p. 1. q. 48. n. 76.* Ægid. Bellamer. *cons. 34. §. ad septimum.* Henrichm. *in d. append. cons. 2. n. 6. & 7.* late & eleganter Zasius. *inter var. cons. Germ. tom. 1. cons. 9. n. 26. & cons. 10. n. 11. & 12.*

Ampliatio XI. Advocatum teneatur ad defensionem etiamsi Jus Protectionis controversum aut de eo lis pendens sit.

Undecimæ ampliationis loco dubitatur, *An protector constitutus Clientes defendere teneatur, etiamsi Jus Clientelæ controversum, aut de eo lis pendens sit*, puta, si Civitas, collegium vel monasterium, annuæ pensionis seu honorarii exsolvendi pertæsum forte vel sibi ipsi, jam satis potens visum, ab onere subjectionis vel Clientelæ se liberare volens super revocatione, vel dissolutione patronatus, Advocatum in Jus vocaverit, vel è contra protector Jure Advocatiæ se abdicare volens, contra Clientes id concedere recusantes, Jure experiatur, an tum judicio pendente nihilominus eos defendere cogatur?

276

277 *Negativæ. Ratio dubitandi in partem Negativam.* Et sane initio dicendum videtur, † non teneri, nec posse defendere, eo quod actus † quilibet, lite pendente factus, dicatur attentatus & remedio attentatorum revocandus, ut patet ex *rubr. & toto Tit. & C. in Decretalib. & Sexto. in Clement. ut lite pendente nihil innov.* considerando maxime, quod illæ Rubricæ sint 278 conceptæ negative, ex quo secundum gloss. in *Rubr. Extra ut lite pend. vers.* & *adverte* colligitur, quod regulariter nihil debeat innovari lite pendente.

279 *Ratio II. ad dubitandi.* Deinde cautum quoque in Jure est, quod Tutor † suspectus allegatus, post litem contestatam non amplius administrare, aut tueri bona personamve pupilli permittatur, ut est decisio Afflict. *357. in causa num. 5.* ubi ita Perusiæ obtentum, adseverat, per dictum singulare Azonis *in summa. de suspect. tut.* idipsum quoque eleganter firmavit Ang. *in l. quod si forte. §. sunt quidam. ff. de solu.* Aret. *in §. si quis autem, instit. de suspect. tut.* Joan. de Imol. *in d. §. sunt quidam.* Innoc. *in c. olim. de accus.* ad quæ etiam facit, quod ponit. Franc. Marc. *decis. 654. in princip.*

280 Sed protector † & tutor æquiparantur. Ergo quod in uno dispositum reperitur, valet etiam in alio.

281 *Decisio affirmativa.* Verum prædictis non † obstantibus contrarium concludo, & dico, protectorem, qui antea in protectionis possessione, vel quasi fuit, litis pendentia non obstante, ad defensionem obstrictum esse, donec per sententiam Jus Clientelare infirmatum fuerit, idque per rationes subsequentes.

282 *Ratio decidendi I.* Primo quia lite † pendente non debet quis commodo possessionis suæ privari. *cap. 1. Extra, ut lite pendent. cum concordan.* adductis *ibid.* per gloss. *in verbo Cruciam. cap. 1.* & *ibi* Francus *in 2. notab. nu. 2. & in c. cum teneamur. in 1. notab. de appellation.* Rot. *decis. 24. alias 4. 15 de dol. & contum. in antiq.* Cassad. *decis. 9. incip. Rota dicens. Possess. & propriet. num. 14.* Guido papæ *decis. 366. possidens*, ubi dicit, eam esse & de Jure & de Stylo omnium curiarum veram, & late Capic. *decis. 189. per tot* præsertim *numer. 3.* Ruin. *cons. 75. num. 2. libro 5.* & novissime Mandosius *in tract. commissio. formam. 14. Commissionis attentatorum verb. in possessionem*, Bursat. *cons. 49. n. 12. lib. 1.* ubi voluit, quod lite 283 pendente vasallus † non sit possessione privandus etiamsi agatur super commisso feudi.

284 *Ratio decidendi II.* Deinde, si sola motio † litis super Jure patronatus impediret patroni seu protectoris defensionem, aperiretur via fraudibus, quia quilibet super dicta possessione quæstionem contingeret, & facile esset cuilibet extraneo, & nullum plane Jus habenti, dicere, se protectorem & esse in possessione Juris protectitii, & possessionem proprietatemque deducere in judicium, & à sententia contra se lata appellando per plures annos negotium differre, quod est inconveniens, & contra omnem æquitatis rationem, attestante Lap. *Alleg. 136. n. 8. & seq.*

285 *Ratio decidendi III. ab Exemplo Vasalli.* Sic etiam vasallus † pro feudo, super quo lis movetur, servire tenetur lite pendente, quam diu possidet Bald. *in cap. 1. in princ. num. 3. ibid.* Alvarott. *nu. 5. de Invest. de re alien. fac.* Freccia *de potest. & autorit. Baron. lib. 2. aut. 5. n. 17.* Schneidew. *de feud. p. 5 nu. 95.* Rosenthal. *cap. 8. concl. 7. n. 14.* Ratio est, quia habe-286 tur † pro vasallo, donec ei feudum fuerit evictum, & fruitur interim commodis ejus. Andr. Khol. *de servit. feudal. part. 1. n. 110.*

Ratio decidendi IV. ab Exemplo Patroni Beneficialis. Præterea corroboratur nostra decisio ab exemplo patroni † beneficialis, quia possessor Juris patronatus, etiam lite pendente super possessione præsentandi potest licite præsentare, Lap. *d. alleg. 136. nu. 8.* asserens, ita etiam sensisse Hostiens. & Joan. Andr. *in c. cum* 287 *veniss. de restit. in integr.* Et hanc tanquam veram opinionem, se audiente, profitendo tenuisse Joan. de Calderi. *in d. c. cum venissent.* Eandem tenet Ægid. *decision. 701. ad med.* ubi tuetur, quod sola † litis mo- 288 tio non invalidet talem præsentationem, nisi ex alio capite resultet præsumptio malæ fidei in præsentante.

Dubium de instituendo Præsentato ex Ecclesia Jure Patronatus controverso. Quamvis eo casu velint aliqui, quod licet Patronus hoc casu præsentare valeat, superior tamen non debeat præsentatum † instituere, sed illius institutionem differre, in eventum causæ. Hanc opinionem ponit gloss. *in d. cap. ex literis. de Jure patron.* eandem refert gloss. *in d. cap cum venissent*, & posuit referendo Abbas *in d. c. literis, sub numer. 6.* & post Innocent. idem tenuit Alexand. *cons. 75. numer. 46. libro 4.* & his in- 289 ter alias opin. adstipulatur Roch. de Curte *in tract. de jure patronat. verb. Competens. quæst. 23. in 2. & 3. opin. ibi relatis.*

290 *Solutio dubii.* Verum hoc etiam non attento, † absolute illud quod de præsentatione dictum est, non procedit in Patrono, qui ante litem motam fuit in quasi possessione præsentandi, quia poterit etiam lite pendente præsentare, per tradita Doctorum *in c. consultationibus & d. cap. ex literis. de Jure patron. ibique* gloss. Magna, quæ hoc multis placuisse asserit, inter quos fuere Tancred. Vinc. Goffred. & alii per Lap. *d. alleg. 136. numer. 7.* allati. & hanc communem Doctorum opinionem esse attestatus est Abbas *in d. cap. ex literis sub. num. 6.* † 291 Nec sine ratione, quia præsupposita quasi † possessione præsentandi ante litem, non debet quis illa lite pendente regulariter privari, *cap. 1. ut lite pendent.* cum aliis latius adductis per Lancellot. *in tract. de attendat. part. 2. cap. 4. declarat. 4. princip. in princip. & per tot.* sed potius permitti, quod sibi liceat suam possessionem continuare. Vnde continuando, non diceretur regu- 292 lariter attentare gloss. *in cap. non solum. de appell. in 6. & in Clem. 2. ut lite pendente*, Lancellot. *d. cap. 4. limitat. 1. n. 2.*

Ampliatio I. decisionis. Ampliatur autem hæc ipsa decisio, ut procedat, non solum lite pendente in prima, verum etiam in † secunda instantia, & sic appellatione pendente, ut per 293 Cardin. *in Clement. 2. in 2. opposit. ut lite pend.* Roman. *cons. 37. in fin.* & post eos Decius *cons. 97. & cons. 103. lib. 1.*

294 *Ampliatio II. decisionis.* Secundo ampliatur hæc definitio, † ut protector possessionem defendendi vel quasi exercere possit, etiamsi illa Juris resistentiam haberet, per dicta Abbatis, qui hoc dicit notandum *in d. cap. 1. ut lite pendente, num. 4.* & sequitur Dec. *cons. 97. numer. 1. & post* Dec *in cons. 103.* & alios per eum allegat. tradit Ant.

 Gabriel.

Gabriel. *commun. conclus. lib. 5. de acquirend. possess. conclus. 6. n. 2. & seq.* ubi hoc ampliat, & nonnullis modis declarat. Ad idem etiam facit notabile dictum Innoc. *in c. cum venissent col. 3. sub n. 6. vers. item nota in fin. de rest. in integr.* quod lite pendente, ille qui erat in possessione, in ea manutenendus sit, nec quæratur ibi de bona fide, Ruin. *consilio 57. sub numero 3. libro 4.*

295 *Ampliatio III. decisionis.* Tertio ampliatur, † ut procedat principalis in hac extensione facta decisio, etiamsi protectoris possessio, vel quasi defendendi esset destituta titulo, puta privilegio. Nam & possessione, † quam quis sola consuetudine, absque privilegio, comparavit, lite pendente 296 exui non debet secundum Abb. post Innocent. *in d. c. 3. num. 8.* qui hanc testatur esse communem opinionem, de quo late Covarr. *pract. quæst. cap. 17. num. 6. vers. verum huic opinioni. & vers. Secundo oportet.* An autem requiratur consuetudo præscripta, nec ne, vide per Abb. *ibi* post Hostiens. qui videtur affirmativam tenere, licet Innocent. contrariam opinionem asseruerit.

297 *Ampliatio IV. decisionis.* Quarto extenditur hæc determinatio, † ut tanto magis Protector suam defensionem continuare cogatur, quando lis non principaliter super Jure protectionis mota, sed accessorie tantum & in tacitam quandam consequentiam introducta est, scilicet, super re aut persona, cui competit, aut quodammodo annexum est Jus Advocatiæ, puta, quando aliqua Civitas aut communitas haberet Jus Advocatiæ super aliquo Monasterio aut collegio Ecclesiastico. Nam si tum super Civitate aut communitate illa lis moveatur, non per hoc Jus protectionis impeditum dicitur.

Quamvis enim protectio hoc casu accessoria videatur ad Civitatem seu communitatem illam, & facto principali in litem † deducto, accessorium quoque in 298 litem deductum censeatur.

299 Eo, quod accessorium † sequatur naturam principalis sui, *c. accessorium & ibi* Dyn. *de reg. Jur. lib. 6. l. damni infecti in princ. l. 3. ff. de damn. infect. l. si servi legati nomine 56. ff. de legat. 1. l. 3. §. sed si quod accessit* & *ibi* Bald. *ff. de negot. gest. l. cum principalis 139. & ibi* Dec. & Cagnol. *ff. de reg. jur.* Hippol. de Marsil. *sing. 17.* Dec. *cons. 44. n. 6.*

300 Quemadmodum rami † sequuntur naturam arboris, *arg. l. Julian. 9. §. glans ff. ad exhib. l. 1. & ibi* Bar. *ff. de glande legend.* Schrader. *tract. feud. part. 10. sect. 5. nu. 225.* quodq; dispositum † de principali etiam ad accessorium porrigatur, 301 *c. translato. & ibi* Abb. & Felin. *Ext. de constit.* Jas. *l. si emancipati 9. C. de collat.* cum 302 propter mutuam † connexionem & dependentiam sint individua *l. tum inutile ff. de pecul. leg. l. 1. & 2. cod. l. cum principalis ff. de reg. Jur.* Achil. Pedrocch. *in responso suo de interpret. & resol. contr. n. 122.*

303 Tamen nihilominus per litem motam † Jus protectionis non impeditur, sed potest Dominus, etiam lite hac pendente, Jus suum exercere, ut notat Ægid. *decis. 701.* subdens, quod quis non debeat prætextu litis motæ, à sua possessione desistere, imo si illæ impediretur, fieret contra eum in hoc innovatio & attentatio, quem retulit & in proposito suo subsecutus est Felin. *in c. cum Bertholdus col. fin. sub. n. 29. ad fin. vers. quarto per id quod. de re Judic.*

Solutio contrariorum Argumentorum. Nec sententiam nostram his rationum ac legum adminiculis suffultam impetu suo deprimunt rationes in speciem contrariæ opinionis adductæ.

304 *Responsio ad I. dubitandi rationem.* Quod enim primo dictum est, † actum quemlibet lite pendente gestum facere attentata, id non procedit quando talis actus fit ex causa & per modum continuandæ possessionis, quia possessionem continuans, non attentat, ut probatur per gl. *in c. non solum. de appell. in 6.* nec enim quis prætextu † litis motæ à sua possessione 305 desistere debet, imo si faceret, † desiperet, Ægid. *d. decis. 701.* Lanfranc. *decis. 447.* Bellon. *cons. 11. n. 24. & seq.* Goz. *cons. 75.* Paris. *cons. 41. n. 38. lib. 1.* Capic. *decis. 72. n. 2.* Franc. *in c. cum teneamur, in primo not. de app.* 306 *pell.* Men. *de recup. poss. remed. 17. n. 49. q. 17.* Aug. Bero. *cons. 87. n. 5. lib. 1.* & novissime Natt. *cons. 606. n. 13. lib. 2.* apud quos omnes, ne lectorem allegationum mole gravare velle videar, & alios sexcentos in hoc dicto concordantes videre cuilibet in promptu erit, In tantum, ut nulli sit dubitandum, hanc esse communem opinionem, de qua testatur Paul. de Castr. *cons. 306. col. 1. circa med. lib. 1.* loquens de eo, qui erat in quasi † possessione eligendi, & quod ab hac opinione nemo 307 discrepet, astruit etiam Ant. Gabr. multos in id acervatim allegans, *comm. concl. lib. 5. concl. 6. in princ.*

308 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Deinde vero quod de Tutore dictum est, † quod scilicet is post litis contestationem ab administratione arceatur, illud ad protectoris impediendam defensionem male inducitur, quia administrationis prohibitio in tutore suspecto aliam considerationem habet, quam defensionis suspensio in protectore; cum enim ille suspectus sit malæ administratæ tutelæ, verendum est, ne si ipsi administratio ulterius credatur, magnam inde res pupillares jacturam subeant, secus autem est in protectore, quia licet ulterius defensionem frequentet, nullum inde clientibus damnum timetur, sed ex suscepta defensione potius incolumitas eorum speratur. Quare licet tutor & protector æquiparentur, tamen notum 309 est, quod argumentum † à simili vel pari non procedat, quotiescunque monstrari potest aliqua diversitas inter ea, quæ comparantur. per tradita DD. *in c. translato, de Constit.* Butri *in c. final. col. 30. in rep. de consuetud.* Matth. Stephani *in dialect. Jur. loco 94. à simili vel pari n. 6. lib. 2.*

Sed opportune hoc loco scrupulus suboriri potest, 310 *Advocatia ob controversiam sequestrata, an pendente sequestro Protector aut sequester præstare debeat defensionem.* *Si † forte ob litigiosam inter duos Patronos Advocatiam, illa sequestretur, An & nunquid pendente sequestro si forte occurrat necessitas defendendi clientes, tunc sequester constitutus, eosdem defendere possit, ac debeat.*

Pro Negativa † parte id facere videtur, quod is, qui alieno nomine in possessione est, actus illos vero Domino competentes exercere non possit, sic in Jure patronatus † Ecclesiastico, qui alieno nomine possidet, vel fructus colligit, jus conferendi & præsentandi non habet, *c. ex literis. de Jur. patron. c. Bertholdus extr. de sent. & re judic.* ubi creditor, cui jus patronatus cum universitate pignori erat obligatum, quia fructus alieno nomine, puta debitoris colligebat, præsentare non potuit. 311 *Negativam excludens sequestrum.*

At sic est, quod sequester † Advocatiæ nullam suo nomine possessionem habeat, verum alieno tantum nomine eam quasi possideat, vel potius custodiæ solum 312 *Ratio dubitandi, quod sequester non recte defendat.* causa detineat. Custodia autem † actum possessionis nullum habet, cum separata sint possessio & custodia *l. 3. in fin. verb. non possessionem, sed custodiam ff. de acquir. poss.* Est enim sequestri † officium, rem ejusque possessionem deponentibus conservare ac custodire, ut nihil damni in ea accipiant, per ea, quæ scribit Jac. 313 de Arena *in tract. de sequestrat. n. 1. & 2.* Gad. *de sequestrat. c. 1. n. 118.* At si possessio fieret sequestris sine 314 315 damno & injuria deponentium officium suum non 316 exequeretur, tum, quod possessio interrumperetur, & 317 usurparetur. *l. naturaliter 9. § possessio. 20. ff. de usucap.* tum quod non custodiret tantum, sed possessionis jus pro suo etiam haberet, cum id, quod possidemus in nostris quoq; bonis habere dicamur, *l. bonorum 49. ff. de verb. signif.* Vnde in terminis Advocatiæ Sequester fructum ejusdem puta annuum honorarium eo fine colliget, ut victori demum restituat.

Verum hac dubitandi ratione non obstante, affirmative

Decisio affirmativa, pro Sequestro. Ratio decidendi I.

mative potius respondendum esse existimo, per rationem manifestam, quod in simili is qui Ecclesiæ vel Juris † Patronatus sequestrum habet, vacante sacerdotio, Jus præsentandi exercere possit, ne deficiente justo pastore, rapaci alicui lupo ovile Christi pateat, 319 arg. *ca. ne pro defectu; Extr. de Electionib. Clem. un. de sequestrat. poss. & fruct.* ubi glossa tradit expressa Jura beneficii & beneficiati sequestrem, cum possideat, exercere posse, Duar. *libr. 3. de benefic. c. 10.* Coras. *lib. 3. Miscellan. cap 2. num. 16. cum seq.* Lambert. *de Jure patronat. q. 9. art. 3. lib. 1.* Clud. *tract. de Jure sequestrat. c. 11. n. 27.*

Ratio decidendi II. ab auctoritate.

Quibus dilucide etiam adstipulantur Bapt. à Villalob. *thesaur. commun. opin. verb. sequestrum n. 52.* Octavian. Vestrius *in pract. sua lib 7. cap. 2. n. 3* Jo. Nigerdin. *disputat. ad Institut. libr. 3. disp. 2. thes. 1. q 13.*

320 Huic autem decisioni † non obstat *d. c. cum Bertholdus*, in quo ideo creditor non præsentat, quia suberat persona legitima, & habilis ad præsentandum, videlicet debitor Dominus à quo iniquum esset, Jus illud præsentandi auferri.

Occurritur objectioni seu rationi dubitandi oppositæ.

Ratio decidendi III. à simili.

Quemadmodum igitur in casu vacantis sacerdotii pendente sequestro nullus est, qui præsentare potest, præter sequestrem: Ita in nostris Advocatiæ terminis neuter litigantium ad defensionem admitti potest, propter alterius præjudicium. Ad hoc enim inductum 321 † fuit sequestrum, ut neuter posset in re sequestrata jus exercere, ideoque sequestrem interim, dum res liquida fiat, litigantium partes supplere æquum est, *per prædicta.*

Ampliatio XII.

Progredientibus igitur ad duodecimam ampliationem, offert se dubitatio alia *de protectoribus † Bannitis atque excommunicatis, an nimirum ea censura* 322 *non obstante Clientes defendere ac protegere possint ac debeant.*

Protectorib. in Bannum declaratis, an adhuc non obstante eo impedimento, officium defensionis exequi teneantur. Negativa. Ratio I. dubitandi pro Negativa.

Pro parte negante militare videtur, † commune illud de bannitis receptum dogma, quod nullam cum ipsis liceat conversationem † habere, nullum eis hospitalitatis ac benevolentiæ officium exhibere, affirmante Gail. *cap. 1. sub. number. 26. lib. 2. de pace public.* & Capyc. *in invest. feud. c. feuda amittuntur, ver. sexagesimo primo, &c.* quia excommunicati † de Jure sunt vitandi nec habenda cum iis conversatio *ca. cum excommunicant. 11. qu. 3. c. nulli & c. inter alia 31. ibi* Abb. & Fel. *vers. utrum debitor desent excom.* text. expressus *in c. nos sanct. 15. q. 7.* ubi gloss. ord. facit quod 323 notat Lud. Rom. *l. fin. number. 5 ff. qui satisd. cog.* Ja-324 cobin. *in verb. & promiserunt eidem Domino. num. 30.* 325 *causa. 1.* Mozz. *de feud. tit. final. ex quib. caus. feud.* 326 *amitt. n. 11. in princ.*

Ratio II dubitandi.

Deinde communiter dicitur quod Banniti habeant nolle † neque velle, cum sint denuntiati hostes Imperii, adeoque pro mortuis reputentur, per text. *in l. actione §. publicatione, ff. pro socio & in l. 1. §. quidam. ff. de bonor. poss. cont. tabul.* Afflict. *c. 1. §. si quis hominem de pace tenend.* Bald. *in auth. si quis habita n. 7. C. ne filius pro patre.*

Ratio dubitandi III.

Ad hæc cum constitutio fractæ pacis, ex qua incurritur bannum, tollat & extinguat omnes † obliga-327 tiones conventiones & Pacta cum bannitis facta, per text. ordinat. Cam. *part. 2. tit. 9. §. 2.* ubi disertis verbis constitutum est, omnes obligationes, juramenta, pacta & actiones ex parte bannitorum irrita & nulla penitus esse. Daß alle Verschreibungen / Pflicht / vnd Bündtnuß jnen zustehend / vnd darauff sie Spruch vnd Forderung haben möchten / gegen den jenigen / die jhnen verhafft weren / ab vnd Todt seyn sollen. Andr. Gail. *de pace publ. c. 12. num. 4 lib. 2.* iique omnia humanitatis Jura & officiorum vicissitudines amittant, Bart. *in l. cum mulier. n. 5. ff. solut. matrim.* Bald. *in l. 1. n. 4. C. de hered. instit.* Nellus. *in tract. de bannitis in part. 1. secundi temporis q. 4. & 5.* Zas. *in apolog. contra Eckium circa princip.* Videtur omnis cum protectoribus bannitis ad defendendum inita conventio esse sublata & inefficax reddita.

Quarto, quemadmodum Tutor † excommunicatus 328 durante excommunicatione non potest administrare tutelam, & curam, secundum opinionem Hieron. Gigantis *in tract. de pensionib. q. 32. n. 7.* quem refert Cavalc. *tract. de Tutor. section 5. n. 63.* Ita nec protector videtur posse partes defendendi assumere, excommunicationis censura innodatus.

Ratio dubitandi IV.

Quinto constat ex iis, † quæ *supra c. 9.* circa Bannitos deducta sunt, & *infra* etiam hoc ipso *capite* ad 17. limitationem repetuntur, quod banniti atq; excommunicati in clientelam recipi haud possint, ac recepti cum in bannum vel excommunicationem etiam constituta jam tutela inciderint, defendi amplius non possint nec debeant.

329 Ratio dubitandi V.

At vero Juris recepti est, quod prohibitum sive constitutum de uno † ex correlativis sibi etiam locum 330 vendicet in alio. *l. fin.* & *ibi* Jas. *C. de indict. vidust. toll. l. fin. ff. de acceptilat. l. 1.* & *ibi* Bart. *C. de cupress. lib 10.* Et cumulate idem comprobant D. Menoch. *cons. 136. n. 9. & seq. vol. 2.* Everh. *in loco a correlativis sub. nu 9.* Surd. *cons. 101. sub. n. 6. vol. 1.* Ronchegall. *in l. eandem in princ. n. 43. de duob. reis.* Schrad. *tract. feud. part. 5. c. 4. n. 18. & part. 10 sect. 5. nu. 173. & seq.*

Cum ergo protector & cliens sint † correlativa, quod 331 de Cliente bannito statutum est, obtinere etiam debet in protectore bannito.

His tamen non obstantibus † Jure optimo defendi posse censeo, etiam bannitos seu excommunicatos protectores ob bannum non esse immunes factos à defensione clientum, sed eo non attento, ad protegendum adhuc obligatos esse.

332 Decisio Affirmativa.

Ratio decisionis est, quia banniti tantum † perdunt Jura pro suis commodis facientia, non autem ea, quæ ipsorum onera atque incommoda concernunt, ut nominatim tradit Bart. *in l. tutelas. §. item.* per illum tex. *ff. de cap. dimin.* quod bannitus perdit Jura Civitatis in iis solum, quæ tendunt ad ipsius commodum, non item ad suum onus, quod idem Bart. tradit *in l. inter quos. §. damni. ff. d. damn infect.* Bald. & Dd. *in l. 1. C. de hered. instit.* Socin. *cons. 58. col. 4. lib. 1.* Cæpoll. *cons. crim. 76. col. 1. in prin.* Nellus *in tract. de bannit. part. 1. temp. 2. q. 5.* Cujus rei ratio est, quod dicitur pœnam † non de- 334 bere esse causam commodi sive præmii, *l. 1. l. Neratius ff. de dolo. l. verum. § tempus ff. pro socio l. omnes in fin. C. de Episc. & cler l. sive hereditaria ff. de negoc. gest. l. si quis solidum ff. de hered. instit. l. milites 13. §. illud constat ff. de re militar. l. relegatorum ff. de interdict. & releg. c. intelleximus Extr. de Judic.*

333 Ratio decisionis, I.

Jus autem patronatus † cum sit servitus Ecclesiæ, 335 Panorm. *in c. 2. n. 9. de Jure patron.* Unde servitutibus 336 † comparatur, & ex eorum Jure æstimatur. Hostiens. *eod. tit. n 5.* Panorm. post gl. *in c. 1. n 7. c. 2. n. 9 eod.* Bald. *in l. 2. n. 8. cum seq. C. de servit. & aqua* Matth. Wesenb. *cons. 48. n. 2. part. 1.* ideo quatenus † Jus Ad- 337 vocatiæ laborem defensionis concernit, respectu Patroni banniti magis est onerosum, quam utile, ideoque propter bannum protectoribus indictum, onus illud defensionis non censetur ipsis remissum, per notata Lud. Rom. *cons. 73.* ubi inter alia dicit, bannitos, quoad favores † & commoda, cives esse desinere, secundum sen- 338 tentiam Bart. *in l. fin. ff. de alleg.* non autem quoad incommoda seu præjudicia, ubi ad hoc allegat text. notab. *in l. 2. §. nemo* juncta gl. *in verb. exuitur, ad fin. ff. de cap. dimin. l. relegatorum, ad fin. ff. de interdict. & releg.*

339 Quemadmodum in simili statuunt Jura de † Tutore qui licet durante tutela, banni vinculo constringatur, non tamen desinit esse Tutor, ut diserte statuit Nell. *in tract. de bannit. part. 1. temp. 2. q. 40. n. 40.* Sicut ergo bannum non solvit tutelam, ita nec clientelam.

Ratio decidendi II. ab exemplo Tutoris.

340 Sic etiam vasallus bannitus † vel excommunicatus feudum retinet, & nihilominus ad serviendum Domino obstrictus est, Præpos. *in c. 1. in fine princ. de alien. feud.* Jas. *de feud. part. 7. n. 41.* Sonsbec. *par. 11. n. 28.*

Ratio decidendi III. ab exemplo Vasalli.

341 Quamvis enim banniti † perdant intra ditionem bannientis, quæ sunt Juris municipalis, quatenus ipsorum commodū concernunt, tamen eos jus municipale multoque magis jus commune ligat, quatenus eorum incommodum sive præjudicium respicit, Bar. *in disp. incip. Lucana Civitatis n. 20.* & complures in hanc sententiam allegati à Peregrino *de Jure fisci*, Jo. Petr. Surd. *de aliment. tit. 6. q. 18. n. 21.* qui post Socin. *cons. 58. n. 10. vol. 1.* communem perhibet: Et cum servitia debeantur ratione feudi ideo quando per bannum vel excommunicationem feudum non aufertur, remanet vasallus, nec liberatur ab onere servitiorum debitorum, quæ per alium potest ac debet præstare, dum propter bannum vel excommunicationem in propria persona servire impeditur, *c. intelleximus de Judic.* Alioqui enim

342 commodum ex † malitia sua reportaret, quod est absurdum, *d. c. intelleximus c. inter in fi. de exception.* And. Khol. *de servit. feud. p. 1. n. 11.*

343 Ex quo fundamento etiam † Juris interpretes statuunt non attento excommunicationis vel banni nexu, innodatos ad solutionem census & collectarum teneri, ut post Bar. *in l. inter quos. §. damni ff. de damn. infect.* Ang. *in q. Bonon. 3.* & sequitur Bald. *in l. fin. C. si propter publ. pens. & in l. sed & milites §. qui vero ignominiose ff. de excusat. Tutor.* Roman plene *in cons. 73.*

Ratio decidendi IV.

344 Sic denique infamia etiam non obstante † à muneribus sive oneribus tam personalibus, quam patrimonialibus solennibus & ordinariis fama deminuti, qui cives manent, minime relevantur, *l. unica C. de infamib.* & *ibi* Bart. Luc. de Penna post Jo. de Platea. Ne melioris sint

Ratio decidendi V.

345 conditionis † mali, quam boni. Immunitas † enim pri-

346 vilegii est, non notæ, ut eleganter dicitur *in l. 11. C. de decur. l. 1. C. de iis, qui non implet. stip.* Ideoque & munenera patrimonialia, omnesque eas pensitationes, quæ tutelæ utilitatisque publicæ causa inducuntur, sustinere & dependere coguntur *d. l. unica.* Unde etiam (uti mox in subsequenti ampliatione deciditur) Protectores infames, non obstante infamia ad defensionem obstringuntur.

Solutio contrariorum Argumentorum.

His ita constitutis, non est, quod aliquis ea, quæ *supra* in speciem dubitationis allata sunt, reformidet.

347 † Nam, quod primo dictum est, nullam cum eis habendam conversationem, nullumque eis benevolentiæ officium exhibendum esse, id, ut patet ex *supradictis*, solummodo verum est, quatenus hæc in ipsorum commodum, cedere videntur, id est, neminem eos domo hospitiove recipere, aut aliud officii genus exhibere debere, per quod delicta eorum occultentur & remaneant impunita, secus vero, quoad onera & incommoda eorum, ab his enim per bannum illatum non eximuntur,

Resp. ad I. dubitandi rationem.

348 alioqui malitia eorum ipsis † patrocinaretur, & lucro esset, contra text. *in c. ad nostram §. 1. de empt. & vendit. & in c. sedes §. fin. de rescript.* tex. *in c. ex literis §. fin. de dolo & contumac.* text. notab. *in l. à sententia ff. de appell.* tex. *in l. ita demum ff. de recep. arbitr. & l. si duo ff. si quis caut.* text not. *in l. final. §. 1. ff. de eo per quem factum erit. & in l. transactione C. de transact.*

349 Deinde etiam non obstat, † quod asserebatur, bannitos non habere † velle ac nolle. Nam id intelligendum est de tempore, quo innodati sunt banno, quia tunc banniti durante banno non sunt capaces obligationis civilis, ut eleganter tradit Jas. *in §. superest n. 36. Instit. de actionib.* Non autem de tempore præterito, aut futuro exaudiri debet, Bart. *in l. inter quos. §. damni ff. de damn. infect.* Bald. *in auth. habita C. ne filius pro patre.* Cynus. *in l. 1. de natur. lib.*

Responsio ad II. dubitandi rationem.

350 Quod porro dictum est, † bannum extinguere omnes obligationes, id active, non passive accipiendum est. Dum enim sancitur, bannitos amittere omnia sua Jura, omnesque obligationes, pacta & actiones ipsorum irritas penitusque extinctas esse, id intelligendum est active, quatenus sc. alios convenire volunt, quia eos acturos constitutiones Imperii à judicio excludunt, ut venuste notat Gail. *c. 12. n. 13. lib. 2. de pace publ.* adeo ut

Responsio ad III. dubitandi rationem.

351 nulla eis competat † actio adversus quemcunque antea sibi obligatum, velut expresse innuunt verba constitutionis, *ibi.* Darauff sie Spruch und Forderung haben möchten/gegen den jenigen/die jnen verhafft waren/& docet similiter tex. *in d. c. felicis ibi*: nullus ei debita reddere, nullus in judicio respondere teneatur, Gail. *in d. c. 12. n. 4.* secus autem, quando ipsi uti Rei conveniuntur, Quia tunc non minus quam ante bannum, passive obligati existunt, & possunt à quolibet conveniri, attestante Bart. *d. l inter quos. §. damni. n. 3.* ubi dicit bannitum † capacem

352 esse obligationis passivæ, obligatio enim in persona banniti non mutatur, alioquin pœna banni esset loco præmii *l. ff. de dolo. l. si quis solidum ff. de her. inst.* & ut dictum est, quis ex malitia sua reportaret commodum, contra text. *in l. c. cum inter. in fin. de exceptionib.*

353 Quare leges ex parte † bannitorum non tollunt actiones & obligationes quibus ipsi obstricti sunt, sed ipsos tantum, respectu aliorum, ut dictum est, inhabiles faciunt ad litem intentandam, per text. *in l. is, qui reus ff. d. publ. Judic.* tex. *in l. 1. §. quod autem. ff. de aleatorib. l. scire oportet. §. consequens ff. de excus. tutor. l. quos prohibet. ff. de postul.* pulchre Dec. *cons. 276. n. 3. incip. in causa qua Luca.* Alex. *cons. 37. n. 1. vol. 2. incip. viso & oportune discusso.* Ubi dicit, processum in

354 favorem † ejus, cui ex statuto audientia denegatur, factum, nullum esse, per multa allegata Imol. & Alex. *in d. l. 1. § sublata ff. ad S.C. Trebell.* Jas. præclare *ib. n. cum seq.*

Sicut igitur protectores, de quibus loquimur, ad defendendum clientes ante bannum obligati sunt, ita &

355 post bannum, quia certi sunt † modi, quibus obligationes & contractus resolvuntur, de quibus *toto tit. inst. Quib. mod. toll. oblig.* nec non *in l. ab emptione* & per discursum *ff. de pact.* atque in aliis pluribus integris titu-

356 lis. Verum nullibi in Jure reperitur, quod illatio † banni vel excommunicationis, sit modus tollendi conventiones pacta & contractus.

357 Nec est, † quod nos sollicitet quarto loco de Tutore excommunicato argumentum adductum, nam illa Gigantis sententia non recepta est, nec approbatur, *ibi* à Cavalcano, cum ipse ibi asserat, ei obstare adducta per Jas. *in rubr. ff. de just. & Jur. n. 18.* ubi, etiam infamem

Responsio ad IV. dubitandi rationem.

358 tutorem esse posse, adseverat, cum tale officium magis sit onerosum, quam honorificum. Et quod excommunicatus à defensionis munere non excludatur, *supra* etiam *in Cap. VIII. n. 154.* conclusum est.

Responsio ad ultimam dubitandi rationem.

359 Nec † obstat denique argumentum à correlativis inductum. Quia respondetur, quod defensio in protectore consideretur active, in cliente vero passive, & sic protectio, quoad bannum seu excommunicationem, in persona protectoris ac clientis diversimode se habeat, ideoque argumentum ab uno correlativorum ad aliud hoc casu non procedit.

Ampliatio XII. Clientes infamia obstrictos ad Protector nihilominus defendere tenetur.

Porro circa decimam † tertiam regulæ nostræ ampliationem in dubium vocatur, *An protector clientes tempore durantis Advocatiæ in infamiam gravem lapsos nihilominus defendere obligatus sit?*

Et

Ratio dubitandi pro Negativa. Et certe videri potest, eos ob infamiam contractam omni perfectione esse orbatos atq; indignos argumento eorum, quod plerique volunt, vasallum † etiam excusari à servitiis, si Dominus infamis factus sit. Nicol. Mozz, *tract. feud. tit. final. n. 112. vers. tertio excusatur* arg. l. 2. C. *de dignitat. nec infames C. de decurionib. l. 1. & 2. C. de senator. & Clariss.* Ardizon. *in summa c. 65.* & Blanc. *c. 1. lib. 2. n. 38.* & idem *c. 4. n. 3. lib. 2.* Rain. *in c. Imperialem §. firmiter n. 51. de prohib. feud. alienat. per Frid.* Jacobin. *in verb. & promiserunt n. 30. vers. tertio.* Sic infami Domino fidelitatem servandam esse, negat Alvarot. *in c. 1. in princ. n. 5.* 361

362 Hinc etiam feudorum Interpretes tradunt, ob infamiam Domini excusari vasallum, si legitimo tempore non petierit investituram, per text. *in c. 1. ibi.* vel infamiam, *quo temp. mil. invest. pet. deb.* & *ibi* post gloss. Feudist. communiter omnes.

363 *Decisio Affirmativa.* Verum, si recte res consideretur in casu à nobis proposito, contrarium omnino respondendum & dicendum est, Protectores, non obstante Clientum infamia sive ea Juris sive facti sit, ad eorundem defensionem nihilominus obligatos esse, & casu necessitatis eveniente illos defendere debere, per ea, quæ late de infamibus dicta sunt *cap. 8. Quis in protectionem suscipi possint vel non.* ad quæ lectorem, ne eadem sæpius repetantur, remitto. *Decidendi rationes remissivæ.*

Alia decidendi ratio. Sed & præter illa, hæc ipsa decisio hac evidenti ratione stabilitur, quod non impediat † infamia quo minus contractus protectitius in suo robore firmus persistat & protector quotannis pactum sibi defensionis gratia honorarium recipiat; quare cum is non obstante clientum infamia verus nihilominus defensor & Advocatus sit, & maneat, suo utique muneri, quod in defendendo consistit, ob prætensam infamiam deesse non debet; sed eidem non attenta infamia satisfacere omnino tenetur. Infamia † enim cum obligatione tuitionis sive nexu defensivo cujus vigore Protector ad opitulandum clientibus obstrictus est, nihil commune habet, arg. *l. si maritus C. de donat. inter vir. & uxor.* Andr. Khol. *de servit. Feudal. part. 2. n. 40.* 364 365

Quemadmodum igitur bona fides non admittit, ut contractu feudali durante dominus servitiis pro feudo debitis, ob incursam propriam infamiam carere cogatur, vasallusque feudo fruatur, nec tamen Domino servire teneatur *l. emptorem §. itidem ait, vers. Neque n. ff. de action. empt.* Sic æquitas non patitur, ut firmo manente contractu Advocatitio, & percipiente annuatim protectore pingue suum salarium, clientes infamiæ prætextu indefensi relinquantur.

Ampliatio decisionis. Quod similiter & multo quidem magis dicendum est, si ipsemet etiam Advocatus † infamiæ qualiscunque macula aspergatur, quia is, eadem non obstante nihilominus ad defensionem susceptorum in clientelam hominum devinctus est, quemadmodum in simili deciditur quod vasallus † ad tuendum Dominum suum obligatus ob suam ipsius infamiam, omissæ defensionis veniam non mereatur, ceu docuere, Vultæ. *lib. 1. de feud. c. 7. n. 73. vers. Dico de infamia Domini, &c.* Moz. *de substant. feud num. 45. vers. 4. per auth. de privileg. dotis* Schrad. *part. 6. c. 2. num. 53.* per *l. sive hæreditariæ ff. de negot. gest. & relegatorum §. final. ff. de interdict. & releg.* Sylvan. *de feud. q. 71.* arg. *c. intelleximus de Judic.* Corbul. *in tract. de Jure Emph. c. 5. n. 21.* Capic. *in invest. feudal. c. feudorum investitura col. 8. §. & non affert vasallo* Rosenth. *de feud. cap. 6. conclus. 51. n. 5.* 366 367

368 *Solutio contrariorum. Responsio ad* Cæterum prædictæ † decisioni nostræ non obstat præaddncta dubitandi ratio, quod nempe vasallus ob infamiam Patroni sui à servitiis ac defensione liberetur atque à petenda investituræ renovatione excusetur, quia hoc durum & non admittendum esse recte existimat doctissimus Dn. Rosenth. *de feud. c. 8. q. 9. num. 5.* And Khol. *ubi supra* addens rationem, quod si forsan hoc in casu, vasallus † probro sibi esse existimet, infamem pro Domino recognoscere eique servire, eum ab obligatione Feudali sese liberare posse, refutando feudum *c. 1. vasall. qui contra const. Lothar.* Quod si nolit facere, ipsum esse in causa ut tali Domino servire teneatur, proinde ipsum à serviendi aut defendendi Patroni sui obligatione, ob infamiam ipsius non esse relevandum vel excusandum ex vulgata Juris Regula, quod ei † succurrendum non sit, qui necessitatem quam evitare potuit, sibi ipsi imposuit & asciuit *l. si fidejussor. §. si necessaria ff. qui satisd. cog.* nec intelligatur aliquis incommodum sentire, quod ex sua voluntate aut propria culpa sentit *l. quod quis ff. de Regul. Jur.* *rationem dubitandi præcipitam.* 369 370

Limitatio decisionis. Quare omnino dicendum ea quæ in proposita dubitandi assertione dicta sunt, tunc † solum procedere ac locum habere quando feudalis Patronus ob excommunicationem majorem, hæresin vel alia enormia crimina infamiæ nota contaminatus, vel ab Imperatore aut Rege bannitus aut diffidatus fuit; Tum enim solum, stante tali banno, excommunicatione vel simili turpitudinis macula, nequaquam vero ob læsam aliunde existimationem, vasallus Juramento fidelitatis solutus esse intelligitur, ut in hunc sensum communiter distinguunt Feudistæ Petr. de Corvo Jacob. de Belvis. Isernia. *n. 5.* Cald. *vers. Nisi justa n. 3.* Alvarot. *n. 1. & 10.* Laudens. *n. 20.* Afflict. *n. 27.* Præpos. *n. 6. in princ.* Pet. Raven. & Schenck. *n. 5.* Jacobin. *verb. qui quidem investitis n. 5* Schneid. *de feud. part. 5. n. 47.* Chass. *in consuet. Burg. rub 3. §. 1. in verb. Ou a la Personne n. 6. vers. secunda est, &c.* Thom. Marin. *de gener. & qualit. feud. tit. 2. part. 2. n. 52. vers. Quinta caus. bannum.* 371

Ampliatio præmissa declarationis. Hanc ipsam autem distinctionem ad materiam nostram applicando, non inconvenienter decisio prædicta in Advocato similiter declarari potest ut locum non † habeat; si per infamiam qua clientes forte infamati sunt, aliquis intelligat excommunicationis majoris, vel banni censuram, quia tunc verum est, protectorem excusari ab omissa defensione clientum infamium, prout in simili tradunt Feudistæ infamiam excommunicationis majoris vel banni, liberare vasallum à servitiis Domino præstandis præter præallegatos Belvis. *in c. 1. quo temp. miles in princ. ibid.* Laud. *n. 20. gl. in verb. infamia.* Alvar. *n. 1. 9. & 10.* Bal. *n. 3.* Henr. Rosenth. *synops. feud. c. 8. conclus. 9. n. 5.* per rationem, quod infamia salva status substantia nihil commune habeat cum contractu *l. Papinianus 20. ff. de minorib.* idem tenuit Isern. *n. 6.* Afflict. *n. 27. vers. quarta causa per c. 1. hic finitur lex* sequuntur Pet. Raven. Nico. de Neap. & Præpos. Jacobin. *in verb. qui quidem invest. n. 50.* Sylvan. *de feud. recogn q. 69. & 60.* 372

Ampliatio XIV. Verum Protectores invitis clientibus succurrere debeant. Circa decimam quartam †, regulæ nostræ ampliationem non ineleganter etiam quæritur, *An protectorum officium eousque se extendat, ut invitis etiam clientibus pro defendenda eorum libertate succurrere Advocatus possit & debeat?* Hanc quæstionem paucis attingit Petr. Frid. Mindan. *c. 14. lib. 2. de Process. Cameral. n. 11.* & magis inclinat in partem affirmativam. 373

Negativa. Ratio dubitandi pro Negativa. Verum negativam suadere videtur id, † quod olim edisserebat Rex Theodoricus apud Cassiodorum. *lib. 5. var epist. 39. Non est, inquit, defensio, quæ præstatur † in vitis suspectum est, quod patiuntur nolentes: Nam hoc est revera beneficium si sine murmure referatur acceptum.* Cui plane congruit sententia Ulpiani *in l. quæ omnia 25. ff. de procurat. ibi,* nam hoc ipso † suspectus est, quod operam suam ingerit invito. 374 375 376

Unde illud Euripidis *in Hyppolit.*

Ὅτῳ ἄκοντας φίλους πρόθυμος
Ἐστι μὴ καλῶς εὐεργετεῖ.

Scite & illud huc quadrat; quod Phædræ Hippolytum dixisse apud *Suidam* legimus.

Ἄχαρις ἐυνοια ὐδὲν ἐχθρᾶς διαφέρει.

Et quod Lesbonicus apud Plautum *in Trinummo. actu 3. scen. 3.* ait.

—— nullum beneficium
Esse duco id, quod cui facias non placet.

Et pulchre Cassiodorus, referente Fabro *ad l. invito beneficium 69. de diverss. reg. Jur. n. 10. lib. 1. variar. Epist.* ubi idem Theodoricus Rex ad Coionem scribens.

377 *Non est beneficium* ait, *quod præstatur † invitis, nec cuiquam videtur utile, quod adversa voluntate conceditur.*

Neque vero hæc opinio prægnantibus rationibus destituitur.

Argumentum I. pro Negativa. Primo enim Juris apertissimi est, id quod favore † alicujus introductum est, non nisi volente eo locum habere, ut eleganter tradit Natt. *cons. 194. n. 14. Tom. 1.*

378 quia beneficiorum hæc est summa, si illis & non uti liceat, ex Plin. *Paneg.* Lips. *in not. ad. Senecam lib. 2. de benef. c. 18.* Et hinc quod reluctanti ingeritur, non esse beneficium Lactant. & Paulus Jurisconsultus *in l. 69. de Reg. Jur.* docent. Deinde neminem dubium est omnem

379 defensionem esse beneficium, & † quidem Jure naturæ introductum, Cajus *in l. 4. in prin. ff. ad leg. Aquil. Clem. pastoralis. §. cæterum de re Jud. & c. Jus naturale 7. dist. 1.* Obrecht. *de necess. defens. c. 4. n. 8. & seq.*

Argumentum II.

380 Atqui cum tanta sit voluntatis nostræ vis † ac potestas, ut beneficium nolentibus nobis dari non possit text. *in d. l. invito 69. ibique* Fab. & Sturcius *n. 1. ff. de diverss. reg. Jur. l. hoc Jure §. non potest ff. de donat. l. nec emere C. de Jur. delib.* consequens est, neq; defensionem nobis invitis atque nolentibus exhiberi posse.

381 Tertio in hanc quoque rem servire videtur, † quod cum leges decernunt, aliquid in alterius defensionem faciendum esse, id sub tacita ea conditione intelligendum sit, si ille, in cujus gratiam id faciendum est, ultro id fieri postulet, *l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect.* ubi dicit text. *hoc autem judicium certam conditionem habet, si postulatum est, cæterum qui non postulavit, experiri non potest.* Et textus ad hoc sunt manifesti *in c. 1. ibi,* si fuerit requisitus, *de sentent. excomm. in 6. & in c. 1. ad finem ibi;* sepulcrorum corpora si petantur *de sepult. in 6.* & gl. *in c. cupientes §. 1. in verbo, contingentib. de elect. in 6.* & text. *in c. cum persona § 1. ibi,* à locorum ordinariis requisit. *de privil. in 6.* secus autem, si non postulet, tum

Argumentum III pro Negativa.

382 enim beneficium esse † desinit, & injuria censetur, si beneficium multo obtrudatur. Sene. *lib. 5. de benefic. c. 19.*

383 His denique accedit & illud, cum beneficium † & injuria inter se sint contraria, attestante eod. Senec. *lib. 3. de benefic. c. 22. & lib. 5. c. 7.* ideo quemadmodum

Argumentum IV. pro Negativa.

384 volenti † injuria fieri non potest. text. *in c. scienti. de reg. Jur. in 6.* & text. *in l. cum donationis C. de transact. & l. 1. §. fin. ff. de act. empt.* Gail. *pract. obs. lib. 2. obs. 30. n. 16. & 98. n. 21.* ita nec invito defensionis beneficium

385 præstari posse statuendum est. Contrariorum † enim, ut definit Aristot. *lib. 5. Et hic.* eadem est disciplina *l. etsi contra §. ult. ibiq;* gloss. *ff. de vulgar. & pupill. l. ult. §. ult. ff. de legat. 3.* Jas. *in rub. ff. de acquir. possess.* Everh. *in top. in loc. à contra. n. 1.* Schrad. *tract. feud. part. 10. sect. 14. n. 47.* Pruckm. *lib. 1. cons. 4. n. 137.*

386 Verum, Etsi hæc & alia quæ in speciem proferri possent alicui fucum facere videantur; tamen rube discussa, iis non obstantibus, haud ineleganter defendi potest, non solum clientes auxilium implorantes & volentes, sed eos etiam invitos à Protectoribus defendendos esse.

Decisio contraria affirmativa.

Ratio decidendi. Primum enim hanc decisionem in terminis adstruit Petr. Frid. Mindan. *de mandat. Jud. lib. 2. c. 14. n. 33.* ubi dicit, quod protector, si sua interesse putet, Jus † defensionis tueri, sane & invitorum clientum libertatem defendere possit, ex Jure, quod cum iis habet, obligationis. Cum & Patronus, si absq; causa clientelæ

prima ab auctoritate.

387 & patrocinii Jus excutere velint, contra clientes † suos,

388 paratissimam habeat actionem, ex Jure obligationis quæsito, quod sine consensu suo ei auferri nequit, *l. final. ff. de pact. l. id quod, nostrum ff. de Reg. Jur.* Mindan. *d. c. 14. n. 28.* quem in hoc sequitur Jo. Bruningk. *de Homag. c. 1. b. 13.*

Ratio decisionis II. Deinde eadem decisio confirmatur per rationem elegantem, quia hic communis clientum salus, & libertas publica consideratur, ideoq; eorum velle aut nolle at-

389 tendendum non est, arg. *auth. res quæ C. com. delegat.*

390 Publicæ † enim libertati, quæ res est inæstimabilis, *l. libertas ff. de reg. Jur.* consuli humanum est, *l. 2. 3. & 4. ff. de liber. caus.* Et homines, ubi contra propria † com-

391 moda laborare inveniuntur, conservari, maxime interest Reipub. arg. *l. si. pater C. de sponsal. l. cum ratio §. penult. ff. de bonis damnat. l. ut vim ff. de just. & Jure.*

Estq; communis & recepta Juris Interpretum tradi-

392 tio, quodlibet † beneficium etiam in invitum conferri posse, si publica causa concurrat, veluti si alicujus renuentis saluti succurratur, Dec. & Cagnol. *in l. invito beneficium 69. n. 3. ibidemq;* Christoph. Sturc. *n. 15.* & alii *ff. de regul. Jur.* Hippol. Riminal. *in §. item vobis Inst. per. quas person. Jus nob. acquir. n. 24. & seq.*

393 Opus † enim, ut non inornate dixit Senec. *lib. 2. de benefi. c. 14.* est pulcherrimum, etiam invitos nolentesq; servare. Petr. Faber. *ad. d. l. invito beneficium n. 9. in fin ff. de reg. Juris.* Hinc etiam invitos † ac ignorantes

394 (quæ duo æquiparantur, secundum doctrinam Rom. *cons. 212. n. 2.*) liberari posse docet tex. *in l. 23. de solut.*

395 Sic & magistratum † quandoq; causa cognita & publicæ utilitatis intuitu, subditos suos etiam invitos & renuentes defendere, attestatur idem Fab. *n. 10.*

Ratio decidendi II. à similibus

396 Ita etiam necessitatis tempore Dominum, invito † vasallo castrum posse custodire, arg. *l. 16. §. 1. de usu & habit.* (quidem simul cum vasallo, sine ulla tamen fraude & malo ingenio, quæ ab illis aliena esse debent,) eleganter docent Rosenth. *de feud. c. 7. concl. 2. n. 8. lit. G.* Surd. *cons. 210. n. 31.* Brun. *cons. 87. n. 18. vol. 1. & cons. 132. vers. item ipsum præceptum vol. 2.* Gail. *de Arrest. c. 10. n. 6. vers. Si tamen Dominus* Chass. *in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. n. 10.* Paris. *de Put. de redintegr. feud. c. 174.* Capic. *decis. 37. n. 6.* Bald. *in c. 1. §. quid ergo 2 feud. 8.* idque si negligentia vel mora possessoris præcedat, Joan. Jac. de Leonard. *cons. 117. n. 285. vol. 1.*

397 Eadem ratione magistratus pupillis † etiam invitis & ignorantibus tutores dat. *l. 5. & 6.* & *ibi* Bart. *ff. de tut. & curat.* Bald. *in l. 1. in princ. vers. sed quæro. ff. de admin. tutor.* Estque ratio, quod Juri † naturali

398 conveniens sit, impuberes esse in tutela, per text. *in §. ult. Instit. de Attil. Tutor.* & subveniendum pupillis †

399 esse, idque ad curam publicam pertinere, Imperator ait *in l. 2. in princ. §. Divus. ff. si per. tut.*

400 Sic quoque propter utilitatem publicam in † invitum conferuntur honores & officia publica, per *tit. ff. de muner. & honor.* & ad † judicandi munus etiam invitos

401 assumi videmus *in l. munerum §. judicandi ff. eod* & tamen judicare est honor. *l. observare ff. de offic. præsid l. omnem honorem C. quando provoc. non est necess.* quod non aliunde descendit, nisi, quia in † hujusmodi ma-

402 gistratibus publica utilitas consistit, *l. 1. §. 1. ff. de Just. & Jur.* & in tali † munere judicandi finis litium consistit,

403 in quo publica utilitas versatur, ne fiant immortales, *l. properandum, in prin. C. de Jud.* & ponit Cagnol. *in d. l. invito n. 4.*

404 Simile est & illud, quod habetur *in gl. c. ipsa pietas. 23. q. 4.* ubi etiam invitum quempiam de domo † corruen

corruente impune extrahi posse, statuitur. Eo, quod non solum de interesse illius extracti agatur, sed etiam 405 Reipublicæ cujus interest, homines † conservari *l. cum ratio §. pen. ff. de bonis damn.* Quod ipsum sequitur Fel. *in c. contingit 2. col. ext. de sent. excom.* Alex. *in l. quamvis ff. solut. matrim.* Hippol. Marsil. *in sing. 189.* Dec. & Cap. *in l. plerique ff. de in jus voc.* Fabius Arc. *dec. cas. 45.*

406 Sic etiam ei, qui in possessione † servitutis constitutus est invito, nec de conditione sua litigare passo succurritur *l. 1. usque 7. ff. de lib. caus.* Pari ratione filiusfam, 407 † minor læsus in integrum restituitur, etiamsi nolit, *l. patri pro filio 47. ff. de min.* maxime si patris intersit arg. *l. 1. ff. de lib. caus.*

408 His denique accedit, quod parentes † liberis invitis plurima conferant beneficia; & beneficiorum maxi-409 ma † sunt, quæ à parentibus accepimus, dum aut nescimus aut nolumus, ut pulchre docet Seneca *lib. 6. de benef. c. 23. & 24.*

410 *Responsio ad contraria addu-cta.* Nec vero decisionem hanc, † quæ supra dubitandi rationes allatæ sunt, infringunt. Respondetur enim breviter, illas non consistere, si in iis concurrat causa publica, sed procedere solummodo si commodum alicujus privatum contingant, quod pacto remitti potest, *l. pacisci 31. ff. de pact.* aut si duntaxat de interesse ejus agatur, cui defensionis beneficium confertur, secus si de interesse publico alicujus communitatis, vel etiam privato tertii alicujus præjudicio. Ita haud impolite explicat Dominus Hippol. Riminald. *in d. §. item vobis Inst. per quas pers. nob. jus acq. n. 24.*

Ampliatio XV. Decimo quinto extenditur decisionis dogma, *ut protectores nedum invitis clientibus, sed ipsi etiamsi no-411 lentes † volentes, adeoque inviti susceptos in fidem defendere teneantur.*

Protectores ne & ipsi inviti ad defensionem susceptorum obligati consentur. Affirmativa decisio. Tametsi enim defendere † rem alienam, aut alium ex aliena causa nemo cogatur, ut eleganter tradit Christoph. Sturcius *ad l invitus 156. ff. de reg. jur.* & nos ipsi alibi fusissime docuimus, tum quod aliarum † rerum cura difficillima esse putetur *l. in re mandata C. mandati* & magnum sæpe adferat periculum *c. 1. Auth. ut qui se obligat. Nov. 72.* tum, quod in iis, quæ † meræ sunt voluntatis & benevolentiæ necessitatem imponere vel-412 le, legibus adversetur arg. *l. viam & ibi not. ff. via pub.*

Ratio decisionis manifesta. Aliud tamen dicendum est in iis, qui † mandatum 413 aut onus tale in sese susceperunt, ut sunt procuratores, 414 Actores, Tutores, Advocati tutelares & alii similes, 415 qui à *dict. leg. invitus Digest. de reg. jur.* excepti sunt.

416 Procuratores † enim postquam semel acceperunt 417 mandatum, non possunt pœnitere, eo quod suscipere mandatum, sit voluntatis, sed susceptum repudiare sui non sit arbitrii, text. *in §. mandatum Institut. mandat.* regulariter enim ut contractus, † initio sunt vo-418 luntatis, post factam vero obligationem, fiunt necessitatis, text. *in leg. sicut Cod. de action. & obligat l. ab initio Cod. de nupt. leg. quamvis ff. de pignor. action. l. mandavero §. fin. ff. mandati leg. in commodato §. sicut ff. commod.* Decian. *consil. 39. incip. Quæ facti specie nu. 47. vol. 2.* ita etiam defensionem suscipere † voluntatis, 419 consummare vero eam necessitatis est, arg. *l. 21. §. 2. ff. de neg. gest.* Schenck. *de Feud. lib. 1. tit. 3. n. 13.* & de-420 fendens † in antecedente, tenetur etiam defendere in consequente, arg. *l. 46. §. 3. de Proc.*

421 Sic etiam † Tutores post susceptam tutelam inviti etiam ad protegendum Pupillos tenentur, imo ante 422 jurato † promittere debeat, defensum à se iri pupillos seque utilia facturos & curaturos, inutilia vero sedulo evitare velle, uti hanc sententiam esse receptissimam ex Schradero *part. 10. sect. 20. n. 233.* asserit Frideric. Pruckm. *lib. 1. consil. 27. num. 178.* per text. *in §. fin. & ibi gloss. authen. ut hi qui se obligation. hab. perhib. leg. de creationibus 27. Cod. de Episcopal. audient. leg. fin. §. & siquidem & §. fin. autem non talis Cod. de Curat. furios. Authen. quod nunc generale est Cod. eod. titul.* gloss. *leg. legitimos in princip. verb. facit tutores & ibi* Bartol. *Digest. de legitim. tutor.* Mandel. *consil. 21. num. 11.* Guido Papa *decis. 330.* Corne. *cons. 164. n. 4.* Ant. Pisg. *in tract. de tut. & curat q. 7. n. 23.* & alii infiniti ab his relati.

Et hoc expresse etiam decisum est in der Reformation guter Pollicey facta *Augustæ Anno 1548. Rubr.* von der Pupillen und Minderjährigen Kinder Tutorn und Vormündern §. Item daß er nach befohlener Verwaltung versicul. auch mit gelübten und Eyden beladen werde. Item in der reformierten Policey Ordnung *Anno 1577. Francofurti ad mœnum sub rubric.* von der Pupillen und minderjährigen Kinder Vormündern.

Nemo enim est, qui nesciat tutelæ † officium esse 423 necessarium & coactum, Bart. *in l. quod Nerva num. 33. in fin. Digest. deposit.* Joan. de Plat. Ang. Aret. Vig. Zuichem. *§. si tutor. Inst. de inoffic. testamen.* Menoch. *cons. 58. n. 52.* arg. *l. post legatum §. advocatum ff de his quib. ut indig.*

Pari igitur ratione protectores ex promissione semel facta, etiam inviti, Clientes suos tueri debent. Quia defendere † qui promittit, & non defendit, te-424 netur ad interesse, actione de dolo, *l. si te Titio & ibi* Bar. *ff. de dolo.*

Ampliatio XVI. Decimo sexto ampliatur regula nostra *ut Protectores defendere teneantur in fidem susceptos, etiamsi Fun-425 datores † monasteriorum Advocatiæ institutionem prohibuissent*, cujus rei evidens exemplum præbent acta controversiæ inter illustrissimum Philippum Ludovicum, Comitem palatinum Rheni & Ducem Bavariæ ac reverend. Dominum Joan. Abbatem celeberrimi monasterii Keysersheim / cujus fundator † illustris quondam ac generosus *D. Henricus Comes de Lechsgemünde* licet aperte prohibuerit ut Fratres ejusdem Cænobii, nullum Advocatum, præter Filium Virginis haberent, ut patet ex literis fundationis in libello sub nomine ejusdem Rever. Domini Joannis Abbatis Cæsariensis, contra prædictum Illustrissimum Palatinum ratione protectionis hæreditariæ super præfato Monasterio ab eodem prætensæ, non ita pridem publicato *sub Numero 1.* insertæ Quia tantum in sequenti-416 bus temporibus præmemorati Comitis successores † 427 ac possessores Comitatus Greyspacensis, in quo situm est, idem monasterium, secus quam fundator putarat, variis modis gravare ac premere inceperunt, atque in ejusdem villis, prædiis, possessionibus, bonis ac personis jus Advocatiæ usurpare sibi attentaverunt, necessitate ita exigente Imperatores Romani illud ipsum Cænobium, non solum in sacri Romani Imperii immediatam protectionem susceperunt, sed idem insuper diversis † subinde Principibus civitatibus ac Do-428 minis potentioribus protegendum ac defendendum commiserunt, sicut speciatim *in primo operis hujus capite* ubertim ostensum est.

Si Fundator Monasterii Advocatos suscipere prohibuerit an susceptiad ejusdem defensionem, officium suum nihilominus exercent.

Nec minus experientia docet, quod non obstante Fundatoris prohibitione de nullo præter Christum Advocato habendo laudatissimi Imperatores ceu summi Protectores, sæpedictum Monasterium Keysersheim / summis in hanc usque diem viribus defenderint.

Quinimo pientissimæ memoriæ Rudolphus † II. 429 Cæsar Augustissimus, post revocatam ab Illustriss. Philippo Ludovico, Comite Palatino ac Duce Bavariæ per transactionem quandam Anno 1553. adeptam temporalem ac limitatam protectionem mediatam superioribus annis ad tuendum suo nomine sæpe nomina-

mitatum Monasterium quosdam magnæ authoritatis Consiliarios ac Commissarios, donec Advocatiam ejusdem alteri committeret, delegavit, qua delegatione prætensum præfato illustrissimo Palatino Advocatiæ jus, cum omni superioritate ac jurisdictione ei adhærente quoad possessorium, denuo sententialiter denegatum eique serio injunctum fuit, ne Abbatem & Conventum, ejusq; successores, bona ac homines amplius sub prætextu hæreditariæ protectionis ullo modo gravaret, aut turbaret, sed eosdem, usque ad causæ in Imperiali Camera pendentis, determinationem quietos relinqueret, uti hæc omnia latius explicat Auctor. *Confutationis Cæs. contra* Pfältzische deduction *fol.* 71. cujus verba cum allatam hanc nostram ampliationem plenius illustrare possint, & Acta illa non in omnium manibus sint, hoc loco annectere non abs re duximus, quæ sic habent.

Und erscheint auß dem Stifftbrieff selbs unverneinlich heiter und Klar / daß der Stiffter gemüth und meinung keines wegs dahin gangen / daß sie den Röm. Keysern und dem Reich mit ihrer Stifftung ichtwas nachtheils haben verhandlen oder fürnemen wollen: Dann ob sie wol in der Fundation lauter disponirt, daß ihr Stifftung ausser der Junfrawen Mariä Sohn keinen Patronen haben / auch weder sie / ihre Erben und nachkommen / noch einiger König Fürst oder Bischoff das wenigst darüber zugebieten oder zu verbieten haben / oder sich einer superioriter oder Jurispatronatus anmaßen soll / so wird doch in solcher prohibition / weder deß Röm. Keysers noch deß Röm. Königs gedacht: darzu ist bemelte clausula prohibitiva, secundum materiam subjectam dahin zuverstehen / daß die Stiffter gewölt / daß sich durchauß niemandts underm Schein und prætext ihrer Stifftung und von ihrentwegen einiger Erbschutzgerechtigkeit oder anderer Superioritet uber offtbesagtes Closter anmassen / sonder / daß dasselb von aller deren Jurißdiction und superioritet durchauß und allerdings exempt, und befreyt seyn soll / daher der Stiffter und derselben Erbensvolger zuvor uber die verstiffte Grund / gehabte Superioritet / und Obrigkeit / so wol hierdurch als per ipsam dedicationem, und durch die Stifftung selbst (des Gegentheils eigner bekändtnuß nach) unzweiffelich gleich alsbald gäntzlich evanescirt / und erloschen. Und ist dem Reich hierinnen nichts vergreiffliches / oder präjudicirlichs verhandlet / noch auch das Closter von den Stifftern wider einige Pflicht / von des Reichs Superioritet eigens gewalts eximirt worden / sondern besagts Closter Keysersheim ist noch ein weg als den andern under deß Reichs universal Schutz und protection verblieben / biß daß es ligende Güter / Unterthanen und Zinßleut bekommen hat / und mit denselben auch der Röm. Keyser ungemittelten Subjection underworffen / sonsten aber menniglichs gemittelter superioritet halben / und gleich von anfang / und seiner Stifftung / gantz frey und exempt gestellt worden.

Hactenus *Confutat. contra* Pfaltz.

430 *Ampliatio.* Decimo septimo extenditur † nostra de necessitate defensionis promissæ regula, *ut procedat, atq; Advocatos ad protegendum obstringat, etiamsi per longissimum tempus nullam defensionem exhibuissent.* Quia obligati † ad juvandum & præstandum auxilium, tenentur etiam post mille annos secundum Bart. *in l. cum scimus C. de agric. & censit. lib. 11. & in l. filii, C. de dec. lib. 10.* Flor. *in l. arborib. §. de illo ff. de usufruct.* quos refert & sequitur Bertach. *in Reper. verb. oblig. n. 59.*

XVII. Si Protectores longissimo ac immemoriali tempore nullam exhibuerint tuitionem, an nihilominus in posterum Clientes defendere teneantur.

Quemadmodum enim vasalli † contra Dominum in possessione juris vasallatici existentem libertatem contra servitia non præscribunt, etiamsi centum aut mille annis non servierint cum ad id forte requisiti non fuerint, ut communiter tenent Bald. Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. *c. 1. §. licet si de feud. defunct. content.* Præpos. *c. 1. in prin. de nov. form. fidelit.* Jacob. de S. Georg. *tract. de Homag. n. 44.* Abb. *c. ad audientiam n. 17. & ibi* Felin. *n. 22. extr. de præscript.* Jo. Andr. *in addit. ad Specul. rub. de feud.* Bald. *l. hoc autem 5. argumen. illius textus ff. de servit. urb. præd.* Jas. *l. fin. n. 55. ff. de const. in pr. arg. d. l. in filius 35. & ibi* Bart. *n. 2. C. de decurion.* ubi per illum textum concludit, Principem militare † subsidium, quod civitas ei tempore belli præstare tenetur, nulla temporis præscriptione amittere, si necessitas colligendi exercitum se non obtulerit. Idem tenet Felin. latissime *in c. cum accessissent, n. 26. cum seq. Extra de constit.* Borch. *de feud. c. 1. n. 24.* Schneidew. *part. 5. n. 97. in fi.* Schrad. *p. 6. c. 6. n. 62* ponit & sequitur And. Gail. *obs. 60. n. 4. lib. 2.* sicut & Franc. Balb. *de præscript. 4. part. 4. part. princ. q. 11. n. 4.* ubi addit ex Jasone, quod † emphyteuta directum dominium ne mille annis quidem præscribat, nisi possessionem intervertisset: quod non possit sola animi destinatione nisi factum intervenerit, uti Jas. hoc tradit *in l. 2. n. 157. C. de Jur. emph.* Cast. *in l. neque C. de usufruct.* & ante eos voluit Spec. *tit. de emph. ver. 44. n. 36.* dum post Roffredum inquit, quod etsi mille annis non solvit canonem emphyteuta tamen non præscribat, nisi possessionem intervertat sequitur Chassan. *cons. 4. n. 4.* Rol. à Vall. *cons. 53. n. 29. vol. 2. & cons. 41. n. 32. vol. 4.* citat Nattam. *cons. 600. n. 42.* quod vasalli non sint liberati † à servitiis, si requisiti non fuerint, etiamsi allegent, quod mille annis non servierint, aut in militiam iverint.

431 *Decisio Affirmativa.*

432 *Confirmatur exemplo vasalli.*

433

434

435

436 Ita etiam † protectores si forte requisiti interea non sint, mille aut pluribus annis libertatem debitæ ac semel susceptæ defensionis non præscribunt, quia semper ad protegendum † parati esse, & vicissim clientes in continua quasi possessione exigendi illorum auxilium donec denegetur, permanere præsumuntur argumento eorum quæ tradit Bal. *d. §. licet d. n. 1. & ibidem* Alvar. *n. 1.* Balb. *d. 4. partis princ. q. 4. 12. n. 15 & 16.* per *l. arbor. §. idem tract. ff. de usufr.* Chass. *d. cons. 4. num. 4.* Schneid. Schrad. & aliis *locis relat.*

437

438 *Temperatio prædictorum.* Id tamen quod dictum est, Patronos semper ad protegendum paratos esse debere, cum mica salis accipiendum, neq; eo trahendum est ut illi cogantur semper in armis stare, arg. eorum, quæ in fin. li de vasallo tradit Rosenth. *synops. feud. c. 7. concl. 30. n. 16.* Ubi dicit, durum fore, vasallum † ob feudum unum ex quo se aut suos, ut plurimum nequit alere, minus filiabus dotes liberisque necessaria alia suppeditare potest, adeo servituti debere addictum esse, ut nunquam lucri commodiq; sui causa, magis Pro Repub. Christiana alio militatum, aliquandiu Domino bellum non habente abire, aut à domicilio abesse illi foret integrum.

439

440 Ideo similiter Protectores munus † suum adimplevisse & obligationi satisfecisse dicuntur, si eos, quos defendendos susceperunt defenderint, quandoinique offenduntur vel injuste opprimuntur, & sufficit, quod sint parati ad suscipiendam vel faciendam defensionem, quando fuerint interpellati ad defen-

defendendum, aut necessitas defensionis illis fuerit notificata, prout ex Fel. Anch. Dec. Gozadin. Jas. & Corn. pulchre probat Fulv. Pac. *cons. 134. n. 32. & 353.*

441 Cum enim defensio tantum præstari † debeat ad petitionem clientum, & si contingat, eos inique offendi ut *alibi* probavimus, patet inde omissam tot annis protectionem ex facto alieno pependisse atque ita nihil protectorum negligentiæ, quod tanto temporis intervallo nunquam defenderint, imputari potuisse, ideoque non potuit libertas illa non defendendi ab ipsis præscribi, 442 sicut in simili non † præscribitur exceptionibus quæ 443 etiam sunt † defensiones *l. defensiones C. de excep.* ne mil- 444 le quidem annis, quia pendent † ex facto alieno, nec opponi possunt, antequam alius agat, & velut offendat Bart. *in l. sunt n. 2. C. de prascr. triginta anno.* per *l. 1. §. ult. C. d. annali exce.* gloss. *in d. l. sicut 3. verb. persecutione* & per ill. text. *C. de præscript. trigint. annor.* Panorm. & Fel. *in c. si autem 9. de rescript.* Balb. *d. 4. part.* 445 *4. partis prin. q. 34.* Nec servitutibus † jurisdictionibus aut similibus etiam præscribitur, centum vel pluribus annis, quando casus utendi non incidit *l. hac autem jura* ubi Bald. *n. 1. de serv. urb. prad.* Bart. *l. cum scimus n. 5.* 446 *C. de agric. & censit.* qui vult, † quod si civitas non exigit à confœderatis exercitum, quia suæ gentes ei sufficiebant pro expeditione militari, non currat contra eam præscriptio. Nec mirum, quia nulla culpa ei potest imputari, si non vocavit eos, quorum auxilio non egebat. Natt. *cons. 406. n. 21. tom. 2.* Cyn. *l. 1. numer. 5. Cod. de serv.* Jason. *beneficia. n. 56. de constitut. princ.* Alex. *cons. 136. n. 18. vol. 2.* Chasf. *in consu. Burg. rub. 1. de inst. §. 4. verb. nova molitia n. 11.*

Limitationes principalis de tuendis clientibus supraposita Regula. Post adductas huc usque extensiones seu ampliationes, quibus protectores ad defendendi necessitatem obligatos esse, ostensum fuit, offerunt se nunc multiplices etiam dubitationes, seu limitationes ex variis circumstantiis exortæ, propter quas non immerito in dubium vocatur, an interdum hujusmodi obligatio protegendi cesset, eas igitur deinceps loco Limitationum hoc ipso capite prosequemur. Ex iis enim Protectores super amissa Advocatia à clientibus conventi multivarias defensiones accipere possunt.

447 *Limitatio Prima. Protectores an obligati sint juvare clientes tam in acquirendis, quam conservandis bonis.* Circa illud igitur, † quod loco primæ Limitationis collocabitur, initio in quæstionem vocatur, *An protectores non solum in conservandis vel recuperandis sed etiam in acquirendis rebus clientelaribus in fidem susceptos adjuvare, ac eos, contra adversarios, si forte non satis potentes sint ad eos vincendos defendere teneantur, necne?*

Et quidem initio asserendum videtur, tam in acquirendo quam recuperando & retinendo defendere debere.

448 *Affirmativa. Rationes dubitandi pro Affirmativa.* Tenetur enim protector clientibus quoties † auxilio ejus opus habebunt, succurrere, & quamvis in conventione se non obligaverit in specie se clientibus etiam in acquirendis rebus opem laturum, in genere tamen id expressum fuisse (per verba sc. quoties necesse fuerit clientibus vel simil.) abunde sufficit. Cum generalis 449 dispositio † generaliter & indistincte, prout prolata est, *Ratio I. dubitandi.* intelligi debeat. *l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. l. regula §. generaliter ff. de jur. & fact. ignor.* Dec. *cons 339.* 450 *n. 3.* Gravett. *consil 333. n. 4.* casuq; complectatur † o- 451 nes, etiamsi ratio major sit in uno, quam in altero *leg. 1. §.* 452 *quod autem ff. de aleator.* Socin. *in cons. 2. §. ex his ff. de verb. obligat.* Gozad. *cons. 31. n. 6. &* generalis † dispositio tantum operetur, quod quamlibet speciem sub ea contentam, quantumoperatur dispositio specialis, quoad speciem, *l. si duo, ibi* Bar. *ff. de admin. tut. l. Gallus §. instituens ff. de lib. & posth. cum sim. adductis* per Tiraq. *in rep. l. si unquam in præf. n. 113. C. de revoc. don.* Schrad. *de feud. part. 10. sectio 6. n. 14.*

453 *Ratio II dubitandi.* Deinde videtur hoc itidem affirmandum argumento à vasallis sumpto, qui suppetias Domino ferre tenentur non solum in conservandis, & tuendis ditionibus suis iisdemque etiam si casu fortuito amissæ fuerint, vel ad adversario injuste occupatæ, recuperandis per text. *in c. 1. v. & si contigerit, de nov. form. fidel. & in c. domino guerram hic fin. lex.*

Nec refert jure † dominii habeat, sive habuerit, an 454 possessionis demum sive detentionis Sylv. *de feud. recognit. q. 109. n. 39.* cum etiam dicatur habere, qui possidet modo vel detinet *l. habere ff. de verb. signif. l. 1. §. quod autem ff. de vi & vi arm.* Dominique plurimum interfit, ob eximium defensionis & possessionis commodum eam retinere vel amissam primo quoque tempore recuperare *l. is qui destinavit ff. de rei vend. §. retinenda v. & quæ Inst. de interdict.* Sed etiam in acquirendis de novo. Ita Hern. *in c. 1. §. sed non est alia, nu. 41. quæ fuit prim. caus.* Jacobin. *verb. & promiserunt n. 4.* Curt. *de feud. part. 4. n. 7.* Schneid. *part. 5. nu. 94.* Sonsbec. *part. 11. n. 44.* Alvarot. *in c. 1 in pr. n. 11. ibique* Afflict. *num. 11. quib. mod. feud. amitt.* Wormf. *lib. 1. tit. de feud. obser. 30.* Schrad. *part. 6. c. 6. n. 14.* Khol. *part. 4 n. 61.* ubi id pluribus textibus eleganter comprobat.

Ratio III. dubitandi Tertio hoc ipsum haud obscure confirmari videtur, per tex. *in c. 1. vers. & si contigerit.* ut rem quam habes vel habebis & *c. de nov. form. fidelit.* Cum enim præsupponatur, domino legitima de causa debitam esse rem acquirendam, ideoque quilibet dicatur etiam † habere, quod jure petere potest, sive de quo habet 455 actionem, text. *in leg. id apud Digest. de verbor. signific.* & jurejurando sese † vasallus adstringat ad opem fe- 456 rendam tam in retinendo quam in recuperando eo, quod habet Dominus vel habebit, certe sequi videtur, etiamsi res nondum fuerit ipsius, ea tamen jure ei debeatur, vasallum suppetias ipsi ferre omnino teneri.

Ratio IV. dubitandi. Quarto etiam suffragantur textus ii quibus denotatur, vasallum † servire oportere, cum necesse est domino, sive cum indiget auxilio seu servitio vasalli 457 *c. sancimus de feud. sine culp. non amitt. c. 1. §. similiter de lege Conradi* facit *c. 1. in fi. ex quib. caus.* At vero cum in acquirendo vel maxime indigeat auxilio sive servitio vasallatico, id ei proculdubio præstari oportet.

458 *Decisio contraria in Negantem partem.* Verum his non obstantibus † concluditur & limitatur principalis initio posita defensionis regula primo, ut protectores, non nisi ad tuendas fortunas clientum præsentes, minime vero ad novas acquirendas opem ferre teneantur.

459 *Ratio decidendi I.* Ratio decisionis in promptu est. Quia jus † protectionis continet tantum defensionem contra vim ac invasionem, quæ de facto infertur, & sic principaliter ad 460 retentionem prius acquisitorum & legitime possessorum, refertur, ut patet evidenter ex descriptionibus juris clientelaris, *supra Cap. IV.* allatis.

Non ergo porrigitur ad auxilium, † in acquirendis novis ditionibus ferendum, puta, cum clientes propagandi imperii, vel nominis sui famæque rebus præclare gestis illustrandæ gratia, novis rebus inhiant.

Ratio II. decidendi. Deinde vero hæc ipsa decisio ex eo confirmatur quod ratio † succurrendi longe major subsit in casu re- 461 tentionis & recuperationis, quam in casu acquisitionis. Retentio namque facilius conceditur, quam acquisitio *l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. si in* 462 *area, l. ex quib ff. de condict. indeb.* eoque longe † favorabilior est illa, quam hæc, Decian. *cons. 29. n 92. vol. 2.* Men. *de retin. poss. rem. 3. q. 39. n. 879.* prout etiam recuperatio facilius admittitur, eoque longe favorabilior censetur acquisitione Host. & Jo. And. *in c. significavit de censibus* Crav. *cons. 379. n. 13.* Quid mirum igitur in retinendo & recuperando protectorem ad ferendas

sup-

suppetias magis devinctum esse quam in acquirendo? ista tamen decisio cum temperamento exaudienda est. Nam aut juste ac legitimo ex titulo ad novas res acquirendas intenti sunt clientes, aut injuste res alienas invadere cogitant.

Temperatio decisionis praemissa.

463 Si prior casus occurrat & clientes † qui Patroni auxilio indigent, ad ditionem sive terram eam quam acquirere volunt, jus habeant, quia forte ipsis per successionem aut electionem delata fuit, aut alia de causa ipsis jure debetur, atque ab aliis, cum ipsorum injuria, detinetur. Tunc enim Protectores ad ferendum auxilium clientibus in adipiscendis talibus bonis, non minus quam antea possessis conservandis indistincte ob-464 ligatos esse censeo. Alias sequeretur, quod clientes † cogerentur, propter defectum auxilii Tutelaris, jus suum indefensum relinquere contra *l. illud. v. nec enim ff. de pet. hered.*

Ratio temperationis traditae.

Nec est insolitum sed admodum usitatum, ut rerum optimo jure ad se pertinentium, sed ab altero injuste detentarum adipiscendarum gratia quis in loca quantumvis remota expeditionem suscipiat, ideoque 465 protectores, † ob loci distantiam, jura clientium ipsis etiam de novo acquisita & competentia remittere aut negligere non debent, maxime, quae ex pacto aut providentia majorum, ut alias optimo jure ad ipsos pertinere dignoscuntur, sed potius ea modis omnibus, quatenus & in quantum possunt, donec iis potiantur, aut aliter satisfactionem consequantur prosequi de-466 bent. Nam jure † suo nemo sine culpa sua privari debet. Spec. *de rest. in integ. §. 6. num. 2. v. sed nunquid.*

467 Nec habet Protector hoc † casu justam conquerendi causam, quod auxilium hujusmodi in rerum etiam novarum acquisitione clientibus suppeditandum, sibi sit nimis onerosum, quia clientes non cupiditate inhiandi terris alienis, sed pro tuitione juris sui ad id moventur, cujus retinendi & conservandi gratia Protectoris fidei se commiserunt: & multo magis onerosum vel damnosum clientibus futurum esset, si rebus ad se legitime pertinentibus & injuste ab altero possessis abstinere ideo cogerentur, ne protector expeditione longinquiori pro iis facienda oneraretur.

Si vero clientes nihil juris habeant ad ea, quae de novo sibi subjicere intendunt, per se patet, protectores 468 † uti *infra* pluribus ostendetur, non debere sese injustitiae Patronos exhibere.

Ratio posterioris membri distinct.

Quinimo si pro acquirendis novis possessionibus in quas per se nihil juris habere clientes dignoscuntur, protectores eos adjuvare tenerentur, cupiditas inhiandi terris alienis, nec non propagandi cum aliena jactura imperii longe magis augeretur, adeoque praeberetur 469 occasio † delinquendi, cum tamen, haec jura quantum fieri potest, modis omnibus amputanda *l. illud convenire* & *ibi* Bald. ubi dicit, pactum † non valere per 470 quod quis invitatur ad delinquendum *ff. de pact. dotal. lib.* tex. *in c. nolo 12. q. 1.* ac vitiosae cupiditati obviandum sit *l. in fundo 38. ibi* neque malitiis indulgendum est *ff. de rei vendicat. l. illud ff. de manumiss. vindict. §. ita tamen competit, vers. sed ne dum totia Instit. de vi bonor. raptor.*

471 Ut omittam, quod protectores supra † modum onerarentur, si propter clientum cupiditatem terras alienas occupare conantium, locis in remotis, haud absque vitae discrimine, militare cogerentur, maximo cum dispendio rei suae familiaris, quam tanto diutius negligere necesse est, quanto longius absunt à patria.

Ratio alterius secundi membri distincti.

472 Est autem contra † naturam, ut quis cum jactura & damno alieno res suas augeat, ac locupletetur *l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb.* Dn. Harprecht. *§. furtorum 3. & §. conceptum 4. num. 20. Instit. de oblig. quae ex delict. nasc.* text. *in c. locupletari 48. ibique* Dyn. *de reg. jur. in 6.* Quod ipsum etiam non inconcinne Seneca *lib. 2. de officiis* suggerens *Hominem*, ait, 473 *hominis † incommodo suum rem augere, contra naturam magis est, quam mors, paupertas, dolor, quamque caetera quae possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.*

Neque vero quicquam ponderis habent, quae in contrarium modo allata sunt. Primo enim non est verisimile, quod protector † etiam ad res de novo acquirendas operam suam clientibus promittere, aut ad id se obligare voluerit, quin potius existimandum est, cum hujusmodi † casum, quippe nimis onerosum, si de illo tum temporis interrogatus fuisset, nominatim fuisse 474 exceptum *obligatione generali ff. de pignor. l. 1. Cod.* 475 *quae res pign. obl. poss. l. filius familias ff. de donat. c. in generali de reg. jur. in 6.*

Solutio Contrariorum argumentorum Resp. ad I. dubitandi rationem.

Quod praesumitur ex eo, quia, ut in rationibus decidendi modo dictum est, tantummodo adversus vim & invasionem aliorum, defensionem spospondit, non autem operam suam ad res de novo acquirendas ubi nulla clientibus infertur injuria, obtulisse censetur, alioquin enim iis ad continua bella fenestram aperiret, ex quo & ipse continuis belli laboribus delassaretur, & centuplo plus oneris, quam commodi perciperet. Unde merito tanquam ad incogitatum quid usq; eo obligatio non extendetur.

476 Cum ad incogitata † obligationem generalem trahi non debere, exploratissimi juris sit *l. semper §. Lucius ff. de pactis l. cum Aquiliana & l. qui cum tutorib. ff. de transact.* Ant. de Petr. *ad l. 1. n. 76. de jurejur.* Ant. Rub. *ad l. Gallus §. quidam recte n. 30 ff. de lib. & posth.* Pruckm. *cons. 14. n. 154. lib. 1.* ubi plures alleg.

477 Deinde non obstat argumentum à vasallo ad Protectorem inductum. Quia respondetur vasallum † multo magis obligatum esse Domino, quam protectorem clienti ut *alibi* probavimus, qua ratione allegatos etiam textus in 3. & 4. dubitandi ratione decisioni nostrae non obstare per se manifestum evadit.

Resp. ad II. dubitandi rationem. Responsio ad III. & IV. dubitandi rationem.

Quin etiam praeter hoc Feudistae negant, † vasallum obstringi ad juvandum Dominum aliam ditionem aut possessiones novas acquirere volentem, Isern. *c. 1. §. sed non est alia n. 41. ibid.* post alios Balzaran. *n. 17. quae fuit prim. caus.* Jacobin. *de feud. verb. & promiserunt. n. 4.* 478 Alvarot. *in c. 1. in prin. n. 11. ibid.* Affl. *n. 11.* Schenck. *n. 5. quib. mod. feud amitt.* Cannetius *in extravag. si aliquem §. quaerit etiam sectio. 19. n. 7.* Schrader *part. 6. c. 6. n. 14.* Schneidew. *part. 5. n. 94.* Curtius *part. 4. n. 7.* Sonsbec. *part. 11. n. 44.* Khol. *de servit. feud. part. 5. n. 18.* Wurml. *lib. 1. tit. de feud. obs. 30.* Rosenth. *c. 8. concl. 25. num. 1.*

Alia responsio ad tres dubitandi rationes.

479 Secundo limitatur praescripta principalis † de protegendo principalis regula *ut in casibus, in quibus alias Advocatus obligatus est ad protegendum, ii duntaxat intelligantur, quibus clientes protegendi injuste opprimuntur*: Secus autem, si bellum, quod contra eos moveatur justum sit, tunc enim ad succurrendum Protectores non sunt obligati, arg. *l. 14. §. 1. ibi* quod verum & justum existimaverit *C. de judic.* Item arg. *c. un. 2. F. 6. & c. un. 2. F. 7. vers. Si steterro te velle aliquem juste offendere.* Et hoc ipsum tradunt Jason & Zas. *in l. qui servum 96. de V. O.* Anchor. *cons. 87* expresse etiam docent Panorm. & Dec. *in c. recepimus l. de privileg. n. 14.* & *ibidem* gloss. *in fine verbor.* & *protectio* & idem Decius *in reg. non videtur defendere n. 7. in fin. de reg. jur.* à quibus non est alienus Petr. Anchoran. *cons. 87. incip. omissa.* Et hoc idem ubertim prosequuntur Ab. Butr. Host. & alii *in c. brevi de jurejurand. in fin.* Menoch. *de arbitr. jud. cent 5. cas. 496. n. 15. lib. 2.* Schrad. *cons. 40. n. 93. vol. 1.*

Limitatio II. Principalis Regulae. Verum Protectores in casu injusta duntaxat offensionis clientibus succurrere tenentur. Affirmativae Confirmatur Decisio autoritatibus.

vol. 1. inter conf Kirch. Card. Tusch. concl. pract. tom. 6. lit. P. conclus. 935. Geor. Everh. consil. 56. n. 52. vol. 1. & idem nuncupatim in terminis tradit Jo. Petr. Surd. dec. 3. n. 20 lib. 1. Ubi dicit, quod promittens † aliquem 480 defendere intelligatur ab injusta & illicita offensione per gloss. in c. 1. de treug. & pace Idem diserte firmat Hieron. Cagnol. in leg. frater à fratre num. 115. Digest. de condict. indebit. Alciat. in leg. stipulatio ista habere num 35 & 36. Digest. de verbor. obligat. Alvarot. 481 cap. primo num. 18. de feud. ubi dicit etiam subditos † non teneri Principem suum injustum bellum moventem juvare.

482 Hinc † est, quod plerumque in reversalibus Protectorum hæc verba inferuntur, vor unbillichem Gewalt getrewlichen handthaben/schützen und schirmen.

Fulcitur autem præmissa limitatio primum exemplo Advocati forensis qui injustæ † causæ illæsa conscientia patrocinari non potest l. 14. §. 1. C. de jud. arg. c. 5. v. 20. Esa relati in c. væ qui dicitis 11. q. 3. sed ubicunque ex litis † improbitate læsam habet conscientiam, patrocinium susceptum deserere debet Spec. tit. de sal. Advoc. n. 1. Bald. in d. l. 14. §. 1. alias moraliter peccat. M. Ant. Corat. com. opin. lib. 1. tit. 6. n. 39. eo quod in 485 scelere patrocinium præstare legib. & ipsi naturæ contrarium sit l. 6. C. de defens. civitatum arg. c. 1. lib. 2. Feud tit. 6. Bald. in. c. 1. hic finitur lex Etiamsi defensio Ecclesiæ jurato promissa fuisset Abb. in c. 17. n. 7. de jurejur. Dn. Men. arb. jud. q. lib. 2. cas. 494. n. 13. & seq.

Ratio decidendi I. (483) — 484

Ratio decidendi II. Deinde roboratur eadem assertio consimili jure quod in confœderationibus obtinere scribunt Jurisconsulti, socios nempe fœderis in bello † injusto alios 486 confœderatos defendere ac juvare minime esse adstrictos, ut post Ang. Aret. cons. 96. incip. in Themat. supradicto col. fin. v. circa quintum tradit. Christ. Besold. in novissima differ. de jure fœderum. Cap. V. n. 2. v. Sed nec hoc. ita intelligendum est. ubi dicit confœderatos ad bellum illicitum non intelligi, idque etiam multorum auctoritate firmat Card. Tusch. pract. concl. juris tom. 2. lit. C. concl. 630.

487 *Ulterior confirmatio ab Exemplo vasalli.* Sic etiam tertio † vasalli Dominum bellum illicitum moventem, sequi non tenentur, neque debent, per text. in c. hic fin. lex pulchre ibid. Bald. n. 5. Schenck de Feud. lib. 1. tit. 5. n. 10. & seq. Gail. libr. 1. de pace publ. cap. 4. num. 10. Schrader. part. sexto cap. 6. num. 87. Rosenth. cap. 8. conclus. 20. Schneidew. part. 5. de feud. num. 100. Rittershus. cap. 5. quæst. 53. & communiter, Feudistæ.

488 *Ratio decisionis IV.* Quarto ad roborandam hanc † limitationem facit quod fides ad facinora non extendatur text. in l. juris-489 gentium. §. si ob maleficium Digest. de pactis. Item in re † turpi nulla contrahatur obligatio text. in §. illud. Instit. Mandat. & in leg. si remunerandi §. rei turpis & in leg. si mandavero §. qui adem Digest. eod. titul. Bartol. ibid. num. 1. Jacob. de S. Georg. de feud. in verb. & promiserant num. 6. Innocent. in cap olim num. 1. de restit. spol. text. in cap. in malis de Regul. jur. in 6. & in cap. malis 22. quæst. 4. ubi textus, inquit in malis pro-490 missis † rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vovisti, ne facias. Impia est promissio, 491 quæ scelere adimpletur, Item Quæ ad turpem † causam se referunt, non oportet ad effectum produci text. in leg. Quintus Mutius in fin. ff. de comm. legat. Bald. in d. c. 1. hic finitur lex. ubi omnino vide.

492 Et magis peccat † ille qui opem fert peccanti, quam qui principaliter peccat, cap. si res aliena 14. quæst. 6.

Decisionis Ratio V. Quinta Ratio prædictorum inde elucet, quod in omni † obligatione, doli & iniquitatis exclusiva clausula 493 per se veniat l. 24. & ibi gloss. in princ. & Alex. num. 5. ff. de acquir. possess. Hier. Cagnol. in l. frater à fratre 38. Digest de condict. indeb. Alciat. in l. stipulatio ista 35. numer. 35. & 36. Digest. de verb. oblig. & semper in generali † promissione excipiatur causa injusta arg. leg. quod servus, ubi gloss. Alexand. in princip. num. 5. iterumque in fin. & alii ff. de acq. vel. amitt. possess. Imo talis promissio † esset illicita & non valeret, quia 494 futurum crimen in se contineret contra l. si unus 28. §. illud. ff. de pactis. Quemadmodum igitur forensis Patronus in causa injusta præstare patrocinium clienti non debet, nec colligatus in bello injusto colligato succurrere, nec vasallus Domino injuste aliquem oppugnanti assistere tenetur, ita nec Protector nisi injuste gravatos clientes defendere obligatur.

Cæterum hæc limitatio adeo procedit, ut si Protectores † juvent ac defendant Clientes contra eorum 495 Adversarios justam causam foventes vel propria culpa offensos iis etiam, quos sic offenderunt, ad damni emendationem teneantur, ut in simili deciditur, per Innocentium in cap. ult. quod metus causa Bald. in cap. 1. in princip. numer. 4. quib. mod. feud. amitt. Alvarott. in d. cap. domino guerram numer. 15. Schenck. ibid numero 24. hic fin. lex. Hartman. Hartman. libr. secundo tit. de feud. obser. 32. Vultæius lib. 1. cap. 10. numero 25. Rosenthal. cap. 8. conclus. 20. numero 6. tum quod facinoroso haud sit † dissimilis qui facinus 496 defendit, secundum dictum Cretensis de Bell. Troja. 497 lib. 4. etiam † Amici utpote pro quo ne in dubio quidem judicare permittunt jura, Menoch. arb. jud. quæst. 2. cas. 339. numer. 32. quicquid à Gell. noct. Attic. relati, prisci quidam Philosophi, pro amico quandoque delinquendum esse putaverint, à quibus Pub. † Rutilius plane fuit alienus: Cum enim hic 498 aliquando Amici cujusdam injustæ rogationi non annuisset, atque is indignando dixisset; quid ergo tua mihi opus amicitia, si quod rogo non facis? non inconcinne respondit: Imo quid mihi tua si propter te inhonesti aliquid sum facturus. Val. Max. lib. 6. c. 4. tum, quod nimis indignum † nimisque impium sit, flagitiis præsidia quærere, causas injustas defendere leg. legem 7. Cod. de natur. liber. tum etiam, quod ubicunque † offensio licita est, ibi defensio illicita 499 & prohibita censeatur, gloss. in l. ut vim & ibi Bartol. num. 4. Dec. num. 1. & 21. Fortun. Garc. num. 5. & 10. & Doctores Digest. de justit. & jur. Paul. de Castro cons. 194. incip. viso supradicto. Oldrat. consil. 71. Hippol. de Marsil. pract. crim. §. aggrediar. numer. 75. & seq. Alciat. tract. de præsumpt. reg. prima. præsumpt. 3. Petr. Duen. in tractat. reg. 182. Caret. tract. de homicid. §. 6. num. 70. & seq. Schrader. tractat. feud. 1. part. 9. cap. 4. nu. 82. Pruckman. conf. 17. q. 4. nu. 137. vol. 1. Hincque maledicti deprædicantur in sacris literis illi, quorum conventiones violentiæ instrumenta sunt. Gen. c. 49. v. 5.

Ampliatio decisionis præmissæ. *Ratio ampliationis I.* *Ratio ampliationis II.* 500 *Ratio ampliationis III.*

Verum ut limitationis hujus materia, rectius 501 intelligatur, tres casus in ea distinguendi sunt.

Casus aliquot ad declarandam prædictam II. principalem limitationem *Casus primus.*

Primus est cum manifeste apparet † clientes habere causam justam, sed protectores ut forte periculum & laborem subterfugiant, vel ne Adversarium forte offendant, contendant, causam clientum injustam esse. Et hoc casu, sine controversia auxilium præstare tenentur, alioquin conveniri possunt ad interesse, actione de dolo, per text. in leg. si Titio & ibi Bartol. Digest. de dolo. Et ita intelligi & declarari potest † gloss. in cap. brevi, ut 502 503 ibi declarant Butr. Abb. & Imol. in fin. de jurejurand.

Casus II. Secundus casus est è converso, quando notorie constat, clientes fovere causam injustam, & tunc absque omni

omni respectu, protectorum auxilio exclusi intelliguntur, Protectoresque plane securi sunt, tametsi recusent eos defendere, per not. Hostiens. Butr. Abb. & cæterorum *in d. c. brevi in fi.* Et his accedunt quæ tradit Jason. *in cons. 94. col. ult. lib. 3.* Doctores *in c. ult. de postul.* Roman. *cons. 47. n. 2.*

504 *Ratio Casus II. prima.* Ratio est, tum quia Advocatus † tam forensis, quam tutelaris, ex officio suo ligatur ad defendendos clientes tantum si injuste conveniantur vel opprimantur, *arg. l. rem non novam §. patroni C. de judiciis*, tum, quia

505 *Ratio II.* nec ipsi magistratui auxilium ferendum, seu parendum est, ubi constat de injustitia *l. omnes judices, C. de decurion. lib. 10. l. evidenter C. de excusat. muner. l. devotum C. de metat. & epidemet. juncta l. contumacia ff. de re jud. l. prohibitum l. defensionis facultas Cod. de jure fisci cum similibus* allegatis in hanc sententiam per Dyn. *in c. quod quis mandato n. 5. de regul. jur. in 6.* Bartol. *in d. leg. prohibitum Cod. de jure fisci* Hostiens. *in c. significamus ibid.* Andr. *de Constit.* Dec. *in l. non videntur §. qui jussu n. 4. ibid.* Cagn. *n. 5. ff. de reg. jur.*

506 *Casus III.* Tertius casus est, quando dubitatur an † clientes foveant causam justam vel injustam, & tunc Protectores tenentur præstare auxilium defendendo ipsos, & offendendo hostes; Quia determinatio † non pertinet ad

507 Protectores, text. *in c. quid culpatur in fin. 23. q. 1.* & ita in simili decidit Schneidew. *tract. feud. p. 5. n. 100.* Kohl. *part. 2. n. 50.* Rosenth. *c. 8. concl. 20.* & communiter Feudistæ *in d. c. domino guerram, hoc fin. lex.*

Ex his omnibus clare patet, si contra clientes ju-

508 stum concitetur bellum †, quod Protector ad defensionem illorum armis se accingere non cogatur, per doctrinam Gloss. & Abb. *c. 8. de privil.* Dec. *in. l. 52. n. 7. in fi. de Reg. jur.* Barb. *cons. 11. n. 32. & seq. vol. 2.*

509 *Belli justi & liciti quæ sint Requisita.* Vt autem bellum (quod regulariter injustum † & illicitum præsumitur juxta tradita per Abb. *in c. 29. n. 13. de jurejur.* maxime in recognoscente superiorem Alber. Gent. *lib. 1. de Bell. c. 3.* Men. 6. *Præsump. 96. n. 4.* Gail. *1. de PP. 4. n. 4.*) à superiorem recognoscente gestum

510 pro justo habeatur, tria requiri † voluit post alios DD. à se citatos Jo. Lupus *de just. & jur. abeunt. & retent. Regn. Navarr. per 453.* auctoritatem nempe supremi Principis, causam justam & rectam intentionem, ubi tantum priora duo sufficere putat, quem etiam ad hoc citat & sequitur *Geor. Everh. cons. 17. n. 2. vol. 2.* ubi hanc magis communem testatur: & *n. 1.* ex quorundam DD. sententia, quinque belli Justi requisita, ad auctoritatem Principis & causam justam sine negocio reducibilis recenset. Qua de materia, quia huc principaliter non pertinet conferri possunt post Bocerum *de Bello & duello* Gard. Tusch. *conclus. pract. Tom. 1. litr. B. conclus. 34.* & Annib. Cranc. *pro Duce Venet. super quæst. An illatas à Paulo V. Pontifice Veneta Respubl. injurias bello*

511 *& armis propulsare liceat.*

Limitatio III. Clientes propria culpa offensos an protector nihilominus defendere teneatur. Tertia porro limitatio inducitur, qua protectores ab omissa † defensionis opera excusantur, quando clientes propria sua culpa offendi contingit. Jac. Synz. *disp. de jur. protect. th. 19.* ubi recte defendit, necessitatem protegendi non arctare patronum, si cliens sua culpa se in discrimen, & adversitates conjecerit.

Ratio limitationis ex dispositione juris scripti promanat, quæ nimirum sanciunt, eis qui in necessitate †

512 *I. Ratio limitationis à dispositione juris. II. Ratio limitationis ab authoritate.* se ipsos posuerunt, subveniendum non esse, *l. 1. §. 1.* & *ibi* gloss. & Dd. *ff. qui satisd. cog. & arg. l. 31. prin. depos.* Rol. à Vall. *cons. 87. n. 56. vol. 1.* Dn. Menoch. *cons. 55. n. 12. lib. 1.* Surd. *de Alim. tit. 7. n. 12.* & Horat. *lib. 1. epist. ad Loll.*

Quem sua culpa premit, deceptus omitte tueri.

Deinde hanc eandem limitationem post Alber. Gent. *lib. 3. c. 18. de Bell.* approbat Christ. Besold. *dissert. noviss. de jur. feud. cap. 5. sub. n. 2.* ubi ex aliis adseverat, eum qui † promisit defendere oppidum vel civitatem,

513 si culpa ejus, cui facta est talis promissio, bellum moveatur, defendere non esse obligatum.

III. Ratio. Tertio confirmatur hæc limitatio, quod omnis de-

514 fendendi promissio † intelligenda sit, quatenus defendendus offensionis causam non præbeat, arg. *l. 54. §. 1. ff. locat.* Pruckm. *cons. 17. n. 148.* Gram. *decis. 291.* Parif. *cons. 104. n. 12. lib. 3.* Cum enim causata offensio † justa sit,

515 defensio erit injusta, arg. *l. 4. §. primo ad l. Aquil. leg. unic. Cod. quand. licet univer. sine judic. se vindic.*

Penes quartam limitationem difficultas illa occurrit,

516 *Limitatio IV. Si ob hostium multitudinem ac insufficientes Protectoris vires, constet ejus in suscipienda defensione operam nil profuturam, an utrum eo casu, tuitionem omittens Advocatus excusatione dignus sit.* †*quando vel propter multitudinem hostium, vel exiguas Protectoris vires, apparet ejus in suscipienda defensione operam Clientibus nihil profuturam, utrum eo casu Advocatus defensionem omittens excusationem mereatur, vel nihilominus ad protegendum obligatus sit?*

Et remotis ambagibus respondendum † est, hoc casu protectorem defensionem intermittentem excusandum esse, authoritate Bartoli *in leg. si quis in gravi in princip. Digest. ad Syllan. numer. 2.* ubi in simili dicit, quod vasallus non adjuvans Dominum, omnino periturum excusetur, & feudo privari non possit, quod ipsum similiter deciderunt Matth. de Afflict. *in cap. 1 in princ. numer. 2. quibus. mod. feud. amitt.* Jacobin. de S. Georg. *in verb. & promiserunt &c. numer. 18.* Laurent. Sylvan. *de feud. recognit. quæstion 85. numero quinto* Rosenth. *cap. 8. concl. 9. n. 8* Andr. Khol. *de servient. feudal. part. 1. n. 145.*

Eo quod nemo cogatur facere, quod est † supervacaneum, quodque factum nihil relevat, *l. non cogendum 45. §. final. Digest. de procurator. leg. hac autem satisdatio quarto in princip.* & *ibi* gloss. *ff. si. cui plus quam l. ad probationem 21. Cod. de probat. cap. per tuas extr. de Simonia cap. cum contingat* & *ibi* gloss. *verb. nihilominus extr. de offic. delegat.* Khol. *dilect. num. 145.* Schrader. *p. 6. cap. 6. n. 35.*

517 *Decisio Affirmativa. Probatur autoritate DD.*

518

Declaratur tamen hæc determinatio, ut tunc excu-

519 *Ratio decisionis.* satio omissæ protectionis locum habeat, si ex manifesta Adversarii potentia vel aliis indubitatis indiciis ac circumstantiis, certo constet, defensionem à pro-

520 *Declaratio prædictæ decisionis.* tectore suscipiendam nihil profuturam. Ita DD. locis modo relatis, & inprimis Bartol. *in d. l. si quis gravi* sensisse videntur. Et sic *d. l. cogendum*, aliaque jura allegata etiam accipienda sunt, quemadmodum in simili tradit Bald. *c. 1. in pr. n. 8. ibi* si hoc est certum *quib. mod feud. amitt.*

Secus autem quando incertum est, & adhuc ab eventu futuro ac dubio dependet, num protectorum auxilium clientibus profuturum sit, necne, tunc enim defensio sub eo nudo prætextu, quod facile contingere possit, ut frustra suscepta sit, omittenda non est, ex rationibus subsequentibus.

Primo enim manifestum est protectores ad ferendum subsidium non conditionaliter, si videlicet illud

521 *Ratio I. allata declarationis.* profuturum fore certo constet, sed simpliciter & indistincte, quandocunque clientes injuste opprimuntur, obligatos esse. Et quamvis facile evenire possit ut auxilium frustra sit præstitutum, ideo tamen onus protectionis detrectare nequeunt. Quia semper †

522 potius proficuum fore quam nociturum præsumitur, & sanciunt quoque jura, de futuris † semper

523 meliora speranda esse, *l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig.* Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 27. numer. 3.* Surd. *tract. de aliment. tit. 7. q. 9. num. 14.*

Ratio II. adducta declarationis. Deinde si tum demum Protectores officio suo fungi deberent, quando certo constat auxilium ipso-

psorum clientibus profuturum, certe raro vel nunquam ad ferendas suppetias obstringerentur. Quia rerum † futurarum certitudo, raro evidens est, imo exitus sive eventus † futuri semper incerti & dubii sunt *l. quod debetur ff. de pecul.* Jason. *in leg. Stichum numer. 2. Digest. de legat. primo.* usque adeo ut Deæ Fortunæ,† quam cæcam dubiam & incertam Poetæ finxerunt, æquiparentur, *leg. servus 13. ff. de stat. homin. leg. eos 6. §. super his Cod. de apellation.* Alber. de Rosat. *d. l. quod debet. ff. de pec.*

524 525 526

527 Hinc de futurorum † certitudine statuere ex præsenti, imprudentis dicitur, argum. *c. gravi 11. quæst. 3.* Anchar. *cons. 64.* Alex. *cons. 39. colum. 2. volum. 5.* Dec. *cons. 524. num. 9.* Surd. *de alimen. tit. 8. privil. 1. num. 7.* Pruckm. *cons. 30. n. 106. lib. 1.* Multa enim † possunt cadere inter calicem supremaque labra §. *quæsitum Inst. de rer. divis.* Capifer. *in tract. de num. test. p. 2. c. 5. n. 13.* Peck. *in tract. de testam. conjug. lib. 1. cap. 31. num. 8.* Atque ideo adventitii † casus qui ex post facto contingere possunt, non sunt considerandi, *l. Julianus ff. qui & à quibus leg. insulam. Digest. de verbor. obligation.* gloss. & Dd. *in leg. nisi stipulatus §. cum stipulemur Digest. eod. leg. non quemadmodum. Digest. de judic.* Tiraquel. *in repet. leg. si unquam, verbo omnia. numer. 36. Cod. de revoc. don.* præsertim si tristes vel mali sint & inopinati *dict. leg. inter §. sacram & ibi* Dd. *Digest. de verbor. obligation.* Menoch. *consil. 373. numer. 12.* Sed semper conditio † sive status præsens inspici debet, ac secundum illum de quolibet judicium faciendum est, *leg. moveor, Cod si servit. export. ven. leg. item apud Labeonem §. si quis virgines Digest. de injur. cap. si vero aliquis de sentent. excommun. cap. si judex Laicus eodem titul. in sexto* Petr. Anch. iran. *consil. 69. numero 7.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 1. gloss. 8. numero 25.* Schrader. *part. 10. sect. 7. numer. 91.*

528 529 530

Cum igitur tum temporis, quando defensionis subsidium à protectore exigitur, subsit spes id profuturum, & in hunc finem etiam requirantur; omnino respiciendum erit ad hujusmodi statum sive conditionem præsentem, nec curandum, quod evenire possit infortunium, ut auxilium nihil sit profuturum *d. §. sacram ibique* not. per Dd.

Neque etiam allegata de superfluis & non relevantibus jura hic sibi locum vendicant, quia securius est, in dubio † admittere potius superflus quam omittere, quæ possunt esse conducibilia ac necessaria *c. per tuas de Simon. c. non æstimemus 13. quæst. 2. leg. testamentum 17. ibi*, cum superflua non noceant. *C. de testam. l. non solet 86. & l. quæ dubitationis 81. ff. de regul. jur.* Spec. *tit. depos. §. 7. num. 4.* Col. *de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 201.*

531

Limitatio V. Utrum clientes suos, Advocati etiam cum vitæ periculo defendere obligati sint.

Quarta limitatio quærendi ansam præbet, † *An protector eo usque ad clientum tuitionem obligatus esse censeatur, ut eos etiam cum certo & inevitabili sua vita periculo defendere cogatur.*

Et videtur, quod sic per tex. *in leg. 1 §. juxta hoc ff. ad Syllanian.* ubi dicitur, quibus incumbit necessitas † succurrendi Dominis, non debere saluti Dominorum suam anteponere.

532 533

Affirmativa. Ratio dubitandi pro affirmativa.

Sed protectores, quoad defensionem † exhibendam, magis sunt obligati clientibus quam servi Dominis quia in hoc unice conducti sunt, & majus plerumq; honorarium recipiunt, ego etiam majori cum periculo clientes defendere tenentur.

534

Deinde ex prædictis in ampliatione septima constat, Protectores teneri cum † armis clientes defendere, iisque auxilium ferre, sed ejusmodi auxilium † cum vitæ periculo omnino esse conjunctum patet, prout contingit, cum in oppugnatione clientum Protectores adversus hostes pugnaturi eos defendere coguntur; tunc enim siquidem officio suo rite præesse velint, sub prætextu periculi vitæ non possunt clientibus deesse, vel auxilium renuere, alioquin nunquam ipsis, in prælio tenerentur opem ferre, sed hoc ipsum adversatur promissæ defensioni, ergo potius cum periculo etiam vitæ adversus hostes clientum dimicare debent, etiamsi forte ab hostibus interficiantur, per notata in simili de Vasallis *in cap. 1. in princ. quibus mod. feud. amitt. cap. si quis miles de feud. sine culpa non amitt. cap. primo §. item qui dominum qua fuit prim causs. cap. domino guerram & cap. ad hoc hic finit lex cap. 1. de nov. form. fidelit.* recteque præ cæteris tradunt Zas. *de feud part. 7. num. 37.* Schenck, *d. c. 1. in pr. num. 17. quibus mod. feud amitt* Vasq. *libr. 1. controvers. cap. 11. num. 5.*

535 *Ratio dubitandi II.* 536 537

Tertio Affirmativam partem facit † exemplum notabile & præjudicium ab Imp. Friderico I. usitatum. Sic enim Henricus quondam Leo Sax. & Bavar. Dux, quod Fridericum Barbarossam Imp. Mediolani in acie non sine periculo dimisisset, criminis læsæ Majestatis reus † postulatus & damnatus est, atque ditiones ipsius maxima ex parte in alios Imp. Status translatæ, Aventin. *Annal. Boior. libr. sexto fol. 515.* Alber. Kranz. *libr. 6. Saxon. c. 38.* qui tametsi pro gratiosa in integrum restitutione apud Imp. submisse institisset, tamen aliud non tulit responsum, quam *Imperatorem sine Principum consensu reponere non posse quem omnium consensu destituisset.* Kranz. *dict. loc. cap. 43. in fine.*

538 *Ratio dubitandi III.*

Sed ex adverso quod Advocati † cum tali periculo ad protegendum minime obligati sunt, potius statuendum est per rationes subsequentes.

539 *Decisio Negativa.*

Primum enim si tali cum periculo Protectores defensionem præstare obstricti essent, sequeretur, eos salutem † ac fortunas clientum, suæ propriæ præferre teneri, sed consequens est falsum, arg. *c. si non licet 23. q. 5. l. preces* ubi Bald. & Dd. *C. de serv. cum simil.* D. Hepingk. *disputat. de jure protect. conclus. 40. lit. C.* ubi diserte defendit, Advocatum cum certo vitæ periculo ad clientum defensionem non obligari, ergo & antecedens

Ratio decisionis I. 540

Deinde nihil minus est verisimile, quam Protectores † in conventione Tutelæ ineunda pro honorario annuo quantumvis magno, quod à clientibus accipiunt, se iis eousque obstringere voluisse, ut & vitam tam pro ipsis, si aliter eos defendere non possent amittere deberent, cum universæ vitæ felicitatem, ut nus horæ discrimini temere ita subjicere, eos voluisse, præsumendum non sit, Liv. *lib. 30. c. 30.* nihil enim cuiquam vita † sua charius esse solet, cum qua pretium defensionis etiam amplissimum ne minima quidem ex parte comparari potest.

541 *Ratio decisionis II.* 542 543

Constat autem generali obligatione sive promissione non venire, quæ verisimile est in specie quem non fuisse promissurum, si de iis specialiter fuisset interrogatus *d. l. obligatione ff. de pignorib. c. in generali de reg. juris in 6.* nec debet vasalli obligatio, intentionem ejus egredi, *l. si quis nec causam l. non omnis ff. si cert. pet.* Cumque sit infinata † æstimatio libertatis multoque magis vitæ, *l. non est, §. infinita ff. de regul. jur.* peculiariter in conventione fuisset exprimendum, si protectores in casu necessitatis clientum salutem propriæ anteponere deberent, quod cum non fuerit factum, obligatione non continebitur. Quandoquidem jura etiam † nova quantumcunque generaliter loquentia, non intelliguntur loqui in casibus habentibus specialem favorem, sive rationem, *cap quamvis versic. quanquam de præbend. in 6. & l. ex testamento C. de testam. milit.* Jason. *in l. 1. n. 9. plura cumulans ff. solut matrim.*

544 545 546

Tertio confirmatur hæc decisio ex eo, quod in contractibus servanda † sit æqualitas eaque fieri debeat interpretatio, qua sit æqualis contrahentium conditio *l. si id quod, §. ult. ff. de rescind. vendit. l. penultim. in fi. C. commun. divid.* Rimin. *in. §. 1. n. 159. Inst. quib. alien. lic.* Crav. *cons. 70. n. 1. cons. 245. n. 7.* Menoch. *cons. 35. n. 11.* At vero summa foret inæqualitas si protector propter annuum salarium, quod à clientibus accipit, vitam suam, quæ infinitis modis salarium excedit, pro iis perdere teneretur.

547 *Ratio decidendi III.*

Quarto constat, vasallos magis † obstrictos esse Dominis, quam protectores clientibus, eo quod fidelitatem ipsis jurent. Sed vasalli non † tenentur vitam & salutem suam, saluti & vitæ Domini postponere gloss. *in cap. 1. quibus mod. feud. amitt* quam communiter sequuntur *ibidem* Feudistæ Belvis. *vers. quæro nunquid salutem domini.* Isern. *num. 4.* Bald. *num. 8.* Laudens. *num. 7.* Alvarott. *num. 6.* Præpos. *numer. 5.* eleganter Schenck. *nu. 16. cum. seq.* gloss. *in cap. 1. §. fin. verb. potuerit de alien. feud. pater*, & *ibi* etiam Feudistæ Surd. *tract. de alim. tit. 7. quæst. 31. n. 1.* Roland. à Valle *cons. 5. num. 36. tom. 3.* Zas. *in epitom. feud. part. 7. num. 37. & part. 10. n. 18.* Guil. Hannet. *libr. 3. de jure feud. c. 9.* Duar. *in comment. c. 14. n. 9.* Rosenth. *c. 10. concl. 16. n. 20. lit. O.*

548 *Ratio decidendi IV.* 549

Quinto licet libertus † ratione accepti beneficii magis obligetur patrono, quam protector clientibus, cum hic saltem annum † honorarium à clientib. accipiat, quod comparari neutiquam potest libertati, quæ res † est inæstimabilis, *§. cum ergo versic. sed cum Inst. quibus ex caus. manumitt.* cunctisque rebus præferenda *l. Paulus ff. de fideicom. libert.* Attamen libertus † salutem, seu vitam domini, suæ anteponere minime tenetur, ut est text. *in l. hæ demum ff. de oper. libert.* Padill. *in l. præses numer. 7. C. de serv. & aqu.* Quod ipsum evidenter deprehenditur ex eo, quod etiam alimenta † patrono vitam suam aliter sustentare non valenti suppeditare non teneatur, cum non habet, nisi quod propriæ sustentationi necessarium est, *l. si quis à libertis, § penult. ff. de liber. agnoscen.* Natta *cons. 380. numero 6.* Surd. *de aliment. tit 7. quæstion. 28. numer. 4.* Salicet. *in leg. dolo numer. secundo Cod. de libr. caus.* ubi dicit, *quod si redditus non sufficiunt sibi & patrono, juste denegant alimenta, & non dicitur ingratus*, allegat. *leg. alimenta in princip. Digest. de liber. agnosc.* tenetur † enim quilibet sibi primum subvenire argum. *l. præses C. de serv. aqu.* & nemo † obligatur sibi arctare victum, ut alii provideat text. *in d. l. si quis alib. in fin. ff. de lib. agnoscend.* Bald. *in l. 1. §. officio ff. de tut. & rat.* Natta *cons. 387. n. 8.*

550 *Ratio decidendi V.* 551 552 553 554 555 556

Multo ergo minus protector vitam clientum suæ præferre tenebitur.

Sexto, quod pro ratione exemplorum additur, hanc sententiam corroborat quod nulli teneatur quis magis esse fidelis, quam sibimetipsi, cum prima † & ordinata charitas incipiat à se ipso *cap. si non licet 23. q. 5. l. præses* ubi Bald. & Dd. *Cod de serv.* Clarus *§. feudum, q. 21. in fin.* plusque se quis amat in ungue pedis quam alterum in vertice capitis, ut Baldus ait. *cons. 312. libr. 4.* Vnde pertritum, *interulam † magis stringere quam tunicam.* Imol. *in l. hæredes mei 57. §. fin. Digest. ad Trebell.*

Ratio decidendi VI. 557 558

Quod tamen non ita nude vel crude † sed cum temperamento legis divinæ & sacrosanctæ justitiæ, & sic non sine mica salis, accipiendum, sed & exemplo & latius declarandum est. Finge enim, Tutoris ac pupilli bona naufragio periclitari, & alterius amittenda & in mare projicienda esse, *utrum tutor † possit pupilli bona projicere & sua conservare, an vero teneatur propria amittere, & pupilli salvare non inutiliter quæritur?*

559 *Temperamenti præcedentis dogmatis.* 560 *Utrum Tutor in periculo custodiam propriorum bonorum Pupilli bonis præferre possit aut debeat. Negativa. Ratio dubitandi pro Tutore.*

Ad quod sine dubio respondebit quis id quod modo dictum est, ordinatam charitatem incipere à se ipso, ac deinde demum in proximum quandoque conferri, juxta commune proverbium, *proximus egomet mihi:* quod verbis Divi Apostoli, stabiliri posse videtur, qui non ita nos aliis commodare † jubet, ut aliis sit relaxatio nobis vero angustia (*secundo Cor. 6.*

Deinde ad hoc ipsum in specie & terminis quasi propositi exempli, facit *lex quicquid. Cod. arbitr. tut.* ubi *gloss.* habet, quod Tutor † contra suam utilitatem non teneatur providere pupillo, & citat ad hoc tex. cui adde gloss marg. *in leg à Tutoribus, 33. Digest. de administr. tutor.* quæ similiter quærit, *An tutor propriam utilitatem possit præferre utilitati pupilli?* Et respondet *ibid.* quod sic in periculo rerum secus in periculo animæ. †

561 562 *Ratio dubitandi II.* 563 564 *Decisio contraria pro pupillo. Ratio decidendi.*

At si res ad Lydium lapidem revocabitur, pressius examinando & ad gnomonem indeviabilem sacræ Scripturæ deducendo, accuratius ponderetur, invenire aliud, & contrarium statuere licebit. Quid enim? an non, eodem Apostolo teste, *charitas non quærit quæ sua sunt, 1. Cor. 13.*

565

An non etiam summo Philosopho, Aristotele, teste, ipsa justitia propterea dicitur ἀγαθὸν ἀλλότριον καὶ πρὸς ἕτερον, quia scilicet vires † suas erga alium exerit, producit, porrigit ac exercet. Aristot. *libro quinto Eth. cap. primo & 6.* ut scilicet sit bonum quod alteri communicatur & non sit proprium ejus à quo proficiscitur, sed alterius, † cui communicatur (per quod tamen minime negantur, præcepta justitiæ, de altero non lædendo etiam respectum sui ipsius in se continere, perinde ut præceptum divinum; *non occides*, intelligi debet scilicet nec te nec alium, *can. si non licet 23. quæst. 5.* Et in † dilectione proximi continetur etiam dilectio sui ipsius) Sic Cic. *1. lib. 2. de Rep.* ait *justitia foras spectat, ut & totum se ad alienas utilitates porrigit & explicat*, Magyrus *libro quinto Ethic. cap. primo.*

566 567

Ideo Euripides ait, *virum † justum non sibi, sed aliis videri natum*, nempe illis, quibus, sua justitia cupit prodesse. Unde acutissimus recte Jurisconsultus Carol. Molin. *in tract. de usur. numero 72.* regulam charitatis ordinatæ pulchre sane & divinis scripturis congruenter admodum sic explicat, ne repugnet verbis Divi Apostoli *ad Galat. cap. ultim. & primo Timoth. 5.* ut scilicet primam rationem habeamus eorum, quos Deus nobis cognatione carnis conjunxit, & maxime domesticorum fidei, nec etiam citato *supra loco primo Cor. 13.* contrarietur, nec vero etiam patrocinium præbeat, sinistræ opinioni Scholasticorum Theologorum, Canonistarum & Legistarum, præsertim Joan. Ignei *suprad.* regulæ stricte inhærentium, addens, sic illam † candide & bono sensu posse accipi, quod charitas incipiat à seipsa, videlicet, tanquam ab exemplo & comparatione nostri, ut quemadmodum egentes volumus nobis ab aliis subveniri, ita aliis egentibus ultro † subveniamus, ut hoc vel ex animo nostro in simili metiamur, ut scilicet non sit alius sensus, quam qui habetur in illo divini & naturalis Juris mandato *Matth. septimo Luc. sexto, prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter*, quam explicationem suam idem Molin. *in addit. ad c. consuluit, ex de usur.* dicit multos insignes viros è Schola Theologica sibi gratula-

568

tulatos esse claram & nitidam hujus dicti *Luc. 6.* explicationem vocantes, quo provocasse sat est.

570 *Ratio decidendi II. ab Authoritate Lud. Romani ICti.* Ad casum tamen *supra* positum in terminis vide ulterius Roman. *singular. 698.* ubi decidit, quod si tutor est in tali periculo, quod non possit simul & semel custodire bona sua & bona pupilli, debeat tutor præferre custodiam patrimonii pupilli custodiæ bonorum suorum.

Quod tamen limitat duobus modis, primo nisi res

571 *Limitatio Dissimil.* † tutoris sit preciosior, & res pupilli vilis. Tunc enim tutori parcitur, si suam præfert. Secundo. Vbi preciositas † rerum pupilli & tutoris sit par. Tunc

572 *Limitatio II.* enim locus est gratificationi: vide *ibidem* plura cum allegationibus: cui adde Joannem Burckhard. *in patrocinio pupillorum cap. septimo numero quarto.* Et casum similem, si quis patrem & filium suum periclitantes videat, & alterum tantum liberare possit, apud Domin. Sichard. *in lit. Cod. de patribus qui filios distrax. in fin.*

Quam disquisitionem in terminis propositam & à nobis decisam reperire est *in cap. sequent. XII.* Ex quibus jam satis patet, justiciæ munus proprium quidem esse extra se agere, quod præcipue ad Magistratus pertinet, de quo Aristoteles *primo Et hic.* intelligi potissimum debet, sicut & *in cap. sexto.* Sed dum addit. *pessimus igitur est* (in dict. *cap. primo circa finem*) *qui erga se & erga Amicos utitur pravitate: optimus autem non qui erga se, sed qui erga alios virtutem exercet*, annon hoc (quærat aliquis) repugnat Platoni, qui justum definit τὰ οἰκεῖα πράττειν & justitiam οἰκειοπραγίαν? De qua re ne longior sim remitto legentem ad Domini Jac. Scheckii Topicam Aristotelis 10. *lib. 2.* ubi conciliat.

Solutio contrariorum Argumentorum. Porro his ita firmatis non est difficilis responsio ad argumenta seu dubitandi rationes circa præmissam IV. Limitationem in adversam partem adductas.

573 *Respons. ad I. dubitandi rationem.* Quod enim primo ad allegatum textum † *in l. 1. §. juxta hoc Digest. ad Syllan.* attinet, loquitur is de servis à quibus ad protectores arguere non licet. Est enim ratio diversitatis maxima inter † servum & protectorem, illc namque subest alterius dominio non secus

574 ut aliæ res mobiles & immobiles habetque dominus in eum potestatem summam & in jus vitæ necisque, §. *in potestate Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Proinde jure merito dispositum fuit, ut domini sui salutem suæ teneatur anteponere, prout etiam sup-

575 plicio † capitis afficitur, ubi domino, cum occideretur, opem non tulit. Secus autem est in protectore, qui dominio clientum nullo modo subest, sed tantum eos defendere tenetur. Proinde quod in servo non absque ratione dispositum fuit ab Antonino Imperatore, ad protectorem trahi nulla ratione licet.

Responsio alia ad eandem. Deinde etiam ad eundem textum responderi potest quod dispositio *d. §. juxta hoc.* sit exorbitans quippe inducta contra rationem juris communis, quo nemo tenetur salutem alterius anteponere suæ. Licita vero non est in † exorbitantibus sive juri com-

576 muni derogantibus extensio de persona ad personam, etiamsi eadem subesset ratio *leg. quod contra Digest. de reg. jur. cap. quæ à jure eod. titul. in sexto*, Joan. de Imol. *in leg. si vero §. de viro Digest. soluto matrim.*

577 *Respons. ad II. dubitandi rationem.* Quod autem secundo loco objectum est, armatam Clientum defensionem, † quam patroni obligati sunt, haud fieri posse absque vitæ periculo; ad hoc replicatur, quamvis bella gerentes à tali periculo non prorsus tuti sint, illud tamen sæpe evadunt quia discriminis incertus est exitus, igitur dici non potest defendendi officium cum certo & inevitabili mortis discrimine conjunctum esse, alias sequeretur omnes in omnibus bellis occumbere.

Ad hæc dato etiam, quod Protector eum vitæ periculo defendere teneatur, tamen illud à se avertere potest substituendo alios milites qui pugnent pro clientibus. Nam ut *infra* pluribus dicetur, Advocati tutelares non tenentur in propria persona protegendi munus obire, sed sufficit clientes etiam ab aliis quibuscunque defensos fuisse.

578 *Resp. ad III. dubitandi rationem.* Nec obstat etiam tertio loco adductum præjudicium in Hen. Leone † Duce Sax. & Bav. quia respondetur id factum fuisse ob aliam Feudi illius quod habuit conditionem: Possunt enim in hoc Feuda † tribui, ut va-

579 salli tanto etiam vitæ periculo assistere Dominis suis teneantur ne in acie nisi mortuos vel mortifere vulneratos eos relinquant, id quod Dn. Schenck *de Feud. lib. 1. tit. 5. n. 16.* nominatim adseverans, ait præcitata

580 jura † Feudalia à Personarum ac Feudi qualitate & observata Regionum consuetudine interpretationem talem recipere posse.

Cæterum quod in deducta hactenus limitatione al-

581 *Temperatio prædictæ limitationis.* fertum est, † protectores non esse obligatos, ob defensionem præstandam, certo vitæ discrimini sese exponere, cum mica salis, & eo modo intelligendum est, quod extremam etiam curam in defensionem illorum adhibeant, multo minus vero ex solo † metu amitten-

582 dæ, maxime in constantem non cadente virum, clientes indefensos deserant, uti accepimus Ruthenum † quen-

583 dam de Plawen Advocatos, qui castra quædam ea de causa, quod metuerent, sine vitæ periculo ea se defendere non posse, Carolo IV. Imperat. Pilnensem intranti terram dediderunt, accersitos postea, in unum compulisse horreum, & se vidicando, aliisque terrorem incutiendo igne injecto concremasse: Auctor Anonimus *Hist. Landgrav. Thuring. cap. 107.*

Limitatio VI Sexta moderatio ad regulam de defendendo pertinens, in ea dubitatione consistit, qua quæri potest,

584 *An defensio † per Advocatum suscipienda etiam necessaria sit, quando fama duntaxat, & existimationi clientum detrahitur, nullum autem personis fortunisve illorum periculum imminet.*

Affirmative. Nam ut affirmative respondeatur suadet ea ratio, quod fama sit omnibus fortunis longe præferenda per

585 *Ratio dubitandi I.* tex. *in l. Julian. ff. si quis omiss. caus. test. & in l. servorum §. fin. in fi ff. de pœn.*

586 Vnde rectissime apud nostros authores salutis & existimationis † ratio conjungitur, vitæ, capitis, & salutis periculum cum famæ ac honoris periculo æquiparatur *leg. isti quidem § penultim. Digest. quod met. caus. leg. justa 9. Digest. de manumiss. vindict. in princ. leg. neque infantes 36. in princip. ibi*, capitis famæve periculum *Digest. de fideicomm. libert. leg. Julianus 26. Digest. si quis omiss. caus. testam.* Quo facit, quod *distinct. prima cap. homicidium.* Quo facit, quod *distinct. prima*

587 *cap. homicidium*, detractores, homicidæ dicantur. Et hoc passim nostri Dd. inculcant, vitam & honorem seu famam æquiparari. Alciat. *in l. interpositas, n. 13. & leg. transigere, num. 42. & seq. Cod. de transact.* Jason. *in repet. leg. admonendi, n. 278. Dig. de jurejurand.* Bald. *in cap. 3. n. 16. de pace tenend.* Socin, Jun. *consil. 38. n. 40. libr. 1.* Mantua *singul. 383.* Dec. *consil. 687. n. 8.* late Cravet. *consil. 168. n. 3.* Marq. Freher. *de existimat. acquir. libr. 2. cap. 7. n. 1. in fin.*

588 Quinimo vitæ † etiam præferendam esse bonam famam, monemur textu *in l. isti quidem ff. de eo, quod met. caus. dist. leg. secunda §. placuisset ibi & Castitatem.*

Digest. de orig. jur Sebast. Med. *in tract. Mors omnia solvit. part. 1. n. 17.* Menoch, *conf. 96. n. 15.* Quandoquidem honesti viri † magis infamiam sive turpitudinem metuunt ac fugiunt, quam mortem ipsam DD. *in d. l. isti quidem.* Luc. de Penna *in l. 1. de cap. cui conf. ex lib. 11.* Neviza. *in sylva Nupt. lib. 1. n. 34.* 589

590 *Ratio dubitandi II.* Deinde famæ & honoris † defensionem cuilibet concessam, non minus quam corporis & salutis apparet non tantum ex eo, quod modo diximus, famam & vitam æquiparari, arg. *d. l. justa de manum. vind.* & *ibi* gloss. cum simil. verum maxime ex textu Florentini *in l. ut vim. ff. de just. & jur.* dum dicit ut *vim & injuriam propulsemus*, quod ita intelligi potest ut non tantum vim corpori illatam, sed & quamque injuriam seu corpori seu honori intentatam, quantum fieri potest, profligemus & repulsemus.

591 *Dubitandi Ratio.* Præterea, si à simili personarum, arguere † vellimus etiam amicos (quales maxime esse oportet Protectores) conjunctarum sibi personarum existimationem sartam tectamque conservare decet. Nam ut Symmachus inquit, *lib. 5. Epist. 52. ad Felicem. Quisquis amici † famam negligit, fide lubricus est.* 592 Verique amici est, quosvis labores & pericula, ita & infamiam amici sibi communem existimare, ut Themistius scribit *in Orat. de Amicitia, ὥστε οὐ πανταχόθεν ἀπολέγονται τὸν ὄκνον καὶ κοινὸν ἡγεῖσθαι πόνον τε καὶ ἀγρυπνιῶν κινδύνων τί ἐν καὶ θανάτου καὶ ἀτιμίας.*

Et in specie de protectoribus Ausonius de Attico Tirene Delphidio loquens.

Tuendis addictis clientibus
Famæ & salutis sancius.

593 *Ratio dubitandi IV. à Servo.* Sic etiam quarto servi officium est, † non vitam tantum & salutem Domini tueri, insidias prohibere, necemque vindicare, sed & famam, & infamiæ non minus quam mortis periculo dominum liberare, utroque enim casu ei libertatis præmium propositum est, *leg. justa 9. ff. de manumiss. vind. l. ult. §. 1. C. de his quibus ut indig. leg. 1. C. ex quib. caus. ser. pro præm. liber. accip.*

594 *Ratio dubitandi V. à Vasallo.* Quod etiam in vasallo obtinet, qui quidem † in solenni fidelitatis juramento se ad id obstringit, quod vitam & honorem famamq; Domini non solum non violare, sed & contra aliorum conatus, pro viribus defendere ac propugnare velit. Hæc enim sunt verba fidelitatis *tit. de juram. fidel. & tit de form. fidelit.* cum Jac. de S. Geor *in tract. feud. in verb. Qui quidem investiti* Khol. *de servit. feud. part. 4. n. 54.* ubi etiam *n. 59.* dicit, quod multo magis in tuitione bonæ famæ vel existimationis Dominum vasallus, quantum licite fieri poterit, adjuvare teneatur, ne immerens jacturam famæ subire cogatur, Dd. *in d. c. 1* post text. *ibid. de nov. form. fidel.* Alciat. *in l. licet capitalis ff. de verb. sign.* Rosenth. post alios *c. 10. concl. 17. n.* Guntherus *lib. 7. de gestis Frid. Imp.*

Tunc proceres, clariq; viri, turbaq; minoris
Ambitiosa manus, studio devota fideli
Sacramenta dabant, cunctas servanda per urbes,
Principis Ausonii jus famam, corpus, honorem,
Nec se læsuros, & si quis lædere tentet,
Usq; vel ad mortem tota virtute reniti.

Cum igitur non minoris intersit, clientum honorem atque existimationem defendi, quam eorum personas ac bona protegi, sane dicendum videtur, patronum tutelarem, sub periculo amissionis juris clientelaris non minus ad hæc, quam ad illa tuenda esse astrictum.

595 *Decisio Negativa.* His tamen non obstantibus † ad propositam quæstionem contrarium respondendum esse censeot nempe Protectores, ni ultro velint, nequaquam esse obligatos ad defendendum honorem clientum suorum, sed duntaxat ad bona personasque eorum.

Ratio decisionis inde patet, quia protectio Tutelaris potissimum ad vim † & injuriam realem, cujus propulsandæ remedia alias jura non suggerunt, non autem verbalem depellendam, ordinata est, ut innuit doctiss. Dn. Knich. *in comment. de Saxon. non provoc. jur. cap. 5. n. 495.* ubi dicit, protectionem esse defensionem contra vim invasionis & violentiam de jure & de facto, sequitur Schurff. *conf. 23. in princ. n. 1. & seq.* & faciunt allegata per Knichen. *loco relato.* 596 *Ratio I. decidendi.*

597 *Ratio decidendi II.* Huic accedit secundo quod Protectoribus † defendendi necessitas cum armis in iis potissimum casibus incumbat quibus nulla ipsis supersunt ordinaria illicitæ offensionis propulsandæ remedia. 598 Jura namque † abhorrent vias extraordinarias, ubi competunt ordinariæ per text. *in l. in causa 16. ibi*, cum ipso jure † munitus sit, non debet tribui extraordinarium & *ibid.* Bart. Bald. Alber. & alii, *Digest. de minoribus l. quadam 9. in pr. ff. de edendo l. cum sine 11. in princip. ff. de Carbonian. Edict. l. 1. in fine ibidemque* gloss. *verbo supervacuum Digest. ad municip. leg. unica Cod. de Thesaur. lib. 10.* & notatur *in leg. 3. Cod. de tutor. & curat. qui satis non ded. leg. in provinciali §. primo* & *ibi* omnes post Bart. *Digest. de novi oper. nunc.* Jason. *ibid. n. 9. leg qui bona 13. §. de illo Digest. de damn. infect.* Vincent. de Franchis *decis. 248. number. 2.* Bender. *de revis. concl. 25. num. 11.* Gail. *de arrest. c. 5. n. 15.* Vivius *dec. 17. num. 19. lib. 4.* 599

600 Sed clientes verbalibus tantum affecti † injuriis ad propulsandam contumeliam ordinaria habent juris remedia actionem nempe injuriarum, vel alia, de quibus nos copiose agimus *in tractatu nostro de Retorsionibus injuriarum, c. 1. per totum.*

601 *Ratio decidendi III.* Præterea, † si Advocati fiduciarii, clientes etiam verbalibus injuriis affectos vindicare necesse haberent, sequeretur, quod ipsis etiam judicialis eorum defensio incumberet, sed consequens falsum est, Anchar. *conf. 87. incip. omisso primo n. 3.* Alex. *conf. 13. post n. 15. vol. 6.* & hoc evidenter liquet ex iis, quæ prolixe *cap. 12.* in puncto dubitatæ judicialis defensionis adduximus, ergo & antecedens.

602 Protectores enim, de quibus nos agimus, sunt † Advocati armati, qui armis potissimum, non autem verbis in judicio profusis clientes suos defendere debent, per jura & authoritates *superius in ampliat. 6.* allatas.

603 Sed enim leges non patiuntur, ut injuriæ † verbales armis vindicentur, *l. 3. cum igitur*, & *ibi* gloss. *1. ff. de vi & vi armat. l. nullus 14. C. de Judæis leg. si cujus rei 13. §. æquissimum Dig. de usufr. & quemadmod. quis ut fruat. l. prima* & *ibi* gloss. *in verb. moder. C. de vi & vi arm.* & *ibi* Bald. *ver. sed nunquid ex solis.* dicens, quod verbis contra verba debeat resisti, non autem ad manum & ferrum, Socin. Jun. *conf. 125. n. 2. & seq. volum. secundo* Dec. *conf. 686. n. tertio & seq.* Angel. Aret. *in tract. suo malefic. verb. contumeliosa vers. quod si aliquo dicto vel facto.* Quibus novissime non inviti suffragantur Bocer. *libr. 2. de duello c. 8. nu. 17. & 18.* Harprecht. *§. item lex. Cornel. de sic. 5. n. 168. Instit. de Public. judic.* ubi dicit, illatam injuriam judicio, nequaquam vero verberibus & factis vindicandam esse, per *l. nihil tam naturale 35. ff. de reg. jur. l. an inutilis 8. §. acceptum ff. de acceptilatione.* Et pro his statutus versiculus.

Res † dare pro rebus, pro verbis verba solemus.

604 605 Nam alias non servaretur moderamen † inculpatæ tutelæ, sed excessus fieret in modo, cum defensio ad offensionem debeat esse proportionata id est, ut eo modo vis reprimatur quo inferatur, si armis inferatur, armis repellatur, si sine armis, sine armis quoque retundatur, sin verbis, verbis etiam retorqueatur. Ita gloss. *in leg. ut vim ff. de just. & jur.* ubi Salom. *number. 6.* Claud. de Seysel. *nu. 123. gloss. in l. primo verbo*

ho moderatione C. unde vi Mafcard. *de probat. volum. 3. conclus. 1126. n. 28.* Clarus §. *homicidium verf. fecus tamen*, Damhoud. *prax. crim. c. 76. n. 14.* Jo de Amic. *conf. 77. n. 14.* Jacob. Ayrer. *tract. de homic. necess. part. 1. n. 66.*

606 Et ifta quidem limitationis hujus decifio in cafu illatæ injuriæ procedit etiamfi caput ipfum feu perfona principalis ex clientibus in tuitionem fufceptis, puta Prælatus, vel quivis fuperior inter illos ab alio quodam Principe vel communitate injuriis duntaxat verbalibus affectus fuiffet, quia propter privatam injuriam aut 607 damnum etiam principis aut alterius, non eft univerfæ cuidam genti aut provinciæ bellum inferendum, ut ex Receffu Deputationis *Wormatienfi de Anno 1564.* dann erftlich fo begeben fich/arguit Henr. Bocer. *tract. de bello libr. primo c. 6. n. 11.*

Ampliatio negativa decifionis.

608 Ex quibus colligere facile eft, † quod Protectores fi injuriam verbalem reali feu armis repellerent, non defenfionis fed vindictæ caufa feciffe præfumerentur per ea quæ tradunt Dd. *in d. l. ut vim ff. de just. & jur.*

Solutio contrariorum Argumentorum.

Neque vero his adverfantur, quæ fupra in contrarium allata funt.

Nam quod primum dicebatur, † famam & honorem omnibus fortunis præferri, nec non periculum 609 vitæ & falutis, cum famæ & exiftimationis periculo æquiparari, id facile diffoluitur, refpondendo argumentum † ab æquiparatis non procedere, quandocunque difpar æquiparatorum ratio affignari po- 610 teft, *leg. Julianus, 60. §. primo Digeft. de condict. indebit.* Jafon. *in leg. creditori nono digeft. de oper. novi nunciat. & in auth. quas actiones num. 19. Cod. de facrofanct. Eccles.*

Refponf. ad I. & II. dubitandi rationes.

At vero difparitas inter eum, qui de honore five fama & eum, qui de corpore feu vita periclitatur facile 611 demonftratur. Etfi enim accurata † & diligens utriusque ratio habenda fit, eo quod utriusque jactura gravis proindeque utrique periculum imminens averti de- 612 beat, vitæ tamen † difcrimen longe gravius effe quam 613 famæ aut honoris quod honor læfus † five amiffus judicis authoritate vindicari ac recuperari poffit, *tot. tit. D. & C. de injur.* Harprecht. §. *hac actio 12. num. 188. Inftitut. eod titul.* Vita autem femel adempta, amplius reftitui non poffit.

614 De amico autem † quod tertio loco adductum eft, licet commendatione dignum fit ut is amici famam fi eam qualibet ratione lædi contingat, pro viribus tueatur, ab ejus tamen honefta magis quam civili obligatione ad Protectorum officia minus recte arguitur ex ratione quam *inferius* de vafalli & Advocati diverfis obligationibus attulimus.

Refponf. ad III dubitandi rationem.

Neque etiam eft, quod absterreant quempiam exempla de fervo & vafallo quarto & quinto loco inducta. Vtrobique enim maxima diverfitatis ratio fubeft.

Refponf. ad exempla de Servo & Vafallo & 4. & 5 dubitandi rationes adducta.

Nam quod ad fervum attinet, ille alterius dominio non fecus † quam aliæ res mobiles & immobiles fub- 615 jectus eft, habetque dominus † in eum fummam po- 616 teftatem, & jus vitæ necisque §. *in poteftate Inft. de his qui funt fui vel alien. jur* gl. *in l. 1. §. eodem tecto ver. falutis ff. ad Syllan.* Bonacof. *in tract. de ferv. & fam. q.* 617 *55.* Secus autem † eft in Advocato, qui dominio alte[illegible] nullatenus fubeft, nec clientibus in eum ulla poteftas aut jurifdictio competit.

618 Sic nihil etiam officit, quod de vafallo adductum eft. Is enim Juravit Domino † fidelitatem in eoque juramento expreffe fpopondit, auxilium fefe, prout poterit præftiturum, non tam quoad perfonam, quam ratione dignitatis & exiftimationis *cap. primo ibi* & contra eum &c. *de nov. form. fidelit.* & alii *fupra citati.*

619 At vero protector ex † pacto conventionis non nifi adverfus vim invafionis & injuriam realem clientibus defenfionem promififfe cenfetur, minime vero adverfus verbalem.

620 In obligatione † enim aut difpofitione generali ea non veniunt, ad quæ quifpiam fpecialiter fi de iis interrogatus fuiffet, fefe obligaturus non fuiffet, *d. l. obligatione generali 6. & feq. Dig. de pignor. l. 1. C. quares pignor. oblig. poff.* ubi gloff. *in verb. rationis eft.* & Dd. *notant. l. alumnos C. quæ res pignori obligentur l. creditor. 60. §. Lucius ff. mandati l. qui peculii. 47. ff. de peculio l. penult. ff. de privil. cred. cap. in generali 77. de regul. jur. in fexto* Curt. Jun. *conf. 26. n. 8.* Rom. *in l. fi conftante 25. n. 32. ff. fol. matr.*

621 Cæterum feptimo loco noftra de † protectione regula limitando declaratur *ut protectores etfi occurrente neceffitate armis clientes fuos defendere obligentur, id tamen in propria perfona præftare non teneantur, fed id bene per alios facere poffint.* per regulam communem qua dicitur, quod † quis per alium facit perinde eft, ac fi faceret per feipfum, *leg. prima. §. dejeciffe Digeft. de vi & vi armat. c. qui per alium, ibique* Dyn. *de reg. jur. in fexto* quæ regula maxime procedit, cum lex † vel intentio pacifcentium actum ipfum per fe citra refpectum ad perfonam agentis, confiderat, tunc enim non refert, per fe quis faciat, an per alium. Secus, ubi lex † non tam actum, quam perfonam agentis confiderat five refpicit actum, quatenus à certa perfona fit Alciat. 622 *de præfumpt. regul. 1. præfumpt. 48. n. 11.* Cagnol. *in l.* 623 *is damnum n. 3. de regul. jur.* nec obfcure fenfit ante il- 624 los Dyn. *in d. c. qui per alium* dum limitat regulam, ne 625 procedat, ubi perfonæ induftria electa intelligitur, *leg. inter artifices Digeft. de folut. l. unic. §. ne autem Cod. de caduc. tollend.*

Limitatio VII. Virum Protectores in propria perfona pro clientibus pugnare obligati confirmentur. Decifio Negativa. Ratio decifionis I.

626 At vero in protectionis † contractu ipfe tantum actus, nempe auxilii ac defenfionis præftatio confideratur, & non induftria perfonæ protegentis, ut per fe defendat, fed tantum an & quatenus potens fit ad defendendum.

Quod ipfum fcilicet induftriam perfonæ protegentis non confiderari, evidentius patet ex eo, quod jus Advocatiæ quandoque fit hæreditarium, & tranfeat a [illegible] fucceffores & hæredes Protectoris, per adducta fuperius *cap. 3. de divifione.* Commiffa vero † induftriæ cer- 627 tæ alicujus perfonæ, ad hæredes minime tranfeunt *l. cujus bonis ff. de curat. furiof.* Cynus *in l. quisquis ibi* Bald. *num. 2. C. de Epifcop & cler.* Felin. *in cap. in præfentia numer. 46. & feq. de probation.* Schurff. *confil. 68. numero 16.* Schrader, *p. 6. cap. 6. numer. 49.* Ergo in propria perfona clientes defendere non tenetur. Regulare namq; eft, quod in his, † in quibus non eft electa 628 induftria perfonæ, facere liceat per fubftitutum. §. *mandatum. Inft. de Mand.* Bartol. *in l. continuus. 3. fi ab eo, n. 1. 2. ibid.* Aretin. *num. 18. verf. circa primum ff. de verb. obligat.*

629 Deinde cum protectionis † finis fit Tutela & tuitio clientum, contra vim & violentiam quamlibet inferendam, ut ex *cap. de fine & effectib.* patet, ea vero per alios fieri poffit, imo cum Protector eam præftare folus nequeat neceffario fieri debeat, ideo manifefta per fe eft adducta limitatio.

Ratio II. decifionis.

630 Cum porro præfupponatur, † eos quos Advocati fuo loco ad militandum pro clientibus fubmittunt ac deftinant, æque ftrenuos & idoneos fore, ad auxilium exhibendum, ex eoque clientes non minus commodi habituros quam fi Protector ipfe præfens afforet, imo idem utriusque cenfeatur fubfidium arg. *l. nemo eft qui nefciat* ubi Dd. *Digeft. de duobus reis.* Proinde

mitatum Monasterium quosdam magnæ authoritatis Consiliarios ac Commissarios, donec Advocatiam ejusdem alteri committeret, delegavit, qua delegatione prætensum præfato illustrissimo Palatino Advocatiæ jus, cum omni superioritate ac jurisdictione ei adhærente quoad possessorium, denuo sententialiter denegatum eique serio injunctum fuit, ne Abbatem & Conventum, ejusq; successores, bona ac homines amplius sub prætextu hæreditariæ protectionis ullo modo gravaret, aut turbaret, sed eosdem, usque ad causæ in Imperiali Camera pendentis, determinationem quietos relinqueret, uti hæc omnia latius explicat Auctor. *Confutationis Cas. contra* Pfältzische deduction *fol. 71.* cujus verba cum allatam hanc nostram ampliationem plenius illustrare possint, & Acta illa non in omnium manibus sint, hoc loco annectere non abs re duximus, quæ sic habent.

Vnd erscheint auß dem Stifftbrieff selbs vnverneinlich heiter vnd klar / daß der Stiffter gemütht vnd meinung keines wegs dahin gangen / daß sie den Röm. Keysern vnd dem Reich mit ihrer Stifftung ichtwas nachtheils haben verhandlen oder fürnemen wollen: Dann ob sie wol in der Fundation lauter disponirt, daß ihr Stifftung ausser der Junfrawen Mariä Sohn keinen Patronen haben / auch weder sie / ihre Erben vnd nachkommen / noch einiger König Fürst oder Bischoff das wenigst darüber zugebieten oder zu verbieten haben / oder sich einer superioritet oder Jurispatronatus anmaßen soll / so wird doch in solcher prohibition / weder deß Röm. Keysers noch deß Röm. Königs gedacht: darzu ist bemelte clausula prohibitiva, secundum materiam subjectam dahin zuverstehen / daß die Stiffter gewölt / daß sich durchauß niemandts vnderm Schein vnd prætext ihrer Stifftung vnd von ihrentwegen einiger Erbschutzgerechtigkeit oder anderer Superioritet vber offtbesagtes Closter anmassen / sonder / daß dasselb von aller deren Jurisdiction vnd superioritet durchauß vnd allerdings exempt, vnd befreyt seyn soll / daher der Stiffter vnd derselben Erbensvolger zuvor vber die verstiffte Grund / gehabte Superioritet / vnd Obrigkeit / so wol hierdurch als per ipsam dedicationem, vnd durch die Stifftung selbst (des Gegentheils eigner bekändtnuß nach) vnzweiffelich gleich alsbald gäntzlich evanescirt / vnd erloschen. Vnd ist dem Reich hierinnen nichts vergreiffliches / oder präjudicirlichs verhandlet / noch auch das Closter von den Stifftern wider einige Pflicht / von des Reichs Superioritet eigens gewalts eximirt worden / sondern besagts Closter Keysersheim ist noch ein weg als den andern vnder deß Reichs universal Schutz vnd protection verblieben / biß daß es ligende Güter / Vnterthanen vnd Zinßleut bekommen hat / vnd mit denselben auch der Röm. Keyser vngemittelten Subjection vnderworffen / sonsten aber menniglichs gemittelter superioritet halben / vnd gleich von anfang / vnd seiner Stifftung / gantz frey vnd exempt gestellt worden.

Hactenus *Confutat. contra* Pfaltz.

430 *Ampliatio.* Decimo septimo extenditur † nostra de necessitate defensionis promissæ regula, *ut procedat, atq; Advocatos ad protegendum obstringat, etiamsi per longissimum tempus nullam defensionem exhibuissent.* Quia obligati † ad juvandum & præstandum auxilium, tenentur etiam post mille annos secundum Bart. *in l. cum scimus C. de agric & censit. lib. 11. & in l. filii, C. de dec. lib. 10.* Flor. *in l. arborib. §. de illo ff. de usufruct.* quos refert & sequitur Bertach. *in Reper. verb oblig. n. 59.*

XVII. Si Protectores longissimo ac immemoriali tempore nullam exhibuerint tuitionem nihilominus in posterum Clientes defendere tenentur.

Quemadmodum enim vasalli † contra Dominum in possessione juris vasallatici existentem libertatem contra servitia non præscribunt, etiamsi centum aut mille annis non servierint cum ad id forte requisiti non fuerint, ut communiter tenent Bald. Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. *c. 1. §. licet si de feud. defunct. content.* Præpos. *c. 1. in prin. de nov. form. fidelit.* Jacob. de S. Georg. *tract. de Rhoydis n. 44.* Abb. *c. ad audientiam n. 17. & ibi* Felin. *n. 22 extr. de præscript.* Jo. Andr. *in addit. ad Specul. rub de feud.* Bald. *l. hac autem §. argumen. illius textus ff. de servit. urb. præd.* Jas. *l. fin. n. 55. ff. de const. in pr.* arg. *d. l. in filius 35.* & *ibi* Bart. *n. 2. C. de decurion.* ubi per illum textum concludit, Principem militare † subsidium, quod civitas ei tempore belli præstare tenetur, nulla temporis præscriptione amittere, si necessitas colligendi exercitum se non obtulerit. Idem tenet Felin. latissime *in c. cum accessissent, n. 26. cum seq. Extra de constit.* Borch. *de feud. c. 1. n. 24.* Schneidew. *part. 5. n. 97. in fi.* Schrad. *p. 6. c. 6. n. 62* ponit & sequitur And. Gail. *obs. 60. n. 4. lib. 2.* sicut & Fran. Balb. *de præscript. 4. part. 4. part. princ. q. 11. n. 4.* ubi addit ex Jasone, quod † emphyteuta directum dominium ne mille annis quidem præscribat, nisi possessionem intervertisset: quod non possit sola animi destinatione nisi factum intervenerit, uti Jas. hoc tradit *in l. 2. n. 157. C. de Jur. emph.* Cast. *in l. neque C. de usufruct.* & ante eos voluit Spec. *tit. de emph. ver. 44. n. 36.* dum post Roffredum inquit, quod etsi mille annis non solvit canonem emphyteuta tamen non præscribat, nisi possessionem intervertat sequitur Chassan. *cons. 4. n. 4.* Rol. à Vall. *cons. 53. n. 29. vol. 2. & cons. 41. n. 32. vol. 4.* citat Nattam. *cons. 600. n. 42.* quod vasalli non sint liberati † à servitiis, si requisiti non fuerint, etiamsi allegent, quod mille annis non servierint, aut in militiam iverint.

431 *Decisio Affirmativa.*

432 *Confirmatur exemplo vasalli*

433

434

435

Ita etiam † protectores si forte requisiti interea non sint, mille aut pluribus annis libertatem debitæ ac semel susceptæ defensionis non præscribunt, quia semper ad protegendum † parati esse, & vicissim clientes in continua quasi possessione exigendi illorum auxilium donec denegetur, permanere præsumuntur argumento eorum quæ tradit Bal. *d. §. licet d. n. 1.* & *ibidem* Alvar. *n. 1.* Balb. *d. 4. partes princ. q. 4. 12. n. 15 & 16.* per *l. arbor. §. idem tract. ff. de usufr.* Chass. *d. cons. 4. num. 4.* Schneid. Schrad. & alii *locis relat.*

436

437

Id tamen quod dictum est, Patronos semper ad protegendum paratos esse debere, cum mica salis accipiendum, neq; eo trahendum est ut illi cogantur semper in armis stare, arg. eorum, quæ in simili de vasallo tradit Rosenth. *synops. feud. c. 7. concl. 30. n. 16.* Ubi dicit, durum fore, vasallum † ob feudum unum ex quo se aut suos, ut plurimum nequit alere, minus filiabus dotes liberisque necessaria alia suppeditare potest, adeo servituti debere addictum esse, ut nunquam lucri commodiq; sui causa, magis Pro Repub. Christiana alio militatum, aliquandiu Domino bellum non habente abire, aut à domicilio abesse illi foret integrum.

438 *Temperatio prædictorum.*

439

Ideo similiter Protectores munus † suum adimplevisse & obligationi satisfecisse dicuntur, si eos, quos defendendos susceperunt defenderint, quandoinique offenduntur vel injuste opprimuntur, & sufficit, quod sint parati ad suscipiendam vel faciendam defensionem, quando fuerint interpellati ad defen-

440

defendendum, aut necessitas defensionis illis fuerit notificata, prout ex Fel. Anch. Dec. Gozadin. Jas. & Corn. pulchre probat Fulv. Pac. *cons. 134. n. 32. & 353.*

441 Cum enim defensio tantum præstari † debeat ad petitionem clientum, & si contingat, eos inique offendi ut *alibi* probavimus, patet inde omissam tot annis protectionem ex facto alieno pependisse atque ita nihil protectorum negligentiæ, quod tanto temporis intervallo nunquam defenderint, imputari potuisse, ideoque non potuit libertas illa non defendendi ab ipsis præscribi,

442 sicut in simili non † præscribitur exceptionibus quæ

443 etiam sunt † defensiones *l. defensiones C. d. excep.* ne mil-

444 le quidem annis, quia pendent † ex facto alieno, nec opponi possunt, antequam alius agat, & velut offendat Bart. *in l. sunt n. 2. C. de prascr. triginta anno.* per *l. 1. §. ult. C. d. annali exce.* gloss. *in d. l. sicut 3. verb. persecutione* & per ill. text. *C. de præscript. trigint. annor.* Panorm. & Fel. *in c. si autem 9. de rescript.* Balb. *d. 4. part.*

445 *4. partis prin. q. 34.* Nec servitutibus † jurisdictionibus aut similibus etiam præscribitur, centum vel pluribus annis, quando casus utendi non incidit, *l. hoc autem jura* ubi Bald. *n. 1. de serv. urb. prad.* Bart. *l. cum scimus n. 5.*

446 *C. de agric. & censit.* qui vult, † quod si civitas non exigit à confœderatis exercitum, quia suæ gentes ei sufficiebant pro expeditione militari, non currat contra eam præscriptio. Nec mirum, quia nulla culpa ei potest imputari, si non vocavit eos, quorum auxilio non egebat. Natt. *cons. 406. n. 21. tom. 2.* Cyn. *l. 1. numer. 5. Cod. de serv.* Jason. *beneficia. n. 56. de constitut. princ.* Alex. *cons 136. n. 18. vol. 2.* Chass. *in consu. Burg. rub. 1. de inst. §. 4. verb. nova militia n. 11.*

Limitationes principalis de tuendis clientibus suprapositæ Regulæ. Post adductas huc usque extensiones seu ampliationes, quibus protectores ad defendendi necessitatem obligatos esse, ostensum fuit, offerunt se nunc multiplices etiam dubitationes, seu limitationes ex variis circumstantiis exortæ, propter quas non immerito in dubium vocatur, an interdum hujusmodi obligatio protegendi cesset, eas igitur deinceps loco Limitationum hoc ipso capite prosequemur. Ex iis enim Protectores super amissa Advocatia à clientibus conventi multivarias defensiones accipere possunt.

447 *Limitatio Prima. Protectores an obligati sint juvare clientes tam in acquirendis, quam conservandis bonis.* Circa illud igitur, † quod loco primæ Limitationis collocabitur, initio in quæstionem vocatur, *An protectores non solum in conservandis vel recuperandis sed etiam in acquirendis rebus clientelaribus in fidem susceptos adjuvare, ac eos, contra adversarios, si forte non satis potentes sint ad eos vincendos defendere teneantur, necne?*

Et quidem initio asserendum videtur, tam in acquirendo quam recuperando & retinendo defendere debere.

448 *Affirmativa, Rationes dubitandi pro Affirmativa.* Tenetur enim protector clientibus quoties † auxilio ejus opus habebunt, succurrere, & quamvis in conventione se non obligaverit in specie se clientibus etiam in acquirendis rebus opem laturum, in genere tamen id expressum fuisse (per verba sc. quoties necesse fuerit clientibus vel simil.) abunde sufficit. Cum generalis

449 *Ratio I. dubitandi.* dispositio † generaliter & indistincte, prout prolata est, intelligi debeat. *l. 1. §. generaliter ff. de leg. prast. l. regula §. generaliter ff. de jur. & fact. ignor.* Dec. *cons 339.*

450 *n. 3.* Gravett. *consil. 333. n. 4.* casusq; complectatur † o-

451 nes, etiamsi ratio major sit in uno, quam in altero *leg. 1. §.*

452 *quod autem ff. de aleator.* Socin, *in cons. 2. §. ex his ff. de verb. obligat.* Gozad. *cons. 31. n. 6.* & generalis † dispositio tantum operetur, quod quamlibet speciem sub ea contentam, quantum operatur dispositio specialis, quoad speciem, *l. si duo, ibi* Bar. *ff. de admin. tut. l. Gallus §. instituens ff. de lib. & posth. cum sim. adductis* per Tiraq. *in rep. l. si unquam in præf. n. 113. C. de revoc. don.* Schrad. *de feud. part. 10. sectio 6. n. 14.*

453 *Ratio II dubitandi.* Deinde videtur hoc itidem affirmandum argumento à vasallis sumpto, qui suppetias Domino ferre tenentur non solum in conservandis, & tuendis ditionibus suis iisdemque etiam si casu fortuito amissæ fuerint, vel ad adversario injuste occupatæ, recuperandis per text. *in c. 1. v. & si contigerit, de nov. form. fidel. & in c. de domino guerram hic fin. lex.*

454 Nec refert jure † dominii habeat, sive habuerit, an possessionis demum sive detentionis Sylv. *de feud. recognit. q. 109. n. 39.* cum etiam dicatur habere, qui possidet modo vel detinet *l. habere ff. de verb. signif. l. 1. §. quod autem ff. de vi & vi arm.* Dominique plurimum interfit, ob eximium defensionis & possessionis commodum eam retinere vel amissam primo quoque tempore recuperare *l. is qui destinavit ff. de rei vend. §. retinendæ v. & quia Inst. de interdict.* Sed etiam in acquirendis de novo. Ita Hern. *in c. 1. §. sed non est alia, nu. 41. quæ fuit prim. caus.* Jacobin. *verb. & promiserunt n. 4.* Curt. *de feud. part. 4. n. 7.* Schneid. *part. 5. nu. 94.* Sonsbec. *part. 11. n. 44.* Alvarot. *in c. 1. in pr. n. 11. ibique* Afflict. *num. 11. quib. mod. feud. amitt.* Wurmf. *lib. 1. tit. de feud. obser. 30.* Schrad. *part. 6. c. 6. n. 14.* Khol. *part. 4 n. 68.* ubi id pluribus textibus eleganter comprobat.

Ratio III. dubitandi Tertio hoc ipsum haud obscure confirmari videtur, per tex. *in c. 1. verf. & si contigerit,* ut rem quam habes vel habebis & *c. de nov. form. fidelit.* Cum enim præsupponatur, domino legitima de causa debitam esse rem acquirendam, ideoque quilibet dicatur etiam

455 † habere, quod jure petere potest, sive de quo habet actionem, text. *in leg. id apud Digest. de verbor. signific.*

456 & jurejurando sese † vasallus adstringat ad opem ferendam tam in retinendo quam in recuperando eo, quod habet Dominus vel habebit, certe sequi videtur, etiamsi res nondum fuerit ipsius, ea tamen jure ei debeatur, vasallum suppetias ipsi ferre omnino teneri.

Ratio IV. dubitandi. Quarto etiam suffragantur textus ii quibus deno-

457 tatur, vasallum † servire oportere, cum necesse est domino, sive cum indiget auxilio seu servitio vasalli *c. sancimus de feud. sine culp. non amitt. c. 1. §. similiter de lege Conradi* facit *c. 1. in fi. ex quib. caus.* At vero cum in acquirendo vel maxime indigeat auxilio sive servitio vasallatico, id ei procul dubio præstari oportet.

458 *Decisio contraria in Negantem partem.* Verum his non obstantibus † concluditur & limitatur principalis initio posita defensionis regula primo, ut protectores, non nisi ad tuendas fortunas clientum præsentes, minime vero ad novas acquirendas opem ferre teneantur.

459 *Ratio decidendi I.* Ratio decisionis in promptu est. Quia jus † protectionis continet tantum defensionem contra vim ac

460 invasionem, quæ de facto infertur, & sic principaliter ad retentionem prius acquisitorum & legitime possessorum, refertur, ut patet evidenter ex descriptionibus juris clientelaris, *supra Cap. IV.* allatis.

Non ergo porrigitur ad auxilium, † in acquirendis novis ditionibus ferendum, puta, cum clientes propagandi imperii, vel nominis sui famæque rebus præclare gestis illustrandæ gratia, novis rebus inhiant.

461 *Ratio II. decidendi.* Deinde vero hæc ipsa decisio ex eo confirmatur quod ratio † succurrendi longe major subsit in casu retentionis & recuperationis, quam in casu acquisitionis. Retentio namque facilius conceditur, quam acquisitio *l. patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. si in area, l. ex quib ff. de condict. indeb.* eoque longe † favo-

462 rabilior est illa, quam hæc. Decian. *cons. 29. n. 92. vol. 2.* Men. *de retin. poss. rem. 3. q. 39. n. 679.* prout etiam recuperatio facilius admittitur, eoque longe favorabilior censetur acquisitione Host. & Jo. And. *in c. significavit de censibus* Crav. *cons. 379. n. 13.* Quid mirum igitur in retinendo & recuperando protectorem ad ferendas sup-

vol. 1. inter conf Kirch. Card. Tusch. *concl. practi. tom. 6. lit. P. conclus. 935.* Geor. Everh. *consil. 56. n. 52. vol. 1.* & idem nuncupatim in terminis tradit Jo. Petr. Surd. *dec. 3. n. 20 lib. 1.* Ubi dicit, quod promittens † aliquem 480 defendere intelligatur ab injusta & illicita offensione per gloss. *in c. 1. de treug. & pace* Idem diserte firmat Hieron. Cagnol. *in leg. frater à fratre num. 115. Digest. de condict. indebit.* Alciat. *in leg. stipulatio ista habere num 35 & 36. Digest. de verbor. obligat.* Alvarot. 481 *cap. primo num. 18. de feud.* ubi dicit etiam subditos † non teneri Principem suum injustum bellum moventem juvare.

482 Hinc † est, quod plerumque in reversalibus Protectorum hæc verba inseruntur, vor unbillichem Gewalt getrewlichen handthaben/schützen und schirmen.

Fulcitur autem præmissa limitatio primum exem-483 plo Advocati forensis qui injustæ † causæ illæsa conscientia patrocinari non potest *l. 14. §. 1. C. de jud. arg. c. 5. v. 20. Esa* relati *in c. væ qui dicitis 11. q. 3.* sed ubicun-484 que ex litis † improbitate læsam habet conscientiam, patrocinium susceptum deserere debet Spec. *tit. de sal. Advoc. n. 1.* Bald. *in d. l. 14. §. 1.* alias moraliter peccat. M. Ant. Corat. *com. opin. lib. 1. tit. 6. n. 39.* eo quod in 485 scelere patrocinium præstare legib. & ipsi naturæ contrarium sit *l. 6. C. de defens. civitatum arg. c. 1. lib. 2. Feud tit. 6.* Bald. *in. c. 1. hoc finitur lex* Etiamsi defensio Ecclesiæ jurato promissa fuisset Abb. *in c. 17. n. 7. de jurejur.* Dn. Men. *arb. jud. q. lib. 2. cas. 494. n. 13. & seq.*

Ratio decidendi I.

Deinde roboratur eadem assertio consimili jure quod in confœderationibus obtinere scribunt Juris-486 consulti, socios nempe fœderis in bello † injusto alios confœderatos defendere ac juvare minime esse adstrictos, ut post Ang. Aret. *cons. 96. incip. in Themat. supradicto col. fin. v. circa quintum* tradit. Christ. Besold. *in novissima disser. de jure fœderum, Cap. V. n. 2. v. Sed nec hoc, ita intelligendum est.* ubi dicit confœderatos ad bellum illicitum non intelligi, idque etiam multorum auctoritate firmat Card. Tusch. *pract. concl. juris tom. 2. lit. C. concl. 630.*

Ratio decidendi II.

487 Sic etiam tertio † vasalli Dominum bellum illicitum moventem, sequi non tenentur, neque debent, per text. *in c. hic fin. lex* pulchre *ibid.* Bald. *n. 5.* Schenck *de Feud. lib. 1. tit. 5. n. 10. & seq.* Gail. *libr. 1. de pace publ. cap. 4. num. 10.* Schrader. *part. sexto cap. 6. num. 87.* Rosenth. *cap. 8. conclus. 20.* Schneidew. *part. 5. de feud. num. 100.* Rittershus. *cap. 5. quæst. 53.* & communiter, Feudistæ.

Ulterior confirmatio ab Exemplo vasalli.

488 Quarto ad roberandam hanc † limitationem facit quod fides ad facinora non extendatur text. *in l. jurisgentium. §. si ob maleficium Digest. de pactis.* Item in 489 re † turpi nulla contrahatur obligatio text. *in §. illud. Institut Mandat & in leg. si remunerandi §. rei turpis & in leg. si mandavero §. qui adem Digest. eod. titul.* Bartol. *ibid. num. 1.* Jacob. de S. Georg. *de feud. in verb. & promiserunt num. 6.* Innocent. *in cap olim num. 1. de restit. spol.* text. *in cap. in malis de Regul. jur. in 6. & in cap. malis 22. quæst. 4.* ubi textus, inquit *in malis pro-*490 *missis † rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vovisti, nec facias. Impia est promissio,* 491 *quæ scelere adimpletur,* Item *Quæ ad turpem † causam se referunt, non oportet ad effectum produci* text. *in leg. Quintus Mutius in fin. ff. de comm. legat.* Bald. *in d. c. 1. hoc finitur lex.* ubi omnino vide.

Ratio decisionis IV.

492 Et magis peccat † ille qui opem fert peccanti, quam qui principaliter peccat, *cap. si res aliena 14. quæst. 6.*

Decisionis Ratio V.

Quinta Ratio prædictorum inde elucet, quod in omni † obligatione, doli & iniquitatis exclusiva clausula 493 per se veniat *l. 24. & ibi* gloss. *in princ. & Alex. num. 5. ff. de acquir. possess.* Hier. Cagnol. *in l. frater à fratre 38. Digest de condict. indeb.* Alciat. *in l. stipulatio ista 35. numer. 35. & 36. Digest. de verb. oblig.* & semper in generali † promissione excipiatur causa injusta arg. *leg. quod servus*, ubi gloss. Alexand. *in princip. num. 5.* iterumque *in fin.* & alii *ff. de acq. vel. amitt. possess.* Imo talis promissio † esset illicita & non valeret, quia 494 futurum crimen in se contineret contra *l. si unus 28. §. illud. ff. de pactis.* Quemadmodum igitur forensis Patronus in causa injusta præstare patrocinium clienti non debet, nec colligatus in bello injusto colligato succurrere, nec vasallus Domino injuste aliquem oppugnanti assistere tenetur, ita nec Protector nisi injuste gravatos clientes defendere obligatur.

Cæterum hæc limitatio adeo procedit, ut si Protectores † juvent ac defendant Clientes contra eorum 495 Adversarios justam causam foventes vel propria culpa offensos iis etiam, quos sic offenderunt, ad damni emendationem teneantur, ut in simili deciditur, per Innocentium *in cap. ult. quod metus causa* Bald. *in cap. 1. in princip. numer. 4. quib. mod. feud. amitt.* Alvarott. *in d. cap. domino guerram numer. 15.* Schenck. *ibid numero 24. hic fin. lex.* Hartman. Hartman. *libr. secundo tit. de feud. obser. 32.* Vultæius *lib. 1. cap. 10. numero 25.* Rosenthal. *cap. 8. conclus. 20. numero 6.*

Ampliatio decisionis præmissæ.

tum quod facinoroso haud sit † dissimilis qui facinus 496 defendit, secundum dictum Cretensis *de Bell. Troja. lib. 4.* 497 etiam † Amici utpote pro quo ne in dubio quidem judicare permittunt jura, Menoch. *arb. jud. quæst. 2. cas. 339. numer. 32.* quicquid à Gell. *noct. Attic.* relati, prisci quidam Philosophi, pro amico quandoque delinquendum esse putaverint, à quibus Pub. † Rutilius plane fuit alienus: Cum enim hic 498 aliquando Amici cujusdam injustæ rogationi non annuisset, atque is indignando dixisset; *quid ergo tua mihi opus amicitia, si quod rogo non facis?* non inconcinne respondit: *Imo quid mihi tua si propter te inhoneste aliquid sum facturus.* Val. Max. *lib. 6. c. 4.*

Ratio ampliationis I.

tum, quod nimis indignum † nimisque impium sit, flagitiis præsidia quærere, causas injustas defendere *leg. legem 7. Cod. de natur. liber.* tum etiam, quod ubicunque † offensio licita est, ibi defensio illicita 499 & prohibita censeatur, gloss. *in l. ut vim & ibi* Bar-500 tol. *num. 4.* Dec. *num. 1. & 21.* Fortun. Garc. *num. 5. & 10.* & Doctores *Digest. de justit. & jur.* Paul. de Castro *cons. 194. incip. viso supradicto.* Oldrat. *consil. 71.* Hippol. de Marsil. *pract. crim. §. aggrediar. numer. 75. & seq.* Alciat. *tract. de præsumpt. reg. prima. præsumpt. 3.* Petr. Duen. *in tractat. reg. 182.* Carer. *tract. de homicid. §. 6. num. 70. & seq.* Schrader. *tractat. feud. 1. part. 9. cap. 4. nu. 82.* Pruckman. *conf. 17. q. 4. nu. 137. vol. 1.* Hincque maledicti deprædicantur in sacris literis illi, quorum conventiones violentiæ instrumenta sunt. *Gen. c. 49. v. 5.*

Ratio ampliationis II.

Ratio ampliationis III.

Verum ut limitationis hujus materia, rectius 501 intelligatur, tres casus in ea distinguendi sunt.

Casus aliquot ad declarandam prædictam II. principalem limitationem

Primus est cum manifeste apparet † clientes habere causam justam, sed protectores ut forte periculum & laborem subterfugiant, vel ne Adversarium forte offendant, contendant, causam clientum injustam esse. Et hoc casu, sine controversia auxilium præstare tenentur, alioquin conveniri possunt ad interesse, actione de dolo, per text. *in leg. si Titio & ibi* Bartol. *Digest. de dolo.* Et ita intelli-502 gi & declarari potest † gloss. *in cap. brevi*, ut 503 ibi declarant Butr. Abb. & Imol. *in fin. de jurejurand.*

Casus primus.

Secundus casus est è converso, quando notorie constat, clientes fovere causam injustam, & tunc absque

Casus II.

omni

omni respectu, protectorum auxilio exclusi intelliguntur, Protectoresque plane securi sunt, tametsi recusent eos defendere, per not. Hostiens. Butr. Abb. & caeterorum *in d. c. brevi in fi.* Et his accedunt quae tradit Jason. *in cons. 94. col. ult. lib. 3.* Doctores *in c. ult. de postul.* Roman. *cons. 47. n. 2.*

504 *Ratio Casus II. prima.* Ratio est, tum quia Advocatus † tam forensis, quam tutelaris, ex officio suo ligatur ad defendendos clientes tantum si injuste conveniantur vel opprimantur, *arg. l. rem non novam §. patroni C. de judiciis*, tum, quia 505 *Ratio II.* nec ipsi magistratui auxilium ferendum, seu parendum est, ubi constat de injustitia *l. omnes judices, C. de decurion. lib. 10. l. evidenter C. de excusat. muner. l. devotum C. de metat. & epidemet. juncta l. contumacia ff. de re jud. l. prohibitum l. defensionis facultas Cod. de jure fisci cum similibus* allegatis in hanc sententiam per Dyn. *in c. quod quis mandato n. 5. de regul. jur. in 6.* Bartol. *in d. leg. prohibitum Cod. de jure fisci* Hostiens. *in c. significamus ibid.* Andr. *de Consttit.* Dec. *in l. non videntur §. qui jussu n. 4. ibid.* Cagn. *n. 5. ff. de reg. jur.*

506 *Casus III.* Tertius casus est, quando dubitatur an † clientes foveant causam justam vel injustam, & tunc Protectores tenentur praestare auxilium defendendo ipsos, & offen-507dendo hostes; Quia determinatio † non pertinet ad Protectores, text. *in c. quid culpatur in fin. 23. q. 1.* & ita in simili decidit Schneidew. *tract. feud. p. 5. n. 100.* Kohl. *part. 2. n. 50.* Rosenth. *c. 8. concl. 20.* & communiter Feudistae *in d. c. domino guerram, hic fin. lex.*

Ex his omnibus clare patet, si contra clientes ju-508stum concitetur bellum †, quod Protector ad defensionem illorum armis se accingere non cogatur, per doctrinam Gloss. & Abb. *c. 8. de privil.* Dec. *in l. 52. n. 7. in fi. de Reg. jur.* Barb. *cons. 11. n. 32. & seq. vol. 2.*

509 *Belli justi & liciti quae sint Requisita* Vt autem bellum (quod regulariter injustum † & illicitum praesumitur juxta tradita per Abb. *in c. 29. n. 13. de jurejur.* maxime in recognoscente superiorem Alber. Gent. *lib. 1. de Bell. c. 3.* Men. *6. Praesump. 96. n. 4.* Gail. *1. de PP. 4. n. 4.* (à superiorem recognoscente gestum 510pro justo habeatur, tria requiri † voluit post alios Dd. à se citatos Jo. Lupus *de just. & jur. obtent. & retent. Regn. Navarr. per 413.* auctoritatem nempe supremi Principis, causam iustam & rectam intentionem, ubi tantum priora duo sufficere putat, quem etiam ad hoc citat & sequitur *Geor. Everh. cons. 17. n. 2. vol. 1.* ubi hanc magis communem testatur: & *n. 1.* ex quorundam DD. sententia, quinque belli Justi requisita, ad auctoritatem Principis & causam justam sine negocio reducibilia recenset. Qua de materia, quia huc principaliter non pertinet conferri possunt post Boccerum *de Bello & duello* Gard. Tusch. *conclus. pract. Tom. 1. libr. 8. conclus. 34.* & Annib. Cranc. *pro Duce Venet. super quaest. An illatas à Paulo V. Pontifice Veneta Respubl. injurias bello* 511*& armis propulsare liceat.*

Limitatio III. Clientes propria culpa offensos an protector nihilominus defendere teneatur. Tertia porro limitatio inducitur, qua protectores ab omissa † defensionis opera excusantur, quando clientes propria sua culpa offendi contingit. Jac. Synt. *disp. de jur. protect. th. 19.* ubi recte defendit, necessitatem protegendi non arctare patronum, si cliens sua culpa se in discrimen, & adversitates conjecerit.

Ratio limitationis ex dispositione juris scripti promanat, quae nimirum sanciunt, eis qui in necessitate † 512seipsos posuerunt, subveniendum non esse, *l. 1. §. 1.* & *ibi* gloss. & Dd. *ff. qui satisd. cog. & arg. l. 31. prin. depos.* Rol. à Vall. *cons. 17. n. 56. vol. 1.* Dn. Menoch. *cons. 55. n. 12. lib. 1.* Surd. *de Alim. tit. 7. n. 12.* & Horat. *lib. 1. epist. ad Loll.*

I. Ratio limitationis à dispositione juris. II. Ratio limitationis ab authoritate.

Quem sua culpa premit, deceptus omitte tueri.

Deinde hanc eandem limitationem post Alber. Gent. *lib. 3. c. 18. de Bell.* approbat Christ. Besold. *dissert. noviss. de jur. foed. cap. 5. sub. n. 2.* ubi ex aliis adseverat, eum qui † promisit defendere oppidum vel civitatem, 513 si culpa ejus, cui facta est talis promissio, bellum moveatur, defendere non esse obligatum.

III. Ratio. Tertio confirmatur haec limitatio, quod omnis defendendi promissio † intelligenda sit, quatenus defen-514dendus offensionis causam non praebeat, arg. *l. 54. §. 1. ff. locat.* Pruckm. *cons. 17. n. 148.* Gram. *decis. 291.* Paris. *cons. 104. n. 12. lib. 3.* Cum enim causata offensio † justa sit, 515 defensio erit injusta, arg. *l. 4. §. primo ad l. Aquil. leg. unic. Cod. quand. licet univer. sine judic. se vindic.*

Penes quartam limitationem difficultas illa occurrit, 516 † *quando vel propter multitudinem hostium, vel exiguas Protectoris vires, apparet ejus in suscipienda defensione operam Clientibus nihil profuturam, utrum eo casu Advocatus defensionem omittens excusationem mereatur, vel nihilominus ad protegendum obligatus sit?*

Limitatio IV. Si ob hostium multitudinem ac insufficientes Protectoris vires, constet ejus in suscipienda defensione operam nil profuturam, utrum eo casu, tuitionem omittens Advocatus excusatione dignus sit.

Et remotis ambagibus respondendum † est, hoc casu protectorem defensionem intermittentem excusandum esse, authoritate Bartoli *in leg. si quis in gravi in princip. Digest. ad Syllan. numer. 2.* ubi in simili dicit, quod vasallus non adjuvans Dominum, omnino periturum excusetur, & feudo privari non possit, quod ipsum similiter deciderunt Matth. de Afflict. *in cap. 1 in princ. numer. 8. quibus. mod. feud. amitt.* Jacobin. de S. Georg. *in verb. & promiserunt &c. numer. 18.* Laurent. Sylvan. *de feud. recognit. quaestion 85. numero quinto* Rosenth. *cap 8. concl. 9. n. 8* Andr. Khol. *de servitut. feudal. part. 1. n. 145.*

Eo quod nemo cogatur facere, quod est † supervacaneum, quodque factum nihil relevat, *l. non cogendum 45. §. final. Digest. de procurator. leg. hac autem satisdatio quarto in princip.* & *ibi* gloss. *ff. si. cui plus quam l. ad probationem 21. Cod de probat. cap. per tuas ext. de Simonia cap. cum contingat* & *ibi* gloss. *verb. nihilominus extr. de offic. delegat.* Khol. *dilect. num. 145.* Schrader. *p. 6. cap. 6. n. 35.*

517 Decisio Affirmativa. Probatur autoritate. DD.

518

Declaratur tamen haec determinatio, ut tunc excu-519satio omissae protectionis locum habeat, si ex manifesta Adversarii potentia vel aliis indubitatis indiciis ac circumstantiis, certo constet, defensionem à protectore suscipiendam nihil profuturam. Ita DD. locis modo relatis, & inprimis Bartol. *in d. l. si quis gravi* sensisse videntur. Et sic *d. l. cogendum*, aliaque jura allegata etiam accipienda sunt, quemadmodum in simili tradit Bald. *c. 1. in pr. n. 8. ibi* si hoc est certum *quib. mod. feud. amitt.*

Ratio decisionis. 520 Declaratio praedictae decisionis.

Secus autem quando incertum est, & adhuc ab eventu futuro ac dubio dependet, num protectorum auxilium clientibus profuturum sit, necne, tunc enim defensio sub eo nudo praetextu, quod facile contingere possit, ut frustra suscepta sit, omittenda non est, ex rationibus subsequentibus.

Primo enim manifestum est protectores ad feren-521dum subsidium non conditionaliter, si videlicet illud profuturum fore certo constet, sed simpliciter & indistincte, quandocunque clientes injuste opprimuntur, obligatos esse. Et quamvis facile evenire possit ut auxilium frustra sit praestitutum, ideo tamen onus protectionis detrectare nequeunt. Quia semper † 522 potius proficuum fore quam nociturum praesumitur, & sanciunt quoque jura, de futuris † semper 523 meliora speranda esse, *l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig.* Alciat. *in tract. praesumpt. reg. 2. praesumpt. 27. numer. 3.* Surd. *tract. de aliment. tit. 7. q. 9. num. 14.*

Ratio I. allatae declarationis.

Ratio II. adductae declarationis.

Deinde si tum demum Protectores officio suo fungi deberent, quando certo constat auxilium ipso-

psorum clientibus profuturum, certe raro vel nunquam ad ferendas suppetias obstringerentur. Quia rerum † futurarum certitudo, raro evidens est, imo exi-
524 tus sive eventus † futuri semper incerti & dubii sunt
525 *l. quod debetur ff. de pecul.* Jason, *in leg. Stichum numer.*
526 *2. Digest. de legat. primo.* usque adeo ut Deæ Fortunæ,† quam cæcam dubiam & incertam Poetæ finxerunt, æquiparentur, *leg. servus 13. ff. de stat. homin. leg. eos 6. §. super his Cod. de appellation.* Alber. de Rosat. *d. l. quod debet. ff. de pec.*

527 Hinc de futurorum † certitudine statuere ex præsenti, imprudentis dicitur, argum. *c. gravi 11. quæst. 3.* Anchar. *cons. 64.* Alex. *cons. 39. colum. 2. volum. 5.* Dec. *cons. 524. num. 9.* Surd. *de alimen. tit. 8. privil. 1.*
528 *num. 7.* Pruckm. *cons. 30. n. 106. lib. 1.* Multa enim † possunt cadere inter calicem supremaque labra §. *quæsitum Inst. de rer. divis.* Capifer. *in tract. de num. test. p. 2. c. 5. n. 13.* Peck. *in tract. de testam. conjug. lib. 1. cap.*
529 *31. num. 8.* Atque ideo adventitii † casus qui ex post facto contingere possunt, non sunt considerandi, *l. Julianus ff. qui & à quibus leg. insulam. Digest. de verbor. obligation.* gloss. & Dd. *in leg. nisi stipulatur §. cum stipulemur Digest. eod. leg. non quemadmodum. Digest. de judic.* Tiraquel. *in repet. leg. si unquam, verbo omnia. numer. 36. Cod. de revoc. don.* præsertim si tristes vel mali sint & inopinati *dict. leg. inter §. sacram & ibi* Dd. *Digest. de verbor. obligation.* Menoch. *consil. 373.*
530 *numer. 12.* Sed semper conditio † sive status præsens inspici debet, ac secundum illum de quolibet judicium faciendum est, *leg. moveor, Cod si servus. export. ven. leg. item apud Labeonem §. si quis virgines Digest. de injur. cap. si vero aliquis de sentent. excommun. cap. si judex Laicus eodem titul. in sexto* Petr. Anch *ran. consil. 69. numero 7.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 1. gloss. 8. numero 25.* Schrader. *part. 10. sect. 7. numer. 91.*

Cum igitur tum temporis, quando defensionis subsidium à protectore exigitur, subsit spes id profuturum, & in hunc finem etiam requirantur; omnino respiciendum erit ad hujusmodi statum sive conditionem præsentem, nec curandum, quod evenire possit infortunium, ut auxilium nihil sit profuturum *d. §. sacram ibique* not. per Dd.

Neque etiam allegata de superfluis & non relevantibus jura hic sibi locum vendicant, quia securius est, in
531 dubio † admittere potius superflua quam omittere, quæ possunt esse conducibilia ac necessaria *c. per tuas de Simon. c. non æstimemus 13. quæst. 2. leg. testamentum 17. ibi,* cum superflua non noceant. *C. de testam. l. non solet 86. & l. quæ dubitationis 81. ff. de regul. jur.* Spec. *tit. depos. §. 7. num. 8.* Col. *de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 201.*

Limitatio V. Utrum clientes suos, Advocati etiam cum vitæ periculo defendere obligati sint.

Quarta limitatio quærendi ansam præbet, † *An protector eo usque ad clientum tuitionem obligatus esse censeatur, ut eos etiam cum certo & inevitabili sua vitæ periculo defendere cogatur.*

Et videtur, quod sic per tex. *in leg. 1 §. juxta hoc ff. ad Syllanian.* ubi dicitur, quibus incumbit necessitas
532 533 † succurrendi Dominis, non debere saluti Dominorum suam anteponere.

Affirmativa. Ratio dubitandi pro affirmativa.

Sed protectores, quoad defensionem † exhibendam, magis sunt obligati clientibus quam servi Dominis quia in hoc unice conducti sunt, & majus plerumq; honorarium recipiunt, ego etiam majori cum periculo clientes defendere tenentur.
534 535

Ratio dubitandi II.

Deinde ex prædictis in ampliatione septima constat, Protectores teneri cum † armis clientes defendere, iisque auxilium ferre, sed ejusmodi auxilium † cum
536 vitæ periculo omnino esse conjunctum patet, prout
537 contingit, cum in oppugnatione clientum Protectores adversus hostes pugnaturi eos defendere coguntur; tunc enim liquidem officio suo rite præesse velint, sub prætextu periculi vitæ non possunt clientibus deesse, vel auxilium renuere, alioquin nunquam ipsis, in prælio tenerentur opem ferre, sed hoc ipsum adversatur promissæ defensioni, ergo potius cum periculo etiam vitæ adversus hostes clientum dimicare debent, etiamsi forte ab hostibus interficiantur, per notata in simili de Vasallis *in cap. 1. in princ. quibus mod. feud. amitt. cap. si quis miles de feud. sine culpa non amitt. cap. primo §. item qui dominum qua fuit prim. caus. cap. domino guerram & cap. ad hoc hic finit lex cap. 1. de nov. form. fidelit.* recteque præ cæteris tradunt Zas. *de feud part. 7. num. 37.* Schenck. *d. c. 1. in pr. num. 17. quibus mod. feud amitt* Vasq. *libr. 1. controvers. cap. 11. num. 5.*

538 Tertio Affirmativam partem facit † exemplum notabile & præjudicium ab Imp. Friderico I. usitatum. Sic enim Henricus quondam Leo Sax. & Bavar. Dux, quod Fridericum Barbarossam Imp. Mediolani in acie non sine periculo dimisisset, criminis læsæ Majestatis reus † postulatus & damnatus est, atque ditiones ipsius maxima ex parte in alios Imp. Status translatæ, Aventin. *Annal. Boior. libr. sexto fol. 515.* Alber. Kranz. *libr. 6. Saxon. c. 38.* qui tametsi pro gratiosa in integrum restitutione apud Imp. submisse institisset, tamen aliud non tulit responsum, quam *Imperatorem sine Principum consensu reponere non posse quem omnium consensu destituisset,* Kranz. *dict. loc. cap. 43. in fine.*

Ratio dubitandi III.

539 Sed ex adverso quod Advocati † cum tali periculo ad protegendum minime obligati sunt, potius statuendum est per rationes subsequentes.

Decisio Negativa. Ratio decisionis I.

540 Primum enim si tali cum periculo Protectores defensionem præstare obstricti essent, sequeretur, eos salutem † ac fortunas clientum, suæ propriæ præferre teneri, sed consequens est falsum, arg. *c. si non licet 23. q. 5. l. preces* ubi Bald. & Dd. *C. de serv. cum simil.* D. Hepingk. *disputat. de jure protect. conclus. 40. lit. C.* ubi diserte defendit, Advocatum cum certo vitæ periculo ad clientum defensionem non obligari, ergo & antecedens

541 Deinde nihil minus est verisimile, quam Protectores † in conventione Tutelæ ineunda pro honorario annuo quantumvis magno, quod à clientibus accipiunt, se iis eousque obstringere voluisse, ut & vitam tam pro ipsis, si aliter eos defendere non possent amittere deberent, cum universæ vitæ felicitatem, u-
542 n us horæ discrimini temere ita subjicere, eos voluisse, præsumendum non sit, Liv. *lib. 30. c. 30.* nihil enim cuiquam vita † sua charius esse solet, cum qua pretium de-
543 fensionis etiam amplissimum ne minima quidem ex parte comparari potest.

Ratio decisionis II.

Constat autem generali obligatione sive promissione non venire, quæ verisimile est in specie quem non fuisse promissurum, si de iis specialiter fuisset interro
544 gatus *d. l. obligatione ff. de pignorib. c. in generali de reg. juris in 6.* nec debet vasalli obligatio, intentionem ejus egredi, *l. si quis nec causam l. non omnis ff. si cert. pet.* Cumque sit infinita † æstimatio libertatis
545 multoque magis vitæ, *l. non est, §. infinita ff. de regul. jur.* peculiariter in conventione fuisset exprimendum, si protectores in casu necessitatis clientum salutem propriæ an eponere deberent, quod cum non fuerit factum, obligatione non continebitur. Quandoquidem jura etiam † nova quantumcunque generaliter
546 loquentia, non intelliguntur loqui in casibus habentibus specialem favorem, sive rationem, *cap. quamvis versic. quanquam de prabend. in c. 6. l. ex testamento C. de testam. milit.* Jason. *in l. 1. n. 9. plura cumulans ff. solus matrim.*

Tertio confirmatur hæc decisio ex eo, quod in contractibus servanda † sit æqualitas eaque fieri debeat interpretatio, qua sit æqualis contrahentium conditio *l. si id quod. §. ult. ff. de rescind. vendit. l. penultim. in fi. C. commun. divid.* Rimin. *in. §. 1. n. 159. Inst. quib. alien. lic.* Crav. *cons. 70. n. 1. cons. 245. n. 7.* Menoch. *cons. 35. n. 11.* At vero summa foret inæqualitas si protector propter annuum salarium, quod à clientibus accipit, vitam suam, quæ infinitis modis salarium excedit, pro iis perdere teneretur.

547 *Ratio decidendi III.*

548 *Ratio decidendi IV.*

Quarto constat, vasallos magis † obstrictos esse Dominis, quam protectores clientibus, eo quod fidelitatem ipsis jurent. Sed vasalli non † tenentur vitam & salutem suam, saluti & vitæ Domini postponere gloss. *in cap. 1. quibus mod. feud. amitt* quam communiter sequuntur *ibidem* Feudistæ Belvis. *vers. quæro nunquid salutem domini.* Isern. *num. 4.* Bald. *num. 8.* Laudens. *num. 7.* Alvarott. *num. 6.* Præpos. *numer. 5.* eleganter Schenck. *nu. 16. cum. seq.* gloss. *in cap. 1. §. fin. verb. potuerit de alien. feud. pater*, & *ibi* etiam Feudistæ Surd. *tract. de alien. tit. 7. quæst. 31. n. 1.* Roland. à Valle *cons. 5. num. 36. tom. 3.* Zas. *in epitom. feud. part. 7. num. 37. & part. 10. n. 18.* Guil. Hannet, *libr. 3. de jure feud. c. 9.* Duar. *in comment. c. 14. n. 9.* Rosenth. *c. 10. concl. 16. n. 20. lit. O.*

549

550 *Ratio decidendi V.*

Quinto licet libertus † ratione accepti beneficii magis obligetur patrono, quam protector clientibus, cum hic saltem annuum † honorarium à clientib. accipiat, quod comparari neutiquam potest libertati, quæ res † est inæstimabilis, *§. cum ergo versic. sed cum Inst. quibus ex caus. manumitt*, cunctisque rebus præferenda *l. Paulus ff. de fideicom. libert.* Attamen libertus † salutem, seu vitam domini, suæ anteponere minime tenetur, ut est text. *in l. hæ demum ff. de oper. libert.* Padill. *in l. præses numer. 7. C. de serv. & aqu.* Quod ipsum evidenter deprehenditur ex eo, quod etiam alimenta † patrono vitam suam aliter sustentare non valenti suppeditare non teneatur, cum non habet, nisi quod propriæ sustentationi necessarium est, *l. si quis à libertis, § penult. ff. de liber. agnoscen.* Natta *cons. 380. numero 6.* Surd. *de aliment. tit 7. quæstion. 28. numer. 4.* Salicet. *in leg. dolo numer. secundo Cod. de libr. caus.* ubi dicit, *quod si redditus non sufficiunt sibi & patrono, juste denegant alimenta, & non dicitur ingratus*, allegat. *leg. alimenta in princip. Digest. de liber. agnosc.* tenetur † enim quilibet sibi primum subvenire argum. *l. præses C. de serv. aqu.* & nemo † obligatur sibi arctare victum, ut alii provideat text. *in d. l. si quis alib. in fin. ff. de lib. agnoscend.* Bald. *in l. 1. §. officio ff. de tut. & rat.* Natta *cons. 387. n. 8.*

551
552
553
554
555
556

Multo ergo minus protector vitam clientum suæ præferre tenebitur.

Ratio decidendi VI.

Sexto, quod pro ratione exemplorum additur, hanc sententiam corroborat quod nulli teneatur quis magis esse fidelis, quam sibimetipsi, cum prima † & ordinata charitas incipiat à se ipso *cap. si non licet 23. q. 5. l. præses* ubi Bald. & Dd. *Cod de serv.* Clarus *§. feudum, q. 21. in fin.* plusque se quis amat in ungue pedis quam alterum in vertice capitis, ut Baldus ait. *cons. 318. libr. 4.* Unde pertritum, *interulam † magis stringere quam tunicam.* Imol. *in l. heredes mei 57. §. fin. Digest. ad Trebell.*

557
558

559 *Temperamenti præcedentis dogmatis.*

Quod tamen non ita nude vel crude † sed cum temperamento legis divinæ & sacrosanctæ justitiæ, & sic non sine mica salis, accipiendum, sed & exemplo & latius declarandum est. Finge enim, Tutoris ac pupilli bona naufragio periclitari, & alterius amittenda & in mare projicienda esse, *utrum tutor † possit pupilli bona projicere & sua conservare, an vero teneatur propria amittere, & pupilli salvare non inutiliter quæritur?*

560 *Utrum Tutor in periculo custodiam, propriorum bonorum Pupilli bonis præferre possit aut debeat. Negativa. Ratio dubitandi pro Tutore.*

Ad quod sine dubio respondebit quis id quod modo dictum est, ordinatam charitatem incipere à se ipso, ac deinde demum in proximum quandoque conferri, juxta commune proverbium, *proximus egomet mihi*: quod verbis Divi Apostoli, stabiliri posse videtur, qui non ita nos aliis commodare † jubet, ut aliis sit relaxatio nobis vero angustia (*secundo Cor. 6.*

Deinde ad hoc ipsum in specie & terminis quasi propositi exempli, facit *lex quicquid. Cod. arbitr. tute.* ubi *gloss.* habet, quod Tutor † contra suam utilitatem non teneatur providere pupillo, & citat ad hoc tex. cui adde gloss marg. *in leg à Tutoribus, 33. Digest. de administr. tutor.* quæ similiter quærit, *An tutor propriam utilitatem possit præferre utilitati pupilli?* Et respondet *ibid.* quod sic in periculo rerum secus in periculo animæ. †

561
562 *Ratio dubitandi II.*
563
564 *Decisio contraria pro pupillo. Ratio decidendi.*
565

At si res ad Lydium lapidem revocabitur, pressius examinando & ad gnomonem indeviabilem sacræ Scripturæ deducendo, accuratius ponderetur, invenire aliud, & contrarium statuere licebit. Quid enim? an non, eodem Apostolo teste, *charitas non quærit quæ sua sunt, 1. Cor. 13.*

An non etiam summo Philosopho, Aristotele, teste, ipsa justitia propterea dicitur *ἀγαθὸν ἀλλότριον καὶ πρὸς ἕτερον*, quia scilicet vires † suas erga alium exerit, producit, porrigit ac exercet. Aristot. *libro quinto Eth. cap. primo & 6.* ut scilicet sit bonum quod alteri communicatur & non sit proprium ejus à quo proficiscitur, sed alterius, † cui communicatur (per quod tamen minime negantur, præcepta justitiæ, de altero non lædendo etiam respectum sui ipsius in se continere, perinde ut præceptum divinum; *non occides*, intelligi debet scilicet nec te nec alium, *can. si non licet 23. quæst. 5.* Et in † dilectione proximi continetur etiam dilectio sui ipsius) Sic Cic. *1. lib. 2. de Rep.* ait *justitia foras spectat, ut & totam se ad alienas utilitates porrigit & explicat*, Magyrus *libro quinto Ethic. cap. primo.*

566
567

Ideo Euripides ait, *virum † justum non sibi, sed aliis videri natum*, nempe illis, quibus, sua justitia cupit prodesse. Unde acutissimus recte Jurisconsultus Carol. Molin. *in tract. de usur. numero 72.* regulam charitatis ordinatæ pulchre sane & divinis scripturis congruenter admodum sic explicat, ne repugnet verbis Divi Apostoli *ad Galat. cap. ultim. & primo Timoth. 5.* ut scilicet primam rationem habeamus eorum, quos Deus nobis cognatione carnis conjunxit, & maxime domesticorum fidei, nec etiam citato *supra loco primo Cor. 13.* contrarietur, nec vero etiam patrocinium præbeat, sinistræ opinioni Scholasticorum Theologorum, Canonistarum & Legistarum, præsertim Joan. Ignei *suprad.* regulæ stricte inhærentium, addens, sic illam † candide & bono sensu posse accipi, quod charitas incipiat à seipsa, videlicet, tanquam ab exemplo & comparatione nostri, ut quemadmodum egentes volumus nobis ab aliis subveniri, ita aliis egentibus ultro † subveniamus, ut hoc vel ex animo nostro in simili metiamur, ut scilicet non sit alius sensus, quam qui habetur in illo divini & naturalis Juris mandato *Matth. septimo Luc. sexto, prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter*, quam explicationem suam idem Molin. *in addit. ad c. consuluit, ex de usur.* dicit multos insignes viros è Schola Theologica sibi gratu-

568

tulatos esse claram & nitidam hujus dicti *Luc. 6.* explicationem vocantes, quo provocasse sat est.

570 *Ratio decidendi II. ab Auctoritate Lud. Romani ICti.* Ad casum tamen *supra* positum in terminis vide ulterius Roman. *singular. 698.* ubi decidit, quod si tutor est in tali periculo, quod non possit simul & semel custodire bona sua & bona pupilli, debeat tutor praeferre custodiam patrimonii pupilli custodiae bonorum suorum.

Quod tamen limitat duobus modis, primo nisi res 571 *Limitatio Decisionis.* † tutoris sit preciosior, & res pupilli vilis. Tunc enim tutori parcitur, si suam praefert. Secundo. Vbi preciositas † rerum pupilli & tutoris sit par. 572 *Limitatio II.* Tunc enim locus est gratificationi: vide *ibidem* plura cum allegationibus: cui adde Joannem Burckhard. *in patrocinio pupillorum cap. septimo numero quarto.* Et casum similem, si quis patrem & filium suum periclitantes videat, & alterum tantum liberare possit, apud Domin. Sichard. *in lit. Cod. de patribus qui filios distrax. in fin.*

Quam disquisitionem in terminis propositam & à nobis decisam reperire est *in cap. sequent. XII.* Ex quibus jam satis patet, justitiae munus proprium quidem esse extra se agere, quod praecipue ad Magistratus pertinet, de quo Aristoteles *primo Et hic.* intelligi potissimum debet, sicut & *in cap. sexto.* Sed dum addit. *pessimus igitur* est (in dict. *cap. primo circa finem*) *qui erga se & erga Amicos utitur pravitate: optimus autem non qui erga se, sed qui erga alios virtutem exercet*, annon hoc (quaerat aliquis) repugnat Platoni, qui justum definit τὰ ἑαυτοῦ πράττειν & justitiam ἰδιοπραγίαν? De qua re ne longior sim remitto legentem ad Domini Jac. Scheckii Topicam Aristotelis 10. *lib. 2.* ubi conciliat.

Solutio contrariorum Argumentorum. Porro his ita firmatis non est difficilis responsio ad argumenta seu dubitandi rationes circa praemissam IV. Limitationem in adversam partem adductas.

573 *Respons. ad I. dubitandi rationem.* Quod enim primo ad allegatum textum † *in l. 1. §. juxta hoc Digest. ad Syllan.* attinet, loquitur is de servis à quibus ad protectores arguere non licet. Est enim ratio diversitatis maxima inter † servum & protectorem, ille namque subest alterius dominio non secus 574 ut aliae res mobiles & immobiles habetque dominus in eum potestatem summam & in jus vitae necisque, §. *in potestate Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Proinde jure merito dispositum fuit, ut domini sui salutem suae teneatur anteponere, prout etiam sup- 575 plicio † capitis afficitur, ubi domino, cum occideretur, opem non tulit. Secus autem est in protectore, qui dominio clientum nullo modo subest, sed tantum eos defendere tenetur. Proinde quod in servo non absque ratione dispositum fuit ab Antonino Imperatore, ad protectorem trahi nulla ratione licet.

Responsio alia ad eandem. Deinde etiam ad eundem textum responderi potest quod dispositio *d. §. juxta hoc,* sit exorbitans quippe inducta contra rationem juris communis, quo nemo tenetur salutem alterius anteponere suae. Li- 576 cita vero non est in † exorbitantibus sive juri communi derogantibus extensio de persona ad personam, etiamsi eadem subesset ratio *leg. quod contra Digest. de reg. jur. cap. quae à jure eod. titul. in sexto*, Joan. de Imol. *in leg. si vero §. de viro Digest. soluto matrim.*

577 *Respons. ad II. dubitandi rationem.* Quod autem secundo loco objectum est, armatam Clientum defensionem, † quam patroni obligati sunt, haud fieri posse absque vitae periculo; ad hoc replicatur, quamvis bella gerentes à tali periculo non prorsus tuti sint, illud tamen saepe evadunt quia discriminis incertus est exitus, igitur dici non potest defendendi officium cum certo & inevitabili mortis discrimine conjunctum esse, alias sequeretur omnes in omnibus bellis occumbere.

Ad haec dato etiam, quod Protector cum vitae periculo defendere teneatur, tamen illud à se avertere potest substituendo alios milites qui pugnent pro clientibus. Nam ut *infra* pluribus dicetur, Advocati tutelares non tenentur in propria persona protegendi munus obire, sed sufficit clientes etiam ab aliis quibuscunque defensos fuisse.

578 *Resp. ad III. dubitandi rationem.* Nec obstat etiam tertio loco adductum praejudicium in Hen. Leone † Duce Sax. & Bav. quia respondetur id factum fuisse ob aliam Feudi illius quod habuit conditionem: Possunt enim in hoc Feuda † tribui, ut va- 579 salli tanto etiam vitae periculo assistere Dominis suis teneantur ne in acie nisi mortuos vel mortifere vulneratos eos relinquant, id quod Dn. Schenck *de Feud. lib. 1. tit. 5. n. 16.* nominatim adseverans, ait praecitata jura † Feudalia à Personarum ac Feudi qualitate & ob- 580 servata Regionum consuetudine interpretationem talem recipere posse.

581 *Temperatio praedictae limitationis.* Caeterum quod in deducta hactenus limitatione assertum est, † protectores non esse obligatos, ob defensionem praestandam, certo vitae discrimini sese exponere, cum mica salis, & eo modo intelligendum est, quod extremam etiam curam in defensionem illorum adhibeant, multo minus vero ex solo † metu amitten- 582 dae, maxime in constantem non cadente virum, clientes indefensos deserant, uti accepimus Ruthenum † quen- 583 dam de Plawen Advocatos, qui castra quaedam ea de causa, quod metuerent, sine vitae periculo ea se defendere non posse, Carolo IV. Imperat. Pilnensem intranti terram dediderunt, accersitos postea, in unum compulisse horreum, & se vidicando, aliisque terrorem incutiendo igne injecto concremasse: Auctor Anonimus *Hist. Landgrav. Thuring. cap. 107.*

Limitatio VI. Sexta moderatio ad regulam de defendendo pertinens, in ea dubitatione consistit, qua quaeri potest, 584 *An defensio † per Advocatum suscipienda etiam necessaria sit, quando fama duntaxat, & existimationi clientum detrahitur, nullum autem personis fortunisve illorum periculum imminet.*

Affirmative. Nam ut affirmative respondeatur suadet ea ratio, quod fama sit omnibus fortunis longe praeferenda per 585 *Ratio dubitandi I.* tex. *in l. Julian. ff. si quis omiss. caus. test. & in l. servorum §. fin. in fi ff. de poen.*

Vnde rectissime apud nostros authores salutis & 586 existimationis † ratio conjungitur, vitae, capitis, & salutis periculum cum famae ac honoris periculo aequiparatur *leg. isti quidem § penultim. Digest. quod met. caus. leg. justa 9. Digest. de manumiss. vindict. in princ. leg. neque infantes 36. in princip. ibi*, capitis famaeve periculum *Digest. de fideicomm. libert. leg. Julianus 26. Digest. si quis omiss. caus. testam.* Quo facit, quod *distinct. prima cap. homicidium,* Quo facit, quod *distinct. prima* 587 *cap. homicidium*, detractores, homicidae dicantur. Et hoc passim nostri Dd. inculcant, vitam & honorem seu famam aequiparari. Alciat. *in l. interpositas, n. 13. & leg. transigere, num. 42. & seq. Cod. de transact.* Jason. *in repet. leg. admonendi, n. 278. Dig. de jurejurand.* Bald. *in cap. 3. n. 16. de pace tenend.* Socin. Jun. *cons. 38. n. 40. libr. 1.* Mantua *singul. 383.* Dec. *cons. 687. n. 8.* late Cravet. *cons. 168. n. 3.* Marq. Freher. *de existimat. acquir. libr. 2. cap. 7. n. 1. in fin.*

Quinimo vitae † etiam praeferendam esse bonam fa- 588 mam, monemur textu *in l. isti quidem ff. de eo, quod met. caus. dist. leg. secunda §. placuisset ibi & Castitatem. Dig.*

Digest. de orig. jur Sebast. Med. *in tract. Mors omnia solvit, part. 1, n. 17.* Menoch, *cons. 96. n. 15.* Quandoquidem honesti viri † magis infamiam sive turpitudinem metuunt ac fugiunt, quam mortem ipsam DD. *in d. l. isti quidem.* Luc. de Penna *in l. 1. de cap. cui cons. ex lib. 11.* Neviza. *in sylva Nupt. lib. 1. n. 34.*

589

Deinde famæ & honoris † defensionem cuilibet concessam, non minus quam corporis & salutis apparet non tantum ex eo, quod modo diximus, famam & vitam æquiparari, arg. *d. l. justa de manum. vind.* & *ibi* gloss. cum simil. verum maxime ex textu Florentini *in l. ut vim. ff. de just. & jur.* dum dicit ut *vim & injuriam propulsemus*, quod ita intelligi potest ut non tantum vim corpori illatam, sed & quamque injuriam seu corpori seu honori intentatam, quantum fieri potest, profligemus & repulsemus.

590 *Ratio dubitandi II.*

Præterea, si à simili personarum, arguere † velimus etiam amicos (quales maxime esse oportet Protectores) conjunctarum sibi personarum existimationem sartam tectamque conservare decet. Nam ut Symmachus inquit, *lib. 5. Epist. 52. ad Felicem, Quisquis amici † famam negligit, fide lubricus est.* Verique amici est, quosvis labores & pericula, ita & infamiam amici sibi communem existimare, ut Themistius scribit *in Orat. de Amicitia, ὥστε σοι πανταχόθεν ἀναῤῥιπτεῖν τὸν ἄκρον καὶ κοινὸν ὑγιεῖν κίνδυνόν τε καὶ ἀγρυπνιῶν κινδύνου τι ἐν ἢ θανάτου ἢ ἀτιμίας.*

591 *Dubitandi Ratio.*
592

Et in specie de protectoribus Ausonius de Attico Tirene Delphidio loquens.

Tuendis addictis clientibus
Famæ & salutis sauciis.

Sic etiam quarto servi officium est, † non vitam tantum & salutem Domini tueri, insidias prohibere, necemque vindicare, sed & famam, & Infamiæ non minus quam mortis periculo dominum liberare, utroque enim casu ei libertatis præmium propositum est, *leg. justa 9. ff. de manumiss. vind. l. ult. §. 1. C. de his quibus ut indig. leg. 1. C. ex quib. caus. ser. pro præm. liber. accip.*

593 *Ratio dubitandi IV. à Servo.*

Quod etiam in vasallo obtinet, qui quidem † in solenni fidelitatis juramento se ad id obstringit, quod vitam & honorem famamq; Domini non solum non violare, sed & contra aliorum conatus, pro viribus defendere ac propugnare velit. Hæc enim sunt verba fidelitatis *tit. de juram. fidel. & tit de form. fidelit.* cum Jac. de S. Geor. *in tract. feud. in verb. Qui quidem investiti* Khol. *de servit. feud. part. 4. n. 54.* ubi etiam *n. 59.* dicit, quod multo magis in tuitione bonæ famæ vel existimationis Dominum vasallus, quantum licite fieri poterit, adjuvare teneatur, ne immerens jacturam famæ subire cogatur, Dd. *in d. c. 1* post text. *ibid. de nov. form. fidel.* Alciat. *in l. licet capitalis ff. de verb. sign.* Rosenth. post alios *c. 10. concl. 17. n.* Guntherus *lib. 7. de gestis Frid. Imp.*

594 *Ratio dubitandi V. à Vasallo.*

Tunc proceres, clariq; viri, turbaq; minoris
Ambitiosa manus, studio devota fideli
Sacramenta dabant, cunctas servanda per urbes,
Principis Ausonii jus, famam, corpus, honorem,
Nec se læsuros, & si quis lædere tentet,
Usq; vel ad mortem tota virtute reniti.

Cum igitur non minoris intersit, clientum honorem atque existimationem defendi, quam eorum personas ac bona protegi, sane dicendum videtur, patronum tutelarem, sub periculo amissionis juris clientelaris non minus ad hæc, quam ad illa tuenda esse astrictum.

His tamen non obstantibus † ad propositam quæstionem contrarium respondendum esse censeot nempe Protectores, ni ultro velint, nequaquam esse obligatos ad defendendum honorem clientum suorum, sed duntaxat ad bona personasque eorum.

595 *Decisio Negativa.*

Ratio decisionis inde patet, quia protectio Tutelaris potissimum ad vim † & injuriam realem, cujus propulsandæ remedia alias jura non suggerunt, non autem verbalem depellendam, ordinata est, ut innuit doctiss. Dn. Knich. *in comment. de Saxon. non provoc. jur. cap. 5. n. 495.* ubi dicit, protectionem esse defensionem contra vim invasionis & violentiam de jure & de facto, sequitur Schurff. *cons. 23. in princ. n. 1. & seq.* & faciunt allegata per Knichen. *loco relato.*

596 *Ratio I. decidendi.*

Huic accedit secundo quod Protectoribus † defendendi necessitas cum armis in iis potissimum casibus incumbat quibus nulla ipsis supersunt ordinaria illicitæ offensionis propulsandæ remedia. Jura namque † abhorrent vias extraordinarias, ubi competunt ordinariæ per text. *in l. in causa 16. ibi*, cum ipso jure † munitus sit, non debet tribui extraordinarium & *ibid.* Bart. Bald. Alber. & alii, *Digest. de minoribus l. quadam 9. in pr. ff. de edendo l. cum fine 11. in princip. ff. de Carbonian. Edict. l. 1. in fine ibi utrumque* gloss. *verbo supervacuum Digest. ad municip. leg. unica Cod. de Thesaur lib. 10.* & notatur *in leg. 3. Cod. de tutor. & curat. qui satis non ded. leg. in provinciali §. primo* & *ibi* omnes post Bart. *Digest. de novi oper. nunc.* Jason, *ibid. n 9. leg qui bona 13. §. de illo Digest. de damn. infect.* Vincent. de Franchis *decis. 248. numer. 2.* Bender. *de revis. concl. 25. num. 11.* Gail. *de arrest. c. 5. n. 15.* Vivius *dec. 17. num. 19. lib. 4.*

597 *Ratio decidendi II.*
598
599

Sed clientes verbalibus tantum affecti † injuriis ad propulsandam contumeliam ordinaria habent juris remedia actionem nempe injuriarum, vel alia, de quibus nos copiose agimus *in tractatu nostro de Retorsionibus injuriarum, c. 1. per totum.*

600

Præterea, † si Advocati fiduciarii, clientes etiam verbalibus injuriis affectos vindicare necesse haberent, sequeretur, quod ipsis etiam judicialis eorum defensio incumberet, sed consequens falsum est. Anchar. *cons. 87. incip. omisso primo n. 3.* Alex. *cons. 13. post n. 15. vol. 6.* & hoc evidenter liquet ex iis, quæ prolixe *cap. 12.* in puncto dubitatæ judicialis defensionis adduximus, ergo & antecedens.

601 *Ratio decidendi III.*

Protectores enim, de quibus nos agimus, sunt † Advocati armati, qui armis potissimum, non autem verbis in judicio profusis clientes suos defendere debent, per jura & authoritates *superius in ampliat. 6.* allatas.

602

Sed enim leges non patiuntur, ut injuriæ † verbales armis vindicentur, *l. 3. cum igitur*, & *ibi* gloss. *1. ff. de vi & vi armat. l. nullus 14. C. de Judæis leg. si cujus rei 13. §. æquissimum Dig. de usufr. & quemadmod. quis ut fruat. l. prima* & *ibi* gloss. *in verb. moder. C. de vi & vi arm.* & *ibi* Bald. *ver. sed nunquid ex solis.* dicens, quod verbis contra verba debeat resisti, non autem ad manum & ferrum, Socin. Jun. *cons. 125. n. 2. & seq. volum. secundo* Dec. *cons. 686. n. tertio & seq.* Angel. Aret. *in tract. suo malefic. verb. contumeliosa vers. quod si aliquo dicto vel facto,* Quibus novissime non inviti suffragantur Bocer. *libr. 2. de duello c. 8. nu. 17. & 18.* Harprecht. *§. item lex. Cornel. de sic. 5. n. 168. Instit. de Public. judic.* ubi dicit, illatam injuriam judicio, nequaquam vero verberibus & factis vindicandam esse, per *l. nihil tam naturale 35. ff. de reg. jur. l. an inutilis 8. §. acceptum ff. de acceptilatione,* Et pro his statutus versiculus.

603

Res † dare pro rebus, pro verbis verba solemus.

Nam alias non servaretur moderamen † inculpatæ tutelæ, sed excessus fieret in modo, cum defensio ad offensionem debeat esse proportionata id est, ut eo modo vis reprimatur quo inferatur, si armis inferatur, armis repellatur, si sine armis, sine armis quoque retundatur, si in verbis, verbis etiam retorqueatur. Ita gloss. *in leg. ut vim ff. de just. & jur.* ubi Salom. *numer. 6.* Claud. de Seysel, *nu. 123. gloss. in l. primo verbo*

604
605

ho moderatione C. unde vi Mascard. *de probat. volum. 3. conclus. 1126. n. 21*, Clarus §. *homicidium vers. scias tamen*, Damhoud. *prax. crim. c. 76. n. 14*. Jo de Amic. *consil. 77. n. 14*. Jacob. Ayrer. *tract. de homic. necess. part. 1. n. 66*.

606 Et ista quidem limitationis hujus decisio in casu illatæ injuriæ procedit etiamsi caput ipsum seu persona principalis ex clientibus in tuitionem susceptis, puta Prælatus, vel quivis superior inter illos ab alio quodam Principe vel communitate injuriis duntaxat verbalibus affectus fuisset, quia propter privatam injuriam aut 607 damnum etiam principis aut alterius, non est universæ cuidam genti aut provinciæ bellum inferendum, ut ex Recessu Deputationis *Wormatiensi de Anno 1564*. dann erstlich so begeben sich/arguit Henr. Bocer. *tract. de bello libr. primo c. 6. n. 11*.

Ampliatio negativæ decisionis.

608 Ex quibus colligere facile est, † quod Protectores si injuriam verbalem reali seu armis repellerent, non defensionis sed vindictæ causa fecisse præsumerentur per ea quæ tradunt Dd. *in d. l. ut vim ff. de just. & jur.*

Solutio contrariorum Argumentorum.

Neque vero his adversantur, quæ supra in contrarium allata sunt.

609 Nam quod primum dicebatur, † famam & honorem omnibus fortunis præferri, nec non periculum vitæ & salutis, cum famæ & existimationis periculo æquiparari, id facile dissoluitur, respondendo argumentum † ab æquiparatis non procedere, quandocunque dispar æquiparatorum ratio assignari po-610 test, *leg. Julianus, 60. §. primo Digest. de condict. indebit.* Jason, *in leg. creditori nono digest. de oper. novi nunciat. & in auth. quas actiones num. 19. Cod. de sacrosanct. Eccles.*

Respons. ad I. & II. dubitandi rationes.

At vero disparitas inter eum, qui de honore sive fama & eum, qui de corpore seu vita periclitatur facile 611 demonstratur. Etsi enim accurata † & diligens utriusque ratio habenda sit, eo quod utriusque jactura gravis proindeque utrique periculum imminens averti de-612 beat, vitæ tamen † discrimen longe gravius esse quam 613 famæ aut honoris quod honor læsus † sive amissus judicis authoritate vindicari ac recuperari possit, *tot. tit. D. & C. de injur.* Harprecht. §. *hac actio 12. num. 181. Institut. eod titul.* Vita autem semel adempta, amplius restitui non possit.

614 De amico autem † quod tertio loco adductum est, licet commendatione dignum sit ut is amici famam si eam qualibet ratione lædi contingat, pro viribus tueatur, ab ejus tamen honesta magis quam civili obligatione ad Protectorum officia minus recte arguitur ex ratione quam *inferius* de vasalli & Advocati diversis obligationibus attulimus.

Respons. ad III dubitandi rationem.

Neque etiam est, quod absterreant quempiam exempla de servo & vasallo quarto & quinto loco inducta. Vtrobique enim maxima diversitatis ratio subest.

Respons. ad exempla de Servo & Vasallo & 4. & 5. dubitandi ratione adducta.

Nam quod ad servum attinet, ille alterius dominio non secus † quam aliæ res mobiles & immobiles sub-615 jectus est, habetque dominus † in eum summam po-616 testatem, & jus vitæ necisque §. *in potestate Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur. gl. in l. 1. §. eodem tecto ver. saluti ff. ad Syllan.* Bonacos. *in tract. de serv. & fam. q.* 617 *55*. Secus autem † est in Advocato, qui dominio alteri nullatenus subest, nec clientibus in eum ulla potestas aut jurisdictio competit.

618 Sic nihil etiam officit, quod de vasallo adductum est. Is enim Juravit Domino † fidelitatem in eoque juramento expresse spopondit, auxilium sese, prout poterit præstiturum, non tam quoad personam, quam ratione dignitatis & existimationis *cap. primo ibi &* contra eum &c. *de nov. form. fidelit.* & alii *supra citati*.

619 At vero protector ex † pacto conventionis non nisi adversus vim invasionis & injuriam realem clientibus defensionem promisisse censetur, minime vero adversus verbalem.

620 In obligatione † enim aut dispositione generali ea non veniunt, ad quæ quispiam specialiter si de iis interrogatus fuisset, sese obligaturus non fuisset, *d. l. obligatione generali 6. & seq. Dig. de pignor. l. 1. C. quares pignor. oblig. poss.* ubi gloss. *in verb. rationis est.* & Dd. *notant. l. alumnus C. quæ res pignori obligentur l. creditor, 60. §. Lucius ff. mandati l. qui peculio. 47. ff. de peculio l. penult. ff. de privil. cred. cap. in generali 77. de regul. jur. in sexto* Curt. Jun. *cons. 26. n. 8.* Rom. *in l. si constante 25. n. 32. ff. sol. matr.*

621 Cæterum septimo loco nostra de † protectione regula limitando declaratur *ut protectores etsi occurrente necessitate armis clientes suos defendere obligentur, id tamen in propria persona præstare non teneantur, sed id bene per alios facere possint*, per regulam communem qua dicitur, quod † quis per alium facit perinde est, ac si faceret per seipsum, *leg. prima. §. dejecisse Digest. de vi & vi armat. c. qui per alium*, ibique Dyn. *de reg. jur. in sexto* quæ regula maxime procedit, cum lex † vel intentio pacificentium actum ipsum per se citra respectum ad personam agentis, considerat, tunc enim non refert, per se quis faciat, an per alium. Secus, ubi lex † non tam actum, quam personam agentis considerat sive respicit actum, quatenus à certa persona fit Alciat. 622 *de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 48. n. 11.* Cagnol. *in l.* 623 *is damnum n. 3. de regul. jur.* nec obscure sensit ante illos 624 Dyn. *in d. c. qui per alium* dum limitat regulam, ne 625 procedat, ubi personæ industria electa intelligitur, *leg. inter artifices Digest. de solut. l. unic. §. ne autem Cod. de cadut. tollend.*

Limitatio VII. Virum Protectores in propria persona pro clientibus pugnare obligati censeantur. Decisio Negativa. Ratio decisionis I.

626 At vero in protectionis. † contractu ipse tantum actus, nempe auxilii ac defensionis præstatio consideratur, & non industria personæ protegentis, ut per se defendat, sed tantum an & quatenus potens sit ad defendendum.

Quod ipsum scilicet industriam personæ protegentis non considerari, evidentius patet ex eo, quod jus Advocatiæ quandoque sit hæreditarium, & transeat a 1 successores & hæredes Protectoris, per adducta superius *cap. 3. de divisione*. Commissa vero † industriæ cer-627 tæ alicujus personæ, ad hæredes minime transeunt *l. cujus bonis ff. de curat. furios.* Cynus *in l. quisquis ibi* Bald. *num. 2. C. de Episcop. & cler.* Felin. *in cap. in præsentia numer. 46. & seq. de probation.* Schurff. *consil. 61. numero 16.* Schrader. *p. 6. cap. 6. numer. 49.* Ergo in propria persona clientes defendere non tenetur. Regulare namq; est, quod in his, † in quibus non est electa 628 industria personæ, facere liceat per substitutum. §. *mandatum. Inst. de Mand.* Bartol. *in l. continuus. §. si ab eo. n. 1. 2. ibid.* Aretin. *num. 18. vers. circa primum ff. de verb. obligat.*

629 Deinde cum protectionis † finis sit Tutela & tuitio clientum, contra vim & violentiam quamlibet inferendam, ut ex *cap. de fine & effectib.* patet, ea vero per alios fieri possit, imo cum Protector eam præstare solus nequeat necessario fieri debeat, ideo manifesta per se est adducta limitatio.

Ratio II. decisionis.

630 Cum porro præsupponatur, † eos quos Advocati suo loco ad militandum pro clientibus submittunt ac destinant, æque strenuos & idoneos fore, ad auxilium exhibendum, ex eoque clientes non minus commodi habituros quam si Protector ipse præsens afforet, imo idem utriusque censeatur subsidium arg. *l. nemo est qui nesciat* ubi Dd. *Digest. de duobus reis.* Proinde

inde clientes etiamsi protector non in propria persona, sed per alios auxilium ferat, justam conquerendi 631 causam non habebunt. Quod enim iis nihil † obfuturum, protectori autem, qui domi remanens rerum suarum administrationi rite præesse potest, apprime profuturum est, facile concedere debent, *l. 2. §. item Varus ff. de aq. pluv. arcend.* Menoch. *conf. 14. num. 8.*

632 Et quidem obligare † sese ad id, quod per alios demum expediri solet & potest, usitatissimum est. Francisc. Aretin. *in leg. continuus §. si ab eo n. 17. Digest. de verbor oblig.* And. Khol. *de servit. feud. part. 1. num. 64. in fine.*

633 Corroboratur hæc limitatio ab exemplo † vasallorum, qui licet multo arctius Domino obstricti sint, quam protectores clientibus, tamen ex communi Germaniæ consuetudine, in bello contra dominum sopiendo non personaliter, sed etiam per substitutos auxilium ferendo (exceptis tantum certis casibus, qui ad propositum non spectant) officio satisfaciunt, ut habetur per gloss *in c. si quis decesserit si de feud. defunct. verbo cogitur & ibid* Belvis. Lauden. *n. 2.* Alvarott. *n. 2.* Schneidew. *de feud. part. 5. n. 112.* Schrad. *part. 6. c. 6. num. 45.* per tex. *in c. 1. §. firmiter ibique* gloss. & Dd. *de prohibit. feud. alien per Frider.* Schurff *cent. 1. conf. 48. n. 9.* & alii complures relati per Rosenthal *c. 8. concl. 23. num. 2.*

Ratio III. decisionis.

634 Siquidem in † investitura non solet exprimi, ut in propria persona serviat vasallus, ideoque industriam personæ non electam esse præsumitur, Menoch. *lib 6. præsumpt. 92. n. 2.* per *l. unic. §. ne autem vers. fin autem in faciendo C. de cadnc. tollend. l. veteris Cod. de con-* 635 *trahend. stip.* Insuper etiam servitia † vasallatica à natura ita constituta sunt, ut per alium Domino acceptabilem peræque expediri possint, *d. c. si quis decesserit, ibi* alius tamen pro eo faciens admittetur *si de feud. defunct. c. si quis investitus in fine in c extraor.*

636 Octava regulæ nostræ moderatio descendit ex † impedimento propriæ defensionis, videlicet, *si forte Protector tempore invocati auxilii Clientelaris ipse oppressus fuerit, ita, ut omnes vires suas ad se ipsum suaque tuenda adhibere cogatur*: hoc enim casu hujuscemodi inclusus angustiis ab omissa clientum suorum defensione, merito excusandus est. Quia obligatus † defendere alium excusatur, si necesse habet defendere seipsum, per notata Jo. de Prato *in l. mutus, §. qui non cogitur, col. 3. de proc.* Nec enim æquum est, Protectorem ad id compelli, ut suis † neglectis aliena providere atque defendere cogatur arg. *l. filius familias 8. §. fin. cum tribus seq. Legib. ff. de Procur.*

Limitatio VIII. An Protector tempore invocati auxilii Clientelaris ab hostibus ipse oppressus clientib. suis ad opitulandum adhuc obstrictus sit. Decisio Negativa.

Estque ratio limitationis non minus etiam hæc evidens, quia quilibet † potest ac debet esse diligentior in rebus propriis, ac magis eas curare, quam alienas *l. qua serv. ff. de præsc. verb.* Nam à natura insitum est ho-637 638 639 mini, quod quælibet charitas incipiat à semetipsa *l. præses C. de serv. & aqu. duct.* de cujus quidem regulæ vero sensu nitidoque intellectu *supra eod. c. n. 554. & 569.* satis superque actum.

Ratio decisionis I.

Ratio decisionis II.

640 Quo pertinet tertio quod nemo † præsumatur, aliis operam suam promittendo, per hoc sibimetipsi obesse velle *l. viros C. d. dev. offic. 12. lib. & in l. fin. C. ubi causa fiscales* Dec. *conf. 3.* faciunt allata per Thom. Gram. *conf. 2.* aut res suas negligere, cum in dubio diligentiæ 641 † potius præsumptio capienda sit *c. nisi de præbend. c. deputati de appell.* Alex. *conf. 45. vol. 1.* Pan. *conf. 41. n. 2.* 642 *vol. 1.* maximeque † in his quæ respiciunt factum & commodum proprium Albe. *in l. item Mela, §. Celsus ad l. Aqu.* Salyc. *in l. 1. C. de communi servo.* & Rom. *conf.* 643 *31. n. 9.* Soc. *conf. 187. vol. 1.* & semper potius quis, † præsumatur istius esse animi, ut præ aliis, se suaque jura salva & integra conservare velit, *vulg. l. cum indebito ff. de probat.* aorch. *conf. 13. vol. 1.*

Ratio decisionis III.

Ex quibus infert Salycet. *in d. l. præses C. de servit. & aqu. duct.* si quis aliquem † defendere promittat, 644 contra omnem & quamcunque personam, quod talis promissio non sit retorquenda contra promittentem sed is exceptus præsumatur, Concor. Affli. *decis. 319. n. 9. &* Jac. Men. *conf. 744. n. 22. vol. 8.*

Denique hanc limitationem in terminis ponit. Jo. Bertachin. *in repert. part. 3. col. 3. verbo obligatus n. 68.* ubi hoc notandum asserit pro Ducissa † Mediolani, quæ 645 Anno 1479. in bello Tusco, Florentinos, ad quorum defensionem devincta erat, deseruit, propter bellum sibi motum in Longobardia ab illustribus Dominis Ludovico Sfortia & Roberto de Sancto Severino in agro Coronensi.

Ratio decisionis ultima.

Et pro uberiori limitationis hujus confirmatione faciunt etiam rationes quas *c. 13.* hanc in rem prolixe adduximus.

Verum hæc ipsa limitatio cum ista declaratione intelligenda est, ut procedat nempe eo † casu, quando Protector oppugnatus nec propriis viribus nec aliena manu clientes tueri potest, secus autem, quando alium 646 militem pro defendendis clientibus conducere ac submittere potest; tum enim si opem subministrare intermittat, à defensionis necessitate nullo modo excusandus est, sed tuitionem quam per seipsum exhibere non potest per alium præstare tenebitur, arg. eorum quæ in simili de vasallo scribunt Dd. *in c. imperialem §. firmiter de prohib. feud. alien. per Frid.* Bald. *in l. quisquis nu. 3. C. de Episc. & cler.* Francisc. Aretin. *in l. 7. continuus §. si ab eo n. 17. ff. de verb. oblig.* Alex. *conf. 10. vol. 5.* Affl. *in. c. 1. n. 1. de invest. quam Titius accep.* Hart. Pist. *lib. 1. qu. 33. n. 27.* Schrad. *par. 8. c. 6. n. 10.*

Declaratio VIII. Limitationis.

Verum circa hactenus dictam octavam Limitatio- 647 nem non importune in quæstionem venit, *quid juris sit, si una civitas vel monasterium habeat plures protectores generales vel speciales, summos vel subalternos* quod fieri † posse dubitandum non est, cum alias etiam Reipubl. † intersit plurimos ad defendendam causam suam admittere *l. 4. de oper. nov. nunc.* gloss. *in l. 33. §. pariter ad publice de Procurator.* & confœderatio † cum uno Principe facta, non prohibeat, quin etiam cum alio, salvo jure primi fieri possit, post Rom. *conf. 47. per* 648 *tot.* Card. Tusch. *tract. conclus. jur. Tom. 2. lit. C. con-* 649 *clus. 631. n. 7.* Quemadmodum igitur jus † Patronatus 650 unius Ecclesiæ penes duos vel plures in solidum esse 651 non est inconveniens & sæpius ita esse contingit Modest. Pistor. *conf. 43. n. 33. volum. 1.* & Paul. de Cittad. *de jure Patron 1. q. 4.* Sic & jus Advocatiæ unius Ecclesiæ Monasterii vel universitatis penes plures esse nihil obstat, cum facilius † portetur onus, quod in plures 652 dividitur Rol. à Vall. *conf. 66. n. 39. vol. 1 & conf. 1. n. 176. vol. 2.* Sic Monasterium † unum idemque in pro- 653 tectionem Imperatoris & Imperii atque sedis Apostolicæ receptum alium adhuc sæpius majoris securitatis causa habet Advocatum, ut ex illis quæ Trithem. *in Chron. Hirsaug. p. 89.* de ejusdem Monasterii Advocatia scribit, colligitur, illud siquidem uno † eodemque 654 tempore in Vrbani II. Papæ & Henrici Imp. clientela existens Comitem insuper Calwensem ut alibi dictum, habuit. Si inquam, contingat plures unius Ecclesiæ eodem tempore Advocatos existere, *An eo casu defendente uno, alii ob intermissam Protectionem excusati videantur, vel omnes simul ratione officii sui, ad protegendum obligati censeantur.*

Siquis plures habeat Protectores an uno eis defendente alii protegendum obligati sunt.

Vt quæstionis hujus clarior resolutio haberi possit ad eandem cum distinctione respondendum esse existimo.

Respons. ad quæstionem cum distinctione.

Aut

655 Aut igitur ſtatus Perſonarum rerumve clientelarium, ita ſe habet, ut perſonæ fortunæque in fidem à diverſis patronis receptæ, per unum protectorem, forte viciniorem, ſufficienter defendi queant, isque protegendi partes actu ſuſceperit, tunc alii à defenſione impune abſtinere poſſunt.

Deciſio Negativa in caſu præſtita ab uno ſufficientis defenſionis.

656 Quamvis enim regulariter omnes † & ſinguli ad defendendum ex æquo obligati ſint, & quidem in ſolidum, arg. *cap. 1. ſi quis Novell. 99.* & *ibi* Gothofred. *lit. b.* Bart. *in l. 2. quæſt. 3. & in l. nemo eſt. ff. de duob. reis* De ſimul obligatis ad unum factum, quod eſt in fieri, & quando promittentes ſunt ejusdem peritiæ, conſtituuntur duo Rei, Idem *in authent. Hoc ita quæſt. 8. Cod. eodem.* Simon Piſtor. *conſ. 10. num. 8.* Dann die Verpflichtung/ inquit, zu ſchützen iſt F. S. vnnd läſt ſich nicht theilen / darumb ſeynd die beyde Fürſten ein jeder inſonderheit in ſolidum obligiert ut duo Rei debendi, per plura allegata *ibidem* Faciunt notata Iſern. *in cap. omnes filii num. 3. ſi de feud. defunct.* ſufficit tamen, pro-657 tectionem † fieri per unum, qui tantundem defendendo præſtat, quantum omnes, ad inſtar plurium † reo-658 rum debendi, ubi ſinguli quidem obligantur, & in ſolidum conveniuntur ſed unius ſolutio, reliquos liberat, *l. 2. l. 3. Digeſt. de duobus reis.* Nam ejus, quod 659 omni † reſpectu individuum eſt, ea eſt natura, ut etſi omnes in ſolidum teneantur, ſufficiat tamen unum ſolidum ſolvere, *l. 2. §. ex his verſ. ſed quo caſu. Digeſt. de verbo. obligat. l. Heredes §. an ea in fin. ff. famil. herciſcund.* & faciunt notata per Andr. Khol. *de ſervit.* 660 *feudal. part. 1. n. 94.*, ubi in ſimili dicit plures † ejusdem feudi poſſeſſores, non teneri conjunctim præſtare, quod per unum eorum æque vel magis commode po-661 teſt exhiberi, ſiquidem fruſtra † fiat per plura, quod fieri poteſt per pauciora.

Ratio deciſionis.

662 Sic etiam in caſibus, quando Dominus † aliquis feudi plures vaſallos in diverſis forte ditionibus habet, ſi vaſallorum unius ditionis auxilium ei ſufficiat, non tenentur vaſalli aliarum ditionum, ſuppetias ferre. Alciat. *reſponſ. 161. numer. 11.* Schrad. *part. 6. cap. 8. numero 68.* Khol. *de ſervit. feud. part. 2. numer. 100.* 663 cum non ſint onerandi, † quorum auxilium domino eſt neceſſarium, *c. ſancimus. de feud. ſine culpa non amitt.*

Confirmatio à ſimili.

664 Et ſic reſpectu † plurimum protectorum multiplicatur quidem defenſionis præſtandæ obligatio, non autem ipſa exactio, per notat. Molin. *in conſuetud. Pariſienſ. §. 2. gloſſ 4.* facit *l. ſi pluribus heredibus 44. Digeſt. de legat. 2. & d. l. 3. §. ubi duo. Digeſt. de duobus reis.*

Et in prædicto quidem caſu plurium exiſtentium Patronorum (cum

665 *Segnius † expediant commiſſa negocia plures,*

aiente gloſſ. *ad §. 1. Inſtitut. de ſatisdat. Tutor. & cu-* 666 *rator.* & plurium † imperium in bello inutile ſit, dum cuilibet ad ſua conſilia tendenti aliud videtur, & ſic hoſti occaſio opprimendi aperitur Liv. *libro 4. capit. 46.* Eremb. *de fœder. 2. numer. 103. & 266.* Machiau. *diſputat. de Republic. libro 2. capit. 4.*) omni-667 no conſultum † eſt, ut comprotectores, ubi clientes armata manu tuendi ſunt, unum inter ſe defenſionis caput ac ducem eligant, id quod etiam apud Thaſſum *in ſuo Goffredo cant. 1. ſtanz. 30.* ſuadet Petrus Eremita.

Se ben raccoglio le diſcordie è l'onte
Quaſi à prova da voi fatte è patite,
I ritroſi pareri, è le non pronte,
E in mezo à l'eſſe guire opre impedite:
Reco ad un alta originaria fonte
La Cagion d'ogni indugio é d'ogni lite,
A quella autorita, che in molti, e vari
D'opinion, quaſi librata è pari.
Oue un ſol non impera unde giudici
Pendano poi de premi, e de le pene,
Onde ſi an compartite opre, & uffici:
Ivi errante il governo eſſer conviene.
Deh fate un capo ſol de membri amici:
Fate un capo, chegli altri indrizzi é frene
Date ad un ſol lo ſceltro, e la poſſanza,
E ſo ſtenga di Reuece, e ſembianza.

Quo pertinent etiam ea, quæ Machiau, *libro tertio, capit. 15.* ad hoc propoſitum diſſerit ad quod etiam faciunt notata *in leg. inter tutores.* ubi Bartol. *in fin. Digeſt. de admin. tut. l. 2. Codic. de divid. tut. & l. 2. Si ex plur. Tutel. & leg. 3. §. final.* ibique Bartol. *de admin. tut.* Alexand. *conſil. 25. numer. 5. & ſequent. libro. 5.* Pariſius *conſilio 10. numer. 14. vol. 1.* ubi diviſionem adminiſtrationis uſus, & exercitii Juriſdictionis, in feudis dignitatem habentibus permiſſam eſſe ſcribunt, quibus aſtipulatur Bartol. *in d. l. inter 37. numero ſexto, de adminiſtration. tutor.* ubi dicit Feudorum vel Juriſdictionum † ſui naturam indiviſibilium 668 exercitium ſeu adminiſtrationem dividi poſſe. Et ita quoque de Baroniis & Præfecturis, commodioris adminiſtrationis gratia fieri poſſe Schrader. *de Feud. p. 10. ſection. 7. numer. 23.* & ante illum Cravett. *conſilio 377. numero quart.* in terminis fere ſimilibus teſtatus eſt: Hucque facit, quod eleganter Pacian. *conſilio 2. numer. 76. & ſequent.* ſcribit hiſce verbis. *Cum erectio*, inquit, *duorum tribunalium in eodem caſtro non bene conveniat, tum quod ipſorum officialium æmulationes ſubditis magnam incommoditatem afferant, tum etiam quod duo in eodem † caſtro, veluti in eodem corpore* 669 *exiſtere capita monſtroſum ſit, ideo plures Domini ejusdem caſtri pro bono regimine ſæpiſſime invicem convenire ſolent, ut vel Rectorem de communi conſenſu eligant, vel ut quilibet alternis annis Juriſdictionem ſolus exerceat: quomodo etiam inter Patronos † plures* 670 *conventio de præſentando, alternis vicibus facta valet. Clement. Plures & ibi Canoniſtæ de Jure Patron.* In quem modum ſimiliter etiam comprotectores † defen-671 ſionis adminiſtrationem inter ſe dividere poſſe ex adductis patet.

Quod ſi tamen horum unus ab aliis non electus, ſed ſponte ſua ad defenſionem proſiliens, in actu protectionis, alios præveniat, & ſolus officium defenſionis exhibeat, Jus tuendi in futuris † actibus 672 aliis Patronis præventis nihil præjudicat, ſed integrum permanet, per ea, quæ de Jure Patronatus in hoc caſu deduxit Pfeil. *conſilio centeſimo octuageſimo ſecundo, numero decimo ſeptimo, & decimo octavo.*

673 Sed occaſione † prædictorum hoc loco ulterius quæritur, *ſi pluribus eorundem Clientum Advocatis exiſtentibus, unius protectoris auxilium ubi caſus defenſionis præſtandæ evenerit, omnium nomine ferendum ſufficiat, inter eos vero, quis defenſionem præſtare debeat conveniri non poſſit, an tum Electio ſit penes compatronos vel penes clientes?*

Protectoribus pluribus exiſtentibus unus quæ auxilio ſufficiente quis Advocatum eligat.

674 Ego reſpondendum eſſe exiſtimo, † ſi Clientes non omnium patronorum indigeant auxilio, tunc in ipſorum, non autem protectorum voluntate ac electione, eſſe, quos ad ſuppetiarum exhibitionem requirere velint.

Reſponſ. ad quæſtionem, quod clientes eligant.

Nam Juris indubitati eſt, quod regulariter, ubi plu-

Ratio decisionis.

plures † ad idem tenentur in solidum, sit electio penes creditorem, per text. *in l. si dubitet. in princ. ff. de fidejussor. d. l. 2. l. 3. C. de duob. reis similib.*

Ratio II. decisionis.

Deinde non minus Iure cautum est, quod in alternativa † exigendi, sive pluralitate exactionem concernente soleat esse creditoris electio, *l. 2. C. de fidejussorib.* Castrens. *in l. cum proponas n. 4. C. de transact.* Affl. *decis. 393. num. 5.* Coler. *de processib. executiv. part. 2. cap. 1. num. 52.*

Tertia decisionis ratio.

Tertio inde etiam corroboratur hæc decisio, quia sicut requisitio † servitiorum refertur in Jure feudorum ad personam Domini *c. licet si de feud. defun. conten. c. ad hoc. hic finis. lex. c. 1. §. ut autem. de allod. c. Imperialem §. firmiter de prohib. feud. alien. per Frid.* Ita etiam requisitio protectionis refertur ad personam clientis.

Quoties autem verba † dispositionis executivá referuntur ad personam creditoris, electio pertinet ad ipsum, *l. si sic stipulatus ff. de verbor. oblig.* gl. *in l. Lucio.* ubi Bart. Joan. de imol. Castrens. & cæteri Dd. *ff. de legatis 2.* Dd. *in §. huic autem*, ubi post alios Schneid. *n. 18. Instit. de actionib.*

Limitatio decisionis.

Limitatur tamen ista decisio, ut locum non habeat, si ipsi † compatroni, antequam clientes unum eorum requisivissent, aliquem ad defensionem præstandam satis potentem, ac idoneum deputaverint, quoniam tunc in ipsorum tanquam debitorum arbitrio & electione erit, præsertim, cum creditor uno † correorum omnium nomine ad solvendum parato & sese offerente, cæteros correos amplius gravare aut convenire non debeat, secundum Bart. *in auth. hoc ita n. 60. vers. sed juxta prædicta quæro*, quia oblatio † hæc, quæ à creditore sine legitima causa non acceptatur, solutionis vice fungitur, licet ab extraneo solutio oblata sit, *l. qui decem. 72. in princ. & in §. sed quod si verb. quemadmodum ff. de solutionibus l. & cum postliminii. C. de postlim. reverf.* Roncbegall. *tract. de duob. reis in l. ex duobus reis. 18. numero 9. de duobus reis stipuland.*

Quod si vero nullus à compatronis constitutus esset, † nec clientes speciatim unum ex iis nominare vellent, dubium non est, quin ii comprotectores ad ordinandum unum ex iis compellere possint. Sic in simili fieri videmus, si creditor agat contra plures † fidejussores, qui promiserunt solutionem, quod illi compelli possint ad constituendum unum procuratorem, ne creditor in una instantia, & quidem lite, cum defuncto incepta, cogatur litigare contra plures, *l. jam tamen §. penult. ff. judic. sol.* Alciat. *in l. 2. §. Cato. ff. de verb. oblig.*

Exhibita per unum ex Patronis defensione si clientes rursus Patronali auxilio indigeant, an prior opitulans vel alii adopem ferendam advocandi sint.

Cæterum id etiam hoc loco controverti potest, *Si exhibita per unum ex patronis defensione, alio rursus tempore contingat, clientes opus habere auxilio Patronali, an tunc clientes eundem, cujus opera prius usi sunt, vel alium ex comprotectoribus ad defendendum advocare debeant.*

Ad hoc dubium breviter respondendum est, æquitatis esse alios interpellare atq; ad defendendum requirere, tum, quia notissimi Juris est, inter plures † ad idem obligatos, quem non esse compellendum ad reiterationem exantlati oneris, cum adsunt alii sufficientes & idonei, *l. quis tam C. de decurion. libro 10. d. l. 1. l. ult. C. de munerib. & hon. lib. 10.* sed per † ordinem onera pro modo fortunarum & bonorum, sustinenda esse *l. 1. C. de munerib. patrimon. lib. 10.*

Decisio quod alii interpellandi sint.

Ratio decisionis.

Tum etiam, quia in † impositione seu functione onerum peræque pluribus incumbentium, æqualitatem servare oportet, ne quidam ultra modum graventur seu fatigentur, levatis interim cæteris, *l. 3. §. præses ff. de munerib. & honorib. l. penult. & ult. C. quemadmod. civ. mun. indican. lib. 10. c. accedentes* ubi Dd. *de præscription.* Cravett. *conf. 422. n. 1.* neve sine discrimine frequenter iisdem oppressis, simul viris & viribus tandem clientes ipsi destituantur *d. l. 3. §. præses.*

Ratio decisionis altera.

Decisio ad alterum quæstionis propositæ membrum.

Sed ut ad alterum distinctionis membrum descendam similiter concludo, quod diverso casu, quando † clientibus tanta infertur violentia ut unus vel alter protector solus non possit esse defendendo sufficiens, tunc etiam alii succurrere teneantur, quia cum ista defensio consistat in nudo facto, & ex parte unius patroni (ut supponitur) expediri nequeat, arbitror, eam † indistincte esse individuam ut eleganter tradit Hart. Dessellus *tract. de divid. & individ. n. 229.* ubi dicit, si plures domini susceperint † defensionem seu protectionem alicujus civitatis, quod quilibet eorum obligatus sit in solidum, cum eorum officium in eo consistat ut Civitatem armis defendant, ut declaratur *in l. 1. C. de excusat. muner. lib. 10.*

Ratio decisionis.

Proinde, si clientes plures habeant protectores, quorum omnium subsidio indigent, erit omnium auxilium requirendum, ne, dum pauci requiruntur nimis ii onerentur, cæteris interim immunitate fruentibus, per notata Cravett. *conf. 422. n. 1.* facit tex. *in c. 1. §. ut autem de allod. l. navis onusta, in princ. ff. ad leg. Rhod. de jactu l. actores C. de exact. tribut. lib. 10. l. omnes l. in fraudem C. de annon. & tribut. l. unic. l. indic. l. vacuatis. C. de decurionibus lib. 10.*

Limitatio IX. Protector particularis utrum ad universa clientum bona defendenda obligatus sit.

Nono insuper regula nostra principalis conveniens recipit temperamentum *in Advocato particulari, quod is non teneatur clientes ipsos principales seu universos, sed partem tantum, sibi commissam, puta unum pagum villam vel arcem atq; ad eandem pertinentes homines tueri.*

Primo enim promissio † defensionis ut quælibet alia obligatio, non porrigitur ultra conventa.

Decisio Negativa.

Deinde probatur eadem limitatio quia obligatus ad certam † definitamque protectionem, non tenetur ad aliam per notata Schrad. *tract. feud. part. 6. c. 6. n. 68* ubi in simili dicit, vasallum alicujus † principis, ratione certi domini, non teneri eum juvare in bello contracto, respectu aliorum regnorum nisi dominus paratus sit illi expensas solvere, Alciat. *resp. 161. n. 11. arg. l. in agris 16. ff. de acquir. rer. domin.* Ex hac limitatione infertur Civitatem Rotenburgo-Tuberanam, quæ in particulari protectionem Pagi Gebsattel ad nobile Collegium Schombergense pertinentis suscepit, non teneri ad defendendos alios pagos ac homines ejusdem Collegii extra districtum Gebsattel existentes.

Ratio decisionis.

Ratio decisionis II.

Occurritur Objectioni.

Nec obstat, quod *alibi* diximus defensionem esse individuam, quia hoc ita accipiendum est, ut si quidem res, quæ defendenda est divisionem non recipiat, tunc defensio individua esse intelligatur. Secus autem, quando res in defensionem recepta, particularis est, atq; à toto divisa prout hoc ex Socino & Alciato eleganter declarat Harde Dassel. *in tr. de divid. & individ. n. 219.* per tex. *in l. loci corpus §. si fundus ad fin. ff. si servit. vindicet.*

Limitatio X. Protector universitatis, an ipsam duntaxat universitatem vel singulos etiam homines in ea existentes defendere obstrictus sit.

Tenetur tamen talis protector † particularis ad omnia respectu partis sibi in fidem traditæ, ad quæ obligatur universalis, respectu universi. Quod enim Juris est † de toto, quoad totum, idem Juris est, & esse debet de parte quoad partem, *l. quæ de tota 75. in princ. de rei vendic. l. 1. in princ. de evict. l. si servus 81. de acquir. hæred. l. si duo 30. in fin. de administ. tut. l. Jurisgentium 7. §. adeo ff. de pact.* Matth. Stephani *in dialect. Jur. libro 2. loco à toto ad partem 13. n. 8.*

Sed hic ulterius decimæ limitationis loco quæritur, *quid Juris sit in Protectore universitatis, collegii seu corporis An is ipsam tantum universitatem vel singulos etiam homines seu individuos universitatis defendere teneatur?*

Affirmativa.

Et non modo ad ipsius universitatis, † sed & ad singulorum

Rationes dubitandi pro singulis. gulorum in ea existentium defensionem in individuo obligatum esse, convinci videtur ex sequentibus.

Primum, quod qui totam † aliquam universitatem promittit defendere, faciat promissionem universalem 702 defendendi omnes: Vniversalis † autem promissio, si *Ratio I. dubitandi.* in aliquo deficit, in totum redditur nulla, *l. si is qui du-* 703 *centa. §. utrum vers. id accidit ff. de reb. dubiis* Fancisc. Becius post alios *cons. 45. sub n. 33.* Pedroch. *respons. de interpres. & resolut. contrar. n. 312.*

704 Omne enim, seu † universum qui dicit, nihil excludit *c. solita de majorit. & obed. l. Julianus 61. ff. de leg. 3.* Dec. *in l. omnia 7. in prin. & l. certi condict. 9. ff. si cert. pet. & cons. 11. n. 3.* Cephal. *cons. 172. n. 9. vol. 2.* Natt. *cons. 397. n. 2. vol. 2.* Henning. Goden. *cons. 88. n. 30.*

705 Quia ejusmodi dictiones † universales omnis restrictionis expertes sunt *l. à procuratore C. mandat. c. si Romanorum dist. 19.* Paul. de Orian. *in l. 1. n. 77. ff. de offic. ejus cui mand. est Jurisdict.* Frid. Schenck. *in c. 1. si quis de manso num. 6. si de invest. feud. contr. fuer.* Seraph. *in tract. de Juram. privil. 31. num. 68.* Garz. *tract. de ultim. fin. jur. n. 236.* Cacher. *decis. 23. num. 39.* Borchol. *tract. feud. c. 3. num. 13.* Vasquius *illustr. controvers. cap. 45. n. 2.* Oldendorp. *inter cons. varior. cons. 4. num. 1. vol. 3.*

706 Deinde explorati quoque Juris est, quod non videtur defendere, qui totum non defendit, ut cautum est *in l. fi. defensor. de interrogat. action.* & expresse per illum textum ita tradit Specul. *in tit. de locato §. nunc aliqua q. 29. sub n. 40.* Pedroch. *de respons. n. 467.* Sed qui singu- *Ratio II. dubitandi.* 707 los † non defendit, totum non defendit, quia singuli † 708 sunt partes totius, Gabr. Palæott. *de sacri consistorii consult. part. 1. q. 4. §. quod charitatis officium ibi,* cum quilibet † sit pars totius communitatis.

709 Tertio in † eandem sententiam objici solet quod 710 universitas & singuli homines idem sunt, quia universitas ipsa nihil est aliud, nisi singuli homines, qui sunt in universitate, gloss. expressa *in l. sicut municipum 7. verb. non debentur ff. quod cujusq; universitatis nom,* idemque *ibi* not. Bald. *circa fin.* & sequitur Mant. *cons. 2. n. 75.* Ruin. *cons. 66. n. 5. vol. 3.* *Ratio dubitandi III.*

711 Verum hæc leviora sunt, † quam ut in iis fundamentum aliquod solidum jacere queamus; his igitur non obstantibus, concludimus, Protectorem non ad singulos in individuo, sed ad ipsam universitatem tutandam obligatum esse. *Decisio Negativa.*

Confirmatur auctoritate. Hanc conclusionem expresse approbat Bald. *in l. præsid C. de adilit. act.* ubi dicit, quod qui promisit pro suis † 712 adhærentibus intelligitur promittere occasione guerræ, non autem, pro inimicis singularium personarum hominis ad hominem, sequitur Mart. de Cazariis *in tract. de pace & confœderat. princ. n. 63.* Dionys. Gothofr. *pax. civil. lib. 2. tit. 15. de transact. §. Contra pacem fact. quid dicas,* Et eandem decisionem nominatim confirmat Dn. T. M. *in cons. W. mondum edito q. 4. §.* Am fünff- 713 ten ubi probat protectionem personas magis † universas quam singulas & privatas respicere, quem refert & sequitur D. Hepingk. *dissert. de jure Advocat. concl. 32 lit.* 714 *A.* privatæ enim personæ non in † protectione sed Salvaguardia (qua de alibi plurima contulimus) proprie 715 esse dicuntur. Quemadmodum nec ob res † particulares tuendas protectorem assumere usu receptum esse notat Auct. *deduct. in causa* deß Ritterlichen S. Johans Ordens *contra* Rottenburg an der Tauber.

716 Ratio decisionis est, quia quod † universitati debetur, non debetur singulis in ea existentibus *l. sicut municipum 7. §. 1. ff. quod cujusq. universit. nom.* Cagnol. *in l. aliud §. refertur n. 14. ff. de reg. Iur.* Roland. à Vall. *cons. 53. n. 6. cum seq. vol. 4.* Cephal. *cons. 515. n. 33. & seq. vol. 4.* Jo. Vincent. Honder. *cons. 86. n. 11. vol. 1.* Coler. *tract. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 356.* Jac. Schult. *in addit. ad Modest. Pistor q. 134. num. 20. p. 4.* Petr. Gilken. *ad §. universitatis num. 14. Instit. de rer. divis.* *Ratio decisionis.* Prout etiam, quod debet † universitas, non debent 717 singuli Goden. *cons. 54. n. 26.* Meichsner. fusius *decis. 27. n. 37. & seq.* And. Knich. *Epos. hypotyp. Dauth. sect. 7. n. 269.*

Et dilucide roboratur eadem decisio arg. *l. si municipes 2. ibique* gloss. *ff. quod cujusque univers. nom. aliqua, inquit, universitas constituit te actorem in causa aliqua, si ille, quem convenis, vel convenire volebas, nomine totius universitatis, vult te reconvenire, an omnes defendere teneris? Quæritur, & dicitur, quod non: sed ipsam Civitatem potes defendere, quia singulorum actor constitutus non es, sed universitatis.* 718 *Ratio decisionis altera.*

Præterea etiam † argumento sunt text. *in l. in tantum* 719 *6. 2. universitatis ff. de divis. rer. & qualit. l. sed si hac 10. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocand.* ubi à Republica † manumissus non est singulorum libertus, sed Reipubl. honorem habere debet, *c. in quibusdam extr. de pœn. §. universitatis 6. Instit. de rer. divis. & acquirend. domin l. in criminibus, l. servum 7. ff. de quæstionib.* ubi servus municipum, non illorum, nec plurium, sed unius corporis & Reipubl. servus dicitur. *Ratio decisionis III.*

Ex quibus aperte deducitur, quod Protector defensionem promissam universitati, non singulis in ea, sed ipsi tantum universitati præstare teneatur.

Quemadmodum econtra qui promisit, † non velle 720 se agere causam aliquam, aut patrocinium cuiquam præstare, adversus communitatem atque Rempublic. quampiam, non intelligitur obligasse se, ut contra singulas personas, ex ea communitate consilium præstare suum non debeat, Joan. Coral. *in l. 1. n. 144. ibi;* quæ omnia alias inducebam, &c. *& num. seq. ff. de servitut.* ubi ait, se hæc ad defensionem quorundam civium Valentinorum usurpasse, cum forte contra Rempubl. Valentinam non acturum se recepisset, adversus tamen Cives quosdam ejus Reipubl. consuluisset.

Confirmatur denique hæc ipsa decisio nostra etiam 721 exemplo vasalli. Communiter enim statuunt feudistæ, quod vasallus † universitatis per Juramentum fidelitatis, non singulis de illa universitate, sed ipsi tantum universitati ad debitorum servitiorum exhibitionem obstringatur, Matth. de Afflict. & Dd. *in cap. 1. §. omnes filii. ibique* Isern. *num. 6. Præposit. n. 4. in fin.* Laudens *num. 11. si de feud defunct. content.* Ardizon. *in rubr. utrum vasallus alicujus universitatis, & cat. cap. 63.* Alvarot. *in cap. 1. §. præterea ducatus n. 6. de prohib. feud. alien. per Frider.* Blanc. *lib. 2. capit. 1. n. 19.* Zas. *part. 7. n. 53.* Chassan. *in consuet. Burgund. tit. de feud. rubr. 3. §. septimo in princip. n. 5.* Schrader. *p. 6. cap. 5. num. 11.* Rosenthal. *cap. 8. conclus. 13. n. 1.* Andr. Khol. *de servit. feud. p. 2. n. 85.* *Vltima decisionis ratio.*

Atque his in contrarium adducta revera multum negotii non exhibent. *Solutio Contrariorum Argumentorum.*

Nam quod primo dictum est, † Protectorem, qui totam aliquam universitatem promittit defendere, facere generalem promissionem defendendi o- 722 mnes, &c. Ad id respondetur hoc verum esse collective, non autem distributive: Ita conciliant Felin. *in c. significasti col. 1. de for. compet.* & Corn. *cons. 211. num. 4. volum. 4.* *Respons. ad I. dubitandi rationem.*

Quando enim plures, † constituunt aliquam uni- 723 versitatem, vel aliud corpus unum repræsentatum, ad eosque commodum spectat, ut ad universos, tunc semper collective in Jure accipi solent. *leg. quod major. Digestis ad municipal. l. aliud. §. refertur. Digestis de Regulis Iuris cap. cum omnes de constitutionibus.*

Quando

724 Quando autem plures, † non faciunt unum corpus repræsentatum, & ad eos res aliqua, commodum vel incommodum non spectat, ut ad unum corpus, sed ut ad singulos, tum distributive, & quilibet singulariter per se considerantur, *l. per fundum* & *ibi* Bartol. *ff. de servit. rust. prædior.* Molinæ. *ad consuet. Paris. l. 1. §. 2. gloss. 4. num. 33.* Hartm. Pistor. *quæst. 47. part. 2. num. 5.*

At vero hic universitas consideratur, ut unum corpus & protectio ad eam pertinet, ut ad universos, ut patet ex *supradict.* Ergo hæc objectio neutiquam consistere potest.

Respons. ad II. dubitandi rationem. Altera deinde objectio diluitur negatione assumpti. Nam etsi Protector † hunc vel illum de universitate in individuo non defendat, per id tamen universi defensio non negligitur, ut apparet ex distinctione modo adducta. 725

726 Quod denique allatum fuit, universitatem nihil esse aliud, quam singulos homines in ea existentes; id secundum rem ipsam & materialiter quidem verum est, formaliter autem & secundum † fictionem ac dispositionem Juris non subsistit, per tradit. Felin. *in c. cum te de rescript.* quem referendo sequitur Anto. Gabriel *libro 6. comm. opin. tit. quod. cujusque univers. nomin. conclus. 1. n. 5.* *Respons. ad III. dubitandi rationem.* 727

Atque ita aliud hic est universitas, aliud singuli homines de universitate *d. l. sicut §. si quid.* ubi Bart. & Castrens. *ff. quod cujusque univers. nom.* Bar. *in l. aut facta §. fin. ff. de pæn. vers. ulterius quæro.* Abb. *cons. 6. vers. non. obstat. vol. 1.* Aret. *l. 1. col. 1. ff. de acquir. possess.* Dd. *in c. cum omnes de const.* Crott. *cons. 145. n. 9.* Parif. *cons. 91. n. 1. vol. 4.* Bero. *cons. 92. n. 16. vol. 1. & cons. 8. n. 22. vol. 3.* Dec. *cons. 61. n. 3.* Bertr. *cons. 42. n. 7. vol. 2.* Corn. *cons. 148. n. 25. vol. 1.* Afflict. *in const. regn. in tit. de animal. in pasc. affid. n. 12.* Ripa. *in d. c. cum te. n. 43. de rescri.* ubi plura congerit.

Declaratio præcedentis X. limitationis. Declaratur tamen hæc nostra limitatio, ut non procedat si universitas † vel Collegium ad unum cæteris absentibus vel extinctis redigatur; tunc enim Protector ad unum illum singularem defendendum obligatus est. Quia jus alicujus universitatis † aut collegii, etiam penes unum manet, si reliqui vel inhabiles vel mortui vel absentes sint, *l. 7. §. decurionib. ibique* gloss. Bart. Jas. & Dd. *ff. quod. cujusque univers.* Alvarez. *in specul. c. 51. n. 45.* Martin. Frecia. *de feud. libro 2. tit. de aut. Baron. 2. auth. n. 30.* Henr. Rosenthal. *synops. feud. c. 12. conclus. 6. n. 32. & seq.* Gerlac. Buxtorff. *in doctiss. dissert. ad 17. prior. Aur. Bull. cap. conclus. 24. lit. f.* 728 729

730 Sic etiam Jurisdictio † ordinaria pluribus competens, non expirat neque extinguitur, etiamsi ex iis major pars vel omnes, præter unum, absentes aut mortui fuerint, quia unus ille cæteris extinctis adhuc manet ordinarius, quæ est materia elegans *l. is propenebatur ff. de iudic.* quam etiam tractant Bal. *in ca. uno delegatorum n. 4.* & *ibid.* Anto de Butr. *numer. 16.* Ægid. Bellam. *in princ. de offic. deleg.* Joan. Bapt. *in tract. de arbitr. libro 13. c. 1.* Et hanc sententiam omnes Dd. amplecti testatur Barbat. *d. c. uno delegatorum n. 30. extr. de offic. deleg.* quos ex recentioribus secuti sunt Schrader. *de feud. p. 10. sect. 11. n. 35.* Henr. à Rosenth. *de feud. c. 12. conclus. 6. n. 32.*

Limitatio XI. Circa undecimam insuper limitationem quæri potest, idque potissimum † in protectione mercenaria, si conventum annuum honorarium Protectori à Clientibus non solvatur, utrum tunc ab omissa defensione protector excusetur. 731 *Decisio affirmativa.* *Ratio decisionis I.*

Ad quod etiam prætermissis dubitandi rationibus 732 absolute respondetur, eo casu Advocatum excusatione dignum esse, eo, quod in clientelari † obligatione subintelligatur hæc conditio, dummodo clientes protectoribus id servent, ad quod ipsi ratione defensionis præstandæ vicissim obligati sunt. Felin. *c. ego N. nu. 7. extr. de jurejur.* Schurff. *cons. 10. n. 2. libro 3. arg. c. pervenit. & ibi* Abb. & Felin. *extr. de Jurejur. l. quaro 56. §. inter locat. ff. locat. gloss. c. brevi. & gloss. c. quemadmod. in princ. extr. de Jurejur.* Bald. *l. fin. C. de non num. pec.* Alex. Jas. & Dec. *l. cum proponas 21. C. de pact.* Quando enim duo † invicem obligati sunt ad faciendum, & vicissim præstandum aliquid, vel nexus est ultro citroque obligatorius, tunc unus ex illis non potest petere ab altero, ut sibi præstetur, vel fiat aliquid, nisi ipse prius ex sua parte reddiderit, impleverit, vel præstiterit illud, quod promisit, siquidem qui differt facere, quod † debet, non potest petere, quod ei debetur, Bald. *in Authent. dos data.* per text. illum *Cod. de donat. ant. nupt.* Et qui † non dat, quod debet, non recipit, quod eum recipere oportet. Idem Bald. *in cap. 1. prop. fin. qual. domin. propr. feud. priv.* Et si † quis habet dare, & recipere, semper prius debet offerre, & implere. *l. Iulianus §. offerri. ff. de action. empt. l. quaro §. inter locatorem ff. locat.* Jas. *in l. juris gentium. princ. n. 2. ff. de pact.* Angel. *in §. actionum num. 8. Instit. de action.* Corn. *cons. 279. num. 3. lib. 1.* Alexand. *cons. 66. n. 243. libr. 6.* Parif. *cons. 333. num. 57. lib. 1.* Thes. Homag. Brunf. *part. 1. fol. 43.* Joan. Bruning. *de homag. subject. conclus. 330.* 733 634 735 736

Ratio decidendi II. Deinde decisio ista probatur alio argumento, quod 737 enim ratione rei, sive propter rem præstare quis tenetur, non ulterius, nisi quamdiu rem percepit & consequitur, id præstare cogitur, *l. alienatio. ff. de contrahend. empt. l. apud Iulianum §. hæres ff. de legat. 1. l. ultim. in princ. Codic. de censibus libro 11. & leg. 2. Cod. de fundis rei privatæ* facit etiam *l. cum fundo ff. de servitut. rustic. præd. l. cum fundus Digest. commun. prædior.* Cum igitur Protector † propter conventum salarium, sicut vasallus propter feudum, defendere teneatur, consequitur, si id amplius ei non solvatur, eum onere defendendi liberatum esse. 738

Quando enim onus annectitur † commodo, hoc 739 cessante etiamsi illud deficiat, querendi locus non est. arg. *l. Alumna §. Seia ff. de adimend. legat.* à contrario sensu *in l. si quis servum ff. de condit. & demonstrat.* Nec novum est, ut † causa defension s definente, non immerito desinat defensio. *l semper §. negotiatores ff. de Jur. immunitat. l. sicut §. 1. Digest. ex quibus caus. major. l. Titia §. usuras ff. de legat. 2. l. qui nominibus ff. de administrat. Tutor.* Zas. *lib. 2. cons 7. n. 12.* 740

Protector enim non † præcise, sed causative, ob 741 promissum scilicet salarium, sicut & vasallus, ratione ac contemplatione feudi concessi, ad defensionem obligatus est, ut post Bald. *in cap. 1. n. 6. de vasall. qui contra constit. Lothar.* tradiderunt Carol. Molinæ. *in consuetud.* Paril. *tit. 1 §. 1. gloss. 5. numero 4.* & Henricus Rosenthal. *synops. feud. capite 9. conclus. 50. numero 12.*

Ratio decidendi III. Præterea confirmatur ex eo quod in simili tradunt Doctores, quod non † adimplenti promissa assecurantii concessione securitatis pariter & concessam securitatem minime observandam esse, per vulgatam regulam quod non † observanti non est observandum *l. cum proponas. l. a 2. Cod. de pactis. l. Julianus §. offerri ff. de act. empt. l. qui fidem ff de transact.* frustra enim † fidem 744 ab eo sibi servari postulat is, qui fidem illi præstitam non servavit *c. frustra qui fidem de reg. Jur. in 6.* nec potest se quis † juvare ea conventione, quam pro parte 745 sua non adimplevit, *l. quaro §. inter locatorem* ubi 746 Bart. & omnes *ff. locati.* 742 743

Sed hic non intempestive quæri potest, *quid eo casu dicendum sit, quando † Protector non quidem ipse, sed ejus Advoca-* *Immissio ne facta in reditus Advocadem*

tis utrum Advocatum onere defensionis relaxetur illudque in Creditorem immissum redundet.

dem Creditor ex immissione facta pacti honorarii reditus percipit. utrum tunc Creditori vel Advocato constituto defensionis onus incumbat?

Et posse quidem salarii constituti fructus † in subsidium Creditoribus adjudicari satis manifestum est ex traditis Coleri *tract. de process. execut. p. 2. c. 3. nu. 332.* post Jason. *in l. à Divo Pio. 15. §. sic. quoque num. 1.* ubi de debitore pensionis loquitur, quod in eum executio fieri possit Bart. *in l. si is qui n. 2. ff. de pignor. & in l.* 747 *commodis 40. n. 1 ff. de re judic.* Neguzant. *tract. de pignor. membr. 2. part. 2. n. 48.* Ripa. *in l. in obligatione generali n. 37. & seq. ff. de pignor.* Robert. Marant. *de ordin. judic. p. 6. tit de execut. sent. q. 3. n. 49. & seq.* Gail. *lib. 1. obs. 117. n. 2. & 7.* Alex. *cons. 124. n. 7. lib. 4.* Dec. *cons. 445. n. 19.* Cravet. *cons. 197. n. 2. & 3. vol. 3.* Wesenb. *cons. 30. n. 7. & 8. vol. 1.*

748 *Affirmativa.* Ad quæstionem † modo propositam quod attinet prima fronte videtur dicendum, Protectorem ad tuendos Clientes non amplius sed creditorem commoditates honorarii recipientem obligatum esse.

749 *Ratio dubitandi I.* Nam in simili creditor, qui in feudi † commoda, & fructus ex causa judicati immissus est, servitia loco vasalli exhibere tenetur, uti tradunt Martin. Laudens. *in c. 1. §. quid ergo n. 14.* & *ibid.* Præpos. *n. 2. de invest. de re alien. fact.* post. Bart. *l. si finita. §. si de vectigalib. n. 4. & 5.* ubi Alex. *n. 13. & 14. ff. de damno infect.* Ang. *in l. eorum n. 1. ff. d. tit.* Salycet. *in Auth. & qui jurat. num. 72. C. de bon. auth. jud. possid.* per *l. secundum naturam ff. de reg. jur. & l. prætor §. hoc edictum ff. de damn. infect.* Ergo pariter etiam in casu æquali Creditor imissus in Advocatiæ reditus defensionem præstare tenebitur, cum eadem in hoc casu Advocati & vasalli sit ratio.

750 *Ratio dubitandi II.* Deinde non minus & illud apud Juris interpretes receptum est, usufructuarium † durante usufructu servitiis præstandis obnoxium esse, ut post plures testantur Panorm. *in c. pastoralis n. 5. de decim.* Cavalcan. *de usufruct. mulieri relict. n. 162.* Grass. *libr. receptar. sent. §. legatum q. 37. n. 1. & 2.* late Chassan. *consuet. Burg. rubr. 4. §. 5. in verb. & supporter lamoitié, &c. per tot.* ubi usufructuarium *n. 2.* colonum *n. 8.* creditorem *n. 9.* ad hujusmodi onera teneri tradit.

751 *Ratio dubitandi III.* Præterea secundum naturam est, † ut quem consequuntur commoda, eundem etiam onera insequi debeant, per notissimam Juris regulam cui innitentes hoc ipsum in Creditore in feudalia emolumenta immisso statuunt Angel. *in l. eorum ff. de damn. infect.* Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 26. n. 5.*

752 *Decisio Negativa.* Verum his dubitandi rationibus † non attentis in hac quæstione contrarium statuimus, & in prædicta facti specie censemus Protectorem ab onere defendendi ac tuendi clientes non immunem esse.

753 *Ratio decidendi I.* Quamvis enim conductus † Advocatus eo casu pactum sibi honorarium non percipiat, tamen adhuc est protector, & consequenter ad promissam defensionem obstrictus manet, quia obligatio defensionis præstan- 754 dæ dependet ex contractu inter † clientes & Protectorem inito, qui propter factam Creditoris immissio- 755 nem non rescinditur. quemadmodum nec † feudum ex eo, quod ad instantiam Creditorum in fructus feudi executio facta est, resolvitur, per notat. Bart. *in d. l. si finita §. si de vectigalib. n. 4.* Imol. Alex. *ibid. n. 12. & seqq.* Castr. *n. 6.* Zas. *n. 12. de damn infect.* Laud *in c. 1. §. quid ergo n. 14.* & Præpos. *n. 2. de invest. de re alien. fact.* Sylvan. *cons. 3. n. 82. vol. 1.* Bald. *in l. cum oportet, num. 18. C. de bon. qualiber.* Hartm. Pistor. *libr. 1. q. 15. n. 6.*

756 Hinc est, quod sicut jus utile † feudi inest personæ vasalli, & cum obligatione personali qua ad servitia 757 tenetur, unitum esse censetur, ita etiam stante † contractu Advocatiæ obligatio defensionis à persona protectoris inseparabilis esse judicatur, ad notat. Henr. Rosenth. *capite 8. concl. 5. lit. f.*

Objectionis solutio. Nec obstat quod Creditor immissus etiam, non ipse Protector, ratione defensionis debitum percipiat ho- 758 norarium, quia facta Creditori † solutio nihilominus cedit in emolumentum Defensoris, siquidem eo modo ejusdem debitum minuitur & paulatim totum dissolvitur, adeo ut ære illo alieno liberatus postea salarii illius, sicut ante immissionem fuit, denuo particeps fiat; Immissio † enim, quamprimum immissio satisfa- 759 ctum est & per se cessat, text. *in auth. & qui C. de bonis auctorit. jud. possid.* & hoc ipsum in terminis feudalibus aperte tradunt Matt. de Afflict. *in d. c. 1. §. quid ergo n. 4. vers. fateor tamen. de investit. de re alien. fact.* Balzaran. *ibid. in princip. n. 22.* Capyc. *c. feudorum alienationes col. penult. limit. 29.* Bart. *in d. §. si. de vectigalib. n. 5.* quem sequuntur. *ibid.* Castrens. *n. 6.* Zas. *n. 12.* & Alex. *n. 15. ff. de damn. infect.*

Ratio II. decidendi. Deinde non creditorem immissum, sed Advocatum debitorem defensioni præstandæ obnoxium esse, ex eo manifeste colligitur, quia licet creditor † ad tempus 760 Advocatiæ reditus consequatur, tamen in effectu perinde est, ac si ipsemet protectori solverentur, ab eoque creditori in solutum darentur. *l. singularia ibique Dd. ff. si cert. petat.* Bart. Castrens. & Alex. *locis modo alleg.* Specul. *tit. de 1. & 2. decreto §. restat. n. 8.* Affl. *decis. Neapol. 26. n. 5.* Ludolph. Scrad. *de feud. p. 6. c. 70.* Hartm. Pist. *d. q. 15. n. 5.* Quamvis enim † propter sa- 761 larium, ut supradictum fuit, defensio præstanda veniat, tamen hic considerandum est, illud non ex causa lucrativa, nec beneficio clientum, sed propter æs alienum à Protectore contractum in creditorem transferri, ideoq; non ille qui percipit creditor, sed cujus gratia solvitur Advocatus ad tuendos clientes obstringitur.

Ratio decidendi III. Præterea confirmatur præmissa decisio à paritate rationis quia similiter etiam facta † in feudum executione, 762 quoad fructus & commoditates, vasallus nihilominus servire tenetur, sicut docent Knich. *de vestitarar. pact. numer. 1. cap. 2. num. 386.* Heigius *part. 1. quæst. 18. num. 19.* Gail. *libro 1. observ. 117. num. 6.* Coler. *de process. execut p. 2. cap. 3. num. 282.* Laudens. *in cap. 1. §. quid ergo num. 14. de invest. de re alien.* Rosenthal. *de feud. cap. 8. concl. 5. n. 6.* Andr. Khol. *de servit. feudal. par. 1. n. 70.*

Solutio contrariorum Argumentorum. Nec obstant huic decisioni adducta in contrariam partem adminicula.

Respons. ad I. dubitandi rationem. Quamvis enim nonnulli ex allegatis initio Doctoribus existiment, creditorem in fructus feudales immissum servitia præstare debere, contraria tamen sententia cum auctorum numero, tum rationum pondere prævalet, sicut testatur Moller. *semestr. 3. cap. 33.* 763 *num. 8.* ubi hanc sententiam veriorem dicit. Khol. *d. part. 1. n. 70.* & alii plures *superius* alleg. præsertim Rosenthal. *d. c. 8. conclus. 5. lit. d.* ubi diserte probat vasallum † omni casu quo alius immissus est, summo Jure ob fidelitatem præstitam ad servitia obligatum manere, excepto eo, quo ponimus eundem feudum pro derelicto habere, per *alleg. ibid.*

764 *Respons. ad II. dubitandi rationem.* Quod autem secundo loco de usufructuario ad servitia obligato adductum est, id distinctionem admittit ut verum sit, quando in ipsum possessio etiam feudi translata fuit, secus autem quando vasallus possessionem retinuit: Tunc enim ipsum adhuc vasallum ad servitia obligatum manere sentiunt Matth, Coler. *d. p. 2. cap. 3. num. 280. & seq.* Joan. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit 8. privil. 43. numer. 5.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum num. 87. de constit.* Alex. *cons. 165. n. 6. lib. 2.* Curt. Sen. *cons. 69. col. 10. vers. quinto accedat.* Rol. à Vall.

à Vall. *cons.* 10. *n.* 35. *vol.* 1. Ruin *cons.* 176. *n.* 13. *vol.* 1. Gozadin. *cons.* 22. *n.* 2. & 3. *vol.* 1. Cravett. *cons.* 377. *n.* 3. Cephal. *cons.* 3. *n.* 69. *vol.* 1. Natt. *cons.* 573. *n.* 5. *vol.* 3. Menoch. *cons.* 105. *n.* 89.

Ad hæc non attenta etiam prædicta distinctione ar-765 gumentum † ab usufructuario ad protectores invali-766 dum est, quia usufructuarius † jus in re cum naturali possessione consequitur ceu tradit Rosenth. *cap.* 9. *con-*767 *clus.* 110. *n.* 2. Immissus † autem in reditus feudales ex primo decreto non possidet, sed duntaxat rei servandæ causa in possessione esse dicitur, ut est text. *in l.* 3. §. *fi-*768 *nal. ff. de acquirend. poss.* Unde fructus percepti † imputantur illi in debita ante immissionem contracta Khol. *d. p.* 1. *n.* 74.

769 Non † obstat denique decisioni, quod ob commodum creditori applicatum, eidem defensionis onus incumbere debeat, quia ut supra dictum est, debitor non percipit reditus Advocatiæ ex causa lucrativa, vel occasione defensionis præstandæ, sed ad solutionem debiti à Protectore contracti quod nullum inducere potest tuitionis vinculum.

Respons. ad III. dubitandi rationem.

770 Duodecimam † moderationem eadem regula recipit *ut defensio ex inopia, vel impotentia à protectore intermissa, impunibilis sit.*

Limitatio XII. Verum protector ex impotentia intermittens defensionem excusatione tutus sit.

Nam ad inopiam & † impotentiam quod attinet, licet vasallus, ut alibi dictum fuit, magis Domino quam Protector clienti ratione auxilii ferendi sit obstrictus: is tamen ob † paupertatem vel impotentiam, à non præstitis servitiis excusatur, text *in c. ad hoc ibi* cum potuerit. *hic fin. lex.* & *in c.* 1. §. *sed nec est alia vers. aliud* 771 *est*, ubi Isern. *n.* 35. Alvarot. *nu.* 3. Afflict. *n.* 40. & cæteri *qua fuit prim. caus.* & *in c. imperialem* §. *firmiter, ibi* temere, ubi Isern. Afflict. Alvarott. Camerar. & re-772 liqui Dd. *de prohib. feud alien. per Frider.* Schneidew. *part.* 5. *n.* 105. Schrader, *part.* 6. *cap.* 6. *num.* 28. & 36. Curt. Jun. *part.* 4. *numer.* 61. ubi communem dicit Khol. *de servit. feud. part.* 1. *num.* 117. Rosenthal. plures cumulans *cap.* 8. *conclus.* 8. *num.* 8. & *seq.* & *conclus.* 9. *num.* 1.

Decisio Affirmativa. Confirmatur à paritate vasalli.

773 Quod tamen ad eos casus, quibus protectores sua † culpa, dolo vel prodigalitate delapsi sunt, extendendum non est. Quia privilegia † concessa propter paupertatem, non competunt illi, qui sua culpa ad inopiam pervenit, casus est notabilis *in l. pen. ff. de Jure dot.* per quem tex. ita dicit Bald. *in c. sedes Apostolica de re-*774 *script.* facit tex: *in l. bona fides ff. depositi.* gloss. *in c. qua in Ecclesiarum de constit. ibi*, si sua culpa egent, indignum est eis subvenire. Joan. Crott. *ad l.* 4. §. *Cato. nu.* 54. *ff. de verbor. obligat.*

Declaratio limitationis. Ratio declarationis I.

Et ita in simili quoque de vasallo deciderunt Isern. *in* §. *sed nec est alia n.* 37. *qua fit prim. caus. benefic. amitt.* Laudens. *n.* 3. & 9. Alvarott. *n.* 7. Schenck. *n.* 7. & alii *locis relatis.*

775 Atque id ipsum confirmatur etiam ex eo, quod Jure concluditur, marito † ad paupertatem redacto ex propria culpa, non competere beneficium, ut conveniatur, in quantum facere potest, text *in l. etiam* §. *licet* & *ibi* Dd. communiter *ff. solut. matrim.* & facit text. *in l. un. ff. de Jur dot.* Bart. *in l. si cum dotem* §. *fin. ff. solut. matrim.* Jo. Köppen, *decis. q.* 11. *n.* 16. *circa fin.*

Ratio declarationis altera.

776 Non enim pertinet ad † necessitatem, quod initio libidine vel voluntarie causatum fuit, ut per multa notabiliter notat Cravet. *respons.* 1. *pro genero n.* 32. & *seq.* & 79. 85. & 88. Menoch. *de arbitr. Jud. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 182. *n.* 51. ubi illi imputandum, inquit, qui suo facto in necessitate posuit Lud Rom. *in l. fin. n.* 5. *ff qui* 777 *satisd. cog.* Ex culpa † ei debet obesse, qui fuit in culpa, non alteri *cap. damnum, ibiq;* not. per Dd. *de reg Jur. in* 778 *6.* nec excusari † potest impedimento, qui fuit impedimenti causa, Sebast. Medic. *de casib. fortuit. part.* 1. *q.* 4. *n.* 15. eleganter Felin. *d. c. qua in Ecclesiarum n.* 67. ubi ad plura infert. *extra de constit.*

Deinde etiam notandum est hanc † ex inopia o-779 missam defensionem non præbere excusationem Patronis, si statim in procinctu ad protectionem, expensas & omnia ad defensionem necessaria clientes ipsi offerant atque subministrare parati sint, per ea, quæ in simili tradit Blanc. *lib.* 2. *de feud. c.* 1. *n.* 50. Zas. *part.* 7. *n.* 45. Schneid. *part.* 5. *n.* 105. Brunus *cons.* 117. *n.* 290. & *seq.* Nicol. Mozz. *in tract. feud. tit. final. n.* 111. & 112. *vers. sexta causa*, &c.

II. Declaratio.

Decimam tertiam limitationem † recipit Regula 780 nostra in casu impossibilitatis, quia Protectores, propter impossibilitatem vel difficultatem excusantur à pœna omissæ defensionis.

Limitatio XIII. Difficultas atque impossibilitas defendendi eum à pœna præter missæ protectionis Advocates excusat.

Probatur autem primum ampliatio hæc per ea quæ habentur *in c.* 17. & *ibid.* traduntur per Abb. *n.* 4. *extra de Jurejur.* quod nempe sub juramento † se obligans ad ecclesiæ defensionem, si ob magnam ei subvenire nequeat difficultatem, perjurii reatum non incurrat, eo quod talis omissæ defensionis difficultas ad hoc ut conventa non adimplens excusetur, impossibilitati æquiparetur arg. *l.* 137. §. 6. *ibique* Bart. & DD. *de verb. oblig.* Bero. *cons.* 58. *vol.* 1.

Ratio I. decidendi.

Deinde eadem assertio corroboratur exemplo † va-781 salli qui eo quod non potuit, servitia Domino non præ-782 stitit feudum non amittit *c. unic.* §. 2. *vers. aliud est* 2. *F.* 24. & *ibi* Feudistæ. Vnde ut maxime cum D. † occiditur, familia objectu corporis auxilium ei ferre debeat 783 *l.* 19. *ff. ad SC. Silan.* & plurimi cum propriæ vitæ discrimine alios defenderint, sicuti Henr. † IV. Imp. 784 Albert. Bremens. Episcopum corpore suo protexit, ut ex Avent. Compil. histor. eccles. Magdeb. *cent.* 11. *c.* 6. *f.* 336. testantur, quomodo etiam Vdalric. Comes † 785 de Blanckenburg. pro Sigefrido episcopo Augustano Guelphoni Bavariæ Duci, ut Clitus pro Alexandro Magno se objiciens trucidatus est, Crus. *Annal. Suev. par.* 2. *lib.* 8. *c.* 7. *p.* 266. & Peregrinus Veissemburg. † 786 Henric. Barbatum Vratislavien. Ducem, sui corporis objectu protegens, confossus & concisus, vitaque deficiente super jacentis se projecit Domini corpus, ut memoriæ prodidit Cromer. *de rebus Polon. lib.* 7. *p.* 133. non tamen certo vitæ discrimini ut *infra in V. Limitatione* nominatim habetur, clientes protegendo Patronus sese exponere cogitur, vel tenetur.

Ratio decidendi II.

Tertio fulcitur prælibata Limitatio expresse per tex. *in c. un.* 2, *F.* 28, per verba ibi posita PRO POSSE MEO, PROVT POTERO: SICVT POTERO, & *l.* 14. §. *patroni f.* ibi, quod sibi possibile Menoch. *arb. Iud. q. casu* 494. concord. Constit. Imp. *Anno* 1564. *Vermat. promulg.* §. Auff den Fall/ ubi præses provinciæ excusatur, si vim majorem sustinere & declinare non valeat siquidem omnis defensio intelligatur de modo licito & pro virili juxta posse Bald. *l.* 39. §. 5. *ff. de procur.* Iac. Synz. *disput. de Jure protect.* §. 17. Ex quibus colligunt DD. satis † 787 auxilii præstitisse protectorem qui ut afflictis adjumento esset, quicquid potuit, fecit, Men. *5 præsumpt.* 28. *n.* 10.

Ratio decidendi III.

Hinc cum superiori sæculo † Ferdinand. I. Imp. ec-788 clesiam & fidem Catholicam conservare & Schismaticos omnes extirpare, summo Pontifici jurato promisisset, id autem ex sensu & opinione Papæ non præstitisset, Asseclæ quidam Pontificis, quod dignitate Cæsarea juxta *l. quoties C. de dignitat. lib.* 12. seipsum spoliaverit, temere concludere præsumpsissent, D. Cancellarius Sigismund. Seldius in seinem Rathschlag von der Key. und Bäpstl. Gewalt *pag.* 83 apposite illis regessit, Imperatorem per verba in Juramento adjecta PRO POSSE merito esse excusandum, cum regulariter etiam in omnibus † promissionibus conditio SI POTERO subesse in-789 telligatur, DD. *in c.* 6. *de Reg. Jur. in* 6.

Quarto

Ratio decidendi III. Decisio affirmativa.

Quarto faciunt in comprobationem Limitationis adducta ea, quæ post Cynum notat Bald. *in l. non solum §. si Status circa fin ff. de procur.* dicens, si † promitto te defendere de Jure & de facto, quod hoc intelligatur, de modo licito & juxta posse, non de vi majore. Ex quo casus fortuiti non debentur, nisi quando specificantur. In quam rem multa alia congerit Roland. à Valle *consil. 45. nu. 20. cum seqq. vol. 3.* Quamvis non negem, quod isti Dd. vere loquantur in casu, in quo alias de natura contractus, non veniat defensio cum armis. (790)

Ratio decidendi V.

Quinto non minus solide † Limitatio prædicta stabilitur ex text. *l. 1. §. occisorum vers. hoc ideo ff. ad SC. Syllan.* ubi servi tenentur præcise ad defensionem Dominorum, & tamen illi non tenentur de morte Domini, quoties auxilium ei adversus vim ferre non potuerunt. Unde Bart. *ibid. num. 2.* infert, quando ex statuto † villæ vel castra tenentur capere malefactores, quod hoc intelligendum sit, si possint, subdens *ibidem* si aliquis in villam veniat cum tanta gente, ut ei tota villa non possit resistere, non teneri, argum. *l. addictos C. de appellat.* Idem expresse ponit Bald. *in l. si ideo. in fin. C. de his quib. ut indig. ibidemque* Angel. Corne. & alii. Ex quorum notatis clare ad propositum nostrum concludit Albert. Brun. *consil. 86. num. 6. lib. 1.* quod confœnerati, † qui tenentur ad mutuam defensionem obligentur solum pro illorum possibilitate, hoc est, quod partibus suis satisfaciant, si faciant, quod possunt pro adjuvando offenso. Idem expresse dixit prius Martin. Laud. *in tract. confœd. & convent. princ. qua 4.* Nulli enim debet † impossibile injungi, pro quo plura alleg. Bald. *in d. l. si ideo in fin.* Et nemo † videtur se ad impossibile obligasse, quia nec ita se obligare posset, ut plene habetur *in l. impossibilium ff. de reg. jur. & in c. potest eod. in 6.* Accedit prædictis text. *in c. felicis, prope fin ibi*, si potestas ei affuerit, *ext. de pœnis in 6.* per quem *ibi* Archid. Joan. And. Petr. de Anchar. *col. pen. in 20. not.* & Phil. Franc. *in §. final. not. 5. nu. 4.* asserunt. Licet civitas possit incidere in delictum committendo vel omittendo, puta non puniendo † delinquentes, ut in casu illius cap. tamen si offendentes sint tam potentes, vel tanta adhærentium multitudo, ut civitas illos comprehendere ac punire non valeat, quod excusetur, propter impotentiam, sive summam difficultatem. (791, 792, 793, 794, 795, 796)

Ratio decidendi ult.

His denique adstipulatur Joan. Lupus *in tract. de confœderat. princip §. ista quæst. col. 2. num. 3.* ubi probat, licet † Papa vel alius Princeps Christianus regulariter non possit, aut debeat fœdus inire cum infideli, tamen, si videat potentiam Turcæ Soldani, aut alterius infidelis insuperabilem, sive quod ipse contra tales non possit se sufficienter defendere, quod licite ad tempus cum iis ineat conditiones pacis, ut ibi latius per eum. (797)

Limitatio XIV. Utrum protectores in tuendis clientibus ad præsentes tantum ac futuras vel etiam ad præteritas violentias avertendas obligati sint. Decisio Negativa.

Decima quarta regulæ nostræ limitatio est, † *quod defensio protectorum tantum procedat & locum habeat, quoad futuras, non quoad præteritas violentias, atque damna ante constitutam protectionis tutelam illata*, quia ad præterita † negotia vel facta non debent nova Jura, Jurisdictiones & conventiones, præsertim in tertii præjudicium, trahi & extendi *l. leges 7. C. de legib. c. 2. c. fin. ext. de constit. l. unic. C. de cad. tollend.* Jas. *in l. jubemus num. 8. C. de testam. cum simil.* & per consequens hæc nova protectio non potest extendi ad facta jam præterita, quorum tempore in esse non fuit. (798)

Et per hanc rationem in ipsis terminis corroborat hanc limitationem Matth. Wesenb. *consil. 170. nu. 16. part. 4.* ubi & post *nu. 21.* decisive resolvit protectorem, non quoad præterita, sed quoad futura, posse aliquem, in defensionem recipere, per Jura & rationes modo allegat. (799)

Limitatio XV. Utrum Advocati etiam non interpellati ad ferendum clientibus auxilium devincti sint. Decisio Negativa.

Decima quinta limitatio est, † *ut protectores aliter non teneantur defendere clientes, nisi ab iis interpellati atq; requisiti prius fuerint*, arg *c. unic. 2. F. 7. vers.* Et inde generaliter vel specialiter fuerit requisitus & *2. F. 26. §. licet 2. ibi* dummodo Domino petenti servire paratus sit *l. 73. in fin. de V. O.* Innocent. *in cap. si quando 8. de offic. de leg.* Aret. *in l. stipulatio 38. in fin.* & post hos in terminis Advocatiæ armatæ nominatim docuit Petr. Frider. Mindan. *de process. extrahend. cap. 14. num. 32. lib. 2.* Pacian. *consil. 164. nu.* Modest. Pistor, *cons. 24. q. 3. n. 24. lib. 1.* Advocatus enim, ut defendat, citari debet Bald. *in l. si absentib. C. de execut. tut. l. quoties ff. de oper. libert. l. cum patron. ff. eod. l. si quis filium §. ult ff. de collat. bonor.* (800)

Ratio decisionis.

Nam in ejusmodi stipulationibus † affirmativis sive consistentibus in faciendo, pœna adjecta non committitur, nisi mora interveniat, ut sensit gloss. *in l. nuda in verb. post litem in fine C. de contrahend. & commit. stipul. & in l. etsi post tres in gloss magn. Digest si quis cautioni*, Bart. *in l. ita stipulatus. 6. & 7. oppos. de verbor. obligat.* Castrens. *in l. in executione in princ. ff. eod. tit.* Mora autem fieri † non intelligitur, nisi præcedat interpellatio *l. mora, de usuris.* Et ita de stipulatione, † quod scilicet requiratur interpellatio, ad hoc, ut pœna committatur, tenet Bart. *in d. l. ita stipulatus in 6. quæst. princ.* quem refert & sequitur in terminis Advocatiæ Modest. Pistor. *d. cons. 24. nu. 25.* (801, 802, 803)

Sed de materia hujus limitationis cum ejusdem declarationibus, fusius proximo capite tractatur, quæ huc referri possunt.

Limitatio XVI. An Advocati clientes suos in Bannum Heresin vel excommunicationem lapsos nihilominus tueri obstringantur. Decisio Negativa.

Decimo sexto limitatur nostra de † protectorum defensione præmissa regula, *ut non procedat, quoties durante Advocatia clientes in bannum, excommunicationem, hæresin vel alia enormia crimina, ob quæ in fidem suscipi vetantur*, de quibus *supra cap VIII.* prolixe actum est, inciderunt, tum enim, quamdiu ejusmodi censuris & facinoribus implicati hærent, ab omni protectione exclusi censentur. (804)

Ratio decisionis quoad bannitos, & excommunicatos.

Et primo quidem, quoad Bannitos, wann nemblich die Schirmsverwandten in die Keyserl Acht gethan seyn/ prælibatam Limitationem veram esse hinc elicitur, ut enim patrocinia, quæ favorem † Reis, & auxilium scelerosis impartiendo, aliis fenestram sceleribus aperiunt removenda sunt *l. 6. C. de defensor. civit.* cum Respubl. † suscepto malorum Patrocinio conturbetur, quod quidam de Crasso apud Salust. *in Catil.* ajebant. Et tantum † malo benefacere sit, bono quantum malefacere periculum, Plaut. *in Pen.* ita & juste Bannitorum † suscipienda non est protectio, per ea quæ latissime hanc in rem allegavimus *in cap. VIII. de bannitis in protectionem non recipiendis.* (805)

Ratio limitationis I quoad bannitos.

Deinde præcedens limitatio ex eo probatur, quod similiter † de vasallis, respectu Dominorum suorum in Banno, vel excommunicatione existentium, à serviendo liberis tradunt IC. quod scilicet excusentur, etiamsi non ferant auxilium Dominis suis, per Imperatorem, vel Regem in bannum, vel excommunicationem conjectis, si bellum interim justum haberent, per text. *in c. 1. hic finit. lex. & c. uni. ibi* excepto Imperatore, *de nov. form. fidel ibi* gloss. *in verb juste*, & ibi Afflict. *num. 20.* & alii. Ard zon. *cap. 65 & 70.* Isern. *in d cap. 1. n. & 3. & ibid.* Bald. *nu. 6. & seqq.* Alvarot. *n. 4. 5. & 8.* Præpos. *num 2.* Afflict *ver. quarto notat. n. 1.* Zas. *de feud. p. 7. ad quid vasall. Domino teneatur, n. 40.* Curt. Jun. *de feud. p. 4. n. 6. in fin.* Schrad. *p. 6 nu. 16. v. 18.* Schneidew *part. 5. n 102. & p. 8. c. 1. n. 19.* Sonsbec. *part. 11. num. 27.* Capyc. *in invest. feud. cap. feuda amittuntur vers. sexagesimo primo.* (806, 807, 808, 809)

Ratio limitationis II.

Ratio limitationis III.

Tertia limitationis ratio est, quod protectores † interea temporis, dum clientes in banno vel excommunicatione hærent, ab obligatione cum iisdem contracta soluti sint *d. c. 1. hic finitur lex.* & *ibi* feudistæ & *c. 1.* (810)

quo temp. mil. invest. pet. deb. Ferrariens. in form. libell. quo agit. ad revoc. feud. fact. contra debitum nu. 11. Petr. Jacob. in pract. aur. lib. rubr. 60. de causis ex quib. dom. & c. n. 9.

Ratio decidendi IV. 811

Quarto Advocati nec volentes quidem juvare bannitos ea de causa possunt, quia ex præscripto Juris † cane pejus & angue iidem vitari debent, nec cum eis habenda est conversatio, c. cum excommunicatio 11. q. 3. c. nulli & c. inter alia. 31. ibi Abb. & Felin. vers. utrum debitor. de sent. excommun. text. express. in c. nos sanctorum 15. q. 7. ubi gloss. Ord. Lud. Roman. l. fin. nu. 15. ff. qui satisd. cog.

812 *Ratio limitationis quo ad Hæreticos I. Lapsi in Hæresin clientes an per protectorem nihilominus defendendi sint? Decisio Negativa.*

Quod vero ad hæreticos in eadem limitatione contentos attinet, clientes in hæresin † lapsos ab Advocatis eorum amplius defendendos non esse firmatur primum ex cap. 11. de hæreticis, ubi prohibetur ipsis Patrocinium præstari, Gigas de crim. læs. Majest. lib. 3. rub. ult. q. 9. n. 6. Quemadmodum etiam olim lib. 1. cap. 348. Schwabenspieg. statutum fuit, dz welcher Fürst nicht richtet uber die Ketzer/ vnnd sie beschirmet/ vnnd jhnen bevor ist/ denselben das Geistlich Gericht in den Bann thun soll."

Protectores autem hæreticorum, † si etiam defendant illorum errorem damnabiliores sunt, quam qui errantes duntaxat tuentur, c. qui aliorum 14. q. 3. licet hi quoque à pœnis non sint immunes c. 3. vers. Hæretici autem credentes de Hæret. in 6.

813 814 *Ratio limitationis II.*

Deinde quod protectores in hæresin lapsos clientes amplius haud tueri cogantur roboratur exemplo vasallorum, quia sicut vasalli † Domino in hæresin lapso servire non tenentur, ita nec protectores, clientes hæreticos factos tueri amplius obstringuntur per l. 1. C. de hæret. & auth. credentes eod. tit. l. nemo ff. de Episc. audient. Raynaud. in ca. imperialem. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Frid. Alvarot. in c. 1 hic finitur lex. in princip. ibid. Belvis. vers. nota quod vasall. & Laudens. n. 1. Vult. lib. 1 de feud. cap. 7. n. 73. per auth. de privileg. dot. coll. 8. §. 1 Schneidew. de feud. p. 5. nu. 102 & pluribus allegat. congestis Henr. Rosenth. synops. feud. c. 8. concl. 9. n. 7.

Cæterum prædicta XVI. Limitatio extenditur etiam ad Receptatores † Bannitorum & Hæreticorum, si quos in protectione Advocatus habuisset, per trad. Fachin. consil. 99. num. 45. vol. 1. ubi eandem † Receptatoris, quæ delinquentis pœnam esse tradit, nisi pro personæ & facti qualitate prudens Judex aliter existimaverit.

815 816

Faciunt huc etiam, quod Ord. Cam. Imp. p. 2. tit. 20. §. 5. disposita ubi alienos † subditos ob Anabaptismum errores contra Imperii decreta scienter receptantis, nec protinus constitutiones in eos exercentis proscriptionem Fiscalis maturare jubetur.

817

Sic etiam olim lex 34. C. Theodos. de Hæret. Joan. Episcopi Constantinopolitani suasu lata Eunomianorum & Montanistarum Receptatoribus capitale irrogat supplicium.

818

Et contra † Judæum quoque, qui Christianos, fidem abnegantes, atque ad Judæorum sectas transeuntes receptans, ut Hæretici Receptatorem, procedi posse habetur in c. 13. de Hæreticis in 6. & tradit Oldr. consil. 36. n. 1. ubi non minus alias etiam graves pœnas contra Receptatores constitutas esse hinc inde Farina. oper. crim. part. 5. tit. 15. q. 133. cap. 1. & duob. seq. fusissime tractat.

819

Hanc porro extensionem, adeo veram esse statuimus ut procedat etiam contra receptatores Bannitorum ex † privilegio, eo quod in Ordin. Cam. antiqua Anno 1495. publicata cap. 25. in fin. constitutum sit. Ob jemand begnadet were/ deß Reichs Echter zuhalten/ daß dieselben Freyheiten wider Vollnstreckung der Vrtheil deß Keyserl. oder Königl. Cammergerichts nicht gebraucht/ vnnd die Echter darwider nicht geschützt oder erhalten werden sollen. Quod cum mutatum non sit, stare haud prohibetur, per Jura vulg. Licet idipsum Statib. Imp. in suo Bedencken de An. 1557. iniquum visum fuerit. Id vero Do. Camerales S. Cæs. Majest. & Statuum arbitrio commiserunt.

810 *Excommunicati clientes durante excommunicatione protectoris patrocinio an gaudeant. Decisio Negativa.*

Quod denique attinet ad excommunicatos, quod nec illi in alicujus clientela, durante † excommunicatione, existentes defendendi amplius sint, aut ullius gaudere debeant patrocinio, statuit Calix. 1. Papa Epist. decret. 2. & c. 8. Concil. Arelat. II. Atque hinc etiam Dominum † excommunicatum ante restitutionem vasallus adjuvare non est obligatus 2. Feud. 28. confer quæ huc pertinent in cap. VIII. de excommunicatis in protectionem non recipiendis tradita.

821 822 *Ratio decisionis generalis.* 823

Ratio denique traditæ limitationis generalis est, quod causæ † quæ aliquem in clientelam prohibent suscipi, eæ etiam susceptum impediant defendi, quia effectus † restringitur à sua causa l. cancellav. ff. de his quæ in testam. delent. l. cum tale, §. falsam ff. de condit. & demonstr. Hier. Cagnol. in l. diem functo n. 1. ff. de offic. assessor. Jas. in l. quo minus nu. 21. per ill. text. ff. de flumin. Crott. in l. 1 in princ. n. 29 ff. de verbor. oblig. Paul. de Monte Pico in l. post contract. n. 37. ff. de donat. Paris. cons. 81. nu. 72. & & 23. vol. 3. Cephal. cons. 187. n. 3. Cravet. cons. 626. nu. 4. Pruckm. cons. 2. n. 30. lib. 1. Zas. in cons. diversor. cons. 9. n. 38. vol. 1.

Cæterum quæ ad hanc XVI. Limitationem referri possunt, declarationes seu Fallentiæ aut exceptiones enarratæ sunt in cap. VIII. ubi de Bannitis, excommunicatis ac Hæreticis in protectionem non recipiendis plena bucca actum est, quo Lectorem has desiderantem remittimus.

824 *Limitatio XVII. Virum protector ab omissa defensione excusetur quando res in tutelam data, amissa atq; intercepta est.*

Decima septima limitatio adsurgit, † qua protector ab omissa defensione excusatur, quando res in tutelam data, puta, Pagus aut Civitas amissa, ac ab alio invasa jam est, quia obligatio † protegendi, & omnia pacta ad aliquid præstandum inita, eam interpretationem recipiunt, dummodo res in pactum deducta, in eodem statu permaneat, Lex. in quis. 38. in princip. Digest. de solut. argum. l. quod Servum, & ibi gloss. ac Jason. ff. de condict. ob caus. Ludolph. Schrader. de feud. part. 6. c. 5. n. 22.

825 *Decisio Affirmativa.* 826 *Corroboratio decisionis à feudi.*

Ita in simili Feudistæ † excusant vasallum à servitiis omissis, quando Dominus directum Dominium amisit, ex ratione, quod juramentum præstitum Domino ratione dignitatis, ea amissa, id est fundo, sive Jure dominante, ducatu, &c. collabascit, ne teneatur ulterius ad fidelitatem, quasi mortuus sit, per not. Bald. in l. fin. C. de non num. pecun. Abb. in c. venerabilem in ult. notab. de elect. nu. 2. & in c. veritatis nu. 3. de jurejur. gloss. in c. ne quis, in verb. furens. 22. q. 2. Afflict. c. 1. in princ. n. 9. de nov. form. fidelit.

827 *Limitatio decisionis.* 828

Hæc tamen limitatio intelligenda est, † eo casu locum habere, si clientes Jure ea civitate privati, vel ejus ita jacturam fecerint, ut omnis eam recuperandi spes absit & facultas. Neque enim protectores, destitutos † bonis suis, ea recuperare tentantes clientes deserere debent, dummodo non sit notorium, frustraneos & periculosos esse conatus, quia Advocati † omnino obligantur clientes rem injuste vel casu amissam recuperare volentes juvare, per ea quæ ubertim alibi notavimus, quæ huc transferre otiosum duximus.

829 830 *Limitatio XVIII. Si res in tutelam commissa prorsus interierit, an protector ab onere defensionis immunis sit. Affirmativa decisio.*

Ad hunc modum decimo octavo limitatur † iisdem regula nostra, ut nulla ob prætermissam tuitionem Advocato culpa imputari possit, si res ejus fidei commissa, alio quocunque modo interierit, per ea quæ in terminis servitiorum à vasallo intermissorum tradunt Afflict. in cap. omnes. num. 31. si de feud. defunct. Jason in l. 1. num. 80. & seq. C. de jure emphyt. Alexand. consil. 112. per tot. lib. 2. Rosenthal. cap. 8. conclus. 9. num. 17.

Unde-

831 Undevigesima limitatio inducitur, ut protector absque periculo defensionem renuere possit, † si clientes aliquid violenter agant, contra subditos protectoris, aut eosdem debellare conentur, quia tunc nullum adversus proprios suos subditos auxilium ferre tenetur, argumento eorum, quæ in terminis † salvi conductus violati afferuntur ab Angel. Aretin. *in tract. de malef. verb. fama publica. num. 60.* & notat gloss. *in cap. noli existimare vers. si ipse non servat fidem.* cum aliis concordant. *ibid.* adduct. 23. *quæst.* 1.

Limitatio XIX. Si clientes contra protectoris subditos arma sumant, quid illi faciendum.

832 Unde instrumentis securitatum hodie communiter apponi solet hæc clausula: *Damus tibi pacem & securitatem contra vim injustam, ita tamen, ut vicissim tu quoque pacificum te & modestum exhibeas.* Wir geben dir gleite zu Rechte/ vnnd vor vnrechter Gewalt / also / daß du dich hinwider auch gleichlichen verhaltest. argum. *l. si quis major C. de transact.*

833 Ratio decisionis est, quod frangenti † fidem, nec fides sit servanda juxta vulgatum illud, Frangenti fidem fides frangatur eidem. *l. cum proponas. ibique* gloss. & Jason *num. 5. & 6. C. de pact.* gloss. *in cap. cum inter Reverend. Seniorem ibique* Butriens. *extr. de elect. & in cap. pervenit, de jurejur. l. quæro. paragraph. inter locatorem, in fin. Digest. locati.* Et assecuratus nequit se juvare, ex cautione securitatis, quam ipse oppugnavit vel violavit, *cap. ex eo extr. de reg. jur. in 6.* cum similibus allegat per Matth. Coler. *de processib. execut. part. 4. cap. 1. num. 213. circa fin.*

Ratio prædictæ limitationis.

834 Vicesimam denique excusationis † causam præbet protectori, præscriptio, si nimirum aliquis Patronus, cui tamen quotannis ab initio conventum honorarium nihilominus semper solutum fuit, cujus respectu adhuc licet anomalus Advocatus censetur, à longissimo tempore etiam requisitus non protexerit, ac ita libertatem à defensionis onere præscripserit, per ea quæ hac de re latissime deduximus *in cap. 16. de contrariis Advocatia, sub modo, qualiter jus protectionis per præscriptionem tollatur,* quæ huc referri possunt, quibus adde ea, quæ de præscriptione servitiorum traduntur per Jacobin. de Roydis *num. 44.* Schrader. *tract. feud part. 6. cap. 6. n. 61. ver. decimo septimo.* Cornc. *consil. 268. n. 19. vol. 4.*

Limitatio XX. Præscripta defensionis libertate an omittens eam Patronus excusationem mereatur.

Et hæc de officio protectorum satis copiose, si non abundanter hactenus, ex quibus equidem facile cognoscere licet, quomodo & quatenus Advocatus tutelaris ad tuendos in clientelam suam susceptos obstrictus, in quibus itidem casibus & quas ob causas ab omissa auxilii patronalis præstatione excusandus sit: Quia tamen ad protectoris partes etiam spectat, scire adversus quosnam defensio facienda sit, idcirco *in sequenti Capite* offendentium personas lustraturi, quatenus contra illos clientes protegendi sint, non minori, quam in cæteris studio & interpretatione explicabimus.

* * *

CAPVT XII.

Ubi, quando, quoties, & quomodo Advocati Tutelares Clientes suos defendere teneantur.

SUMMARIA.

Philippi Hassiæ Landgravii consilium potius extra, quam intra Imperii fines bellum geri deberi, 31

Vespas excindere egressas periculosum, inclusas adurere tutius, 32

Hostem domi prævenientes plerunque triumphum reportant, 33

Assilienti alium plus animi inest, quam vim propulsanti, n. 34

Hostis propinquus incolis metum incutit, remotus vero reprimitur audacia, 35

Exercitium in peregrina regione fusum recolligere facilius est, quam in propria, 36

Regem hostes extra Regnum adoriri volentem Barones sequi debent, 37

Scipio invadendo Africam patriam ab hostili impressione & devastatione Hannibalis liberavit, 38

Agathoclis Syracusanorum Regis stratagema, quo Patriam ab hostium oppugnatione redemit, 39

Cræsi pro Thamyrade Massagetarum Regina consilium, n. 40

Turcam an nostris in terris expectare, vel in Turcia oppugnare consultius? 41

Cautela tres hostem in alieno territorio aggressuro observanda, 42

Negotium omne, qui prius bene meditatur, bene perficit, n. 43.

Milites in alienos agros ita inducendi sunt, ut etiam reduci possint, 44

Mori cujusdam ad milites Austriacos, qua via Helvetiam ingredi vellent, deliberantes prudens monitio, 45

Christianum & civem bonum vel unicum servari, quam hostes mille occidere satius, 46

Aliena appetenti, ne de suis periclitetur prævidendum, 47

Defendere prius nostra, quam aliena appetere debemus, n. 48

Fridericus Comes Palatinus coronam Boemiæ appetens, ut Camelus cornua desiderans, aures perdidit, 49

Humilia tuto potius, quam summa cum periculo appetenda, 50

Fortuna se offerens inprimis amplectenda, 51

Viribus atq; impetu, quod fieri nequit, tempore atq; assiduitate perficiendum, 52

Malis aureis Hippomenes Athalantam cursu superavit, n. 53

Apollinis oraculum, quo pacto potiri posset victoria Philippo Macedonum Regi datum, 54

Hostis quo casu per protectorem domi expectandus sit, 55

Helvetii qua de causa, olim milites Austriacos ipsorum terram non inviti ingredi permiserint, 56

Provincia, in qua clientes gravantur si nimis remota sit, protectores extra territorium, non, sed intra illud facient defensionem, 57

Protectori an clientes suos in ipso ordinarii magistratus territorio defendere liceat, n. 58

Affirmativa decisio, 59

Protector regulariter in quovis territorio si potest ad defendendos clientes obligatus est, nisi aliud contrahendo conventum fuerit, 60

Jus protectionis requirit, ut nullo personæ habito respectu clientes defendantur, 61

Protector non potest Jurisdictionem dominicam clientum impedire, 62

Jurisdictionem alterius in terrarum dominiis impedire, nemo debet, 63

Subditos alienos contra proprium ipsorum Magistratum defendere non decet, 64

Magistratus ordinarius si suos subditos ipsemet defendere paratus sit, nec contra ipsummet auxilium à clientibus imploratum fuerit, protectoris irruptionem in suo territorio tolerare non tenentur, 65

Ædes alienas irrumpere nemini non modo privato, sed ne magistratui licet, 66

Domus sua cuiq; tutissimum receptaculum, 67

Protectori in ordinarii territorium arma inferre non licet nisi quando ipse ordinarius subditos iniquius tractat iisve auxilium denegat, 68

Clientibus in magistratus sui territorio oppressis maxime conducit protectorem & magistratum conjunctis viribus eorum hosti occurrere, 69

Protector an clientes etiam in Judicio defendere teneatur, n. 70

Affirmativa, 71

Negativa, 92

Advocatis superiorum temporum querelas Ecclesiarum coram Comitibus judicialiter proponere incubuit, 72

Episcopi ubicunq; habebant substantiam, Advocati absq; tarditate justitiam facere jussi, 73

Defensionem promittens lite tam de Jure, quam de facto mota tenetur præstare judicialem defensionem, 74

Declara, ut n. 113

In materia etiam contractuum, 75

Promittens sive in Magistratu constitutus sit, sive non, 76

Verba defendere, tueri, conservare, manutenere, &c. magis sonant in jus, quam in factum, 77

Declara, ut n. 114

Defendere verbum generale tam defensionem Juris, quam facti respicit, 78

Declara, ut n. 99

Defendere verbum diversimode in Jure acceptum 79

Defensio & defensor proprie accipiuntur de defensione judiciali, 80

Tueri verbum an idem sit cum verbo defendere, 81

Defendere promittens de Jure & facto, an intelligatur promisisse de defensione judiciali, vel extrajudiciali, n. 82, 116. 117. & 119

Verba protectio, tuitio in fine posita inferunt & denotant Jurisdictionem & judicandi potestatem, 83

Declara, ut n. 127 (84

Ecclesiastica res non manibus, sed Jure defendenda sunt,

Declara, ut n. 128

Vasallus Dominum verbo & facto defendere tenetur, 85

Protector ad tuendos clientes tam de Jure, quam de facto & Via Juris etiam mit Rechtlichen Außubungen/ *defendere obligatus est*, 86. 87. 88. 89. 90. & 91

Declara, ut n. 134. 135. 136. 137. 139. & 140

Conservatores ab aliis, quam manifestis injuriis fidei suæ commissos defendentes & potestatem suam ad ea, quæ judicii indaginem requirunt extendentes, per annum ab officio ipso facto suspenduntur, 93

Defendendi alterum potestas non includit necessario concessionem potestatis defendendi cum indagine judiciali, 94

Protegendi Juris natura requirit, ut protectores clientes suos adversus vim cum armis & militibus defendant, 95. 99. & 110

Protegere verbum necessitatem defendendi cum armis importat, 96. 102

Verba intelligenda sunt secundum respectum ad qualitatem rei & personæ, ad quam referuntur, 97

Episcopo cui permittitur, ut celebret tempore interdicti, intelligitur permissum in Pontificalibus secundum qualitatem personæ, quæ actum perficit, 98

Vasallus Dominum feudi non cogitur defendere in judicio, 100

Protectio solummodo importat necessitatem defendendi, cum armis, 101

Protegere verbum propriissime accipitur, pro defendere cum armis, 102

Per salvum conductum assecuratus, à violentia quæ de facto & non ea, quæ Jure infertur, defendendus venit, 103

Pro-

Protectorum officium proprium est, clientes manu militari & armis tueri, 104

Domini subditos suos in Judicio defendere tenentur, 105

Maxime si tales afficiantur molestia, quæ in damnum Domini redundat, 106

Protectores non sunt obstricti clientes suos in judicio defendere, 107

Protectores non possunt pro clientibus in Camera processus extrahere, 108

Ejus rei præjudicium in causa Königstein *contra* Isenburg/ 109

Protectionis jus ad hoc est constitutum, ut clientes armis defendantur, 110

Protectio clientelaris in effectu nil aliud est, quam auxilium armatum, 111

Argumentum à priscis clientelis, extra defensionis terminos, ad hodiernam Advocatiam non valet, 112

Defensionis & manutentionis promissio à Principe facta protectionē armatam & non judicialem importat, 113

Obligans se defendere emptorem, eum in judicio tantum, non etiam armis defendere tenetur, 115

Factum per clientes proprio furore & audacia nullo Jure justificandum, à protectore non defendendum, 118

Verborum defendere de facto, duplex intellectus, 120

Protector etiā literis, Legationibus, intercessionibus & aliis extrajudicialibus modis clientes juvare tenetur, 121

In armis & armorum Ministris publicæ utilitatis defensio potissimum consistit, 122

Arma armis Jure gentium propulsare licet, 123

Orationes quæ dirimi nequeunt, armis componenda, 124

Fletibus & suppliciis muliebribus Deorum auxilia non parantur, 125

De FACTO *& de* JURE *verborum duplex sensus*, 126

Intellectus c. ad audientiam de appellat, 127

Protectioni superioris per viam appellationis sese subjiciens, ejusdem jurisdictioni se subjicit, 128

Intellectus c. consuetudo, 16. q. 6. n. 129

Papa suos homines opprimi non sinit, 130

Papa gregis sui præcipuus adjutor, 131

Papa Ecclesiasticis personis defensionem armatam permittit, 132

Ecclesiarum protectores spirituali & materiali gladio malignos oppressores reprimere possunt, 133

Verborum Rechtlicher Außübung *interpretatio & duplex sensus*, 135

Verborum, VIA JURIS *intellectus*, 136

Potestati alicuius quod tribuitur, necessitati ejus non subjicitur, 137

Protectores pro clientibus captis ex constitutione pignorationis pro relaxatione eorundem supplicantes an in Camera audiantur, n. 141

Negativa decisio, ibid.

Constitutio pignorationis subjectionem pignorati requirit, 142

Clientes ubi de eorum commodo agitur, quando subditorum nomine contineantur, 143

Protectoribus pro Judæis sub eorum Jurisdictione habitantibus, mandata ex constit. pignorat. decernuntur, 144

Ejus rei præjudicium, 145

Judæi als Schirmsverwandten/ *subditorum nomine comprehenduntur*, 146

Juramentum suppletorium Judæis in Camera defertur 147

Magistratus locorum ubi Judæi degunt, ad eorundem defensionem admittuntur, 148

Quando protectores defensionem clientibus suis exhibere teneantur, 149

Protectio clientibus, ab Advocato, eo tempere exhibenda est, quando clientes ea indigent, 150

Protectio est species operæ, 151

Operarum electio pertinet ad patronum, ut edantur, quando ipsi placet, 152

Obligatus ad operas non potest tempus pro tempore eligere, sed servitia tempore ad ea deputato præstare debet, 153

Protectores omni tempore & quandocunque ad defensionem clientum obligantur, 154

Defensionis effectum non dicitur consummate implere, qui non omni tempore defendit, 155

Dictio, QUANDOCUNQUE, *omnes defensionis casus & tempora complectitur*, 156

Necessitate instante protectores etiam tempore feriato ad defensionem obstricti sunt, 157

Feriatis diebus judicia conquiescere debent, 158

Judex litigantes in feriis audiens mortaliter peccat, 159

Feriarum solennitas ubi pietas vel necessitas subest, non servatur, 160

Causa in qua de utilitate publica agitur diebus etiam feriatis tractari potest, 161

Periculum quando in mora est, à Juris communis regulis receditur, 162

An & quatenus tempore imminentis periculi protectores ad defensionem faciendam à clientibus invocandi ac requirendi sint, n. 163

Advocatus dicitur quasi acceptus, 164

Advocatus nō aliter nisi requisitus defendere tenetur, 165

Obligatus ad factum, in mora non constituitur, eo quod facere potest sed si interpellatus non fecerit, 166

Promittens aliquid facere sub pœna, ad illud faciendum non interpellatus, eam non incurrit etiam non faciens, 167

Mora non intelligitur facta, ubi petitio non est facta, 168

Promissor quilibet, etiam qui pure promisit, ut promissa faciat, interpellandus est, 169

Confœderati se invicem juvare non tenentur, nisi fuerint interpellati, 170

Vasallus servitia, etsi Dominus iis opus habeat, sponte offerre non tenetur, sed interpellatus demum ea præstare cogitur, 171

Vasallus per mille annos non serviens si requisitus non fuit, feudum retinet, 172

Vasallus ante requisitionem semper paratus fuisse intelligitur ad exhibendum servitium, 173

Judex non nisi invocatus officium suum impertiri tenetur, 174

Interpellatio à quocunq; facta sufficit, dummodo constet de clientum mandato, 175

Advocatus succurrere nō tenetur nisi clientes velint, 176

Judex etiam non imploratus certis casibus officium suum interponere debet, ut in causis piis & publicis, 177

Quibus in casibus protectores etiam non interpellati proprio motu clientibus succurrere teneantur, 178

Protector sciens clientes obsideri & ex ea obsidione magnū periculū eis imminere, debet ultro ferre auxilium, 179

Ratio, n. 183. & 184

Reges Christiani Ecclesiæ calamitatem scientes etiam non interpellati eam defendere tenentur, 180

Vasallus sciens magnū Domino suo imminere periculū, ultro etiā absq; requisitione, adjuvare eum tenetur, 181

Pœna adversus scientes parata, 182

Certū semel ulterius certiorem reddere opus non est, 185

Protector etiam non invocatus succurrere tenetur, quando novit clientes indigere suo auxilio, nec denunciare posse, 186

Protectores etiam non requisitus succurrere tenetur, si ita speciatim in capitulis initæ protectionis conventum fuerit, 187

Intellige ut nu. seq. 188

Protector si in defensionis promissione Juramentum appositum fuerit, etiam non requisitus clientibus succurrere tenetur, 189

Venditor quando teneatur de evictione,190

Dies,aut tempus certum, defensioni exhibendæ præfixum, requisitionem excludit,191

Dies certa defensioni assignata, pro defensione facienda Protectorem per se interpellat,192

Nisi conventum fuerit, ut auxilium tum demum feratur quando clientes eo indigent,193

Protector administrans Urbem suæ protectioni,ante susceptum officium, commissam, etiam non interpellatus ad ad ejusdem defensionem obligatus est,194

Debitor qui Creditoris negotia gerit, ad satisfaciendum non est interpellandus,195

Officii necessitate aliquem ad faciendum quid admonente interpellatio superflua est,196

Consuetudo interpellationem protectoris remittit, 197

Dummodo protector stante tali consuetudine pericula clientum & indigentiam non ignoret,198

Advocatum requirendi Juri an unquam præscribi possit, n.199

Decisio negativa,ibid.

Juri facultatis proprium est, ut nisi prohibitio intervenerit,prohibitique in ea acquieverit,ea nullo tempore præscribi possit,200

Facultatis quæ sunt, ea si mille annis non usurpentur, haud amittuntur,201

Facultati ratione Juris quæsiti competenti, præscribitur, (202

Protector quam primum potest, occurrere debet atque adjuvare clientes,203

Auxilium exiguum tempestive latum plus prodest majore sero adducto,204

Tempus preparationi & itineri necessarium eidem indulgendum,105.& 109

Idem in vasallo & civitatibus fœderatis Jure statutum reperitur,106

Civitates confœderatæ ad mutuum auxilium sibi invicem astrictæ, tempore ad preparandum se necessario non intercludendæ,207

Occasio defendendi elapsa semel repeti maxime potest, (208

Cunctatio hostem facit animosiorem,209

Malum obortum aliquamdiu ferre, & avertendi illud occasionem expectare quam cum periculo statim propulsare interdum melius.210

Contra mala continua & fœcunda,non ut desinant sed ne vincant lento opus est adjutorio.211

Potentia nulla tanta est,quam properantes tempestive,& fidele auxilium ferentes,non exsuperare possint, 212

Viri fortes,quo lentius incipiunt,eo perseverantius, cum cœperunt pergunt,213

Protectores quoties ad faciendam defensionem requirendi ac interpellandi sint,214

Interpellatio trina requiritur,in casu quando inferior interpellat superiorem,secundum nonnullos, sed distingue,nn.215.& seq 216

In obligationibus ex contractu descendentibus idem jus statuitur de inferioribus quod de superioribus,217

Jure eodem utuntur superior & inferior,in iis,quæ explicantur cum superiore, non ut judice sed ut parte, 218

Protector non ut superior, sed ut pars ex pacto obligationis ad defensionem præstandam tenetur, 219

Protector semel interpellatus clientibus succurrere debet,220

Vasallus ad unicam requisitionem Domino servitia debita exhibere tenetur,221

Terminus omnis extrajudicialis est peremptorius, 222

Interpellatio unica debitorem in mora constituit,223

Novum opus ædificanti semel nunciatum esse sufficit,224

Protector si plures in defensionem susceperit, & ab omnibus eodem tempore requisitus fuerit,nec tamẽ nisi unicum plene defendere potuit,cui potissimum ex clientibus,hoc casu,succurrere debeat, n.225

Protector plures clientes habens omnibus pro facultate quantum potest,succurrere tenetur, 226

Contra, n.235.& 265. Ratio,n.269

Promittens duobus vel pluribus, videtur promittere separatim,& cuilibet pro virili,227

Protector plures clientes habens propter solutum à singulis honorarium ad singulorum defensionẽ obligatus est,nec juvando unum,ab aliorum protectione liberatur, 228

Vasallus à diversis Dominis eod. tempore requisitus antiquiori serviet,in persona propria,ceteris per substitutum,229

Labor & pecunia licet in corpora vel partes divisionem non recipiant,tamen in numerum dividi possunt, 230

Honorarium plurium accipere & non nisi unum juvare iniquum videtur, 231

Commodum qui sentit debet etiam sentire onus & incommodum,232

Commodum ab onere regulatur,233

Æqualitas pactorum, circa lucrum & onus inter contrahentes,inducenda est,234

Protector plures clientes habens antiquiores præ aliis defendere debet, 235 (236

Jure prævalet,qui secum contendentem tempore prævenit,

Clientelari ex Jure ad defendendum personalis obligatio oritur,237

In obligatione personali ad faciendum, ille potior Jure, qui prior fuit tempore,238

Inter duos aut plures æquale jus habentes, potior est conditio præveneientis,239

Obligatio prima præfertur secundæ,249

Prioritas temporis, jura prioris confœderati potiora facit,241

Obligatus duobus in solidum,est obligatus secundo,salvo Jure primi,242

Confœderatio ac Liga secunda, sine præjudicio primæ facta esse censetur,243

Duobus jus circa idem prætendentibus,is preferendus est, qui potentius jus habet,244

Ius antiquiorum clientum est potentius,ratione prioritatis & actualis præventionis, 245 (246

Fraternitatis in contractu prioritati temporis defertur,

In Jure pari potior conditio quæ tempus occupat,247

Advocatus à duobus monasteriis pro patrocinii præstatione certa feuda vel annua salaria recipiens, lite inter Monasteria illa exorta cui patrocinari debeat,248

Decisio pro eo cui primo promisit,ibid.

Limitatur in casu illo quando Monasterium, cui primo promissum fuit patrociniũ,injustam fovet causam,275

Vel quando hujusmodi Monasteria litigant contra fratrem vel consanguineum protectoris,277

Promissio secunda intelligitur facta esse sine præjudicio primæ,249

Opera diversis personis eodem tempore præstari non possunt,250

Vasallus habens diversa feuda à duobus diversis Dominis sibi invicem bellum moventibus cui teneatur opem ferre,251

Decisio pro Domino antiquiori, ibid.

Vasallus eum juvare tenetur cui primo fecit fidelitatem, 252 & 257

Vasallus posteriorem Dominum licite in servitio antiquioris sui Domini offendere potest,253

Lege permittente,quod fit, pœnam non meretur, 254

Vasallus juvans Dominum secundum, contra antiquiorem,feudum,quod ab hoc tenebat,amittit,255

Vasallus offendens Dominum Domini sui feudo privatur, 256

Antiquior Dominus in omni juramento excipi debet 258

Vasallus contra Dominum debet agere bona fide,nec debet esse tergiversator,259

Vasallus primo domino servire, ipsumque adjuvare debet, contra omnes etiam posteriorem dominum, 260

In juramento censentur excepta ea, quæ quis prius jurato promisit, 261

Antiquior dominus in juramento fidelitatis semper exceptus intelligitur, etiamsi non fuerit expressus, 262

Capitaneus duorum ab utroque simul vocatus cui potius parere teneatur, 263

Subditus plurium Civitatum, eodẽ tempore ab illis ad munera realia vel personalia vocatus, cui parere debeat, 264

Defensio est individua & non potest pro parte præstari, 266

Defendere non videtur, qui in totum non defendit, 267

Tutoris officium individuum est, 268

Protector, quando diviso auxilio, singulis clientelis, opem ferendo assistere potest, tunc ad singulorum clientum defensionem præstandam obligatur, 270

Clientes in ditione Protectoris habitantes, vel sanctiore fœdere Patrono conjuncti in juvando antiquioribus præferendi, 271

Helvetii etiam contra antiquiores confœderatos sibi invicem assistunt. ibid.

Protector in concursu plurium clientelarum eos juvare debet, qui justiorem causam fovent, 272

Socius auxiliaris, suos oppugnare socios non tenetur, ibid.

Insignia una & eadem, in duobus exercitibus diversis conspici indignum, 273

Electioni locus non datur, cum causa non est, cur uni magis quam alteri succurratur, 274

Clientib. diversis, parẽtes aut consanguineos protectoris oppugnantib. nullũ ab eo auxilium exhibendum est, 276

Protectores plurium clientelarum interdum respectu loci, propinquioribus potius quam aliis auxilium ferre debent, 278

Baculus retro ostium quandoque plus valet, quam ensis in platea, 279

Clientes, protectori plures tutelas habenti inscienter se committentes, ab eodem antiquioribus clientibus non attentis, defendendi sunt, alioquin tenebitur eis ad id quod interest, 280. & 281

Protectorem plures clientes habentem, priores nominatim excipere, consultius est, 282

Si ignoretur quorum clientela sit antiquior, quibusnam tunc clientibus succurrendum sit, n. 283

Decisio pro iis qui prius auxilium patroni implorarũt, 284

Interpellatione priori, Jus defensionis exhibendæ aliis exclusis, clientes præoccupant, 285

Vasallus à dominis diversis, feuda possidens & ignorans, quis sit eorum antiquior prius interpellãti serviet, 286

Quoties Advocati clientes suos defendere teneãtur, 287

In necessitate constitutis, auxilio subveniendum, 288

Defendere est verbum necessitatis, 289

Conditione necessitatis defendendi purificata imminere tuendi necessitas censetur, 290

Vasallus servitia ad necessitatem & indigentiam Domini præstare debet, 291

Obligatus in genere ad faciendum aliquid in certum eventum reiterabilem, id facere tenetur, quoties casus evenit, 292

Toties, quoties verba quid importent, 293

Toties, quoties verba eandem habent significationem quam habet dictio quandocunque vel quotiescunq, & infinitatem important, 294

Nisi suadeat aliud materia subjecta, 295

Vel nisi frequentior iteratio parti obligatæ importaret magnum gravamen, 296

Pluralis locutio quãdo duorum numero contineatur, 297

Ordo & ratio Continuationis hujus Capitis ad præcedens.

EX iis, quæ *superiori capite* de officio protectorum satis copiose dicta fuerunt, etsi constare satis videbatur, quibus casibus Advocati ad protectionem obligati sint, vel non, ut tamen etiam liqueat, ubi, quando, quoties & quomodo defendendi partes suscipere debeant, idcirco, loci, temporis, modi atque iterationis circumstantias, *hoc capite* singulatim etiam deducere placuit.

Ad locum ergo primum quod attinet, illud † considerandum inprimis est, *An initio constituta protectionis de certo defensionis præstandæ loco pactum fuerit*, id est, an Protectitiæ literæ certum tantum locum, puta, Civitatem, pagum, Castrum aut villam protegendam designatum, contineant, vel generatim de universali protectione conceptæ fuerint? 1

Locus defensionis præstandæ.

Primo enim casu, quando obligatio † protegendi restricta est ad locum, certum est, quod Advocatorum defensio ultra locum præfixum extendi non possit per notata *in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* Text. *in l. si, ut certo, 5. ff. commodati*, Ubi dicit Ulpianus: *Sicut certo loco vel tempore reddatur commodatum, convenit, officio Judicis inest, ut rationem loci vel temporis habeat.* Unde qui promittit † certo loco defendere, is extra illum defendere non cogitur, nisi valde esset propinquus, per notat. Speculat. *tit. de Citat. §. 1. versic. sed nunquid arbiter.* Ripa. *de Peste part. 1. nu. 104.* 2 3

Decisio casus loci definiti.

Hinc dicitur, quod salvus conductus † si ad certa tantum loca restrictus fuerit, ad alia non extendatur. Zasl *cons. 15. n. 13. lib. 1.* arg. *l. cum prat. ff. de Judic.* 4

Ratio decisionis I.

Et certo loco qui dare aut facere aliquid promisit si alibi conveniatur, ad interesse agit tradente Speculat. *de offic. omnium judicum. §. 6. vers. item nihil est.* 5

Ratio decisionis II.

Promissum enim in uno loco, non tenetur quis solvere in alio. *l. 2. de eo quod cert. loco l. usuras*, ubi gloss. *C de solut.* Thilman. de Benign. *decis. Camer. Imper. syntagm. 2. decis. 3. vot. 9. n. 21.* 6

Ratio decisionis III.

Hinc est quod dominus proprios subditos cogere non possit ut alibi, vel extra fines præscriptos, operas & ministeria præstent, text. eleg. *l. si cui servit.* & arg. *l. quadam naturaliter. fam. ercisc.* text. *in l. opera enim 21.* & *ibi* notat. *ff. de oper. libert.* Jacob. de S. Georgio *de reydis nu. 7.* ubi dicit, se ita sæpius consuluisse Montan. Ferrar. *lib. feudor. 6. c. de operis & præstat. subditorum. 3. ibi, ordinaria servitia.* 7

Dominus an cogere possit subditos, ut alibi & extra territorium aut fines præscriptos, operas & servitia præstent.

Et sic in Camera Imperiali in causa der vier Dörffer in Hatgaw/ contra Hanaw 8. Martii Anno 1553. pronunciatum est, quod subditi ad arcem in Hatgaw & ad aulam Domini Comitis, ulterius non debeant evocari, & cum postea ad aliquot miliaria, contra quam soliti vinum advehere coacti, & desuper conquesti fuissent, 21. Aprilis Anno 1567. id quoque per sententiam improbatum est. Henr. Rolenth. *tract. feud. part. 1. c. 5. conclus. 71. n. 5. gloss. lit. F.* 8

Decisio Negativa.

Præjudicium Cameralepro Negativa.

Quando vero protectionis Tabulæ generaliter de clientum defensione loquuntur, nec certus tuitioni locus destinatus fuit, tunc Advocati, nisi aliud contrahendo actum sit, tam in ipso Clientum territorio, quam extra illud, eosdem defendere atque adjuvare tenentur, ut in terminis censet Petr. Frid. Mindan. *lib. 2. cap. 14. post n. 15. de process. Cameral.* ubi Camerali hanc sententiam munit præjudicio. 9

Decisio casus loci non definiti.

Ratio decisionis ab authoritate & præjudicio Camerali.

Quæ etiam probatur argumento eorum, quod in simili de causarum patrono Menoch. *arbitr. Jud. q. lib. 2. cas. 56.* tradidit.

Ratio decisionis II. 10

Præterea ad hanc corroborandam facit, quod Princeps salvum † alicui concedens conductum non solum in proprio, sed & alieno in territorio eundem servare teneatur, Bart. *in l. 6. §. 2. ff. de offic. præsid.* Mod. Pist. *cons. 49. n. 7. vol. 1.*

Ratio decisionis III. 11

Ratio decisionis IV. 12

Quarto confirmatur ex eo quæ in simili Vasallus dominum etiam procul à patria in prælium euntem, modo licite & ex justa illud gerat causa, *c. dominus, 23. q. 2.* pro vita, honore & rebus ejus defendendis comitari debeat, arg. *c. unic. princ. 1. Feud. 5. & c. un. §. Item qui*

Ratio decisionis V.

dominum 2. Feud. 24. Schenck. *de feud. lib. 1. Tit. 5. numer. 1. & seq.*

Ratio decisionis V. Denique facit, quod eodem, quo subditos † proprios vel semetipsum tueri magis expedit modo, Advocatus etiam Clientes protegere obligatus sit.

Sed sese & suos tam extra, quam intra proprium territorium defendere tenetur, ergo etiam suæ clientelæ commissos.

Decisio casus loci incogniti. Sin autem locus, ubi defensio facienda est, Protectoribus incognitus sit, tunc dubio procul, in † loco, quem clientes ipsi definierint & ubi instante necessitate, illorum auxilio opus habent, illud præstare tenentur per notata Bertach. *in Repert. verb. opera. num.* 17. ubi similiter dicit, operarum † promissionem non expresso loco in quo præstentur intelligendam esse de eo, quem elegit is, cui debentur, allegans Bald. *in l. libertis* 10. *n.* 24. *C. de oper. libert.* Bart. *in l. stipulatio §. si quis insulam. ff. de verb. obligat.* & Alex. *in addit. in l. si non sortem §. libertus. ff. de cond. indeb.* Faciunt text. *in l. quod nisi. §. ex provincia. & l. seq. ff. de operis libert.* qui textus etsi de operis libertorum loquantur, recte tamen ab iis † ad protectionis subsidium arguitur, cum protectio æquiparetur operis, arg. vulgatæ *l. stipulationes non dividuntur. 72. verb. operas. ff. de verbor. oblig.* Sim. Pistor. *consil.* 19. *vol.* 1. Andr. Knich. *de Sax. non provoc. Jur. c. 5. n.* 503. præsertim, cum subsit eadem ratio, idem utrobique Juris exigens. *Ratio decisionis I.* Cum enim ad commoditatem † & indigentiam seu necessitatem patroni seu domini, referantur operæ *l. quoties & l. seq. ff. de oper. libert.* prout etiam subsidia Advocatorum ad necessitatem & defensionem clientum, idcirco ad illorum rationem, etiam Patroni Tutelares in loco, ad quem advocantur, succurrere tenentur.

Sic etiam vasallus non pro suo arbitrio, sed in loco à *Ratio decisionis II.* Domino sibi præfixo, manus auxiliares adferre obstringitur, ut censuerunt Bald. *in c. 1. in princip. n.* 4. ubi Isern. *n.* 3. Alvarott. *n.* 10. Laudens. *num.* 5. & cæteri Dd. *quib. mod. feud. amitt.* Bald. *in l. libertin.* 17. *C. de oper. libert.* Molinæ. *ad consuetud. Parisiens. t. 2. §. 62. n.* 3. Coler. *de processib. executiv. part. 9. n.* 89. ac probat aperto text. *c. imperialem. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Freder.* ubi verba venire, mittere, ad vasallum relata, satis clare denotant, serviturum personaliter aut per substitutum, adire oportere locum ad quem à Domino vocatus est. Similis text. *in c. 1. §. ut autem, ibi:* eundo cum ipso. *de allod. cap. 1. §. similiter, ibi*: qui cum eis non vadunt, *de capitul. Conrad. c. 1. in fin. ibi*; cum illis in exercitu perrexerint. *de his qui feud. dare.* facit etiam tex. *in c. ad hoc. vers. in tamen. vers. hic finit. lex.* Pariter elicitur ex *c. sancimus. de feudo sine culp. non amitten.* quo dum statuitur, serviendum esse, ubi domino necesse fuerit, tribuitur Domino facultas exprimendi sive determinandi locum, quo servitiis indiget.

Cum enim auxilium protectoris alibi, quam in loco à Clientibus designato, ipsis parum † aut nihil profuturum sit, merito tenentur Advocatus libertus & vasallus locum sibi præfinitum adire, *l. quod nisi. §. ex provincia cum l. seq. ff. de oper. libert.* Bartol. *in l. item illa in princip. num. 9. ff. de constit. pecun.* Panorm. *in c. significante num.* 10. *de pignorib.* absurdum enim videtur credere, alio † loco deberi defensionem, quam quo is volet, cui præstanda est, *l. cum patronus. vers. cum enim ff. de oper. libert.*

Decisio casus loci æquivoci. Cæterum si locus nominatus forte † sit æquivocus, tunc intelligendus est de eo, in quo clientes habitant, arg. *l. qua conditio, & ibi* Bart. in dispositione testatoris loquens. *ff. de condit. & demonstrat.*

Si autem Clientes in denunciando † periculo & requirendo subsidio, locum non expressissent, tunc similiter patroni ad domicilium eorum accurrere, vel mittere debent, arg. *l. hæ operæ vers. quod si ff. de oper. libert.* arguit ex Afflicto *ad cap. 1. §. sed non est alia num. 4. quæ fuit prim. caus.* Andr. Khol. *de servit. feudal. part. 5. numer.* 7.

Hostibus nondum ad locum protegendum progressis An per Protectores extra illum iidem reprimi debeant. Sed hic illud non inconcinne quæritur, *An ita suadente necessitate, dum hostis adhuc absunt à loco protegendo Patroni Tutelares etiam extra illum iis occurrere, eosque repellere ac propulsare teneantur.*

Et non desunt equidem, existimantes, melius & consultius esse, domi hostem expectare, quam translato foras exercitu in alieno illum territorio aggredi, eo potissimum nixi fundamento: quod non secus atque in scuto collecta tegmen testudo † ad omnes tuta sit ictus, nudatas vero tantummodo, læsioni obnoxias & infirmas habeat partes, *Liv. 36. cap.* 32. Ita vires exercitus, haud commodius labefactari possint, quam si procul à patria armis indatur, ad hoc perpendentes exemplum Atheniensium, qui hostem † domi expectantes semper vicerunt, translato vero in Siciliam exercitu, omnia, cum libertate amiserunt. *Negativa.*

Ratio dubitandi pro Negativa à similitudine Testudinis I. Unde cum ex præteritis, † futurorum sumentes exempla, de futuris optime consulent, Halicar. *antiq. Rom. lib.* 10. hodie etiam similia, in Patronum hostes extra territorium aggredientem, recidere posse pericula, nemo ignorat, ideoque prælium à finibus arcere, quam extra illos, cum hoste periclitari commodius esse videtur.

Ratio dubitandi II. ab exemplo Atheniensium. Verum his non attentis, contrarium affirmare vel inde cogimur, quia consultius est, magisque non tantum clientibus, sed etiam eorundem subditis expedit, ad hostem oppugnandum exire, quam domi impetum ejus expectare, adeoque multo tutius ut extra locum hostes violentiam illaturi, per defensores reprimantur, quam ut eos irruptionem & devastationem in ipso horum territorio facere sinant, juxta vulgatum illud: *Decisio Affirmativa.*

Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

Advocatus ibique Tutelaris, bellum à Clientibus in hostium regionem transferens eos optime proteget. Unde si certo constet, hostes insultum facturos, melius est in tempore † resistere, clientibusque prospicere, quam post insultum, eos profligare, per textus elegantes *in l. sed etsi. 5. in princ. ibi*, ferro se petentem, *ff. ad leg. Aquil. l. 3. ibi* ad se venientem *l. 4. ibi*, inferendæ cædis *C. ad leg. Cornel. de sic. l. 1. C. quando lic. unicuique sin. jud. se vindic.* ubi eleganter rescriptum extat, melius † esse occurrere in tempore quam post exitum & vulneratam causam vindicare sive remedium quærere. Cui consentit *l. ult. in fin. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non est.*

Neque enim fortem ac magnanimum Principem, prælium † in Imperii sui visceribus committere decet, qui antevertere hostes extra fines ejus potest, nisi forte hostilis exercitus, uno amisso, plures, vel munitissimas, in quas se recipere potest, arces habeat; prout exemplis hoc illustrat Bodin. *5. de Republ. 5. num.* 571. quorum nonnulla subjunximus.

Hinc & Philippus Hassiæ Landgravius rerum gerendarum Princeps prudentissimus, crebro usurpavit sermone EXTRA quam intra † Imperii fines bellum geri consultius esse, Kirchn. *de Republ. disp. 21. Thesi 4. lit. B.*

Ratio I. decidendi ab exemplo vesparum. Sicut enim, qui vespas † excindere volunt, cum egressas infestant, multarum petuntur aculeis; ignem vero inclusis adhuc admoventes, fortius ac tacite eas adurunt: ita domi hostem † qui præveniunt, speratum ut plurimum reportant triumphum, Hænon. *disput. polit. 7. Thes.* 1. ubi per multas alias rationes consilium hoc approbat.

E contra qui in portu Attici, intra sacrum & Saxum constituti, ubi ad triarios, & eo res rediit, ut talum à sacra movere cogantur linea, domi

mi hostem expectant, Nubes ut Cæcias attrahunt, Carpathii, Lepores adducuntur, atque adversus se pulverem movent, & tum demum ubi per harma fulgurat, instantem avertere conantur violentiam, 34 non ponderantes alias assilienti, † quam vim propulsanti, plus animi majoremque esse spem, Liv. *lib.* 21. *cap.* 44. eo quod ille dum hic media, quibus se defendat, circumspicit, quid facere velit, jam à principio delibeṛatum habeat. Honor. *in Thesaur. polit. dissert. utrum melius in bello ad hostem oppugnandum exire, &c.* Unde ferox in alieno solo est hostis, qui tempore & loco in dies redditur deterior Liv. *lib.* 7. *cap.* 24. Nam & in ipsa, quam invadit regione ad res suas opportuna, incolis vero ejus suo malum hoc accersentibus, jumento, exsiccato, unde belli manant præsidia, fonte, importuna invenit multa, & sic ex ipso bove lora sumere, ac gloriosam reportare potest victoriam; ut in Carolo IIX. Franciæ Rege ad Neapolitanum hoc modo viam sibi aperiente Regnum, in Ludovico XII. Insubriam, in Selymo Mamalucorum suæ sic adjiciente ditioni Imperium,

Ratio decidendi II.

Ratio decidendi III ab exemplis villorum.

——— ——præmissa futuris
Dant exempla fidem——— ———

Ut inquit Claudian. *de 4. Honor. consul.* Quam & hoc 35 fulcit, quod stante ante portas † hoste, cuncta adeo periculi metusque sint plena, ut omne fere animis civium excutiatur consilium, in invadentibus vero ex alieno crescat audacia metu Liv. *libr.* 3. Unde etiam fusum in peregrina, quam propria Regione, exer- 36 citum † recolligere facilius est: cum si sinistre domi cadat prælium, cristas statim malevoli erigant, benevoli vero, ita ut parum ab eis sperandum sit auxilii, metu attoniti obstupescant. E contra accepta procul à Regionibus nostris in aliena terra clades, tanto nequaquam subditos percellit metu, sed ut periculum quam possunt longissime à se depellant, ad ferendam eo promptius opem excitat. Honor. *d. loc.*

Ratio decidendi IV.

Ratio decidendi V.

Hinc etiam recte asserit Isernias *in cap. 1. quib. mod.* 37 *feud. amitt. §. sed nec est alia, numer.* 41. si Rex † hostem in domo sua expectare nolit, sed consultius esse concludatur, extra regnum eum adoriri, sequi debere Barones; sequitur Afflict. *num. 6. quæ fuit prima caus.* Rosenthal. & plures per eum relati *in tract. feud. cap. 8. conclus. 25. nu. 1. lit. a.*

Decisionis ratio VI. ab exemplis.

Sed & præter adductas hactenus rationes, exemplis etiam (quorum, ad confirmandum aliquid, haud exigua vis est) plurimis edoceri potest, in alienis quam propriis, finibus, felicius bellum geri, qua in re ducibus in arte bellandi expertis credi oportere, Isernias; *d. loco* asserit.

38 Ita enim Scipio † in Africam trajiciens, hoc stratagemate patriam ab hostili impressione & vastatione Hannibalis liberavit, dum eductis in Africam copiis, ipsum à Romanorum oppugnatione ad domestici belli revocavit sollicitudinem, ex Livio Schenck/ *de Feud. lib. 1. tit. 5. num. 4.*

39 Sic & Agathocles † Syracusanorum rex, cum Syracusarum mœnia jam majori ex parte Carthaginenses occupassent, exercitum suum in Africam trajecit, quo repentino ejus adventu perculsi Pœni libenter incolumitatem suam salute hostium redemerunt, pactique sunt, ut eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. Quod si sua mœnia rex tueri perseverasset, nec hostium terram ingredi ausus fuisset, illa continuis belli malis pressa securæ Carthagini bona pacis fovenda reliquisset. Nunc inferendo quæ patiebatur, dum alienas potius lacessit opes, quam suas tuetur, quo æquiore animo regnum deservit, eo tutius recepit, post Liv. Machiavell. *disputat. de Republ. lib. 2. cap.* 12. Valer. Max. *exemplor. memorabil. lib. 7. capit.* 4. Jacobin. *in verb. & promiserunt, numer.* 3. Curt. *de feud. part. 4. numer.* 7. Schrad, *tract. feud, p. 6. cap. 6. num. 14. in fin.*

Sic etiam Thamyrade † Massagetarum Regina Cy- 40 ro adventanti, suumne ingredi Regnum, an foris se expectare mallet? optionem dante; contra aliorum illud Cræsus suasit sententiam, eo motus, quod si extra suum Regina vinceretur, Regnum, novo comparato exercitu, citra pulverem hoc conservare posset; sin intra, nulla amplius novarum spes superesset copiarum. Herodot, *lib.* 1.

Antiocho etiam Annibal fuisse fertur charus Romanum ubi subigere satageret populum, in Italiam (utpote in qua, quamdiu extra eam oppugnaretur, novorum præsidiorum penum haberet perpetuam) bellum transferret, ex Draudio Fürstl. Tischred. *p. 1. c.* 89. David. Hepingk. *differt. de Jure protect. conclus. 48. in Scholiis sub lit. B.*

Ex his igitur relatis, aliisque similibus, quæ ex Historicis colligi possunt, exemplis, evidens est, consultius esse, extra, quam intra territorii fines hostem propulsando. Clientes defendere.

Licet vero nonnulli, contra sentiant, & nominatim in portis mœnibusque nostris Turcicorum armorum † strepitus exaudire, quam in ipsam, Militum nostrorum Copias, Turciam abducere, satius opinentur, illos 41 tamen, cum Boter. *de polit. illustr. lib. 6. cap.* 7. & Sieur de la Nove *discurs.* 22. & hos referente D. Hepingk. *d. loc.* magis deplorandos, quam insequendos arbitror: Quin potius Crœsi, Annibalis Agathoclis & Scipionis consilia, subsequentibus adhibitis † cautelis, amplectenda esse, existimo.

Refutatio contrariam sequentium opinionem.

Cautela, ab eo, qui hostem in alieno territorio aggredi vult, observanda.

Primo, cum omne prius qui meditatur † negoci- 42 um, is solus artifex rei, gerendæ sit efficax, Auson. *de Ludo. Sapient.* oppugnare alium volens, caute, provide & diligenter exploratis omnibus, sic in alienos † 43 agros suos ducat Milites, ut reducere possit incolumes. Cujus rei Serenissimum quondam Leopoldum 44 Austriacum ejusque auxiliarios, confœderatam invadere Helvetiam tentantes, Morio † quidam (cui Küne 45 von Stocken nomen) præter, & contra sui ordinis hominum morem, hisce prudenter verbis monuit: Ihr rahtet alle / wie wir in das Land Schweitz wollen kommen / aber ewer keiner hat gerahten / wo wir wider herauß kommen wollen / uti refert Munster. *Cosmogr. p. 701. & seq.*

Cautela I.

Quod hominis fatui monitum prudens non displicebit illis, qui juxta Luculli, Scipionis & Caroli V. Imper. sententiam, malunt, Christianum † & Civem 46 unum servatum, quam mille hostes ac barbaros occisos, Plutarch. *in vit. Lucull.* & Chytr. *in Orat. Funeb. Caroli V.*

Secunda deinde Cautela, hostem in alieno Imperio aggredi volenti, observanda est, ita alium ut † 47 invadat, sicque aliena ut appetat, de suis interim ne dimicet ac periclitetur, Liv. *libr. 36. cap* 30. quod tunc fieri facile poterit, si contra naturam (qua nostra defendere, † aliena antequam eamus oppu- 48 gnatum, prius est, Idem *libr. 28. capit.* 41.) plane non tuto alienum antequam suum stabiliverit, affectet Imperium, Thucyd. *de Bell. Pelop. lib.* 6. & ob aliena possidendi ambitionem, quæ multos, (id quod hoc tempore, dum Piissimum ac Invictissimum Imperatorem nostrum, Ferdinandum II. electum & confirmatum Regem, Boemiæ Regno exuere ac spoliare putavit, Fridericus † Comes Palatinus Rheni, maximo suo infortunio 49 & condigno exilio expertus est) in præceps dedit. Diodor.

Cautela II.

Diodor, Sicul. *lib.* 4. Neoptolemicam experiatur vindictam, aut ut Camelus cornua desiderans, aures perdat, & denique cum periculo potius summa, quam tuto † humilia cum C. Octavio sequi, proponat, Patroc. *hist. Rom. lib.* 2. 50

Verum enim vero hoc si accidat indubitato statuendum, qui fortunam mutaturus est, corrumpere consilia Deûm, & quod miserrimum est, efficere ut quod accidit, merito id accidisse videatur, & in culpam casus transeat, Idem *d. loc. & ibi* Lips. *in Notis.*

Cautela III. Tertio denique, hostem in sua ditione invasurus omne cum Deo facile evitabit periculum, si præbenti sese non desit fortunæ, † & oblata casu flectat ad consilium, monente Liv. *libr.* 28. *capit.* 44. cumque Sertorio Duce, caudæ pilos equinæ paulatim, carptimque vellat, & quod viribus † atque impetu fieri nequit tempore atque assiduitate conficiat, Plutarch. *in vita Sertor.* & non præcipiti rapiat simul omnia casu, Claud. *de Bell. Getic.* nec ipse aratro jaculetur, nec malis aureis se peti (quo astu, uti fabulantur poetæ Atalantam † Hippomenes cursu superavit) neque argenteis se vinci hastis patiatur. Hoc enim Philippum † Regem oraculum quoddam Apollinis Pythii, quo pacto potiri posset victoria, consulentem tulisse ajunt responsum: 51 52 53 54

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις

Nec denique, *cum ursus adest, vestigia quærat:*
Sed tunc maturo, vel læta vel aspera rerum
Consilio, momenta regens, nec tristibus impar
Nec pro successu, tumidus spatiumque morandi
Vincendique modum, mutatis nescat habenis.

Claud. *d. loc.* Ad quæ conferri ulterius possunt quæ scribunt Renat. de Lusing. *de increm. Imp.* 2. *p.* 14. Melch. Jun. *quæst. polit. p.* 2. *q.* 73.

55 Limitatio decisionis I. Cæterum prædeducta nostra decisio limitanda est, ut non procedat, si hostis † in nostros illectus fines, angustiis locorum includi, commeatu excludi, vel alia quacunque necessitate, in Regione nostra atteri possit, tunc enim in ea expectandus potius quam in aliena aggrediendus est, Keckerm. *curs. Philos. disp.* 31. *problem.* 13. idque exemplo bellicosæ Helvetiorum gentis.

Cum enim præmemoratus Illustrissimus Austriæ Dux Leopoldus Anno 1315. Helvetiam oppugnaturus atque ingressurus esset, Confœderati, † profundis & anfractuatis suis fidentes vallibus, intra quas hostiles coarctare copias, easque ex præruptis montibus deturbatis saxis, nullis pene aliis usi armis opprimere poterant, exercitus Austriacos, ipsorum terram, inter Lacum Egre, & montem Sattel / vel Morgarten / ingredi libenter permiserunt, quo de bello Munster. *loco supradicto*, Simler. *de Republ. Helvet.* & alii videri possunt. 56

Limitatio II. Deinde etiam id, quod dictum est, extra Territorium clientum, in aliena provincia, susceptos in Clientelam, ab Advocatis defendi oportere intelligendum est, nisi provincia † in qua Clientes gravantur, atque injuste tractantur, nimis remota sit, ceu nominatim observavit D. Hepingk. *dissertat. de Jure Advocat. concl.* 43. *lit. B.* Ejus autem rei definitio (qui nempe locus remotus vel propinquus censeatur) Judicis arbitrio relinquitur, per doctrinam Alberici de Rosat. *in l.* 1. *nu.* 3. *C. de suffrag.* 57 58

An protector Clientes, in domini sui territorio defendere liceat. Præmissæ quæstioni, hanc etiam disquisitionem, non inutiliter subjicimus: *An protector † clientes suos in ipso ordinarii magistratus territorio defendere audeat*, præsertim, si cum armis & copiis veniat, & forte alios actus Jurisdictionales exerceat? hoc est, Ob ein Schutzherr auch in der Schutzverwandten Obrigkeit / Gebieth und Land / sein untergebene Schutz-Leut zubeschädigen / befugt sey?

Et remotis ambagibus, ad hoc dubium respondendum esse censeo. Regulariter quidem protectorem, nisi aliud contrahendo conventum fuerit, in quovis territorio, si possit, ad defendendos clientes obligatum esse, eo, quod, uti ex prædictis constat, ubique defendere † & succurrere teneatur, ut in individuo tradit Pet. Frid. Mindan. *lib.* 2. *cap.* 1. *numero* 15. ubi etiam *num. sequente* dicit Jus protectionis † secum afferre, ut injuriam passis Clientibus auxilium præstetur, nullius personæ habito respectu. 59 Decisio quæstionis absque dubitandi rationibus affirmativa. 60 61

Et hanc affirmativam expressim & in terminis etiam tenet Paul. Matth. Wehner. *in sua metamorph. rerumpubl. cap.* 18. *numero* 3. & sequentibus verbis, ad propositam quæstionem affirmative respondens ait, Ja es sey dann anders gehandelt / unnd unter jhnen gedinget / denn er sie in gemein zu defendiren versprochen.

Id tamen quod de defensione in quovis territorio licita, dictum est, isto cum moderamine intelligi volo, quando scilicet, protectio contra externum suscipitur, secus † autem quando adversus proprium Dominum Clientes defendere vellet Protector, quia non licet alterius subditos contra ipsorum superiorem defendere, sicut nominatim consulendo tradit Wesenbec. *part.* 1. *consil.* 48. *numero* 8. *per l.* 2. ubi Cujac. *C. ut nemo ad suum patroc. libr.* 11. *& in l. quidam* 132. *de verbor. obligat. & Cod. Theodos. libr.* 11. *Tit.* 24. *de Patrocin. vicor.* Quod & in publica Religion. Pace, decreto Imperii sancita, diserte cautum est, *ne quis scilicet utriusque libet Religionis in protectionem suscipiat subditos alterius domini* Aur. Bulla Caroli IV. *Tit.* 16. *R. A.* zu Speyr *Ann.* 1529. §. Wir auch Churfürsten, Fürsten / Prälaten / *ibi*, Desgleichen keiner deß andern Unterthanen unnd Verwandten / des Glaubens und anderer Ursachen halber / in sondern Schutz und Schirm / wider jhre Obrigkeit nehmen sollen noch wollen / *&c.* R. A. zu Augspurg Ann. 1555. §. Es soll auch kein Stand / *ibi*, wider jhre Obrigkeit in Schutz unnd Schirm nehmen. Eosdem ergo multo minus contra Dominos suos defendere licet, in proprio ipsius territorio cum speciatim etiam vetitum sit in † terrarum dominiis, alterum alterius impedire Jurisdictionem, Bald. *in l. Testamenta numero* 1. *& 3. Cod. de Testam.* Bartol. *in l. qui Jurisdictioni* 7. *de Jurisdict.* & alii per Wesenbec. *d. loco* allegati. Id quod etiam nominatim defendit D. Andr. Gerhardus Consiliarius Saxonicus *in discurs. Aram.* 31. *selectar. quæst. conclus.* 8. *ad finem gloss.* aperte scribens, Neminem debere subditos † alienos contra ipsorum Magistratum defendere, non attento præjudicio in causa Christophori à Steinfallefels contra Electorem Palatinum cujus meminit Mindan. *c.* 16. *num.* 4. *lib.* 2. quia aliud fuit, quod Cameræ Assessores movit. 62 63 64

Quod si igitur ordinarius clientum † magistratus vel ipse est, contra quem auxilium à protectore præstatur, vel ipsemet proprios suos subditos, quantumvis alienæ protectioni subjectos, defendere paratus est, atque protegere potest, is sane irruptionem hujusmodi in suum territorium sub protectionis specie suscipiendam, tolerare nullo Jure tenetur, sed potius vel via Juris, invocata scilicet supremi magistratus, Imperatoris aut Cameræ Jurisdictione, vel etiam armis, urgente necessitate, Protectorem ab ingressu sui territorii arcere, atque propulsare potest, ut totidem verbis asserit Mindan. *loco alleg.* 65

Juris etenim est manifesti, nemini † non modo privato, sed nec ipsi magistratui licere in ædes alienas irrumpere, ibique aliquem capere, cum domus 66

67 mus propria † cuique tutissimum sit receptaculum. *l. plerique,* 18. *l. sed etsi.* 21. *ff. de in Jus vocand. l. nemo de domo.* 103. *ff. de reg. jur.* Joan. Harprecht. §. *Injuria autem.* 1. *nu.* 6. *Instit. de Injur.* praesertim civilibus in caussis etiam maximis. Alberic. de Rosat. *d. l. plerique.* ubi ait, Dd. ita communiter tenere. Jalon *l. ut vim, n.* 15. *ff. de justit. & Jur.* Mynsing. *respons.* 27. *nu* 10.

Concluditur igitur cum eodem, tunc demum pro- 68 tectorem in ordinarii † territorio, licentiam dominandi seu arma ferendi, defensionis tamen limitibus circumscriptam habere, quando ipse ordinarius subditos iniquius tractat atque gravat, iisve auxilium denegat, aut ad defendendum ipse inhabilis aut insufficiens est. Ut diserte quoque statuit Paul. Matth. Wehner. *in metamorph rerumpubl. dict. cap.* 18. dum haec verba subjicit: So nun der Schutzherr mit Gewalt und Kriegs-Macht in der Unterthanen Land zeucht/unnd andere Gerichtszwengliche Mittel gebraucht / ist solches der Obrigkeit sehr nachtheilig unnd beschwerlich / unnd keines wegs zu gestatten / es sey dann / daß sie die Obrigkeit selbsten die Unterthanen Tyrannisch beschweret unnd beträngt / oder sie nicht verthädigen wil / oder kan.

E re vero clientum maxime erit hoc in casu, ubi iis 69 in magistratus sui † territorio ab hostibus oppressis, à magistratu ipso, ad tuitionem eorum sat virium non suppetit, ut eorundem hostibus & protector & magistratus ordinarius copiis ac viribus conjunctis una occurrant, quo facilius eosdem à clientum cervicibus depellant, qua tamen in re cavebit uterque, ne alter Juri alterius plus aequo inhiet, sed intra juris ac officii sui metas quisque consistat, quo de principio ante contractam Advocatiae unionem in pactionibus protectitiis expressim providendum monet. Idem Wehn. *d. loco.*

An Clientes etiam in Iudicio per Protectores defende debeant.

70 Porro ad circumstantiam loci illa etiam admodum pertinens quaestio examinanda hic est. *An videlicet Tutelares Advocati Clientes suos non tantum extra judicium à violentia de facto illata, manu armata seu militari protegere, sed in aliis etiam occurrentibus casibus, in quibus injuste, qua in personis, qua in rebus laeduntur, in judicio quoque ac coram Iudice defendere teneantur.*

Affirmativa.

71 Circa hujus quaestionis resolutionem, primo intuitu omnino sane affirmative respondendum esse videtur, protectionem scilicet, tam ad Jus sive Judicium, quam ad factum extendendam esse.

Ratio dubitandi pro affirmativa I.

Primum enim ex historicis notum est, quod Advocati superiorum temporum, Ecclesias & Monasteria in rebus ac personis suis non solum à vi injusta extrajudiciali clientes suos defendere obligati fuerint, 72 sed etiam querelas † Ecclesiarum, adversus Nobiles aliosve saeculares coram Comitibus judicialiter proponere, iisdem incubuerit, ceu nominatim ex Jure vetusto confirmat Lehman *Spir Chron. libr.* 2. *capit.* 36. Quemadmodum etiam LL. Longobardicis *lib.* 2. *Tit.* 44. *numer.* 2. Comites jussi sunt ubicunque E- 73 piscopi substantiam † habebant, absque tarditate Justitiam facere Hospin. *de orig. Monach. lib.* 4. *cap.* 21. §. *obligabant.* Trithem. *in Chron. Hirsaug. p.* 65. *& in Chron. Spanheim. p.* 140.

Ratio dubitandi II.

Deinde etiam non attento priscorum Advocatorum more, Doctores nominatim scribunt, quod de- 74 fensionem † alicui promittens lite tam de Jure, quam de facto mota, Judicialem teneatur praestare defensionem per not. *in capit.* 34. *de appell.* gloss. final. *in l.* 11. *C. depos.* Bart. *in l.* 38. *princ. de verb. oblig.* Mayn. 75 *consil.* 57. *numer.* 3. *vol.* 3. idque etiam in materia † contractuum, dummodo eorum non repugnet natura, argum. *leg. final. cum ibi not. Cod. de act. empt. & vend.* Bartol. *in constit.* 1. *ff. col.* 3. *versic. Quaero quid importent*, quem sequitur Abbas *consil.* 49. §. *Sed his non obstantibus vol.* 2. & Barbat. *consil.* 62. *numer.* 1. *vol.* 4. sive promittens in Magistratu † constitutus sit, sive 76 non Schrad. *consi.* 40. *numer.* 92. *& seq. inter consil. Kirchov. vol.* 1.

Ratio dubitandi pro Affirmativa III.

Tertio id comprobari videtur, ex promissoriis etiam hodiernarum † Advocatiarum literis, in qui- 77 bus ut plurimum verba ista defendere, tueri, conservare, manutenere, posita reperimus. At illa ipsa verba magis sonant in Jus, quam in factum, ut nominatim tradit Bartol. *in leg. damni ult. ff. de damn. infect. numer.* 2. idemque *in l. stipulatio ista. in princ. numer.* 4. *ff. de verb. obligat.* notat Cynus *in l. fin. C. de actionib. empt.*

Imo verbum istud, defendere, generale † est & de- 78 fensionem tam Judicialem, quam contra factum injustum extrajudicialem importat. *l. defensionis facultas,* & *ibi* gloss. & Bart. *Cod. de Jure fisci, libr.* 10. tradunt Dec. & Cagnol. *in leg. non videtur defendere numer.* 4. *ff. de reg. Jur.* ubi habentur plura ad propositum, & sequitur novissime Bartholomae. Bertazol. *in tract. de clausul. claus* 29. *gloss.* 9 *numer.* 3. De defensione etiam Juris & facti ponit Bald. *col.* 12. *num.* 57. *Cod. qui accus. non poss.*

Et licet verba ista defendere, & † defensio in jure di- 79 versimode accipiantur, ut late per Alber. *in dictionario suo, in verbo, defendere & verbo defensionis.* Bart. *in l. Liberto in fin. ff. de neg. gest.* Alex. *in l. de pupillo,* §. *fin. ad finem ff. de novi oper. nun.* Doctores *in l.* 1. *C. de Jur. & facti ignor. & in l.* 1. *C. de testib.* Tamen proprie † & 80 secundum ejus propriam significationem, accipitur pro defensione, Judiciali, sicut & defensor vocatur proprie qui alium in Judicio defendit, *l.* 9. §. *Jusjurandum, l.* 34. §. *defensor. ff. de Jurejur.* Calvin. *in Lexico hoc verbo.* Alber. *in Dictionar. d. verb. defensio.*

Similiter de verbo tueri quod † idem etiam impor- 81 tet, quod verbum defendere habetur *in leg.* 1. *in princ. ff. de tutelis, & in* §. 1. *&* 2. *Institut. eod. tit.* ubi tutores quasi tuitores, id est defensores dicuntur, & *in l.* 3. *in princip. ff. de offic. praefect. vigil.* Ergo videntur conventiones protectionum etiam ad defensionem in jure & judiciis porrigi.

Tum ista assertio ex eo etiam maxime confirmari videtur, quod plerunque in defensionum tabulis inseri soleant verba ista, defendere de Jure & facto: Ea autem intelliguntur magis de † judiciali, quam 82 extrajudiciali defensione, ut docet nominatim Mynsing. 2. *observ.* 19. ubi quaestionem movet, quando venditor promittit defendere emptorem de Jure & facto, & is vi armata per aliquem expellatur, an eo casu venditor teneatur defendere? & concludit, quod non intelligatur promisisse, se defensurum eundem à violentia extrajudiciali sed Judiciali potius interpellatione, allegans ad id Panorm. *in capit. ult. de empt. & vendit.* & Zas. *in l. stipulatio ista. in princip. numero* 28. *&* 29. *ff. de verb. obligat.* Et hanc eandem sententiam tenent communiter Dd. Cyn. & Salyc. *in l. fin. de Act. empt.* Bartol. *in l. non solum.* §. *si status vers. juxta hoc quaeritur. de procur. & in leg.* 1. *in lect. antiq. de evict.* Joan. de Imol. *in c. fin.* & *ibi* Petr. de Anchar. *de empt. & vend.* Bald. *cons.* 176. Petr. de Anchar. *cons.* 817.

Ratio dubitandi IV.

Quarto pro hac assertione militare videntur tex- 83 tus *in cap. audientiam de appellat. & in leg. unic. Cod. si quacunque pradit. potest.* ubi verba, *Protectio, Tuitio*, in fine posita, inferunt † & denotant, Jurisdictionem & Judicandi potestatem, quam protectores & Tuitores, propter factum ad se recursum in Judicio adipiscuntur. Unde apparet, Clientum etiam

in

in Judicio defendendorum necessitatem incumbere. Hinc & Bald. *in d. l. unic. verb. tuitio* aperte dicit, quod sub nomine protectionis, plena jurisdictio contineatur, & quod ibi tuitio nihil aliud sit, quam protectio.

84 Quinto non manibus, id est, armis, sed † solum Jure & in judicio defendendas esse res Ecclesiasticas, expresse statuit textus *in cap. consuetudo 16. quæst. 6.* cui adstipulatur Bartol. *in l. damni ult. ff. de damn. infect.* ubi nominatim asserit, quod promittens defendere, intelligatur scilicet de Jure, & non de facto. Idem *in l. ista stipulatio, in princip. col. pen. in fin. vers. quaero aliquis ff. de verb. obligat.* Florian. *in l. tam augusti, de servit.* Bald. *in l. fin. ver. quærunt Dd. Cod. de act. empt.* & per Bartol. *in l. in illa stipulatione per te, de verb. oblig.* ubi dicit, quod debeat defendere, si moveatur lis de jure vel de facto, & producere testes & jura, & solvere sumptus, sed non armata manu resistere. Franc. Aretin. *in l. quidam cum col. 4. de verb. oblig. circa princ.*

Ratio dubitandi V.

85 Sexto constat quod Vasallus, † cui protector æquiparatur, Dominum teneatur verbo & facto defendere, ut ait Afflict. *in cap. 1. §. præterea, num. 11. & nu. 26. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt.* Rosenthal. *tract. suo feud. lib. 2. c. 10. conclus. 17. n. 73. lit. Oo.*

Ratio dubitandi VI.

86 Septimo assertionem illam † affirmativam de Judiciali nempe defensione videntur sequi tam recentiores quam vetustiores Jurium interpretes, è quorum numero, inter modernos primus occurrit Modestin. Pistor. *consil. 19. incip.* In der Durchleuchtigen *libr. 1.* Is enim *in eod. consilio ante numero 16. versic.* Zum Andern hisce verbis ita expresse scribit, Und ob wol auß Krafft deß Schutzes / darin die Fürsten pflegen anderer Herrschafft Unterthanen / und Verwandten zunehmen / denselbigen Herrschafften kein Nachtheil sol eingeführt / noch einige Obrigkeit und Gerichte angemast werden / So verpflichtet sich doch der Schutz-Fürste vor seine Schutzverwanten / wenn sie jrgend bewältiget und verunrechtet würden / Krieg zu führen / unnd also sie nicht allein mit rechtlicher Außübung / Rahe und Hülff / sondern auch thätlich zu schützen und zu handhaben.

Ratio dubitandi VII. ab authoritate.

Et hæc opinio etiam comprobari videtur authori-

87 tate Bartoli *quæst. 2. numero 6.* ubi expresse dicit, † eum qui suscipit alterius defensionem, vicem ejus suscipere etiam, quantum ad tribunal, quia eum etiam pro tribunali defendere debeat. per *l. sed & hæ 35. §. non solum. & §. defendere. ff. de procurator.* Et hanc Bartoli sententiam in terminis approbare videtur novissime Petr. Wesenbec. *cons. 5. sub numero 40.* ubi inter alia dicit: Die receptio in protectionem gibt dem Schutzherrn nicht mehr Gerechtigkeit / dann daß er macht hat unnd schüldig ist / die Clientes, wann sie mit Gewalt bedrängt unnd beschweret / nicht allein via Juris, zu vertretten / sondern auch mit gewapneter Hand zu schützen.

88 Concordant annotata elegantiss. † Gailii illustratoris Bernhard. Grevæi *lib. 2. conclus. pract. obser. ad conclus. 54. consider. unic. nu. 2. in fine*, ubi expresse dicit, si casus necessitatis exigat, ut Clientes defendendi sint, id in judicio etiam faciendum esse, referendo se ad Tiber. Decian. *respons. 117. nu. 17. vol. 3.*

89 Et hoc idem in effectu † sentire videtur Albert. Brun. *consil. 86. numero 5. lib. 1.* ubi formaliter dicit, quod Regia majestas, tam via Judiciaria, quam de facto teneatur Dominos de Incisia (qui erant sub protectione ejus) expulsos defendere, ita quod urbaniter agatur, procedendo via Juris contra Dominum Odonem expulsorem.

90 Superioribus † accedit clariss. Jurisconsultus And. Knich. *comment. de Sax. non prov. Jur. verbo Datum cap. 5. num. 495.* Ubi in descriptione Juris protectivi *in fine* subjecit verba illa *de jure & facto*, ex quibus sane inferendum videtur, Clientes per Patronos etiam in judiciis defendendos esse.

Demum prænominatis adstipulari videtur Jacob. Novell. *in tract. ad defensam reor. in princip. num. 3.* ubi dicit, quod promittens aliquem defendere, † intelligatur illum de jure & de facto tueri, id est, ea facere, quæ facta sunt, puta assistere in judicio, testes producere, expensas solvere & alia similia in facto consistentia expedire, adducens ad hoc Decium *in l. non videtur defendere numer. 6. ff. de reg. Jur.* Angel. & Jason *in l. stipulatio ista. numer. 14. ff. de verb. obligat.* & *ibi* Dd. modernior. Felin. *in cap. causam quæ. de offic. deleg.* Alexand. *consil. 127. incip. viso col. 2 vol. 5.* Ancharr. *consil. 87. incip. omisso primo dubio* Bald. *consil. 369. num. 2. vol. 1.* Doctor. *in l. 1. C. de Jur. & fact. ignor.* Paul. de Castro *consil. 197.*

91

Verum etsi ego prædictorum † consulentium & aliorum insuper allegatorum authoritati, quæ maxima est & esse debet, nihil detractum esse velim: ab eorum tamen opinione, dato, quod ita sentiant, plane alienus, concludo, Clientes à patronis Tutelaribus solum in facto, quando inquietantur, & non in judicio, ex necessitate, nisi aliud conventum fuerit, defendendos esse.

92 *Decisio Negativa.*

Primum ita pronunciandi fiduciam † præbet text. manifestus *in cap. 1. de offic. & potest. delegat. in 6.* ubi Bonifacius IV. statuit conservatores (qui idem sunt quod Protectores) à manifestis injuriis & violentiis eorum fidei commissos, defendere debere, nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam potestatem extendere posse. Idque adeo severe inhibitum est, ut si conservatores aliis quam manifestis injuriis se immisceant vel ad ea quæ Judicii indaginem requirunt, manum extendunt, eo ipso per annum ab officio suspendantur, pars vero quæ hoc fieri procuravit, sententiam excommunicationis incurrat, à qua absolvi nequit, nisi ei quem in Judicio defatigavit, prius de expensis integre satisfecerit text. *in cap. final. de offic. deleg. in 6. & dict. cap. 1. ibidem*, ubi itidem Dominic. de S. Geminian. eundem textum illustrando aperte dicit, potestatem † datam alterum defendendi, necessario non includere concessionem potestatis defendendi cum indagine judiciali, sive in judicio, Idem docet Ant. Cucchus *Instit. Jur. Canon. lib. 1. Tit. 15.*

93 *Prima decidendi ratio.*

94

Deinde traditam à nobis conclusionem veram esse non tam usus quotidianus, communisque observantia, testatur, quam ipsa tutelaris Advocatiæ proprietas edocet.

Decidendi ratio II.

Nam, si recte perpendamus defensionis † negotium, negari nequit, naturam juris protegendi requirere, ut tales protectores clientes suos adversus vim, cum armis & militibus, tanquam proprios subditos & incolas defendant, atque tueantur, ita Jus protectionis definit Bartol. *in l. 1. numero 2. Cod. de excusat. mun. lib. 10.* & in prima *Constitut. ff. §. omnem numer. 7.* ubi dicit verbum protegere, importare † necessitatem defendendi cum armis, idemque asseverat And. Barbat. *cons. 1. vol. 4. vers. restat nunc videre*, ubi expresse dicit, quod protectores habeant potestatem defendendi de facto cum armis. & idem *consil. 62. eod. volum. col. 2.* ubi innuit quod verba recipere sub protectione & Tutela importent defensionem cum armis; Nam verba † esse intelligenda, habito respectu ad qualitatem rei & personæ, ad quam referuntur, *leg. ex militari. ff. de Testamen. milit.* & *ibi* dixit Bald. quod si permittitur † Episcopo, ut celebret tempore interdicti, intelligatur in pontificalibus

95

96

97

98

secun-

secundum qualitatem personæ, quæ actum perficit, cui accedit Guid. Papa *decis. Gratianop.551.num.9.* ubi dicit, Salvam Guardiam de sui natura requirere potentiam armorum. Concurrit cum his Mart. Laudens. *de confœderat.Princip. quæst.43.* ubi dicit, Principem † qui accepit civitatem sub protectione, debere eam defendere cum armis, allegat casum *in leg.1. & Rubric.C.de domest.&protector. Rayner.in l.non omnes §.qui ff.de re militar.*

99

100 Tertio assertionis hujus veritas edocetur etiam ex paritate vassallorum. Quamvis enim illi ratione præstitæ fidei & feudi respectu fortius ad defensionem Dominorum suorum obligati sint, quam Advocati, non tamen coguntur Dominos suos in judicio defendere Schrad. *tract.feud.part.6. cap.6. nu.97.* Matth.de Afflict. *in c.1.in princ.num.48.quib.mod.feud. amitt.*

Ratio decidendi III. ab exemplo Vasalli.

101 Quarto hanc sententiam † defendit Jacob. Micyllus Illustrium quondam ac Generosorum Dominorum Hohenloentium Cancellarius *in quodam consilio pro parte nobilis Collegii Chombergensis* in causa protectionis Illustrium ac Generosor. DD. Baronum de Limpurg. S. R. Imper. Pincernarum scripto, ubi dicit, quod verbum, Protectio, solummodo importet id, ut præfati Domini de Limpurg collegium à violentiis atque injuriis cum armis conservare atque protegere debeant, hisce verbis vnnd bringt diß Wort Protectio allein so viel mit/ daß die von Limpurg den Stifft vor Gewalt cum armis erhalten/ vnd verthädigen sollen. per Bartol. *in proœm. ff. in princip. col. 3.* prout & hoc latius tractat Hieron. Schurff. *consil. 23. cent. 3.*

Quarta decidendi ratio ab authoritate.

102 Quin & ipsum verbum, protegere, † ut alibi dictum est propriissime accipitur pro defensione cum armis. *leg. 1. & fin. Cod. de profess. & Med.* & clarius *in leg. desertorem. §.fin.ff. de re militar.* quos ad hoc allegat Petr. de Petra. *de potest. princip cap. 6. numer. 2.* ubi dicit, rectius rem considerando, verbum, protegere, proprie accipi cum armis.

Sic & vulgares nostri idiomatis voces, quæ in omnibus fere clientelaribus tabulis apud nos inseri solent, non aliam quam extrajudicialem protectionem inferunt, quæ in hunc modum fere concepta leguntur, vor vnbillichem Gewalt getrewlich handhaben/ schützen vnd schirmen.

Sic etiam communiter de assecurato per salvum conductum, traditur a Dd. eum duntaxat de violentia, quæ de † facto, non etiam quæ de jure infertur, defendendum intelligi, ut late per Andr. Barbat. *in cap. præsentia num.3. de probat* Bartol. *l. ult num. 1. Cod de dign. & in leg. 3. num 3. ad leg. Jul. majest. l. 1.* ubi Rebuff. *de navicul. lib. 11.* Mynsing. *pract. obs. 82. in princip. Centur. 1.* Wesenbec. *in paratit. ad tit. Cod. de satisd. num. 4. & in Supplementis ad Schneidevv. Instit. de satisd. num. 5. vers. & contra violentiam facti, non juris cavet.* Eberhard. Speckhan. *quæst. Jur. centur. 1. quæst. 1 num. 18.* his adstipulatur Peinlich Halßgerichts Ordnung Caroli V. *art. 156. in fin. & art. 76.* ubi dicitur, Es soll kein Parthey noch Zeuge vor den Richtern oder Commissarien / vor peinlicher Rechtfertigung verglettet werden / aber für Gewalt mögen die Partheyen vnnd Zeugen für Gerichts verglettet werden / etc. Hinc formula illa vulgata, Wir geleiten dich zu Recht vnnd vor unrechtem Gewalt / vnnd nicht weiter / etc.

103

Quare si Doctores de qualitate defensionis penitius introspiciamus, colligemus, eos omnes loqui de defensione armata, nequaquam vero Judiciali. Nam Advocatus sive ad protegendum obligatus, ex natura contractus, ut dictum est, defensionem præstare debet manu militari, sive cum armis. Hoc enim proprium † est officium Advocatorum Tutelarium, ut satis probat text. *in leg. 3. in fin. ff. de re milit.* gloss. *rubr. Cod. de domest. & protect. lib. 12.* tradit Bartol. *in 1. constitut ff. § omnem num. 7. & in l. 1. num. 3. Cod. de excus. muner. libr. 10.* ibidemque Joan. de Plat. *num. 2.* Phil. Dec. *in cap. ad audientiam num. 3. de appellat.* Alexand. *consil. 13. col. 4. post num. 15. vol. 6.* Andr. Barbat. *cons. 1. col penult. post num. 15. vol. 4.* Schurff. *consil. 23. ante & post num. 1. cent. 3.*

104

Quod ipsum inter modernos non obscure testatur novissime post hæc scripta visus D. Hepingk *disput. de jure protect. conclus. 54. lit. A.* ubi scribit quod licet Domini, quandoque subditos † suos in Judicio defendere teneantur, ita jubente gloss. & DD. *in c. 4. in fine de privil. in 6.* Felin. *in c. auditis n. 27. de præscript.* Papiens. *in pract. in form. libell. act. negat super verbo dictamq; domum*, maxime si tali afficiantur † molestia, ex qua aliquo modo impediatur utilitas Domini idem Hepingk. *conclus. 12. lit. E. versic. idq; non solum.* At vero clientes non sint Protectoris subditi, ut *alibi* sæpius & plenissima Bucca *in Cap. X.* diximus ac probavimus, ideo protectores † non esse obstrictos, in Judicio Clientes defendere, adeoque etiam in Camera † pro illis supplicare haud posse, Rutg. Rulond. *de Commiss. part. 4. lib. 2. c. 3 n. 12.* ubi in causa † Königstein contr. Isenberg / Anno 1560. 21. Octobr. hoc observatum esse notat. A qua etiam sententia alienus non est sed eandem expresse defendit Jacob. Synzius *disput. de Jure protect. th. 19. in fin.* ubi dicit Jus protectionis ad necessitatem Judiciariæ defensionis non produci arg. *l. 4 ff. de Judic.* idque etiam tenet Regner. Sixtin. *inter consil. Marpurgens. tom. 3. consil. 8. num. 105.* ubi expresse tradit, Jus hoc † protectionis ad hoc tantum esse constitutum, ut protectores armis contra injuriam aliorum defendant eos, quos in tutelam & protectionem receperunt, *l. desertorem. §. fin. in fin. ff. de re milit.* Bar. *in proœm. ff. in princ. col. 3. in fin. vers idem dicitur hic*, ubi dicit, quod verbum, protegere, importet armis defendere & non citat ad hoc tantum text. *d. §. fin.* sed & addit, id probari *in l. 1 & l fin C de profess. & med libr. 10.* Accedit huic sententiæ Budæus *in l. Herennius ff. de evict.* Gail. *obs. 54 n. 2. lib 2.* quibus nominatim post alios suffragatur Waremund. ab Erenb. *medit. pro fœder. lib. 1. c. ult n. 12.*

105

106

107

108

109

110

Quippe protectio talis in effectu nihil aliud videtur quam † auxilium; quod præstari dicitur, armis, manu, clamore, & objectu corporis, *l. 1. §. tulisse & l cum domi nus ff. ad Syllan.* Et his modis etiam deducendo vel comitando aliquem secure. *§ fin.* cum ibi not. per Bald. *in tit. de pace Juram. firmand.*

111

Denique ne pluribus decisionem hanc fulcire argumentis opus sit, eam ipsam sententiam secutus est Dn. Georg. Everhardus *inter Responsa sua nuper in lucem edita lib. 1. cons. 56.* quod nomine Facultatis Juridicæ Ingolstadiensis pridem in causa controversiæ Advocatiæ super pago Gebsattel inter Nobile collegium Chombergense, & Imper. Civitatem Rotenburgo Tuberanam conscripsit: ubi expresse concludit, quod Advocatus seu Protector non teneatur ad defensionem in Judicio, eo quod alius sit Advocatus in Jure; & alius Advocatus seu Protector, Schutz vnd Schirmherr / de quo nos loquimur.

Quibus ita constitutis, conveniens esse videtur, ut quæ *supra* pro affirmantium partibus commemorata sunt, refellamus.

Solutio contrariorum argumentorum

Non obstat autem primo loco exemplo priscorum Advocatorum, qui Ecclesiarum querelas coram Comitibus Judicialiter proponere tenebantur, quia, ut *alibi* dictum, argumentum † à priscis clientelis, extra-

Responsio ad 1. dubitandi rationem.

112

non inveniunt, & Clientum infestari timetur quies, ad arma recurrendum esse, Curt. sen. *conf.* 20. *num.* 41. suadet, & de iis quæ oratione † dirimi non possunt, 124 decertandum esse armis Dionys. Halicarn. *antiq. Rom. lib.* 3. voluit.

Nec hic quicquam miseri fletus, lamentaque prosunt: & sedendo aut votis debellare posse, stultitia est credere Liv. *lib.* 22. *cap.* 14. cum alias etiam votis † 125 aut suppliciis muliebribus, Deûm non parentur auxilia; & ubi socordiæ ac ignaviæ nos tradimus, iratos & infestos Deos nequicquam implorantis; sed vigilando, agendo & bene consulendo prospere omnia cedunt. Salust.

126 Cæterum ad aliam insuper verborum, † in tertia dubitandi ratione objectorum, explicationem progrediendo, ignorandum non est verba illa, de facto & de Jure conjunctim prolata, duplicem adhuc sensum habere; unum, ut intelligamus de Jure & de facto; hoc est in judicio & extrajudicialiter, per notata Francisc. Personal. *[illegible]* 19. *n.* 12. ubi dicit, plerosque censuisse, quod quando quis promittit de Jure & de facto conductorem defendere, in re conducta, quod teneatur etiam extrajudicialiter eum defendere, alias ad conductoris interesse tenetur, allegans hujus opinionis asseclas Alex. *conf.* 195. *num.* 7. *lib.* 6. Socin. Jun. *conf.* 115. *n.* 24. *lib.* 1. Durand. *tract. de arte testand. tit.* 8. *caut.* 3. *n.* 5. Hippol. Rimin. *in prin. Instit. de don. num.* 45. *& seq.* 2. *n.* 104. *Inst. eod. tit.*

Alter sensus esse potest, verborum de Jure & de facto, ut paulo ante in princip. refutationis argumenti hujus secundi explicavimus, accipiuntur autem in protectionis nostræ materia, posteriori, non priori sensu, ut ex prædictis satis patet.

127 Quod vero quinto loco ad firmamenta ex c. ad audientiam de appellat. & ex l. unic. C. si quacunque prædit. potest. attinet, ex iis minime probatur, clientes in Judicio esse defendendos. Nec patitur text. in *d. c. ad audientiam*, id talem necessitatem se produci; Imo textus ille, nec de protectione tali, neque de Judiciali defensione loquitur, sed in casu, quando aliquis 128 se † subjicit protectioni superioris, per viam appellationis, prout *ibi* communiter notant DD. Atque isto casu protectio respicit ipsam superioris Jurisdictionem, sicut illa etiam continetur active & passive in casu *l. unica, in fin. ubique* Bald. not. *col. fin. vers. ibi Tertio. C. si quacunq. prædit. potest.* Alias vero submittens se alicujus protectioni, non subjicitur ejus Jurisdictioni, uti *alibi* prolixius asseruimus.

Resp. ad V. dubitandi rationem.

Ad objectum sexto loco textum ex *c. consuetudo* 16. *q.* 6. quod attinet, ex eo plane nullum pro sententia contraria fulcimentum desumi potest.

Responsio ad VI. dubitandi rationem.

129 Nam in illo Canone † Gregorius Papa reprehendit consuetudinem cujusdam Ecclesiæ, ubi rectores statim, cum putabant urbana vel rustica prædia ad Ecclesiam suam pertinere, more fisci signa imprimebant, & violenter, sine judicio possidentibus auferebant, ibique præcipit, ut quicunque talia de cætero fecerit, anathematizetur, *ibid.* gloss. *in verb. consuetudo.*

Non autem prohibet ibi, arma sumere, contra manifestos oppressores. Neque enim summi Pontifices homines † illos opprimi sinunt, sed necessitate 130 occurrente, præsentialiter vindicant, cum gregis † sui 131 altores & præcipui sint adjutores juxta *c. scire vos* 23. *q.* 8. Unde & Ecclesiasticis † personis defensionem ar- 132 matam permittit text. *in cap.* 6. *de sentent. excomm. in* 6. Philip. Dec. *in serm. pro Justif. Concil. Pisan. n.* 10. qui extat apud Gold. *Monarch. S. R. Tom.* 2. *p.* 1777. Quinimo eandem Nicolaus Papa *in cap. authoritatem* 15. *q.* 6. expresse, & in terminis Protectoribus Ecclesia- 133 rum mandat, ut spirituali † simul ac materiali gladio tamdiu malignos illos ac violentos oppressores, eorumque fautores insequantur, quo usque cum integritate possessiones atque res Ecclesiasticæ distractæ seu direptæ revocentur.

Ea porro quæ septimo loco ab exemplo Vasalli objecta fuere, suam habent resolutionem ex præmissa tertia decidendi ratione, ubi ex Feudistis edoctum est, quod licet Vasalli magis obligati sint ad Dominum suum defendendum, quam Protectores respectu clientium, eos tamen in Judicio pro iis stare non cogi.

Ultimo decisioni nostræ minus etiam † refragantur 134 authoritates, Petri Wesenbecii, Bartholi Bruni, And. Knich. Grævei & Modest. Pistor. *supra* relatæ.

Responsio ad allatas DD. authoritates.

Primum enim ad verba illa Rechtlicher † außfüh- rung, quæ M. Pistor. habet, quod attinet, si per illa in- 135 telligit, clientes, per viam Juris esse defendendos, inde adhuc non infertur Judicialis defensio; sed ea tantum quæ fit sine armis, puta Legationibus, Intercessionibus, & interventionibus vel aliter extra vim armatam pro clientibus susceptis, quemadmodum hæc verba † Via Juris accipit & interpretatur D. He- 136 pingk. *dissert. de Jure protect. conclus.* 41. ubi scribit, ex eo quod dixerit Advocatos via Juris defensionem præstare debere, non esse trahendum, quod in Jure & Judicio eos defendere debeat, sed Via Juris id est sine armis, esse accipienda.

Quod si vero ponamus Pistorem voluisse per verba prædicta, mit Rechtlicher außführung, id est per Processum Judicialem Clientes esse defendendos, tunc responderi potest interdum quidem fieri, ut principes in suam protectionem receptos, tam in Jure, mit rechtlicher außführung, ut Modestinus loquitur, quam in facto, mit thätlicher Schützung oder Handhabung defendant. Verum ex hoc non sequitur, quod ad defendendos clientes in judicio ex debito teneantur, arg. *d. l. non quicquid. ff. de Judic.* Ita nominatim scribit Martin. Laudens. *de confœd. Princip. q.* 56. *Si*, inquit, *in capitulis pacis contineatur, quod talis Civitas sit sub protectione Regis vel Ducis, tunc Rex vel Dux non habet Jurisdictionem in tali Civitate c. ex parte tua, l. de privilegiis, sed habet potestatem defendendi vel de facto cum armis, vel etiam de Jure in Judicio. no. in d. c. ad audientiam de præscript.*

Quod autem potestati † alicujus tribuitur, necessitati 137 ejus non subjicitur. Matth. Coler. *conf.* 34. *n.* 110. *per l. non quicquid ff. de Judic. l. potestatis verbo. de verbor. signif. l.* 1. *§. in potestate &* ibi Bart. Bald. & alii, *de exercit. act. & l.* 1. *§. potesta. de pecul.* cum aliis vulgatis.

Quare hi aliique prætitati DD. id tantum velle videntur posse Protectores, si velint, Clientibus etiam in Judiciis & coram Judice assistere, ad illud tamen minime esse obligatos.

Speciatim vero quod ex Bruno inductum fuit, vi- 138 dentur quidem verba ejus inconsiderate legenti sonare tale quippiam. At non dicit Brunus, quod ipse Rex protector pro expulsis debeat agere, & sic processu Judiciali eos defendere; nec si diceret, ei standum esset, cum sine lege loqueretur, *l. illam C. de collat.* Sed vere loquitur in terminis *d. cap. ad audientiam*, quod manifeste patet *ex principio consilii*, quod ita incipit. *Dubitatur, an regia majestas possit cognoscere de spolio magnificis Dominis Marchionibus Incisiæ per Dominum Octavium facto, &c. aut saltem de facto teneatur manu sua regia eos restituere?* Et finaliter hisce verbis concludit, *Unde regia majestas omnino tenetur in judicio consequenter cognoscere, facere de spolio, scilicet propter factum ad ipsam recursum, qui se protectioni Regis ipso Jure subjecerant*, subjungens, *& extrajudicialiter adjuvare istos Dominos Marchiones expulsos tum, quia sunt confœderati vel adhærentes, tum,*

quia ſunt ſub protectione, ſcilicet ſpeciali Ducum Mediolanenſium, eo, quod Imperator, propter maximam locorum diſtantiam, non poterat eis præſidium contra hoſtes afferre, ut *ibid.* dixerat *ſub n.2.*

Et quamvis etiam Græveus cum Deciano Principem in caſu † neceſſitatis, ſi certum & finitum Lex conventionis modum præſcribat, ad Judicialem etiam Clientum defenſionem eſſe obſtrictum exiſtimet, ejus tamen opinionem non admittendam eſſe nobiscum etiam ſentit poſt hæc ſcripta viſus D. Hepingk. *de jure protect. diſputat. noviſſima, Theſ.* 41. ubi dicit ſe Regulæ à nobis traditæ adhærere, quam controverſam & dubiam admittere exceptionem, malle, arg. *l.69. ff. de legat.3. & l.8. §.16. Quib. mod. pig. vel hyp. ſolv.* [139]

Non obſtant denique ea, quæ ex Jacobo † Novello & per eum allegatis Doctoribus allata ſunt. Nam ſatis conſtat, ibi defenſionis verbum, accipi pro aſſiſtentia Judiciali, & non protectione clientelari. [140]

Ex quibus omnibus ſatis manifeſtum eſſe arbitror, quod, non attentis iis, quæ in contrarium ſcripta videntur, Advocatus Tutelaris, niſi ultro velit, regulariter non ſit obligatus Clientes ſuos in judicio & Jure experiundo defendere, ſed eundem muneri ſuo ſatisfacere, ſi eos à violentia extrajudiciali contra turbantes & inquietantes tueatur, & ſervet incolumes.

Utrum protectores pro clientibus captis, ex constitutione Pignorationis, relaxandis supplicantes in Camera audiantur.

Porro ex dictis in præmiſſa quæſtione facile colligendum & inferendum eſt Protectores pro clientibus captis ex pignorationis † conſtitutione, pro relaxatione eorundem agere non poſſe, ſiquidem conſtitutio † illa non niſi in ſubditis locum habeat, per tex. *in ord. Cam. p.2. Tit.22. verb.* Unterthanen Gail. *de pignorat. obſer.*15. *n.*1. [141] [142]

Deciſio Negativa. Ratio dubitandi.

Hos autem cum proprie faciat habitationis domicilium ut alio loco fuſiſſime oſtenſum eſt, conſequitur inde quod ſicut, pro hominibus propriis, in alterius territorio degentibus, Dominus illorum non ex conſtitutione pignorationis ſed coram ordinationis Judicibus, ſuper turbata Libertatis poſſeſſione agere poteſt, ceu nominatim in cap. VI. in fine dictum eſt, ita clientes captos, propter domicilii & ſubjectionis defectum, multo minus protector; (quamvis ubi de illorum † commodo agitur, ſubditorum eos nomine contineri, poſt Schvvanman. tradat Beſold. *de appellat. c.4. §.5.*) per Mandatum ſuper d. Conſtit. Pignorat. juvare aut liberare poteſt D. Hepingk. *diſput. de Jure protect. concluſ.54. lit. B.* [143]

Supradicta tamen illatio Juri conveniens temperamentum recipit, quod Protectores pro Judæis, † ſub Tutela eorum territoriove degentibus clientibus, ex conſtitutione Pignorationis, pro eorundem relaxatione agentes, aliis requiſitis non deficientibus audiantur, ſiquidem Judæo † incarcerato, Statui, qui eundem receperat, ſuper hac conſtit. pro Mandato ſine clauſula ſupplicanti, adverſus detinentem in Camera illud decretum fuiſſe, ex Schvvanman. *alibi* docuimus, id quod refert etiam Wehn. *pract. obſerv. voce* Schirms Verwandten / atque hinc Judæos, † als Schirmsverwandte / ſubditorum comprehendi nomine, in Camera concluſum fuiſſe, dicit Ruding. 3. *obſer.*13. *n.*1. in teſtem advocans Myſ. 5. *obſ.*6. ubi Juramentum ſuppletorium in Cam. Imp. etiam Judæis deferri teſtatur, ea de cauſa, quod de Germaniæ conſuetudine & Cameræ ſtylo, pro civibus Romanis habeantur, indeque prædictus Rudinger concludit, quoslibet locorum † Magiſtratus Immediatos, ad defenſionem Judæorum, uti & cauſarum eorundem admitti, ſicut An. 1510 18. Decembr. in Camera judicatum, atque ad eos Pignorationis conſtitutionem, non qua Schirmsverwanten / ſed qua communi Romano vivunt Jure, per tex. *l.3. c. de Jud. & Calic.* & recipientium cives ſunt atque ſubditi, pertinere tenendum eſt, ad quod conferri poſſunt, ea quæ in *c.10. ſub n.549.* eandem in rem limitando ſcripſimus. [144] [145] [146] [147] [148]

His ita de loci circumſtantia declaratis, videndum porro eſt de tempore, quo Protectores officio ſuo fungi debent, ac quando ad defenſionem Clientum obligati ſint. [149]

Tempus præſtandæ per Advocatos defenſionis.

Ac primum quidem, cum auxilium per Protectores ſuſceptis in clientelam præſtandum certo tempore non ſit definitum, ſed ex uſu & indigentia clientum pendeat, ideo illud inprimis hic ſtatuendum eſt, defenſionem † ab Advocatis eo tempore eſſe exhibendam, quando Clientes tuitione ipſorum neceſſario indigent. *l. quoties certa ff. de oper. libert.* Eſtque manifeſta diſpoſitionis hujus ratio, quia defenſionis beneficium eſt † ſpecies operæ, cujus editio nihil eſt aliud, quam præſtatio cujusdam officii, quod alio deberi, quam quo is volet, cui præſtandum eſt, tempore, abſurdum ſ. erit credere, ut Cajus ait *in l. cum patronum. verſ. cum enim. ff. de operis libert.* [150] [151]

Quando Protectores defenſionem Clientibus ſuis exhibere teneantur.

Quare, ſicut operarum electio † pertinet ad Patronum ut videlicet edantur, quando ipſi placet, ita & de Protectione idem ſentiendum eſt, ut videlicet eo tempore præſtetur quo clientes illam exigunt. Matth. Coler. *de proceſſ. executiv. part.1. c.19. n.*101. [152]

Obligatus ſiquidem ad operas, non poteſt tempus pro tempore eligere, aut aliis temporibus ſervitia præſtare, quam quæ ei ad hoc deputantur per patronum. Dynus *in l. uſumfructum cum moriar 5. §.1. de uſufruct. legat.* Florian. *l. quaſitum 37 de uſufruct.* Bald. *in l. ex conducto 15. § item cum quidam in fin.* ubi & Alex. not. *ff. locati.* [153]

Abſolute autem tempus defenſionis exhibendæ conſiderando, generatim concludendum eſt, omni tempore & quandocunque † Protectores ad Clientes tuendos obligatos eſſe; Effectum enim defenſionis † non dicitur, conſummate implere, qui non omni tempore, auxilio ſuo ac defenſione præſto eſt, cum non dicatur factum, quod non durat factum, arg. *leg.10. §.6. ff. de in rem verſo. & leg.93. verſic. Tunc enim* & ibi gloſſ. *ff. ad L. Falcid.* poſt Angel. & Dec. Georg. Everh. *conſ.55. n.*114. *vol.*1. [154] [155]

Cæterum dictio, † QVANDOCVNQVE, cum univerſalis ſit, & omnes caſus ac tempora comprehendat, tradente Marta *de Juriſdict. p.3. nu.14 & 16.* Tuſch. *concluſ. Jur. com. Tom.2. lit. D. concluſ.*349. ideo tempore † quoque feriato, urgente neceſſitate, Advocati Tutelares defenſionem præſtare tenentur per *cap. final. de feriis*: Ut maxime enim feriatis diebus † Judicia conquieſcere debeant, *dict. cap. final* & Judex † litigantes eo audiens tempore, mortaliter peccet. Marta *Dig. noviſſ. Tom.1. lit. F. verb. Feria cap.* 1. ſi tamen inevitabilis urgeat importunitas, bellorum præparatio pro facienda Clientum defenſione, etiam tunc licita eſt, argum. *cap. ſi nulla 23. queſt.*8. Feriarum enim † ſolennitas non ſervatur, ubi pietas vel neceſſitas ſubeſt, imo cauſa, † in qua de utilitate publica agitur, diebus quoque feriatis tractari poteſt Hieronym. de Cævall. *Spec. comm. opin. contra commun. quaeſt.*760. *num.*8. Et ſane cum alias, quando in mora † periculum eſt, à Juris communis Regulis receditur argum. *leg.4 princip. de pignor.* hinc eo etiam caſu, cum hoſte pugnare licebit Bocer. *de bell. & duell. c.13. num.*16. [156] [157] [158] [159] [160] [161] [162] [163]

An & quatenus tempore imminentis periculi Protectores ad defendendum à Clientibus requirendi ſint.

Id tamen, quod initio dictum eſt † de tempore quando Clientes indigent auxilio, ipſis ſuccurrendum eſſe regulariter non aliter exaudiendum eſt, quam ſi ad ferendas ſuppetias & tuendos clientes eorumque bona defendenda Patroni ſpecialiter requirantur, & implorentur, per tex. *in l. cum Patronus ſibi, cum popoſceris & l. quoties in fin. ff. de oper. libert.* itemque *l. interdum ff. de verb. obligat.*

l. ſi

l. si quis filium §. ult. ff. de collat. bonor. Advocatus siquidem (utpote qui quasi Advocatus id est † accersitus seu rogatus dicitur post Cujac. *in paratit. l. Cod. de Advocat. divers. Judic.* Agricola in *Advocato Cap.* 8. & nos *supra cap.* 2. *sub num.* 224.) regulariter non nisi † requisitus tenetur defendere, Modest. Pistor. *consil.* 24. *num.* 25. *vol.* 1. Brunus *consil.* 86. *num.* 6. idque in terminis Advocatiæ tutelaris approbat Doctiss. Dn. Sebast. Dietherich. ICtus Hallensis *disputat. de Advocat. thesi* 25. ubi strenue defendit, in omnibus necessitatis casibus occurrentibus Advocati requisitione & interpellatione opus esse, in corroborationem conclusionis adducens Bald. *in l. si absentib. Cod. de excusat. Tutor.*

164 165

Imo, quod is qui ex obligatione tenetur ad defendendum alium, ad hoc non teneatur, nisi fuerit requisitus in specie docent Innocent. *in c. si quando ext. de offic. deleg.* pulchre Aretin. *in l. stipulatio ista habere. prope fin. ante vers. ult.* adde *ff. de verbor. obligat.* Bart. *in l.* 17. *ff. ad l. Jul. de Adult.* relatus à D. Hepingk. *dissert. de Jure protect. conclus.* 44 *lit. E.* ubi diserte tradit, quod qui alteri obligatur, ad explicandum defensionis actum se offerre, absque denunciatione non teneri. Abbas *consil.* 49. *§. sed his non obstantibus vol.* 1.

166 *Ratio dictorum.* Ratio est, quod is, qui tenetur ad factum, † non eo ipso, quod facere potest, in mora constituatur, sed ita demum, si interpelletur, vel moneatur saltem, ut ita faciat; sicuti declarant Dd. *in l. ita stipulatus ff. de verbor. oblig.* ubi Bart. *q.* 6. idem Bart. *in l. si duo §. ait prætor. ff. de const. pecun.* qui clare docuit, quod si quis † promisit, se aliquid facturum, & si non fecerit, pœnam soluturum, ut incidat in pœnam, requiratur interpellatio. Idem scripserunt gloss. Bart. & Angel. *in l. & si post tres ff. si quis cautio.* Idem respondit Aret. *consil.* 72. *col. ult.* quem secutus est Dec. *in l. quod te in* 3. *lect. n.* 45. *ff. si cert. pet.* & *ibid.* Curt. Jun. *n.* 28. idem Dec. *consil.* 2. *n.* 3. *vers. sed tamen his non obstantibus.*

167

168 Nulla enim intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla facta est petitio *l. nulla* 88. *ff. de Reg. Jur. c. non est in mora* 60. *eod. in Sexto. l. si pactus* 54. *ff. de pact. l. lectis* 40. *in fine ff. de reb. credit.*

169 Hinc etiam dicitur, promissorem † quemlibet, etiam qui pure promisit, esse tamen interpellandum, ut faciat promissa, ita censuit gloss. *in d. l. ita stipulatus* & *ibi* Alex. *n.* 22. & 27. *ff. de verb. oblig.* & respondit Paris. *consil.* 5. *n.* 49. *lib.* 4. Paul. de Castro *consil.* 100.

Confirmatio ab exemplo confœderatorum. Et quod Advocati Tutelares requiri debeant, ut defendant, patet ab exemplo confœderatorum. Quemadmodum enim illi, qui fœdus † inierunt, non tenentur se invicem juvare, nisi requirantur, ceu docet Bald. *in c.* 1. *in prin. in verb. requisitus, de nov. form. fidelit.* quem refert & sequitur Jacobin. de S. Georg. *tract. feud. verb. adhærentes*, novissime Waremb. ab Erenb. *medit. pro fœder. lib.* 1. *c.* 3. *ante n.* 44.

170

Ita nec patronus tenetur defendere clientes, nisi ab eo periculi imminentis certior fiat, & ad protegendum imploretur.

Ita quoque tametsi dominus feudi opus habeat servitiis vasallaticis, non tamen ea † Vasalli tenentur sponte offerre, *c. licet. si de feud. defun. content. c.* 1. *§. ult. an ille qui interfec. fratr. domin.* Vultæ *de feud. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 33. Schneidew. *p.* 5. *n.* 97. & alii, sed ad exhibitionem eorundem interpellandi sunt, *d. c. licet. d. c.* 1. *§. ult.* text. etiam *in c.* 1. *in princ. verb. & si scivero* & *ibi* Andr. de Isern. *n.* 5. Bald. Alvar. Præpos. *n.* 2. Matth. de Afflict. *n.* 26. *de nov. form. fidelit. c. ad hoc hic finit. lex. c.* 1. *§. ut autem de allod. c. Imperialem, §. firmiter* & *ibi* And. de Isern. Alvar. & Matth. de Afflict. *n.* 10. *de prohib. feud. alien. per Frideric.* & ubique per Dd. Laud. *in c.* 1. *in princ. n.* 19. *de his qui feud. dar. poss.* Jacobin. de S. Georg. *de feud. verb. & cum pacto quod dicti vasalli n.* 24. & *verb. & promiserunt n.* 33. Intrigliol. *q.* 97. *num.* 119. Sonsbec. *part.* 11. *n.* 25. Schrad. *part.* 6. *c.* 6. *n.* 38. Borchol. *c.* 1. *n.* 14. Curt. *part.* 4. *n.* 61. Ferrar. *in form. lib. quo agi. ad revoc. feud. verb. coram vobis n.* 6. Sylvan. *de feud. recognit. q.* 109. *n.* 51. Zas. *part.* 7. *n.* 27. Rosenth. *c.* 8. *conclus.* 16. *n.* 1. Vultæ. & Schneidew. *locis citat.* nisi Feudum suopte vasallum interpellet præscripto, Schenck. *de Feud. l.* 3. *Tit.* 6. *n.* 1.

171 *Item ab exemplo Vasallorum.*

Unde, si per mille † annos Vasallus non serviret, feudo non privaretur. Ante requisitionem enim intelligitur paratus † fuisse ad exhibendum servitium *d. c. licet.* & *ibi* Feudd. & *in §. ad hoc, post text. ibi hic finit. lex.* & *in §. fin. an ille qui interf. fratr. dom.* Jas. *in prælud. feud. n.* 65. & per ipsum non stetit, quo minus fuerit requisitus.

172 173

Sic etiam Judex non nisi invocatus, † officium suum impertiri tenetur, *l. ad peremptorium,* 68. *ibi,* ut primo quis petat *ff. de judic. l. properandum §.* 1. *C. eod. l.* 4. *§. in hoc autem judicium* & *ibi* Dd. *ff. de damn. infect. l.* 1. *ibi,* si tempus ad deliberandum petat. *ff. de Jur. deliber.* Petr. Frider. 2. *de Mandat.* 14. *n.* 10.

174

Quare nec Advocatus Tutelaris ad præstandum auxilium obligatur, nisi advocetur, ut defendat.

175 *Requisitio qualiter fieri debeat.* Sufficit tamen, istam requisitionem fieri per quemcunque dummodo constet de clientum mandato. *l. ita autem, §. gessisse ff. de admin. tut. c. qui per alium,* ibique notat. per Dd. *de reg. jur. in* 6. Ex gloss. *in § fin. de pac. jur. firmand. super verbo legitima,* & habetur ibi *sub tit. de allodiis* quod per ipsos, vel procuratorem, vel etiam literas, ad juvandum vocare debeant, neutiquam vero, si alius, citra voluntatem clientum sive eorundem mandatum, protectoris auxilium requirat, secundum notata *in d. c. qui per alium.* tum enim Advocatus succurrere minime tenetur, eo quod ad defensionem † obligatus non sit, nisi clientes velint, arg. *l. cum patronus. vers. cum enim. ff. de operis libert.* At vero de eorum voluntate protectori constare non potest, cum per alium absque illorum mandato fit interpellatio, ideoque per consequens interpellanti morem gerere minime tenebitur.

176

177 Verum, uti casus certi sunt, quibus Judex † etiam non imploratus officium suum interponere tenetur, quos refert Socin. *reg* 197. 1. & 8. *fallent.* Sic frequenter videmus judicem in causis miserabilium personarum, quæ piæ dicuntur aliisque & iis potissimum, quæ ad publicum Jus & crimina pertinent, officium suum non petitum aut postulatum impertiri.

178 *Quibus in casibus Advocati etiam non requisiti Clientibus auxilium ferre teneantur.* Ita & sunt determinati etiam † casus, quibus Protectores etiam non rogati succurrere clientibus debeant, quos hic enumerare operæ precium duco.

Primus igitur casus est, si patronus † sciat, obsideri clientes & ex illa obsidione magnum eis imminere periculum: requisitio autem seu advocatio illius sit impossibilis, vel admodum difficilis, tunc etiam non requisitus debet succurrere, ultroque adjutorium clientibus præbere, arg. text. *in c. licet. vers. si tamen. si de feud. defunc. content. c. ad hoc vers. in tamen hic finitur lex.* Jason *in l. si ex legati* 23. *ff. de verbor. oblig.* Jo. Lupus *de l. & l. obtent. ac retent. Regni Navar. p.* 5. *§.* 1. ubi Reges † Christianos Ecclesiæ calamitatem scientes, etiam non requisitos defendere teneri ostendit. Sigismund. Loffred. *consil.* 45. *n.* 14. cum sciens certiorandus non sit. *l.* 1. *in fine. ff. de act. empti.* Schneid. *part.* 5. *n.* 98. & *n.* 11. Schrad. *part.* 6. *c.* 6. *n.* 38. *vers. vel nisi post.* Maul. *de Homag. Tit.* 11. *n.* 15.

179 *Casus primus ubi non necessaria requisitione.*

180

181 Hinc & Vasallus, † si magnum Domino periculum imminere sciat, ultro suum præbere adjutorium tenetur. *c. licet* 2. *F.* 26. & si Dominum obsideri, aliterve mortem ei imminere sciat, cumque possit, non nuntiat, vel sine nuntio eum non adjuvat, feudo privatur, *c. unic. §. ad hæc. in fin.* 2. *F.* 28. cum adversus scientes pœnæ paratæ sint *l. fin. de decret. ab ord. fac.* Zas. *de Feud. p.* 10. *nu.* 19.

182

n.19. Schenck. *de Feud. lib. 3. Tit. 6. §. adhuc n. fin.* & plures congessit Rosenth. *c. 8. conclus. 26. n. 7. lit. K.*

Quamvis autem hæc Jura loquantur de Vasallis, tamen propter paritatem rationis, in cliente, militantis recte etiam huc quadrant.

183 *Prima ablati casus ratio.* Nec desunt hujus primi casus rationes. Primo, quia in tali † casu periculum est in mora & gravitas discriminis imminentis occurrit, eoque nil mirum, si recedatur à regula Juris, interpellationem alioquin exigentis *l. de pupillo. §. si quis rivos. ibi* Alexand. *n. 1. ff. de nov. oper. nunciat. leg. 1. ff. de damn. infect. l. 1. ff. de exercit. actio.*

184 *Altera declarati casus ratio.* Deinde, quia propter ingens † periculum, in quo clientes constituti sunt, per sese patrono tantum periculum non ignoranti constat, eos nihil velle magis, quam ut sibi per patronum propulsandi periculi causa 185 succurratur. Quia semel † certum non opus est ulterius certiorem reddere interpellando, sive denunciando, per reg. *c. eum qui certus est. eod.* Dyn. *de reg. jur. in 6. l. in fine. ff. de actionib. empti.*

Et dicto quidem primo casu tanto minus requisitio necessaria esse videtur quando cognitum est Patronis 186 † Clientes hostibus interclusos non posse denunciare, & in mora periculum esse, tunc enim etiam non requisiti, tenentur succurrere, per notata Marc. Anton. Bauer. *de mora part. 2. n. 23.* Bolognet. *in l. quod te n. 61. circa fin. ff. si cert. petat.* Sunt enim protectores hic æque certi de necessitate clientum auxilio indigentium, ac si eis id denunciatum fuisset, ideoque cessant rationes prius assignatæ propter quas necessaria censetur requisitio, Estque locus regulæ traditæ sub finem *leg. 1. ff. de action. empti. & d. cap. eum qui certus, &c.*

Casus II. Secundus casus, quo protectores etiam absque requisitione clientibus succurrere tenentur, est si in 187 capitulis † initæ protectionis id in specie cautum sit, ut Advocatus etiam non requisitus, auxilium ferre teneatur, quod tamen intelligendum videtur, dum-188 modo † Patronus sciat, vel scire facile potuerit, ac debuerit, eum indigere protectione, alioqui, si probabiliter id ignoraret, excusationem non injustam habiturus esset. *l. si quis in gravi. §. si quis ignorans. ff. de Syllanian. l. ult. ff. de decret. ab ordin. faciend.* cum similib. *ibid.* per gloss. allegatis Alvarot. *in c. ad hoc, n. 2. hic finitur lex, &c.*

189 *Casus III.* Tertio casus, quo Advocatus Tutelaris, etiam non invocatus, juvare Clientes obligatus est, assignari potest, si in promissione de defendendo appositum fuisset juramentum, tunc enim, si sciat opprimi clientem & commode potest venire, ad defensionem accedet etiam non requisitus. Ita signanter tradit Specul. *in tit. de Advocat. §. 1. n. 25.* quem sequitur Jason *in l. quod te, ante n. 23. ff. si cert. petat.* & Roland. à Valle *consil. 6. n. 47. vol. 1.* Georg. Everh. *consil. 56. n. 121. & seq. vol. 1.* & novissime Jacobus Synzius *in disput. de Jure protection. Anno 1621. Argentinæ habita* 9.18. ubi diserte tradit, Si in promissione defensionis, Jurisjurandi clausula sit apposita, Protectorem, quamprimum vim fieri constiterit, vim fieri vetiturum, etiam non requisitum laborantibus Clientibus succurrere teneri. Quem casum etiam excipit D. Hepingk. *dissert. de Jure Advocat. th. 44. sub lit. E. ibi.* Nisi juramentum in promissione de defendendo fuisset appositum: Tunc enim protector Clientes opprimi sciens, & commode eos defendere valens, ad protegendum non requisitus etiam accedet.

Ad quod etiam facit, quod voluit Barbat. *in c. fin. de* 190 *emption. & vendit.* ubi tradit, quod licet † venditor non teneatur de evictione, nisi quando emptor ei denunciavit litem, ut *ibi* per Abb. tamen, si juravit, non requiritur interpellatio per *l. cum pater. §. filius de leg. 2.* Ita etiam dixit Alexand. *in l. 2. §. voluntatem. ff. solut. matrim.* sequitur Gozad. *consil. 31. col. 1. in fin. & consil. 57. col. 3.* idq; simpliciter, non etiam si requisitus defendere juraverit, Abb. *in c. 18. n. 5. de Iure Patronat.*

Casus IV. Quartus casus est ubi nulla requiritur interpellatio, 191 quando certus † dies aut tempus præstandæ defensioni definitum seu præfixum fuit, ut si Clientes sciant se certo tempore oppugnatum iri & defensionem ad idem præfinitum tempus conducant, tunc Protector etiam absque alia denunciatione præsto esse debet. Cum enim eo casu dies † sive tempus præfixum pro clientibus 192 interpellet, arg. *c. ult. in fine d. locat. & l. magnam ac ibi* DD. *de contrah. & commit. stipul. l. si mora. ff. soluto matrim.* facile colligitur invocationem non esse necessariam, per ea quæ tradit Afflict. Alvarot. & Bald. *in cap. licet num. 1.* & cæteri DD. *Si de feud. defunct. content.* Schrad. *part. 6. cap. 6. n. 38. versic. vel nisi conventum fuerit.* Laurent. Sylvan. *de feud. recognit. quæst. 110. num. 17.* Capic. *in Invest. Feud. cap. Feuda amittuntur col. 29. §. Limita secundo.* Schneidew. *de Feud. part. 5. n. 48 &* 111. Moz. *de Feud. tit. fin. n. 111. caus. 9. in amittendo vers. Sublimita secundo.* Curt. Jun. *part. 4. n. 61. caus. 18. vers. Secundo sublimita.*

Declaratio IV. casus. Declaratur tamen quintus hic casus, ut nihilominus requisitione opus sit, si ultra certi temporis definitionem, conventum sit, † ut auxilium tum demum feratur, 193 si Clientes eo indigeant, tunc quia ultra diem sive tempus assignatum, conditio etiam indigentiæ adjecta fuit, nec Patrono aliunde de indigentia seu necessitate opis ferendæ, quæ facit existere conditionem constet, necessarium est, denunciationem fieri à Clientibus, qua de ipsorum indigentia & necessitate Protector certior reddatur arg. *l. quod te,* ibique not. *DD ff. si certum petat. l. mora in princ. ff. de usur. l. fidejussor. obligar. §. stipulatione in diem ff. de fidejuss. l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de verb. obligat.* Andr. Khol. in simili, *de servit. Vasall. loquens part. 7. n. 24. Tract. Servit. Feudal.*

Casus V. Quinto cessat requisitionis necessitas, quando de-194 signatus † Protector, administrat urbem aut ditionem suæ protectioni specialiter prius commissam, eo enim casu etiam citra peculiarem interpellationem ratione officii defendere tenetur, argum. textus *in l. pupilli, §. videamus versic. quanquam, l. qui fine* ubi præ cæteris Bald. *ff. negot. gest. leg. quoties Tutor. §. Item si temporali versic. Si vero non ff. de administ. Tutor.* Steph. Forcatul. *in Tract. de mora part. 1. number. 11.* Alciatus *in leg. quod te num. 41.* & *ibi* Petr. Loriot. *n. 13. ff. si cert. petat.* Ubi dicit debitorem, † qui creditoris 195 negotia gerit, ad satisfaciendum non esse interpellandum. Is enim nisi à seipso, quod debet exigat, etiam sine interpellatione in mora constituitur *l. qui fine in principio ff. negot. gest.* quia scire debuit se solvere debere *l. Peculium 2. §. Præterea. ff. de pecul.* Sic etiam, quem officii † suscepti necessitas per sese satis ad defendendum 196 res sibi commissas admonet citra ullam interpellationem officii sui partes exequi tenetur *l. unica C. de priv. carcerib.* Facit etiam *l. 2. §. si mater & §. confestim ff. ad Tertyllian. l. 1.* ubi Castrens. *n. 6. C. de his quib. ut indig.* Bolognet. *in d. l. quod te n. 62. vers. ideo ego & n. 70.* Baverius *de mora part. 2. n. 24. & seq.* Khol. *d. Tract. p. 7. n. 29.*

Casus VI. Prædictis insuper addi potest sextus casus, in quo haud necessaria est requisitio Protectoris, quando scilicet in Regione † illa, ubi vigent Advocatiæ, mo-197 ribus ac consuetudine receptum est, ut absque ulla prævia interpellatione Advocati Tutelares sua sponte Clientibus oppugnatis succurrant, argumento eorum quæ in simili de Vasallo in iisdem terminis tradunt Feudistæ, inprimis vero Alvarot. & Præpos. *cap. 1, in §. Ad hoc finitur lex n. 2.* Schrad. *part. 6, c. 6. num. 38. versic. Nisi Lex vel statutum contrarium statuat,*

ftatuat. Rofenth. *c.* 8. *concl.* 26. *n.* 7. *in addit. K. ad fin.* Khol. *d. p.* 7. *n.* 25.

198 Hic tamen cafus fimiliter declarandus eft, † dummodo ftante ejusmodi confuetudine protector fciverit clientes fuos effe in periculo ac fua indigere ope, alioquin fi igno aret periculum vel defenfionis neceffitatem, requirendus ac indigentiæ præfentis commonefaciendus effet, *l. fi quis in gravi* §. *fi quis ignorans ff. ad Syllan. l. ult. ff. de decret. ab ordin. faciend.* cum fimilibus *ibid.* per gloff. allegatis.

Limitatio VI. cafus.

199 Cæterum enumeratis cafibus non neceffariæ denuntiationis illud circa eandem ignorandum non eft Juri illi Advocatum † requirendi cum meræ fit facultatis, nullo tempore præfcribi, ut poft Brun. *confil.* 86. *n.* 10. obfervavit Dn. Hepingk *differt. de Jure protect. concl.* 44. *in notis ad lit. E.* quod notandum dicit Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. de Adhærentib. nu.* 15. Hoc enim Juris meræ † facultatis proprium eft, ut nifi prohibitio 200 feu contradictio intervenerit, prohibitus in ea acquieverit, & Juri fuo tacite renuntiarit Bart. *in l. filius C. de Decur. lib.* 10. & Burfat. *conf.* 87. *conftat utique n.* 12. 13. *&* 15. atque fic pofitive in Juris facultatis præjudicium tacite quid actum fit, Meichfn. *decif.* 1. *n.* 9. *lib.* 1. *tom.* 2. nullo tempore præfcribi poteft argum. *l.* 2. & *ibi* gloff. ac Bart. *de via public. & itin. public. refic.* Vafq. 1. *Illuftr. contro.* 4. *n.* 9. Anton. Gabriel. *comm. opin. lib.* 5. *rubr. de præfcript. conclus.* 10. *n.* 1. ubi quamplurimas in hanc fententiam recenfet auctoritates DD. *& nu.* 4. hoc ita 201 ampliat, ut etiam mille † annis non utendo, ea quæ facultatis funt, non amittantur, idque in facultate non deducente Jus in judicium deducibile (ut in cafu *d. l.* 2.) procedat, alias fecus fit, idem *ibidem nu.* 8. Cravett. *confil.* 775. *Dominus Joannes nu.* 8. *in fin.* & eleganter Wefenbec. *confil.* 2. *num.* 94. quemadmodum etiam Re- 202 gula illa non obtinet, quando facultas † ratione Juris quæfiti competit. Tunc enim potius Jus, quam facultas dicitur, Gabr. *d. loco n.* 10. qui & *nu.* 11. hanc fubjicit limitationem, quod facultati ex contractu competenti præfcribatur, Wefenb. *cit. loco.*

Advocatum requiri de Jure, an unquam præfcribi poffit. Decifio Negativa. Ratio decidendi.

203 Porro protector interpellatus aut † etiam citra requifitionem ad opem ferendam obligatus, fine mora quamprimum fieri poteft occurrere, atque in continenti adjuvare clientes debet arg. *c.* 1. *in princ.* ibique Bald. & Afflict. *nu.* 13. *de nov. form. fidelit. c. ad hoc hic finit. lex,* Schrader. *de feud. part* 6. *c. n.* 43. Vult. *lib.* 1. *c.* 10. *nu.* 33. *verf. quod fi* Rofenth. *c.* 6. *concl.* 16. *nu.* 8.

204 Hinc recte Hifpani dicunt exiguum † auxilium tempeftive adductum plus prodeffe multo majore, quod advenit demum clade accepta, Mas vale, inquiunt, el mediano focorro, que fe embia contiempo, que el muy cumplido, fi allega tarde Guevarra *in Marco Aurel. capit.* 22.

205 Verum cum fit neceffaria † præparatio, quoddam tempus ei præambulum videtur permiffum, non minimum, nec maximum, fed quantum fufficere dignofcitur, nec non impendentis periculi gravitas requirit, ut intra illud protector res fuas ad expeditionem componere, ad iter fe accingere, & auxilium clientibus exhibere poffit. *l. Mævia in fin. ff. de annuis legat.* arg. *l.* 1. *ff. de jur. delib. l. ab hoftib. ff. ex quib. cauf. major l.* 2. §. *item fi ita verf. quod dixi ff. ad leg. Falcid. l. fi quis.* §. *ftipulatio ff. de collat. bonor. l. ratum l. quod dicimus ff. de folut l. quo enim* §. *Julian. ff. rem ratam haber.* gloff. *l. Æmilius.* 39. *ff. de muneribus.* Jaf. *l. fi ex legati* 33. *col.* 2. *ff. de verbor. oblig.*

206 Quemadmodum enim vafallo † (qui quam cito poterit, Dominum adjuvabit *cap. nu.* 2. *feud.* 7.) juftum temporis intervallum, quo fe componere poffit, indulgendum eft, arg. *l.* 21. §. 1. *de conftit. pec. & l.* 105. *de fo-* 207 *lut.* Et ad mutuum auxilium fibi invicem obftrictæ † civitates confœderationis intuitu interpellatæ, neceffario temporis fpacio, quo fe præparare poffint, non defraudari, fed partes fuas, nec præcipiti feftinatione nec moratoria cunctatione, adimplere debent, uti de tutore ait Ulpian. *in l.* 7. *paragraph.* 1. *de administ. & per. tut.* poft Bald. Sckenck. *de feud. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 4. Ita etiam protectori tempus ad fe præparandum, concedi debet, moderatum tamen ne nimis ferum rebus deperditis offeratur auxilium, Liv. *lib.* 2. *c.* 49. & protegendi excidat occafio, quæ nec fæpe nec diu eft eadem, Idem *lib.* 32. *c.* 21. & elapfa † è manibus, mox repeti non poteft. 208 *lib.* 44. *c.* 38.

Danda igitur opera eft, ut omni pofthabita mora, in continenti defendat Advocatus, tum quod cunctatio, ut plurimum, animofiorem † reddat hoftem, Liv. *lib.* 34. 209 4. *c.* 45. tum quod bellum fæpius moras & dilationes non admittat, fed interdum pugnandum fit, non quia volumus, fed quia hoftis cogit, Idem Liv. *lib.* 31. *cap.* 48. neque tam fecundis, quam adverfis rebus fpacium ad ceffandum in bello datur *lib.* 30. *cap.* 11. Quod fi tamen res ita ferat malum † obortum quod timorem in- 210 cuffit, aliquamdiu ferre, & avertendi illud occafionem expectare, quam ut ftatim magna cum violentia fefe protector opponat, erit fatius, ne dum extirpare id fubito nititur majus provocet incendium, fecundum tradita Machiavel. *difp. de Republ. lib.* 1. *c.* 33. Quo etiam Seneca *lib.* 2. *de ira. c.* 10. inclinat, quando contra mala † 211 continua & fæcunda non ut definant, fed ne vincant lento opus effe adjutorio recte aftruit: Nulla enim tanta eft potentia, † quam intempeftive properantibus inimi- 212 ciffimum tempus & fidele auxilium eorum, qui aptitudinem eligunt, non exfuperet, Plutarch. *in Sertor.* Unde fortium Virorum † hoc proprium, ut quo lentius a- 213 gunt & fegnius incipiunt, eo, cum cœperunt perfeverantius fæviant. Liv. *lib.* 21. *c.* 10.

Ut vero ad juvandum promptus fit ftatim Advocatus, cavendum maxime clientibus eft, ne fe timidos effe fentiat. Quare cognita adverfarii iniqua petitione ad defenfionem illico fe præparare conabuntur. Sic enim nec adverfarius, potentior etiam tam audacter eos invadet, & promptiores quoque Amicos ac defenfores habebunt, poft Machiavel. *difp. de Republ lib.* 2. *cap.* 14. D. Hepingk *differt. de Jure Advocat. concl.* 44. *ad fin.*

Sed ut reliqua, quæ ad requifitionem protecto- 214 ris pertinent abfolvamus illud etiam circa illam indagandum eft, *quoties protectores † ad faciendam defenfionem requirendi ac interpellandi fint, ut in mora conftituantur.*

Quoties Advocati tutelares requirendi atque ad defenfionem evocandi fint.

Et quidem non defunt, qui trinam requiri † cenfeant interpellationem, in cafu, quando inferior interpellat fuperiorem, juxta text. & gloff. *in cap. cum caufam* & *ibi* Ant. de Butr. Imol. & Abbas *ext. de officio delegat.* Felin. 215 *in cap. ex literis nu.* 8. *verf. Fallit. nu. primo de conftitut.* Et plures refert Mafcard. *de probat. concl.* 1070. *nu.* 12. *vol.* 2. Schrad. *de feud. part.* 10. *fect. nu.* 76.

Verum cum text. † *in cap.* 1. *de fupplend. neglig. præ-* 216 *lat. l. un. ff. de libell. dimiff. cap.* 1. *de milit. vafall. qui contum. eft,* ac fi quæ funt Jura fimilia, quibus interpellationes plures requiri videntur, ultra cafus, de quibus peculiariter loquuntur, extendi non debeant, contra regulam Juris communis, quæ eft in contrarium; neque etiam fola perfonæ præeminentia five dignitas, videatur effe fufficiens caufa, ut propterea pluribus opus fit interpellationibus, ideo unicam etiam interpellationem regulariter fufficere, quando inferior requirit fuperiorem, rectius ftatuunt Cardinal. *in cap. cum caufam. de offic. deleg.* Ludov. Roman. *fingul.* 424. *& conf.* 427. *numer.* 2. ubi Mandof. *in addit.* Late Alexand. pro hac fententia Bart. & alios adducens *in l. de pupil.* §. *fi quis ipfi nu.* 2. *usque ad n.* 7. *ff. de novi oper. nunc. & conf.* 81. *vol.*

vol.4. & *ibid.* Natta *in add.* dicens hanc esse veritatem, Fel. plura cumulans *in c.ex literis n.8. ver. sed hanc de consil.* Dec. *in c.cum causa nu.5. de offic.delegat.* M. Ant. Bauer *de mora p.1 nu.3. & seq.* Mascard. *d. concl. nu.13.* Schrad. *d.sect.9.nu.76.& seq.* qui non incommode discrepantes interpretum sententias conciliat, ut trina requiratur interpellatio quando superior interpellatur, ut Judex, sive superior, alias unicam sufficere, quando non interpellatur, quatenus est Judex sive superior, sed ut pars sive respectu obligationis ex contractu descendentis.

Certum enim est, quod in obligationibus descen-217 dentibus ex † contractu, idem Jus statuitur de inferioribus, quod de superioribus, nempe de magistratu & subdito, item de vasallo & Domino, &c. *l. de contract.3.& l. ratas.7. C de rescind. vend. l.Cæsar.15 ff. de publ.cap.1. de natur. feud.* eodemque Jure in his, quæ explicantur cum superiore, non ut judice, sed ut parte 218 utantur † superiores, quo utuntur inferiores sive privati *l. item veniunt.20.§. in privatorum ff. de petit. haredit. & l.C. eod. tit.*

219 At vero protectorem non ut † superiorem, sed ut partem ex pacto scilicet, quod cum clientibus habet, obligationis ad defensionem iis præstandam teneri, 220 per se est evidens. Ergo unicam hic etiam † interpellationem sufficere, statuendum est, vel eo etiam magis, quod denunciatione semel facta certus abunde reddatur de voluntate clientum auxilium ejus exigentium. *d.c. cum qui certus, de regul.jur.in 6.*

Confirmatur decisio ex similibus. Et hæc decisio nostra luculentius etiam inducitur ex similibus.

Sic enim vasallus etiam ad unicam requisitionem feudi Domino servitium † debitum exhibere tenetur; 221 Rosenth *c.8.concl.26.nu 3.in addit.* Khol. *de servit. feud. part.7.n.18.* Sylvan. *de feud recognit. quæst.109.nu.56.* ubi 222 subjungit rationem, quod omnis † terminus extrajudicialis sit peremptorius, allegans ad hoc Innoc. *in c.cum à nobis de elect.* & Bart *in l. si tempora C. de fide instrum.* & alios per plures.

Sic & secundum veriorem crebrioremque Dd. sen-223 tentiam ad moram † debitoris inducendam, jure communi unica interpellatio sufficit gloss. *in l. mora* ubi Bald. *num.1.* & reliqui Dd. *ff. de usur.* Stephan. Forcat. *de mora nu.10.& seq* Petr. Gregor. Tholos. *syntagm. lib.21. c.14 nu.4.* Menoch. *de arbit. jud. quæst. lib 2.cas.210.n.26.* & pluribus comprobat Andr. Khol. *lib.1.exercit.13. ampliat.8. num.17.*

224 Sic denique etiam † ædificanti semel esse nunciatum novum opus, satis est, cum tamen ea nunciatio sit maximi præjudicii, ut ædificans, etiamsi culpa nondum ulla ei possit imputari, protinus ab ædificando desistere, vel satisdare teneatur *l. de pupillo §. si quis forte, & § si is cui. l. cum procurator. §.1. Digest. de nov. oper. nunciat.* Khol. *d.exercit.13.n.27. in med.*

225 In quæstionem etiam, † convenienter hoc in loco vocari potest. *Si quis duas vel plures civitates in protectionem suscepisset, & contingeret singulas ab alienis, & non à se invicem oppugnari, protector vero ab omnibus simul eodem tempore ad ferendũ auxilium requireretur, nec nisi unicam plane defendere posset, cui potissimum ex civitatibus in clientelam susceptis hoc casu succurrere teneatur?*

Protector diversorum clientum eodem tempore à singulis invocatus, quibus potissimum succurrere teneatur.

In hujus quæstionis decisione plane concludendum videtur, protectorem † cuilibet pro facultate, quantum potest, suppetias ferre debere.

226 Nam certi Juris est, quod aliquid † promittens duobus vel pluribus, videatur promittere separatim & cuilibet pro virili *l.reos, §.cum tabulis* ubi Joan Roncheg. *n. 16.& seq.* quamplurimis similibus cumulatissime confir-227 mat. *de duob.reis l. si mihi & Titio in princip. ff. de verbor. oblig. l. si proprietat & l. si quis Titio de usufruct. accresc. l. si*

Ratio dubitandi pro singulis.

fructus, §. si duo & l. aliena res, §. si pluribus. ff. de pignor. l. 1. C. si plures una sent. Angel. Bart. Bald. Castrens. Corne. Alexan. Cephal. Jas. Ruin. Socin. & Tiraq. quos suis locis refert sequitur & de communi omnium opinione fidem facit Burlat. *consil.357. n.3. & 16.& consil.378. n. 7.& 8. vol. 4.* Quibus accedunt Dyn. Petr. Rayner. de Farolıv. Rom. Cuma, ex communi Imol. Aret. Bero. Bertrand. Paris. Afflict. Alban. & alii memorati à Sordo eorum sententiam comprobante *consil. 150. n. 34. & seq. vol. 1.* Ex præter hos idem scribunt Caspar. Gaball. *in tract. divid. & indivis. part. 3. sub nu. 115.* Cacheran. *decis. Pedemont. 140. n. 6.* Riminald. Junior. *consil.167.n. 31. vol. 2. & consil. 306. sub n. 14. vol. 3.* Octav. Vulpell. *de treuga & pace quæst. 57. n. 3.* Ant. Peregrin. *de jur. & privileg. fisci lib. 6. tit. 5. n. 36.* Cavalcan. *decis. 38. n. 3. part. 1.* Hieron. Magon. *decis. Rotæ Lucens. 9. n.32.*

Deinde, cum ex qualibet † clientela peculiare accipiat quotannis honorarium, & mediante contractu tutelari cum quibuslibet peculiariter inito, singulis ad defensionem obligatus existit, arg. *c. 1. §. ult. ex quib. caus. feud. amitt.* dumque juvat unum satisfacit quidem obligationi, qua unius clientelæ ordini obstrictus est, non tamen per hoc ab aliis, quibus ex alio pacto pro eadẽ vice auxilium similiter præstare devinctus est, liberatus esse censetur, ut in simili de vasallo argumẽtatur Andr. Khol. *de servit. feud. part. 2. n. 8.* per text. *in l. 1. C. de solut. l. 3. & l. cum ex pluribus. ff. eod. c. ea te. de jurejur.* ubi etiam infert, quod si diversi † Domini ab eodem vasallo requirant servitia eodem tempore præstanda, quia utrique sive cuique, præsertim diversis in locis nequeat in propria persona servire, cæteris per substitutos, antiquiori autem Domino in propria persona servitia præstare debeat. allegans ad hoc Specular. *tit. de feud. §. quoniam super q. 12.* Lud. Roman. *in l. si quis in gravi. §. si cum omnes ff. ad SC. Syllanian.* Bald. *in l. operis ff. locati & in l. 1. §. ne autem, n. 19. C. de cadnc tollend.* Laudens. *in c. omnes. n. 14. si de feud. defunc.* Afflict. *in c. ult. n. 11. hic finit. lex. & in c. Imper. §. ult. n. 45. de prohib. feud. alien. per Frider.* Pilo Soaz. *in prælud feud. c. 13. n. 11* And. Knichen. *de investiturar. pactis n. p 2. c. 5. n. 43.* estque textus evidens *in c. si quis investitus in fin in cap extraord.*

218 *Ratio dubitandi II.*

229

Tertio insuper huic opinioni adstipulari videtur quoque Ardizon. *in rubr. utrum si Dominus habuerit c. 62. in fine,* ubi tam laborem † quam pecuniam divisionem recipere ait, non in corpora vel in partes, sed in numerum, arg. *l. Sejo amico in primo respons. ff. de annuis legat. cum simil.* & text. est singularis *in l. si quis in gravi, §. si cum omnes ff. ad Syllan.* Henr. Rosenth. *de feud. ca. 8. concl. 12. nu. 8. lit. L.*

Ratio dubitandi III. 230

Quare si contingat, ut omnes ipsius clientes eodem tempore auxilio tutelari indigeant, certe singulis succurrere † tenebitur, iniquum enim † & absurdum foret, plurium accipere honorarium, nec tamen defensionis beneficium præstare omnibus, juxta regulam Juris, qua dicitur, 231

Lucrum qui † captat, hic onus non ferre recuset. 232 text. *in l. secundum naturam. 10. ff. de reg jur. c. qui sentit onus ubique* Dyn. 55. *eod. tit. in 6.* Harprecht. §. *sane in hac actione n. 5. instit. de vi bonor. raptor.*

Commodum enim ab † one e regulatur, *l. quoties ad* 233 *Trebell. l. Nesennius, §. ult. de excus. tut. l. plane §. si duob.* ubi gloss. Bald. Angel. & Dd *ff. de leg. 1.* Cumani *consil. 162. n. 4.* Cravett. *consil. 957. n. 20.* idem scribit Dec. *in d. l. secundum naturam, in princ. verb. & ideo* ubi etiam Bart. Alexan. & alios refert *de reg. jur.* & latius comprobant Cagnol *ibid. n. 6. & 7.* Menoch. *consil. 34. n. 2. vol. 1.* Achil. Pedroch. *in responso suo de interpret. & resol. contrar. n. 450. & seq.* ideoque æqualitas † pactorum circa lucrum 234 & onus inter protectorem & clientes, veluti contrahentes, inducenda est, per tradita Decii *consil. 308. num. 6.*

Cravett.

Cravett. *conf.* 145. *nú.* 13. *& conf.* 414. *nu.* 19. quos pluribus accumulatis refert & sequitur Pedroch. *in dicto respons. num.* 456.

235 Sed utut hæc se habeant, † in hac tamen quæstione omnino dicendum esse censeo, eorum clientum causam esse potiorem, meritoque prævalere debere, qui in protectione ineunda reliquos tempore prævenerunt.

Decisio pro antiquioribus.

Ratio decisionis I.

Et primo hanc decisionem nostram luculenter evincunt text. *in l.* 2. *& l. si fundum* 4. *C. qui potior. in pignor. hab. l. potior* 11. *ff. eod. l. quotiens* 98. *ff. de reg. Jur. l.* 9. §. 3. *ff. de Publiciana cap. cum qui extr. de præbend. in* 6. *ca. qui prior est tempore* 54. *de reg. jur in* 6. aliaque similia 236 Jura, quæ expressim statuunt, quod ille Jure † prævaleat, qui secum contendentem tempore prævenit.

Et prællegatis his Juribus nominatim etiam subscribunt, Romanus *conf.* 47. *incip. visis, in primo.* Alexan. *conf.* 3. *&* 24. *vol.* 5. Dynus *in d. c. qui prior.* 54. *de reg. jur. in* 6. *aliique ab his adducti.*

237 Secundo per se constat, quod ex Jure † clientelari oriatur personalis obligatio ad faciendum, hoc est, ad defendendum, ut *in præcedenti capite* fuse probatum 238 est. Sed Juris clari & aperti est, † quod in obligatione personali ad faciendum, ille sit potior in Jure, qui prior fuit in tempore per text. notabilem, qui hanc quæstionem quasi in terminis decidit, *in l. in operis ff. Loca-* 239 *ti.* Et inter † duos aut plures æquale Jus habentes, potior validiorque conditio est prævenientis, *l. si pluribus ff. de legatis* 1. *c. si duo extr. eod. in* 6. *l.* 2. *& l. quicunq. ff. de in Jus vocand.*

Ratio decisionis II.

240 Tertio receptam habemus interpretum doctrinam, quod prima † obligatio præferatur secundæ, aut posteriori. Ita tradente in individuo Hieron. Gigante *tract. de crim. læs. majest. lib.* 3. *de plurib. & variis quæstion. quæst.* 18. *numer.* 2. allegans ad hoc in simili Mart. Laudens. *in tract. de confœd. princ. quæst.* 60. ubi voluit, quod cum Dux Mediolani confœderationem iniisset cum Januensib. primo, & secundo loco cum Rege Francorum, prima confœderatio secundæ præferenda sit, per *d. Regulam. qui prior. ff. de reg. jur.* Ex prima enim confœderatione hic non secus, quam in casu nostro causatur obligatio personalis, ad præstandum au- 241 xilium in bello, confœderato, † ergo prioritas temporis prioris confœderati Jura facit potiora, text. *in d. l. in operis. ff. locat.*

Ratio decidendi III.

His consensum præbet Besold. *de Jure fœder. ca.* 5. *sub numer.* 2. ubi diserte ait, si cum pluribus contracta sit amicitia, quæ defensionem importet, & illi invicem sibi moveant bellum, regulariter antiquiorem esse juvandum, eo quod semper in confœderatione facta cum secundo, Jus primi exceptum intelligatur Schrader. *de feud. part.* 6. *c.* 5. *numer.* 10. Joan. Andr. *in c. recolentes de statu Monach. in Novella.* ubi notat, quod quan- 242 do † quis colligatus est duobus in solidum, obligatus sit secundo, salvo Jure primi, Confœderatio enim seu li- 243 ga † secunda semper intelligitur facta sine præjudicio Juris primi, cum quo prius facta est confœderatio seu liga juxta notat. per Hostiens. & Canonist. *in d. c. recolentes de Statu Monach.* Everh. *in top. in loco de tanquam seu respectivis num.* 30.

244 Quarto insuper fulcitur decisio, quod ex duobus Jus † circa idem prætendentibus, is præferendus sit, qui potentius Jus habet *l. contra pupillum* §. *qui & majus ff. de re judic. c. si duobus extr. de app.* facit *l. quæritur ff. de Stat. hom. l. servis legatis* §. *si unis optime ff. de leg.* 3. *l. li-* 245 *berta.* §. *cum si ff. ad munici.* Sed primo suscepto † in protectionem Jus est potentius ratione prioritatis temporis, & actualis præventionis, ergo, &c.

Ratio decidendi IV.

Ratio decidendi V. à similibus.

Quinto veritas decisionis manifeste ostenditur authoritate Doctorum, qui aliis quæstionibus in simili hunc casum deciderunt. Inprimis Bart. Musaul. *in disp. de confraterm. seu pact. successor. illust. personar. concl.* 50. ubi in simili quærens, si quis cum pluribus fraternitatem contraxerit, & illi invicem bellum gerant, cui adesse oporteat, concludit, regulariter deferendum esse † 246 tempori, arg. *l. in operis.* 26. *ff locat.* semper enim liga secunda sine præjudicio primæ censetur facta, *c. unic. §. fin. de prohib. feud. alien. per Frideric.* & *ibi* Feudistæ, Canonistæ *in c. recolentes de stat. Monach.* Waremb. ab Erenb. *de fœder. c.* 2. *n.* 38. Et in Jure † pari potior con- 247 ditio quæ tempus occupat. Alex. *conf.* 118 Cephal. *consil.* 115. Pro qua decisione etiam est text. *in ca. brevi. & c. veniens de jurejur.* faciuntque notata per Speculat. *in tit. de Advoc.* §. 1. *vers. quid si Advocatus*, quod ipsum etiam late disputat Joan. And. *in regula contractus, de reg. jur. in* 6. & Bart. Brixiens. quem refert Alberic. *in l.* 6. *princ. nu.* 6. *ff. de postuland.* ubi dubium movent † 248 de Advocato, qui pro certo feudo vel annuo salario convenit uni monasterio præstare Patrocinium, idemque postea contraxit etiam cum alio, & si contingat, ut illa duo monasteria litigent invicem cui patrocinari debeat, & decidunt illi monasterio patrocinandum esse cui primo promissa fuit defensio, Castren. *in d. l. in operis nu.* 2. *ff. locati* Alex. *in l. si filiusfamilias* §. *si viri in quinquennium n.* 16. *ff solut. matrim.* Ripa *in l. privil. n.* 56. *ff. de privileg. creditor.* quos refert & sequitur Calvol. *in consil.* 5. *Advocatus concl.* 5. *nu.* 2. qui in prædictis locis indistincte concludunt istum Advocatum teneri solum patrocinari cui primo promisit, absque eo quod inveniat alium Advocatum illi cui secundario Advocationem pollicitus fuit, eo quod secunda † promissio facta intel- 249 ligatur sine præjudicio primæ, cum operæ † non possint 250 præstari simul eodem tempore diversis personis, ut notatur per *supra* allegatos Doct.

Advocatus forensis à duobus Monasteriis pro patrocinio præstatione conductus, lite inter illa exorta cui potius patrocinari debeat.

251 Sexto ad idem inducitur quæstio de vasallo duorum aut plurium † dominorum, ut si vasallus habeat plura & diversa feuda à duobus vel pluribus & diversis dominis, qui duo Domini sibi mutua moveant bella, & uterque Dominus vasallum requirat, ut sibi servitium opemque vasallaticam exhibeat, cui teneatur succurrere?

Ratio decidendi VI. ab exemplo vasalli. Vasallus à duobus diversa beneficia habens illis inter se invicem bellantibus, cui suam opem ferre teneatur. Decisio pro antiquiori Domino.

Et communiter tenent Feudistæ, quod de † rigore Juris eum juvare debeat, cui primo fecit fidelitatem per text. express. *in ca. Imperialem.* §. *illud quoque* & *ibi* Belvis. Isern. *nu.* 61. Raven. Afflict. *n.* 8. Joan. Raynaud. *nu.* 1. *&* 7. Frid. Schenck. *nu.* 3. & omnes *de prohib. feud alien. per Frideric.* Laudens. *in c. omnes filii nu.* 14. *si de feud. defuncti. controvers. fuer.* Lud. Roman. *in l. si quis in gravi* §. *si cum omnes n.* 1. *ff. ad SC. Syllan.* Zas. *de feud. part.* 7. *nu* 28. Schneidw. *part.* 5. *num.* 96. Pistor. *quæst.* 252 47. *nu.* 36. *part.* 2. *lib.* 2. Schrad. *part.* 6. *c.* 6. *num.* 20. *vers. secundo vero casu*, ubi hanc sententiam communiter approbatam & verissimam esse ait.

253 Adeo, ut posteriorem † Dominum licite, in servitio antiquioris sui Domini offendere queat, neque ab eo propterea feudo privari possit, per text. manifestum *in c. contra omnes hic finit. lex.*

254 Cum lege † permittente & jubente id fiat, ideoque pœnam non mereatur, Ardiz. *c.* 62. *circa fin.* arg. *l. sed si unicus* 17. §. 1. *ff. de injur. l. Gracch C. ad leg. Jul. de adult.* idem Ardiz. *c.* 69. *vers. excusatur etiam*, imo potest antiquiorem Dominum juvare contra posteriorē, &c. iisdem verbis Afflict. *in d.* §. *illud quoq. n.* 8 Pistor. *d. quæst.* 47. *n.* 36. Schrad. *d. part.* 6. *c.* 6. Rom. *d. conf.* 47. *n.* 3. *&* 11. Econtra autem, si relicto † primo domino 255 assistat secundo, feudum quod ab illo tenebat, amittit. Ita omnes Feudistæ scriptum reliquerunt *in d. ca. Imperialem* §. *fin. &* §. *illud quoque* & Afflict. *in c. satis bene n.* 3. *de prohib. feud. alien. per Frider.* & est text. *in d.* §. *illud quoque eod. tit.* ubi casus est, quod vasallus † offendens 256 Domi-

Dominum sui Domini, privetur feudo, & revertatur ad suum Dominum, à quo feudum recognoscebat, nisi ipsa offensa fuisset facta per vasallum, serviendo licite alteri Domino suo antiquiori, à quo aliud feudum tenebat. Et *ibi* etiam Alvaro. & Præpos. post alios expres-

257 se notant, quod vasallus † plurium Dominorum, pro diversis feudis obligatus sit juramento fidelitatis, priori seu antiquiori Domino ad præstanda servitia etiam contra posteriores dominos, & in eorum offensam. Eosque referendo sequitur Schneid. *d. p. 5. numero* 96.

258 In omni enim juramento, † prior seu antiquior Dominus excipi debet per text. *in d. capit. contra omnes* & ita etiam tenet Jacobin. de S. Georg. *in verb. & promiserunt, num. 1. ibi*, de consilio autem tenetur servitia præstare antiquiori, non autem utrique, quia non po-

259 test esse tergiversator, & vasallus debet † agere, contra Dominum bona fide Raynaud. *d. §. illud quoque num. 10. de probib. feud. alien. per Frider.* Rosenthal. *tract. feud. cap. 8. conc. 16. num. 6.*

160 Deinde primo Domino † vasallus juravit fidelitatem, quæ fidelitas extenditur contra omnes homines, etiam posteriores Dominos per notat. *in c. ult. hic finit. lex. in cap. 1. maxime, ibi,* contra omnem hominem *de nov. form. fidelit.* utrobique Dd. ordinarie, Schneid. *loco allegat.* Kl. d. *de feud. part. 3. nu. 1.*

161 *Ratio decidendi VII.* Septimo & illud controversiæ expers est, quod in juramento † censeantur excepta ea, quæ prius quis jurato promisit, *cap. intellecto. de jurejurand. c. licet mulieres eod. tit. in 6.* quodque propterea etiam vasallus,

262 qui secundo † Domino fidelitatem fecit, priorem Dominum, etiamsi non exprimat, excipere intelligatur, *cap. fin. hic finit. lex.* Ergo antiquior Dominus semper posteriori præferendus est.

Ratio decidendi VIII. Octavo etiam decisio nostra confirmatur ex quæstione, quam disputando decidit Bal. & plene refert *in l. in adoptionem C. de adopt.* scilicet de captivo † duorum

263 secundum consuetudinem gentis armigeræ, qui simul ab utroque vocatur, cui potius parere teneatur? Et decidit, quod si literæ sapientium simul captivo præsententur, illius literis obediendum sit, primo, quæ prius apertæ sunt, quasi per aperturam inducta fuerit præventio, aut Juris præoccupatio. Si autem Jus unius ex captivantibus prævenerit Jus alterius tempore, Jus primi est potentius, & illi parendum erit per text. nobilem *in d. l. in operis. cum aliis praallegatis.*

Ratio decidendi IX. Nono, hoc manifeste deducitur ex gloss. singulari ad præsentem dubitationem *in l. cives C. de incolis lib. 10.*

264 ubi late disputans de subdito plurium Civitatum, si eodem tempore vocetur ab illis ad munera realia vel personalia, cui parendum sit? Et decidit, quod habenti Jus potentius tempore præventionis aut origine, vel nobilitate, ut *superioribus rationibus* deductum est. Et pluribus similibus eleganter illustrat Jacob. de Franch. *in prælud. feudor. nu. 217. & seq.*

Ratio decidendi ult. ab auctoritate. Hanc denique sententiam in terminis Advocatiæ armatæ defendit post hæc scripta visus Jacob. Synz. *in disp. Argentina Anno 1621. habita th. 12.* aperte defendens, in concursu plurium clientelarium defendendorum, extra casum quo ipsi clientes inter se pugnant, si cum aliis negotium sit, favorabiliores ejus partes se ducere, qui prior clientelam contraxit arg. *l. 9. §. 4. de public. l. 3. de except. rei vend. l. 8. §. 32. de dolo malo & metus except.* ubi tamen subdit si vires suppetant, utrique assistendum arg. *l. 49. ff. de oper. libert.*

265 *Responsio ad rationes dubitandi pro singulis allatas.* Quæ cum ita se habeant, non est, † quod putemus protectorem, quod *supra* per allatas dubitandi rationes concludendum esse videbatur, in casu designato cuilibet clienti pro posse succurrere debere, tametsi singulis defensionem indefinite promiserit atque ab omnibus ho-

266 norarium receperit, eo, † quod defensio sit individua, & non posse pro parte præstari, *l. 4. § ult. l. in executione. §. in solidum l. cum ex causa, de verbor. obligat.* Bart. Ruin. & Alciat. *in d. l. 4. §. Cato eod. tit.* Surd. *consil. 150. nu. 2. vol. 1.* Cravet. *cons. 919. n. 12.*

Sic etiam ex Jure constat illum defendere † non vi- 267 deri, qui in totum non defendit, ut cautum est *in l. si defensor. de inter. act.* & expresse, per illum textum ita tradit Specul. *in tit. de locato §. nunc aliqua q. 29. sub numero 40.*

Qua ratione etiam tutoris † officium censetur indi- 268 viduum, ut asserunt Dec. *cons. 479. num. 2. vers. & non videtur, & nu. 3. ver. quia officium.* Aldobrand. *in §. ad certum nu. 12. Instit. qui test. tut. dar. poss. arg. l. prima de acquir. hæred. & l. neminem de leg. 2.*

Si ergo protector non nisi uni clientelæ † satisfacere 269 possit, melius est, priorem perfecte & solide tueri, quam cum periculo reliquos clientes velle defendere, cum alias etiam ob omissam defensionem Advocatus excusetur, quando clientibus propter nimiam forte adversariorum potentiam opera in defendendo adhibenda inutilis, & nil profutura fuisset, ut alibi pluribus dictum est.

Decisionis limitatio I. Cæterum supradicta decisio nostra, sic moderanda est, ut duntaxat procedat, quando protectori impossibile est, uniuscujusque clientelæ hominibus opem ferre, secus autem † quando divisio auxilio omnibus satis fie- 270 ri potest, arg. *l. 20. & 23. ff. de oper. libert.* Alberic. Gentil. *lib. 2. de jure bell. c. 18.* tunc enim prioritas temporis non est admittenda, sed omnibus succurrere protectorem oportet, Musculus *in disput. de confraternit. seu pact. successor. illustr. person. concl. 271.*

Limitatio II. Secundæ limitationis vicem obtinet, si clientes posterius in protectionem recepti in ditione † Protecto- 271 ris, vel arctiori ac sanctiori Advocatiæ fœdere protectori conjuncti sint, ut testatur Besold. *de jure fœd. c. 9. sub numer. 2. in fin.* Et sic Helvetii † sibi invicem assistunt, contra alios fœderatos, etiam antiquiores, quod fœdere sanctiori sibi invicem obstricti sint Feschius *de fœder. concl. 4. lit. C.*

Limitatio III. Tertiæ limitationis loco notandum est, habendum 272 esse respectum † causæ propter quam clientes invicem belligerantur, ideoque reliquis indifferentibus protectorem illis clientibus subsidio venire debere, qui justiorem belli causam fovent. Muscul. *d. conclus. 50.* Alber. Gentil. *d. cap. 18*, addens, haud sine ratione denegari posse auxilium, si nobis confœderati bellum invicem gerant, cum auxiliaris suos oppugnare † socios non tenetur, nec pila mittere minantia pilis. Hac ratione Helvetii contra Helvetios olim pugnare noluerunt, judicantes indignum, ut in duobus † exercitibus publica 273 ipsorum essent insignia & milites. *Guicciard.* Illud etiam contra Bald. & Roman. recte observavit Alber. Gentil. † Electioni non esse locum, cum causa non est, 274 cur uni magis, quam alteri succurramus, nimirum quod gratificari liceat, non nisi in casibus Jure expressis, Carol. Molin. *consuetud. Paris. tit. 1. de feud. §. 13. gloss. 1. verb. le fils aisné nu. 4.* Corroborat eand. limitationem, quod *sup.* citati Doct. de patrocinio duorum Monasteriorum loquentes eandem † decisionem de tempore li- 275 mitent in casu, quando Monasterium, cui primo promisit, fovet injustam causam; quia tunc non tenetur præstare patrocinium, cui primo promisit. Alber. *in l. 4. princ. nu. 6. ff. de postul.* sed pro eo qui meliorem causam fovet Dec. *in c. cum parati n. 31. extr. de appellat.*

Limitatio IV. Tertio eadem definitio limitanda est eo † casu, 276 quando diversarum clientelarum homines bellum gererent contra parentes protectoris, quia tunc nullius clientelæ susceptis adjumento esse tenetur, per plura argumenta quæ *subsequenti cap.* peculiari hac de re instituta disputatione attulimus, & faciunt in similli

milii decisa per Dd. *in prædicto* casu Monasteriorum, ubi 277 pariter concludunt, quando † hujusmodi Monasteria litigarent contra fratrem, vel consanguineum Advocati, tunc Advocatum neutri contra fratrem vel consanguineum patrocinari debere. Alberic. *in l. quisquis in fin. C. de postul.* Nicol. Calvol. *in §. Advocatus 6. concl. 5. num.* 4.

278 *Limitatio IV.* Quartæ insuper moderationis loco observandum est, quandoque etiam parendum † esse loco, ejusque consideratione clientibus magis propinquis dexteram porrigendam esse, tum propter periculum, quod est à vicino loco metuendum, tum propter facilitatem subveniendi, quia plus † valet quandoque baculus retro 279 ostium, quam ensis in platea, ut inquit Næviz. *syl. nupt. lib.* 1. *num.* 113.

280 *Limitatio V.* Quinto decisionem principalem ita † declarandam existimo, ut tum demum locum habeat, quando secundi vel posteriores clientes, scientur se in protectionem Advocati plures clientelas habentis contulerunt, secus vero, si ignoraverint, protectorem alias habere clientelas antiquiores.

Nam hoc casu æquum esse videtur, protectorem talem posterioribus clientibus non defensis, id quod eo-281 rum † interest, præstare deberet, ut in simili de vasallo concludit Bald. *in §. fin. de prohib. feud. alienat.* quem sequitur *ibid.* Alvarot. *col. fin.* & Afflict. *num.* 10. quos referendo approbare videtur Hartm. Pistor. *d. quæst.* 47. *nu.* 37. *lib.* 2. *parte poster.*

282 *Cautela recipientis plures in clientelam.* Quare consultum est, ut si quis † plures successive in clientelam recipiat, priores Advocatiæ clientes in hunc casum semper excipiat. Nam etsi hoc etiam prætermissum, ex Juris interpretatione subintelligatur, ut tamen clientes in hunc eventum aliter sibi prospicere possint, longe securius erit illud significare initio, quia hoc pacto protectores non solum dictum evitabunt periculum, sed & conscientiæ suæ rectius consulent.

283 *Si ignoretur cujus non clientela sit antiquior quibusnam clientibus succurrendum sit.* Sed *quid si ignoretur, cujus † clientela sit antiquior?* Tunc enim censeo esse succurrendum, † qui prius Patroni auxilium imploravit, atque interpellavit *cap. qui prior, de regul. jur. in 6. l. pluribus ff. de procurat. l. qui prior. ff. de judic. l. si quis à multis* 14. *de noxal. act.* Bart. *in l. quominus. numer.* 10. *ff. de fluminibus & ibi* Jason *num.* 54. faciunt notata *in §. ex hujusmodi Instit. & in Auth. hoc ita C. de duob. correis.*

284 *Decisio pro implorantibus primum auxilium.* Clientes enim per hanc interpellationem priorem, qui prius fecerunt, præoccupasse † sibi Jus defensionis exigendæ, exclusis aliis clientibus, intelliguntur, argumento *l. si pluribus.* 33. & *ibi* Bart. Alexan. & Jason *ff. de legat.* 1. *d. l. si quis à multis. ff. de noxal. action. l.* 2. §. 285 *adversis* & *ibid.* gloss. *ff. ne quid in loco public.* Bart. *in l. naturalem* 5. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.*

286 Sic etiam in hoc † casu communiter statuunt Feudistæ, quod si inter duos Dominos ab eodem vasallo uno tempore servitium requirentes ignoretur uter sit antiquior, ei, qui primo requisivit servitium à vasallo, præstandum esse, And. de Isern. *in c.* 1. §. *omnes filii num.* 5. *ibid.* Balzar. *num.* 11. *si de feud. defunct. content.* Afflict. *in c.* 1. *nu.* 25. *quib. mod. feud. amitt.* Jacob. de Franch. *in prælud. feud. nu.* 217. Schrad. *part.* 6. *ca.* 6. *nu.* 19. *si vero non constet,* & plures sequendo congerunt Henr. Rosenthal. *cap.* 8. *conclus.* 16. *nu.* 10. *lit. k.* Andr. Khol. *de servit. feud. part.* 2. *nu.* 10.

His ita de loco & tempore defensionis præstandæ explanatis, quoad tertiam, reiterationis nimirum qualita-287 tem, generalis regula ponitur. Quod nempe Advocati *Quoties à* toties defendere † in fidem suam susceptos teneantur, quoties ii ipsorum auxilio indigent, vel defensionem *protectoribus clientes defendendi debeant.* poscit necessitas. Rei etenim necessitate † constricti, subveniendum esse monemur text. *l.* 16. *ff. ex quib. caus. major.* Et defendere † est necessitatis verbum docente 288 Donell. 25. *comment. ad l.* 1. *de testib.* Conditione ergo 289 necessitatis defendendi † purificata, ipsa defensionis 290 imminere necessitas censetur, arg. *l.* 3. §. 4. *de act. rer. amot.* Signot. *de Hemod. consil.* 99. relatus à Gœdd. *in respons. jur. de restit. Baron. à Vallend. nu.* 297.

Quemadmodum igitur servitia † vasallatica ad indi-291 gentiam & necessitatem Domini, hoc est, toties, quoties Dominus iis opus habet, præstanda sunt, *ca. Domino guerram. & ibi* Feudistæ. Ita etiam auxilium patronale, quoties clientes eodem indigent, exhibendum est, eo, quod obligatus † in genere ad faciendum aliquid, in 292 certum eventum reiterabilem, id facere teneatur, quoties casus evenit, propter verba, toties quoties, † quo-293 rum natura est, pluralitatem importare & per consequens infinitatem, *l. filia mea quotiescunque vidua erit. ff. de annuis legat.* ut illa verba de aliquo operentur *l. quando ff. de leg.* 1. & *l.* 1. *in fin ff. ad municip.* & *c. si Papa. de privileg. in* 6. & ita consuluit Alexand. *consil.* 145. *quoniam abunde* & *recte vol.* 2. pro quo facit text. sing. *in l. in annos singulos ff. de annu. leg* ubi ususfructus relictus, quoties quis capite fuerit minutus, & casu sæpe adveniente, repetitur. Boer. *decis.* 131. *num.* 10. ubi post *num.* 21. affirmat, verba illa toties † quoties eandem 294 habere significationem, quam habet dictio quandocunque vel quotiescunque & infinitatem denotare nisi aliud suadeat materia † subjecta, Alexan. *in d. cons.* 145. 295 *col.* 2. *vers. ponderandum, vol.* 2. & idem tenet Angel. Aret. *in tract. malefic. vers. pro quibus Anton fidejussit. col.* 2. *vers. idem si esset fidejussor.* & Hippol. de Marsil. *in repetit. rubr. ff. de fidejuss n.* 100. Jal. *in l.* 2. §. *col* 2. *vers. limita quando fidejussor. ff. de custod. reor.* & idem *in l. duobus.* §. *si ei quis col* 3. *vers. secundo intelligi. de jurejur.* quia talia verba sunt aperta ad infinitatem, secundum ipsos vel nisi frequentior † iteratio, parti obligatæ impor-296 taret magnum gravamen, ut consuluit. Cuman. *consil.* 89. *col. fin. vers. Quinimo propter clausulam,* quod toties committatur, quoties contra factum fuerit Fulgos. *cons.* 112. *post princ.* & Bald. *cons.* 299. *col.* 3. *in prin. ver. redeo ad primum,* & *cons. seq.* 300. *col.* 4. *in princ. vers. Et dico quod pluralis locutio vol.* 1. Dicens, quod si ex † multis 297 pluralibus resultare possit inconveniens & magnum gravamen partis, tum pluralis locutio duorum numero contenta sit. *l. fideicommissa* §. *si quis decem ff. de leg.* 3. Sin gravamen aliquod inde non exoriatur, sed in id conventum sit, ut quoties necessitas postulat, factum præstetur, tunc intelligatur, quoties opus est, id est, quoties justum est, Boer. *d. cons.* 131. *nu.* 23.

Sed in materia protectionis non magnum gravamen affertur in defendendo, quia, ut alibi probatur, Advocatus non suis, sed clientum sumptibus protectionem exequitur.

Et hæc de Circumstantiis loci, temporis modi ac reiterationis quibus protectionis exhibendæ Jus uberius illustrari posse videbatur, dicta sufficiant. Cæterum quia non minus etiam Advocatum tutelarem scire oportet, contra quos defendere clientes suos teneatur, idcirco *insequenti proximo capite,* offendentium personas perscrutando, videbimus, an protector adversus quoslibet indiscriminatim tuitionis suæ munus exercere, vel à certarum personarum belligeratione respectu clientelæ suscepta abstinere possit ac debeat.

* * *

CAPUT

CAPUT XIII.

Protectores contra quosnam defensionem Clientibus præstare teneantur.

SUMMARIA.

Defendere se contra illos, qui vim atque injuriam non faciunt nemo potest, n. 1.

Ubi offensio est licita, ibi defensio est illicita, num. 2.

Protectores an teneantur clientes defendere contra seipsos? n. 3

Affirmativa, ibid.

Negativa, num. 11

Obligatus indemnem servare aliquem ab extraneo, ill multo magis contra seipsum facere tenetur, 4

Declara, ut 31

Quod quis alium facientem ex officio prohibere debet, id ipse committere non debet, eod.

Lex & statutum debet esse æquale, ut liget etiam condentem, ibid.

Advocatus & protector comparatur tutori, 5

Tutor tenetur contra seipsum facere, quod facit contra extraneos, 6

Protectores & vasalli, quoad defensionem, ad paria tenentur, 7

Declaratur, 33

Æquiparatorum in uno, quod disponitur, etiam in alio dispositum censetur, 8

Vasalli Juris feudalis dispositione obligantur Dominos suos defendere contra omnes, excepto Imperatore, 9

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, 10

Promittens adjuvare, vel alteri arma commodare, non intelligitur contra seipsum, 11

In generali sermone semper intelligitur excepta persona loquentis 13

Et in obligatione generali non continentur ea, quæ quis verisimiliter non esset concessurus, ibid.

Nemo existimatur tam imprudens, ut contra seipsum aliquid moliri aut facere velit, 14

Alioquin in eadem persona, eodemque respectu diversa & plane contraria extaret obligatio, 21

Promissio & transactio non porriguntur ad ea, de quibus verisimiliter non fuit cogitatum vel actum, 15

Interpretatio in dubio contra stipulatorem potius, quam promissorem fieri debet, 16

Promissori solent favere Jura, ne nimium obligetur, 17

Charitas ordinata à seipsa incipit, 18

Eleemosynam primo sibi quilibet faciat, deinde proximo, 19

Regulam diligendi proximum à semetipso dilector accepit, 20

Contrariis officiis una vice eodemque respectu defungi nemo potest, 22

Salutem alterius propria anteponere nemo tenetur, 23

Advocatus fisci non tenetur pro fisco advocare contra seipsum, 24

Vasallus non tenetur Dominum defendere contra seipsum, 25. & 35

Ratio, num. 36

Subditus tenetur ad defensionem Domini, 26

Subditus non tenetur Dominum defendere contra seipsum, 27

Nemo carnem suam odio habet, 28

Libertus à patrono habet ipsam libertatem, quæ res est inæstimabilis, 29

Promittens turrem suam alicui ad defensionem præstare, non tenetur id facere contra seipsum, ibid.

Offensor & defensor sui ipsius eodem respectu nemo esse potest, ibidem.

Libertus patroni salutem propria præferre non tenetur, num. 30.

Nullum simile vel æquiparatum est idem, 32

Ratio diversitatis ubi subest, ibi idem jus esse non potest, num. 34.

Dispositio quantumvis generalis non trahitur ad ea, quæ disponentis mens non admittit, 37

Enuntiatio universalis coercenda est secundum qualitatem, naturam & aptitudinem personarum, ibid.

Clausula quantumvis generalis non extenditur nisi ad specificata, ibid.

Actus voluntarii ultra quam arbitrium fert, in proprium præjudicium non extenduntur ibid.

Protector non tenetur clientes defendere contra seipsum, etiamsi indistincte ad defendendum contra omnes juramento sese obstrinxisset, 38

Juramentum interpositum super actu vel contractu, sortitur naturam actus sive contractus principalis, & recipit omnes conditiones, exceptiones & limitationes, quas ipse actus vel contractus principaliter recipit, 39

Juramenti vis in contractibus non est major & fortior, quam ipse contractus, 40

In promissione generali etiam jurata persona jurantis intelligitur excepta, 41

Protector an clientes contra patrem eos injuste offendentem defendere debeat? n. 42

Affirmativa, 43. *Negativa,* 55

Clientes injuste offendens, etiamsi pater sit, agit contra jus naturale, 44

Contra jus naturale qui agit, indignus censetur, qui Juris naturalis beneficium expectet, 45

Declara, ut n. 125

Æquitas propter consanguinitatis affectionem non est negligenda, 46

Æquitas & justitiæ ratio major habenda, quam sanguinis & conjunctionis, 47

Declara, ut n. 129

Patriam contra patrem filius defendere tenetur, 48

Declaratur, 133

Offensio ubi est illicita, defensio licita censetur, 49

Intellige, ut n. 135

Alterum non lædere, præceptum Juris est, 50

Vasallus contra patrem Domino suppetias ferre obstrictus est, 51

Declara non esse verum in iis, quæ Juri divino vel naturali contraria sunt, 140

Juramenti religio majus est vinculum, quam ratio affectionis & conjunctionis, 52

Vinculum juramenti, quo vasallus tenetur Domino fortius est vinculo naturali, quo filius parenti obstrictus est, 53

Vasallus in mortis periculo constitutum videns hinc patrem, illinc Dominum, cui succurrere debeat, 54. 115. & 116

Filii non tenentur clientibus opem ferre contra ascendentes, 56

Patrem, qui lucem aspicere dedit, offendere, summa impietatis, ipsique naturæ & legibus contrarium est, 57

Filio

Filio non est licitum patri pro rerum defensione de facto resistere, 58

Filio an ob vitæ defensionem parentibus resistere liceat, 59

Negativa, 60

Affirmativa, 74

Parentibus vim intentandi generaliter nulla justa causa est, 61

Defensio etiam Judicialis, quæ famam parentum lædit interdicta est, 62

Declara ut, n. 97

Liberi naturaliter obligantur ad obsequium & reverentiam parentum, 63

Intellige ut, n. 98

Vis illata liberis à parentibus pro vi non habetur, 64

Doc ut, 99

Jure singulari introductum filiis non alia ex causa parentes occidere licere, quam si patriam evertere tentent, 65

Declara ut, n. 100

An necessitatibus præferenda est patria parentibus, 66

Intellige ut n. 101

Dispositio qualibet dignoscitur favorabilis vel odiosa, habito respectu ad id, pro quo est principaliter introducta, ibid.

Mater filium sibi insidiantem accusans, contra naturalem rationem facere existimatur, 67

Dic ut, n. 102

Liberti & familiares patronos & Dominos accusare præsumentes ultore gladio feriendi, 68

Declara ut, n. 103

Servi salutem Domini sua propria præponere debent, 69

Distingue ut n. 104

Inter filium & patrem longe arctior necessitudo & cognatio, quam inter Dominum & Servum 70

Exempla filiorum, se carceribus ac mortis periculis pro Parentibus objicientium, 71

Torquatus, Pomponium Tribunum Plebis patrem accusantem sica faucibus supposita ac jurejurando exacto ab accusatione desistere coegit, 72. & 73

Ciceronis invectiva in Parricidas, 74

Declara ut, 105

In casu occisi ob necessariam defensionem à filio patris, ut is excusatus habeatur, cautela quænam requirantur, 106

Parentibus castigationem moderatam & limitibus suis circumscriptam leges concedunt, 75

Liberi parentibus moderate castigantibus salva conscientia non possunt resistere, 76

Nec ullam ipsis taliter castigando eos, vim aut injuriam inferunt, 77

Liberi parentibus omnem humanitatem exeuntibus, & metam legibus præscriptam ita transilientibus, ut immineat periculum mortis, resistere etiam cum parentum internecione possunt, 78

Parentis nomine indignus est, qui proprii sanguinis prodigus omnem humanitatem erga liberos deponit, & in necem eorum nequiter conspirat, 79

Humanitatis virtus adeo hominis est propria, ut ab ipso nomen acceperit, 80

Filius à patre mortem patiente animo sub spe reverentiæ paternæ excipiens, negligit charitatem propriam, contemnit naturam, & offendit rempublicam, 81

Contra vim illatam non se defendens, non minus peccare dicitur ac si quis sibi ipsi manus inferret, 82

Natura omnibus eam vim indidit, ut suæ conservationem appetant, & corruptioni resistant, 83

Enti cuilibet naturalis inest instinctus, tendens ad conservationem sui, 84

Leges defensionem necessariam & tutelam inculpatam concedentes, eam indistincte omnibus & contra omnes permittunt, 85

Legis dispositione cessante, cessare debet etiam dispositio hominis, 86

Homicidio simplici prohibito, necessarium non censetur prohibitum, 87

Defendens se, inculpato præcepto, non occides, satisfacit, 88

Præceptum, Non occides, non minus lædit, qui se occidendi potestatem tribuit, quam qui alium interficit, 89

Delinquendi voluntas & propositum ubi non est, ibi maleficium esse nequit, 90

Filius occidens patrem in casu necessariæ defensionis non exheredatus intelligitur, 91

Filius, patre paternæ castigationis cancellos excedente, tutius si potest sibi fuga consulit, 92

Alexander Magnus a patre stricto gladio petitus non restitit, sed aufugit, 93

Fuga hominibus extraneis inter se concertantibus pudori ac dedecori est, 94

Fugere aggressorem nemo tenetur, 95

Fuga liberis parentum crudelitatem fugientibus tanquam certa observantiæ parentibus debitæ testificatio, laudi potius ducitur, quam ignominiæ, 96

Filius patri resistere præceptis divinis prohibetur, 107

Præcepta divina pluris facienda sunt, quam pacta inter privatos conventa, 108

Filius adversus patrem bannitum & publicum Imperii hostem declaratum, arma sumere non potest, 109

Natura abhorret homicidia inter conjunctos sanguine, 110

Pater filii clientes etiam injuste offendens, tamen pater est, nec per id filius patria potestate liberatur, 111

Consanguinitatis naturalis affectio nullo jure aut pacto aboleri & dirimi potest, 112

Pactum contra naturam & pietatem initum, etiam juramento roboratum, nullo jure consistit, 113

Promissio etiam jurata non extenditur eo, ut intelligatur contra naturam & pietatem naturalem facta, 114

Quæ contra pietatem & honestatem sunt, impossibilia reputantur, 115

Filius patrem alere tenetur, 116

Liberos parentum necessitatibus succurrere justum est, 117

Liberos parentibus egentibus opem non ferentes Solon infames pronunciavit, 118

Filius patri subtrahens necessaria homicidialis est, 119

Filius patrem in omnibus honorare, venerari & audire debet, 120

Filius protector an & contra matrem clientes suos recte defendat? n. 121

Negativa decisio, ibid.

Filius inspecto jure naturæ æque matri ac patri obligatus est, 122

Liberi parem præstare debent reverentiam patri & matri, 123

Filius matri egenæ sicut patri indigenti, alimenta præstare tenetur, 124

Patri æquitatis limites excedenti filius sceleratas manus inferre non debet, 125

Filius quodvis potius obire debet periculum quam patrem ulla ratione lædere, 126

Filio semper & in omni casu parentum persona sancta & honesta videri debet, 127

Filius etiam atrocissima à patre adfectus injuria animum ab omni vindictæ cupiditate alienum gerere debet, 128

Æquitas ad facta pietati contraria & legibus prohibita non extenditur, 131

Pater ob delictum non desinit esse pater, 132

Jura sanguinis sunt immutabilia, 133

Ab uno particulari male arguitur ad universale, 134

Dispositio generalis, qua facultas manus inferendi cuipiam conceditur, ad personas sanguine vel reverentia inter se conjunctas non pertinet, 136

Dispositiones generales ita intelligendæ, ut contineant iniquitatem aut impietatem, 137
Dispositiones generales interpretandæ, ut delictum evitetur, 138
In dispositione etiam simplici non veniunt, quæ verisimile non est, quempiam in specie fuisse comprehensurum, 139
Juramentum ad illicita facta non trahendum est, num 141
Fides in malis promissis rescindenda, 142
Lex ubi pietati parentibus debitæ derogare nequit, ibi nec consuetudo potest, si sit irrationabilis, 143
Clientibus & parente Protectoris eodem tempore in periculo mortis constitutis, si protector utrisque opem ferre non possit, an patri relictis clientibus succurrere teneatur? n.144
Negativa, 145
Affirmativa, 152
Protector magis devinctus est clientibus quam patri, 146
*Contra, n.*160
Promissi bey Fürstlichen/ Gräfflichen/ Adelichen/ Ehren Trew und Glauben/ *loco jurisjurandi interposita, æquiparatur juramento,* 147
Bona fides in Principibus, Comitibus, Nobilibus, Doctoribus, aliisque honestioris loci personis præ aliis exuberare debet, 148
Promissio jurata adjecta contractui, eundem firmiorem reddit, 149
Promissio jurata habet vim expressi & specialis consensus, 150
Arguit animum deliberatum, vim exprimit veritatis & præcisam inducit necessitatem, 151
Protector posthabitis aliis, illum juvare tenetur, cui magis devinctus est, 153
Filius protector ratione patriæ potestatis & reverentiæ magis devinctus est parenti, quam clientibus, 154
Rationi conveniens est ut quis eum potius conservet incolumem, à quo plura & majora accepit beneficia, 155
Charitas ordinata magis tendit in illum, à quo plura accepimus beneficia, quam in alios, 156
Parentis erga filium beneficia, 157
Vasallus domino à quo feudum habet, non tenetur ferre auxilium, nisi cum potest, 158
Non posse quis dicitur, quod non nisi magno cum incommodo & difficultate potest, 159
Pater & filius natura eadem persona esse intelliguntur, 161
Promissio etiam jurata ad casum, quem promissor, si de eo fuerit interrogatus, verisimiliter excepturus fuisset, trahi non debet, 162
Juramentum non debet esse vinculum iniquitatis, 163
Protector clientibus & filio eodem tempore periclitantibus, utri opem ferre teneatur? n.164
Decisio pro filio ibid.
Pater filium propter στοργὴν naturaliter insitam non minus quam seipsum diligere præsumitur, 165
Salarium quod Protector habet à clientibus vitæ proprii filii non est æquiparandum, 166
An protectori defensio clientum contra spiritualem etiam patrem jure prohibita sit? n.167
Affirmativa, 168
Negativa, 178.
Affinitas spiritualis non minor est quam carnalis, 169
*Declaratur, n.*182
Patrem occidens spiritualem non minus puniendus est, quam qui occidit naturalem, 170
*Compatrem bannitum receptanti non minus parcendum est, quam qui receptavit cognatum bannitum, n.*171
Causa declaratur, 183
Filius spiritualis pro patre nec ferre testimonium, nec judicare potest, 172. & 184
Declaratur, 185
Pater spiritualis à filio sine venia in jus vocari non potest, 173
*Declaratur n.*186
Filius spiritualis patri, qui eum è sacro baptismate levavit instar patris naturalis, alimenta præstare tenetur, 174
*Contrarium sub n.*186
Compater unde sic dictus, 175. & 190
Defendere aliquem promittens contra omnes, non intelligitur promisisse adversus compatrem, 176
*Declaratur, n.*191
Filius spiritualis patrem spiritualem ita debet diligere, sicut verum patrem & econtra, 177
Inter patrem & filium spiritualem nulla existit civilis obligatio 179
Cognatio spiritualis matrimonium in certis gradibus impedit, 180
Cognatio spiritualis cum rebus externis profanis & temporalibus nihil commune habet, 181
Cognatio spiritualis vinculum obligationis civilis non solvit, ibidem.
Amicus singularis amicum bannitum recipiens ab ordinaria receptatorum pœna immunis est, 184
Filius naturalis patrem bannitum ob naturalem affectionem & jura sanguinis impune receptat, 187
Jura sanguinis nullo infortunii casu immutari possunt, 188
Filius parentes egentes absque omni effugio alere tenetur, 189
Vincula duo fortiora sunt, quam unum, 192
Protector an clientes contra filium suum bellum iis moventem, defendere debeat? n.193
Negativa, 194
Affirmativa, 214
Par est impietas filio & patri necem afferre, 195
*Declaratur, n.*225
Pater & filius una eademq; caro censentur, 196
Declaratur, 226
Filius pars substantialis est patris, 197
Pars qualibet cum suo toto una eademque res est, 198
Pater & filius natura una eademq; persona esse intelliguntur, 199
Vox filii vox patris, & è diverso, 200
*Declaratur, n.*232
Nemo seipsum vult lædere, sed omnibus viribus naturali jure defendit, 201
Paterna potestas non in atrocitate, sed pietate consistit, 202
Parentes pro affectu suo magis in liberis terrentur, quam in semetipsis, 203
Paterna pietas pro liberis etiam in his, in quibus iis mors juste infertur, consilium capit, 204
Parentibus vita liberorum æq; chara est, atq; propria, 205
Parentes plus diligunt liberos, quam seipsos, 206
Pietas ipsa patrem adversus filium armari prohibet, 207
Animalia omnia catulorum suorum salutem animali quadam justitia insita tuentur, 208
Ursa catulos suos defendit, 209
Lupus suos catulos custodit & tuetur, 210
Animalibus catuli sui sunt anima, 211
Filiorum tutelam subire renuens, contra stimulos naturæ facit, 212
Declaratur ibid.
Natura ipsa, ut eos quos genuimus, amemus impellimur, (213
Filio bellum patri inferenti nulla debetur charitas, 215
Pater filium injusta molientem vigore patriæ potestatis coercere & compescere potest, 216

Pater

Vasallus tempore belli relicto domino immediato ex generali mandato Regis ire potest ad ipsum exercitum Regis, tanquam vocatus ad majus tribunal, 288

Principi praestatur obsequium & auxilium publicae utilitatis gratia, 289

Principis potior quam clientum in concursu conditio esse debet, 290

Utilitas publica privato commodo longe est anteferenda, ibid.

Imperatore inique turbante clientes alicujus protector eorundem eos licite etiam contra illummet defendit, 291

Protector an clientes contra proprium Magistratum defendere teneatur? n. 292

Decisio distinguens, ibid.

Protector clientibus contra Magistratum eos juste oppugnantem succurrere non debet, secus si Magistratus inique gravet, 293. & 296. 298

Adducitur praejudicium Camerale, 326

Protector clientes à magistratu juste castigatos defendens, eos ad majorem inobedientiam incitat, num. 294

Subditi rebelles à Magistratu in officio poenis retinendi sunt, 295

Magistratus non infert vim & injuriam si munere suo fungitur, ibid.

Protectionis jus ordinarium Magistratum in exercendis actibus jurisdictionalibus impedire, eique nocere aut praejudicium aliquod parere non debet, 297

Magistratui officium erga subditos non facienti à protectore eos defendente non infertur praejudicium, 299

Causa cessante, cessat effectus. Idque in specie etiam in terminis jurisdictionis & officii locum habet, nu. 300. & 301

Causa, ob quam nudi protectores & similes personae aliquid adversus magistratum facere prohibentur, cessante, cessat ipsa prohibitio, 302

Magistratus indebitis & novis oneribus gravans subditos, peccat contra justitiam, & tenetur resarcire laesionem & damna secuta, 303 & 304

Qui causam damni dat, damnum dedisse dicitur, num. 305

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, 306

Servitia nova & indebita per vim & impressionem extorta praesumuntur, 307

Defensio est juris naturalis, 308

Defensio etiam adversus Magistratum permissa est, num. 309

Magistratus à jure civili introductus est, 310

Magistratui injuste subditos tractanti resistere, & ad hoc parentes & amicos in auxilium convocare licet, 311

Principi tyrannidem exercenti resistere licet, 312

Jurisdictio ob nimiam severitatem Magistratui auferri potest, 313

Magistratui extra ordinem per vim procedenti à quolibet etiam privato resisti potest, 314

Magistratus extra ordinem & contra jus in subditos saeviens, nomen magistratus non meretur, 315

Magistratus in his, quae gerit extra officium, est instar privati, 316

Magistratus injuriam inferens, ut privatus, actione injuriarum conveniri potest, 317

Magistratus officii fines excedens competentibus actionibus subjacet, 318

Judex extrajudicialiter procedens actione ad interesse convenitur, 319

Judex extrajudicialiter procedendo possessionem alterius occupans, incidit in poenam l. si quis in tantam C. unde vi, 320

Judex extrajudicialiter procedendo spolians, ut privatus spoliare dicitur, 321

Judici spolianti impune resisti potest, 322

Judici & officiali de facto vel injuste procedenti resistere licet, 323

Judicis actum vel processum notorie injustum, etiamsi jam sit perfectus, propria authoritate retractare licet, num. 324

Captus injuste vel inique ex manibus judicis vel familiae ipsius eximi potest, 325

Pro Magistratu, re dubia existente, militat praesumptio juris, quod non facile abutatur suo officio, 327

Protectores adversus proprios clientum Magistratus defensionis via & armis caute uti debent. 328

Advocatus vasallus an clientes suos contra dominum à quo feudum habet, defendere possit ac debeat? n. 329

Distinctio quaestionis ibid.

Dominus feudi intentans bellum clientibus, vasalli sui, an ab eodem contra illos, juvandus sit? n. 330

Negativa, defertio ibid.

Protector dominum suum feudalem clientes suos offendentem initio adjuvans, ac postea eum deserendo clientibus succurrens, poenam amissionis feudi non incurrit, 331

Nisi defensio talis à vasallo dolo facta sit, 332

Protector vasallus an domino suo sese duntaxat ab invasione clientum defendere volenti contra suos clientes succurrere debeat? 333

Affirmativa Decisio, ibid.

Vasallus dominum ligium praecise juvare tenetur, etiam cum alio non ligio priore bellum gerentem, 334

Defensio etiam aliquantum culpabilis, favore digna nec proprie maleficium est, 335

Vasallus contra dominum posteriorem antiquiori auxiliari tenetur, 336

In obligationibus facti, qui prior est tempore potior est jure, 337

Protector dominum feudi contra clientes suos, quorum Advocatiam post feudum consecutus est, adjuvans, Advocatiae jus non amittit, 338

Idque obtinet, tametsi clientes tempore concessae Advocatiae ignoraverint, vasallum habere feudum antiquius clientela, 340

In contractu omni ea censentur excepta, quae quis antea jurato promisit, 339

Protector contra clientes dominum, à quo ante Advocatiam feudum habuit, non defendens, feudum amittit, 341

Etiamsi clientibus defensionem juramento promiserit, 345

Feudi amittendi non est alia justior causa, quam si vasallus servitia, ob quae feudum datum est, praestare recuset, 342

Vasallus ob non praestitum domino servitium amittit feudum, etiamsi id in investitura non fuerit expressum, 343

Vasallus ob susceptam aliorum clientelam domino non ferens auxilium, aperte contravenit juramento fidelitatis, & obligationi vasallaticae, 344

Vasallus secundo domino fidelitatem jurans, priorem dominum excepisse intelligitur, tametsi illud in juramento non expresserit, 346

Protector vasallus an & quatenus clientes suos contra feudi dominum eis bellum inferentem tueri teneatur, si non constet de belli justitia vel injustitia? n. 347

Deci-

Decisio remissiva, ibid.
Protector vasallus contra clientes feudi domino, à quo prius feudum habuit, per substitutum potius, quam in propria persona subsidio venire debet, 348
Lædens per alium, ipsemet lædere videtur, 349
Declaratur, n 351
Quod quis facit per alium, perinde est, ac si faceret per semetipsum, 350
Declaratur, ut prius.
Facere per alium nemo potest id, ad quod pro ejus industria ipse electus fuit, 352
Animus & intentio nocendi ubi deest, crimen non contrahitur, 353
Protector an clientes suos nullo unquam casu contra dominum feudi salva jurisjurandi religione tueri possit? n. 354
Vasallus personam domini omni, qua potest prudentia ac providentia illæsam conservare obstrictus est, 355
Vasallus juramento fidelitatis tenetur non solum domino damnum per se aut alios in rebus non dare, sed etiam consilium & auxilium præstare, ne damnum ab aliis incurrat, 356
Vasallus in consilio, auxilio aut facto adhibitus, ut dominus amittat vitam, membrum, vel recipiat læsionem aut injuriam, contra fidelitatis contenta peccat, & se feudo indignum reddit, 357
Vasallus protector in clientum patria dominatum obtinens, contra dominum feudi eosdem una cum patria vel religione oppugnare conantem, iis auxilium ferre omnino tenetur, 358
Vasallus plus debet patriæ, quam feudi domino, 361
Superioris jus in omni juramento exceptum intelligitur, 362
Vasallus, concurrente domino mediato & immediato, hunc præferre debet, 363
Excepto, quando mediatus est universali jurisdictione munitus, 364
Protectionem si duo consanguinei vel confœderati clientibus iisdem promiserint, an contra semet invicem eosdem defendere teneantur? num. 365
Negativa, 366
Affirmativa, 370
Socius in re communi non potest novum opus nunciare socio, 367
Alterum alterius in suos subditos factum impedire, aut in eo se immiscere, rationi haud est conveniens, 368
Declaratur, 405
Vasallus duobus ejusdem feudi sibi concessi dominis inter se belligerantibus, neutri adversus alterum servitia præstare debet, 369
Protectore uno datæ fidei contraveniente alter promissæ defensionis nexu non solvitur, 371
Protectionis jus ad hoc inductum est, ut injuriam patientibus clientulis nullius personæ habito respectu auxilium præstetur, 372
Promissio de defendendo facta intelligitur adversus omnes qui protegendos molestant, 373
Protector alterius offensionem jurejurando etiam promittens, adversus eundem clientes defendere tenetur, ib.
Protectionem promittens, necessario nec se gravaturum pollicetur, 374
Pacta sequentia, quibus duo alium in protectionem suscipiunt, non tollunt fœdus, quod hi ante invicem habuerunt, 375
Declaratur, n. 376. & sub n 409
Pactis qui id, quod alioqui contineretur vult excipere, exprimere hoc debet, 377
Fœdus non extenditur ultra licita, & quatenus per id nemini fit injuria, 378
Fœdera ad malum tendentia finem invalida, sub n. 378
Juramento tametsi vallata sint, ibid.
In confœderatione omnis injuria excepta intelligitur, 379
Veritas & justitia magis amica, quam unio fœderis, n. 380
Protectio est facti individui, & plures eam promittentes in solidum tenentur, ut duo rei, 381
Protegendi officium est publicum auctoritate, & privatum utilitate, 382
Custodia duobus commissa, in quantum est facti, non dividitur, 383
In stipulationibus facti individui unus tenetur pro altero, 384
Constitutio duorum reorum debendi eam in se continet obligationem, ut uno in solutione non satisfaciente, alter nihilominus in solidum obstrictus maneat, 385
Tutores eidem pupillo plures dari possunt, 386
Tutore uno rem pupilli non administrante, alter nihilominus ad tutelam obligatus manet, 387
Tutor adversus contutorem, durante tutela, agere non potest, 388
Imputandum est illi, qui cum legem plenius potuerit dicere, id prætermiserit, 389
Secus est in aliis officiis diuturnioribus, aut perpetuo durantibus, 390
Tutor adversus curatorem agere potest durante officio tutelæ, quando de personali defensione pupilli agitur, 391
Contutor non communicans administrationem collegæ, aut non ex fide curam gerens, postulari potest suspectus, 392
Tutor ob damnum, injuriam, aut similem causam etiam durante tutela, contra collegam suum agere potest, 393
Procuratores duo quando invicem agere possint? num. 394
Verba generalia quando comprehendant personam loquentis? 395
Protectores duo ejusdem civitatis in solidum obligati sunt, ut duo rei debendi, & tenetur quilibet non minus solus, quam simul cum alio conjunctus, eundem defendere, 396
Ex protectoribus duobus, illius potior ducenda est ratio, qui prohibet, ne ille, quem protegendum susceperunt, offendatur, 397
In re communi potior est conditio prohibentis, numero 398
In re ad utriusque commodum & damnum pertinente, unus sine alio nihil suscipere debet, 399
Jurisdictionem, quam duo in solidum habent, non potest alter in alterum exercere, 400
Declaratur, 404
Par in parem non habet imperium, 401
Protectio & Jurisdictio res sunt omnino diversæ, num. 402
Princeps in alterius territorio censetur ut privatus, n. 403
Protectio non facit subditos, 406
Ex disparitate casuum ab uno ad alterum invalida est illatio, 407
Inter Comprotectores transactione vel pacto hæreditario de non offendendo, vel mutuis armis non sumendis intercedente: An nihilominus unus contra alterum clientes defendere teneatur, n. 408
Decisio affirmativa ibid.
Comprotectores per novissimam unionem clientelarum à pacto priori de non offendendo, se invicem, recessisse intelliguntur, 409 & 417

Pacta novissima derogant prioribus, 410

Comprotectores adversus se invicem clientes defendere tenentur, etiamsi inter eos intercessisset pactum juramento validatum, 411. & 418.

Confirmatur ex cap. petitio, 31. de jurejurando, numer. 414

Jusjurandum ad ea, de quibus verisimiliter cogitatum non fuit non est extendendum, 412

Juramentum non obligat ultra consensum, numero 413

Juramentum non tendens in dispendium æternæ salutis omnino servandum est, 415

In obligationibus faciendi, licet interesse succedit loco facti, ut ad factum quis præcise compelli non possit, id tamen non obtinet, ubi juramentum intervenit, num. 416

Promissum non infringit, qui melius id commutat, 419

Comprotector clientes communes contra collegam defendere non debet, si is ex causa justa & legitima eosdem oppugnet, 420

Pœnam de non offendendo committit, qui prior contra pactum ejusmodi alterum offendit, 421

Protectio contra iniquos tantum oppressores permissa est, non contra eos, qui legitimam causam legitime prosequuntur, 422

Servo summa parendi necessitas jure imposita est, num. 423

Servus domino in facinoribus obtemperans ejusve jussu delinquens, ne manumissus quidem, excusatur, 424

Turpitudo ab omni societate ac fœdere excludi debet, 425

Comprotectores duo ejusdem civitatis, à se non simul & eodem, sed diverso tempore in clientelam recepta, eandem contra se invicem defendere non tenentur, num. 426

Confœderatio prior semper in posteriori excepta intelligitur, 427

In sermone generali non continetur id, quod qui loquitur, nunquam expressisset aut pollicitus fuisset, 428

A confœderatione priori invito altero nemo se liberare potest, 429

Investitura facta domino posteriori, semper intelligitur excepta persona domini antiquioris, 430

Advocatias duas habens, si clientes utrinque adversus se invicem ad arma descendant, utrinam contra alterum protector succurrere debeat? numer. 431

Primitus in clientelam susceptus videtur esse defendendus, 432

Contra, n. 433

Protector binas clientelas habens, stante jure æquali utriusque partis clientelaris, neutrum juvare tenetur, 434

Civis duarum civitatum nemo esse debet, secundum politicos, 435

Et quare ibid.

Vasallus ejusdem feudi plures dominos habens, quibus omnibus æqualiter obstrictus est, iis inter se dimicantibus, nulli servire cogitur, 436

In dubio justæ vel injustæ oppugnationis per conclientes diversos factæ, neutrum juvare quam alterum gravare melius est, 437

Injustæ oppressionis in casu, Protector etiam contra alios sibi recommendatos defensionem suscipere debet, 438

Vasallus ratione feudi à duobus Dominis obtenti illis inter se bellantibus, bellum justum gerenti defendendo assistere debet, 439

CUm ex *præmissis duobus capitibus* quomodo ubi, quando quoties & quo usque Advocati Tutelares clientes suos defendere teneantur, affatim cognoverimus, adhuc tamen circa tuitionis rationem, contra quosnam defensio præstari debeat, non leviter controvertatur, idcirco nunc dispiciendum est, adversus quasnam personas Advocati pro clientibus dimicare obligati sint.

Connexio capitum hujus ad superiora duo.

In hoc autem disceptationis campo generale dogma est, *non debere † nec posse Protectores clientum suorum causa, ullam defensionem suscipere, nisi contra eos, qui ipsis vim atque injuriam inferunt*, quia ut defensio, adversus aliquem locum habeat, vim atque injuriam præcessisse oportet, per text. *in l. 3. ff. de Just. & jur.* Proinde ubi non adest violenta vel injuriosa offensio, non etiam locum habere potest defensio, vel ut nunc interpretes loquuntur, ubi offensio † est licita, ibi defensio est illicita. Ab offensione enim usque adeo, ut Salomonius *ad d. l. 3 ff. de Just. & jur.* scribit, defensio dependet, ut ubi cessat offensio, nulla queat esse defensio, Feichius *de defensione concl. 1. lit. C.* Ut tamen hæc in parte etiam sciri possit, adversus quosnam Offensores defensio Patronalis executionem habere possit, nominatim de certis quibusdam personis, in quibus dubium versatur dispiciendum est. an & quatenus iis, Advocati tutelares in protegendis clientibus sese opponere possint, ac debeant. Quo in ordine illa primum occurrit Quæstio: *An Protectores † eos, quos in tutelam receperunt, etiam contra seipsos defendere teneantur.*

Quæstio I. Utrum Advocati clientes suos, contra seipsos, defendere obligati sint. Affirmativa Ratio I. dubitandi Affirmative.

Et videtur sane primo aspectu, dicendum, quod sic. Nam juris primum haud controversi est quod qui aliquem † tenetur indemnem servare ab extraneo is multo magis id contra seipsum facere obligatus sit, juxta *l. frater à fratre ver. porro ff. de condict. indebit. l. cum eo 45. ff. de pact. & l. negotia ff. mandati* cũ concord. utrobique per gloss. Quod enim quis † alium facientem prohibere ex officio necesse habet, id ipse committere non debet *l. altius ff si serv. vend. c. 1. de nat. ex pro lib. vent.* Joa. Coras. *in d. l frater à fratre nu. 51. ff. de condict. indebit.* Nam lex † & statutum debet esse æquale, ut liget etiam condentem, juxta illud patere legem, quam tu ipse tuleris, ut *in l. cum aliis in fin. C. de nat. lib. & in auth. ut non fiant pignorationes, § illud.* Ad idem facit *l. cum in meo ff. de pace & l si pupilli §. videmus ff. de neg. gest.* ubi durius obligatur in eo, quod respicit seipsum, quam quod respicit aliud, &c

Deinde & illud jure nostro receptum esse constat quod Advocatus seu protector † comparetur tutori. Ergo sicut Tutor † tenetur contra seipsum quoque facere quod faceret contra extraneos, puta exigere debitum pupillare, & similia, *l. quoties 10. § sicut ff. de administ. tut.* Ita etiam videtur, quod Advocatus in protectionem susceptos debeat æque contra se suosque defendere, sicut contra alios.

II. Dubitandi ratio

Præterea in exhibenda defensione vasalli & protectores ad paria † tenentur, tanquam æquiparati, ut infra *in cap.* de cognatis Advocatiæ speciatim docetur, & quod in uno † disponitur, etiam in alio dispositum censetur, gloss. *in leg. si quis servo verb. corrumpi C. de furt.* Panormitan. *in cap de multa numer. 18. de præbend.* Angel. *in § ex maleficio ibid.* Jas. *num. 39.* Schneidew. *sub rub. de action ex test. n. 4. & 6. Inst. de action.* Everhard. *in loco ab æquipar.*

III. Dubitandi ratio

Sed vasalli ex juris feudalis dispositione obligantur † defendere dominos suos contra omnes per tex. *in c. ult. hic fin. lex.* ubi Iser. Affli. Laud. Præpos. & omnes tam veteres, quam recentiores Jacob. *verb. & promisso-*

miserunt, num. 13. & communem dicit Zas. *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 10. Curt. *part.* 4. *num.* 10. Blanc. *cap.* 1. *num.* 30. *libr.* 2. Sonsbec. *part.* 11. *num.* 34. Schneid. *part.* 5. *num.* 94. *vers. quinto amplias.* ubi ejus rationem explicat. Schrader. *part.* 6. *cap.* 5. *num.* 1. Vult. *cap.* 10. *num.* 26. *libr.* 1. Wesenbec. *cap.* 9. *num.* 11. Capyc. *in investitura sua cap. feudorum dominus column.* 11. §. *decimo quod veluti.* Intrigliol. *in cent. feud. quaestio.* 58. *num.* 7. Joan. Petr. Ferrariens. *in form. libell. quo agitur ad revocat. feud. in verb. contra debitum nu.* 3. text. est *in cap. unic. de nov. form. fidel. in verb. contra omnem hominem, ex-* 10 *cepto Imperatore.* Cum exceptio † in casibus non exceptis firmet regulam, Bartol. *in l. quaesitum* §. *deniq. ff. de fund. instruct.* Decius *in l. regula. nu.* 21. *de regul. Jur.* Ergo etiam contra seipsum defendere debet.

11 Sed his non obstantibus contrarium † concluditur, nempe Patronos Tutelares, nulla ratione obligatos esse, Clientibus defensionem praestare contra seipsos, utcunque in conventionum tabulis contra omnem hominem wider menniglich / defensio promissa fuerit. Negativam enim conclusionem hanc, fax legum ardentissima tuetur Bartol. *in l. Paulus.* §. *si sciente, ff. de pigner.* ubi dicit, quod promittens auxiliari Titio contra omnem personam, non teneatur auxiliari contra seipsum, idem *in l. petitionem*, per ill. text. *Cod. de advoc. divers. Jud.* gloss. *in c. petitio*, & *ibi* Abb. *numero* 4. *extr. de Jurejur.* Barbat. *ad l. cum acutissimi numero* 101. *Codic. de fideicomm.* Tiraquell. *in tract. de poen. caus.* 51. *numero* 79. alios complures adducens.

Decisio Negativa. Ratio decidendi I. ab autoritate DD.

12 Riminald. *consilio* 152. *numer.* 22. *vol.* 1. † ubi dicit quod promittens adjuvare, vel alteri arma commodare, non intelligatur contra seipsum Alciat. 1. *reg. praesumpt.* 51. *numer.* 2. Hippolyt. de Marsil. *leg.* 1. §. *si servus numer.* 1. *ff. de quaestion.* Anton. de Padill. *in l. praeses provincia numer.* 9. *Cod. de servit.* & *aq.* Joan. Coral. *in l. frater à fratre numer.* 52. *ff. de condict. indeb.* eleganter in terminis Simon. Pistor. *consilio* 19. *numero* 22. *ibi*, Wiewol man sonst sagt / daß gemeine Wort den nicht begreiffen / der sie redet / derhalben dann auch einer / der sich wider jederman zum Schutz verpflichtet / wider sich selbsten zu schützen nicht schuldig / rc. cujus sententiae subscribunt Georg. Everhard. 1. *cons* 55. *num.* 58. Joan. Petr. Surd. *decis.* 3. *num.* 21. *libr.* 1. & *tract. de aliment. tit.* 1. *quaest.* 91. *num.* 2. Jacob. Synzius *disputat. de Jure protect.* th. 12. D. Hepingk. *dissert. noviss. de Jure Advocat. conclus.* 42. *lit. D.*

Ratio decidendi II.

Secundo fulcitur conclusio haec, praeter adductas autoritates, argumentis etiam & rationibus, nempe per 13 regulam, quod in † omni, quantumvis generali sermone semper intelligatur excepta persona loquentis, *l. si peculium* 6. §. *sicut. ff de pecul. leg. l. si mercedem* §. *ult.* & *ibi* gloss. Bart. *ff. de act. empt. l. Lavius* 40. §. *fin. Digest. de fideicommiss. libert. l. inquisitio.* 18. *Cod. de solut.* Bartol. *in l. Paulus* §. *si sciente ff. de pignor.* & *hypoth.* Bald. *in d. l. inquisitio Codic. de solut.* Rich. Dieterus *de summa sum. Imper. majest. conclus.* 155. Raudens. *de aequiv. cap.* 18. *num.* 63. Acevedo *libro* 9. *ad Constit. Hispan. tit.* 18. *l.* 3. *num.* 4. Cravett. *consilio* 373. *num.* 48. Casalis manent *cons.* 84. *num.* 1. & *sequent.* Ardizon. *in summa cap.* 17. Blanc. *cap.* 1. *num.* 30. *libro* 2. Praepos. *in cap. Imperialem* §. *illud num.* 1. *de prohib. feud. alienat.* Raynaud. *num.* 3. & alii.

Quemadmodum igitur in obligatione † generali, non continentur ea, quae quis verisimiliter non esset concessurus *ea, in generali de R. l. in* 6. *c. si in generali de offic. vicar. c. si Episc. de poenitent.* & *remiss.* Cravet *cons.* 3. *num.* 14. Raudens. *de aequiv. c.* 18. *num.* 129. Zas. *de feud. part.* 7. *num.* 61. Gothof. *ad l.* 6. *ff. de pignor. lit.* G. Knich. *in Epoph nu.* 374. Peregrin. *de Fideicom. art.* 40. *nu.* 50. Alex. *cons.* 76. *nu.* 4. *libr.* 4. ut in pignore *l.* 6, 7, 8. & 9. *ff. de pignor. l.* 1. *Cod. quae res pign. Novell.* 39. *c.* 1. in legatis *l.* 41. §. 3. *ff. de legat.* 3. in administratione rerum *l.* 7. *ff. de donat.* in Juramento *cap.* 1. *cum ibi notat. de Jurejur. in* 6. in Feudo Mantic. *libro* 4. *de tacit. convent. tit.* 9. *numero* 21. & *libro* 11. *tit.* 4. *numero* 20. Sic quoque in hac Patronali conventione semper intelligitur excepta persona defensionem promittentis.

Quare Protector dum promisit se Clientes contra omnes defensurum, de aliis tantum cogitasse & sensisse videtur, non autem de seipso. Imo si specialiter fuisset interrogatus, an contra se ipsum clientes tueri velit, ejusmodi obligationem prorsus respuisset, quoniam nemo tam impudens † existimatur, ut contra se aliquid moliri, aut promittere velit Joan. Coral. *in d. l. frater à fratre numero* 52. *ff. de condict. indeb.* Cui germanum est illud Ciceronis *in Orat. in Vat. Nemo est tam demens, tamque parum de se cogitans, qui alienam vitam magis quam suam diligat.* 14

At vero promissio quaelibet, sicut & transactio non porrigitur † ad ea, de quibus verisimiliter non fuit cogitatum vel actum, argumen. *l.* 30. *ff. de oper. libertor.* & *l. ult. Digest. ad municipalem l.* 5. & 9. §. *ult. ff. de transaction.* Eleganter Cujac. *ad cap.* 16. *veniens, ext. de Jurejurando.* Nam in obscuris interpretatio † fieri debet, contra stipulatorem potius quam promissorem, argumen. *l. Arrianus. de action.* & *obligat. l. si unus,* §. *pactus ne peteret. ff. de pactis, l. absente ff. de poen. l. Labeo scribit Digest. de contrahend. empt. l. in contrahenda, de reg.* Promissori † enim solent Jura favere, ne nimium obligetur, Rittershus. *part. feud. capit.* 17. *q.* 25. *in fin. lib.* 1. 15 16 17

Tertio conclusioni nostrae robur addit, quod ordinata † & bene instituta charitas incipiat à seipso, *l. praeses, in verb. durum* & *inhumanum Cod. de servit.* & *aqua. l. inquisitio* 18. *Cod. de solut.* Accurs. Bald. *in d. l. praeses C. de servit.* & Salycet. *in c. si non licet* 23. *quaest.* 5. Francisc. Marcus *decis.* 155 *n.* 1 *part.* 1. juxta illud Tullii *libro* 9. *Epist. famil. ad Dolabell. Tibi potius quam cuivis sis amicus. Nostra enim utilitates nobis omittenda non sunt, aliisque tradenda*, & idem notat Cicero *lib.* 3. *officior.* 18

Ratio decidendi III.

Hinc jubetur primo sibi † quilibet facere eleemosynam, deinde proximo, *de poen. distinct.* 3. *c. qui vult, gloss. in verb. specialibus* Menoch. *de praesumpt lib.* 3. *praesumpt.* 44. ubi per plures casus regulam hanc illustrat Alciat. *in tract. de praesumpt.* 52. Roland. à Vall. *cons.* 5. *num.* 69. *vol.* 3. Bald. *consilio* 312. *column.* 1. *vol.* 4. Cui consonum est illud Terentii *in Andria act.* 2. *scen.* 5. 19

Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,
Omnes sibi melius esse malle, quam alteri.

& ideo dicit Cyn. *in C. cum acutissimi C. de fideicommiss.* quod lupus mordeat carnes alienas, sed suas lambat.

Quod vere etiam & eleganter scripsit D. Augustinus *lib.* 1. *de Civitat. Dei c.* 17. *Regulam, diligendi † proximum à semetipso dilector accepit. Quandoquidem scriptum est, diliges proximum tuum sicut teipsum,* qui locus citatur *in c.* 9. *si non licet* 23. *q.* 5. Deum quidem plus quam nosmetipsos & supra omnia diligere jubemur, sed proximum non item, ut prolixe docet discipulus August. Prosper. Aquitanic. *lib.* 3. *de vita contemplativa*, citatus etiam *in c. charitas est, de poenitentia distinct.* 2. quibus conferri possunt ea quae *superiori undecimo capite* copiosius in hanc rem allata fuere. 20

Quarto si diversam ab hac sententia statueremus, sequeretur, in eadem † persona eodemque respectu extare diversam & plane contrariam obligationem, argum. *l. qui filiabus* 17. §. *fin. cum l sequent.* & *l. ab omnibus* 107. §. 1. *versicul. si Attio* ubi gloss. & Dd. *Digest. de legat.* 1. Et quod aliquis deberet agere contra seipsum, idemque offensor & defensor sui ipsius 21

Ratio decidendi IV.

22 esse. Nemo autem contrariis † officiis cogentis, scilicet & coacti una vice & respectu eodem defungi potest, facit *lex. 7. §. 8. de donat. inter vir. & ux.* Alexand. *in l. 3. §. 4. de recept. arbitr.* Arnis. *libr. 1. polit. cap. 11.* Cammann. *disputat. juridico polit. de Jurib. majestat. disput. 1. thes. 29.* Nam qui multorum custodem se profitetur, eum sapientes sui primum capitis ajunt custodem esse oportere. Cicero *in orat. Philipp. 12.*

23 Quinto confirmatur conclusio, ex eo, quod † nemo teneatur alienam salutem propriæ anteponere, ut late per Jul. Clar. *libr. 4. senten. §. feud. quæstio. 21. in med.* & in terminis tradunt Bald. *in l. frater à fratre. in ult. not. ff. de condict. indeb.* ibidemque Alberic. *numer. 15. & 16.* Alexand. *num.* 8. Socin. *col. 6. post princ.* Jason. *in 14. not numer. 23. & 24.* Cagnol. *numer.* 98. & alii relati per eum, sibi enim, ut quisque malit, quod ad vitæ usum pertinet, quam alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura, Cicero *libr. 3. offic.* Et nemo fere est, qui sui periculi Judex, non sibi se æquiorem, quam reo præbeat. Idem *in orat. pro Dejot.* Ergo Advocatus contra seipsum Clientes defendere non tenetur.

Ratio decidendi V.

24 Sexto facit in simili, quod Advocatus † fisci non teneatur advocare contra seipsum, pro fisco, etiamsi sit salariatus ex publico. *l. petitionem.* & *ibi* Bartol. *in 3. notab. Codic. de Advocat. divers. Jud. l. penult. in fin. de postul.*

Ratio VI. decidendi.

25 Septimo à simili arguendo, indubitati Juris feudalis est, quod nec Vasallus † contra seipsum teneatur Dominum suum defendere, ita statuit gloss. *in d. cap. contra omnes in princip. hic finitur lex.* quam gloss. *ibi* sequuntur omnes Beluis. Hern. *numer.* 22. Bald. *numer.* 3. Laudens. *numer.* 2. Alvarot. *numer.* 4. eam communiter approbari asserens. Præposit. *numer. secund.* Afflict. late *numer.* 6. Petr. Ravenn. Balzaran. *numer.* 9. & alii gloss. *in cap. imperialem §. illud fin. in verb. excipiatur, de prohib. feud. alien. per Frider.* quam sequuntur, *ibi* Beluis. & Bald. *numer.* 25. Alvarot. *numer.* 3. Præpos. *numer.* 3. Afflict. *numer.* 3. Joann. Raynaud. *numer.* 3. & Petr. Ravenn. Præpos. *in capit. 1. in princip. num. 2. de nov. form. fidelit.* & *eodem loc.* Alvarot. *num.* 6. Ardizon. *in summa cap. 71.* Blanc. *cap. num. 30. libro secund.* Capyc. *in investitura feud. cap. feudorum juramenta columm. 3. in fin. §. limita* Laudens. *in cap. primo, num. 8. de form. fidelit.* Sombec. *de feud. part. 11. num.* 41. Zas. *part. 7. num.* 34. Wesenbec. *cap. 9. num. 11.* Schneidew. *part. 5 num.* 95. Borcholt. *c. 7. part. 1.* Schrader. *part. 6. c. 5. num. 12. & sequent.* Alciat. *in tracta. de præsumpt. reg. 1. præsumpt.* 52 Menoch. *lib. 3. præsumpt. 44. num. septimo.* Grammat. *consil. 13. num. 31. & sequent. in criminalibus* Carol. Ruin. *consilio 42. num. 15. & consilio 43. num. 17. vol. 4.* Gabriel. Roman. *tit. de verbor. signific. conclus. 9. num. quart.* Rosenthal. *de feud. cap. 8. conclus. 15. num.*

Ratio VII. decidendi.

26 Octavo pari etiam ratione, quamvis subditus teneatur ad defensionem † Domini, per text. *in cap. omni timore. & in capit. si nulla. 23. quæst. 8.* Abb. *in capit.* 27 *sicut in fin. de Jurejurand.* tamen non tenetur juvare † contra seipsum, ut notat. *in capit. petitio de jur.* Nemo 28 enim carnem † suam odio habet, *capit. nemineum alius est c. non æstimemus. 13. quæst. 2.* Specul. *in tit. de feud. §. quoniam super homagio quæst. 17. num. 33.* [illegible] quisque sibi magis tenetur providere, quam alii, ut inquit Bald. *in leg. 1. numero quart. Codic. de inoff. dotibus per l. Julianus. Digest. si quis omissa caus. testament.* Joan. Petr. Surd. *tract. de Aliment. tit. 7. quæst. 30. numer. 3. & sequen.*

Ratio VIII. decidendi.

Quod nono etiam in liberto locum habet, qui quamvis à patrono † habeat ipsam libertatem, quæ res est 29 inæstimabilis, *§. cum ergo, vers. sed enim Institut. quibus ex caus. manumitt.* cunctisque rebus præferenda, *l. Paulus. Digest. de fideicom. libert.* minime tamen tenetur salutem † Patroni præferre propriæ, text. *in l.* 30 *hæc demum. ff. de oper. libert.* Padill. *in l. præses numer. 7. C. de serv. & aq.*

Ratio decidendi IX.

Hanc denique sententiam suffulcit, quod in simili ad partes disputavit Pileus *quæstio 24. incip. Odericus, sub Rubr.* An Titio promittens omnem defensionem, contra omnem hominem præstare, & in specie turrem suam ad defensionem locare, ad hoc teneatur etiam contra seipsum, ubi licet ipse distinguat, communis tamen DD. sententia obtinuit, quod is † qui taliter promisit, non teneatur præstare turrim aut defensionem contra seipsum, quia hoc modo deberet aliquis † esse offensor itemque defensor sui ipsius, quod absurdum esse colligitur ex Georg. Everhard. *1. consilio quinquagesimo quinto, numer.* 60.

Ratio ult. decidendi.

Neque vero obstant rationes † in contrarium supra allatæ. † Quia ad primam respondetur, quod Jura illa tantum procedant, quando quis, vel ex natura rei, vel ex dispositione legati obligatus est ad defensionem, secus, si aliter ex conventione, ut hoc in casu. Ita Bald. *in d. l. frater à fratre,* Alexand. statim post *numer.* 8. Socin. Sen. *columm. 6. post princ.* Cagnol. *numer.* 109. & Philip. Dec. *in cons. 104. col. 2. ante med. vers. sexto & ultimo part. 1.* 31

Solutiones argumentorum pro sententia affirmativa adductorum.

Responsio ad primam dubitandi rationem.

Ad secundum quoque facile respondetur, quod nullum simile † vel æquiparatum sit idem. *l. quod nerv.* ubi plene Bartol. & alii. *ff. depos.* † Nec potest esse idem jus, ubi subest diversitatis ratio, † siquidem tutor tenetur exigere à seipso, sicut ab aliis, propter necessitatem officii, quod illi impositum est à lege vel à magistratu. Secus est in officio voluntarie recepto. Illud enim non pari lege æstimatur, [illegible] ex finibus consensus & promissionis, quam in dubio nemo censetur fecisse contra seipsum. Istam responsionem aperte not. Alberic. *in d. l. frater à fratre numer. 15. in med.* 32 33 34

Responsio ad II. dubitandi rationem.

Ad tertium respondetur, negando assumptum, quod scilicet contra † seipsum Domino Vasallus nunquam præstare teneatur auxilium gloss. & Dd. communiter *in capit. ult. hic finit. lex.* Jacobin. *in verb. & promiserunt numer. 13.* inferens inde quod si Vasallus jurasset Domino, tempore guerræ unum vel duos equos armatos subsidio mittere, non teneatur mittere contra seipsum. Curt. *de feud. part. 9 numer.* 8. Clarus *§. feudum. quæst. 21. in fin.* Khol. *de servitu. feud. part. 3. num. 30.* & alii complures in hanc sententiam *supra in rationibus decidendi* congesti. 35

Responsio ad III. dubitandi rationem.

Nihil enim intentioni † feudum acquirentis refragatur magis, quam ut obligare se voluisse intelligatur, ad incommodum sibi ipsi inferendum, id quod necessario sequeretur, si contra semetipsum Domino auxilium spopondisse censeretur, Khol. *d. numero* 30. Dispositio vero quantumvis † generalis non trahitur ad ea, quæ disponentis mens non admittit. Angel. *consilio 283. numer.* 5. Jason *consilio 24. libro prim.* Cravett. *respons. 1. pro genero. numero* 102. cum universalis † enuntiatio sit coercenda & temperanda secundum qualitatem, naturam & aptitudinem personarum, uti subtiliter scribit Zasius *libr. 1. sing. respons. capit. 6.* Paris. *consilio octuagesimo octavo, numer. 31. vol. 1.* Carocius *decision. 59. numer. 19. 21. 23.* Sic & clausula † quantumvis generalis non extenditur nisi ad specificata *l. 31. C. de transact.* Zasius *ad l. qui Romæ §. duo fratres numer. 22. Digest. de verb. obligat.* 36 37

Unde nec obligatio defendendi generalis contra arbitrium obligantis, aliorsum rapienda, ne actus vo-

† voluntarii, ultra quam arbitrium tulerit, in proprium præjudicium extendantur contra *l. obligationem*. §. 1. *ff. de obligat. & act. l. non omnis. Digest. si cert. petatur. l. is qui s. fin. ff. commodati* Magon. *decisio. Lucens.* 28. *numer.* 18. Seraphinus *decisio.* 89. *numer.* 7. Anton. de Amat. *decis.* 1. *numer.* 34. Cacheran. *consilio* 13. *numer.* 62. Personal. *de adipisc. poss. numer.* 413. Cæpoll. *de servit. Rust. c.* 9. *num.* 26. Melchsner. *Tom.* 2. *libr.* 1. *decis.* 4. *numer.* 77.

Ampliatio decisionis negativa. Cæterum hæc *supra* inductis argumentis & resolutione contrariorum hucusque defensa Decisio ampliatur, ut vera sit, etiamsi † Protector se Juramento obstrinxisset, indistincte, contra omnes sese Clientes defensurum, quia nec tum, non attento etiam Juramenti vinculo, contra seipsum Clientes defendere tenetur per notata Alvarot. *in capit.* 1. §. *contra omnes*, *numer.* 4. *hic finit. lex.* secutus Bald. *in leg.* 2. 1. *quæstio.* 24. *Digest. de rer. divis.* Præpos. *ibidem numer.* 2. *versicul. quid si autem Vasallus* Petr. Ravenn. qui indistincte loquuntur & si Bald. distinguere velit, sequitur Jacobin. *in verb. & promiserunt numer.* 13. Sic, si juraverit castrum munitum Domino tradere contra omnem hominem, non tenetur tradere contra semetipsum, Jacobin. de S. Georg. *verb. qui quidem investiti, &c. numer.* 15. *in fin.* ubi ait se ita consuluisse Joan. Borcholt. *cap.* 7. *p.* 1. *num.* 41. post Alberic. de Rosat. *in l. frater à fratre ff. de condict. indeb.* Balzaran. *d.* §. *contra omnes num.* 9.

39 *Ratio I. ampliationis.* Cujus ampliationis ratio primo inde patet, quod juramentum † interpositum super actu vel contractu aliquo sequatur & sortiatur naturam actus sive contractus principalis, atque recipiat omnes conditiones, subanditiones, limitationes, & exceptiones, quos contractus sive actus principaliter recipit. *l. fin.* & *ibi* Bartol. Bald. Salycet. Castrens. *Codic. de non numer. pecun. l. sed & si possessori* 11. §. *item si curavero* & *ibi* Jas. *not.* 9. *Digest. de jurejur. l. fin. Digest. qui satisd. cog. leg. si quis inquilinos* 115. §. *fin. Digest. de leg.* 1. *l. adigere* 6. §. *fin. Digest. de jur. patron. cap. quemadmodum* & *ibi* Panormitan. nota. 6. *extr. de jurejur.* Oldrad. *consilio nonagesimo quinto*, *col. fin.* Bald. *cap. quæ in Ecclesiarum*, *column.* 5. *extra de constitut.* Barbat. *consilio quadragesimo tertio*, & 53. *column.* 3. *libro secund.* Tiraquell. *tracta. de constit. possess. part.* 3. *limitat.* 7. *numer.* 35. idemque *in repet. l. si nunquam* 8. *in præfat. numer.* 164. *Codic. de revoc. donat.* Covarru. *in cap. quamvis part.* 2. §. 4. *numer.* 1. *de pact. lib.* 6. Gæddeus *de contrahend. stipul. capite* 6. *conclus.* 7. *numer.* 192. ubi dicit, juramenti vim in contractibus † majorem & fortiorem non esse, quam ipsius contractus: Si vero contractus sit contra bonos mores, contra Leges contra disciplinam publicam, & sic plane inutilis & nullius momenti, interpositum quoque juramentum inutile reputatur. *l. non est dubium* & *ibi* communiter Dd. *C. de legib.*

41 *Ratio ampliationis III.* At *supra* deductum est, ipsum Advocatiæ contractum non se extendere ad præstandam defensionem contra se ipsum, proinde nec juramentum eo vim suam extendere potest.

42 Huic accedit secundo quod in generali † defensionis promissione etiam jurata, persona jurantis intelligatur esse excepta Andr. Khol. *de servit. feudal. part. quart. numer.* 24. per *cap. quamvis de præbend. in* 6. & *l. item apud.* §. *prætor, vers. ea enim. Digest. de injur.*

Quæstio II. Utrum filius Protectoris clientes suos adversus proprium parentem tueri debeat. Affirmativa. Secundo hic quæritur, † *utrum filius Advocati munus gerens, Clientes contra patrem eos injuste offendentem tueri teneatur?*

43 Et sane primitus † affirmative decidendum videtur. primo quidem, quia pater † Clientes injuste offendens agit contra jus naturale, quo hominem ab homine beneficio affici potius, quam offendi & lædi æquum est. At qui contra † jus naturale agit, indignus censetur, qui beneficium Juris naturalis expectet, argumen. *l. auxilium.* 37. *in fin. ff. de minor. l. final.* §. *si vero postquam Codic. de Jur. delib leg.* 1. §. *hoc autem ff. si fam. furt. fec. dic. l. consensu C. de repud.* Vult. *de feud. ca.* 10. *num.* 33. *in med. lib.* 1. Idque est contra jus divinum, ubi dicitur, non portabit filius iniquitatem patris sui. 44 *Ratio dubitandi I. pro affirmativa.* 45

Secundo pro hac sententia pugnat, quia æquitas, † propter consanguinitatis affectionem, non est negligenda, imo major † habenda est ratio æquitatis & justitiæ, quam sanguinis & conjunctionis, argumen. *l. postliminium*, §. *filius. ff. de captiv. & postlimin. revers.* & *in l. si servus. numer.* 4. *Codic. de his qui ad Eccles. confug.* Sebast. Med. *in tracta. de fort. cas. p.* 1. *q.* 8. *num.* 53. *in fin.* 46 *Secunda dubitandi ratio.* 47

Ergo etiam filius patrem clientes suos injuria afficientem impune repellere potest.

48 Nam & patriam † quoque contra parentes defendere tenetur Filius, ut manifeste adstruit Andr. de Isernia *in d.* §. *contra omnes, hic finit. lex*, per *l.* 2. *Digest. de Justit. & Jure, & postliminium, ff. de captiv* Ripa *in l final. Codic. de revocand. donat. quæstio.* 23. Abb. *in cap. pervenit, & immunitat. Eccles.* Fortun. Gart. *in l veluti de Justit. de Jur.* Decius *in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 14. *de Constitut.* quos omnes refert & sequitur Covarr. *cap. Raynutius numer.* 9. *de Testament.* & Specul. patrem pro patria impune interfici posse putat, per *l. minime de relig. & sumpt. fun.*

Tertia dubitandi ratio. Tertio huic sententiæ non leve robur addit divulgatum illud Juris theorema: Ubicunque † offensio est illicita, ibi licita censetur defensio, ita gloss. *in l ut vim* & *ibi* Dd. Dec. *num.* 1. & 25. Paul. de Castro *in l.* 1. §. *jus gentium. num.* 5. *ff. de Just. & Jur.* & *in l.* 1. *num.* 6. *C. quando liceat unicuique, &c.* 49

Ubi arguendo à contrariis dicit, quod sicut ubi offensa est à Jure permissa, ibi defensionem esse denegatam *l. si servus in fine Cod. de his qui ad Eccles. confug.* Ita è contrario ubicunque est prohibita offensa, ibi permissam esse defensionem *d. l. ut vim*, cui consonant notata per Bald. *in l. final, C. de exhibend. Re.* Everh. *in loco à contrar. sub num.* 2.

Sed si pater filii Clientes injuste premat, sine dubio hæc offensio est illicita; Juris enim † præceptum est, alterum non lædere, §. *Juris præcepta Institutionib. de Jure natural. gent. & civil.* Ergo filius hoc casu clientes contra patrem Jure defendere potest. 50

Quarto id constat ex Jure feudorum indubitato, quod Vasallus † contra patrem Domino suppetias ferre obstrictus sit, per text. expressiss. *in leg. prospexit. qui & à quibus manumiss. & d.* §. *contra omnes. hic finit. lex.* ubi Laudens. Præpos. Afflict. & Isern. omnesque tam veteres quam recentiores, Raynau. *in cap. Imperialem*, §. *firmiter, numer.* 25. Jacobin. *in d. verb. & promiserunt, num.* 13. Capyc. *in investitura sua cap. feudorum dominia. colum.* 11. §. *decimo, quod veluti.* Clar. §. *feudum. quæst.* 27. Specul. *in* §. *quoniam. vers.* 16. *de feud.* Joan. Petr. Ferrariens. *in form. libell. quo agitur ad revocat. feud. verb. contra debitum num.* 3. Zas. *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 10. Curt. *part.* 4. *num.* 8. Schrader. *part.* 6. *capite* 5. *num.* 1. Wesenbec. *cap.* 9. *num.* 11. Vult. *cap.* 10. *num.* 26. *lib.* 1. & alii plures congesti per Rosenth. *cap.* 8. *conclus.* 14. *num.* 1. 51 *Quarta dubitandi ratio.*

Idque ob Juris jurãdi religionem. Majus enim vinculum † est religio Juramenti, quam ratio affectionis & conjunctionis, & magis custodiri debet religio Juraméti erga 52

erga dominum, quam conjunctio sanguinis erga parentem, ut dicit Andr. referendo beatum Augustinum *in libr. de doctrina Christiana*, & quamvis Cujac, *in d. §. contra omnes.* verba ista *contra patrem* ab antiquo Codice abesse & delenda putet, ab omnibus tamen improbatur, & Hotomannus ibidem dicit, correctionem illam carere ratione, Isern. *d. §. contra omnes numer.* 2. ubi rationem conclusionis hujus dat, quod patri filius † teneatur naturali vinculo, sed Vasallus Domino, vinculo juramenti, quod Deo praestitum, est fortius, & strictius constringit. Eandem opinionem defendendo secutus est Dominic. Arumae. *disputat. feudal.* 5. *thes.* 29. ubi *in gloss. sub finem. Quapropter* inquit, *hoc in casu filius noster Domino ad ejusdem & propria persona defensionem adierit, majoremque rationem praestiti juramenti quam imperii patris habebit.* Idemque voluit Ravennas *in d. §. contra omnes.* & *ibi* Alvarot. *numer.* 2. Praepos. *numer.* 1. per gloss. *in capit. de forma.* 11. *quaest.* 5. *in princ.* Gabriel. Roman. *tit. de verb. signific. conclus.* 9. *numer.* 3. *libr.* 6. Clarus *in §. feudum quaest.* 21. *num.* 3.

53

Et non desunt Feudistae opinantes, si Vasallus in mortis † periculo constitutum videret, hinc patrem, illinc Dominum, & alterutri tantum opem ferre posset, praeferri debere Dominum. *d. §. fin. hic finit. lex.* quorum tamen sententiam à veritate alienam esse, paulo inferius docetur. Ad praedictorum declarationem videri possunt ea quae *capit. praecedenti undecimo*, ex Sichard. & Oldendorp. allata sunt, qui non concedunt observare mores hominum, & contemnere Dei praeceptum, quod est de honorandis parentibus.

54

55 *Decisio Negativa.*

Unde his non adversantibus nos contrarium, † scilicet filio contra patrem pro clientibus non esse pugnandum, intrepide statuimus.

Ratio I. decidendi ab Auctoritate.

Et primo quidem per text. *in l. petitionem.* 13. *Codic. de Advoc. divers. Jud.* qui hoc clare probat in Advocatis Judiciorum, ut *ibi* Bald. *in* 3. *notab.* Alberic. de Rosat. *in l. ut vim*, & *ibi* Seysel. *num.* 24. *ff. de Justit. & Jur.* Zas. *de feud. part.* 7. *num.* 30. & sequitur Sombec. *part.* 11. *numer.* 35. 36. *& sequent.* in ipsis autem Advocatiae armatae terminis hoc astruit Jacob. Synzius *disputat. de Jure protect.* 8. 12. allegans ad hoc Cagnol. *in l. frater à fratre.* 38. *numer.* 98. *ff. de cond. indeb.* Hippol. de Marsil. *in leg* 1. *§.* 8. *&* 13. *ff. de quaest.* Grammat. *consilio* 126. *num.* 9.

56 *Ratio decidendi II.*

Deinde quod filius † clientibus non teneatur praesidium & defensionem praestare, contra ascendentes, cumulate probant Cagnol. *in l. frater à fratre. num.* 106. Hippol. de Marsil. *in l.* 1. *§. si servum. &* 2. *num.* 4. *ff. de quaestio.* Ruin. *cons.* 42. *num.* 15. *vol.* 4. Grammat. *cons.* 126. *num.* 9.

57 *Ratio III. decidendi*

Tertio patrem, † qui lucem aspicere dedit, offendere ac laedere cum summa impietate conjunctum est, ipsique naturae ac legibus adversatur, *tot. tit. ff. de obseq. & cap. infames. quaest.* 1. ubi infames dicuntur qui adversus parentes armantur. Eleganter Cicero *in Orat. pro Rosc. Amerin. Magna est*, inquit, *vis humanitatis: multum valet communio sanguinis: Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit: cum etiam feras inter sese partus, atque educatio & natura ipsa conciliet.*

58 *Ratio decidendi IV.*

Quarto roboratur haec decisio per communem DD, traditionem, quae vult filio † non esse licitum neque permissum, patri pro defensione rerum de facto resistere. Alber. de Rosat. *l. ut vim* & *ibi*. Clav. de Seysell. *num.* 24. *ff. de Justit. & Jur.* Schrader. *tract. feud. part.* 9. *c.* 4. *nu.* 61. Schonborn. *Politic. lib.* 1. *c.* 7.

Cujus enunciati occasione non parum ardua hic quaestio exoritur, *An numerum liberis † ob vita propria defensionem, parentibus resistere liceat?*

59 *Verum filius Patri vim inferenti, resistere, eumque, si aliter se tueri nequeat, occidere possit. Negatur.*

In partem † Negativam non parum inclinare visus est, Valent. Volzius *comment. ad l. Cornel. de Sicar. capit.* 7. *numer.* 23. ubi in terminis defensionis loquens, inter alia dicit, si res ad eum casum deveniat, ut aut filio moriendum, aut pater interficiendus esse videatur, valde dubium esse, an ei patrem necare liceat, & an non naturali atque civili rationi magis consentaneum sit, ut cum mortifera patris verbera declinare minime possit, mortem etiam diram & acerbam à patre imminentem patienter excipere atque perferre, quam ei vitam eripere, qui post Deum vitam dedit, atque concessit.

60 *Negativam tenentium auctoritates.*

Cujus etiam opinionis est Georg. Obrecht. *capit.* 6. *numer.* 17. *& sequent. de defens. necessaria* ubi *numer.* 19. diserte concludit, si eo res inter percutientem patrem, & defendentem filium pervenerit, ut vel filio percundum, vel pater interficiendus sit, adhuc tamen justius & aequius sibi videri, ut filius potius mortem patienter ferat, quam Patri vitam adimat, eo quod Religio, pietas & ratio naturalis filium moneant, ut potius mortem obeat, quam scelestissimum parricidii crimen committat.

Et hanc etiam sententiam amplexus est Bodin. *libr.* 2. *de Republic. capit. quart.* qui itidem statuit, nunquam patri vim inferenti obsistere, aut illatam injuriam propulsare Jure licere, adeoque generaliter nullam justam esse causam, † propter quam parentibus liceat vim intentare. Imo hoc affirmare nemini licere, & ne quidem scribi sine impietate posse statuit: *Quia*, inquit, *Parricidis non solum sibi proponunt, sed etiam licentiam reliquis id audendi tribuunt, atque ultro ad necem paternam specie publica utilitatis invitant. Et extendit hoc, quod ne quidem ad patriae defensionem, filius, patrem hostem possit occidere.* argum. 38. §. 9. ff. ad leg. Jul. de adult. *siquidem tantum scelus admitti nequeat, quod parricidio vindicandum, & ob id parricidium hoc non sine conscientia morsu perpetrari posse adeo, ut mors sit potius solatium filio, & vita supplicium.* Haec Bodinus, qui in hoc secutus est Platonem, *libro* 9. *de legib. ubi filio, ait, ne pro defensione quidem sua, si à parentibus se videt interfectum iri, lege ulla conceditur, ut parentes, à quibus in lucem est editus, interimat, sed omnia potius sustinere praecipitur, quam quicquam hujusmodi facere.*

61

Et possunt in hanc opinionem argumenta adduci valde speciosa.

Ratio I. dubitandi pro Negativa.

Primum enim corroborari illa ex eo posse videtur, quod defensio etiam judicialis † interdicta sit liberis, quae laedit famam parentum. *leg. honori parentum secund.* ubi Ulpianus liberis sub poena infamiae injuriarum actione interdicit. id quod cavit etiam *in l. parens.* 5. *Digest. de obseq. parent. & patr. praest.* ac inhibetur quoque *in l.* 7. *§.* 3. *Digest. de injur.* multo magis ergo iisdem defensio extrajudicialis prohibita esse censetur.

62

63 *Ratio dubitandi II.*

Deinde liberi † naturaliter obligantur ad obsequium & reverentiam parentum. *leg.* 1. *§.* 1. *Digest. de obsequ. parent. & patr. praest.* quorum persona eis semper debet esse sancta. *l. liberto.* 9. *Digest eodem.* Sicut igitur libertus patroni famae ac vitae parcere tenetur. *l. si adulterium.* 38. *§. liberto. Digest. ad Jul. de adult.* Ita multo sane justius & aequius est, ne liberi, qui arctissimo sanguinis vinculo parentibus obstricti sunt, quicquam faciant, quod parentum famam ac vitam laedere possit, arg. *l. ult. Cod. de obsequ. patron. praest.*

Praete-

64 Præterea vis liberis † illata à parentibus pro vi non habetur. *l. licet famosa*, 7. §. 2. *ff. eod. l.* 4. §. 16. *Digest. de dol. mal. except.* ubi dicit Ulpianus rescripsit, adversus parentes neque doli exceptionem, neque aliam, quæ parentis opinionem apud bonos sugillet, competere.

Ratio dubitandi III.

Quarto in propugnationem hujus sententiæ adduci 65 potest, quod Jure † quodam singulari introductum sit, filiis non aliter parentum suorum occidendorum facultatem permissam esse, quam si ipsi ad patriam delendam venerint. per text. *in l. minime. Digest. de relig. & sumpt. fun.* Bartol. *in l. si adulterium* §. *liberto. Digest. de adulter.* Angel. Aretin. & Imola *in l. triticum de verbor. obligat.* Salycet. *in l.* 1. *Cod. de iis qui par. occid.* Panormitan. *consilio* 104. *lib.* 1. Zas. *in parat. de relig. & sumpt. fune. numer.* 12. Quod 66 quidem ea ratione admittunt, quia in † necessitatibus præferenda est patria parentibus, ut est elegans textus *in l. postliminium*.19. §. *filius*, *ff. de capt. & postlimin. revers.* ubi disciplina militaris pluris est, quam amor parentum & liberorum.

Ratio dubitandi IV.

Ex quo colligitur, filiis extra hunc casum non licere impune occidere parentes, cum speciale in uno casu, denotet jus commune in contrarium. *leg.* 1. *in fin. Digest. de constitut. Princ.* §. *sed & quod Principi. vers. plane. Institutio. de Jur. natur. gent. & civil. l.* 16. *jus singulare. Digest. de LL. leg.* 1. *in fin. Digest. ad municip.* text. & gloss. *in cap. præsenti* 34. §. *loca verb. specialiter, de prabend. in sexto. cum similibus.* Et exceptio confirmet regulam in casibus non exceptis. Decius *in le.* 1. *n.* 21. *& sequent. cum ibi alleg. Digest. de Regulis Juris.* Bartol. *in leg. quæsitum.* §. *denique. Digest. de fund. instruct. leg.*

67 Quinto, si mater, quæ filium sibi insidiantem † accusare voluit, contra pietatem & naturalem rationem facere dicitur *in l. propter insidias* 14. *Codic. de his qui accusa. non possunt.* multo sane magis liberi contra pietatem & naturalem rationem facere dicendi sunt, qui malunt patrem percutientem trucidare, quam illius verbera atque plagas avertere.

Ratio dubitandi V.

Sexto, hæc negativa opinio ex eo defendi posse videtur, quod † liberti & familiares, si patro-68 nos & Dominos accusare præsumpserint, ultore gladio feriendi dicuntur, *l. penultim. & ult. Codic. de his qui accusar. non possunt.* Quonam igitur supplicii genere filius afficiendus erit, qui non patrem accusaverit, sed impie & crudeliter interfecerit? Item, quod miles, qui Centurionis, sive Jure sive injuria se verberantis vitam (quæ erat Centurionum, aliorumque Ducum & Principum insigne, eaque cædi milites solebant) confregerit, vel alias ei manum intulerit, Capitale supplicium meruisse dicitur. *leg. milites.* 13. §. *irreverens. Digest. de re milit.*

Ratio dubitandi VI.

Qua ergo pœna dignus censebitur filius, qui patri castiganti resistens manus impias attulerit?

69 Septimo, si servi † salutem Domini suæ præponere debent. *leg.* 1. §. *juxta hoc tamen. Digest. ad SC. Sillan.* multo magis id filius erga patrem facere de-70 bet: cum inter filium † & patrem longe arctior sit necessitudo & cognatio, quam inter servum & Dominum: adeo ut, monente Divo Hieronymo, mortem à patre illatam lubenter accipere debeat. *capit. non est nostrum.* 23. *quæstio. quint.* Imo id multo magis in filiis verum est, propter summa, quibus à parentibus cumulantur, beneficia. Exem-71 plo sit Cimon † Atheniensis, qui, ut Miltiadem patrem damnatum vinculis eximeret, ultro sese carceribus obtulit, mortem lubens oppetiturus, modo patrem à periculo servaret. Et Torquatus † Roma-72 nus, qui Pomponium Tribunum plebis patrem accusantem, quod nimis duriter filium tractaret; ab accusatione patris desistere sica faucibus supposita, ac Jurejurando exacto coegit: de quo Liv. *libr.* 3. Valer. Max. *libr.* 5. *cap.* 4.

Ratio dubitandi VII.

Pro asserenda denique hac sententia egregie fa-73 cit, quod Cicero homo Ethnicus pie & præclare in oratione *pro Sex. Roscio Amerino* scribit: *Occidisse patrem Sext. Roscius arguitur, scelestum, Dii immortales, ac nefarium facinus, atque ejusmodi, quo uno maleficio cætera omnia complexa esse videantur. Etenim si id, quod præclare à sapientibus dicitur vultu sæpe læditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti? pro quo mori ipsum, si res postularet, Jura divina atque humana cogebant, &c.*

Ratio dubitandi ultima.

Hæc & his similia, quæ in speciem afferre facile esset, alicujus forte animum movere possent, ut negativæ sententiæ calculum adjiceret, † verum re-74 diligentius considerata, ego illis non attentis, in casu proposito filii extremæ defensionis causa, patrem occidentis, affirmativam haud ineleganter defendi posse, censeo, rationibus & argumentis in contrariam partem allatis, nihil impedientibus.

Affirmativa sententia.

Etsi enim leges † parentibus castigationem mo-75 deratam, ac limitibus suis, veluti delineatam ac circumscriptam concedant, *l. unic. Codic. de emend. propinq. l. in suis.* 11. *ff. de liber. & posth. l.* 3. *& l. ult. C. de patria potest.* Alcan. Clement. Amerin. *de potest. patr. effect.* 1. *numer.* 12. *in fin.* Et ideo liberi † pa-76 rentibus ita castigantibus, salva conscientia resistere nequeant, Bart. *ad l.* 3 *ff. de justit. & Jur.* Cum parentes † liberos suos moderate castigando iis nullam 77 vim, nullamque faciant injuriam, sed Jure suo utantur. *l.* 3. *C. de patr. potest.* Longe tamen aliud est, si parentes omnem † exuentes humanitatem, metam 78 sibi à legibus præscriptam transiliant, & liberos ita tractent, ut nihil nisi mors eis sit expectanda, tum enim filius mortis periculum sibi imminens, etiam cum parentis internecione Jure optimo declinare & avertere potest. Quia tali casu offensio, quæ à parte parentum ab initio fuit licita, postea, ob paternæ castigationis excessum fit illicita; & consequenter defensio quæ à parte liberorum a principio fuit illicita, ex subsequenti excessu fit licita, adeo ut pater sibi imputare debeat, quod proprium sanguinem negligendo, seipsum vita spoliaverit, argumen. *l.* 203. *Digest. de reg. jur.* Imo nec parentis † nomine dignus est, qui omnem humanitatem 79 (quæ virtus adeo hominis † propria ut ab ipso nomen 80 acceperit Joan. ab Affelen. *in viro politico fol* 67.) exuit, pietatem erga liberos deponit; proprii sanguinis prodigus erga seipsum crudelis existit, & in necem filiorum, contra officium pietatis nequiter conspirat.

Ratio decidendi I.

His accedit secundo, † quod si filius mortem pati-81 ente animo, sub spe pietatis ac reverentiæ paternæ exciperet, negligeret inprimis propriam charitatem, & eo ipso Deum, (qui solus vitæ Dominus *Sapien.* 16. *versicul.* 13. *Tu es, Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem; & deducis ad portas mortis, & reducis. Homo autem occidit quidem per malitiam animam suam, cum exierit spiritus, non revertetur, nec revocabit animam quæ recepta est, sed tuam manum effugere impossibile est*) offenderet.

II. Decidendi ratio.

Quinimo qui se contra vim † illatam non defen-82 dit, non minus peccare dicitur ac si sibi ipsi manus inferret, Marius Solomon, *ad l.* 3. *ff. de Justit. & Jure. numer.*

numer. 15. Joann. Lignanus *in eo libr.* quem de bello inscripsit. Ratio est, quod vitam, quam omni Jure, omniumque gentium more & consuetudine permittente, tueri potuit, sua quasi culpa amittit, cum tamen non sit suorum membrorum Dominus *l. liber homo, in princ. ff. ad l. Aquil.* ad tradita Paul. Castrens. *in l.* 1. §. *Jus gentium ff. de Justit. & Jur.* ubi scribit sine peccato mortali nemini licere mortem obire, si seipsum, occidendo aggressorem, defendere possit, imo quod plus est, ait talem, si, cum posset se defendere, nulla justa causa subsistente, permitteret se occidi, esse damnatum æque ac si seipsum occideret vel præcipitaret, cujus tamen assertio in casu persecutionis, vera non est, cum ex D. Hieronymi sententia, possit quis absque crimine pati mortem & percutienti colla submittere, nec tenetur seipsum defendere aggressorem occidendo: imo perfectionis opus est, non se defendere, ut ex D. Thom. Sylvestro & Soto probat Covarruias *de sponsal. & matr. part.* 2. *capit.* 8. §. *ult. num.* 17.

Deinde etiam contemneret naturam, quæ omnibus rebus eam vim † indidit, ut sui conservationem appetant, & corruptioni resistant, docente eodem Castrens. *loco supradict.* ubi scribit cuilibet enti † creato inesse instinctum naturaliter insitum, ut tendat ad conservationem sui, & ad repulsionem oppositi. Præterea etiam negligeret Rempublicam, eamque gravissime in eo offenderet, dum operas suas, quas deberet patriæ, subtraheret, cum non minimum vitæ, patriæ cui omnes nascimur debeamus. (83, 84)

III. Decidendi ratio. Tertio firmum etiam huic nostræ contrariæ decisioni probandæ argumentum illud præbet, quod leges defensionem † necessariam, & tutelam inculpatam concedentes nullo modo inter personas extraneas, & parentes distinguant, sed indistincte omnibus & contra omnes eam permittant, *leg.* 3. *Digest. de justit. & Jur.* Cessante † igitur legis dispositione, cessare debet etiam hominis dispositio. (85, 86)

IV. Decidendi ratio. Quarto sicut prohibito † simplici homicidio, necessarium minime prohibitum censetur, sic etiam prohibito parricidio, necessarium vetitum minime intelligitur. Nam qui se inculpate † defendit, præcepto *Non occides*, satisfacit, quod alias non minus † læderet, qui se occidendi potestatem tribuit, ac si alium interficiat, imo magis delinquit, qui seipsum, quam qui alium interficit, siquidem magis sibi, quam alteri obligatus est. (87, 88, 89)

Dicendum igitur est, quod licet filius in casu necessitatis inevitabilis patrem interficiat, id pro parricidio non sit habendum; Nam hoc principaliter non agit, ut parricidium committat, sed ut se, suamque vitam defendat; ubi vero voluntas † ac propositum delinquendi non est, ibi maleficium esse nequit. *l.* 35. *ff. de furt.* (90)

Ultima decidendi ratio ab authoritate. Hanc denique, ut plura legitima hujus decisionis argumenta omittam, opinionem communem secuti sunt Felin. *in c. dilectus numero* 7. *de Exceptionibus* glossator *in l. minime verb. occiderit. Digest. de religios. & sumpt. fun.* Cæpoll. *conf.* 5. *numer.* 6. Kubach. *quæst. illust. decur.* 2. *quæst.* 10. *per totam.* Joan. Gæddeus *discurs. Academ. de extrajudicial. Defens. disputat.* 1. *conclus.* 3. *sub lit. G, versic. an si parentes.* Id quod etiam in casu revocandæ donationis notavit Ripa *in l. final. Cod. de revocand. donat. quæst.* 19, quorum sententiæ accedit, hujus sæculi quasi primus Canonistarum Auriga, Covarr. *in c. Rainutius numer.* 9. *de testament.* ubi enumerans causas ingratitudinis, ob quas filius † exhæredari potest, in casu illo, quando filius manus violentas parentibus intulit, sequentem limitationem ponit, si filius patrem percutiat seipsum defendens subdens rationem, quod percussor non sit, qui se defendendo alium percussit, *l. qui percussorem ff. de Sicar.* quibus & manum astipulando porrigit Decian. *tract. crimin. libro* 9. *capit.* 15. *numer.* 12. Christoph. Sturz. *ad l.* 8. *numero* 19. *ff. de reg. jur.* Joach. Cluten. *in Historicopolit. paradox.* 4. ubi *in fine* addit *si filius tuto fugere † possit, multo rectius facere, ut habita ratione pietatis parenti debitæ, fuga potius sibi consulat, † uti exemplo Alexandri Magni docemur, qui petitus a patre stricto gladio, non restitit, sed aufugit*, Plutarch. *in Alexand.* Et si enim extraneis † hominibus inter se concertantibus fuga pudori ac dedecori sit, atque ob id nemo alterum † fugere teneatur. Bart. & alii *in l. ut vim*, ubi Jason. *sub fin.* hanc communem esse sententiam testatur *ff. de just. & jur.* Idem Bartol. Salycet. Bald. Angel. & cæteri tradunt *in l.* 1. *C. unde vi* Clar. §. *homicidium numer.* 32. Didac. Covarr. *in clem. si furiosus* §. 1. *numer.* 4. *de homicid.* Zoanett. *in d. l. ut vim part.* 2. *num.* 14. *& multis seqq.* Wesenbec. *part.* 1. *conf.* 19. *numer.* 17. & 64. Gail. *libro* 1. *observ.* 110. *numer.* 8. attamen hoc casu diversum omnino dicendum erit, cum fuga ipsis † liberis honori atque laudi sit, quasi quædam non dubia & obscura pietatis, reverentiæ atque observantiæ debitæ erga parentes significatio ac testificatio. Claud. de Seyssel. *in repet. l. ut vim numer.* 99. *ff. de just. & jur.* Valent. Volzius *in comment. in tit. Digest. ad L. Cornel. de sicar. capit.* 7. *num.* 25. (91, 92 *Declaratio decisionis.*, 93, 94, 95, 96)

Idem generaliter tradit, de iis personis, quæ reverentiam & obedientiam debent superioribus veluti discipulis respectu Præceptorum, subditis respectu Magistratus & similibus, Romul. *de Homicid. p.* 1. *numer.* 71. *vers. Tertio.*

Solutio contrariorum Argumentorum. Nec vero quæ *suprà* in contrarium allatæ sunt, auctoritates, & argumenta, hanc sententiam evertunt.

Quamvis enim præcitatis interpretibus in casu propositæ quæstionis negativa magis arridere videatur, plures tamen sunt, qui affirmativam sententiam amplectuntur, quos utpote rectius sentientes per adductas decidendi rationes & ipse tanto libentius sequor, quod argumenta pro eorundem opinione in medium allata exigui sint ponderis, facilique negotio dissolvi queant.

Responsio ad I. dubitandi rationem. Quod enim primo à judiciali † liberis adversus parentes interdicta defensione ad extrajudicialem arguitur, consequens eam ob causam infirmum est, quia magna intercedit diversitas in casu judicialiter vendicandæ, & defensionis extrajudicialis: illam enim arripere nulla cogit necessitas, hæc autem, in qua versatur vitæ periculum, inevitabilis est: vita enim semel perempta, nullo pretio recuperari potest. Cui solutioni accedit, quod persecutio judicialis liberis denegata, hanc ob causam ipsis per legumlatores inhibeatur, quod leges parentum castigationes, aut alias offensiones, injuriarum nomine haud censeant. Quod enim faciunt, non ex odio & malevolentia, sed ex paterno affectu & summa charitate faciunt, ut liberorum suorum minus probatam vitam emendent, atque ad virtutum & pietatis studia incitent. Obrecht. *cap* 6. *num.* 13. *de necessar. defens.* (97)

At vero in casu, quo parentes liberos armis lethalibus invadunt, animo occidendi, aut vulnerandi, præsumpta illa ratio cessat, quia tunc parentes jus sibi concessum egrediuntur, & consequenter in liberis ipsa etiam defensionis prohibitio quiescit.

Responsio ad II. dubitandi rationem. Quod deinde ad secundam objectionem, in qua libero-

liberorum defensioni obsequium & reverentiam parentibus debitam obstare dictum fuit, attinet, respondendum est, eo usque durare hanc reverentiam, quo usque illi parentes se ostendunt: quando autem parentum personam exuerunt, induta persona latronis, *leg. 5. Digest. de parricid.* nihil obstat, quo minus se liberi erga eos tanquam salutis suæ defensores gerant, & communi Jure utantur. Nec urget adeo particula, *semper*: cum illud eo usque intelligi debeat, quo usque animus aliquis paternus in eo elucet: sic in periculo patriæ, non obtinet illa reverentia erga parentes. *l. 35. ff. de relig. & sumpt. fun.*

Quod autem *ibidem* dictum est, quod sicut libertus vitam patroni, ita etiam filius vitam parentis illæsam conservare teneatur, id pariter exaudiendum est, quamdiu parentes sese intra præscriptos licitæ castigationis cancellos continent, secus autem, quando eosdem egrediuntur.

99 *Responsio ad III. dubitandi rationem.* Tertio præterea argumento, † vim nempe liberis illatam pro vi non haberi, fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, inest, proindeque argumentum totum corruere efficit. Destrui enim argumenta omnia ob fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, in iis latitantem, certum est. tradentibus Everhard. *in praeamb. top. numer. 24. vers. quando autem fit mutatio à tali secundum quid* Molin. *ad leg. 1. §. si quis simpliciter. numer. 67. ff. de verb. oblig.* Toming. *decis. 26. num. 33.* Martin Coler. *in tr. de alim. libr. 1. cap. 2. num. 4.* Hartm. Pistor. *quæst. 38. num. 38 libr. 1.*

Nam quod dicitur, vim paternam pro vi non haberi, simpliciter verum non est, sed secundum quid tantum, intelligendo nempe Jure patriæ potestatis illatam; Si vero intelligamus vim vitæ liberorum imminentem à parentibus, pro vi utique maxima habebitur, & contra eandem etiam defensio concessa est, per *supra dicta* in decidendi rationibus.

100 *Responsio ad IV. dubitandi rationem* Ad quartam porro dubitandi rationem, ubi objectum fuit, jus speciale in uno casu denotare jus commune in contrarium, & exceptionem confirmare regulam in casibus non exceptis, respondetur, id argumenti genus locum non habere in casibus similibus, quibus jura favent propter publicam utilitatem vel pietatem, vel aliam causam favorabilem, ita vult gloss. nota. *in l. illud. super verbo, alia causa. & in l. fin. super verbo, captivorum Codic. de sacr. Eccles.* & gloss. *in reg. qua propter. Digest. de Regul. Jur.* & bona gloss. *in l. si constante. in pr.* & *ibi* pulchre per Bartol. *in 9. quæst. 1 par. princ. ff. solut. matrimon.* & bona gl. *in l. si à primo. super verbo ut natus,* & *ibi* Ang. & Joan. de Imo. *ff. de liber. & posth.*

101 Quemadmodum autem † in casu proposito ob conservationem & favorem patriæ permissum est, filio occidere patrem, ita etiam favore propriæ vitæ tuendæ liberi parentibus in castigando modum excedentibus usque ad internecionem eorundem resistere possunt, cum dispositio † quælibet dignoscatur favorabilis vel odiosa, habito respectu ad id, pro quo est principaliter introducta. *l. qui exceptionem. Digest. de cond. indeb. l. rogasti. l. si quis nec causam. ff. si cert. pet.* Roman. *consilio 4. num. 7. cons. 32. numer. 5. consilio 39. numero secund. consilio 328. numer. 2.* Curt. *consilio 9. numer. 19. in fin.* Paris. *consilio octuagesimo tertio, pro resolutione, numer. 4. vol. 3.* Tiraquell. de utroque *retract. tit. 1. §. 30. gloss. 1. numero quinto,* ubi copiose de hoc scribit observat Mandos. jun. *ad d. cons. Rom. 328 super verbo, introducta.*

102 Sic nihilo plus obstat, † quod quinto loco à matre filii insidias passa, ad liberos illatum est, quia & ipse in ea opinione sum, filio, si ullo modo plagas paternas, ne pereat ipse, absque nece parentis avertere possit, eundem occidere nulla ratione licere. *Responsio ad V. dubitandi rationem.*

103 *Responsio ad VI. dubitandi rationem.* Cæterum quod sexto loco ducta à libertis patronos accusantibus, & militibus vitem Centurionis verberantibus, ad filios parentes suos interficientes ratio inferre visa est, non licere liberis vitam suam defendendo tueri, consequens iis casibus admittitur, quibus filii extra propriæ vitæ periculum constituti parentes occidunt, secus autem, quando aliter vitam suam conservare nequeunt; quia, ut supra dictum est, defensio unicuique contra quemcunque sine respectu personæ vim atque injuriam inferentem cum moderamine inculpatæ tutelæ competit. *leg. 3. Digest. de Justit. & Jur. l. scientiam 45. §. qui cum aliter. Digest. ad L. Aquil.* & *l. 1. Cod unde vi,* adeo, ut defensor propriæ salutis in nullo peccasse videatur. *leg. 3. Digest. ad l. Corn. de sicar.*

104 *Responsio ad VII. dubitandi rationem.* Nulla insuper vis in septimo † argumento ponenda est, quod scilicet ut servi dominorum, ita multo magis filii parentum salutem suæ anteponere debeant, quia inter filium & patrem multo major subest diversitatis ratio, quam inter Dominum & servum, uti notabiliter advertit Gæddeus *disputation. 1. de extrajudicial. defension. conclusione tertia, lit. G. versicul. neque enim obstat, quod servi, & cæter.* ideoque argumentum à similibus claudicat.

105 *Responsio ad VIII. dubitandi rationem.* Nihil denique obstat, † quod ultimo loco ex Cicerone contra filium parricidam inductum fuit, quia is in parricidium ejusmodi invehitur, quod extra casum nostræ quæstionis Sextus Roscius commiserat.

Adductis igitur dubitandi rationibus non attentis, firmum manet, filios in vitæ periculo à parentibus constitutos etiam offendendo usque ad necem aggressoris parentis posse se defendere: ista tamen cautione, ut omnium maxime moderamen adhibeant. Moderamen vero multo strictius † requiritur in hoc casu, quam alio communi, propter personam tum Jure naturali, tum civili maxime venerabilem. Moderamen vero tale est, ut primo periculum vitæ sit manifestum. 106

Nam cum alias castigatio parentis sit licita, pro ratione delicti, non facile præsumitur animus occidendi in parente, propter affectum naturalem. secundo ut nulla prorsus alia ratione possit mortem evitare.

Quemadmodum enim hic gravissimum est homicidium, ita etiam maxima mortis evitandæ necessitas requiritur, filius itaque, si possit, fugiat: Sin minus, omni conatu ictus avertat sine repercussione, auxiliumque vicinorum imploret. argument. *leg. 9. Digest. de obseq. par. & patr. præst. l. 38. §. liberto. Digest. ad l. Jul. de adult. l. ult. Codic. de obseq. à lib. præst.* Si neutrum possit salvare ejus vitam: ad ultimum remedium recurrere Jura non prohibent.

Cæterum hac interjecta, taliter definita disceptatione, ad propositam *supra sub numer. 42.* principalem quæstionem (*An scilicet Protector filius Clientes etiam contra Patrem eos injuste offendentem defendere debeat,*) ex intervallo redeuntes, illud non minus divini Juris esse dicimus, ne scilicet Liberi † parentibus resistere præsumant, ut ex Decalogo informamur; At vero præcepta divina sine dubio pluris † sunt facienda, quam Protectionis ejusmodi pacta privata, quæ non solum apud Christianos, sed & Ethni- 107 *Ratio decidendi V.* 108

Ethnicos contra pietatem parentibus ex natura debitam, vehementissime pugnant.

109 Sexto confirmatur præcedens decisio, quod nec filius adversus patrem † bannitum & publicum Imperii hostem declaratum arma sumere, eique vim inferre potest, ita Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. homicidium. num. 59.* Cæpoll. *cons. crimin. 5. numer. 26.* Roland. à Vall. *cons. 45. numer. 62. libr. 1.* Placa *libr. I. Epit. delictor. cap. 36. numer. 3.* Tiraquell. *in tract. de pœn. temperand. aut remittend. caus. 20. numer. 7.* Menoch. *de arbitra. Jud. libro primo, quæstio 90. numer. 43.* & alii per eum citati.

Ratio decidendi VI.

110 Ipsa enim natura abhorret † & aversatur homicidia inter eos, quos sanguine conjunxit, & indissolubili mutui amoris vinculo copulavit.

111 Septimo facit quod licet pater † eos, quibus filius auxilium præstare tenetur, offendat, pater tamen est filii, neque hoc casu filius à patria potestate ullo Jure liberatur, ut tradunt Bald. Angel. & Alexand. *in l. si cum dotem 22. §. si patri. ff. solut. matrim.* & Ripa *in l. ex facto. 17. §. ex facto. ff. ad Senatuscons. Trebell.* naturaliter enim cognatus manet, & consanguineus, cum naturalis consanguinitatis † affectio nullo pacto aboleri, nulloque Jure dirimi possit, *l. jus agnationis. 34. Digest. de pact. l. Jura sanguinis. 8. Digest. de regul. Jur.* Ideoque vel ipsa natura movente vel urgente potius, filius saluti patris magis, quam clientum, quibus pacto ejusmodi obligatus est, consulere necesse habet.

Ratio decidendi VII.

112

113 Nam ejusmodi † pactum contra naturam & pietatem initum, etiamsi sit juramento confirmatum, nullo Jure potest consistere, per text. *in c. non est obligatorium, ibi* gloss. & Dyn. *de regul. Jur. in 6.*

114 Nec enim promissio † quantumvis Jurejurando validata extenditur eo, ut intelligatur contra naturam vel pietatem naturalem, Bald. *in c. 1. de nov. form. fidelit. numer. 3.* Afflict. *numer. 7.* Alvarot. *numer. 6.* Et in hanc sententiam magis inclinat Præpos. *ibid.* rejecta Laudensis opinione Bald. approbando *numer. 2.* Schenck. *numer. 3.* Jacobin. *in de verb. & promiserunt eidem. numer. 14.* Sylvan. *de feud. recognit. quæst 109. nu. 11.*

115 Quia, quæ contra † pietatem & honestatem sunt, impossibilia reputantur. *l. filius l. conditiones l. quidam. Digest. de cond. institut.* sed impossibilium nulla est obligatio *l. si stipuler. ff. de verbor. obligat.* Dyn. *in c. nemo potest. de regul. Jur. in 6.* Ergo nec eorum, quæ sunt contra pietatem, &c.

116 Octavo, si filius † patri, propter alios, quibus obligatus est, alimenta subtrahere non potest, *leg. 1. & 2. C. de alend. lib. §. 1. in fin. C. de oper. libert. l. si quis à liberis. in princ. ff. de liber. agnosc. c. caterum. 86. distinct.* ubi hanc esse Dei traditionem dicitur, gloss. *in l. jus naturale distinct. 1.* Bartol. *in tract. de aliment. num. 8.* Bart. & Alba. *in l. 1. in princip.* Salycet. & Curt. *in l. 2. Codic. de alend. liber.* Vital. *tract. clausul. in alim. renunc. poss. colu. 3. Decis. Pedem. 124. numer. 18.* Benincas. *de pauper. quæst. 7. in 2. spec. vid. numer. 16.* Ascan. *de patr. potest. effect. 17. numer. 1.* Cordub. *d. leg. 1 in princip. numer. 4. & in cap. si qui distinct. 30.*

Ratio decidendi VIII.

117 Parentum enim necessitatibus † liberos succurrere justum est *d. l. 1. Cod. de alend. liber.* Schonborn. *d. libro 1. cap. 7.*

118 eaque ratione † infames pronuntiavit liberos Solon, qui Parentibus egentibus opem non tulissent. Plutarch. *in Solone.*

119 Et apud Salomonem *in Proverb. capite 28.* dicitur, quod † *homicidialis sit, qui patri subtrahit necessaria.* & Cicero *ad Atticum libro 9. epist. 11.* inquit, *nefarium esse, parentes non alere.*

Quo ergo Jure recipias, quod contra eum arma sumere, eique vitam eripere liceat?

120 Denique ipsum præceptum divinum jubet † honorare, venerari, & audire in omnibus parentes, *Exod. 20. Marci 3. Matth. 12.* Et *maledictus qui non honorat parentes suos. Deuter. 3.*

Ratio decidendi IX.

Sibylla Erythrea *libro 2.* Oraculi, damnationem futuram, & judicium ingratorum filiorum sic consignat, damnandos igne, ut alios, de quibus ante meminerat.

—— ὅσοι ῥ γονεῖς ἐνὶ γηρᾷ
Κάλλιπον ...
Ἀντι ...
Ἤδη καὶ αἰτοῖσιν λόγον ἄγριον εἰς γενετῆρας.

Et damnabuntur scilicet omnes, qui in senectute patres relinquunt, & qui non reddunt vicem, nec retribuunt præmia nutrientibus se rursum, quicunque sunt iis rebelles, vel aspera dixerint in parentes, &c. multo igitur minus eosdem filii oppugnare poterunt.

121 Et hæc quidem omnia, quæ de Patre speciatim dicta sunt, etiam in matre † locum habent, cum ratio diversitatis reddi non possit, eademque militent utrinque fundamenta, & dispositum in uno correlativorum, regulariter etiam in altero locum habere soleat. *l. ult. ubique not.* per Dd. *l. dein de dist. vidua. tollend.*

Quid in matre Juris sit, An filius contra illam Clientes suos recte defendat. Negativa decisio.

His accedit secundo, quod inspecto † Jure naturæ filius æque obligatus sit matri ac patri, secundum Innocent. *in cap. 2. de reg. Jur.* & probatur *in l. si quis à liberis, in princip. ff. de liber. agnosc.* Bald. *in l. furiosa ff. de curator. furios.* ubi dicit, quod parem † præstare debeat reverentiam patri & matri, & iis egentibus æqualiter subvenire, Bald. Novell. *in l. 1. numer. 139. & 143. ff. solut. matrim.* & *ibi* Grott. *num. 89.* Jas. *in l. 1. num. 25. ff. solut. matrim. & in Auth. res quæ num. 9. C. commun. de legat.* Benincas. *in tract. paup. 1 quæst. 7. in 2. special. judic. num. 26.* Cephal. *cons. 5. numer. 64.* Et est text. *in Auth. licet in fin. Cod. de natu. liber.* ubi dicitur, quod filii debent parentibus parem præstare pietatem.

Ratio decidendi I.

122 *Ratio decidendi II.*

123

124 Tertio sicut filius patri egeno † alimenta denegare non potest per *supradicta*, ita neque matri, cui parem debet reverentiam, Ascan. *tract. de patr. potest. cap. 4. numer. 20. & sequent.* Campeg. *de dot. par. 1. quæst. 21.* Tiraquell. *de Jure primogen. quæst. 62. num. 13.* & compluribus accumulatis Jo. Petr. Surd. *tract. de aliment. 1. quæst. 21. per tot.*

Ratio decidendi III.

Porro ea, quæ *superius* dubitationis loco in contrarium adducta sunt, refellere, parvi negotii est.

Solutio contrariorum Argumentorum.

Ad primum † enim respondetur, quod & si pater jus naturale filii clientes injuste offendendo negligat, non tamen ideo & filius æquitatis limites excedere, patrique manus sceleratas inferre debeat: Siquidem † religio pietas & ratio naturalis, filium ad quodvis † potius periculum obeundum, quam ad patrem ulla ratione lædendum hortentur, attestante Volz. *ad l. Cornel. de sicar. ca. 7. n. 23.* ubi dicit, quod filius debeat potius mortem ipsam à patre imminentem subire, quam vitam ei, qui post Deum vitam dedit & concessit, eripere.

125 *Responsio ad I. dubitandi rationem.*

126

127 Filiis enim semper & in † omni casu parentum persona sancta & honesta videri debet. *l. 9. ff. de obseq. parent.* adeo, ut etiamsi ipsimet, non dico parentes eorum, ab ipsis † atrocissima injuria, non verbis tantum, sed re quoque atque facto affecti fuerint, animum tamen ab omni vindictæ cupiditate plane alienum gerere, nihilque suscipere debeant, quod ne ad minimam quidem & levissimam parentum offensionem læsionemque spectare videatur, arg. *l. 1. aliarum l. omnium, ff. de obseq. à liber. & libert. parent. & patron præstan.*

128

Erex

129 Et ex his scrupulum † secundo loco injectum, scilicet propter consanguinitatis affectionem, æquitatem non esse negligendam, etiam facile submovebimus. Respondemus enim quod, etiamsi patri Clientes nostros offendenti non resistamus, per id tamen æquitas nulla ratione negligatur. Quis enim est, qui 130 scribere aut asserere non reformidet, quod æquitas † ad facta pietati contraria omnique Jure tam divino, quam naturali prohibita, cujusmodi est, parenti ma- 131 nus violentas afferre, non obliget. Nam licet pater † legum contemptor & impius sit, tamen pater est, per text. express. *in Novell.* 12. *capite* 2. Ideoque ut pater observandus. Nec enim pater ob delictum desinit esse 132 pater, cum Jura † sanguinis sint immutabilia. *l. Jura sanguinis, & ibi not. ff. de reg. Jur.*

Responsio ad II. dubitandi rationem.

Quod recte etiam summus ille philosophus Epictetus Arrius *in Enchirid. cap.* 3. animadvertens: *Pater, inquit, appellatur, curandus est, cedendum ei in omnibus, ferendus, cum aut objurgat, aut verberat, sed malus pater est, at te natura non bono patri, sed patri conciliavit.*

Ex quibus clare patet, quod licet pater, nos nostrosque lædat, aut injuria afficiat, æquitas tamen ei resistere nullatenus permittat.

133 Nec obstat, quod filius † patriam contra patrem defendere teneatur, & ab eo, secundum Speculat. pro patria interfici possit; Quia hoc non est verum, nisi in patre, qui patriam vult prodere. Nec *d. l. minime*, aliter, quam in proditionis casu loquitur. Non ergo hinc consequitur, quod id liceat generaliter; 134 Cum male ab uno † particulari, ad universale arguatur, facit gloss. *in l. à Divo in princ. in verbo. à se versicul. sed licet, de re Jud. cum simil.* Frider. Pruckmann. *tract. de regal. § soluta potestas membr.* 2. *capite* 4. *effect.* 6. *numero* 124.

135 Neque etiam quod tertio loco adductum est, robur decisionis nostræ labefactat. Quia Juris illud theorema minime extendendum est ad patrem, ut is à filio impune offendi possit. Generalis nam- 136 que alicujus axiomatis aut legis dispositio, qua facultas manus inferendi aut occidendi cuipiam conceditur, ad personas sanguine inter se proxime conjunctas, vel mutua reverentia ab ipsa natura indita astrictas, non pertinet, argument. *l. adulterium*, 38. *§. liberto. Digest. ad leg. Jul. de adult.* Harprecht. *in §. item lex Cornel. de sic. numero* 202 *Institut. de public. Judic.*

Responsio ad III. dubitandi rationem.

137 Sed ejusmodi dispositiones † ita sunt intelligendæ, ne contineant iniquitatem, nedum impietatem. Oldrad. *consilio* 66. Cravett. *consilio* 186. *numero* 138 14. & interpretandæ, † ut delictum evitetur *l. merito Digest. pro soc.* Hieronym. Gabriel. *consilio* 178. *numer.* 13 Decian. *consilio* 4. *numer.* 33. *& sequent. vol.* 3. 139 ac ne quidem in † generali, nedum simplici dispositione veniant ea, quæ verisimile non est, quenquam in specie fuisse comprehensurum, *cap. in generali, de regul. Jur. in sext. l. obligatione. Digestis de pignoribus.*

Porro obicem quarto loco objectum facili negotio removebimus. Regulariter enim Vasallus † non tenetur Domino ad auxilium in iis, quæ sunt Juri divino sive naturali contraria, cujusmodi est 140 subsidium præstare contra patrem, à quo vitam accepit, ita nominatim Vult. *capit.* 10. *numer.* 27. *libro* 1. Rosenthal. *capite* 8. *conclus.* 14. *numer.* 4. Fornerius *cap.* 16. *§. nunc videamus.* Cujac. *libro* 4. *feud. tit.* 31. Rittershus. *capit.* 1. *quæstio* 26. *libro* 2. & ante hos Jacobin. de Sancto Georg. *in verb. & quidem promiserunt, numero* 14. *de feud.*

Responsio ad IV. dubitandi rationem.

141 Nec juramentum eousque vim † suam extendit, ut intelligatur contra naturam vel pietatem naturalem, Jacobin. *in d. verb. & quidem promiserunt. numer.* 14. Bald. *in capit.* 1. *de nov. form. fidelit. numer.* 3. Alvarot. *numer.* 6. & alii. Nullum enim Jusjurandum ad illicita facta trahendum est, quippe, quod iniquitatis aut criminis vinculum esse non debeat, *cap. inter cætera* 22. *quæst.* 3. sed illam tacite annexam censeatur habere conditionem, ut ea tantum quæ honesta & licita sunt, contineat. *cap. quintæ vallis.* ubi Dd. *de Jurejurand. cap. unic. de form. fidelit.* At vero quis honestum aut licitum dixerit, eum vita privare, per quem eam nactus est filius? Quin imo nec valere potest juramentum, quatenus ejus observantia peccatum sive delictum inducit. *d. cap. inter cætera*, gloss. *in cap. si aliquid*, 22. *quæstio. quart.* Decius *in c. Ecclesia Sanct. Mariæ. de constitut.* Cravett. *consil.* 425. *numer.* 3.

Id autem esset in proposito, siquidem filius armaretur in patrem, & ideo rectius hic, quod *alibi* dicitur adsumi potest: *In malis † promissis rescindenda est fides, quandoquidem impia sit promissio, quæ scelere adimpletur c. in multis* 22. *q.* 4. 142

Quæ rationes Zasium in tantum moverunt, ut consuetudinem hanc plane nullam esse, & filio contra patrem pugnare nequaquam permittendum esse, audacter asseruerit. *de feud. part.* 7. *numer.* 30. *& sequent.* Ubi enim lex † Civilis pietati parenti debitæ derogare nequit, ibi nec consuetudo potest, ne sit irrationabilis. Rosenthal. *d. conclus.* 14. *numero* 4. *lit. d. in fin.* 143

Ex quibus consequenter illud verum esse non puto, quod Feudistæ asserunt, si Vasallus in vitæ discrimine constitutos videret, & patrem & Dominum, & alterutri opem ferre posset, utrique non posset, deserto patre, Domino succurrendum esse, cum & id quoque naturæ humanitatis conciliatrici contradicat, Zas. *d. part.* 7. *n.* 32. Khol. *de servit. feud. part.* 2. *n.* 99. *lib.* 1.

Licet enim Vasallus à Domino feudum habeat, propter quod eum defendere tenetur, tamen à patre vitam habet, quæ feudo longe est pretiosior, proindeque ejus in succurrendo, utpote à quo majus bravium accepit, potior esse causa debet.

Et hæc hactenus de filio, quatenus contra patrem proprium, Clientes indefensos relinquere debeat:

Clientibus & parente Protectore eodem tempore in periculo existentibus, si nequeat filius utrisque opem ferre, an relictis illis, huic opitulari aequius sit.

Cæterum exurgit hic alia, † definitæ quæstioni [illegible] nitima disputatio: *An nimirum clientibus & parente protectoris, eodem tempore in pari mortis discrimine versantibus, si filius utrisque succurrere non possit, patrem potius, quam clientes juvare teneatur.*

Ponamus enim patrem constituti protectoris, ejusdemque receptos Clientes, uno eodemque tempore in periculo mortis constitutos, invocasse qua protectoris, qua filii auxilium, nec utrisque succurri posse, quæritur, an patri potius, vel Clientibus suis Protector opem ferre teneatur. 144

Negativæ rationis dubitandi pro Negativa.

Contra patrem dubitandi † causa inde exurgit, 145 quod licet † filius patri naturali & civili obligatione obstrictus sit, Clientibus tamen insuper, ex initio invicem Advocatiæ contractu solidius devinctus esse videatur, ut nominatim in terminis feudalibus asserit Isern. §. *contra omnes. numero secundo, tit. hic finit. lex.* Præpos. *ibidem numero* 1. *per gloss. in cap. de form.* 22. *quæstio.* præsertim si juramentum de defendendo accesserit, vel saltem, ut plerunque fit, promissio protegendi, sub fidei interpositione facta fuerit, siquidem promissiones † bey Fürstlichen / Gräfflichen / Adelichen Ehren / Trewen vnnd Glauben / loco jurisjurandi interposita, 146

sitæ, an Eydtsstatt, ipsi juramento æquiparentur, & pro juramento vere, & realiter præstito habeantur, ita communiter tradunt Doctor. *ad cap. auris de his, quæ vi metuve caus. ca. pervenit.* & *ibi gloss. in verb. juramen de fidejuss. cap. etsi Christus. de jurejurand* Felin. *in cap. præterea. numer.* 15. *de sponsalib.* Curt. Jun. *consilio* 286. *cent.* 1. & *consilio* 53. *numer.* 19. *cent.* 3. Coler. *de process. execut. p.* 1. *capit.* 10. *numer.* 246. *cum seqq.* Cothman. *respons.* 18. *numer* 123. Gail. *libro* 2. *observ.* 59. *per tot.* Mynsing. *cent.* 1. *capit.* 17.

148 Et hoc ideo, quia in viris † Principibus, Comitibus, Nobilibus, promotis item Doctoribus, & aliis honestioris loci personis, bona fides præ aliis exuberare debet, Colet. *d. capit.* 10. *n.* 251. Arumæ. *de jur. publ. discurs. Acad.* 22. *thes.* 4.

149 Cum igitur talis promissio jurata † Advocatiæ contractui adjecta, eidem non leve robur adjiciat firmioremque reddat, per text. *l. cum pater* 77. & *filius matrem* 23. & *ibi* Bart. *de legat.* 2. *cap. quanto de ju-*

150 *rejur.* Habet enim vim † expressi & specialis consensus, *cap. ex rescripto de jurejur.* Item specificæ declarationis. Wesenb. *cons.* 3. *numer.* 38. & *cons.* 23. *numer.*

151 52. atque animum † deliberatum, imo deliberatissimum arguit, & ostendit. Alexand. *consilio* 102. *num.* 4. *libro* 5. Socin. Jun. *consilio* 66. *numer.* 33. & vim exprimit veritatis Petr. Faber *in l. res judicata numer.* 10. *de reg. jur.* ac præcisam inducit necessitatem Anton. Faber. *de jurejur. conclus.* 8. *numer.* 1. consequi videtur, Protectorem fortius esse obligatum Clientibus, quam suo Patri.

152 *Decisio Affirmativa.* Verum hac dubitandi † ratione non attenta, contrarium, nempe filium parenti potius, quam Clientibus succurrere debere, verius esse, rationique ac pietati filiali magis congruere putamus.

153 *Ratio decisionis I.* Primum enim negari haud potest, Protectorem posthabitis † aliis, illi ad opem præstandam potius adstrictum esse, cui jure tam civili, quam naturali magis subest, & cui ratione potestatis magis devinctus est, sic arguente Andr. Khol. *de servit. feu-*

154 *dal. part.* 4. *numer.* 31. At constat filium † ratione patriæ potestatis ac filialis reverentiæ magis parenti, quam Protectorem Clientibus obnoxium esse, cum hic potestatem ac jurisdictionem in eosdem (sicut alibi multis tum auctoritatibus tum rationibus comprobavimus,) nullam habeat: Consequitur ergo potiorem in succurrendo parenti, quam Clientibus causam esse oportere.

155 *Ratio decidendi II.* Deinde juri ac rationi conveniens est, ut quis eum potius conservet † incolumem ac salvum à quo plura & majora accepit beneficia, extimulante ad id grati animi recordatione, Joannes Andr. *in cap. nobis* 10. *quæstio tertia.* ubi dicit, ordinatam

156 † charitatem magis tendere in illum à quo plura recipimus beneficia, quum in alios, cum ibi sit naturalis obligatio *capit. cum in officiis de Testamentis leg. sed si leges, §. consuluit. Digestis de petition. hæreditatis.*

157 Sed filius † à parente non modo educatus, & necessariis alimentis sustentatus, ejus etiam post obitum bona habiturus, sed ab eodem etiam vitam ipsam post Deum optimum maximum consecutus est: à Clientibus autem nihil aliud quam promissum honorarium, quod cum beneficiis paternis nulla ex parte conferendum est, accipit: Ergo in concursu horum illum potius quam hunc defendere obligatus est.

158 *Ratio decidendi III.* Præterea sicut Vasallus † non tenetur ferre auxilium Domino suo, à quo feudum habet, nisi cum potest, *capite primo, ibidem.* quoad potero *de nov. form. fidelit. capit.* 1. §. *sed nec est alia versicul. aliud est, quæ fuit prima causa.* Khol. *de servit. feudal. part. quart. sub numer.* 31. Sic etiam Protector aliter ad tuendos Clientes obstrictus non est, nisi quantum ei possibile est, sicut hoc ipsum *Cap.* 11. & 16. *hujus libri* fusius edocuimus.

Sed quando pater protectoris in summo mortis periculo constitutus est, non potest is Clientes defendere, nisi parentem in tanto discrimine indefensum relinquat: hoc vero procul dubio contra pietatem foret parenti debitam contraque bonos mores, eoque perinde censetur, ac si omnino Clientibus suppetias ferre non posset, *l. filius qui Digest. de condition. institut.* Unde liquido patet, potiorem in succurrendo parentis, quam Clientum causam esse oportere.

159 Sic etiam non dicitur quis posse, † quod non nisi magno cum incommodo vel difficultate potest, *leg. si servus. versicul. quid est. Digest. de action. noxal. cum similibus supra allegat.* Filio vero vix majus accidere potest incommodum, quam si parenti mortem subituro subvenire non debeat, quem succurrendo poterat periculo mortis eripere: Proinde casu nostro censebitur non posse succurrere Clientibus; & consequenter patri præ iis licebit opem ferre.

160 *Responsio ad præmissam dubitandi rationem.* Nec obstat huic decisioni, † quod initio in speciem objectum fuit, quasi Protector filius magis Clientibus quam patri ratione defensionis obstrictus sit, quia contrarium ex adductis decidendi rationibus elucet; Præterquam enim, quod natura,

161 pater & filius eadem esse persona pene intelligantur, *leg. ultim. Codic. de impuber. & aliis subštit.* Vitam etiam hic ab illo habet, qua cum nihil ei possit esse charius, nemini dubium esse potest etiam illum, cui vitam fert acceptam ipsi longe chariorem esse quam Clientes.

Ampliatio decisionis. Nec aliud hoc in casu dicendum est, tametsi Protector filius super defensione Clientum jurasset, aut promissio tuitionis sub fidei interpositione facta fuisset.

162 Quia respondetur juramentum † vel promissionem ejusmodi, ad casum hunc, quippe speciali expressione dignum, quemve promissor, si in specie de eo foret interrogatus, verisimiliter fuisset excepturus, trahi nec posse nec debere, & sit quod imputetur Clientibus, cur non tale quid, si volebant comprehendi obligatione, nominatim exprimi curaverint.

163 Imo si promissio illa jurata maxime posset ad eum accommodari, tamen haud liceret, cum jurans obligari nec debeat, nec possit ad faciendum contra pietatem parenti præstandam, bonosque mores, quandoquidem juramentum † non debet esse vinculum iniquitatis, *cap. inter cætera* 22. *quæstio. quart.* nec valet quatenus contra bonos mores est. *capit. non est obligatorium. de Regulis Juris in sexto.*

164 *Utrum Protector Parens in prædicto casu filio suo vel Clientibus opem ferre teneatur. Decisio pro filio.* Quod vero in hac † ipsa quæstione de Protectoris parente à nobis decisum fuit, id non minus in filio, cujus parens Advocatiam sustinet, in prædicto casu locum habere censemus, ut nempe Protector parens, cum potius, quam Clientes periculo mortis eripere debeat, quando nequit utrisque opitulari.

Ratio decidendi. Quamvis enim rationes aliquæ pro parente plurimum stringentes essent in filio; tamen casu nostro filii causam potiorem esse debere probatur

165 probatur inde, quia propter *στοργὰς* † naturaliter insitas non est major affectio quam parentis erga liberos, ut filium non minus, imo ferme plus diligat, quam semetipsum, vitamque filii sua chariorem habeat. Aristot. *libr.* 8. *Ethicor. capit.* 12. Livius *decad.* 1. *libr.* 3. gloss. *fin. in l. isti quidem. Digest. de eo quod met. caus.* Menoch. *libr.* 6. *præsumpt.* 56. *numero quarto.* Proinde cum vitam Clientum suæ non teneatur anteponere, certe nec vitæ filii tenebitur eam præferre.

166 Cumque annuum † salarium, quod à Clientibus habet Protector, neutiquam sit æquiparandum vitæ filii, quam is dicto salario longissime præferre, & immenso pene modo pluris æstimare debet; obligatio ratione protectionis & promissi honorarii contracta non erit eo usque extendenda, ut pater Clientum vitam præponere filii vitæ debeat. Quod si filium Protector interire sineret, prout eventurum esset, si Clientibus præ filio succurrere necesse foret, negari vix potest eum facturum contra pietatis officium filio debitum. *leg. hoc colore. Digest. de inoffic. testament.* Hoc vero cum sit absurdum & contra *l. filius Digest. de condition. institut.* erit absurdum id etiam unde sequitur. Ut omittam, quod patris & filii eadem pene intelligatur esse persona, rationesque evincentes Clientum salutem propriæ Protectorem non anteponere teneri, ferme pleræque sibi locum hic etiam vindicare videantur.

Objectio-nis solutio. Nec obstat huic assertioni (quod in *subsequenti proxima quæstione* de Patre Advocato, contra filium Clientes oppugnantem decisum est) patrem nempe Clientibus adversus filium, eosdem injuste opprimentem, & inique gravantem suppetias ferre debere; In illa enim decisione aliæ circumstantiæ jus ipsum quoque mutantes reperiuntur. Dum enim illo in casu filius contra Clientes paternos injuste arma sumpsit, eo ipso sese paternæ defensionis beneficio (ut ibidem speciatim demonstratum fuit) prorsus indignum reddidit, in hoc vero casu filius nihil contra patrem, aut fidei illius commissos Clientes deliquit, sed paterna jura inviolata retinuit, ideo hic illum defendi, illic oppugnari posse, non abs ratione conclusimus.

Deinde dum *in subsequenti quæstione* diffinimus posse & debere patrem Clientibus, adversus filium paternos Clientes inique turbantem opitulari, præsupponimus id etiam absque filii interemptione fieri posse; unde consideratis diversis in utroque casu occurrentibus circumstantiis una decisio alteri nequaquam adversatur.

Utrum filio Protectori defensio Clientum contra spiritualem etiam patrem iure prohibita sit. Et prædicta quidem in parentibus naturalibus procedunt, quæ in principali de Advocati Patre instituta quæstione explanata fuere. At non immerito dubitare quis posset, ***An eadem † decisio etiam in patre spirituali, qui aliquem è sacro fonte levavit, quem vulgo Susceptorem seu Compatrem, nostro idiomate* Pathen oder Gevattern *vocamus, locum sibi vindicet?***

Et videtur sane idem, † quod de patre naturali dictum est, respondendum esse.

167 *Affirmativa.* Primo, quod spiritualis † affinitas non sit minor, quam carnalis *cap. qui dormierit.* 27. *quæstio.* 2. *ca. ita diligere. & cap. sequent.* 30. *quæstio.* 3. ubi dicitur susceptum de sacro fonte, ita diligere debere eum, qui suscepit, sicut patrem. Imo dicit gloss. *in cap. pistacium, eadem can. & quæst.* quod plus sit diligendus, & præferendus carnali, in exhibitione reverentiæ, quam gloss. ad hoc ponderat Tiraquell. *in*

168 *Ratio decidendi I. pro Affirmativa.*

169 *tract. de pœn. temper. aut remitt. caus.* 21. *numer.* 1. & illam gloss. singularem dicit Andr. Barbat *in leg.* 2. *col.* 7. *Digest. de verb. obligat. & in repet. l. acutissimi Codic. de fideicomm.* Schneidew. §. *pœnales quoque actiones* 12. *numer.* 42. *Institut. de action.* & confirmatur etiam per gloss. *in cap. aut facta in verb. parentum de pœnitent. distin.* 1. quæ dicit per text. *in d. cap. Pistacium* non minus puniendum esse, † qui spiritualem, quam qui naturalem patrem occidit, & adseverat etiam gloss. *in d. cap. qui dormierit.* majorem esse affinitatem spiritualem, quam carnalem. Et ideo secundum Abb. *in cap. fin column.* 3. *de purg. canon.* Ecclesia, quæ quotidie dispensat adversus carnalem cognationem, nunquam dispensat adversus spiritualem, sequitur Cotta *in memorabil. incip. commater. in fin.* post Felin quem citat & Tiraquell. *in l. si unquam, ver. susceperit liberos n.* 25. *C. de revo. donat.* 170

Si igitur tam arctum necessitudinis vinculum in cognatione illa spirituali existit, cur non parcendum esset æque spirituali, quam naturali parenti?

II. Dubitandi ratio. Secundo videtur hæc assertio defendi posse per ea, quæ tradit Tiraquell. *de caus.* 21. *numer. pr. &* *ult. & caus.* 20. *numer.* 2. ubi ex Castrens. adstruit, quemadmodum ei parcendum est, qui receptavit bannitum † cognatum, ita & ei sit parcendum, qui receptavit compatrem, neque enim deesse affectionem, quæ illos moveat. 171

III. Dubitandi ratio. Tertio non mediocriter pro hac sententia pugnat, quod ob singularem amoris necessitudinem, quo filius spiritualis erga patrem suum, ardere intelligitur, pro ipso nec testimonium † ferre, nec judicare possit, ut in individuo adstruere videntur, Crot. *de testibus numer.* 163. *in princip* Jas. *in l. generaliter column.* 1. *Digest. de in jus vocan.* Menoch. *de arbitr. quæstio. libr.* 2. *cas.* 100. *post numer. prim.* Placa *epit delict. ca.* 40. *numer.* 11. *vers secundo impedit in princio.* Mascard. *de probat. libr.* 1. *conclus.* 332. *n.* 8. *& sequent. & conclus.* 1357. *num.* 50. *libr.* 3. 172

IV. Dubitandi ratio. Quarto, sicut naturalis, ita nec pater spiritualis sive † venia in jus vocari potest, ut nominatim docet Ascan. Clement. *tract. de patr. potest effect.* 3. *num* 7 8. 9. Angel. & Fulg. *l. in l. adoptivum* 8. per ill. text. *tit. de in jus vocand.* Phil. Franc. *in cap. postremo* 36. *de appell.* Guil. Benedict. *in cap. Raynutius* 16. *verb. & uxorem, numer.* 765. *extr. de testament.* Doctores *in l. generaliter* 13. ubi Guil. de Cun. Bald. Angel. Castren. *numer.* 2. Alber. de Rosat. Alexand. *num.* 5. Socin. *numer.* 10. Jas. *numer.* 1. *de in jus voc.* Felin. *in cap. cum nuncius* 12. *num. secund. extr. de testibus,* Ang. Aret. Jason. Gomez Zasi. Schneidew. Mynsing. *in* §. *pœnales Institut. de actionib.* Alciat. *in l.* 1. *C. de in jus voc.* Vivius *commun. opin. verb. filius vocare in jus patrem. num* 2. 173

V. Dubitandi ratio. Quinto in hanc sententiam facere videtur, quod filii † patribus suis spiritualibus, qui eos ex sacro baptismate levarunt, alimenta præstare teneantur, instar patrum naturalium, prout ex Bellamera & Præpos. concludit Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæstio.* 22. & Budæus *libro prim. de Philologia,* ubi scribit, parentibus spiritualibus proditam esse actionem honorariam adversus filios suos, qua in casu egestatis, nutrimentum ipsis suppeditare jubeantur, ut ex eodem retulit Tiraquellus *d. causa vigesima prima numero* 9. 174

VI. Dubitandi ratio. Sexto confirmari videtur æqualis decisio, ex æqualitate † nominis, ex quo compatris appellatio, jus quoddam affinitatis & cognationis non absimilis paternæ, innuit, dum compater quasi cum patre pater appellatur, *in cap. tua non septim. de cognat. spirit.* 175

ris. Quam rationem inter alia ponderat ad hoc Schneidevv. *d. §. penult.* 12. *numer.* 42. *Institutionib. de Actionibus.*

VI. Dubitandi ratio. Septimo denique in terminis approbari videtur hæc opinio ex mente Tiraquell. per subsequens argumentum. Nam quemadmodum Is, qui promisit 176 aliquem † defendere adversus omnes, non intelligitur adversus se suosque promisisse, ita nec adversus compatrem, Paul. de Castro *cons. mihi* 296. *adit Francofurtens. incip. viso suprascripto puncto & contentis in eo volu.* 1. per notat. *cap. petitio de jure jur. cum simil.* quem ad hoc allegat Tiraquell. *d. caus.* 21. *num.* 1. ubi pro pleniori hujus passus discussione remittit se ad repetitionem *d. l. si unquam, verbo susceperis liberos, Codic. de revoc. donat.* quibus adde textum *in cap. ita diligere* 30. *quæstio* 5. ubi habetur de sacro fonte susceptum, filium ejus esse à quo suscipitur, proinde 177 convenit, susceptorem, ita ab eo diligendum † & habendum esse, sicut verum ac naturalem genitorem Alex. *consilio centesimo vigesimo quinto, part.* 4. quem refert & sequitur Bertachin. *Repert. Verb. Compater numero nono.*

Hæc & similia, quæ in hanc sententiam adduci possunt, aliquem forsan in præsenti quæstione perplexum tenere possent.

178 *Negativa decisio.* Verum re æquius trutinata, † apparebit ilico, ea magis speciem veri, quam solidum fundamentum habere, ideoque contrarium decidendum esse, nempe Protectorem, non obstante cognatione illa spirituali, in omnibus licitis casibus, etiam contra compatrem suum, ad defensionem Clientum suorum Jure obligatum esse.

179 *Ratio decisionis approbata.* Hujus decisionis fundamentum in eo consistit, quod inter patrem † & filium spiritualem nulla existat civilis obligatio, quæ initum inter Advocatum ac Clientes tuitionis promissæ ac debitæ vin-180 culum dirimit, sed ex cognatione † illa spiritualis duntaxat necessitudo oritur, quæ potissimum impeditionem matrimonii in certis gradibus respicit, & reverentiam quandam inducit, ut communibus suffragiis receptum statuit Præceptor noster D. Jacob. Menoch. *arbitr. quæst. cent.* 1. *cas.* 100. *numer. secundo.*

181 Nihil autem affinitas † illa, cum rebus externis, profanis ac temporibus commune habet, ut post Nicol. de Ubald. *in tract. de success. ab intestat. pag.* 3. *versicul. septima & ultima species* & Lud. Bolonin. *ad Mathesil. in tracta. de success. chart.* 4. *verb. in addition. incip. ultimum gradum vers. quod autem in filiis:* refert Tiraquell. *in d. l. si unquam verb. susceperis liberos. numero* 26. *Codic. de revoca. donation.* quos secutus Anton. Corduba *in l. si quis à liberis. Digest. de liber. agnosc. in princ. numero* 19. ubi asserit consideratione horum, sententiam illorum de alendis filiis ex fonte sacro susceptis nunquam sibi placuisse, eo, quod hæ spirituales cognationes, amore Dei & amicitiæ causa, contrahantur.

Solutio contrariorum Argumentorum. Nec resolutioni huic obsistunt ea, quæ ceu contraria *superius* adducta sunt.

Responsio ad I. dubitandi rationem. Nam ad primum respondetur, quod dilectio illa ex cognatione spirituali orta, licet respectu spiritualis regenerationis, in qua compater, adhibitus fuit minister ex præscripto Canonum ardentior esse debeat, quam carnalis, nulla tamen ra-182 tione dici potest, per eam solvi vinculum † civilis obligationis, quo se Protector ad defensionem Clientum obstrinxit, quia certi sunt modi, quibus obligatio protectitia dissolvitur, inter quos cognatio illa non reperitur.

Responsio ad II. dubitandi rationem. Eadem quoque solutione, alia, quæ sub secunda objectione continentur, Theoremata tolluntur.

183 Quod enim de receptatione compatris † banniti excusanda dictum est, id fit propter benevolam animi inclinationem, qua susceptus à sacro fonte, in suscipientem propendere præsumitur. Negare enim non possumus, quin ex ista cognatione spirituali, promanet singularis quædam affectio inter patrem & filium spiritualem, cujus intuitu, Judex receptatorem ejusdem quamvis banniti à pœna excusat, id quod similiter receptum est, in 184 singulari † amico, qui licet nullo civilis aut spiritualis cognationis nexu receptatori conjunctus sit, tamen, si eum etiam banno innodatum Amicus recipiat, ab ordinaria receptatorum pœnâ immunis est, per multa ad hoc adducta à Gailio *de pace public. libr.* 2. *capit.* 10. *numer.* 27. Et eandem affectionem in iisdem personis Legumlatores considerantes, eos pro se mutuo testes productos à testimonio adeo arcent, ut omni exceptione majores non judicent, prout ostendit Decian. *tractat. criminal part.* 1. *libr.* 3. *capit.* 7. *numer.* 11. & 12. Soarez. *recept. sentent. lit. T. numer.* 115. Jacob Æmilian. *consilio* 119 *numer.* 4. Menoch. *de arbitr. Jud. quæstio. libro secund. cas.* 100. *post numer.* 2. *versicul. tertia facit optime.* Alciat. *in leg.* 1. *in princip. numero secund. Codic. de in jus vocand.* Ripa *in l. admonendi numer.* 181. *Digest. de Jurejur.* Curt. Senior. *de testibus conclus.* 30. Crottus *de testibus part.* 4. *numer.* 163.

Nec tamen ejusmodi affectus tanti faciendus est, ut Protector, si forsan Pater spiritualis Clientes oppugnet, ei parcere possit ac debeat.

185 *Responsio ad III. dubitandi rationem.* Ex quo etiam ceu leviter † extructum concidit tertio loco injectum dubium, quod dictum est, ob magnam illam filii in spiritualem parentem benevolentiam, eundem in ipsius causa à testimonio cohiberi, qua de re hic disputationem non instituimus, sed id totum Judicis arbitrio commissum scimus, sane in illo affectu, qualis qualis etiam sit, nemo, quod is obligationem protectoris in defendendis Clientibus fundatam dissecare possit, stabile fundamentum positurus est.

186 *Responsio ad IV & V. dubitandi rationes.* Pari ratione † destruitur quarta & quinta objectio de prohibita patris spiritualis absque venia in jus vocatione, & nonnullorum Doctorum authoritate introducta alimentatione: Quamvis enim non desint, utriusque assertionis impugnatores, ut hoc in præmissa decisione ostensum est, quo ad illam autem nonnulli velint, veniæ petitionem, magis ex morali honestate, quam ulla Juris necessitate, fieri, quos refert & sequitur Jacob. Ayrer, *in processu Belial, Germanico*, quem nos Latinitate donatum, ac pluribus observationibus exornatum, brevi forsan in publicum dabimus, *part. prim. capite* 7. *observ.* 3. *post nu.* 11.

Utut tamen se res habeat, frustra sane, quis ab observantiæ illius, quæ ibi spectatur potissimum, argumento, firmam ad Protectores à defendendi necessitate liberandos decisionem colliget, id quod inde satis manifestum fieri putamus, quod licet hoc ipsum, ut & ea, quæ in præmissis objectionibus adducta sunt, in filio naturali indubitanter pro-187 cedant, ut qui multo magis patrem † suum bannitum ob naturalem affectionem, & Jura sanguinis, 188 quæ nullo † infortunii casu immutari possunt, *leg. jura sanguinis, Digest. de reg. Jur.* impune receptat, teste Bald. *in cap.* 1. § *conventicula n.* 2. *de pace juram. firm.* Gigas *de crimin. læs. majest. lib.* 3. & *rub. de plurib. & var. quæ-*

var. quaestionibus quaestion. 10 *num.* 4. Tiraq. *tract. de poen. caus.* 20. *nu.* 4. nec ullo modo, pro patre, ceu sexcentis probat auctoritatibus Farinac. *de testibus quaest.* 54. *num.* 154. testis idoneus censetur, & nequaquam parentem sine venia in jus vocare potest, per tex. *in l.* 4. *ff.* 189 *de in jus vocan.* Eundem vero absque † omni effugio alere tenetur *l. fin. C. de bonis quae liber.* ubi dicitur, quod leges, alendos parentes à liberis imperaverint, *c. caeterum* 86. *dist.* ubi dicitur hanc esse divinam traditionem, Surd. *de alimen. tit.* 1. *q.* 18. *per tot.* nihilominus tamen, ut ex sequentis disputationis resolutione patet his omnibus non attentis, contra filium, adversus patris sui clientes bellum exercentem defendendi partes omnino pater exequi tenetur.

Responsio ad VI. dubitandi rationem.

Nihil etiam firmitatis ex sexta à nominis ratione desumpta arguitione ad probandam affirmativam sententiam elicitur. Quod enim compater † quasi pater cum patre nominatur, ex eo fit, quia sicut pater natu- 190 ralis efficiens causa & administrator est naturalis generationis: ita pater spiritualis administer est spiritualis regenerationis: indeque profluxit nominationis similitudo, ea tamen nequaquam arctissimum debitae clientibus protectionis vinculum, quo Advocatus in fidem susceptis devinctus est, rumpere ac dissolvere potest.

Responsio ad ultimam dubitandi rationem.

191 Frustra denique in comprobationem hujus rei accersitur auctoritas † Tiraquelli ex Castrens. *d. cons.* 296. *nu.* 16. mutuata. Nam allegatus Paulus de Castro *in dict. loco* loquitur, in casu, ubi praeter cognationem spiritualem compater singularibus quibusdam pacis invicem servandae capitulis cum altero colligatus, imo fide data insuper ei adstrictus fuit. Cum igitur in casu illo singularis etiam obligatio compaternitati accesserit, per eam cognatio illa spiritualis ad impediendam defensionem multo firmior evasit, unde non tenebatur ejus compater. contra ipsum praestare auxilium, sicuti diserte *ibi* Cast. exprimit *ante nu.* 7.

192 Nam regulariter † duo vincula uno sunt fortiora *Auth. itaque C. commun. de success.* Tib. Decia. *cons.* 4. *numer.* 25. *vol.* 1. *& cons.* 16. *numer.* 6. *vol.* 2. Bertaz. *in tract. claus.* 12. *gloss.* 1. *sub num.* 1. secus igitur se res habet, in nudo compatre, cujus filius spiritualis, nullo alio nexu devinctus est.

193 Et hucusque de filio contra parentes tam naturales, quam spirituales pugnante, nunc vicissim videndum est, *An pater † protectionem sustinens contra filium clientes paternos oppugnantem, eosdem defendere possit, ac debeat.*

An pater protectionem sustinens clientes contra filium eos oppugnantem recte defendat.

Et primo † quidem patrem contra filium pro clientibus nequaquam stare debere, stabiliri videtur, ex eo, quod par sit † impietas filio & patri necem afferre, argum. *leg. prima Digest. ad leg. Pompejam de parricid.*

194 *Negativa Ratio dubitandi I. pro Negativa.*

Deinde facit quod pater & filius, una eademque † caro censentur, *c. contradicimus §. hac authoritate* 35. *quaest.* 3. & est textus elegans *in l. cum scimus ad fin. C. de agri. & cens. libr.* 11. Oldrad. *cons.* 224. *in cap. ista sunt* 195 *allegationes ad fin.* Et filius substantialis pars † patris est, attestante Philosopho 5. *Ethic. cap.* 6. Mayn. Mora. *cap.* 34. Petr. Gregor. Tholos. *syntag. jur. lib.* 11. *cap.* 196 8. *nu.* 6. Unaquaeque autem pars † cum suo toto censetur, una eademque res Ayrer. *tract. homicid. necess. part.* 1. *nu.* 23. Igitur etiam filius, ut pars patris, ipsa natura

Altera dubitandi ratio.

197 una eademque persona cum patre judicatur, id quod sa- 198 pienter statuit Imperator *l. fin. C. de impub. & aliis sub-* 199 *stit.* dum inquit: *Et natura † pater & filius eadem persona esse intelliguntur.* Quod ipsum *ibidem* communi Dd. consensu approbatur, per Bald. *nu.* 58. Jas. *nu.* 2. *C. eod. tit.* Schenck. *c.* 1. *nu.* 14. *de feud.* Crot. *in l. frater à fratre nu.* 8. *ibi* Coras. *in praelud. nu.* 61. *& in §. quaesitum* *num.* 1. *Digest. de condict. indeb.* Tiraq. *in tract. de praescript. gloss.* 4. *versicul. & quanquam sunt plerique* Toming. *dec.* 13. *n.* 52. Cabal. *in quaestion. de donat. ante contract. matrimon. fact. nu.* 21. Bard. *in tract. de temp. util. & contin. cap.* 12. *nu.* 2. Mynsing. *obs.* 23. *cent.* 3. Hartm. Pistor. *qu.* 2. *nu.* 46. *libr.* 2. Riminald. *in l. qui se patris nu.* 261. *C. und. libr.* Hippol. de Marsil. *in leg.* 1. *nu.* 2. *& seq. ff. ad leg. Corn. de sicar. & rubr. de fidejuss. nu.* 308. *& sing.* 160. *&c.* Decius *cons.* 443. *nu.* 3. Cacher. *decis.* 31. *nu.* 13. Reub. *in tr. de testibus part.* 2. *nu.* 20. Seraph. *in tract. de juram. priv.* 4. *nu.* 83. *priv.* 33. *nu.* 151. *& privil.* 154. *nu* 1. Cald. *in l. si curatorem ver. cum non absimilis nu.* 48. *ad fin. Cod. de restit. in integr.* Capifer. *in tr. de nu. test. p.* 1. *cap.* 16. *nu.* 195. Borchold. *in tr. de pactis cap.* 4. *nu.* 5. Royz. *decis. Lituan.* 3. *nu.* 356. Tiraq. *in l. si unquam in praefat. nu.* 15. *C. de revoc. dona.* Vacon. à Vacun. *declarat.* 50 *n.* 1. Wesenb. *cons.* 50. *n.* 22. *& cons.* 63. *n.* 12. Schurff. *cons.* 17. *n.* 1. *&* 2. *cons.* 96. *n.* 1. *cent.* 3. Christ. Zob. *in diff. jur. civ. & Sax. diff.* 40 *n.* 1. *part.* 2.

Unde & vox filii, vox † parentis, & e diverso patris 200 vox, filii esse censetur, *§. ei qui instit. de inutil. stipulat.* Schenck. *cap.* 1. *numer.* 14. *de feud. March.* Luc. de Penna *in leg. fecimus Cod. de agricol. & censit. libr.* 11. Tiraquel. *in dict. leg. si unquam in praefat. numer.* 15. Royz. *d. decis.* 3. *num.* 357. Reub. *in d. tract. de testibus p.* 2. *num.* 50. Mynsing. *d. obs.* 23. *cent.* 3. *num.* 8. Borch. *d. tract. de pactis cap.* 4. *n.* 4. Benvenut. Strach. *in tract. de adject. p. penultim. ampl.* 16.

Se autem unquam nemo † laedere vult, sed omni- 201 bus viribus naturali jure defendit, illatamque injuriam propellere nititur, *leg. ut vim ff. de just. & jur. C. primo offic.* Petr. Gregor. Tholos. *in syntagm. jur. lib.* 11. *c.* 8. *numer.* 6. & paterna † potestas, non in atroci- 202 tate sed pietate consistit *l. Divus Adrianus ad l. Pompejam de parricid. l. si filius* 3. *l. congruentius* 4. *Cod. de patr. potest.* Valentin. Volz. *comment. ad leg. Cornel. de sicar. cap. septimo numer.* 16. Imo parentes † magis in li- 203 beris terrentur, quam in semetipsis, pro affectu suo, *leg.* 8. *ff. quod metus causa.* Et pater pene magis per corpus filii, quam filius ipse periclitatur, *§. ult. Instit. de noxal. action.* Hinc fit, ut plerunque pietas † paterni nominis 204 etiam in his, in quibus juste mors liberis infertur, consilium pro iis capiat, ut ait Papinianus *l. nec in ea lege* 22. *ad leg. Jul. de adult. lib.* 48.

Ex quo colligitur, verissimum esse illud Aristotelis 8. *Ethic. cap.* 12. dum ait, aeque parentibus † vitam li- 205 berorum charam esse atque suam propriam. Imo patrem plus † diligere filium, quam sui ipsius rationem 206 habere commonstrat text. express. *in l. ista quidem* 8. *§.* 3. *ff. quod met. caus.* Dec. *cons.* 611. *num* 8. J. de Amic. *cons.* 144. *num.* 5. *&* 6. Riminald. *cons.* 261. *num.* 39. *&* 40. Cravet. *cons.* 1. *num.* 2 Jac. Philip. Port. *cons.* 6. *nu.* 14. *& cons.* 38. *num.* 31. *& cons.* 119. *num.* 8. Qua de re plurima congessit Guilielm. Benedict. *in cap. Raynutius in continuat. ad verb. duas habens filias de testament.* & infinita accumulat Tiraquel. *in leg. si unquam in praefation. num.* 3. *Cod. de revoc. donat.* Ludovic. Zunt. *in respons. pro uxor. num.* 439.

Ratio dubitandi III. ab affectu paterno.

Unde Latinus Pacatus *in Panegyrico*, quem Theodosio dicit, *Instituente* inquit, *natura plus fere filios, quam nosmet ipsos diligimus.*

Cum ergo tantus sit patris erga filium affectus & amor, certe ipsa pietas † patrem adversus filium arma- 207 ri, prohibere videtur, prout hac de causa patrem ad auxilia contra filium praestanda obligatum esse negant Bald. *in c.* 1. *de nov. form. invest. & in l.* 1. *quaest.* 23. *ff. de re. divis. & in l.* 1. *§. ne autem C. de caduc. tollend.* Felin. *in cap. offerte* 2. *numer.* 2. *de praesumption. &c.* Schenck. *c. ult. hoc finit. lex num.* 5. Sonsbec. *de feud. p.* 11. *num.* 38. *&* 39.

208 Et hoc ipsum etiam naturæ sagacitas † omnibus animantibus mirifice insevit, ut catulorum suorum salutem animali quadam justitia insita tueantur, & pro iis quodvis etiam maximum & cum vitæ jactura conjunctum discrimen subire non reformident. Cicero 5. *quæstion. Tusc. Bestia*, inquit, *pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos casus reformident.*

209 Et sic de ursis † extat scriptum, quod licet feritate belluas cæteras longe exuperent, catulorum tamen suorum curam ita exactam habeant, ut pro iis sese in quodlibet vitæ periculum intrepide conjiciant, id quod sacra testatur pagina 2. *Reg. cap.* 17. ubi dicitur, *Amaro animo veluti si ursa raptis catulis in saltu saviat*, & *Proverb.* 17. *Expedit magis ursa occurrere raptis fætibus quam fatuo confidenti in stultitia sua.* Et *Osea* 13. *Occurram eis quasi ursa raptis catulis.* Quo loco Hieronymus exclamat in ursæ sævitiam, dum inquit, *Ajunt qui de animalium scripserunt naturis, inter omnes feras nihil esse ursa savius, cum perdiderit catulos.*

210 Sic de lupis † rapinis intentis scribitur, quod fæmina partus custodiat, masculus vero pro salute catulorum cibos ad ipsam deferat. Et sic de cæteris, quorum meminit Tiraq. *in præfat. ad d. l. si unquam*, 8. *nu.* 14. *de*

211 *revoc. don.* ubi scribit, cunctis animalibus catulos † esse animam, *ibi* etiam quamplurima exempla de amore belluarum erga catulos referens.

Quod si hoc brutis animantibus natura indidit, ut suos catulos sic defendant ac tueantur, quanto magis hominibus liberos suos conservandi, & ab omni injuria defendendi naturalis incumbit necessitas. I-

212 mo contra † stimulos naturæ is facere dicitur, qui filiorum suorum tutelam subire renuit, ita ICtus Paulus *in leg. amicissimos §. Lucius, in fin. ff. de excusat. tut.*

213 A natura † enim ipsa, ut eos, quos genuerimus, amemus, impellimur. Cicero *libr.* 1. *de Finibus. Et pater is amens est*, inquit Idem *in orat. pro Cluent. qui odit eum, quem procreavit.* Ergo multo minus contra eum arma sumere debet.

214 Verum hisce aliisque, † quæ speciose adduci possent, nihil refragantibus, nos contrariam sententiam, quod scilicet pater clientibus adversus filium eos injuste oppugnantem & inique gravantem suppetias ferre omnino & possit & debeat, ceu veriorem recipimus, idque ob eas, quæ sequuntur, rationes.

Decisio Affirmativa.

215 Primo, quia filio † bellum patri inferenti nulla debetur charitas, *l. postliminium* 19. §. *filius* 7 *ff. de captiv. & postlim. revers.* Dominic. Arumæ. *disput. feud.* 5. *thes.* 29. *in scholiis.* Sed filius injuste oppugnans clientes paternos, quos à patre suo vi obligationis patronalis necessario defendendos esse non ignorat contra ipsum quasi Patrem suum arma movere censetur. Eam igitur ob causam omni sese paterno beneficio indignum reddidisse putandus est.

Ratio I. decidendi.

216 Deinde certum est & extra controversiæ aleam positum, quod pater † vigore patriæ potestatis filium injusta molientem seu facientem, coercere sive compescere possit, *l. unic. C. de emendat. propinquor. l. filius C. de patria potest. & simil.* Ascanius Clement. *de pat. potest. c.* 6. *effectu* 1. *nu.* 4. Nec pietas † paterna refraga-

Ratio decidendi II.

217 tur quo minus etiam authoritate propria eum accusare, atque magistratui, ut in eum animadvertatur, offerre queat, *d. l. si filius* 3. *& l.* 4. *Cod. de patr. potest l.* 2. *ff. de sicar.* Ascan. Clement. *d. c.* 6 *effectu* 1. *nu.* 18. *l. qui cum uno* 4. § *qui filium ff. de re militar.* Ita Salycet. *in l. propter insidias* 14. *nu.* 31. *C. qui accusar. non poss.* Felin. *in c. quærenti col.* 3. *nu.* 6. *de offic. delegat.* Tiraquel. *in tract. de pœn. caus.* Alciat. *de præsump.* Decia. *tract. crim. lib.* 9. *c.* 6. *nu.* 4. Geor. Schönborn *Polit.* 1. *c.* 7.

Consentit quoque lex divina Deuter. *c.* 21. ubi patri præcipitur, ut filium impium ad Seniores civitatis adductum castigandum & lapidibus obruendum permittat, & tradat.

Ergo etiam clientes contra filium pater defendere potest, siquidem gravius est, coercere filium, vel magistratui puniendum offerre, quam contra eundem clientibus inique molestatis auxilium præstare. Cui namque licet, † quod est plus, licebit utique etiam, quod

218 minus est, *c. cui licet de reg. jur. in* 6. *l. non debet, cui plus ff. eod. tit.* Cotta *in memorab. in v. statuta* 6. Muscorn. *in tract. de jurisdict. numer.* 55. *vers. sed quoniam.* Coler. *tract. de process. executiv. p.* 1. *c.* 6. *num.* 7. Schrader. *tract. feud. p.* 2. *cap.* 3. *nu.* 76. Pruckman. *cons.* 48. *num.* 26. *lib.* 1.

219 Porro si pater filium, qui Dominum † offendit, deducere, sive compellere tenetur ad satisfaciendum Domino, aut à se separare, uti jure feudali constitutum est, per textum expressum *c. imperialem §. insuper de prohib. feud. alien. per Frideric.* & *ibi* Dd. Beluis. Isern. *numer.* 55. Bald. *num.* 1. Laudens. *in pr.* Alvarot. *numer.* 1. Præpos. *num.* 1. Cujac. *lib.* 5. *in const. Frider. de feud. non alien.* Zas. *Epit. feud. part.* 10. *num.* 57. Frec. *lib.* 2. *de subfeudat. & auct.* 21. *num.* 1. & 2. Oldendorp. *in class.* 5. *post. act.* Joan. Jacob. de Leonard. *inter Brun. cons.* 114. *num.* 70. Ludolph. Schrad. *part.* 9. *c.* 7. *num.* 175. Vult. *de feud. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 24. Schoner. *disputat. feudal. thes.* 115. *lib.* 1. adeo, ut si filius pro offensione satisfacere detrectet eoque dominus ipsum oppugnet, pater etiam propter inobedientiam filii, licite Domino opitulari possit, per tradita Andr. Kohl. *de servit. feud. part.* 3. *nu.* 5. *in fin. §. proinde.* Haud dispari certe ratione, idem de filio, clientes in fidem patris susceptos offendente statuere possumus, quod scilicet contra eum pater pro clientum defensione licite arma capere possit, argumento æquiparatorum, in quibus statutum de uno † locum

Ratio decidendi III.

220 etiam habet in altero, gloss. *fin. in l. si quis servo C. de furt. l. quod contra ff. de leg.* quas ad hoc allegat Jason *in l. centurio num.* 33. *ver. secunda de vulg. & pupill.* & traditur *in l.* 1. *ff. de leg.* 1.

Confirmatur denique decisio nostra ex eo etiam quod in simili Feudistæ † concludunt de vasallo, com-

221 muniter tenentes, eum pro Domino etiam contra filium pugnare debere per text. *in § ult. titul.* 28. & *ibid.* Feudistæ, præ cæteris Cujacius huic sententiæ *ibid.* subscribens.

Ultima decidendi Ratio.

222 Quamvis enim amor † patris erga filium sit maximus, nec ullus affectus vincat paternum adeoque pietas ipsa prohibere videatur, patrem adversus filium armari, prout hac de causa patrem ad auxilia contra filium præstanda obligatum esse negant. Sonsbec. *de feud. part.* 11. *numer.* 38. & 39. Schenck. *c. ult. numer.* 5. *in finit. lex.* allegans pro eadem sententia Fel. *in c.* 2. *de præsumptionibus.* Contrarium tamen non modo communiter est receptum, sed & verius. Tum, quia

223 juramento † fidelitatis ad hoc ipsum sese obstringit, *c.* 1. *ibi.* contra omnem hominem excepto Imperatore *de nov. form. fidelit.* cui, si mavult tempore guerræ inter filium suum & dominum exortæ, præferre amorem erga filium, licebit hoc facere, refutando feudum, *c.* 1. *de vasall. qui contra constitut. Lothar.* Tum,

224 quia pater † Domino injuste filium oppugnanti suppetias ferre minime tenetur *c. domino guerram, hic finit. lex.* & arg. *c.* 1. *vers. & si scivero te velle. de nov. form fidelit.* Ergo juste oppugnanti licite potest opem ferre, adversus filium. Andr. Khol. *de servit. feud. part.* 3. *numer.* 5.

Nec obstant huic decisioni argumenta in vim contrariæ resolutionis adducta.

Solutio contrariorum Argumentorum.

1 Nam ad primum respondetur, *dict. l.* 1. *Digest. ad leg.* Pom-

Pompejam de parricid. non intelligi de patre sed de matre, quæ jus potestatis in filium non habet. Ita post alios respondet doct. D. Conrad. Rittersh. *part. feud. c. 1. q. 27. lib. 2.* Et certe longe atrocius esse, eripere vitam vitæ authori, id est, parenti, cognovit etiam Cicero *in orat. pro S. Roscio.*

226 Deinde quod dictum est, patrem & filium unam & eandem personam censeri, id non vere, sed fictione quadam juris, intelligendum est, arg. *l. fi. C. de impub.* E enim si pater & filius eadem essent persona sequeretur, quod ex contractu filii pater semper etiam obligaretur, & econtra; quia uno contrahente, alter quoque contrahere censeretur, contra *l. 1. & tot. tit. C. ne filius pro patre.*

Responsio ad II. dubitandi rationem.

Evincitur itaque id non nisi fictione quadam juris

227 (quæ semper est restrictioris † naturæ & nunquam ad casus non expressos porrigendæ, Cephal. *consil. 393. numer. 143.* Gerard. Mazol. *consil. 38. numer. 38. volum. 1.*) verum esse. Quod ipsum etiam particula PE-

228 NE, † & verbum INTELLIGUNTUR in textu addita, satis innuunt, quæ dictiones ambæ fictionis & improprietatis notæ sunt, *leg. si tibi homo §. cum servus ff. de legat. 1. l. 1. §. largius ff. de success. edict.* Jal. *in leg. si is, qui pro emptore, numer. 42. ibique* in specie Bart. *numer. 14. de usucap.* Joan. Coral. *in leg. frater à fratre numer. 35. Digest. de condict. indeb.* Pruckman. *consil. 2. numer. 238. & seq. libr. primo* & alii per eum alleg. Ut sic textus *in allegata leg. fin.* non dicat, natura filium eandem censeri personam, cum patre, sed quasi videri, propter naturalem illam & conjunctissimam, quæ est inter patrem & filium obligationem, sicque non nisi valde improprie patrem & filium pro eadem persona reputari.

229 Nam communi juris traditione constat, duabus † fictionum notis simul junctis, summam ostendi improprietatem, uti in specie decidit Bald. *in leg. si abducta, numer. 6. vers. legatarius autem Cod. de furt.* Jal. *in d. l. si is qui pro emptore num. 92. in fi. ff. de usuc. per l. id tempus §. 1. ff. eod. tit.*

Nec enim ullis in rebus, quæ sub sole sunt, effici po-

230 test, ut duo revera unum sint, † sed solus Deus hac

231 prærogativa † fruitur, quod Trinus & Unus revera sit, *c. 1. extr. de sum. Trinitat.* Speculat. *in tit. de sum. Trinit. in prin.* Hieron. Cagnol. *in l, numer. 15. Dig. de orig. jur.* Caccialup. *in l. 1. numer. 15. C. de summ. Trin, & fid. Cathol.*

Ex quibus consequitur, illa quoque scilicet patrem

232 & filium eandem † carnem censeri, & filii vocem patris esse, & è diverso, huc trahenda non esse, quia hæc, ut dictum est, non nisi propter arctissimam illam inter patrem & filium à natura constitutam necessitudinem ac conjunctionem, verificantur; & ultra casus expressos divagari non debent, argum. eorum quæ tradunt Coras. & Pruckman. *loc. alleg.*

Responsio ad III. dubitandi rationem de affectu paterno in filios.

Quæ vero ulterius de affectu paterno in filios natura ipsa innato, diversis ex locis allata fuerunt, decisionem nostram haud debilitant.

Si enim genitori † à se procreatos filios delinquentes, non obstante paterna illa pietate, ad puniendum magistratui, ut ex *praallegatis legibus* con-

233 stat offerre permittitur, ii certe multo magis illos ab iniqua clientum, quos ipsi Parentes defendere sancte promiserunt oppressione arcere poterunt, per rationes *paulo ante* in confirmationem conclusionis nostræ allatas, quas hic repetere otiosum esset.

234 Parentes itaque στοργὴν suam moderari † oportet ne nimius amor liberis ad quodvis scelus impune pa-

235 trandum fenestram aperiat. Insanus enim est amor † parentum qui liberos delinquentes non cohibet, & cæca eis affectione blandiuntur.

236 Hinc scite Cato senior matrem † quandam pro filio improbo Deos precantem carpebat, *hujus*, inquit, *mater, quum Deos orat, ut sibi filius sit superstes, non precatur, sed imprecatur*, sentiens, illam & sibi & Reipublic. imprecari grande malum, precando pro filio improbo, quem potius ob flagitia coercere debebat.

237 Quare multo laudabilius Aristippus incusante quodam, cur filium † suum sic abjiceret, negligeretque, quasi ex ipso natus non esset; *An non*, inquit, *& pituitam & pediculos è nobis natos, velut inutiles, procul à nobis abjicimus?* Paul. Man. *Apophthegm. libr. 3.* Aristipp. *apoph. 55.*

238 Nam sensit, eos non habendos pro filiis, † sed ut alios extraneos ejiciendos, qui nihil haberent alioqui, quo se parentum affectui commendarent, nisi, quod ab iis progeniti sint. Ita pervenuste etiam Senex. *in Comœdia: Tantisper*, inquit, *te volo meum, dum id, quia te dignum est, facis.*

239 Cæterum hæc ipsa resolutio principalis † multo magis locum habet, si in oppugnandis clientibus filius vim Religioni aut patriæ inferat. In publicis enim patriæ ac religionis negotiis multo magis valere, atque strictius observari debet, quod ait ICtus Paulus *in leg. 19. §. filius quoque Digest. de captiv. & postlimin. reversf.* Disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis quam charitas liberorum. Nam & licitum † est, pro defensione

Ampliatio præmissæ decisionis.

240 Patriæ Patrem interficere., Speculat. *de Feudis §. Quoniam 2. numer. 32. per leg. minime Digest. de Relig. & sumpt. funer.* Hinc recte Marcellus scribit,

241 Si filius † patrem aut pater filium qui ad patriam delendam venerit, occidisset, eum majores etiam præmio afficiendum constituisse, *d. l. minime 35 ff. de relig. & sumpt. fun.*

242 Unde insigne illud Auli Fulvii, † quamvis severitatis facinus, haud vulgariter commendatur à scriptoribus, qui filium ingenio literis, & forma florentem, quod pravo consilio amicitiam Catilinæ secutus in castra ejus temerario impetu properaret, ex itinere retractum occidit; dicens: *Ego te non Catilinæ adversus patriam. sed patriæ adversus Catilinam genui*, Valer. Max. *lib. 5. c. 8.*

243 Ampliationi nostræ adstipulatur † perelegans illud dictum Tullii in offic. Unicuique inquit, chari sunt parentes, chari etiam liberi & familiares, sed omnes hominum charitates una patria complexa est & refert Bald. *in leg. matris col. tertia Cod. ad SC. Tertullian.* Decian. *respons. 82. numer. 19. in fin. volum. quinto.*

Ratio ampliationis præmissæ

244 Dulcissima enim debet † esse cuique sua patria *leg. qui habitat Dig. de legat. 3.* pro qua pugnandum est usque ad sanguinem, ut per gloss. *in leg. veluti Digest. de justit. & jur leg. fallaciter Cod. de abolit. & leg. penultim. Digest. ad leg. Jul. majestat.* & qui eam derelinquit

245 † tristium numero habendus est, *leg. postliminium, §. transfuga ff. de capt. & postlimin. reversf.* qui vero eam

246 impugnat, † crudelis est gloss. *l. 1. Cod. si curial. relict. civit. lib. 10.*

247 Nec minus animose L. Brutus † filios suos, qui Tarquinii dominationem à patre expulsam reducere volentes in patriæ perniciem conjurarant summum imperium obtinens, comprehensos, proque tribunali virgis cæsos & ad palum religatos, è medio sustulit. Tit. Liv. *libr. 2. decad. 1.* Valer. Max. *libr. 5. c. 8.* Pruckman. *tract. de regalib. §. soluta potestas cap. 1. num. 106.*

248 Hinc quoque eximiis decoratur laudibus † Titus Man-

248 Manlius † Torquatus, qui cum esset consul, filium ab eo speculatum hostes missum ea lege, ne pugnaret, is autem contra interdictum patris cum hoste Gallo provocante congressus fuisset, disciplinamque militarem suo exemplo solvisset, securi feriri jussit. Livius *d. decad.* 1. *libr.* 8. Jo. Cor. *miscell. libr.* 1. *capit.* 24. *num.* 7.

Et ex his rationibus hanc ampliationem quoque receperunt communiter Feudistæ, quod scilicet vasallus † 249 tali casu pro domino contra filium pugnare obstrictus sit. Ita post alios non inconcinne Dn. Conrad. Rittershus. *partit. feud. c.* 1. *qu.* 27.

250 Porro quæ hic ampliando induximus adeo vera † sunt, ut econtra etiam, quantumvis filius Protector, clientes suos adversus patrem, eos oppugnantem juvare non teneatur, in casu tamen Religionis aut patriæ in discrimen vocatæ adversus eum licite armetur. Quæ enim pro Religione & patria † suscipitur defensio contra quemcunque sit, justissimam præbet excusationem. In hoc enim à natura geniti sumus ut primum Deo, deinde patriæ serviamus, ac Reipub. *l. veluti ff. de Just. & jure leg.* 1. §. *& generaliter Digest de ventre in possess. mitt. leg.* 3. §. *si filius Digest. de muner. & honor.* Et adeo post Deum rebus † quibuscunque antefe-

Filius protector utrum clientes suos contra Parentes, Patriam aut Religionem oppugnantes protegere debeat. Decisio Affirmativa.

251 renda salus patriæ est, ut nullius plane neque personæ 252 nec contrariæ obligationis respectus habendus sit, argum. text. express. *in l. minime* 35. *ff. de relig. & sumpt. funer*, adeo, ut si pro patria filius Patrem, aut Pater filium occidisset etiam præmio afficiendum Legum latores constituerint, ut ex *d l. minime* infert Eberhard. Speckhan. *qu.* 53. *num.* 6. *cent.* 1. dummodo id fiat defendendæ patriæ ac Reipubl. gratia Bart. *in leg. utrum* per text. *ibidem ff. ad l. Pomp. de parricid.* Franc. Pfeil. *cons.* 195. *nu.* 7. *part.* 2.

Et æqua tunc omnium est conditio adeo, ut nec cle-253 rici † nec sacræ ædes, ulla immunitate gaudeant, *leg. placet, leg. ad instructionem* & ibi Bartol. & Dd. inprimis Alciat. *Cod. de sacrosanct. Eccles.* Idem Bartol. *in leg. si adulterium* §. *si liberto Digest. de adulter.* Angel. Aretin. & Imol. *in leg. triticum de verb. obligation.* Salic. *in leg. prima. Cod. de iis qui patr. occid.* Panormitan. *consil.* 104. *lib. primo* Zas. *in parat. de relig. & sumpt. fun. num* 12. Covar. *in cap. Rainutius num.* 9. *de testament.*

254 ubi scribit filium defendentem † patriam, si patrem percutiat, exhæredari ob id non posse, allegans Abbatem *in cap. pervenerit de immunitat. Ecclesiarum.* Ripam *in leg. final. Cod de revocat. donat. quæstion.* 23. Dec. *in cap. qua in Ecclesiarum numer.* 14. *de constitut.* Fortun. Garr. *in l. veluti ff. de Just. & jur.* in cujus rei probationem facit quod Plato *in Critone* scripsit, *An sic*, inquit, *es sapiens ut te latuerit & patri & matri & progenitoribus omnibus patriam esse anteponendam.* Quinimo in 255 necessitatibus † præferendam esse patriam parentibus docet elegans text. *in l. postliminium* 10. §. *filius ff. de capt. & postlimin. revers.* ubi disciplina militaris pluris 256 est, quam amor parentum & liberorum. † Et ideo jubente unum patria, & aliud jubente patre obediendum magis est patriæ, quam patri, ut consuluit Anch. *cons.* 75. *col.* 2. Bart. *in leg.* 1. § *jus autem ff. de just. & jur.* & Alexan. *in addit. ad Bart in leg. veluti*, ubi etiam late Bald. & Jas. *in l.* 1. §. *hujus studii ff. eod. tit. numer* 13. & 14. Decian. *respons.* 82. *numer.* 18. *volum.* 5. Quibus congruit text. *in l. honor.* 14. §. *plebeii* 4. *Digest. de muner. & honor.* ubi pater jure patriæ potestatis, non potest prohibere, ne filius patriæ obsequatur. Est enim patria (cujus sanctissimum nomen Herennianus Magister perhibet, & cui omnes nascimur, Bald. *in Authen. sed omnino colum. penult. Cod. ne uxor. pro mar.*) antiquior 257 parens, † quam si quis curaverit, major ei profecto quam parenti debetur gratia, inquit Cicero *libr. primo de Republic. & primo de Orator. & in quinta Philip.* nullam esse cognationem propiorem, quam patriæ in qua etiam parentes contineantur, & *in Philippica* 3. *Atrocius*, inquit, *est Patria parentem quam suum occidere.* & *in libr.* 3. *de offic.* idem hæc verba scribit. *Ad extremum si ad perniciem Patriæ respectavit, patriæ salutem anteponet filius saluti Patris.* Meminit & Plutarchus *in Parellelis cap.* 23. & *seq.* Darii Bruti & aliorum qui ob tutelam patriæ proprios filios occiderunt. Quo respiciens Quintilianus *declamat.* 349. *illi* inquit, *vere fortes etiam viri fuerunt, qui cum hoc meminissent, liberos à se Respubl. gratia procreatos, bene impendi crediderunt exemplo.*

Hinc est, quod vasallus, † qui Domino fidelitatis 258 juramentum præstitit licet dominum suum accusare non possit, si tamen is patriam prodere aut oppugnare voluerit, ad eundem accusandum admittatur, Laudens. *in c. unic. numer.* 7. *de forma fidelitatis* Jacobin. *in tractat. de feud. super verb. qui quidem investiti numero* 18.

Ratio alterà à simili.

Et commune Feudistarum Placitum est, quod vasallus, Domino suo † contra parentem, non nisi quan-259 do aliquid in religionem Christianam, aut patriam molitur, auxilium accommodare debeat, *cap. primo* § *fin. hic finitur lex.* Alvarott. *cap. unic. numer.* 6. *de nov. form. fidelit.* Sylvan. *de feud. recogn. quæstion.* 109. *numer.* 17. Afflict. *in cap. Imperialem* §. *fin. numero primo* Schenck. *numer. secundo* & 3. & 4. §. *contra omnes hic finit. lex.* Zas. *part.* 7. *numer.* 33. Sonsbec. *numer.* 38. Gabr. Roman. *libr.* 6. *de verb. signific. conclus.* 9. *numer.* 2. Wesenbec. *de feud. cap.* 9. *numer.* 11. Schrader. *cap.* 5. *p.* 6. *num.* 6. Vult. *c.* 10. *num.* 27. *lib.* 1. Rosenth. *c.* 8. *concl.* 14. *num.* 5.

260 Et hucusque de protectione Parentum contra † filios & vicissim horum contra illos quatenus susceptos in fidem clientes defendere teneantur dicta sufficiant. Nunc ulterius vocatur in dubium, *utrum frater contra fratrem in clientes armatum iisdem suppetias ferre obligatus censeatur?*

Utrum Protector Clientes suos contra fratrem defendere teneatur.

261 Pro negativa † sententia pugnare videtur, quod fratres ex eodem parentum sanguine sint orti, quod que charitas † fraterna juris sit naturalis, quod nullo jure civili dirimi potest. *l. jura sanguinis ff. de reg. jur.* & §. *ult. Inst. de leg. agn. tut.*

Negativa. I Ratio dubitandi pro Negativa.

Hinc etiam jura statuunt, adversus † fratres vel 262 fratris filios tutelam suscipere neminem teneri per tex. express. *in l. humanitatis* 23. *C. de excus. tut.* Ex qua lege etiam colligunt Dd. sermone † generali neminem 263 præsumi quicquam constituere in eorum detrimen-264 tum, quos habet consanguineos. Alciat. *libr.* 1. *præsumpt.* 27.

Atque ita hoc casu quoque necessarii propter naturalem amoris charitatem, & ne odium adversus eos accendatur, quorum defensionem innatus animis affectus dictat excipi videntur, *gloss. in c. defleat peccator, extr. de reg. jur. cap. non æstimemus*, 13. *quæstion. secunda dict. leg. humanitatis*, 23. *Cod. de excusation.* Joan. Frideric. Husan. *tract. de hominib. prop. c.* 6. *qu. princip.* 4. *part. primo memb.* 2.

Deinde confirmari videtur ex eo, quod † insidias 265 struere vitæ fratris, non minor sit impietas quam necare patrem, aut filium, *l. primo Digest. de leg. Pompeja de parricid.* Et humanitatis ac religionis ratio prohibeat, ut frater fratris vitæ insidias ponat arg. *l. humanitatis* 23. *C. de excus. tut.*

II. Dubitandi ratio.

Tertio eandem negativam juvat, quod nulla extranea † amicitia possit esse tam felix, quin frater-266 nitatem imitetur. Quintilian. *declamat.* 321. Quo pertinet illud Salustii: *Quis amicitior, quam frater fratri.*

III. Dubitandi ratio.

Sed

267 *Affirmativa Decisio. Ratio decisionis.* Sed utut hæc se habeant, mihi contraria magis arridet sententia, Fratrem nempe oportere clientibus opem ferre, contra fratrem eos oppugnantem.

Sic autem pronunciandi inde fiduciam sumo, quod in his ipsis terminis major pars Feudistarum concludat, in simili vasallum † Domino contra fratrem 268 succurrere debere, uti hoc expresse tradit Zasius *part. 7. sub numer.* 36. ubi etiam testatur de duobus fratribus nobilibus, quorum unus alterum in conflictu militari captivum ceperat, cum diversorum dominorum inter se pugnantiam vasalli essent. Atque ita omnes sentiunt Interpp. etiam Baro à Tautenberg. *ad tit.* 28. §. *ult. lib.* 2. *de feud.* Sonsbec. *de usibus feud. part.* 11. *numer.* 40. freti *textu d.* §. *ult. tit.* 28. Khol. *servit. feud. part.* 3. *num.* 4.

269 Quamvis autem ab horum sententia discedant † Fornerius *c.* 6. §. *nunc videamus de feud.* & novissime D. Hen. Boc. *class.* 4. *disp.* 16. *thes.* 24. per rationes *supra* adductas, quia tamen ea, quæ in fulcimentum suæ opinionis afferunt, tantam firmitatem non habent, ut nostram decisionem infringant, ideo eos relicta communi sententia sequi non possumus.

Solutio contrariorum Argumentorum. Responsio ad I. dubitandi rationem. Allatis enim per Boc. *d. loco* pro negante sententia rationibus ex notatis doct. Domini Rittersh. *part. feud. lib.* 2. *c.* 1. *qu.* 28. facile est respondere.

Nam ad primam quod attinet, qua dictum fuit, jus naturale & sanguinis, ac proinde illam charitatem, quam natura inter fratres esse voluit, nullo jure civili tolli posse, argumen. §. *ultim. Institution. de legitima agnator. tutel.* Respondemus in multis juris † ar-270 ticulis jus naturale reformari ac restringi jure civili, *gloss. & DD. leg. fin. Cod. si cont. jus vel util. public. & in leg. prima Digest. de constitut. princip.* Bartol. *leg. omnes populi Digest. de just. & jur.* Dd. *capit. quæ in Ecclesiarum de constitut.* Schrader. *tract. feud. p.* 6. *ca.* 5. *num.* 2. & hoc latius explicatur *ad* §. *ult. Inst. de jur. natur. gent. & civil.*

271 *Responsio ad III dubitandi rationem.* Quod vero secundo objectum est, de † insidiis, quas fratrem vitæ fratris struere nefas sit, *d. l.* 1. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* Respondeo, longe diversa esse hæc duo, insidias struere alicui sine justa causa, & justo bello aliquem oppugnare, quorum illud nefarium est, *l. ut vim* 3. *ff. de just. & jur.* hoc vero licitum Boc. *tract. de bell. & duell. c.* 3. *num.* 15. *lib.* 1.

272 *Responsio ad IV. dubitandi rationem.* Quod vero ibidem de humanitate † fratri debita, religioneque & affectu fraterno ex *leg.* 23. *Cod. de excusation. tutor.* adductum est, conceditur quidem hæc fratri à fratre deberi, nisi major sit obligatio, qua quis alteri obstrictus est. At vero negari haud potest, Protectorem fide data, atque in id annua recepta mercede, clientibus magis esse devinctum, ac sancte promisisse, quod velit eosdem contra omnes defendere. Ergo etiam contra fratrem, cum is non reperiatur exceptus.

Quod denique ex Sallustio & Quintiliani declamationibus afferebatur, neminem amiciorem esse posse, quam fratrem, nullam extraneam amicitiam tam posse esse felicem quin fraternitatem imitetur, id facile concedi posset, nisi arctior intercederet necessitudo inter Protectorem & clientes, his enim, ut dictum est, Protector ex pacto convento contra quemvis inique gravantem devinctus est. Nec dici potest, hoc pactum esse vinculum iniquitatis & contra bonos mores, proindeque non obligatorium, quemadmodum supra in quæst. 273 de patre respondimus; non enim tam arcta † est conjunctio inter fratres, ut inter patrem & filium, quod vel ex querela inofficiosi testamenti satis patet, quæ longe difficilius fratri datur, quam vel filio, vel patri.

His ita de personis parentum † filiorum ac fratrum 274 pro instituti ratione explanatis, videndum est, *An contra Imperatorem debellantem forte alicujus clientes, eorundem Protector in tuendis iis, auxilium præstare obligatus sit?* *Protector utrum contra Imperatorem clientes suos tueri possit aut debeat.*

In hujus autem quæstionis decisione, cum nullæ dubitandi rationes occurrant eam ipsam definiturus concludo, nulli Advocato fiduciario fas esse, suos clientes adversus Imperatorem defendere. 275 *Negativa Decisio.*

Ratio hujus decisionis ex eo manifesta evadit, quod in omni † promissione seu obligatione de protegen- 276 *Ratio decisionis I.* do etiam jurata, Imperator tanquam superior censetur esse exceptus, *c. venientes* ubi Panorm. *c. petitio, de jurejur. c. venerabilem in fin. de Electionibus l. Imperatores ff. ad municipal.* Felin. *in cap. constitutus numer.* 9. *de rescript.* Hartman. Pistor. *quæstion.* 47. *numer.* 31. *lib.* 2. *part.* 2. Wesenbec. *c.* 8. *num.* 28. Vult. *c.* 10. *nu.* 29. *de feud.*

Deinde qui contra Imperatorem arma † sumit cri- 277 *Ratio decidendi II.* men læsæ majestatis incurrit, quod omnium bonorum privationem secum affert, *l. quisquis in princip. Cod. ad leg. Jul. majest. & l.* 1. *C. de petit. bon. sublata.* Est enim Imperator dominus † universalis terrarum omnium 278 sub eo consistentium, *l. bene à Zenone* §. 1. *C. de quadrienn. præscription. & leg. deprecatio Digest. ad l. Rhod. de jactu.* ac utrobique Dd. & tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis eminet inter omnes Reges, ut inquit Bald. *in cap. Imperialem* §. *fin. numer.* 24. & post eum Laudens. *num.* 7. Præpol. *num.* 2. Afflict. *num.* 1. *in fin. de prohibit. feud. alien. per Frideric.* Hanneton. *lib. primo cap.* 9. de quo latius vide Bartol. *in leg. hostes Digest. de captiv. & postlimin. revers. & in dict. l. deprecatio* & Dd. *in l. Lucius Titius* 11. *Digest. de evictionibus.* Covarru. *in cap. peccatum p.* 28. 6. *numer.* 8. *& seqq.* Costal. *in leg. quinto Digest. de just. & jur. & in l. item si verberatum num.* 15. *ff. de rei vendic.* Gail. *libr.* 2. *obs.* 56. Menoch. *præsumpt.* 14. *numer.* 3. *lib.* 2. Gabr. Roman. *tit. de præsumpt. libr.* 1. *concl.* 9.

Præterea satis probatur ac stabilitur hæc conclusio, *Ratio III. decidendi* arguendo à vasallo ad Protectorem. Quamvis enim Vasallus magis obligatus sit Domino suo, quam Protector clientibus ut *alibi* probavimus, quia tamen nec vasallus † contra Imperatorem, Dominum juvare te- 279 netur, ut uno ore omnes interpretes tradere testatur Pistor. *d. qu.* 47. *numer.* 32. ubi citat Igneum *in leg. si quis in gravi* §. *si cum omnes numer.* 111. *Digest. ad Syllan.* cui subscribunt Zas. *de feud. part.* 7. *num.* 22. Borchol. *c.* 4. *numer.* 24. Ardizon. *c.* 69. *sub finem*, ubi vasallum non solum excusandum, † sed & præmio affi- 280 ciendum, ait, qui domino contra Imperatorem servitia militaria non vult exhibere. Schneidew. *p.* 5. *num.* 95. *sub fin.* Schrader. *p.* 6. *c.* 5. *num.* 6. Rosenthal. *capit.* 8. *conclus.* 15. *num.* 4.

Quinimo, si quis domino suo † adversus Imperato- 281 rem auxilium præstiterit, hoc ipso feudum amittet. Alvarot. *dict. cap. Imperialem* §. *ultim. num.* 4. *de prohib. feud. alien. per Frideric.* Pistor. *dict. quæstion.* 47. *nu.* 33. Khol. *de servitut. feud. p.* 3. *num.* 33. Vasalli namque & subditi † magis obligati subjectique censentur Impera- 282 tori, quam proprio & immediato domino, ut post alios concludunt Afflict. *decis.* 265. *numer.* 107. Carol. Molin. *consu. Par. tit.* 1. §. 1. *gl.* 6. *nu.* 12.

Nec valeret obligatio, etiamsi vasallus † jurasset se- 283 se contra Imperatorem quoque domino suppetias laturum, cum ejusmodi juramentum sit bonis moribus ac disputationi juris feudorum contrarium *cap.* 1. *de nov. form. fidelit. cap. ultim. hic finitur lex. dict.* §. *ultim. de prohibita feud. alien. per Frider.* juncto *cap. non est obligatorium, de reg. jur. in sexto. leg. non est dubium Cod. de legibus.* Bald. *dict.* §. *ultim. numer.* 23. *ibique* Alvar.

varot. *num.* 4. Landens. *num.* 6. & cæteri Dd. Schneidew. *d. p.* 5. *numer.* 95. Ferrariens. *in form. libell. quo agit. adrevoc. feud. verb. contra debitum num.* 2. Hannet. *libr.* 1. *feud. cap.* 9.

Ideo consequitur, multo minus obligatum esse Advocatum adversus Imperatorem clientum defensionem suscipere.

Ampliatio Decisionis.

Quod autem hucusque, de Imperatore clientum causa non offendendo, decisum est, ampliatur procedere

284

etiam in alio † quocunque superiori Domino, cum per rationes allatas tum alias, quæ afferuntur per Speculatorem in materia de Feudis §. *Quoniam, secundo numer.* 29. ubi in simili quærit, *Quod si Baro & Rex*

285

† *bellum gerant, contra diversos hostes eodem tempore, & Baro præcipiat hominibus suis, ut sibi in bello assistant, opemque ferant, econtra vero Rex, ejusdem Baronis hominibus, mandet, ut sibi auxilientur, utri magis debeant parere*: Et primo videtur quod Baroni, cui sunt astricti dupliciter, ratione Homagii & jurisdictionis specialis, quam habet in hominibus suis §. *si vero forsan. Authen. de quæstionibus*, Regi vero sunt obligati tantum ratione generalis jurisdictionis. Unde duæ rationes vincere debent unam *leg. cum in adoptivis in princip.* & ibi Bald. *Cod. de adopt. cap. suggestum extr. de jure Patrona.* Lud. Roman. *consil.* 477. *numer.* 14. Cravet. *consil.* 963. *num.* 17. Hier. Gabr. *consil.* 127. *numer.* 16. *volum.* 2. Pruckman. *consil.* 1. *numer.* 174. *Tom. primo.* Et specialia derogare censentur generalibus, *leg. in toto jure* & ibi Decius & Cagnol. *Digest. de regul. jur. cap. generi* & *ibi* Dinus & Dd. *eod. tit. in* 6. Schrad. *de Feudis part.* 10. *sect.* 3. *numer.* 16. Frideric. Pruckman. *consil.* 15. *numer.* 69. *volum. primo*. Sed pro contraria sententia facit, quod potius debeant obedire Regi, ex quo vocati sunt ad majus Tribunal. *leg. contra Pupillum* §. *fin. Digest. de re judicat. cap. si Episcopus* 18. *distinct.*

Barone & Rege eodem tempore contra diversos hostes bellum gerentibus & Barone hominibus suis mandante ut sibi assistant econtra Rege itenidem sibi auxilio esse, jubente, utri potius parere debeant. Affirmativa pro Barone Ratio dubitandi contra Regem pro Barone.

286

Contraria Decisio pro Rege, Ratio decidendi.

Sic etiam prædictus Speculator tandem concludit, quod subditi in casu præmisso magis obligati sint opem ferre Regi, quam Baroni, ex quo Rex qui habet administrationem Regni, vocat eos pro communi bono scilicet, pro defensione Patriæ, quam in hoc refert & sequitur Anton. Natta *consil.* 487. *vol.* 3.

287

Clientibus & Imperatore subsidium à protectore petentibus, utrum hic illis præferendus sit.

Quid si igitur in simili Imperator † (uti hoc ipso Anno 1618. quo hujus commentationis labor ad finem, tendit. Augustissimo Imperatori nostro Ferdinando II. in bello contra Rebelles Bohemos suscepto, contigit,) cum non mediocri militum numero opus haberet, ejusque Majestas Magnatum aliquem juvandi sui causa, atque ad augendum exercitum advocaret, idem vero Provinciæ ac ditionis alicujus Protector esset, atque eodem tempore à clientibus suis vim patientibus ad ferendas suppetias imploraretur, non abs re dubitatur, *An talis Protector Imperii Status Clientibus suis potius quam Imperatori, subsidio esse debeat.*

Decisio pro Imperatore.

Ad hanc quæstionem, remotis ambagibus pro honore summæ Majestatis, respondendum esse censeo, ejusmodi in casibus invocatum Protectorem Imperii subditum laboranti, ejusque auxilio indigenti potius Cæsari, quam clientibus opem ferre debere, per notata ab Olrado *consil.* 234. *incip. factum*

288

tale est numer. 4. ubi expresse tenet, quod † vasallus tempore belli, relicto Domino suo immediato ex generali Mandato Regis debeat ire ad ipsum exercitum Regium tanquam vocatus ad majus Tribunal, parendo majori judici vocanti, & eo ipso etiam ab altero excusetur *leg. contra pupillum* §. *ult. ff. de re judicat. l. libertus* §. *præscriptio Digest. ad Municip. c. cum parati esse-*

Ratio decidendi ab auctoritatibus.

mus ext. de Appellat. Cujus opinionem sequitur Afflictus *decis.* 265. *numer.* 107. Ubi inquit vasallum Baronis subjectum esse principaliter Domino Regi, adeo ut principaliter Regem etiam adversus Baronem Dominum suum adjuvare teneatur, Eidem consentit Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum col.* 24. *v. Sexta declaratio de const. numer.* 83. ubi scribit, per jussum summi Pontificis excusari vasallum ferentem arma contra Dominum Rolandus à Valle *cons.* 1. *numer.* 80. & 81. Speculator *Tit. de Feud. versicul.* 16. Schrader. *part.* 6. *cap.* 6. *numer.* 60. *versicul. Hoc tamen ita demum.* ubi dicit si Dominus mediatus Feudi, sit Dominus Generalis sive universalis territorii illius quod vasallus incolit, tunc eidem neglecto mediato Domino auxilia & servitia esse exhibenda, quibus junge Rom. *in l. si quis in gravi*, §. *si cum omnes Dig. de Sylanian.* Jacobin. de S. Georg. *verb. & promiserunt qu.* 9. Zas. *p.* 7. *numer.* 41 Schrad. *p.* 6. *cap.* 6. *numer.* 60. *vers. hoc tamen* Molinæ. *ad consuetud. Parisiens. t. primo* §. 1. *gloss.* 6. *numer.* 12. Natta *consil.* 487. *numer.* 18. & 20. *libr.* 3 *c.* per textum notabilem *in capit. si Episcopus ibi* aut præceptione regia *distinct.* 18. & *d. leg. contra pupillum* §. *si qui ibique* not. per Joan. de Imol. Alexan. & alios Dd. *ff. de re jud.*

Ratio decisionis est, quia principi † præstari solet obsequium & auxilium, utilitatis publicæ gratia, hæc enim est justa causa, quæ præsumitur in principe quidpiam præcipiente ex certa scientia motuque proprio *l. Barbarius ibique* not. per Dd. *Digest. de offic. prætor.* Gail. & per eum allegati *libr. secundo observat.* 56. *numer.* 2. & *observ.* 58. *numer.* 2. Clientibus autem sui privati commodi, vel suas solummodo ditiones ac bona concernentes emolumenti causa præstantur à Protectoribus auxilia. Proinde potior in concursu esse debebit conditio † Principis, quam clientum, cum sit commune bonum † sive publica utilitas privato emolumento anteferenda, *l. utilitas* ubi Dd. *C. de primip. libr.* 12. *d. l. si quis in gravi* §. *uterque ff. ad SC Sylanian.* Jason. *in l. cætera* §. *sed & si quis num.* 2. *ff. de leg.* 1.

289 *Ratio Decisionis I.*

290

Limitatur tamen hæc decisio, ut vires amittat si constaret, injuste † ab Imperatore irato vel inique turbante clientes innocuos ac immerentes oppugnari, cum enim eo casu etiam vasallus impune Domino suo adversus Imperatorem subvenire possit, ut in individuo tradunt Feudistæ *in c. Domino guerram hic finit, lex*, speciatim Molinæ. *tit.* 1. §. *primo gloss.* 6. *numer.* 12. Andr. Khol. *part.* 3. *num.* 35. *de servit. feud.* Nihil video obstare, quin idem etiam in Protectore admitti possit, arg. §. *dominorum Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur.*

291 *Limitatio præmissæ decisionis.*

292 *An & quatenus Advocati clientes suos contra proprium eorum Magistratum tueri possint & debeant.*

Præterea etiam non abs re in dubium vocatur; † *Utrum Advocati fiduciarii clientes suos contra proprium ipsorum Magistratum defendere teneantur.*

Et omissis ambagibus ad hanc ipsam quæstionem cum distinctione † respondendum autumo. Aut enim magistratus ordinarius juste oppugnat subditos alterius protectioni subjectos; vel injuste eosdem gravat, ac divexat; Et priori quidem casu negative, posteriori vero affirmative ad propositam quæstionem respondetur.

293 *Decisio cum distinctione justa vel injusta oppressionis. Primum distinctionis membrum.*

Ratio prioris definitionis inde elucet, quia si † subditis à Domino suo juste castigatis opem ferre liceret, ii adversus Dominos & Magistratum fiducia auxilii Tutelaris audaciores evaderent, atque ad majorem inobedientiam incitarentur, id quod paci publicæ & communi utilitati repugnaret, ut recte considerat Præceptor meus Dn. Menoch. *consil.* 28. *numer.* 7. & faciunt adducta Andr. Gailii *libr.* 1. *obs.* 17. *numer.* 7.

294 *Ratio decisionis in casu justa castigationis.*

Quia

295 Quia ergo Domino permissum est, † subditos suos, si forte sint rebelles, aut nolint facere officia subditorum, debitaque servitia, more majorum, præstare recusent, punire, eorumque bona capere & tenere tantisper, donec ad debitam obedientiam reducantur, per text. *in l. si quis forte. §. si quis Comitum ff. de pœnis* facit text. *in l. unica. C. ne sine jussu princip. certis judicib. liceat confisca. & l. congruit ff. de offic. præsid.* Alexand. *consil. 13. nu. 10. vol. 6.* Bald. *in l. unic. num. 2. C. ne quis in sua causa judic.* Dd. *ibid.* Bald. *l. 2. n. 70. in fin. C. de Servit. & aq.* Non enim † magistratus vim atque injuriam infert quando officii sui partes exequitur, *l. 3. §. 1. ff. quod metus causa. l. quemadmodum. 29. §. magistratus ff. ad l. Aquil. l. injuriarum 13. §. 1. & l. quod Respubl. 33. ff. de injur.* Obrecht. *de defens. necess. cap. 6. num. 32.* Ideo nec eo casu, protectoribus tales subditos etiam in tutelam receptos contra proprium Dominum defendere, licet.

296 *Alterii distinctionis membrum.* E diverso autem, si Domini † in subditos nimium sæviant, eosque injuste gravent ac premant, tunc patroni eosdem etiam adversus proprium magistratum tueri debent.

297 *Ratio decisionis I. in casu injustæ oppressionis.* Quamvis enim Ius † protectionis, quod extranei habent, ordinarium magistratum in exercendis actibus Iurisdictionalibus impedire, eique nocere vel præjudicium aliquod parere non debeat: Regner. Sixtin. *inter cons. Marpurg. cons. 8. n. 106. v. 3.* sed salvam omni ex parte manere jurisdictionem ordinariam, eique ab illis, qui in clientelam recepti sunt, in omnibus, ut antea, obtemperari oporteat, *c. recepimus de privileg. cap. ex parte, el. 2. eod. & l. desertorem. §. fin. ff. de re milit.* Schurff. *cons. 23. n. 1. 2. & 3. cent. 3. cum similib.*

298 Si tamen suscepti in alienam † clientelam à proprio magistratu iniquis, & Iure prohibitis gravaminibus onerentur, permissum est protectoribus, clientes suos 299 adversus eam vim tueri. Nam eo casu magistratui † non fit præjudicium, cum non faciat officium suum, sed contrarium, dum videl. subditos non defendit, sed per vim punit & offendit, ideoq; causa, ob quã protectores Iure suo adversus ordinarium magistratum uti non possunt, 300 omnino cessat, cessante vero † causa cessat & effectus, *l. in omni*, ubi Bart. *ff. de adopt. l. licet. §. ea oblig. ff. de procurat. l. ult.* & ibi glos. & Bart. *ff. de testam. tut. l. ex facto* ubi Alex. & alii Dd. *ff. de vulg. & pub. subst.* & sic 301 in specie Iurisdictionis † ac officii alicujus causa cessante, cessat ejusdem effectus *l. Lucius ff. de fideicommiss. libert. l. tutelas ff. de capit. dimin.* Bald. *in l. generaliter col. 4. vers. & adde circa primam C. de Episcop. & cler.* Idem Bald. & Ial. *in l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est ju-* 302 *risd.* Sic etiam in nudis † protectoribus & similibus personis causa prohibitionis, quã iis prohibetur aliquid adversus magistratum aliquem facere, cessante, cessat ipsa prohibitio & perinde est, ac si iis non esset interdictum, *l. 1. ff. de cur. furiof.* Petr. à Bella pertic. & Franc. Rip. *in l. is cui bonis. de verbor. obligat.*

303 *Ratio altera decisionis in casu injustæ oppressionis.* Prædictis accedit, quod magistratus † & Domini subditos gravantes novis indebitis & non consuetis servitiis aut oneribus, peccant contra justitiam, & tenentur resarcire læsionem & damna secuta. Lucas de Penna. Iacob. Rebuff. & Ioan. de Platea *in l. 1. C. in quib. caus. colon. domin. accus. poss. lib. 11. & l. cum satis. §. caveant, C. de agricol. & censit.* S. Antonin. *par. 3. tit. 4. cap. 3.* Angel. *in verb. Talia* Sylvest. *in verb. Dominium & Dominus quæst. 4.* Aurea Armilla *in eod. verb.* Gabriel. *in 4. d. 15. q. 5. art. 2. concl. 4.* Binsfeld. *de injur. & damn. dato cap. 9. concl. 2.* idque probatur inprimis textu *d. l. 1.* ubi prohibetur Dominis ultra, quam consueverunt, exigere à colonis & in posterum ne amplius fiat, mandatur, prius reddito, quod super exactione perpetrata dignoscuntur extorsisse, & *ex d. §. caveant*, qui sic habet. *Caveant possessionum Domini, in quibus tales coloni constituti sunt, aliquam innovationem, vel violentiam eis inferre. Si enim hoc approbatum fuerit & per judicem pronunciatum, ipse provinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino provideat, & læsionem si qua subsecuta est, eis resarcire, & sic veterem consuetudinem, &c. observare.*

304 *Ratio III. ejusdem decisionis.* Tertio pro hac conclusione ratio † manifesta est, quicunque aliquem gravamine & damno afficit contra justitiam, peccat contra eandem virtutem, & tenetur ad restitutionem damni illati & reparationem gravami- 305 nis. Qui enim causam † damni dat, damnum dedisse dicitur, *l. qui occidit. paragraph. in hoc. Digest. ad l. Aquil.* Sebastian. Hornmold. *in repertor. sent. part. 1. lit. C. verb. Causa.* At Dominus insolitis novisque servitiis & gravaminibus subditos molestans & emungens, injuste gravat & inique damno afficit, juxta Iura & legem il- 306 lam: *Quod tibi non vis fieri, † alteri ne feceris*, & sicut tibi tuas cupis conservari libertates, Iura, & bona: Ita etiam tuis, quibus fruuntur & semper cum pace freti sunt, relinquas libertates, & Iura, &c. Etenim nova & 307 indebita † ejusmodi servitia & gravamina præsumuntur per vim & impressionem extorta, ut post Bald. quem allegant, *in cap. 1. qualiter vas. jur. debeat fidel.* consentiunt Bertrand. *consil. 17. vol. 1.* Iacobin. de S. Georg. *in qq. feudal. quæst. ultim. quæ habentur post tit. Digest. de Iure dotium & Boer. decis. 132. n. 4.* Ergo contra magistratum sic contra fas gravantem defensio permissa est.

308 *Ratio IV. prædictæ decisionis.* Quarto hoc ipsum luculentius etiam corroboratur ex eo, quod defensio † sit Iuris naturalis, & instinctu naturæ omnibus animantibus ingenita, *l. ut vim Digest. de justit. & jur. l. 1. paragraph. vim vi Digest. de vi & vi armat. l. itaq; Digest. ad leg. Aquil. l. 1. paragraph. cum arietes Digest. si quadrup. paup. fecisse dicat. cum similib⁹.* Et omnia Iura defensionem permittant, *l. scientiam paragraph. qui cum aliter Digest. ad l. Aquil. cap. si vero, de sentent. excommun.* Ex quo sequitur, † quod etiam 309 adversus Magistratum quantumvis superiorem aut supremum, vim inferentem, defensio permissa sit, Cuno *de pact. lib. 1. cap. 24. num. 198.*

310 *Corroboratio prædictæ rationis.* Et hæc quidem decidendi ratio ex eo etiam firmatur, quod Magistratus † supremus saltem à Iure civili introductus videatur, *l. 2. paragraph. post originem Digest. de origin. Iur. l. un. in pr. ff. ad leg. Iul. de ambit.* Defensio autem est Iuris naturalis, ut modo dictum est. Igitur hoc Ius naturale per civile, quo subjectio superiori facta est, non extinguitur, *paragraph. sed naturalia Instit. de jur. nat. gent. & civil.* Ita considerat Zoanett. *in l. ut vim. p. 3. num. 9. Digest. de justit. & jur.* Ubi subdit, etiamsi Iure naturæ Magistratum introductum concedamus, non tamen propterea usque adeo Ius naturæ sublatum esse, ut quælibet per vim magistratui gerere liceat, & adversus vim atque injuriam omnis plane defensio subditis adempta sit, quod latius rationibus confirmat Zoanett. *loco praalleg.*

311 *Ratio V. decisionis.* Quinto confirmatur hæc decisio ex eo, † quod communiter a Iuris Interpretibus traditur, quod nimirum in casibus, quando magistratus injuste subditos tractat, ad hoc, ut ei resistatur, parentes & amicos in auxilium convocare liceat, ut diserte statuit Bart. *in l. prohibitum*, & *ibi* Io. de Plat. *C. de Iure fisci*, quod pluribus exornat Franscisc. Marc. *decis. 748. num. 3. p. 1.* Ergo contra eos hoc casu defensio permissa est.

312 *Ratio VI. decisionis.* Sexto insuper huic determinationi † suffragatur communis, & recepta Dd. sententia, qua traditur, quod principi tyrannidem exercenti resistere liceat. S. Thom. de Aquin. *2. 2. quæst. 69. artic. 4. in concl.* Bart. & Luc. de Penn. *d. l. prohibitum, C. de Iure fisci*, Ioan. Fab. *l. quoniam judices, C. de appellat.* Boer. *decis. 304. n. 6.* per text. *l. per hanc C. de advocat. diverf. jud. l. un. in fin. C. de magistr. sacror. scrin. lib. 12. l. omnes C. de de-*

*curionibus lib.*10. Afflict. *super constit. Neapol. rubr.* 8. *num.* 57. *cum trib. seq. lib.* 1.

313 Imo Magistratui † alicui ob nimiam crudelitatem posse auferri jurisdictionem evidenter constat *ex l.* 1. *C. de emend. serv. l. fin. C. quem. ad civil. mun. Iudic. lib.* 10. Ioan. Fab. *in l. unic.* per illust. text. *C. de offic. Comit. sacr. palat.* Grammat. *decis.* 104. *n.* 13. & Gail. *obser.* 17. *num.* 2. *lib.* 1.

314 Et Magistratui extra † ordinem per meram vim contra Ius procedenti, à quolibet etiam privato resisti posse, sive gravamen sit recuperabile, sive non ostendit Mynsing. *observat.* 18. *cent.* 5. allegans pro ea sententia textum *in l. prohibitum, C. de Iur. fisc.* & addens ita sentire Alexandrum & communiter alios Dd. *in l. sed eximendi paragraph. item si quis Digest. ne quis eum, qui in Ius, &c.* & Abbatem *in cap. conquerentem, de restit. spoliat.* & in hoc consentire omnes interpretes nemine discrepante secundum Marant. *in disputat.* 1. *numer.* 14. Atque hanc sententiam frequentius in Camera Imperiali secutos esse Dominos Assessores asserit *eod. loco* Mynsing. pro qua sententia facit, quod

315 Magistratus † ita sæviens non mereatur nomen magistratus vel Domini Bald. *in cons.* 439. *vol.* 3. & post eum Grammat. *decis.* 104. *n.* 14.

316 In his enim quæ Magistratus gerit extra † officium,

317 est instar privati, & si quid per † injuriam adversus aliquem agit, non ut Magistratus, sed ut privatus id agit, atque ideo injuriarum actione conveniri potest. *l. injuriarum. paragraph. quæ jure.* juncta *l. nec Magistratibus Digest. de injur.* Bero. *cap. conquerente n.* 6. *de restitut. spoliat.* Placa. *in epit. delict. cap.* 28. *num.* 9. Menoch. *consil.* 107. *num.* 21. Obrecht. *de defens. necess. cap.* 6. *n.* 33. Modest. Pistor. *consil.* 15. *nu.* 16. *lib.* 2.

318 Et aliis competentibus † actionibus subjacet. *l.* 3. *paragraph.* 1. *& seq. Digest. de eo, quod metus caus. l. quemadmodum paragraph. magistratus Digest. ad leg. Aquil.*

319 Hinc & † contra Iudicem extrajudicialiter procedentem spoliato datur actio ad interesse. Afflict. *super constit. Neap. lib.* 1. *rubr.* 25. *num.* 36. Menoch. *in tr. de recuper. possess. remed.* 8. *num.* 11. Et eandem ob causam

320 contra Magistratum qui † extrajudicialiter procedendo possessionem alterius occupavit, ex constitutione *l. si quis in tantam C. unde vi*, agi posse voluit Menoch. *de recup. poss. remed.* 9. *num.* 141.

321 Huc etiam septimo facit, quod judex † qui extrajudicialiter procedit & spoliat, ut privatus, spoliare dicatur Cyni. Bald. Albert. & Dd. *C. si per vim & alio modo.* Panormitan. *cap. dilectus filius ultim. notab.* & *ibi* Felin. *n.* 1. *vers. fallit primo de rescript.* Ripa. *l. naturaliter paragraph nihil commune n.* 59. & *ibi* Anton. de Matth. *ampl.* 16. *Digest. de acquir. poss.* Bero. *cap. conquerente n.* 5. *&* 6. per ill. text. *de restitut. spoliat.* Franc.

Ratio decidendi VII.

322 Marc. *decis.* 219. *n.* 2. *lib.* 1. Atque ideo impune † ei resisti potest gloss. *in l. non videtur paragraph. qui jussu Digest. de reg. jur.* Bart. *in extravag. qui sint rebelles verb. rebellando in pr.* Decian. *l. ut vim n.* 24. *Digest. de justit. & Iur.* Socin. *in fallent. regul.* 442. *fallent.* 2. Grammat. *consil.* 5. *n.* 1. *&* 2. *& consil.* 56. *n.* 26. Placa *in epit. delict. cap.* 28. *n.* 9. Menoch. *d. remed.* 8. *num.* 9. Pro qua sententia ultra textus *paulo ante* allegatos facit etiam *l. prohibitum C. de Iure fisci lib.* 10. *l. is contra præcepta C. de execut. & exactor. lib.* 12. *l. factum à judice ff. de reg. jur. c. priusquam* 28. *distinct. c. judic.* 3. *q.* 7.

323 Hinc & vulgo dici solet, quod Iudici † & officiali de facto vel injuste procedenti resistere liceat, Dyn. *cap. quod quis mandato. n.* 6. *de reg. jur. lib.* 6. Bald. *l.* 1. *vers. quæro an sit licitum C. unde vi.* 7. Ant. de Butr. *c. si quando de offic. deleg.* Alex. *cons.* 287. *lib.* 1. Panorm. & Fel. *c. si quando de offic. deleg.* Card. Alba. ad Bart. *l. in just. n.* 5. *ff. de in Ius vocand.* Hippol. Marsil. *l. edictum. n.* 3. *ff. de quæst.* Ial. *cons.* 86. *lib.* 3. Marius Anguis. *cons.* 38. *n.* 19. *& cons.* 141. *n.* 24. Riminald. *cons.* 270. *n.* 44. *& cons.* 558. *n.* 8. Mazol. *cons.* 102. *n.* 65. Myns. *obs.* 18. *cent.* 5. Et ubi

324 Iudex exercet † actum notorie injustum, nedum est licitum ipsi resistere, cum actum facere tentat, sed & ipsum actum jam perfectum propria authoritate retractare licet. Bald. Fulgos. & Dd. *l.* 1. §. *Officium* per ill. text. *ff. ne quis eum qui in jus voc.* Similiter, quando † Iudex

325 aliquem capit ex causa notorie & evidenter injusta non solum licitum est, de facto resistere ne talem capturam faciat, sed etiam post capturam licet captum eximere è manibus Iudicis vel familiæ ipsius Alex. & Modern. *in l. sed exhibendi* §. 1. *ff. ne quis eum qui.* Hippol. Marsil. *l.* 1. *in pr. ff. de quæst. & l.* 1. *limitat.* 14. *ff. de sicar.* Carrer. *in pract. crimin. tit. de homicid. vers. circa secundum num.* 9. Marc. Ang. *cons.* 38. *num.* 26.

Ex quibus omnibus indubitate consequitur, protectoribus, & Advocatis licere resistere magistratui sævitiam exercenti in subditos & eos contra Ius prementi, cum hi ideo Ius protectionis habeant, ut adversus injuriam & majorem vim in clientelam suam receptos tueantur, idque armata etiam manu facere possint, ut supra ostensum est.

326 Cujus rei † præjudicium referunt Christ. Schwanman. *obs. pract. Cam.* 111. Petr. Frid. Mind. *libr.* 2. *de Mand. extrab. cap.* 14. *sub num.* 15. Inter Electorem Palatinum & Nobilem Christophorum à Steincollenfels. Cum enim Nobilis rusticos quosdam subditos, qui sub Palatini protectione erant, in carcerem conjecisset, eosque ad requisitionem Electoris relaxare noluisset, is armata manu in arcem Nobilis irrupit, eumque vi abduxit, etsi vero abductus ob id factum pro mandato pœnali de relaxando in Camera supplicasset, ei tamen denegatum fuit, quod à supplicante subditi injuste incarcerati fuissent, & Palatinus recte fecerit, quod hanc vim à clientibus suis averterit, siquidem Ius protectionis requirat, ut Advocatus auxilium præstet injuriam passis clientibus, nullius personæ habito respectu. Latius refert Casp. Gulielm. Scipio *decis. Rot. Spir.* 4. *decis.* 160.

Præjudicium decisionis Cameralis.

327 Verum, quia non facile aliquid, † quod à magistratu contra subditos fit, pro mero violento illicitoque actu haberi debet, pro magistratu enim, re dubia existente, militat præsumptio Iuris, quod non facile abutatur suo officio, *l.* 2. *ibi.* quod non arbitramur, *C. de offic. civil. judic. cap. in præstantia, de renunc. & cap. quoniam contra de probat.* Philip. Port. *consil.* 72. *n.* 9. Bursat. *consil* 34. *num.* 12. Alciat. *in* 3. *reg. præsumpt.* 16. Et cum Magistratus per pignorationem vel arrestum, vel incarcerationem vel mulctando vel alio simili modo aliquid facit adversus subditos, non præsumitur id facere per meram sævitiam, sed potius ob contumaciam, vel similem causam, suam jurisdictionem exercere.

Declaratio decisionis cum annexa suggestione.

328 Ideo consultum est, † ut protectores hisce in casibus, adversus proprios clientum suorum magistratus defensionis via caute utantur, nec facile contra eos arma sumant, etiamsi domini per capturam, vel mulctæ impositionem quidpiam contra subditos moliantur, iique apud eos tanquam protectores conquerantur, sed ponderandum prius est diligenter, quale sit factum & quale damnum illatum, ut prudenter etiam innuit Reg. Sixt. *d. cons.* 8. *ad fin. tert. quæst. vol.* 3.

329 Sed his ita definitis, † non intermittenda de eo etiam, quod sæpius usuvenire solet, quæstio est, *An protector vasallus susceptos in curam suam clientes, contra Dominum suum, à quo feudum habet, eos forte debellantem Iure tueri possit ac debeat*, Ob nemblich ein Schutzherr seine Schirmsverwandten wider sein eigen Lehenherrn zu vertheidigen und zu schützen schuldig sey.

Advocatus vasallus utrum clientes suos contra Dominum suum tueri possit ac debeat.

Ut

Diſſertitio quæſtionis propoſita. Ut autem præſens indagatio rectius definiatur diſtinguendum ac conſiderandum eſt utrum verſemur in caſu offenſivo, vel defenſivo, hoc eſt, *an Dominus* 330 *feudalis intendat † lædere ſeu offendere clientes*, & tunc protector vaſallus Domino ſuo contra clientes non tenetur auxilium ferre, per ea, quæ ſcripſit Iſern. *in cap. 1. hic finitur lex. n. 3*, & *ibi* Balzar. *n. 4.* Alvarot. *n. 15.* Laudenſ. *num.* Petr. Ferrarienſ. *in form. libell. quo agit. ad revocat. feud. ver. contra debitorem. n. 6.* Intrigliol. *in cent. feud. q. 76. n. 22.* Wurmſer. *pract. obſ. tit. de feud. 50. obſ. 30.* Schrader. *de feud. part. 6. c. 6. n. 28.* Curt. Iun. *de feud. p. 4. n. 6.* Schneidew. *part. 5. n. 10.* Weſenb. *c. 9. n. 10.* Sonsbec. *part. 11. n. 26.* Zaſ. *part. 7. n. 31.* Borcholt. *cap. 7. membr. 1. n. 44.* Belviſ. & Bald. *n. 4.* & Propoſ. *num. 3. cap. 1. tit. quib. mod. feud. amitt.*

Feudi Dominum intendens lædere clientes vaſalli ſui, an ab eodem contra illos juvandus ſit. Deciſio Negativa. Extenſio deciſionis.

Idque ex communi Feudiſtarum ſententia adeo receptum eſt, ut quamvis talis † protector, Dominum ſuum feudalem initio juvare cœpiſſet, & poſtea deſerat, 331 pœnam tamen amiſſionis feudi minime incurrat, ſicut poſt gloſſ. & Iſern. *in d. cap. 1. n. 3. in princip. quib. mod. feud. amitt.* docuit. Belviſ. *ibid. verſ. quæro ergo primo*, cum non videatur opem ferre, qui ad peccandum adjuvat, *cap. ſi res, 24. quæſt. 6.* Balzaran. *ibid. n. 16.* Afflict. *n. 11. in fin.* Præpoſit. *n. 4.* Laudenſ. *n. 6.* Bald. *n. 5.* Alvarot. *n. 4.* eleganter Schenck. *n. 9. & ſequens.* Curt. *d. part. 4. n. 10.* Sonsbec. *part. 12. n. 12. verſ. fallit. primo.* ideoque laudandus potius, quam plectendus ſit, qui à cœpto peccato abſtinet, in quo perſeverando gravius peccaret, juxta text. *in c. in malis, 22. quæſt. 4.* ubi jubemur in malis promiſſis reſcindere fidem, in turpi voto mutare decretum, & quod incaute vovimus, non facere Iſern. *d. num. 3.* per *cap. final. de conſuet.* Ravenn. *ibid.* & Afflict. *num. 8.* Schenck. *num. 11. quib. mod. feudum amitt.* Curt. & Schrad. *locis citat.*

332 Id tamen, quod de vaſallo deſerente Dominum ſuum diximus, eatenus † procedit, quatenus talis deſertio dolo caret, ita Bald. *in d. cap. 1. num. 5. quib. mod. feud. amitt.* eleganter *ibid.* Schenk. *n. 12. & 13.* Balzaran. *num. 16.* Præpoſit. *num. 4.* Schrader. *de feud. p. 6. cap. 6. n. 87.* Mozz. *de feud. tit. final. num. 98.* Capic. *in inveſtit. feudal. cap. feuda admittuntur col. 4. paragraph. ſexto limita* Sonsbec. *de feud. p. 12. num. 12. verſ. fallit primo* Vult. *de feud. c. 11. n. 19. in fin.*

Declaratio extenſionis.

333 Cæterum, ſi Dominus feudi non intendat † vaſalli ſui clientes offendere, ſed ſeſe ac provinciam ſuam, ab invaſione duntaxat clientum tueri ac defendere, tunc belli injuſtitia non obſtante, vaſallus etiam contra clientes proprios, Domino ſuo ſervire, atque opem ferre obſtrictus eſt, juxta tradita Belviſ. *in d. cap. 1. hic finitur lex. in princip.* Capyc. *deciſ. 162. num. 21.* Petr. Iacob. Aurel. *in pract. ſua libell. rubr. 59. de cauſ. ex quibus feud. amitt. n. 30.* Hartman. Hartman. *tit. de feud. 54. obſerv. 32.* Intrigol. *cent. feud. quæſt. 76. num. 22. & ſeq.* Wurmſer. *d. tit. 50. obſ. 30.* Weſenbec. *de feud. cap. 9. num. 10.* & pluribus accumulatis Henr. Roſenth. *ſynopſ. feud. c. 8. concl. 20. n. 4.*

Protector vaſallus an Dominum ſuum defendere ſe duntaxat volentem, contra ſuſceptos in tutelam clientes, juvare teneatur. Deciſio Affirmativa.

Et hæc deciſio ex eo etiam liquere poteſt, quod ſicut Dominum † ligium vaſallus præciſe juvare debet, 334 etiamſi cum alio non ligio priore bellum gerat: Capyc. *in inveſtit. feud. cap. feudorum genera col. 53. §. ſexta concluſio.* Ita etiam protector vaſallus, poſthabitis clientibus, ſeniorem ſuum, adverſus eoſdem juvare obſtrictus eſt.

Ratio decidendi.

Cujus doctrinæ rationem adfert doctiſſ. Henr. Roſenthal. *tract. feud. c. 8. concl. 20. n. 5.* quod ſcilicet defenſio † etiam aliquo modo culpabilis, tamen favore 335 digna ſit. Alvarot. *in cap. 1. hic finitur lex. numer. 16. defenſio*, inquit, *quanquam ſit injuſta, non tamen propter maleficium eſt l. 1. Digeſt. de bonis eor. qui mort. ſibi conſciver.* Iacobin. de S. Georg. *verb. & promiſerunt num.* facit, *l. ſervus. 20. ibi*, aut aliqua vis juris retinendi cauſa *ff. de act. & obligat.* elegans additio ad Bald. *in d. cap. 1. in princip. num. 6. in verb. hoc vult. hic finitur lex.* Præpoſit. *in d. cap. 1. num. 3. verſ. quæro, revocata in dubium.* Ravenn. & alii. *hoc finitur lex.* Schneidew. *de feud. p. 5. n. 101.* Præſertim, ſi ex poſtfacto, quam culpa Domini intervenit, ipſe offendatur, idque in odium eorum, qui propria auctoritate, ſine permiſſu legitimi magiſtratus, vindicta magis, quam defenſionis cupidine impugnant. Præpoſit. *d. num. 3.* Alvarot. *n. 16.* Afflict. *n. 12.* Petr. Ravenn. *hic finitur lex.* Nicol. de Neapol. *in addit. ad* Bald. *num. 6. verb. hoc. vult*, Iacobin. *d. n.* 8. arg. *l. unic. C. ut armor. uſus.*

Prædictæ rationi fortiorem adjicere hanc poſſumus, 336 ab exemplo † Iunioris Domini. Si enim vaſallus contra poſteriorem Dominum tenetur antiquiorem juvare, prout poſt Iacob. Ardiz. tenent Alvarot. *in cap. ult. nu. 10. ibid.* Præpoſit. Afflict. *num. 11.* & poſt alios Schenck. *num. 7. hic finis. lex.* Ferrarienſ. *in form. libell. quo agit. ad revocat. feud. verb. contra debitum num. 3.* Zaſ. *de feud. p. 7. num. 28.* Molinæ. *conſuet. Pariſienſ. t. 1. paragraph. 1. gloſſ. 4. n. 7.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 47. num. 36.* dicens hoc omnes ſcriptum reliquiſſe, *in d. cap. ultim.* Schneidew. *de feud. p. 5. n. 59.* Andr. Khol. *de ſervit. feud. part. 3. n.* 18. Schrader. *part. 6. c. 6. n. 4.* Lud. Roman. *in l. ſi quis in gravi paragraph. ſi cum omnes, num. 1. Digeſt. ad SC. Syllanian.* Alexan. *conſil.* 118. *n. 15. lib. 5.* Iacobat. de Franch. *in prælud. feud. n. 217. & ſeq.* ubi hoc ſimilibus eleganter de Advocato vel captivo duorum, de ſubjecto duarum civitatum &c. ſumptis illuſtrat, per rationem, quod in obligationibus facti, † qui prior eſt tempore, potior ſit jure, 337 *l. in operis, 26. ff. locati, l. 2. C. qui potior. in pignor. l. potior. ff. qui potior. in pignor.* Quanto magis contra clientes ſuos, quibus nullo fidelitatis nexu, ſicut Domino ſuo, feudali poſteriori obſtrictus eſt, ei ſuppetias ferre tenebitur?

Alia decidendi ratio.

Nec eſt, quod vereatur † protector, ne ob omiſſum 338 defenſionis beneficium, Advocatiam amittat, cum non juvet Dominum ſuum animo offendendi clientes ſuos, ſed ne feudo, quod à Domino ſuo habet, ob non præſtitum ſervitium privetur; unde nec contravenire cenſetur nexui clientelari, quo clientibus ſuis obſtrictus eſt, in eo enim ineundo Dominum ſuum feudalem & priorem obligationem excepiſſe intelligitur, quamvis hoc non expreſſerit, quia ſemper & in omni contractu † ea excepta cenſentur, quæ quis antea jurato 339 promiſit, ne prius juramentum per pactum poſterius labefactetur, aut infirmetur *c. intellecto, de jurejurand. c. licet mulieres. eod. tit. in 6. cum ſimilib.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. part. 2. quæſt. 47. num. 35.* And. Khol. *de ſervit. feudal. d. part. 3. n. 19.* Roſenth. *cap. 8. concl. 15. num. 7.* Gabriel. Roman. *concluſ. 9. n. 3. de verb. ſignific. lib. 6. commun. opin.*

Idque obtinet, † tametſi clientes tempore initæ 340 clientelæ ignoraverint, protectorem, quem ſuſceperunt, habere talem Dominum feudi, qui in defenſione exhibenda iis præferendus eſſet, quia talis ignorantia non poteſt efficere, ut jus Domino feudali prius acquiſitum per conſtitutam poſterius Advocatiam deterius fiat, aut labefactetur, *l. ult. ff. de pact. & cap. 1. §. econtrario. de inveſt. de re alien. fact.* & eſt, quod imputent ſibi, quod non diligentius inveſtigaverint, cum non debuerint eſſe ignari conditionis ejus, cum quo contraxerunt, *l. qui cum alio ff. de reg. jur.* And. Khol. *de ſervit. feud. part. 3. num. 20.*

Ampliatio deciſionis.

Sicut autem protector Advocatia privari nequit, ob præſtitum Domino ſuo contra clientes ſuos auxilium cum id fecerit neceſſitate Iuris adactus, citraque nocendi animum & quidem vigore juramenti prius præſtiti, ſic è diverſo, ſi eidem † Domino ſuo 341 con-

contra clientes nolit opitulari, feudum perdet, eo, quod non est alia † justior causa beneficii amittendi, quam si vasallus servitium, ob quod feudum datum est, præstare recusaverit, aut non exhibuerit, *c.1. §. sed non est alia, qua fuit prin. caus. benef. amitt.* ubi omnes Blanc, *in summ. feud. lib. 2. c. 1. n. 28.* late Curt. Iun. *part. 4. de feud. n. 61. caus. 28.* Hannet. *de jur. feud. lib. 3. cap. 9.* Ioan. Iacob. Leonhard. *inter cons. feudal. Brun. cons. 117. n. 33. & seq.* Hattyf. *in analys. c. 11. §. amittendo culpa & ibi in annotat. n. 2.* Ardiz. *in summ. feud. rubr. 55. & 95. tit. ex quib. caus. feud. amitt.* Duaren. *de feud. c. 14. n. 12.* Vult. *c. 11. n. 22. lib. 1.* Wesenb. *c. 15. n. 7.* Borcholt. *c. 8. n. 111. caus. 10.* & eleganter & prolixe Nicol. Mozz. *de feud. tit. fin. ex quib. caus. feud. amitt. n. 111. caus. 9. privationis feudi in omittendo.* Idque procedit, quamvis expresse non fuerit dictum in investitura † quod amittere debeat si servitium non præstiterit, uti notat gloss. *in d. §. sed non est alia. in verb. recusaverit.* & post eam Alvarot. *num 3, vers. quaero cum gloss.* Raven. & Balzar. *n. 11. eod. loco.* Capyc. *in invest. feud. c. feud. amittuntur col. 19. §. 34.*

342 343

344 Si igitur vasallus † ob susceptam aliorum clientelam Domino suo non ferret auxilium, aperte contraveniret juramento fidelitatis & obligationi vasallaticæ, qua tenetur ad auxilium priori Domino præstandum, contra omnem hominem, & consequenter etiam adversus clientes, *cap. 1. & 2 ult. de nov. form. fidelit.* And. Khol. *d. part. 3. num 22.*

345 *Ampliatio decisionis II.* Quinimo vasallus protector † Dominum suum juvare tenetur, etiamsi juramento quoq; clientib. defensionē promisisset: quia in tali jurata promissione censentur excepta ea, quæ prius sub fidelitatis religione promisit, per text. *in c. veniens 16. & ibi* gloss. *in verb. repugnat.* Abbas & Canonistæ *de jurejur.* Lud. Roman. *cons. 47. visis actis n. 7.* Quemadmodum & vasallus † qui secundo Domino fidelitatem juravit, priorem Dominum, etiamsi non exprimat, excepisse intelligitur per not. *in c. 1. §. contra omnes* ubi Afflict. *n. 5. & c. fin. ibid.* Alvarot. *n. 6.* & communiter Feudistæ *hoc finitur lex. & in c. imperialem §. fin. de prohib. feud. alien. per Frider.* Schrad. *c. 5. part. 6. n. 10.* Hartm. Pist. *d. quæst. 47. n. 35.*

346

347 *Si de Iustitia vel injustitia belli non constet an & quatenus protector vasallus clientes suos contra feudi Dominum tueri obligetur.* Porro ut & alterum propositæ quæstionis † membrū excutiamus, si non constet ita manifeste, sitne bellum, quod Dominus feudi adversus clientes vasalli sui suscepturus est, injustum, aut iniquum, sed de eo protector dubitet, tunc considerandi sunt casus illi, quos *superiori cap. XI. in 2. limitatione num. 501. & seq.* retulimus, & secundum eosdem respondendum est.

Decisio Remissiva. Quia tamen protectores † ex nexu civilis obligationis non debent offendere clientes suos, ideo, quotiescunque etiam contra eos Domino suo succurrere atque subsidio venire obligantur, eidem per substitutum, & non in propria persona servire debent, quod vinculum patronale, justam ipsis causam tribuat serviendi per substitutum, qua ratione satisfacere censetur tam affectioni clientelari, abstinendo ab offensione clientum, quam Domino, dum quod ei debet servitium, per aliū præstat.

348 *Cautela pro Advocatis vasallo Dominum contra clientes juvante.* Ac licet alias, qui per alium † lædit, ipsemet lædere videatur, per text. *in l. 1. §. dejecisse 12. ff. de vi & vi armat. l. non solum 11. paragr. si mandavero 3. Digest. de injur. l. etsi percussor 6. Digest. ad Syllan. l. non ideo 5. C. de accusat.* ubi gloss. *in verb. ignotum. l. hoc Iure 152. §. qui dejecit. & l. is damnum dat. 196.* ubi Dec. Cagnol. & alii *de reg. Iur. c. qui per alium* ubi Dyn. *de Iur. lib. 6.* Bald. & Præposit. *in cap. si quis decesserit, si de feud. defunct. fuer. controv. inter dom. & agnat.* text. *in cap. cum ad sedem. de restit. spoliat. & in cap. cum mulieres. de sent. excommun.* Atque ita, cum quis † per alium facit, perinde sit, ac si faceret per seipsum, tamen id hactenus demum † procedit, cum lex actum ipsum per sese, citra

349 350 351

respectum ad personam agentis considerat, tunc enim non refert, per se quis faciat, an per alium. Secus vero, ubi lex non tam actum, quam personam agentis considerat, sive respicit actum, quatenus à certa persona fit, Alciat. *de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 48. num. 11.* Cagnol. *in l. is damnum, num. 3. de regul. Iur.* nec obscure sensit ante alios Dynus *in d. cap. qui per alium:* dum limitat regulam, ne procedat ubi personæ † industria electa intelligitur. *l. inter artifices Digest. de solutionibus.* Hic autem constat, actum ipsum, nempe auxilii præstationem non considerari, nisi cum respectu adjuvantis, nempe, protectoris, sive quatenus à protectore fit alias enim extra omnem dubitationem, quod liceat imo necesse sit, adjuvare Dominum, proinde protector neutiquam censetur oppugnare clientes, licet alium pro se mittat, ratione feudi, qui Domino præstet auxilium contra clientes: præsertim, cum protector non habeat animum aut intentionem faciendi quicquam, quod clientibus sit nocivum, potius hac ipsa de causa Domino personaliter auxilium non exhibeat, mittat autem alium, ut obligationi vasallaticæ, quantum promissæ ac susceptæ clientelaris defensionis ratio admittit, satisfaciat.

352

353 Ubi vero † animus, & intentio nocendi deest, crimen haud contrahitur, *l. 1. C. 1. ad l. Cornel. de sicar. l. qua reipub. ff. de injur.* Lancel. Conrad. *in tr. de offic. prætor. tit. de injur. n. 5.* Modest. Pist. *part. 1. quæst. 35. n. 6.* Frid. Pruckman. *vol. 1. cons. 22. n. 86.*

354 *Protector clientes suos an ullo unquam casu cōtra Dominum feudi tueri possit.* Et hæc de prioris quæstionis statu: Nunc, quod ad alteram disquisitionem attinet: *An nimirum † protector clientes suos ulla ex causa, contra Dominum suum feudalem, salva jurisjurandi religione juvare possit,* respondemus: Advocato vasallo nunquam licere adversus Dominum suum defendendorum clientum suorum causa, arma sumere,

355 *Decisio Negativa. Ratio decisionis I.* Quæ decisio primum, ex eo confirmatur, † quod vasallus obstrictus sit, personam Domini omni qua potest prudentia ac providentia illæsam conservare, juxta text. & Feudistas *in cap. 1. de form. fidelit. & cap. 2. de nov. form. fidelit.* Afflict. *in cap. 1. §. præterea n. 22. qua fuit prima caus. benefic. amitt.* facit *cap. licet dandi l. vasallus Domino. & ibid.* Dd. *si de feud. defunct. contr. fuerit,* Afflict. *decis. 265. num. 45.*

356 *Ratio decisionis II.* Deinde vasallus juramento † fidelitatis adeo obstringitur, ut non solum Domino in damno non esse, id est damnum per se, aut alios in rebus non dare, sed etiam consilium & auxilium præstare, ne damnum incurrat, teneatur per text. *in c. 1. de form. fidelit. ibi* utile ne sit & c. juncto vers. sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi etiam fiat, quod bonum est, restat, ut in sex prædictis consilium & auxilium Domino præstet, si vult feudo dignus videri, & de fidelitate esse salvus, &c. Et sic vasallus damnum in rebus pro viribꝰ suis avertere & præcavere debet, ne Dominus res aliquas amittat, & si quas amisit opem & consilium præstare, ut recuperet, per text. *in c. 1, ibi & si contigerit, &c. & ibi* & si consilium, &c. *de nov. form. fidelit.* Quinimo vasallus qui jurat, quod domino damnum nullum inferet, intelligitur etiā jurare, quod alios quoscunq; id facere volentes prohibebit. Ias. *in l. in illa stipul. n. 3. ff. de verb. obl.* Henr. Rosenth. *de feud. c. 10. concl. 35. n. 1.*

357 Quare, si vasallus, quoties duntaxat in † consilio, auxilio aut facto sciens fuit, ut Dominus amittat vitam vel membrum, vel in persona recipiat læsionem aliquam, vel injuriam vel contumeliam, vel quod amittat honorem, quem habet vel habebit, contra fidelitatis contenta peccat, & se feudo merito reddit indignum. *cap. 1. de nov. form. fidelit. & ibid.* omnes feudistæ. Isern. *num. 4.* Alvar. *n. 6.* Præpos. *n. 2. in fin.* Laud. *n. 11.* Afflict. *n. 11.* Iacobin. de S. Georg. *in verb. dictique vasalli*

vasalli promiss. non committ. felon, num. 41. vers. decima sexta caus. &c. Capyc. *in investit. feud. c. feud. amittuntur col.* 17. §. *decimo octavo si vasallus*, &c. Anchar. *consil.* 439. & *consil.* 277. *num.* 5. Cravet. *consil.* 224. *n.* 7. quanto magis feudum amittere eum dicemus, si in ipso prælio adversus Dominum suum suscepto, eum debellare aggrediatur.

358 *Exceptio unius Casus à precedente decisione.* Cæterum præmissa principalis decisio, † quod nempe, Vasallus protector non possit, contra Dominum suum, clientes, sibi commissos debellantem arma capere, singulariter limitatur, ut locum non habeat quando scilicet protector, vasallus alterius, dominatum in patria clientum legitime obtineret, & eandem, vel religionem ejusdem, Dominus feudi una cum clientibus oppugnare conaretur.

359 *Ratio casus excepti prima.* Cujus decisionis rationem inde sumimus quod patriæ salute † nihil cuiquam charius aut antiquius esse debeat longeque charitati parentum præferenda sit *l. minime ff. de religios. l. postliminium* §. *filius ff. de captiv. & postlimini. revers.* Cicer. *lib.* 1. *de offic. Chari sunt*, inquit, *liberi, propinqui, familiares, sed omnes omnium charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?* & pluribus illustrat Borcholt. *de feud. c.* 7. *n.* 42.

360 *Ratio II.* Deinde si, ut *supra* probavimus, filius † contra patrem, in casu religionis aut patriæ in discrimen vocatæ, licite armatur, quanto magis id dicendum est in vasallo adversus Dominum suum? cum vasallus domino saltem ratione feudi, patriæ vero simpliciter subesse intelligatur, & patriæ ab initio protinus obligatus esse cœperit, Domino postea demum, quando feudum fuit

361 adeptus, adeoque patriæ † plus debeat, quam domino feudi. Schrad. *part.* 6. *de feud. c.* 6. *n.* 60. *in fin.* Khol. *part.* 3. *n.* 36. Zas. *part.* 7. *n.* 32. Vult. *lib.* 1. *c.* 10. *nu.* 31. Certe vel hac de causa clientibus in defendenda patria vel religione, etiam contra Dominum suum auxilium

362 ferre tenebitur, † cum in juramento eidem ob acceptum feudum præstito, jus superioris intelligatur exceptum, *c. veniens. de jurejur.* eleganter ad propositum D. Andr. Knichen. *de vestit. pallion. cap.* 5. *part.* 2. *n.* 57. & *seq.*

363 ubi docet, quod licet in † concursu mediati & immediati Domini, vasallus huic subvenire teneatur, per

364 rationes *ibid.* adductas, quando tamen † Dominus mediatus est universalis patriæ princeps, & servitium publicam ejusdem utilitatem concernit, potius huic, contra immediatum, suppetias ferre debeat, secundum restrictionem Iacobin. de S. Georg. *de invest. feud. verb.*

365 *Principibus duobus, civitatem aliquam in suam protectionem recipientibus eamq; contra omnes defendere promittentibus, si unus illam oppugnet, utrum alter eam contra oppugnatorem tueri possit ac debeat.* & *promiserunt eidem Domino, n.* 12. *in fin.* sequitur Rol. à Vall. *cons.* 2. *n.* 81. *vol.* 2. Grat. *respons.* 1. *n.* 59. *libr.* 1. Menoch. *consil.* 604. *nu.* 16. & *seq. lib.* 7.

Præmissis porro illam † etiam disquisitionem congruenti loco addimus, *An videlicet, si duo Principes vel Status consanguinei & confœderati Castrum, Pagum, Civitatem vel regionem aliquam in protectionem suscipiantes eamq; contra omnes defendere promittentes, si alterutur forte eam oppugnare conetur, an alter requisitus, eam contra consanguineum & confœderatum protegere obligatus sit?*

Hanc quæstionem in facto habuit Simon Pistor. *consil.* 19. *lib.* 1. eamque reassumpsit Petr. Frider. Mindan. *lib.* 2. *Mandat. c.* 14. *num.* 18. & licet uterque ad eam affirmative responderit, non desunt tamen in partem contrariam, verisimiles dubitandi rationes.

Primum enim sicut propter novum opus factum, in re † communi, socius non potest nunciare socio per jactum lapilli, *l. in provinciali, paragraph.* 1. *ff. de nov.*

366 *Ratio dubitandi pro Negativa I.* *oper. nunc.* propterea, quod par in parem non habeat Imperium *cap. cum inferior.* ubi Panormitan, & Felin. *extr. de majorit. & obed.* Simon. Pistor. *consil.* 19. *nu.* 3. Andr. Gerhard. Consiliarius Saxon. *inter discurs. A-rum. de Iure publ.* 31. *conclus.* 7. Ita comprotector non videtur posse impedire factum alterius protectoris contra communes clientes qualitercunque attentatum.

Ratio dubitandi II. Deinde & illud in considerationem venit, quod in casu, quo duo Principes Civitatem in suam protectio-

367 nem receperunt, ut communiter in protectionibus ineundis fieri potest, clausula illa, quod nempe uterque Civitatis in tutelam receptæ Cives ac homines ita tractare ac defendere velit, tanquam suos proprios subditos. At ratio dictat non esse conveniens, ut alter †

368 alterutrum, in eo, quod in subditos suos facit, atque exercet, impediat, aut eo in negocio se immisceat. Ergo nec impedire debet id, quod comprotector in susceptos communes clientes eosdem etiam offendendo attentat.

369 *Ratio dubitandi III.* Præterea Iuris expediti est, si à duobus † Dominis novum feudum uni sit concessum & hi inter se bellum gerant, vasallus neutri auxilio esse debet, ut concludunt Feudistæ Henric. Rosenthal. *synops. feud. cap.* 8. *conclus.* 12. *num.* 9. ubi dicit observandum, si plures Domini hæredes, qui vasallum pro indiviso possident inter se, alii contra alios bellum gerant, & vasallum singuli, ut iis succurrat, requirant, vel etiam non requirant, debere vasallum nulli horum servitia præstare. Quoniam uni serviendo alterum offendat vel etiam ipsi invicem sibi obstent, & sic concursu sese, quo minus vasallus servitia exhibeat, hoc casu merito impediunt. Bald. *l.* 1. *de rer. divis. q.* 23. *num.* 19. Præpos. *in paragraph. omnes. num* 4. Petr. Ravenn. *ibid. circa finem.* Alvarot. *num.* 11. Afflict. *n.* 4. *si de feud. defunct. controver.* Iacob. *in prælud. feud. num.* 217. Ferrar. *in form. libell. de revocat. feud. vers. contra debitum fidelitatis n.* 3. Schneidew. *de feud. p.* 5. *n.* 17. Zas. *p.* 7. *n.* 12. Specul. *de feud.* § *quoniam vers.* 12. Schrad. *p.* 6. *c.* 6. *n.* 22. *ampl.* 12. *vers. fin autem num.* Ubi hanc sententiam communem & receptam esse dicit, per *l. invicem* 43. *de hæred. instit.* & verissimam esse pronunciat Hartmann. Pistor. *quæst.* 47. *num.* 30. *lib.* 2. *part.* 2.

Si itaque unus Dominus contra alium non potest vasalli servitia & auxilia requirere, cunctisque servitia promisit, utique nec Civitas unius Principis contra alium defensionem requirere poterit, cum uterque defensionem promiserit.

370 *Decisio Affirmativa.* Verum his dubitandi rationibus non † attentis intrepide concludimus in casu proposito unum principem contra alterum inique Civitatem gravantem defendere eandem omnino posse & debere.

371 *Negativa. Ratio I. decidendi pro affirmativa.* Nam primo in confesso est, † utrumque Principem ex semel inita Protectionis conventione ad defendendum esse obstrictum, quia ex eo, quod alter comprotector contra fidem datam clientes oppugnat, alter promissæ defensionis nexu non solvitur, sed tanto magis eo casu utpote eveniente protectionis necessitate, suppetias ferre & fidem datam servare obligatus esse censetur, cum ad hoc inductum sit Ius † protectionis,

372 ut injuriam patientibus clientulis nullius personæ habito respectu auxilium præstetur, ceu recte tradit Petr. Frider. Mindan. *d. cap.* 14. *ante num.* 16. And. Gerbard. Consil. Saxon. *inter Arum. de I. P. discurs.* 31. *concl.* 7.

373 Promissio siquidem de defendendo † adversus omnes, qui protegendos de facto turbant vel molestant, facta intelligitur argum. *cap.* 1. *in fin*, & *ibi* P. Ravenn. 2. *feud.* 28. Mynsing. 2. *observ.* 19. in tantum, ut licet jurato † non offendere promisisset protector, pro Iuribus tamen clientum defendendis stare possit ac debeat, arg. *cap.* 31. *de jurejur.* Georg. Everhard. *consil.* 96. *num.* 89. *vol.* 1.

Objectio. Nec obstat inter gravantem † seu molestantem, & alterum protectorem vel de non offendendo, de mutuis armis non sumendis, vel similis de colenda frater-

fraterna amicitia & amore in perpetuum, eaque forsan hæreditaria erecta & approbata transactio. Quia respondetur, quod per novissimam protectionis susceptionem, respectu clientum à priori de non offendendo, vel de armis ab altero contra alterum non sumendis transactione iidem recessisse intelligantur; Qui 374 enim protectionem promittit † necessario idem & multo magis nec se gravaturum pollicetur. arg. *l. altius. 15. ff. si serv. vendic. l. cum in eo. 44. ff. de pact. l. antepen. ff. de admin. tut.* Ideoque nihil dubii relinquitur, quin non obstante ulla de non offendendo vel simili transactione alter protector clientes suos contra alterum protectionis socium inique eos gravantem defendere teneatur.

Solutio objectionis.

375 Nec vero etiam resolutioni huic negotium † facessit, quod pacta sequentia, quibus duo alium in protectionem suscipiunt, non tollant fœdus, quod hi prius invicem habuerunt, *l. in operis. 36. ff. locati. §. contra omnes. Hic finitur lex.* ubi Feudistæ. *l. sicut 5. C. de oblig. & action.* de quo videatur apud Guidon. Pap. *in decis. Parlament. Delphin. quæst. 551. in 6. quæsit. n. 10.* non absimilis decisio pro hac parte. Ad hoc enim faci-376 lis est † responsio, si comprotectores, ejusmodi inter se fœdere de invicem non offendendo colligati fuissent, quod de eo clientes ante initum protectionis contractum edocere & hunc casum nominatim excipere de-377 buissent, eo quod qui pactis † id, quod alioqui contineretur, vult excipere, hoc speciatim exprimere debeat, ut est elegans decisio Bald. *in c. cum contingat 28. de jurejur. per l. & lib. 4. ff. de contrah. empt.* Quã & ita applicat Georg. Natt. *in repet. c. quamvis col. 3. de pactis in 6.*

Objectio alia.

Refutatio objectionis.

Præterea fœdus illud † prius inter ipsos pactum ul-378 terius non extenditur, quam quoad licita, & quatenus per id nemini fit injuria, quia per se etiam ad malum tendentia † finem nulla valent fœdera arg. *l. 17. §. fin. in fin. de fidejuss. l. 35. §. 2. de contract. empt. l. 1. §. 14. de tut. & rat. distrah.* etiamsi Iuramento † sint vallata, quia illud non ut iniquitatis esset vinculum, institutum sit *cap. 18. de jurejur.* Bald. *in rubr. C. pro soc. & in l. 4. C. de reb. cred.* Iacobin. de S. Georg. *de feud. vers. de Adhærentibus num. 10.* Nam per se etiam in omni confœderatione injuria † excepta intelligitur Simon. Pistor. 379 *d. consil. 19. n. 33.* Warem. ab Erenberg. *meditam. pro fœder. c. 2. de formulis fœder. sub. formul.* Verbündnuß Brieff Fürsten gegen Fürsten dern lebenlang *in fin. lib. 2.* Et magis debet esse amica veritas & justitia, † quam u-380 nio fœderis, ut refert Panorm. *in c. 1. de postul. prælat. cap. In omnem. de major. & obed. & in cap. qualiter & quando. 2. de Accusat.* At vero clientibus propriis à protectore turbatis ac molestatis, à comprotectore defensionis subsidium denegari, quis æquum aut licitum dixerit.

Solutio ulterior.

Secundo † confirmatur hæc affirmativa decisio, ex 381 eo, quod protectio stipulationem faciendi in se contineat, & sit facti individui plureq; eam promittentes in solidum, ut duo Rei debendi teneantur, per text. singular. *in l. stipulationes, 72. l. in executione, 85. §. secunda. 2. ibi.* quia operis effectus in parte scindi non potest, *Digest. de verb. oblig. l. fideicommissa §. antepen. Digest. de leg. 3.* & proinde protectorum quilibet in solidũ obligatur arg. *l. 5. de duob. reis,* ut & in tutoribꝰ receptum *l. 3. pr. de administ. & peric. tut. l. 1. C. si ex plur. tut. vel curat. omn. vel unus,* Quemadmodum & in servitutum stipulatione, neq; hæ neq; illæ dividi possunt *d. l. stipulation. l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. 54. in fin. l. 82. §. 2. ff. de verb. oblig.* quamvis æstimatio facti, item id, quod interest & pœna, dividi potest *d. l. stipulationes in fin. princip. l. si calendis 11. l. si quis 13. in fin.* ubi text. singul. si quis promiserit prohibere se, ut aliquod damnum stipulator patiatur & faciat: si non facit, quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur *ff. de re judicat.*

Ratio decidendi II.

Quod ipsum nuncupatim etiam asseruit Bart. *in Auth. hoc ius num. 10. quæst. 8. §. secundo casu C. de duob. reis stipula.* eumque secutus Crottus *ad l. 4. paragraph. Cato. num. 44. ff. de verb. oblig.* ubi ad rationes Raph. Cumani contrarium concludentis respondet, & nominatim in terminis consulendo decidit Simon. Pistor. *d. cons. 19. num. 9.* ubi innuit, officium † prote-382 gendi non minus esse publicum authoritate, atque privatum utilitate, quam sit tutorum.

Sic etiam custodia duobus † commissa, cui assimi-383 latur protectio, in quantum est facti, non dividitur, ut late explicat Butigel. *in d. l. 4. §. Cato n. 96.*

Cum ergo indubitati Iuris sit, quod in stipulationibus † facti individui unus pro altero teneatur *l. cum* 384 *ex causa Digest de verb. obligat.* Socin. *ad d. l. 4. §. Cato. num. 224.* & constitutio duorum † reorum debendi 385 eam obligationem in se contineat, ut uno in solutione vel promissi præstatione non satisfaciente, alter nihilominus in solidum obstrictus maneat & promissum adimplere teneatur. *l. 3. §. fin. l. reos. 11. Digest. de duob. reis constit.* Wesenbec. *eod. tit. nu. 7.* consequitur, altero comprotectorum in officio cessante, seu clientes offendente, alium nihilominus ad defensionem præstandam obligatum esse.

Tertio fulcitur hæc decisio ab exemplo tutorum. 386 Quando enim plures † alicui tutores dati sunt, quod fieri posse docet text. *in l. simul plures. 23. Digest. de tutor. dat.* tunc in tutela indivisa † rata est causæ pu-387 pillaris defensio, quam cessantibus aliis, unus exequitur *l. si plures 3. & l. decreto 24. Digest. de administr. & peric. tut.*

Ratio decidendi III.

Quare, sicut ab uno ex tutoribus vel curatoribus causa minorum defenditur, cum alii tutores vel curatores defendere noluerint. *l. 1. C. si ex plurib. tutor. vel curat.* etiam contra contutores *l. si plures l. si tutor tutorem ff. de administr. tutor.* Ita etiam ab uno ex protectoribus defendendi sunt clientes, si alter vel cæteri adesse nolint; multo magis, si ipsi clientes suos gravent & molestent.

Neque vero hanc rationem evertit, quod, quem-388 admodum tutor † adversus contutorem, regulariter durante tutela agere non possit, *l. cum plures 12. l. contra 19. actio. 19. Digest. de administr. tut. l. adversus 2. C. eod. tit.* Cujac. *lib. 17. observ. 7. in fin.* Ita nec protectori adversus comprotectorem clientes suos defendere permissum sit. Quod ipsum in proposito urgeri potest ex his, quæ tradunt Bart. & Castrens. *in l. qui proprio. paragraph. fin. ff. de procur.* in eo, quod tradunt rationem diversitatis inter plures tutores, & plures procuratores secundum quam † & in proposito dicen-389 dum videtur, clientibus id imputandum esse, quod assumendo duos protectores in hoc sibi non providerint, ut unus etiam adversus alterum sese ad protectionem obligasset, ut *in l. veteribus ff. de pact. l. quicquid astringen. ff. de verb. oblig.* & plenius per Bart. *cons. 116. incip. primo quæritur.*

Objectio contra III. decidendi rationem.

Verum ad hoc respondetur † disparitatem hic esse 390 circa tempus obligationis, nam quod ad contutores attinet, lex ideo vetat inter eos actionem, quod officii mox speretur finis & tutela diuturna non sit, & ea durante, actio non videatur nata esse, ajente gloss. *in l. nisi finita 4. verb. tutela agat. Digest. de tutel. & rat. distrahend.* Secus autem est in protectione, à duobus suscepta, quæ si perpetua non sit, saltem multo diuturnior, quam pupillaris tutelæ officium esse consuevit. Ita nominatim hanc objectionem refutat Simon Pistor. *d. cons. 19. num. 12.*

Solutio objectionis.

Deinde illud ipsum dogma † de contutoribus quod 391 contra se invicem, nisi finito officio, agere nequeant, locum non habet, quando de personali pupilli defensione agitur.

Solutio alia.

Quia

Quia hoc respectu contrarium Iuris Interpretes expressim statuunt, traduntque, tutorem teneri defendere pupillum, contra contutorem, ut nominatim in terminis scripsit Ioan. Bertachin. *in Repertor. verb. Tutor. §. Tutor suspectus num. 39. per l. 1. Cod. de in lit. dand. Tutor.*

Solutio aliæ tertia. Præter hæc tametsi, eo quo continuatur tempore tutela adversus contutores pupilli nomine regulariter non concedatur actio, ut supra dictum est, tamen adversus † eosdem administrationem non communicantes, nec curam ex fide gerentes suspecti competit postulatio. *allegata l. actus.* ubi aperte textus dicit, si contutor non communicet administrationem, aut non ex fide curam gerat, posse eum postulari suspectum. Ita pariter gloss. *d. l. 2. C. de administr. tutor. & in l. cum curatore 26. ff. eod.* dicit, quod ob damnum † & injuriam, unus collega agere possit contra alterum. Et ideo ea, quæ ex Bart. & Castrens. *in d. l. qui proprio. §. fin.* adducta sunt, nihil nos remorantur; Nam ipsimet fatentur, † quando procuratores duo sunt constituti in solidum, tunc unus possit ab alio exigere; Nec dicunt ex eo imputandum, quod quis ab initio sibi non providerit, sed quando, occurrente casu deest persona, quæ sibi potest providere, tunc unus ab alio exigat. Sicuti & ad plures executores testamenti applicant, per *cap. fin. de testam. in 6.* & sequitur Philip. Dec. *consil. 91.* confirmant ergo illa magis rationem nostram. Nam inter istos duos comprotectores si unus offendat seu oppugnet, deest persona quæ provideat ac defendat clientes unde ad alterum Protectorem pertinet, eos defendere ac protegere. Et si Bart. & Castrens. sentirent de imputatione ab initio, & tempore constitutionis facienda, seu consideranda, idem esset in pluribus tutoribus, à testatore, vel judice datis, quod in procuratoribus; Et tamen illi indistincte videntur dati in solidum. Et Bart. *in Repet. l. 1. §. si plures. ff. de exercit.* reddit rationem diversitatis.

392 393 394

Ratio decidendi IV. Quarto confirmatur ista decisio ex verbis generalibus pacti, inter comprotectores tempore susceptæ communis Advocatiæ inter se initi, quod nimirum contra omnes Civitatem defendere velint, unde etiam unus contra alterum eam tueri obligatus est. Simon Pistor. *dict. consil. 19. numer. 22.* propter verba gegen jedermann/ quibus etiam comprotector comprehenditur.

395 Quamvis enim verba † generalia, ut *supra* in prima Capitis hujus quæstione dictum fuit, non comprehendant personam loquentis, tamen complectuntur personam colloquentis, der da neben einem solchen redet / vnnd verspricht/ præsertim si super facto individuo inducta fuerunt, & utrumlibet in solidum obligant. *leg. stipulationes 72. l. in executione 85. §. 2. ff. de verb. oblig.*

396 Quare cum duo illi principes, ut duo † Rei debendi ad tuendam Civitatem in solidum obligati sint, ut plene stetur promissis, tenetur quilibet non minus solus, quam simul, cum alio conjunctus civitatem defendere. Sim. Pistor. *d. n. 22.* eleganter in hæc verba. Dann wie kan ohne das gesagt werden/ daß sie von N. gegen einem jedermann geschützt/ so ihnen von desselbigen (id est, der Schutz-Fürsten) einem solcher Schutz sol können gebrochen/ vnnd sie von dem andern solten verlassen werden. And. Gerhard. *dict. conclus. 7. in rationibus decidendi, numer. 2.*

Ratio decidendi V. Quinto decisionem corroborat, quod defensio Civitatis in protectionem susceptæ, ut ex præcedentibus liquidum est, communis sit, & ambobus principibus pro indiviso competat. At vero duobus ejusdem rei existentibus † protectoribus illius potior ducenda est ratio, qui prohibet ne ille, quem defendendum susceperunt offendatur, quia in re pari † potior conditio est prohibentis *leg. in re communi. ff. de serv. urb. præd. l. Sabinus. ff. commun. dividund.* Ergo oppugnante uno alter comprotector violentiam cohibere ac Clientes defendere tenetur Simon. Pistor. *d. cons. 19. n. 26.* And. Gerhard. *d. quæst. 7. num. 4.*

397 398

Ratio decidendi VI. Sexto hanc opinionem suffulcit, quod in casu oppugnatæ, ab uno comprotectorum, Civitatis, haud leve alterius in omittenda defensione præjudicium versetur; eo quod non solum seipsum, propter omissam defensionem Advocatiæ jure privet, per allegata *infra in capite 16. in causa privat. ob intermissam protectionem,* verum etiam aliam jacturam faciat, ne scilicet Civitas oppressionis pertæsa totam se oppugnanti soli subjiciat, alterumque principem non tantum protegendi jure exuat, sed etiam in discrimen amissionis propriarum ditionum perducat. per doctrinam Barth. *in l. si uni. q. 6. de judic. & in l. heredes mei. §. fin. ff. ad Trebell.* traditam per text. *ibid. & in l. si fundum sub conditione. §. his verbis. ff. de legat. 1.* Quod nihil debeat unus sine alio attentare † posse, quia de utriusque commodo & præjudicio agitur Pistor. *d. consil. 19. num. 27.*

399

Ratio decidendi ultima. Corroboratur denique præmissa affirmativa conclusio præter supradictas authoritates, Simonis Pistoris *dict. consil. 19. per tot.* & Petri Frider. Mindan. *dict. capite 14. quæst. 5. per tot.* aperte etiam per D. Hepingk. *in novissima sua dissert. de Iure protect. conclus. 42. in notis sub lit. B.* ubi dicit, cum in casu, ubi comprotectorum unus Clientes oppugnat, persona, quæ defendit, desit, ad compatronum, ne indefensi relinquantur Clientes, tuitionem eorundem pertinere argumen. *cap. final. de Testam. in 6.* Quod etiam ante hunc nominatim in scripta retulerunt Andr. Knichen. *de Sax. non prov. Iur. capite 5. numer. 566.* Arum. *Iur. publ. discurs. 31. Thes. 7. Tom. 1.* Iacob. Synzius *disputat. de Iure protect.* l. 11. ubi concludit, protectorem regulariter Clientes adversus omnem injustum, violentum Invasorem defendere & cuivis offensioni, undecunque immineat, occurrere oportere, *cap. tibi domin. 33. distinct. 63. per ibi* notat. Card. Alexand. & Lancell. Et quamvis ibidem sub *numer. 3.* protectionis socium excipiat, præsertim si inter illos prius pactum de non offendendo intercesserit, tamen ibidem subdit, si Collega contra fidem datam, inique & violenter cum Clientibus agere incipit eum pro Clientibus stare, eosque defendere debere. Et hanc in sententiam concludentes etiam habemus ex vetustioribus, Decium *in cap. 1. col. 4. de offic. deleg. & in leg. culpa caret. ff. de reg. jur.* Ioan. Igneum *in leg. 1. §. servi. col. 51. ff. ad SC. Syllan.* Ex quorum adductis rationibus quas nimis longum esset transcribere dilucide concluditur, principem, qui se una cum alio ad protegendum obligavit, ad defendendos communes clientes contra illum suum collegam omnino teneri.

Solutio contrariorum Argumentorum. Etsi vero per adductas hactenus decidendi rationes, decisionis nostræ veritas sufficienter demonstrata sit, tamen ne quis propter objecta initio dubitandi argumenta, à recto juris tramite discedendi causam habeat, non gravabimur ad singula nominatim respondere.

400 Responsio ad I. dubitandi rationem. Primo igitur non adversatur præmissæ decisioni quod Iurisdictionem, quam in eadem re duo in solidum habent, non possit alter in alterum delinquentem exercere ita tradente Bartol. *in leg. fin. ff. de rer. divis. & in leg. inter tutores, in fin. ff. de admin. tutor.* Per quod

Alexandr. *in l. cætera. §. item quæri potest ff. de leg. 1.* tradit. Quod si unus contra prohibitionem extrahat frumentum, non possit ab alio puniri. Et quanquam hoc diu fuit controversum inter veteres, Felin. tamen *in cap. prudentiam, de offici. deleg.* asserit communem, 401 eo, quod par † in parem non habeat imperium. *leg. ille à quo, 13. §. tempestivum 4. ff. ad SC. Trebell. cap. innotuit de Electio.* Alexand. *l. 3. & l. 4. ff. de recept.* Ex quo deduci videtur, quod nec dico eandem protectionem in solidum habentes, eam clientibus adversus se mutuo exhibere queant. Verum infirma hæc 402 est illatio, siquidem † Iurisdictio & protectio sunt res omnino diversæ. Quapropter ab una ad aliam inferri non potest. *l. final.* cum *ibi* notat. *ff. de calumniat. l. Quintus Mutius. 2. §. argento. ff. de aur. & argent. legat. l. neque natales C. de probat. l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir. possess.* idque in terminis tradit Regner. Sixti. *consil. Marpurg. vol. 3. cons. 8. n. 109.*

403 *Alia Responsio.* Deinde etiam responderi potest, † quod licet par in parem non habeat imperium, & sic ex duobus habentibus in uno territorio Iurisdictionem, in solidum, alter in alterum non possit animadvertere: tamen illud ad propositum valide applicari non potest, quia instituta hoc loco de comprotectoribus alienum populum in tutelam suscipientibus quæstio, præsupponit, alienum territorium in quo neuter Advocatorum aliquam habet Iurisdictionem, ac proinde, licet quivis illorum in eo habet jus protegendi insolidum, cum primum tamen aliquid contra obligationem defendi attentat, in eoque delinquit, vel susceptos in protectionem offendit, tunc respectu alterius habetur 404 ac censetur ut privatus, quod secus est, quando † aliquid ejusmodi fit, in communi duorum territorio, in quo quis delinquendo non admittit jurisdictionem, nec censetur, respectu alterius, privatus, sicuti in nostro casu contingit, ita nuncupatim tradente Simon. Pistor. *dict. consil. 19. numer. 29.* Felin. *in cap. cum inferior. de major. & obed.* ubi dicit Archiepiscopum in alterius diœcesi censeri privatum. Et sic, quo ad comprotectores subditorum alterius territorii cessat regula, par in in parem, per tradit. Bald. *tract. feud. §. præterea. de prohib. feud. alienat. per Feder.*

405 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Deinde multo minus obstat † secunda dubitandi ratio, qua dictum fuit comprotectorem non se debere immiscere negociis, quæ Comprotector in communes Clientes tanquam proprios subditos exercet; Nec enim ex eo, quod illos tanquam proprios subditos defendere promisit, infertur Clientes ei subesse, sed specialis illa promissio magis obligat comprotectorem ad tuitionem eorundem; siquidem extra omnem quoque defensionis specialem pactionem interpositam, quilibet magistratus ac Dominus quemadmodum *alibi* fuse ostendimus, jure naturali, positivo ac divino ad protegendos suos subditos obligatus sit. Quare facta illa comparative protegendi pollicitatio non passive sed active, & sic intelligenda est, quod nempe Protector tanta cura ac fidelitate receptos in tutelam Clientes velut proprios suos subditos defendendi obligationem in se receperit, ideoque eos tanta majori cura ac solicitudine tueri debet.

Dum autem Protector communes Clientes defendit, non dici potest, alterius consocii Principis subditos defendere, quia Protectio † non facit subditos, 406 sed hic defendens eos ex obligatione præsupposita tanquam suos proprios homines defendere tenetur, Simon. Pistor. *dict. consil. 19. numer. 27. in fine. ibi.* Sondern sie seyn dißfals wie seine eigene Unterthanen / unnd müssen von ihme wider die andern geschützt werden. *per allegata ibid.*

Responsio ad ultimam dubitandi rationem. Quod denique tertio loco, de duobus Dominis, uni eidemque feudum concedentibus, & vasallo neutri ad serviendum obligato injectum est, decisionem nostram minime labefactat; Nam argumenti illius ad nostræ conclusionis materiam comparatio claudicat, quia in iisdem diversi termini ac circumstantiæ reperiuntur: In objecto enim casu Domini confeudales inter se prælia miscent absque vasalli offensione: hic autem alter ex protectoribus bellum gerit adversus Clientes, eosdem ut præsupponitur iniquè lædendo, quos protegere promisit, non autem gerit bellum adversus comprotectorem. Igitur † ex disparitate casuum istorum ab uno ad alterum invalida est illatio, 407 argum. *l. 1. §. cum prædium. ff. de pignoribus.* Si autem ex eo in quo conveniunt arguere velimus, id duntaxat sequetur, Clientes nempe comprotectorum contentioni non se immiscere, vel posthabito uno alteri ex comprotectoribus opem ferre debere, id quod libenter concedimus, nequaquam vero sequitur alterum protectorem non debere alterius in communes Clientes tentatam oppressionem avertere.

Ampliatio decisionis I. Porro hucusque per decidendi rationes & contrariorum refutationem abunde firmata conclusio † ampliatur primum ut procedat, 408 etiamsi inter molestantem Principem aut Statum, & alterum Protectorem de se invicem non offendendo seu mutuis armis non sumendis pactio expressa seu confœderatio intercessisset, vel unio etiam hæreditaria (quam Erbeinigung vocant) erecta atque confirmata fuisset, Pistor. *dict. consil. 19. argum. cap. 31. extra de Iurejuran.* Quia, non obstante ulla de non offerendo vel simili pactione, alter protector Clientes suos contra alterum protectionis socium, iniquè eos gravantem defendere tenetur. Petr. Frid. Mindan. *dict. cap. 14. numer. 19.* per rationem, quod per novissimam † Protectoris conventionem, respectu clientum, à priori, de non offendendo se invicem, conventione, comprotectores recessisse intelligantur.

Inter comprotectores transactione vel pacto hæreditario, de non offendendo vel mutuis nō sumendis armis intercedente. An nihilominus unus contra alterum Clientes defendere teneatur. Decisio Affirmativa.

Posteriora enim, quatenus circa idem versantur, derogant prioribus, ut novissima tantum pacta in consideratione habeantur, *l. pacta novissima.* & *ibi* per omnes *C. de pact. l. si quis ante, ff. de acquir. possess.* 409 410 Modest. Pistor. *cons. 45. n. 21. vol. 1.*

Et hanc eandem ampliationem in terminis approbat Andr. Gerhard. Cons. Saxon. *inter. Discurs. Armm. de jur. protect. 31. concl. 7.*

410 *Ampliatio II.* Deinde extenditur hæc traditio, ut comprotector Clientes adversus alterum Protectioni adhærentem defendere obstringatur, etiamsi uterq; prius jurasset adversus se invicem neutrum arma sumpturum, quia juramentum illud ad futurum oppressionis casum vires suas extendere idcirco non potest, cum de eo casu tempore Iuramenti præstiti cogitatum non fuerit. *Ratio ampliationis.*

At vero Iuris explicatissimi est, Iusjurandum ad ea, † de quibus verisimiliter cogitatum non fuit, minime extendi, 412 *c. quinta vallis. de Iurejur.* notat. *in l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis cautian.* Panorm. *in c. adhæc. 2. n. 5. de appellat.* Iaf. *in l. naturaliter. §. nihil commun. n. 34. de acquirend. possess.* Guido Papæ *decis. 199. n. 3. & decis. 427.* Hartm. Pistor. *libr. 2. quæst. 47. n. 49.* Neq; ultra consensum † obligare. 413 *l. fin. C. de non num. pecun.* Panorm. *in c. 1. n. 19.* Commod. Angel. *cons. 315.* Oldrad. *cons. 238.* Dec. *cons. 240.* Ruin. *cons. 134. numer. 9. vol. 1. & cons. 6. numer. 9.*

&

& conf. 137. num. 16. vol. 2. Parif. *conf. 20. num. 115. vol. 1.* Gozadin. *conf. 75. num. 19.* Gratus. *conf. 13. n. 11. lib. 1.* ubi generaliter tradit, juramentum nunquam supplere ubi non præsumitur consensus. Hartm. Pistor. *d. q. 47. num.*

414 *Ratio II. ampliationis ab autoritate.* In terminis insuper hæc † ampliatio corroboratur per textum express. *in c. petitio 31. de Iurejurand.* ubi Honorius III. Canonicis Antiochenis expresse rescripsit, quod non obstante Iuramento iisdem Canonicis, Antiocheno Principi, de non conspirando contra ipsum præstito, ii pro Iuribus & honoribus ipsius Ecclesiæ ipsis commissæ legitime defendendis, contra eundem Principem libere stare possint.

Ex quo textu manifeste infertur, in casu præsenti comprotectorem, qui juravit contra alterum arma non sumere, posse in causa propria, vel Ecclesiæ Civitatis aut provinciæ in protectionem susceptæ, non attento Iuramento, Socium protectionis, qui Ecclesiam Civitatem aut provinciam oppugnat, reprimere, atque adversus eundem tueri; quia Iuramentum non porrigitur ad hunc protectionis actum, ut innuit gloss. *ad d. c. petitio. versic. Nota quod licet jures. &c.*

Objectionis refutatio. Nec obstant huic ampliationi textus *in cap. si vero. & cap. cum contingat, Extr. eod. & cap. quamvis. eod. in 6.* in quibus habetur omne Iuramentum, † quod non tendit in dispendium æternæ salutis, esse servan- 415 dum, adeo, ut licet alias in obligationibus † faciendi, 416 succedat interesse loco facti ut ad factum præcise quis compelli non possit *l. si quis ab alio, 18. ff. de re Iud. l. stipulationes non dividuntur. versic. Celsus, ff. de verb. obligat.* tamen, ubi juramentum intercessit, reus præstando interesse non liberetur. Bart. *d. l. stipulationes non dividuntur, quæst.* 8. & *ibid.* Alexand. *num. 27.* & est communis juxta Ludovic. Gomez. *§. item si quis postulante, n. 7. Instit. de action.*

Quia respondetur ex prædictis, per subsecutam pro- 417 tectionis † pactionem à priori jurata unione comprotectores discessisse, & consequenter Iuramentum expirasse, nec effectum ejus, ad hunc tuitionis faciendæ actum extendi, *per Iura prius allegata.*

Quare adhuc inconcussa manet extensio, adeo, ut 418 nullum † pactum aut statutum familiare oder sonsten einige Erbeinigung quantumvis jurata, obstare queant, quin Comprotector clientes suos impune contra confœderatum suum defendere possit ac debeat. *c. per-* 419 *venis. 3. ibi,* promissum non † infringit, qui in melius id commutat *Extr. de jurejur.* Petr. Frider. Mindan. *d. c. 14. post n. 24.*

420 *Limitatio decisionis I.* Cæterum præmissa principalis decisio singulariter limitatur, ut comprotector suo protectionis consorti communes Clientes oppugnantes resistere non debeat, si confœderatus Princeps vel status justas habeat contra Ecclesiam, Civitatem vel Provinciam in comprotectionem susceptam agendi causas, & juste ac legitime procedat; adeo ut si clientes contra eum 421 defendat, incidat in pœnam † pactione illa hæreditaria de invicem non offendendo definitam *l. cum pater. §. libertis.* & *ibi* Bart. *num. 7. ff. de legat. 2.* Iul. Clar. *prax. crimin. §. fin. quæst. 47.* Gail. *de pace publ. lib. 1. cap. 3. num. 16.* Nam, ut *alibi* fusius traditum 422 *Ratio limitationis.* est, tuitio contra † iniquos tantum oppressores permittitur, non contra eos, qui legitimam causam legitime prosequuntur. Hier. Cagnol. *in l. frater à fratre, n. 115. ff. de condict. indeb.* Ioan. Petr. Surd. *decis. 3. num. 20. lib. 1.* idemq; in terminis tradit Petr. Frider. Mindan. *d. c. 14. post. n. 24.*

E contra autem si in bello notorie injusto unus ex his principibus oppugnet Civitatem, indistincte dicendum videtur, quod alter Civitatem contra alterum etiam confœderatum, defendere possit; Si enim ser- 423 vus, † cui summa parendi necessitas jure imposita est, *leg. 15. Cod. ad leg. Falcid. l. 10. de his quæ indign. auf.* Domino in facinoribus † obtemperans, ejusve jussu 424 delinquens, ne manumissus quidem excusatur. *leg. 21. §. 1. de act. rer. amotar. leg. 20. de obligat. & act. leg. 11. §. 7. quod vi aut clam.* Quomodo excusationem merebitur Princeps, si in ejusmodi bello defensionem Civitati denegando, ipsemet illam offendit, cum eo in casu nulla juramenti vel confœderationis vi alteri Principi teneatur, turpitudo enim † ab omni socieia- 425 te & fœdere expulsa est. *leg. rei communi. leg. si fratres. §. fin. cum l. seq. ff. pro socio.* facit *cap. pervenit. cap. petitio. cap. veniens. extr. de jurejur.* Dominic. Arumæ, *discurs. 31. de jure publico quæst. 7. circa fin.*

Limitatio II. Secundo limitatur nostra decisio, si duo Compro- 426 tectores † non simul & eodem, sed diverso tempore Civitatem in suam protectionem receperunt, tunc enim unus contra alterum Civitatem defendere nec tenetur, nec potest. Arumæus, *dict. discurs. 31. quæst.* 7. *Ratio limitationis.* In posteriori enim † confœderatione facta inter 427 Principem & Civitatem semper intelligitur excepta prior confœderatio, quæ jam ante fuit inter ipsos Principes, etiamsi hujus mentio facta non sit in posteriori confœderatione. Sermone enim generali † 428 non continetur id, quod qui loquitur nunquam expressisset, aut pollicitus fuisset, *leg. 1. de pignor.* Cephal. *consil. 642.* Et prior confœderatio hoc complectitur quod neminem contra illam in societatem ac defensionem suscipere velint; certique Iuris est, quod nemo † à priori confœderatione invito altero se libera- 429 re possit. *leg. in operis. 26. ff. locati. l. sicut. Cod. de obligat. & act.* Unde investitura † facta domino po- 430 steriori semper intelligitur excepta persona domini antiquioris, *cap. imperialem, versic. illud quoque de prohib. feud. alien. per Frid. cap. contra omnes.* & *ibi* Feudistæ. *hic finit. lex.* Ita ut antiquiorem dominum etiam contra posteriorem defendere teneatur vasallus, prout post Iacob. Ardiz. tenent Alvarot. *in cap. ult. numer. 10. ibid.* Præpos. Afflict. *num. 11.* & post alios Schenck. *num. 7. hic finit. lex.* Ferrariens. *in form. libell. quo agit. ad revocat. feud. ver. contra debitum num. 3.* Zas. *de feud. p. 7. num 28.* Molinæ. *consuetud. Paris. tit. 1. §. 2. gloss. 4. n. 7.* Hartm. Pist. *lib. 2. q. 47. n. 36.* dicens hoc omnes scriptum reliquisse. *in d. c.* 431 *ult.* Rosenth. *c. 8. conclus. 16. num. 1.* Schrad. *part. 6. c. 5. n. 4.* Andr. Khol *de servit. feud. p. 3. n. 18.*

Advocatus dum habens si Clientes utrumque pugnent adversus se invicem quosnam potius juvare teneatur. Ultimum denique capitis hujus locum obtinet alia simultanea explicatione dignissima quæstio. † *Quid in eo casu converso statuendum sit, quando scilicet unus idemque Advocatus duas habet Clientelas, & contingat, diversos illos Clientes invicem ad arma descendere, quibusnam succurrere, vel auxilium ferre teneatur.*

432 *Rationes dubitandi pro suscepto primitus in Clientelam remissiva.* Videtur autem dicendum esse, teneri hoc casu illos juvare Clientes, quibus primum sese super præstanda defensione obligavit, per multas rationes *in cap. 12. quæst. penultima* in confirmationem decisionis ibi positæ adductas, quæ omnes huc referri possunt.

Ratio dubitandi ab authoritate. Deinde etiam primo in protectionem receptos Clientes hoc in casu, posthabitis aliis defendendos esse consulendo decidunt Rom. *cons. 47. per tot.* Mayn. *cons. 94. vol. 5.* Georg. Everh. *consil. 56. n. 72. lib. 2.* & alii ab iis relati.

433 *Decisio contraria neutros esse juvandos.* Verum illis non attentis tutissimum esse statuo, ut protector in casu proposito, inprimis omne studium adhibeat, quo eos ad pacem & concordiam inducat; si autem id non possit, consultius puto, ut neutram partem adjuvando, penitus quiescat.

Et

Et hanc decisionem sequitur nominatim post hæc scripta visus Iacob. Synzius *disput. de Iure protect. th.* 12. ubi concludit, Si duo pluresve ab eodem in protectionem recepti concurrant inter seipsos confligentes, neutrum juvandum esse ex *cap. denique* 14. *quæst.* 5. *gloss. in cap. final. de postuland.* D. Hepingk. *conclus.* 42. *lit. c.*

Ratio decidendi I. Rationem decidendi inde sumimus, quod nempe tali in casu Protector unam partem juvando aliam offendisse, & sic, quoad hanc à debito protectionis munere recessisse videretur, argumento *leg. invicem ff. de heredib. instituend. & leg. si quis in gravi.* §. *si cum omnes. ff. ad Syllan.* quam rationem ad hoc etiam considerat D. Hepingk. *d. loco.* scribens, si dubium sit uter justam foveat causam, cum alteri subveniri facile haud possit, quin alter lædatur, neutrum juvari, quam alterum gravari melius esse, per allegata ibidem. Et hanc sententiam pridem tenuit nominatim Specul. in *Tit. de Feud.* §. *quoniam versic.* 22. dicens: 434 quod stante † æquali Iure utriusque, neutrum juvabit, cum inviecm concurrentes se impediant. per *l. quoties. ff. de usufruct. l. eo tempore.* §. *si patronus. ff. de oper. libert.*

435 *Ratio decidendi II.* Et ob hanc rationem Politici statuunt, neminem debere duarum civitatum civem esse. Si enim discordia incidat inter duas diversas Civitates, qui utriusque civis est, quantum opis vel auxilii per se vel per milites suos uni affert, tantum impugnat alteram, & quia à consiliis publicis, civis abesse non debet, sive detexerit ea, sive occultaverit, simul fit perjurus & proditor alterius Civitatis, Arnisæus *polit. cap. 6. de Civib. & Civitat.* §. *Domicilium. versic. Non hic utar.*

436 *Ratio decidendi III. à simili.* Ita in simili casu hæredum invicem dimicantium quo ad vasallum, qui omnibus æqualiter obstrictus est, per rationem, quod taliter pugnantes sibi invicem obstent, decidit, ac faciendum suadet Bald. *in l. 1.* §. *summa rerum. quæst.* 23. *ff. de rer. divis.* eumque secuti Alvarot. Afflict. Petr. Raven. & Præposit. *in* §. *omnes. si de feud. defunct. fuerit controvers.* dilucide his adstipulatur Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst.* 47. *num.* 30. Schrader. *part. 6. cap. 6. num. 22. ampliat. 12. versic. sin autem unus*, ubi hanc sententiam communem & receptam esse dicit. per *l. invicem 43. de heredib. instituend.* Ferrar. *in forma libell. de revocat. Feud. versic. contra debitum fidelitatis num.* 3. Zasius *de Feud. part.* 7. *num.* 12. Speculat. *eod.* §. *quoniam versic.* 12. Rosenth. *cap.* 8. *concl.* 12. *num.* 9. in quam sententiam inclinare etiam videtur Schneidew. *tract. feudal. part.* 5. *num.* 96. *vers. & hæc procedunt.* ubi in casu quando non constat, quis sit antiquior Dominus de rigore Iuris neutrum juvandum esse existimat, ne scilicet uni præstando auxilium, alterum offendat; nec sit causa, quare uni magis serviat quam alteri, nisi esset manifestum quod alter juste faceret guerram, & alter injuste, argumen. *c. 1. hic finitur lex.*

Quamvis Speculat. *in d.* §. *quoniam. vers.* 13. *quæritur.* concludat, quod utrique debeat opem ferre, & quod de æquitate possit gratificari serviendo personaliter cui maluerit, & alteri debeat per substitutum opem ferre, quod ipsum etiam tenet Ferrar. *in form. libell. ad revocat. feudi num.* 3. quos remissive sequi videtur Alvarot. in *cap. omnes numer* 11. *si de feud. def. fuer. controvers. inter. dom.* De Iure vero Saxon. vide *capite* 46. ubi dicitur. Wann ein Mann hat zween Herren / oder mehr / die ihm deß Reichs Dienst gebiethen / der ihme dann zum ersten gebeuth / mit dem soll er selber ziehen / vnd den andern allen soll er Heerstewr geben. & tradit Schneidew. *ibid.* de facto ita se observari vidisse, daß der Lehenmann einem jeden Herrn Pferd vnnd Knecht / wie er ihm zu dienen schuldig gewest / zugeschickt hat / vnd er ist für sein Person still gesessen / rc.

Decidendi rationes alia remissive, Solutio contrariorum remissive inductorum. Conferunt huc insuper quæ *supra* in eandem sententiam ad n. 369. dicta sunt.

Non autem adversantur huic decisioni rationes ad similem fere quæstionem in *prædicto cap.* 12. adductæ, quemadmodum nec auctoritates DD. in partem contrariam citatorum, ex quibus prima fronte contrarium elici videtur, Quia eædem rationes & adductorum Consulentium auctoritates, procedunt in diversis terminis, quando scilicet Clientes contra oppugnatores defendendi sunt, non autem, cum inter se invicem pugnant.

Ampliatio Decisionis præcedentis. Cæterum præmissa decisio tanto magis procedit, si dubium sit, utri Clientum justam † foveant causam, cum alteris subveniri facile haud possit, nisi alter lædatur, quo in casu, neutrum juvare, quam alterum gravare satius est, *cap. denique* 14. *q.* 5. gloss. 437 magna *in c. final. de postulat.*

Limitatio ejusdem decisionis. Limitari tamen eadem definitio potest, eo in casu quando manifeste constat alteros Clientes ab aliis ejusdem Patroni Clientibus injuste † opprimi. 438 Tunc enim idem Protector adversus alios sibi quoque recommendatos iniquos aliorum oppressores, etiam antea in protectionem receptos, defensionem suscipere debet, per ea quæ in Iudiciali duorum Monasteriorum Advocato responderunt Roland. à Valle *consil.* 44. *num.* 24. *libr.* 2. Cephal. *consil.* 468. *num.* 18. *& seq. lib.* 4. *& consil.* 615. *num.* 37. *libr.* 5. Georg. Everhard. *consil.* 56. *num.* 71. *& seq.* Et hanc limitationem in terminis recipit Iacob. Synzius *disput. de Iure protect. thes.* 12. ubi concludit, si altera concilientum pars injustam causam foveat, tum utique parti æquiori succurrendum esse, cujus sententiæ accedit D. Hepingk. *dissertat. noviss. conclus.* 42. *lit. C.* quibus adstipulatur, in terminis duorum Feudalium dominorum loquens Wesenbec. *tract. Feudal. part.* 5. *numer.* 96. ubi decisionem, quod Vasallus ejusdem Feudi plures † dominos habens, iis inter se dimicantibus, nulli servire cogatur, limitat, in casu quando alter justum, adversus alterum suum dominum, bellum suscepit, alterque injuste molestatur.

Ex quibus omnibus hactenus deductis, fidum ac solertem Protectorem, quousque & contra quasnam personas, officium in defendendis Clientibus suis interponere debeat, satis instructum esse arbitror, quia tamen susceptæ materiæ integritas omnino requirit, ut ea etiam, quæ Iuri protectionis accidunt, & quæ eidem affinia sunt, aut repugnant, accuratæ etiam explicentur, ea propter in *subsequentibus tribus Capitibus* proximo nempe, de Adjacentibus, altero de Affinibus, tum in sequenti de Contrariis Advocatiæ, non minori quam hucusque, ni fallor, factum est, studio ac diligentia, tractabimus.

CAPVT.

CAPVT XIV.

De Adjacentibus Advocatiæ, & iis, quæ conventioni protectitiæ communiter accidere solent.

SVMMARIA.

ADiacentia protectionis quæ & quotuplicia sint? num. 1.

Instrumenta protectitia Schutz-Brieff & *litera reversales* Revers über den empfangenen Schutz *inter adiacentia numerantur, n. 2.*

Ad perficiendam Advocatiæ pactionem an literæ vel instrumenta prædicta requirantur? n. 3.

Negativa decisio, ibid.

Scriptura vel instrumentum regulariter non requiritur pro substantia actus vel ejus probatione, nisi in casibus à Iure specialiter expressis, 4

Contractus aque fieri potest sine scriptura, quam cum scriptura, 5

Scriptura est memoria, per quam omni tempore probatur contractus, 6

Fœdera actaque publica olim apud Romanos in linteis mappis exarata, 7

Instrumenta habent pro se præsumptionem veritatis & solennitatis, 8

Instrumenti contenta, ex voluntate partium præsumuntur, 9

Instrumento standum est in dubio, nisi certis demonstrationibus contrarium probetur, 10

Præsumptio Iuris efficit, ut adversarius teneatur probare fortioribus probationibus, 11

Instrumentum differt à contractu, qui in eo continetur, 12

Instrumenti itemq; contractus nomina quid denotent? 13

Instrumento annullato, contractus in eo scriptus non tollitur, 14

Substantia contractus non consistit in instrumento, sed tantum probatio, 15

Instrumento renuntians, renuntiare non censetur debito in eo contento, 16

Instrumenta cum contractibus non debent confundi, 17

Obligatio non ex literis vel instrumentis, sed ex contractu oritur, 18

Instrumenta & literæ tantum probationem rei gestæ continent, 19

Literis Advocatitiis quænam clausulæ utiliter adjiciantur? n. 20

Clausula, mit wolbedachtem vereinigtem Raht / *totam erroris & ignorantiæ memoriam excludit, 21*

Verba, uns vereinigt haben / und überein kommen sind / *protectionis conventionalis formam exprimunt, 22*

Protectionis conventionalis forma stricto Iure in stipulatione consistit, 23

Protectionis vis universa in quibus verbis consistat? 24

Protectoris quodnam proprium sit officium, & quale jus tribuat ei protectio? 25

Protector receptos in Clientelam tam in personis quam rebus defendere tenetur, 26

Clausula, uns / unser Leut unnd Güter also dabey verbleiben lassen / und darüber nicht betrengen / *&c. an sit superflua? 27. & 28*

Expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur, 29

Expressa magis à molestando absterrent ac movent, quam tacita, 30

Clausula specialis validius operatur, quam generalis, 31

Cautela abundans non nocet, 32

Superfluum id confestim non est, quod non est necessarium, 33

Clausula absque dolo, ohne Arglist und Geferdt / *facit contractum bonæ fidei, n. 34*

Bonæ fidei & promissio de præstatione doli exæquantur, 35

Etiam contractus stricti juris inserta, 36

Omnes contractus mundi, etiam stricti juris de Iure Canonico sunt contractus bonæ fidei, juxta quorundam opinionem, 37

Sed contrarium ab aliis assertum verius, n. 38

Clausula, absque dolo, olim à Græcis etiam usurpata, 39

Clausula, actum, &c. denotat perfectionem, quando est in fine instrumenti apposita, 40

In Instrumenta dies mensis & annus, quibus confectum est, adjici debet, 41 & 43

Instrumentum carens anno, mense & die, nihil probat, 42

Scriptura privata an probet contra scribentem, etiam sine certa temporis designatione? 44

Subscriptio & Sigillatio literarum protectitiarum, non minus necessaria. 45

Subscriptio ad eum fit effectum ut literæ fiant authenticæ, 46

Subscribendo & Sigillando munitur contractus, 47

Subscribere & Sigillare paria sunt, eandemque vim obtinent, 48

Subscriptio literarum Protectionis & Reversalium an præcise necessaria sit? n. 49

Negativa decisio ibidem.

Scribere & subscribere contractum paria sunt, 50

Sigillum contra eum, cujus est, probat, etiamsi subscriptio desit, 51

Actus pro perfecto habetur, quando desuper confectæ scripturæ sigillum apponitur, 52

Sigillum est signum ratificationis & confirmationis, 53

Sigillum plus operatur quam subscriptio, 54

Probato sigillo probatur consensus sigillantis, 55

Sigillum in dubio probat consensum illius, cujus nomine sigillatur donec contra probetur, 56

Præsumptio juris plene probat, donec probetur contrarium, 57

Præsumptio liquidissima probatio esse perhibetur, 58

Sigillatio & subscriptio bene stant simul, 59

Ex subscriptione certior sumitur voluntas eorum qui simul sigillarunt & subscripserunt, 60

Sigillum absq; subscriptione non sufficienter probat, 61

Sigillum est testis mutus & incertus, & per se nihil operatur, 62

Commissio specialis ex solo sigillo non probatur, 63

Sigillum est res inanimata, 64

Sigillum ut fidem faciat, quænam requirantur? 65

Sigillum non probat contra eum, cujus est, si is negat illud voluntate sua esse appositum, 66

Sigillo probato, veritas ejus probata censetur, 67

Voluntate sigillantis fuisse appositum sigillum probari debet, 68

Subscribens præsumitur fateri & approbare omnia in scriptura contenta, perinde ac si ipsemet totam conscripsisset, 69

Limitatur, ut verum sit, quando subscribens habet scientiam contentorum in scriptura subscripta, alias secus, 78

Subscribens perinde dicitur scripturam approbare, ac si totam propria manu scripsisset, 70

Subscriptio partium testium depositioni æquipanatur, 71

Subscriptio idem operatur, quod scriptura propria, 72, & 73

Statutum disponens circa scribentem manu propria, habet etiam locum in subscribente, 74

Scriptura privata propria manu scripta si recognita fit, uti plene probat contra scribentem, ita etiam subscripta, 75

Scriptura privata subscriptio si recognita fuerit à subscribente, habet adversus eum vim publici instrumenti, num. 76

Scriptu-

Qui non facit, quod debet, non recipit quod oportet, 320
Agere volens, debet ex parte sua probare debitum implementum, 321
Pœna à secundo non committitur, data contraventione primi, 322
Conventio qualibet intelligitur, rebus sic stantibus, 323
Facere tantummodo qui differt, quod promisit, non potest petere, quod sibi debetur, 324
Vasallus non exhibens debitum servitium domino, feudum amittit, 325
Protector suisne an clientum sumptibus defensionem præstare teneatur? n.326
Affirmativa, 3[illegible]8 Decisio Negativa, 360. & 407
In expensarum præstatione pacta utrimque conventa, servanda sunt, 327 & 329
Executio criminalium Judiciorum an magistratus vel subditorum expensis fieri debeat, 328. & 345
Hugo Burgundiæ quondam Comes Protector Bisantinorum, propriis suis expensis eos defendere promisit, pro dono tamen accipitrem stellarem pactus, 330
Extra pacta, in sumptibus sustinendis consuetudo loci attendenda, 331
Eadem in servitia feudalia erogandis impensis servatur, (332
Investitura & consuetudine cessante, Dominus feudi sumptus suppeditare tenetur, 333
Vasallus an & quibus in casibus propriis sumptibus militare pro Domino suo obligatus sit, 334. 335. 336. 337. 429. 430. 431. & 432
Quod quis spospondit suis sumptibus præstare debet, 339
Declaratur, 409
Sumptibus propriis quisq; id facere obstringitur, ad quod se generaliter obligavit, 340. 341. & 354
Declara, ut n.409
Protector taliter clientes defendere debet, qualiter magistratus proprios suos subditos, 33[illegible] Intellige, ut n.411.
Magistratus subditos propriis expensis defendere tenentur, 343
Magistratus gratis ac suis sumptibus, subditis justitiam administrare debent, 344
Subditi justam de injuria conquerendi causam habent, si sumptus ejusmodi ab iis per Magistratus extorqueantur, 346
Officialis visitans provinciam suis expensis visitare debet, 347
Serviens alteri ex necessitate non recipit expensas, secus si ex voluntate, 348 Declaratur n.413
Ex necessitate quod quis impertit, gratis exhibere tenetur, 349
Protector non ex liberalitate, sed ex necessitate & vinculo obligationis clientes defendit, 350 Declara ut n.419
Venditor, qui tenetur de evictione, suis, non emptoris sumptibus, eundem defendere debet, 351 Et quare? n.421
Faciens aliquid, ob compensationem factæ sibi concessionis, idipsum proprio sumptu facere tenetur, 352
Intellige ut, 423
Opera in remunerationem præstita, victu præstantis fiunt, modo libertus se alere possit, 353. & 355
Vasallus domino propriis sumptibus servire tenetur, 356
Contra, 403. & 418
Liberti ac homines proprii operas ac servitia suis sumptibus præstare tenentur, 357. & 410
Subditi etiam liberi, non Magistratus, sed proprio sumptu præstare servitia tenentur, 358
Subditi instrumenta sine quibus opera præstari nequeunt suis impensis comparant & fructu reficiunt, 359
Casus omissus habetur pro omisso, 361
Protectores Militaris operæ ministeria subire & expensarum quoque onus ferre & sic dupliciter gravari, iniquum, sub n.362
Præmium unde quis meruit, damnum pati non debet, 363
Expressione dignum si obticeatur, solutione exemptũ, 364
Militare suis sumptibus nemo tenetur jure communi, 365
Principem in prælium euntem, cives sine stipendio, seu propriis sumptibus sequi non tenentur, 366
Sumptus regulariter iis subministrandi, quorum aliquis opera & ministerio utitur, 367
Negotiorum gestorum sumptus erogandi sunt, 369
Expensa etiam præter voluntatem domini facta, negotiorum gestorum actione repetuntur, 370
Fides sua nemini damnosa esse debet, 371
Laborem homines commodis eventuris metiuntur, 372
Præmii spes, laboris est solatium sub n.372
Protectores in defensione clientum non sua sed aliena negotia gerunt, 373
Impensas actus ille fert, qui postularit, ut actus ille fieret, 374
Actus cujus gratia celebratur, is ad refundendas expensas tenetur, 375. & 380
Custodiam militarem pro se petens, sumptus præstare debet, 376
Creditor faciens capi ac custodiri debitorem suum, eo nomine obligatur ad solvendos sumptus, 377
Defensionis actus nunquam præstatur, nisi clientibus eum à protectore requirentibus, 378
Actus fieri debet expensis illius, cui prodest, 269. vel cujus gratia celebratur, 379
Beneficium de suo nemo facere cogitur, 381
Honorariis & mercedis materia favorabilis, 382
Operarius omnis, Jure etiam divino mercede sua dignus judicatur, 383
Protector comparatur custodi, 384
Custos impendia ad ipsius rei custodiam utiliter facta repetit, 385. & 386
Fraternitatis in pacto non propriis sumptibus defensio præstatur, 387
Subditi ubi cogi possunt ad custodiam, cujus impensis id facere debeant? 388
Custos datus ei, qui timet offendi, sumptibus petentis, non custodis datur, 389
Tutor officium suum non suis, sed pupilli expensis administrat, 390
Tutor sumptus litis & viatica, si ex officio alio excurrere necesse habet, juste repetit, 391
Quod tamen de necessariis, non damnosis & inutilibus accipiendum est, 392
Tutor non debet ob officium tutelæ, quod gerit, damni quicquam sentire, aut de suo aliquid erogare, 393
Tutor judicio tutelæ repetit, quicquid impendit in rem ac personam pupilli 3 4
Tutor litem alicui movens nomine tutorio, si fuerit in expensas damnatus, contra pupillum fiet expensarum executio, 395
Advocato causarum in alium locum proficiscenti sumptus itineris præstandi sunt, ultra conventum salarium, 396
Delegato, si exeat domicilio, debentur sumptus, 397
Etiamsi habeat beneficium, quia beneficium ei non est collatum cum tali onere, ibid.
Sive sit delegatus à Principe sive ab inferiore, etiam ordinario, 398
Patronus Ecclesiæ defendit eam, non suis, sed Ecclesiæ sumptibus, 3[illegible]9
Impensa Prælato de beneficio litiganti ex Prælatura reditibus præstantur, licet litem sui potissimum causa suscepisset, 400
Etiamsi lis esset inter Prælatum & Ecclesiam ipsam, n.401
Expensas litis erogat monasterium, quando Monachus cum Abbate litigat, dummodo lis cedat in monasterii utilitatem, 402

Procurator defendit principalem expensis principalis, n. 404

Depositarius sumptus repetit per retentionem depositi, 405

Mandatario in alium locum proficiscenti sumptus itineris præstandi sunt ultra conventum salarium, 406

Interpretatio in dubio secundum promissorem facienda est, 408

Intellectus l. suo victu, ff. de oper. libert. 410

Dispar ubi est ratio, ibi dispar quoque sequitur juris dispositio, 412

Protector ad defendendum obstringitur necessitate causativa non absoluta, 414

Matri necessitate causativa filii tutelam quærenti, onus expensarum non injunctum est, 415

Inventarium heredi facienti sumptus ex hæreditate debentur, 416

Mater faciens expensas in removendo Tutore suspecto filio dato, repetit, 417

Fallacia à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, nocet argumentis, quibus inest, 418

Sumptuum erogatio in operis ex liberalitate præstitis pertinet ad eum, cui exhibentur, 420

A diversis nihil infertur, 422

Præsuppositum ubi non ostenditur verum, ibi quoque id, quod inde elicitur, locum non invenit, 424

Artifex, qui pro opere faciendo compensationem accepit, id propriis & non alterius impensis facere tenetur, 425

Opus faciens ex curialitate (*ut loquuntur*) *recuperat impensas; non autem is, qui opus facit ex necessitate*, 426

Opus si quis facere promisit, & deinde controvertatur, cujus sumptibus id faciendum sit, recurrendum ad consuetudinem potissimum erit, 427

Subditis gratuitas operas præstantibus, sumptus à dominis, quibus inserviunt præstandi sunt, 433

Opera ubi præstantur indebita, laborem mercede frustrari iniquissimum est, 434

Expensæ in defensione præstita factæ Advocato refundi an debeant, si admodum pingue habeat salarium? 435

Negativa, 436.

Decisio affirmativa, n. 437

Salarii assignatio non impedit expensarum deductionem, 438

Idque in omni eo qui rem curat alienam locum habet, 439

Si protector in bello pro clientibus gesto succumbat, an eidem nihilominus expensæ debeantur? n. 440

Decisio Affirmativa ibidem.

Actio negociorum gestorum competit, etiamsi negocium gestum effectum non habeat 441

Advocatus forensis expensas & salarium recuperat, etiamsi cliens causa cadat, 442

Pactum Advocati cum Cliente super salario initum valet sive vincat sive non, 443

Protector in bello clientum causa suscepto non plus debet expendere, quam in causa propria expenaisset, 444

Liberalis in rebus alienis expendendis, nemo esse debet, sub numer. 445

Protectores quando impensas belli pro clientibus gesti, ab hostibus victis recuperare possunt, eas ab his potius quam ab illis exigere debent, 446

Damni causam dans idipsum recompensare tenetur, 447

Damnificatus ex facto vel delicto alterius damnum illud ab ejus auctore repetit, 448

Wolffgangus Teuthonici ordinis Magister, propter invasum oppidum Elvvacense ejusdem Protectori Christophoro Duci Wirtembergico, repulsori 30. millia florenorum, sumptuum nomine dare coactus, 449

Clientes an præter expensas etiam damna protectoribus forte in exhibita defensione illata recompensare teneantur? n. 450

Negativa, 451

Vasallus repetitionem damni in bello perpessi à Domino non consequitur, 452

Operarius si laborando frangat aut perdat instrumentum suum, id non alteri, cui laborat, sed sibi perit, 453

Equus ad bellum commodatus, in eoque amissus vel occisus, perditur commodatario, 454

Protectores à clientibus suis ultra expensas & Salarium iis assignatum nihil amplius exigere debent, 455

Alias violant datam fidem, & agunt contra legem contractus, 456

Advocatiæ prætextu bona Ecclesiastica à protectoribus eorumve ministris non sunt usurpanda vel invadenda, 457

Advocati quibus Monasteria defendenda committuntur, ea gravare non debent, 458

Advocatus clientes suos non potest collectare, nec Advocatiæ jus ad quæstum & privatam utilitatem transferre, 459

CUM *superioribus capitibus* de protectionis qualitate, protectorum officio atque munere, quod potissimum in defendendo consistit, aliisque occurrentibus in defensionis materia circumstantiis abunde dixerimus, præcedentibus ea quoque, quæ protectioni ut plurimum accidere consueverunt, addere placuit, eaque *Adjacentium* nomine insignire non dubitavimus.

Continuatio hujus Capitis cum præcedentib.

Possunt autem ejusmodi Adjacentia, † quæ in hoc protectionis negotio in considerationem veniunt, commode in tria genera distribui, ita, ut primum ea, quæ initio Advocatiæ accidunt: alterum ea, quæ durante tutela fiunt, tertium denique ea, quæ in executione protectionis veniunt, complectantur.

1 *Tria Adjacentium Advocatiæ genera.*

In numero autem adjacentium, † quæ circa initium protectionis considerantur, primo loco occurrunt instrumenta, quæ inter patronum ac clientem plerunque conficiuntur, unum nempe, quod hic protectori ob honorarium constitutum exhibet vulgo appellant Reversales, Reuersbrieff uber den empfangnen Schutz / alterum vero, quod ille suscepto in defensionem, ratione promissæ defensionis tradit, quod Bodin. *de Republ. lib.* 5. *cap.* 6. protectionis literas Patrocinii instrumenta & clientelares vocat Tabulas, Nos vernacula Schutz und Schirmbrieff / appellamus, quarum formulas Barbat. *consil.* 62. *vol.* 4. Naucler, Brusch, Trithem, Stumpff. Crus. passim & Christoph. Lehman *Chron. Spirens. lib.* 7. *cap.* 99. 100. 119. & alii exhibent. † Qualiter autem harum Capitula componenda, & quid in iisdem inserendum sit *supra Cap. IX.* indicavimus. Hoc autem loco de earundem necessitate quæret aliquis: *An nimirum & quatenus talia instrumenta ad constituendam Advocatiam necessaria sint.*

2 *Primi generis Adjacentia.*

3

Quamvis † autem clientela absque Tabulis clientelaribus constitui possit, ut argum. *l.* 7. *paragraph.* 12. *l.* 47. *princip* 52. *Digest. de pact. l.* 17. *l.* 21. *C. eod.* & *l.* 54. *princip. Digest. mandat.* nominatim defendit Jacob. Synzius *disput. de Jure protect.* th. 13. & pactum clientelare, etiam sine scriptura valeat, nec ad substantiam conventionalis etiam Advocatiæ scriptura vel instrumentum requiratur, per notata Schrader. *tractat. feud. part.* 10. *sect.* 12. *num.* 25. ubi dicit, regulariter scripturam, vel instrumentum non requiri, pro substantia actus, vel ejus probatione, nisi in casibus, à Jure specialiter expressis, & regulariter quemlibet actum, etiam absque scriptura valere, nec

4 *Utrum ad constituendam Advocatiæ pactionem litera vel instrumentum requiratur.* *Decisio Negativa.*

nec tantum per scripturam sive instrumentum, sed etiam per testes probari posse, per textum *in leg. contrahitur. 6. ff. de pignor. leg. penult. ff. de fide instrum. l. pactum quod bona fide* 17. & *ibi* Bald. Alexand. Iason. Dec. & Alciat. *Cod. de pactis.* gloss. *cap. 1. §. postquam circa fin.* & *ibi* Dd. *de consib. libr.* 6. Roman. *consil. 106. n. 1.* Ioan. Bapt. *in tract. de arbit. lib. 6. cap.* 4. Tiraquell. *in tract. de utroque retract. part. 1. §. 2.* gloss. 1. 5 *n. 11.* Eo quod contractus † æque fieri possit sine scriptura, quam cum scriptura, secundum textus *in l. in exercendis Cod. de fid. instrum. l. cum res Cod. de probat. & l. cum te in fin. Cod. de transact. cap. cum Ioannes eod. tit.* & luculenter *in leg. pactum quod bona fide*, ubi Bartol. & alii *Cod. de pact.*

6 Quia tamen scriptura † continet memoriam, per quam omni tempore probatur contractus, assertore Baldo *in l. l. num. 18. Cod. de Iur. hast. fisc. libr. 10.* cui nominatim etiam subscripsere Decius *in d. l. pactum. num. 1. in fin.* Socin. *cons. 102. n. 4. vol. 3.* Roman. *consil. 106. in princ.* Grat. *cons. 177. col. 1. vol. 1.* quibus accedit Ioan. Petr. Surd. *cons.* 144. *num. 15. vol.* 1. ubi plures assonantes congerit, & super vetito Rusticanorum patrocinio olim etiam Instrumenta quamvis, ut *in l. cap.* diximus non impune Notarios confecisse ex *l. 1. Cod. ut nem. ad suum patroc. suscip. rust. vel vic. eor.* aperte

Affirmativa.

7 constet, quemadmodum & apud Romanos fœdera † actaque publica in linteis mappis exarata fuisse, ex Livio *lib. 1. Dec. 4.* Dempst. *antiquit. Rom. lib. 3. in paratis. ad cap. Rosini 24.* refert, idcirco usu ac observantia prisca & moderna suffragante ob fraudem & perfidiam humanam tutius est, suasore etiam Bodino capitula protectionis literis consignari.

8 Ejusmodi enim literæ, veritatis † & solennitatis præsumptionem initæ protectionis inferunt, per notata Bald. *in c. 1. §. Instrumentum, de not. feud.* Socin. *consil. 2'3. n. 7. vol. 2.* Decius *cons. 96. col. 4 vers. secundo præsupponitur & cons.* 587. *n. 1.* Alciat. *in tract. præsumpt. reg. præsump. 13. n. 9.* Gram. *decis. 45. n.* 10. Francisc. Marc. *decis.* 511. *n.* 1. Anch. *mod. fam. quæst. lib. 2. q. 3. n. 16.* & secundum Bald. *cons. 437. n. 5. vol. 5.*

Ratio I. affirmativa.

Ratio II.

Deinde instrumentum habet & hanc præsumptionem, quod quæcunque in eo leguntur, sint scripta de 9 † voluntate partium. Socin. Iun. *consil. 189. num. 14. vol. 2.* Nevizan. *cons. 79. num.* 10. Roland. *cons. 96. n. 18. vol. 3.* & facit rem certam Bartol. *in l. in prin. n. 8. ff. de oper. novi nunciat.* Bald. *l. 2. col. 2. Cod. quando fisc. vel priv.* Dec. *consil. 302. col. fin.* Ruin. *consil. 128. n. 1. vol. 4.* Paris. *consil. 104 n. 64. vol. 1.* Nevizan. *d. consil. 79. n. 10.* latissime Tiraquel. *de retract. consanguin. §. 2. gloss. 1. n. 20.* Crot. *consil. 47. n.* 31. Natt. *cons.* 543. *num.* 28. Alciat. *d. præsumpt. 13. num.* 8. Roland. *consil. 37. n. 2. & 3. vol. 3.* Cephal. *cons.* 335. *num.* 10. multos citat D. Beccius *cons. 52. n. 4. & cons. 74. n.* 19.

10 Et in dubio standum est † instrumento, nisi plenis & concludentibus demonstrationibus contrarium appareat. *l. cum precibus.* ubi gl. *Cod. de probat.* Bero. *cons. 151. in fin. vol. 1.* Gram. *cons. 65. n.* 14. Cephal. *consil. 196. n. 8.* Roland. *cons. 100. n. 42. vol. 4.* Pro instru-11 mento enim militat præsumptio † Iuris, quæ efficit ut opponens falsitatem, fortioribus gravetur probationibus. gloss. & Dd. *in l. transactione C. de transact.* text. *in l. si extraneus.* ubi Alber. Fulg. & Iason. *in 6. not. ff. de cond. ob. cau.* Abb. *in c. quia verisimile in 2. not. de præsumpt.* Paris. *cons. 135. n. 12 vol. 4.* Mars. de Hippol. *sing. 451. col. 2.* Cravet. *cons. 71. n. 12. & cons. 134. n.* 10 Dec. *consil.* 175. Surd. *cons. 173. n. 33. lib. 2.*

Non frustra autem instrumenta seu literas clientis obligatorias, & Protectoris Reversales inter Adjacentia contractus Advocatitii retulimus, quia Instru-12 mentum & † contractus, plurimum inter se differunt, ut per Bart. *in l. si quis legatum col. fin. vers. adverte ff. de fals.* Instrumentum enim, non contractus substantiam, sed scripturam respicit *l. contrahitur ff. de pignor.* & nomen contractus, significat † veritatem, nomen vero instrumenti, continentiam & tenorem denotat, 13 ut inquit Bald. *in l. fin. n. 2. ver. item nota. C. de fals. cum adi. leg.* Alex. *cons. 122. n. 3. vol. 2.* & ideo annul-lato † Instrumento, non annullatur contractus in eo 14 scriptus, secundum Imol. Cuman. Alex. & Castrens. *in l. servum filii §. si ita, & §. cum qui chirographum ff. de leg. 1.* Imol. *cons.* 17. Castrens. *cons. 75. n. 1. vol. 2.* ubi dicit, quod in † instrumento non consistat substantia 15 contractus, sed probatio Alex. *cons. 170. n. 2. ver. pro hoc facit. in 7. vol.* Dec. *cons. 17. n. 3.* ubi post Bald. *in l. Labeo §. 1. ff. de pact.* dicit, quod qui renunciant † in-16 strumento non videatur renunciare debito contento in instrumento, sed probationi: Ioan. Petr. Surd. *cons. 20. n. 29. lib. 1.*

Discrimen inter contractum & Instrumentum.

Et ideo confundi non debent † instrumenta cum 17 obligationibus & contractibus. Neque enim ex literis † aut instrumento obligatio oritur, sed ex contractu. 18 Instrumenta vero & literæ tantum † probationem rei 19 gestæ continent. Cagnol. *in l. si librarius. n. 83. de reg. Iur.* Tiraq. *de retr. prox. §. 2. gloss. 1. n. 1. 2.* text. *in l. Publia. 26. §. 2. depos. l. non figura 38. ff. de action. & obl.*

Porro ad hunc locum etiam pertinent clausulæ Ta-20 bulis Advocatiæ conventionalibus ac Reversalibus adjici solitæ.

Clausula literis Advocatitiis adjici solitæ.

Solent autem ab initio plerunque poni hæc verba, Mit † wolbedachtem vereinigtem Raht/ vel, auß reiffem Raht/ quod verbum wolbedacht/ omnem erroris & 21 ignorantiæ allegationem plane discutit atque excludit. ut ex Bertaz. *in tractat. clausul. 11. gloss. 3. n. 2.* & Cardinal. Paris. *consil. 93. n. 18. vol. 3.* annotavit D. Frider. Pruckman. consil. Elect. Brand. 1. *cons. 49. n. 64.*

Literis Protectionum quanam clausula utiliter adjiciantur? Clausula cum præmeditato & unanimi Consilio.

Deinde subjungi solent verba, vns vereinigt haben/ vnnd vberein kommen seynd/ quæ protectionis conventionalis formam exprimunt, stricto Iure in † stipulatione consistentem argum. *l. 5. §. satis acceptio.* & *ibi* Iason. *ff. de verbor. oblig. l. si hæreditatem 32. ibi* præsens quis interrogatus respondeat. *ff. mandati l. 2. §. 22 pen. ibi* verbis obligationis expressum erat. *ff. de adminis. rer. ad civit. pertinent.*

Clausula unionis facta.

Præterea ille maxime in omnibus Protectitiis literis inseruntur particulæ, vns/ vnser Leut vnnd Güter schü-23 tzen vnd schirmen getrewlich / als ihr selbst eigene Leut 24 vnd Güter / wider allen Gewalt vnd Beschwerung. In quibus tota vis defensionis consistit.

Clausula defendendo, Tanquam suos.

Hoc enim est † officium & Ius protectorum ut habeant potestatem defendendi de facto, cum armis & 25 militibus, ut docet Bartol. *in l. 1. Cod. de excus. muner. lib. 10. in proœm. ff. num. 7.* sive violentia fiat recepto in protectionem, in persona, † sive in rebus indebi-26 te molestetur, ut tradit Hostiens. *in c. recepimus, de privileg.* qui censet hoc procedere etiam in Ecclesia recipiente aliquem in protectionem, cum quo transit *ibi* Panorm. *col. fin.*

Aliquando etiam contraria de non offendendo clau-27 sula adjicitur. Vnd vns/ vnser Leut vnnd Güter/ also dabey verbleiben lassen/ vnnd darüber nit betrangen/ beschweren noch beschweren.

Clausula de non offendendo.

Hæc ipsa autem clausula, † quamvis ex ipsa initæ 28 pactionis aut commissæ protectionis natura veniat, ideoque superflua videatur, eo, quod ipso Iure, ut *alibi* latius dictum est, obligatus ad defendendum, multo minus offendere debeat, & expressio † eorum, quæ 29 tacite insunt, nihil operetur. *l. 3. ibi* Bart. & Ias. *num. 8. ff. de legat. l. conditionum. ff. de condit. & demonstrat.* Gomez. *variar. resolut. lib. 1. c. 12. n. 24. in fin.* Mantic. *in tract. de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 6. numero* 5.

Chassan. *consuet. Burgund. rubr.* 4. §. 15. *gl. ult. num.* 3. Fortun. Garc. *ad l. Gallus. §. quidam recte, num.* 11. *ff. de lib. & posthum.* Alex. *cons.* 21. *n.* 16. *vol.* 2. Simon de Praet. *cons.* 27. *n.* 8. & *cons.* 76. *num.* 15. Tiber. Decian. *cons.* 84. *n.* 50. *vol.* 2.

30 Quia tamen expressa † quandoque magis à molestando absterrent, ac movent, quam tacita, per notata Petri Lorioti *ad l. cum quid mutuum.* 3. *ff. si certum petat.* Idcirco non inutiliter ea ipsa etiam clausula Tabulis istis inseritur.

31 Nam & clausula † specialis, ut validius operatur, quam generalis, eandemque restringit, Dec. Cagnol. *in l. in toto. ff. de reg. Jur. l. doli clausula* 119. *ff. de verb. obligat. leg.* 2. ubi Bald. *C. de serv. pign. dat. man. c. si adversus. de haeret. cap. quanquam* 23. *dist.* Matth. Wesenb. *cons.* 3. *n.* 57. *lib.* 1.

32 Hinc & ab interpretibus traditur, abundantem † cautelam non nocere, *l. testam. C. de testam. l. penult. C. de evict. l. non solent. ff. de reg. jur.* Specul. *in tit. de posit.* §. 7. *num.* 8. Tiraq. *de utr. retr. part.* 1. §. 36. *gloss.* 2. *n.* 48. Boer. *in consuet. Bitur. tit. de stat. person.* §. 4. *gloss.* 5. Alciat. *paradox. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. Montic. *in tract. de invent. her. c.* 5. *num* 47. And. Gail. *obs.* 144. *num.* 3. *libr.* 1. & *obs.* 1. *num.* 2. *lib.* 2.

33 Item superfluùm id non † esse confestim, quod non est necessarium, per tradita Marii Solom. *ad leg. Gallus. §. quidam recte. num.* 9. & *n. ff. de liber. & posthum.* Pruckman. *cons.* 21. *n.* 126 *lib.* 1.

34 In fine porro literarum protectitiarum & reversalium usitatum est, addere illam clausulam, *Absque fraude & dolo,* Alles ohne Arglist vnd Geferde. Quæ clausula facit contractum bonæ fidei, Bald. *cons.* 343. *num.* 2. *lib.* 1. pro quo textus *in l. hoc Jure. §. ult. ff. de reg. Jur.* ubi bona † fides & clausula seu promissio de præstatione doli exæquantur. Virgil. Pingizer. *quæst. Saxon. quæst.* 38. *num.* 18. Wesenbec. *consil.* 14. *num.* 17. *libr.* 1.

Clausula absque dolo & Fraude.

35

36 Quod alii adeo extendunt, ut si talis clausula inseratur contractui † stricti Juris, ea operetur, ut contractus alioquin stricti Juris, naturam & similitudinem contractus bonæ fidei sortiatur. Bald. *cons.* 343. *n.* 3. & 4. Joan. Bapt. Caccialup. *in repet. l. omnes populi. n.* 107 *ff. de just. & jur.* Ludolph. Schrader. *de feud. p.* 10. *sect.* 3. *n* 28.

37 Idque minus dubitationis habere videtur propterea, quod de Jure canonico omnes † contractus mundi etiam stricti Juris, perhibeantur bonæ fidei, ut post Bald. Bertachin. & alios Dd. id aperte statuerunt Joan. Bapt. Plotus *tract. de in lit. Jur.* §. 22. *num.* 4. Jas. *in l. cum postea, C. de pactis.* Alciat. *in l. cum fundus.* 31. *n.* 16 *ff si cert. petat.* Neviz. in. *cons.* 22. *num.* 35. Reprehensi † tamen in eo à Fulgosio Alexandro, Abbate Wesenbecio ac Göddæo. *in comment. de contrahend. stipul. cap* 8. *conclus.* 1. *art.* 24. & Anton. Hering. *tract. de fidejuss. cap.* 17. *n.* 24. qui rectius contrariæ opinioni subscribunt.

38

39 Et hæc ipsa clausula olim quoque † Græcis sub hac verborum forma ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης, teste Herodoto *lib.* 1. & 8. usitata fuit.

40 Adjicitur etiam *clausula* † *localis in tali loco*, quæ clausula importat perfectionem, quando est in fine instrumenti apposita, ut voluit Paul. de Castr. *in l. hac consultissima. in fin. C. de testament.* Parif. *cons.* 27. *n.* 18. *vol.* 2. ubi allegat Alexand. & Bologn. Rol. à Vall. *cons.* 32. *n.* 33. *vol.* 2. ubi citat Angel. Castr. Alexan. Barbat. Socin. Curt. Jun. & alios, Grammat. *decis.* 62. *n.* 6. Simon de Praet. *tract. de conject. ult. volunt. lib.* 2. *interp.* 1. *dubitat.* 2. *solut.* 2. *n.* 34. & ita in terminis respondet Corne. *consil.* 226. *circa fin. vol.* 3.

Clausula localis.

41 Et mox etiam additur *dies* † [illegible] *annus, c. abbate sane* & *ibi* gloss. *de re judicat. in* 6. *c. quoniam contra. ibi,* Loco

Clausula

ubi gloss. *de probat.* Parif. *consil.* 28. *num.* 10. *vol.* 2. Buxdorff. *dissert. ad Aur. Bull. conclus.* 2. *lit. C.* quia Instrumentum sine certo tempore, nihil valet, Bald. *l. contractus num.* 6. *C. de fide instrum.* Castrens. *cons.* 306. *ad primum in princip. lib.* 1. Ruin. *cons.* 144. *n.* 1. *lib.* 1. Alexan. *cons.* 153. *n.* 8. *lib.* 2. Didac. Covarru. *lib. pract. q. c.* 20. *nu.* 2. Boer. *decis.* 37. *n.* 10. Menoch. *cons.* 48. *n.* 1. *vers. quod locum & tempus celebrati contractus contineat.*

seu adiectio Temporis.

42 Unde, quod caret anno, † mense, die, non probat *l. generali C. de tabul. lib.* 10. *c. inter dilectos. de fide instrum.* gloss. *in auth. ut prap. nomen. Imper. verb. anthore.* Dec. *c.* 1. *num.* 7. *de fid. instrum.* Didac. Couvar. *lib. pract. quæst. d c.* 20. *num.* 2. ubi scribit, hoc consuetudine receptum esse, & optima ratione fieri, ne temporis incertitudine actus vitietur, aut falsum committatur: & requirit nedum † expressionem anni, sed etiam mensis, ac diei, & sic, dicit, usu servari, & communem hanc esse opinionem per Bart. & Dd. *l.* 1. §. *editionis l. si quis* §. *si initium. n.* 23. *de eden.* Felin. Dec. *c.* 1. *de fide instrum.* & Barb. *ibi. in rub. n.* 68. sequitur Menoch. *cons.* 1. *n.* 77.

43

44 Non desunt tamen tradentes, quod etiam privata scriptura non minus, quam publica, fidem faciat, adversus eum, qui scripsit, etiam sine certa temporis designatione Bartol. *in l. cum tabernam.* § *idem quæsit.* & *ibid.* Angel. *de pign. gl.* § *sancimus.* 25. *quæst.* 2. Joan. And. *cap inter dilectos. num.* 3 *de fid. instrumen.* Angel. *in auth. quod sine Cod. de testam.* & *l. sciendum in princip.* ubi Barb. *de verb. obligat.* & *in* §. *si quis igitur, in authen. de instrumen. caut.* & *fide.* Lanfranc. *cap. quoniam. verb. instrumentorum, quæst ult. de probat.* Alexand. *cons.* 70. *num.* 5. *vers. ecce ego lib.* 1. ubi dicit hanc esse communem, sicut & Barbat. *cons.* 27. *n.* 6. *lib.* 3. & *cons.* 58. *col.* 13. *vers. etiam faciat. lib* 4. ubi dicit, de hoc textum esse singularem *in d. l. cum tabernam* §. *idem quæsit.* Tiraq. *de retract. convent.* §. 1. *gloss.* 7 *n.* 49.

Cæterum ad literas prædictas tam Tutelares, quam Reversales referuntur etiam partium subscriptiones † ac sigillationes. Unde semper in calce literarum additur ejusmodi, vel similis conclusio. Deß zu einer wahren Bekandtnuß vnd mehrer Sicherheit / ist dieser Brieff durch vns vnterschrieben / vnd mit vnserm / oder vnser Statt anhangendem Insigel bekräfftiget. Vel Vnd deß zu Vrkunde der Warheit / ist dieser Brieff vnterschrieben vnnd versigelt.

Subscriptiones & Sigillationes Tabularum Protectionis tuta.

45

46 Et subscriptio quidem ad eum effectum † fit, ut literæ fiant authenticæ & fidem mereantur, utque subscribens, si earum contenta negare velit, iisdem convinci possit.

47 Nam & subscribendo munitur contractus ac probatur, *l sicut, §. non videtur vers. sed etsi subscripsis. ff. quibus mod pignor. dissolu.* §. 1. *verb. subscripta Instit. de empt. & vendit. l. si ita stipulatus §. Chrysogonus,* ubi Jason. *in* 3. *notab. de verb. obligat. l. contractus.* 16 *verb. subscript. partium confirmata Cod. de fid. instr.* & sigillando etiam à sigillante probari ac confirmari intelligitur gloss. *leg. de verb. conquisito Cod. de reb. Ecclesi non alien.* Bald. *c.* 1. *n.* 1. *de pac. Constant.* Hæcque in jure † exæquantur subscribere ac sigillare Roman. *cons.* 303. *n.* 2. Hier. Schurff. *cons.* 17. *num.* 12. *cent.* 1. eandemque vim obtinent Menoch. *cons.* 1. *n.* 332. Guido Pap. *decis.* 175. Franc. de March. *q.* 991. *n.* 7. Alciat. *respons.* 97. *n.* 13. & 14.

48

49 Quamvis autem simpliciter loquendo in Protectionum literis subscriptio partium præcise non sit necessaria, sed sigillatio sufficiat, etiamsi subscriptio desit. Philipp. Port. *consil.* 95. *num.* 15. *per cap. inter dilectos de fid. instrum. cap. post cessionem.* ubi Dd. *de probat.* Purpurat. *leg.* 1, *num.* 91. *de off. ejus cui mand. jurisdict.* Bald. *in c.* 2. *de fid. instrum.* Eo quod paria

Subscriptio literarum Protectionis & Reversalium an præcise necessaria sit? Decisio Negativa.

50 paria † sint scribere contractum, aut subscribere vel sigillare Bald. *in rubr. C. de fid. instrum. nu.* 14. Roman. 51 *consil.* 303. *n.* 1. & 2. Quapropter etiam † sigillum, maxime ex consuetudine, contra eum, cujus est sigillum plene probat etiamsi desit subscriptio. Zas. *consil.* 1. *n.* 2. *vol.* 1. Et ex eo solo fit plena probatio, Bart. *in l. qua dotis in fin.* ubi Alex. & communiter Dd. *ff. solut. matrim.* Fab. *in rubr. Inst. nu.* 10. & *l.* 1. *C. de procur.* Dec. & CC. *in cap. tertio loco in princip. de probat.* late Felin. *n.* 9. Lanfranc. *cap. quoniam. verb. instrumentorum n.* 2. *de prob.* 52 Menoch. *consil.* 1. *n.* 333. Sicut & actus † pro perfecto habetur quando sigillum est impressum Joan. Riminald. *in l. pacta novissima in fin. C. de pact.* Chassan. *consuetud. Burgund. in fin. verb. nous avons, num.* 6. Est enim sig- 53 num † ratificationis & confirmationis. Hippol. *rubr. de* 54 *probat. num.* 202. Ac plus † operatur quam subscriptio contra ipsum sigillantem. Purpurat. post Castrens. *in rep. l. admonendi nu.* 177. *de jurejur.* Cravet. *de antiq. temp.* 55 *part.* 1. §. *quaeritur n.* 44. Et probato † sigillo probatur consensus sigillantis Calcan. *consil.* 29. *n.* 13. Menoch. *de arbitr. jud. quaest. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 113. *n.* 9. Felin. *in d. c. tertio loco in pr. ante n.* 1. *de probat.* ubi notat, quod in 56 dubio sigillum † inducat praesumptionem actus veri, & consensum illius, cujus nomine sigillatur donec contra 57 probetur, per illum text. Praesumptio autem † Juris plene probat donec probetur contrarium *l. sive possidetis* ubi Bald. & Dd. *l.* 2. ibique Bald. *num.* 3. & 4. *C. d. pro-* 58 *bat. l.* 1. *C. de apoch. publ. lib.* 10. Imo liquidissima † probatio perhibetur *l. licet Imperator.* 77. *de legat.* 1. gloss. *in l. si tutor. C. de peric. tutor.* praesertim pro instrumento *l. cum precib. C. de prob. l. quoniam C. de contrah. & commit. stipul. l. si post divisionem C. de jur. & fact. ignor. l.* 2. & *l.* 4. *ff. de fide instrum.* Bald. *in pr. l.* 1. *C. de test.* Socin. *consil.* 213. *nu.* 7. *vol.* 2. cui statur donec probetur contrarium *d. l. cum precibus* 18. *C. de probat cap. si cautio* 14. *extr. eod.* Bart. *in l.* 1. *quaest. C. de testam.* & *in l. si ex cautione C. de non num. pec.* Mynsing. *consil.* 43. *n.* 26. Jason. *in l. qui Romae paragrapho duo fratres num.* 50. *de verb. obligat.* Alexand. *consil.* 89. *nu.* 3. & 4 *vol.* 3.

Securius tamen & consultius est, ut sigillationi acce- 59 dat † etiam subscriptio, quoniam ex subscriptione volun- 60 tas † certior sumitur eorum, qui simul & sigillarunt & subscripserunt. *l. fin.* §. *subscriptionem C. de jur. delib. l. empt.* §. *Lucius ff. de pact. l. Cajus ff. de pign. act.* Panor. & Canonistae *in c. post cessionem de probat.* Bald. & Salyc. *in l. si qua* 21. *C. de Episc. & cler.* Imo quod non sufficiat si- 61 gillum † absque subscriptione voluit Franc. Marc. *decis.* 992. *incip. quaeritur an sufficiat sigillum alicujus absque subscriptione, ut sibi praejudicet, &c.* cum multis allegat. ad idem Menoch. *de arbitr. jud. quaest. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 142. *tit. quanta sit adhibenda fides sigillo, &c.* ubi ponit hanc regulam, quod sigillum per se nihil probet, nihilq; 62 operetur, cum sit testis † mutus & incertus per Bald. *de pace Constant. vers. imperialis nu.* 8. qui ideo dicit com- 63 missionem † maxime specialem ex solo sigillo non pro- 64 bari, cum sit sigillum † res inanimata idem sensit Bald. *in l. falsus in fin. C. de fur.* & Felin. & Dec. *cap. tertio loco, num.* 1. *de probat.* Cravett. *consil.* 46. *num.* 5. post 65 Abbat. *cap.* 2. *in fin. de fid. instrum.* ubi scribit tria † requiri ad hoc, ut sigillum fidem faciat, primo quod literis exprimatur cujus sit, secundo à quo; tertio propter quid appositum fuerit.

66 Horum tamen dicta cum mica salis † exaudienda, & eo casu vera esse arbitror, quando is cujus est sigillum negat id voluntate sua appositum, uti consuluit Mynsing. *consil.* 21. *num.* 28. late Jacob. Menoch. *de jud. arb. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 113. *nu.* 9. 10. 11. addens ratioñe quod 67 sigillo † probato sit probata ejus veritas *ca.* 2. *de fid. instrum per l. Publica in fin. ff. depos. l. cum de indebito in fin. de probat.* §. *si quis igitur. cum* §. *seq. in Auth. de Instru. caut. & fid.* §. *hoc autem diximus ib. Auth. de trien. & semiss. cap. si, quorundam de solut.* Et quod tale sigillum non probet nisi probetur voluntate ejus cujus est, appositum, quando is factum negat, tenent etiam Alex. de Imol. *in l. qui dotis in fin. Digest. solut. matrim.* & clarius ad Bart. *l. ad testium de testibus* Didacus Covarru. *pract. quaest. cap.* 22. *num.* 9. ubi diserte decidit, quod oporteat † probari sigillum voluntate sigillantis 68 fuisse appositum.

Verum ad subscriptionem redeundo, id manifesti Juris est, quod qui scripturae † alterius manu propria sub- 69 scribit, omnia in ea contenta fateri atque approbare sibique praejudicare censeatur *l. emptor.* §. *Lucius. ff. de pactis. l. si ita stipulatus.* §. *Chrysogonus. de verbor. oblig. l. sicut. paragraph. non videtur Digest. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. si quis argentarius, paragraph.* 1. *vers. subscribere ff. de edend. l.* 1. *vers.* & *subscriptionem, de const. princ. l. si per Epistolam, vers. subscriptam ff. de acq. hered. authen. quod sine C. de testam.* juncta *authen. si modo. C. famil. ercisc.* Et quod subscribens, † perinde di- 70 catur scripturam approbare & confirmare, ac si totam propria manu scripsisset, ultra *Jura allegata* late probat ex *d. l. emptor.* §. *Lucius.* Bart. Bald. Angel. Fulgo. Castrens. Alex. Jason. *in d. l. Chrysogon.* & *in l. qua dotis ff. solut. matrim.* & in pluribus *supra* citatis locis Alexan. post alios *in l. cum antiquitas* §. *cum autem C. de testam.* & *consil.* 147. *col.* 2. & 3. *vol.* 2. Paris. *consil.* 47. *nu.* 6. Rimin. *consil.* 162. *n.* 5. *vol.* 1. Benvenut. Stracch. *tr. de adject. part.* 4 *q.* 10. *n.* 4. Cephal. *consil.* 272. *nu.* 85. *vol.* 2. Afflict. *decis.* 104. *n.* 3. ubi dicit quod paria † sunt, con- 71 stare aliquid per testium depositionem, & partium subscriptionem, Joan. Bapt. Caccialup. *tract. de transact. quaest.* 12. *n.* 15. Guid. Pancirol. *consil.* 118. *n.* 4.

Cujus pronunciati ea est ratio, quia subscriptio partium nihil est †, aliud, quam earundem in scriptis facta 72 depositio, quae perinde habetur, ac si viva voce testimonium protulisset arg. eorum quae tradunt DD. *in l. sicut.* §. *non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvit.* & ita concludit Dec. *consil.* 115. *nu.* 4. *col.* 4. & Jas. *in locis supracitat.* praecipue *in d.* §. *Chrysogonus nu.* 3.

Et quod subscribens † censeatur proprie & virtuali- 73 ter scribere, omnia contenta in superiori scriptura, & demum subscriptionem idem operari, quod scripturam propriam, tradunt Natta *consil.* 287. *n.* 4. Cephal. 272. *n.* 85. Hermanoct. Dec. *in rep. l.* 1. §. *adipiscimur. n.* 3. *ff. de acquir. possess.* Cacheran. qui communem dicit *in decis. Pedemont.* 36. *n.* 3. Rebuff. *in tract. de chirog. & liter. recogn. tom.* 1. *constit. in praefat. nu.* 50. Ruin. *consil.* 22. *nu.* 4. *vol.* 4. Illustriss. Card. Alban. *in lucubrat. ad Bart. in l. Cajus ff. de pignorat. act.* & *in l qua dotis ff. solut. matrim.* & *d. l. emptor.* §. *hujus ff. de pact.*

Idque adeo verum est, † ut licet statuta alias dicantur 74 proprie, & stricte intelligi debere, tamen statutum disponens circa scribentem, manu propria, habeat etiam locum in subscribente scripturae alterius, quasi hic quoque propria manu totam scripturam exarasse videatur, prout notat Philip. Dec. *Auth. si quis in aliquo, nu.* 17. *C. de edend.* ubi dicit, ita communiter à Doctoribus receptum esse, allegando ad hoc Angel. *in d. l. si ita stipulat.* §. *Chrysogonus. ff. de verb. obligat.*

Ex quo sequitur, quod, quemadmodum scriptura privata, † propria manu alicujus scripta, si recognita vel 75 confessata sit, plene probat, contra scribentem illam, per text. cum *ibi not.* per Bart. *in l. Publia Digest depos.* & *in l. cum de indebito Digest. de probat.* & Bald. *in l. fin. C. si cert. pet.* Felin. *in cap.* 2. *in* 3. *colum. num* 11. & 12. *de fide instrum.* Paris. *consil.* 45. *in princip vol.* 1. & *consil.* 83. *num.* 2. *eod. vol.* Ita etiam scriptura manu alterius scripta, ab aliquo vero subscripta quasi tota ejus manu scripta videatur, si à subscribente recognita, & propria con-

fessione liquidata fuerit, plenam adversus ipsum inducit probationem, sicut in specie consuluit Cardin. Paris. *cons. 12. num. 9. & 10. vol. 1. & consil. 79. col. 3. n. 1. & 2. vol. 3.* ubi allegat ad hoc Bart. Imol. & Roman. *in l. nuda Digest. de donat.* & ea quæ adducit Felin. *in cap. scripta col. 3.* præsertim *circa quintam limitationem de fid. instrum.* Covarr. *lib. pract. quæst. cap. 22. num. 2.* Nicol. Everh. *cons. 13. post. n. 30. lib. 1.*

Porro ex eodem fonte, quia scilicet subscriptio subscribentem in tantum ligat, ac si totam scripturam manu sua exarasset, per modo allegata, ulterius quoque 76 & hoc sequitur, quod si privatæ † scripturæ subscriptio recognita sit, in eamque subscribens confessus fuerit, tunc illa scriptura habeat vim publici instrumenti, quantum ad subscribentem, ut in specie post alios confirmatur per Didac. Covarru. *lib. 2. variar. resolut. cap. 11. n. 4.* ubi dicit, privatam scripturam agnitam à 77 parte, eandem vim habere ac si esset à tabellione confecta per rationem *l. Publia. ff. deposit. & l. cum de indebito ff. de probat. & l. scripturas C. qui pot. in pign. haber. cum similibus,* de quibus per ipsum Covar. *loco relato.* & idem tenet Uldaric. Zas. *consil. 6. incip. cum nobilis, numero 8. & 10. vol. 1.* ubi ait, scripturam propriam, quæ recognita est, æquiparari publicæ scripturæ, allegans ad *hoc bonum* text. *in l. ne in arbitris, post princip. C. de recept. arbit.*

78 *Declaratio prædictorũ.* Prædicta tamen hanc declarationem recipiunt, ut procedant, quando subscribens habuit † scientiam contentorum in scriptura subscripta, alias secus, per ea quæ tradit Carol. Ruin. *consil. 22. col. 2. num. 5. vol. 7.* ubi notanter dicit, quod conclusio illa, quæ jam in contrarium allegata fuit, solum habeat locum, quando subscribens habuit scientiam contentorum in scriptura subscripta.

79 Cæterum si ignoraret, † quid in ea contineretur, tunc inquit Ruin. subscriptionem nihil operari, allegat ad hoc *l. fin. C. plus vale. quod agi. & l. 2. C. de reb. alien. non alien.* & Angel. *in d. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus ff. de verb. obligat. cum similib.* de quibus per Ruin. *in d. cons. 22. vol. 4.*

80 *Sigilla protectionum Tabulis appensa quem inducant effectum.* Præterea ante vel post subscriptiones † tam protectores, quam clientes *suis quique literis appendi curant sigilla,* quæ pariter inducunt consensum † & confirmationem ejus, quod inter eosdem actum fuit, uti testatur gloss. *in l. si procuratorem, in verb. intelligendum ff. de procurat. l. 3. C. quod cum eo, & l. distrahente C. de reb. alien. non alien.* cujus sententiam sæpe secu- 81 tus est Bald. *in c. cum Ecclesia num. 4. de elect. & in l. tribunus §. 1. vers. nota ex isto §. Digest. de testament. milit. & cap. 1. col. 2. vers. sigillo communi de pace Constant.* idem tradit Paul. de Castro. *in l. si procuratorem absentem, colum. 1. versic. in text. ibi Digest. de procurat.* Alexand. *in cap. significavit, de appellat.* ubi notabiliter hac de re loquitur Bart. *in l. qua dotis Digest. soluto matrim. in fin. vers. quæro quid de sigillante.* Idem approbavere Roman. *consil. 303. n. 2.* Gabriel. *in suis conclus. tit. de præsumpt. conclus. 4. in princip.* Calcan. *consil. 19. n. 13. vers. cum solum sigillum.* Bursat. *consil. 39. n. 26. vol. 1.* Paris. *consil. 19. n. 108. lib. 2.* Et ultra hos idem tenuere Philip. Franc. *in cap. quamvis. n. 4. de procurat.* Iacob. Petr. de Tholom. *in repet. l. admonend. n. 193. ff. de jurejur.* Rebuff. *in constit. reg. lib. 1. de recogn. schedu. & chirograph. in præfat. n. 61.* Franc. Marc. *decis. Delphin. 991. n. 7.* Boer. *decis. 282. nu. 6.* Wesenb. *cons. 42. num. 7. vol. 1.*

82 Sicut enim scribendo † intelligitur quis contractum approbare, & ex eo obligatur. *d. l. Publia paragraph. fin. ff. depos. l. generaliter C. de non num. pec.* vel subscribendo *l. sicut. §. non videtur, vers. sed si subscripserit, quib. mod. pign. vel hyp.* sic etiam sigillando seu apponendo sigillum. gloss. *l. 2. verb. consqu. C. de reb. alien. non alien.* Bald. *d. cap. 1. n. 6. & 7. de pace constant.* Hippol. late *in rubrica C. de probat. n. 301.* per Bald. *in l. fraudem. de testam. milit.* Roman. post alios *in l. qua dotis. in fin. ff. solut. matrim.* Schurff. *cons. 17. in prima n. 12. cent. 2.*

Probat autem sigillatio contenta literarum, tametsi nulla † sigillantis subscriptio accesserit, ut placuit In- 83 nocent. *in fin. de fide Instrument.* & post longam disputationem ad partes hoc idem firmat Deci. *in cap. post cessionem. num. 31. vers. prima conclusio de prob. & cap. tertio loco in princip. ibique* Felin. *eod. tit.* Zas. *consil. 1. n. 2. vol. 1.* & ex solo † sigillo fit plena probatio Bart. 84 *l. qua dotis. in fin.* ubi Alexand. *col. fin. vers. & in quantũ ff. sol. matrim.* Dec. *c. 2. in fin. de fid. instrum.* Idem sentiunt Menoch. *de arbit. iud. cap. 113. n. 6.* Gabriel. *conclus. 4. de præsumpt. num. 3.* Didac. Covarru. *pract. quæst. c. 22. in fin. n. 9. vers. ubi nec obstat.*

Imo Sigillatio plus operatur, quam † subscriptio 85 Purpurat. *l. admonendi n. 177.* & Castrens. *ibid. de jurejur.* contra sigillantem scilicet, & ejus hæredem. Cravet. *de antiq. tempor. part. 1. §. quæritur. num. 94.* Matth. Wesenbec. *cons. 38. n. 67. vol. 7.*

Quod tanto magis procedit, † quando sigilla sunt 86 publica, Principis, Civitatis vel universitatis, quorum sigilla diligentius custodiri, nec facile cuipiam nisi fidelissimo tradi solent Molin. *in consuetud. Paris. tit. 1. §. 5. num. 15.* Panorm. & Canonistæ *in d. cap. post cessionem de probat.* Iason. *in l. civitas num. 6. & 7. ff. si cert. pet.* Constat autem, publicis † sigillis credi, 87 etiamsi partes se non subscripserint vel una sigillaverint Salyc. & Dd. *in l. contractus C. de fide Instr.* Zas. *cons. 1. n. 2. vol. 1.* Schurff. *cons. 7. n. 6. & cons. 39. n. 1. & 2. cent. 1. per c. cum dilectus de fid. instr.*

Hinc est, quod moribus † nostris, ut plurimum in 88 literis ac Instrumentis magistratuum, Prælatorum, & universitatum tantum apponantur sigilla & rarissime subscriptiones addantur, qua quidem stante † con- 89 suetudine, etiam absque subscriptione † indistincte fidem faciunt, literæ etiam solum sigillo munitæ, ut post multa Iura concludit Dec. *in d. cap. post cessionem n. 41. vers. prædicta conclusio* ubi etiam Felin. *n. 8. vers. fallit primo.* ubi omnes in hac re convenire scribentes affirmat, quod & asseruit Dominic. *in cap. quamvis columm. 3. vers. hac credo ver. de procur. in 6.* inquiens, *quod ubi alias non plene crederetur sigillo, tamen plene creditur, si hoc habet consuetudo* & ita pluries se respondisse Senis adseverat, ut refert Felin. *in d. cap. post cessionem n. 12.* & notat Bald. *in rubr. C. de fid. instrum. col. penult. ver. septimum supplementum,* quod consuetudo possit operari, ut credatur talibus literis sigillatis, in quocunque facto, ita sensit etiam Dec. *in d. c. tertio loco. n. 7. in fin. de probat.* Bellam. *decis. 321. in causa D. Gulielm.*

Quin etiam sigilla † Principum vel communitatum, 90 instrumenta faciunt esse publica, Bald. Salycet. & communiter Dd. *l. si qua C. de Episcop. aud. & d. cap. post cessionem de probat.* Innocent. *cap. 1. de fide instrum.* Lanfranc. *cap. quoniam verb. instrumentor. num. 2. de probat.* Schurff. *consil. 7. num. 6. & consil. 17. num. 12. & 13. centur. 1.*

Quamvis autem sigilla † privata, in casu inficiatio- 91 nis non probent contra eum, cujus est sigillum, nisi probetur ejus voluntate appressum, quia facile alius quis surripere & apprimere potest *l. 1. §. sed ne furandi C. de Lat. liber. tollend.* Alberic. *in l. 1. ad fin. ff. quemadmodum testam. aperiant. & in l. si procuratorem col. 2.* ubi seq. Ioan. de Pra. *ff. de procur.* Panorm. *in cap. 2.* ubi post Dec. Felin. *n. 14. & 15. de fid. instrum.*

Tamen aliud est in istis † sigillis publicis Episco- 92 porum, Principum, & civitatum vel universitatum (Tria namque esse sigilla † publica, Episcoporum 93 scilicet, Principum, universitatum & Civitatum, tra-

dit

dit Mart. Uran. *tom. 2. conf. 29.*) quoniam magna solicitudine custodiuntur, & idcirco semper præsumuntur, eorum voluntate imprimi, donec contrarium demonstretur, *d. caput. 2. de fid. instrum.* & Dd. *praallegat. loc.* Cravett. *de antiq. temp.* §. *quaritur. numer.* 44. Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1. §. 5. *num.* 14. & 15. Matth. Wesenb. *conf.* 27. *nu.* 12. *lib.* 1.

Sed hæc de subscriptione & sigillatione hactenus & uberius forte, quam institutum nostrum requireret, dicta sufficiant, qui de hac materia plura cupit, is videat Hippol. Marsil. *in tit. de probat. numer.* 300. Prosper. Passer. *conf.* 72. *numer.* 71. *cum seq.* Hippol. Riminald. *conf.* 236. *numer.* 34. *cum seq.* & *conf.* 278. *numer.* 86. *vol.* 3. Boer. *decis.* 20. Didac. Covarr. *pract. quæst. ca.* 22. *circa fin.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 113. *libr.* 2. *numer.* 11. & alios. Quibus in locis fuse traditur, an &

94 quando † sigillum authenticum sive etiam privatum probet. Ac Castrens. & Dd. *in l. admonendi* ubi etiam Purpur. *numer.* 177. *de jurejur.* Molin. *d. tit.* 1. §. 5. *nu.* 12. *cum seq.* Guido Papa *quæst.* 175. Francisc. Marcus *decis.* 990. *cum duab. seq. part.* 1. Alciat. *conf.* 97. *numer.* 13. & 14. Purpurat. *conf.* 29. *in pr. vol.* 2. *consil. feudal.* Claud. Cantiunc. *conf.* 166. *numer.* 128. Anton. Gabr. *de præsumpt. concl.* 4. Francisc. Bursat. *conf.* 223. *nu.* 22. Ubi etiam tradit de signis, quibus singuli mercatores utuntur, in subsignandis suis mercibus, sarcinulis, & literis. De quo traditur, *in c. si Judex.* §. *idem de sentent. excom. in* 6. ubi Canon. Bald. *in Auth. dos data C. de donat. ante nupt.* Dec. *in c. causam matrimonii nu.* 3. *de probat. extr.* Stracha *in tr. de mercatur. part.* 2. *nu.* 71. *cum seqq.* His adde Mart. Uran. *conf.* 27. 44. & 73. *tom.* 2. & *in nondum excus.* 4. *tomo Germ. consil.* 40. quod est de materia sigillorum lectione dignum.

95 *Confirmari literas protectionis à successore an consultum ac necessarium sit? Decisio Affirmativa.*

Porro aliud etiam, quod post confectas, subscriptas & sigillatas protectionis literas factu utile ac consultum videtur, hoc loco subjiciendum est, ut nempe † clientes, qui in facta Advocatiæ unione in futurum persistere cupiunt, easdem à successore defuncti Advocati confirmari curent.

96 *Ratio decidendi.*

Cum enim homines ad † malum, quam bonum sua natura magis sint proclives,

Nec velut in ramos ex imo stipite succus
Influit, in natos sic orta parentibus ipsis
Descendat virtus:——

facile contingere potest, ut potentiam, quam clientes securitatis causa in superstite Patrono quæsiverunt, successores ad malum usum transferant, monente Machiav. *disput. de Republ. lib.* 1. *capit.* 9. & 11. ideo illis summopere incumbit efficere, ut in Advocatia

97 † successor patrocinii prioris Tabulas ratas habeat ac confirmet, ceu inprimis suadet Bodin. 1. *de Republ.*

98 *tit. 6. numer.* 584. ubi non tantum † patrociniorum, sed etiam fœderum & Societatum cum populis ac civitatibus contractarum ratihabitionem à successoribus exigi debere exemplis declarat, & 1. *de Republ.* 7.

99 *numer.* 68. tradit, etiamsi † caveatur, Jus clientelare ad hæredes transire debere; successorem nihilominus actis legitimis clientelam profiteri & renovare teneri, quemadmodum civitatum † Mülhausen / Northausen & Erfort Advocatiam ab Electoribus & Ducibus Saxoniæ, vetustissimis illarum Advocatis, certo temporis spacio revocari testatur Erenb. 1. *fœd.* 4.

Ampliatio decisionis.

100

101 *numer.* 15.

Mos confirmandi privilegia initio principatus quando caperit.

Morem autem illum, ut à novo Regni successore initio Principatus sui privilegia confirmentur sub † Vespasiano Imper. cæpisse Sueton. in ejus vita testatur, eumque vetustissimum esse indidem constat ac refert Cujac. *in capit. 4. de confirm. util. vel inutil.* licet olim in Gallia † non fuerit usitatus, nisi quando

102 Corona ad alium, quam à Patre ad filium delata fuit, uti scribit Hotom. *in tract. de Jure Magistrat. in subditos fol.* 2.

Cæterum confirmatio Tabularum clientelarium, ut

103 ad prædecessoris † literas protectitias, se referat neces-

104 se est, sic enim † referens, cum omnibus suis qualitatibus relato inesse censebitur argum. *l.* 77. *de hæredib. instituend.* Cacher. *decis.* 178. *num.* 5. Bursat. *consil.* 174. *num.* 25. Mandel. *consil.* 4. *num.* 39. Gail. 1. *observ.* 82. *numer.* 25. juxtaque ejusdem terminos † accipiendum

105 est, Wesenbec. *consil.* 15. *num.* 52. adeo ut si referens †

106 aliter loquatur, quam relatum, huic, non illi standum sit, Grammat. *decis.* 59. *num.* 8. Surd. *consil.* 313. *antiqua est num.* 50. utpote in quo error † tunc præsumitur Pa-

107 ris. *consil.* 94. *num.* 20. & *seq. vol.* 1. Cravett. *consil.* 956. *incip. Dn. Dominicus num.* 3. Alex. *consil.* 46. *numer.* 7. *vers. ex responsionibus vol.* 1.

Eo magis autem confirmatio, quo dictum est, modo

108 fiet, quod illa nihil de † novo addere soleat confirmato *cap.* 4. *vers. Nolentes quod ex innovatione de confirmat. util. vel inutil.* & *cap.* 29. *de Privileg.* Franc. Marc. *decis.* 50. *num.* 6. *p.* 2. Schurff. *consil.* 59. *nu.* 13. Brun. *consil.* 116. *vers. Quinimo investitura* Paris. *conf.* 19. *nu.* 44. & *seq vol.* 1. Borell. *consid.* 14. *nu.* 38. Boer. *decis.* 172. *num.* 25. Molin. *in consuet. Paris.* §. 8. *gloss.* 1. *verb Denombrement num.* 87. Gail. 2. *obser.* 1. *nu.* 5. Nec actum

109 † confirmatum, ut ad id trahatur, quod in confirmato non est, ampliet ac extendat arg. *l.* 28. §. 1. *de liber. leg.* Cravett. *conf.* 668. *nu.* 2. sed rem in suo † statu manen-

110 tem corroboret Nicol. Everh. Jun. *consil.* 13. *nu.* 13. *vol.* 2. Bero. *consil.* 7. *nu.* 37. *lib.* 3. Ruin. *consil.* 20. *nu.* 3. *vol.* 1. Wesenb. *consil.* 4. *num.* 13. *vers. Deinde quod dicitur vol.* 1. Surd. *consil.* 361. *nu.* 37. Jason. *consil.* 11. *nu.* 23. & *seq. vol.* 3. quos omnes affert & sequitur D. Hepingk. *dissert. de Jure protect. conclus.* 35. *lit. L.*

Sed hæc hactenus de confirmanda per successorem Advocatia, ejus literis ratificandis.

Protectores an nostris etiam temporibus super defensione facienda clientibus jurare teneantur.

Cæterum quia † Juramenta etiam per Advocatos initio suscepti officii præstanda, ad classem Adjacentium, quæ circa principia protectionis considerantur, referri possunt, ideo nunc de iis, & num hodiernis etiam temporibus Advocati tutelares ad ea clientibus præstanda præcise obligentur, videndum est.

111 *Decisio Negativa.*

Qua in re, si quidem hodiernam † consuetudinem attendere velimus, negative concludere necesse est.

Quamvis enim olim † temporibus Carolinis, ut eo

112 diligentius officio fungerentur patroni semper juramē-

113 tum, Ecclesiarum prælatis præstare solebant, ut testatur Warem. ab Erenb. *de fœderib. lib.* 1. *c. ult. sub nu.* 12. & ab eodem relatus Hospinianus. *de origine Monach. pag.* 150. Nostris tamen temporibus, quantum mihi quidem constat, regulariter usu non frequentatur.

114 *Causa præstiti juramenti per veteres Advocatos quæ fuerit.*

Olim autem juramentum ab Advocatis Monasteriorum eum in finem præstabatur, ut religione Juris jurandi † devincti arctius obligarentur, & vehementius ad observantiam eorum, ad quæ clientibus ratione Advocatiæ tenebantur, adstringerentur. Certum enim est, firmius, † diligentius & sanctius observari juramen-

115 to promissa, quam quæ citra juramentum recipiuntur, *è. debitores. c. cum contingat. de jurejur. C. quamvis. de pactis. in* 6. *l.* 1. *cum Auth. sacramenta puberum. C. si adversus vend.* ubique Dd. Coler. *de process. execut. p.* 1. *c.* 10. *numer.* 239. Andr. Khol. *de servit. feud. part.* 3. *numer.* 52. Hinc qui fidem † verbis datam non liberat,

116 nisi legitima causa excusatus, vanus homo existimari solet à bonis viris, multo magis gravatur fama ejus, qui promissioni suæ addidit juramētum, vel aliam solennem commemorationem fidei vel honoris: Bey Ehren und Trewen/oder bey Christlichem Glauben/ quia hæc vicem juramenti sustinent. Innoc. & Abb. *in c. ad aures. quod metus caus.* Oldendorp. *de actionib. class.* 4. *act.* 28 *n.* 7.

Jurasse

117 Jurasse autem veteres Advocatos † exemplo est evidentissimo, privilegium à Carolo Magno salutis humanæ An. 769. Monasterio *Ottenbeurensi* datum, in quo inter cætera sancivit, ut ejusdem loci Advocatus (quem Abbas & Conventus, sapientum usi consiliis ex his, quos inter potentes seculi novissent, esse æquitatis & fidelitatis amatores, pro eorundem libitu assumere poterant) tria puncta Abbati juraret.

Primum, quod secundum posse & nosse justus & utilis Advocatus in homines & res prædicti monasterii existere velit. Secundum, quicquid placitando acquisierit, id est, injuria Bannorum, vel satisfactione temeritatum, tertia parte sibi retenta duas Abbati reddere; & nullum Advocatum vel exactorem, præter se, nisi Abbatis permissione constituere velit. Tertium, quod nihil privati muneris vel servitii à quolibet loco sive curte, seu à villicis vel à Cellariis quasi à debito, & statuto, Jure, exigere, nec mansiones & pernoctationes uspiam frequentare debeat. Brusch. *in descript. monaster. German. cænob. Ottenburr.* ubi prætactum Caroli M gni privilegium à nobis *alibi* relatum insertum habet.

118 Sic etiam Urbanus secundus, † Pontifex Maximus in diplomate privilegiorum, quæ Anno Domini 1099. Monachis Hirsaugiensibus concessit, inter alia in eodem statuit, ut *Electus Monasterii Advocatus in præsentia Abbatis & fratrum, una cum familiaribus suis, quod privilegiis Ecclesiæ contravenire nolit, jurare debeat*, ceu habetur *in dicto Diplomate* Trithemii Chronicæ inserto *sub capite de Gebhardo ejus Cœnobii Abbate XIII. ad annum supradictum.*

119 Existimo autem, hunc Jurandi morem, † antiquitus inductum fuisse exemplo tutorum & Curatorum, qui etiamnum † hodie, cujuscunque sint status & dignitatis, antequam administrationem tutelæ vel curatelæ aggrediantur, jurato promittere debent, defensum à se iri pupillos seque utilia facturos & curaturos, inutilia vero evitaturos esse. Ita expresse sancitum est *in l. tutor, qui repertorium, in princ. verb. cum oportet ff. de administra. tutor. l. legitimos, in princ. verb. facis tutores*, & *ibi* Bart. *ff. de legitim. tutor. l. fin. §. etsi quidem. & paragraph. sin autem non talis, vers. ipso autem curatore C. de curat. furios. Auth. quod nunc generale est C. eod. tit.* Salycet. *l. pro officio.* 10. *col. fin. C. de administr. tutor.* Socin. *consil.* 148. *num.* 8. *lib.* 1. Cornc. *consil.* 164. *num.* 4. *lib.* 4. Pract. Papiens. *in form. libell. quo agit. ad redd. rat. tutel. num.* 8. Anton. Piag. *tract. de tutor. & curat. quæst.* 7. *nu.* 23. & pluribus coacervatis Schrader. *tract. feud. part.* 10. *sect.* 20. *nu.* 233.

Iuramenti præstandi usus unde fuerit introductus

120

121 Sed nec ab hac promissione & quidem † jurata Rex, Dux vel Princeps immunis est. Ruin. *consil.* 29. *num.* 10. *lib.* 5. Curt. Sen. *consil.* 66. *numer.* 16. Petr. Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 8. *num.* 34 Schrad. *d. sect.* 20. *nu.* 236. Pruckm. *cons.* 27. *nu.* 176. *lib.* 1.

122 Tum quia tutela est quasi † contractus, *§. tutores, Instit. de oblig. quæ ex quas. contract.* Schrad. *d. sect.* 20. *nu.* 238.

123 In contractibus † autem vel quasi Reges Duces & Principes Jure communi, eodem nempe quo homines reliquos, uti, certum est. Bald. & Jason. *in l. ex imperfecto, 3. C. de testament.* Dec. *cap.* 1. *num.* 1. & *ibi* Felin. *nu.* 1. arg. ill. text. *extr. de probat.* Socin. Jun. *consil.* 76. *num.* 3. *lib.* 1. Roland. à Vall. *consil.* 66. *nu.* 37. *lib.* 2. facit text. *l. Cæsar.* 15. *ff. de public. l. de contracta C. de rescind. vendit.* Foller. *in prax. censual. verb. & submissionem nu.* 6. & 26.

124 Cum naturalis † ratio atque æquitas, pactorum & contractuum observantiam præcipiat, *l.* 1. *in pr. ff. de pact.* Et Princeps † dictamine rectæ rationis sive lege naturæ non sit solutus, ita Bald. *l.* 2. *n.* 40. *C. de servit. & aq.* Jac. de S. Georg. *in tr. feud. verb. princeps n.* 4. Jason *consil.* 1. *nu.* 1. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 27. *nu.* 23.

125

126 sed perinde † obligetur & consideretur, ut privatus, Bart. *l. in fraudem* 45. *§. neque ff. de Jure fisci.* Roman. *in l. si vero §. de viro. n.* 105. *ff. solut. matrim.* Castrens. *l. digna vox C. de legib.* Roman. *cons.* 436. *nu.* 17. *& seq.* Bodin. *lib.* 1. *de republ. c.* 8. *num.* 48. *& seq.* Gail. *pract. obs.* 55. *nu.* 7. *lib.* 2. Cuno. *de pact. c.* 24. *nu.* 2. *lib.* 1.

127 Nam regulariter in qualibet † dispositione generali comprehenduntur etiam Duces, Principes, Comites & Barones Paul. de Castr. & Corn. *in l. fin. C. de verb. signif.* Archid. Joan. Andr. & Domini. *c. nemo. de election. lib.* 6. Fel. *c. cum in Jure n.* 7. *vers. quod imo in materia. extr. de offic. delegat.* Dec. *l.* 1. *nu.* 24. *C. de mand. princ.* Oldrad. *cons.* 211. *& cons.* 293. *col. penult.* Ruin. *cons.* 1. *n.* 19. *lib.* 5. Ludolph. Schrad. *d. sect.* 20. *n.* 237.

Quamvis autem, ut *sup.* in hac juramentorum materia diximus, eorum à protectoribus præstandorum usus hodiernis temporibus rarissimus sit, eum tamen prorsus exolevisse, putandum non est.

Declaratio negativa de præstandis per protectores juramentis.

Etsi enim alia exempla, locaque ubi protectores, de legitima defensione exhibenda jurant, nobis adhuc incognita sint, illud tamen non ignoramus, etiamnum hodie Dominos Barones à Lympurg, † Subadvocatos Nobilis Secularis Collegii *Chombergensis*, quoties ab Episcopo Herbipolensi ab obitu senioris ejusdem familiæ Subadvocatiam recipiunt, eidem tanquam principali ac perpetuo prædicti Collegii Advocato ac protectori corporale sacramentum dicere oportere, sicut de hoc ipso juramento in literis Rever. ac Illustr. Episcopi Rudolphi, quibus dictam Subadvocatiam in Barones Lympurgicos transtulit expresse, hisce verbis provisum fuit. Dabey dann auch nemblich abgered worden ist / daß sich auff inhalt dieser vnser Verschreibung fürter mehre zu ewigen tagen der Herrn von Limpurg keiner / der obgedachten Vogthey / Schutz vnd Schirm / annemmen / gebrauchen / noch zugebrauchen macht haben solle / Er hab dann vns zuforderst diese vnser Verschreibung zuhalten vnnd zuvollführen / auch die obgemelte Verwandtnuß vns vnd vnsern Nachkommen mit trewen an die hand gelobt / einen Eyd zu Gott vnd seinen Heiligen geschworen / vnd deß vnder seinem Insigel notturfftige Brieff vnnd Vrkund geben / Abt vnnd Convent / auch die jhren sollen auch hierüber keinen [illegible] Vogt / Schützer vnnd Schirmer benennen / halten / noch mit der obgemelten zugewarten schuldig vnnd pflichtig seyn / dann allein dem der vns solch Gelübt / vnnd Eyd gethan / deß auch sein Brieff vnd Vrkundt geben hat / vnd den wir jhne auch auff solchs für Vogt / Schützer vnd Schirmer durch vnser offen versigelte Brieff angeben / präsentiren / vnnd vberantworten werden / derselb dann auch binnen vier Wochen / den nechsten nach deß abgang / der die Vogthey hette gehabt / solches zuthun schuldig seyn solle. Dann alle dieweil auch vns / oder vnser Nachkommen sollich Gelübt / Eyd vnnd Verschreibung / nicht geschehen seyn / haben wir vns hierinnen weiter die Gerechtigkeit vorbehalten / daß dieselben Zeit gantz auß die Vogthey Schutz und Schirm mit aller obgenanter Gerechtigkeit Vbung vnd Gebrauch / in vnser vnd vnser Nachkommen handen / vnd gewalt

walt stehen / so lang biß uns sollich Gelübt / Eyde unnd Verschreibung widerfahren / die wir auch alsdann auff ungefährlich angesinnen / deß dem es gebührt / und von demselben ohne weigerung annemmen / darauff auch denselben zur Vogthey / Schutz und Schirm ohne eintrag kommen lassen / unnd die obgemelten præsentation, an Abt und Convent und die jhren ubergeben sollen unnd wöllen / alle Gefährte unnd arge List hierinnen gantz außgeschlossen.

Sic etiam ex Aurea Bulla Caroli IV. notorium est 129 Francofurtenses † ex Imperiali sanctione habentes jus protegendi Principes Septemviros, ad eligendum Romanorum Regem Francofurtum convenientes, solenne juramentum præstare, juxta text. *d. Aur. Bull. c.* 1. §. *ult. vers. injungimus.* in quo Civibus Francofurtensibus duo injunguntur, primum ut omnes PP. Electores fideli studio protegant, *d. §. injungimus, in Paral. ad Abbat. Ursperg. in Carol.* 4. Castald. *de Imper. quæst.* 8. *nu.* 21. *vers.* 14. Secundo, ut per omne tempus, quo super electione tractari contigerit ultra prætaxatum PP. Electorum Comitatum neminem in Urbem intromittant, intromissosque exire faciant, sub pœna perjurii, amissionis omnium privilegiorum, & banni Imperialis. Perfecta vero & publicata Electione statim portæ cuivis patent. Et hoc juramentum in novissima electione sacratissim. Imperat. nostri FERDINANDI II. primo per ipsum Senatum, deinde per omnes Cives ante Curiam Romanam præstitum, sicuti & antea in aliis Electionibus, ac nominatim etiam in electione sanctissim. memoriæ MATTHIÆ 16. Maji. Anno 1612. habita, factum esse testatur Gerlac. Buxtorff. *in dissert. ad prior. Aur. Bull. cap. concl.* 26.

Secundi generis Adjacentia. Et hæc hactenus de his, quæ circa initium initæ Advocatiæ tutelaris in considerationem veniunt, nunc ad ea, quæ durante protectione in disputationem trahi possunt, pergamus.

130 In hoc autem ordine occurrit primo loco, † quæstio de annuis erogationibus, quæ plerunque Advocatis, durante Advocatia, pro exhibenda defensione annuatim dari solent, communiter Annuum Honorarium, eo 131 quod ubi beneficii loco præbetur † opera, & id quod datur ad remunerandum Honorarium nominetur *l.* 1. *si mens. fals. mod. dix.* Canonistis census, *c.* 8. *de privileg.* præmium annuum Alb. Krantz. *Wandal. libr.* 8. *cap.* 20. Pensio Avent. *Annal. Bojor. lib.* 7. *p.* 595. Jus Advocatitium seu Advocaticum Azor *Instit. Moral. tom.* 2. *lib.* 8. *c.* 5. *q.* 5. Vogtrecht Knich. *de territ. jur. c.* 4. *nu.* 399. vulgo Schutz unnd Versprochgelt appellatæ. Paul. Matt. Wehner. *pract. obs. lit. S. verb.* Schirmsverwandten.

132 *Protectores utrum pro defensione clientum honeste recipiant salarium.* Quamvis autem notorium sit, † quod ejusmodi honoraria protectoribus, ut plurimum annuatim pendantur, non desunt tamen plurima argumenta, quibus in speciem edoceri posse videtur, quod *salva & † illæsa honestatis ratione Patroni tutelares pro defensione nihil accipere possint, nec debeant, sed potius ex quadam Juris naturalis necessitudine absque ulla mercede clientibus suppetias ferre, eosque à quovis corporis ac bonorum discrimine gratis eximere teneantur.*

133 *Negativa. Ratio dubitandi I. à textu legis.* Et primo quidem per textum, infra mox allegandum, expresse statuitur, quod accipiens pecuniam pro eo, † 134 quod quis gratis & absque solutione mercedis alicujus facere tenetur, turpiter accipiat. *l. Juris gentium.* §. *si ob maleficium. ff. de pact.* Vincent. Carot. *in tract. locat. & conduct. part.* 1. *tit. de testib. cogend. quæst.* 6. *nu.* 21. ubi dicit illud, quod fieri debet gratis, si fiat ob pecuniam turpiter fieri Anton. Capyc. *decis.* 95. *nu.* 2. idque probatur per textus manifest. *in l. idem* 4. & *ibi* gloss. singularem §. *penult. vers. Repeti.* textus *in l. penult. ff. de condict. ob turp. caus.* ubi si de facto accipiat, turpiter accepisse dicitur, & ideo tenetur ad restitutionem, attestante gloss. *in l. in eos.* ubi Bart. *ff. de tutel.* Vital. *in tract. claus. in clav. nil nova. penden. confectio. inventar. col.* 7. *quæst.* 16. Joan. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit.* 1. *quæ.* 47. *num.* 7.

At vero, quod ii, qui alium defendere & à vitæ periculo liberare possunt, gratis † omnino, & absque ullius 135 precii compensatione id facere teneantur, ex eo palam fit, quod patrocinium † originem ex officio atque a- 136 micitia trahat, ideoque ejus nomine mercedem nec patronus postulare possit, nec cliens dare debeat, siquidem ex † amicitia factum dici haud queat, quod mer- 137 cede interposita agitur cum merces † dicatur esse offi- 138 cio contraria, quemadmodum IC. *in l.* 1. §. 4. *ff. Mandati* argumentatur. Et quod ex præscripto Juris quilibet alium defendere teneatur multis argumentis & authoritatibus, tum Jure positivo, civili, ac Canonico, tum etiam divino ac naturali depromptis, apparenter ostendi atque probari potest.

Ratio dubitandi II. ex Jure divino. Ut enim à Jure divino initium sumamus, illud inprimis notissimum est, eodem nos maxime adstringi, ut unusquisque non minus proximum, † quam seipsum diligat, *Deuter.* 6. *Levit.* 19. *Joannis* 3. *Marc.* 12. 139 *Matth.* 22. *& Luca* 10. Non autem diligit proximum, sicut † seipsum, qui eum, ejusque vitam ac bona non de- 140 fendit, sicut semetipsum ac sua, *cap. non inferenda.* 23. *quæst.* 2.

Si ergo nobis defensionem debemus, consequens fit, quod & proximo debeamus, quem non secus, quam nosmetipsos diligere cogimur: Omnes enim invicem proximi † sumus, & ejusdem naturæ participes. *ca. cha-* 141 *ritas* 5. §. *proximos, de pœnitent, distinct.* 2. Imo omnes vi sacri baptismatis fratres sumus & unum patrem, Deum, creatorem cœli & terræ habemus, *cap. ad mensam* 11. *quæst.* 3. Et suadet id ipsum ratio cognationis humanæ, quam violare nefas esse, hic monemur, nostraque † 142 interest, beneficiis alios obstringere ad opem ferendam, *l. servum ea lege* 7 *in fin. ff. de serv. export.*

Unde referente Salomonio *in repetit. l. ut vim num.* 18. *Digest. de just. & Jur.* Innocent. Quartus *in Concilio Lugdunens.* injuriæ participem † eum esse dicit, 143 qui, cum potest, egenti proximo non præbet auxilium. Et scribit Chassanæ, *ad consuet. Burgund. rubr.* 1. §. 5. *num.* 74. quod & is. qui facto † resistere potest, ne 144 alicui injuria fiat, nec tamen resistit, teneatur, ac si ipse injuriam intulisset.

Quemadmodum ergo vim † sibi illatam unusquis- 145 que propulsare licite potest: ita & proximo de vita periclitanti succurrere debet, ut diserte expressum est *Proverb.* 24 ubi hæc verba leguntur. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare non cessa. Si dixeris, vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit. & servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera sua.*

Ratio dubitandi III. ex Jure Canonico. Tertio loco adstruitur etiam hæc opinio ex Jure † 146 Canonico, quod perelegantibus in hanc rem afferendis textibus abundat. Quid enim aliud docet text. *in d. canone. non inferenda. cum sequentibus* 23. *quæ.* 3. qui sic habet? *Non inferenda, sed depellenda injuria lex virtutis est. Qui enim non repellit † injuriam à socio si potest,* 147 *tam est in vitio, quam ille qui facit.* Et *in cap. seq. Qui potest obviare & perturbare perversos & non facit, nihil est aliud, quam favere impietati eorum,* & *in cap. sicut dignum* 3. §. *illi etiam. de homicid.* ubi scriptum est, *qui potuit hominem liberare à morte & non liberavit, eum occidit, nec caret † scrupulo societatis occultæ, qui mani-* 148 *feste facinori desinit obviare,* Facit ad idem text. *in cap. quanta.* 47. *de sent. excomm.* ubi dicitur, *Eos delinquentibus favere interpretamur, qui cum possint, manifeste*

festo facinoribus desinunt obviare. Ad idipsum confert text. *cap. dilecto. 5. de sentent. excomm. in 6.* ubi etiam 149 expresse notatur, quod liceat cuique † suo vicino vel proximo pro repellenda ipsius injuria suum impartiri auxilium, imo si possit & negligat, videatur injuriantem fovere & particeps esse ejus culpæ.

Ratio dubitandi IV. ex Iure Civili. Quarto ex Jure Civili, quod maxime ex aliorum assertione principaliter huic sententiæ repugnare existimatur, haud obscuri textus ad propositi argumenti assumptionem elucidandam afferri possunt.

Primum enim id probat Florentinus *in l. ut vim 3. Digest. de justit. & Jur.* ubi perspicue docet † naturam 150 cognationem quandam inter homines constituisse, propter quam unusquisque alteri in necessitatibus subvenire teneatur & pati, ut quispiam alterius vitæ insidietur, nefas sit. Eodemque pertinet *l. servum. 7. ff. de servo. export. cum simil.* quibus dicitur hominis cujusvis interesse, hominem beneficio affici. Item *l. item quæritur. 13. §. exercitu 7. ff. & l. si fundus. 33. ff. locat.* ubi colonum, si resistere potuit militibus, & non restitit, teneri, Labeo ait, licet Dominus ipse non sit.

Huc etiam facit text. *in l. culpa caret. 50. Digest. de regul. Jur.* ubi dicitur, culpa † carere eum, qui scit, sed 151 prohibere non potest. Ergo ex contrario sensu, qui prohibere potest & damnum avertere, neque avertit, culpæ reus est. Deinde *l. nullum crimen. 109. ff. eod. tit. Nullum crimen*, inquit IC. *patitur, qui non prohibet, cum prohibere non potest.* Ergo qui prohibere † potest 152 delictum, neque tamen prohibet, criminis obnoxius fit. Inde etiam respondit IC. *in l. 7. ff. qui sine manu. ad lib.* nihil interesse ipse adducas & prostitutam esse patiaris precio accepto, cum possis eximere. Secundum quam sententiam, eleganter dixit Arnob. *lib. 4. adversus Gent.* 153 *cap. 28. Quisquis patitur peccare † peccantem, is viris subministrat audacia.*

Adhæc præterea conferunt notata *in l. omne delictum, 6. in fin. ff. de re milit.* ubi, qui præpositum suum † 154 non protexit, cum posset, in pari causa factori habendus dicitur, *& l. scientiam, 45. in pr. ff. ad leg. Aquil.* ubi rursus, qui prohibere potuit, si non fecit, tenetur. Quibus similis est text *in l. 2. & 3. ff. de noxal. act & l. 4. C. eod.* 155 ubi quando † servus Domino sciente & prohibere nolente, occidit, ipse Dominus occidisse intelligitur. Eodemque pertinet *l. 2. C. de commerc. & mercatorib.* ubi qui repertum scelus non vindicat, ipse punitur.

156 Denique præter supradicta etiam quod † scientia hominis, malum non avertentis, sed fieri patientis, culpa sit, manifeste elicitur *ex l. si communis, ibi*, qui scit, omnium nomine tenebitur *ff. de noxal. l. quid ergo. in pr. ff. de his qui not. infam.*

Ratio dubitandi V. ab auctoritate Iurisconsultorum. Quinto insuper corroboratur hæc opinio authoritate Dd. *in c. 1.* ubi Dec. *numer. 7. & 8. ff. de offic. deleg.* Fortun. Garz. *in d. l. ut vim, ad fin. ff. de just. & jur.* Alberic. de Rosate *in l. metum, §. sed licet ff. quod metus causa* Joan. Ign. *in l. 1. §. servi appellatione. num. 125. ff. ad SC. Sylan.* Grat. *cons. 1. numer. 47. vol. 1.* Adrian. *quodlibet. 1 art. 2. col. 4.* Covar. *in clem. 1. p. 2. §. 1. numer. 7. homicid & in c. peccatum p. 2. §. num. 4. de reg. jur. in 6.* Francisc. Vivius *lib 1. commun. opin. 69.* Gomez. *tom. 3. resol. cap. 1. num. 9.* Vasq. *lib. 1. Illustr. controvers. c. 17. num. 5. & 6.* Zoannet. *ad d. l. ut vim. p. 1. num. 95. & multis seq.* qui præ cæteris, ut late ita eleganter hanc sententiam defendit. Ex quibus intelligitur, 157 eum, qui cum posset † juvare pereuntem, nec juvat, hoc Jure, etiam criminis & proinde pœnæ quoque obnoxium fieri.

Ratio dubitandi VI. ab Auctoritate Ethnicorum. Sexto, præterea præter allegatas Dd. authoritates hanc sententiam maxime firmat egregius ille locus Ciceronis *lib. 1. offic.* Cujus hæc sunt verba. *Sed injustitiæ* 158 *genera duo sunt, † unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possint, non propulsant injuriam. Nam qui injuste impetum in quempiam facit, aut ira & aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus violenter videtur adferre socio, qui autem non defendit nec obsistit, si potest, injuria, tam est in vitio, quam si parentes aut amicos aut patriam deserat.* Et divinus ille Homerus ait,

> Ἐντύνεσθ' ὡς κακόν ἐστ'
> Γνησίοισιν ἑτάροισιν ἀμυνέμεν αἰνῶς ἐλθεῖν.

Quod Plautus his verbis explicat *in Cap.*

> *Neq, me unquam deseruisse te, neq, facto neq, fide*
> *Rebus in dubiis egenis.*

Hinc sapienter & recte Symmachus dixit *lib. 2. Epistol. 7. Integer animus † putat innocentiam suam minui,* 159 *si periculis desit suorum. In cujus enim manu est, ut prohibeat, jubet agi, si non prohibet admitti*, ut Salvian. Massiliensis Episcopus tradit *lib. 7. de vero judic. & provid.*

Quambobrem, † ut est apud eundem Episcopum, 160 potestas magna & potentissima, quæ inhibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. Meritoque apud Thucydidem Lacedæmoniis *lib. 1.* quod cum possent, Athieniensium insolentiam non repressissent, vitio vertere Corinthii in hæc verba. ὁ γὰρ ὁ δουλωσάμενος ἀλλ' ὁ δυνάμενος μὲν παῦσαι περιορῶν δὲ ἀληθέστερον αὐτὸ δρᾷ εἴπερ καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται.

Quin etiam eos, qui auxilium † salutare morituris 161 denegarent, quod contra bonos mores idipsum facerent, solere puniri, Apuleius auctor est, aspiciens *lib. 8. de asin. aureo*, ut arbitror, ad Ægyptiorum leges, quibus id cautum fuisse, ut rei mortis fierent, si injuriam patienti opem non ferebant, docet Diodor. Siculus *lib. 6. Biblioth hist.*

Sic pulchre † Lactantius *lib. 6. Instit. divin. cap. 12.* 162 *Qui bonum*, inquit, *consanguineo, vel proximo vel amico facit, aut nullam aut certe non magnam laudem meretur, quia facere debet, fitque impius ac detestabilis, nisi fecerit id, quod ab eo & natura ipsa & necessitudo exigit, & si facit non tam gloria adsequenda, quam reprehensionis vitandæ causa facit.* Et idem Lactantius *lib. 6. Instit. divinar. cap. 11.* ait *qui succurrere perituro potest, & non succurrit, occidit.* Unde & Seneca asserit, *Si justus † es non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis. Nam nihil nocere, non est justitia, sed abstinentia alieni.* 163 Sic etiam Plato *libr. 5. de legibus, Qui non † infert*, inquit, *injuriam, honorari debet, qui vero* 164 *nec alium id facere permittit, duplici honore dignus est.* Idem *apud Xenophontem* Cyrum dixisse legimus. *Nihil est justius, quam propulsare injuriam, pulchrius tamen est amicis succurrere.* Et Musonius dicebat, *Unusquisque † etiam proximi sui res agat, & curet quo Respubl.* 165 *bene se habeat.*

Quo pertinet illud Solonis, qui beatam illam Rempublic. fore, in qua quisque alterius injuriam suam existimaret, dictitabat.

Huc quoque transferri potest Politicorum doctrina, quod Princeps † alterius subditos vi & injuria oppres- 166 sos juvare, ac contra legitimum quidem, sed tyrannice imperantem principem defendere possit, & debeat Bod. & alii quos laudat Christoph. Besold. *in comment. ad lib. 1. Pand. tit. 7. leg. 3. nu. 7.*

Ratio dubitandi VII. ab exemplis. Septimo luculentius hæc opinio inducitur, exem- 167 plo Moysis *Exod. 2.* ubi Moyses † Hebræum ab Ægyptio injuriam accipientem defendit, cujus etiam meminit text. *in d. l. c. non inferenda 23. q. 3.* Et hoc Moysis laude dignum facinus tantum abest, ut in eo unquam improbatum fuerit, ut ex eo tempore etiam ipsius ministerio Deus, in Hebræis ex captivitate Ægyptiaca educendis ac moderandis mirifice usus sit. Cumque Spiritus S. hanc Mosis defensionem justam ac legitimam fuisse

fuisse agnoscat, & comprobet *Adamm Apost. 7. vers. 24. & seq.* non convenit, nos de Spiritus sancti judicio curiosius disceptare, multo minus illam improbare.

168 Hinc quoque recte fecit Abraham, † quod armata manu invasores & latrones quosdam interemit, adeoque suum fratrem Loth, & alios liberavit *Genes. 14. vers. 13. & seq.*

Ratio dubitandi VIII. à Iure natura li. Octavo prædictis accedit, quod Iure etiam naturæ, par sit, hominem homini periclitanti subvenire. Unde summis laudum encomiis effertur Hercules, quod † auxilium opemque suam vim & injuriam 169 patientibus nunquam denegaverit.

Ex his similibusque exemplis clarissime patescit, quod Iuris naturalis æquitate viri inclyti ducantur feranturque ad opem miseris periclitantibus ferendam, hique æthereas ad sedes præmii loco evolaturi intelligantur. Unde Cicero de eodem Hercule scribens, postquam enarraverat, ut cunctis periclitantibus opem tulisset: *Abiit, inquit, ad Deos Hercules, nunquam abiisset, nisi dum inter homines esset, hanc sibi viam munisset.* Idque votum & studium magnanimis † viris 170 Iure naturæ inesse, idem Cicero eleganter scripsit his verbis: *Vt tauris natura datum est, ut pro vitulis contra Leones summa vi impetuq; contendant, sic ii, qui valent opibus atque id facere possunt, ad servandum genus humanum, natura incitantur.* Ita Cicero *lib. 3. de finib.*

Ratio dubitandi IX. à publica salute desumta. Nono etiam præter adducta legum & authoritatum momenta, hanc opinionem suadet salus † & ipsa incolumitas totius corporis Reipublicæ, quæ singulorum hominum ceu membrorum læsione & mutilatione, 171 debilitatur, atque labefactatur. Cum enim non tam † 172 parentibus quam patriæ & Reipublicæ nati simus, ita ut omnem operam ac studium ad conservandam ejus salutem conferre debeamus, *l. 1. §. 15. & generaliter in fin. ff. de vent. in possess. mittend. l. 1. in fin. ff. ad leg. Iul. majestat. l. postliminium. 19. §. filiusfam. ff. de captiv. & postlim. reversf. l. honor. 14. §. plebeji. 4. ff. de muner. & honor.* Consequens est, nos quoque omnibus etiam extraneis, defensionem debere, eosque vitæ periculis expositos negligere neutiquam posse, sicut hæc omnia probantur ex iis, quæ Bald. notabiliter tradit *in l. 1. §. 8. C. unde vi.*

Ratio dubitandi X. à simelitudine Tutorum. Decimo fulcitur præterea non minus etiam prædicta sententia exemplo tutorum, quibus protectores comparantur.

Ducto nimirum † argumento ab æquiparatis, quod 173 in Iure validum & frequens est: *c. cum dilectus. 1. ad audientiam, & ibi* Canonistæ communiter *extra. de cleric. non resident.* gloss. *ult. in l. si quis servo.* & ibi Dd. *C. de furt.* Ias. *in l. si arrogatur. col. antepen. ff. de adopt.* Schrader. *tract. feud. p. 10. sect. 19. nu. 150.* Hartmann. Pistor. *quæst. 42. n. 19. vol. 2.* Pruckman. *consil. 4. n. 106.*

174 Quemadmodum enim Tutoribus † salarium nullatenus debetur, pro tutelæ administratione, sed ii ex Iuris præscripto gratis pupillos suos tueri debent, ut diserte tradit Ias. *in l. illud Cod. de collat. n. 8.* gloss. *in l. in vos, in verb. datis ff. de tutel.* Addita gloss. *in l. 1. §. mandatum, in verb. nisi gratuito ff. mandati,* Barbat. *cons. 62. sub numer. 6. vol. 2.* Menoch. *consilio 128 n. 8. vol. 3.* Guido Papæ. *decis. 58.* Ioan. Botta *consilio 43. num. 5.* Bertrand. *cons. 68.* Vincent. de Franch. *decis. 122. num. 2.* Franc. Vivius *decis. 40. num. 4. libr. 1.* Eo quod tutoris officium sit gratuitum, juxta gloss. *in l. 1. & in d. l. in eos ff. de tutor.* ubi quod nemini dari debet pecunia, ut fit tutor. Surd. *tract. de aliment. tit. 6. q. 14. numer. 16.*

175 Turpe autem recipitur salarium pro † officio, quod debet esse gratuitum, ut mandatum, *l. qui sine usuris circa med. ff. de neg. gest. l. Iuris gentium. §. si ob maleficium ff. de pact.* Et si quid datum est, repetitur per condictionem ob turpem causam, *l. 4. & l. penul. ff. de condict. ob turp. caus.* gloss. *in l. vos.* ubi Bart. *ff. de tutel.*

Imo tutor † extra ordinem puniri potest, si propter 176 mercedem, tutelæ officium suscipiat, ut *Instit. de suspect. tutor. §. sed si quis præsens.* Et ibi Ioan. Faber, Porcius, Platea, Angelus. Et notat Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de iudic. §. generaliter, col. 5. in verb. per totum* Petr. de Ancharan. *cons. 173.* & Alex. *in l. dedi §. tali, ubi moderniores ff. condict. causa dat.* & Dd. *in l. 1. in fin. de Procurator. & l. in litem C. eod.* Bald. *in l. 1. in penult. quæst. C. mandat.* Nam; ut reliqua munera civilia, quæ sua natura gratuita sunt, ita quoque tutela non est † honos, sed onus, juxta text. *in l. tria onera* 177 *ff. de excusat. tut.* Eoque tutela † lucrosa esse potius 178 pupillo quam tutori debet. *l. qui negotiationem 58. ff. de administrat. tut.* Christoph. Zobel. *differentiar. Iur. civil. & Sax. differ. 11. part. 2. n. 6. in fin.*

Sic etiam protectoris † officium omnino gratuitum 179 esse, eique pro exhibenda defensione salarium non deberi, statuendum est.

Undecimo insuper † hanc de gratuita Patronorum 180 clientibus debita defensione hucusque corroboratam sententiam Bodin. *de Republic. libr. 1. capit. 7.* in terminis Advocatiæ acriter defendens: *Ius, inquit, clientelare seu protectionis, omnium maximum ac pulcherrimum inter Principes censetur. Heri quidem à servis, Patroni à libertis, Domini à Vasallis magnas utilitates adipiscuntur: At principes populive, qui alios in clientelam accipiunt, nihil, præter dignitatis ac veræ laudis jucundissimos fructus sperare, sed clientes opibus & auxiliis adversus hostium copias, sine mercede tueri debent: cum ex omnibus humanitatis officiis nullum majus sit, quam ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari, nec officii mercedem ullam, præter gratiam, sperare; quod si quid amplius quicquam paciscatur, Patroni seu protectoris nomen amittit, perinde, ut ex mutuo vel commodato lucri si quid fiat, & mutui & commodati nomen perit, ut mercenaria & quæstuaria locati dicatur.* l. rogasti. §. si tibi ff. de rebus creditis. leg. 1. §. si convenerit ff. depositi. l. Lucius ff. eodem leg. 1. §. mandatum, secundum text. in §. ult. Instit. mandati. *Nam quicquid † alteri se facturum gratuito quis promisit, id-* 181 *ipsum sine mercede præstare legibus tenetur: quia promisit: sin ex officio id fiat, etiamsi non promiserit, officio tamen merces non debetur.* l. 1. ff. mandati. *At nullius obligatio tam efficax est, quam eorum, qui tenuium contra potentiores, bonorum adversus improbos, innocentiæ contra sceleratos caput, famam, ac fortunas tueri promiserunt.* Hactenus Bodi, quem ad verbum etiam refert & sequitur Boterus *de illustr. stat. & polit. libro primo, capite 2.*

Ratio dubitandi XI. ex Bodino.

Cum itaque protectoris officium, ut ex prædictis patet, gratuitum esse oporteat, utpote, quod ex naturali Iure, quo hominem ab homine beneficio adfici decet, nascitur: non utique protectorem pro isthoc officio mercedem pacisci, stipulari aut exigere, licitum videtur. Officio enim ut *supra* etiam notatum est, nihil, † magis contrarium est, quam merces *d. leg. 1. §.* 182 *ult. ff. mandat. §. in summa Institut. eod. tit.* Unde etiam Seneca *libr. 4. de benefic. capit. 40. Rejiciendi genus est, protinus aliud beneficium mittere & munus munere expungere.* Et idem Seneca *de benefic. libro secund. capit. 6. Quam dulce, quam pretiosum est, si gratias sibi agi non est passus, qui dedit, si dedisse, dum dat oblitus est.* Nec minus scite Ioan. Iovianus Pontanus *in lib. de* 183 *liberalitate in princ.* dicit: *Quod liberalem ac benefi-* 184 *cum † virum minime deceat, beneficium ipsum numerare aut gratiam reposcere.*

Vltima dubitandi ratio.

Denique ut præter † adductas rationes autho-

 rita-

ritatesque hanc negativam sententiam solidius fulciamus, non videntur emendicata aliorum suffragia ad eam comprobandam esse necessaria, cum in hanc ipsam sententiam manifestum Iuris habeamus textum *in l. 2. Cod. ut nemo rustican. ad suum patrocin. suscip.* Ubi aperte inhibetur: Ne quis vicanis patrocinium polliceatur, vel agricolas in Clientelam suscipiat, *redituum alteriusve lucri promissione recepta*, quæ sunt ipsa ejus legis verba, ut apparet in hanc rem clarissima.

Confirmatur specialibus Imperatorum ac Pontificum decretis. Et quidem ad locorum † sacrorum Advocatos quod attinet, nedum Iure communi, sed specialibus etiam Imperatorum & Pontificum decretis, reperimus Advocatis prohibitam fuisse mercedis temporalis exactionem.

Quod Urbanus II. *in bulla privilegii, Monasterio Hirsaugiensi* Anno 1095. concessi, luculenter innuit, 186 dum talem, qui sine lucri secularis † exactione, divinæ servitutis obsequium (per quod Monasterii defensionem intelligit) strenue & reverenter exhibeat, & non lucri causa, vel pro necessitate sua, sed pro animæ suæ & parentum remedio, Monasterium defendere velit, idoneum Protectorem esse dicit. Qua de causa in eodem diplomate Advocatum Gotfridum Comitem Calwensem instituit ea conditione: Si *inquit*, hujusmodi Deo præstante fuerit, ut Ecclesiæ & servis Dei, honorem debitum exhibeat, & prædicti Monasterii utilis & studiosus defensor fuerit. Sin autem, in vestra sit potestate, eligere vestræ Ecclesiæ idoneum protectorem, qui *sine lucri secularis exactione*, id divinæ servitutis obsequium strenue ac reverenter exhibeat.

Idemque in alia subsequenti Bulla, quarum utramque exhibet Ioan. Trithem. *in Chron. Monaster. ejusdem.* ad Annum 1091. cum secundum supremum Advocatum Imperatorem Romanum, Abbati & fratribus eligendi Advocati licentiam dedisset, hæc verba subjungit; Si idoneus inventus fuerit, qui non 187 lucri † causa, vel pro necessitate sua, sed pro *remedio animæ suæ & parentum suorum locum sæpe dictum velit defendere.*

188 Ita pariter Lotharius † Imperator in confirmatione donationis Varæ, à Lutoldo Barone de Regenspurg Monasterio Eremitarum factæ, quam alibi integram posuimus, cum ex voluntate fundatoris ejusdem Advocatiam ejusdem familiæ natu majori assignasset, diserte statuit, ut unusquisque eandem non nisi ea conditione susciperet, ut pro labore defensionis non temporale commodum, sed æternum DEI præmium & remissionem peccatorum speraret.

189 Eundem in modum, Fundatores Monasterii † Chombergens. Ruggerus, Henricus, & Burckhardus Comites de Rotenburg/ sicut & Archiepiscopus Moguntinus Ruothardus, cujus confirmationi subjectum erat, in confirmationis & corroborationis diplomate talem voluit Advocatum eligi qui non pro terreno commodo, sed pro æterna mercede hoc patrocinium suscipere velit.

Ex quibus omnibus diffuse magis forte, quam instituti operis necessitas exigit, in medium allatis, videtur, Iure tam naturali & divino quam scripto colligi, eum, qui alterum defendere, cum potest, neglexerit, culpa seu crimine non vacare, ejusque etiam pœnam, pro arbitrio Iudicis, sufferre debere.

Verum, re aliquando accuratius perspecta, con- 190 trariam affirmativam Legibus amicam, usuque receptam approbantes sententiam omni dubio remoto concludimus, protectores honeste & licite annuam pensionem vel salarium pro officio defensionis accipere. *Decisio Affirmativa.*

Cum enim tuendi † officium, casu eveniente onus 191 & periculum cum armis subeundum annexum habeat, non abs re sit, ut annuum defensoribus honorarium recipiatur ac promittatur, ut recte concludit Dn. Sebast. Dieterich, *thes. 9.*

Quia liberale † officium est, juxta Ciceronem se- 192 rere beneficium ut metere possis fructum. Et eo impenditur † labor & periculum, unde emolumen- 193 tum & honos speratur, ac nihil non aggrediuntur homines, si magnis conatibus magna proponantur præmia, teste Livio *lib. 4. c. 46*, Machiav. *discurs. de Republ. lib. 1. cap. 60.*

Probatur autem hæc nostra decisio, † primum, 194 text. *manifesto in l. metum, §. sed licet. ff. quod metus causa* ubi Pomponius ait, *si quo magis te de vi hostium vel latronum, vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero, vel te obligavero, non debere me hoc edicto teneri, nisi ipse hanc tibi vim submisi: cæterum si alienus sum à vi, teneri me non debere, ego enim opera potius mea mercedem accepisse videor*, quem textum in hoc inducunt Simon Pistor. *consil. 19. numer. 16. vol. 1.* Menoch. *cons. 29. numer. 34.* & post illos D. Hepingk *dissert. de Iure protect. §. 16. in Not. lit. D.* Ubi ait, annuum † honorarium ab 195 eo qui protectionem desiderat stipulari non minus licitum, quam justum esse, idemque *conclus. 39. lit. B.* Ubi defendit Patronos † annuum honorarium juste 196 ac honeste accipere Curt. Iun. *consil. 124. numero 1.* Zoannet. *in Rep. l. ult. p. 1. numero 99. ff. de just. & Iur.* *Ratio decidendi I.*

Deinde fulcitur † eadem sententia ex *leg. si pater.* 197 *34. §. si quis aliquem. Digest. de donat.* ubi dicit Iurisconsultus, si quis aliquem ab hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, esse irrevocabile, quem text. ad hoc inducit Vincent. Carot. *tracta. de locat. & conduct. Tit. de merced. quæstio. 10. numer. secund.* concludens, licitum esse, mercedem recipere pro defendendo aliquem ab injuria vel offensa, licet ad hoc teneatur justitiæ vel charitatis præcepto, *d. leg. si pater. §. Digest. de donat.* ubi Iurisconsultus appellat mercedem vel salarium justum, pro mercedis labore. *Ratio decidendi II.*

Ex quibus legibus manifeste apparet, † cuilibet 198 licere ab alio pecuniam accipere, ut ipsum adversus vim hostium tueatur, & neminem gratuito, aut, ex officio, ad alterius defensionem obligatum esse. Et sic etiam communi Doctorum calculo determinatur *in leg. ut vim. Digest. de Iustit. & Iur.* ubi Bartol. *numero 8.* Bald. *numer. 4.* Angel. *numer. 8.* Iason. *num. 31.* Dec. *numer. 33.* his consensum dilucide præbent Felin. *in capite primo, numer. 4.* Dec. *num. 7.* Franc. Conscius Decan. *numer. 78.* Barbat. & alii *de eff. de leg.* Bartol. *in l. 1. §. sed in ea. Digest. ad SC. Syllan.* Angel. *in d. leg. metum ante numerum secundum*, Innocent. & Anton. de Butrio *in cap. quanta 47. de sentent. excomm.* Anchor. *in cap. dilecto columm. 2. eodem tit.* Aret. *in §. Iuris in fin. Institutio de Iustit. & Iur.* Cagnol. *numero decimo, Digestis de regulis Iuris* Roman. *consilio vigesimo decimo septimo, incipiente ex præmissa*, Damhouderius *in praxi criminali,* c. 80.

c. 80. num. 6. Placa. *libr. 1. delict. cap. 22. nu. 17.* Clar. *lib. 5. sent. §. fin. quaest. 87. num. 3.* late de hac re Boer. *in addit. ad Dyn. in c. non est sine culpa num. 4. de reg. Iur. in 6.* qui cumulum allegationum in hanc rem congerit, Ioan. de Villemat. *in repet. leg. divus num. 20. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* ubi subjungit rationem, 199 quod per leges nemo † alteri benefacere cogatur, licet male agere prohibeatur. *c. de Iudaeis. distin. 45. cap. ad fidem 23. quaest. 5.* Ias. *in l. idem & si ob stuprum, §. si tibi judicium. ff. de cond. ob turp. caus.* & Panormitan. *in c. si vero. Extr. de sentent. excommun.* Ita etiam diserte post alios concludit Hieron. Panschman. *in responso suo Senatui Lipsensi dato quaest. 1. n. 11.* quem referendo sequitur Harprecht. *in §. Item lex Cornel. de sic. num. 141. Instit. de public. Iud.* & alias authoritates in comprobationem huc allegat Iac. Ayrer. *part. 1. n. 273. de homicid. necess.*

200 Nec revocari potest talis receptio † etiam praetextu ingratitudinis. Ita Boer. *decis. 27.* Roman. *cons. 26. num. 8.* Fortun. Garz. *in l. 1. §. Ius naturale num. 62. ff. de just. & Iur.* Gozad. *cons. 50. num. 10.* Curt. Sen. *cons. 66. num. 2.* Grammat. *decis. 65. num. 24.* & alii allegati à Carot. *d. q. 10. num. 2.*

201 *Ratio decidendi III.* Praeterea non tantum † Iure civili, sed etiam Canonico approbatur honorarii pro ministranda defensione receptio, ceu probat text. *in cap. recepimus, in fin. de privileg.* ubi permittitur, ut Clerici subjecti Episcopo Dioecasano se possint dare in clientelam & protectionem aliorum, & in fine subjicitur: Iure dioecasani Episcopi nihil videri detractum, etiamsi perceptae protectionis census persolvatur, quem text. ad hoc allegat & ponderat, Remig. Fetschius *dissert. de* 202 *Foederib. §. 23. in notis ad lit. C.* ubi dicit annuam † pensionem, nec danti iniquam nec accipienti indignam esse. notatur idem in gloss. *cap. non inferenda, 23. q. 3. verb. non potest.* Facit ulterius *l. 13. §. 9. C. de Iudic.*

203 *Ratio decidendi IV.* Quarto notissimi Iuris est, quod pactum Iudicialis † Advocati cum clientulo initum, valeat, si non nomine quotae litis, sed certae quantitatis salarii loco solvendae, fiat arg. *l. 1. in princ. C. de suffrag. l. 1. §. si cui, cum §. seq. ibique* Bart. & Alex. *in addit. ad Bart. ff. de var. & extraord. cogn.* Costal. *in l. si remunerandi 6. §. final. ff. Mandati,* And. Tiraq. *de nobilit. c. 29. nu. 27. & sequent.* Gail. *2. observ. 54. num. 2.* Ioan. de Amic. *cons. 148. n. 8. & 9.* Bart. & Dd. *in l. sumptus ff. de pact.* Plot. *in tract. de in lit. jurand. §. 16. num. 10.*

204 Quamvis enim Lex † Cincia olim pro oranda causa quicquam accipi vetuerit, secundum Tacitum postea 205 tamen id mutatum est, & primus Nero † Imperator constituit, ut litigatores pro Patrociniis mercedem darent, Suet. *in vita Neron. c. 17.*

206 Quinimo Advocato debetur † salarium, licet non conventum, officio Iudicis, Bald. *in l. properandum. §. sin autem dubio,* ubi alii scribentes hoc not. *C. de Iudic.* Alexan. *cons. 109. num. 2. libr. 6.* Alciat. *ad l. creditori in verbo patrocinio C. de pact.* Bart. *in l. 1. §. in honorariis. ff. de var. & extraord. cognit.* Bald. post Cyn. *in l. 1. C. de pact.* Natt. *cons. 376. n. 2. & 4. lib. 2.*

207 Cum autem, quoad honorarii † praestationem, Advocati togati atque armati aequiparentur, sequitur, etiam, conventionem Advocatorum Tutelarium & Clientum de certo annuatim iisdem solvendo honorario, omni Iure permissam censeri.

208 *Confirmatur hac ratio à simili de Vasallo.* Qua ratione etiam Vasallus, † qui tuendi defendendique adversus quoscunque, quovis tempore & loco, Domini sui causa vitam suam quodammodo devincire atque obstringere solet. *c. 1. in princip. quibus mod. feud. amit. c. a. si quis milit. de feud. sine culp. non amitt. c. 1. §. item qui dominum, qua fuit prim. caus. c. domino guerram. & c. ad hoc, hoc finit. lex. c. 1. de nov. form. fideli.* recteque prae caeteris tradunt Zal. *de feud. part. 7. num. 37.* Schenck. *d. c. 1. in pr. n. 17. quib. mod. feud. amitt.* Vasq. *lib. 1. controvers. c. 11. num. 5.* recte & honeste, feudum, ceu beneficium non omnino gratuitum, sed quasi officio & obsequio suo redemptum, accipere intelligitur.

209 *Item ab exemplo militum.* Non dispari modo, milites † quoque, qui armis, non privatis negotiis, sed publicis occupantur, ut numeris, & signis jugiter inhaerentes, Rempubl. ab omni bellorum necessitate defendant rectissime à belli Duce, & Capitaneo, pro militiae onere stipendia accipere judicantur argumen. *l. 1. & 2. Codic. de re milit. l. 6. ff. de re Iudic. cap. quid culpatur, vers. unde neque Ioannes 23. q. 1.* Nam, qui in militiam † proficiscun- 210 tur, propinque mortis periculo sese exponere videntur *l. ff. de mort. causa donat.*

211 *Ratio decidendi V.* Quinto confirmatur nostra decisio ex eo etiam, quod protectio † aequipararetur operis, argument. vulgat. *l. stipulationes non dividuntur. 72. verb. operas. ff. de verb. obligat.* Knichen, *comment. de Sax. non provoc. Iur. cap. 5. num. 503.* Simon Pistor, *cons. 19. n. 23. ad fin. Consil. Modest. Pist. lib. 1.*

212 Sed Iuris est haud dubii, operas † precium recipere, per text. *in l. cum duobus §. si in coeunda. ibi:* opera pretium recipit *ff. pro socio.* & *l. si non sortem 26. §. libertus. ibi,* sed hae, inquit, operae recipiunt aestimationem *ff. de condict. indeb.* Ergo & idem circa protectionem statuendum est.

213 *Ratio decidendi VI.* Sexto clarissime quoque prospexerunt Iura, ut qui non honoratur † in pecunia vel alia re, quae recipit aestimationem, non possit gravari. *l. ab eo. 9. Cod. de fideicomm.* & *ibi* notant. Bald. & Salyc. *in princ.* & idem Bald. *in l. Titiae. 9. num. 1.* per ill. text. *Cod. de oper. libert.* Iuxta regulam vulgatam, qua traditur, secundum naturam esse, ut commoda † & emolumenta cu- 214 juscunque rei consequantur eum, qui sentit onus & incommoda. *l. secundum 10. ff. de reg. Iur. & c. qui sentit onus, extr. eodem in 6. leg. 3. §. è contrario ff. de acquir. poss.* Petr. Wesenbec. *cons. 22. num. 7.* Matth. Coler. *cons. 11. num. 82.*

At nemo est, qui inficias ire possit, defensioni ac protectioni annexum esse onus ac gravamen, & quidem non exiguum: Cum enim difficillima † sit alie- 215 narum rerum cura, *l. in re mandata, Cod. mandat.* ut quae & fidei integritatem requirit, & magnum saepe periculum apportat. *cap. 1. Authent. ut qui se obligat. Nov. 72.* officium sane est amicitiae † proprium & hu- 216 manitatis plenissimum, si quis alicujus defensionem suscipiat. Unde & cogi ad hoc nemo recte poterit. Nam, quae merae † voluntatis & benevolentiae sunt, 217 in his necessitas quaedam nobis imponi posse non videtur. arg. *l. viam, & ibi not. ff. via. de public.* nec debet quis † jacturam sentire pro alienis commodis, 218 *l. si quando C. de testib.* & iniquum est, alicui suum † 219 officium alieni emolumenti causa susceptum, esse damnosum *l. si servus. §. idque evidentius ff. de furtis. l. videlicet. 29. ff. ex quib. caus. majo.*

220 *Ultima decidendi ratio.* Corroboratur denique † praeter rationes adductas communis nostra de licita protectorum honorarii receptione, non solum communi ferme Germaniae & totius orbis consuetudine, quia ubique ut plurimum Patronis Tutelaribus annuatim aliquid honorarii loco penditur. Nec enim, ut, inquit Poeta ille, praesertim nostro hoc aevo,

—— facile invenias multis è millibus unum
Virtutem pretium qui putet esse sui.

sed etiam multis interpretum authoritatibus, quas & hoc loco afferre non piguit. Approbat hoc † in- 221 primis doctiss. Dn. Georg. Adelb. Burckhard. pro nunc

nunc Reip. Noricæ Consiliarius præcellens *in appendice Comment. Valent. Volz. ad leg. Corn. de Sicar. n. 44.* Ubi de hac re fusius differens, *Sane*, inquit, *illo etiam casu pretii exactio justa & honesta videri poterit, quo quis ad casuum subinde emergentium varietatem atq; difficultatem, alii operam suam pactione pro certo pretio interposita ita locaverit, ut eum etiam, cum propria vitæ discrimine atque periculo, vel à vi atque incursu hostium atq; latronum, vel alio quovis periculo liberaret.*

Et hanc etiam decisionem solide firmat clarissimus ICtus Georg. Obrech. *in tract. de defension. necess. c. 7. n. 44.* ubi dicit: *Si quis sponte vel gratis* † *aut etiam pacta certa mercede periclitanti succurrit, & ab hostibus eum liberat, juste facit & mercedem recte exigit*, per text. *in d. l. Si pater, & in l. metum. ff. quod met. caus.* 222

223 Et tametsi quis primo alicui gratis † suppetias tulerit, & postea ab eo, cui opitulatus est, quamvis maximum donum acceperit, valet ea donatio, nec unquam revocari potest, quia donationem accipiens, eam impensæ in alterum salutis mercedem accepisse videtur, quæ certo modo taxari non debet per *alleg. ibid.*

224 Notandum tamen hic est, Pomponii † doctrinam *in d. l. metum. §. 1. ff. quod metus causa*, cum mica salis, & de tali facto intelligendam esse, ubi quis ad casuum subinde emergentium varietatem atque difficultatem, alteri suam operam pactione pro certo pretio interposita sic locavit, ut ei ubivis locorum, omniq; tempore, etiam cum vitæ suæ periculo adesse, eumque protegere velit, quemadmodum proprie in Advocatia conventionali fit: non autem cum casus fortuitus evenit, ut proximus ipsius indigeat auxilio.

Quod enim privatus si absque vitæ suæ discrimine & jactura proximum in periculo constitutum, defendere tuerive non potest, ad suppetias ei ferendum haut teneatur, id sane non probe deduci posse videtur ex eo, quod ajunt, *Charitatem ordinatam debere incipere à semetipso.* Vix enim pietati, legi, & Evangelio consentaneum istud dogma videtur. Et loquitur Bald. ex vulgi sensu, cum dicit, *plus se amat homo in ungue pedis, quam alterum in vertice capitis; proximum* siquidem *debemus diligere ut nosmet ipsos, Deut. 6. Matth. 22.*

Sed humanæ hoc indulgendum est fragilitati, quod plus fere semper propriam, quam alienam diligit vitam: Hincque dicitur id † tantum teneri quam alteri præstare, quod sibi non nocet, & alteri prodest. *leg. 2. §. item. ff. de aq. & aq. plu. l. 2. in princ. ff. solut. matrim.* 225

226 Quod insuper protectori salarium pro defensione præstanda recipere liceat etiam in terminis † Advocatiæ testatur And. Gail. *pract. obs. lib. 2. obs. 54. num. 2.* Knichen. *comment. de Sax. non provoc. Iur. cap. 5. n. 504.* Bodin. *de Republ. 7. lib. 1.* ubi attestatur, Parmenses, Genuates, Florentinos, protectionem Regis Hispaniarum, ingenti mercede conduxisse. Sic etiam ex Cuspiniano Remig. Fetschius *dissert. de Fœderib. §. 23. in notis sub lit. G.* notat, Bajazetem pace facta cum

227 Rhodiis Equitibus pro fratre suo † Zizymo protectionem illorum, pactum, pro annuo sumptu 45000. nummum auri, Calendis Augusti quotannis Rhodi exolvenda, promisisse Warem. ab Erenberg. *meditamp. de fœder. lib. 1. cap. ult. sub n. 12.* per text. *in l. 5. §. qui 2. C. de re militar.* Ant. de Butrio relatus *ibid. in c. accepimus extr. de privil.* Hier. Schurff. *cent. 3. cons. 23. n. 3. & seq.* Simon. Pistor. *cons. 19. vol. 1.* ubi ex e-

228 narratione casus manifestum facit, certam quandam † Civitatem, à duobus principibus consanguineis ac confœderatis in protectionem receptam mox initio constitutæ Advocatiæ centum millia florenorum Subarrhationis loco numerasse, & deinceps quotannis mille quingentos florenos honorarii loco pro opera defensionis Principibus illis Protectoribus solvere consuevisse. Matth. Coler. *cons. 33. n. 55.* Ubi videre est, Civitatem quandam Imperialem cuidam principi quotannis mille & quingentos florenos in remunerationem protectionis pendere. Et novissime post hos Paul. Matth. Wehner. *pract. obs. lit. S. verb.* Schirmsverwanten *ibi* Advocato autem à clientulis annuatim certi quid per solvitur zu Schutz oder Verspruch Gelt/ etc. Schonborn. 4. *Polit. c. 6.* Kirchner. *de Republ. disput. 17. §. 1. lit. E.*

Neque novum hoc est, sed & olim apud † Romanos etiam Clientes, pluribus in casibus, quos *in Cap. V.* enumeravimus, Patronis suis pecuniam præstare solebant, idque & priscis temporibus, usitatissimum fuisse constat: Ut certa redituum † portio quotannis Advocatis monasteriorum penderetur, cujus rei testem locupletissimum se præbet idem Knich. *tract. de Iure territor. cap. 4. n. 334.* ubi refert, Advocatis antiquitus loco honorarii cessisse trientem Episcopis vero & Abbatibus plerunque semissem *arg. c. 16. ibid.* Synodatici seu Cathedratici nomine duos solidos, *extra de offic. Iud. ord.* de proventibus ad fiscum pertinentibus. Testatur idipsum Wurstisen Baßler *Chron. lib. 1. cap. 5. in fine*, cujus verba ascribo: die Schirmvögt/ inquit, hatten † ein Theil der Früchten und Einkommens/ es were von den Steuren Todtfällen (ab hac † exactione Henricus V. Imper. Cives Spirenses singulari privilegio, quod in frontispicio summi templi porticus, aureis exaratum literis his exemit verbis: Ne Advocatus illis morientibus de suppellectile quicquam auferre præsumat, interdiximus) Bussen/ Gerichtsfällen/ Frondiensten/ und in andere wege/ nach dem je dieselbige bestellt gewesen/ idque ex *alibi* sæpius allegatis diplomatis Caroli Magni in favorem Monasteriorum † Reichenaw & Ottenbeiiren erectis, in quibus tertia omnium illorum redituum, quæ pœnarum nomine placitando collecta fuerat, Advocatis cedebat, & quandoque etiam integræ mulctæ, quas Frevel vel Gerichtsbussen/ vocant, leges Salicæ nuncupant, ad eos spectabant. 229 230 231 232 *Exempla Honorarii Advocatis antiquitus dispensi.* 233

Hujus observantiæ memoria extat penes Advocatos † Lympurgicos; ii enim antiquitus omnes ex pagis & hominibus ad Monasterium Chombergense pertinentibus mulctas cessas, loco honorarii percipiebant, uti patet ex diplomate Rudolphi Episcopi Herbipolens. Anno 1485. Uber den Limpurgischen Afferschirm confecto. *ibi:* auch von den Dörffern und Leuthen Gerichtsbuß und Fälle/ so sie Gericht halten/ wie die von Alter herkommen/ und bißher eingenommen worden seynd. 234

At vero subsequentibus † annis incertarum ejusmodi mulctarum loco Advocato Lympurgico ex transactione Anno 1541. pacta 40. Schöffel Habern exoluta fuere, quibus tandem Anno 1568. alia viginti, nova pactione, consentiente Friderico Episcopo Herbipolensi, addita fuere, quæ etiamnum hodie quotannis eidem pro defensione tutelari penduntur. 235

Et quod Protectores † olim loco honorarii varios proventus habuerint, expresse probatur non solum textu Iuris Canonici *in cap. præterea. de Iure patron. in fine.* ubi antiquos & moderatos reditus à locorum Episcopis institutos, Patronis ac protectoribus exigere ac percipere licere dicitur, sed id ipsum quoque vetera fundationum diplomata abunde testantur. 236

Sic enim Imperator Henricus Anno 1075. in instrumento

ſtrumento reſtaurati monaſterii Hirſaugenſis, Advocato aſſignat tertium bannum & conſuetudinariam juſtitiam & legem, quam cæteri Advocati, in aliis liberis Monaſteriis habent.

236 Annuæ etiam penſionis † protectori tributæ exemplum memorabile habemus in Advocato Civitatis & Epiſcopatus Bambergenſis, quem Henricus piiſſimus Imperator (uti hoc ipſum fuſius ex privilegio ejusdem Imper. ſuper regalibus Eccleſiæ Romanæ confirmatis, aliisque diplomatis ac teſtimonio Leonis Oſtienſ. *in cap. 5. de origine Protectionis* oſtendimus) ſub tuitionem ſummi Pontificis ea pactione obtulit, ut penſionis nomine annuatim equus albus ein Zelter cum ornamentis omnibus & phaleris, centumque Marchis argenti ab Epiſcopo ejus loci ſummo Pontifici, tanquam Advocato penderetur, Cuſpin. *de Cæſar. in Henrico II, p. 261.* Eyſengrien *Chron. Spir. lib. 2. in Anno Christi 1001. p. 175.* Illa vero penſione annua Eccleſi-

237 am † Bambergenſem, ut liberaret, Henricus Iunior vice talis annui Honorarii tradidit Eccleſiæ Romanæ, Beneventum tempore Leonis Noni Papæ. Cæſar Baron. *tom. 11. Anna. Eccleſ. Anno 1019. num. 2.*

238 Sic etiam infinita † Germaniæ Monaſteria à ſummis Pontificibus olim in Protectionem ſuſcepta fuere, quæ, ad promiſſæ protectionis indicium, quotannis unum Bizantium, id eſt, aureum nummum Lateranenſi Palatio perſolvunt, cujus rei ut alia innumera prætereamus exempla, evidens documentum habemus ex diplomate primæ fundationis Monaſte-

239 rii † Blawbeuren/ quod hodie Monachis deſtitutum in Ducum Wirtenbergenſium poteſtate eſt, cujus tenor ita habet:

240 *Diploma Vrbani Papæ quo Monaſterium Blawbeurenſe in protectionem ſuſcipit, & quotannis in ejus rei indicium unum Bizantium, Lateranenſi Palatio dari ſtatuit.*

VRBANVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei; dilecto AZELINO Monaſterii BVHRENSIS Abbati ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Sicut irrationabilia poſcentibus negari debet aſſenſus, ſic juſta petentium votis benigna debemus aſſenſione concurrere. Ea propter chariſſimæ filiæ noſtræ *Adelhaydis Comitiſſæ* deſiderio ac petitioni duximus annuendum. Hæc nimirum ad limina ſanct. Apoſtolorum veniens, & ſuam & viri, & leviri ſui devotionem ſtrenue adimplere curavit. Buhrronenſem namque Eccleſiam, cui nunc, authore Deo, tua fraternitas præſidet, ſoceri ſui ſtudio ac fundamentis ædificatam, ſecundum ipſorum vota ſuper ſacroſanctum Beati Petri altare obtulit, & per manum noſtram in proprium ſedis Apoſtolicæ allodium delegavit: quam videlicet oblationem ſcriptorum noſtrorum petiit auctoritate confirmari. Nos igitur præſentis decreti auctoritate ſancimus, ut tam præfatus locus, quam univerſa, quæ ibidem ſupradictorum *Comitum Henrici & Hugonis ſeu prænominata Adelheidis Comitiſſa* largitione collata ſunt, vel in futurum, ipſorum aut aliorum fidelium oblationibus conferentur: *ſub Apoſtolica ſedis tutela*, integra ſemper & illabata permaneant, ſervorum Dei, illic degentium uſibus omnimodis profutura. Salva Conſtantienſis Epiſcopi Canonica reverentia, ut tamen ex eodem loco *unius Bizantii* cenſus annuus Lateranenſi palatio perſolvatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem cœnobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, minuere, vel quaſi piis de cauſis ſuis uſibus applicare. Obeunte te nunc loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptione vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & *beati benedicti* regulam elegerint. Si quis igitur ſacerdotum, Clericorum, Regum, Ducum, Comitum & Iudicum vel ſæcularium perſonarum hanc noſtræ conſtitutionis paginam agnoſcens contra eam temere venire tentaverit: ſecundo tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit: poteſtatis honorisque dignitate careat, reumque ſe divini judicii exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri *Ieſu Chriſti* alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Datum Laterani per manum Ioan. S. Rom. Eccleſiæ diaconi Cardinalis 8. Calend. Febr. Indictione ſeptima. Anno Dominicæ Incarnationis 1099. Pontificatus autem Domini Vrbani ſecundi PP. undecimo anno.

Nec diſpari argumento narrat Urſpergenſis, Phi-

241 lippum † Cæſ. Monachorum fundis annuum quiddam ipſorum permiſſu indixiſſe, defenſionis Advocatiæque nomine ſibi penſitandum. Qua etiam beneficiaria formula Pontifices Max. ſeſe prædicarunt, ſacrarum Eccleſiarum Advocatos & Maniburgos. Teſtatur

242 idipſum vetus Hirſaugienſis † Cœnobii pactio cum ſacro ſancta Petri Sede, apud Trithemium, ut Romæ quotannis perſolveretur nummus aureus, quo Pontificiæ majeſtatis auſpiciis præſidioque firmum illud ſtabileque ſemper tegeretur, quemadmodum ejus rei mentionem facit privilegium Urbani II. ſummi Pontificis eidem Monaſterio Anno redemptionis humanæ 1099. octavo Idus Martii conceſſum. Aliis inſuper exemplis fidem faciunt Naucler. *2. generat. 27.* Stumpff. *Chron. Helvet. lib. 6. c. 6. p. 411.* Spangenb. Henneberg. Chron. *lib. 1. c. 39.* Hoſpin. *de orig. & progreſ. Monach. lib. 4. c. 21. §. obligabant.*

Solutio contrariorum Argumentorum.

Quibus ita firmatis ſupereſt duntaxat, ut ad argumenta primæ opinionis negativæ reſpondeamus & quamvis illa per rationes ad affirmativam ſtabiliendam adductas facile tolli queant, ad ea tamen ut deciſionis noſtræ veritas evidentius appareat, ſingulatim reſpondebimus.

243 *Reſponſio ad l. dubitandi rationem.*

Quod enim primo ex text. † *l. Iurisgentium. §. ſi ob maleficium ff. de pact.* affertur, accipientem pecuniam pro defenſione, quam quis gratis & abſque ſolutione mercedis alicujus facere tenetur, turpiter accipere, atque proinde ad reſtitutionem obligari; Ad id pulchre diſtinctione adhibita reſpondetur, id quidem verum eſſe, quando quis fortuito caſu in hominem, cujus vitæ ſalus periclitatur, incidit, & tunc qui

juvat, pro mercede defensionis nihil petere debet, sed gratis auxilium præstare tenetur, &, si non facit, cum potest, tam est in culpa quam is, qui homini isti vim infert. *Iuribus supra allegatis.* Secus vero est, quando quis alteri operam defensionis ad dies vitæ vel ad tempus certum locat. Nam tum pecuniam aut aliud quidpiam, remunerationis loco, licite recipere

244 potest, nec si accepit, † restituere cogitur, pro tex. *in l. metum. §. 1. v. sed licet vim. ff. quod met. caus. gest. erit & l. penult. si pater. §. si quis aliquem ff. de donat.* Nulla enim Iuris necessitate quis astringitur, ut vitam

245 † suam sublevandis aliorum periculis gratuito impendat. arg. *l. si quando C. de testib.* Burckhard. *in appendice ad Vol. comment. leg. Cornel. de Sicar. n. 44. supra alleg.*

246 Neque etiam adversatur, quod in horum comprobationem ex lege † divina de æquali sui ipsius proximi dilectione allatum fuit. Illo enim ipso præcepto cavetur, ut imo nosmet magis, quam proximum nostrum diligamus. Cum prima † charitas à seipso, ut Bal. loquitur, incipiat *l. præses.* cum not. per gl. & Dd. *C. de*

Responsio ad II. dubitandi rationem ex lege divina ductam.

247 *servitut. & aq.* ubi versus citatur:

Alpibus ille perit, qui se plus diligit ullum.

Tunica enim pallio, & genu sura propius est, ut vulgo dici solet, & plus se amat homo in ungue pedis, quam alterum in vertice capitis, ut dixit Bald. *in cons. 312. col. 1. post. med. lib. 4.* Quo pertinet etiam, quod dixit Seneca, *dabo egenti, sed ut ipse non egeam, succurram perituro, sed ut ipse non peream, &c.*

Huc etiam non inconcinne referri potest illud Catonis distichon.

Dilige sic alios, ut sis tibi charus amicus.
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

248 Nemo enim præsenti † periculo sic se exponere cogitur, ut sibimet ipsi noceat, arg. *c. ex parte, 47. de appell. & l. si pater. 34. §. 1. ff. de donat.* Quia nimis durum esset, quempiam ad sui ipsius periculum compelli, ita dilucide scribit Romul. *in tract. de homicid. part. 1. numer. 146.*

Responsio ad III. dubitandi rationem ex Iure Canonico sumptam.

Præterea ad antedictos ex Iure Canonico apud tertiam dubitandi rationem textus quod attinet, nec illi sententiam nostræ affirmativæ destruere possunt, Nam ad *c.* † *non inferenda & seq.* respondetur, quod locum habeant in defensione personæ publicæ, cui ex officio aliorum defensio incumbit, id quod testatur gloss. *ibid.*

249 ubi verba, si potest, exponit si in potestate positus est. Et ita respondet Claud. de Seysel. *in d. l. ut vim, n. 170, ff. de Iust. & Iur.*

250 Nihil etiam repugnat *c.* † *quanta*, quia respondetur illud non loqui de defensione indifferenter, pro quacunque in genere, sed tantum de defensione, quæ pro tuendo clerico suscipitur, prout etiam quæstio eo loci non indifferenter de quocunq;, sed de rectorib. Eccle-

251 siæ proposita fuit. Ergo casus † specialis & privilegiatus non est trahendus ad regulam generalem. Ias. *l. 1. n. 10. ff. solut. matrim. & in l. postquam liti 4. col. fin. de pact.* Dec. *rub. C. de testam. milit. facit l. 3. C. de silent. lib. 11.* Schrad. *tract. feud. p 5. c. 6. n. 12.* Salyc. *l. fin. in princ.* arg. ill. text. *C. de Iure dotium* Tiraq. *in tract. de utroq.*

252 *retract. part. 1. gl. 14. n. 93.* Et regula generalis † intelligitur secundum distinctionem specialem præcedentem, neque in regula sequenti veniunt, quæ primo specialem habent decisionem. Ita gl. *in l. sciendum 15. ibi* Bart. Bal. *n. 1.* Ias. *n. 5.* Socin. *n. 25. ff. qui satisd. cog.* Bart. *in l. quæsitum §. si qui fundum n. 11. ff. de fund. instr. leg.* Dec. *in l. in toto 8. n. 7.* Cagn. *n. 8. ff. de reg. Iur.* Ias. *in l. postquam liti. in fin. n. 15. ibid.* Dec. *n. 32. C. de pact.* Ias. *in l. hac consultissima n. 6. C. qui test. fac. poss.* Et quod *d. c. quanta*, in clericis tantum obtineat locum, testatur Claud. de Seysell. *in d. l. ut vim n. 171. ff. de just. & jur.* Iacob. Ayrer. *tract. homicid. necess. part. 1. n. 275.*

253 Multo minus refragatur *cap.* † *dilecto 5. de senten. excommun. in 6.* Quia licet eo loci dicatur, quod pro repellenda injuria, atque vi iniqua, vicino aut proximo auxilium impartiri & juvare liceat, quod & nos non inficiamur, non tamen præcipitur, ut quis ad hoc præcise teneatur. Et quamvis negligens alium juvare, aut ab injuria defendere, culpæ particeps esse videatur; non tamen revera particeps esse dicitur, prout docte consuluit Rom. *cons. 117.* Neque textus dicit simpliciter esse, sed videtur † esse. Ergo veritatem non im-

254 portat, sed saltem fictionem. Etenim si veritatem denotaret, sequeretur, quod ejusmodi negligens vel non defendens puniretur, vel ad damni dati restitutionem teneretur, sed non teneri, docet Bald. *in d. l. ut vim. numero 9.* ubi in his terminis dicit: *Nihil feci, non puniar.* Idem tenet Covar. *in c. peccatum p. 2. §. 3. numero 5. de reg. Iur. in 6.* Ubi negligentem graviter peccare dicit. Ergo vere particeps non est, & consequenter verbum, videtur, hoc loco fictionem saltem, non item veritatem denotat, prout etiam in similibus Iuris textibus improprietatem importat, per ea quæ notat Ias. *in l. si quis filium. §. in omni n. 11. & seq. ff. de acquir. hæredit.*

Responsio ad IV. dubitandi rationem ex Iure Civili objectam.

De hinc facile quoque repelluntur textus ex Iure civili quarto loco, in contrarium allegati. Lex † enim *ut vim. Digest. de Iustit. & Iur.* non de alterius necessaria defensione, sed de insidiis ab alio alteri parandis & struendis loquitur, hominem scilicet homi-

255 ni insidiari nefas esse, eo quod ipsa inter illos natura cognationem constituerit, ideoque se invicem diligere debere. Hominis enim interest, hominem beneficiis affici, *l. servus ea lege, in fin. de serv. export.* Accedit text. singularis *in l. non tantum Digest. de appella.* ubi dicitur, quemlibet admitti ad provocandum pro eo, qui ad supplicium ducitur, idque contingit ratione humanitatis, quæ inter homines esse debet.

256 Sic itidem *ad l. servus. Digest. de serv. export.* dicitur, neminem per leges, † obstringi alteri benefacere, sed male agere prohiberi. Sturcius *in l. culpa caret. numer. 19. Digest. de regul. Iur.* per gloss. *cap. ad reprimendum, extra de officio ordinarii. in verb. malitia, ad c. fidem 23. quæst. §.* Iason *in leg. idem & si ob stuprum §. si tibi judicium. Digest. de condict. ob turp. caus.* Ioan. de Villemar. *in repetitio. l. divus. numer. 21. Digest. ad leg. Corn. de Sicar.* Ayrer. *de homicid. necess. part. prim. numer. 271.*

257 Ad *l. 13. & 31. ff. locati.* cum aliis *ibidem* adductis, in quibus de non resistente, cum possit, mentio fit, respondetur, id procedere, cum scilicet, quis id facere potest sine incommodo & absque vitæ suæ periculo. Nemo enim præsenti † periculo se exponere

258 tenetur, *cap. ex parte. 1. de appellat. l. si pater. 34. §. 1. Digest. de donat.* & id tantum alteri præstare eoque prodesse quis cogitur, quod sibi non nocet, *leg. 2. §. 5. item vers. quanquam ff. de aq. pluv. arcend. leg. 2. in princip. Digest. solut. matrim. cum similibus* Ioan. Harprecht. *§. item lex Cornel. 5. numero 140. Instit. de public. Iudic.* Dominic. Arumæ. *in disput. Pandect. 1. thes. 6. in gloss. lit. b.*

259 Quod tamen de periculo dictum est, id secundum moderatæ rationis temperamentum est accipiendum, nempe ut periculum non ex † muliebri effæminatoq; ingenio, vanove timore, sed ex fortium virorum animi judicio atq; ratione metiamur, *l. metum. 5. & seq. ff. quod metus caus. l. vani timoris ff. de reg. Iur. 6. fin.* ubi Panorm. & alii *de appellat. c. dilecto. quod metus causa.* Alioquin enim obvius quisq; tam justo debitæ atq; necessariæ defensionis onere se facile liberare, sicq; leges ludibrio habere posset, quo admittendũ non est.

Nihil

Nihil etiam movent argumenta *l. 50. cum seq. Dig. de reg. jur.* à contrario sensu legis ducta, licet enim 260 † argumentum ejusmodi validum sit, atque frequens & utile, non tamen procedit, quando exinde pravus vel absurdus resultat intellectus, contra naturalem rationem ut in proposito Nicol. Everh. *in top. loc. à contr. sens. n. 7.*

Sic etiam perparum ad comprobationem negativæ 261 sententiæ † facit, *l. 7. qui sine manumiss. ad liber.* Quia illa non loquitur de defensione, sed participatione prostitutionis, propter acceptum pretium, ut ibi communiter juris interpret. & Dd. explicant.

262 Quod denique *ex l. † si communis ff. de noxal.* de scientia dictum fuit, replicatur, scientiam ita semper accipiendam esse si & facultatem prohibendi habeat, qui scit text. *in l. in delictis, in prin. ff. de noxalib.* text. *in l. 1. §. hac autem ff. si fam. furt. feciss. dicat.* text. *in l. 1. §. occisorum, ibi* quoties potuerunt ei adversus vim, opem ferre, & non tulerunt, & *§. si sibi manus,* ibi, eum in se sævientem prohibere potuerunt, pœna afficiantur, si vero non potuerunt, liberentur *ff. ad SC. Syllania.* text. *in l. si fundus in fi. ff. locati.*

Responsio ad V. dubitandi rationem ab authoritatibus deductam.

Neque vero Dd. authoritates quinto loco allatæ decisioni nostræ refragantur. Etenim illi loquuntur tantum de eo † casu, quando quis fortuito incidit in hominem; cujus vitæ salus inter sceleratorum manus periclitatur, nam tunc eum qui sine incommodo suo graviori potest, propter humanæ cogna- 263 tionis nexum, quam ipsa natura inter nos constituit, omnino succurrere debere, autumo, per text. *in leg. 2. & 3. Digest. de noxal. action. leg. omne delictum, 6. §. pen. Digest. de re milit. leg. scientiam, 4. in pr. ff. ad leg. Aquil.*

Nequaquam vero respiciunt ad casum nostrum quando scilicet Protector ob defensionem in eventum contra improborum vim præstandam à clientibus, annuum accipit honorarium, Bart. *in l. metum, §. sed licet Digest. quod met. causa gest.* Pistor. *consil. 19. num. 16. vol. 1.* Gail. *Pract. obs. libr. 2. obs. 54. num. 2.* Harprecht. *§. item lex Cornel. de sic. numer. 141. Instit. de public. judic.* & alii *supra hoc in Cap.* relati. Quod etiam homini privato absque turpitudine permissum esse ex *dict. §. sed licet concludit* Hieron. Pansemann. *in respons. suo Senatui Lipsensi dato quæstion. 1. numero 11.*

Aut certe si de casu nostro loquuntur, nihil volunt aliud, quam quod defensionem quidem alteri quispiam gratis exhibere possit, non autem quod ad id ex præscripto juris obligatus sit juxta gloss. *in l. culpa caret, ff. de reg. jur.*

264 Hinc & nostri dicunt eum, † qui potest defendere alium ne occidatur & non defendit, haud teneri de homicidio, nisi alias sit particeps vel conscius criminis Bartol. *in leg. 1. §. sed in eo Digest. ad Syllan.* Felinus *in cap. Quod te, de sent. excommun.* ubi plene *ad fin. 1. colum. in verb. Extremum gloss.* Bertachin. *in Repert. verb. defendere n. 11.* Idem Bartol. *in leg. utrum Digest. ad leg. Pomp. de parricid.* idem *in d. §. sed licet* per ill. text. *ff. quod metus causa* Villemat. *in repet. l. Divus numero 20. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Fortun. Garc. *in comment. d. l. ut vim. num. 34. & seq. ff. de just. & jur.* Salycet. *in l. quisquis §. id quod C. ad leg. Iul. majest.* Damhoud. *in prax. crim. cap. 80. numer. 3. & 4. & seq.* Nicol. Boer. *in suis de-* 265 *cisionibus aureis, q. 93. n. 6.*

Responsio ad VI. dubitandi rationem ex Ethnicorū testimoniis allatam.

Porro ad Ciceronis sententiam atque aliorum authoritates supra sexto loco allatas respondetur idem, quod modo diximus debere scilicet, quem alterum juvare, dummodo id sine periculo & incommodo vitæ & fortunarum alterius fieri possit, alias neminem ad id præcise obligatum esse, ut præter modo adductos in terminis etiam respondit Romuleus, *ad l. ut vim. part. 1. sub n. 146. ad finem.*

Non est etiam, quod nos † sollicitent exempla 266 Moysis & Abraham septimo loco pro contrariæ opinionis assertione inducta. Constat enim hos eo loci defensionem illam suscepisse pro sua religione & officio, tanquam magistratum erga subditos. Ex officio † namque (ut in subjecta *inferius* limitatione prima uberius deduximus) magistratui incumbit se pro 267 subditorum defensione cuivis periculo absque ulla remunerationis spe exponere tex. *in c. sit rector, dist. 14.* & gloss. *in l. culpa caret ff. de reg. jur.* Bald. *in l. 1. §. quiæ ff. de off. præf. urb. & in l. nullus n. 2. C. de sum. Trin.* Fel. *in c. 1. n. 4. vers. fallit primo* Dec. *n. 8. de off. deleg.* Claud. de Seysel. *in repet. l. ut vim. n. 170. ff. de just. & jur.* ubi textum *c. non inferenda n. 23. q. 3.* ita intelligendum dicit, & exponit, *ibid. gloss. per sup. add.* Ratio est, quia sub hac lege & conventione magistratus † datus & acceptus esse intelligitur, 268 ut talem curam gerat, taleque subditis ministerium gratis præstet, *l. nullum crimen,* ubi plane per Philip. Decium, & *d. l. culpa caret,* ubi idem Dec. Hieron. Cagn. plene tradunt *ff. de reg. jur.* Ferd. Vasq. *illustr. controv. c. 41. n. 20. lib. 1.*

Responsio ad Exempla septima dubitationis loco allata.

Octavo insuper exemplum † Herculis ex naturali 269 jure introductum, nihil nos remoratur. Nam similiter quoq; expeditur facile per *supradicta,* quod sc. non fuerit Hercules, quamvis facinus laude dignum gesserit, eo loci obligatus defensionem aliorum suscipere, sed quod fecit, id sponte sua fecerit, nullo jure coactus, quod & nos admittimus, posse quem pro defensione alterius injuriantem repellere, at negamus, ad hoc quem gratis & præcise teneri.

Responsio ad VIII dubitandi rationem à jure naturali deductam.

Præterea ejusmodi exempla nos minime obligant, 270 cum non exemplis, sed legibus judicandum sit *leg. nemo 3. Cod. de sent. & interloc. omn. jud.* Aldobrand. *in §. ex non scripto numer. 23. Instit. de jur. nat. genti & civil.* Anton. Maria Corat. *lib. 2. de comm. opin. tit. 9. numer. 83.* Corn. *commun. jur. libr. 1. cap. 15. num. 17.* Decius *cons. 420. num. 9.* Deci. *consil. 100. num. 37. vol. 3.* Neviz. *lib. 5. sylv. nupt. n. 62.* Atqui nulla lege cautum reperitur, quem gratis ad defensionem alterius præcise teneri. Ergo neque exemplis quempiam obligari posse statuendum est.

Ad nonam in super rationem de † salute parentum 271 Dominorum, patriæ ac Reipubl. defendenda ac propugnanda respondetur, concessione antecedentis negari consecutionem. Etsi enim quis parentis Domini atque magistratus sui salutem, vitam & fortunam etiam capitis sui periculo redimere teneatur, negamus tamen huic consequi, ut alios extraneos † de vita atque 272 fortuna periclitantes nulla proprii commodi, aut salutis habita ratione juvare atque defendere debeat, nisi fortasse aliud speciale inter eos vinculum intercedat, cujus intuitu, illius caput & fortunas etiam vitæ suæ discrimine & periculo defendere necesse habeat: quod ipsum expresse traditum extat, *in leg. 1. §. juxta hoc 28. & §. sequen. & tot. titul. Digest. ad SC. Syllanian.* Carol. Molinæ. *in addit. ad Deci. in dict. leg. culpa caret, Digest. de reg. jur.* quem refert, & sequitur Burckard. *in d. appendice comment. Volz. ad leg. Cornel. de sicar. numero 55.* Constat autem manifesto per Bartol. Iason. & alios *in dict. leg. ut vim Digest. de just. & jur.* quod inter † parentes & li- 273 beros, uxorem & maritum, clientes & patronos, fratres, propinquos & cognatos, cives item atque patriam, ejusmodi nexus intercedat, ut mutua defensio corporum ac bonorum non solum voluntati atque arbitrio eorum permittatur, sed juris necessitate quo-

Responsio ad IX. dubitandi rationem.

dam-

dammodo subjiciatur, quod diserte item præ cæteris asserit Bald. *in leg. prima. C. unde vi.* & late post alios Zoannet. *dict. leg. ut vim numer.* 57. *& seqq.* ubi in specie de singulis pervenuste agit: Ab iis enim perinde atque à proprio nostro capite fortunisque vim in-274 justam illatam propulsare debemus, cum inimicitia † & damnum, quod ab ejusmodi hominibus illatum est, ad nostrum etiam dolorem pertinere nostrumque pudorem sugillare, atque perstringere intelligatur, ut patet per text. *l. 1. 2. & 3. ff. de liber. caus. l. isti quidem* 8. *ff. quod metus caus. l. 1. §. 3. item aut ff. de injur.* & similibus per Bald. Volz. & Zoannet. *d. locis* congestis.

275 Quod ad decimam dubitandi rationem attinet, † tantum abest, ut nobis quicquam negotii facessat, ut confirmare etiam nostram sententiam videatur. Et si namque Tutoris officium natura sua sit gratuitum, *l. 1. l. in eos ff. de tutor. & l. 1. §. mandati Digest. mandati cum similibus supra allegat.* Tamen non raro tutelam † administranti, ex justa causa, & in recompensationem laboris sui certum salarium à judice consti-276 tuitur, argum. *leg. 33. in fin. ibique* Gothofr. *de administ. & peric. Tutor.* ut puta, si hæreditas pupilli sit ampla, & in diversis locis administratione egeat; multumque laboris requirat, secundum gloss. *in l. à tutoribus §. fin. ff. de admin. tut.* quam omnes Dd. sequuntur, ut tradit Bald. *in d. leg. eos Digest. de tutel.* idem probat. Bartol. & Dd. *in leg. prima. Cod. commodat. & leg. à tutorib. §. principal. 3. in fin.* per ill. text. *Digest. de administr. & peric. tutor.* Hering. *de fidejuss. cap.* 26. *numer.* 128. *& seq.* Petr. Ioan. Anchor. *quæstion.* 61. *n.* 7. *libr.* 2. Cordub. *in leg. si quis à liberis §. si mater. n.* 73. *ff. de liber. agnosc.* Bolognin. *in secund. interpret. l. 1. §. si pupillus Digest. de tutel. & ration. distrahend.* Alexan. Ias. Corn. & alii citati à Cavalcan. *in tract. tutor. & curator. n.* 320. Guido Pap. *quæstion.* 68. Menoch. *consil.* 228. *n.* 24. *& cons.* 570. *n.* 4. *libr.* 6. Christoph. Zobel. *different. jur. civil. & Saxon. part. secunda differen.* 11. *n.* 5. & alii ab his relati. Quin etiam prædi-277 ctis in casibus contutores † ipsi possunt certum assignare salarium *d. l. §. si pupillus Digest. de tutel. & ration. distrahend.* Bartol. *d. leg. in eos in fin.* Aretin. *in §. sed & propter in fin. Inst. de excus. tutor.* Ubi dicit esse notanda hæc, quia quotidiana Io. Pet. Surd. *tract. de alim. tit.* 1. *q.* 47. *n.* 9.

[Margin: Responsio ad X. dubitandi Rationem à similitudine tutelarum mutuatam.]

Prædictorum ratio est, quia æquitati consentane-278 um non est, ut Tutores † graventur munere Tutorio, cujus causa, negotia propria quodammodo prætermittere, vel minus diligenter curare cogantur, nisi ex parte aliqua eorum detrimentum rependatur, Iacob. Menoch. *de arbitr. jud. quæstion. cas.* 312. *libr.* 2. 279 *cent.* 6. *post. numer.* 13. Etenim officium † proprium non debet sibi ipsi officere, nec esse damnosum, *l. sed & si quis ex signatoribus ff. quemad. test. aper. & l. si servus communis §. quod vero ff. de furtis.* Corn. *consil.* 266. *n.* 12. *vol.* 4. Pet. Io. Anch. *in d. q.* 61. *n.* 6.

Ita in simili, licet Sequestrum regulariter gratuitum 280 esse debeat, cum ex officio † atque amicitia originem sumpserit, sicuti & depositum, mutuum commodatum, precarium, & ob id hi contractus mercedem sive salarium regulariter haud recipiant, nihilominus tamen honorarium ac remunerationem admittunt, *l. si remunerandi* 5. *in pr. ff. mandati.* Cujacius *in Paratit.* 281 *C. depositi.* Unde si Sequester † ex hoc contractu emolumentum sive pretium quoddam quasi honorarium seu donationem perceperit, de levi etiam culpa tenetur, sed si quasi mercedem sive salarium, pro custodia rei sequestratæ receperit, ob culpam etiam levissimam obstringitur, ut luculenter tradit And. Cludius *de jure sequest. c.* 11. *n.* 24.

Nihil insuper ea quæ Undecimo loco ex Bodin. *cap.* 7. *libr.* 1. *de Republ.* adducta sunt, † decisioni nostræ 282 officiunt. Illa namque facile reconciliantur per ea, idem Bodin. *d. tract. cap.* 6. *lib.* 5. notat, ubi eleganter in hanc sententiam scribens, *Tametsi*, inquit, *superius diximus, patrocinium verissime appellari, cum tenues liberam & gratuitam potentiorem clientelam subeunt: quia merces officio non debetur: potentiores autem tenuium patrocinium adversus hostium injurias suscipere debent; nihilominus tamen multa fere patrocinia gratis suscipiuntur, atque interdum tenues invitis recusantibus patronis pensionem promittunt, ut obligatione necessaria, quasi mercede soluta ad opem ferendam teneantur. Id quidem veteribus contra decus, contraque dignitatem Imperii factum judicaretur; Sed posteaquam utilium & honestorum confusa ratio est, patrocinia potentiorum mercede conduci oportuit, ne imbecilles injuria tyrannorum opprimerentur*, hæc Bodinus.

[Margin: Responsio ad XI. dubitandi Rationem.]

Nihil denique est quod illecebris ultimo loco adducti textus † *l. 2. Cod. ut nemo rustic. ad suum patro-283 cin. suscip.* quicquam de assertione suscepta remittamus. Si enim ita nude ac simpliciter legis istiusmodi verbis inniti velimus, ex iis non solum pensionem Patronis præstandam, sed & ipsam Advocatiam è medio tollendam esse evincemus. At si sensum & mentem adductæ *l. 2.* quemadmodum *& l. 1.* consideremus, facile intelligemus, nec per rubrum aut nigrum ibi clientelas, aut ex ea promanantes utilitates aut pensiones, sed illorum tantum patrocinia vetita fuisse, qui se fraudandorum publicorum tributorum gratia in potentiorum protectionem illis temporibus dederant, quo medio Patroni Vicanorum & rusticorum bona sibi vendicabant, quid ut *alibi* diximus Leonis & Antonii Augustorum constitutionibus prohibitum fuit.

[Margin: Responsio ad ultimam dubitandi Rationem.]

Manet igitur inconcussa decisio nostra videlicet, protectori licitum esse, pro tuitione clientum suorum annuum ab iis in laborum remunerationem accipere honorarium.

Quibus ita positis ista hucusque de licita honorarii receptione fulcita decisio ampliando declaratur, † 284 nihil referre, an pactum salarium in certo annuo censu sive summa pecuniæ, aut fructuum, aut etiam munerum quorũdam præstatione, consistat, *recepimus, in fin. de privileg. ibi.* census persolvitur.

[Margin: Ampliatio Decisionis de Advocati Honorario.]

Mercedis enim sive salarii verbo, non tantum † in-285 telligitur pecunia numerata, sed generaliter quæcunque res honorarium aut præmium, quod pro labore seu stipendio datur, ut post Varronem *libro quarto de lingua Latina* scriptum reliquit Ioan. Coras. *miscell. jur. civil. libro secundo cap.* 11. *numero* 7. *in fine.* Hinc varios annuos reditus tam in pecunia numerata, quam aliis rebus fungibilibus consistentes, non solum loca sæcularia sed etiam monasteria cum olim solvisse, tum hodiernis etiam temporibus Advocatis suis quotannis pendere solere, exempla prædicta & sequentia satis manifestum faciunt, idque insuper patet ex traditis ab Heuter. *rer. Burgund. libr.* 4. *in Philip. Bono p.* 148. Far. *decis.* 146. *n.* 16. *in Novis. noviss.*

Ut tamen pluribus exemplis Lectori satisfaciamus, quo ad pensiones pecuniarias, ajunt etiamnum hodie Imperiales Civitates † Reutlinga & Eslinga Illu-286 strissimo Duci Wirtenbergensi, pro Advocatiæ remuneratione, annuatim certam pecuniæ summam pendere. † Sic etiam refert Bod. *de Repub. d. c.* 6. *lib.* 5. 287 post calamitatem Papiensem Francis illatam, multas Italiæ civitates patrocinium Catholicissimi Regis Hispaniarum ingenti mercede pactos; & quidem Lucenses decem aureorum millia: Senenses quindecim millia, Ducem Ferrariensem quinquaginta millia solvisse.

Ad

Ad exempla insuper, ubi aliis in rebus quam pecunia protectionis honoraria penduntur, quod attinet, 288 præter enumerata superius, Milites † Hospitalarios Regi Hispaniarum Protectori suo, gratitudinis ergo singulis annis offerre Falconem memorat Wolffius *lect. memorab. cent. 11. rub. Ord. mil. Hospit.* Et in simili notat Bunting. *Br. & Luneb. Chron. p. 1. Rubr.* von Keyser Otten *p. 58.* in memoriam & recognitio- 289 nem † Fundationis Equum, Vaccam, & Lanceam fundatori à Monachis alibi eidem missam, quotannis fuisse.

290 Sic nobile collegium † Chombergense Imperiali Civitati Rottenburgensi ad Tubarum propter Advocatiam in Pagum Gebsattlensem sexaginta maltaria avenæ, totidemque modios Scheffel Generosis Dominis Pincernis Lymburgensibus quotannis porrigit.

Sic denique aliqui pagi † Wittenbergenses ad Monasterium Maulbronnense spectantes pro tuitione præstanda Electori Palatino in singulos annos certas operas atque servitia exhibere tenentur.

291 Secundo extenditur principalis nostra decisio, ut pactum protectionis causa, Honorarium annuum Advocato tutelari solvendum sit, etiamsi † in bello pro clientibus suscepto, succumbat & vincatur, ut in terminis Advocatiæ armatæ concludit Iacob. Synzius *in disp. de jure protect. th. 14.* arg. *l. 10. §. 1. & l. 12. infi. ff. de N. G. l. 1. §. 10. ff. de extraord. cog.* Simon. Pist. *cons. 19. n. 16. vol. 1.*

Ampliatio II. Honorarium Protectionis causa stipulatum an Protectori victo debeatur. Decisio Affirmativa.

Ratio extensionis à simili colligitur, quod etiam Advocatis † forensibus merces pacta, vel ordinario debeatur ac solvenda sit, tametsi causa cadant, ut probat Spec. *tit. de Salar. Advoc. n. 12.*

Sic & Medico † merces solvenda est, etiam si æger in curam susceptus, moriatur, glossa *in c. providendum 1. dist. 83.*

292 Tertio ampliatur principalis nostra decisio, † ut pacta inter patronos & clientes de præstando honorario, solutio facienda sit, etiamsi clientes protectoribus Advocatiam renunciassent ut concludit Iacob. Venent. *in tract. de annua præstat. part. 2. quæst. 27.* cui in specie subscribit Lancellot. *de attentatis part. 2. cap. 4. num. 4.* Ubi dicit quod licite super aliqua † annua præstatione vel censu solutione pendente, census vel annua præstatio non possit deponi vel quod similiter obtinet, sequestrari vel arrestari, sed usque ad litis decisionem exolvi debeat.

Ampliatio III. Decisio sententia. Utrum Patrono Honorarium præstandum sit si invito Protectore Clientes Advocatia renuntiaverint. Affirmative.

Sic exemptionis quæstione pendente solvere tenetur † qui est in possessione solvendi donec in petitorio aliud decernatur, ut ex Bossio *tit. de Principe n. 148.* 293 & Bald. *consil. 138. vol. 1.* eleganter concludit Zachar. 294 Vietor. *in bellissima disp. de causis exemp. Imper. concl. 39. in scholiis circa finem.* Quia in re observabile supe- 295 riori Anno 1614. in Camera Imperiali præjudicium auditum est, ubi cum possessionis bonorum tuendæ causa duo Imperio solverent, alterque possessione excideret, pendere hic in posterum jussus est quia pependerat, non obstante exceptione possessionis amissæ.

Cujus ampliationis ratio apertissima est, cum no- 296 tissimi juris sit, in quasi possessione † quemlibet esse tuendum, donec res jure decidatur *cum venisset de Instit.* Innoc. *in c. olim 3. col. 2. de rest. spol.* Modest. Pistor. *cons. 6. n. 38. vol. 2.* Et in ejusmodi juribus in- 297 corporalibus dicitur quis spoliare † statim simul atque pensionem præstari solitam solvere recusat eo animo, quod in posterum nolit solvere, ut docet Innoc. & Host. *in c. querelam verb. subtractam de electione.* Hinc dicit Bald. *in c. 1. num. 1. de contr. inter vasall. & Episcop.* quod debitor † non solvens debitum annu- 298 um, eo animo quod in posterum nolit pendere, dicatur spoliare dominum. Sic respondit Ioa. de Lignano *in consilio suo* quod est impressum inter consil. Bald. & est ordine 425. *inci. visis actis duo puncta vol. 3.* Quod † in incorporalibus per solam contradictionem, 299 quæ fit litem contestando inducatur spoliatio.

Ampliatio.

Et extat hujus rei præjudicium Cameræ † Spirensis 300 in terminis Advocatiæ, quam ut paulo ante diximus Civitas Imperialis Rotenburgo-Tuberana in Pagum Gebsattel, ad collegiatam Ecclesiam Nobilium Canonicorum Imperiali beneficio spectantem, habere prætendunt. Cum enim pridem Anno 1578. sub administratione admodum Reverendi ac Nobilissimi Domini Erasmi † Neustetteri dicti Sturmer Præpositi 301 ac Decani Chombergensis Canonici insuper Cathedralium Ecclesiarum Bambergensis & Herbipolensis ibidemq; ad SS. Gangolphum & Ioannem in Haugis Præpositi viri ut doctissimi, ita literatorum amantissimi, qui ita rebus Chomburgensibus ab Anno 1556. usque ad Annum 1594. præfuit ac profuit, ut alter ejusdem Ecclesiæ † conditor merito dici possit, ut enim 302 ædificia mittam, quæ partim ruinam minitantia restauravit, partim à solo extruxit, ut murum perpetuum præteream, turribus munitum ornatumque, quo montem totum Chombergensem cinxit, jam inde ab Abbatum temporibus oppignorata alienataq; bona feuda dominia ad Ecclesiam Chombergensem retraxit, cum inquam prædicto tempore DD. Decanus prænominatus & Capitulares Chombergenses, ob multas easq; satis prægnantes causas, propter quas Rottenburgenses jure suo clientelari excidisse creditum est eidem renunciassent, simulque pactum olim annuum honorarium sexaginta Maltarium avenæ amplius eis persolvere detrectarent, Consules & Senatus, qui ejusmodi clientela cedere recusabant, ob denegatam pensionis solutionem magnam eis in Civitate sua frumentorum positorum copiam detinuerunt atque arrestaverunt. Etsi vero Chombergenses eam ob causam in Camera Spirensi octavo Iulii Anno 1579. mandatum de relaxando impetraverint auditis tamen arrestantium Exceptionibus & ea maxime de causa, quod Tabulis Chombergensium Reversalibus ista verba inserta erant.

Præjudicium Cameræ.

Dn. Erasmus Neustetter dictus Sturmer Præpositus ac Decanus Chombergensis.

Id. Chombergensis Collegii alter quasi fundator ac Restaurator.

Vnd welches Jahrs wir ihnen die sechzig Malter nicht geben / in der frist / vnd als vorgeschrieben stehet / so haben die von Rotenburg jedes vberfahren Jahrs vnd Ziels / wann sie wollen / Gewalt vns anzugreiffen vnnd zu pfänden an vnsern Renten vnd Gütern / die wir liegend haben / vmb jhr Statt Rottenburg / als offt vnd als viel / biß sie derselben 60. Malter Haberns jedes vberfahrnen Ziels außgericht worden / vngefehrlich 2c. idipsum Mandatum 31. Augusti subsequentis Anni rursus cassatum fuit per sequentem sententiam.

In Sachen Dechant vnd Capitels des Stiffts Chomberg Cläger / wider Burgermeister vnd Raht der Statt Rottenburg auff der Tauber beklagte Mandati de Relaxando arresto. Ist erkant / daß die außgangene verkündte vnd an diesem Keys. Cammergericht reproducirte Proceß zu cassieren vnd auffzuheben seyn / als wir die hiemit auch Cassiren vnd auffheben / gedachte Cläger in die Gerichts Kosten an diesem Keys. Cammergericht vffgeloffen / ihnen den Beklagten nach Rechtlicher ermessigung zu entrichten vnd zu bezahlen völlig ertheilendt.

Sententia in Causa Mandati de relaxando Arresto Chomberg contra Rottenburg auff der Tauber.

Quar-

Ampliatio IV. Honorarium quatenus protectori pendendum sit, quando is, longissimo tempore nullum defensionis actum fecit.

303 Quarto ampliatur decisio nostra ut conventum † Advocato salarium debeatur, etiamsi centum, aut pluribus annis nullum defensionis actum exhibuisset, si defensionis necessitas, aut casus nunquam contigit, vel per eum non stetit, quo minus defenderet, quia sc. requisitus non fuit. Qui enim † operas suas locavit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non stetit, quo minus operas suas præstaret, *leg. qui operas l. sed addes §. cum quidam ff. locati* per rationem ibi positam, quia sc. fidem contractus impleri æquum est, concordat tex. *in l. 1. §. Divus Severus ff. de extraord. cognit.* Roman. *consil.* 85. *per tot.* Decius
304 *cons.* 70. *num.* 2. *vol.* 1. Quemadmodum in simili pri-
305 vilegium † per non usum non amittitur, si nunquam evenit occasio utendi, licet quis per mille annos usus non fuisset. glossator & alii *in cap. Abbate de verb. signific.* Bartol. *in leg. cum summus C. de agric. & censit. libr.* 11. Bartol. *leg. in filiis, num.* 3. *Cod. de decur. lib.* 10. Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. titul. de feud. in rubric.* Francisc. Balb. *de praescript.* 4. *part.* 4. *part. princip. qu.* 14. *num.* 17. Bellon. qui communem dicit, *cons.* 1. *n.* 11. Rip. *resp.* 3. *num.* 8. *de Elect.* & alii plures citati per Anton. de Padigl. *in l. falso num.* 4. *Cod. de divers. rescript.* qui in id affert *leg. & Atilicinus de servitut. rust.*
306 *praed.* qua probatur non amittere † servitutem eum qui ea uti non potuit, Ias. *in l. fin. numer.* 53. *de constitut. princip.* Dec. *in cap. cum accessissent de constitut. numer.* 74. Ubi pulchra ratione confirmat: Nam cum hujusmodi privilegium tollatur decennio ex ne-
307 gligentia, quæ non cadit † in eum, qui non habet facultatem faciendi, non potest amittere, sicut in si-
308 mili lex † tunc tollitur per non usum quando data est facultas utendi ut voluit Bartol. *in §. & antea in procem. Digest.* 20. Cyn. *in leg.* 2. *Cod. qua sit longa consuetud.*

309 Sic & jurisdictio † non præscribitur, si jurisdictionis exercitium, & casus utendi non evenerit, text. notab. *in leg. & Atticilinus Digest. de servitut. rustic. praed.* Ias. *in leg. fin. num.* 35. *de constitut. pecun.* Bellon. *cons.* 1. *num.* 15. *& seq.* Secus si stetisset per ipsum Advocatum, quo minus operas suas præstaret, *l. fi. C. de condict. ob caus. dat. caus. non sec.*

Et licet jura modo adducta loquantur de Advocato juris, qui aliquem in judicio defendendum suscepit, Ea tamen etiam ad Protectorem & Advocatum clientelarem recte extenduntur atque intelligi debent, idque propter identitatem rationis. Hic enim locum habet regula, votum vel propositum seu voluntatem pro opere reputari *c. magna pietas de poenis dist.* 1. & *ibi* gloss. *in praeced. can.* & gloss. *verb. reputatur d. c. magna pietas.*

Hinc etiam concluditur, Protectorem satis dici
310 munus † suum adimplevisse, & obligationi suæ satisfecisse, si eum, quem defendendum suscepit, defenderit, quando inique offenditur vel injuste opprimitur, & sufficit, quod sit paratus ad suscipiendam vel faciendam defensionem, quando fuerit interpellatus ad defendendum, aut necessitas defensionis illi fuerit notificata, prout ex Ancharan. Felin. Dec. Gozadin. Iason. & Corn. pulchre probat Fulv. Pacian. *consil.* 134. *numero* 22. & evidentius Alb. Brun. *consil. feudal.* 86. ubi *numer. quarto* dicit, quod protectores & confoederati tantum teneantur protegere pro eorum possibilitate & *numero* 6. *&* 10. ubi agit de requisitione, & quod non tollatur protectio vel confœderatio si non præstiterit protector auxilium etiam per mille annos, quia non fuit requisitus.

311 Recipit tamen supradicta de honorario † Protectori pendendo decisio conveniens temperamentum, ut locum duntaxat habeat, quando clientes alieni magistratus vel Domini, qui nullum in eos imperium habet clientelam subierunt, secus autem quando proprii subditi, iis qui jam antea jurisdictionem in eosdem habuerunt: (quod fieri posse alibi Interpretum auctoritatibus & exemplis probavimus) in specialem tutelam deduntur, tunc enim annuum honorarium nomine defensionis exhibendæ justo magistratui accipere non licere, colligi videtur ex scriptis Guilielm. Kyriandr. *Annal. Treverens. part.* 17. *fol.* 230. *versicul. & in superioribus.* Ubi ex eo quod Treverenses, annis amplius ducentis, Archiepiscopis nomine Tutelæ protectionis & patrocinii annuam pensionem solverunt, eorundem imperio potestative haud subditum fuisse concludit, eo quod defensionis causa eodem tradente specialem mercedem ordinario magistratui pendere injustum sit, tum quod is ut multis in locis commentarii hujus diximus ex Ferdinand. Vasq. *libro primo illustr. controvers. cap.* 7. *numero* 1. & aliis Scriptoribus doctiss. vir Dn. Matth Klockius Amicus meus summe venerandus, *in Anticategoriis sectione V. lit. A. gloss. primo* Salmansweylischer *Probationum*, adseverat (ubi subjicit, minuendæ invidiæ gratia, olim potius vocabula, Advocatiæ, Abbatiæ, Protectionis, Tutelæ, tuitionis, Mundiburdii & Balliæ, quam illa superba, dominii, Imperii jurisdictionis districtus & Præfectæ usurpata fuisse) naturæ lege jubente atque ex officio homines sibi subjectos gratis protegere, tueri & defendere teneatur, tum quod alia etiam emolumenta, annuaque tributa pro defensione præstanda à subditis recipiat D. Hepingk *different. de jur. protect. thes.* 12. *sub lit. C. in scholiis.* ubi scribit Protectionem hanc gratis præstare debere Principes, non munera ab eis captantes, uti apud Aventin. *Annal. Bojor. libr. quinto* Conradum † Bojorum Ducem, 312 avaritiæ & injustitiæ deditum, omniaque venalia habentem, Gebhardus Ratisbonensis Episcopus de ipso conquestus est. Quemadmodum etiam Imperator ab † Ecclesiis, quarum Advocatus est, vel à priva- 313 tis quos in specialem Majestatis suæ, ob bene merita, suscepit protectionem nullum eo nomine annuum Honorarium recipit.

Limitatio decisa quastionis prima. Magistratui ordinario proprios subditos in specialem protectionem assumenti, an eo nomine annuum honorarium, ab iisdem recipere liceat. Negativa Decisio.

Et prædicta quidem de gratuita Magistratus defensione subditis præstanda, ita firma esse debent ut si quid defensionis gratia † acceperit, id restituere teneatur. Nam ubi quis accepit aliquid, † pro eo, ad 314 quod Iure tenebatur, datur condictio ob turpem 315 causam *l. ult. ff. de condict. ob turp. caus.* Ioannes Dieterich von Tschesch *in discurs. Academ. de defens. extraiud. disputat. II. Thes.* 6. *sub lit. B, quaestion.* 3. ubi tamen hoc limitat, ac distinguit. An scilicet, aliquis acceperit ante præstitam defensionem, alias non defensurus, vel post defensionem, loco remunerationis à subditis sponte offerentibus factæ, in priori casu decidit restitutionem esse faciendam, quod ibi adfuerit turpitudo accipientis, tanquam non facturi officium protectionis sine mercede, in posteriori vero concludit accipientes ad restitutionem non teneri cum illud acceperit tanquam laboris habiti remunerationem, ex *l. si pater §.* 1. *Digest. de donat.* quam etiam tunc fieri posse, cum nullo jure remunerator ad dandum cogitur, colligere est ex *leg.* 29. *in princ. ff. eodem.*

Ampliatio praecedentis decisionis. Declaratio Ampliationis praecedentis.

Declarationem tamen præcedens decisio admittit 316 in Iudæis † alioquin etiam subditorum nomine venientibus & in specialem protectionem receptis, quia ab his defensionis causa præter onera realia plerunque etiam singulare Tributum annuatim sol-

Declaratio Decisionis praecedentis.

solvitur attestante Warnes. *in c. consuluit de Apell. n. 4.* cujus verba *alibi* retulimus.

Secundo limitatur principalis de Honorario solvendo decisio, ut clientes honorarii † pensionem jure abnuant, si protectores promisso tuitionis muneri defuissent, cum enim annuum honorarium à clientibus ideo promissum fuerit, ut id accipientes Patroni, defensionem eis exhiberent, ea vero non sequatur, propterea recte promissa merces recusatur. Tum quod non observans fidem † conventionis sit ejus emolumento privandus, *leg. quaero §. inter Digest. locati. leg. cum proponas ibique* notat per Dd. *Cod. de pactis leg. 1. leg. 3. Cod. de donati. quae sub. mod.* Bald. *in cap. primo §. sed non est alia numer. quinto ibi* Alvarott. *n. 2.* & Afflict. *n. 36. quae fuit prim. caus.* Tum quia frustra petit † debitum, qui quod debet, non impendit *c. frustra de reg. jur. in 6.* Paul. Cast. *cons. 70. n. 7. in fi. lib. 1.* Vital. Camba. *in tract. claus. tit. an alim. renun. poss. n. 93.* per tex. *c. 1. de mut. petit.* Et qui non facit, † quod debet, non recipit quod oportet, ut notat gloss. *in leg. si non fuerit,* & ibi Dd. *de jurejuran.* Bald. *in leg. post leg. de his quibus ut indign. & in cap. verb. vel non qualiter domin. feud. prop. priv.* Idem Bald. *dict. cap. primo §. porro, quae fuit prim. caus.* Ias. *consil. quarto in princip. libr. 3.* Natta *consil. 676. n. 15.* Roland. à Vall. *consil. 69. num. 4. volum. 4.* Tum quia agere † volens debet ex parte sua probare debitum implementum, Alexand. *consil. 119. colum. 2. libro primo* Moron. *in tract. de fid. & pac. part. secunda quaestion. 12. num. 17.* Nam & alias qui agere vult, ex sua parte, quod sibi incumbit, implere debet, alioqui male agit, *leg. Iulian. §. offerri Digest. de action. empt. leg. adiles §. fin. Digest. de adil. edict.* Tum quia † data contraventione primi, secundus non incidit in poenam *leg. sive apud acta C. de transact. leg. si instituta Digest. de inoff. testamen.* Et poena à secundo contraveniente non incurritur, *leg. si duo §. secundo ff. de arb.* Bart. *leg. qui fidem Dig. de transact.* Bartol. *leg. cum pater §. libertus delegat. 2.* Moron. *d. quaestion. 12. num. 20.* Tum etiam, quia quaelibet † conventio intelligitur, rebus sic stantibus Bald. *cap. cum inter de renunciat.* Ias. *leg. ex facto Digest. de vulg. & pupill.* Dec. *consil. 335.* Tiraq. *in Repet. l. si unquam, in pr. n. 161. C. de revoc. donat.*

Et haec etiam locum habent, licet quis † tantum modo implere distulerit, quod promisit Bald. *in Authen. dos data Cod. de donat. ante nupt.* quam referendo Nevizan. *consil. 87. num. 87.* Roland. à Vall. *consil. 69. num. 5. vol. 4.* & Susd. *consil. 52. numer. 33.* ubi pluribus hoc firmat; vel quod idem est, si Protector debitam defensionem non plene & cum effectu, quantum in se fuit praestiterit, per ea quae tradit Bald. *in leg. pacta conventa Digest. de contrahen. empt.* Idem *in leg. final. Cod. commodati* DD. *in leg. acceptam C. de usur.* Iason. *in Auth. qui rem Cod. de SS. Eccles.* Idem *in l. sancimus vers. octavo extende Cod. de judic.* Bald. *in leg. si causam Cod. de execut. rei jud.* Salicet. & Alexan. *in leg. si duo patroni §. si quis iuraverit Digest. de jurejur.* Ant. de Butr. & Imola *in cap. cum Ioannes de fide Instrumentor.* Alexan. *cons. 119. n. 2. lib. 1.* Thesaur. *Hom.* Braunschweig *part. 1. fol. 43.*

Quod ipsum quoque in vasallo † servitium recusante receptum est, cum non sit alia justior causa beneficii amittendi, quam si vasallus servitium ob quod feudum datum est, praestare recusaverit, aut non exhibuerit *cap. 1. §. non est alia. Quae fuit prim. caus. benefic. amitt.* ubi omnes *& cap. 1. § ad haec hic finit. lex.* & ibi omnes text. item *in cap. primo sancimus de feud. sine culpa non amittend. cap. imperialem §. firmiter &* *ibid* interpretes *de prohib. feud. alien. per Frider.* Afflict. *cap. primo §. fin. numer. 18. caus. 20. quibus mo l. feud. amitt. & numero 20. caus. 36. eod. loco* Iacob. Ardiz. *in summa feud. rubric. 55. & 93. titul. ex quibus caus. feud. amitt.* Blanc. *in summa feud. lib. 2. cap. 1. numero 28.* Capic. *in invest. feud. cap. feuda amittuntur colum. 29. §. 35.* Late Curt. Iun. *part. 4. numero 61. caus. 28.* Zas. *in Epit. part. 7. numero 27. & part. 10. numero 18.* Sonsbec. *part. 12. numero 3. ver. Quarta conclus.* Hannet. *de jur. feud. libr. 3. cap. 9.* Wesenbec. *cap. 15. numero 7.* Duaren. *cap. 14. num. 12.* Borcholt. *c. 8. n. 111. caus. 10. eleganter & prolixe* Nicol. Mozz. *de feud. titul. final. Ex quibus caus. feud. amitt. numero 111. caus. 9. privat. feud. in omittendo* Schneidewin. *part. 8. cap. primo numero 16. & p. quinta. numero 90.* Intrigli. *in cent. feud. qu. 98. caus. 23. numero 118 & seq.* ubi etiam limitationes istius regulae recenset Pet. Iac. *in pract. aur. libeller. rubric. 59. de caus. ex quibus feud. amitt. n. 22.* Ioan. Petr. Ferrar. *in form. libell. quo agit. ad revocat. feud. §. nec superstitibus numero 24. caus. 9.* Ioan. Iacob. Leonard. *consil. 117. inter consil. Bruni num. 33. & seq.* Hattys. *in analys. cap 11. §. omittendo culpa* & *ibi in annot. num. 2.* Schrad. *p. 9. c. 1. num. 4. caus. 3. & p. 10. sect. 6. num. 165. & sect. 9. n 39. sb.* Vult. *c. 11. n 22. lib. 1.* Hart. *pract. obs. tit. 50 de feud. obs. 30.*

Sed haec de protectionis honorario huc usque. Nunc de illis Advocatiae accidentibus, quae in executionem ejusdem incidunt, videndum est.

In horum autem numero inprimis se offerunt sumptus & impensae in protectione † facienda collocandae & insumendae, de quibus controvertitur, *an videlicet Protectores suis, an vero clientum sumptibus protectionem seu defensionem praestare teneantur?*

Ante hujus disquisitionis resolutionem, inprimis ad vertendum, in his pacta † conventa observantiam declarativam subsecutam, sive consuetudinem (quae tacitae conventionis vim habent, *l. excepto 18. C. locati*) spectandam & quid quoquo loco per usum longaevum invaluerit, diligenter investigandum & attendendum esse *l. primo. §. si convenit. Digest. depositi l. 1. de pact. l. 1. de constit. pec. arg. l. semper in stipulationibus ff. de reg. jur.* & ita in simili, de operis colonorum, circa sumptuum praestationem, conventionem, aut locorum consuetudinem observandam esse tradit Husanus. *de Hom. prop. c. 6. qu. pr. 4. part. 1. memb. 2. q. 7.* allegans *l. opera 21 in fin ff. de oper. libert.* gloss. *in leg. quoniam, 10. in verb. sumptus Cod. de testi,* Bartol. *in leg. si non sortem 26. §. libertus, num. 31. de condict. indeb.* Ias. *ibid. numer. 28.* & Pet. Heig. in executionibus † criminalium judiciorum an Magistratus vel subditorum expensis fieri debeant, 2. *qu. 23. n. 5.* eandemque in servitiis vasallaticis spectare debere, communiter volunt Feudistae Alvar. *in c. 1. in princ. numer. 7. de nova form. fidelit. ibid.* Praepos. *numer. 3.* Raven. *in princ. circa fin.* Iacob. de S. Georg. *in verb. & promiserunt num. 1.* Ardizon. *cap. 5. cujus expensis servire debeat vasallus.* traduntque hanc in specie Sonsbec. *de feud. part. 11 nu. 45.* Schrader, *p 6 cap. 6. num. 13. in fin.* Rosenthal *c. 8. conclus. 24. numer. 1.* Zas. *p. 7. num. 45.* Capyc. *in investitur. feud. cap. feudor. alim. §. vasallus praestans &c.* Schneid. *p. 5. n. 111.* Borch. *c. 1. n. 25.* Vultae. *c. 10. n. 34. & c. 7. n. 55. v. solent autem pacta lib. 1.*

Si igitur ex † conventione quod ad removendam omnem hac de re disceptationem tutissimum esse videtur cujus protectio facienda sit sumptibus, certam determinatio (quae contractui legem dat *leg. 23. Digest. de Regul. jur. cap. 85. eod. in sexto*) haberi possit pacta conventa circa sumptuum praestationem, observanda sunt, *leg. 34. de Reg. jur. juncta leg. prima. princip. de pact. leg. 1. princ. Dig. de constitut. pec.* & in terminis juris Advocatiae argumen. *cap. 2. in fin. de*

de rebus Eccles. non alienand. in 6. Ant. de Butr. *in c. 1. de privil.* Bart. *conf. 56. commune Spoleti n. 3. & seq.* Paul. de Cast. *conf. 292. n. 2. lib. 1.* Socin. sen. *conf. 74. n. 6. vol. 1.* Ruin. *conf. 109. n. vol. 5.* Georg. Everh. *conf. 36. n. 11. & 47.* Ubi hodie in nostro casu certam hoc recepisse observantiam testatur.

Hujusmodi autem conventionis exemplum satis antiquum videre est in Hugone † quondam Burgundiæ Comite qui Anno 1264. Cives Bisontinos in suam protectionem accepit, & pollicitus est, se pro rebus ipsorum quasvis arces & castra propriis expensis obsessurum, ita tamen ut econtra, illi quotannis ei accipitrem stellarem pro dono deferre tenerentur uti testatur Chifletius Vesontionis *in Hist. parte prima c. 55.* à Belold. *in dissert. de jure fœder. Cap. V. n. 8.* relatus.

330

Si vero super sumptibus † faciendis, in protectitiis literis, nil pactum reperiatur, consequens est, ut illud observetur, quod in Regione, ubi Patronus ac clientes vivunt, frequentatur, *d. l. 34. de reg. jur.* consuetudo, enim hac in re, loci ac Regionis semper attendenda est arg. *l. 6. de Evict. & l. 8. C. de loc. & cond.* Atque ita servari *in qu. de sumptibus † in servitia feudalia erogandis* arg. *l. 50. ver. consuetudini de oper. lib.* docet Schenck. *de Feud. lib. 3. Tit. 6. n. 18.* Investitura † autem & consuetudine cessante sumptus, hoc est Futter-mahl und Hueffschlag / Alciat. *in c. 1. lib. 1. Feud. tit. 23. n. 1.* maxime cum † extra Regionis tentoria servitiis exhibendis vasalli insudant, Dominum suppeditare debere docet textus expressus *in c. un. 4. F. 107.* & facit *l. 9. C. de suscept. præpos. & arcar. lib. 10.* uti etiam voluit Bald. *in c. 16. de præscr.* Zasius *de Feud. p. 7. n. 46.* Rosenth. *de Feud. c. 8. concl. 29. n. 31.* Niell. *disp. Feud. 7. Thesi 3.* & Schenck. *d. loco*: Ubi idem obtinere scribit, si ob † belli finitimi diuturnitatem, vasalli opes admodum exhaustæ sint & *n. 10.* addit, ex ipsa Feudi † qualitate & modo longis brevibusque excursionibus hoc esse æstimandum arg. *l. 3. §. 1. de ann. legat. & fideicommiss.* & quidem ita, ut si Feudum militare sit & amplum *idque* pro se & hæredibus vasallus sit consecutus ut *c. un. in fin. 2. F. 23.* propriis servire debeat impensis arg. *d. l. 18. de oper. liber. & c. 9. Nov. 17.* Item si hac † conditione Feudum obtigerit ut itinerum & expeditionum sumptus pro Feudo accepto vasallus faceret arg. *l. 10. §. 9. ff. Mand.* Aliter Boer. *decis. 303. num. 9.* existimans, vasallum suis expensis Dominum in prælium euntem triginta dierum spacio sequi teneri argum. *l. fin. §. 6. C. de re milit. lib. 12.* Alii aliter ut *infra sub n. 291. & 312.* explicatius habetur.

331, 332, 333 — *Vasallus an & quibus casibus Domino suo propriis sumptibus militare teneatur.* — 334, 335, 336, 337

His præmissis ad scopum propositæ quæstionis veniendo, si de expensis in defensione exhibita factis, nihil conventum fuerit nec ex patriæ moribus cognosci possit, haud abs re dubitatur, an illas Protectores ac Patroni sustinere teneantur.

Pro clientibus & contra patronos, quod si sc. in casu quo de impensis nihil initio inter partes actum fuit nec de consuetudine aliter constat, propriis suis sumptibus in clientelam susceptos defendere jure obligati sint, probari primum videtur, textu manifesto *in l. quod nisi 20. ff. de oper. libert.* ubi expresse habetur, quod unusquisque † quod spopondit suo impendio dare debeat, ex quo textu generalis regula extruitur, quemlibet suis † sumptibus id facere obstringi ad quod se generaliter obligavit. Archid. *in c. exovendum 10. q. 3.* Boer. *decis. 303. n. 9.* At vero in confesso est Patronum ita generaliter ad ferendum auxilium sese obligasse, ergo id propriis sumptibus exequi tenetur.

338 — *Affirmativa quod Protector suis sumptibus defendere teneatur.* — 339, 340 — *Ratio I. dubitandi pro Affirmativa.*

Ratio dubitandi II. Secundo roboratur hoc ipsum claro textu *in leg. suo victu ff. de operis libert.* & *ibi* Bart. extruit similem regulam, quod qui † promittit facere aliquid alicui id facere debeat suo victu, facit etiam *l. cum servum cum l. seq. in prin. ff. de legat. 1.* Ac licet *d. l. suo victu*, loquatur de liberto tamen est intelligenda in genere de quovis edente operas, per *l. penult. ff. de oper. libert.* nec non propter eandem rationem generale jus exigentem. *l. illud ff. ad l. Aqu.* Bart. *in l. si non fortem §. libertus, n. 32. ff. de condict. indeb.*

341

Tertio elicitur hæc decisio ex eo, quod Protectores teneantur clientes taliter † defendere qualiter Domini proprios subditos: ea enim plerumque vel similis clausula, *non aliter* atque proprios suos subditos defendere tabulis protectitiis seu Reversalibus inserta reperiuntur.

342 — *Ratio dubitandi III.*

At vero Magistratum quemlibet, ut † subditos suos expensis propriis defendat, obligatum esse novissime post alios probat Ernest. Cothman. *consil. 100. tom. 2. n. 32.* Ubi expresse dicit, Dominos terrarum, publicam custodiam ac tutelam publico, & non subditorum suorum sumptu facere debere. Quemadmodum etiam quilibet Magistratus † tenetur, suo sumptu judicium exercere, & gratis ea omnia, quæ justitiæ conveniunt subditis exhibere præsertim cum ad eam congruos reditus accepit, de quo late agunt CC. *in c. cum ab omni de vit. & honest. cleric.* Vasq. *illustr. controvers. quæstion. lib. 1. cap. 7. num. 1.* Petr. Anton. de Petra. *tractat. de potestat. Princip. cap. sexto numer. 41.* Petr. Heigius *quæstion. 23. numer. 2. lib. 1.* Ioan. Garsia Galler. *de expens. cap. 21. numer. 20.* ubi ait quod cum fiscales † pœnas domini capiant, necesse habeant & sumptum facere pro exercenda jurisdictione.

343, 344, 345

Idque adeo receptum est, ut, si magistratus hos sumptus à subditis extorquere conetur, de injuria † illos recte conqueri scribat Paris. de Put. *tract. Syndicat. in princip. tit. de Regum Princ. excess. cap. 1. numer. 67.* Et *verb. expensa cap. 1. numer. 5.* censet, officialem † visitantem provinciam, suis expensis, & non subditorum visitare debere idem Paris. de Put. *in verb. potestas cap. 3. numer. sexto & in verb. salarium cap. 4. numer. 1. & seq.* de quo etiam scribit Boer. *decis. 303. numer. 10.* Menoch. *de arb. jud. libr. 2. c. 228.* Garf. Galler. *de expens. c. 21. nu. 5. 20. & seq. & nu. 31.* Consequitur ergo idem esse statuendum in protectoribus.

346, 347

Quarto communis est DD. traditio, quod ubi quis alteri † servit impellente juris necessitate, id facere debeat, propriis impensis, secus autem, quando ex mera servit liberalitate, ita tradente Bald. *in l. liberti libertæque numer. 11. Cod. de oper. libert.* Capit. *in sua investit. feudal. §. feudorum alim. col. 1. v. vasallus præstans operas* Surd. *de alim. tit. 1. qu. 6. n. 12.*

Ratio dubitandi IV. — 348

Quod enim quis ex † necessitate impertit, gratis exhibere tenetur, *leg. 3. §. utrum Digest. ad SC. Syllanian.* Coler. *de process. executiv. part. prima. cap. 9. numero 84.*

349

Sed protectores inserviunt, atque auxilia clientibus præstant, † non ex liberalitate, sed ex juris necessitate orta nimirum ex vinculo obligationis initæ, quia compensationem quotannis aliquam recipiunt, ergo id facere tenentur sumptibus propriis.

350

Quinto in propugnationem sententiæ hujus adduci potest, quod sicut venditor, † qui tenetur de evictione emptorem suis propriis non emptoris sumptibus defendere, debet ut innuit gloss. *in leg. 1. verb. sumptum l. si status verb. non posse Cod. de evictionibus*, & sequitur Bartol. & Doctores *in l. venditores ff. de verbor. obligat.* per *l. si plus §. mota ff. de Evict. l. qui absentem ff. de procurat.* Panorm. *in c. ult. in fin. de empt. & vend.* Matth. Wesenb. *consil. 13. n. 109. vol. 1.* Ita etiam protector

351 — *Ratio dubitandi V.*

ctor, cum in hoc, quod ad defensionem, videatur par militare ratio.

Ratio dubitandi VI. His omnibus sexto adstipulatur regula generalis ab Interpp. tradita, nempe: Quandocunque quis munere 352 † suo fungitur, vel aliquid facere tenetur, ob compensationem factæ sibi concessionis tunc idipsum proprio sumptu & expensis illum facere teneri, nec habere impensarum repetionem, argum. *leg. suo victu Digest. de oper. libert. leg. 1. Cod. de aquad libr. 11.* Menoch. *de retinend. possess. remed. septimo numer. 32. & 34.* Iacob. de Sanct. Georg. *de feud. in verb. de castro numero 15.* Sichard. *in leg. prima numer. 3. & seqq. Cod. de negoc. gest. & in leg. quoniam liberi numer. 7. & seq. ibique* Castrens. *numero 3. Cod. de testibus*, Bald. *in leg. liberti n. 37. Cod. de operis libert.* Surd. *de aliment. tit. 1. quastion 66. n. 8.* Ias. *in l. si non fortem 26. §. libertus, n. 28. ff. de condict. indebit.* & *ibid.* Bartol. *numero 30.* & Ale-353 xand. *num. 12.* qui inquit sicut operæ † in remunerationem præstitæ victu præstandis fiunt, modo libertus se alere possit *dict. leg. suo victu 18. Digest. de oper. libert.* Ita etiamsi pro mercede præstentur, quibus in specie subscripsere Roman. *cons. 346. num. 15. vers. quoad primum* Alciat. *cons. 60. numer. 5. lib. 5.* Petr. Heig. *quastion. 23. numer. 6. lib. 2.* Pruckman. *cons. 30. numero 9.* 354 *lib. 1.* volentes, quod ubi quis ad aliquid † faciendum tenetur, id expensis propriis facere obligatus sit, siquidem pro tali obligatione compensationem aliquam habuerit.

355 Cum igitur officium sit Protectoris † defendere clientes, sequitur id suis sumptibus fieri debere. Sic etiam, qui propter mercedem vel in recompensationem beneficii accepti, tenetur ad operarum præstationem, debet eas exhibere, adminiculo propriorum instrumentorum, sique instrumenta necessaria non habeat in promptu, tenetur ea de suo comparare, & rupta fractaque reficere arg. *l. quod nisi Digest. de oper. libert. leg. secunda. §. si conservatis ff. ad leg. Rhod. de jactu.* gloss. *in l. quoniam 10. ad verb. sumptus Cod. de testibus* gloss. *in leg. stipulationes commodiss. verb. specialiter ibi* Angel. Ioan. de Imol. *numero 2. 3.* Alexander, *numero 34.* Ias. *numero 2. Digest. de verb. obligation.* Bald. *in leg. 1. numero 2. Cod. de verbor. signific.* Iacobi. *de Royd. seu operis numero 8.* Iason. *in dict. leg. si non fortem §. libertus numero 30. & 31. Digest. de condict. indebit.* Surd. *de aliment. tit. 1. quastion. 66. numero 10.* Rosenthal, *cap. 8. conclus. 22. num. 1.* Petr. Peckius *de re nautica ad d. l. 2. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de jact.*

Sed Protectores ratione protectionis recipiunt annuam mercedem, ergo merito in recompensationem tot annis accepti salarii sumptus defensionis sustinere debent.

356 *Ratio dubitandi VII.* Septimo idipsum confirmari posse videtur exemplo † clientulorum feudatariorum. Nam ex multorum sententia ii Dominos suos propriis sumptibus adjuvare atque defendere tenentur, argum. *d. leg. suo victu Digest. de oper. libert.* & notant Spec. *in tit. de feud. §. quoniam versicul. 21.* Andr. de Isern. Bald. *in cap. primo mod. feud. amittatur & in cap. primo. §. sed nec est alia justior qua fit prim. caus. benefic. amitt.* Bald. & alii *in cap. primo. ad finem principii versic. alia quastio formatur de Capitaneo qui curiam vendidit.* Idem Bald. *in leg. liberti libertaque colum. 4. in princip. versic. circa pradicta & vers. dubitatur si est bannum Cod. de oper. libert.* Lud. Roman. *in leg. recusare §. si quis alio colum. 1. & 2. ff. ad Trebellian.* & Matth. de Afflict. *in decis. Neapol. 265. incip. illustrissime colum. 7. in fin.* Eandem sententiam insequendo aliosque referendo adseverant Bald. *l. qui manumittitur 12. Cod. de oper. libert.* Alvarot. & Præpos. *cap. 1. in princip. de nov. fidelit.* Alexander *d. l. recusare 6. §. si quis ab alio, n. 4. Digest. ad SC. Trebellian.* Iacob de Sancto Georg. *in tract. feud. verb. & premiserunt num. 1.* Zas. *in tract. feud. part. septima. n. 44.* Præpos. *in cap. primo. §. similiter, de capitan. qui cur. vendid.* Ardizon. *cap. 5. rubric. cujus expens. serv. vasall.* Alvarot. *in cap. 1. de nov. form. fidelit. num. 7.* Balzaran. *in cap. 1. in princ. ad text. n. 6. tit. hic finitur lex.* post Chassan. *in consuetud. Burgund. rubric. 3. in princ. num. 15.* Idem Balzaran. *in c. 1. in princ. num. 15. quibus mod. feud. amitt.* Wesenb. *de feud. c. 9. n. 13.* Schneid. *p. 5. n. 111.* Schrad. *p. 6. c. 6. n. 15.* Vult. *c. 10. n. 34.*

Idem denique statuitur in libertis † ac hominibus 357 propriis, qui regulariter operas ac servitia, suis sumptibus præstare tenentur, *dict. leg. suo victu 18. cum sequent. Digest. de oper. libert. leg. eius artificii §. primo. Digest. de usuf. & leg. prima Cod. eod.* Husan. *de propr. hominibus cap. sexto quastion. princip. 4. membr. 2. de operis quastion. 7.* *Ratio dubitandi IIX.*

Idemque de subditis † etiam liberis ad præstanda 358 servitia obligatis statuendum est, qui ea non magistratus, sed suo proprio sumptu præstare tenentur, *leg. suo victu 18. ff. de oper. libert.* Zasius *libr. primo intellect. singul. cap. 3. numero 51.* Iacob. de S. Georg. *Rubric. de Roydis & operis num. sexto* Maull. *de homag. tit. 4. n. 21.* Andr. Gail. *de Arrest. cap. 10. numero sexto* Coler. *de process. execut. p. prima cap. 6. numero 96.* Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib. 3. titul. 9. n. 45.* Quare & instrumenta † sine quibus operæ præ- 359 stari nequeunt ipsi subditi suo sumptu comparant & fracta reficiunt, *leg. 2. §. si conservatis. Digest. ad leg. Rhod. de jact.* ubi gloss. Rosenthal, *de feud. cap. 8. conclus. 22. in not. lit. B.* D. Berlich. *libr. secundo. conclus. 65. n. 16. & 17.* Maull. *de Homag. dict. loco n. 22.* Iacobin. *d. loco n. 8.* Husan. *de homin. propr. c. 6. quastion. 7. n. 95.* *Ratio dubitandi IX.*

Verum adductis in † speciem argumentis & Dd. 360 authoritatibus nihil refragantibus, contrariam opinionem amplectendo concludimus, Advocatos nempe Tutelares, non aliter nisi clientum sumptibus ad tuendos eos obligari. *Decisio affirmativa.*

Cum enim loquamur in casu, quo de Expensis ac sumptibus nihil conventum nec dictum fuit, habet locum regula, quod in contractu casus † omissus ha- 361 beatur pro non dicto, & in dispositione juris communis remaneat, *leg. 10. ff. de lib. & posth. leg. si cum dotem in princip. Digest. solut. matrimon. leg. si extraneus ff. de condict. ob caus. leg. commodissima ff. de lib. & posthum. l. si servum §. non dixit prator, ff. de acquirend. hared. cap. susceptum, de rescriptis in 6. & ibi* dicit Io. Andr. quod casus omissus in Canone, habeatur pro omisso, ut *cap. dilectus de temp. ord.*

Iure communi autem Protectores non suis defendere expensis, sed armorum gentes duntaxat accommodare teneri, sequentes suadent rationes.

Primo juri consonum non est ubi maxima futura est expensa, duplici Protectores † onere gravari, arg. 362 *l. 30. prin. de Iurejuran. & l. 34. §. 5. vers. Non est vero simile Digest. de legat. 2.* Vincent. de Franch. *decis. 22. num. 3.* Valasc. *de iure Emphyt. qu. 27. num. 28. circa med.* Menoch. *consil. 21. Est mea, num. 13.* Tiraquell. *de Nobil. c. 20. n. 170.* *Ratio decidendi prima.*

At vero his sumptuum dispendia sustinentibus id fieri nemo non videt, si nempe militaris operæ ministeria subire, & expensarum insuper onus ferre cogerentur.

Secundo jus ipsum naturale dictitat, quod Nemo unde præmium † meruit, dispendium, *c. 1. de fidejuss.* 363 & ex officio damnum pati debeat, Dn. Menoch. *cons. 58. Scio me nu. 6.* Wesenb. *cons. 36. num. 17. per l. 7. Quemad. test. aper.* *Ratio decidendi II.*

Ideo Protectores, dum pro clientibus præliando præmio digni sunt, sumptuum damna sustinere non debent.

364 *Ratio decidendi III.* Tertio cum expensæ, guerra † exoriente, circa loci alicujus defensionem faciendæ, haud exiguæ & ob id expressione dignæ sint; partes contrahentes, si eas Advocatus defendens sustinere deberet, verosimiliter illud initio contractus, expressissent, at nos id non factum supponimus, illæ igitur à Protectore non debentur, sic in terminis consuluit Andr. Barb. *cons. 62. per tot. vol. 4.* quem refert & sequitur D. Hepingk. *dissert. novissima de jure Protect. concl. 45. in notis sub lit. A. in fin.*

365 *Ratio decidendi IV.* Quarto jus commune expresse disponit, quod nemo teneatur † militare suis sumptibus, per text. express. *in cap. cum ex officii 16. de præscript. cap. cum sit Romana. decima de Simonia cap. cum jam in fin. 28. quæstion. prima.* Cynus *in leg. quoniam liberi in princip. Cod. de testibus* Ioan. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæstion. 62. numero 3.* Iacob. Ayrer. *process. jur. hostor. cap. 4. obs. 1.* 366 *numer. quarto.* Hinc cives † Principem in prælium euntem sine stipendio propriis sequi non teneri sumptibus docet Br. *in leg. 13. §. primo de ann. legat.* nisi Reipublicæ id exigat necessitas, vel sufficientes Princeps non habeat reditus Bald. *in leg. septima de offic. procons.*

367 *Ratio decidendi V.* Quinto juris est indubitati, † quod regulariter teneatur quis sumptus suppeditare iis, quorum aliquis opera & ministerio utitur, *leg. in rebus §. possunt. Digest. commodat. leg. penultim. Digest. de oper. libert. leg. unica, §. sed scimus Cod. de Latina libert. tollend. leg. prima. Cod. de emend. serv. leg. secunda Digest. de his qui sunt sui vel alien. jur. leg. item servi in fin. Digest. de ædilit. edict. leg. divortio §. fin. Digest. solut. matrimon.* Gomez. *in §. item si quis in fraudem num. 23. Institut. de action.* & hoc dicit regulare Socin. Iun. *consil. 1143. numer. 44. volum. 3.* Ad idem est text. *in leg. sed & si quis, §. sufficienter, Dig. de usufruct.*

368 Eo quod nemo † jacturam pro alieno commodo sentire debeat, *leg. si quando 19. Cod de testibus* gloss. *in cap. 2. verb. producentis de jud. in 6.* Bald. *in c. 1. num. 2. extr. de testib.*

Sed clientes in protegendo utuntur opera & subsidio protectorum, Ergo iisdem sumptus subministrare tenentur.

369 *Ratio decidendi VI.* Sexto explorati juris illud est, † quod gerentibus aliena negotia, sumptus erogari debeant, *leg. secunda* & *ibi* Bartol. Bald. & Dd. communiter *Digest. de negoc. gest. leg. si quis 23.* & *ibi* Bald. *leg. atqui 19. §. penult. cum ll. seq. leg. quæ utiliter 45. eod. titul.* Wesenbec. *paratit. ff. de negoc. gest. num. 11.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas. 228.* Andr. Gail. *libr. primo. observ. 99.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 25. num. 53.* Pruckman. *cons. 30. n. 68. lib. 1.*

370 Imo negotiorum gestorum † actione, etiam has expensas, quæ præter voluntatem ejus, à quo jam repetuntur, erogatæ sunt, quispiam nanciscitur, *leg. qui pupillo Cod. de negoc. gest.* Bartol. *ad leg. in fundo Digest. de rei vindic.* Angel. Aret. *ad §. cert. numer. 2. versicul. secundo casu. Institut. de rer. divis.* Tiber. Decian. *consil. 9. num. 37. vol. 1.*

Iniquum enim esset, suum ipsi officium damnosum existere *d. leg. quæ utiliter §. fin. leg. sed & si quis 7. ff. quemadmod. testamen. aper. leg. si servus 61. §. quod vero ff. de furt.* Angel. *consil. 245. numero quinto.* Surd. *de aliment. dict. titul. 1. quæstion. 62. numero 2. cap. sane dilecto* juncta ibi gloss. *verb. sustinere Extr.* 371 *de renunciat.* Sicut nec † fides sua cuiquam damnosa esse debet, *leg. 1. §. 2. Digest. ad Trebelian.* Quemadmodum enim vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe & emolumento accedere, ut scribit Cicero *in Orat. pro Roscio:* Ita etiam homines laborem † suum commodis eventuris metiuntur, & 372 nihil boni agunt, nisi vel spe præmiorum vel metu pœnarum ad hoc incitentur, ut per aliquot similia deducit Camill. Borell. *in tractat. de compromiss. §. 5. gloss. 2. numero 1. & 2.* Anton. Hering. *d. cap. 25. numero 3.* Et solet omne onus fieri tolerabile, cum præmium ejus cogitatur & spes præmii solatium est laboris. Lud. Granatens. *in Meditat. orat. Dom. 1. §. vetus est proverbium.*

Sed in propatulo est, Protectores † defensione 373 clientum exhibenda, non sua, sed aliena negotia gerere, ergo consequitur, non propriis, sed clientum sumptibus id fieri debere.

Septimo pervulgati non minus juris est, quod is ad solvendas † actus impensas adstrictus sit, qui, ut 374 *Ratio decidendi VII.* ille actus fieret, petiit atque postulavit, per text. *in leg. sed & si §. 1. Digest. ad exhibendum.* Ubi ait Ulpianus de exhibitione agens respondet illum teneri ad impensas cujus gratia † celebratur actus. Expressius 375 vero hoc ipsum secutus Accursium ad *infra allegatam l. cum sæpe* tradidit antiquus interpres Iacob. Rebuff. Si quis inquit, petit custodiam † militarem in sui favo- 376 rem aut defensionem sumptus præstare debet, quod etiam expresse docet Ioannes de Platea *in leg. final. Cod. de erogat. militar. annon.* ubi scribit quod creditor † faciens capi & suum custodiri debitorem per 377 Nuntios publicos Communitatis debeat eis solvere sumptus per *l. Prætor. 4. §. is etiam & ibi* Bald. *ff. de edend. leg. quoniam, 11. & ibi* DD. *Cod. de testibus leg. eos, 6. §. si quis autem & ibi* DD. *Cod. de appellation. leg. cum sæpe 17. & ibi* gloss. & Dd. *Cod. de erogat. militar. annon. libr. 12. cap. mulieres & ibi* gl. & Dd. *de judi. libr. sexto cap. fin. §. liber. versicul venturis quarto quæstion. 3. gloss. clemen. causam verb. porrecto & ibi* Ioan. Andr. Zenzelin. Guilielm. Laud. Paul. de Eleaz. Ioan. de Lignan. Cardin. Florentin. *quæstion. 21. & 22.* Imol. *column. 9.* Panormitan. & Barbat. *extr. de elect. gloss. clementin. secunda. §. similiter verb. oblatas & ibi* Cardinal. Zabarell. & Imol. *de Appell. gloss. Clementin. sæpe versicul. non sui tamen verb. pronunciatio & ibi* Cardin. Florentin. Imol. Georg. Natt. & Dd. *de verbor. signific. text. leg. sed etsi hæreditas 11. §. 1. & ibi* Bald. *Digest. ad exhibend. leg. quarta Cod. de statu & imag.* Bertachin. *in suo repert. verb. remissio numero 21.* Tiraquel. *tractat. de utroque retractus part. 1. §. gloss. 1. 10. numero 104. & gloss. 17. numer. 7.* Francisc. Marc. *decis. 221. libro primo* Ioan. Bapt. Asin. *in sua prax. §. 32. & cap. 2. ampliation. 37.* Bald. & Salycet. *leg. generaliter 12. §. his de præsentibus Cod. de rebus credit.* Bald. *leg. illicitas 6. §. ne potentiores n. 8. Digest. de offic. præsid.* Capell. Tholos. *decis. 100. & utrobique addit.* Felin. *cap. 1. numero 8. extr. de libell. oblation.* Pract. Papiens. *in form. libell. in actio. real. §. ad evidentiam numero 14. & ibi addit. verb. expensis* Boer. *decision. 303.* Specul. *in titul. de assess. § salarium, versicul. quid si alter litigatorum* Menoch. *de arbitr. jud. quæstion. libr. secundo centur. 3. cons. 22. 8.* Io. Petr. Surd. *tractat. de aliment. titul. 1. quæst. 63. n. 3.* ubi alias quamplurimas authoritates in id affert, And. Gail. *lib. 1. obs. 99. n. 1.*

Sed eo jure utimur, ut actus † defensionis per 378 Protectores nunquam fieri soleat, nisi clientes postulent atque requirant, ad defensionem faciendam, Protectores, per tradita *in cap. 12.* ubi quando & quoties.

379 *Ratio decidendi VIII.* Octavo adstipulatur decisioni nostræ, quod semper actus † sumptibus ejus, cui prosunt fieri debeant, ac soleant,

solcant, ut testes se præbent Archid. *in cap. filiis* 15. *quæstion.* 7. Zabarell. *in clemen. causam quæstion.* 10. *de Elect.* Felin. *cap. primo. colum. penult. & fin. de libell. oblat.* Ayrer. *process. jur. histor. part.* 1. *cap.* 4. *obs.* 1. *num.* 6. Surd. *de Aliment. titul.* 1. *quæstion.* 63. *numer. secundo.* Et sumptus † subministrare tenetur is cujus gratia actus celebratur, *leg. sed etsi.* 11. §. 1. *Digest. ad exhiben. leg. si, ut certo, quinto.* §. *sumptus ff. commodat. l. si in Asia* 12. *in pr.* §. 1. *ff. deposit. l. idemq.* 10. § *idem Labeo* 9. *ff. mand.* Cujus pronunciati ea est ratio, quod nemo de † suo beneficium facere cogatur, *c. precaria* 10. *q.* 2. Ayrer. *d. obs.* 1. *n.* 8.

380

381

Atqui in confesso est, defensionem à Protectoribus exhibendam nemini magis prodesse, quam ipsis Clientibus ergo protectio eorundem impensis fieri debet.

Nono non intempestive in confirmationem decisionis nostræ se offert, quod † honorarii & mercedis materia sit favorabilis, Spec. *in tit de Except.* §. 3. *v. item nota.* Cum jure divino sit inducta, ut operarius † sit dignus mercede sua, & *alibi* dicatur. Non maneat merces operarii tui usque mane, ergo extendenda reg. *odia lib.* 6. *de reg. jur.*

382 *Ratio decidendi IX.*

383

Ratio decidendi X.

Decimo commendat hanc eandem traditionem, quod Protectores † comparentur custodibus. At vero communis est Dd. traditio, custodem omnia, † impendia utiliter facta, ad ipsius rei custodiam & conservationem, repetere, per tex. *in l. atqui naturam* §. *fin. ff. de negot. gest. leg. si vero non remunerandi ff. mandat. l. fin. ante fin. ff. de bon. author. jud. possid.* testatur idipsum expresse Andr. Barbat. *cons.* 62. *vol.* 4. ubi dicit, quod si pro custodia esset necesse exercere merum imperium possit, si ille, cujus castrum est, poterat, *leg.* 1. §. *cum urbem ff. de offic. præfect. urb.* & possit etiam stipendiarios, ad ipsius custodiam conducere, & eis stipendium promittere, & solvere de patrimonio ejus cujus est castrum, quilibet alius, ad quem pertinet rei custodia *l. præter.* §. *quod ait ff. de bon. author. judic. possid.*

384

385

386 Et quod custos arcis possit † repetere expensas factas pro arce custodienda, vel castro ad custodiam assignato affirmat Dn. Menochius 2. *arbitr. jud. quæst. casu* 228. *n.* 17. & ante ipsum docuit Bart. *in l. cum quæreretur,* §. *prædiis de leg.* 3. & Bald. *in l.* 1. *vers. quæro nunquid Cod. de fruct. & lit. expens.* Alex. *in d.* §. *prædiis in addit. de* quo per Archid. & Cardin. Alexander. *in cap. jus naturale* 1. *dist.* Alex. post Angel. & Imol. *in leg. divortio* §. *impendia ff. sol. matr.* & *ibi* etiam ponunt de marito qui facit expensas in custodiendo castrum dotale.

387 Facit etiam huc quod in terminis confraternitatis † contractæ tradit Barthol. Musculus *in eleganti disputat. de confraternitat. sive pact. successor. illustr. person. thesaur.* 44. ubi dicit legitimam defensionem etiam armis à viris Principibus expediri posse. Dec. *in leg.* 59. *de reg. jur.* Alb. Gentil. *libr.* 3 *de jure belli cap.* 18. Ayala *de offic. & jur. belli cap. secundo, numer.* 9. Ant. Quetta *consil. sexto* Zoannet. *de Imper. Roman. numer.* 109. *& sequ.* Gail. *libr. primo. de pac. public. c. quarto* Mynsing. *cent. sexta observ. prima.* Boce. *libr.* 1. *de jure belli cap. quinto numer. septimo.* Non tamen sumptibus propriis regulariter, nisi alia sit confraternitatis lex ut cum Alciat. & Barb. concludit Alb. Gent. *d. c.* 18

Et hoc ipsum tradit Petr. Anton. de Petra *c.* 6. *de potest. Princip. nu.* 38. ubi dicit, quod in casu quo subditi † cogi possunt ad custodiam, id fieri debeat sumptibus ipsius Domini. Ita dicit singulariter Angel. *in leg. turres Cod. de oper. publ.* quem post multos alios concordant, refert & sequitur Loazes *in cons. super oppido Mula indubitat.* 1. *numer.* 57. *& seq.* & idem respondit Natta *cons.* 185. *in princ. & numer.* 7. ubi respondit, quod aliter esset angariare subditos, quod non licet, idem docuit Surd. *cons.* 83. *n.* 8. ubi etiam alios concordantes adducit. Et de hoc dubitandum non esse, ex Bartolo testatum facit Bertachin. *in suo repert. verb. custodia num* 1. ubi dicit custodem † dari ei, qui timet offendi sumptibus petentis, & non custodis. In eadem opinione resident Boer. *decis.* 303. *numer.* 1. Jacob. Rebuff. Joa. de Platea. *in l. fin. Cod. de erogat. milit. annon.*

388

389

Undecimo roboratur decisio isthæc ab exemplo Tutorum, quos alibi diximus Protectoribus comparari.

Ratio decidendi XI.

Tutores † enim, quamvis regulariter grati Tutelæ officium gerant Pupilli, tamen non suis sumptibus ubi expensis opus est, officium illud administrant, *l. sumptus C. de administr. tut. l. fin. C. ubi pup. educ.* Et Tutorem litis sumptus † & viatica, si ex officio alio excurrere vel proficisci, necesse habeat, reputare posse aperte docet textus *in l.* 1. §. *nono de Tutor. & ration. distrahen.* Imo alias etiam sumptuum bona fide in Tutelam factorum haberi rationem, constat ex *leg.* 33. §. *final. de administrat. & Tut.* cum officium illis suum damnosum esse non debeat, *leg. sed si quis ex signatoribus in pr. quemadmod. testamen. aperiant.* sed non etiam quæ negligenter † & damnose tutores de rebus pupillorum citra necessitatem expendunt, *leg. non est ignotum* 6. *Cod. de administrat. tutor.* Bart. *in l.* 1 § *si pupillus de tut. & rat. distrah.* Welen. *cons.* 47. *n.* 58. *lib.* 1.

390

391

392

Nec enim Tutores † ob officium quod gerunt damni quicquam sentire debent, nec item de suo quicquam erogare coguntur Paul. Montan. *in tract. de jur. tutel. & curat. cap.* 36. *regul.* 2. *numer.* 3. *& cap.* 40. *numer.* 3. *& quarta.* Surd. *consil.* 365. *numer.* 25. *volum.* 3. sed potius judicio † tutelæ repetunt, quicquid impenderunt, circa personam ac res juxta text. *l. prima.* §. *præterea & §. penultimo. Digest. de controver. & utili action. tutel. l. sumptus Cod. de administr. tutor.* Surd. *de aliment. titul.* 3. *quæstion.* 7. *numer. primo. & seq. & tit.* 6. *quæstion.* 14 *num.* 4. Cuman. *consil.* 88. *n.* 3. *&* 4. Et est tex. *in l.* 1. § *si pupillus ff. de tutel. & ration. distrahend.* quem post Jac. Butr. ita declarat Bart. *in l. à tutoribus* § *si ff. de aliment. tutor.* Aret. *in* §. *sed & propter nu.* 4. *in fin. Institut. de excus. tutor.*

393

394

Idque adeo verum est, ut tutor † movens litem contra aliquem nomine Tutorio, etiamsi fuerit in expensas condemnatus, executio expensarum contra pupillum fieri debeat, per *l qui solidum* §. 2. *Digest. de leg.* 2. *l. si do*[illegible] *tutoris* per Spec. *tit. de executio. sent.* §. *sequitur. versic. quod si pupillus* per Cyn. *in l. jubemus nullam C. de sacrosanct. Eccles. & in l. Polla ff. de his qui ut indign. & in leg. properandum* §. *fin. C. de Judi.* Corser. *decis. Capell. Tholos. quæst.* 40. *n.* 1.

395

Duodecimo idem juris ac consuetudinis videmus esse in Advocato † causarum judicialium; eidem enim, quando exit provinciam, ultra conventum salarium, sumptus necessarios esse præstandos Dd. statuunt Bald. *in leg. nunc. numer.* 21. *Cod. de suffrag.* Angel. *cons.* 245. *n.* 4. Jason. *in leg si non fortem.* §. *libertus num.* 29. *ff. de condict. indebit.* Felin. *in cap.* 1. *in fin. de libel. oblat.* Surd. *tit.* 1. *q.* 68. *n.* 12. Andr. Khol. *de servit. feud. p.* 6. *n.* 8.

Ratio decidendi XII.

396

Decimo tertio fulcitur hæc eadem definitio ab exemplo † delegati, cui sine dubio si exeat domicilium, debentur sumptus, ut probat text. *in cap. cum ab omni, ubi* gloss. *de vit.* [illegible] *honestat. cleric. in cap. statutum* §. *insuper.* ubi omnes Dd. *de rescriptis, in sexto.* ubi gloss. Speculat. *in titul. de salar.* § *primo numero septimo.* Et ita de consuetudine servari traditur per Abb. *d. cap. cum ab omni numero* 13. dicit idem sive habeat bene-

Ratio decidendi XIII.

397

neficium, sive non, quia ei non collatum est beneficium cum tali onere, Dec. *in cap. prudentiam num. 22. de offic. deleg.* idemque præsupponunt Angel. *in l. sed etsi lege §. quod autem l. 2. ff. de petit. hæred.* Ias. *in l. properandum §. autem alterutra n. 14. C. de judic.* Et

398 hæc † opinio bene obtinet, sive sit delegatus à principe, sive ab inferiore, etiam ordinario secundum Specul. *loco prædicto n. 11.* Abb. *dict. cap. cum ab omni n. 6.*

399 Decimo quarto idem jure sancitum esse † constat in Patrono Ecclesiastico, qui Ecclesiam contra quosvis oppressores pro virili defendere debet, nec tamen ad id, nisi sumptibus ipsius Ecclesiæ, astringitur, *cap. charitatem in fin. 12. quæstion. 2. cap. cum ex officii 16. in fin. de præscript. leg. à tutoribus 33. in fin. de admin. tutor. leg. opera 21. de oper. libert.* & argum. *leg. qui proprio 46. §. pen. de procur. cap. cum pro causa sexto extr. eod.* Abb. *in cap. cum quibusdam, numer. primo. versicul. in gloss. prima. extr. de pæn.* Roffred. *in pract. jur. Pontif. part. quinta. titul. de onere.* Lambert. *in tract. de jur. patron. libr. 3. quæstion. princip. secunda. artic. 11. n. 1.* Citadin. *in tr. jur. Patr. p. 6. q. pr. 2. art. 5. n. 5.* Pruckm. *cons. 30. n. 49. lib. 1.*

Ratio decidendi XIV.

400 Sic etiam decimoquinto Prælato, † quando de beneficio litigat licet principaliter sui causa litem instituerit, litis tamen sumptus exhibentur, ex beneficii sive prælaturæ reditibus, *c. ut præterita & ibi*, Dd. communiter, *extr. de elect.* Ias. *ad l. ult. §. in computatione n. 3. C. de jur. delib.*

Ratio decidendi XV.

401 Quod verum est, etiamsi lis † esset inter prælatum & ipsam Ecclesiam, Socin. *consil. 19. num. secundo vol. 1.* Guid. Pancirol. *consil. 114. n. 26. vers. prælato quoque.*

402 Sic quoque monacho † etiam cum ipso Abbate litigante, dummodo id in utilitatem Monasterii cedat, monasterium sumptus suffert, gloss. *in leg. ult. verb. litis sumptus Cod. de ordin. cogn.* gloss. *in cap. cum pastoris, secunda quæstion. 7.* Specul. *in tit. de stat. monach. §. primo versic. 26.* Stephan. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholos. decis.* 88. Ioan. Bapt. Asin. *in sua praxi §. 32. cap. secundo ampl. 27. numer. primo.* Milanens. *in decis. regni Sicil. decis. 16. num. 46. libr. 1.* Guid. Pancirol. *d. cons. 114. n. 26. v. sic etiam Abbas* text. *in c. ex parte &* ibi Abb. & Fel. *extr. de accusat.*

403 Decimosexto idipsum receptum † communiter esse constat, in vasallo, præsertim, si extra ditionem Domini (uti semper protectores coguntur defendere) auxilium ei præstare debeat. Is enim, nisi aliter conventum, aut in loco illo consuetum sit, non nisi Domini sumptibus eum adjuvare tenetur, ita vult Alvarot. *in cap. 1. in princip. numer. 7. de nov. form. fidelit.* argumento *leg. cum sæpe C. de erog. milit. annon. & l. modios 1. C. de suscept.* & sequitur Præpos. *ibid. n. 3.* Raven. Raynaud. *n. 13.* Zas. *numer. 26.* Wurmbser. *pract. observ. tit. de feud. observ. 38.* Wesenbec. *de feud. cap. 9.* Balzaran. *cap. 1. in princip. numer. sexto hic finis, lex.* post Chassan. *consuetud. Burgund. rubric. 3. in princip. numer. 15.* & alios Blanc. *libr. 2. cap. 2. numer. 31.* Præpos. *in cap. prim. §. similiter numer. 1. de capit.* Alexand. *in leg. recusare, §. si quis ab alio n. 4. Digest. ad Trebellian.* addens limitandum in vasallo Franco post Oldrad. *consil. 234. numer. 3.* & Ioan. Rayn. *num. 13.* qui videtur hoc velle de vasallo ad certa servitia solum obligato, quod si alia præstet, id sumptu domini faciat Sonsbec. *de feud. part. 11. n. 44.* Boreh. *cap. 1. n. 27.* Speculat. *tit. de feud. §. quoniam v. 23. n. 43.* Moz. *de feud. tit fin. n. 109.* in totum vel pro parte, inquit, arbitrio boni viri. Schneid. *p. 5. n. 111.* Schrád. *p. 6. cap. 6. numero 15.* Vult. *c. 10. n. 34.* arg. *leg. Mævia §. fi. ff. de annuis leg. & l. quod nisi cum l. seq. ff. de op. liber.*

Ratio decidendi XVI.

404 Decimoseptimo receptum est idipsum in † procuratore qui non nisi expensis Principalis Principalem suum defendit, *l. qui proprio §. litis impendia, ff. de procurat. cap. cum pro causa extr. eod. tit. leg. prima.* & ibi Bald. *Cod. mand. leg. procuratorem eod. titul. & in l. idemque §. Labeo*, & ibi Bartol. *Digest. eod.* Ioan. Bertachin. *tract. de Episcop. part. prima princip. num. 75. §. idem in procuratore lib. 3.* Cæsar Lambert. *in tract. de jur patron. libr. 3. quæstion. princip. secunda artic. 11. n. 1.* Pruckm. *consil. 30. n. 50. vol. 1.*

Ratio decidendi XVII.

405 Idem † in depositario, qui sumptus repetit per retentionem depositi, secundum Bald. post gloss. *in leg. si quis vel pecunias Cod. depositi & l. si in Asiam* & ibi Bart. *in princip. ff. eod. tit.* Bertach. *loco modo citat.* Io. Pet. Molin. *tr. de retent. qu. 52.*

406 Decimo octava idipsum quoque in † Mandatario procedit, cui, licet constitutum fuerit salarium, nihilominus alium in locum negociorum expediendorum gratia tendenti sumptus itineris præstandi sunt, nisi conventū sit, ut sumptus de suo faceret, text. *in. l. idemque §. idem Labeo ff. mand.* Khol. *de servit. feud. part. 6. n. 8.*

Ratio decidendi XVIII.

407 Nostram denique de sumptibus circa defensionem faciendam à clientibus † & non protectoribus præstandis in terminis receptam decisionem approbant Hostiens. *in summa num. 1. & 2. de jure patronat.* Goffredus & post eum Ioan. Andreas Abbas & alii *in c. penult. de pænis*, ubi dicunt. quod Patronus defendat Ecclesiam ejusdem sumptibus & solum præstet ministerium, sicut & tutor, ut supra tactum est, expensis Pupilli ipsum defendit, ubi haud obscure sentiunt idem esse in Advocato, Protectore & similibus, quod expresse etiam ex recentioribus confirmant Georg. Gumpelsheimer *disc. de Iure clientelari Thes. 2. sub Lit. L.* Ubi dicit non obstare, quod clientes plerunque annuam pensionem solvant, cum tantummodo illa honorarii loco offerant & sumptus bellici multorum annorum pensiones superent, Georg. Everh. 1. *cons. 55. n 46.* quorum sententiæ suffragatur Io. Bruningk *de Homag. subjectivis concl. 13.* ubi scribit se existimare protectorem sumptibus clientum opem ferre & assistere, cum non videatur defensionem in suos sumptus promisisse, maxime cum secundum † promissorem in

Ratio decidendi ultima ab auctoritate.

408 dubio fieri soleat interpretatio *l. 99. pr. de verb. oblig.* Maul. *de Homag. Tit. 11. n. 14.* Idem Georg. Everh. *consil. 56. n. 45. & seq. vol. 1.* Ubi post Io. Andr. Abbat. & alios *in c. penult. de pæn.* scribit, Patronum, ut Tutorem Ecclesiæ sumptibus defensionis præstare ministerium. Quibus adde Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mand. c. 14. n. 27.* per rationem, quod Advocati Tutelares in suos sumptus defensionem nec promiserint, neque alio nisi ad indicium protectionis, honorarii & arrhabonis loco annua ipsis pensio à clientibus præstetur, *l. quicquid astringendæ ff. de verb. obl.* Eandem decisionem nostram multis in id allegatis argumentis roborat in ipsis terminis And. Barb. *cons. 62. Tom. 4. per tot.* Idemq; Matth. Wesenb. *cons. 46. n. 3. & 14.* & novissime eandem strenue propugnat D. Hepingk. *dissert. de jure Advoc. concl. 45.* adserens defensionem sumptibus & impensis clientelaribus esse faciendam, id quod diserte etiam defendit Iacob. Synzius, *in disp. de jure protect. Argentinæ A. 1621. habita 9. 20.* ubi scribit Protectorem non nisi clientum impendiis patrocinium & defensionem suscipere, per multa allegata passim in hoc puncto à nobis adducta Besol. *de jur. fœd. c. 5. n. 10.*

Solutio contrariorum Argumentorum.

Porro iis quæ pro confirmatione decisionis nostræ adduximus, adversa non sunt quæ initio ceu contraria allata fuit.

409 Quod enim circa primam & secundam † dubitandi rationem adductum fuit, unumquemq, quod spopondit, suo impendio vel sumptu facere debere, illud fallit, si ejusmodi quid promissum sit, quod ex communi consuetudine non promittentis, sed illius cujus gratia

Responsio ad I. & II. dubitandi rationem.

tia promissum est, sumptibus fieri soleat, Ita hanc ipsam regulam limitat Bartol. *in dict. leg. suo victu*, expresse *ibi* tradens, nisi consuetudo patriæ aliter se habeat, per *leg. excepto* & quod ibi notavit *Cod. locati*. Eandem etiam limitationem *ibidem* sequitur Bald. asserens, quod conducti ad aliquod opus faciendum debeant illud facere suis expensis ni contrarium reperiatur expressum, Boerius *decis.* 303. *numero* 9. vel nisi se aliter habeat consuetudo illius patriæ, quæ consuetudo semper est attendenda, allegat. *leg. licet Cod. locati*.

410 Quod autem attinet ad textum † *d. leg. suo victu*, ille potissimum militat in liberto. qui ideo suis expensis servire tenetur Patrono, quia ut debitor, illud facit, & sic ille casus est specialis, & idcirco in contrarium est jus commune, *leg. jus singulare ff. de legib.* quare per casum illum specialem non est facienda extensio ad eum, qui non est debitor.

411 *Responsio ad III. dubitandi rationem.* Ad objectum tertio loco quod attinet, † debere nimirum Protectorem defendere clientes, sicut Magistratus proprios subditos, tueri solet, Respondetur, illud procedere, quo ad defensionis qualitatem, hoc est, ut susceptos in Tutelam ea fide, cura ac diligentia protegat, sicut proprios suos subditos protegere solet, non autem quoad pensionem sumptuum, quia in hoc magna est inter Magistratum & Protectorem differentia, eo quod magistratus vi jurisdictionis, cujus intuitu multa accipit commoda ac fructus, ad defendendum obligatus existat. Nam sub hac lege & conventione magistratus datus & acceptus intelligitur, ut talem curam gerat, & tale subditis præstet ministerium, *leg. nullum crimen*, ubi plene Philip. Dec. & *l. culpa caret.* ubi idem Dec. & Cagnol. *Digest. de reg. jur.* Vasq. *illustr. controvers.* 41. *numero* 20. *libr. primo*. Quod secus est in Patronis, uti per

412 se patet; Dispar † utique ubi est ratio, ibi quoque dispar sequatur juris dispositio oportet, vulg. *leg. à Titio Digest. de verb. oblig.*

413 *Responsio ad IV. dubitandi rationem.* Scrupulus quarto locus motus, † ubi dictum fuit, servientem alii ex necessitate non recipere impensas, removetur, per distinctionem necessitatis absolutæ & causativæ, sive necessitatis secundum quid, ut dicamus, regulam in primo membro procedere posse, in

414 altero non, Sed Protectores † obstringuntur tantum defensionem facere necessitate causativa non absoluta, quemadmodum in simili loquitur Bar. circa

415 curam matri † incumbentem *in leg. secunda de negot. gest.* ubi dicit, licet mater in quærenda Tutela filii eam quærere necesse habeat, necessitate causativa, non tamen ipsi onus expensarum, sed solius curæ intelligi esse injunctum, afferens similitudinem de hæ-

416 rede, qui † licet necessario habeat facere inventarium: ei tamen expensæ refunduntur ex hæreditate per text. *in leg. scimus* §. *in computatione ff. de jure deliber.* Id quod etiam suo approbavit calculo, Iacob. Butrigar. *in dict. leg. secunda* quem refert & se-

417 quitur *ibi* Bald. dicens si mater † fecerit expensas in removendo Tutore suspecto, quod eas repetat. Consistere itaque nescit objectio hæc. Fallacia enim à

418 dicto † secundum quid, ad dictum simpliciter, argumenta, quibus inest, evertit, Everhard. *in praamb. topic. numer.* 24. *versicul. quando autem fit mutatio à tali secundum quid* Coras. *miscell. libr.* 3. *cap.* 19. *nu.* 8. Pecc. *in tr. de testamen. conjug. lib.* 5. *cap.* 25. *num.* 4. *vers. porro & c.* 30. *n.* 3. *ad fi.* Carol. Mol. *ad l.* 1. §. *si quis simpliciter n.* 67. *ff. de verb. obl.* Angel. Matt. *in tr. de fideicomm. libr.* 3. *c.* 3. *n.* 12.

419 Cum igitur nequaquam concedatur, in casu protectionis susceptæ, absolutam † aliquam defendendi necessitatem Protectoribus inesse, sed ea ipsorum potius liberalitati, atque amicitiæ adscribenda sit, merito sumptus ipsis in defendendo impensi refundendi sunt.

420 Quoties enim ex liberalitate † alicujus præstantur alteri operæ, sumptuum erogatio pertinet ad eum cui præstantur, *leg. in rebus* §. *possunt, ff. commodat.* Bartol. *in leg. si non sortem* §. *libertus numero* 32. *ff. de condict. indeb.* Bald. *in leg. liberti numero* 17. *Cod. de oper. libertor.* Iacobin. de S. Georg. *in tract. de Feudis seu operis num.* 6. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæstion.* 56. *numero* 12. Sufficit enim si cui vel in paucis, amici liberalitate vel labore consulatur, *leg. tutori versicul. ac satis Cod. de negot. gest.* Nec æquum est, alicui suum officium alieni emolumenti causa susceptum, esse damnosum, *l. si servus* §. *idque evidentius ff. de furtis*.

421 *Responsio ad V. dubitandi rationem.* Quinta præterea objectio ex æquiparatione venditoris emptorem laudantis, atque Advocati Tutelaris sumpta, facile diluitur negatione consequentis propter disparitatem rationis. Nam in puncto evictionis ideo venditor suis expensis emptorem defendere tenetur, quia recipit pretium & intelligitur vendere liberam per text. *in leg. ex prædiis C. de evictionibus* & Bald. *in rubr. C. de contrahend. empt.* ideo non est mirum, si postea constet, rem esse oneratam, venditorem suis impensis ab emptore indemnem fieri. Sed in protectionis unione, nulla intercessit venditio, nec aliquod Protectores venditionis pretium accipiunt, ideoque ab uno ad aliud inferri non potest. Quin

422 itaque à † diversis argumentationem vitiosam esse, extra controversiam positum est, *l. ult.* & *ibi* Bart. *ff. de calum.* Pract. Papiens. *in form. appellat. à definitiv. in v. & in quantum sit aliqua num.* 2. Neguzan. *in tract. de pignor. membr.* 4. *p.p.* 2. *n.* 97. Asca. Clem. *in tract. de pat. pot. c.* 5. *n.* 35. Mand. *cons.* 2. *n.* 13.

423 *Responsio ad VI. dubitandi rationem.* Sexta insuper objectio, quæ vult, eum qui accipit mercedem vel recompensationem, facti seu actus alicujus nomine, teneri actum illum facere, propriis sumptibus, nullum etiam pondus habet, ob defectum præsuppositi. Nam ea ut dictum est, regula præsupponit, quod Protector tuitionem suis sumptibus promiserit, & ratione sumptuum in defensione exhibenda compensationem aliquam jam antea acceperit quod tamen falsum est, quia in suos sumptus defensionem nec promisit, neque alio, nisi ad indicium protectionis, honorarii & arrhabonis loco annuam pensionem clientes præstant, *l. quicquid adstringenda ff. de verb. obl.* Pet. Frid. Mind. *de mand. Ind. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 27. *in fin.*

424 Cum itaque juris sit notissimi, quod ubi præsuppositum † verum esse non ostenditur, ibi quoque dispositio locum non inveniat, Felin. *ad cap. nonnulli n.* 34. *vers. ubi verba extr. de rescr.* Lud. Gomez. *ad reg. cancell. tit. de jur. quæsit. non toll. reg.* 4. *vers. circa primum in fine* Pruckm. *cons.* 30. *num.* 101. *lib.* 1. Ergo & hæc objectio constare neutiquam poterit.

425 Nec obstant adductæ illic Dd. † authoritates quia illi locis allegatis de tali tantum themate agunt, ubi quis artifex se opus facturum spoponderat, idque si compensationem pro opere faciendo recepisset, eum propriis impendiis facere debere, decidunt Roman. *d. cons.* 346. *n.* 15. *v. quo ad septimum* Alciat. *consil.* 60. *n.* 5. Itaque horum decisio ad nostram quæstionem hoc loco accommodari non potest. Ut omittam, ipsum Romanum hic notabilem distinctionem ponere, inter promissionem de opere faciendo, quæ fit ex curialitate (ut ibid. loquitur Romanus) & illam, quæ fit ex necessitate, illumque, qui opus facit ex curialitate, impensas ab eo, qui opus fieri stipulatus est, recepturum decidit *ibidem d. vers. quo ad septimum per leg. in reb.* §. *possunt Digest. commodati*, faciunt tra-

tradita per Martin. Coler. *in tract. de aliment. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 90. *lim.* 1.

Cum insuper etiam attestetur ipse Alciatus quod in 427 eo, † an is, qui pro opere faciendo compensationem accepit, opus suis sumptibus facere teneatur, nec ne, ut plurimum ad consuetudinem recurrendum sit Alciat. *d. cons.* 60. *numer.* 7. *libr.* 5. per *l.* 2. §. *apud Labeonem ff. de aq. pluv. arcen.* tanto magis objectio hæc conticescat, necesse est.

428 Restat nunc objectio septimæ ductæ à vasallo ad Protectorem argumentationis, quæ nihil plus ponderis habet, quam aliæ. Nam ad hanc ipsam respondetur, quamvis aliqui in eam sententiam scilicet subsidium à vasallo propriis sumptibus præstandum esse Domino, inclinare videantur: Contrarium tamen verius & feudisticis legibus esse receptius constat. Etenim illud eo tantum † casu procedit, si scil. in investitura expressum est, vasallum propriis sumptibus servire debere, tunc namq; investituræ verbis omnino standum erit, per notat. Bald. *cons.* 251. *lib.* 2. Tiraquel. *in l. si unquam super verb. libertis, n.* 9. *C. de revocand. donat.* Roland. à Valle *cons.* 79. *num.* 31. *vol.* 2. *& consil.* 53. *n.* 1. *& seq. vol.* 3. *& consil.* 3. *n.* 5. *vol.* 4. Schurff. *consil.* 98. *num.* 1. 2. *&* 3. *cent.* 1. *& cons.* 31. *num.* 1. *centur.* 2. *& consil.* 21. *num.* 15. *&* 16. *cent.* 3. Zas. *consil.* 12. *num.* 59. *libr.* 1. & *Tract. Feud. p* 17. *n.* 45. Schenck. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 18. ubi tradunt, quod sicut in aliis Feudalibus controversiis, ita & si quæratur, An vasallus propriis Domino servire teneatur sumptibus, investituræ ante omnia inspiciendus sit tenor. Hennig. Goden. *consil.* 27. *num.* 2. *& cons.* 104. *num.* 14. Francisc. Curt. *p.* 1. *tract. feud. quæstion.* 6. *num.* 29. Paris. de Put. *de redin. feud. c.* 30. *num.* 12. *& c.* 94. *num.* 14. *& cap.* 229. *numer.* 2. *& c.* 237. *n.* 8. Aut si vasallus † habeat feudum pingue, amplum magnum & sufficiens ad exhibendum suis sumptibus tale servitium Domino, nam & tunc propriis expensis servitia domino præstabit, *l. suo victu cum duabus ll. seqq. ff. de oper. libert.* Iacobin. de S. Georg. *verb. & promiserunt, n.* 1. §. 2. *quæro.* Borchol. *de feud. c.* 1. *n.* 26.

Responsio ad VII. dubitandi rationem.

429

430

431 Secus vero si in † investitura de eo nihil conventum fuerit, feudumque sit tenue, & ad hujusmodi expensas supportandas insufficiens, tum enim præstandi erunt vasallo sumptus à domino, argumento ducto à liberto & patrono ad vasallum & dominum *dict. leg. suo victu, & duab.* §. *seq. & leg.* 1. *præterea si matrem ff. de tutel. & ratio distrahend. & leg. à tutoribus* §. *pen. ff. de admin. tut.* Et hanc distinctionem etiam tenent Dyn. & Bart. *in leg. Mævia* §. 1. *ff. de ann. legat.* & ita etiam vult Bald. *in leg. qui manumisit. Cod. de oper. libert.* Angel. *in l. si non sortem* §. *libertus Digest. de cond. indeb.* Eandem sequitur Alvarot. *in cap.* 1. *circa quintam col. in tit. de nov. form. fid.* Ardiz. *epit. feud. cap.* 5. *cujus expensis servire debeat vasallus*, Petr. Iacob. *in pract. de causis ex quibus vasall. debeat amittere feud. num.* 12. *ibi*, si esset pingue feudum Iacobin. *de verb. & promiserunt num.* 1. ubi addit, id, quod dictum est 432 vasallum † suis sumptibus servitia præstare debere, tunc procedere, cum dominus servitia à vasallo exigit, intra patriam sive territorium suum, si extra territorium Dominus voluerit vasallum sibi inservire, serviet vasallus quidem, sed impensis Domini, quod & Wurmser. tradidit *pract. obs. tit. de feud. obs.* 38.

433 Quod denique de propriorum ac subditorum liberorumque hominum servitiis proprio sumptu exhibendis in octava & nona dubitandi ratione dictum fuit id decisioni non obstat: Constat enim quod Protectores precario quasi clientibus conduci soleant, jam vero illos cum his conferendo, juris interpretes 434 statuunt, subditis † gratuitas operas præstantibus sumptus esse præstandos à Dominis quibus inserviant. Surd. *de Alim. tit.* 1. *quæst.* 56. *n.* 12. Husan. *de lib. homin. cap.* 6. *n.* 93. Maul. *de homag. tit.* 4. *n.* 21. Ubi enim indebita † præstantur opera laborem mercede frustrari iniquissimum est. Nam sive agrum tuum quis excolat, sive gregem pascat, sive domum ædificet, sive pabulum ac ligna comportet, sive onustus eat sive literas cursor deferat, sive domi tuæ desidens ostia observet, deniq; quicquid operis agat, cuicunq; usui sit dignus est operarius mercede sua, quam qui negat sanguinis Reus arguitur: ita Ioseph. à Costa *de procur. Indor. salut. libr.* 3. *c.* 17.

Respons. ad IIX. & IX. dubitandi rationem.

Denique etiam eo casu, si adsit consuetudo loci, alimenta servientibus & operantibus sunt præstanda. Iacobin. *de Reyd. & oper. n.* 6. Cardinal. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. libr.* 3. *titul.* 6. *n.* 45. qui plures ad hoc allegat. Sonsbec. *de feud. part.* 11. *numero* 43. Schrad. *p.* 6. *c.* 6. *n.* 15. Rosenth. *c.* 8. *concl.* 24. *n.* 1.

Sed communis consuetudo servat, quod Protectores non propriis, sed clientum sumptibus operas defensionis, nisi aliter conventum sit, præstare soleant.

Atque hæc cum ita sint, inconcussa manet decisio nostra scil. defensionem propriis sumtibus Advocatos non cogi exhibere.

435 Porro hucusque à † contrariorum morsibus defensa decisio nostra, ampliatur primo, ut protectori expensæ in defensione præstanda erogatæ refundi debeant, quantumvis pingue habeat annuum honorarium: † Tametsi enim non desint, qui existimant, salarium præsumi datum, pro his expensis personalibus, quas facit Protector, Tutor, vel curator quod ex Guid. Pap. *decis.* 625. & Innoc. *in c. fin. de dolo & contumac.* & Abb. *in c. finem litis, eod. tit.* & Rupel. *lib.* 2. *foren. instit.* deducit Casp. Baetius *de decima præst. tut. c.* 1. *n.* 11.

Ampliatio decisionis præmissa Si amplum & valde pingue habeat salarium Protector, nihilominus ei due beantur expensæ.

436 Sed tamen contrarium decisum est, † ex Labeonis sententia *in leg. idemque* §. *idem Labeo, Digest. mandati ibi*, & si ad vecturas suas, dum excurrit in prædia, sumptum fecit, nisi salarium fuerit datum, & hoc convenit, ut sumptus de suo faceret, ad hæc itinera, non est de salario, quod Ulpiani responsum ex 437 Labeonis sententia proculdubio præter salarium expensas has concedit tutori, nisi salarium, ut ille inquit, pro his expensis expresse constitutum sit, ex quo destruitur contraria Dd. præsumptio.

Negativa. Ratio dubitandi pro Negativa.

Decisio Affirmativa. Ratio decidendi I.

438 Præterea cum † *in l.* 1. §. *si pupillis Dig. de tutela & rat. distrah.* pro alimentis expresse salarium constitutum sit ex *d.* §. *idem Labeo* procul dubio tenendum est, nisi aliter constitutum & conventum sit salarium, non † impedire expensarum deductionem, sc. earum quæ fiunt à tutore in seipsum.

Ratio decidendi II.

439 Tertio, facit etiam lex Gothorum † pro hac conclusione, ut Tutor præter salarium expensas consequatur, ibi E si algunas, expensas fiziere per los negocios de los hermanos cobrelo, Io. Garsias, *de expens. c.* 20. *n.* 15. *& seq.* ubi testatur id non solum in Tutore, sed & in curatore, administratore, Syndico, & in omni † eo, qui curat rem alienam, locum habere. text. elegans, *in l.* 1. *ff. de contrar. & util. act. tutel. ibi*: *Hæc actio non solum tutori, verum etiam ei, qui pro tutore negotia gessit competere debet, sed etsi curator sit vel pupilli, vel adolescentis, vel furiosi vel prodigi, dicendum est etiam his contrarium judicium dandum: idem in curatore quoq; ventris probandum est, quæ sententia Sabini fuit, existimantis cæteris quoque curatoribus ex iisdem causis dandum contrarium judicium.* Hæc Ulpianus, ex cujus decisione in omni genere administrationis & administratoris istud recipiendum est.

Ratio decidendi III.

Se-

440 *Ampliatio II. Si Protector in bello pro Clientibus suscepto succumbat, an ei nihilominus refundi debeant expensa.* Secundo ampliatur ista determinatio, † ut Protector expensas recuperet, etiamsi in bello clientum causa suscepto succumbat. arg. *l. 1. §. sed an ultro. 10. §. 1. ff. de neg. gest.* ubi dicitur, quod is, qui negotiorum gestorum † agit non solum si effectum habuit negotium quod gessit, actione ista utatur, sed sufficere si utiliter gesserit, etsi effectum non habuerit negotium. Proindeque si insulam fulserit, vel servum ægrum curaverit, etiamsi insula exusta sit, vel servus abierit, nihilominus eum, ex Labeonis sententia negotiorum gestorum agere.

Decisio Affirmativa. Ita etiam Advocatus † expensas & salarium nihilominus recuperat, tametsi cliens suus, cui patrocinatus est, 441 442 causa ceciderit, ut expense docuit Eberhard. Speckhan. *cent. 1. quæst. 21. in princ. summa Angel. verb. Advocatus num. 15.* Benius *de privileg. Iurisconsultorum privileg. 76. num. 8.* Franc. Aretin. *in l. si remunerandi. §. Maurus ff. mandat,* Alexand. *in l. litem Cod. de procur.* Plot. *tract. de in litem Iur. §. 16. num. 10.* allegati per Matth. Cunon. *de pact. libr. 1. capit. 25. numer. 9.* ubi 443 itidem tradit pactum † in casum victoriæ ita demum valere, si promittatur certa quantitas nomine salarii pro patrocinio indifferenter, sive vincat, sive non, & in casu victoriæ ultra salarium constitutum aliquid nomine palmarii promittatur. Specul. *tit. de salar. §. sequitur. vers. quid ergo.* Salic. *in l. si qui Advocatorum Cod. de postul.* Alexand. *in l. litem & ibi* Ias *Codic. de procur.* Afflict. *constitut. Neapol. libr. 1. rubr. 81. num. 14.* Ioan. de Deo *in doctrina Advoc. libr. 5. c. 7. n. 3.* per text. *leg. 1. §. si cui ff. de var. & extr. cognit.*

444 *Declaratio præcedentis II. ampliationis.* Pro declaratione tamen † præcedentis nostræ ampliationis advertendum est, quod casu eveniente necessariæ defensionis Protectores in bello instituendo, sumptibusque & expensis faciendis, ita se moderari debeant, quasi res eorundem propria non aliena gereretur. Neque enim pro clientibus plus expendendum est, quam pro se expenderent, ne sub prætextu defensionis ac patrocinii universum clientum patrimo-445 nium consumatur, neve de re † aliena liberales existant, arg. *l. cum plures. §. nimium. ff. de administr. tutor. Nimium est,* inquit Paulus, *tutori licere respectu existimationis pupilli erogare, ex bonis ejus, quod ex suis non honestissime esset erogaturus, &c.* qua in re non desideramus allegationem Iuris, cum aperte id ratio naturalis poscat proficuos oportere esse Protectores suis clientibus, non damnosos.

Limitatio decisionis. Cæterum hucusque ampliata decisio nostra, de sumptibus protectori refundendis, subsequentem declarationem admittere videtur, ut eo casu quando 446 Advocati tutelares impensas † belli ab hostibus clientes injuste invadentibus, post repulsam illorum ac victoriam super iisdem obtentam consequi possunt, tum eas potius à victis oppressoribus, quam à clientibus 447 exigant, cum alias etiam jure † cautum sit, quod ii qui causam damni dederunt, idipsum recompensare teneantur, arg. *l. qui occidit. 30. § in hac ff. ad l. Aquil. c. fin. extr. de injur. & damn. dato.* gloss. *in cap. sicut* 448 *extr. de testib.* & regulariter damnificatus † ex facto vel delicto alterius illud damnum repetere potest ab eo, ex cujus facto vel delicto ipse damnum accepit. *l. 2. §. fi. & ibi* Dd. *ff. de verb. oblig. l. nam. & Servius in prin. & ibi* Dd. *ff. de negot. gest. l. 3. §. fin. & ibi* Alex. & Ias. *ff. de condict. ob caus. l. Lucius §. Sempronia ff. de legat. 2. gloss. c. si canonici §. si autem verb. occasione & ibi* Dd. *de offic. ord. lib. 6.*

Ita memoriæ proditum, quod cum 1552. Anno 449 Wolffgangus † Equitum ordinis Teuthonici Magister Elwacum oppidum, ea de causa, quod alius ibidem quam ipse volebat, ac sperabat Præpositus electus fuisset, ex improviso cœpisset, Christophorus autem Dux Wirtenbergicus Præpositura ejusdem Advocatus, atque protector implorata ejus defensione, per admissos milites id recuperasset, idem quoque Dux prædicto Ordini unum & alterum pagum occupaverit, & tamdiu, dum ei sumptus in militem facti ab eodem invasore resarcirentur, detinuerit, donec tandem Anno sequenti interventu quorundam Principum ea contentio ita composita fuit, ut Wolffgangus pro pagis illis restituendis triginta florenorum millia Protectori Wirtenbergico dependeret. Henric. Panthaleon. *de vir. illustr. German. part. 3. in prædicto Duce Christophoro.*

Colophonis loco non ineleganter etiam hic quæritur, † *An præter impensas refundendas Clientes suis protectoribus etiam damna, si qua forsan in defendendis ipsis passi sunt, recompensare teneantur?* 450 *Verum clientes præter expensas, damna etiam Protectoribus in exhibita tuitione illata resarcire teneantur.*

Et quidem omissis † dubitandi rationibus à vasallo ad clientem, in quo videtur par militare ratio, argumentum ducendo ad quæstionem propositam respondeo, clientes ad emendationem damnorum in protegendo perpessorum non obligari.

Nam evidentissimi Iuris † & concors interpretum consensus est, vasallum damni in bello perpessi repetitionem à Domino non consequi, uti vult gloss. *in l.* 451 *Negativa.* *quoniam liberi, verb. sumptus,* cum qua Barth. & Dd. *ibi* transeunt. *Cod. de testib.* Innocent. *in c. sicut 29. ibid.* 452 *Ratio decidendi I.* Bald. *n. 8.* Panorm. *n. 16.* & cæteri Dd. *de Iurejur.* Bald. *in l. 1. n. 2. Cod. de verbor. signific.* Alex. *in add. ad Bartol. l. 2. in princ. ff. ad leg. Rhod. de jact.* Ias. *in l. si non sortem. §. libertus n. 31. ff. de condict. indeb.* & magis in terminis Ferrar. *in form. libell. quo agit. ad revoc. feud. verb. contra debitum n. 9.* Camerar. *in repetit. c. imperialem de prohib. feud. alien. per Frider.* Surd. *tit. 1. de alimen. q. 66. n. 10.* Schneidew. *de feud. p. 5. n. 109.* Schrader. *p. 6. c. 6. n 16.* Borcholt. *c. 1. n. 27.* Vult. *lib. 1. c. 10. n. 34.* Rosenthal. *c. 8 conclus. 22. n. 1.* probaturque claro text. *l. 2. §. si conservatis ff. ad leg. Rhod. de jact.* quod deciditur, si operarius † laborando fregerit 453 aut perdiderit instrumentum suum, puta faber incudem aut malleum, perit ipsi, non alteri, cui pro mercede conductus præstabat operas.

Deinde eidem pronunciato adstipulatur *l. si ut certo §. plane ff. commodat,* ubi equus † ad bellum commo- 454 *Ratio decidendi II.* datus & amissus in eo, vel occisus, perit commodanti, nempe, quia commodatarius non est eo aliter usus, nisi prout fuit ei commodatus, & dominus casum istum, quando commodabat, prævidere potuit ac debuit, nec tamen deterreri sese passus est, quo minus commodaret, unde cum non sit, quod imputetur commodatario, merito perit equus ipsi domino *d. §. plane.*

Consequitur igitur, idem esse in Advocato tutelari, qui cum obligaverit sese defendendos clientes in bello, & consequenter ea, quæ secum assumit, periculo amissionis exposuit, nec clientes aliter ejus opera, nisi secundum legem conventionis, usi sunt, merito pereunt ea protectori, cujus erant, nec magis clientes quam commodatarius ad resartionem adstricti esse possunt. Ad quod facit etiam text. *l. inter causas §. non omnia ibi* Bart. & Dd. *ff. mandat,* & inprimis tex. *in l. contractus vers. animalium ibiq.* Dd. *ff. de reg. Iur.*

Admonitio Authoris ne Protectores ultra Salaria & expensas aliquid exigant. Et huc usque de sumptibus & damnis per clientes protectori refundendis. Cæterum quia in contractu Advocatiæ, sub prætextu Patrocinii nimis exactionibus non raro peccari videmus, viris Principibus Comitibus & aliis Patronis, qui jus hoc plus æquo extendunt, & in quæstum ac lucrum privatum transferunt, idcirco probe notandum est (atque utinam hoc 455 ipsum surdis auribus Protectores quidam illustriores non præterirent) † quod scilicet, ut etiam *alibi* diximus, Advocati ac Protectores, ultra mercedem ac sumptuũ refu-

sionem ex pacto convento pro defensionis molestiis constitutam, à Clientibus in suam tutelam & patrocinium receptis amplius nihil possunt exigere aut postulare. Est enim hujusmodi contractus super defensione & Advocatia celebratus, vel nominatus scilicet locationis, vel innominatus scilicet do ut facias, uti alibi deductum est. Unde fit, quod ad incogitata & omissa non debeat extendi, nec ex vi illius possit debeatve Advocatus Iure Advocatiæ ultra mercedem conventam aliquid, sive in bonis Monasterii, sive 456 in Iuribus sibi vindicare. Quod si aliquid † petat aut accipiat ab ipsis Clientibus invitis, violat datam fidem, agitque contra legem contractus, & contra officium Advocati, quod est defendere, nō offendere, servare non invadere bona Clientum, textus est ad literam *in c. hoc consultissimo, de reb. Eccles. non alienand.* ubi Pontifex de hoc Advocatiæ contractu agens decernit *in fine* in hæc verba: *Ex contractibus præterea super præmissis, scilicet Iure Advocatiæ hactenus initis, vel quos in futurum iniri contigerit seu occasione illorum Laici ultra id, quod ex natura contractuum ipsorum, vel adhibita in illis lege promittitur, aliquid non usurpent, qui vero secus egerint, nisi legitime moniti ab hujusmodi usurpatione destiterint, restituendo etiam ea, quæ taliter usurpavint, ex eo excommunicationis sententiam incurrant.*

Secundo idem gravissime † constitutum est, ab ipso Gregorio X. *in c. generali, de elect. in 6.* ubi severe prohibet, bona † Ecclesiastica prætextu Iuris Advocatiæ invadi, usurpari, non solum ab ipsis Advocatis, sed etiam ab ipsorum ministris. 457

Tertio id clare & aperte scribit, *Zas. in Epitom. feud. part. 10. numero 55.* ubi ex *§. quicunque de pace tenend.* infert, Advocatos † Nobiles qui Monasteriis ad protectionem in defensionis subsidium dantur non posse aut debere Monasteria, aut subditos supprimere, pro patrocinio oppugnare, subterere, spoliare, gravare, premere, bonis ac rebus Monasteriorum ad privatam commoditatem abuti. 458

Quarto idem tradit Andr. Gail. *lib. 2. obs. 54. n. 6.* ubi negat, Advocatum † posse collectare suos tutelares, quod is pro viribus defendere ac protegere Clientes debeat, quodque in ea re perniciose peccetur, si jus Advocatiæ plus æquo extendatur, & ad quæstum ac privatam utilitatem transferatur. Ex quibus liquido constat assertionis veritas, quod scilicet Advocatus ultra mercedem conventam nihil Iuris habeat in bonis personarum, quarum Advocatus existit. 459

Atque hæc de præcipuis Advocatiæ accidentiis, seu adjunctis, dicta sint: Nunc ordo postulat, ut de ejusdem etiam affinibus, seu cognatis dispiciamus.

CAPUT XV.

De affinibus, seu Cognatis Advocatiæ, & quibus personis tam Advocati, quam Clientes comparentur.

SUMMARIA.

ARGUMENTA à similibus & comparatis, sumpta non tam ad explanandum, quam persuadendum apta censentur, num. 1.

Advocatiæ affinia in protectionis objecto quotuplicia sint, n. 2

Advocatiæ quam cognationem cum tutelis minorennium habeant, 3

Sicut tutela inventa est ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit ibid.

Ita protectio reperta est, ad tutandos à fortiorum insolentia & oppressione, 4

Tutoris ac Protectoris officia ad idem ordinata, ibid.

Protectores tutoribus honorariis æquiparantur, ibid.

A tutela pupillari recte ducitur argumentum ad tutelam clientelarem, 5

Securitas & Salvus conductus, cum Advocatia quam affinitatem sortiatur, 6

Salvaguardia est illa defensio, & protectio quam potentior minus potenti præstare promittit, 7

Salvus conductus est legitimum præsidium, quod juste timentibus periculum vel damnum, officio præsidentis præstatur, 8

Protector perpetuus alicujus Civitatis verisimiliter etiam per illam jus conducendi habet, 9

Securitatem præstans, quid promittat, 10

Salvus conductus nullam tribuit Iurisdictionem conducendi ibidem,

Salvus conductus quatenus differat ab Advocatia, 11

Ius protectionis quoad effectum cum Salvo conductu convenit, 12

Sub tutela clientelari seu Salvaguardia positus, ita tutus esse debet, sicut is qui securitatem vel Salvum conductum habet, 13

Salvus conductus non semper securitatis, sed interdum honoris gratia præstatur, sub n. 13

Confœderatio Advocatiæ affinis quemadmodum sit, num. 14

Confœderatus socium fœderis adversus vim adversarii tueri, eique auxilium afferre obligatus est, 15

Per confœderationem, confœderati incipiunt esse sub confœderatorum protectione ibidem.

Protectionis jus improprium & inæquale fœdus est, ibidem.

Cliens si injuste & de facto opprimatur, à Patrono defendendus est, 16

Protector sicut pollicetur tutelari se præsidio clientes tecturum, ita confœderatus se confœderato affuturum spondet, 17

Confœderatio, uti & protectio nullam inducit subjectionem, 18. & 19

Miles qui ducem in bello non protexit, capite punitur, numero 20

Fœderibus non transfertur jurisdictio ab ordinario, 21

Fœderatus in confœderati territorio nil censere, nec jus dicere, aut collectas indicere potest, 22

Marchia Ceva quomodo confœderata sit cum Astensi comitatu, 23

Castrum vel oppidum se committens protectioni alicujus principis, aut fœdus cum eo iniens, quomodo illi subjectum efficiatur, 24

Princeps in loco sibi confœderato & adhærenti non potest jus dicere, nec ibi collectas imponere, 25

Confœderatio non tribuit jurisdictionem nisi in rebus ad fœdus pertinentibus, 26

Clientela & fœdera, stricte considerata in quonam differant, numero 27

Ius

Asyla

Qualis

Qualis sit Protectorum cum Vasallis comparatio, numero, 174

Vasallus ab aliorum injuria dominum incolumem servare debet, ne in persona, aut rebus damnum sentiat, 175

Vasallus personam Domini non solum lædere, sed ab offensione aliorum etiam defendere tenetur, 176

Vasallus domino expeditionem in hostem suscipienti armis & equis præsto esse, eumque defendere etiam cum læsione aliorum quorumcunque, tenetur, 177

Protector clientes in persona & rebus pro virili contra aliorum vim, etiam armata manu defendere debet, 178

Quomodo protectores comparentur cum tutoribus pupillaribus, n. 179

Tutores vi tutela suscepta, pro pupillis utilia facere & inutilia prætermittere debent, 180

Tutores generaliter intelliguntur se ad defensionem pupillorum obligare ibidem.

Tutor expresse pupilli defensionem promittere debet, ibidem.

Tutor unde sic dictus? ibid.

Protector ex natura protectionis in tutelam susceptos adversus omnem vim tueri & defendere tenetur, 181

Advocati tutelares qualiter Protectoribus Principum qui olim [illegible] Græcis dicebantur comparentur, 182

Custodia Corporalis Principum hodie sicut & olim usitatissima ibidem.

Romulus corporis custodes trecentos ex præcipuis familiis habuit, ibidem.

Herodes Rex Judææ in satellitio suo custodes Germanos fovit, ibidem.

Indiarum Reges mulierum excubiis usi ibid.

Qualem Protectores nostrates, cum antiquis Civitatum defensoribus affinitatem habeant, numero 183

Advocati quomodo æquiparentur Custodibus arcium & Palatiorum. n. 184

Custodes Conclavis Pontificii vacante Papatu constitui soliti iisdem æquiparati ibidem.

Romanorum custodia ad uxorum pudicitiam tuendam instituta, frustranea ibid.

Protectores qualiter conservatoribus ratione tuitionis præstandæ æquiparentur, n. 185

Conservatores esse non possunt, nisi qui dignitatem aut personatum habent in Ecclesia Cathedrali vel collegiata, n. 186

Lovaniensis Academia unum ex Antistitibus urbis illius perpetuum habet conservatorem, sub n. 186

Rotwilenses Privilegiorum Civitatis Argentinensis conservatores ac Judices delegati ibid.

Comes Schwartzenburgius conservator Privilegii, ne Principes Germaniæ extra Imperium citari possint, ibid.

Conservator alii, defensionis vicem non potest committere, nisi id ei specialiter concessum sit, 187

Protectores quemadmodum cum militibus conferantur, 188

Milites vitam & patrimonia hominum foris in expeditionibus defendunt, 189

Quomodo Clientes & liberti inter se comparentur, n. 190

Liberti adversus patronum ingrati in servitutem vindicari possunt, 191

Clientes à Protectoribus suis in nullam servitutem redigi possunt aut debent, 192

Liberti Patronis ad operas præstandas obligantur, nullas autem exhibent clientes, 193

Patroni libertorum hæreditates delibant, ejus autem nihil participant Advocati, 194

Clientes & pupilli qualem affinitatem inter se habeant, n. 195

Pupilli tam in persona quam rebus auxilio tutelari adjuvandi sunt, 196

Clientes quomodo æquiparentur fœderatis, numero 197

Confœderatus alteri tempore necessitatis armata manu succurrere debet, 198

Clientes tutelares quomodo cum clientibus forensibus conveniant, n. 199

Clientes fori cum Advocatis ob patrocinii præstationem de certa qualitate pacisci possunt, 200

Tutor cum pupillo palam & bona fide potest contrahere, n. 201

Contractus vel pactum quando palam fieri dicatur, num. 202

Qualem cum clientibus cognationem Soldurii Gallorum, habeant, n. 203

Soldurii Gallorum quinam? n. 204

Soldurii unde sic dicti, 205

Clientes à Cæsare Soldurii appellantur, 206

Soldurii ob devotionem in Patronos, cum iisdem mortui sepulti, 207

Soldurii non iidem cum Soldatis, 208

Ratio continuationis.

Cum de Jure protectionis, *ut initio commentationis hujus* dictum est, ex instituto nemo hactenus ex nostris, attestante etiam Bodino *libr. 1. cap. 7. de Republic.* scripserit, ideoque in eo illustrando, ejusque materia apte digerenda, & per omnia causarum genera dilatanda, ab aliis, cum eo aliquam affinitatem habentibus, tanquam † à similibus & comparatis argumenta interdum sumenda sunt, quæ teste Everhard. *in Topicis*, non tam ad explanandum, quam persuadendum apta esse censentur, per notata text. & gl. *in l. final.* & Paul. de Castr. *ibidem Cod. de inoff. testament.* ideo à proposito non erit alienum, Affinia protectionis, sive vicina copulatione conjuncta, quæ se offerunt, hoc loco adducere, & quibus in Jure personis tam ipsi protectores quam Clientes æquiparentur, dispicere, ne inscitiam sapiat, similia sive cognata non discernere, & alia pro aliis accipere. [1]

Cognata in hac materia quotuplicia sint.

Quia vero ea in re occupato tres termini, quorum singuli singularem ad sua cognata respectum habent, persequendi sunt; primus scilicet ipsius Advocatiæ, alter Advocatorum, tertius vero Clientum, idcirco ad confusionem eorundem terminorum evitandam, & rem magis dilucide oculis subjiciendam, de singulis separatim videndum est.

Cognata Advocatiæ, Comparatio Advocatiæ cum tutela.

Quod igitur primo loco ad affinia ipsius Advocatiæ attinet, primum, constat, protectionis Juri affinem esse tutelam pupillarem. [2]

Ut enim defendere † Clientes Protectoris; ita & Tutoris præcipuum est officium, ne indefensum relinquat pupillum *l. 30. Digest. de adm. & peric. tut. & l. 28. pr. Codic. eodem Roman. consil.* 425. Sicut igitur tutela inventa est ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, ut eleganter inquit Justinianus *in §. Instit. de tutel. & Paul. in leg. 1. Digest. eodem.* [3]

Ita protectio atque Advocatia tutelaris inventa est ad tutandos tenuiores, à fortiorum insolentia & oppressione [4]

per

per notata Schurff. *cent. 3. conf. 23. in princip. & num. 1. cum sequent.* Knich. *de sublim. & reg. territ. Iur. cap. 4. num. 329.* ubi affirmat, vocem mundiburdæ tutelis pupillorum propriam, ad omnes tutelas, & proinde quoque ad jus Advocatitium extensam fuisse.

Et quod Tutoris ac Protectoris partes ad eundem † finem institutæ sint, post Bald. *in cap. 1. §. Iudices tract. feud. tit. de pace tenend.* tradit Hostiens. *in cap. licet causam in fin. de probat.* Oldrad. *cons. 260.* Vasq. *illustr. controv. lib. 1. capit. 8. n 14.* ubi deducunt horum officia ad idem esse ordinata.

Facit præterea quod Advocati tutoribus honorariis æquiparentur per gloss. *in cap. venerabilem, verb. carebit, extra de Elect.* per *l. 14. §. 1. pr.* juncta ibi gloss. *1. de solut.* Pfeil. *cons. 133. n. 7. & seq.* Georg. Everhar. *cons. 36. n. 44. vol. 1.*

5 Et quod à tutela pupillorum, † recte ducatur argumentum ad tutelam clientelarem, docet Petr. Frider. Mindan. 2. *Mandator.* 14. *numer. 6. in fin.* & & Lud. Fachsius *tom. 2. var. consilior. in quarto cons. 55. numero* 8.

6 Secundo † Advocatia maximam habet cognationem cum securitate & salvo conductu, quem Itali Fidentiam vocant, attestante Dn. Meno. præceptore meo Patavino, *de arbitrar. Iud. lib. 2. cent. 4. cas. 338. in princip.* ubi dicit, † Salvamguardiam esse illam defensionem & protectionem, quam potentior minus potenti præstare promittit. † Salvus autem conductus & legitimum præsidium, quod juste timendibus periculum vel damnum, officio præsidentis præstatur, Guilhelm. de Cuneo, *in tract. de securitat. numero 2.*

II. *Advocatia cum salvo conductu cognatio.*

7

8

Et hæc quidem Advocatiæ & salvi conductus cognatio tam est arcta, ut Matth. Colerus *cons. 39. n. 55.* 9 asserere non dubitaverit: † Perpetuum Protectorem alicujus Civitatis, verisimiliter etiam jus conducendi per eam Urbem habere: Unde etiam DD. de alterutro horum loquentes, ad terminos alterius à nostris passim allegantur, nuncupatim observante Bechtio *disputatio. de Salvo conduct. Thesi 11.*

Quod vero ad similitudines Advocatiæ & Salvi conductus attinet, eorum prima comparatio ex hoc elucet.

Comparatio inter Advocatiam & Salvamguardiam seu Salvum conductum prima.

Sicut enim Salvamguardiam habentes ab aliorum molestiis tuti esse debent, ut alibi ostendimus, sic etiam illi qui securitatis & Salvi conductus literas habent, à nemine lædendi sunt, docente Dn. Menochio *arbit. Iud. quæstio. libr. 2. cas. 338. numero 1. & 4.*

10 Secundo quemadmodum † dans securitatem seu Salvum conductum, promittit, receptum in securitatem non solum ex sua persona haud offensum iri, verum etiam se, per alios id fieri, prohibiturum, argu. *l. stipulatio ista. §. 2. & 3. ff. de verb. obligat. l. in lege. Digest. locat. l. emptorem si quis habere. ff. de action. empt.* Idem Cuneus *d. tract. numero 24.*

Comparatio inter Advocatiam & Salvum conductum II.

Ita etiam tutelaris Advocatiæ partes in se suscipiens spondet, non modo semet clientes non offensurum, sed & ab aliorum violentiis atque injuriis sedulo defensurum, per ea quæ hanc ad rem ubertim diximus *in Cap. XI. d. de officio Advocat. ampliat. 4.*

Tertio etiam in hoc conveniunt Advocatia & Salvus conductus: Sicut enim illa nullam habenti Iurisdictionem tribuit, ita nec Salvus † conductus per se ullum Imperium infert attestante Ruland. *de Commissar. part. 4. libr. 2. cap. 3. numero 7.* ubi ait conari Principes Salvum conductum in Civitatibus & villis alienis usurpare, nec tamen ex illo sibi acquirere Iurisdictionem.

11 Advocatia tamen & Salvus conductus, † quatenus Assecuramento & Fidantiæ seu fidei publicæ, æquivalet, in hoc nominatim differunt, quod Protectio minus potentibus contra potentiores à superiori potestate, Coras. *in l. illicitas, 6. §. ne potentiores 2. ff. de offic. Præsid.* vel etiam absolute ad suam ac bonorum suorum tutelam, petentibus amicis aut alioquin charis præstatur: Salvus autem conductus peregrinantibus, imo hostibus vel delinquentibus ac bannitis, aliisve, qui communi Legum securitate carent, aut non satis tuti sunt, conceditur, Georg. Everhard. *consil. 3. numero 40. & seq. vol. 2.* ubi inter Salvos conductus peregrinantibus & malefactoribus concessos, sex differentias & alia huc pertinentia notat, prout etiam accurate hoc discrimen assignat Dn. Bechtius *disput. de Salvo conductu Thesi* 11. Ubi tamen addit, quo ad Securitatis effectum Salvamguardiam & Salvum conductum parum differre, monente etiam Dn. Præcep. Menochio *d. cas. 338. numero. 1. & 2.*

Dissimilitudo inter Advocatiam & Salvum conductum.

12 Et sic patet, † quamvis protectionis jus in multis qualitatibus à Salvo conductu differat, quoad effectum tamen convenire. † Quoniam, ut supradictum est 13 in hoc principaliter conveniunt, quod sub Salvaguardia seu tutela clientelari positus ita tutus esse debet, ut illi sunt, qui securitates & Salvos conductus habent. Unde & Ioan. Fab. *in l. denunciamus. Codic. de iis qui ad Ecclesias confug.* æquiparavit securitatem & Salvamguardiam, nec ab eo dissentit Aufrer. *in decision. Capell. Tholos. quæstio.* 489.

Conductus tamen, quod notandum, non semper securitatis, sed interdum honoris potissimum causa (sicut in magnatibus conducendis usu venit) præstari solet, qui ducatus nostris, das Geleite & Guidage seu *convoy* Gallis dicitur, ceu notat Marq. Freher. *in notis ad constitut. Adolph. Rom. Regis in Curia Norimb. de Insulis Rheni, Anno 1293. promulgata in verb. conductum.* ubi versiculum Wenceslai Brack de Terminis Iuristarum sequentem allegat.

Gleitet / *conducit, Ducatum sicque* Gleite.

14 Tertio Advocatiæ admodum † affinis est confœderatio, ut nominatim defendit Dn. Sebast. Dietherich. *posit. vit. disputat. de Advocatia Tubingæ habita,* & docet Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib. 1. cap. 4. sub num.* 8. quibus assensum præbet Ayala *lib. 1. de Iur. & offic. belli cap. 7.* ubi fœderibus annumerat protectionem ac tutelam, per notata Iacob. de S. Georg. *in tract. feuda. verb. Adhærentibus.* Bald. *in l. 8. col. 8. vers. sed quæro quid de Civitatibus Codic. de execut. rei judicat.* Brun. *consilio 86. numero 3. libr. 1.* ubi tradunt, quod per confœderationem † unus confœde- 15 ratorum incipiat sub alterius esse protectione. Et protectionis † improprium & inæquale fœdus esse, per *l. 7. §. 1. de capt. & postl.* docent Bart. *in l. 1. Codic. de excusat. muner.* Decius *in cap. recepimus. numero 18. de privileg.* Petr. Greg. Tholos. *lib. 11. cap. 11. de Republ.* Warhafft. Abtruck in Sachen Hertzogen von Braunsch. *contra* die Stadt Braunsch. *consil. 5. numero 139. versic. Fœdus inæquale* Bodin. 5. *de Republic. 6. num. 579.*

Advocatia cum fœdere affinitas.

Paritatis ratio inter hæc ipsa manifesta est. Sicut enim confœderatus socium fœderis adversus violentias adversarii tueri, atque auxilium vel militibus vel equitibus, si ab hostibus oppugnentur, afferre obligatur, per tradita Bodin. *lib. 5. de Republic. capit. 6.* Ioan. Lup. *in tractat. de confœderat. Princip. §. antequam. veniam. numero* 8. & Restaur. Castald. *in tract. de Imperat. quæst. 109. numero 3.* Ita pariter, ut initæ

Paritatis ratio.

16 vi initæ pactionis, si cliens † injuste vel de facto opprimatur à patrono, juvandus ac defendendus est Natta *consil. 636. num. 1.* & quemadmodum hic spondet pa-17 tronus † se tutelari præsidio clientes tecturum, ita ibi nil aliud fœderis arbiter, quam justis se sociorum rebus consilio & opera adfuturum promittit. Zach. Victor, *dissert. de causis exempt. imper. concl. 21.*

18 Deinde, quemadmodum † confœderatio nullam inducit subjectionem, per text. *in c. ex parte Abbatissa. extr. de privileg. l. non dubito. 7. in princip. ff. de captiv. & postlim. reverf.* ubi traditur, quod populus fœderatus liber populus maneat, nec sit subjectus fœderato populo, quod eleganter insinuat Bodin. *libr. 1. c. 7. de re-*19 *pub.* † ubi dicit, quamvis lege militari caveatur, militem, qui Ducem in bello non protexerit, capite punien-20 dum esse, *l. omne delictum. ff. de re militar.* nihilominus in fœderibus & pacis actionibus, quæ inter principes ac populos societate & amicitia conjunctissimos fanciuntur, eam vim habere, ut nec alter alteri pareat, nec imperet, sed ut alter alterius majestatem observare, sine ulla majestatis imminutione soleat.

Paritatis num II.

21 Hinc receptæ maximæ, † fœderibus neminem à Jurisdictione ordinaria eximi, Ruland. *d. lib. 2. cap. 3. n. 2.* nec ullam jurisdictionem transferri. Jacob. de S. Geor. *in invest. feud. de adhar. vers. subsequenter.* Moditius §. *principum placita, dub. 239. nu. 3. & §. plebiscitum dub. 35.* Bald. *conf. 506. vol. 5.* Brunus *conf. 86. n. 3.* Purpur. *conf. 18. n. 63.* sed gentem liberam manere, *l. 7. ff. de capti.* Bodin. *lib. 5. de republ. c. 6 nu. 579.* Valer. Maxim. *lib. 5. c. 2.* Antimachiav. *lib. 3. c. 18.* Hugo Grot. *de antiq. Bat. ca. 5.* Petr. Faber. *lib. 1. semestr. ca. 7.* Castald. *de optimo imper. q. 109.* Roman. *conf. 444. col. 2.* Parif. *conf. 16. n. 25. lib. 4.* privilegia regimenque pristinum retinere, Bod. *in meth. histor. ca. 6.* Erenb. *de fæd. lib. 1.*22 *ca. 3. n. 9.* ex Bald. *auth. & omnino C. ne uxori,* † Ita ut confœderatus Princeps in alterius orbe, nil censere, Bodin. *d. lib. 5. ca. 6. nu. 610.* Moditius §. *principum dub. 239. n. 2. & 5.* Menoch. *arbitr. qua. lib. 1. q. 100.* non jus dicere, nec collectas indicere possit, Budæus *ad l. non dubito ff. de captiv.* Mantic. *lib. 27. de tacit. convent. tit. 7. n. 15.* Marsil. *in pract. crim. §. opportune nu. 36.* Panorm. *conf. 51. lib. 2.* Winzler. *de collectis observat. 21.*

Id quod scribunt etiam Doctores nostri Bald. quem refert Jacobin. de S. Georg. *in investitura feudali de adhærentibus & confœderatis, col. 2. vers. subsequenter*23 *quæro.* † Et Marchiones Cevæ ex facto fœdere cum Duce Aurelianensi, tunc Astensi Comite, non transtulisse in ipsum Comitem Jurisdictionem aliquam ex *d. l. non dubito ff. de captiv. & postlim. reverf.* & in simili casu respondit Rom. *conf. 444. col. 2.* idem sensit Socin. Sen. *in l. si ex toto. in fin. de legat. 1.* ubi differit. *conf. 74. col. 3. vers. præterea dictum lib. 1.* qui aliis Bart. & Bald. re-24 latis authoritatibus respondit, † Castrum committens se protectioni ac defensioni, sicque fœdus cum civitate percutiens, non transferre aliquam Jurisdictionem in eam contra se, sed liberum permanere: idem censuit Decius *consil. 564. nu. 11.* & pulchre Socin. Jun. *consil. 11. nu. 6. lib. 1.* sic respondit Paris. *consil. 16. nu. 25. lib. 4.* ex his fœderibus, quæ recommendationes is appellat, rem feudalem non effici, sed liberam remanere; idem notaverunt Barb. *consil. 11. col. 13. lib. 2.* Felin. *in ca. postulasti. nu. 10. de foro comp.* Restaur. Castald. *tract. de Imperatore. q. 109. in fin.* idem quoque censuit Brun. *conf. 86. nu. 3.* dum respondit, confœderationem non inducere subjectionem, sed mutuam receptionem sub protectione. Nec ab his dissentit Cagnol. *in proam. ff. in princ. nu. 56.* Imo ex *d. c. ex parte. & d. l. non dubito,* atque authoritate Mart. Laud. & relatorum respondit 25 Natt. *conf. 301. lib. 2.* Principem, † cum quo fœdus seu adhærentia facta est, non posse Jus dicere, & per consequens collectas loco fœderato indicere. Inter recentiores autem idipsum docuerunt Bocer. *de crim. læs. maj. c. 1. num. 46.* & novissime Warem. ab Erenberg. *lib. 1. meditat. pro fœder. c. 3. num. 44.* † ubi expresse inquit, 26 adhærentiam nullam conferre Jurisdictionem in eum, cui quis adhæret, nisi in rebus ad fœdus pertinentibus, in quibus ratione confœderationis alias non habenti Jurisdictio tribui soleat, dilaudans ad id Laudens. *quæst. 7. de confœderat.*

Ita etiam Advocatia tutelaris nullam præbet Jurisdictionem, sed in fidem suscepti sicut confœderati ordinarium retinent magistratum, uti *supr. c. 10. de effectib. protectionis* multis ad hoc allegatis authoritatibus fusissime probatum est.

Differunt tamen inter se accuratius & stricte considerata Fœdera † & clientelæ; Hæ enim potissimum spectant tuitionem clientum, illa vero sua natura mutuam defensionem continent Georg. Everh. *conf. 56. nu. 67.* unde à confœderatione ad protectionem non semper recte infertur, quia confœderatio præter defensionem, æquale etiam ac mutuum fœdus in se continet, simplex Advocatia non item. 27

Differentia inter Advocat. & confœd.

Quarto insuper magnam habet, † cum Advocatia 28 nostra affinitatem Jus Patronatus Ecclesiasticum. Sicut enim † tutelæ clientelari onus defensionis clientum eorumque bonorum, uti ex *c. de officiis protectorum,* affatim cognovimus, inhæret: ita & huic Juri Patronatus 29 inest Jus defensionis & tutelæ Hostiens. *in summa de Jure patron. nu. 1. & 3.* Wesenb. *conf. 48. num. 3. & 14.* ubi dicit, quod id non habeat dubium. Quod extenditur etiam ad eum casum, quando Jus patronatus amissum est, idque summe notandum dicit Lambertin. *lib. 2. quæst. 2. prin. nu. 3. & art. 4. quæst. 2. princ.*

IV. Advocatia cum Iure Patronatus cognat.

Insuper Advocatiæ vicinum esse Jus patronatus tradit Joach. Steph. *Instit. jur. Canon. lib. 2. c. 11. num. 40.* quod inde quandoque Advocatia, & Patronus Ecclesiæ appelletur Advocatus.

Quomodo autem † differant Advocatia & Jus pa- 30 tronatus seu conferendi beneficium Ecclesiasticum ex parte docet Jacob. Henrichman. *tom. 3. conf. 3. numer. 49. 50. 51. & 52.*

D[illegible] Iur[illegible] tro[illegible] & [illegible]

Præter differentias autem ab eodem *ibi* satis quidem obscure tactas, in hoc discrepare videntur, quod Jus Patronatus plus in se contineat, quam Advocatia. † Patro- 31 nus enim Ecclesiasticus præter Jus defensionis habet etiam potestatem nominandi & præsentandi ad Ecclesiasticum beneficium cujus Patronatu gaudet, protector vero ea caret, & Jus duntaxat defendendi habet; unde Jus patronatus Ecclesiasticum respectu Advocatiæ protector sibi arrogare non potest Seiler. *in sentent. Cameral. folio 544. facit. ca. 12. de pœnis.*

Deinde Patronus Ecclesiasticus † potest exigere ra- 32 tionem de temporalibus Ecclesiæ *c. cum & plantare §. in Ecclesiast. extra de privileg.* Abbas *in c. de Monachus de præbend.* Roch. de Curt. *verb. Honorific. nu. 100. de jure patronat.* † Protector vero nullam habet exactio- 33 nem rationis de temporalibus, nisi consuetudine vel usu longævo eam acquisiverit.

Tertio Patronatus inops ab Ecclesia † alimentari de- 34 bet, *c. quicunq. 16. q. 7.* Cæsar Lambert. *de jur. patron. 3. q. princ. art. 1. & seq. usq. ad 16.* Paul Citad. *p. 6. art. 4. per totum:* Protectori autem nulla debentur alimēta quemadmodum nominatim *in c. X* deduximus, nisi in fundatione cum consensu Episcopi sibi reservasset. 35

V. Advocatia cum Ganerbinatu cognatio.

Quinto multum † paritatis inter se habent Advocatia & jus eorum, qui à nostris hominibus vocantur Gan Erben.

Quemadmodum enim olim, † ante pomulgatam 36 pacem publicam, da das Faustrecht und Schnarcherey noch im schwang gienge / cum passim itinera latroci-

Prima Paritatis ratio.

trocinis intuta ac infesta essent & latrones atque prædones asyla sua, in arcibus apud ejusdem farinæ homines, qui similiter ex rapto vivebant, haberent, alii honestiores & generosioris animi ac spiritus Nobiles, quibus invisa essent ejusmodi latrocinia, etiam ipsi arces munitiores sibi extruxerunt, in quas sese cum familia ac rebus preciosioribus, tanquam in receptus tutos, & securas mansiones, ingruentibus latrociniorum, & depopulationum tempestatibus, conferrent. Quoque major esset ipsorum inter se conjunctio, peculiares quasdam confraternitates certis pactis inter se instituerunt, in eum finem, ut se suasque facultates contra vim & incursiones hostiles conjunctis viribus defenderent. Cum autem se solos sibi ipsis ad defensionem sui & suorum contra vim potentiorum nondum sufficere animadverterent: in tutelam sese ac protectionem vicinorum quorundam principum tanquam vasallos contulerunt: Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 2. membr. 3. n. 4.* Conrad. Rittersh. *part. feud. c. 17.* Paul. Matth. Wehner. *obser. pract. verb.* Ganerben/ *cap. 2.*

Sic etiam clientes imbecilliores, ut tuti essent ab improbis hominibus, in potentiorum tuitionem sese commendarunt.

37 *II. Paritatis ratio.* Sicut igitur inter illos societas quædam † ac confœderatio communis tutelæ gratia coita, certisque astricta legibus quæ appellarunt Burckfrieden/ Matth. Stephan. *d. membr. 3. n. 5.* Ita in his certa quædam cum patronis suis, quo eosdem ab injuriis facinorosorum defendant, pacta intercedunt.

38 *III. Paritatis ratio.* Ad hæc sicut in Ganerbinatu, † cum aliqui in ipsorum societatem recipiuntur, & condomini fiunt, haud desinunt esse subditi, aut vasalli, illius Domini, cujus ante, quam in Ganerbinatum cooptarentur, fuerunt Ritershus. *d. c. 17. §. de jure Ganerbior. quo conseantur, &c.* Ita similiter in Advocatia, receptæ in tutelam personæ sub potestate sui magistratus persistunt, nec superioris Jurisdictioni eximuntur, Frider. *lib. 2. process. c. 14. n. 4.* Thom. Michael. *disp. de Jurisdict. concl. 55. lit. c.* Ferrariens. *tit. 15. gloss. 18. n. 4.* Honded. *cons. 13. n. 57. vol. 1.* nec prisca eorum libertas imminuitur, Bodin. *lib. 1. de republ. c. 9. n. 108.* Erenb. *lib. 1. de fœder. c. 4. n. 13.* Arnis. *lib. 1. de jur. majest. c. 3.* Natta *cons. 301. nu. 1.* cum aliis sexcentis *supr. Cap. X.* copiose conglomeratis.

39 *VI. Advocatia cum servitiis vasalliticis comparatio.* Sexto non impertinenter comparatur † protectio cum Feudis, seu servitiis vasalliticis arg. *l. 3. de novation.* Waremb. ab Erenb. *lib. 1. de fœder. c. 4. n. 13.* ubi dicit, clientelam magnam habere cognationem cum Feudis, Vult. *1. feud. 12. n. 12.* Borch. *feud. c. n. 40.* cum servitiorum exhibitio perinde, ut operarum editio, nihil sit aliud, quam officii præstatio, *c. 1. in fin. de vasall. milit. qui arm. bellic. depos.* Andr. Kohl. *de servit. feud. part. 5. nu. 3.* uti etiam defensio nil aliud est, quam debiti clientibus à Patrono officii exhibitio.

40 *I. Comparationis ratio.* Sicut enim servitia illa præstantur in † recompensationem liberalitatis, sive beneficii à Domino accepti, *cap. 1. in fin. ex quib. caus. feud. amitt.* Curt. *de feud. part. 3. memb. 1. n. 8. vers. prædicta tamen*: Ita etiam auxilia defensionis porriguntur à protectoribus in recompensationem honorarii, quotannis à clientibus soluti, ut *alibi* latius definitum fuit.

41 *II. Comparationis ratio.* Deinde etiam, † sicut servitia pacto feudi intrinseco & natura ejus debentur, prout apertissime testantur text. *in c. 1. ibi restat, ut in sex prædictis, &c. de form. fidel. c. 1. ibi* eam recuperare, &c. *ibi*; & si scivero, te velle aliquem juste offendere, &c. *de nov. form. fidel. cap. 1. in princ. & § fin. hic finitur lex. c. 1. §. firmiter de prohib. feud. alien. per Frider.* & istis in locis communiter Feudistæ Bald. *c. 1. n. 17. de capit. qui curiam vendit*, Præpos. *in princip. vers. sed quid si dominus.* & Afflict. *n. 49. in c. unic.* *quib. mod. feud. amit. ibid.* Laudens. *n. 13.* Dec. *cons. 193. n. 4. & 5.* Borcholt. *de feud. c. 1. n. 29.* Zas. *part. 1. n. fin.* Schneid. *part. 5. n. 91. in fin.* Mozz. *tit. de natural. lib. num. 22. & 60. & de subst. feud. n. 21. vers. sed contra.* Schrad. *p. 2. c. 2. nu. 42. & p. 6. c. 6. n. 3. in fin.* Vult. *c. 6. nu. fin. lib. 1.* Corn. *cons. 239. n. 9. vol. 1.* Ita etiam Jus defensionis tanquam Jurisdictionis sequela tam Magistratibus virtute Imperii, quam constitutis protectoribus ratione officii, necessario (ut latius *in cap. III.* ostensum est) competit atque incumbit.

42 *Feudorum Origo an ex antiquis Romanorum clientelis deducatur, Affirmativa. Affirmantium argumenta.* Quinimo Jus hoc † clientelare non solum, ut diximus, æquiparatur servitiis vasallaticis, sed nonnulli etiam ipsum Jus feudale ex antiquissimis Romanorum clientelis incunabula duxisse, strenue defendunt, *inprimis* jubar illud Galliæ Budæus opinionis hujus Antesignanus *in l. Herennius ff. de evict.* lumenque Germaniæ Zasius doctissimus Juris antiqui indagator, tam *in tract. feud. part.* 1. quam *in l. 2. de orig. jur. verbo. Curia*, & hos insecutus Claud. Cantiuncula *in Top. legal. in loco à feud. ad emphyt.* Joan. Oldendorp. *in action. forens. progymnas. class. 5. tit. de act. benef.* Jo. Pyrr. *ad consuet. Burdegal. lib. 2. tit. 8. de feud. in princ.* Hanneton *de feud. lib. 1. c. 2.* Spigel *ad Ligurin. lib. 2.* Jacob. Durant. *variar. lib. 1. c. 1. in fin.* & eleganter Sonsbec. *de feud. part. 1. n. 30.* & aliquot. *seq.* Arnold. Ferron. *in consuet. Burdeg. tit. 8. de feud. & c. in princ. lib. 2.* facit text. *cap. 1. § et si clientulus de alienat. feud.* Quorum omnium in sententiam ire visus est Benedict. Bonius *tract. de Consib. art. 26.* ubi in scripta retulit, † Romanæ olim urbis Reges devictos vicinos maxima versutia sub clientelam suam invitasse, illisque agros & fundos clientelæ titulo in beneficium concessisse eosque agros ac territoria per clientes alienari non licuisse, quod & hodie in Feudis prohibitum esse, nemo nescit. 43

44 *Ratio dubitandi I. pro affirmativa.* Idque ex similitudine † clientelarum & feudorum. Sicut enim antiqua illa clientelaris necessitudo ferebat, ut clientes perpetua patronorum protectione defenderentur, ac ipsi vicissim eos omni benevolentia colerent, ita pariter vasalli Dominis suis, à quibus feuda habent, in quovis periculo succurrere, eosque omni honoris obsequio prosequi tenentur, *c. sancimus. de feud. sine culp. non amit. c. 1. §. sed non est alia, quæ fuit prim. caus. l. 1. l. liberi. & tot. tit. ff. de obseq. à liber. & libert. præst.*

45 *Ratio dubitandi II.* Deinde etiam, † sicut olim patroni clientibus, & vicissim clientes patronis mutua inter se obligatione bectebantur, sic in feudis idem obtinet, siquidem & vasallus Domino, & Dominus vasallo vicissim obstringantur, per text. *in c. 1. § dominus quoq; de form. fidel.* quo textu moti Dd. communiter statuunt, Dominum vasallo regulariter ad omnia illa teneri, ad quæ vasallus tenetur Domino, *gloss. in c. Imperialem, §. ult.* ubi Alvarot. *n. 2.* & cæteri Dd. *de prohib. feud. alien. per Frid.* Belvis. *in d. §. dominus.* ubi Laudens. *n. 17.* Alvar. *nu. 7.* & reliqui Ferrar. *in form. libell. quo agit. ad revoc. feud. verb. contra debitum nu. 5.* Jacob. de S. Georg. *verb. qui quidem investit. n. 16. & verb. & promiserunt. n. 15.* Afflict. *decis. 265. n. 1.* Zas. *de feud. part. 7. n. 56. & 57.* reprobans Panor. quod Dominus ad ea saltem ex urbanitate teneatur, statuentem in *c. brevi. n. 6. de jurejur.* Molin. *ad consuet. Paris. t. 1. § 2. gloss. 4. n. 10.* Dec. *cons. 469. num. 4.* Clarus *§. feud. q. 27.* Schneid. *part. 5. n. 125.* Schrad. plures allegans *p. 6. c. 7. n. 2.* Intrigliol *quæst. 62.* Herm. Vult. *lib. 1. de feud. c. 10. n. 37.* Unde † etiam vasalli, clientuli quandoque dicuntur, *c. 1. de alien. feud. & c. unic. ibi.* nisi clientulus, de content. inter dom. & vasall. & ibid. in duobus aliis locis de alienat. feud. notavit Matth. de Afflict. *in prælud. feud. n. 29.* ibi accipitur clientulus pro vasallo, Seylel, *in spec. feud. tit. de definition. feud.* 46

47 *Decisio Negativa.* Verum opinionis hujus adumbratæ † rationes eruditioribus non satisfaciunt, & recte à Modernis repro-

Ratio decidendi. reprobantur, ea ratione, quod simile dicatur, quod in aliquo habet differentiam, sed ut plurimum convenientiam: 48 † At vero inter clientelas & feuda plures sunt dissimilitudines ac differentiæ, quam convenientiæ, ut accurate notat. Carol. Molin. *ad consuet. Parif. tit.* 1. *in princ. n.*10.11. & 12. ubi Zasii & ejusdem asseclarum opinionem late refutat, cui etiam assentiuntur Lælius Taurel. *lib. sing. de militiis ex casu.* Franc. Duaren. *de feud. c.*3.*n.*1. Sonsbec. *part.*1.*n.*13. Borcholt. *c.*2.*nu.*4. Cujac. *lib.* 1. *in princ. de feud.* & *lib.* 8. *obs.*14. Hotom. *eod. tract. disput.*2. Wesenb. *c.*3.*nu.*1. Petr. Heig. *lib.*1.*quæst.*1 *nu.*9. & *alii.*

49 Nam primo antiquus patronatus & clientela, † sola *I. Dissimilitudo inter clientelam & feudum.* stabant benevolentia, Molin. *d. tit.*1 *n.*12. † Feudum autem rei immobilis, investitura constituitur, per text. express. *in c.*1.§ *sciendum. de feud. cognit. cap. unic. quib. mod. feud. constit.* Duaren. *c.*5. *de feud.* Curt. *quæst.*6.*part.* 50 1. Zal. *part.*4. *Epit. in usu feud.* Hanneton. *lib.* 1. *cap.* 4. Guer. Pison. Soac. *in prælud feud. c.*4.*n.*4.

51 Deinde clientes, † & sese & omnia sua bona in fi- *II. Dissimilitudo inter clientelam & feudum.* dem, tutelam, & patrocinium patronorum dabant, prædia tamen sua, pleno Jure retinebant, Borcholt. *d. c.* 2. *sub n.* 4. nec patronum † rerum suarum dominum in quoquam, sed sui suorumque ac fortunarum suarum 52 tantummodo protectorem agnoscebant, † vasalli autem 53 dominum ut verum & directum dominum rei benefi- 54 ciariæ recognoscunt, Carol. Molin. *d. n.*12. & † prædia feudalia, ususfructus tantum Jure possident, directo Dominio seu proprietate, penes dominum feudi residente, text. & Feudist. *in c.*1.§ *in primis in quib. caus. feud. amit.* Coler. *cons.*5. *nu.*5.

55 Quia, ut feudum sit, † necesse est dominum retinere proprietatem, & tantum transferre dominium utile in accipientem, Alvarot. *c. unic. n.*6. *si de feud. vas. ab aliquo interp. c.*1.§. *fin. de invest. de re alien. fact.* Matth. Wesenb. *lib.*1. *cons.*38.*n.*12. Everh. *loc. de tanquam,* 24.*not.*

56 Tertio in clientela & patrocinii † & obsequii fides, *III. Dissimilitudo inter clientelam & feudum.* ad omnia extendebantur & ad personas & ad res, & ad negotia universa, Carol. Molin. *d. tit.*1.*n.*12. In feudo autem non extenditur, nisi ad limites rei beneficiariæ, 57 † quia vasallus recognoscit, dominum feudi directum, sed aliorum bonorum, nec dominum nec protectorem.

58 † Quia dominus jurisdictionem non habet in vasallum, nisi respectu feudi.

59 Quod sublimem † Jurisdictionem minime tribuit, referente Anton. Sola. *ad constit. antiq. Saband. proœm. gloss.*2.*nu.*14. Guid. Pap. *decis.* 518. *n.* 2. *vers. non* 60 *obstat.* Hartm. Pistor. *quæst.*15 *n.*33. *lib.* . ideoque † in personalibus aliisve causis non feudalibus, vasallus domino feudi, cujus in ditione larem aut domicilium non fovet, subjectus non est *cap.*1.§ *præterea, si inter. de prohib. feud. alien per Frider. c. ex transmissa.* & *c. verum. extr. de foro compet. c. cæterum,* ibique Innoc. & *c. novit. extr. de judic.* Feudistæ *in cap.*1. *de controvers. inter vasall.* & *alium.* Schrad. *part.*10 *sect.*2.*n.*29. Rosenth. *c.*12.*concl.*1. *n.*13. ubi uterque plures ad hoc allegant, nec vasalli mandatis dominorum, ut quib. Jurisdictio duntaxat, ratione beneficii feudalis competit, parere tenentur, *l. ult.*§. *de jurisd. l. duumvirum C. de decurionib. lib.*10. Heig. *d. part.* 1. *quæst.*18.*n.*18 Knich. *de investitur. pact. part.*2.*c.*5.*n.*138.

61 Quarto clientelis onus † militiæ non erat anne- *IV. Dissimilitudo inter clientelam & feudum.* xum, nec clientes belli, sed pacis & otii alumni erant, ut eleganter docent Borcholt. *d cap.*2.*num.*4. *de feud.* Petr. Heig. *d. q.*1. *num.* 9. † Vasalli autem militiam ex- 62 ercere pro domino, ei in periculo versanti ferre auxilium & armis & manu, & objectu corporis debent, per text. ad hoc notabilem *in l. cum Dominus ff. de Syllanian.* Joan. Thom. Minadous *consil.*11.*num.*20. aggressores item terrere, strenue pro domino pugnare, vel suo loco Vicarium mittere, ut salvus & illæsus remaneat dominus, *l.* 1. §. *tulisse. Digest. de Syllanian.*

63 Hoc amplius clientes ferebant à patronis sportulas *V. Dissimilitudo.* vel cœnas, Juvenal. *Satyr.*1.

Vestibulis abeunt veteres lassiq; clientes.

Votaq; deponunt, quanquam longissima cœna.

At vero vasalli sportulas vel cœnas à dominis nullas ferunt, nisi forte habeant feuda de Camera vel Cavena, Molin. *d. tit.*1. ubi Zas. rationes prolixe refellit.

64 Clientes denique conferebant in dotem † filiæ Do- *VI. Dissimilitudo.* mini, & æs alienum ejus nomine solvebant, vasallus non etiam, *tit. si de feud. defunct.*§. *non est consuetudo, de alienat. feud* Guil. Forner. *de feud. tit. de orig.* Warem. ab Erenb *medicam. pro fœder. lib.*1.*c.*4.*n.*13.

Ex quibus omnibus satis colligitur, in contrarium adductas binas dubitandi rationes per collationem harum dissimilitudinum, uti invalidas per se corruere, nec iis refutandis ulteriorem operam esse necessariam. Jura enim feudalia, quamvis in aliquibus cum antiquis clientelis similitudinem atque affinitatem habeant, non tamen ex illis, † sed consuetudinibus 65 Germanorum orta à Longobardis originem traxisse, & antiquis Romanorum Imperatoribus penitus incognita & insuetata fuisse, ut hoc ipsum pluribus illustrant Jacob. Alvarot. *in ca.*1. *rubr. de content. inter dom.* & *vasall. de invest feud col.*4. Afflict. *in prælud feud. n.* 27. Isern. *in prælud. num.*41. à posterioribus adinventa, inquiens Belvis. *in* § *fin. de his qui feud. dar. poss.* & Laud. *ibid. in princ. n.*24. Petr. de Gregor. *in tract. concess. feud. part.*1.*q.*1. *in princ.* quem refert Cuman. *in prælud. c. si aliquem. nu.*6. *in fin.* Jul. Clar. *in* § *feud. quæst.*1. ubi testatur, hanc opinionem esse communem, crebriorem, unicam, & concordem omnium Doctorum, Petr. Nicol. Mozz. *in tract. de feud. in princ sub n.*31. Marin. Frecc. *in princ. lib.*1. *de orig. feud. n.*4. & *seq.* præsertim *n.* 82. & hanc opinionem sequuntur Ferrar. Montan. *lib.*1. *feud. c.*1. Duaren. *c.*3.*nu.*4. Hotom. *in disput. feud. c.*1. & 2. eleganter Wesenb. *in princ. sui tract. de orig. feud.* & Molin. testatur hoc ipsum, probatque communiter receptum *in consuet. Paris. in princ. n.*1. & 2. Intrigl. *in cent. feud. q* 3 *n.*10. Rosenth. *synops. feud. concl.*8.*n.*2. *lib.*1. Warem. ab Erenb. *d. nu.*13. adseverans licet clientelæ magnam habeant cognationem cum feudis, illa tamen ab iis originem non ducere, ut recte Rittershu. *de feud lib.*1.*c.*2.*n.*15. Bodin. 1. *de Republ n.*108. Recte contra Zasium defendunt Molin. & Borcholt. *locis ibid. alleg.*

66 Sed redeundo ad reliquas Advocatiæ cognatas *VII. Advocatia & Asylorum cognatio.* species, septimo loco haud abs re dici posse † videtur jus protectionis aliquem etiam habere respectum, ad securitatem Asylorum, in quibus † vel divino numi- 67 ne, vel principum majestate homines ab externa vi defenduntur, Hippolit. de Collib. *de increment. urb. ca.* 18. Asylorum autem alia sunt locorum † sacrorum, 68 nempe Ecclesiasticorum Gottesfried und Kirchens Freyheit Joan. Georg. Becht. *de securit.* & *salvocondutt. c.* 6 *in princip.*

69 Ecclesia † enim inprimis refertur inter asyla sanctiora, dicitur namque ἄσυλον † locus à prædatione immu- 70 nis, cui periculum non est, ne prædæ fiat, quem spoliare nefas est, à violentia tutus & sacrosanctus: Quamobrem & asyla templa dicta, ut apud Livium. *lib.*35. Ea religione & eo Jure sancto, quo sunt templa, quæ asyla Græci vocant. Asylum sacros terminos quibus servis esset securitas dixit Julius Pollux *lib.*2 *Onomast. c.*10. Demetrius concedens genti Judæorum complura privilegia inter cætera adjecit. 1. *Machab. cap.*10. *ver.*43. *Et quicunque confugerint in templo, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus ejus, obnoxii Regi in omni negocio dimittantur, & universa quæ sunt eis in regno meo libera habeant.* 71 Et in templa † confugientes venia & miseratione dignos docet Virg. *Æneid. lib.*1. dum ait:

Cunctis nam lati navibus ibant

Orantes veniam & templum clamore petentes.

Ita & supplices orantes aras tenebant, ut innuit idem Virgil. 6. *Æneid.* dicens

Talibus orabat dictis, arasq; tenebat.

72 Sic etiamnum hodie confugientes † ad Ecclesias evelli inde jure communi propter loci religionem inviti non possunt, ut ait Leo Cæsar *in l. præsenti 5. C. de iis qui ad Eccles. confug.* Theodos. quoque & Valent. *in l. pateant. 4. de iis, qui ad Eccles. confug. lib. 9. Cod. Theodos. tit. 45.* legem hanc immunitatis Ecclesiæ constitutione firmarunt, atque pro asylo omnia, quæ Ecclesia continentur, usque ad extremas fores Ecclesiæ constitue-73 runt, confugientibus eo sine armis, statuta † & pœna, ut qui propria auctoritate, confugientem avulserit, extraxeritve, verberibus affectus, rasusque relegetur. Cujus meminit Constantin. Harmenop. *lib. 2. Promptuar. jur. tit. 9.* D. Augustin. *ad Bonifacium, cap. miror. 17. quæst. 4.* Eum qui hominem ad Ecclesiam fugitivum rapuerat, punit primum, ne ejus oblationes à clericis susciperentur, dehinc communionem interdixit, donec pœnitentiam egisset. Gelasius *in ca. frater ead. quæst.* Reo ejusdem criminis Ecclesiarum omnium inhibet ingressum; Ex Concilio Hilerdensi *cap. nullus clericorum. cap. 17. quæst. 4.* segregatur quoque ab Ecclesia. Concilium Triburiense *cap. si quis contumax ead. quæst.* pœnam arbitrio committit Episcopi, & mulctam statuit nongentorum solidorum. In jure civili *l. 2. C. de his, qui confug. ad Eccles.* extat constitutio Honorii & Theodosii CC. qua asylorum violatio ad crimen læsæ majestatis pertinet. *Fideli, devotaque devotione,* inquiunt, *sancimus, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, sub hac videlicet definitione, ut si quisquam contra hanc legem venire tentaverit, sciat se majestatis crimine esse retinendum.* Concilium Toletanum 12. *cap. 10 & cap. diffiniunt 35. quæst. 4.* Asylum Ecclesiæ extra Ecclesiam etiam constituit intra 30. passus, utque non inde extrahantur servi, confugientes à Dominis, nisi præstita cautione, quod eis injuriam non inferant ob eam causam. Quod & aliorum aliis constitutionibus cavetur *c. metuentes. c. id constituimus, 17. quæst. 4. l. fin. § fin. C. de iis, qui ad Eccles. confug.*

74 De Dongardo † etiam quodam Scotorum Rege legimus, eum loca omnia Christo sacra per universas Scotiæ regiones, asyla effecisse, & ad ea confugientes servos fugitivos, liberos, & cujusvis criminis reos, ne judicium subire publica cogerentur auctoritate, dum illic se continerent Regio cavisse edicto. Boeth. *lib.* 18.

75 Apud Anglos † Edoardus II. eorum Rex legem sancivit, quæ hodie servatur, ut quoties quis delicti Reus ad templum confugeret, in perpetuum exilium eat intra 40. dies & duodecim horas (eo enim temporis spacio se æstus Oceani ex alto incitat) nec aliam pœnam patiatur, excepto quod usque ad lit-76 tus † crucem manu gestat veluti signum servatæ per religionem vitæ auctore Polydor. Vergilio *Histor. Anglic. in Henrico lib. 1.* Gothi † ea pietate fuerunt, 77 ut nullos omnino violarent, qui securitatem à templis Deo dicatis invocarent. Olaus Magnus. *lib. 23. Histor. Gothor. c. 21. & 22.*

Quin olim etiam numen seu Dei reverentia faciebat confugientes ad aram templi tutos regulariter, ut ibi 78 necari non possent, ut prohibuit † sacerdos Jojada Athaliam occidi in templo Domini, *4. Reg. cap. 11. v. 15.* & Salomon in dedicatione templi inter cetera quæ rogavit Dominum, addit. *si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitentiam & confitentes nomini tuo venerint, & oraverint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti patrib. eorum. 3. Reg c. 8. vers. 33.* Exprobravit Christus † Judæis homicidium Zachariæ filii Barachiæ 79 quem occiderant inter templum & altare, cujus vindictam in illis futuram prædixit. *D. Matth. c. 23. v. 35.* ultra vindictam quæ sumpta erat, de Rege Joa & populo à quibus ita necatus est. *2. Paralip. c. 24. v. 22.*

Alia deinde Asyla † sunt locorum prophanorum, 80 qualia erant olim apud Judæos: Jussit enim Deus separari urbes refugii tam filiis Israel, quam advenis atque peregrinis, ut confugeret ad eas, qui nolens sanguinem fudisset: in quibus cum fuisset profugus cognati occisi non possent eum occidere, donec staret in conspectu multitudinis & causa ejus judicaretur. *Num. 35. v. 10. & seq. Deut. 19. v. 2. Josue c. 20. v. 2.* Ex Ethnicis † primus 81 Cadmus cum Thebas conderet inter Græcos Asylum aperuisse fertur, ad quod fugientes sine discrimine servi, ab omni pœna tuti erant, post quod in Rhetæo littore Ajacis fuit asylum. Dionys. Halicar. *lib. 2. in Sigeo* Achillis quorum exemplo Romulus suum aperuit ad lucum opacum & vallem inter Capitolium & arcem, ut hac ratione urbem redderet populosam Ovid. *Fastor. lib. 3.*

Romulus ut Saxo lucum circumdedit alto,

Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris.

Virgilius quoque 8. *Æneid.*

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum Rettulit.

Fuit & aliud asylum † authore Strab. *in 8. Geograph.* 82 non procul Troezene in insula nomine Calauria Neptuno dicatum; Tum aliud quoque in Ægypto ad Canopicum Nili ostium Herculi consecratum, de quo Herod. *lib. 2.* meminit. *Erat,* inquit, *& in eo littore, quod nunc quoque est, Herculis templum, ad quod si quis cujuscunque hominis servus confugiens capiat sacras notas, sese Deo tradens eum nefas est tangere.* Fuit etiam in ipsa Ægypto, sicut commemorat idem Strab. *lib. 17. & ult. Geograph.* Osiris asylum, & in Syria Apollinis.

Quondam etiam in statuis † Cæsarum jus quandoque 83 Asyli erat, Ulpian. *ex Lab. in l. quid sit fugitivus 17. §. apud Labeon. ff. de ædil. edict. l. 1. C. de his, qui ad stat. confug. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* & illa statua dicta ἄσυλος ἀνδριάς qualem fuisse Tiberii statuam scribit † Philo-84 strat. Multo vero magis apud ipsum principem jus asyli & immunitatis erat, sic Æsopus Crœsum Regem Lydiorum eum absque causa occidere volentem alloquitur Max. Planud. *in Æsopi vita.* κἀγὼ ὦ βασιλεῦ τῶν σῶν ποδῶν ἅπτομαι, μή με εἰκῆ φονεύσῃς, id est, *Et ego itaq; Rex tuos pedes attingo, ne me sine causa occidas.* Et si in statuis id locum habebat in arido, multo magis in viridi gloss. id videtur sentire *in l. capital. §. ad statuas ff. de pœn.* Et saltem operabitur effectum de quo in *l. præsenti C. de his, qui ad Eccles. confug.* ut secure possit accedere. Chassan. *consuet. Burgund. §. 5. in ver. s'n'a grace cas. 18. evitand. mort.* Et responsum est à Baldo, Cardin. † habere privi-85 legium consuetudine inductum, quod si obvient ei, qui ad mortem ob flagitia ducitur, possint hujusmodi à morte liberare. Veruntamen is dicit privilegium esse adversus *l. addictos C. de Episc. audien.* ubi id scribit, quia lex illa statuit, ne temere vel vi flagitiosi supplicio eripiantur. In castris † apud signa tanquam apud asyla quis tueri 86 olim se poterat & à captivitate vindicare, unde scribit Tacit. *lib. 1. Planco maxime,* inquit, *quem dignitas fuga impediverat, neq; aliud periclitandi subsidium, quam castra prima religionis: illic signa & aquilam amplexus, religione se tutabatur.*

Fuerunt etiam pro asylis † antiquis Regum domus & 87 refugia ad illos, nulla adhibita distinctione religionis, vel præteritæ illatæ injuriæ. Sic † Chilpericus IV. Rex 88 Franciæ pulsus regno à subditis confugit, ut ad asylum

ad

89 ad Ludovicum Regem Lotharingiæ. Alphonsus † Rex Lusitaniæ pulsus à fratre Sancho Rege Castiliæ, amice exceptus est à Tilleda Rege Granatæ, quamvis esset Mahometicus, & ei prædictum fuisset, futurum ut posteros suos tolleret, atque his fidem refugii non avertit, & liberum fratre Sancho mortuo in regnum proprium re-
90 misit. Rex Ludovicus II. & Carolus VIII. Francorum exceperunt Zizimum seu Gemem Turcam, Imperio
91 per Bajazetem fratrem pulsum. Themistocles † confugit ad Regem Persarum ibique tutus ab omni injuria servatus ob fidem regiam, quamvis soror Regis vindictam ab eo reposceret, quod Salamine filios ejus occidisset. Narrat Dio Cassius *lib. 56. Histor.* Tibe-
92 rio † impunitatem datam, quod cadaver tetigisset Octaviani & comitatus esset, cum id esset prohibitum. Petr. Gregor. Tholos. *syntagm. Juris univers. lib. 33. cap. 21. nu. 16.*

93 Sunt † autem hodie in toto orbe Christiano præsertim in Germania multa passim asyla, quæ non modo insidias timentibus, sed quibusvis sontibus excepto certo Reorum genere, quorum multos *in cap.* 8. complexi sumus, patent, qualia sunt hodie multæ arces principales in quibus Aula fovetur, der Burckfried in Fürstlichen Hoffstätten / & omnino etiam securitas Castrorum der Vestungen vnd Kriegslager / Civitatumque muris & aggeribus fortalitii instar civitatum. nec non Curiarum in Civitatibus der Rathshäuser / & nonnullarum etiam ædium privatarum ab Imperatoribus privilegiatarum gefreyter Höff / oder Centfreyer Häuser / ut & scholarum in Academiis & Gymnasiis, quibus de singulis utinam uti proposuerat plenius scripsisset Bechtius *de securit. & salvocond. cap. 6.*

Inter alia autem Germaniæ asyla memoratur libera
94 Curia † monasterii Adelbergensis apud Eslingenses, quam Cæsar Fridericus Anno 1484. Maximilianus Anno 1513. Carolus V. Anno 1552. & Ferdinandus An. 1559. confirmarunt. Item in Wirten-
95 bergensi † oppido Neopyrgo, ubi tuto versari licet ei, qui cædem animi impetu, quasi ἀκούσιον fecit per sex
96 hebdomadas & tres dies: sic & in oppido † Alsatiæ Austriaco Ober Berckheim / ei qui homicidium tali impulsus motu commisit ad dies vitæ per centum annos & unum diem tuta est mansio, nec non in Mo-
97 nasterio † Creutzlingensi extra mœnia Constantien-
98 sia: Item apud † S. Udalricum Augustæ, ubi tamen ad triduum duntaxat libertas durat ac proinde tertio quoquo die ulterior manendi facultas ab Abbate petenda est. Crus. *Annal. Suev. part. 3. lib. 2. c. 17. & lib. 8. c. 19. in princ.* Imperatorem quoque Henricum VI. Barbarossæ filium BRISACUM Brisgoiæ elegans oppidum, veluti misericordiæ Asylum pauperibus ædificasse testatur Frising. *lib. 7. c. ult.* Singulare etiam Privilegium Asyli concessum est, celeberrimo † monasterio Salmanschweiler ab Imper. Carolo V. An. 1541. ut in eodem uti etiam omnibus ejusdem Pagis, villis & judiciis, Bannitis tuto esse liceat, verba Privilegii, quod Dn. Matth. Klock. *in Antecateg.* Salmanschweil. *contra* Heiligenberg *fol.* 165. integrum ponit, ita habent. Wir haben jhm auch die andern Gnad vnnd Freyheit gethan / dass sie mögen in jhrem Gotteshauss vnnd in allen desselben Gerichten / Dörffern / Weiler / vnd Höfen / offen verschrieben Echter / gleichwol wider verbott / Hoff-Land- vnd andern Gerichten / ohn alle straff jhr vnd der jhren enthalten / doch dem Kläger zu seinem Rechten / etc.

99 Cæterum intentio † ac finis Asylorum fuit, prima ut quibus facile Numen verisimiliter parceret, iisdem ad eum vel ejus templa confugientibus parcatur ab hominibus, & illi relinquantur Deo puniendi tanquam de majori foro facti: sicuti enim minor † Judex 100 seu alii subordinatus non cognoscit de his quæ sunt Jurisdictionis superioris, aut extra forum. *l. fin. de jurisdict. omn. jud. c. at si cleric. de jud. c. cum inferior. de major. & obed.* sic & homo non cognoscit de his, quæ reservata sunt Dei judicio, quæ ei relinqui & ejus debent denominationi *c. si omnia 7. 6 q. 1.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 13. c. 22. n. 4.*

Sed de Asylis plura quam statueram. Nunc ad institutum progrediendo non inepte octavo † loco compa- 101 ratur protectio operis, quæ à libertis debentur patronis, &, prout in Jure usurpantur, nihil sunt aliud, quam † præstatio ministerii ad alterius emolumentum facta *l. 1. juncta l. fabriles, & l. seq. vers. nam hujus l. cum patronus. vers. aliud enim l. medic. ff. de oper. libert.* 102

VIII. Advocatia cum operis libertorum cognatio.

Quemadmodum enim operæ † à liberto præstantur 103 ad commodum & necessitatem Patroni, *l. quoties. & l. seq. ff. de operis.* Andr. Khol. *de servit. feud. part 5 n. 2.* Ita etiam † d. sensio à protectoribus debetur clientibus ad 104 eorum necessitatem & indigemiam, prout etiam servitia vasallatica Dominis feudorum, *c. sancimus, c. 1. de nov. form. fidelit.* Et hanc protectionis & operarum cognationem in terminis ponunt Sim. Pist. *consil.* 19. *vol. 1. n.* 23. Andr. Knich. *de Saxon. non provoc. jur. c. n.* 503. arg. vulgat. leg. *stipulat. non dividuntur, 72. verb. operas, vel his simile. ff. de verbor. oblig.*

Similitudinis ratio.

Ex fonte autem operarum, de quibus diximus, defluxerunt operæ † rusticorum in Germania, quas domi- 105 nis suis præstant & quæ vulgo vocantur, die Fröne / Fröndienste / Handfröne / Plugsfröne / dictæ ab antiquo vocabulo † Fron / quod sacrum significat, quia sacræ li- 106 bertatis, quæ per manumissionem contigit, remuneratio sint. Joan. Frider. Husan. *tract. de serv. & hominib. propr. c. 6. quæst. princ. 4. part. 1. membr. 2. de operis.* Sicut & Fronbott quasi sacer nuncius dicitur glo. *in Spec. Saxon. art. 53. lib. 1. & art. 56 lib. 3.* Landr.

Nono cum Jure nostro defensionis † participat et- 107 iam encæniorum protectio, quam in hisce partibus Kirchweyschutz appellitant. Quando enim in pagis, & vicis festi dies initiales nimirum dedicationis templi, de quorum origine Polydor. Virgil. *de invent. rer. lib. 5. c. 7. & c. 13.* disserit, celebrantur, solent in Franconiæ, Saxoniæque partibus, & aliis vicinis locis Domini territoriorum, inferiorem † jurisdictionem ha- 108 bentes, per suos Deputatos vina non solum mensuratim vendere, sed & per certos officiales, illas quasi nundinationes tueri, der Kirchweyheschutz vertretten. Multis tamen in locis ex † antiqua consuetudine in- 109 olevit, ut non tantum Domini territorii, so die Vogthey auff der Gassen haben / sed alii etiam in certis tantum prædiis jurisdictionem habentes initialibus dedicationis diebus depromendi ac dividendi vini jus habeant, den Bannwein fürzulegen vnd aufzuschencken / macht haben.

IX. Advocatia affinitas cum Kirchweyschutz.

Quia igitur sacris peractis † rustici, ut & Baccho 110 justa persolvant; potantes non solum dolia evacuant, sed interdum etiam gladiis invicem congrediuntur, inde duplex dominis † commodum, unum, quod per 111 evacuationem vini, vel cerevisiæ suspensa hædera, alterum, quod per fructus multarum provenit, conciliatur, rusticanis enim, vino obrutis furor litigia administrat, exinde digladiationes oriuntur, & nundinationum nundinarii quæstus resultant. Is enim, † cui 112 jus protectionis in nundinis, vel encæniis competit, vicini etiam alterius subditum puniendi jus habere putatur, ut innuit Rutg. Ruland. *lib. 2. de interrog. c. 16. n. 34.* & præter ceteros scite adnotavit Dn. Knichen. *de jur. territor. c. 4. n. 409.* idque communis in locis illis recepta consuetudo testatur.

Circa hanc tamen encæniorum † protectionem 113 notan-

notandum est aliud esse Kirchweyheschutz/aliud Kirchenschutz: illa enim annalis semel duntaxat in anno exercetur; hæc autem continua est, & competere potest etiam nullam habenti Jurisdictionem in Ecclesiam, eaque derivatur à vocabulo † Kirch & Schutz quam Latini olim appellarunt Dominicam, à qua & hodie Ecclesias majores vocamus, Thum vel Domm / Græci κυριακὸν vel κυριακὴν, id est Dominicam. Unde vocabulum Kirch/ de quo apud Nicephorum *lib. 7. Histor. cap. 38.* nostro idiomate in usum venit. Matth. Stephan. *Interpret. Cod. Justinian. lib. 1, tit. 2, part. 1, nu. 17.*

114

115 Huc præterea † etiam pertinet Nundinarum protectio Meß oder Marckschutz: Nam & Mercatores

116 tempore † Emporii ac Nundinarum sub fide singulari & protectione, illius Reipublicæ, quæ Nundinas indulget, existunt, Hippol. de Collib. *de increment. urbium cap. 14.*

117 Inter cætera vero Germaniæ urbium Emporia Nundinæ † Francofurtenses potissimum imperiali protectione ac securitate munitæ fuerunt, uti in primis ex Latino Imperatoris Friderici privilegio innotescit, quod hic integrum subjicere libuit: Cujus hic est tenor,

118 FRIDERICUS Dei gratia † Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem & Siciliæ Rex, per præsens scriptum notum fieri volumus universis, quod nos universos & singulos ad nundinas apud Francoford venientes sub nostra & Imperii protectione recipimus speciali, mandantes, quatenus nullus sit, qui eos in eundo vel redeundo ab iisdem nundinis molestare in aliquo, vel impedire præsumat. Quod qui præsumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad cujus rei memoriam præsens scriptum inde fieri fecimus, & sigillo nostræ Majestatis jussimus communiri. Datum in castris, in obsidione Esculi XI. Julii XIII, Indictione.

Diploma Friderici Imperatoris quo ad Nundinas Francofurtenses commeantes in tutelam suam & Imperii recipit.

Verum & ante Fridericum easdem Nundinas frequentantes singularibus etiam protectionis literis Ludovicus IV. insequenti diplomate, quod sic habet assecuravit,

119 Wir Ludwig von Gottes † Gnaden Röm. Keyser/ zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ Thun offentlich kundt allen den/ die diesen Brieff ansehend oder hörend lesen/ daß Wir von besondern Gnaden/ Unsern und deß Reichs Getrewen/ den Bürgern zu Franckfurt erlaubt haben/ unnd erlauben/ daß sie von Unserm Keyserlichen Gewalt in der Statt Franckfurt einen Marck legen/ und machen mögen/ den sie alle Jahr einsten haben sollen in der Fasten/ oder in einer andern Zeit in dem Jahr/ als es jn aller best füget/ der wehren soll viertzehen Tag/ unnd sollen den haben/ zu dem Marck/ den sie von alter gewonheit gehabt haben/ mit allen Rechten unnd Freyheit/ als sie derselbe zuvor der Marck hat: Also daß alle die/ die dieselben zween Marck suchent/ acht Tag vor/ unnd acht Tag hinnach/ in Unserm unnd deß Reichs Friede und Sicherheit seyn sollen. Unnd wer der wer/ der den Frieden unnd Sicherheit breche/ und uberführe/ oder dieselben Bürger von Franckfurt an Recht angreiffe/ oder sie umb werentlich Sache/ für Geistlich Recht laden wolt/ denselben mögen dieselben Bürger laden für Unsern Schultheissen/ und jhr Gericht zu Franckfurt/ und wer der Ladung nicht gehorsam seyn wolte/ den oder die/ und jhr Helffer/ mögen die obgenanten Bürger von Franckfurt von Unserm Gewalt angreiffen/ an jhr Leibe unnd an jhr Gut. Und davon gebiethen Wir allen Unsern / unnd deß Reichs Getrewen/ wie die genannt sind/ festiglich/ daß sie an diesen Unsern Gnaden die obgenante Bürger von Franckfurt/ von Unsern wegen schirmen und jhnen befohlen seyn/ wo sie deß bedörffen/ daß sie keine jrrung daran gewinnen/ als lieb jhn Unser unnd deß Reichs Hulde seyn.

Privilegium Ludovici IV. Imperatoris quo Nundinas Francofurtenses confirmat eamq; frequentantibus securitatem concedit.

Und darüber zu Urkund geben Wir jhn diesen Brieff mit Unserm Keyserl. Insigel versiegelt/ der geben ist zu München/ da man zahlt von Christi Geburt/ dreyzehen hundert Jahr/ darnach in dem dreyssigsten Jahr/ an dem Mittwochen nach S. Georgij Tag/ in dem sechszehenden Jahr Unsers Reichs/ unnd in dem dritten deß Keyserthumbs.

Quod itidem in sequentibus temporibus alios Imperatores & in specie quidem Carolum IV. Wenceslaum, Rupertum, & Sigismundum factitasse diversæ privilegiorum Francofurtensium species manifeste demonstrant. Vide Privilegia der Keyserl. Reichs Statt Franckfurt am Mayn *Anno 1614. publicat. part. 1 fol. 170. 193. 252. & 269*

120 X. Decimo ad hanc † etiam protectionum classem eorundemque affinitatem non immerito referendæ sunt singulares illæ tuitiones, quæ universo interdum certorum opificum cætui per Principes ex antiqua consuetudine, vel singulari Imperatorum concessione dentur ac præstantur, quemadmodum Comites Palatini Electores, ab immemoriali tempore omnes Fabros ærarios nobis Keßler dictos, in tractu Rhenano, ac certis Franciæ Orientalis partibus degentes, in peculiari protectione habent, eorumque Advocatiam ab Imperio in feudum, & ab iisdem nobilissima *Zobeliorum familia* in subfeudum, cum insigni hoc privilegio tenent, ut supellectilem cupream ad totius rei domesticæ usum sufficientem iis gratis subministrare teneantur. Planum id facit formula literarum protectitiarum, quam in Speculo Notariatus sui exhibet Philipp. Meister Archigrammateus Neoltadianus *part. 2. lib. 5. fol. mihi 602.* quæ ita habet,

Advocatiæ affinitas cum opificum nonnullorum protectione.

121 Wir Ludwig Pfaltzgraff bekennen † Nach dem Wir die Kesseler deß Rheinstroms und Lands zu Francken in etlichen Gegenden von langen Jahren/ von dem H. Römischen Reich zu Lehen tragen/ und damit Hochgefreyhet/ unnd Uns zu schützen unnd schirmen befohlen seyn/ wie dann Unsern Eltern biß auff Uns herbracht/ und die Keyserliche Brieff deßhalben ferner außweisen: Wann aber die Keßler/ so in der Statt Worms seßhafft seynd/ ohne Mittel in solchen Kreiß und Unser Freyheit gehören: So verkünden Wir menniglich mit diesem offnen Brieff/ daß gegenwertiger N. Bürger unnd Keßler daselbst/ Uns in Krafft bemelter Freyheit/ mit Schutz unnd Schirm zugethan unnd verwant ist/ unnd Uns zuversprechen stehet. Ist darumb an alle und jede/ so umb unsertwillen thun unnd lassen wöllen/ Unser freundliches ersuchen unnd gnädiges begeren/

Literæ protectitiæ Ludovici Electoris Palatini quibus docetur protectionem Fabrorum ærariorum, iisdem Electoribus ab Imperio commissam in feudum teneri.

geren / jhr wollet jhn sampt den seinen / als unser Schirmsverwandten / unbeleidigt / und umb unsert willen befohlen seyn lassen / daran erzeigt uns ein jeder sonder angenehmes wolgefallen / freundlich zubeschulden / und mit gnaden zu bedencken / so thun die unsern daran unser ernstlich Meinung. Urkund / etc.

XI. *Advocatia cum confœderationibus collatio.* Præterea, ad alia Advocatiæ cognata redeundo undecimo ex parte etiam affinis juri protectitio est, confœderatio † illa, quam confraternitatem Erbverbrüderung / Germani nostri, à quibus inter majorum gentium Deos hæc Jura domestica præcipue frequentantur, vocant, quorum exempla illustria extant inter Saxoniæ † & Hassiæ Principes, inter quos hujusmodi conventio Anno 1373. inita & deinceps renovata Ann. 1433. & 1457. confirmataque à Carolo IV. Sigismundo, Friderico III. Carolo V. Ferdinendo, & Maximiliano Impp. Zas. *consil.* 1. *in princip. lib.* 2. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 13. Reusner. *consil.* 3. *num.* 45. *lib.* 1. Andr. Knich. *de Jur. Saxon. provoc. nesc. verb. Electorum. c.* 2. *num.* 61. ubi explicatur, quid huic unioni hæreditariæ ansam dederit. Accesserunt ad eam postea etiam Marchiones Brandenburgici Anno. 1587. salva conventione cum Ducibus Pomeraniæ An. 1323. inita. Reusn. *d. cons.* 3. *num.* 46. Knich. *d. c.* 2. *num.* 72. Warem. ab Erenb. *de fœder. c.* 2. *nu.* 38. *& c.* 4. *nu.* 10. [122] [123]

124 Parilem unionem pro mutua † successione inierunt Joan. Frid. II. Joan. Wilhelm. & Joan. Frid. III. cum Principibus Hennenbergensibus Wilhelmo Georgio, Ernesto & Poppone patre & filiis An. 1554. ut illis deficientibus Comitatus Hennebergicus ad Saxoniæ Duces perveniret, & contrahi in districtu Coburgensi succederent. Spangenberg. *lib.* 5. *histor. Henneberg. c.* 53. Quod pactum imperiali auctoritate confirmatum fuit consentientibus confœderatis Principibus Augusto Electore Saxon. & Philippo Landgravio Hassiæ, renovatum ac redintegratum à Maximiliano II. in persona Jo. Wilhelmi Ducis Saxoniæ An. 1572. & 1573. sicuti literæ expectantiarum sive gratiarum imperialium declarant, relatæ à Reusnero *d. cons.* 3. *num.* 48.

125 Eodem familiari Jure Bavariæ † & Palatini Principes, tum in legitima bonorum suæ gentis, deficiente mascula prole successione, tum etiam in electoria dignitate utuntur Joan. Bodin. *lib.* 1. *de Rep. c.* 2. Vi etiam hujus successorii pacti Austriæ † & Bohemiæ familiæ accretæ Chop. *de doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 1. *nu.* 8. Mutius *lib.* 8. Chron. German. Joan. Crat. *in epist. dedicat. ad Rodolph. Imp. præfixa Histor. Bohem. Joan. Dubravii.* [126]

127 Unde quidem constat, inter Poloniæ † Bohemiæ & Ungariæ Reges confraternitatem eandem intercedere. David Chytr. *Chron. Saxon. lib.* 12. Knich. *de Jur. Saxon. verb. Electorum c.* 2. *nu.* 73. *&* 76. Warem. ab Erenb. *de fœder. c.* 2. *nu.* 35. Illustrium fratrum Dominorum de Avernia exemplum defendit Jas. *cons.* 5. *nu.* 3. idemque in simili casu consuluit *lib.* 4. *cons.* 137. & in alio Castrens. quem refert Reusn. *lib.* 1. *cons.* 3.

128 Effectum autem ratione † successionis exempla superiorum temporum declarant, constat enim, non modo, ut dictum est, vi talis pacti Austriæ & Bohemiæ familias conjunctas esse, sed & An. 1583. successoria hac lege Duces Saxoniæ in districtu Coburgensi extincta Hennebergica familia Comitatum Henneberg acquisivisse, de quo casu consuluit Nicol. Reusn, *sæpe allegat. cons.* 3.

129 *Ratio Parificationis I.* Sed ab exemplis † ad parificationem, quæ ex eo colligitur redeundo constat, quod sicut socii hujus confraternitatis, confœderationis lege, ad mutua invicem auxilia & copias militares tenentur, Angel. *in l.* 2. *§. excusantur, ff. ad SC. Syllan.* Laudens. *tract. de confœd. princip.* Bodin. *lib.* 5. *de rep. c.* 6. Hippol. à Collib. *tract. de princip. c.* 3. Erenberg. *de fœderib. cap.* 4. *numer.* 8. Bartholom. Musculus *disput. de confraternitat. sive pact. success. illustr. personar. thes.* 47. Fit enim inimicus unius, inimicus quoque alterius, nisi speciali Jure vel conventione sit exceptus, Bald. *in l. liberi C. de inoff. testam.* Boss. *tract. de unionib. num.* 3. In tantum ut confœderatus † hostes sui confœderati possit punire, arg. *l.* 7. *ff. de captiv. & postlim. revers.* Menoch. *cons.* 99. *num.* 39. Ita etiam in Advocatia Protectores ad ferendum auxilium Clientibus lege conventionali, prout *passim in hoc opere* præsertim vero *in capit.* 11. fusissime edoctum est, obstricti sunt. [130]

131 *Ratio Parificationis II.* Præterea sicut confratrum † fœdus jurisdictionem in alterum non confert. argum. *cap. recepimus, de privileg.* Bald. *cons.* 506. *vol.* 5. Laudens. *de confœderat. princip. q.* 7. nisi in rebus ad confraternitatem pertinentibus, Erenberg. *de fœder. cap.* 3. *nu.* 44. *& c.* 4. *num.* 4. Nec efficit, ut vasalli unius Principis efficiantur vasalli alterius, vel Pares Curiæ respectu vasallorum Principis confœderati Ludolph. Schrad. *de feud. part.* 10. *sect.* 7. *num.* 27. *& seq.* Barth. Musculus *d. disput. thes.* 52. sic nec Advocatia, ut *alibi* ad nauseam probavimus, imperium ullum patronis impertit.

132 *XII. Comparatio Advocatia cum Custodia antiquorum & modernorum.* Duodecimo inter Advocatiæ † cognata non immerito numeratur Custodia, qualis nulla datur cui non insit etiam tuitio, quæ tamen ratione rerum ac personarum variat D. Hepingk. *dissert. de Jure Protect. conclus. ult. lit. C.*

Quin etiam summus Pontifex Gregorius X. *in c. generali de electionibus in* 6. Custodiam, Guardiam & Advocationis Titulos veluti synonyma conjungit ibidem adhortationem subjungens, ut, qui ex Ecclesiarum fundatione, vel antiqua consuetudine, sibi Jura hujusmodi vendicarunt, ab illorum abusu abstineant, & bona quorum custodiam habent in bono statu conservent. Sed de custodia corporali tam veterum, quam moderniorum Principum Regum & Imperatorum plura habentur *infra* in comparatione Protectorum nostrorum & antiquorum *σωματοφυλάκων* & corporalium custodum.

133 *XIII. Advocatia cum Jure Applicandi affinitas.* Ultimo denique † magnam etiam cum Jure clientelari cognationem habuisse videtur Jus illud antiquissimum, quod apud veteres Romanos Jus applicationis vocabatur, quo alicui tanquam patrono deferebatur intestati successio, nempe cum quis peregrinus sese alicui veluti in clientelam dedidisset. Idque receptum videtur exemplo Juris patronatus: Cicero. *lib.* 1. *de Oratore*; *Quid*, inquit, *quod in centumvirali judicio certatum esse accepimus, qui Romam in exilium venisset, cui Romæ exulare Jus esset, si se ad aliquem quasi Patronum applicuisset, intestatoque esset mortuus, nonne in ea causa Jus applicationis, obscurum sane & ignotum, patefactum in judicio atque illustratum est à patrono?*

134 Apud † Athenienses etiam non dissimilis mos fuit applicationis & clientelæ. Jubebantur enim, qui cives non erant, aliquem *προστάτην* deligere, in cujus veluti clientela essent, & sine cujus authoritate, ne judicium quidem subire possent. Quod & Aristoteles *libr.* 3. *politic.* attingit. Juris ejusmodi applicationis meminisse videtur & Terentius *in sua Andria*, cum ait; *Tum ille egens forte applicat ad Chrysidis patrem se.*

135 *Similitudo inter Jus Applicationis & Albinagii.* Cum isto autem applicationis Jure † quandam convenientiam habere videtur, Jus illud apud Gallos etiamnum hodie viridis observantiæ, quod Albinagii, seu Albinatus Galli vero sua lingua *Le Droict d'Aubaine* vocant, quo † nimirum Rex extraneis, hoc enim alibi extra Galliam natis, ex generali illius regni consuetudine, succedit, si nimirum nullos post se liberos relinquant [136]

nec fuerint à Rege Regnicolæ facti, Gregor. Tholos. *lib. 3. c. 12. nu. 9. Syntag. jur. univers.*

137 Sunt autem Albini extra fines regni † Franciæ nati, qui tanquam extranei & peregrini, non possunt Regnicolæ fieri, etiamsi longo tempore Regnum incoluerint, nec beneficia in illo obtinere, nec pariter de his disponere acquisitis in propinquos, sed omnia † eorum bona, 138 tanquam vacantia, his mortuis, fiscus occupat, Jure Albenæ, ut dicit gloss. *in prag. sanct. in tit. de collat. §. veruntamen. in verb. liberius. col. fin. ver. item si scholaris decedat.* Chassan. *in lib. consuet. Burgund. in tit. des confiscations. §. 1. num. 37. 38. & 39.* Nicol. Boer. *in decis. Burdegal. decis. 13. nu. 17. usque ad nu. 22.* & cumulatissime per Benedict. *in c. Rainutius. verb. & uxorem nomine &c. nu. 142. vers. & tale Jus Albinagii.*

139 Quamvis constitutione Friderici secundi † consuetudines hæ ac statuta sint sublata, per *auth. omnes peregrini Cod. com. de success.* nihilominus tamen servatur in Gallia Albinatus hæc consuetudo contra illius authent. dispositionem, teste Petr. Rebuff. *in proœm. constit. regiar. tom. 1. gloss. 5. nu. 28.* & usum forensem id docere, attestatur Francisc. de Claper. *decis. 1, q. 1. nu. 10. in fine.*

Neque vero absurde idem Claper. *d. q. 1. nu. 7.* Jus 140 illud † Albenæ ad similitudinem antiquæ Romanorum Latinitatis introductum esse autumat. Subactis enim provinciis pop. Rom. si quarundam defectionem timebat, homines illius, in aliam provinciam, per colonias 141 transferebat, qui vocabantur Latini. Horum † ea erat conditio, ut viventes haberent Jus proprium & libertatem, & omnia agerent, quæ erant Civium Romanorum; sed de bonis suis non poterant nec testari, nec causa mortis disponere, hæredesve relinquere, sed ut servi moriebantur. Quibus defunctis, eorum bona vacantia fisco deferebantur. Cujus Latinitatis meminit Imperat. Justinian. *l. 1. C. de Lat. lib. tol. ubi & gloss. in verb. ad similitudinem*, quæ explicat Latinorum conditionem Azo. *in principio summa ad ill. tit. ibique* Bald. & Joan. Faber. Joan. de Platea post gloss. *in l. certa forma. C. de Jur. fisc. lib. 10.*

142 Pari omnino ratione etiam hodie † Albini in Gallia, quamdiu vivunt, plena libertate fruuntur, & bona proprio Jure habere ac possidere possunt, nec non omnes cōtractus celebrare, quos in Gallia nati. Nihil enim illis, dum vivunt, adimitur, aut minuitur, quasi Latina libertate donatis; sed in morte ōnis disponendi facultas interdicitur, quorum bona fiscus, sicut olim Latinorū, occupat.

Et certe hinc patet, nihil, aut parum admodum Albinorum conditionem à Latina illa antiquitate distare, cum omnis dispositio, quæ post mortem sortitur effectum, illis, sicut Latinis, penitus sit interdicta.

143 Dicuntur autem Albini, † quasi alibi nati, Gulhelm. Benedict. *in d. cap. Rainut. in verb. & uxorem nomine, &c. n. 143* Nicol. Boer. *in comment. consuet. Biturig. in tit. des constumes concernans testaments. ou dernieres volontez. in §. fin. col. pen. vers. præterea.* Petr. Greg. Thol. *lib 17. ca. 6. n. 41. Syntagm Jur. univers.* Efficiuntur autē 144 † Regnicolæ, regio diplomate, quod Franci vocant li- 145 teras naturalitatis, quo casu, omnibus † commodis, gratiis & favoribus potiuntur, quibus cives in Gallia orti *l. sed si accepto. ff. de Jure fisc.* Bart. *in l. si is, qui pro emptore, in quæst. principal. 3. in fin. ff. de usucap. & l. si maritus. §. Julia ff. ad leg. Jul. de adult.* Jas. *in d. l. si quis pro empt. col. 6. in fin. ver. 3. princip.* Lud. Rom. *cons. 62. col. 2.* Raph. Cuman. *cons. 177. col. 3. vers. quinto probatur.*

Protectorum Affinia.

146 Et de his hactenus, quæ ad ipsum Advocatiæ Jus cognationem habent, nunc de Protectorum æquiparatis videndum est.

Protectoris cum Advocato forensi comparatio.

Comparantur autem primo Patroni Tutelares Advocatis illis, qui in Judiciis ac foro versantur.

147 Quemadmodum enim patroni † illi Judiciales Advocationum suarum operas clientibus, vel convento certo annuo honorario, vel constituta particulatim in singulos labores mercede præstare solent, arg. tex. *in l. 1. §. in honorariis ff. de extraord. cognition. l. ult. in fin. ff. de oblig. & l. unic. C. de suffrag.* Ita similiter Advocati tutelares, dato ex pacto annuo salario, vel certis pro re nata oblatis muneribus, aut exhibendis servitiis, clientes quos in Tutelam & protectionem receperunt, contra injurias ac molestationes aliorum defendere atque adversus vim majorem armata etiam manu protegere solent ac debent. Andr. Gail. *2. obs. 54. num. 2.* Georg. Everh. *consil. 56. nu. 44. & seq. vol. 1.*

Comparationis Ratio I.

148 Deinde etiam Patroni Tutelares † perbelle cum patronis causarum forensium in eo conveniunt, quod sicut Judiciales Advocati, clientes suos, nisi injuste conveniantur, defendere non debeant, *l. rem non novam, 14. §. patroni autem. 1.* ubi Bald. notat, quod quandocunq; dicit Advocatus, se læsam habere conscientiam ex litis improbitate, possit à patrocinio desistere *C. de Judic.* Specular. *in tit. de salar. Advoc nu. 1.* Nam in scelere † 149 præstare patrocinium legibus est & ipsi naturæ contrarium, *l. per omnes 6. Cod. de defens. civitat.* facit *cap. 1. de form. fidelit.* & culpam † *deprehensam pertinaciter* 150 *tueri altera est culpa*, ut Fabius inquit, atque *rem* † *ma-* 151 *nifestam inficiari, augentis erat crimen, non diluentis,* Plinius *Epist.* Tiraq. *in tract. de pœn. cap. 30. per tot.* Ita pariter protectores † clientibus, si juste seu ex propria 152 culpa molestia afficiantur, succurrere non tenentur, gloss. *in cap. recepimus verb. protectionis in fin. de privileg.* Petr. Anchor. *consil. 87. incip. omisso primo dubio.* Panorm. & Decius *in dict. cap recepimus n 14.* idem Decius *in l. non videtur defendere nu. 7. in fin. ff. de reg. Iur.*

Comparationis Ratio II.

Et similitudo hujusmodi Advocatorum † Tutelari- 153 um cum illis, qui versantur in judiciis, colligitur ex textu *l. Advocati C. de Advoc. divers. Jud. ibi*: Advocatorum officium, non minus est humano generi proficuum, quam si patriam armis defendant. Hinc est, quod alii Advocati dicantur togati, alii armati, Breul. *de milit. armat. & togat. per discurs.*

Et ista Protectorum & Advocatorum † forensium 154 collatio ex eo etiam evidentius elucescit, quod alias etiam defensores armati & defensores justitiæ, hoc est Advocati in multis conveniant, ut dicit gloss. valde notabilis *in l. miles. in prin.* & *ibi* Bart. Ang. & Doct. *ff. de re Iud.* Et probantur hæc *in l. sacrosancta. & in Auth. presbyteros, C. de Episc. & cler. & in l. fori, & in l. Advocati C. de Advoc. divers. Iud.* Hinc non minus vere, quam eleganter, dicit Valer. Max. *lib. 3. cap. de fortitudine.* eandem † laudem mereri fortitudinem fo- 155 ro, atque castris editam: & idem Valerius *lib. 2. de censoria nota in princ.* eadem æquiparans, dicit, *nihil prodesse foris esse strenuum si domi male vivitur*, & subdit: *Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis manus injiciantur, nisi foro & curia officium ac verecundia sua constiterit, partarum rerum cœlo cumulum æquatus sedem stabilem non habebit.*

Sed Imperatores ipsos hac de comparatione loquentes audiamus. In hunc enim modum Leo & Anthemius Impp. *in l. Advocati C. de Advoc. divers. Judic.* qui hæc in verba, Callicrati Præfecto prætorio rescribunt. *Advocati qui dirimunt ambigua facta causarum, suæque defensionis viribus, in rebus sæpe publicis ac privatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi quam si in prœliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent; nec enim solos imperio nostro militare credimus illos qui gladiis & clypeis & thoracibus nituntur, sed etiam Advocatos; militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam & posteros defendunt.* Henric. Breulæ. *de militia politica, duplici, c. 1. nu. 13.*

Secundo

156 Secundo æquiparantur Protectores patronis illis, quibus ex fundatione, constructione vel dotatione Ecclesiæ, vel beneficii Ecclesiastici competit Jus præsentationis & alia de quibus Canonistæ *in tit. de Jure patronat.* agunt.

Protectoris cum Patrono beneficiali comparatio. Ratio comparationis I.

Nam ut Advocati tutelares tenentur clientes suæ fidei commissos ab omni vi & injuria tueri: ita & illi Ecclesiarum † patroni ad onus tuendæ & defendendæ Ecclesiæ Jure obligantur, per *c. filiis* 16. *quæst.* 7. Unde dicuntur patroni, Advocati & defensores ipsius Ecclesiæ: quia eam ab omnibus oppressionibus defendere debent; *c. præterea.* 2. *de Jur. patron.* Paul. de Citadin, professor quondam Friburgens. *in tr. Jurispatron, part.* 6. *art.* 5. *num.* 1. ubi addit, si talis patronus non defendat Ecclesiam, quod omni commodo, quod habet ab Ecclesia, privari debeat, per gloss. in *c. tributum.* 23. *q. ult. in verb. defendere.*

157

158

159 Præterea sicut ejusmodi Patronis debetur honor ab ipso administratore Ecclesiæ, *cap. filiis cap. quicunque* 16. *q.* 7. ita & in clientelam suscepti suos protectores præ cæteris majori observantia atque obsequio prosequi tenentur.

Ratio comparationis II.

160 Denique etiam sicut patronorum ejusmodi Ecclesiasticorum partes sunt, ut non solum ipsi Ecclesiam ejusque Rectorem non premant, *d. c. filiis.* 16. *q.* 7. *capit. præterea.* 23. *de Jur. patronat. c. in singulis. de stat. monachor.* arg. *c.* 1. *verb. à qua tueri debent. de nat. ex lib. vent. cap. licet.* 4. *de censib.* Hostiens. *in summa tit. de Jur. patronat.* §. *quid competat.* Sed eam contra quosvis oppressores pro virili tueantur ac defendant: ut communiter scribunt Dd. *in c. nobis. d. tit. d. c filiis.* Roffred. *in pract. Jur. Pontif. pag.* 5. *t. de onere. d. tit.*

Ratio comparationis III.

161 Nam Juri patronatus inest Jus defensionis & tutelæ, Hostiens. *in summ. d. tit. num.* 1. & 3. Wesenb. *conf.* 48. *num.* 3. & 14. Ita pariter ex officio patronis ac defensoribus clientelaribus incumbit, ut clientes suos contra oppressiones ac violentias aliorum protegant ac defendant, ut alias sæpe diximus.

162 Tertio non abs re comparari possunt protectores nostri patronis libertorum.

III. Protectoris cum Liberto comparatio.

Sicut enim libertus † obligatur ad præstationem operarum, quæ inter manumittendum ipsi impositæ & Jurejurando promissæ sunt, de quibus agitur toto *tit. C. de operis libert.* † eaque operarum stipulatio inter libertum & patronum tum demum committitur, id est, tum incipiunt deberi & peti possunt, cum patronus eas poposcerit, *l.* 13. §. *Judicium. ff. de oper. libert.* Rittershus. *partit. feudal. lib.* 2. *c.* 1. *q.* 17. Ita etiam hoc Jure protector clientibus auxilium eo ipso tempore, quo requisitum fuerit, præstare debet.

163

164

Ratio comparationis I.

165

Deinde etiam quemadmodum liberti tenentur honorem exhibere patronis suis, per tex. *in l. qui manumittitur C. de operis libert. l.* 1. *ff. de obseq. à libert. patron. præst. l. fin. ff. de bon. libert.*

Ratio comparationis II.

166 Unde Platonis lex *lib.* 11. *de legibus*, qua sancitum erat, *Jus esse patrono, propria authoritate capere libertum, si ab eo sufficienter non coleretur.*

167 Cultum autem dicit, *ut singulis mensibus teneatur venire ad domum patroni, seque offerre, ut ostendat paratum facere ejus jussa, quicquid honestum possibileque ei sit: deinde quicquid de matrimonio suo, domino videbitur, faciat.* Hinc fit, ut † lis à liberto moveri adversus patronum saltem quin venia à prætore petatur, non possit. *l.* 4. & *ult. cum simil.* & *leg. generaliter: ff. de in Jus voc.* Bocer. *class.* 4. *disp.* 16. *thes.* 10. Schneidew. §. *pœnales. n.* 30. & *seq.* † nec eundem actione famosa in Jus vocare *d. l.* 4. §. *prat. ait, ff. de in Jus vocand. in P. l. veniam. C. eod. tit.* Petr. Greg. Tholos. *Syntagm. Jur. univers. lib.* 14. *c.* 8. *n.* 4. Sic etiam † clientelæ subjecti Advocatos suos honorare debent, juxta commune dictum, clienti & filio semper honestam & sanctam personam patris & patroni esse debere, quod ad institutum refert Matth. Coler. *conf.* 33. *num.* 61.

168

169

170

171 Porro etiam quemadmodum Patroni † libertorum in eos, quos manumiserunt, sustinent partes Tutorum ac defensorum & quodammodo patrum.

Ratio comparationis III.

172 Unde & patronatus dicitur per not. Petr. Gregor. Tholos. *syntag. jur. univ. lib.* 14. *c.* 8. *nu.* 1.

Sic etiam patronis tutelaribus tuendorum & defendendorum clientum munus incumbit.

173 Magna tamen inter Protectorem † ac Libertum in aliis rebus differētia est quia persona liberti obligata est ratione libertatis acceptæ quæ personæ cohæret, Advocatus autem tutelaris liber est nec ex sese sed ratione rei tantum sibi in protectionē commissæ obligatus existit.

174 Quarto Patroni † clientelares in multis etiam conveniunt cum vasallis, Bodin. 1. *de Republ.* 7. *n.* 67. ubi illis tot esse communia, ait, ut eodem pene jure censeantur.

IV. Protectoris cum vasallo æquiparatio.

175 Sicut enim vasallus † ab aliorum injuria dominum incolumem servare tenetur, ne ipse in persona aut rebus damnum sentiat, *c.* 1. *de form. fidel.* Piso. *Prælud. feud. c.* 38. *n* 2. & 7. Andr. Khol. *de servit. feud. part.* 4. *nu.* 17. & 18. Vultæ. *c.* 6. *n.* 11. *lib.* 1. Et non tantum ipse † ab omni facto, consilio, atque auxilio abstinere debet, per quod domini persona lædi possit. *cap.* 1. & *ibi* omnes *de form. fidelit.* & *c.* 1. *de nova form. fidel.* Afflict. *c.* 1. §. *præterea n.* 22. *Quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* facit *ca. licet vasallus domino*, & *ibid.* Dd. *si de feud. def. controv. fuer.* Schrader. *part.* 6. *c.* 6. *nu.* 2. Rosenth. *cap.* 10. *conclus.* 17. *nu.* 42. Sed & alios id facere volentes pro posse arcere atque repellere obligatus est, uti dilucide patet, ex *tit. qualiter jurar. deb. vasall.* & *c. fin.* & *ibi* not. *hic finitur lex.* Wesenbec. *de feud. c.* 9. & 10. *nu.* 10. Borcholt. *nu.* 23. Vult. *c.* 10. *nu.* 21. *lib.* 1. Schrad. & Rosenthal. *locis alleg.* Petr. de Bellapert. *in tr. feud. c.* 1. Ferrariens. *in form. libel. quo agitur ad revoc. feud. verb. coram vobis.* Hart. Hartman. *in pract. obs. tit. de feud.* 54. *obs.* 30. *lib.* 2. Curt. Jun. *part.* 4. *nu.* 5. arg. *l. in lege.* 22. *ff. locati l. facere.* 189. *ff. de verbor. signif.*

Ratio comparationis I.

176

177 Eique si expeditionem † legitimam in hostem suscipiat, præsto esse debet cum armis & equis, eumque comitari in prælium & defendere contra omnes, etiam cum offensione & læsione, aliorum quoruncunque, ut *tit.* 7. *lib.* 2. *verb. contra omnem hominem.* & §. *ult. tit.* 28. *lib.* 2. Conrad. Rittershus. *part. feud. lib.* 2. *c.* 1. *q.* 19.

178 Ita pariter Advocatus clientem tam in persona quam in rebus adjuvare, eumque pro virili contra aliorum vim & manus sceleratas vi armata defendere tenetur, ut late *in Cap. XI. de officio protectorum* probavimus.

179 Quinto, non abs re comparari possunt Protectores cum Tutoribus & Curatoribus pupillorum, ut in terminis consuluit Geor. Everh. Professor Ingolst. 1. *conf.* 55. *num.* 44. quod & nominatim testatur gloss. *in cap. venerabilem.* 34. §. *quod autem verb. carebit. de election.* & *electi potest.* ubi dicit, Advocatum comparari tutori, qui datur pupillo, ut eum defendat à vexationibus aliorum, & appellari honorarium, vel notitiæ gratia datum, ut alios contutores instruat, *leg. quod si forte.* §. *sunt quidam. ff. de sol.* nec computari talem tutelam in numero trium tutelarum, sed esse tantum causa honoris *leg. si quis tutor.* §. *quid ergo. ff. de rit. nupt.*

V. Protectoris & Tutoris comparatio.

Hac etiam comparatione in terminis Protectionis utitur Ludovic. Fachs. *conf.* 55. *tom.* 2. *inter consil. Illustr. ICtor.* & *Academ. num.* 8.

180 Uti enim hi expresse promittunt & tenentur vi tutelæ susceptæ pro pupillis utilia facere & inutilia prætermittere, assertore Bald. *in l. legitimos. in fine princip. ff. de leg. Tut.* & Bart. *in l. final.* §. *omnium C. de administ. tut.* & sic

Ratio comparationis I.

& sic intelliguntur † generaliter se ad defensionem pupillorum obligare, Idem Bartol. *in l. prætor ait. §. 1. ff. de oper. novi nunciat. & in l. Tutoris. ff. de administr. Tutor.* ubi dicit, quod hodie debeat expresse promittere indefensum pupillum non relinquere, per *leg. final. §. defensionem Cod. eod. tit.* Zobell, *differ. Jur. Civ. & Sax. lib. 2. different. 13. nu. 10.*

Est enim tuitio effectus & proprium tutelæ officium, Schneidewin. § *Est autem numer. 4. Instit. de Tutelis.* Unde etiam tutores dicti quasi tuitores vel defensores eo, quod pupillum defendere debeant, *l. 1. in princ. ff. eod. tit. l. 1. ff. de minorib.* Pract. Papiens. *in for. lib. quo agitur ad redd. rat. tut. versic. suos tutores in prin.* Anton. Piaggius *tract. de tutel. & curat. q. 1. num. 3.* Vincent. Manzin. *eod. tract. quæst. prin. 1. nu. 20.*

181 Ita similiter protectores virtute suscepti † officii promittunt, atque ex natura contractus obligantur susceptos in curam adversus omnem vim tueri atque defendere, juxta tradita Matth. Coleri. *consil. 33. num. 56. & 57.*

VI. Advocatorum & Custodum corporalium æquiparatio.

Sexto Advocati tutelares non immerito æquiparantur Protectoribus Principum, quos Græci σωματοφύλακας quod corpus Imperatoris protegerent Germani Leibguardy vocant, quorum † custodia ut plurimum Germanorum, inprimis tamen Helvetiorum, quibus ob innatum candorem maxima fides

182 adhibetur, non solum hodiernis temporibus, summi Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, aliique Principes ob tutelam corporis sui utuntur, Willich. *in Tacit. German. Rubrica 20.* cum qua amor subditorum, ceu inexpugnabile Regum munimentum Senec. *libr. 1. de Clement. capit. 19.* & Principum innocentia, veluti fidissima ejus custodia, ex Plin. Lips. *ad Sen. d. loc.* conjuncta esse debent, sed & olim apud Imperatores aliosque Reges custodiarum hujusmodi continuus & perpetuus fere usus fuit: Tales enim custodes primitus Reges habuere Romani, Romulus † siquidem Lacedæmoniorum exemplo ob tutelam corporis sui trecentos robustissimos ex præcipuis familiis viros legit, Forst. *histor. Jur. Civil. libr. 1. capit. 6.* Et expulsis Regibus Impp. Romani, corporis sui custodes habuere Germanos, ut ex Tacit. *Annal. libr. 1. & in notis ad lib. 13.* observavit Lips. & testatur Sueton. *in August. c. 49.* & Spangenb. Mansfeld. Chronic. *p. 1. cap. 37. in fin.* Sic etiam Herodem † Judeæ Regem, in Satellitio suo custodes habuisse Germanos, testatur Joseph. *de bell. Judaic. libr. 17.* Indiarum † Reges pervigiles excubantes habuisse mulieres Alexand. ab Alexand. *genial. dier. lib 6. cap. 22.* refert.

183 Septimo Protectores nostri † nonnullam habent cognationem cum Defensoribus Civitatum, antiquis, quorum tractatio habetur, *Tot. Tit. Codic. de defens. Civit.* Quemadmodum enim illi clientes adversus aliorum injurias tuentur, sic hi plebem & innocentem atque quietam rusticitatem adversus officialium insolentiam & Judicum procacitatem olim defenderunt, *l. 3. 4. 9. & ibi* late Cothm. *dict. Tit. Cod. de defens. Civit.* Rittershus. *in Novell. 15.* Obrech. *3. de Jurisdict. 6. numer. 35.* Corasl. *3. Miscell. 6. numer. 9.* Thom. Mich. *de Jurisdict. conclus. 129.* & Scip. Gentil. *2. de Jurisdict. 7.* Confer ea quæ de his & Protectoribus domesticis *in capit. II.* latius dicta sunt.

VII. Advocatorum cum Defensoribus Civitatum antiquis comparatio.

184 Ex proximis hisce comparationibus palam etiam est quod octavo, Advocatis nostris affines sint Custodes Arcium Burg-Vogt / seu etiam Palatiorum Pfaltz-Vogt dicti, quemadmodum enim illi arces ac Palatia sibi commissa ab hostium incursu, ita protectores nostri urbes ac oppida ab injuria alienorum invasorum tueri ac defendere tenentur, quibus non abs re annumerari possunt, qui hodiernis temporibus, vacante † Papatu, conclavi, cui in novi Pontificis electione Cardinales includuntur, tum ad eosdem tuendos, tum ad Palatium atque dictum conclave servandum, quadruplices apponuntur custodes, qui unde legantur, & ad quæ juranda nominatim astringantur, Majol. dier. Canic. Tom. 2. colloq. 6. exponit. Romani olim, sicut & hodie Turcæ, non solum custodes adhibebant corporis sui, sed ad tuendam † pudicitiam uxorum maxime Eunuchos constituebant, quarum tamen custodiam frustraneam esse, jam olim Ovidius putavit, dum 3. *Amor.* ait

VIII. Advocatorum & Custodum arcium & Palatiorum comparatio.

> *Dure vir imposito teneræ custode puellæ*
> *Nil agis, ingenio quæq; tuenda suo est.*
> *Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est,*
> *Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.*

Cui etiam consentiens Propertius *lib. 2. Eleg. ad Cynthiam* idipsum testatur, dum quærit,

> *Quos igitur tibi Custodes, quæ limina ponam*
> *Quæ nunquam supra pes inimicus eat?*
> *Nam nihil invitæ tristis custodia prodest;*
> *Quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est.*

Cum quibus concordat Germanorum vulgare dictum Es hilfft nichts / oder darff sich nichts.

Ad quod etiam alludit doctissimus Lips. *in comment. ad lib. 11. Annal. Tac.* ubi inquit, *illum misellum esse custodem, cui id commissum monstrum sit, quod non Argus cum Mercurio custodiat.*

185 Nono æquiparantur Protectores † Conservatoribus quibus à summo Pontifice mandatur, ut aliquos peculiariter sibi commissos à manifestis injuriis defendant, quorum fit mentio *in capit. 1. de officio delegat. in 6.* & de his nos *alibi* plura tetigimus. De iisdem insuper late agunt Azor. *Institut. Moral. pag. 2. libr. 5. capit. 34. quæst. 5. & seq.* Oldr. *consil. 239. & 276. per tot.* Beroi. *consil. 49. numer. 10. & 22. vol. 3.* Valasc. *decis. 152. per tot.* Francisc. de Plat. *de Excommun. §. 57. numer. 2. & 7.* Cævall. *Spec. comm. opin. contra commun Tom. 4. quæst. 897. numer. 708. 709. 722. & seq.* Beat. Anton. *de Excommun. cap. 37. num. 3.* & Card. Tusch. *practic. conclus. Jur. Tom. 2. lit. C. conclus. 760.*

IX. Protectorum & Conservatorum comparatio.

Ratio porro similitudinis inter protectores & conservatores in eo primum apparet, quod sicut Protectores tam rebus quam personis dantur, uti nos ubertim docuimus *in capite undecimo de offic. Protector.* ita etiam Conservatores tam locis quam personis tam Ecclesiasticis quam Laicis dantur. Philipp. Franc. *in comment. ad d. cap. 1. numer. 1.* & Joannes Andr. *ibid.*

Deinde conveniunt in ipsa potestate defendendi, quia utriusque officium requiret defensionem tam rei quam personæ, ut per se patet.

Plurimæ tamen inter Conservatores & Protectores de quibus nos tractamus, reperiuntur differentiæ.

186 Primum enim conservatores † dari non possunt, nisi qui dignitatem aut personatum habent in Ecclesia Cathedrali vel collegiata, puta Episcopus Abbas Archipresbyter & similes. M. Anton. Cucchus *Institution. Jur. Canon. libr. 1. capite decimo quinto.* Sic Lovaniensis Academia † unum ex Antistitibus urbis illius perpetuum habet conservatorem qui Jura Academica defendere tenetur, prout testatur Lips. *in Lovan. libr. 3. capit. 3. in fine.* quod tamen in Germania non servari, experientia testatur, cum & Laici conservatores deputentur.

Sic

Sic enim Rotwilenses † Privilegiorum Imperialis Civitatis Argentinensis conservatores, & ex conservatorio hoc delegatos esse Judices, refert Gilm. *Symph. Tom. 2. p. 1. vot. 9. numer. 2. & 14.* ubi addit conservatores ob summam S. Cæsar. Majest. potestatem æque ab Imper. atque à Pontifice constitui posse, quod exemplo comprobat Ant. Coler. *de Jur. Imper. Germ. sect. 36.* Ita quoque Privilegii, quo Principes † Germaniæ extra Imperii limites vocati comparere non tenentur Comes de Schwartzenburg conservator esse perhibetur, Alb. Krantz. *libr. 16. Sax. c. 38.*

Altera differentia, qua protector & Conservator 187 discrepant, in eo consistit, quod hic vices † suas alii committere prohibeatur nisi hoc ei specialiter sit concessum, Cucchus *ibid.* Protector vero etiam per substitutos milites sibi commissos clientes defendere potest, uti late probavimus *in d. c. 11. de offic. Protector.*

188 Ultimo etiam non immerito † Protectores nostri conferuntur cum militibus.

189 *Protectorum & Militum comparatio.* Quemadmodum enim per milites † armatos vita & patrimonia hominum foris in expeditionibus defenduntur; sic eadem ratione per Protectores domesticos in fidem suam susceptis clientes, eorumque bona adversus hostiles manus sarta tectaque conservantur armis, per ea, quæ in scriptis reliquit Bartol. *in §. omnem. num. 7. in prim. constitut. ff.* Idem *in leg. 1. Cod. de excus. muner. lib. 10.* ubi aperit, quid facere debeat ille, qui obligatus est, Abb. *in cap. recipiens, cum ibi addit. in apostil. de privileg.* Barbat. *cons. 11. col. 17. vol. 2. & cons. 9. col. 41. & 78.* Aret. *cons. 165. col. 1.* Socin. *cons. 74. col. 3. vol. 1.* Anchor. *cons. 57.*

Cognata clientum. Sed nunc tertio & ultimo loco ad cognata clientum progredi ordo monet.

190 *I. Clientum & libertorum comparatio.* Comparantur † autem primo clientes libertis, ut voluit Zasius *intellect. Jur. sing. ad leg. si non liberi.* ubi dicit hoc ipsum vetustos mores ex historiis docere, allegans ad hoc *leg. 2. & 3. ff. de his, qui ejec. vel effud. & leg. 2. in fin. cum l. sequent. ff. de usu & habit.*

Quod etiam videtur Ulpiano placuisse *in l. si vero 5. §. 2. ff. de his qui dejec. vel effuder.*

Sicut enim Liberti ex beneficio libertatis, à Patronis suis consecutæ, eosdem defendere & observare, ita etiam Protectores ex officio sibi demandato, vel conventione cum clientibus inita, eosdem colere ac tueri obligantur, *Jurib. alibi passim in hoc tractatu allegatis.*

Dissimilitudo Clientum & libertorum I. Tametsi vero multa clientibus cum libertis sint communia: tamen in multis etiam differunt ab iisdem.

Nam primum si liberti adversus † patronos ingrato 191 animo fuisse coarguerentur, à libertate in servitutem vindicare poterant, *§. illud vero, in Authent. ut liberti de cætero aureo non indigeant annulo*, gloss. & Dd. *Instit. de assignat. libert.* Bald. *in leg. fin. Codic. de bonis libert.* ubi *numer. 4.* dicit, quod patronus non possit, etiam expresso pacto renunciare, ne revocet libertatem propter ingratitudinem, idem Bald. *in l. 1. Codic. de ingrat. lib.* & multis comprobat authoritatibus Ripa *in leg. fin. numer. 180. Cod. de revoc. donat.* Tiraquel. *in præfat. l. si unquam. numer. 149. Codic. eod. tit.* ubi ponit quid Juris sit accedente Juramento: alios citat Vasq.

192 *de success. creatio. §. 21. numer. 165.* Clientes † autem à protectoribus suis, in nullam servitutem redigi possunt aut debent.

193 *Dissimilitudo II.* Deinde liberti domino † tenebantur præstare operas. *tot. tit. ff. de oper. libert.*

Clientes vero Advocatos quidem observare, eisdemque mutua officia, non autem serviles operas præstare tenentur, nec si quid in fraudem Advocatorum fecerint, libertatem amittunt.

Præterea Patroni libertorum † hæreditates delibare 194 *Dissimilitudo III.* poterant, *l. liberto, & ibi gloss. ff. de bon. libert.* Dionys. Halicarn. *lib. 2. hist. Roman.*

Advocati autem de clientum suorum hæreditate nihil decerpere possunt. Bodin. *de Republ. libr. 1. capit. 7.*

Secundo magnam inter se affinitatem habent clien- 195 *II. Clientum & pupillorum comparatio.* tes & pupilli, quo ad favorem utrisque debitæ defensionis. † Sicut enim hi tam in persona, quam in rebus, non destituendi sunt Tutelari auxilio; *leg. fin. §. defensionem. Cod. de administr. tutor. leg. consilio. in princ. ff. de curat. furios.* Joan. Schneidewin. *§. impubes, num. 2.* 196 *ibi.* Corpus & salutem pupilli tueri, *Instit. de Attilian. Tutor.* ita nec illi frustrari debent protectorum suorum defensione, ut, hoc ipsum *supra in cap. de offic. protector.* fusissime demonstratum est.

Tertio æquiparantur clientes † adhærentibus seu 197 *III. Clientum & confœderatorum æquiparatio.* fœderatis, per notat. Bellin. *part. 10. tit. 2. num. 6. de re militar.* Grammat. *decis. 65. nu. 38.* Angel. *in Auth. de Hered. & Falcid.* per text. *in c. ad apostolicam. de re Judicat. num. 6.*

Quemadmodum enim adhærens † tempore necessitatis alteri fœdere sibi conjuncto succurrere ei- 198 *Ratio æquiparationis.* que pro virili & manu armata auxiliari tenetur. Angel. *in l. 2. §. excusantur. ff. ad Syllanian.* Waremb. ab Erenberg. *meditam. pro fœder. capit. 3. numer. 43. libr. 1.* Ita & protector casu exhibendæ defensionis eveniente contra improborum vim clientes suos etiam armis adjuvare debet, ut colligitur ex iis, quæ in scripta retulit Laudens. *in tract. de confœderat. conclus. seu quæst. 7. 27. & 52.*

Quarto in multis conveniunt etiam clientes prote- 199 *IV. Clientum in tuitionem cum clientibus Advocatorum forensium comparatio.* ctorum cum clientibus Advocatorum forensium, quorum pro tribunali defensio suscipitur.

Nam sicut hi cum patronis suis ob lites in judicium deductas vel deducendas, de certa quantitate propter patrocinium eis quotannis præstandum, dummodo non fiat super quotalitis, pacisci possunt ac solent, ut tradunt Dd. *in l. 1. §. si cui. cum §. seq. ibi* Bart. & Alex. *in addit. ad Bart. ff. de var. & extraord. cogn.* Joan. de Amic. *cons. 148. numer. 8. & 9.* Bart. & Dd. *l. sumptus ff. de pact.* Plot. *in tr. de in lit Jurand. §. 16. num. 10.* 200 *Ratio æquiparationis.*

Ita pariter illi, clientes nimirum, in protectionem suscepti de annuo defensoribus honorario persolvendo pactum inire possunt, per notata *in capite præcedente de Advocatia Adjacentib.* ubi hoc fusissime disputatum ac definitum est.

Et quod de utrisque dictum est, tanto magis procedit, quando palam & bona fide inter ipsos conventum fuit, exemplo † Tutoris, qui nulla obstante lege palam 201 & bona fide cum pupillo contrahere potest, *l. non existimo. ff. de admin. tut. l. pupillus. §. fave. ff. de aut. tut. l. cum ipse. C. de contrahend. empt.* Palam † autem Ad- 202 vocatus tunc pacisci vel contrahere intelligitur, si vel publicum instrumentum super pacto vel contractu fuerit confectum. Bart *in l. fraudem. ff. de his quibus ut indig.* Paris. *cons. 10. num. 70. lib. 1.* vel privatum trium aut plurium testium subscriptione munitum: Nam ejusmodi instrumentum, publico, quoad fidem faciendam, æquiparatur. *l. scripturas. & ibi* Dd. *Codic. qui potior. in pign. hab.* vel si pactum vel contractus cum authoritate aut in præsentia Judicis, Bartol. *in l. frater à fratre q. 3. & ibi* Jas. *in repet. nu. 42.* Crott. *in repet. nu. 67. ff. de cond. indeb.* Imol. *in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebell.* Decius *l. singularia. nu. 12. & ibid.* Curt. Jun. *num. 10.* Zas. *nu. 28.* & Cagnol. *n. 81. ff. si cert. pet.* Curt. Jun. *cons. 118. num. 2.* arg. not. *in l. omnium C. de testam.* vel in præsen-

præsentia amicorum aut consanguineorum, Bartol. Jason in *dict. l. frater à fratre, loco allegat* Imol. *dict. l.* 1. §. *fuit quæsitum* Alexand. *l. transactionem. num.* 2. argum. ill. text. *Cod. de transact.* Dec. Cagnol. Curt. Jun. & Zas. *loc. citat.* vel saltem in præsentia duorum aut trium testium celebretur. Felin. *cap. exceptionem. col. pen. Extr. de Except.* Chassan. *in consuetud. Burgund.* §. 4. *verb. publicque n.* 1. Joseph. Ludovic. *decis.* 42. *n.* 3. per textum *l. palam. ff. de verbor. signif.* Matth. Cuno *de pact. cap.* 25 *n.* 7, *lib.* 1.

203 Nonnullam denique cum † clientibus cognationem videntur habuisse Soldurii Gallorum, quos & devotos Cæsar vocat, quorum ea † erat conditio, ut omnibus in vita commodis una cum iis fruerentur, quorum se amicitiæ addixissent, & si quid eis per 204 vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut mortem sibi consciscerent, neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cujus se amicitiæ devovisset, mori recusaret. Jul. Cæsar. *lib.* 3. *comment bell. Gall.*

V. Clientum cum Solduriis cognatio.

205 Hos autem sic dictos putat † Petr. Gregor. Tholos. *in syntagm. Jur. univers. libr.* 14. *cap.* 10. *num.* 14. à firmitate fidei, eo, quo Gallis sol dure, aut solendure, idem sit, quod est solus durat, vel solus patitur, scilicet cum delecto amico solus tolerat, ut apud Virgil. illud 1. *Æneid.*

Durate, & rebus vosmet servate secundis.

206 Clientes etiam appellat † Cæsar. *lib.* 7. *comment. bell.* quos antea soldurios dixerat, dum ait: *Clientibus Gallorum nefas esse, etiam in extrema fortuna deserere patronos.* Idipsum etiam tribuit Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 1. Celtiberis, utpote è Gallia translatum, Et Corn. Tacit. *de morib. German.* Confirmat hos soldurios clientes fuisse, quod Cæsar scribit *lib.* 6. *comment. bell.* dum de funere patronorum agit: *Funera, inquit, Gallorum sunt, pro cultu magnifica, & sumptuosa, omniaque quæ vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia.* Et *paulo ante* ait. Servos & clientes, † quos ab 207 illis esse electos constabat, justis funeribus confectis, una cum illis crematos fuisse. Ex quo manifestum est, quanta solduriorum in dominos suos devotio fuerit, qui etiam vitam Patronorum arbitrio fideique subjecerunt, Greg. Tholos. *d. loc. n.* 16. ubi soldurios † 208 & soldatos diversos esse ostendit.

Et hæc præcipua sunt, quæ cum Advocatia procuratoribus & clientibus cognationem, similitudinem, seu communionem habere videntur, si quæ alia occurrerint, hisce addi possunt.

Quoniam igitur propositam protectionis materiam per omnia causarum genera hucusque deduximus, ejusque accidentia & affinia condecenti ordine explicavimus, superest, ut rectam methodi legem sequentes, contraria etiam Advocatiæ, & modos, quibus illa finitur, atque extinguitur, singulatim quoque percenseamus.

CAPUT XVI.

De Contrariis Advocatiæ, & quibus modis Jus protectionis amittatur, dissolvatur, ac finiatur.

SUMMARIA.

IN mortalium vita nihil ita firmum ac stabile, quin tandem vel sui natura, vel temporis diuturnitate tollatur, 1

In contractibus aliisque actibus quicquid certo ordine constituitur, certo quoque modo rursum dissolvitur, 2

Exordium quod habet, necessario habere debet & occasum, 3

Res omnis per quas causas nascitur per easdem rursum dissolvitur, 4

Natura sua quaque facile redduntur, 5

Advocatia jus multis ac variis ex causis dissolvitur, n. 6

Quædam ex delicto vel quasi, in committendo vel omittendo, consistentes quædam absque culpa evenientes promanant, sub n. 6

Unumquodque eo modo dissolvi, quo colligatum fuit rationi conveniens est, 7

Resolutio seu distractum regulari debet, secundum qualitatem contractus præcedentis, ibid.

Advocatia quomodo ex amissione terrarum è manibus infidelium ereptarum, perdatur, n. 8

Jus protectionis qualiter destructione vel desolatione monasterii vel alterius loci in defensionem suscepti dissolvatur? n. 9

Patronus Ecclesiam dirutam seu collapsam non reædificans jus patronatus amittit, 10

Protectionis jus interitu rei in tutelam suscepta finitur, n. 11

Principali destructo, destruitur & accessorium, 12

Feudum interitu rei feudalis extinguitur, 13

Interire res quibus modis possint? 14

Diruto castro in protectionem suscepto, an & promissio annuæ pensionis resoluta censeatur? 15

Legato finito tractum successivum habente, finitur etiam onus successivum illi injunctum, 16

Ecclesia destructa de qua, à parochianis decima, alieni & de illis certa portio Episcopo debebatur, ii eam à possessoribus bonorum decimalium petere nequeunt, 17

Civitate destructa cessat promissio de ea defendenda, n. 18

Canonici Ecclesia destructa desinunt habere nomen Canonicorum, & amittunt prabendas, 19

Civitate destructa desinunt esse Cives illius Civitatis, n. 20

Castrum destructum privilegia sua amittit, 21

Privilegium tollitur sublata re vel persona cui concessum fuit, 22

Ædibus incendio vel ruina absumptis tam usufructus, quam habitationis jus extinguitur, 23

Protectionis jus an reædificato castro vel monasterio diruto reviviscat? n. 24

Decisio quæstionis cum distinctione, ibid.

Castrum vel Ecclesia auctoritate superioris ob delictum aliquod diruta, sua jura ac privilegia amittit, 25

Civitas vel universitas ob delictum à superiore sine spe reædificandi destructa feudum amittit, & revertitur ad dominum, 26

Mona-

Exce-

Actus ex duorum voluntate ortus unius duntaxat voluntate non tollitur sub n.220

Jus semel alicui quaesitum eo invito auferri non potest, 221

Neque Protectorem neque clientes absque causa altero invito clientelae renunciare possunt nisi renuntiationem sibi specialiter reservaverint. 222

Genuenses sub Franciae Regum Tutela existentes ab ea recedere tentantes 200000. aureis à Ludovico XII. mulctati, sub n.222

Goslaria civitas protectioni Landgraviorum Hassiae Darmstad. subjecta secessionem ab ea tentans, vi & armis repressa ibid.

Vereduni Metenses & Tulli in provinciae formam redacti, quod Hispanos in urbem intromittere cogitarunt, ibid.

Fidem non servanti ex altera quoque parte fides licitè non servatur, 223

Contractus beneficio renunciare videtur, qui non implet, quod implere tenebatur, adeo ut nec adversarius ad ejus observantiam compelli possit, 224

In contractu nominato regulariter qui vult agere virtute contractus, prius implere debet contractum ex parte sua. 225

Venditor agere volens ad pretium prius rem venditam emptori tradere debet, alioquin à contractu emptor licitè recedere potest, 226

Emptor ad rei traditionem agere non potest, nisi prius oblato precio, 227

In contractibus nominatis facta executione alteri parti non licet amplius à contractu discedere, 228

In contractibus nominatis fit interpretatio, ut non sit locus resolutioni sub praetextu contraventionis, sed agendum est, vel ad implementum, vel ad interesse, 229

In contractu innominato re adhuc integra, etsi uterque contrahentium ex parte sua implementum offerat, poenitentiae nihilominus locus est, 230

In transactionis contractu non datur locus poenitentiae, 231

In contractu innominato re non integra, & ex una parte secuto implemento, alteri qui nondum implevit, à contractu non licet recedere, 232

Ei tamen, qui implevit concessum est poenitere, & à contractu resilire antequam sequatur ex altera parte implementum, 233

Et pars non implens beneficio contractus renuntiasse censetur, ibidem,

Negotii gesti poenitentia contractum rectè habitum non facit irritum, 233

Voluntatis mutatio seu revocatio consensus, quot modis impediatur? 234

In contractu innominato implenti ex parte sua quae competant actiones, adversus alium, qui non implevit, 236

Contractus, quibus ultro utroque aliquid promittitur, non tenetur pars implens observare, si pars adversa non servavit, 237

Etiamsi juramentum intercesserit, ibid.

Juramentū contractui appositum tacitā habet conditionē, ut sit observandum, si juranti fides quoq; servetur ibid.

Implementum tamen adeo perfectum esse oportet, ut si vel in minimo promissum deficiat, inanis sit alteri intentio, 238

Emptor in L. commissis non excusatur unico etiam nummo restante, ibid.

Probatio pactionem fuisse impletam affirmanti, non neganti implementum incumbit, 239

Protectionis conventio, si ab utraque parte fuerit impleta tunc neutri absque consensu alterius ab eadem recedere licet, 240

In protectionis conventione permissum est ei, qui ex sua parte satisfecit: aut contra alterum non implentem agere praescriptis verbis ut [illegible] ipse ad implendum compellatur; aut omnino à contractu resilire, 241

Protectionis jus personale qualiter per mortem alterutrius contrahentium expiret, n.242

Protectionis jus personale est instar privilegii, quod cum persona extinguitur, 243

Privilegia concessa viventi, eo mortuo amplius concessa non videntur, 244

Concessio personalis finitur cum persona ejus, cui facta est, 245

Usufructus concessio expirat morte usufructuarii, 246

Protectio concessa pro se & liberis extenditur ad omnes descendentes, 247

Liberorum appellatione omnes descendentes in infinitum continentur, 248

Salva Guardia Imperial. quomodo morte Imperator. vel Principis, qui eam largitus est, finiri soleat, 249

Morti naturali, civilis non nisi ubi in Jure expressum est, aequipollet, sub n. 249

Imperatoris vel Principis mortui nulla potest esse protectio, 250

Non entis nulla sunt qualitates, 251

Extincto subjecto extinguitur qualitas & facultas ei inhaerens, 252

Protectio ab Imperatore nomine Caesareae majestatis ac Rom. Imperii suscepta, ejus morte non extinguitur, 253

Concessiones nomine Imperii, & dignitatis Caesareae factae morte concedentis Imperatoris non finiuntur, 254

Imperium & dignitas semper durant, & non finiuntur, 255

Precaria concessio morte concedentis non finitur, sed transit ad successores, 256

Precarium facta concessione eum habet sensum, ut duret tamdiu, donec revocetur ac poeniteat concedentem, 257

Revocatio contrariam voluntatem exigit, 258

Protectio alicujus per Imperatorem ex gratia suscepta an per successorem revocari possit? n.259

Antecessor in successorem parem in Imperio non habet jurisdictionem aut statuendi potestatem, 260

Nemo potest statuere in tempus quo quis nullam potestatem habiturus est, 261

Imperator aut summus Pontifex non potest ponere aliquam legem suo successori, 262

Imperator & Pontifex non ab antecessoribus suis imperium capiunt, sed per electionem, 263

Imperator vel Pontifex factum antecessoris non consummatum adimplere aut ratum habere non cogitur, 264

Protectio non finitur morte Imperatoris si is eam cum consensu Electorum susceperit, 265

Imperator quae facit cum consilio & consensu Electorum, totius Imperii nomine fecisse censetur, 266

Electores Imperatorem non nisi ea conditione elegisse censentur, ut rata ac firma habeat ea, quae per antecessores Imperii nomine gesta sunt, 267

Protectio ab Imperatore nomine Caesareae majestatis ac Imperii per modum contractus inita, morte ejus non finitur, 268

Privilegium per viam contractus alicui concessum per Imperatorem ab eo revocari non potest, 269

Privilegium per viam contractus concessum nec ab ipso concedente, nec ejus successore adimi potest, 270

Successor ligatur factis per praedecessorem suum sub nomine dignitatis, vel per viam contractus perpetratis, 271

Successor Imperatoris aut Principis antecessoris concessiones ritè factas inviolatas custodire debet, 272

Salva Guardia imperialis an decedente Imperatore per successorem necessario confirmanda sit? 273

Affirmativa, 274. Negativa, 277.

Privilegii confirmationem non petenti a successore illud adimitur eod. n.274 Contra n.283

Concessiones pro tutiori cautela per successores confirmandae sunt, 275 Contra n.284

Tiberius Imperator praedecessorum concessiones, nisi a successoribus confirmarentur, ratas non habuit, 276

Confirmatio successoris consilii magis est, quam necessitatis, 277

Privilegio-

Privilegiorum confirmatio nihil relevat, cum fiat tantum causa dubitationis tollendæ, 278

Dubitationis tollendæ causa, quæ fiunt, ob abundantem cautelam fiunt, 279

Abundans cautela non est necessaria, 280

Protectionis, quæ transit in contractum confirmatio minime est necessaria, 281

Contractu perfecto secundus contrahentium consensus ex intervallo non est necessarius nihilque operatur, 282

Privilegii concessi confirmatio utilitatis, non autem est necessitatis, 283

Successoris assensus necessarius non est, quando à prædecessore principe semel habitus & impartitus est, 285

Protectio ab alio alicui commissa, an morte committentis extinguatur? n.286

Affirmativa, 287. *Negativa,* 295

Mandatum morte mandantis expirat re adhuc integra, 288. *Declaratur, n.*305

Vicariatus alicui concessus ad heredes non transit sed utriusque tam concedentis quam ejus cui concessus est, morte expirat, 289

Vicarii potestas suspenditur per excommunicationem Episcopi, 290

Principali mortuo mandatum quoque & potestas ejus, qui ejusdem vices gerebat, extinguitur, 291

Vices ejus, qui non est, nemo gerere potest, 292

Resoluto jure dantis, resolvitur & jus accipientis, 293

Declaratur, 307

Mandatum substituti expirat morte substituentis, 294

Protectionem committendo Imperator habet respectum ad causam, defensionem nempe, non autem ad personam cui protectio commissa est. 296

Privilegium, in quo habetur respectus ad causam, & non ad personam est perpetuū & ad quoscunq; trãnsit, 297

Mandatum etiam post mortem mandantis perficiendum, morte committentis non extinguitur, 298

Defensio Ecclesiarum ac Monasteriorum est opus pium & favorabile, 299

Mandatum ob favorem piæ causæ morte mandantis non expirat, 300

Legatio Cardinali injuncta in favorem fidei mortuo Papa non extinguitur, 301

Protectio morte committentis non finitur si protectori defensionem in casibus post obitum mandantis demum evenientibus præstare injunctum sit, 302

Protectio morte item committentis non finitur si ea usq; ad revocationem mandantis protectori commissa sit, 303

Protectio nomine tam imperatorio, quam imperii commissa morte mandantis non extinguitur, 304

Mandatum factum in commodum tertii morte mandantis non expirat, 305

Vicarius de omnibus causis cognoscere potest, de quibus principalis, exceptis casibus in jure prohibitis, 306

Resoluto jure dantis, non resolvitur jus accipientis, si resolutio pendet à mera voluntate autoris, 307

Protectionis jus an morte ejus, cui commissum est, evanescat? n.308

Affirmatur, 309

Mandatum regulariter finitur morte mandatarii, 310

Mandati obligatio ex natura mandati ad heredem mandatarii non transit, 311

Advocatia sub nomine significante dignitatem seu officiū alicui commissa morte mandatarii non extinguitur, 312

*Advocatia super Ecclesia collegiata Chombergensi Episcopo Herbipolensi competens, per obitum ipsius non finitur, sed in successorem transit sub n.*312

Delegatio facta sub nomine dignitatis transit in successorem, 313

Privilegium concessum sub nomine dignitatis transit in successorem, 314

Protectio universitati demandata morte mandatarii non evanescit, sed ad quoscunq; posteros transmittitur, 315

Jurisdictio collegio seu universitati competens deficientibus aliquibus, cæteris accrescit, 316

Protectio concessa certo generi personarum includit successores, 317

An & quatenus Advocatia ad beneplacitum concessa vel inita dissolvatur, n.318

Beneplaciti materia, quibus in locis à Dd. tradatur? 319

Protectio simpliciter ad utriusque partis beneplacitum inita utrum cujuslibet partis renunciatione tollatur, n.320. *Decisio affirmativa, ibid.*

Beneplaciti natura est, ut possit quandocunq; revocari, 321

Beneplacitum nulli legi subjectum est, 322

Contractus ad beneplacitum durabilis tamdiu firmus manet, donec alteruter contrahentium eum revocet, vel moriatur, 323

Voluntas tam revocatione, quam morte solvitur atque extinguitur, 324

Protectio ad beneplacitum inita, an quandocunque & indistincte revocari possit? n.325

Protectio ad beneplacitum instituta sine causa legitima revocari non potest, 326

Consul ad beneplacitum creatus non potest sine causa deponi, 327

Concessio ad beneplacitum intelligitur arbitrio boni viri, 328

Nisi verba importarent beneplacitum liberum, 329

Utrum protectio ad beneplacitum ante mortem non revocata extinguatur morte vel clientis vel patroni, n.330

Condemnatus in exilium ad beneplacitum mortuo judice vel finito officio liberatur, 331

Mandatum extinguitur morte mandantis 332

Declarandi facultas morte finitur, 333

Præceptum superioris morte illius evanescit, 334

Banni suspensio ad beneplacitum morte finitur, 335

Advocatia ad beneplacitum sedis Apostolicæ, vel Cæsareæ Majestatis instituta an morte summi Pontificis vel Imperatoris extinguatur? n.336

Decisio Negativa ibidem.

Secus si protectionis contractus ad beneplacitum Rom. Pontificis vel Imperatoris directus sit, 341

Concessio dignitatem non personam concedentis respiciens morte illius non extinguitur, 337

Concessio quando dignitatem concedentis, vel personam ejus duntaxat respicere censeatur? 338

Officialis ad beneplacitum principis reputatur perpetuus, (339

Dignitas, non persona est causa finalis intentionis, 340

Advocatia concessa ad revocationem Papæ, vel Cæsaris expirat eorum morte, si verba impersonaliter fuerint concepta, 342

Voluntas à certa persona dependens extinguitur cum persona, 343

Advocatia ad beneplacitum concessa morte civili non extinguitur, 344

Voluntas vel beneplacitum morte civili non evanescit, 345

Mors civilis naturali non æquiparatur, nisi in casibus in jure expressis, 346

Advocatia constituta ad beneplacitum alicujus in dignitate vel certo officio positi, utrum dignitate vel officio illo expirante aut cessante, finiatur? 347

Decisio affirmativa, ibid.

Dignitate illa non extincta sed persona ad cujus beneplacitum protectio durare debet ab officio deposita, an Clientela finiatur? 348

Decisio Negativa, ibid.

Placitum & voluntas est actus animæ non dignitatis vel rei inanimatæ. 349

Adel-

Dona-

A con-

Actus

Pœna nunquam ipso jure intelligitur imposita, nisi hoc lex expresse dicat, aut rationes aperte convincant, 892

Advocatiæ privatio quibus in casibus ipso facto nulla præcedente judicis cognitione inducatur? n. 893

Advocatia ob admissum in clientes delictum ipso jure amittitur, si inter eos, & protectorem ita conventum est, 894

Feudum ut ex certis causis ipso jure perdatur inter dominum & vasallum convenire potest, 895

Advocatia jus per se expirat ob generationem vel successionem finitam, 896

Advocatiam protector, uti & vasallus feudum ipso jure amittit, si lata in eum sententia criminali bona ipsius publicata fuerint, 897

1 Communis rerum humanarum magistra experientia demonstrat eam esse in variis contractuum figuris, vicissitudinis rationem, ut quemadmodum in tota hac mortalium vita nihil ita firmum, stabile & perpetuum reperitur, quin tandem vel sui natura *l. foramen ff. de serv. urb. præd.* vel temporis diuturnitate deficiat ac tollatur, *c. ut autem lex Auth. de non alien. aut permut. Nov.* 7.

2 Ita etiam non solum in † obligationibus sive contractibus, *leg. fere* 153. *leg. nihil* 35. *leg. omnia* 100. *Digest. de reg. jur. Rubric. Institut. quibus mod. toll. obligat.* verum in aliis quoque actibus *cap.* 1. ubi gloss. *extr. de reg. jur. rubr. Instit. quibus mod. tut. finit. rubr. quib. mod. pat. potest. tollit. rubr. quib. mod. test. infir. l. judicium solvitur ff. de judic. Nov.* 22. §. *nuptias* Jacob. Cujac. *in l.* 1. *ff. de pact.* quicquid certo ordine constituitur, certo quoque modo rursum dissolvitur ac finitur. Unde non incon-

3 cinne Arnobius *lib.* 2. *adversus Gentes.* † Quod habet interitum, inquit, & vitæ incipientis exordium, necessario sequitur, ut habere debeat & occasum, & ubicunque vinculum habes ibi & de dissolutione non immerito cogites, juxta *l. Stichus* 95. §. *naturalis ff. de solut.*

Quibus apprime consonant D. Pauli Apostoli, *in Epist. ad Rom. cap. octavo versicul.* 20. verba, dicentis τῇ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη: (quæ neque cum Augustino de Homine in genere, neque juxta glossam Lyræ duntaxat de hominibus piis, sed ex D. Ambrosii sententia, cum Benedict. Aret. *Problem. Theolog. part.* 2. *rub. quomodo vanit. omn. creat. sit subjecta*, de tota mundi machina accipienda esse arbitror) Hæc autem ματαιότης ipso Apostolo *d. c.* 8. *v.* 21. finitore, nil aliud, quam δουλεία τῆς φθορᾶς, seu servitus corruptionis est, cui sublunaria omnia (ipseque adeo homo vivens) ob fluxam & dissolubilem, quam habet naturam, qua ut oriuntur, ita aboriri necesse est, sunt subjecta, & hinc vanitas *Psalm.* 39. *f.* 6. Imo *vanissima vanitas* ab Ecclesiaste *c.* 1. *v.* 2. dicuntur.

4 Omnis enim res per quascunque causas nascitur † per easdem dissolvitur, Jo. Chrys. *hom.* 32. *in Matth.* &

5 transumptive *in c. omnis res de reg. jur. in* 6. † & quæque res de facili revertitur ad suam naturam seu originem *l. si unus.* §. *pactus ne peteret. ff. de pact.* Unde illud Boetii:

Repetunt proprios quæque recursus
Reditusque suo singula gaudent,
Nec manet ulli traditus ordo
Nisi si fini junxerit ortum
Stabilemque sui fecerit orbem.

Postquam igitur huc usque per omnia causarum genera, perlustrata protectionis materia cognitisque ejusdem accidentibus & affinibus inter alia enucleatim perspeximus, quibus modis Advocatia constituatur, nunc quod superest è contra, quibus illa rationibus rursus solvatur, tollatur, ac finiatur, naturæ methodo ita requirente, dispiciemus.

6 Cum autem multi ac varii modi † causæque ob quas Advocatiæ jura solvuntur, in considerationem venire soleant, quarum paucissimæ ab Auctoribus tactæ reperiuntur, nos (ut & hoc Caput sua constaret perfectione) plurimas adhuc alias excogitatas addidimus, quas omnes hoc capite, admixtis passim ad earundem argumentum pertinentibus quæstionibus, ordinatim explicabimus, ita ut lector quadraginta tres partim assertos, partim dubitabiles dissolvendæ Clientelæ modos à nobis tactos & discussos repertu- rus sit.

7 Sunt autem causæ hujusmodi, duplicis † generis. Quædam enim ex delicto seu culpa, vel quasi proveniunt, idque bifariam nempe quædam in omittendo quales sunt, 1. Inimicitia capitalis, 2. Occisio vel mutilatio Prælati vel clerici ad Ecclesiam Patronatam pertinentis, 3. crimen læsæ majestatis, 4. Hæresis, 5. Mutatio Religionis, 6. Bannum, 7. Excommunicatio & 8. Abusus Advocatiæ, quarum non omnes quidem jus Protectionis perimunt, sed tamen probabiles dissolutionis causas habent. Aliæ in omittendo consistunt, quales sunt 9. Non præstita defensio, 10. Omissa Honorarii annui solutio & 11. inobservantia pactorum vel his 12. majora crimina: Aliæ autem ab omni noxa & culpa remotæ sunt, 13. Amissio scilicet terrarum ex infidelium manibus ereptarum 14. Monasterii seu Ecclesiæ impatronatæ desolatio, 15. Interitus rei protegendæ, 16. Peremptio causæ efficientis 17. Remissio vel cessio, 18. Amissio territorii 19. mutatio magistratus Exemptio seu 20. renunciatio liberi populi 21. Acquisitio dominii rei protegendæ 22. Extinctio familiæ Protectorum 23. Unio Ecclesiæ impatronatæ, 24. Præscriptio ex non usu, 25. Revocatio committentis protectionem 26. Resignatio Advocati mandato constituti 27. Felonia commissa in Advocatia feudali 28. Sententia privatoria 29. consensus partium 30. Mors Clientum, 31. Mors salvamguardiam concedentis, 32. Mors committentis protectionem, 33. eamque suscipientis 34. Revocatio Advocatiæ ad beneplacitum concessæ, 35. Mors alterius partis beneplacitum constituentis, 36. Mors Papæ, vel Imperatoris, quando ad beneplacitum sedis Pontificiæ vel Imperatoriæ Majestatis Advocatia constituta fuit: Mors 37. certæ personæ ad cujus beneplacitum Advocatia inita fuit 38. Expiratio officii, in quo is, ad cujus beneplacitum facta est, positus fuit, 39. Mors contrahentium Advocatiam ad revocationem. 40. Lapsus temporis ad durandam Advocatiam constituti, 41. Eventus conditionis in pangenda Advocatia appositæ, 42. Cessatio causæ finalis conducti Protectoris, & 43. impotentia denique defendendi in persona Advocati residens, de quibus omnibus sigillatim insequenter tractatur.

Modi ussantis Advocatiæ.

Quoniam ergo rationi conveniens est, unumquodque eo modo dissolvi, quo colligatum fuit, *L. nihil* 35. *de reg. jur.* eademque sunt † destructionis, quæ constructionis principia, & resolutio seu distractus regulari debet secundum qualitatem contractus præcedentis, ut ex Decio & Cag. observ. Rim. Jun. *cons.* 430. *n.* 7. *vol.* 4. Ideo modos illos, quibus Advocatiam constitui diximus, retexere, dissolutionem illius cum eorundem colligatione conferre, ac deinceps alias formas quibus Protegendi jus destruitur passim addere atque subnectere studebimus.

8 Cum ergo post legitimam Advocatiam quæ nisi sublata lege, non tollitur, sed velut lex ipsa perpetua atque irrevocabilis est, primo loco *ad n.* 422 *d. Non c.* demonstratum à nobis fuerit, Advocatiæ † titulum ex occupatione terrarum è manibus infidelium ereptarum, enasci, eundem econtra ex amissione earundem, quo ad taliter acquirentem, amitti, vel saltem transferri, necesse est, per *not. ad n.* 110. *& seq. infra in hoc ipso Capit.* & per axiomata modo adducta *n.* 7. *&* 8. quarum concordantia jura brevitatis causa omitto.

I. Amissio Advocatiæ ex perditione terrarum è manibus infidelium ereptarum.

De-

II. *Amissio Advocatiæ ex destructione ac desolatione Ecclesiæ.* Deinde cum secundo loco jus protectionis ex fundatione constructione & dotatione Monasterii vel cujuscunque collegii Ecclesiastici acquiratur, arg. *cap. quicunque 16. qu. 7. ca. nemo de consec. distinct.* 1. id quod *in c. IX, de Forma Protectionis* satis probavimus, *idipsum econtra ex destructione, vel desolatione ejusdem dissolvi atque amitti* indubitatum est per notat. Thom. Trivis. *lib. 1. decis. 55. n. 16.* ubi aperte tradit Patronum non reædificantem Ecclesiam dirutam seu collapsam, amittere jus patronatus propalante etiam Beroo, *in cap. quoniam 96. & 97. de jure Patron.* Pet. Peccius *de reparand. Eccl. c. 34. n. 1. & 2.* ubi dicit destructa Ecclesia Patronum, qui eam non reparat, amittere jus suum *c. quaris de consecrat. dist. 4.*

III. *Expiratio Advocatiæ ex re protegenda interitu.* Tertio Advocatia interitu rei in protectionem susceptæ finitur, ut si locus protegendus, urbs, castrum vel villa, quam quis defendendam suscipit, concidat aut destruatur in totum nec reficiatur tunc & ipsum jus protegendi evanescit, atque expirat, annuique honorarii defensionis gratia constituti solutio cessat, arg. § 3. *ff. de usufr. l. 5. §. 2. & final. Quibus mod. usufr. amitt. l. 16. §. 1. & 2. C. de usufr. & simil.*

Ratio hujus expirationis. Cujus ratio in promptu est, quia destructo principali, destruitur etiam accessorium, per text. notab. *in d. leg. si ususfructus ff quibus mod. ususfruct. amittatur.* Alberic. *ibid. num.* 4. text *in leg. pater § Tusculanum ff de legat.* 3. text. singul. *in l. cognitionem §. consumitur, ff. de var. & extraord. cognit.* Bart. *in l. fin. nu. 24. ff. de colleg. illicit.* glossa notab. *in cap. privilegium de reg. jur. in 6. in verb. privilegium* Philip. Franc. *ibid. num.* 3. Innocent. *in cap. cum ex injuncto n. 2. de nov. oper. nunciat.* & sublata substantia necesse est accidens interire, *leg. si servum §. 1. ff. de act. empt. §. fin. Institut. de ususfruct.* Lancellot. *Institut. jur. Canon. lib. 1. tit. 28. de jure Patronat. § tollitur ius Patronatus & ibid. gloss lit. l verb. necesse est.* Bald. *singulariter in margar. in verbo. Civitas, idem cons. 321 per tot. volum. 4. & consil. 322. n. 1. eod. vol.* quem in hac materia omnino vide, quod videlicet destructo castro, territorium quoque castri fit destructum & extinctum, Alex. *cons. 43. n. 2. vol. 1. Curt. senior. cons. 26. n. 4. Bellon cons. 1. n. 8.*

13 *Confirmatio à Similibus.* Hunc in modum quandoque etiam † Feudum interire testantur juris Feudalis interpretes, instar ususfructus, argumento *§. final. Instit. de usufruct. leg. penultim. C. eod.* itemque Emphyteuseos, *l. 1. C. de jur. emphyteut.* Wesenbec. *de feud. c. 15. n. 2.* Sublata enim re, in qua, utpote in suo subjecto, jus aliquod est, ipsum etiam jus tanquam ejus rei adjunctum tolli, ipsa suadet ratio Logica.

Hinc si Feudum in † totum pereat servitia etiam cessant. Alex. *cons. 112. per tot. lib. 1.* Affl. *in c. omnes n. 31. si de feud. defuncti* Gail. *pract. obs. 2. obs. 23. n. 12. in fine* Jason. *in l. 1. n. 80. & seq. C. de jur. emphy.* Rosenth. *synops. feud. c. 8. concl. 19. n. 17.*

14 Multis autem modis loca protegenda, uti & res aliæ, † interire possunt, puta incendio, chasmate, terræ motu, ut est *in d. §. fi. & in l ex conducto 15. §. 2. ff. locat.* item, inundatione, *l. qui universas 31. §. itemq. à mari, ff. de acq. vel amitt. poss.* item calamitate belli, cum ea occupantur vel desolantur ab hostibus, ut est *in l. eum unum §. fin. ff. de bon. auth. jud. possid.*

Confirmatio ab Authoritatibus. Hunc autem evanescentis ex rei interitu juris protectitii modum præter alios, passim videndos, in terminis Advocatiæ nominatim consulendo expressit gravissimus ICtus Lud. Rom. *cons.* 417. ubi in facto proponebatur, quod quidam Nobiles per contractum promiserint cuidam civitati potenti annuam pensionem, ut illa Castrum nobilium ab oppressionibus protegeret ac defenderet, diruto autem post aliquot annos castro illo, ita ut civitatem amplius non po-
15 tuerit defendere, imo defensio ejus non fuerit necessaria, † quærebatur, *an promissio annua pensionis fuerit resoluta?* Et Rom. per aliquot argumenta concludit, *ibi per eum*, præcipue vero cum promissio facta sit annuæ pensionis, & ob causam protectionis utique habeat tractum successivum & reiterabilem: Unde, cum propter demolitionem castri facultas defendendi defecerit, etiam Advocatia & obligatio ad annuam pensionem defecisse recte censetur, † sicut videmus, quod, 16 finito legato tractum successivum habente finiatur etiam onus successivum illi injunctum, *l. Titia ff. de annu. leg. l. Stichus nutritis, §. Titia ff. de alim. leg.*

Non est etiam à proposito casu alienum, † quod 17 Castrens. *consil. 38 incip. dico dictum emptorem libr. primo* scribit, quod diruta & in universum destructa atque collapsa Ecclesia, cui parochiani loci, ob sacramenta quæ ibidem percipiebant certas decimas solvebant & de illis certam portionem dabant Episcopo, non potest Episcopus eam portionem à possessoribus bonorum earundem decimarum petere, & maxime quidem, si & Ecclesia illa periit, & locus ipse in quo est Ecclesia, devastatus sit, à quo illæ percipi solent. Neque enim habet Episcopus immediate jus contra Laicos eorundem bonorum possessores, sed duntaxat contra Ecclesiam super decimis, quas ipsa ejusque Rector à dictis possessoribus percipiebat. Ita quod jus percipiendi easdem decimas principaliter competebat Ecclesiæ, & Rectori ipsius *cap. de decimis 16. quæst. 1.* quæ jam esse desiit, & cum non sit in ea Rector qui sacramenta, & divina officia exhibere, facere, aut administrare possit, sequitur quod decimæ illæ à prædictis possessoribus solvi non debeant, nec ipsi quidem Ecclesiæ, quæ non est, & quia non exhibentur illa propter quæ datæ sunt decimæ. Nec Episcopo, qui ante destructionem nullum jus habebat contra Laicos, & eorum bona, sed contra Ecclesiam & Rectorem in his, quæ ab illis Laicis percipiebant. Jura enim ipsius Ecclesiæ (nisi denuo reædificetur & sacramenta administrentur, omniaque de novo restaurentur) una cum ipsa Ecclesia perempta sunt inquit Castrens. cum defecerit utrumque extremum, scilicet illud, cui debebatur, & causa ob quam debebatur, & jus Episcopi quod super juribus Ecclesiæ erat fundatum argum, *leg. repeti §. res ff. quibus mod. ususfruct. amitt. leg. servientes § si sublatum ff. de servitut. urb. præd. leg. Stichum Dig. de solut.*

Cæterum in eandem, de extincta defensionis obligatione seu Advocatia, ob rei interitum expirata, sententiam nominatim ivit Cardinal. Tuschus. *conclus. pract. jur. Tom. primo lit. C. conclus. 202. num. 20, 24. 34. & seq. 40 & 58,* & *concl. 628. n. 31. itemq. tom. 2. lit. D. conc. 228,* & ante ipsum consulendo hoc ipsum deciderunt Georg. Everh *cons. 56. n. 111. Tom. 1.* & novissime Jacobus Synzius *disputat. de jure protect. th. 32.* ubi præter allegata in comprobationem affert *l. 1. C. de jure Emph.* Nicol. Bellon. *cons. 8.* ubi *n. 6,* similiter dicit † 18 Civitate destructa, cessare promissionem factam de ea defendenda.

Præterea etiam † roboratur iste modus faciendæ 19 Advocatiæ, per notat. ab Innocent. Panormitan. & aliis *in cap. ex injuncto extr. de novi oper. nunciat,* ubi dicunt, quod Ecclesia destructa, Canonici desinant esse & habere nomen Canonicorum & amittant præbendas. † Similiter civitate destructa, desinant 20 esse Cives illius civitatis Nicol. Bellon. *consil. 1. numer 7.* In quem sensum faciunt notata Azorii *Tom. secundo Institut. Moral. libr. 9. cap. 13. qu. 13.* ubi notat Ecclesia ob clericorum delictum auctoritate superioris (non etiam ab hostibus) diruta, omnia ejus privilegia evanescere, & ita castro destructo †, quod amit- 21 tat sua privilegia consuluit Alexander *cons. 43. incip. de co-*

de celeberrima, vol.1. quem sequitur Curt. Senior. *conf. 26. incip. quidam vol.2.* Idem consuluit Steph. Bertrand. *conf. 192. incip. multa* quod universitate destructa & abolita, amittantur ejus privilegia, nec recuperentur, etiamsi restituatur.

22 *Confirmatio praedicti III. modi per rationem.* Et facit ratio, quia sublata re vel persona, † cui tributum est beneficium, ipsum quoque jus seu privilegium tollitur, arg. *leg. postquam ut legat. vel fideicom. nomine caveatur, in princip. & leg. intercidit. de condit. & demonstr. & leg. quidam de jure codicill.* quae jura ad hoc propositum allegat Bald. *in gloss. Extravag. de pac. Constant. super verb. Nos Romanus* text. *in c.2. de oper. nov. nunc.* ubi dicitur, quod clerici Ecclesiae destructae, non debeant amplius dici clerici illius Ecclesiae. Sicut vero per interitum rei, tollitur beneficium, illi rei concessum. Ita & jus alterius, quod in illa re habet, per rei interitum perire videtur, facit text. *in l. sicut in princ. quibus mod. pign. vel hypoth. solu. & l.2. de usufr.* †

23 Hinc fit, ut aedibus incendio vel ruina absumptis, Jurisconsulti, tam usumfructum, quam habitationem extingui dicant; adeo, ut ne in area quidem & caementis ususfructus remaneat, *l. repeti, §. rei mutatione ff. quib. mod. usufruct. amit. l. servitutes §. sublatum ff. de serv. urb. praed.* Et hoc ipsum testatur Marcus Tullius *in Topicis Si aedes* ea inquit *corruerint, quarum ususfructus legatus sit haeres restituere non debet, non magis quam servum, si is, cujus ususfructus legatus esset, periisset,* Annae Robert. *rer. judic. lib.4.c.8.*

24 *Reaedificata Ecclesia, vel refecta in tutelam commissa an & tunc quod prius in eadem extitit Protectionis jus durare censeatur vel reviviscat saltem?* Sed hic oportune quaeritur Si castrum vel Monasterium, † cujus quispiam Advocatus fuit readificatum fuerit, an eo etiam casu jus Protectionis penitus extinctum esse censeatur, nec ne?

25 *Decisio quaestionis cum distinctione. Primum distinctae decisionis membrum. Confirmatur decisio nis ab auctoritate.* Distinctione res extricanda est, † Aut enim castrum, civitas vel Ecclesia, authoritate & facto superioris ob delictum vel ex causa scandali, sine spe reaedificandi destructa, soloque aequata fuit: & tunc jus protectionis in totum dissolutum censetur, per ea quae in simili tradit Bald. singulariter *in Margarit. verb. civitas, & cons. 321 per totum incip. viso instr. & consil. 322. n.1. eod. vol.* Et conferunt inprimis ad hanc decisionem notata Petri Peccii *in tract. de Eccles. reparand. c.35. n.4.* ubi scribit, *Si Ecclesia* non casu aliquo fortuito, sed Imperio & auctoritate superioris penitus & sine spe refectionis seu restaurationis destructa sit (Ut quia ita consultum esse summus Pontifex aut Episcopus arbitratur) tunc cum ipsa Ecclesia omnia quae intuitu illius concessa fuerunt, cadere & extingui, deficiente, veluti fundamento, Ecclesia in qua constiterunt, sublatisque eorum qualitatibus, ob quas privilegia (puto juris patronatus Advocatiae vel alia) illi tributa fuerunt, arg. eorum quae decidunt Bart. Jason. Alexand. Zasius & alii *ad leg. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. obligat.* Gloss. & Jo. Andr. *ad cap. privilegium de Reg. jur. in 6.* Innocent. *ad cap. Abbate extra de sentent. excommun. & in c. cum ex injuncto, n.2. de nov. oper. nunc.* ubi dicit quod quando Ecclesia vel civitas vel alia loca sacra vel prophana superioris authoritate ob eorum delictum demoliuntur, de caetero nullus vocari debeat clericus illius Ecclesiae vel municeps illius loci, hoc est, Canonici desinant esse & habere nomen Canonicum, amittantque praebendas suas, & cives desinant esse cives, idem notat gloss. *in c. privilegium de reg. jur. in 6. text. in 6. text. in c. placuit de consecr. dist.1.* Mod. Pist. *tom.1. cons.43. n.4.* ubi dicit, dann die Recht/ die da sagen/ *quod monasterium vel Ecclesia destructa amittant jura & privilegia sua*, haben allein statt wann ein Kloster/ von wegen einer Missethat oder Missbrauch/ *& sic propter delictum*, auss befelch der gebührlichen Obrigkeit/ wird zerstöret/ der meynung/ dass es nicht solle wider auffgericht werden. Idem post Bartol. Bald. Abb. Alexander. & Jas. adstruit Carol. Tapia *leg. fin. Digest. de constitut. princip. c.4. n.18. part.2.*

16 *Confirmatio à simili.* Sic etiam, si ex delicto destruatur Civitas vel universitas, ut nulla spes sit reparationis, refectionis, vel constructionis futurae, feudum amitti, & domino applicari communi Feudistarum suffragio approbatum est, Andr. de Isern. Praepos. & Matth. de Afflict. *cap.1. §. fin. de capit. Corrad.* Matth. de Affl ct. *decis. Neap. 282. n.13.* Anto. Capyc. *in invest. feud. c. feuda amittantur col. 56. §. 64.* Lud. Schrad. *part.2. part. 9. prin. sect. 9. qu. 39. nu. 74.* Henn. Rosenth. *synops. feud. c.10. concl.4. n.15. lit. g.*

17 *Decisio Alterum membri distincti.* Aut Ecclesia, † monasterium vel collegium ab hostibus belli tempore destruitur, vel incendio, inundatione aliove casu ruinam patitur, ac postea restauratur & tunc Advocatus jus suum protectionis si non actu, saltem habitu retinet.

28 *Ratio decisionis I.* Jura etenim † realia si non stricto jure, saltem ex aequitate quadam, reaedificata re, durare censentur, *l. servitutes §. si sublatum ff. de servit. urb. Praed.* unde *Ratio decisionis II.* cum Pontifices, qui ex fundatione ac constructione Ecclesiarum jura Patronatus indulserunt, non ipsam Ecclesiam materialem, sed potius congregationem ac collegium, quae etiam sua appellatione comprehendit Ecclesiam, annotante glossa *in c. si Ne praelat. vices suas* respexerint, aequitas & ratio postulat, ut, manente illa veluti causa ipsius concessionis Advocatiae ipsum quoque jus protectionis manere & durare debeat, sicut & beneficium † durat tametsi ad aliam Ecclesiam translatum fuerit *clem. fin. & ibi DD. de rescript.* confert *l. Paulus §. domus ff. de Pig.* Idem de urbe † sine culpa populi depopulata vel à Tyranno, hoste, aliave calamitate eversa decidunt DD. si ea vitam & spiritum recepit, una in priscam privilegiorum possessionem redit Gail. *1 obs. 61.* Modicius §. *Plebiscitum dub. 77. n.6.* Pruckman. §. *Soluta potestas c.6. n.20.* Hotom. *illust. quaestion. 5.* Joannes Maurit. *de Restitut. in integr. c. 404.* Stort. Otto *2. quaest.1. art.2.* Sixtin. *1. Regal. c.5. nu. 45.* doctiss. Rosenth. *de feud. c.10. concl.14. n.14. lit. P.* Alex. *cons. 193. n.7. vol.3.* Laurent. *decis. Avin. 128. n.22.*

Ratio generalis. Quorum omnium ratio generalis assignari potest quod nimirum ea, quae de facto & vi majore, nullo commisso delicto, fiunt, alteri nocumento esse non

29 *Ratio posterioris decisionis III.* debent, pulchre Bald. *in marg. in verb. Civitas.* dicens, Civitatem, à Tyranno vel praedonibus destructam, intellectu quodam, sine ullo corpore materiali, vivere, & ejus animam sine corpore extare proinde sua privilegia retinere, & si restauretur, jura, quae durabant habitu, ad actum ipsum reduci, facit text. *in l. haereditas ff. de petit. haer.* ubi dicitur, quod haereditas etiam sine ullo corpore juris intellectum habeat, sicut Civitas extincta à tyranno vel hostibus juris intellectu adhuc extare censetur. ad idem facit tex. *in l. mortuo ff. de fidejuss.* Innoc. *in d. c. cum extincto de oper. nov. nunc. n.2.*

30 † ubi dicit, Ecclesiam, à tyranno occupatam, retinere sua privilegia & Canonicos electos pro utilitate Ecclesiae absentes contrahere posse, idem notat gl. *in d. c. privilegium de reg. jur. in 6.* per tex. *in c. pastoralis, 7. q.1 & c. quae semel 19. qu.3.* quem sequitur *ibi* Pan. & Archidiac. Bart. *in l. sicut §. in decurion. ff. quod cujusq. univers.* Alex *cons. 193. col.2.* Comprob. idem Mod. Pist. *d. n.4.* hisce verbis:

Wann aber ein Kloster nicht *propter delictum*, wird eingebrochen/ auch nicht der meinung/ dass es nicht soll wider auffgericht werden/ sondern vielleicht von Feinden/ oder in Kriegsläufften/ so verleurt es sein Recht/ Gewonheit vnd Privilegia nicht/ sondern behelt die alle in aller massen/ wie es zuvorn gehabt/ &c. quibus in terminis subscribit Nic. Bell. *cons.1. n.9.* ubi ex Alb. ait,

31 † quod si aliqui homines tenebantur ad custodiam unius castri, & propter guerram illud castrum

strum fuerit etiam penitus dirutum, & ejus loco aliud constructum, quod iidem homines teneantur ad custodiam dicti castri reædificati, sequitur Jacob. de S. Geor. *in tract. de Feud. col. penult. ver. ultimo quaero.* Gail. 2. *obs.* 61. *n.* 8.

32 *Ampliatio posterioris Decisionis.* Ampliatur autem hæc decisio, procedere nedum si in eodem loco Monasterium vel collegium reædificetur, verum etiamsi alio transferatur. Sic junctim eversæ urbis † sedem alibi figentibus privilegia recuperantur, &

33 quasi reviviscunt, *l. sicut municipalem* §. 2. *ff. quod cujusq. univ. nom. gl. in l. usufr. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* Ruland. *de commiss. lib.* 2. *p.* 4. *c.* 2. *n.* 24. Tapia *l. fi. p.* 3. *c.* 4. *n.* 15. Zach. Victor, *de exempt. concl.* 16. per vulgatam regulam, quod *subrogatum sapiat naturam ejus in cujus locum subrogatur,* §. *fuerat Inst. de action.* Ita ut in subrogatum transeant omnes ejus qualitates, ut *ibi* notant Dd. maxime Jas. & Bart. *l. si eum* §. *qui injuriarum ff. si quis caution.* Andr. Gail. 2. *obs.* 61. *n.* 8. ubi dicit, castro destructo & alio loco reædificato subditos eo loci solitas operas præstare cogi, quem nominatim sequitur Jo. Frid. Husf. *c. de effect. qu.* 9. *de propriis homin.* Et idipsum in terminis confirmat Mod. Pist. *d. n.* 4. *ibi* vnd eben diß hat auch statt/ wann ein Kloster oder Statt mit Bewilligung der Obrigkeit/ an ein andern Ort transferirt, vnd verlegt wirdt. Et hucusque de quarta expirandæ Advocatiæ interitu nempe rei protegendæ profluente causa.

34 Progrediendo igitur ad alias † amittitur jus Advoca-

35 *IV. Amissio Advocatiae ex peremptione causae efficientis.* tiæ quarto modo causa perempta, ex qua aliquis clientelam adeptus est, † unde, si quis ratione dotis quam Ecclesiæ aut Monasterio contulit, factus est Patronus & contingat, talem dotem penitus extingui Advocatus tanquam ex causa cessante, arg. *l. adigere ff. de jur. patr.* amittet jus protectionis, illudque acquiret redotans, nominatim id tradente Paul. de Citad. *part.* 14. *tract. sui de jur. patr. quomodo jus patr. finiat. n.* 9. & Cæs. Lamb. *qu.* 7. *pr. n.* 1. in jure patronatus Ecclesiastico, à quo propter paritatem rationis recte arguitur.

36 *Limitatio praecedentis amissionis.* Limitatur tamen quartus iste modus, † ut dote etiam perempta Protector non amittat Advocatiam, si dos expensa sit in reparationem Ecclesiæ, eo enim casu primum patronum adhuc remanere patronum, diserte statuit Cæsar Lamber. *de jur. patr art.* 4. *qu. prin.* 7. *n.* 2.

37 *V. Cessatio Advocatiae ex remissione seu renunciatione.* Quinto loco jus † protectionis finitur etiam ex prædicta fundationis nimirum causa acquisitum, in persona Patroni & hæredum remissione & cessione, per fundatorem facta, ut in simili notat Paul. de Citad. *de jure patr. part.* 9. *qu.* 9. *n.* 17.

Quemadmodum enim à principio Advocatus potuit Ecclesiam liberam relinquere, † non retinendo sibi

38 *Ratio praedictae hujus extinctionis.* aliquod jus: ita etiam, postquam illud habuit, potest remittere, per tritam juris regulam, quod beneficio sibi competenti quilibet possit † renunciare & jus suum remittere, *l. si quis in conscribendo C. de pact.* & *ibi* Jas. *l. tres*

39 *fratres* & *in l. fi. ff. de pactis l. mater l. cum quis ff. de inoff. test. l. qui Romae ff. de verb. obl. l. qui autem ff. quae in fraud. cred. l. non fraudantur ff. de reg. jur. l. sub praetextu C. de transact. c. si diligenti extr. de foro comp,* Herm. Vultæ. *inter cons. Marp. cons.* 35 *n.* 128 *vol.* 3.

40 *Exemplum renunciatae Advocatiae Hirsaugiensis.* Ejusmodi autem renunciationis notabile † exemplum Annales Monasterii Hirsaugiensis nobis suppeditant. In iis enim Dn. Jo. Trith. *sub Abbate Guilhelmo duodecimo* scribit, post restaurationem Monasterii Hirsaugiensis Adelbertum Comitem de Calvv Advocatiæ ac omnibus juribus super monasterio ab ipso reædificato renunciasse. *Admonitus*, inquit, *Comes Adalbertus, tandem uxoris devotissimae consilio, virorum spiritualium suffragia requirit, qui non aliter evasurum illum calamitates, quas pateretur, vivo ore confirmabant, nisi Monasterium Hirsaugiense, quod injuste occupaverat, restitueret omnimodae libertati. At ille nihil moratus, omnia se facturum promisit, vocatoque ad se Reverendissimo Abbate Guilhelmo omnimodam libertatem Monasterii omniumque ad jus monasterii pertinentium abrogatis, ac penitus cancellatis prioribus literis in manus ejus obtulit, omnique juri aut proprietati ratione Advocationis vel alterius cujuscunq. jurisdictionis, seu majoritatis pro se suisq. & haeredib. suis in perpetuum firma contestatione coram uxore, filiis & multis aliis renunciavit. Deinde praecepit Abbati, quatenus literas vel per se vel per quoscunq. alios super hac ipsa perpetua liberalitate Monasterii conficeret, quacunq. forma & tenore sibi melius videretur expedire, se quando vellet cum eo ad regiam praesentiam sine mora iturum, & omnia quae ad hujusce rei pertinerent confirmationem sine dolo fideliter esse facturum.*

Remissa Advocatia II. Exemplum Rudolphi Comitis Tubingensis super Monasterio Bebenhusano. Aliud exemplum resignatæ Advocatiæ habemus in Rudolpho Comite Palatino Tubingensi, qui Monasterium Bebenhusanum à se Anno 1189. fundatum insequenti inde triennio ab omnis Advocati dominatione, subsequenti diplomate desuper concesso liberavit: diploma autem sic habet,

Diploma Rudolphi Comitis de Tübingen/ quo Monasterio Bebenhusano, praeter bona quaedam enumerata jus lignandi in Sylva Steinbach concedit & ibidem juri Advocatiae renuntiat. *In nomine sanctae & individuae Trinitatis. Ego RUDOLPHUS Dei gratia Palatinus Comes de* Tübingen/ *venerabili Abbati Diepoldo cunctisq. Canonicis sibi succedentibus in perpetuum. Noverit generatio praesens & omnis, quae nascetur & exurget, quod cum universitatis Auctor suae sanctissimae Genitrici domum illam in Bebenhusen per nostrae administrationis impendia fundari disposuisset, adhibito consensu dilectae jugalis nostrae Mathildis & liberorum nostrorum, praedium ipsum, quod erat Spirensis Ecclesiae, favente & confirmante gloriosissimo Imperatore Friderico, ejusq. filio Henrico aliisq. regni procerib. ordine judiciario per concambium acquisivimus, & eorundem auctoritate locum ob jugem nostri parentumq. nostrorum memoriam, in cultum divinae religionis Praemonstratensi ordini deputavimus. Postmodum vero ejusdem ordinis conventu certa de causa sublato, & ordine Cisterciensi per auctoritatem Domini Henrici Imperatoris, qui tunc patre defuncto in Imperium successerat, feliciter subrogato, locum illum, cum possessionibus suis jam habitis, vel habituris in posterum, nec non & omnes homines censuales ad ipsum pertinentes, cum possessionibus suis ab Advocatoria simul, & ab exactoria conditione qua nobis tenebatur, sicut ejusdem ordinis exigit institutio, penitus emancipavimus. Et quoniam eorundem religiosorum sancta & beneplacens conversatio nos ad ampliora beneficia conferenda promovit: illud quoq. specialis doni privilegium jure perpetuo contulimus; Adhaec ut quicunq. ministerialium vel Mercatorum, vel rusticorum, seu cujuscunq. conditionis aut professionis homo, infirmus aut incolumis ad ipsorum conversationem transire, vel quicquam de reb. suis mobilib. vel immobilib. transferre voluerit liberam de omnib. teneat facultatem hic scil. qui nostrae ditioni est subjectus. Hos igitur apud tremendum judicem supplices Advocatos, de meritis nostris nihil praesumentes magis eligimus hanc ab ipsis recipientes gratiam, firmiter ac fideliter promissam: ut post obitum nostrum singulis diebus, quibus licuerit, Missa defunctorum in nostri memoriam parentumq. nostrorum semper ibidem celebretur;* Nec illud sane prætereundum, quod possessiones, & prædia, quæ sunt à nobis ipsis collata, vel conferenda, ab omnis Advocati dominatione constituimus semper esse libera. *Divina quoq. retributionis intuitu eidem Coenobio indulsimus auctoritate Imperialis in sylva* Schainbuch *hos terminos, Quorum primus est, ubi confluunt duo rivuli,* Steinach & Bolsterbach: *& descensus per eundem rivum qui Steinache vocatur, abhinc per ascensum montium usq. ad Gebhartes Aich. Inde usq. dum venias Taberenbrunnen. Abhinc usq. Dieffenlingen: & per ascensus ejusdem vallis, usq. dum venias ad pratum quod dicitur Cunonis. Inde ad verticem proximi montis & per ejus confinia usq. ad sedes: Hinc ad Lapideum pontem. Ab hinc usq. ad clivum qui dicitur Hannenstaige. Inde ad cornu quod dicitur Algerstutin, usq. dum venias ad rivum, qui dicitur Querenbach, usq. in Steinache. Ut in his terminis ligna, igni, vel aliis usibus suis necessaria incidant. Quod si in praescriptis terminis non*

reperiuntur ligna ad ædificia eorum sufficientia, in tota sylva quæ Schainbuch *dicitur, liberam incidendi habeant facultatem, & pascuis totius sylvæ utantur: exceptis ovibus eorum, quibus ibi depascendi non concedimus libertatem. Ne quis igitur hujus traditionis tam firmam rationem temere præsumat infringere, præsentem chartam sigilli nostri impressione, testium quoque designatione fecimus insigniri.*

Testium itaque qui interfuerunt hæc sunt nomina.

De clero.

Diethelmus Episcopus Constantiensis, Gotfridus Abbas Scovangiensis: Diepoldus Abbas in Bebenhusen, Albertus Plebanus in Tübingen. *Rudolphus Decanus de Asperg, Waltherus & Henricus Capellani.*

De Liberis.

Burcardus Comes de Hohenberg. *Albertus de* Oberenstein. *Waltherus de* Ottenbrucke. *Adelbertus de* Metzingen. *Albertus & frater ejus Conradus de* Steffelen. *Waltherus de Greżingen. Burcardus & filius ejus Sigeboto de Eberiberg. Bertholdus & filius ejus Cuno de Grifenstein. Hildebertus de Isenburg. Eberhardus de Entringen, Albertus de Ravenstein.*

De Ministerialibus.

Fridericus Dapifer & frater ejus Diemo: Conradus Advocatus de Ruke, & filii sororis ejusdem Conradus & Heinricus: Heinricus de Boltringen. Waltherus de Lustrovve: & filii ejus Heinricus, & Hugo: Henricus, & filius ejus Renhardus de Oendingen: Dietericus & Hugo de Hielingen: Fridericus & Etecho de Wittingen. Henricus & VVebrnerus de Bondorff: Craft de Halvingen, Conradus de Pfeffingen. Fridericus & Hugo de Gomeringen. Hugo de Terdingen. Wolpoto, & alter Wolpoto de Rore. Hugo & Henricus de Niuverin. Et alii quam plures. Acta sunt hæc Anno 1191. ab incarnatione Domini, imperante Heinrico Romanorum Imperatore. Datum in Asperg. 6. Kal. Augusti.

41 *Aliud exemplum remissæ Advocatiæ Keysersheimensis.* Exstitit insuper istiusmodi Renunciationis juris Advocatitii, † nunquam tamen usurpati, non minus illustre exemplum in fundatoribus celeberrimi Monasterii Cæsariensis. Postquam enim Comes Henricus de Lechsgemündt / & uxor ejus Comitissa Luicardis filiusque eorundem Anno 1135. illud in proprio fundo 42 suo Heldwang dicto, construxissent, & sufficienter dotassent, † omni juri ac proprietati, tam ratione hæreditariæ Advocatiæ, quam alterius cujuscunque Jurisdictionis ac superioritatis in bonis Monasterio dicatis pro se & hæredibus suis libere & penitus ac in perpe-43 tuum renunciarunt, † per quam remissionem Abbatem & Conventum prædicti Cœnobii omnimodam exemptionem ac libertatem à Fundatorum ac eorundem hæredum, successorum ac possessorum Comitatus Graispach subjectione ac oneribus, plenissime consecutos fuisse, pluribus *in Confutatione Cæsariensi adversus Palatini Neoburgici Deductionem* novissime edita, post enarrationem fundamentorum adversæ partis, §. damit nuhn diesen Pfältzischen *Vers.* auß welcher kurtzen *deduction*, eleganter ac solidissime, ostensum reperitur.

44 Id quod etiam per se juri consonum † esse consulendo, asseruit Jacob. Mandell. *consil. 62. numer. 19.* Ubi dicit, loca & territoria, quæ donantur Ecclesiæ, non posse amplius gravari oneribus à Principe sæculari, qui ea donavit, per doctrinam Hostiens. *in summa de Immunitat. Eccles. §. sed ne illa immunitas* Jacobin. de S. Geor. *in Investitur. feud. verb. in feudum*, idque maxime omnium in Monasteriis ordinis Cisterciensis locum habere *alibi* pluribus ostensum fuit.

45 Quod ipsum etiam clare ostendit Modestinus Pistor. *consil. 43. numer. 11. volum. 1.* ubi scribit, † wann gleich einer ein Kirch selbst bawet / fundirt und dotirt / so oberkombt er doch dardurch kein Gerechtigkeit zu den Kirchengütern / sondern was er vorhin für Ge-46 rechtigkeit gehabt an den Gütern / so er der Kirchen geben / die verleurt er / † und so bald die Güter einmal ad pios usus und zu einer Kirchen und Stifft gewandt / so werden sie nach Ordnung der Recht divini juris, und gehören nicht mehr den Leyen zu / sondern seind gar extra commercium hominum, *l. 1. de rer. divis. §. nullius Institut. eod. tit.* ubi dicuntur ejusmodi res in nullius bonis esse, facit *lex inter stipulantem, §. sacram. de verbor. oblig. & Institut. de inutil. stipul.* facit *lex servitutes. §. fin. Digest. de servitut. leg. caveri Digest. commun. prædior.* Ita etiam jure Canonum asseritur, quod omne, quod offertur Ecclesiæ sanctum sanctorum efficiatur Domino, & ad jus pertineat sacerdotum *cap. nulli 12. quæstion. 2. cap. qui abstulerit, ead. caus. & quæst.* quod & tradit gloss. *in c. causa Carpensis, de verb. signif.*

47 *Superioritas in protegendo consistens quotuplex.* Venit autem hoc loco in considerationem † duplex superioritas: una, respectu Imperatoris, quæ est protectio defensioque ratione Jurisdictionis seu gubernationis territorii universalis, secundum gloss. *in proœm. Digest. ad verb. sanctionem* Mandell. *consil. 62. num. 40. & consil. 64. num. 99.* Thom. Michael. *de jurisdict. thes. 44. lit. d.* Schönborn *politicor. libr. quinto* 48 *c. 10.* † eaque Imperatori omnimoda in toto Romano orbe competit, adeo ut in eo contra omnes & cujuscunque status personas fundatam habeat intentionem, *in constitut. de novo Cod. conficiend. cap. in opibus 7. quæst. 1.* Andr. Gail. *de pace publ. cap. 6. numer. 14.* Castald. *de Imper. quæst. 52. numer. 4. in fin.* Cephal. *consil. 369. num. 69.* Cacheran. *consil. 13. numer. 1.* Gerlac. Buxtorff. *in dissert. ad 17. prior. Aur. Bull. cap. conclus. 88. lit. c.* † Et hæc superioritas potissimum in su-49 premo Imperii jure, seu in iis, de quibus inferioribus nulla est statuendi potestas consistit Felin. *in c. nobis n. 6. Extr. de præscript.* Bartol. *in l. omnes populi ff. de just. & jur. quæst. 3. princip. versicul. prædicta vero* Lancellot. *in temp. omn. jud. libr. 1. cap. 1. §. 4. ad verb. Imperator habet dominium universale n. 8.*

Superioritas inferiorum ab Imperatore. Alia superioritas est respectu principum, Comitum aliorumque Statuum Imperii, quæ ipsis in suis terris competit. † Quemadmodum enim Imperator in toto orbe habet omnimodam superioritatem, jurisdictionem & dominium, ut plenissime *in Cap. VI.* ostendimus & hoc ipsum venustius expressit 50 Bald. *in c. 1. n. 11. v. ex præmissis ergo col. 3. in fi. de allod.* ubi tradit, † quod jurisdictio apud Cæsarem sit, tan-51 quam fons, à quo, uti ex Oceano flumina fluere, & ad eundem refluere dicuntur; Ita ab Imperatore in jus dicentes, per concessiones, investituras, confirmationes & commissiones fluat, & ad eundem per appellationes, nullitates & querelas, refluat jurisdictio, ut *ex eod.* attestatur Fulv. Pacia. *de prob. libr. 2 cap. 43. nu. 7. & seq.* Molinæ, *Parisiens. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 49.* Thom. Grammat. *decis. 46. numer. 1. & 4.* Hieron Magon. *decis. Lucens. 30. n. 2.* Alvar. Valasc. *de jur. Emphyt. q. 8. nu. 21.* Didac. Cov. *Pract. q. c. 1. n 2. 3. & 9.* Vantius *de nullit. process. ex defect. jurisd. n. 10.* Carol. Tapia *in Rub. ff. de const. princ. cap. 4. n. 10.* Foller. *consil. crim. 96. num. 5.* Heig. *part. 1. qu. num. 18.* Clapmar. *4. de arc. Rerump. c. 8.* Gilhaus. *part. 1. arb. judic. civ. cap. 1. § 1. numer. 1.* Ita etiam Principes, † Comites aliique status Imperii sibi 52 vendicant superioritatem & jurisdictionem in suis territoriis erga subditos, Decian. *respon. 5. n. 17. vol 4.* Marzarius *cons. 26. numer. 32.* Cacheran. *cons. 9. n. 2.* Wesenb. *cons. 27. n. 29.* cum infinitis ad hoc conglomeratis, per Schrad. *de feud. part. 10. sect. 8. n. 33 lit. 2.* & ob id domini proprie dicuntur, quod habeant potestatem & jurisdictionem super inhabitantes terram suam, & pro eo accipiantur, qui superioritate & præeminentia fulgent, *l. cum si exhibuissent, 3 §. 1.* ubi Bart. *de publican. & vectigal.* Gregor. Lopez. *part. 4. titul. 25. libr. 1.* Andr. Knichen. *de sublim. & reg. territ. jur. c. 5. n. 152*

Maxi-

54 Maximum porro inter prædictam † Imperialem & aliorum Principum, Comitum, Baronum, aliorumque Statuum Imperii, superioritatem, circa bona Ecclesiis dedicata, discrimen existat.

Quod sit inter prædictas superioritates discrimen.

Illa enim Imperialis † superioritas, in possessionibus, ac bonis immobilibus quibuscunque, tam propri-55 is, quam alienis, tam allodialibus, quam feudalibus etiam Ecclesiæ concessis, semper & ubique salva & excepta manet, imperioque Romano reservatur, ut nominatim ex modernis eleganter tradit Thom. Michael. *de Jurisdict. thes.* 25. ubi *lit. b.* inquit, verius esse, superioritatem à concedente reservatam intelligi, quamvis castrum Ecclesiæ dederit, idem ex Bald. testatum facit Roland. à Vall. *consil.* 1. *num.* 141. *vol.* 2. Bertrand. *cons.* 56. *num.* 1. *vol.* 6. Cacheran. *cons.* 3. *num.* 6. & 10. *cum ibi citatis*, Ant. Peregrin. *d. tract. de Jure fisci, lib.* 1. §. *fin. num.* 75. & hanc opinionem Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ & Galliæ consuetudine firmatam ait Jo. Petr. Surd. *cons.* 275. *num.* 11.

56 Ratio prædictorum est, † quod superioritas sit majestas quædam non tam territorio, quam principi, ejusque personæ cohærens, quæ avelli ab ea non potest, ut constat ex iis, quæ late deduxerunt Joan. Bodin. *libr.* 1. *de Republ. capit.* 8. & *ult.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib.* 9. *de Republ. cap.* 1. Herm. Vultæ, *consilior. Marpurg. tom.* 3. *cons.* 35. *num.* 31.

Ratio discriminis.

57 Unde etiam † communiter receptum est, ejusmodi superioritatem, non posse præscribi, secundum doctrinam Panorm. *in cap. cum non liceat, nu.* 6. per ill. text. *ver.* & *per hunc text.* & *ibi* late Felin. pro & contra disputans. *Extr. de præscript.* Joann. Francisc. Balb. *tract.* 58 *de præscript.* 2. *part.* 5. *part. princip. quæst.* 2. *num.* 1. † Nemo enim, ut Imperatori non subsit, præscribit, arg. *l. competit,* 6. *in fin. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. c. inter corporalia, de translat. Episc.* text. & gloss. *in c. cum ex officii,* 16. *in verb. usitat. ext. de præscript.* gloss. *in ca.* 1. *vers. non obstante, de cler. ægr. in* 6. gloss. *in ca. volumus, verb. Ecclesia* 16. *quæst.* 7. Mascard. *de prob. conclus.* 225. *nu.* 7. & 8. Carol. Tap. *in rubr. cap.* 4. *nu.* 14. & *seq.* & *l. fin. p.* 2. *ff. de constit. princip.* Valasc. *de Jur. emph. quæst.* 8. *nu.* 29. & *sequent.* Longovall *in l. Imperium, p.* 4. *ca. lex autem, nu.* 45 *ff. de Jurisd. omn. Jud.* eleganter Franc. Zoanett. *de Rom. Imper. nu.* 111. & *sequent.* Natt. *cons.* 640. *nu.* 16. & *seq.*

59 Unde nec prædictus † Comes fundator Monasterii Keysersheim / per assertam renunciationem Imperio quoad superioritatem ac supremam Advocatiam Imperatori ipso Jure competentem derogare quicquam voluit, nec, si voluisset, potuisset, cum generali Juris axiomate proditum sit, † *inferiorem non posse falcem im-*60 *ponere Juri vel interesse superioris, l. si constiterit* 4. *C. de fin. regund.* vel derogare seu tollere, *l.* 3. *in princ. de alienat. judicii mutand. l. non magistratum,* 5. *de arbitr. l. ille à quo.* 4. §. *tempestivum,* 13. *ad Trebell. l. non autem magistratus, de minorib. l. formam,* 2. *Cod. de off. præfect. prætor Orient.* Becc. *cons.* 56. *num.* [illegible] *ad fin.* 61 & *seq.* † & quamvis inferior omnimoda Jurisdictione & Imperio investitus sit: non tamen ulla ratione, Jurisdictionem superioris restringere, aut tollere potest, ne quidem in consequentiam, Lancell. Gallia. *cons.* 85. *num.* 7. Knichen. *de non provoc. Saxon. Jur. verbo Jus. cap.* 2. *num.* 61. & *sequent.*

Exemplum in fundatore Monasterii Cæsariensis.

62 Quamvis ergo in † fundationis diplomate præfatus Comes expresse prohibuerit, ne fratres ejusdem Cœnobii ullum Advocatum, præter Virginis filium haberent, nec cuiquam Regum, Episcoporum, Principum vel ejusdem loci fundatorum, seu posterorum suorum quicquam in præfato loco ordinare, immutare, constituere, destituere, vel substituere, nisi rogatu fratrum, liceret, & consequenter nemo illorum superioritatis aut patronatus jus usurparet: nulla tamen in ea prohibitione, vel Cæsaris vel Romanorum Regis, mentio facta est, ideoque per istam dispositionem Juribus Imperii nihil derogatum, nec ipsum Monasterium Cæsariense, ab ejus superioritate ac protectione exemptum fuit, sed inviolatum, sub illius universali & sublimiori clientela permansit.

Hæc tamen, de qua diximus, † Imperialis superioritas seu supremum Jus Imperii, non concernit dominium aliquod directum vel utile, sed duntaxat concernit Jurisdictionem & protectionem in universum, ut per glo. *in proœm. Digestorum in verb. sanctionem,* & *ibi* latius per Bartol. *col.* 1. & 2. & exempla sunt quoti[illegible]ana in omnibus Principibus Imperio subjectis, quorum subditos Imperator aliqua subire onera, non compellit, sed si necesse sit, pro defensione Imperii aliquid afferre, conveniuntur ipsi Principes, non autem eorum subditi, ut per Jacob. de S. Georg. *in tract. de homag. col.* 10. *vers. sed hic cadit alia dubitatio,* & Jacob. Mandell. *cons.* 64. *num.* 99. *in fine.*

63 *Imperialis superioritas à quid se extendat.*

Cæterum peculiaris † illa inferiorum Statuum superioritas, in conferendis ad Ecclesiam bonis ac possessionibus, statim ipso Jure, tam per ipsam dedicationem, quam prædictam renunciationem, expirat atque extinguitur, ut recte adseverat Author *d. confutat. Keysersheimens. loco prææleg. versicul.* daher der Stifft/ quod ipsum textibus munit, & ubertim prosequitur Modest. Pistor. *cons.* 43. *nu.* 11. *lib.* 1. cujus verba supra retulimus. Idemque determinans scribit Everh. Junior. *cons.* 23. *n.* 32. *vol.* 1. ubi dicit locum illum ubi Ecclesia ædificatur statim à Jurisdictione prioris Domini eximi, argumento *l. inter stipulantem,* §. *sacram, ff. de verbor. oblig.* & *Inst. de inutil stipu.* facit. *l. servitutes,* §. *fin. ff. de servit. l. seavers ff. commun. prædior.*

64 *Alterum superioritatis membrum ejusque à priori discrepantia.*

65 Prædictæ declarationi † perbelle conveniunt congesta per Pacian. *de probat. libr.* 1. *capit.* 43. *numer.* 26. ubi dicit, quando inferior à principe, transfert castrum vel territorium: tunc translato castro, omnem Jurisdictionem cohærentem castro, transire in accipientem, nulla Jurisdictione vel superioritate respectu illius Castri reservata ipsi transferenti, hac ratione, quod ipsius personæ nulla competat Jurisdictio, nisi ratione castri, unde translato castro omnis qualitas & omne Jus reale cohærens ipsi castro, transit in accipientem, Roman. *cons.* 444. *num.* 7. *vers. quarto quia col.* 3.

66 Nec obstat prædictis, † textus *in capit. monasterium,* 16. *quæst.* 7. ubi dicitur, quod monasterium vel oratorium Canonice constitutum, à dominio constructoris, eo invito non debeat auferri; quæ verba præsupponunt, eum, qui construxit Monasterium, dominium ipsius habere. Quia respondetur, textum illum valde improprie loqui, & verbum, dominium, ibi non accipi pro proprietate, sed per id duntaxat, jus patronatus intelligi, de quo etiam ante meminit textus. Et ita hunc text. *ibid.* declarat Archid. addens, quod ejusmodi jus patronatus non sit proprie dominium, sed potius sollicitudo servitii, quemadmodum & ipse paulo ante dixerat, *in capit. frigentium eadem caus.* & *quæst.* idque latius tractat Paul. de Citad. *in tract. de Jur. patron. quæst.* 12. *artic.* 4. *part.* 6. dicens, † quod jus patronatus nullum jus proprietatis adferat patronis, sed solummodo salutarem sollicitudinem & actum.

Responsio ad objectionem.

Et hæc quidem de superioritate, quæ in donationibus Ecclesiarum ab inferioribus factis consideratur, pro re nata in medium attulisse, sufficiat: quia vero de superioritate in diverso casu, quando nimirum ipse Imperator donat Ecclesiæ, quatenus ea cum donatione expiret, vel non, inter Dd. haud convenit, ideo & illud simultanea explicatione non indignum censeo, quid in casu converso, de superioritatis extinctione respondendum sit?

Imperator donans Ecclesiæ an omnem superioritatem rei donatæ à se abdicasse censeatur.

68 Dubitationis autem totius cardo in hoc proprie versatur: *Utrum, quando Imperator donat alicui Ecclesiæ, Monasterio vel collegio Ecclesiastico terram, Civitatem aut Pagum, eo casu censeatur à se abdicasse omnem superioritatem, adeo, ut nullum penitus alti dominii jus illi amplius in re donata competat?*

Affirmativa.

69 Affirmativam sententiam defendunt Innocent. & gloss. *verb. suscipiunt, in c. solita, Extr. de major. & obed.* asserentes superioritatem ab Imperatore videri abdicatam, & que in sedem Apostolicam translatam, quando Ecclesiæ aliquid donavit, & clarius *ibidem* Abb. *in 6. notab.* qui declarat Innocentium loquentem de Rege, quod debeat intelligi etiam de Imperatore, prout de Imperatore loquitur gloss. & tradit idem Abb. *in c. veniens, col. 1. notab. 2. de accusat.* maxime per text. *in c. noverint,* 10. *q.* 1. & idem Abb. *in c. 2. in fin. de delict. pueror.* & Felin. *in d. c. solita, col. 3. numer.* 4. ubi post supradictos concludit, quod etiam eo casu censeatur in dubio facta libera translatio, nisi contrarium constet per concessionem in feudum & ut veriorem eandem opinionem approbant Anchar. *in c. Romana, col. 3. in 14. notab.* & *ibi* etiam clare Perusin. & Geminian. *in §. debet de appellat. in 6.* Eandem Jacob. Mandell. *cons. 62. numer.* 14. *& cons. 64. numer.* 82. multis in eam relatis authoritatibus perhibet, esse communem. In quam etiam inclinare videtur Fulv. Pacian. *de probat. libr. 2. cap. 43. numer.* 26. & in specie eandem amplexi sunt Specul. *de appellat. §. Nunc tractemus. num.* 4. Franc. *in d. c. Romana, §. debet. de appellat. in 6.* Præpol. *in rubr. num.* 53.

Extensio affirmativæ.

70 Et nonnulli quidem † hujus sententiæ Patroni eandem extendunt, & veram esse propalant, sive donatio Imperatoria facta sit Ecclesiæ Romanæ, sive inferiori, cum par esse videatur in utraque donatione ratio, 71 quia scilicet censeatur donatio fieri Deo, ut per Bart. *in proœm. Digestorum col. 1. & 2.* & passim Dd. dum tractant de donatione Constantini, quinimo, in effectu quicquid donatur Ecclesiis inferioribus censeatur 72 donatum Ecclesiæ Romanæ; † illa enim habet omnes Ecclesias sibi subditas & tanquam propria mem- 73 bra, *c. cuncta per mundum 9. q. 3.* & † unica inter Christianos in effectu dicitur Ecclesia, ut late habetur *in Extravag. incip. Unam sanctam Ecclesiam, sub tit.* 74 *de major. & obed. inter extravagan. communes.* & † quod bona omnium singularium Ecclesiarum, censeantur esse bona universalis Ecclesiæ. cumulat infinita Campez. *inter consil. Bruni cons. 2. col. 5. in fin. & col. 6. vers. prædictis tamen.*

75 Neque subsistere † existimant distinctionem illam, quod Imperator possit libero modo à se abdicare & donare Ecclesiæ Romanæ, non autem Ecclesiæ inferiori, ut videtur voluisse Joan. Andr. *ad Specul. de Jurisd. omn. Jud. col. 5. in addit. incip. vidisti duas opiniones.* & Paul. de Castr. *cons. 130. col. 1. & cons. 74. col. 4.* Eo, quod in contrarium videatur magis communis opinio, quod etiam in Ecclesiam inferiorem possit Imperator loca aliqua transferre, abdicando à se penitus superioritatem, per d. gloss. *in c. solita.* & Dd. modo citatos Mandell. *d. cons. 62. nu.* 14.

Negativa.

76 Dissentiunt autem & † contrariam opinionem tuentur Jo. And. *ad Specul. in tit. de Jurisd. omn. Jud. in gloss. vidisti,* Paul. de Castr. *cons. 125. col. 2. lib. 1.* Jas. *cons. 123. lib. 1.* Ripa *lib. 2. respons. cap. 7. n. 9.* & sic observari apud Hispanos & Gallos, retulit Didac. Covarru. *in pract. cap. 4.* & apud Germanos Andr. Gail. *obs. 30. lib. 1.* M. Anton. Peregrin. *de Jur. fisci tit. 3. num. 75. lib. 1.* ubi dicit, horum opinionem sibi apertissime probari *in Pace Constantiæ ver. in causis,* & aliis partibus illius constitutionis. Thom. Michael. *disp. de Jurisdiction. thes.* 25.

Decisio quæstionis cum distinctione.

In hac autem opinionum diversitate non arbitror mihi magnopere laborandum esse, in una vel altera sententia refellenda. † Existimo enim, eas distinctionis 77 fœdere facile conciliari posse, ut scilicet prior opinio locum habeat, quando bona, per Imperatorem in Ecclesiam conferenda, sita sunt extra Imperii fines in ipsis Ecclesiæ Romanæ terris: tunc enim bona donata in dubio libere transeunt in Ecclesiam vel sedem Apostolicam, quia Ecclesiæ Romanæ indecens esset, aliquem recognoscere ut superiorem: propterea semper judicandum est, quod donatio bonorum in terris Pontificiis, libere & sine reservatione superioritatis facta fuerit, ut innuit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. ad tit. de Jurisd. omn. Jud.* Et ratio per se patet, quia, cum sit donatio bonorum in terris Ecclesiæ positorum, cessat ratio, quæ in casu diverso subsequenti impedire solet Imperatorem, ne à se abdicare possit superioritatem, tradente Bal. *cons. 327. incip. pridie in princip. & nu. 8. vol. 1.*

Ratio decisionis 1.

Posterior autem sententia procedit, † quando bo- 78 na donata in terris Imperii sita sunt, quia tunc major est ratio, ut Imperialis superioritas illibata maneat; Cum omnia bona in Imperio existentia tam secularium statuum, quam Ecclesiasticorum, sint & debeant esse sub Imperio & generali Jurisdictione & superioritate Cæsaris.

Et hæc Jurisdictio eatenus est apud † Cæsarem, ut 79 licet alteri ab eo concedatur, tamen semper inhæreat ossibus concedentis, Jure superioritatis, & in eo tanquam origine servetur, ut inquit Anch. *cons.* 310. & Sen. Ped. *decis. 30. nu.* 6. Bald. *in l. si qui se patris. C. unde liberi.* quos secuti sunt Gramm. *decis. 30. num.* 3. & Roland. à Vall. *cons. 48. num. 21. lib.* 2. & hoc est quod dicit Carol. Tapia *in rubr. ff. de constit. princip. cap. 4. nu.* 14. † in concessione Jurisdictionum semper authorita- 80 tem concedentis præservari illæsam, cum, citra ejus authoritatem, nequeat exerceri, ut in eo semper resideat suprema potestas inseparabilis, quæ nulla præscriptione tolli possit, post Didac. Covar. *in Reg. possessor. 2. part. § 3. num.* 4. Bellug. *in spec. princ. in rubr. 22. nu. 55. & seqq.*

Superioritas enim, † quæ involvit regalia, illæsa & 81 concessionis nescia perhibetur. Luchin. de Curte alleg. *pro commun. terr. san. salvator. nu.* 5. Joan. Vinc. de Ann. allegat. 130. *num. 23. cum seq. lib.* 2. Ant. Sola. *ad constit. Saband. sup. decret. subditos nostros gloss. 1. num.* 7. Surd. *cons. 267. nu. 7. cum. seq. lib.* 2. † & nun- 82 quam concedi potest tanta potestas, quin superioritas semper sarta tecta remaneat, & sic majorem sibi reservet Princeps Rol. à Vall. *cons. 1. num. 135. & seq. libr.* 2. Cacheran. *cons. 3. nu. 7. & 8.* Alex. Raudens. *respons. 1. nu. 263. & 435. lib.* 2. Natta *cons. 487. num. 24. & seq.* Peregrin. *cons. 1. per discurs.* Gregor. Lopez. *part. 2. tit. 13. l. 22.* † Imo licet adjectum sit, cum translatione 83 omnis Imperii & potestatis, & cum omni Jure, Petra *de Jur. quæsit. non tollend. cap. 21. num. 36. & c. 22. numer.* 85. † Nec etiam credendum, Principem fontes suos 84 derivasse foras, ut nihil penes se remanserit, Cephal. *consil. 539. num.* 50. *libr.* 4. Knichen. *de sublim. & reg. territ. Jur. cap. 1. num.* 317.

Sed his incidenter de superioritatis discrimine expositis, ut ad materiam renunciationis pedem referamus

feramus circa eandem non immerito in disceptationem vocatur: † *An licitum sit Principibus, Comitibus, Baronibus bona Principatus, Comitatus vel Baronatus in praejudicium haeredum ac successorum Ecclesiis donare, atque renunciationem, de qua supra dictum est, facere?*

85 *Principis, Comitis, Barones, aliique ita tus an bona sua in praejudicium haeredum Ecclesiis donare, iisque renunciare possint.*

Quod sane haud abs re † negandum esse videtur. Si enim † ea in re summo Principi Jura frenum imponunt, ne possit in praejudicium successorum suorum, notabilem bonorum partem in aliquem transferre, uti recte olim Bulgarus Imperatori respondit, cujus sententiae gloss. *in verb. sanctionem*, Bartol. *nu* 3. & Dd. communiter *in proam. Digestorum*, subscripsere Zoanett. *de Roman. Imp. num.* 150. *& seq.* Thom. Michael. *de Jurisdict. thes.* 14. † quod omnis Imperii enormis diminutio improbata sit, arg. *l. quoties* 2. ibi: sine gravi partis alterius, *l. rescripta* 7. *Cod. de precib. Imperat. offer. l. cum plures* 12. § 2. *& seq. & l. seq.* §. *fin. ff. de adm. & peric. tutor. l. si optio. ff. qui & à quib manum. cap. intellecto. de Jurejur. c. pastoralis. extr. de donat. c. abbate sane. de re Jud. in* 6. *Nov. de non alienand.* 7. *in princ. vers. Si vero minus* Jas. *in praelud. feud. num.* 77. *& seqq.* Zoanett. *de prim. prior. genit. cap.* 4. *in pr.* Vasq. *controvers. illustr. cap.* 4. *& de success. creat.* §. 26. *num.* 83. *& seqq.* Mandell. *consil.* 62. *num.* 12. Natta *consil.* 640 *num.* 8. Carol. Tapia *in l fin. Digest. de constitut. princip. cap.* 9. *p.* 2. *num.* 99. † Quae vero magna principatus laesio sit, explicat Afflict. *in cap.* 1. §. *in generali si de feud. fuer. controvers. num.* 10 Cravett. *cons.* 894 *nu.* 2. Menoch. *de arbitr. Jud. lib.* 2. *cent.* 6. *cas.* 559. † Hinc Bald. *in l. unic. ff. de off. praef. praet.* Imperatorem non esse ad destruendum sed augendum, electum ait. † Unde & Mehrer deß Reichs appellatur, text. eleg. *in princ. confirm. de Justin. Cod. confirm.* Thom. Michael. *d. thes.* 14. *lit. e.* Schneidew. *in proemio Institut. quaest. Quare dicitur Augustus*: ab augendo scilicet non minuendo Imperio. Unde dicatur Imperator semper Augustus, Allzeit Mehrer deß Reichs / *per gloss. ibid.* & alia ad hoc citata, diminuendo enim Imperium fit † homicida suae dignitatis, ex Bald. *in cap. licet causam, extr. de probat.* Molin. *in consuet. Parisiens. tit.* 1. §. 1. *gloss.* 5. *numer.* 50. *in fin.* Alvar. Valasc. *de Jur. emphyt. quaest.* 8. *numer.* 31. † Et ejusmodi alienationibus fides professionis Imperatoriae frangitur, *cap. sicut ex litteris, ibid.* maxime cum fidem *Extr. de consuetud.* & Imperio, uti tertio, praejudicet, *c. cum contingat. extr de Jurejuran.* Rolan. à Vall. *cons.* 2. *numer.* 97. *& sequent. vol.* 1. *& cons.* 1. *numer.* 106. *& seq vol.* 2. Joan. And. *in addit. ad Specul. tit. de Jurisd. omn. Jud. sub numer.* 17. *ad verb. pastoralis.* Bald. *in proam. Cod.* Zoanett. *de Rom. Imper. numer.* 175. Jason. *in praelud. feud. numer.* 78. *& sequent.* Lancell. *in templ. omni. Jud. libr.* 1. *cap.* 1. §. 4. *verb. dignitatis Jura non alienat.* † habet enim se Imperium ut corpus, cui, si vel auricula amputetur, monstrosum efficitur, ex Bald. Roland. à Valle *d. cons.* 1. *numer.* 126. *vol.* 2. Sichard. *cons. feud* 6. *numer.* 29. Thom. Michael. *d. disput. thes.* 16. *lit. a.* multo minus tanta patrimonii diminutio, donatione etiam Ecclesiae facta (ex notat. per Spec. *in tit. de instrumen edit.* §. *nunc autem, in fin.* & *ibi* per Bald. *in add. ad cum vers. quid si rex.* † ubi volunt, quod si per donationem Regis factam Ecclesiae, fortiter Imperium vel Regimen laedatur, quod successor possit illam revocare; refert & sequitur Roland. à Vall. *cons.* 1. *numer.* 97. *vol.* 1.) in praejudicium haeredum ac successorum, inferioribus Dominis, cum renunciatione praedicta fieri posse videtur.

86 *Negativa.* 87 *Ratio dubitandi I.* 88 89 90 91 92 93 94 95

96 *Ratio dubitandi II.*

Unde etiam non † desunt ex nostris affirmantes, donationes ejusmodi à principibus, Comitibus ac aliis factas quingentis aureis majores, insinuatione egere, ita sensit Bald. *l. sancimus, in pr. num.* 5. *Codic. donat.* Felin. *cap. cum non liceat, num.* 10. *Extr. de praescrip.* Jas. *l. ex imperfecto, numer.* 1. *C. de testam.* Ant. Gabr. Roman. *tract. regul. lib.* 3. *tit. de donat. conclus.* 1. *nu.* 23. Oldrad. *cons.* 231. *nu.* 1. Cujac. *consult.* 3. *in fine.*

Verum his non attentis, † respondendum est, posse Principes, Duces, Comites, & alios, bona ac possessiones ad fundationes Monasteriorum, absque ullius impedimento, conferre, & in iis plenissimam remissionem facere, † cum quilibet rei suae moderator sit & arbiter. *l. in re mandata, Codic. mandat.* Schenck. *cap.* 1. *in pr. numer.* 12. *de feud. guard.* Sonsbec. *tract. feud. p.* 7. *numer.* 3. Turz. *comm. opin.* 161. Pecc. *tract. de testam. conjug. lib.* 1. *c.* 6. *numer.* 1. *lib.* 5. *c.* 20. *num.* 2. Toming. *decis.* 13. *numer.* 25. Chassan. *in catal. glor. mund. p.* 1. *consid.* 38. *conclus.* 44. *versic. secundo de eo Jure.* Marzar. *tract. de fideicomm. p.* 2. *numer.* 5. Cacheran. *decis.* 100. *ante num.* 1.

97 *Affirmativa decisio. Ratio decidendi generalis.* 98

Imo vero specialem † propositae quaestionis decisionem nobis suppeditat text. *in cap. significavit.* 41. *de testib. & attestationibus.* Ubi, cum quidam Nobiles fundassent Ecclesiam Sancti Nicolai Sabinens. dioecesis, & liberam eam esse volentes, tempore fundationis dixissent, se nihil Juris retinere in ea, sacerdos illius Ecclesiae, cum super tali libertate, nulla instrumenta facta fuissent, timens, ne progressu temporis probationis copia deperiret, petiit à Domino patrono super hoc sibi provideri, unde mandat Judici Sabinensi quatenus testes idoneos, quos idem presbyter super hoc duxerit praesentandos, examinet diligenter, & eorum dicta in publica monimenta redigi faciat, denunciatione praemissa fundatoribus antedictis vel eorum haeredibus, ut receptioni testium intersint, si velint & super tali denunciatione fiat publicum instrumentum. Ex quo textu clare patet, fundatores posse Juri ipsis ex fundatione competenti renunciare.

99 *Ratio decidendi specialis.*

In cujus rei decisione non est, quod praesidii aliquid in superioribus contrariis dubitandi argumentis allatis constituamus.

Responsio ad Contraria.

Quod enim primo loco ad † Imperatoris vel Regum alienationes attinet, illae generaliter ac praecise prohibitae non sunt, sed allegata in eam tantum partem procedunt, quando alienatio tenderet in magnum & notabile Imperii, Regni vel provinciae praejudicium vel laesionem, veluti, quod ex illa alienatione sequeretur eversio & ruina status publici, alioquin enim Rex & Imperator possunt de rebus Regni vel Imperii nedum alienationes ex titulo oneroso, sed etiam donationes facere, quando essent moderatae & ex iis non laederetur dignitas regalis, seu directo & principaliter non diminueretur regalis & suprema Jurisdictio, ut tenent Innocent. *in cap. intellecto, vers. illibato text. de Jurejur. Authent. quomodo oportet Episc. in princip.* Bald. *in Magar. in verb. Rex potest donare* Oldrad. *cons.* 94. *vers. sed quid in casu praesent.* Ubi dicit, † in Jure expressum esse, quod Reges possint donationes vel alienationes, dignitatem regiam graviter non laedentes, facere, & donationes ipsas filius primogenitus servare debeat, nec contra ipsas venire possit, Paul. Castrens. *consilio* 72. *incip. Quia frustra disputaretur col.* 8. *vers. circa secundum.* late Anton. Corset. *in tract. de potest. reg. part.* 1. *numer.* 14. *& sequent.* ubi refert Bald. *in proam. Codic.* determinare, quod quando regnum non enormiter laeditur & alienationes principum non tendunt in magnam diminutionem Jurium principatus, valent, licet Imp. vel Rex donaret terras Regni, totaliter à se expropriando, neque potest successor eas revocare, ut etiam est de mente Specul. *tit. de instrument. edit.* Bart. & alior. *in l. prohibere.* §. *fin. ff. quod vi aut clam.* quia alioquin nimis servilis, indigna, & adstricta

100 *Responsio ad I. rationem dubitandi.*

101

stricta foret Regum & Principum conditio, si nec inter vivos donare, nec morte quid legare possent. Cum illorum proprium sit, † donare & exercere liberalitatem, *l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. cap.* 1. *de donat.* Joan. Andr. *cap. grandi. de supplem. neglig. pralat. in* 6. Molin. *de primogen. Hispan. libr.* 1. *capit.* 3. *numer.* 20. *cum sequen.* nihil, siquidem Imperatoria † atque regia majestate dignius, quam bene merentibus bene fieri, & ob id ejus liberalitas limitibus non adstringenda, *d. l. pen. Codic. de donat. inter vir. & uxor.* Castr. *consil.* 63. *numer.* 3. *vers. tertium patet vol.* 1. Pancirol. *cons.* 2. *numer.* 17. Berous *consil.* 65. *numer.* 11. *vol.* 1. Camill. Borell. *cons.* 1. *numer.* 131. *& sequent.* Andr. Knich. *de sublim. & reg. territ. Jur. cap.* 1. *numer.* 256. † Ut merito Titus Cæsar & Imperator in cœna recordatus nihil a se eo die liberalitatis profectum in quenquam, conquestus sit amicis, se eum diem perdidisse, Sueton. *in ejus vita cap.* 8. consil. *cujusdam Advocat. Camera Spirens. cons.* 73. *col.* 9. *vers. nam quod dicitur. tom* 1. Neque † donationes ejusmodi freno subjiciuntur, præsertim proprio motu & ex mera liberalitate profectæ, Alberic. de Rosat. *l. fin. numer.* 11. *Codic. de Jurisd. omn. Jud.* Oldrad. de Ponte *cons.* 252. *num.* 6. *vers mihi autem.*

102 103 104 105

106 *Alia responsio ad eandem.* Deinde vero, † etsi Imperatoris longe major sit potestas, quam inferiorum Principum, Comitum ac Baronum: tamen ductum ab illo ad hos argumentum, in his terminis non procedit: propter disparitatem bonorum, de quibus in præsenti sermo est. Præsupponitur enim, inferiores à Cæsare, de bonis propriis, allodialibus, monasteriorum fundationes fecisse; Jura autem superius de Imperatore allegata, loquuntur de bonis Imperii, & non de patrimonialibus ipsius Imperatoris, quorum equidem liberum æque ut alii arbitrium habet, secus autem in iis, quæ ad Imperium vel Regnum ipsum spectant † Illa enim non sunt in marsupio Cæsaris, Regis, aut Principis, ut eleganter docuit Bald. *in capit. intellecto. de Jurejur.* Roland. à Vall. *consil.* 1. *numer.* 115. *vol.* 2. Anton. Peregrin. *de Jure fisci. sub rubr. habentes Jura fisci an poss. numer.* 71. Thom. Michael. *de Jurisdict. thes.* 14. *lit. b.*

107

108 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Quod præterea secundo † loco objectum est, insinuationem esse necessariam, ut valeat Principis superiorem recognoscentis donatio, id undiquaquam receptum non est, sed sanior interpretum pars in contrariam it sententiam, cui satis applaudentes non desunt rationes & fundamenta. Quæ in præsentiarum, cum sint extra instituti metam, recensere non vacat, Ita autem in specie decidit Bart. *in l. si consul. numer* 3. per ill. text *ff. de adopt.* Joan. de Imol. *in l. Aquilius, versic. extr. gloss ff. de donat.* Capyc. *decision.* 203. *numer.* 13. Alexand. *cons.* 157. *numer.* 7. *vol.* 2. argumen. §. *fin. Authent. ut non fiant pign.* quibus in terminis subscribit Frid. Pruckman. *tract. de regalib.* §. *soluta potestas, cap.* 4. *membr.* 3. *effect.* 1. *num.* 24.

Nec ab hac opinione alieni sunt admodum Bald. & Jas. *in locis antea adductis*, cum nimirum Bart. & Francisc. Tigri consilium pro testamento Ursini concludens allegant.

Transitio ad alios amittenda Advocatia modos. Sed huc usque in quartæ tollendæ Advocatiæ ex renunciatione provenientis, & inde ad manus data donationis ecclesiasticæ materia nimis diu immorati esse videmur; nunc igitur, ut ordine cœpto progrediamur, alias etiam tollendæ Clientelæ formas, recensendo prosequamur, instituti nostri necessitas efflagitat.

109 *Interitus Advocatia* Cum ergo inter reliquas † existentis Advocatiæ causas ex dominio territorii, in quo Monasterium aliquod situm est, Advocatiæ præsumptionem exurgere ex dictis in Cap. de forma appareat, inde non obscure colligitur, Sexto modo ex amissione territorii jus quoque defensionis amitti, Wesenbec. *consilio* 48. *numer.* 10. *libr.* 1. ubi dicit tale jus transire non modo in hæredes suos, sed etiam in extraneos & quoslibet successores, qua de successione nos *infra* speciatim tractabimus, ideoque ad quem devenit † territorium, cui annexum fuit jus Advocatiæ ad eundem etiam Jure universitatis transit idipsum, ut in simili de Jure patronatus testatur Abbas *in capit. illud numer.* 4. & melius *in capit. saculum numer.* 1. *de Jure patronat.* Hostiens. *eodem tit. numer.* 7. Paul. de Castr. *consil.* 134. *column.* 1. ubi allegat alia Jura & auctoritates ad hoc, quod vendito territorio † vel castro in venditione jurisdictio Imperium & similia Jura territorio annexa transeant in emptorem Oldrad. de Ponte *cons.* 312. *incip. Thema quaestionis*, ubi tradit, jus patronale transire in vasallum, si castrum, villa vel Civitas in feudum dentur.

ex Territorii amissione VI.

110

Et hæc breviter de sexta Advocatiæ ex territorii amissione sublatæ causa, nunc septimo loco de alia videndum est.

111 *VII. Utrum Advocatia, ex mutatione domini, si clientes in alterius Imperium transferuntur, extinguatur. Affirmativa.* *Si igitur, quod frequenter fieri † solet, contingat provinciam, ditionem, Civitatem vel communitatem aliquam, qua certum habuit Protectorem annuo honorario irrevocabiliter constitutum, Domino suo mutato in alterius transire Imperium, quaritur an talis ditionis, Civitatis vel universitatis Advocatia, tertio alicui competens propter Magistratus mutationem emoriatur.*

Pro parte Affirmativâ facere videtur, quod conventionales Advocatiæ, quibus de hoc loco controvertitur, sint Jura & pacta personalia, quæ mutatis personis paciscentium extinguuntur & ad tertium non transeunt, *l. unum* §. *ante omnia ff. de pactis leg. quo tutela.* §. *final. Digest. de Regulis Juris. cum similibus.*

112 *Negativa decisio.* Verum non attenta † ista objectione, omissis ambagibus, ad præsentem quæstionem breviter respondeo Protectionis contractum ex ista dominii in alterum translatione nequaquam tolli aut dissolvi.

113 *Ratio I decidendi.* Primum autem decidendi argumentum inde sumo, quod constet, Jura † clientelarum accenseri servitutibus, realibus, quæ ad hæredes & quosvis alios, cum reipsa tanquam eidem inhærentes, possessores transeunt, uti post Thom. Maulium *tract. de Homag. capit.* 11. *numer.* 3. & Wesenbec. *consil.* 48. *numer.* 2. *Tom.* 1. ubi ex Hostiens. Panorm. & Bald. probat jus Patronatus tutelare comparari servitutibus & ex Jure earundem æstimati, nominatim testatur Christoph. Besold. *dissertat. noviss. de Jure foeder. capit.* 5. *sub numer.* 9.

Ratio decidendi II. Deinde etiam illud in confesso est, quod, in casu proposito, Protectori constituto, per pactionem, inter ipsum & populum in alienum Imperium transeuntem, factam, jus Protegendi † quæsitum fuerit, quod sine facto ejus & consensu, ab eo auferri non potest, nec debet *l. final. de pact. l. id quod nostrum de Reg. Jur.* Frid. 2. *de mandat.* 14. *nu.* 8. *in fin.*

Ratio decidendi III. Præterea hanc decisionem nominatim amplectitur Jacobus Sinzius *in disput. de Iure protect. Argent. Anno* 1621. *habita.* θ. 31. ubi concludit libera Civitate, forma seu statu mutato, sub alterius Imperium transeunte, pactum Protectionis cum alio initum non extingui, maxime si tacitus vel expressus consensus populi, in cujus salutem pactio inita est, (id quod in universitatis Advocatia constituenda necessarium esse *alibi* diximus) intercesserit, & contractus Advocatiæ celebratus è re & utilitate publica ab

ea ab initio visus fuerit, in exemplum adducens Civitatem † Antverpiensem, quæ cum ex libertate in potestatem Regis Hispaniarum recidisset, ea de causa ex ære Reipubl. nomine contracto, non liberari censebatur, ut de eo disserit Arnisæus *lib.* 1, *capit.* 5. *section.* 4. *num.* 7.

Solutio contrariorum. Nihil vero obstat huic definitioni, adducta initio dubitandi ratio, quod nempe Advocatiæ pactiones uti Jura personalia, mutatione personarum extinguantur. Quia respondetur hoc esse verum in iis clientelis quæ ad vitam duntaxat Patroni vel clientis initæ fuerunt, secus autem in Advocatiis perpetuis, quamvis nec personæ in hac dominii mutatione tollantur, sed ad aliud Imperium duntaxat transfundantur.

114 *VIII. Amissio Advocatiæ ex libera populi liberi sub protectione existentis resignatione. Ratio I. hujus dissolutionis.* Octavo insuper † cum *in IX. Capite* traditum fuerit jus protectionis interdum ex spontanea liberi populi in protectionem alicujus deditione ortum quoque sumere, consequenter dicendum est, illud contraria illorum explicatione dirimi ac tolli.

Cum enim submissio illa in clientelam, ad ipsorum duntaxat clientum propriam utilitatem initio factam esse ponamus, ea quidem intentione ut quandocunque ipsis liberet, rursus exire tutela liceret, non quidem ut amitterent, sed illibatam potius retinerent libertatem suam, clientes absque pacta mercede aliqua protectori se subdiderint, ut ejus nempe armis potentiaque & consilio, adversus aliorum violentiam defenderentur; nihil sane obstat, quo minus illi, qui taliter, ut dictum est, sua solius causa Protectorem elegerunt, pro libitu rursus illi tutelæ renunciare atque in pristinam suam laxitatem sese recipere possint, argumen. *leg.* 2. §. *exactis deinde regibus Digest. de origine Jur.* §. *Item ea, quæ ab hostibus Instit. de rerum division. l. nihil. in princip ff. de captiv. & postlimin. l.* 3. *& l. naturalem. in princip. ff. de acquirend. rer. domin.*

115 *Exemplum de Bernensibus.* Hunc in modum testatur Bodinus *libr.* 5. *numer.* 6. *de Republic.* Bernates, † olim, cum se ob metum Burgundorum in Comitis Allobrogum clientelam contulissent, metu postea sublato eosdem ita volentes, absque omni Comitis contradictione lege clientelari solutos fuisse, & Comitem eos tanquam fidos socios, quam infidos clientes maluisse habere. Plura exempla diligentius indaganti non essent defutura, quemadmodum nec alia rationum momenta deficiunt.

II. Ratio solutæ Advocatiæ ex prædicta causa. Quod autem liber populus, qui sponte & gratuito sese in alicujus clientelam contulit, eadem se rursum pro libitu exonerare atque eximere possit, ex eo insuper liquet, quod quælibet pactio, ob unius duntaxat utilitatem factam eo usque tantum, quo usque illi placet, & non ultra durare censeatur, ideoque ea pars, in cujus commodum pactum fuit, ab eo semper recedere possit, uti ad hoc extant text. manifesti *in l. penult. Codic. de pactis l. si quis in conscribendo Cod. de Episcop. & cleric. l. egregius leg. stipulatio ista.* §. *inter certam, Digest. de verbor. obligat. l. filiusfamilias.* §. *Divi ff. de leg.* 1. *l. cum pater,* §. *rogo. &* §. *mando, ff. de leg.* 2. *l.* 1. *Digest. mandat. in princ. Institut. eodem tit. l. sub hac Digest. de action. & obligat. l. sed & si lege.* §. *consuluit. ibi*, dum re sua sese abuti putant *Digest. de petit. hæred. l. non usque. ff. si à parente quis fuerit manum. leg.* 2. §. *& magis verb. prodegit. Digest. si quis in fraud. patron. l. invito. ff. de regul. Jur.* §. *præterea, cum ibi not. Institut. de action.*

Ratio III. Præterea supponimus, quod in hoc casu protector clientes ex gratia quadam ad eorundem petitionem in defensionem susceperit: At gratiam, † beneficia & similia, præsertim hic, ubi ea magis clientum, & sic unius quam utriusque gratia concessa videntur, accepta repudiare posse, inquit text. *in l. si quis in conscribendo,* 29. ac *ibi* Doctor. *Cod. de pactis & capit. ad apostolicam,* ubi Canonistæ *de regular. & Interpret.*

116 *Ratio IV.* Quarto si clientibus † non liceret à libera Protectoris suscepti electione, quoties iis libitum est, resilire, sequeretur, eam, quæ ob solam eligentium commoditatem, usum atque opportunitatem instituta fuit, Advocati electionem, in ipsorum dispendium atque implicationem, ac consequenter libertatis amissionem, contra Juris dictamen, converti, argumen. *l. legata inutiliter. Digest. de legat.* 1. *l. non ideo minus. Cod. de procur.* Valq. *illustr. controvers. libr.* 2. *capit.* 89. *numer.* 60.

117 *Ratio V. à simili.* Quinto ita in simili Juribus † feudalibus receptum est, vasallum invito domino feudum refutare posse, per text. *in c.* 1. *in fine, ibi* Bald. *nu.* 6. *de vasall. qui contr. constit. Lothar.* Sonsbec. *tract. feud. part.* 12. *num.* 114. Abb. *c. quæ in Ecclesiarum, num.* 19. *ibi* Felin. *num.* 76. *Extr. de constit.* Wesenb. *de feud. c.* 9. *nu.* 3. *& c.* 11. *nu.* 11. Borcholt. *de feud. c.* 8. *nu.* 53. Curt. *part.* 4. *nu.* 135. Zas. *part.* 10. *num.* 85. Thom. de Marin. *tract. feud. tit.* 2. *num.* 120. Mynsing. *obs.* 65. *cent.* 5. *obs.* 23. *nu.* 1. *centur.* 6. Stephan. Aufrer. *in addi. ad Capell. Thesau. decis.* 404. *vers. posset igitur poni* Molinæ. *in consuetud. Parisiens. in tit.* 1. §. 1. *gloss.* 5. *nu.* 3.

118 *Ratio ultima ab authoritate. Judæi in protectionem recepti, an invito Protectore ac loci Domino inde discedere possint. Affirmativa Decisio.* Quinimo eo modo † susceptos in protectionem pro libitu eam deserere posse, in terminis probat magni nominis Jurisconsultus Rutger. Ruland. *de commiss. part.* 3. *libr.* 7. *capit.* 3. *numer.* 5. ubi nominatim in facti contingentia testatur, Judæos in protectionem susceptos tutela exire volentes, à magistratu protectore impediri haud posse, † adducens præjudicium in causa Simon und Schimal die Juden contra Herrn Hansen von Rechberg zu hohen Rechberg Rittern / contra quem cum ad certum tempus Judæos in protectionem recepisset, & iis discedere volentibus, eorundem uxores ac liberos captivos detinuisset, mandatum de dimittendo cum clausula decretum fuit, 28. Septemb. Anno 1551.

119 *Præjudicium Cameræ.* 120 *Objectio I.* Sed obstare antecedenti pronunciato videtur, † quod in simili de Civibus Jura disponunt, eos invito magistratu, cui se submiserunt, non posse sese ad placitum subtrahere, ut visus est nominatim defendisse Thom. Michael. *disp. de Jurisdict. thes.* 138. per rationem, † 121 quod sicut Dominus subditos invitos alienare nequit, *c.* 1. *de prohib. feud. alien. per Frider. c.* 1. §. 1. *quo temp. mil. invest. c.* 1. §. 1. *de leg. Corrad.* Natta *consil.* 397. & *cons.* 506. *num.* 15. Cravett. *cons.* 54. *num.* 3. Roland. à Vall. *cons.* 1. *num.* 34. *vol.* 1. Cacher. *decis.* 139. *num.* 1. Menoch. *cons.* 32. *num.* 21. Gabriel. 3. *Commun. de Jur. quaf. non toll. conclus.* 8. *num.* 1. infinitos adducit Tapia *in repet. l. fin. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 40. *de constit. princ.* Hotoman. *illustr. quæst.* 9. 1. & 5. *obs.* 9. *in fin.* Wesenb. *l. debitorum nu.* 4. *de pactis.*

122 Sic & econtra subditi alteri, † quam vero Domino se submittere non debeant, per notat. Bald. *cons* 135. *vol.* 5. Surd. *cons.* 47. *nu.* 25. & 34. facit arg. *l. patre furios* 16. *quib. casib. ff. de his qui sui vel alien. Jur.* † habent e- 123 nim se subditi ad dominum, ut liberi ad parentem, Natta *cons.* 445. *nu.* 6. Bald. *cons.* 410. *nu.* 5. *vol.* 5.

124 *Objectio II. ex aurea Bulla.* Hinc & Imperator Carolus IV. † in Constitutione quam ab appenso Imperatoris aureo sigillo, per excellentiam *Auream Bullam* vocant, *ca.* 16. Subditos, qui se in aliarum Civitatum Cives recipi procurant, earum libertatibus in nullo potiri, recipientes vero alienos subditos centum marcis auri mulctari debere, statuit, Gerlac. Buxd. *in dissert. ad* 17. *prior. Aur. Bull. c. concl.* 99.

125 *Objectio III. ex aliis Autoribus.* Quin & principes vel Civitates statuto prohibere posse, ne subditi emigrent, voluerunt Joan. Bodin. *de Republic.*

Republ. lib. 1. *cap.* 6. *numer.* 58. Bernhard. Grevæ. *libr.* 2. *obs.* 36. *cons.* 2. *numer.* 6. ab eo recte laudatur Petr. Ant. de Petra *de potest. Princip. ca.* 13. *num.* 13. qui etiam dicit, ita signanter respondisse Socin. Jun. *cons.* 76. *num.* 15. *& seqq. lib.* 4.

126 *Solutio objectionum præcedentium. Responsio ad primam.* Verum nihil est, † quod nos moveat adducta objectio. Si enim Dd. authoritates plenius introspiciamus, contrarium hujus de Jure statuere multo plures reperiemus, aperte tradentes, subditos Juri Civitatis renunciare, & aliorsum migrare, pro libitu posse, ita nominatim adversus prædictam sententiam stantes asseverarunt Dn. Frider. Pruckman, Consil. & Vice Cancell. Elect. Brandenb. *tract. de Regal. §. soluta potestat. membr.* 2. *capit.* 4. *effectu.* 6. *numer.* 131. Bodin. *d. lib.* 1. *capit.* 6. *numer.* 58. Petra. *de potest. princ. de capit.* 13. *numer.* 13. Bernhard. Grevæ. *d. libr.* 2. *observ.* 36. *consid.* 2. *numer.* 3. Henric. Bruning. *in disputat. de Jure univers. conclus.* 39. & post Bartol. Corn. & Rebuff. Nicol. Boer. *decision.* 260. *numer.* 14. ubi dicit, hominem alicujus Baronis, se posse eximere potestati ejus, seque civem facere urbis propinquæ. Marcabrun. *consil.* 70. *numer.* 51. *libr.* 1. Andr. Gail. *libr.* 2. *observ.* 36. *numer.* 7. Id quod etiam ulterius probari potest, ex eleganti loco Ciceronis *in orat. pro Lucio Cornel. Balb. O Jura*, exclamat, *præclara, atque divinitus jam inde à principio Romani nominis, à majoribus nostris comparata, ne, quis invitus Civitate mutetur: neve in Civitate maneat invitus; Hæc enim sunt fundamenta firmissima nostra libertatis, sui quemque juris & retinendi, & dimittendi dominum esse, &c.*

127 *Responsio ad objectionem II. ex Aurea Bulla desumptam.* Nec quicquam refragatur etiam † huic sententiæ allegata Aurea Bulla Carolina. Etsi enim prima fronte alicui videri posset, prædictam Aureæ Bullæ constitutionem innuere, quod subditis non liceat, absque licentia Domini alio commigrare, alibive Civitatem acquirere, per supra notata: Si tamen penitus ejus verba inspiciantur & perpendantur, apparebit ea non de liberis civibus, sed de Pfalburgeris accipienda esse.

Pfalburgeri qui nam? Erant autem Pfalburgeri, † Principum aliorumve subditi, qui invito Domino, in aliarum Civitatum Cives se recipi curabant, & nihilominus in priorum Dominorum terris residentes, Juribus ac libertatibus recipientium Civitatum gaudere atque ab iis defensari volebant. Cum vero dolosa Civitatis hæc esse acquisitio; Carolus IV. Imper. eos nisi corporaliter in Civitates transeuntes, laremque ibi foventes, onera sustinerent, libertatibus earum in nullo potiri; recipientes vero centum auri Marcis mulctari debere, dicta aurea Bulla constituit.

Alias etiam ante Caroli IV. ætatem Pfalburgeros (quos Dn. Goldastus *Constit. Imper. Tom. I. in Rational.* ex Frehero falsos cives indigitat) haud esse recipiendos, ex Caroli M. Friderici II. Impp. & Henrici Reg. Roman. constitutionibus quas Dn. Gold. *citato Tomo fol.* 10. 11. 81. *&* 79. exhibet, satis liquet; ex quibus postea Carolus IV. caput XVI. A. B. concinnavit quidem, pravam tamen illam consuetudinem qua de *supra*, abolere prorsus non potuit.

Et licet Sigismundus Imper. Anno 1431. prædecessorum in Imperio Constitutiones, de iisdem Pfalburgeris, renovaverit, & Maximiliani I. Imper. tempore (ut ex *Recess. Imper. Anno* 1512. *Treveris & Colonia habitis.* §. 17. clare patet) graves de hac receptione querelæ moverentur, malum tamen hoc neque tunc, neque sequentibus annis penitus sublatum fuit.

Responsio ad III. objectionem ab Auctoritate desumptam. Quod vero ulterius *sub numero* 125. allegati Auctores asserunt alicubi Statuta exstare ne subditi emigrent, ea Juri communi hac in re nihil derogare posse, contrariumque usu observari, & cives libere aliorsum lares suos transferre posse, in aprico est, modo id malitiose non fiat, Marcabrun. *d. consilio* 70. *numer.* 50. *libro primo*, etiam invito Domino, Jus Civitatis resignare, & alio, quo lubuerit, migrare, per text. *in l.* 5. §. *fin. ibi.* si malit. *& leg. in bello* 12. *in pr. ff. de capt.* Consentit *Recess. Imper. de Anno* 1555. §. Wo aber unsere. Et sic in effectu tunc solum Cives, vel subditos alienos, in Cives aliarum Civitatum recipere per hanc legem vetitum est, cum & quamdiu Cives & subditi alterius sunt, alteriusque in terris degant.

Quod si vero antiquo Domino renunciaverunt, corporaliterque aliorsum se transtulerunt: tunc illos recipere nullo modo prohibitum est. Ita seipsum declarat Gerlac. Buxdorff. *in d. conclus.* 99. *lit. f.*

128 Porro ad liberos homines, qui † Protectores suos defendendi munere, per resignationem liberarunt, illud ignorandum non est, quod ejusmodi Clientes post refutatam protectionem, ob pristinæ clientelæ reverentiam, nullo modo offendere debeant veterem protectorem, ut in simili de Vasallo statuunt Jura feudalia, *in cap.* 1. *de Vasallo qui contr. constit. Lothar. Reg.* & eleganter notat Rosenth. *synops. feud. cap.* 9. *conclus.* 50. *num.* 5. ubi *sub lit. d.* sexcentos hujus assertionis testes coacervat.

IX. Cessatio Advocatiæ ex acquisito rei in protectionem commissæ dominio. Nono Advocatia, de qua agimus, finitur, acquisito rei in protectionem † commissæ dominio, quando scilicet Protector Civitatis, aut pagi, cujus Advocatiam gessit, in solidum Dominus esse cœpit, argum. *l.* 1. *ff. quemadm. servit. amitt. l. uti sive ff. si ususfru. petat.* † Quemadmodum enim servitus perit, confusione, ut si quis fiat Dominus prædii illius, cui meus fundus servitutem debuit, servitus prædialis dicitur confundi, ac eo ipso desinere: Ita etiam, si quis rem fidei ac tuitioni suæ commissam quocunque titulo acquirat, protectio desuper conducta evanescit; † sicut pariter, si quis fiat Dominus rei, quæ sibi usumfructum debuit, ususfructus dicitur consolidari cum proprietate, *l. si tibi fundus. Digest. quib. mod. ususfruct. amitt. leg.* 1. *ff. de usufru. accrescend.* 129 130 *Ratio, ex modo abscripta Advocatia.* 131 132 *Ratio II.*

Secunda ejus rei ratio inde capitur, † quod, sicut res sua nemini potest servire, quippe, qua utitur Jure dominii, non Jure servitutis, *l. in re communi.* 26. *ff. de servit. urban. præd.* ita rem suam nemo habet in tali protectione ac tuitione, de quali nos in præsenti tractamus, cum jus illud Protectionis, personas ac res alienas, ut *supra capit.* 4. & *alibi* etiam latius deductum est, proprie respiciat.

133 *X. Cessatio Advocatiæ ex Protectoris extincta familia.* * Porro cum ad certam † quoque generationem constitui posse clientelam, argumento eorum, quæ Borchol. *tract. de feud. cap.* 3. *numer.* 16. *de Jure Emphyt.* Obrecht. *disputat. eadem Thes.* 108. & Jacob. Synzius *de Jure protect. Thes.* 15. asserunt, evincatur, idcirco decimo evanescit Jus Advocatiæ, si omnes de familia, quæ protegendi jus ac potestatem habuit, morte sublati fuerint, quæ causa probatur argumento eorum, quæ in simili de Jure patronatus Ecclesiastico tradita sunt, à Cardinal. Zabarel. *in c. querelam. de election.* Geminian. *cons.* 32. *numer.* 1. & in specie per Thom. Trevisan. *in decis. Palatinatus Apostolici libr.* 2. *decis.* 55. *numer.* 44. † ubi nominatim etiam tradit, quod familia extincta, jus quoque patronatus extinctum præsumatur. 134

135 Sic etiam feudum † concessum certæ alicui familiæ, familia illa deficiente & ipsum ipso Jure deficit.

Picus

Picus *in cap. 1. in princip. n. 9. quib. mod. feud. amitt.* Curt. Jun. *de feud. p. 4. num. 155. versicul. ego adde.* Herm. Vult. *de feud. c. 11. n. 60. §. octavus feudum. lib. 1.*

136 *XI. Cessatio Advocatiæ ex facta commissi in Protectionem monasterii cum alio Unione.* Undecimo Advocatia finitur, si Monasterium aliquod in quo jus protegendi quis habuit, alteri Monasterio, cum consensu Advocati, uniatur; tum quia illud quod alteri unitur, extinguitur, neque per se amplius stare dicitur, *c. sicut unire de excessib prælator.* DD. *in c. cum accessissent. de constitut.* Gomez *in Reg. Cancellar. de trien. poss. q.* 8. Joan. Andr. *in Clem. 1. de supplend neglig. prælat.*

Tum, † quia una Ecclesia alteri unita amittit jus 137 suum, & eo utitur, cui facta est unio, *cap. recolentes*, *Ratio I.* *§. fin. de stat. monachor.* † Tum etiam quia annexæ 138 Ecclesiæ cum illis, quibus annectuntur, eædem cen- *Ratio II.* sentur, ut tradit interpres antiquus regularum, *c. & 139 temporis 16. q. 1. c. 2. de religios. dom. c. final. §. hostilitatis 25. quæst. 2.*

140 *Causa Unionis.* Unionis autem ejusmodi causa, † rationem habet, vel propter nimiam vicinitatem Ecclesiarum, cum utraque facile per unum regi potest; vel cum altera caret populo, ob incursiones hostium, vel morborum luem, vel aliam ob causam, sicuti certis de causis Imperatores ex duabus dignitatibus unam facere possunt, vel unam alteri unire, §. *illud ut jud. sine quoque suffrag. in Auth. collat.* 2. Item & propter alterius Monasterii inopiam Petr. Gregor. Tholos. *syntagm. Jur. univers. lib. 17. c. 5. n. 7.*

141 Quare & in unionibus † veri redinus utriusque Monasterii exprimi, & omnes, quorum interest, convocari debent, alias non valet, ut deciditur regula Cancellariæ Pauli Papæ III. de unionibus.

142 Ex his causis olim † Cœnobium S. Joannis in 143 Thurthal unitum fuit Monasterio S. Galli, † & cœnobium Stein/ Monasterio Petershusano extra muros Constantienses sito.

Ratio ulterior cessantis ex unione Iuris protectionis à simili. Quod autem, ut dictum est, per ejusmodi unionem factam, Advocatus amittat jus protectionis, præter prædictas rationes, probari etiam potest, exemplo Jurispatronatus Ecclesiastici: † Quemadmodum enim si 144 patronus Ecclesiasticus patiatur aut consentiat, Ecclesiam, cujus Jus patronatus habuit, alteri Ecclesiæ, vel loco religioso uniri, illud amittit, ita tradente Joan. Andr. *in c. 2. de religios. domib.* & nominatim scribente Nicol. Delphin. *de Jur. patronat. lib. 2. num. 224. versicul. Quinto extinguitur.* Cæsar Lambert. *art. 10 quæst. 7. princip. lib. 1. num. 1.* Paul. de Citadin. *part. 14. vers. secundo finitur, num. 3.* Speculat. *de Jur. Patron. in fin.* Sic etiam, si Advocatus tutelaris patiatur Monasterium, cujus Patronus fuit, alteri uniri, jus Advocatiæ in eodem perdere videtur.

145 *Utrum unio Ecclesiæ Clientelaris invito Protectore fieri possit.* *Sed quæri hoc solet, an etiam, invito Patrono unio ejusmodi fieri possit?*

Et concludunt † Canonistæ communiter negative, quia in unione facienda requiritur consensus omnium, quorum interest, secundum Zabarell. & Paul. de Leaza. *in clemen. si una de reb. Eccles. non alien.* facit text. *in* 146 *cap. filiis & sequent. 16. quæst. 7.* Nam officium patro- *Decisio Negativa: Ratio decisionis.* ni est defendere Ecclesiam & ejus bona; sed Ecclesia per unionem, quandam diminutionem pati videtur, per tradita Nicol. Delph. *d. libr. 2. n. 225.* Ergo, 147 &c. † Et quod unio beneficii non possit fieri, sine consensu patroni, tenet etiam Felin. *in cap. cum accessissent. de constitut.* Thomas Fastoli *in opusculo suo decisionum Rotæ caus. 2. dubio 6.* ubi refert, ita dixisse majorem partem auditorum Rotæ. Rochus de Curte *tract. Jur. patron. verb. honorificum ante numer. 9.*

148 *XII. Dissolutio* Præterea ad duodecimum † dissolvendæ Advocatiæ modum progrediendo, cùm ex *alibi* traditis constet, Protectionis jus per usucapionem acquiri, *Advocatiæ ex non usu.* consequens est, idipsum quoque vicissim contrario præscriptionis adminiculo, vel, quod idem est, non utendo instar servitutum extingui, quod tunc nimirum contingit, quando Patronus ad defendendum clientes citatus ac requisitus defensionem non præstitit, argument. *l. 16. prin. Cod. de usufr. l. 16. Codic. de servitut.* Et hanc amittendæ Advocatiæ formam scribendo comprobat Maul. *de Homag. tit. 11. num. 18.* & eundem secutus David Hepingk. post hæc scripta visus, *in different. de Jure Advocat. conclus. 61. lit. E.* quam etiam ante hos in terminis consulendo expressit Hier. Schurff. *cons. 7. nu. 9. inter Kirchov. cons. vol. 4.* de qua etiam scripsit Wesenbec. *consil. 48. numer. 16. p. 1.*

Quemadmodum etiam si Protector per tempus legitimum in quasi possessione libertatis non defendendi extitit, libertatem defendendi præscripsisse censetur, & per consequens ad præstandam defensionem amplius non tenetur, argumento eorum, quæ in simili de præscriptione servitiorum tradunt Feudistæ Bald. Alvar. Præposit. & Matth. de Afflict. §. *licet, si de feud. defunct. content.* Alex. *cons. 136. num. 19. lib. 2.*

Hoc tamen casu, † ut præscriptio valida sit, omni- 149 *Requisita ad præscriptum extinguendæ Advocatiæ modum.* no requiritur intervenisse ex parte quidem clientum requisitionem ad defensionem præstandam, ex parte protectorum vero recusationem Patronorum, & clientes in eadem acquievisse, per ea, quæ traduntur, *in l. quo minus* ubi Jas. *nu 31 ff. de fluminib.* Balb. *de præscript. part. 4. q. 5. n. 3. per l. qui fluminibus ff. de serv. rust. præd. c. significante, de appell. & c. Abbate, de verb. significat.* Schurff. *cons. 1. n. 16. centur. 3.*

Sicut enim vasallus non requisitus † feudum non 150 amittit, etiamsi longissimo tempore steterit, quod *Ratio à simili.* non servivit, *c. 1. §. ad hoc & ibi* Feudistæ. *hic finit. lex c. licet. si de feud. defunct.* Rosenth. *tract. feud. cap 8. conclus. 26. n. 2.* Ita quoque non amittitur jus protectionis, si patronus vel protector longissimo tempore non fuit requisitus, da ein Schutzherr in Bedenckung der Unnotturfft/oder daß man sich sonst behelffen/unnd entschuldigen mögen / ein gar lange Zeit nicht requirirt würde / präscribirt unnd verjährt sich darumb die Schutzgerechtigkeit nicht / exemplo vasallorum, qui longissimo tempore non servierunt dominis, vel quia non fuit opus, vel quia dominis aliorum auxilium sufficiebat. Thom. Maullius *tract. de Homag. tit. 11. num. 18.* † Sicut in simili non præscribitur 151 exceptionibus, quæ etiam sunt defensiones, *l. defensiones, C. de except.* ne mille quidem annis, † quia 152 pendent ex facto alieno, nec opponi possunt antequam alius agat, & velut offendat, Bart. *in l. sicut n. 2. C. de præscript. 30. annor.* per *l. 1. §. ult. C. de annal. except.* gloss. *in d. l sicut 3. verb. persecutione*, & per ill. text. *C. de præscript 30. annor.* Abb. & Felin. *in c. si autem 9. de rescript.* Franc. Balb. *tract. præscriptionum, 4. part. 4. partis princip. q. 34.* † nec servitutibus, jurisdi- 153 ctionibus, aut similibus etiam præscribitur centum vel pluribus annis, quando casus utendi non incidit, *l. hac autem Jura*, ubi Bald. *num. 1. de serv urb. præd.* Bart. *in l. cum scimus, n. 2. C de agr. & censit lib 11.* Cynus *in l. 1. n. 5. C. de serv.* Jas. *l. beneficia, num. 56 de const. princip.* Alex. *cons. 136. n. 18. vol. 2.* Chassanæ *consuetud. Burgund. rub 1. de justit. §. 4. verb. nova militia, n. 11.*

Requisitionis tamen à clientibus factæ & subsecutæ denegationis vel omissæ defensionis † proba- 154 tio, utpote quæ facti est clientibus incumbit, *leg. 2. de probat.* Facta enim non præsumuntur, † sed pro- 155 bari debent *l. sive possidetis, C. de probat. l. asseveratio C. de non numer. pecun.*

156 Sed hic insurgit dubium, *quantum temporis ad ejusmodi præscriptionem requiratur?*

Quanto tempore ejusmodi præscriptio compleatur.

Et quidem Jacob. de † S. Georg. *in tract. de Rhoyd.* existimat, requiri ad præscriptionem libertatis, contra servitia domino debita spatium tanti temporis, cujus in contrarium memoria non existit.

157 Et hæc sententia † confirmari videtur ea ratione, quod libertas contra servitia non aliter præscribi posse videatur, quam ipsa servitia, arg. *l. nihil tam naturale ff. de reg. Jur.* sed servitia, quia causam continuam non habent, non, nisi spatio illius temporis, cujus in con-

Ratio dubitandi pro tempore immemoriali.

158 trarium memoria non extat, præscribi queunt, *l. servitutes, 14.* & *ibi* gloss. & Dd. *ff. de servit.* gl. & Dd. *l. 2. C. de servit. & aqua.* Cæpoll. *in tract. servit. urban. præd. cap. 19.* Unde videtur dicendum simili modo nec libertatem contra defensionem omissam ullo tempore, quam illius cujus in contrarium memoria non exstat, præscribi posse.

159 Verum his non attentis, † concludo, quod instar servitiorum, libertas non defendendi triginta annorum spatio præscribatur, per ea quæ tradit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. rubr. de præscript.* Abb. *cap. ad audientiam, num. 17.* Paris. *cons. 25. num. 31. lib. 1.* Tum, quia defensio personæ à persona debetur, vel à re personæ, licet causam continuam non habeat, tempore minori, quam illo, cujus in contrarium memoria non existit, legitimo videlicet, præscribitur, Bartol. *l. justo 44. §. non mutat. ff. de usucap.* Corn. *consil. 268. n. 23. vers. secundo non obstat lib. 4.* Cæpoll. *in tract. de servit. urban. præd. cap. 19. num. 1.* Tum quia etiam in illis casibus, in quibus ad præscribendum Jura discontinua requiritur tempus immemoriale, libertas, contra hæc Jura, minori tempore, legitimo videlicet, præscribi potest. Corn. *d. cons. 268. num. 23. vers. secundo non obstat.* Cæpoll. *d. tract. de servit. urban. præd. cap. 24. num. 5.*

Decisio in tempus triginta annorum. Ratio decidendi ab auctoritate.

160 Et in terminis servitiorum, † quod libertas non serviendi, & ita pariter non defendendi, triginta annis præscribatur, esse magis communem opinionem, testis est Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 6. cap. 6. num. 62.* ubi repudiat Jacobin. de Rhoydis sententiam, quod contra servitia libertas non nisi tempo-

Ratio decidendi II à simili.

161 re immemoriali præscribatur. Nec † enim hic versamur in servitute prædiali, in qua triginta anni non sufficiunt, Cæpoll. *d. tract. de servit. urb. præd. cap. 19. num. 2. & seq.* Mynsing. *obs. 53. cent. 4.* Dd. *in l. servitutes, 14. ff. de servit. & in l. 2. C. eod. tit.* Gail. *observ. 66. num. 7. & seqq. lib. 2.*

162 Et denique de servitiis feudalibus, † quod ea vasallus contra dominum triginta annis præscribat, communiter statuunt Feudistæ, Wesenb. *de feud. cap. 15. num. 3.* Henric. à Rosenthal. *synops. feud. cap. 6. nu. 15. lit. t.* Wurmser. *in obser. tit. de feud. obs. 15. & 25.* Bellon. *cons. 1. n. 16.*

163 Sed & illud hic in dubium vocatur, † *quid dicendum sit eo casu, quando unius clientela Advocati plures exstitunt, & casu defensionis præstandæ eveniente, clientes hoc vel illo patrono præterito, alios ad protegendum duntaxat requisierunt, an tunc non vocati, ex isto tempore in quasi possessione libertatis esse, ac præscriptionem incepisse censeantur?*

Plures unius clientela Protectores aliis requisitis, ipsi non rogati an præscribant.

164 Et videtur ad hoc affirmative † respondendum esse, † cum in simili, ex sententia quorundam, is immunitatem à collectis præscribere incipiat, qui cum cæteris ex-

Affirmative.

165 actus non fuit, etiamsi eas expresse non recusaverit, ut voluerunt Cravett. late *cons. 112.* Joan. Jac. de Leonard. *inter consilia feudalia Bruni cons. 117. n. 139.* & videtur hoc etiam velle Gail. *obs. 60. n. 5. lib. 1.* sequitur Natta *cons. 406. num. 21. & seq. & cons. 431. num. 27.* Didac. Covar. *in cap possessor. p. 2. §. 2. num. 8.* plures allegans, multos congerit, & communem testatur Bursat. *cons. 185. numer. 13.* Sylvan. *consil. 59. num. 11.*

Ratio dubitandi I. à simili.

166 Sic etiam habetur † per Dec. *in c. cum accessissent, col. 4. de const.* quod si civitas obligata sit mittere exercitum, si casus necessitatis evenerit, & non mittat, libertas non mittendi præscribatur, refert Joan. Jac. de Leonard. *d. cons. 117. n. 139.*

167 Deinde idem † quoad vasallum statuere videntur, Feudistæ, putantes, si casus serviendi evenerit, & dominus hunc aut illum vasallum ad serviendum advocaverit, jus Domini tacite interpellatum esse & sic præscriptionem incipere, in qua opinione videtur residere Jacob. de Ardiz. *in summa sua tit. de acquisit. feud. per præscriptionem*, dum inquit, quod non præscribat, nisi jus domini negando interpellarit, vel casus evenerit, quo dominus servitio egens, illud spatio triginta annorum non exegerit, cum interim à vasallis aliis exegisset aut certe ad servitia eum verisimiliter vocasset, si fuisset vasallus; sequitur Ab. *in c. ad audientiam, n. 17.* & ibi Felin. *n. 22. de præscript.* Joan. Andr. *in Addit. ad Specul. rub. de feud.* Corn. *cons. 268. num. 19. lib. 4.* Paris. *cons. 25. num. 31. lib. 1.* Schrad. *part. 6. cap. 6. num. 62.*

Ratio dubitandi II.

168 Et sic, † quod alia possessionis interversione opus non sit, tradit Joan. And. *loco relato*, & post eum Abb. *in d. c. ad audientiam num. 17.* & *ibid.* Felin. *n. 19.* quos & *ibi* sequitur Imola *de præscript.*

169 Verum, † his non attentis, contrarium deciditur, quia in Jure isto negativo, scilicet non teneri protectorem ad defendendum, quasi possessio libertatis non acquiritur, nisi Advocatus requisitus expresse defensionem denegaverit, per ea, † quæ in simili de vasallo con-

Decisio Negativa. Ratio decidendi I.

170 cludunt Feudistæ B ld. *in §. licet vasallus, num. 1. si de feudo defunct.* ubi inquit, quia *vasallus semper paratus præsumitur, nunquam præscribit, nisi interpellatus negaverit*, *ibique* Jacob. Alvarot. *num. 1.* & Afflict. *num. 1. & 2.* ajens, † quod si per mille annos non ser-

171 vierit, non præscribat, nisi à Domino interpellatus denegarit, Frideric. Schenck. *num. 2.* & facit text. *in c. 1. de feud. sine culp. non amitt. & c. ad hoc hic finit. lex* Joan. Blanc. *in summa sua cap. 1. num. 45. libr. 2.* ubi asserit, vasallum non præscribere, per *l. competit, Cod. de præscript. 30. annor.* nisi possessionem intervertat, & tum Dominum desinere possidere, per *leg. si quis rem 20. ff. de acquir. possess.* Borcholt. *capit. 1. num. 24.* Schneid. *p. 5. num. 97. in fin.* Angel. *in l. male agitur, n. 6.* Bart. post gloss. *ibid. num. 1. & 3. C. de præscript. 30. annor.* Cravett. *de antiquitat. tempor. p. 4. sect. absolutis differentiis num. 27. & sect. materia ista, num. 28. & 29. & sect. ultima. num. 38.*

172 Nam intermissæ ad defendendum requisitionis causa esse potuit, quod eo casu, in quo clientes Protectorum opera uti poterant, ea vel non indiguerint, vel, quod aliorum auxilium eis suffecerit, unde † nulla Protectoribus negligentia aut desidia utendi Jure suo imputari potuit, argument. eorum quæ in simili scribunt, Panorm. Felin, & alii *in d. c. ad audientiam, de præscript.* Bartol. *in l. cum scimus, circa med. C. de agric. & censit.* † ubi dicit, quod si terræ recom-

173 mendatæ tenentur dare subsidium in cavalcatis & exercitibus extra civitatem euntibus & per centum annos steterunt, quod non præstiterunt ex eo, quia civitas non requisivit, licet casus evenerit, cum esset copiosa nimis gentibus suis, non propter hoc dictæ terræ recommendatæ vel subjectæ præscripserunt libertatem dicti servitii, quia nulla culpa potest civitati imputari, ex quo necessitatem dicti subsidii non habuit, And. Gail. *obs. 60. num. 4. lib. 2.* Balb. *de præscript. 4. part. 4. pars. princip. q. 12. n. 16.* Angel. de Besut, *inter consil. Zal. cons. 15. n. 6. vol. 2.*

Deinde

174 Deinde communiter receptum est, † quod causam possessionis sibi quisquam mutare non possit, nisi extrinsecus causa mutandi, aut titulus superveniat, quo casu adhuc plerique expressam animi ac voluntatis declarationem requirunt, Bartholom. Socin. *cons.* 131. *num.* 7. *vol.* 1. Jas. *in l.* 2. *num.* 157. & 195. *Cod. de Jure emphyt.* Roland. à Vall. *cons.* 77. *numer.* 27. & *seqq. vol.* 2. refert Cravett. *de antiquit. temp. d. part.* 4. *sect. materia ista numer.* 111. Rosenthal. *in synops. feud. cap.* 6. *num.* 23.

Ratio decidendi II.

175 Nec obstat, † quod per modum dubitandi de immunitate collectarum præscribenda adductum fuit. Nam verior videtur sententia contraria, quam etiam multi magnæ authoritatis & præcipui nominis Jurisconsulti amplexantur, ita Balb. *de præscrip.* 2. *part.* 5. *part. princip. quæst.* 7. *num.* 4. & 5. Vivius *in commun. opin. verb. immunitas*, Alberic. de Rosat. *in rub. ff. de muner. & honorib.* Jacob. de S. Georg. *de homagiis num.* 41. Alexand. *cons.* 136. *num.* 19. *lib.* 2. sequitur Paris. *cons.* 25. *num.* 109. *libr.* 1. Ripa. *respons.* 14. *vol.* 1. Petr. Antibol. *de munerib. p. princip. num.* 15. Hanc partem ego arbitrarer in Jure veriorem, cum non videatur in hoc Jure negativo, ex eo solo, quod aliis collectæ sint impositæ, ipso præterito, quasi possessio acquiri, nisi animum suum post requisitionem factam declararit, dicendo, se non teneri.

Responsio ad objectionem dubitandi rationem I.

Deinde æque minus adversatur, quod de vasallo taliter immunitatem non serviendi præscribente allatum fuit. † Nam respondetur similiter contrariam & negativam sententiam veriorem magisque 176 receptam esse, ut patet ex Juribus & authoritatibus supra adductis, & post alios infinitis authoritatibus congestis expresse hoc adstruit Henric. à Rosenth. *in synops. feud. cap.* 6. *n.* 22.

Responsio ad rationem dubitandi II.

Et hucusque satis explicatum habemus, qualiter Protector defendendi libertatem præscribere possit, ut invito illo clientes eundem ad protegendum 177 cogere non possint. † Ulterius autem hoc loco notandum est, non utendo etiam Advocatiam amitti, & priorem Advocatum eadem prorsus exui, quando scilicet alius legitime eam præscripsit, iis scilicet de quibus *in cap. de forma* diximus requisitis concurrentibus.

178 Sed ulterius progrediendo, † cum Advocatiam ex rescripto, mandato seu commissione Imperatoris, Regis, Principis, aut aliorum Magistratuum, enasci docuerimus, decimotertio jam loco concludimus, eandem econtra, revocatione committentis, in commissariorum personis, extingui.

XIII. Extinctio Advocatiæ commissæ ex revocatione committentis.

Indubitati enim Juris est, † mandatum per revo-179 cationem tolli, quando mandans re integra revocat mandatum, *l.* 21. *Digest. de procurat. l.* 12. §. 16. *ff. mandati cap. quamvis* 2. *in princip. de reg. Jur. in* 6. † Etsi 180 enim regulariter duorum consensu contracta, unius voluntate non infirmentur, *l. nihil tam naturale*, 35. *l.* 181 *fere* 153. *Digest. de reg. Jur.* † specialiter tamen in mandato receptum est, ut re integra, unius voluntate revocetur, Schneidew. §. *recte quoque num.* 1. *Institut. de* 182 *mandato.* † Ratio est, quia cum invito beneficium non detur, *l. invito* 69. & *l. invitus* 156. *in fin. ff. de R. I. nec emere* 16. *C. de Jur. delib. l.* 2. *C. de Jur. Emphyt.* §.

Ratio hujus assertionis.

183 *Quoniam vero Auth. Quib. mod. nat. effic. legit.* † mandati autem executio in beneficio & officio consistat: sequitur, à mandante respui posse, *leg. invito* 69. *Digest. de regul. Jur.* Neque hic prætendi potest aliquod interesse, quia ex obligationibus, quæ factum continent, non nascitur actio, nisi cœperit facere, *leg. si procuratorem, § mandati allic. Digest. mandati.*

184 Quinimo mandati † propria natura & conditio est, ut libere per mandantem ab eo, cui commissum aliquid fuit, ne expediat, revocari possit, Bartol. *in l. si vero, §. si mandavero. ff. mand.* faciunt dicta per Covarru. *libr.* 1. *variar. resolut. cap.* 14. *sub num.* 16. dum ibi inquit, quod quamvis morte mandantis, mandatum ad pias causas non expiret, nec possit ab hærede revocari, non sequatur per hoc, ipsum mandatorem, dum vixerit, mandatum id revocare non posse, cum ea sit mandati propria natura & conditio, ut libere revocari à mandatore possit, subdens, quod mandatum, quod durat, semper revocari poterit, nisi à lege revocatio fuerit prohibita, quod an verum sit, vide *ibid.* Covarr. & Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit. part.* 2. *conclus.* 64. Petr. Nicol. Mozz. *de contractib. tit. de mandato, col.* 5. & *col. ult.*

Porro revocatæ ejusmodi Advocatiæ inter alia innumera exempla, notabile habemus in Civitate Hallensi Imperiali. Cum enim penes ejusdem Urbis Consules & Senatores Imperatoria auctoritate jus protectionis super Monasterio Chombergensi, multis annis extitisset, Frideric. III. Imp. Anno 1485. idipsum certis de causis ab iisdem revocavit, atque in Episcopos Herbipolenses irrevocabiliter in perpetuum transtulit, subsequenti revocationis mandato.

Wir Friderich von Gottes Gnaden / Röm. Key. zu allen zeiten mehrer deß Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien vnd Sclavonien König / Hertzog zu Osterreich vnd Steyr / rc. Entbieten vnsern vnnd deß Reichs Lieben Getreuwen / Burgermeister vnd Rathe der Statt Schwäbischen Hall vnser Gnad vnd alles guts. Lieben Getrewen / Wir haben vmb mercklicher redlicher Vrsach willen vns fürbracht vnnd darzu bewegende die Vogthey vnnd Schirm so jhr vber das Gottshauß Chomburg bey euch gelegen / von vnsern Vorfahren am Heyligen Reich vnnd vns lange Zeit hero gehabt haben / dem Ehrwürdigen Rudolphen Bischoffen zu Würtzburg vnserm Fürsten / Rathe / vnd Lieben Getreuwen / vnd Andächtigen vnd seinen Nachkommen Bischoffen zu Würtzburg eingeben vnd fürter von vnsern vnd deß Heyligen Reichs wegen inzuhaben / vnd zu handlen bevohlen / nach laut vnsers Keyserlichen Brieffs / deßhalben außgangen. Vnd entpfehlen auch darauff bey den Pflichten / darmit jhr vns verbunden seyt / von Römischer Keyserlicher Macht / ernstlich gebiettende / rc. Vnd wollen daß jhr dasselb Gottshauß mit allen Leuten güttern vnd zugehörungen dem genanten Bischoff Rudolphen / oder wem er das / an seiner statt befihlet / als vnserm / vnnd deß Reichs Vogt vnd Schirmern eingebt / vnnd euch gantz eussert vnd entschlaget / auch desselben Gottshauß arme Leuth vnd Vnterthanen derer Pflicht / damit sie euch solcher Vogtey vnnd Schirmshalber / verwandt seyn / ohne alles Mittel ledig zehlet.

Particula Literarum Friderici Imperatoris, quibus à Consule & Senatu Hallensi Advocatiam, quam super Nobili Collegio Chomburgensi habuerunt, revocat.

Limitatur tamen hæc decisio, quod talis revocatio fieri non possit à Principe, si post acceptum mandatum, & præstitam protectionem per modum contractus, aliquis Advocatiam nactus fuisset, † eo, quod Imperator vel alius Princeps jus 185 contractu quæsitum, nulli possit tollere, per notat. Panormitan. *in cap. quæ in Ecclesiarum, numer.* 11. & ibi

Limitatio prædictæ revocationis.

Ratio Limitationis.

Felin. *num.* 17. *& sequent.* & Dec. *num.* 19. *& sequen. de constitut.* Valent. Forst. *tract. de success. ab intestat. lib.* 6. *cap.* 36. *num.* 4. 5. *&* 6. Pruckman. *de regalib.* §. *soluta potestas, cap.* 4. *membr.* 1. *effect.* 5. *num.* 5. *juncto num.* 3. Ubi contrariam opinionem jamdudum communi omnium tam legum quam canonum interpretum calculo explosam rejectamque testatur. Didac. Covarru. *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 6. *num.* 6. *&* 7. Bartol. *in l. item si verberatum* 15. *in princip.* ubi latissime Alban. *in addit. in verb. ultimo not. ff. de rei vendicat.* & *ibidem* Costal. & Cagnol. *in l. id quod nostrum,* 11. *num.* 16. Dec. *num.* 3. ac alii, *Digest. de regul. Jur.* Castrens. *in l. Gallus,* §. *& quid si tantum, num.* 15. *cum sequent. ibidem.* Jas. *nu.* 63. *&* 91. *cum sequent. ff. de liber. & posthum. eodem loc.* Fortunat. Garzia, *nummer.* 121. 285. 290. 301. *& sequen.* ut eum citat & approbat Pinell. *in rubric. leg.* 2. *p.* 1. *cap.* 2. *num.* 24. *& sequent. Cod. de rescind. vendit.* Zas. eleganter *in l. princeps, num* 31. *cum sequent. ff. de legibus,* Pec. *de testament. conjug lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 1. *&* 2. communem testatur Paris. *cons.* 101. *num.* 69. *&* 71. *vol.* 1. *& consil.* 1. *num.* 32. *cum sequent. vol.* 4. ac passim late Andr. Gail. *libr.* 2. *observ.* 56. *per tot.* Mynsing. *observ.* 97. *num.* 3. *&* 7. *cent.* 5. fuse Bellon. *cons.* 2. *nummer.* 5. *&* 6. Cravett. *cons.* 5. *num.* 4. *cons.* 7. *num.* 10. (etiam quæsitum per actum Juris civilis) *cons.* 103. *nummer.* 3. & eleganter, *cons.* 241. *num* 12. *& sequent.* receptiorem testatur Menoch. *de arbitr. Jud. libr.* 1. *quæst* 48. *num.* 6. *& cons.* 1. *nummer.* 422. Bursat. *cons.* 54. *nummer.* 17. *& cons.* 78. *num.* 11. *cum sequent. libr.* 1. citat Cellum Hugonem *cons.* 110. *num.* 88. communem quoque testatur Villalob. *in comm. opin. verb. princeps, nummer.* 292. Turzan. *opin.* 42. Soarez. *in thesaur. recept. senten. in lit. p. nume.* 258. & omnium copiosissime Anton. Gabriel. Roman. *tit. de Jure quæsito non tollend. conclus.* 1. *&* 2.

186 *Declaratio ex limitatione.* Quod tamen hanc recipit moderationem, † nisi ex causa revocatio fieret, ut si quis non defenderit, uti promisit, vel in mandatis accepit, & per Jura & rationes *infra sub num.* 696. ad modum amittendæ Advocatiæ propter non præstitam defensionem adductas: Alioquin & notorii Juris est posse Principem vel alium, † retractare contractum, si privatus non præstiterit, quæ promiserat, Bald. *l penult. num.* 2. *C. de donat. inter vir. & uxor.* Tiber. Decian. *cons.* 25. *n.* 12. *vol.* 1. Pruckman. *d.* § *soluta potestas, ca.* 4. *membr.* 2. *effect* 1. *num.* 53. 187

188 *Limitatio II.* Secunda moderatio circa † hanc doctrinam tradi potest, revocari scilicet non posse Advocatiam illam, quæ primitus quidem per modum mandati, postea tamen subsecuta & sic mediante investitura concessa fuit, eo, † quod nec Imperator, nec Pontifex vasallum sine felonia commissa divestire & feudo exuere queat, per text. notab. & *ibi* gloss. Belvis. Isern. Bald. *in cap.* 1. *num.* 1. *&* 2. *de natu. feud. ibid.* Laudens. *num.* 9. Alvarot. *num.* 3. Præpos. *num.* 1. *circa med. versic. extra glossam quæro an Imperator, &c.* Afflict. *num.* 2. 3. 4. *& sequent.* Petr. Raven, *in fin.* & alii Curt. Jun. *in tract. feudal. p.* 2. *membr.* 1. *de feud. cleric. quæst.* 12. *num.* 4. Borcholt. *in comment. feud. cap* 8. *n.* 2. communem testatur, Nicol. Mozz. *de feud. tit. fin. quib. mod feud. amitt num.* 1. Vult. *libr.* 1. *de feud. cap.* 11. *num.* 55 *in fin.* Ruin. *cons.* 7. *num.* 18. 19. 20. & per tot. *vol.* 1. Cephal. *cons.* 24 *num.* 39. *& seq.* † ubi dicit, Imperatorem sine causa feudum auferentem ad restitutionem similis feudi & interesse teneri, Roland. à Vall. *cons.* 1. *num.* 43. *vol.* 2. Anton. Gabriel. Roman. *libr.* 3. *comm. opin. tit. de Jure quæsit. non tollend. conclus* 5. *num.* 33. Grammat. *decis. Neapol.* 18. *nu. fin.* Vivius *comm. opin. lit. f. vers. feudo non potest vasallum privare princeps.* 189 190

191 *Extendit. secundo limitationem.* Idque adeo verum est, † ut ne quidem ex plenitudine potestatis id fieri possit, expresse hoc docet Bald. *in d. cap.* 1. *ante num.* 1. *de nat. feud.* & vult Frider. Schenck. *in cap.* 1. §. *notandum fin. num.* 6. *&* 8. Nicol. Mozz. *in tract. feud. tit. ex quibus caus. feud. amitt num.* 1. communem pronuntiat Cravett. *de antiq. temp. p.* 1. *sect.* 1. *num.* 17. Intrigliol. *quæst.* 73. *num.* 2. *in cent. feud.* 1. Vult. *d. libro* 1. *cap.* 11. *num.* 55. Joann. Jacob de Leonard. *inter consil. Brun. feud. cons.* 114. *num.* 154. *& seq. &* 214. *& seq.* Alciat. *cons.* 165. *num.* 4. *vol.* 5. Clar. *libr.* 4. *sentent.* §. *feudum q.* 59. *n.* 1. Anton. Gabr. *d. conclus.* 5. *num.* 35. *lib.* 3.

192 *Limitatio Ex causa præcedente.* Nisi id fiat, † ex evidente publica necessitate, sic in terminis Matth. de Afflict. *in cap.* 2. *nummer.* 11. *vers. hoc dictum fallit, de nat. feud. & in cap.* 1. §. *notandum, fin. num.* 7. *&* 11. *de Capit. qui cur. vend.* & videtur hoc velle Frideric. Schenck. *in cap.* 1. §. *notandum, fin. num.* 7. *de his qui feud. dar. poss.* ad idem conferunt notata per Schneidew. *de feud. p.* 5. *num.* 104. Castrens. *cons.* 229. *num.* 3. *column.* 3. *in fin. & cons.* 278. *nummer.* 3 *in fin.* Idem Castrens. *consil.* 46 *num.* 4. *ad fin. p.* 2. Castal. *cons.* 241. *num.* 41. *& sequent.* Alciat. *cons.* 8. *inter cons. Bruni num.* 50. & facit huc *l. Lucius ff. de evict. & l. item si verberatum, Digest. de rei vendic.* Jas. *in l. Gallus* §. *& quid si tantum num.* 26. *& sequent. Digest. de liber. & posthum.* Roland. à Vall. *consil.* 69. *ex communi num.* 7. *& passim vol.* 2.

193 Eo tamen casu † Imperator vel Princeps ad recompensationem ademptæ Advocatiæ, obligatur argument. *gloss. in cap.* 1. *in verb. ad hoc de allod* quam *ibi* sequitur Bald. *num.* 12. † inquiens, Papam si beneficium alicui collatum auferat, & det alteri, illi teneri providere de alio simili, quem refert & sequitur Jason. *in l. omnes, num.* 2. *&* 3. *Cod. si contra Jus aut utilitat. public.* Nevizan. *cons.* 12. *num.* 167. *& seq.* inter consil. Brun. Cravet. *cons.* 308. *n.* 1. Menoch. *cons.* 103. *n* 74. 194

195 Et sic, † quod Princeps ex causa etiam justa, alteri rem auferens ad hoc teneatur, est gloss. *in leg. si locus in verb. præstare. Digest. quemadmod. servit. amitt.* Isern. *in cap.* 1. §. *similiter, nummer.* 27. *in fine de Capit. qui cur. vendid.* & *ibi* post eum Afflict. *ibidem, num.* 7. *&* 8. *in cap.* 1. *verb. moneta, num.* 10. *quæ sint regalia* Bart. *in l fin* § *fin. num.* 1 *ff de pignerat. act.* Jas. *in l. Barbarius, num.* 36 *ff de offic. prætor. & in l. fin. Cod. si contra jus vel utilit. public.* faciunt adducta per Vasq *libr.* 1. *illustr. controvers. cap.* 5. *num.* 9. & Didac. Covarr. *variar. resolut libr.* 1. *cap.* 3. *num* 5. *& lib.* 3. *cap* 14. *num.* 3. Valentin. Forster. *de success. lib.* 6. *cap.* 36. *num.* 5. & hoc rectius affirmat Pruckman. *de regalib.* §. *soluta potestas, cap.* 4. *membr.* 2 *effect* 5. *num.* 57. † asserens, alicui sine precio auferre rem suam, esse potestatem diabolicam, *nummer.* 58. post Bald. *in l. sicut num.* 1. *Codic. de servit.* Roman. *cons.* 310. *num.* 4. Gail. *observ.* 56. *num.* 8. Anton. Gabriel. *lib.* 4. *comm. opin. tit. de Jur. quæsit. non tollend. conclus.* 2. *num.* 25. Borcholt. *de feud. capit.* 7. *num.* 55. ubi inquit, plenitudinem potestatis † non extendi ad injuriam aliorum, alioquin jam non potestatis, sed tempestatis plenitudinem esse, allegat Vasq. *libr.* 1. *controvers. illustr. capit.* 5. *n.* 17. Pinell. pulchre in eandem sententiam *in l.* 2. *ad rubric. p.* 1. *n.* 25. *Codic. de rescind. vendit.* quod ante eos Luc. de Penna *in l jubemus col.* 2. *circa med. Codic de proxim. sacr. scrin.* Cardin. Mediolan. *in clemen. pastoralis de re Jud.* Barth. Soc. *consil.* 164. *n.* 17. *vol* 2. Cravet. *cons.* 241. *n.* 29. † & dispensationem Imperatoris vel Papæ sine causa, esse dissipationem post alios dicit Jas. *cons.* 8. *circa primum inter cons. feudal.* Brun. *n.* 50. *& seq.* & Bart *in l. fin. n.* 2. *in fin. C si. contra jus vel utilitat. publ.* ait, principem habere potestatem à Deo, † Deum autem non dedisse ei Jurisdictionem peccandi vel au- 196 197 198 199

vel auferendi alienum indebite, quod notat Paris. *cons.* 12. *nu.* 200. *vol.* 2. & post multos tradidit Schrader. *tract. feud. p.* 9. *part.* 2. *sect.* 11. *num.* 27. in casu loquens, quo, vasallo ex publica causa remittit commissum jam incursum vel incurrendum, in præjudicium Domini.

200 Sed ulterius in puncto revocationis † quæri potest, *An etiam, vicissim ex parte mandatarii, qui commissam sibi protectionem susceperat, jus clientela revocatione seu Resignatione tollatur?*

XIV. Extinctio Advocatiæ ex revocatione Commissarii seu Advocati mandato constituti.

Et non minus tolli respondendum est, † quia mandatum pariter finitur renunciatione mandatarii, sicut revocatione mandantis, per text. *in §. mandatum, Instit. de Mandato.*

201 Licet enim regulare sit, † quod sicut ab initio liberum est mandatum suscipere, ita mandatum susceptum omnino exequendum sit, *l. si mandavero, §. fin. & l. si quis alicui. §. qui suscepit ff. mandat.* † Cum contractus ab initio sint voluntatis, ex post facto vero necessitatis *l. sicut, C. de action. & obligat.* † Tamen mandatarius pœnitere, & mandato renunciare potest, re, scilicet integra *d. §. mandatum, & ibi* Joann. Schneid. *n.* 1. *& d. l. si mandavero. § fin ff. d. tit.*

Affirmativa decisio. 202 203 204

205 Ratio autem prædictorum est, † quod mandatarius non debeat esse deterioris conditionis, quam mandans, † ex regula, quo quis adversus alium Jure utitur, fruitur, eodem utatur, fruatur, *rubr. & tot. tit. ff. quod quisque Jur.* † & cuique in sua persona placere debet, quod placuit in aliena. *l. Jusjurandum 4. §. datur autem, & l. si duo §. si quis juraverit, & §. sequen. ff. de jurejurand. l. negotia, in fine ff. mandati l. penult. §. sed juramento, ibi*, quis enim ferendus est *C. de reb. credit.* † deinde, ut beneficium invito non datur, sic etiam ab invito non præstatur *Jurib. vulgat.*

Ratio decisionis. 206 207 208

209 Decimo quinto insuper † Advocatiam interdum constitui probavimus per concessionem investituræ, consequenter igitur eandem econtra per cassationem ejusdem tolli dicendum est, alias autem, ut *paulo ante* edocuimus, † Advocatiam per investituram feudalem concessam, ne quidem ex plenitudine potestatis revocari posse constat, ubicunque † enim jus reale in illa acquisitum fuit, illud pro libitu & temere alicui non potest auferri, per notata Tapiæ *in l. final. de Constitut. Principum parte* 2. *cap.* 9. *nu.* 25. ut constat ex *supradictis.*

XV. Amissio Advocatiæ Feudalis ex felonia commissa. 210 211

212 Ea autem in re generalis † hoc loco regula statuenda est, ejusmodi nempe Advocatiam ab investitura provenientem, hoc est, feudalem ex omnibus illis Feloniæ causis, ob quas feudum amittitur, tam ex parte vasallorum, quam feudi Dominorum etiam amitti atque deperdi, sicque Advocatiam feudalem infinitis prope modis distrahi, per ea quæ tradit in materia Jurisdictionis Matth. Steph. *lib.* 1. *cap.* 39 *n.* 10. Ubi scribit, 213 † ex quibus causis vasallus feudo privatur ex iisdem Jurisdictionem suam Feudo cohærentem eundem amittere, Cravetta *consil.* 597. *n.* 3. Ex quo similiter ad amissionem Advocatiæ feudalis, seu clientelæ Feudo connexæ, arguere licet.

Causas autem, propter quas vasalli feudis vel econtra Domini re & Jure, quod in vasallos habent, exuuntur & privantur, hic persequi nostri instituti non est, cum eæ in feudorum libris, ab eorumque Commentatoribus, quorum infinitus extat cumulus ad nauseam edoceantur & demonstrentur.

214 Decima sexta causæ amittendæ Advocatiæ, † ex sententia Judicis, sicut & eandem inter constituendæ Protectionis modos posuimus, desumi potest, si scilicet privet protectorem, vel privatum esse pronunciet Judex competens, & ejusmodi sententia in rem judicatam transierit.

XVI. Cessatio Advocatiæ ex sententia Judiciali privatoria.

Quod autem sententiam inter modos amissionis collocemus, lector non miretur, quia in simili Canonistæ tradunt, perdi jus patronatus per sententiam si scilicet quis fuerit pronunciatus, non habere jus patronatus vel illud amisisse, tunc namque, ex tali sententia manifestum evadit, illum non esse patronum, vel Jus Patronatus amisisse, post alios expressim voluit Paul. de Citadin. *tract. Jur. patron. part.* 14. *num.* 10. Eodemque modo feudistæ inter causas amissionis feudi, referunt sententiam Judicis, referente Socin. *cons.* 87. *num.* 10. *vol.* 3. Afflict. *in c.* 1. *§. fin. num.* 26. *caus.* 72. *quib. mod. feud. amitt.* Schneid. *part.* 8. *cap.* 1. *num.* 125. *caus.* 21. Schrader. *p.* 9. *numer.* 15. *caus.* 44.

Ratio asserti modi à simili.

Sed in terminis Advocatiæ per sententiam amissæ exemplum ex Urstris. *Chron Basil.* refert Crusius *Annal. Suev. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. hisce verbis:

Exemplum amissæ per sententiam Advocatiæ Samblasianæ.

Episcopus Basiliensis Bertholdus Advocatum sive patronum dederat Samblasiano in Nigra sylva cœnobio nobilem virum Adelgottum † de Werr, qui cum magnas Monasterio molestias & incommoda, contra ejus privilegia exhiberet: Abbas Rustenus Anno 1124. *Cæsari Henrico Wormatiam obsidenti, Neuhusæ de injuriis diu toleratis queritatus est, cumque Episcopo Bertolpho tunc præsenti objiceretur cur non removeret, tam gravem Monasterio, & iniquum Advocatum Adelgottum, respondit sibi præter expectationem hanc accusationem accidere, se in præsentia, nec hominibus suis fidis, nec literis ad Advocatiam spectantibus instructum esse. Ita res, petente ipso ad tempus Natalis Domini dilata est. Cognitio causæ coram principibus Argentinæ facta: partibus † auditis, privilegiis lectis, tunc sententia pronunciata est Abbati Samblasiano liberum esse mutare Advocatum, de consilioque fratrum suorum, præficere sibi quicunque placeat. Ita rejectus est Adelgottus & Conradus † Dux Zeringensis Bertholdi F. Advocatus assumptus.*

Idemque Crusius de renata controversia ejusdem Advocatiæ *lib.* 10. *c.* 5. *ad annum* 1141. sequentia habet: *Ejusdem*, inquit, *anni, die* 10. *Aprilis Cæsar † Conradus controversiam transegit Argentinæ, quæ de patronatu vel Advocatia, renata fuerat inter Basileensem Episcopum Ortliebum, & Samblasianum Nigra sylva Abbatem Bertholdum, Nam etsi † Episcopatui Basileensi antehac Anno* 1124. *jus hoc ademptum erat, & Samblasianis Monachis liberum Advocati sibi præficiendi arbitrium restitutum: nunc Episcopus Ortliebius, ad jus vindicare conabatur. Orto igitur bello Monasterium se aggeribus & fossis munire coactum fuit. Sed à Cæsare & Principibus in illo conventu res transacta est, præsentibus Episcopo cum suis nobilibus, & Abbate cum Zeringensi Duce Conrado Advocato suo, ita ut acceptis a Monasterio † quatuor curiis* (Vier Höff) *Advocatiæ prorsus posthac Episcopus, renunciaret, &c.*

215 Porro enim ut plurimum † jus protectionis constituatur ex mutua clientum ac Protectoris conventione: operæ precium nunc est, videre, qualiter illud, interveniente contrario dissensu, seu partium contrahentium pœnitentia distrahatur.

XVII. Dissolutio Advocatiæ conventionalis ex mutuo consensu.

216 Sicut autem obligationes † super protectionis conventione contractæ, utriusque consensu contrahuntur, sic & eodem modo dissolvuntur, arg. *l. nihil tam naturale,* 35. *l. fere & utrobique* Dec. & alii, *ff. de regul. Jur. & in c.* 1. *eod. tit. in* 6. Id enim rationi naturali conveniens est, ut † quo genere negotia esse cœperunt, eo rursus dissolvantur, idque etiam magnus ille Papinianus tradit *in l. quamvis saltus* 46. *§.* 1. *ff. de acquir. possess. ibi*, eo modo vincula obligationum solvuntur, quo quæri solent. *l. fere quibuscunque, & l. prout quisque* 80. *de solut.* & utrobique gl. *& l. quemadmodum* 8. *ff. de acqu. poss.* Quoniam † cujusque actus resolutio, ejus est naturæ, cujus est productio, secundum Jas. Dec. & alios, quos refert, sequitur & similibus comprobat Cagnol. *in d. l. nihil tam naturale, n.* 1. *& seq.* Gozadin. *in l.* 2. *n.* 18. & *ibi* Petr. Monchada *in add. C. de pact. inter empt. & vend.*

217 218

Et hæc quidem de superioritate, quæ in donationibus Ecclesiarum ab inferioribus factis consideratur, pro re nata in medium attulisse, sufficiat: quia vero de superioritate in diverso casu, quando nimirum ipse Imperator donat Ecclesiæ, quatenus ea cum donatione expiret, vel non, inter Dd. haud convenit, ideo & illud simultanea explicatione non indignum censeo, quid in casu converso, de superioritatis extinctione respondendum sit?

68 *Imperator donans Ecclesiæ an omnem superioritatem rei donatæ à se abdicasse censeatur.* Dubitationis autem totius cardo in hoc proprie versatur: *Utrum, quando Imperator donat alicui Ecclesiæ, Monasterio vel collegio Ecclesiastico terram, Civitatem aut Pagum, eo casu censeatur à se abdicasse omnem superioritatem, adeo, ut nullum penitus alti dominii jus illi amplius in re donata competat?*

Affirmativam sententiam defendunt Innocent. & gloss. *verb. suscipiunt, in c. solita, Extr. de majori. & obed.* asserentes superioritatem ab Imperatore videri abdicatam, 69 *Affirmativa.* quæ in sedem Apostolicam translatam, quando Ecclesiæ aliquid donavit, & clarius *ibidem* Abb. *in 6. notab.* qui declarat Innocentium loquentem de Rege, quod debeat intelligi etiam de Imperatore, prout de Imperatore loquitur gloss. & tradit idem Abb. *in c. veniens, col. 1. notab. 2. de accusat.* maxime per text. *in c. noverint, 10. q. 1.* & idem Abb. *in c. 2. in fin. de delict. puer.* & Felin. *in d. c. solita, col. 3. numer. 4.* ubi post supradictos concludit, quod etiam eo casu censeatur in dubio facta libera translatio, nisi contrarium constet per concessionem in feudum & ut veriorem eandem opinionem approbant Anchar. *in c. Romana, col. 3. in 14. notab.* & *ibi* etiam clare Perusin. & Geminian. *in §. debet de appellat. in 6.* Eandem Jacob. Mandell. *cons. 62. numer. 14. & cons. 64. numer. 82.* multis in eam relatis authoritatibus perhibet, esse communem. In quam etiam inclinare videtur Fulv. Pacian. *de probat. libr. 2. cap. 43. numer. 26.* & in specie eandem amplexi sunt Specul. *de appellat. §. Nunc tractemus, num. 4.* Franc. *in d. c. Romana, §. debet. de appellat. in 6.* Præpos. *in rubr. num. 53.*

70 *Extensio affirmativa.* Et nonnulli quidem † hujus sententiæ Patroni eandem extendunt, & veram esse propalant, sive donatio Imperatoria facta sit Ecclesiæ Romanæ, sive inferiori, cum par esse videatur in utraque donatione ratio, 71 quia scilicet censeatur donatio fieri Deo, ut per Bart. *in proœm. Digestorum col. 1. & 2.* & passim Dd. dum tractant de donatione Constantini, quinimo, in effectu quicquid donatur Ecclesiis inferioribus censeatur 72 donatum Ecclesiæ Romanæ; † illa enim habet omnes Ecclesias sibi subditas & tanquam propria mem-73 bra, *c. cuncta per mundum 9. q. 3.* & † unica inter Christianos in effectu dicitur Ecclesia, ut late habetur *in Extravag. incip. Unam sanctam Ecclesiam, sub tit.* 74 *de major. & obed. inter extravagan. communes.* & † quod bona omnium singularium Ecclesiarum, censeantur esse bona universalis Ecclesiæ, cumulat infinita Campez. *inter consil. Bruni cons. 2. col. 5. in fin. & col. 6. vers. prædictis tamen.*

75 Neque subsistere † existimant distinctionem illam, quod Imperator possit libero modo à se abdicare & donare Ecclesiæ Romanæ, non autem Ecclesiæ inferiori, ut videtur voluisse Joan. Andr. *ad Specul. de Jurisd. omn. Jud. col. 5. in addit. incip. vidisti duas opiniones.* & Paul. de Castr. *cons. 230. col. 1. & cons. 74. col. 4.* Eo, quod in contrarium videatur magis communis opinio, quod etiam in Ecclesiam inferiorem possit Imperator loca aliqua transferre, abdicando à se penitus superioritatem, per d. gloss. *in c. solita.* & Dd. modo citatos Mandell. *d. cons. 62. nu. 14.*

76 *Negativa.* Dissentiunt autem & † contrariam opinionem tuentur Jo. And. *ad Specul. in tit. de Jurisd. omn. Jud. in gloss. vidisti.* Paul. de Castr. *cons. 115. col. 2. lib. 1.* Jas. *cons. 123. lib. 1.* Ripa *lib. 2. respons. cap. 7. n. 9.* & sic observari apud Hispanos & Gallos, retulit Didac. Covarru. *in pract. cap. 4.* & apud Germanos Andr. Gail. *obs. 30. lib. 2.* M. Anton. Peregrin. *de Jur. fisci tit. 3. num. 75. lib. 1.* ubi dicit, horum opinionem sibi apertissime probari *in Pace Constantiæ ver. in causis,* & aliis partibus illius constitutionis. Thom. Michael. *disp. de Jurisdiction. thes. 25.*

Decisio quæstionis cum distinctione. In hac autem opinionum diversitate non arbitror mihi magnopere laborandum esse, in una vel altera sententia refellenda. † Existimo enim, eas distinctionis 77 fœdere facile conciliari posse, ut scilicet prior opinio locum habeat, quando bona, per Imperatorem in Ecclesiam conferenda, sita sunt extra Imperii fines in ipsis Ecclesiæ Romanæ terris: tunc enim bona donata in dubio libere transeunt in Ecclesiam vel sedem Apostolicam, quia Ecclesiæ Romanæ indecens esset, aliquem recognoscere ut superiorem: propterea semper judicandum est, quod donatio bonorum in terris Pontificiis, libere & sine reservatione superioritatis facta fuerit, ut innuit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. ad tit. de Jurisd. omn. Jud.* *Ratio decisionis I.* Et ratio per se patet, quia, cum sit donatio bonorum in terris Ecclesiæ positorum, cessat ratio, quæ in casu diverso subsequenti impedire solet Imperatorem, ne à se abdicare possit superioritatem, tradente Bal. *cons. 327. incip. pridie in princip. & nu. 8. vol. 1.*

Posterior autem sententia procedit, † quando bo-78 na donata in terris Imperii sita sunt, quia tunc major est ratio, ut Imperialis superioritas illibata maneat; Cum omnia bona in Imperio existentia tam sæcularium statuum, quam Ecclesiasticorum, sint & debeant esse sub Imperio & generali Jurisdictione & superioritate Cæsaris.

Et hæc Jurisdictio eatenus est apud † Cæsarem, ut 79 licet alteri ab eo concedatur, tamen semper inhæreat ossibus concedentis, Jure superioritatis, & in eo tanquam origine servetur, ut inquit Anch. *cons. 310.* & Sen. Ped. *decis. 30. nu. 6.* Bald. *in l. si qui se patris. C. unde liberi.* quos secuti sunt Gramm. *decis. 30. num. 3.* & Roland. à Vall. *cons. 48. num. 21. lib. 2.* & hoc est quod dicit Carol. Tapia *in rubr. ff. de constit. princip. cap. 4. nu. 14.* † in concessione Jurisdictionum semper authorita-80 tem concedentis præservari illæsam, cum, citra ejus authoritatem, nequeat exerceri, ut in eo semper resideat suprema potestas inseparabilis, quæ nulla præscriptione tolli possit. post Didac. Covar. *in Reg. possessor. 2. part. § 3. num. 4.* Bellug. *in spec. princ. in rubr. 22. nu. 55. & seqq.*

Superioritas enim, † quæ involvit regalia, illæsa & 81 concessionis nescia perhibetur. Luchin. de Curte alleg. *pro commun. terr. san. salvator. nu. 5.* Joan. Vinc. de Ann. allegat. *130. num. 23. cum seq. lib. 2.* Ant. Sola. *ad constit. Saband. sup. decret. subditos nostros gloss. 1. num. 7.* Surd. *cons. 267. nu. 7. cum seq. lib. 2.* † & nun-82 quam concedi potest tanta potestas, quin superioritas semper sarta tecta remaneat, & sic majorem sibi reservet Princeps Rol. à Vall. *cons. 1. num. 135. & seq. libr. 2.* Cacheran. *cons. 3. nu. 7. & 8.* Alex. Raudens. *respons. 1. nu. 263. & 435. lib. 2.* Natta *cons. 487. num. 14. & seq.* Peregrin. *cons. 1. per discurs.* Gregor. Lopez. *part. 2. tit. 13. l. 21.* † Imo licet adjectum sit, cum translatione 83 omnis Imperii & potestatis, & cum omni Jure, Petra *de Jur. quæsit. non tollend. cap. 21. num. 36. & c. 22. numer. 85.* † Nec etiam credendum, Principem fontes suos 84 derivasse foras, ut nihil penes se remanserit, Cephal. *consil. 539. num. 50. libr. 4.* Knichen. *de sublim. & reg. territ. Jur. cap. 1. num. 317.*

Sed his incidenter de superioritatis discrimine expositis, ut ad materiam renunciationis pedem referamus

feramus circa eandem non immerito in disceptationem 85 vocatur: † *An licitum sit Principibus, Comitibus, Baronibus bona Principatus, Comitatus vel Baronatus in præjudicium hæredum ac successorum Ecclesiis donare, atque renunciationem, de qua supra dictum est, facere?*

[*Principes, Comites, Barones, aliique statuum bona sua in præjudicium hæredum Ecclesiis donare, iisque renunciare possint.*]

Quod sane haud abs re † negandum esse videtur. Si enim † ea in re summo Principi Jura frenum imponunt, ne possit in præjudicium successorum suorum, notabilem bonorum partem in aliquem transferre, uti recte olim Bulgarus Imperatori respondit, cujus sententiæ gloss. *in verb. sanctionem*, Bartol. *nu* 3. & Dd. communiter *in proœm. Digestorum*, subscripsere Zoanett. *de Roman. Imp. num.* 150. & *seq.* Thom. Michael. *de Jurisdict. thes.* 14. 86 † quod omnis Imperii enormis diminutio improbata sit, arg. *l. quoties* 2. ibi: sine gravi partis alterius, 87 *l. rescripta* 7. *Cod. de precib. Imperat. offer. l. cum plures* 12. § 2. & *seq.* & *l. seq. §. fin. ff. de adm.* & 88 *peric. tutor. l. si optio. ff. qui & à quib. manum. cap. intellecto. de Jurejur. c. pastoralis. extr. de donat. c. abbate sane. de re Jud. in* 6. *Nov. de non alienand.* 7. *in princ. vers. Si vero minus* Jas. *in prælud. feud. num.* 77. & *seqq.* Zoanett. *de prim. prior. genit. cap.* 4. *in pr.* Vasq. *controvers. illustr. cap.* 4. & *de success. creat.* §. 26. *num.* 83. & *seqq.* Mandell. *consil.* 62. *num.* 12. Natta *consil.* 640 *num.* 8. Carol. Tapia *in l. fin. Digest. de constitut. princip. cap.* 89 9. *p.* 2. *num.* 99. † Quæ vero magna principatus læsio sit, explicat Afflict. *in cap.* 1. §. *in generali si de feud. fuer. controvers. num.* 20. Cravett. *cons.* 894 *nu.* 2. Menoch. 90 *de arbitr. Jud. lib.* 2. *cent.* 6. *cas.* 559. † Hinc Bald. *in l. unic. ff. de off. præf. præt.* Imperatorem non esse ad 91 destruendum sed augendum, electum ait. † Unde & Mehrer deß Reichs appellatur, text. eleg. *in princ. constit. de Justin. Cod. confirm.* Thom. Michael. *d. thes.* 14. *lit. e.* Schneidew. *in proœmio Institut. quæst. Quare dicitur Augustus*: ab augendo scilicet non minuendo Imperio. Unde dicatur Imperator semper Augustus, Allzeit Mehrer deß Reichs / *per gloss. ibid.* & alia ad hoc ci- 92 tata, diminuendo enim Imperium fit † homicida suæ dignitatis, ex Bald. *in cap. licet causam, extr. de probat.* Molin. *in consuet. Parisiens. tit.* 1. §. 1. *gloss.* 5. *numer.* 50. *in fin.* Alvar. Valasc. *de Jur. emphyt. quæst.* 8. 93 *numer.* 31. † Ex ejusmodi alienationibus fides professionis Imperatoriæ frangitur, *cap. sicut ex literis, ibid.* maxime cum fidem *Extr. de consuetud.* & Imperio, uti tertio, præjudicet, *c. cum contingat. extr. de Jurejuran.* Rolan. à Vall. *cons.* 2. *numer.* 97. & *sequent. vol.* 1. & *cons.* 1. *numer.* 106. & *seq. vol.* 2. Joan. And. *in addit. ad Specul. tit. de Jurisd. omn. Jud. sub numer.* 17. *ad verb. pastoralis.* Bald. *in proœm. Cod.* Zoanett. *de Rom. Imper. numer.* 175. Jason. *in prælud. feud. numer.* 78. & *sequent.* Lancell. *in templ. omni. Jud. libr.* 1. *cap.* 1. 94 §. 4. *verb. dignitatis Jura non alienat.* † habet enim se Imperium ut corpus, cui, si vel auricula amputetur, monstrosum efficitur, ex Bald. Roland. à Valle. *d. cons.* 1. *numer.* 126. *vol.* 2. Sichard. *cons. feud.* 6. *numer.* 29. Thom. Michael. *d. disput. thes.* 16. *lit. a.* multo minus tanta patrimonii diminutio, donatione etiam Ecclesiæ facta (ex notat. per Spec. *in tit. de instrumen. edit.* §. *nunc autem, in fin.* & *ibi* per Bald. *in add. ad eum* 95 *vers. quid si rex.* † ubi volunt, quod si per donationem Regis factam Ecclesiæ, fortiter Imperium vel Regimen lædatur, quod successor possit illam revocare; refert & sequitur Roland. à Vall. *cons.* 1. *numer.* 97. *vol.* 1.) in præjudicium hæredum ac successorum, inferioribus Dominis, cum renunciatione prædicta fieri posse videtur.

[86 *Negativa.*] [87 *Ratio dubitandi I.*]

96 Unde etiam non † desunt ex nostris affirmantes, donationes ejusmodi à principibus, Comitibus ac aliis factas quingentis aureis majores, insinuatione egere, ita sensit Bald. *l. sancimus, in pr. num.* 5. *Codic. donat.* Felin. *cap. cum non liceat, num.* 10. *Extr. de præscrip.* Jas. *l. ex imperfecto, numer.* 2. *C. de testam.* Ant. Gabr. Roman. *tract. regul. lib.* 3. *tit. de donat. conclus.* 1. *nu.* 23. Oldrad. *cons.* 231. *nu.* 1. Cujac. *consult.* 3. *in fine.*

[*Ratio dubitandi II.*]

97 Verum his non attentis, † respondendum est, posse Principes, Duces, Comites, & alios, bona ac possessiones ad fundationes Monasteriorum, absque ullius impedimento, conferre, & in iis plenissimam remissionem facere, 98 † cum quilibet rei suæ moderator sit & arbiter. *l. in re mandata, Codic. mandat.* Schenck. *cap.* 1. *in pr. numer.* 12. *de feud. guard.* Sonsbec. *tract. feud. p.* 7. *numer.* 3. Turz. *comm. opin.* 161. Pecc. *tract. de testam. conjug. lib.* 1. *c.* 6. *numer.* 1. *lib.* 5. *c.* 20. *num.* 2. Toming. *decis.* 13. *numer.* 25. Chassan. *in catal. glor. mund. p.* 1. *consid.* 38. *conclus.* 44. *versic. secundo de eo Jure.* Marzar. *tract. de fideicomm. p.* 2. *numer.* 5. Cacheran. *decis.* 100. *ante num.* 1.

[*Affirmativa decisio. Ratio decidendi generalis.*]

99 Imo vero specialem † propositæ quæstionis decisionem nobis suppeditat text. *in cap. significavit.* 41. *de testib. & attestationibus.* Ubi, cum quidam Nobiles fundassent Ecclesiam Sancti Nicolai Sabinens. diœcesis, & liberam eam esse volentes, tempore fundationis dixissent, se nihil Juris retinere in ea, sacerdos illius Ecclesiæ, cum super tali libertate, nulla instrumenta facta fuissent, timens, ne progressu temporis probationis copia deperiret, petiit à Domino patrono super hoc sibi provideri, unde mandat Judici Sabinensi quatenus testes idoneos, quos idem presbyter super hoc duxerit præsentandos, examinet diligenter, & eorum dicta in publica monimenta redigi faciat, denunciatione præmissa fundatoribus antedictis vel eorum hæredibus, ut receptioni testium intersint, si velint & super tali denunciatione fiat publicum instrumentum. Ex quo textu clare patet, fundatores posse Juri ipsis ex fundatione competenti renunciare.

[*Ratio decidendi specialis.*]

In cujus rei decisione non est, quod præsidii aliquid in superioribus contrariis dubitandi argumentis allatis constituamus.

[*Responsio ad Contraria.*]

100 Quod enim primo loco ad † Imperatoris vel Regum alienationes attinet, illæ generaliter ac præcise prohibitæ non sunt, sed allegata in eam tantum partem procedunt, quando alienatio tenderet in magnum & notabile Imperii, Regni vel provinciæ præjudicium vel læsionem, veluti, quod ex illa alienatione sequeretur eversio & ruina status publici, alioquin enim Rex & Imperator possunt de rebus Regni vel Imperii nedum alienationes ex titulo oneroso, sed etiam donationes facere, quando essent moderatæ & ex iis non læderetur dignitas regalis, seu directo & principaliter non diminueretur regalis & suprema Jurisdictio, ut tenent Innocent. *in cap. intellecto, vers. illibata text. de Jurejur. Authent. quomodo oportet Episc. in princip.* Bald. *in Magar. in verb. Rex potest donare* Oldrad. *cons.* 94. *vers. sed quid in casu præsent.* Ubi dicit, 101 † in Jure expressum esse, quod Reges possint donationes vel alienationes, dignitatem regiam graviter non lædentes, facere, & donationes ipsas filius primogenitus servare debeat, nec contra ipsas venire possit, Paul. Castrens. *consilio* 72. *incip. Quia frustra disputaretur col.* 8. *vers. circa secundum.* late Anton. Corset. *in tract. de potest. reg. part.* 1. *numer.* 14. & *sequent.* ubi refert Bald. *in proœm. Codic.* determinare, quod quando regnum non enormiter læditur & alienationes principum non tendunt in magnam diminutionem Jurium principatus, valent, licet Imp. vel Rex donaret terras Regni, totaliter à se expropriando, neque potest successor eas revocare, ut etiam est de mente Specul. *tit. de instrument. edit.* Bart. & alior. *in l. prohibere.* §. *fin. ff. quod vi aut clam.* quia alioquin nimis servilis, indigna, & adstricta

[*Responsio ad I. rationem dubitandi.*]

stricta foret Regum & Principum conditio, si nec inter vivos donare, nec morte quid legare possent. Cum illorum proprium sit, † donare & exercere liberalitatem, *l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. cap. 1. de donat.* Joan. Andr. *cap. grandi. de supplen. neglig. prælat. in 6.* Molin. *de primogen. Hispan. libr. 1. capit. 3. numer. 20. cum sequen.* nihil, siquidem Imperatoria † atque regia majestate dignius, quam bene merentibus bene fieri, & ob id ejus liberalitas limitibus non adstringenda, *d. l. pen. Codic. de donat. inter vir. & uxor.* Castr. *consil. 63. numer. 3. vers. tertium patet vol. 1.* Pancirol. *cons. 2. numer. 17.* Berous *consil. 65. numer. 11. vol. 1.* Camill. Borell. *cons. 1. numer. 131. & sequent.* Andr. Knich. *de sublim. & reg. territ. Jur. cap. 1. numer. 256.* † Ut merito Titus Cæsar & Imperator in cœna recordatus nihil a se eo die liberalitatis profectum in quenquam, conquestus sit amicis, se eum diem perdidisse, Sueton. *in ejus vita cap. 8.* consil. *cujusdam Advocat. Camera Spirens. cons. 73. col. 9. vers. nam quod dicitur. tom. 1.* Neque † donationes ejusmodi freno subjiciuntur, præsertim proprio motu & ex mera liberalitate profectæ, Alberic. de Rosat. *l. fin. numer. 11. Codic. de Jurisd. omn. Jud.* Oldrad. de Ponte *cons. 251. num. 6. vers. mihi autem.*

102 103 104 105

106 *Alia responsio ad eandem.* Deinde vero, † etsi Imperatoris longe major sit potestas, quam inferiorum Principum, Comitum ac Baronum: tamen ductum ab illo ad hos argumentum, in his terminis non procedit: propter disparitatem bonorum, de quibus in præsenti sermo est. Præsupponitur enim, inferiores à Cæsare, de bonis propriis, allodialibus, monasteriorum fundationes fecisse; Jura autem superius de Imperatore allegata, loquuntur de bonis Imperii, & non de patrimonialibus ipsius Imperatoris, quorum equidem liberum æque ut alii arbitrium habet, secus autem in iis, 107 quæ ad Imperium vel Regnum ipsum spectant † Illa enim non sunt in marsupio Cæsaris, Regis, aut Principis, ut eleganter docuit Bald. *in capit. intellecto. de Jurejur.* Roland. à Vall. *consil. 1. numer. 115. vol. 2.* Anton. Peregrin. *de Jure fisci. sub rubr. habentes Jura fisci an poss. numer. 71.* Thom. Michael. *de Jurisdict. thes. 14. lit. b.*

108 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Quod præterea secundo † loco objectum est, insinuationem esse necessariam, ut valeat Principis superiorem recognoscentis donatio, id undiquaquam receptum non est, sed sanior interpretum pars in contrariam it sententiam, cui satis applaudentes non desunt rationes & fundamenta. Quæ in præsentiarum, cum sint extra instituti metam, recensere non vacat. Ita autem in specie decidit Bart. *in l. si consul. numer 3.* per ill. text *ff. de adopt.* Joan. de Imol. *in l. Aquilius, versic. extr. gloss ff. de donat.* Capyc. *decision. 203. numer. 13.* Alexand. *cons. 157. numer. 7. vol. 2.* argumen. *§. fin. Authent. ut non fiant pign.* quibus in terminis subscribit Frid. Pruckman. *tract. de regalib. §. soluta potestas, ca. 4. membr. 3. effect. 1. num. 24.*

Nec ab hac opinione alieni sunt admodum Bald. & Jas. *in locis antea adductis*, cum nimirum Bart. & Francisc. Tigri consilium pro testamento Ursini concludens allegant.

Transitio ad alios amittenda Advocatiæ modos. Sed huc usque in quartæ tollendæ Advocatiæ ex renunciatione provenientis, & inde ad manus data donationis ecclesiasticæ materia nimis diu immorati esse videmur; nunc igitur, ut ordine cœpto progrediamur, alias etiam tollendæ Clientelæ formas, recensendo prosequamur, instituti nostri necessitas efflagitat.

109 *Interitus Advocatiæ* Cum ergo inter reliquas † existentis Advocatiæ causas ex dominio territorii, in quo Monasterium aliquod situm est, Advocatiæ præsumptionem exurgere ex dictis in Cap. de forma appareat, inde non obscure colligitur, Sexto modo ex amissione territorii jus quoque defensionis amitti, Wesenbec. *consilio 48. numer. 10. libr. 1.* ubi dicit tale jus transire non modo in hæredes suos, sed etiam in extraneos & quoslibet successores, qua de successione nos *infra* speciatim tractabimus, ideoque ad quem devenit † territorium cui annexum fuit jus Advocatiæ ad eundem etiam Jure universitatis transit idipsum, ut in simili de Jure patronatus testatur Abbas *in capit. illud numer. 4.* & melius *in capit. sæculum numer. 1. de Jure patronat.* Hostiens. *eodem tit. numer. 7.* Paul. de Castr. *consil. 134. column. 1.* ubi allegat alia Jura & auctoritates ad hoc, quod vendito territorio † vel castro in venditione jurisdictio Imperium & similia Jura territorio annexa transeant in emptorem Oldrad. de Ponte *cons. 312. incip. Thema quæstionis*, ubi tradit, jus patronale transire in vasallum, si castrum, villa vel Civitas in feudum dentur.

ex Territorii amissione VI. 110

Et hæc breviter de sexta Advocatiæ ex territorii amissione sublatæ causa, nunc septimo loco de alia videndum est.

111 *VII. Virum Advocatia, ex mutatione dominii, si clientes in alterius Imperium transferantur, extinguatur. Affirmativa.* *Si igitur, quod frequenter fieri † solet, contingat provinciam, ditionem, Civitatem vel communitatem aliquam, quæ certum habuit Protectorem annuo honorario irrevocabiliter constitutum, Domino suo mutato in alterius transire Imperium, quæritur an talis ditionis, Civitatis vel universitatis Advocatia, tertio alicui competens propter Magistratus mutationem emoriatur.*

Pro parte Affirmativa facere videtur, quod conventionales Advocatiæ, quibus de hoc loco controvertitur, sint Jura & pacta personalia, quæ mutatis personis paciscentium extinguuntur & ad tertium non transeunt, *l. unic §. ante omnia ff. de pactis leg. quo tutela. §. final. Digest. de Regulis Juris. cum similibus.*

112 *Negativa decisio.* Verum non attenta † ista objectione, omissis ambagibus, ad præsentem quæstionem breviter respondeo Protectionis contractum ex ista dominii in alterum translatione nequaquam tolli aut dissolvi.

113 *Ratio I decidendi.* Primum autem decidendi argumentum inde sumo, quod constet, Jura † clientelarum accenseri servitutibus, realibus, quæ ad hæredes & quosvis alios, cum reipsa tanquam eidem inhærentes, possessores transeunt, uti post Thom. Maulium *tract. de Homag. capit. 11. numer. 3.* & Wesenbec. *consil. 48. numer. 2. Tom. 1.* ubi ex Hostiens. Panorm. & Bald. probat jus Patronatus tutelare comparari servitutibus & ex Jure earundem æstimari, nominatim testatur Christoph. Besold. *dissertat. noviss. de Jure fæder. capit. 5. sub numer. 9.*

Ratio decidendi II. Deinde etiam illud in confesso est, quod, in casu proposito, Protectori constituto, per pactionem, inter ipsum & populum in alienum Imperium transeuntem, factam, jus Protegendi † quæsitum fuerit, quod sine facto ejus & consensu, ab eo auferri non potest, nec debet *l. final. de pact. l. id quod nostrum de Reg. Jur.* Frid. *2. de mandat. 14. nu. 8. in fin.*

Ratio decidendi III. Præterea hanc decisionem nominatim amplectitur Jacobus Sinzius *in disput. de Iure protect. Argent. Anno 1621. habita. th. 31.* ubi concludit libera Civitate, forma seu statu mutato, sub alterius Imperium transeunte, pactum Protectionis cum alio initum non extingui, maxime si tacitus vel expressus consensus populi, in cujus salutem pactio inita est, (id quod in universitatis Advocatia constituenda necessarium esse *alibi* diximus) intercesserit, & contractus Advocatiæ celebratus è re & utilitate publica ab

ex ab initio visus fuerit, in exemplum adducens Civitatem † Antverpiensem, quæ cum ex libertate in potestatem Regis Hispaniarum recidisset, ea de causa ex ære Reipubl. nomine contracto, non liberari censebatur, ut de eo disserit Arnisæus *lib.* 1. *capit.* 5. *section.* 4. *num.* 7.

Solutio contrariorum.

Nihil vero obstat huic definitioni, adducta initio dubitandi ratio, quod nempe Advocatiæ pactiones uti Jura personalia, mutatione personarum extinguantur. Quia respondetur hoc esse verum in iis clientelis quæ ad vitam duntaxat Patroni vel clientis initæ fuerunt, secus autem in Advocatiis perpetuis, quamvis nec personæ in hac dominii mutatione tollantur, sed ad aliud Imperium duntaxat transfundantur.

114 *VIII. Amissio Advocatiæ ex libera populi liberi sub protectione existentis resignatione, Ratio I. hujus dissolutionis.*

Octavo insuper † cum *in IX. Capite* traditum fuerit jus protectionis interdum ex spontanea liberi populi in protectionem alicujus deditione ortum quoque sumere, consequenter dicendum est, illud contraria illorum explicatione dirimi ac tolli.

Cum enim submissio illa in clientelam, ad ipsorum duntaxat clientum propriam utilitatem initio facta esse ponamus, ea quidem intentione ut quandocunque ipsis liberet, rursus exire tutela liceret, non quidem ut amitterent, sed illibatam potius retinerent libertatem suam, clientes absque pacta mercede aliqua protectori se subdiderint, ut ejus nempe armis potentiaque & consilio, adversus aliorum violentiam defenderentur; nihil sane obstat, quo minus illi, qui taliter, ut dictum est, sui solius causa Protectorem elegerunt, pro libitu rursus illi tutelæ renunciare atque in pristinam suam laxitatem sese recipere possint, argumen. *leg.* 2. §. *exactis deinde regibus Digest. de origine Jur.* §. *Item ea, quæ ab hostibus Institut. de rerum division. l. nihil. in princip ff. de captiv. & postliminio. l.* 3. *& l. naturalem. in princip. ff. de acquirend. rer. domin.*

115 *Exemplum de Bernensibus.*

Hunc in modum testatur Bodinus *libr.* 5. *numer.* 6. *de Republic.* Bernates, † olim, cum se ob metum Burgundorum in Comitis Allobrogum clientelam contulissent, metu postea sublato eosdem ita volentes, absque omni Comitis contradictione lege clientelari solutos fuisse, & Comitem eos tanquam fidos socios, quam infidos clientes maluisse habere. Plura exempla diligentius indaganti non essent defutura, quemadmodum nec alia rationum momenta deficiunt.

II. Ratio soluta Advocatia ex prædicta causa.

Quod autem liber populus, qui sponte & gratuito sese in alicujus clientelam contulit, eadem se rursum pro libitu exonerare atque eximere possit, ex eo insuper liquet, quod quælibet pactio, ob unius duntaxat utilitatem factam eo usque tantum, quo usque illi placet, & non ultra durare censeatur, ideoque ea pars, in cujus commodum pactum fuit, ab eo semper recedere possit, uti ad hoc extant text. manifesti *in l. penult. Codic. de pactis l. si quis in conscribendo Cod. de Episcop. & cleric. l. egregius leg. stipulatio ista.* §. *inter certam, Digest. de verbor. obligat. l. filiusfamilias.* §. *Divi ff. de leg.* 1. *l. cum pater,* §. *rogo. &* §. *mando, ff. de leg.* 2. *l.* 1. *Digest. mandat. in princ. Institut. eodem tit. l. sub hac Digest. de action. & obligat. l. sed & si lege.* §. *consuluit. ibi*, dum re sua sese abuti putant *Digest. de petit. hæred. l. non usque. ff. si à parente quis fuerit manum. leg.* 2. §. *& magis verb. prodegit. Digest. si quis in fraud. patron. l. invito. ff. de regul. Jur.* §. *præterea, cum ibi not. Institut. de action.*

Ratio III.

Præterea supponimus, quod in hoc casu protector clientes ex gratia quadam ad eorundem petitionem in defensionem susceperit: At gratiam, † beneficia & similia, præsertim hic, ubi ea magis clientum, & sic unius quam utriusque gratia concessa videntur, accepta repudiare posse, inquit text. *in l. si quis in conscribendo,* 29. ac *ibi* Doctor. *Cod. de pactis & capit. ad apostolicam,* ubi Canonistæ *de regular. & Interpret.*

116 *Ratio IV.*

Quarto si clientibus † non liceret à libera Protectoris suscepti electione, quoties iis libitum est, resilire, sequeretur, eam, quæ ob solam eligentium commoditatem, usum atque opportunitatem instituta fuit, Advocati electionem, in ipsorum dispendium atque implicationem, ac consequenter libertatis amissionem, contra Juris dictamen, converti, argumen. *l. legata inutiliter. Digest. de legat.* 1. *l. non ideo minus. Cod. de procur.* Valq. *illustr. controvers. libr.* 2. *capit.* 89. *numer.* 60.

117 *Ratio V. à simili:*

Quinto ita in simili Juribus † feudalibus receptum est, vasallum invito domino feudum refutare posse, per text. *in c.* 1. *in fine, ibi* Bald. *nu.* 6. *de vasall. qui contr. constit. Lothar.* Sonsbec. *tract. feud. part.* 12. *num.* 114. Abb. *c. quæ in Ecclesiarum, num.* 19. *ibi* Felin. *num.* 76. *Extr. de constit.* Wesenb. *de feud. c.* 9. *nu.* 3. *& c.* 11. *nu.* 11. Borcholt. *de feud. c.* 8. *nu.* 53. Curt. *part.* 4. *nu.* 135. Zas. *part.* 10. *num.* 85. Thom. de Marin. *tract. feud. tit.* 2. *num.* 120. Mynsing. *obs.* 65. *cent.* 5. *obs.* 23. *nu.* 1. *centur.* 6. Stephan. Aufrer. *in addi. ad Capell. Thesau. decis.* 404. *vers. posset igitur poni* Molinæ. *in consuetud. Parisiens. in tit.* 1. §. 1. *gloss.* 5. *nu.* 3.

118 *Ratio ultima ab autoritate. Judæi in protectionem recepti, an invito Protectore ac loci Domino inde discedere possint. Affirmativa Decisio.*

Quinimo eo modo † susceptos in protectionem pro libitu eam deserere posse, in terminis probat magni nominis Jurisconsultus Rutger. Ruland. *de commiss. part.* 3. *libr.* 7. *capit.* 3. *numer.* 5. ubi nominatim in facti contingentia testatur, Judæos in protectionem susceptos tutela exire volentes, à magistratu protectore impediri haud posse, † adducens præjudicium in causa Simon und Schümal die Juden contra Herrn Hansen von Rechberg zu hohen Rechberg Rittern / contra quem cum ad certum tempus Judæos in protectionem recepisset, & iis discedere volentibus, eorundem uxores ac liberos captivos detinuisset, mandatum de dimittendo cum clausula decretum fuit, 28. Septemb. Anno 1551.

119 *Præjudicium Cameræ.*

Sed obstare antecedenti pronunciato videtur, † quod in simili de Civibus Jura disponunt, eos invito magistratu, cui se submiserunt, non posse sese ad placitum subtrahere, ut visus est nominatim defendisse Thom. Michael. *disp. de Jurisdict. thes.* 138. per rationem, † quod sicut Dominus subditos invitos alienare nequit,

120 *Objectio I.* 121

c. 1. *de prohib. feud. alien. per Frider. c.* 1. §. 1. *quo temp. mil. invest. c.* 1. §. 1. *de leg. Corrad.* Natta *consil.* 397. *& cons.* 506. *num.* 15. Cravett. *cons.* 54. *num* 3. Roland. à Vall. *cons.* 1. *num.* 34. *vol.* 1. Cacher. *decis.* 139. *num.* 1. Menoch. *cons.* 32. *num.* 21. Gabriel. 3. *Commun. de Jur. quaes. non toll. conclus.* 8. *num.* 1. infinitos adducit Tapia *in repet. l. fin. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 40. *de constit. princ.* Hotoman. *illustr. quæst. q.* 1. *&* 5. *obs.* 9. *in fin.* Wesenb. *l. debitorum nu.* 4. *de pactis.*

122

Sic & econtra subditi alteri, † quam vero Domino se submittere non debeant, per notat. Bald. *cons* 135. *vol.* 5. Surd. *cons.* 47. *nu.* 25. *&* 34. facit arg. *l. patre furios.* 16. *quib. casib. ff. de his qui sui vel alien. Jur.* † habent enim se subditi ad dominum, ut liberi ad parentem, Natta *cons.* 445. *nu.* 6. Bald. *cons.* 410. *nu.* 5. *vol.* 5.

123

124 *Objectio II. ex aurea Bulla.*

Hinc & Imperator Carolus IV. † in Constitutione quam ab appenso Imperatoris aureo sigillo, per excellentiam *Auream Bullam* vocant, *ca.* 16. Subditos, qui se in aliarum Civitatum Cives recipi procurant, earum libertatibus in nullo potiri, recipientes vero alienos subditos centum marcis auri mulctari debere, statuit, Gerlac. Buxd. *in dissert. ad* 17. *prior. Aur. Bull. c. concl.* 99.

125 *Objectio III. ex aliis Autoribus.*

Quin & principes vel Civitates statuto prohibere posse, ne subditi emigrent, voluerunt Joan. Bodin. *de Republic.*

Republ lib. 1. *cap.* 6. *numer.* 58. Bernhard. Grevæ. *libr.* 2. *obs.* 36. *cons.* 2. *numer.* 6. ab eo recte laudatur Petr. Ant. de Petra *de potest. Princip. ca.* 13. *num.* 13. qui etiam dicit, ita signanter respondisse Socin. Jun. *cons.* 76. *num.* 15. *& seqq. lib.* 4.

126 *Solutio objectionum praecedentium. Responsio ad primam.* Verum nihil est, † quod nos moveat adducta objectio. Si enim Dd. authoritates plenius introspiciamus, contrarium hujus de Jure statuere multo plures reperiemus, aperte tradentes, subditos Juri Civitatis renunciare, & aliorsum migrare, pro libitu posse, ita nominatim adversus prædictam sententiam stantes adseverarunt Dn. Frider. Pruckman, Consil. & Vice Cancell. Elect. Brandenb. *tract. de Regal.* §. *soluta potestas. membr.* 2. *capit.* 4. *effectu.* 6. *numer.* 131. Bodin. *d. lib.* 1. *capit.* 6. *numer.* 58. Petra. *de potest. princ. de capit.* 13. *numer.* 13. Bernhard. Grevæ. *d. libr.* 2. *observ.* 36. *consid.* 2. *numer.* 3. Henric. Bruning, *in disputat. de Jure univers. conclus.* 39. & post Bartol. Corn. & Rebuff. Nicol. Boer. *decision.* 260. *numer.* 14. ubi dicit, hominem alicujus Baronis, se posse eximere potestati ejus, seque civem facere urbis propinquæ. Marcabrun. *consil* 70. *numer.* 51. *libr.* 1. Andr. Gail. *libr.* 2. *observ.* 36. *numer.* 7. Id quod etiam ulterius probari potest, ex eleganti loco Ciceronis *in orat. pro Lucio Cornel. Balb. O Jura*, exclamat, *praeclara, atque divinitus jam inde à principio Romani nominis, à majoribus nostris comparata, ne, quis invitus Civitate mutetur: neve in Civitate maneat invitus; Hæc enim sunt fundamenta firmissima nostra libertatis, sui quemque juris & retinendi, & dimittendi dominum esse, &c.*

127 *Responsio ad objectionem II. ex Aurea Bulla desumptam.* Nec quicquam refragatur etiam † huic sententiæ allegata Aurea Bulla Carolina. Etsi enim prima fronte alicui videri posset, prædictam Aureæ Bullæ constitutionem innuere, quod subditis non liceat, absque licentia Domini alio commigrare, alibive Civitatem acquirere, per supra notata: Si tamen penitus ejus verba inspiciantur & perpendantur, apparebit ea non de liberis civibus, sed de Pfalburgeris accipienda esse.

Pfalburgeri qui nam? Erant autem Pfalburgeri, † Principum aliorumve subditi, qui invito Domino, in aliarum Civitatum Cives se recipi curabant, & nihilominus in priorum Dominorum terris residentes, Juribus ac libertatibus recipientium Civitatum gaudere atque ab iis defensari volebant. Cum vero dolosa Civitatis hæc esse acquisitio; Carolus IV. Imper. eos nisi corporaliter in Civitates transeuntes, laremque ibi foventes, onera sustinerent, libertatibus earum in nullo potiri; recipientes vero centum auri Marcis mulctari debere, dicta aurea Bulla constituit.

Alias etiam ante Caroli IV. ætatem Pfalburgeros (quos Dn. Goldastus *Constit. Imper. Tom. I. in Rational.* ex Frehero falsos cives indigitat) haud esse recipiendos, ex Caroli M. Friderici II. Impp. & Henrici Reg. Roman. constitutionibus quas Dn. Gold. *citato Tomo fol.* 10. 11. 82. & 79. exhibet, satis liquet; ex quibus postea Carolus IV. caput XVI. A. B. concinnavit quidem, pravam tamen illam consuetudinem qua de *supra*, abolere prorsus non potuit.

Et licet Sigismundus Imper. Anno 1431. prædecessorum in Imperio Constitutiones, de iisdem Pfalburgeris, renovaverit, & Maximiliani I. Imper. tempore (ut ex *Recess. Imper. Anno* 1512. *Treveris & Colonia habitis.* §. 17. clare patet) graves de hac receptione querelæ moverentur, malum tamen hoc neque tunc, neque sequentibus annis penitus sublatum fuit.

Responsio Quod vero ulterius *sub numero* 125. allegati Auctores asserunt alicubi Statuta exstare ne subditi emigrent, ea Juri communi hac in re nihil derogare posse, contrariumque usu observari, & cives libere aliorsum lares suos transferre posse, in aprico est, modo id malitiose non fiat, Marcabrun. *d. consilio* 70. *numer.* 50. *libro primo*, etiam invito Domino, Jus Civitatis resignare, & alio, quo lubuerit, migrare, per text. *in l.* 5. §. *fin. ibi.* si malit. *& leg. in bello* 12. *in pr. ff. de capt.* Consentit *Recess. Imper. de Anno* 1555. §. Wo aber unsere. Et sic in effectu tunc solum Cives, vel subditos alienos, in Cives aliarum Civitatum recipere per hanc legem vetitum est, cum & quamdiu Cives & subditi alterius sunt, alteriusque in terris degant. *ad III. objectionem ab Auctoritate ductam.*

Quod si vero antiquo Domino renunciaverunt, corporaliterque aliorsum se transtulerunt: tunc illos recipere nullo modo prohibitum est. Ita seipsum declarat Gerlac. Buxdorff. *in d. conclus.* 99. *lit. f.*

128 Porro ad liberos homines, qui † Protectores suos defendendi munere, per resignationem liberarunt, illud ignorandum non est, quod ejusmodi Clientes post refutatam protectionem, ob pristinæ clientelæ reverentiam, nullo modo offendere debeant veterem protectorem, ut in simili de Vasallo statuunt Jura feudalia, *in cap.* 1. *de Vasallo qui contr. constit. Lothar. Reg.* & eleganter notat Rosenth. *synops. feud. cap.* 9. *conclus.* 50. *num.* 5. ubi *sub lit. d.* sexcentos hujus assertionis testes coacervat.

IX. Cessatio Advocatiæ ex acquisito rei in protectionem commissæ dominio. Nono Advocatia, de qua agimus, finitur, acquisito rei in protectionem † commissæ dominio, quando scilicet Protector Civitatis, aut pagi, cujus Advocatiam gessit, in solidum Dominus esse cœpit, argum. *l.* 1. *ff. quemadm. servit. amitt. l. uti fius ff. si usufru. petat.* † Quemadmodum enim servitus perit, confusione, ut si quis fiat Dominus prædii illius, cui meus fundus servitutem debuit, servitus prædialis dicitur confundi, ac eo ipso desinere: Ita etiam, si quis rem fidei ac tuitioni suæ commissam quocunque titulo acquirat, protectio desuper conducta evanescit; † sicut pariter, si quis fiat Dominus rei, quæ sibi usumfructum debuit, ususfructus dicitur consolidari cum proprietate, *l. si tibi fundus. Digest. quib. mod. ususfruct. amitt. leg.* 1. *ff. de usufru. accrescend.* 129 130 *Ratio, ex modo absorpta Advocatia.* 131 132 *Ratio II.*

Secunda ejus rei ratio inde capitur, † quod, sicut res sua nemini potest servire, quippe, qua utitur Jure dominii, non Jure servitutis, *l. in re communi.* 26. *ff. de servit. urban. præd.* ita rem suam nemo habet in tali protectione ac tuitione, de quali nos in præsenti tractamus, cum jus illud Protectionis, personas ac res alienas, ut *supra capit.* 4. & *alibi* etiam latius deductum est, proprie respiciat.

133 *X. Cessatio Advocatiæ ex Protectoris extincta familia.* Porro cum ad certam † quoque generationem constitui posse clientelam, argumento eorum, quæ Borchol. *tract. de feud. cap.* 3. *numer.* 16. *de Jure Emphyt.* Obrecht. *disputat. eadem Thes.* 108. & Jacob. Synzius *de Jure protect. Thes.* 15. asserunt, evincatur, idcirco decimo evanescit Jus Advocatiæ, si omnes de familia, quæ protegendi jus ac potestatem habuit, morte sublati fuerint, quæ causa probatur argumento eorum, quæ in simili de Jure patronatus Ecclesiastico tradita sunt, à Cardinal. Zabarel. *in c. querelam. de election.* Geminian. *cons.* 32. *numer.* 1. & in specie per Thom. Trevisan. *in decis. Palatinatus Apostolici libr.* 2. *decis.* 55. *numer.* 44. † ubi nominatim etiam tradit, quod familia extincta, jus quoque patronatus extinctum præsumatur. 134

135 Sic etiam feudum † concessum certæ alicui familiæ, familia illa deficiente & ipsum ipso Jure deficit.

Picus

Picus in cap. 1. in princip. n. 9. quib. mod. feud. amitt. Curt. Jun. de feud. p. 4. num. 155. versicul. ego addo. Herm. Vult. de feud. c. 11. n. 60. §. octavus feudum. lib. 1.

XI. Cessatio Advocatiæ ex facta commissi in Protectionem monasterii cum alio Unione.

136 Undecimo Advocatia finitur, si Monasterium aliquod in quo jus protegendi quis habuit, alteri Monasterio, cum consensu Advocati, uniatur; tum quia istud quod alteri unitur, extinguitur, neque per se amplius stare dicitur, c. sicut unire de excessib. prælator. DD. in c. cum accessissent. de constitut. Gomez in Reg. Cancellar. de trien. poss. q. 8. Joan. Andr. in Clem. 1. de supplend. neglig. prælat.

Ratio I. Ratio II.

137 Tum, † quia una Ecclesia alteri unita amittit jus suum, & eo utitur, cui facta est unio, cap. recolentes, §. fin. de stat. monachor. 138 † Tum etiam quia annexæ Ecclesiæ cum illis, quibus annectuntur, eædem censentur, ut tradit interpres antiquus regularum, c. & 139 temporis 16. q. 1. c. 2. de religios. dom. c. final. §. hostilitatis 25. quæst. 2.

Causæ Unionis.

140 Unionis autem ejusmodi causa, † rationem habet, vel propter nimiam vicinitatem Ecclesiarum, cum utraque facile per unum regi potest; vel cum altera caret populo, ob incursiones hostium, vel morborum luem, vel aliam ob causam, sicuti certis de causis Imperatores ex duabus dignitatibus unam facere possunt, vel unam alteri unire, §. illud ut jud. sine quoque suffrag. in Auth. collat. 2. Item & propter alterius Monasterii inopiam Petr. Gregor. Tholos. syntagm. Jur. univers. lib. 17. c. 5. n. 7.

141 Quare & in unionibus † veri reditus utriusque Monasterii exprimi, & omnes, quorum interest, convocari debent, alias non valet, ut deciditur regula Cancellariæ Pauli Papæ III. de unionibus.

142 Ex his causis olim † Cœnobium S. Joannis in 143 Thurthal unitum fuit Monasterio S. Galli, † & cœnobium Stein/ Monasterio Petershusano extra muros Constantienses sito.

Ratio ulterior cessantis ex unione Iuris protectionis à simili.

Quod autem, ut dictum est, per ejusmodi unionem factam, Advocatus amittat jus protectionis, præter prædictas rationes, probari etiam potest, exemplo Juris-patronatus Ecclesiastici: † Quemadmodum enim si patronus Ecclesiasticus patiatur aut consentiat, Eccle-144 siam, cujus Jus patronatus habuit, alteri Ecclesiæ, vel loco religioso uniri, illud amittit, ita tradente Joan. Andr. in c. 2. de religios. domib. & nominatim scribente Nicol. Delphin. de Jur. patronat. lib. 2. num. 224. versicul. Quinto extinguitur. Cæsar Lambert. art. 10. quæst. 7. princip. lib. 1. num. 1. Paul. de Citadin. part. 14. vers. secundo finitur, num. 3. Speculat. de Jur. Patron. in fin. Sic etiam, si Advocatus tutelaris patiatur Monasterium, cujus Patronus fuit, alteri uniri, jus Advocatiæ in eodem perdere videtur.

Utrum unio Ecclesiæ Clientelaris invito Protectore fieri possit.

145 *Sed quæri hic solet, an etiam, invito Patrono unio ejusmodi fieri possit?*

Decisio Negativa. Ratio decisionis.

Et concludunt † Canonistæ communiter negative, quia in unione facienda requiritur consensus omnium, quorum interest, secundum Zabarell. & Paul. de Leaza, in clemen. si una de reb. Eccles. non alien. facit text. in 146 cap. filiis & sequent. 16. quæst. 7. Nam officium patroni est defendere Ecclesiam & ejus bona; sed Ecclesia per unionem, quandam diminutionem pati videtur, per tradita Nicol. Delph. d. libr. 2. n. 225. Ergo, 147 &c. † Et quod unio beneficii non possit fieri, sine consensu patroni, tenet etiam Felin. in cap. cum accessissent. de constitut. Thomas Fastoli in opusculo suo decisionum Rotæ caus. 2. dubio 6. ubi refert, ita dixisse majorem partem auditorum Rotæ. Rochus de Curte tract. Jur. patron. verb. honorificum ante numer. 9.

XII. Dissolutio Advocatiæ ex non usu.

148 Præterea ad duodecimum † dissolvendæ Advocatiæ modum progrediendo, cùm ex alibi traditis constet, Protectionis jus per usucapionem acquiri, consequens est, idipsum quoque vicissim contrario præscriptionis adminiculo, vel, quod idem est, non utendo instar servitutum extingui, quod tunc nimirum contingit, quando Patronus ad defendendum clientes citatus ac requisitus defensionem non præstitit, argument. l. 16. prin. Cod. de usufr. l. 16. Codic. de servitut. Et hanc amittendæ Advocatiæ formam scribendo comprobat Maul. de Homag. tit. 11. num. 18. & eundem secutus David Hepingk. post hæc scripta visus, in dissert. de Jure Advocat. conclus. 61. lit. E. quam etiam ante hos in terminis consulendo expressit Hier. Schurff. cons. 7. nu. 9. inter Kerchov. cons. vol. 4. de qua etiam scripsit Wesenbec. consil. 48. numer. 16. p. 1.

Quemadmodum etiam si Protector per tempus legitimum in quasi possessione libertatis non defendendi extitit, libertatem defendendi præscripsisse censetur, & per consequens ad præstandam defensionem amplius non tenetur, argumento eorum, quæ in simili de præscriptione servitiorum tradunt Feudistæ Bald. Alvar. Præposit. & Matth. de Afflict. §. licet, si de feud. defunct. content. Alex. cons. 136. num. 19. lib. 2.

Requisita ad præscriptionem extinguendæ Advocatiæ modum.

149 Hoc tamen casu, † ut præscriptio valida sit, omnino requiritur intervenisse ex parte quidem clientum requisitionem ad defensionem præstandam, ex parte protectorum vero recusationem Patronorum, & clientes in eadem acquievisse, per ea, quæ traduntur, in l. quo minus ubi Jas. nu 31 ff. de fluminib. Balb. de præscrip. part. 4. q. 5. n. 3. per l. qui fluminibus ff. de serv. rust. prad. c. significante, de appell. & c. Abbate, de verb. significat. Schurff. cons. 1. n. 16. centur. 3.

Ratio à simili.

150 Sicut enim vasallus non requisitus † feudum non amittit, etiamsi longissimo tempore steterit, quod non servivit, c. 1. §. ad hoc & ibi Feudistæ. hic finit. lex c. licet. si de feud. defunct. Rosenth. tract. feud. cap 8. conclus. 26. n. 2. Ita quoque non amittitur jus protectionis, si patronus vel protector longissimo tempore non fuit requisitus, da ein Schutzherr in Bedenckung der Unnotturfft/oder daß man sich sonst behelffen/unnd entschuldigen mögen/ ein gar lange Zeit nicht requirirt würde/ präscribirt unnd verjähret sich darumb die Schutzgerechtigkeit nicht/ exemplo vasallorum, qui longissimo tempore non servierunt dominis, vel quia non fuit opus, vel quia dominis aliorum auxilium sufficiebat. Thom. Maullius tract. de Homag. tit. 11. num. 18. 151 † Sicut in simili non præscribitur exceptionibus, quæ etiam sunt defensiones, l. defensionis, C. de except. ne mille quidem annis, 152 † quia pendent ex facto alieno, nec opponi possunt antequam alius agat, & velut offendat, Bart. in l. sicut n. 2. C. de præscript. 30. annor. per l. 1. §. ult. C. de annal. except. gloss. in d. l. sicut 3. verb. persecutione, & per ill. text. C. de præscript 30. annor. Abb. & Felin. in c. si autem 9. de rescript. Franc. Balb. tract. præscriptionum, 4. part. 4. partis princip. q. 34. 153 † nec servitutibus, jurisdictionibus, aut similibus etiam præscribitur centum vel pluribus annis, quando casus utendi non incidit, l. hæc autem Jura, ubi Bald. num. 1. de serv urb. prad. Bart. in l. cum scimus, n. 2. C de agr. & censit lib 11. Cynus in l. 1. n. 5. C. de serv. Jas. l. beneficia, num. 56. de const. princip. Alex. cons. 136. n. 18. vol. 2. Chassanæ consuetud. Burgund. rub 1. de justit. §. 4. verb. nova militia, n. 11.

154 Requisitionis tamen à clientibus factæ & subsecutæ denegationis vel omissæ defensionis † probatio, utpote quæ facti est clientibus incumbit, leg. 2. de probat. 155 Facta enim non præsumuntur, † sed probari debent l. sive possidetis, C. de probat. l. asseveratio C. de non numer. pecun.

Quanto tempore ejusmodi præſcriptio compleatur.

156 Sed hic inſurgit dubium, *quantum temporis ad ejusmodi præſcriptionem requiratur?*

Et quidem Jacob. de † S. Georg. *in tract. de Rhoyd.* exiſtimat, requiri ad præſcriptionem libertatis, contra ſervitia domino debita ſpatium tanti temporis, cujus in contrarium memoria non exiſtit.

Ratio dubitandi pro tempore Immemoriali.

157 Et hæc ſententia † confirmari videtur ea ratione, quod libertas contra ſervitia non aliter præſcribi poſſe videatur, quam ipſa ſervitia, arg. *l. nihil tam naturale ff. de reg. Jur.* ſed ſervitia, quia cauſam continuam non habent, non, niſi ſpatio illius temporis, cujus in con-158 trarium memoria non extat, præſcribi queunt, *l. ſervitutes*, 14. & *ibi* gloſſ. & Dd. *ff. de ſervit.* gl. & Dd. *l. 2. C. de ſervit. & aqua.* Cæpoll. *in tract. ſervit. urban. præd. cap.* 19. Unde videtur dicendum ſimili modo nec libertatem contra defenſionem omiſſam ullo tempore, quam illius cujus in contrarium memoria non exſtat, præſcribi poſſe.

Deciſio in tempus triginta annorum. Ratio decidendi ab auctoritate.

159 Verum his non attentis, † concludo, quod inſtar ſervitiorum, libertas non defendendi triginta annorum ſpatio præſcribatur, per ea quæ tradit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. rubr. de præſcript.* Abb. *cap. ad audientiam, num.* 17. Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 31. *lib.* 1. Tum, quia defenſio perſonæ à perſona debetur, vel à re perſonæ, licet cauſam continuam non habeat, tempore minori, quam illo, cujus in contrarium memoria non exiſtit, legitimo videlicet, præſcribitur, Bartol. *l. juſto* 44. *§. non mutat. ff. de uſucap.* Corn. *conſil.* 268. *n.* 23. *verſ. ſecundo non obſtat lib.* 4. Cæpoll. *in tract. de ſervit. urban. præd. cap.* 19. *num.* 1. Tum quia etiam in illis caſibus, in quibus ad præſcribendum Jura diſcontinua requiritur tempus immemoriale, libertas, contra hæc Jura, minori tempore, legitimo videlicet, præſcribi poteſt. Corn. *d. conſ.* 268. *num.* 23. *verſ. ſecundo non obſtat.* Cæpoll. *d. tract. de ſervit. urban. præd. cap.* 24. *num.* 5.

Ratio decidendi II à ſimili.

160 Et in terminis ſervitiorum, † quod libertas non ſerviendi, & ita pariter non defendendi, triginta annis præſcribatur, eſſe magis communem opinionem, teſtis eſt Ludolph. Schrader. *tract. feud part.* 6. *cap.* 6. *num.* 62. ubi repudiat Jacobin. de Rhoydis ſententem, quod contra ſervitia libertas non niſi tempo-161 re immemoriali præſcribatur. Nec † enim hic verſamur in ſervitute prædiali, in qua triginta anni non ſufficiunt, Cæpoll. *d. tract. de ſervit. urb. præd. cap.* 19. *num.* 2. *& ſeq.* Mynſing. *obſ.* 53. *cent.* 4. Dd. *in l. ſervitutes*, 14. *ff. de ſervit.* [illegible] *in l.* 2. *C. eod. tit.* Gail. *obſerv.* 66. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 2.

162 Et denique de ſervitiis feudalibus, † quod ea vaſallus contra dominum triginta annis præſcribat, communiter ſtatuunt Feudiſtæ, Weſenb. *de feud. cap.* 15. *num.* 3. Henric. à Roſenthal. *ſynopſ. feud. cap.* 6. *nu.* 15. *lit. t.* Wurmſer. *in obſer. tit. de feud. obſ.* 15. *&* 25. Bellon. *conſ.* 1. *n.* 16.

Plures unius clientela Protectores aliis requiſitis, ipſi non rogati an præſcribant.

163 Sed & illud hic in dubium vocatur, † *quid dicendum ſit eo caſu, quando unius clientela Advocati plures exiſtunt, & caſu defenſionis præſtandæ eveniente, clientes hoc vel illo patrono præterito, alios ad protegendum duntaxat requiſierunt, an tunc non vocati, ex iſto tempore in quaſi poſſeſſione libertatis eſſe, ac præſcriptionem incepiſſe cenſeantur?*

Affirmative.

164 Et videtur ad hoc affirmative † reſpondendum eſſe, † cum in ſimili, ex ſententia quorundam, is immunitatem à collectis præſcribere incipiat, qui cum cæteris ex-165 actus non fuit, etiamſi eas expreſſe non recuſaverit, ut voluerunt Cravett. late *conſ.* 111. Joan. Jac. de Leonard. *inter conſilia feudalia Bruni conſ.* 117. *n.* 139. & videtur hoc etiam velle Gail. *obſ.* 60. *n.* 5. *lib.* 1. ſequitur Natta *conſ.* 406. *num.* 21. *& ſeq. & conſ.* 431. *num.* 27. Didac. Covar. *in cap poſſeſſor. p.* 2. *§.* 2. *num.* 8. plures allegans, multos congerit, & communem teſtatur Burſat. *conſ.* 185. *numer.* 13. Sylvan. *conſil.* 59. *num.* 11.

Ratio dubitandi I. à ſimili.

166 Sic etiam habetur † per Dec. *in c. cum acceſſiſſent, col.* 4. *de conſt.* quod ſi civitas obligata ſit mittere exercitum, ſi caſus neceſſitatis evenerit, & non mittat, libertas non mittendi præſcribatur, refert Joan. Jac. de Leonard. *d. conſ.* 117. *n.* 139.

Ratio dubitandi II.

167 Deinde idem † quoad vaſallum ſtatuere videntur, Feudiſtæ, putantes, ſi caſus ſerviendi evenerit, & dominus hunc aut illum vaſallum ad ſerviendum advocaverit, jus Domini tacite interpellatum eſſe & ſic præſcriptionem incipere, in qua opinione videtur reſidere Jacob. de Ardiz. *in ſumma ſua tit. de acquiſit. feud. per præſcriptionem*, dum inquit, quod non præſcribat, niſi jus domini negando interpellarit, vel caſus evenerit, quo dominus ſervitio egens, illud ſpatio triginta annorum non exegerit, cum interim à vaſallis aliis exegiſſet aut certe ad ſervitia eum veriſimiliter vocaſſet, ſi fuiſſet vaſallus; ſequitur Ab. *in c. ad audientiam, n.* 17. & ibi Felin. *n.* 22. *de præſcript.* Joan. Andr. *in Addit. ad Specul. rub. de feud.* Corn. *conſ.* 268. *num.* 19. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 31. *lib.* 1. Schrad. *part.* 6. *cap.* 6. *num.* 62.

168 Et ſic, † quod alia poſſeſſionis interverſione opus non ſit, tradit Joan. And. *loco relato*, & poſt eum Abb. *in d. c. ad audientiam num.* 17. & *ibid.* Felin. *n.* 19. quos & *ibi* ſequitur Imola *de præſcript.*

Deciſio Negativa. Ratio decidendi I.

169 Verum, † his non attentis, contrarium deciditur, quia in Jure iſto negativo, ſcilicet non teneri protectorem ad defendendum, quaſi poſſeſſio libertatis non acquiritur, niſi Advocatus requiſitus expreſſe defenſionem denegaverit, per ea, † quæ in ſimili de vaſallo con-170 cludunt Feudiſtæ [illegible] Id. *in §. licet vaſallus, num.* 1. *ſi de feudo defunct.* ubi inquit, quia *vaſallus ſemper paratus præſumitur, nunquam præſcribit, niſi interpellatus negaverit*, *ibique* Jacob. Alvarot. *num.* 1. & Afflict. *num.* 1. *&* 2. ajens. † quod ſi per mille annos non ſer-171 vierit, non præſcribat, niſi à Domino interpellatus denegarit, Frideric. Schenck. *num.* 2. & facit text. *in c.* 1. *de feud. ſine culp. non amitt. & c. ad hoc hic finit. lex* Joan. Blanc. *in ſumma ſua cap.* 1. *num.* 45. *libr.* 2. ubi aſſerit, vaſallum non præſcribere, per *l. competit. Cod. de præſcript.* 30. *annor.* niſi poſſeſſionem intervertat, & tum Dominum deſinere poſſidere, per *leg. ſi quis rem* 10. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Borcholt. *capit.* 1. *num.* 24. Schneid. *p* 5. *num.* 97. *in fin.* Angel. *in l. male agitur, n.* 6. Bart. poſt gloſſ. *ibid. num.* 1. *&* 3. *C. de præſcript.* 30. *annor.* Cravett. *de antiquitat. tempor. p.* 4. *ſect. abſolutis differentiis num.* 27. *& ſect. materia iſta, num.* 28. *&* 29. *& ſect. ultima. num.* 38.

Nam intermiſſæ ad defendendum requiſitionis cauſa eſſe potuit, quod eo caſu, in quo clientes Protectorum opera uti poterant, ea vel non indiguerint, vel, quod aliorum auxilium eis ſuffecerit, unde 172 † nulla Protectoribus negligentia aut deſidia utendi Jure ſuo imputari potuit, argument. eorum quæ in ſimili ſcribunt, Panorm. Felin. & alii *in d. c. ad audientiam, de præſcript.* Bartol. *in l. cum ſcimus, circa med. C. de agric. & cenſit.* † ubi dicit, quod ſi terræ recom-173 mendatæ tenentur dare ſubſidium in cavalcatis & exercitibus extra civitatem euntibus & per centum annos ſteterunt, quod non præſtiterunt ex eo, quia civitas non requiſivit, licet caſus evenerit, cum eſſet copioſa nimis gentibus ſuis, non propter hoc dictæ terræ recommendatæ vel ſubjectæ præſcripſerunt libertatem dicti ſervitii, quia nulla culpa poteſt civitati imputari, ex quo neceſſitatem dicti ſubſidii non habuit, And. Gail. *obſ.* 60. *num.* 4. *lib.* 2. Balb. *de præſcript.* 4. *part.* 4. *part. princip. q.* 12. *n.* 16. Angel. de Beſut, *inter conſil.* Zaſ. *conſ.* 15. *n.* 6. *vol.* 2.

Deinde

174 *Ratio decidendi II.* Deinde communiter receptum est, † quod causam possessionis sibi quisquam mutare non possit, nisi extrinsecus causa mutandi, aut titulus superveniat, quo casu adhuc plerique expressam animi ac voluntatis declarationem requirunt, Bartholom. Socin. *cons.* 131. *num.* 7. *vol.* 1. *Jas. in l.* 2. *num.* 157. *&* 195. *Cod. de Jure emphyt.* Roland. à Vall. *cons.* 77. *numer.* 27. *& seqq. vol.* 2. refert Cravett. *de antiquit. temp. d. part.* 4. *sect. materia ista numer.* 111. Rosenthal. *in synops. feud. cap.* 6. *num.* 23.

175 *Responsio ad objectam dubitandi rationem I.* Nec obstat, † quod per modum dubitandi de immunitate collectarum praescribenda adductum fuit. Nam verior videtur sententia contraria, quam etiam multi magnae authoritatis & praecipui nominis Jurisconsulti, amplexantur, ita Balb. *de praescrip.* 2. *part.* 5. *part. princip. quaest.* 7. *num.* 4. *&* 5. Vivius *in commun. opin. verb. immunitas,* Alberic. de Rosat. *in rub. ff. de muner. & honorib.* Jacob. de S. Georg. *de homagiis num.* 41. Alexand. *cons.* 136. *num.* 19. *lib.* 2. sequitur Paris. *cons.* 25. *num.* 109 *libr.* 1. Ripa, *respons.* 14 *vol.* 1. Petr. Antibol. *de munerib p. princip. num.* 15. Hanc partem ego arbitrarer in Jure veriorem, cum non videatur in hoc Jure negativo, ex eo solo, quod aliis collectae sint impositae, ipso praeterito, quasi possessio acquiri, nisi animum suum post requisitionem factam declararit, dicendo, se non teneri.

Responsio ad rationem dubitandi II. Deinde aeque minus adversatur, quod de vasallo taliter immunitatem non serviendi praescribente allatum fuit. † Nam respondetur similiter contrariam & negativam sententiam veriorem magisque 176 receptam esse, ut patet ex Juribus & authoritatibus supra adductis, & post alios infinitis authoritatibus congestis expresse hoc adstruit Henric. à Rosenth. *in synops. feud. cap.* 6. *n.* 22.

Et hucusque satis explicatum habemus, qualiter Protector defendendi libertatem praescribere possit, ut invito illo clientes eundem ad protegendum 177 cogere non possint. † Ulterius autem hoc loco notandum est, non utendo etiam Advocatiam amitti, & priorem Advocatum eadem prorsus exui, quando scilicet alius legitime eam praescripsit, iis scilicet de quibus *in cap. de forma* diximus requisitis concurrentibus.

178 *XIII. Extinctio Advocatiae commissae ex revocatione committentis.* Sed ulterius progrediendo, † cum Advocatiam ex rescripto, mandato seu commissione Imperatoris, Regis, Principis, aut aliorum Magistratuum, enasci docuerimus, decimotertio jam loco concludimus, eandem econtra, revocatione committentis, in commissariorum personis, extingui.

179 *Ratio hujus assertionis.* Indubitati enim Juris est, † mandatum per revocationem tolli, quando mandans re integra revocat mandatum, *l.* 21. *Digest. de procurat. l.* 12. §. 16. *ff. mandati cap. quamvis* 2. *in princip. de reg. Jur. in* 6. † Etsi 180 enim regulariter duorum consensu contracta, unius voluntate non infirmentur, *l. nihil tam naturale,* 35 *l.* 181 *fere* 153. *Digest. de reg. Jur.* † specialiter tamen in mandato receptum est, ut re integra, unius voluntate revocetur, Schneidew. §. *recte quoque num.* 1. *Instit. de* 182 *mandato.* † Ratio est, quia cum invito beneficium non detur, *l. invito* 69. *& l. invitus* 156. *in fin. ff. de R. I. nec emere* 16. *C. de Jur. delib. l.* 2. *C. de Jur. Emphyt.* §. 183 *Quoniam vero Auth. Quib. mod. nat. effic. legit.* † mandati autem executio in beneficio & officio consistat: sequitur, à mandante respui posse, *leg. invito* 69. *Digest. de regul. Jur.* Neque hic praetendi potest aliquod interesse, quia ex obligationibus, quae factum continent, non nascitur actio, nisi coeperit facere, *leg. si procuratorem, § mandati actio. Digest. mandati.*

184 Quinimo mandati † propria natura & conditio est, ut libere per mandantem ab eo, cui commissum aliquid fuit, ne expediat, revocari possit, Bartol. *in l. si vero, §. si mandavero. ff. mand.* faciunt dicta per Covarru. *libr.* 1. *variar. resolut. cap.* 14. *sub num.* 16. dum *ibi* inquit, quod quamvis morte mandantis, mandatum ad pias causas non expiret, nec possit ab haerede revocari, non sequatur per hoc, ipsum mandatorem, dum vixerit, mandatum id revocare non posse, cum ea sit mandati propria natura & conditio, ut libere revocari à mandatore possit, subdens, quod mandatum, quod durat, semper revocari poterit, nisi à lege revocatio fuerit prohibita, quod an verum sit, vide *ibid.* Covarr. & Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit. part.* 1. *conclus.* 64. Petr. Nicol. Mozz. *de contractib. tit. de mandato, col.* 5. *& col. ult.*

Porro revocatae ejusmodi Advocatiae inter alia innumera exempla, notabile habemus in Civitate Hallensi Imperiali. Cum enim penes ejusdem Urbis Consules & Senatores Imperatoria auctoritate jus protectionis super Monasterio Chombergensi, multis annis extitisset, Frideric. III. Imp. Anno 1485. idipsum certis de causis ab iisdem revocavit, atque in Episcopos Herbipolenses irrevocabiliter in perpetuum transtulit, subsequenti revocationis mandato.

Particula Literarum Friderici Imperatoris, quibus à Consule & Senatu Hallensi Advocatiam, quam super Nobili Collegio Chombergensi habuerunt, revocat.

Wir Friderich von Gottes Gnaden / Röm. Key. zu allen zeiten mehrer deß Reichs / zu Hungarn / Dalmatien / Croatien vnd Sclavonien König / Hertzog zu Osterreich vnd Steyr / ꝛc. Entbieten vnsern vnnd deß Reichs Lieben Getrewen / Burgermeister vnd Rathe der Statt Schwäbischen Hall vnser Gnad vnd alles guts. Lieben Getrewen / Wir haben vmb mercklicher redlicher Vrsach willen vns fürbracht vnnd darzu bewegende die Vogthey vnnd Schirm so jhr vber das Gottshauß Chomburg bey euch gelegen / von vnsern Vorfahren am Heyligen Reich vnnd vns lange Zeit hero gehabt haben / dem Ehrwürdigen Rudolphen Bischoffen zu Würtzburg vnserm Fürsten / Rathe / vnd Lieben Getrewen / vnd Andächtigen vnd seinen Nachkommen Bischoffen zu Würtzburg eingeben vnd fürter von vnsern vnd deß Heyligen Reichs wegen inzuhaben / vnd zu handlen bevohlen / nach laut vnsers Keyserlichen Brieffs / deßhalben außgangen. Vnd entpfehlen auch darauff bey den Pflichten / darmit jhr vns verbunden seyt / von Römischer Keyserlicher Macht / ernstlich gebiettende / ꝛc. Vnd wollen daß jhr dasselb Gottshauß mit allen Leuten güttern vnd zugehörungen dem genanten Bischoff Rudolphen / oder wem er das / an seiner statt befihlet / als vnserm / vnnd deß Reichs Vogt vnd Schirmern eingebt / vnnd euch gantz eussert vnd entschlaget / auch desselben Gottshauß arme Leuth vnd Vnterthanen derer Pflicht / damit sie euch solcher Vogtey vnnd Schirmshalber / verwandt seyn / ohne alles Mittel ledig zehlet.

Limitatio praedictae revocationis. Limitatur tamen haec decisio, quod talis revocatio fieri non possit à Principe, si post acceptum mandatum, & praestitam protectionem per modum contractus, aliquis Advocatiam nactus fuisset, † eo, quod Imperator vel alius Princeps jus 185 *Ratio Limitationis.* contractu quaesitum, nulli possit tollere, per notat. Panormitan. *in cap. quae in Ecclesiarum, numer.* 11. & *ibi* Felin.

vel auferendi alienum indebite, quod notat Parif. *conf.* 12. *nu.* 200. *vol.* 2. & post multos tradidit Schrader. *tract. feud. p.* 9. *part.* 2. *sect.* 11. *num.* 27. in casu loquens, quo, vasallo ex publica causa remittit commissum jam incursum vel incurrendum, in præjudicium Domini.

200 *XIV. Extinctio Advocatiæ ex revocatione Commissarii seu Advocati mandato constituti.*

Sed ulterius in puncto revocationis † quæri potest, *An etiam, vicissim ex parte mandatarii, qui commissam sibi protectionem susceperat, jus clientelæ revocatione seu Resignatione tollatur?*

Et non minus tolli respondendum est, † quia mandatum pariter finitur renunciatione mandatarii, sicut revocatione mandantis, per text. *in §. mandatum, Instit. de Mandato.*

201 *Affirmativa decisio.*

Licet enim regulare sit, † quod sicut ab initio liberum est mandatum suscipere, ita mandatum susceptum omnino exequendum sit, *l. si mandavero, §. fin. & l. si quis alicui, §. qui suscepit ff. mandat.* 202 † Cum contractus ab initio sint voluntatis, ex post facto vero necessitatis 203 *l. sicut, C. de action. & obligat.* 204 † Tamen mandatarius pœnitere, & mandato renunciare potest, re, scilicet integra *d. §. mandatum. & ibi* Joann. Schneid. *n.* 1. *& d. l. si mandavero. § fin ff. d. tit.*

205 *Ratio decisionis.*

Ratio autem prædictorum est, † quod mandatarius non debeat esse deterioris conditionis, quam mandans, 206 † ex regula, quo quis adversus alium Jure utitur, fruitur, eodem utatur, fruatur, *rubr. & tot. tit. ff. quod quisque Jur.* 207 † & cuique in sua persona placere debet, quod placuit in aliena. *l. Jusjurandum 4. §. datur autem, & l. si duo §. si quis juraverit, & §. sequen. ff. de jurejurand. l. negotia, in fine ff mandati l. penult. §. sed juramento, ibi*, quis enim ferendus est *C. de reb. credit.* 208 † deinde, ut beneficium invito non datur, sic etiam ab invito non præstatur *Jurib. vulgat.*

209 *XV. Amissio Advocatiæ Feudalis ex felonia commissa.*

Decimo quinto insuper † Advocatiam interdum constitui probavimus per concessionem investituræ, consequenter igitur eandem econtra per cassationem ejusdem tolli dicendum est, alias autem, ut *paulo ante* edocuimus, † Advocatiam per investituram feudalem concessam, ne quidem ex plenitudine potestatis revocari posse constat, 210 ubicunque † enim jus reale in illa 211 acquisitum fuit, illud pro libitu & temere alicui non potest auferri, per notata Tapiæ *in l. final. de Constitut. Principum parte* 2. *cap.* 9. *nu.* 25. ut constat ex *supradictis.*

212 Ea autem in re generalis † hoc loco regula statuenda est, ejusmodi nempe Advocatiam ab investitura provenientem, hoc est, feudalem ex omnibus illis Feloniæ causis, ob quas feudum amittitur, tam ex parte vasallorum, quam feudi Dominorum etiam amitti atque deperdi, sicque Advocatiam feudalem infinitis prope modis distrahi, per ea quæ tradit in materia Jurisdictionis Matth. Steph. *lib.* 1. *cap.* 39 *n.* 10. Ubi scribit, 213 † ex quibus causis vasallus feudo privatur ex iisdem Jurisdictionem suam Feudo cohærentem eundem amittere, Cravetta *consil.* 597. *n.* 3. Ex quo similiter ad amissionem Advocatiæ feudalis, seu clientelæ Feudo connexæ, arguere licet.

Causas autem, propter quas vasalli feudis vel econtra Domini re & Jure, quod in vasallos habent, exuuntur & privantur, hic persequi nostri instituti non est, cum eæ in feudorum libris, ab eorumque Commentatoribus, quorum infinitus extat cumulus ad nauseam edoceantur & demonstrentur.

214 *XVI. Cessatio Advocatiæ ex sententia Judiciali privatoria.*

Decima sexta causæ amittendæ Advocatiæ, † ex sententia Judicis, sicut & eandem inter constituendæ Protectionis modos posuimus, desumi potest, si scilicet privet protectorem, vel privatum esse pronunciet Judex competens, & ejusmodi sententia in rem judicatam transierit.

Ratio asserti modi à simili.

Quod autem sententiam inter modos amissionis collocemus, lector non miretur, quia in simili Canonistæ tradunt, perdi jus patronatus per sententiam, si scilicet quis fuerit pronunciatus, non habere jus patronatus vel illud amisisse, tunc namque, ex tali sententia manifestum evadit, illum non esse patronum, vel Jus Patronatus amisisse, post alios expressim voluit Paul. de Citadin. *tract. Jur. patron. part.* 14. *num.* 10. Eodemque modo feudistæ inter causas amissionis feudi, referunt sententiam Judicis, referente Socin. *conf.* 87. *num.* 10. *vol.* 3. Afflict. *in c.* 1. *§. fin. num.* 26. *caus.* 72. *quib. mod. feud. amitt.* Schneid. *part.* 8. *cap.* 1. *num.* 125. *caus.* 21. Schrader. *p.* 9. *numer.* 15. *caus.* 44.

Exemplum amissæ per sententiam Advocatiæ Samblasianæ.

Sed in terminis Advocatiæ per sententiam amissæ exemplum ex Urstis. *Chron Basil.* refert Crusius *Annal. Suev. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. hisce verbis:

Episcopus Basiliensis Bertholdus Advocatum sive patronum dederat Samblasiano in Nigra sylva cœnobio nobilem virum Adelgottum † de Werr, qui cum magnas Monasterio molestias & incommoda, contra ejus privilegia exhiberet: Abbas Rusteinus Anno 1124. Cæsari Henrico Wormatiam obsidenti, Neuburs de injuriis diu toleratis queritatus est, cumque Episcopo Bertolpho tunc præsenti objiceretur cur non removeret, tam gravem Monasterio, & iniquum Advocatum Adelgottum, respondit sibi præter expectationem hanc accusationem accidere, se in præsentia, nec hominibus suis fidis, nec literis ad Advocatiam spectantibus instructum esse. Ita res, petente ipso ad tempus Natalis Domini dilata est. Cognitio causæ coram principibus Argentinæ facta: partibus † auditis, privilegiis lectis, tunc sententia pronunciata est Abbati Samblasiano liberum esse mutare Advocatum, ac consilioque fratrum suorum, præficere sibi quicunque placeat. Ita rejectus est Adelgottus & Conradus † Dux Zaringensis Bertholdi F. Advocatus assumptus.

Idemque Crusius de renata controversia ejusdem Advocatiæ *lib.* 10. *c.* 5. *ad annum* 1141. sequentia habet: *Ejusdem, inquit, anni, die* 10. *Aprilis Cæsar † Conradus controversiam transegit Argentinæ, quæ de patronatu vel Advocatia, renata fuerat inter Basiliensem Episcopum Ortliebum, & Samblasianum Nigra sylva Abbatem Bertholdum, Nam etsi † Episcopatui Basileensi antehac Anno 1124. jus hoc ademptum erat, & Samblasianis Monachis liberum Advocati sibi præficiendi arbitrium restitutum: nunc Episcopus Ortliebius, ad jus vindicare conabatur. Orto igitur bello Monasterium se aggeribus & fossis munire coactum fuit. Sed à Cæsare & Principibus in illo conventu res transacta est, præsentibus Episcopo cum suis nobilibus, & Abbate cum Zaringensi Duce Conrado Advocato suo, ita ut acceptis a Monasterio † quatuor curiis* (Vier Höff) *Advocatia prorsus posthac Episcopus renunciaret, &c.*

215 *XVII. Dissolutio Advocatiæ conventionalis ex mutuo consensu.*

Porro enim ut plurimum † jus protectionis constituatur ex mutua clientum ac Protectoris conventione: operæ precium nunc est, videre, qualiter illud, interveniente contrario dissensu, seu partium contrahentium pœnitentia distrahatur.

Sicut autem obligationes † super protectionis conventione contractæ, utriusque consensu contrahuntur, sic & eodem modo dissolvuntur, 216 arg. *l. nihil tam naturale*, 35 *d. fere & utrobique* Dec. & alii. *ff. de regul. Jur. & in c.* 1. *eod. tit. in* 6. Id enim rationi naturali conveniens est, ut 217 † quo genere negotia esse cœperunt, eo rursus dissolvantur, idque etiam magnus ille Papinianus tradit *in l. quamvis saltus* 46. *§.* 1. *ff. de acquir. possess. ibi*, eo modo vincula obligationum solvuntur, quo quæri solent. *l. fere quibuscunque, & l. prout quisque* 80. *de solut.* & utrobique gl. *& l. quemadmodum* 8. *ff. de acqu. poss.* 218 Quoniam † cujusque actus resolutio, ejus est naturæ, cujus est productio, secundum Jas. Dec. & alios, quos refert, sequitur & similibus comprobat Cagnol. *in d. l. nihil tam naturale, n.* 1. *& seq.* Gozadin. *in l.* 2. *n.* 18. & *ibi* Petr. Monchada *in add. C. de pact. inter empt. & vend.*

219 *& vend.* Eademque † sunt principia constitutionis & destructionis, ut scienter explicat Dn. Sylvest. Aldobrandin. *in §. sed agnationis sub number. 16. Instit. de legit. agnat. tutel.* Achil. Peddroch. *respons. de Interp. & resol. contr. n. 632. & seqq.* Ut ergo Protectio mutuo consensu constituitur, ita & eod. consensu revocatur, arg. *l. mutari 24. ff. de procurat.*

220 Verum unius voluntate non semper, nec eodem modo solvi hæc obligatio potest: regulariter enim, quæ duorum † consensu fiunt, alterius tantum dissensu dissolvi nequeunt, sed demum contraria utriusque voluntate interveniente rumpuntur, *leg. sicut initio Codic. de action. & obligat.* Ferdinand. Vasquius *illustr. controvers. libro 2, cap. 81, sub num. 6.* Petr. Fab. *ad l. nihil tam naturale, 35. ff. de reg. Jur. num. 8.* ubi dicit, quod consensu contractum est, id re integra contrariæ voluntatis adminiculo non dissolvi, sed utriusque demum partis consensu à contractu celebrato receditur,

Advocatia Conventionalis an & quatenus alterius tantum partis voluntate dissolvatur.

221 quia Actus † ex duorum voluntate originem habentes, unius dissensu non tolluntur, ut eleganter docet Henning. Gæden *cons. 98. num. 16.* Et jus

222 † alicui ex contractu quæsitum, sine facto ejus & consensu auferri non potest *l. final. de pact. l. id quod nostrum de reg. Jur.*

223 Ex quibus satis colligitur, † nec clientes qui se semel alicujus Advocatiæ submiserunt, postea ex annua forsan pensionis multiplicatione vel alia causa exosam sibi factam clientelam absque Advocati consensu excutere nec Protectores invitis ac contradicentibus susceptis in tutelam debito ex conventione defensionis officio renunciare posse; uti consulendo decidit Frid. Pruckm. *cons. 17. num. 141. libro 1,* & eundem secutus David Hepingk *novissima dissert. de Jure Protect. conclus. 61. lit. B.* nisi pacto expresso vel tacito uterque vel alter eorum renunciationem ab initio sibi reservaverint, Thom. Maull. *tract. de homag. tit. 11. num. 19.* per Regulam prædictam *l. id quod nostrum, ff. de reg. Jur.* ubi Cagnol. & alii, *l. non debet, 74. eodem tit. l. cum maritus, 29. de pact. dotal. l. in re C. mandati.* Et hac de causa, cum olim Genuenses † sub Franciæ Regis clientela positi, ab ea recedere præsumpsissent, Ludovic. VII. Franco Gallorum Rex, Urbe capta & præsidio Arci imposito eosdem 200000. aureis multavit, referente Bodin. *5. de Republ. ca. 6. pag. 908.* Sic & Wetzlariam Civitatem Imperialem Landgraviorum Hassiæ Darmstad. subjectam protectioni, cum ante paucos annos, secessionem ab ea tentasset, vi & armis repressam fuisse, memorat Besold. *de Jure fœder. Cap. V. sub n. 15.* Quin & Bodin. *d. loco* autumat, tali quoque in casu, libertate clientes privari posse: Nam & Augustum Imper. Vectigales fecisse, quos libertate abuti videbat, & Veredunos, † Metenses, Tullosque in provinciæ formam à Gallis redactos fuisse, cum allatum esset clandestinis conjurationibus id agi, ut in urbem Hispanos intromitterent.

Quia tamen evenire interdum potest, ut interveniente alterius partis negligentia, altera etiam invita, contractus rescindi possit, ideo res ista paulo fusiorem explicationem desiderat.

Cum igitur regula sit, quod non servanti aut frangenti fidem, ex altera parte quoque fides licite non servetur, gl. *in c. inter, extr. de elect. l. cum pater ff. de leg. 2. c. frustra,*

224 ubi etiam DD. *de reg. Jur. in 6.* † sive, qui non implet quod implere tenebatur, videatur renunciare beneficio contractus, adeo ut non possit postea adversarius ad ejus observantiam compelli, *c. 3.* ubi late post alios Felin. *col. 3. cum col. seq. extr. de Jurejur. l. cum proponas, 2. C. de pact,* ubi omnes, sed cæteris magis ordinate ampliando & limitando Philip. Dec. *l. si diversa, 14. C. de transact. l. quaro, 56. §. inter locatorem ff. locat. l. 4. ff. de condict. ob caus.* posuit etiam Soc. *regul. 149.* Præcedens punctus subsequenti distinctionis moderamine declarandus est.

Aut enim versamur in contractu nominato, † & 225 tunc, si nondum facta est executio, semper ille debet prius implere ex parte sua, qui virtute contractus vult agere: Ut si, verbi gratia, † venditor vult agere 226 ad precium, prius debet rem venditam tradere, aut si hoc non facit, licitum est emptori fidem frangere, & à contractu recedere. Sicut † etiam viceversa 227 emptor ad rem tradendam agere non potest, nisi prius offerat precium *leg. Julianus, §. offerri. & §. ex vendito, Digest. de action. empt.* ubi not. latius Doctor. & *in d. l. cum proponas, Cod. de pactis l. cum par. §. ulti. ff. de reg. Jur. & in l. si soluturus, Digest. de solut.* Postquam vero facta est contractus nominati executio, † puta, res tradita, & fides habita de pretio, tunc alteri 228 parti amplius non licet discedere à contractu, nec frangenti fidem frangere, *l. incivile Codic de rei vendit.* ibique Bald. not. *post princip.* & cæteri omnes Alexan. *in d. l. cum proponas, 2. num. 4. Codic. de pact.* Quem sequitur Jason *ante num. 7.* Riminald. *column. 4. prope finem,* Dec. *ante num. 8.* Paul. Picus *num. 10. & 11.* Felin. *in d. cap. 3. column. 3. in fin. vers. tertius casus de Jurejur.* Socin. *d. regul. 149. fall. 2.* & hæc communis est declaratio. Quicquid diversum senserit Curt. Jun. *in d. leg. cum proponas, ad num. 12.* Contra quem & in communi opinione stans prædicta in pulchro & quotidiano casu copiosius, atque ornate declarat Petr. Joann. Anchar. *in quæst. 55. per tot. libr. 3. cum ibi allegat.*

Decisio quæstionis cum distinctione.

Et sic in contractibus † nominatis fit interpretatio 229 ut non sit locus resolutioni, sub prætextu contraventionis, etiam in substantialibus, quando nimirum contractus semel perf. ctus fuit. Sed agendum est, vel ad implementum, vel ad interesse, *l. sicut C. de act. & oblig. leg. incivile,* ubi Bald. & Salycet. *C. de rei vendic. l. 1.* ubi notant Dd. præcipue Castrensl. *C. de act. empt. l. incommodato, §. sicut commodati,* Bart. *l. ult. number. 13.* ubi etiam Jas. & alii, *de condict. ob caus.* Crot. *cons. 75. num. 19. volu. 1.* Ludovic. *decis. Perus. 53. number 4.* Franc. Beccius, *cons. 45. n. 1. & 2.* Idemque ultra hoc tenuerunt Alex. *cons. 212. n. 2. vol. 2.* Ruin. *cons. 128. in fin. vol. 5.* Alciat. *cons. 108. n. 5.* Natta *cons. 219. n. 5. vol. 1.* Gabriel. plures allegans, *cons. 51. n. 11. vol. 1.* Rota Genuens. *decis. 56. n. 6.* Ant. Eugen. *cons. 29. n. 29. vol. 1.*

Ergo licet unus contrahentium re non amplius integra officio suo contraveniat, non tamen continuo protectionis contractus resolvitur, sed vel ad implementum vel ad interesse agendum est, argument. *l. 5. §. 1. de condict. caus. dat. caus. non secut.*

Sin autem † versemur in contractu innominato 230 (qualem esse Advocatiam Conventionalem *alibi* docuimus) tunc, si res adhuc est integra, non solum mutuo consensu recedi à contractu pactæ Advocatiæ potest, argument. *leg. 2. pr. & l. 5. §. 1. de rescind. vend. leg. 35. de regulis Jur.* Gothofred. *ad Authen. è contra Codic de Repud. 53. Cod. de rer. permut. & similibus,* sed ex parte etiam alterutra duntaxat pœnitentiæ locus est, *leg. 3. §. 3. de cond. caus. dat. caus. non sec.* Georg. Everhard. *consilio quinquagesimo sexto, numer 43. vol. 1.* si vel Patronus vel cliens, pœnitudine ductus, à contractu divortium facere velit, eo quod pœnitentia in omnibus conventionibus, quæ mutuum synallagma habent (ut est hic contractus ultro citroque obligatorius *cap. militare 5. v. de protect. & v. amplia. 3. quæst. 3.* Dn. Menoch. *1. cons. 31. nu. 64.*) locum habeat adeo, ut quamvis alter ex contrahentibus implementum ex parte sua offerat, alteri tamen non possit præcidere facultatem discedendi à contractu, juxta gl. 5. communiter approbatam *in l. Triginta, in princ. ff. de pact.*

Quod

Quod tamen ita accipiendum est, si nulla scriptura intervenit, alias si pactionem Tabulis comprehendi inter contrahentes convenit, donec aliquid in his deest, quod ad formam complendam pertinet, impune quidem à conventione recedi potest. Si vero jam omnia perfectionem ex scriptura acceperint, sine pœna pœnitere non licet, per ea quæ Mynsing. *respon.* 46. *dec.* 5. *num.* 13. *ex leg. contractus* 17. *C. de fide instrumen.* consuluit quemadmodum etiam in † transactione non licet amplius pœnitere, *l. quamvis* 39. *ibique* Bart. ponit rationem *Cod. de transact.* † Si vero res non est amplius integra, sed ex altera parte secutum est implementum, & alterius partis jam interesse cœpit, unius dissensu protractio non solvitur *l.* 12. *C. de R. V.* Mynsing. *respon.* 45. *decad.* 5. *num.* 11. nec alteri, qui nondum implevit ullo modo licebit recedere à contractu, sed altero volente, tenetur omnino implere aut solvere interesse, argumen. *leg.* 5. *Cod. de obligat. & Act. leg. prima & secunda Cod. quand. lic. ab empt. disc. leg.* 3. *C. de rescind. vend.* quas ad hoc allegat D. Hepingk. *d. loco* quibus adde *l. si pecuniam*, §. 1. *ff. de cond. ob caus.*

231 232

233 Negotii enim gesti pœnitentia, † ut nec alibi ita neque in hoc genere contractum recte habitum, constituit irritum, *l. apud Aufidium ff. de optione legata l. in commodato §. sicut ff. commodati l. eo quod Cod. si cert. petat. leg. sicut Cod. de obligat. & action. leg. quamvis* 39. *Cod. de transaction.* gloss. *in c. cum non ignores extr. de præbend.* Oldrad. *cons.* 243. Salycet. *in l. nec fratris Cod. de donation.* Petr. Heig. *quæst.* 4 *numer.* 22. Cui germanum est quod tradunt Interpp. Bald. Angel. Castrens. Imol. Alexand. & alii *ad l. si cum dotem §. eo autem tempore ff. soluto matr.*

234 Voluntatis mutationem seu † consensus revocationem quadrifariam impediri scilicet, si vel is, qui consensit, alteri obligatus est, vel si alteri jus est quæsitum vel si res non est integra, vel si voluntas traxit secum executionem ut ex iis refert & sequitur Ant. Hering. *tract. de fidejuss. c.* 20. §. 33. *num.* 17.

Econtra autem illi qui implevit, antequam sequatur implementum ex parte altera, concessum est pœnitere, & resilire à contractu, & quod implendi causa solvit, rursus repetere arg. *leg.* 14. *Cod. de Transact. &* Georg. Everhard. *dict. consil.* 56. *sub num.* 43. *vol.* 1. ex Bart. *in l. ex placito col.* 1. *ibidemque* cæteri *C. de rer. permut.* Eleganter Jacob. Synzius *disput. de jure protect. th.* 27. ubi notat: Si ex una parte lex conventionis impleta sit, altera vero placita conventionis servare recuset, sine non præstando tutelam, sine non solvendo stipulatam pensionem: tum ei quæ implevit, altera invita antequam partem suam impleat, pœnitere, & à contractu resilire impune licet, tam ex sanctione Canonum, quam Legum *leg. si pecunia* 5. *pr. &* §. 1. & *ibi* Gothofr. *ff. de condict. caus. dat.* Ubi tamen nonnullas exceptiones affert. Hoc enim in casu altera † pars videtur beneficio contractus renuntiasse ut non possit is, qui promissa implevit, ad contractus quem altera pars non servavit observantiam compelli *cap. pervenit.* 3. ubi late Felin. *de jurejur. cap. frustra* 75. *ibique* CC. *de Reg. Jur. in* 6. *leg.* 21. *Cod. de pact. leg. si diversa* 13. *Cod. de transact. leg. quæro* 54. §. *primo Digest. locat.* Cravet. *consil.* 117. *num.* 14. Rol. à Vall. *cons.* 99. *num.* 60. *& seq. vol.* 4. Joseph. Lud. Perus. 50. *num.* 20. Mod. Pist. *cons.* 48. *num.* 3. *vol.* 1. Masc. *concl.* 1387. *num.* 12. *vol.* 3. Et hoc ipsum clare probatur *in d. l. naturalis §. at cum do. ff. de præscr. verb.* dum post princip. dicit, quod in illo † contractu innominato implenti ex parte sua competat actio præscriptis verbis, ut etiam alter compellatur implere ex parte sua, aut solvere id quod interest implentis, Aut condictione ob causam, si malit, quod implendi causa dedit repetere Bart. *in l. ex placito Cod. de rer. permutat. leg. cum proponas* 7. *C. de transact.* concordat. *l.* 14. *eod.* atque ita frangenti fidem pariter quoque fidem frangere per *jura modo citat.* Et hæc quidem taliter fieri possunt utcunque etiam conventionibus jusjurandum intercesserit, *d. c. pervenit* 3. *de jurejur.* gloss. *in c. nu. ibiq.* Affl. *nu.* 6. 2. F. 7. *de nova form. fid.*

235

236

237 Hinc tradit notabiliter Bart. *in l. quæro* §. † *inter locatorem ff. locat.* quod dispositio illius §. sit annotanda ad omnes contractus, in quibus ultro citroque aliquid promittitur, ut scilicet quis non teneatur observare, si pars adversa non servavit, & similiter asserit Bald. *in leg. pacta conventa Digest. de contrah. empt. in princ.* quam legit cum *leg. jurisgentium Digest. de pact.* quod quando unus contraiverit etiam in minimo capitulo promissionis, licitum est quoque alteri non observare contractum & promissionem, quod refert & sequitur Jas. *cons.* 216. *vol.* 1. *num.* 1. & data inobservantia etiam in uno solo capitulo tota conventio redditur inobservanda, ita dicente Cag. *in l. si quis major. C. de transact. numer.* 196. ex traditis per Soc. *cons.* 162. *col. fi.* & Brun. *cons.* 48. & Cast. *cons.* 188. *col. fi.* & alios de quib. *ibi* per eum, quoniam non adimplenti conventionem ex parte sua, non est etiam adimplenda & observanda ex parte adversa *l. Julianus, §. offerri ff. de act. empt.* Æquum est namque rationabile ac juri consonum, quod quis non teneatur servare † contractum ejus adversario; qui illum non observavit, etiam stante juramento, ut per Jas. *consil.* 116. Ruin. *cons.* 136. *vol.* 5. *& cons.* 58. *vol.* 1. Gozad. *cons.* 31. *num.* 5. Habet enim juramentum etiam tacitas † conditiones si juranti servabitur fides, gl. *in c. quemadmodum in verb. conditionem de jurejur.* quod & tradit Corn. *cons.* 249. *col.* 2. *ibi* item si *vol.* 4. *& cons.* 96. *&* 121. *vol.* 1. Hinc tradit Parp. *in d. l. si quis major*, 12. quod quando una pars contraiverit, & non observaverit, licet etiam alteri parti contravenire, & ulterius etiam agere ad pœnas *d. l. si quis major.* contra illum, qui primo loco contravenerat ex traditis per Bald. *in l.* 1. §. *cum aristus ff. si quad. paup. fecis. dicat.* & Alex. *in l. semel mora ff. sol. matrimon.*

238 Circa prædicta autem notandum est, † quod eum qui ex dicta causa agere, vel resilire vult oportet contractus legem ex sua parte ad unguem servasse *leg. Jul.* 13. §. 8. *offerri.* ubi DD. & §. *ex venditor.* 19. *de act. empt.* Bart. & Bald. *in l. filia licet* 12. *C. de collat.* Abb. *in d. c. pervenit de jurejur.* Dn. Menoch. *cons.* 35. *num.* 1. *lib.* 1. Et talis † integritas observationis adeo requiritur, ut si vel in minimo promissum deficiat, agentis intentio in vanum sit Zas. *consil.* 26. *lib.* 1. Jason. *in Auth. Qui rem C. de SS. Eccles.* Bald. *in l. fi. C. commodati & in l. pacta conventa ff. de contrah. empt.* Quemadmodum nec Emptor † excusatur *in l. commiss.* si vel minima pars adeoque etiam unicus nummus pretii post diem persolvendus restaret *l.* 29. *pr. ff. de ædil. edict.* Dn. Men. *cons.* 35. *nu.* 3. Colleg. Arg. Mejer. *in tit. de l. commiss. th.* 4.

239 In his autem probatio † pactionem fuisse impletam illi incumbit, qui se impleviße affirmat non qui implementum negat Hart. Pistor. *libr.* 1. *q.* 22. Synz. *de jure protect. th.* 28.

240 Nunc autem traditam hucusque satis prolixe resolutionis contractuum distinctionem generalem ad propositum applicando, concludo, † si quidem innominatus protectionis contractus ab utraque parte fuerit impletus, ut si clientes annuum honorarium Protectori inde exolverint, ac vicissim patronus defensionem præstiterit; aut præstare paratus sit: tunc uni absque consensu alterius à clientelæ contractu discedere neutiquam licet, per jura allegata. † Sin vero Protector eveniente defensionis necessitate, partibus suis defuerit, & clientes suos absque rationabili causa indefensos reliquerit, vel econtra clientes annuum honorarium solvere detrectent,

Applicatio apposita distinctionis ad decidendam quæstionem.

241

ctent, tunc alteri parti, quæ officio suo functa fuit, licitum est contra alteram non implentem agere præscriptis verbis, ut & ipsa compellatur implere, vel in posterum id quod debet, denegare, atque ita fidem ipsi quoque non servare & à contractu resilire, argumen. *leg. ista stipulatio §. inter certam*, ubi Dd. *ff. de verbor. oblig. leg. penultim. C. de pact.* Ex quibus duæ aliæ causæ dissolvendi juris protectitii resultant, de quibus *infra* suo loco agitur.

242 Porro Decimo octavo † solvitur jus Protectionis (quod tamen de personali duntaxat exaudiendum est) morte suscepti in Clientelam seu personalem Salvamguardiam, ut post Bodin. testatur Arum. *jur. pub. disc.* 28. *Thesi* 36. Hepingk *concl.* 61. *lit. G.*

XVIII. Advocatia personalis ex morte clientis solutio. Ratio hujus dissolutionis.

Cujus ratio est quod illa sit instar privilegii personalis, quod mutatione & interitu personæ mutatur atque extinguitur, *l. 1. ff. de const. princip. l. 1. §. permittitur ff.* 243 *de aq. quotid. & æstiv. l. cum patronus ff. de leg. 2. leg. privilegia quædam ff. de reg. jur. & c. privilegium, eod. tit. in 6. l. 1. C. de imponend. lucr. descript. leg. Paulus* alias per *procuratorem*, ubi Dyn. & Bart. *not. inf. de acquir. hæred. l. in omnibus la. 2.* ubi Dec. & Cagn. *ff. de reg. jur.* idem Archid. & Jo. And. *in c. 1. de immun. Eccles. lib. 6.* Bald. *in rub. C. de usur. qu. 4. & in l. 2. qu. 7. C. de serv. & aqua*, Joan. Ana. *in c. salubriter de usur.* Alex. *cons.* 35. *nu.* 16. *lib.* 4. & Rol. à Val. *cons.* 61. *nu.* 5. *lib.* 4. Car. Tapia *in l. fi. de const. princ. par.* 2. *c.* 3. *n.* 19. & 71.

244 Ad quod etiam secundo facit, † quod traditur, privilegia viventi concessa, eo mortuo, amplius concessa non videri, *l. Neratius ff. de reg. jur.* ubi enim personæ conditio, locum facit beneficio, deficiente ea, beneficium quoque deficit, *d. l. in omnibus ff. de reg. jur. l. privileg. eod.* Jacob. Concenat. *quæst. jur. singular. lib.* 2. *quæst.* 12. 245 *nu.* 13. Everhard. Jun. *cons.* 55. *nu.* 4. *vol.* 1. † ubi dicit, cõcessionem personalem finiri cum persona ejus cui fa-246 cta est, uti videmus in concessionem, † usufructus, qui personalis est, & ideo morte usufructuarii expirat, § *finitur Inst. de usufr.* idque etiam in cæteris omnibus juribus personalibus servari ibidem attestantur Everhard. *d. nu.* 4. Ergo & in jure protectionis personalis.

Ratio II.

247 Limitatur tamen ex parte Clientum, † si non tantum persona patris sed & ejus hæredes per verba seine Ehliche Leibs Erben vnd Erbens Erben in protectionem suscepti fuissent, quia tunc protectio in omnes descendentes extenditur, per text. *in leg. si liberos ff. de senat. l. sed & si §. liberos ff. de in jus voc. & in l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst.*

Limitatio præcedentis traditionis.

Hæredum enim appellatione, nepotes & pronepo-248 tes cæterique qui ex his descendunt, † in infinitum continentur et probatur expresse *in l. liberorum ff. de verb. sign.* idemque nuncupatim annotarunt Odofr. Aret. & Alc. *in l. liberorum ff. de verb. signif.* Napod. *in consuet. si moriatur, §. idem juris numer.* 98. & 100. & *in consuet. si quis vel si qua verb. liberis* Claud. Cantiuncul. *Institut. de nupt. col.* 3. & *de gradib. col.* 2. idem responderunt Purpu. *cons.* 402. *nu.* 89. Felin. *cons.* 28. *nu.* 3. Rip. *resp.* 3. *nu.* 2. & *resp.* 12. *nu.* 1. *tit. de substit.* Rub. *cons.* 144. *nu.* 5. Menoch. *cons.* 1. *num.* 198. & *seq.* Alf. Mont. *in l. fer.* 6. *tit.* 5. *lib.* 3. *verb. anietos.*

Decimo nono idem etiam juris est in persona suscipientis aliquem in specialem Protectionem cujus mor-249 te naturali (cui † civilis non nisi ubi in jure expressum est, æquipollet) teste Oldrad. *cons.* 284. *numer.* 4. *in fi.* quem refert D. Hepingk *dissert. de jure protect. concl.* 61. *lit. G.* Advocatia terminatur vel Salva Guardia extinguitur, maxime si ad ejus vitam duntaxat concessa sit. Ut si Imperator vel alius Princeps, aliquem sub Protectione suæ personæ recipiens, moriatur, tunc enim similiter per ipsius mortem Protectio finem acci-250 pit, † quando enim Imperator aut Princeps ille non est amplius in vivis, nulla potest ejus esse protectio † Quia 251 non entis, nullæ sunt qualitates, *l. 2. ff. de usufr. l. 4. ff. locati l. adeo, §. quod si toto ff. de acq. rer. dom. l. ejus qui in provincia, v. quod si is stipulatus* & ibi Dd. maxime Paul. de Cast. *ff. si certum petatur* Jacob. de Rimin. *cons.* 649 *nu.* 2. *vol.* 4. Pruckm. *cons.* 12. *nu.* 154. *lib.* 1. Pinel. *ad rubr. p.* 2. *c.* 1. *nu.* 5. *C. de rescind. vend.* Gomez. *var. resol. lib* 1. *c.* 1. *nu.* 9. Zoannet. *ad l* 2. *nu.* 57. *C. de pact. inter empt. & vendit.* † & qualitas ac facultas extingui-252 tur, extincto subjecto, cui inhæret, arg. *l. qui libertatum, §. posthumus ff. de oper. lib. l. tutela, §. si duo Digest. de legit. tutor. leg. defuncto Cod. si in fraudem patron.* Jom. Borchol. *part.* 1. *consil.* 17. *quæst.* 5. *in fin.*

XIX. Dissolutio Salvaguardia ex morte concedentis.

Secus tamen † est, si protectionis privilegium sub 253 nomine Cæsareæ majestatis atque Imperii conceptum fuisset in hæc vel similia verba: daß er / seine Kinder vnd Güter / in der Keyserl. May. vnnd deß Heyligen Röm. Reichs Schutz vnd Schirm seyn sollen / tunc enim protectio etiam post mortem Cæsaris durare intelligitur, quia † concessiones nomine Imperii & dignitatis 254 Cæsareæ factæ morte concedentis Imperatoris non extinguuntur, sed successor tamdiu, donec revocet, eas observare debet *c. si gratiose de rescr. in* 6. Socin. Jun. *cons.* 34. *nu.* 4 *vol.* 3. Abbas & Dec. *in c.* 1. *in* 2. *notab. ext. de prob. & in c. quoniam* Abbas *de offic. deleg.* Ruin. *cons.* 46. *nu.* 13. *vol.* 1. Fachin. *cons.* 67. *per tot.* Nic. Everhard, Jun. *cons.* 1. *nu.* 31. *vol.* 1. † Imperium enim & 255 dignitas semper durat, & non moritur, *Nov.* 8 §. *licentia infr.* Bald. *cons.* 159. *nu.* 3. *vol.* 3. Lapus & Domin. *in d. c. si gratiose* Fel. *c. ex literis, num.* 9. *de const.* Alc. *cons.* 4. *nu.* 61. *volum* 4. Becc. *cons.* 120. *nu.* 18. Buxtorff. *in dissert. ad* 17. *prior. Aur. Bull. cap. concl.* 37. *lit. c.*

Limitatio modi præcedentis.

Et confirmatur etiam hæc † Limitatio ex eo quod 256 promissa ab Imperatore Protectio, sub nomine Cæsareæ majestatis ac Imperii Romani sit quædam quasi precaria concessio, quæ morte concedentis non finitur, sed ad ejus successores transit, per textum *in l. quæsitum, §. quod à Titio l. cum precario §. precarii ff de precariis* Paul. per ill. textum *l. Lucius ff. de don.* idem Paul. ubi gloss. *l. Attilius ff. eod. tit* Bartol. *in l. centesimis* 46. *§. fi. col.* 3. ubi Alex. & Jas. uterque *col.* 5. *ff. de verb. obligat.* Tiraq. *de const. ampl.* 12. *part.* 2. & esse frequentissimam omnium sententiam scribit D. Covar. *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 15. *numer.* 1. contra glo. *in d. §. quod à Titio*, & hoc sane, † quia precarium, 257 postquam concessum est, eum sensum habet, ut valeat & duret, donec revocetur ac pœniteat concedentem *l. 2. ff. de prec.* & sic non pendet à voluntate, cum sufficiat illa, quæ adhibita fuit ab initio, sed pendet à voluntate, id est, à revocatione voluntatis, & ideo si concedens simpliciter precarium, vel adjecta clausula (donec revocetur) vita functus sit, non finietur morte concedentis, † quia revocatio exigit contrariam voluntatem, quæ in 258 mortuo seu moriente non datur, licet mors voluntatem extinguat, mortuus enim velle amplius non potest, *l. 1. C. de sacrosanct. Eccl.* At voluntatem extinguere non potest, quæ nunquam fuit, per tradita Alvar. Valasc. *de jur. emphyt. qu.* 34. *nu.* 3.

Ratio limitationis.

Sed hoc quæri potest an ejusmodi Salva Guardia per 259 *Imperatorem prædicto modo concessa si eius majestas infata concedat, à successore revocari possit.*

Salvaguardia Imperatoris an per successorem revocari possit.

Et ad hanc disquisitionem remotis ambagibus † affirmative respondemus, ea inprimis de causa, quod antecessor in successorem suum, qui est ei par in Imperio non habeat jurisdictionem aut statuendi potestatem, *c. fit. innotuit*, cum gloss. *ibid. ext. de Elect. & c. proposuit, extr. de concess. prabend.* Et habetur per Dd. communiter *in rubr. & c. 1. extr. de const.* Et Præp. Alex. *in c. si Papa* 40. *dist.* ubi hoc declarat & gloss. *in versicul. necessitur. in c. dudum de prabend. in* 6.

260 *Decisio affirmativa. Ratio decidendi I.*

De

261 *Ratio decidendi II.* Deinde juris manifesti est quod alicujus † Antecessor non possit disponere in tempus, quo ipse nullam potestatem in eo habiturus est, *l. cum hoc statu §. si sponsus ff. de don. inter vir. & uxor. l. fi. in princ. ff. de pau. Et l. in tempus ff. de hared. instituen. & c. prasenti de off. legat. in 6.* per quæ jura sic scribit Tiber. Decia. *cons. 14. num. 104. & seq. vol. 3.*

262 *Ratio decidendi III.* Tertio non potest solus Imperator † vel summus Pontifex legem aliquam ponere successori suo, juxta ea quæ notantur *in l. digna vox C. de legib.* & tradit Matth. de Affl. *in cap. 1. num. 95. in tit. qui success. tenean. lo. 1. in usib. feud. cum similib.* de quibus per Decia. *cons. 25. nu. 1. & 2. in 1. not.*

263 *Ratio decidendi IV.* Quarto denique cum Imperator vel Pontifex, non ab Antecessoribus † suis capiant imperium & potestatem suam, sed per Electionem & sic aliunde in locum defunctorum cooptentur, ideo † factum antecessoris non cōsummatum adimplere, aut ratum habere non coguntur,

264 quemadmodum in simili nec is qui feudum capit ex pacto & providentia primi concedentis, obligatur, ex facto vasalli antecessoris, juxta ea, quæ habentur *in cap. 1. in tit. an agnat. vel fil.* Et faciunt ea, quæ not. *in c. 1. §. hoc quoque in tit. de success. feud.* concordat gloss. *in c. 1. tit. qui success. tenean. lo. 2.* ubi Matt. de Affl. *nu. 52.* dicit illam gloss. ad hoc esse notabilem.

265 *Limitatio II.* Secundus casus, † quo Protectio Cæsarea morte suscipientis non finitur, est, quando Imperator cum consensu Principum Electorum, aliquem in Protectionem

266 *Ratio limitationis I.* suscipit. † Cujus ratio est quod ea quæ Cæsar facit cum consilio & consensu Electorum Imperii, tanquam procerum suorum & præcipuorum membrorum ac columnarum Imperii, non suo particulari, sed totius Imperii nomine fecisse censetur, per ea quæ not. *in l. quisquis C. ad l. Jul. majest. & in l. fi. C. de consu. lib. 12.* & per gl. *in l. fi.* per ill. tex. *ibi C. de div. rescr. & l. 1. §. fi. C. de nov. Cod. faciend. & in l. jubemus C. de sacrosanct. Eccl.*

267 † Unde, cum nec imperium nec collegium Electorum moriatur, conveniens est, id, quod ita factum est, perpetuo servari, & etiam per successorem Imperatoris ratum haberi, quia Electores quoq; ipsum nō aliter elegisse censentur, nisi cum conditione, ut rata scilicet ac firma maneant, ea, quæ cum consensu ipsorum per antecessorem nomine Imperii gesta fuerunt, argumento eorum quæ habentur *in c. 1. Ext. de const. & c. fi. ext. de offic. leg.* pulchre Everh. Jun. *cons. 1. nu. 27. vol. 1.* Vide *Exam. edicti de pac. relig. anonymi, qu. 2.*

268 *Extensio præcedentium duarum limitationum.* Et præcedentium duarum limitationum declaratio † de non soluto jure protectionis per mortem Imperatoris, tanto magis procedit, quando Imperator per modum contractus aliquem sub dicta verborum formula in Cæsareæ Majestatis ac Imperii tutelam suscepit, per ea, quæ *supra* in simili limitatione dicta sunt & tradunt Dd. *in d. cap. 1. ubi* Panormit. & Dec. *in 2. notab. extr. de prob. & in l. digna vox C. de legib.* & habetur per Alb. Brun. *consil. 1. col. 4. vol. 1.* Jas. *cons. 10. col. 2. vol. 3.* Dec. *cons. 48. col. 3.* Marin. Soc. Jun. *cons. 60. nu. 25. vol. 3.* Anton. Capit. *decis. 121. nu. 5. in fin. cum seq.*

269 *Ratio Extensionis I.* Eo enim casu, tantum abest, † ut protectio morte Imperatoris contrahentis desinat, (cum privilegium per viam contractus concessum, ne ab Imperatore quidem subdito adimi possit, ut unus omnium loco hic sufficiens, Ant. Gabr. Roman. *tit. de jur. quasi. non. toll. concl. 6. & seq.* Felin. *in c. novit. nu. 5. & seq. de judic.* Port. *concl. 19. lib. 5.* Crav. *cons. 411. nu. 36.* Gail. *obs. 60. nu. ult. lib. 2.*) Ut illam nec successori tollere permissum sit,

270 Eo, quod privilegium ab Imperatore vel Principe, in vim contractus concessum, nedum ab ipso concedente sed nec ab ejus in dignitate successore, revocari queat, uti docuerunt Cyn. Bald. & Castr. *in l. digna vox C. de leg.* Abb. cæterique scribentes *in c. 1. de prob.* Crav. *cons. 135. col. 3. & 241. nu. 17.* Brun. *cons. 12. nu. 30.* Campeg. *cons. 2. n. 14.* Paris. *cons. 2. n. 132. lib. 4.* Berous *cons. 65. n. 4. lib. 1.* Natt. *cons. 122. n. 3. lib. 1.* & Loffred. *cons. 38. n. 27. in fin.* idque *in successore pontificis* respondit Jas. *cons. 86. col. 3. lib. 3.* in *successore Imperatoris*, Crav. *cons. 241. n. 17.* in *successore Regis* Par. *d. cons. 2. n. 132. lib. 4.* Rod. Suar. *alleg. 8. nu. 8. & 9. in successore Ducis*, Soc. Jun. *cons. 60. n. 18. lib. 3. in successore Marchionis* Natt. *cons. 636. n. 13. lib. 3.* Et deniq; *in successore Comitis*, Boer. *dec. 204. n. 42.* quod latius prosequuntur Men. *cons. 1. n. 228.* Tib. Dec. *cons. 2. n. 123. vol. 1.*

271 † ubi ait. quod successor ligetur factis, per prædecessorem suum, sub nomine dignitatis, si per viam contractus privilegium concessum sit, Rol. à Val *cons. 1. n. 40. & seq. lib. 2. cons. 13. n. 36. lib. 3. & cons. 100. n. 138. lib. 4.* & Sen. Pedem. *decis. 139. n. 11.* Nic. Ever. Jun. *cons. 1. n. 24. vol. 1.* Carol. Tapia *in l. fi. ff. de const. Prin. cap. 5. part. 2. n. 11.*

272 *Ratio extensionis II.* Deinde confert ad prædictæ declarationis † extensionem, quod successor Imperatoris, aut alterius Principis, alias antecessorum concessiones rite factas, inviolatas custodire teneatur, Fran. Burs. *cons. 16. nu. 55.* Affl. *in c. 1. num. 29. qui successores dare teneantur tit. 3. lib. 1.* Claud. Seyl. *de feud. tit. de his qui feud. dar. poss.* Jacob. Mandel. *cons. 89. nu. 1.* Grass. *com opin. cent. 2. obs. 73.* Decia. eleganter *cons. 25. vol. 1.* Henr. à Rosenth. *synop. feud. cap. 6. concl. 17. nu. 3.*

273 *Salvaguardia Cæsarea mortuo concedente an necessario confirmari debeat.* Cæterum, † cum in more omnium fere gentium positum esse videamus, ut mortuo principe à successore ejusdem initio principatus concessiones immunitates, beneficia, & privilegia Antecessorum Principum, confirmentur, nō immature hic scrupulus suboritur *an ejusmodi Imperialis Protectio, decedente Imperatore per successionem, ut subsistat, necessario confirmari debeat?*

274 *Affirmativa.* Necessitatem innuere videtur insignis ICtus Dn. Ant. Herin. † *tract. perfect. de fidei. c. 2. 7. part. 5. n. 10.* asserens, non petentibus confirmationem à successore, privilegia adimi, ubi ejus assertionis asseclas laudat Cujacium *ad l. 6. ff. de excus. tut.* Gail. *lib. 2. obs. 1.* Mod. Pist. *1. cons. 37. per tot.* Idem velle videtur Cam. Bor. *consul. 1. nu. 31.*

275 † ubi dicit, concessionem per successores Reges ac Dominos pro tutiori cautela confirmari debere, juxta tradita per Bald. *in cons. 112. vol. 1.*

276 † Hinc Tiberius Imperator beneficia à superioribus Principibus concessa, nisi sequentes ea confirmassent, ac veluti novo quodam beneficio concessissent, rata minime illa esse censuit. Unde à Tito primum & Domitiano postmodum jus natorum obtinuit Martialis, ut est auctor Sueton. Tranq. *in Tito*, quod comprobat idem Mart. *lib. 9. Epigram. ad Julium* dum ait

Rumpitur invidia, tribuit quod Cæsar uterque
Jus mihi natorum, rumpitur invidia.

Decisio Negativa. Sed magis est ut † concludamus, confirmationem ejusmodi protectionis Cæsareæ potius consilii, quam necessitatis, ut in individuo respondendo firmarunt, A

277 *Ratio decidendi ab auctoritate.* lex. *cons. 33. num. 16. lib. 5.* Bert. *cons. 193. num. 9. lib. 3.* Bertaz. *cons. 27. n. 28. in tit.* Surd. *cons. 419. n. 16.* Fich. *cons. 78. nu. 4.* Anto. Sol. *in const. antiq. Sab. tit. de fen. decr.* Car. gl. *un. nu. 5.* Acat. Enenck. Bar. Hohenh. *de priv. lit. 3. c. 20. nu. 2.* Vult. *inter cons. Marp. 35. n. 100. vol. 3.* Reus. *cons. 12. nu. 48. lib. 2.* Bern. Grevæus *pract. conc. 1. n. 3. lib. 2.* Gerl. Buxd. *in diff. ad prior. aur. Bull. concl. 37. lit. d.* Idemq, authoritatibus & rationibus stabilivit Vivius Neap. *dec. 206.* ubi sub *n. 1.* dicit quamvis videamus, quod confirment Imperatores in multis legibus privilegia prædecessorū, tamen, re ipsa confirmationem isthanc, non esse necessariam, per Cyn. *in l privil. C. de sacr. Eccl.* & concedit etiam Alb. de Ros. *ib.* confirmare Imperatores privilegia per prædecessores suos Ecclesiis concessa sed non fore hoc necessarium, & allegat. rationem, quod sint perpetua ut *in l. falso C. de divers. rescript.* & hoc idem determinat Bartol. *in d. l. privilegia col. 1. vers. quandoque confirmatur*,

278 † dum ait, quod quando

quando privilegia valida confirmantur, ista confirmatio nihil relevet, quia fiat causa dubitationis tollendæ, ut *in l. qui mutuam ff. mand. & in l. quæ dubitationis ff. de* 279 *reg. jur.* ubi Paul. Cast. & cæteri omnes, † & ea est ratio: quoniam ea, quæ fiunt causa dubitationis tollen-280 dæ, fiunt quippe ad abundantem cautelam, † & cautela, quæ abundat, non est necessaria, ut juris est manifesti. Ergo jura nolunt, quod confirmatio fieri debeat necessario, *l. non cogendum, §. Sabin. ff. de proc. l. hac quoque stipulatio §. divus ff. ut leg. nom. cavea.*

281 Idque multo magis verum est, † in protectione, quæ transiit in contractum; quia contractus dependet à voluntate, & consensu duorum, ut *in l. 1. §. pactum ff. de* 282 *pact. & in l. pactum in pr. ff. de pact.* † Etenim contractu inito perfectoque secundus contrahentium consensus ex intervallo non est necessarius, nihilque operatur, ut patet *in l. quib. idem* & *ibi* Dd. *ff. de verb. obl.* ubi secunda stipulatio facta ex intervallo, non valet, si continet idem quod prima.

Decisionis extensio.

283 Nec obstant præcitatorum authoritates † quia intelligendi sunt, ut loquantur, confirmationes utiles quidem, & majoris cautelæ gratia, non autem ex necessitate petendas esse, sicut in specie Bor. *d. consul. 1. nu. 196. & seq.* expresse respondit, quod successoris Imperatoris aut 284 Regis † confirmatio non exigatur, ut ex Ovidio, Fabro ac aliis voluit Marc. Vetranius Maurus *de jure lib. c. 47.* Et confirmatio ac renovatio à successore non sit necessitatis, sed tantum beneplaciti, ac ad bene esse, Bald. *cons. 112. vol. 1.* Alex. *cons. 33. nu. 16. vol. 5.* Et quod talis confirmatio non necessitatis sed consilii appelletur. præter supra adductos, plurimis allegationibus congestis volu-285 it Mat. de Afil. *in const. Dignum num. 9.* ac pluries *ib.* † Hinc successoris assensus necessarius non est, quando à prædecessore Principe semel habitus & impartitus fuit Fran. Burs. *cons. 29. & cons. 30. vol. 1.* Conferri ulterius ad hanc quæstionem possunt, ea quæ de literis protectionis à successore confirmandis *in Cap. XIV. sub nu. 95.* scripta reperiuntur, ubi quod partem affirmativam secuti fuimus diversitas terminorum harum disquisitionum, nos movit, hic enim simpliciter de Salvaguardia Cæsarea, illic autem de particulari protectionis jure, inter personas inferioris ordinis egimus.

Responsio ad opinionis adversæ authoritates.

Et hæc de finienda per mortem Protectione, quam Imperator ipse suscepit. Quoniam vero alibi dictum, & notorium est quod Cæsar vel alii Principes interdum jus protectionis aliis committant, atque demandent, ideo videndum nunc est, an & quatenus commissa illa, atque demandata Protectio per mortem finem accipiat. Cum autem ea consideratio bimembris sit. Nam aut quæritur de morte committentis, aut de morte commissarii, operæ pretium est, unamquamque disquisitionem separatim enucleare.

286 Quare ut à priori initium sumamus, † vicesimo loco vocatur in dubium. *An protectio super Monasterio, urbe aut villa alicui commissa, morte committentis extinguatur*, ut, si Imperator Principi, Comiti; Baroni vel Civitati Monasterium aliquod protegendum committat, an per mortem Imperatoris Advocatia extinguatur, vel post obitum ejus nihilominus perduret?

Advocatia commissa an per mortem committentis extinguatur.

287 Et certe † videri potest, non durare, sed cum morte 288 mandantis evanescere commissam protectionem, † eo, quod regulariter morte mandantis expiret mandatum, quando res est integra, tex. est *in §. idem si adhuc inst. mand. & l. mandatum C. eod.* Imol. *in l. qui aliena §. si is qui v. item nota quod sicut ff. de acq. her.* Fel. *in c. eam te col. 6. v. 1. de rescr.* Socin. *cons. 31. col. 7. in fi. v. 6. vol. 1. & cons. 127. col. 8. v. prima est, & v. quinimo fortius* Abb. *in c. mandato col. 2. v. & dico quod per mortem, de proc.* Fel. *in c. relatum col. 1. v. nota, quod sicut de offic. deleg.* Soc. *in rep. 254. Rot. in nov. decis. 349.* Rebuff. *in concord. fol. 1. & seq. col. 1. super verbo, sui Pontificatus* Guido Pap. *q. 119. & q. 491.*

Affirmativa. Ratio decidendi I.

Sic etiam secundo Vicariatus alicui concessus, † ut 289 quædam mandati species, ad hæredes non transit, *l. 26. in princ. ff. & §. 10. inst. mand.* sed morte & ejus, qui illum concessit, *c. de offic. vic. in 6.* Abb. *in c. 1. nu. 5. Ne sed. vac.* Covarr. *pract. q. 4. n. 4.* Pacian. *lib. 2. de prob. c. 27. n. 130.* Cum enim per excommunicationem, † Episco 290 pi suspendatur potestas Vicarii ut habetur *in d. c. 1. de offic. vicar. in 6.* multo magis extinguitur per mortem naturalem ipsius Episcopi, ut notat Gem. *in d. c. 1. n. 6. vers. ultimo inducit* & Imol. *in clem. 2. nu. 10. de rescrip.* Idem tradunt Lud. Mol. *tract. 5. de Jurisd. disp. 10. nu. 2.* ubi com. perhibet Cald. *cons. 2. t. de offic. vic.* Joa. Franc. Rip. *resp. 214. n. 4. in noviter additis* Dec. *cons. 404. n. pen.* Men. *cons. 414. nu. 5.* Surd. *cons. 50. nu. 30.* & illius cui concessio facta est Men. *d. cons. 414. num. 3.* & Hier. Gab. *cons. 32. nu. 5. lib. 2.* expirare solet.

Ratio dubitandi II.

Etenim, † principali mortuo, mandatum & potesta-291 tem quoq; ejus, qui vices ejusdem gerebat, extingui necesse est, *d. c. 1. de offic. vic. in 6. clem. fin. de proc.* Barb. *in l. quia tale, n. 14. ff. sol. matr.* Franc. Stroz. *de Vic. Episc. q. 75. n. 3. lib. 3.* Lud. Molinæ. *tract. 5. de jurisd. disp. 10. n. 2.* Surd. *d. cons. 50. n. 30. & seq. vol. 1.* ubi *n. 32.* addit, neminem posse gerere vices ejus, † qui non est, Gerl. Bux 292 torff. *in disse. ad 17. prior. aur. Bull. ca. concl. 61. lit. a. n. 3.*

Tertio huc facit regula, † quod resoluto jure dantis, 293 resolvatur & jus accipientis, *l. lex vectigalis 31. ff. de pign.* Bart. *l. 3. in fin. ff. quibus mod. pign. vel hyp. sol.* Curt. *tra. feud. 4 part. pr. n. 85. & nu. 106.* Schenck. *c. 1. §. fin. n. 6. si de feud. invest. contr. fuer.* Sonsbec. *de feud. p. 12. n. 112. & p. 13. n. 99.* Borch. *de feud. c. 3. n. 42.* Pist. *q. 4. n. 19. lib. 2.* Gail. *obs. 117. n. 3. lib. 1. & lib. 2. de pac. pub. c. 14. n. 12. & c. 17 n. 17.* Matth. Wesenb. *cons. 128. nu. 39. & 50. vol. 3.* Vincen. de Franch. *dec. Pisan 165. nu. 5.* Moz. *de contract. rub. quom. annull. don. num. 61.* Aur. Corbulus *tract. de jur. emphyt. c. 21. n. 79.* Fach. *in consilio suo post q.* Pist. *20. lib. 2. n. 9.* Ejusmodi autem protectio ut ponimus, Advocato ab Imperatore data ac commissa est, Ergo &c. per mortem resoluta potestate dantis Imperatoris, resoluta etiam censetur protectio accipiẽtis.

Ratio dubitandi III.

Quarto hanc sententiam sufulcit, quod mandatum substituti, expiret morte substituentis, † ut tradit Oldrad. 294 *cons. 130. col. 2. v. alia ratione* Cardin. *in clem. fin. col. ult. q. 15. de proc.* Rom. *in l. 2. §. sed si quis col. 2. v. quid autem si procurator ff. de don.* Dec. *in c relatum col. 1. in pr. v. & adde de off. deleg.* Fel. *ibid. col. 2. in fi.* Bellamer. *decis. 6.* Ruin. *cons. 74. col. 3. v. non enim morte patris vol. 3.* Franc. *in c. 1. §. licet col. 2. in fin. v. 4. adverte de proc. in 6.*

Ratio dubitandi IV.

Verum istis oppositionibus non attentis † contrari-295 um concludendo asserimus, propter obitum Imperatoris commissam alicui Protectionem non expirare.

Decisio Negativa.

Ratio est, † quia Imperator committendo Protecti-296 onem, magis habuit respectum ad causam nempe defensionem Monasterii in tuitionem commissi quam ad personam cui commisit. Atqui leges volunt privilegium si-297 ve mandatum, in quo fuit habitus respectus ad causam & non personam, esse perpetuum & ad quoscunque transire, Ad notata Bald. Alex. & post eos Zasii *in l. maritum nu. 25. ff. sol. matr.* Alc. *resp. 7. nu. 10. lib. 4.* Caro, Tapia *de const. pr. part. 2. c. 3. nu. 22.*

Ratio decidendi I.

Secunda ratio est, quia committentis Imperatoris mens fuit ut is, cui defensionem commisit ac demandavit, eam, tam vivente quam non vivente se, præstaret atque exhiberet, † At vero jura sanciunt, quod cum actus commissus etiam post mortem mandantis perficiendus est non extinguatur morte committentis, ita notat glos. *in l. mand. in verb. finitur in fi. ver. item quod dicit C. mand.* & *ibi* Bald. *col. 2. in 4. op. & col. 3. v. Donno sta-*

Ratio decidendi II.

tim

tim & gl. *in l. mortis causa §. Titia verb. doli ff. de don. caus. mor.* gl. *l. si ff. de sol.* Bald. *in l. si defunctus ff. de proc. & consil.* 57. *col.* 2. *v. sed si usurarius vol.* 5. Cyn. *in l. mandat. col.* 1. *C. mand.* Aret. *cons.* 66. *col.* 2. Soc. *cons.* 60. *vol.* 1. Rom. *cons.* 202. *vol.* 1. Corn. *cons.* 86. *col. fi. vol.* 4. Ruin. *cons.* 7. *col.* 2. *vol.* 2. Card. *in c. quoniam Abb. col.* 7. *in* 7. *q. de offic. deleg.* Jo. de Plat. *in §. recte Inst. mand.* Sal. *in l. inter causas in pr. col.* 1. *in* 1. *oppos. ff. eod.*

299 Præterea constat, † defensionem Ecclesiarum ac Mo-300 nasteriorum esse opus pium ac favorabile, † Jam vero firma non minus juris est regula, ob favorem piæ causæ mandatum non expirare morte mandantis, *c. exiit §. in eo de verb. sign. in* 6. Bal. *in auth. si qua mulier col. fi. v.* 4. *noto C. de sacros. Eccl.* Rom. *cons.* 119 *& auth simili. n.* 41. *C. ad l. Falc.* Dec. *in l. ejus §. placebat n.* 3. *ff. si cert. pet. ib.* Jas. *col.* 1. Mars. *sing.* 44. Trig. *sing* 81. Olden. *in libell. suo varia. lect. lib.* 2. *v.* 13. Cov. *var. res. c.* 14. *n.* 15. *lib.* 1.

Ratio decidendi II.

301 Inde traditur, † non expirare legationem, mortuo Papa quam ipse injunxerat Cardinali, in favorem fidei Host. *in c. tam literis col* 2. *v. jurisdictio vero de in integ. rest.* Jas. *in l. more col.* 3. *v.* 7. *fall ff. de juris. om. jud.* Sal. *in l. manda. col.* 5. *v. unde oppono C. mana.* Jo. Fab. *§. item si adhuc col.* 2. *v. quid ergo dices. Institut. eod.* & Angel. Aretin. *ibid. col.* 2. *v. exemplum vero* Ant. Gab. *com. concl. lib.* 2. *concl.* 2. *tit. de proc. nu.* 4

302 Ampliatur autem † hæc determinatio, tanto minus finiri protectionem morte committentis si commissario injunctum sit, defensionem præstare primum in casibus post obitum mandantis evenientibus & defensionem requirentibus quia tunc tantum abest, ut finiatur morte mandantis, ut potius ab obitu primum incipiat habere robur, per *l. si vero non remuner. §. fi & l. seq. C. mandat.* Soc. Jun. *cons.* 97. *n.* 4. *vol.* 1. Corn. *con.* 86. *n.* 11. *vol.* 4. Brunor. à Sole, *in addit. ad Fel. in c. relatum sub n.* 7. *de offic. jud. deleg.* ubi testificatur, istam esse communem. Anch. Jun. *q.* 23. *part.* 1. Beccius *cons.* 66. *nu.* 17. *& seq. vol.* 1. Franc. Vivius *dec.* 494. *nu.* 6. *vol.* 3.

Ampliatio decisionis I.

303 Secundo ampliatur, † quando Advocatia commissa fuit cum clausula, donec mandans eam revocaverit, quia tunc nullo modo extinguitur morte, sed necesse est, ut expresse revocetur Bart. *in l. centesimus §. fi. col. pen. de verb. obl. & in l. mare col. fi. v. quæro morte mandantis ff. de jurisd. omn. jud.* Jas. *in l. ejus qui §. placebat col.* 2. *v.* 6. *nota ff. si cert. pet.* Joa. Andr. *in c. si gratiose in pr. v. dubitari vidi. de rescr. in* 6. Gozad. *cons.* 22. *col.* 1. *in fi. v.* 3. *adduco & v.* 6. *adduco* Ant. Gabr. Rom. *tit. de proc. lib.* 2. *concl.* 2. *nu.* 2.

Ampliatio II.

304 Tertio extenditur præmissa conclusio, tanto minus scilicet morte mãdantis protectionem extingui quando ea non solum sub nomine Imperatorio, sed etiam Imperii alicui demandata fuit. per rationem, quod imperium nunquam moriatur *jurib. supra hoc ipso cap. citat.*

Ampliatio III.

305 Porro non obstant principali nostræ decisioni † quæ superius in contrarium adducta sunt. Quod enim primo dictum est, morte mandantis quodlibet mandatum expirare, id singulariter limitatur, non procedere, quando mandatum factum est ad commodum tertii, quia tunc morte mandantis non expirat, per tradita Bald. *in l. id quod pauperibus q.* 24. *C. de Episc. & cler.* Aretin. *cons.* 125. Ruin. *cons.* 7. *num.* 8. *vol.* 2. Ant. Gab. Roman. *d. concl.* 2. *num.* 40.

Solutio contrariorum Argumentorum. Responsio ad I. dubitandi rationem.

Deinde de Vicariatu velut specie quadam mandati, quod dictum est, eundem post mortem ejus, qui commisit, evanescere, non negatur id quidem, sed inter hūc, & commissam alicui protectionem, magna est discrepantia; quia vicariatus extendit se ad universitatem cau-306 sarum & negotiorum: † Vicarius enim de omnibus causis cognoscere potest, de quibus Principalis exceptis casibus in jure prohibitis, *c.* 2. ubi gl. Franc. & Canonistæ *de offic. vic. in* 6. Lancel. *in temp. omn. jud. lib.* 2. *c.* 6. §. 1. *n.* 15. Corn. *cons.* 181. *n.* 37. *vol.* 2. Gerl. Buxtorff. *in dissert. ad* 17. *prior A. B. capita concl.* 62. *lit. f.* Advocatia autem in se duntaxat continet actum defensionis, ideoque à vicariatu ad clientelam, tanquam separatis, non est inferendum, *jurib. vulg.*

Responsio ad II. dubitandi rationem.

307 Nihil etiam decisioni supra formatæ repugnat regula illa, quod nempe resoluto jure dantis, † resolutum quoque sit jus accipientis. Quia in commissa Advocatia per Imperatorem, vel alium Principem, ejusdem resolutio seu revocatio pendet à mera voluntate committentis, ut per se patet, & *paulo inferius* allatis testimoniis probatum extat. At vero juris definiti est, quod resoluto jure dantis, non resolvitur jus accipientis, si ea resolutio pendet à mera voluntate authoris Bart. *in l.* 3. *ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solv.* ubi, si res empta fuit alii per emptorem obligata, mox vero venditor allegando precii læsionem, illam recuperet, minime resolvitur hypotheca; quia reddita videtur ex voluntate emptoris, qui supplendo precium, poterat eam rem retinere: sequitur Ang. *ibid.* Idem inquit Bart. *in l. si ex duobus §. sed & Marcellus ff. de in diem adject.* idemque voluit Joan. Andr. *ad Specul. in rubr. de oblig. & solut. col.* 2. *versic. proposito congruit* Alber. *in l.* 2. *col.* 4. *vers. item quæro vendidi Cod. de rescind. vend.* Alex. *cons.* 47. *col.* 2. *versic. ad quod pluribus volum.* 5. Bart. Cuman. & Fulgos. *in l. in diem ff. de aq. pluv. arcend.* Boer. *decis.* 181. *num.* 10. Tiraq. *de retract. convent. §.* 3 *gloss. unica num.* 10. Surd. *decis.* 26. *nu.* 2.

Responsio ad III. dubitandi rationem.

Quod ultimo denique objectum est, mandatum substituti expirare, per obitum substituentis, ejusdem est farinæ cum primo dubitandi argumento, & ex ejus resolutione ad id quoque patet responsio.

Responsio ad IV. dubitandi rationem.

308 Et hactenus quo ad mortem committentis Protectionem, † *Quid autem dicendum, si is, cui Advocatia commissa est, vitam cum morte commutaverit?*

XXI.

Ejus Protectionis hoc casu evanescere planum est. † Regulariter enim ut *supra* etiam aliquoties dictum fuit, mandatum finitur morte mandatarii, §. *recte quoque Instit. de mandat. l. si quis alicui §. morte Digest. Eod. l. inter causas ff. mandati* Bart. *in l. fundi §. etiam ff. de acquir. poss.* Socin. *regul.* 258. ubi limitat istam regulam decem modis Marsil. *sing.* 44. Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit*, ubi quoque ampliat & limit. hujus regulæ ponit, *part.* 4. *concl.* 64. Mozz. *de contr. tit. de mand. col.* 4. *nu.* 37.

Extinctio Advocatiæ commissæ per mortem Advocati. Affirmativa decisio.

309

310 *Ratio decidendi.*

311 Ubi dicit, ex natura mandati esse, † ut obligatio mandati ad hæredem mandatarii non transeat, quia industria personæ videtur electa, *l. mandatum ff. mand. l. inter causas ff. eod.* Bart. *in l. fundi §. etiam ff. de acq. poss.* Fel. *in c. cum te nu.* 20. *de rescr.* Sebast. Medices *tr. mors omnia solv. part.* 2. *concl.* 116.

312 Hoc tamen recipit moderationem, † ut secus sit, si Advocatia alicui sub nomine, significante dignitatem seu officium commissa fuisset; tunc enim etiam extincta persona mandatarii seu commissarii, Protectionis jus non extinguitur, sed ad eos, qui in eadem dignitate vel officio succedunt, devolvitur.

I Limitatio prædicti modi.

Sic enim exempli gratia cum Episcopus Herbipolensis Hæreditarius nobilissimi Collegii Chombergici Advocatus, ac Protector per augustissimos Imperatores constitutus fuerit, eaque ordinatio seu constitutio sub nomine significante dignitatem Episcopalem, & non singularis personæ facta fuerit idcirco morte functo Præsule Herbipolensi jus † protectionis ejusdem Ecclesiæ non extinguitur, sed in successorem transfertur: ut etiam fieri videmus in delegatione † facta ali-313 cui sub nomine dignitatis, quæ transit ad successorem: licet secus sit quando fit sub commemoratione personæ, *§. si vero jubem. in Auth. ut nulli jud.* gl. *in l. tale pactum in gl. fi. circa fi. ff. de pactis* Jas. qui late prose-

qui-

quitur *in l. majorum nu. 65. Digest. de jurisd. omn. jud.* 314 Menoch. *de arbitr. jud. qu. 68. num. 21. & seq.* † & in privilegio concessa alicui sub nomine dignitatis, quod extendatur ad successores, ponit Bald. *in l. sordidorum C. de excu. mun.* Petr. de Pod. *cons. 68. inter cons. Feder. Senens.* ubi dicit, privilegium Episcopo concessum, ne cui, sive illius licentia provideri possit de beneficio, trahi ad futuros Episcopos, refert & sequitur Joan. Petr. Surd. *cons. 262. nu. 40. lib. 2.*

315 *II Limitatio.* Secundo idem etiam dicendum, si protectio † per Imperatorem alicui universitati demandata fuerit, quia tunc dicitur facta personis perpetuis, quæ nunquam moriuntur, ut Civitas, collegium & alia: quo casu mandatum censetur reale, & ad quoscunque posteros transmittitur, ut est text. apertus *in l. forma, §. quanquam ff. de censibus* & gloss. *in d. l. sordidorum*, & gloss. *24. quæst. 2. in summa sentit. & in l. 1. ff. de const. Prin.* per tex. *in l. proponebatur in fin. ff. de jud.* Sicut enim Jurisdictio, 316 ita etiam Advocatia pluribus † ut collegio seu universitati competens, deficientibus aliquibus, cæteris accrescit, cum in locum decedentium semper alii subornentur & universitas nihilominus maneat, per *l. nulli 9. & plane 4. ff. Quod cujus. universitat. nom. l. ubi adsunt 19. ff. de tut. & cur. dat. ab his & l. Quod major 19.* & ibi Bart. *ff. ad Municip. l. aliud 160. alias 120. §. refertur* & ibi Decius *n. 1.* Cag. *& alii ff de Reg. jur. c. quia propter & c. auditis, de elect. c. 1. de his, quæ fiunt à major. part. cap.* DD. *in c. cum omnis de const.* idem concludit Paul. de Cast. *in l. maritum ff. sol. matrim.* Bald. *l. fin in 1. lect. n. 8. de const. Prin.* sequitur Soc. *cons. 94. n. 5. vol 3.* idem tenent Bellon. *cons. 20. in fi.* Natta *cons. 649. n 17.*

Limitatio III. Sic & tertio par est ratio si Advocatia concessa sit certo generi personarum id est certo alicui opificum collegio sicut alicubi, Salis coctoribus certæ plateæ, incendio forte periclitatæ defendendæ committi solent, quia tunc ita commissa protectio pariter transit ad successores, uti declarat Dyn. *in c. privilegium in fin. de reg. jur. in 6.* ubi Anch. *col. 3. circa med.* Bald. *d. l. sordidorum.* Ex quo infert Bald. *cons. 112. n. 6. vol. 1* quod immunitas concessa habitatoribus seu laboratoribus, 317 non sit personalis, sed extendatur ad novos, qui antiquis successerunt, quia est concessa generi personarum, sequitur Surd. *d. cons. 262. n. 42.*

An & quatenus Advocatia ad Beneplacitum concessa finiatur Resolutio quæstionis per certos casus. Porro si inter aliquos unio Protectionis ad beneplacitum unius vel utriusque partis, sive magistratus, aut superioris concepta fuerit, † non abs re quæritur *quousque durare vel quando expirasse atque ad metam pervenisse censeatur?*

Quoniam vero hæc ipsa quæstio propter varietatem casuum multiplicesque circumstantias prolixam nimis requireret disputationem, eam pro evitanda molestia, ad certos casus redigam, qui ad totius materiæ resolu- 318 tionem sufficere poterunt.

319 *Sedes materiæ BENEPLACITI.* Tametsi enim eandem materiam à † Doctoribus hinc inde tactam non ignorem nempe *c. si gratiose de rescr. lib. 6. in c. si delegatus de offic. deleg. lib. 6. in l. centesimis §. si. de verb. obl. in l. more majorum de jurisd. omn. jud. l. Jurisperitos de excus. tutor. leg. sufficit de condict. indeb.* Bald. *in leg. prima Cod. de popul. in leg post dotem numer. octavo soluto matrimon.* idem Bald. & Salyc. *in leg. in vendentis Cod de contrahen. empt.* Angel. *in leg. certe numer. secundo, de precar. & consil. 217.* Corn. *consil. 62. & 235. libr. secundo.* Gozadin. *consil. 22 numer. 10.* Socin. Jun. *consil. 63. num. 10. libr. secundo.* Capit. *decis. 136.* Covarruv. *libr. 3. var. resolut. cap. 15. numer. primo & 3.* Anton. Gabr. *commun. conclus. titul. de prabend. conclus. 1. num. 20.* & Jacob Menoch. *de arbitr. jud. quæstion. 69. numer. 5. & seq.* Quia tamen multa adhuc perdifficilia ac controversa ab iisdem relicta sunt, & non satis explicata fuerunt; non alienum ab instituti mei ratione futurum existimavi, si ea, quæ in hoc argumenti genere ad protectionis materiam juste referri recteque accommodari posse videntur, in medium afferrem, non, ut plus cæteris me vidisse aut invenisse autumem, sed ut, quæ permiste tradita ac coacervata ab aliis legi, in clariorem saltem ordinem redacta, iis, quibus vacaverit melius excutienda ac sapientiorum judicio diffinienda relinquam.

320 *Casus primus Beneplaciti.* Primus igitur casus est, † quando verba in Tabulis protectionis simpliciter habent, eam ad beneplacitum patroni vel clientum, sive utriusque partis directam esse, tunc ei quandocunque lubet, tam hic, 321 quam ille renunciare potest, † eo quod natura beneplaciti sit, ut possit quandocunque revocari, ut recte tradit Carol. Tapia *in leg. final. Digest. de constitut. Princip. cap. 3. numer. 17. part. secunda*, idque nulli legi, † subjaceat text. *in l. fideicommissa, §. quanquam ff. de leg. 3.* gloss. *ibid. in verb. voluerit.* Natta *cons. 608. n 5. vol. 3. incip. pro decisione.* *Protectio ad beneplacitum inita utrumcunque hoc partis renunciatione tollatur. Decisio affirmativa.*

Quamdiu autem renunciatio facta non est, † tamdiu Advocatia durare censetur; Quia contractus ad beneplacitum durabilis tantisper firmus manet, 322 donec alteruter contrahentium illum revocet vel mo- 323 riatur.

324 Quia voluntas non tam revocatione, † quam morte solvitur & extinguitur, tex. *in d. c. si gratiose* Gozadin. *dict. consil. 22. numer. 4. leg. 4. quæ incipit locatio Digest. locati text. in leg. mandatum Cod. mandat. & leg. uxorem §. penultim. de leg. 3.* Gail. *pract. obs. libr. 2. obs. 60 n. 16.*

Sed quæstionis est, *an protectio taliter inita possit quandocunque & indistincte revocari?*

325 *Quomodo Advocatia ad beneplacitum utriusque partis inita revocari possit.* Et quamvis sine causa legitima revocari non posse responderit Capit. *decis. Neapolitan. 116. numer. 1. & seq.* eumque refert & sequitur Caroc. *tract. de locat. & conduct. d. quæst. 12. n. 13.* ubi etiam dicit, † consulem ad beneplacitum positum, non debere sine causa revocari, & quod semper talis concessio intelligitur, arbitrio boni viri, & hæc reputetur notabilis limitatio Bald. *in l. meminisse, de offic. proconsulis & legati* Franc. *in c. si delegatus col. 3. de offic. deleg. lib 6.* idem Bald. *in l. fin. §. 1. n 4. Commun. delega.* cum multis per Jasonem *in l. si sic legatum num. 6. in fin delegat 1.* Ruin. *consil. 181. n. 6. lib. 1.* Felin. *in c. 1. col antepen.* ubi etiam And. ab Exea. *n. 391. de constitutionib.* attento tamen communi usu loquendi beneplaciti verba importante beneplacitum liberum & non ad arbitrium boni viri referuntur, prout ita apud Gallos intelligi, decidit Guido Papæ *decis. 475.* & Corn. *cons. 156 col. pen. lib. 3.* sequitur Men. *de arb. jud. qu. 8. n. 10. lib. 1.* 326 *Decisio inter vivos.* 327 328 329

330 *XXIII. Protectio ad beneplacitum revocabilis An unius vel alterius morte extinguatur. Affirmativa Decisio.* Si autem nec Patronus, nec cliens, dum viverent, † Protectioni renunciarunt, unius vel alterius morte clientela expirat, *d. l. 4. ff. locati l. centesimis, §. si ita stipulatus fuero,* & ibi Bart. *n. 9.* Jas. *n. 12. ff. de verb. oblig.* text. *in d. c. si gratiose de rescr. in 6.* Ang. *cons. 27. col. 9.* Goz. *cons. 22. n. 7.* Marl. *in l. fi. n. 41. ff. de qu.* Corn. *cons. 235. & 92. vol. 2.* Bart. *in l. & quia ff. de jurisd. omn jud.* Gemin. *in c. si delegatus de offic. deleg. lib. 6.* Sebast. Med. *in tract. mors omnia solvit concl. 16.* Soc. Jun. *cons. 63 vol. 2.* Dd. Cov. *var. resol. lib. 3. c. 15. n. 2.* & hæc est verior & magis communis opinio ut per Dec. *in l. 3. prope fi. ff. de reg. jur.* Jal. *in l. non solum § morte n. 2. ff. de nov. op. nunc.* Curt. *cons. 235.* Guid. Pap. *decis. 119.* Alex *cons. 128. lib. 6.*

331 *Declaratio per Exemplum.* Hinc est, quod condemnatio in exilium facta, † ad beneplacitum Judicis, ejus morte extinguitur, ut communiter concludunt Bart. Ang. Imol. Cast. Jaf. & alii *in d. l. centesimis §. fi. de verb. obl.* Cyn. Bald. Salic. & alii *in l. fi. C. de contrah. empt.*

Sic dicimus, mandatum morte finiri, † quia mandantis voluntas deficit, *l. mandatum C. Mand.* quam in hanc sententiam citavit Bart. *in d. l. centesimis §. si ita stipula-*

333 *pulatus fuero, n. 9.* † Sic declarandi & eligendi arbitrium, morte finitur, Jas. *cons. 148. col. pen. vers. 2. prin. lib. 2.* Sic superioris præceptum, illius morte finitur, 334 Dec. *in rubr. C. de mand. princ. n. 11. & 12.* Sic suspen- 335 sio banni ad beneplacitum, morte finitur, Angel. *cons. 217. col. 9.* quem sequit. Dec. *cons. 108. n. 2.* Cujus etiam meminit Gozad. *d. cons. 21. n. 10.* qui & alia plura congessit similia, quib. ostendit beneplacitum morte finiri.

336 Secundus casus est, † cum Advocatia ad beneplacitum sedis Apostolicæ vel Cæsareæ Majestatis instituta fuit, tunc morte summi Pontificis vel Imperatoris finita non censetur, quia eo casu dignitas Papalis ac Imperialis, quæ semper durant, non autem persona consideratur, per text. *in d. c. si gratiose*, & tradit Bart. *in d. l. centesimis §. si ita stipulatus, n. 3.* ubi Jas. *n. 13.* idem Bart. *in l. more. n. 7. de jurisd. omn. judic.* Dec. *in cap ex literis. in fin. de constit.* Ruin. *cons. 104. n. 2. & 11. vers. secundo non obstat.* Capic. *d. decis. 136.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. ult. quæst. 71. in fin.* Covarr. *d. cap. 15. n. 2.* & Jo. Bolognet. *cons. 2. n. 9.* † Quando autem concessio dicatur respicere dignitatem concedentis, vel ipsam personam privatam, explicant Ruin. Capic. & Covarru. *locis præcitatis.*

Casus III. XXIV. Advocatia ad beneplacitum sedis Apostolicæ vel Cæsareæ Majestatis instituta, an morte summi Pontificis vel Imperatoris extinguatur. Decisio Negativa.

Hinc est, † quod officialis ad beneplacitum Princi- 337 pis, reputetur perpetuus, Alexand. *in l. principalib. in* 338 *fin. ff. si cert. petat.* & ibi late Jas. Bart. *in l. a pupillo §. si* 339 *quis ipsi prætori quæst. 3. ff. de nov. oper. nunciat.* Cyn. & Bald *in l. quisquis C. si cert. petat.* Bald. *in l. solent, in fin. quæst. 4. de offic. proconsul.* Jas. *in l. sufficit, notab. 2. Dig. de condict. indeb. & in l. Stichum aut Pamphilum §. stipulatio. col. 2. ff. de verbor. obligat.* Paris. de Put. *in tr. Syndicat. in verbo contrahere. nu. 6.* Chassane. *in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6. nu. 12.* Pedemont. *decis. 144. n. 13.* Tiraq. *de retract. convent. §. 2. gl. 1. n. 74.*

Confirmatio decisionis per exempla.

340 Et ratio prædictorum est, † quia ipsa dignitas, non persona, est causa finalis intentionis, secundum Præpos. *in §. illud. fin. n. 1. in fin.* Afflict. *n. 1. per cap. quoniam*, & ibi Abb. *de offic. delegat.* Præpos. *in §. fin. n. 1. vers. in contrarium*, & Raven. *hic finit. lex.* faciunt notat. Panor. *in c. quoniam. de offic. deleg.*

Ratio decisionis.

341 Secus autem est, † si in literis protectionis scriptum fuerit, ad beneplacitum Romani Pontificis vel Imperatoris; eo enim casu per mortem hujus vel illius Advocatia expirat, quia tunc magis spectatur persona, quam dignitas, ut tradit Philipp. Franc. *in c. si gratiose, n. 8.* ubi multos allegat. Tunc namque per mortem alterius Advocatia extinguitur, authoritate peritissimi Canonistæ Archidiaconi Philip. Franc. & aliorum, quos adducit & sequitur D. Covarr. *lib. 3. var. resolut. c. 15. n. 2.* adversus Bald. Lap. & Gem.

Declaratio decisionis. XXV. Expiratio Advocatiæ per mortem certæ personæ ad ejus beneplacitum initæ.

Quod fortius procedit, si scriptum sit, ad beneplacitum Papæ, Cæsaris, vel Regis nostri, ut voluit Bald. & Philip. Franc. *n. 7. in d. c. si gratiose* Jo. Andr. Cardin. & Imol. *in c. literis de rescript.*

Extensio præcedentis declarationis.

342 Quod tamen limitatur, † non procedere, quando esset appositum beneplacitum impersonaliter, ut, donec Papæ vel regi placuerit: ita Bal. & Philip. Franc. *dicto loco vers. quod tamen limitatur*, in quo, ut arbitror, fundatur, quod decisum refert Capic. *decis. 136. n. 4.* concessionem ad beneplacitum regium, non extingui morte Regis.

Limitatio II. Casus.

343 Et ratio est, † secundum Archid. quia cum voluntas à certa persona dependet, tunc moritur cum persona, tradente Bart. *in l. locatio ff. locat & in l. centesimis. §. fin. col. 2. vers. ultimo formo hic unam. ff. de verbor. obligat.* Cyn. *in l. fin.* & ibi Bald. *in 6. q. C. de contrahend. empt.* Alex. *in d. l. centesimis. §. fin. alias l. seq. de verb. oblig. & in l. post dotem ff. solut. matrim.*

Ratio limitationis.

344 Notandum tamen est, quod hic de morte dicitur, 345 non extendi ad mortem civilem, per eam enim non cessat voluntas vel beneplacitum, sicut dicitur in deportato *in l. cum pater. §. hæreditatis. Digest. de leg. 2.* 346 neque † etiam mors civilis æquiparatur naturali, nisi in 347 casibus expressis in Jure, ut per gloss. *in c. 1. de offic. vicar.* & gl. *in c. placuit. 16. quæst. 1.* Bart *in l. ex caus. ea part. 121. §. in insulam ff. de verb. oblig.*

Tertius casus est, † si contractus protectionis ita initus sit, ut duret ad beneplacitum alicujus in dignitate vel certo officio constituti, tunc finitur etiam, ante mortem illius, quando illa dignitas vel officium expirat, vel cessat, uti observavit Bald. notabiliter *in d. cap si gratiose, de rescript.* per text. *in l. Lucius de fideicommiss. libertat.* Frideric. de Sen. *cons. 251.* Caroc. *d. quæst. 12. n. 8.* ubi dicit, hunc casum notandum esse, nedum in materia locati & conducti, sed ad favorem juvenum, qui præstant istas fidejussiones de se repræsentando ad beneplacitum D. Gubernatoris: nam, finito officio expiravit.

XXVI. Expiratio officii, in quo is ad cujus beneplacitum protectio facta est, positus fuit. Casus III. Advocatia inita ad beneplacitum alicujus in dignitate vel certo officio constituti, an illo officio expirante, expiret etiam protectio? Decisio affirmativa.

Si tamen non extinguatur dignitas, sed ab ea, in dignitate positus, ad cujus beneplacitum protectio durare debet, deponatur: tunc clientela non finitur, durante persona: † Quia placitum & voluntas, est actus animæ, non dignitatis, vel rei inanimatæ, *d. cap. si gratiose de rescript. lib. 6.* nisi Jus protectionis, mero dignitatis respectu alicui concessum sit, tunc enim in successorem transit per prædicta.

348 Declaratio decisionis. Dignitate illa non extincta, sed persona duntaxat, ad cujus beneplacitum protectionis duratio directa fuit, ab officio remota an clientela finita esse censeatur. Decisio negativa.

Quartus casus est, † si protectio ad certum tempus & deinde ad beneplacitum facta sit: tunc intelligitur ad tantundem, & non ultra, porrigi, ut in terminis factæ locationis ex Afflict. & Bald. concludit Caroc. *tract. locat. & conduct. in 6. grad. accident. quæst. 12. n. 1.*

Porro ad ea, † quæ hucusque de protectionis finitione, ad beneplacitum directa, in medium adducta fuerunt, aliud nunc dubitationis caput accedit, *quidnam dicendum sit, cum ea ad revocationem concepta reperitur, quando tunc finita censeatur?*

349 Et dicendum est, † quod Advocatiæ Ius sub hisce vel similibus verbis contractum, ut duret, donec fuerit revocatum, vel aliter ordinatum, aut sub conditione, voluntatem contrariam requirente, initum non expiret morte contrahentium, sed ad eorum etiam hæredes vel successores transeat, sicut authoritate *c. si delegatus. de offi. deleg. lib. 6.* docuerunt Jo. And. *n. 2.* Gem. *n. 9.* & Philip. Franc. *n. 10.* & cæteri scribentes *in d. c. si gratiose.* Bart. sibi contrarius *in l. more major. n. 13. in fin. de jurisd. omn. jud.* Bald. *in proœmio ff. §. hæc autem tria*, sequutus est subtilis Ang. *in l. certe. n. 2. in fin. de procur.* Alex. & alii *in l. centesimis. §. fin. de verb oblig.* Socin. *cons. 77. lib. 3.* Dec. *cons. 108. n. 3.* & Gozad. *cons. 21.*

350 Casus IV. 351 352 XXVII. Advocatia ad revocationem concepta utrum finiatur per mortem contrahentium. Negativa decisionis.

Cujus conclusionis ratio est, † nam, licet morte cesset voluntas, *l. 4. ff. locat.* Gall. *lib. 2. obs. n. 60. 16.* non tamen revocatur, cum tum demum inducatur revocatio, cum contraria voluntas ponitur, quæ per mortem non inducitur, ut docte explicat Dec. *cons. 108. n. 4.* idem *in l. ejus est nolle in fin & in l. contractus. n. 11. ff. de reg. jur. & in c. ex literis. in fin. de constit.* Sed his ita de morte incidentibus quæstionibus definitis ad reliquas finiendæ Advocatiæ causas pergendum est.

353 Vicesimo octavo igitur † *cessat Jus protectionis ex lapsu temporis* in constituenda Advocatia specialiter definiti, arg. *l. 52. §. fin. & ibi DD. ff. de pact.* Et hanc cessantis Advocatiæ formam complexus etiam est post Tiraq. *de retract. convent. §. 1. gl. 2. n. 44. & seq.* David. Heping. *dissert. de jure Advoc. concl. 61. lit. A*, ubi scribit: Si ad certum tempus concessa sit Advocatia, eandem lapsu illius terminari. Cujus ratio assignatur, quod contractus & pacta quælibet, ad certum tempus durationis conventa, eo lapso, † solvuntur, & cessant *l. si unus. §. 1. & l. epistola. §. fin. ff. de pact. l. cum qui. §. qui ita stipulatur*, & ibi Jas. *n. 7. ff. de verb. oblig.*

Ratio decidendi. XXVIII. Cessatio Advocatiæ ex lapsu temporis definiti. 354 Ratio hujusmodi.

356 *Ratio II.* Secundo quod † ad certum usque tempus debetur, finito tempore exigi non potest, Gothofred. *ad l. obligationum. §. placet ff. de obligat. & action.* in quib. locis not. Dd. & copiosissime ad hoc allegat Tiraq. *de retract. convent. §. 1. gloss. 2, n. 44. & 45.*

357 *Ratio III.* Tertio quia facultas, pro certo tempore concessa, ultra tempus illud non competit, *l. statu liberum. §. Stichum. & l. Titia cum testam. 34. §. ult. ff. de legat. 2.* Ceph. *cons. 235. n. 11. lib. 2.*

358 *Ratio IV.* Quarto huc facit, † quod permissum usque ad certum tempus, post vel extra illud tempus censeatur esse prohibitum, *l. si unus. § 1.* & *ibi* Bald. *l. exempla. §. fin.* & *ibi* Castr. *de pact. d. l. statu lib. 11. Stichum. de legat. n. l. sicuti. §. ult.* & *ibi* Bald. *quib. mod. pign. solvat.*

359 *Declaratio per exempla.* Sic finitur & solvitur † mandatum finita die, ad quam constitutum fuerat mandatum. Nam, etiamsi per Judicem prorogetur, non potest procurator amplius agere, Jo. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de procur. §. rationi. vol. 3. v. cum olim de offic. delegat. c. significavit, de appellat. cap. si quem de procurat. in 6. l. qui mutuam. §. non ideo ff. mand.* Ægid. Bellamen. *concl. 135*

360 Imo lapsus temporis Advocatiæ † præstituti vim habet renunciationis, *l. si ea C. qui a. cas. poss.* & *ibi* non. Bald. *l. 1. §. sed videndum, de success. ed.* Bald. *l. 2. n. 11. C. de rescind. vendis.* Jo. Koppen *illustr. quæst. 1. n. 33.*

361 ubi dicit, † qui tempus certum & definitum præterlabi permittit, juri suo renunciasse censeri, & dicit idem Bald. ad Specul. *tit. de appellat. part. 2. paragraph. 1. vers. porro, quod tempus appositum idem, imo plus operetur, quam renunciatio*, per *l. facta paragraph. si quis bonorum ff. ad Trebel.* & tradunt Bald. & Salycet. *in auth. quæ*

362 *supplicatio. in fin. C de precib. Impér. offic.* † tempus scilicet alicui rei præfixum, esse de forma ipsius rei, id quod affirmat etiam Castrens. *in l. si à lege. in prim. Digest. locati. & in l. qui Romæ. §. Callimachus ff. de verb. obligat.* per text. *in l. scire oportet. §. consequens ff. de excusat. tut.* Roland. *cons. 72. n. 8. vol. 3.* Becius *cons. 32. n. 1.* Et quod lapsus temporis tacitam inducat renunciationem, voluit gloss. *in l. si ego ff. de neg. gest.* ubi Angel. *circa fin.* dicit, menti tenendum esse, allegat etiam Dyn. & Joan. Andr. *in ca. ratihabitione, de reg. jur. in 6.* gl. *in l. 1.* ubi etiam Salyc. *C. de in integr. restit. min.* Bart. & Ang. *in l. bonorum ff. rem ratam hab.* Bald. *cons. 466. n. 2. vol. 1.*

363 Sic etiam feudum † ad tempus concessum, præterlapso tempore revertitur ad Dominum, arg. *l. fin.* & *ibi* gloss. & Bald. *C de legat.* Schrad. *tract. feud. 2. part. 9. part. princ. sect. 9. n. 6.*

364 Quare sicut tempore, † ad quod feudum concessum fuit, elapso, vasallus ulterius invitus vasallus manere non cogitur, ita nec protector, termino finiendæ Advocatiæ instante ac præsente defensionis onus subire astringitur arg. *l. licitatio. 9. §. ad conducendum ff. de public. l. tertia. §. quinquennium ff. de jur. fisci. l. si cum Hermes 7. & l. ne cui. 32. C. de locat. & conduct.*

365 *Objectionis Refutatio.* Nec obstant huic † dissolvendæ protectionis rationi text. *in l. obligationum fere, §. placet. §. de act. & obligat. l. si certis 28.* & *ibi* Donell. *C. de pact. & l. cum, 56 paragraph. qui ita 5. ff. de verb. obligat.* ubi Doctores tradunt, tempus non esse modum tollendæ obligationis, Quia † respondetur id de causa solius temporis accipiendum esse. Sola enim temporis † longinquitas etiamsi 60. annorum curricula excesserit, Jura alterius minime mutilat, *l. fin. C. de long. temp. præscript. quæ pro libert. & non adversus libertat. oppon.* Hinc Dominus Sichard. *in l. si filius famil. 10. n. 6. C. de hæredit. petit.* notat, indoctos Advocatos, qui ubi de præscriptionibus cœperint agere, contenti sunt, se fundasse in solo tempore, in quo ipsos plurimum, ait, errare, cujus tamen casum singularem videre licet apud eundem *C de fideicom. l. 1. nu. 6.*

366

367

Secus vero est quando cum tempore consensus partium, aut legis dispositio, aut alia efficax concurrit causa, tum enim obligationem uti tempore constitui: ita & tolli dubium non est, *d. l. obligationum. 44. paragr. placet. ff. de oblig. & act. ibid.* Wesenb. *in paratit.* Sich. *dict. locis* Salycet. *in l. sicut. C. de praescript. 30. annor.* Jo. Frid. Husan. *tr. de servis & homin. propr. cap. 5. quæst. 3. principal.*

Et sic adjectio certi & definiti temporis, impedimento est, quo minus protector in futurum & ulterius ad protegendum obligatus existat: quia tempus intelligitur promissoris seu Advocati causa adjectum, *l. cum tempus. 17. ff. de Reg. jur.* Hinc est, ut, si protector constitutus post tempus ad ferendum auxilium requiratur, ratione futuri temporis, pacti conventi exceptione se excusare possit, arg. text. *in l. oblig. §. placet ff. de oblig. & act. l. 2 ff. de servitut. l. si filiusfam. ff. de tut. & rat. distrah.*

368 *Utrum Advocatia tempore finita ex subsecuta consensione tacite redintegretur.* Sed hoc loci illud in quæstionem venit, † *An finito temporis cursu, ad quem protectio directa fuit, si patronus etiam postea clientibus auxilium præstet, ex taciturnitate redintegrata atq; renovata censeatur clientela?*

Arbitror autem in hoc puncto negative † esse respondendum.

369 *Decisio negativa.* Primo enim manifesti Juris est, quod semel omnino dissolutus clientelæ, temporis lapsu defunctæ, nexus sine utriusq; partis consensu, redintegrari non possit, arg. *l. si ut proponis, 6. C. de Nuptiis.*

370 *Ratio decidendi I.* Sicut enim certum est, † contractum protectionis conventionalis, uti & alios quoslibet contractus, ab initio non posse fieri, nisi Advocato & clientibus consentientibus, arg. *l. sicut, 5. C. de actionib. & obligat. l. invitum. 11. C. de contrahenda empt. leg. nec emere C. de Jure deliberand.* † ita pariter, cum in actu, penitus dissoluto, instaurando sive reparando, eadem solemnitas requiratur, quæ in ipso actu, ab initio celebrando, necessaria fuit, *d. l. si ut proponis*, consequitur absq; novo utriusq; partis consensu, Advocatiam non redintegrari, ut in simili tradit Schrad. *de feud. part. 9. sect. 14. n. 37. in fine.*

371

372

Ratio decidendi II. Deinde experientia docet, quod in constituendo Jure protectionis, plerunque intervenire soleat scriptura, ut [illegible] etiam dictum. † Ubi autem scriptura contrahitur: tacita Advocatiæ reconductio locum non habet, arg. *l. item quæritur. §. qui impleto ff. locati.*

373

374 *Ratio decidendi III.* Præterea hanc sententiam † in terminis Juris Emphyteutici tenuere Alex. *cons. 76. lib. 1.* Ruin. *cons. 81. n. 6. lib. 1.* Craw. *cons. 87. n. 3.* Jac. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. c. 85. n. 38.*

Ratio decidendi IV. Quarto pro eadem parte negativa faciunt notata Dd. *d. l. si cum Hermes. C. locati*, quam in terminis renovati fœderis ad propositum allegat Jacobin de S. Georg. *verb. adhærentes. circa fin.* & post eum Vincent. Carot. *in tract. locat. & conduct. quæst. 19. ad §. qui impleto.*

375 *Ratio decidendi V.* Quinto in confirmationem hujus † pronunciati facit text. *in tit. de Pace Constantiæ, in verb. item si societatem in usib. feud.* ubi expresse debet renovari. Et hanc opinionem dixit veriorem ibi Bald. & Alex. ad Bart. *in d. §. qui impleto, lit. F. circa med.* Liga igitur expresse renovari debet, nec operatur in ea tacitus consensus.

376 *Ratio decidendi ult.* Prædictis demum adstipulatur † Berta hin. *in Repert. verb. confœderatio. n. 7.* ubi dicit, confœderationem per decem annos, vel alio tempore, non videri refirmatam, ex eo, quod post tempus invicem præstetur auxilium.

377

XXIX. *Finitur Advocatia ex apposita conditionis eventu.* Vigesimo nono cum † protectionis periodus etiam in incertam conditionem temporis vel casus contingentiam, si hoc vel illud fieri contigerit, conjici possit arg. *l. 1. C. de cond. & demonst.* solvitur clientela per appositæ conditionis eventum, ut si in constituenda Advocatia vel

vel demandata protectione, certus durationis eventus appositus fuerit, tunc eo eveniente, obligatio protectitia extinguitur, argum. *l. si adrogati, 14. in fin. ff. de tutel. l. 4. pr. ff. de serv. l. 13. in fin. de S. P. R. l. 7. princip. de distract. pignor. l. 56. paragraph. 4. de verb. obligat. l. 54. paragraph. 1. ff. locat. l. simus 28. paragr. 1. l. 55. §. final. ff. de pact.* & ibi DD. Tiraquel. *de Retr. convent. §. 1 gloss. 2. n. 44. 25. l. tutor datus. 8. §. 1. ff. de testam. tutel.* facit *l. 36. de reb. credit. & l. 8. princ. de pericul. & comm. rei vend.* Paris. *cons. 8. n. 23. & seq. vol. 1.* Surd. *cons. 298. n. 36.*

378 Ut autem defensio † seu protectio prædicto in casu cesset, omnino necesse est conditionem prius existere Jacob. Synzius *in disputat. de Jure protect. Anno 1621. Argentinæ habita* §. 151, ubi notat conditione non existente vel casu non emergente Jus protectionis non dissolvi, *l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omiss. caus. testam.* quia ejus existentia, est de substantia probationis ad obtinendum id, quod sub ea dispositum est, aut convenit, ut tradit Bald. *cons. 122. col. 1. vers. allegatur tertio vol. 3.* Eodemque tendunt, quæ not. *in l. cedere diem ff. de verb. signific.* Et quod alias traditur, conditionem continere solennitatem non levem, quam omnino adesse oportet, arg. *l. 3. in princip. Digest. de collat. bon.* Bald. *in Auth. matri & Avia, col. 1. vers. quidam tamen C. quando mul. tut. offic. fung. poss.* Alex. *in l 2. §. fin. sub n. 7. vers. passus non potest. Digest. de vulg. & pupill. substit. ibidemque* Aret. *col. penult. vers. secundo principaliter* & Jas. *col. 2. post. n. 11.* Felin. *in cap. cum dilecta, col. 6. vers. secundum signum. Extr. de rescript.*

379 † Volentes, quod conditio importet formam, prout etiam Matth. de Afflict. *decis. 355. n. 4. & 5.* Gozadin. *in cons. 73. n. 13.* Rol. à Vall. *cons. 82. n. 5. vol. 1.*

380 Quamdiu autem conditio non evenit, † tamdiu Advocatia perdurat, firmaq; ac stabilis persistit. Quæ enim sub conditione aliqua certa expressa, resolubilia sunt, eadem quoque, dicta conditione non existente, firma, valida perpetuaque permanent, per ea, quæ tradit Molin. *consuetud. Parisiens. §. 5. n. 78. Idem §. 6. gloss. 3 n. 15.* Vt hinc etiam conditionum differenda hæc nata sit, qua alia suspensiva, alia resolutiva perhibetur, de qua re Molin. *d. loco.* & Menoch. *cons. 388. n. 15. & seqq.* ubi copiosissime declarantur. In quibus quoadusque conditio in suspenso fuerit, effectus contractus impediri non debet: Cum alioquin absurdum foret, quem citius fraudari jure suo, quam defecerit conditio, *l. si locus ff. de religios. l. hac venditio. in pr. ff. de contrah. empt. l. 3. cum gloss. ff. de serv. export. l. 5. generaliter ff. qui à quib. l. in executione §. fin. ff. de verb. oblig.* Cravet. *cons. 90. n. 22. cum ibi allegat.*

Conventio olim sub ejusmodi conditionis existentia durabilis Advocatiæ contracta fuit, inter Abbatem Conventumque Monasterii Chombergens. & Senatum, ac Consulem Imperialis Civitatis Rotenburgo Tuberanæ, qui, cum Anno 1400. Pagum Gebsattel certa annua pensione protegendum suscepissent, eum durationis eventum in constitutæ protectionis unione, partes invicem pactæ sunt, ut quamdiu officium Judicaturæ, quod à sacro Rom. Imperio Consul & Senatus ibidem tum Jure pignoris obtinebant, apud Civitatem esset, tamdiu protectio illa irresoluta maneret, quam primum autem Judicandi munus eorum manus exiret, tunc quoque clientela illa finem haberet, qua de conditione agit Georg. Everh. *cons. 56. tom. 1.*

381 XXX. *Terminatio Advocatiæ propter cessa-* Trigesimo terminandæ Advocatiæ † modus præcedenti valde affinis esse solet, qui nempe ex cessatione causæ, ob quam principaliter clientela quæsita ac instituta fuit, oritur, ut si forte Civitas aliqua ob impotentiam propriæ tuitionis suscepit patronum tamdiu retinendum donec potentior atque ad defendendam seipsam sufficiens fiat, tum enim cessante impotentia & *tionem causæ finalis conducti protectoris.* superveniente sufficientia propriæ defensionis cessabit etiam obligatio protectionis conductæ per ea, quæ in scripta retulere Menoch. *cons. 244. n. 36 & 38. vol. 3.* Hippol. Rimin. *cons. 480. n. 8 & seq. vol. 5.* Bursat. *cons. 345. n. 1. & n. 40. & seq. vol. 4.*

Sic etiam salvum conductum † debitori ob paupertatem concessum, excrescentibus facultatibus & paupertate cessante quoque expirare & cessare, dixit Magolo. *tract. de salvocond. part. 4. col. 5. vers. præterea rundum. & rursus col. 4. vers. & hoc verum est*, ubi generaliter dixit securitatem datam propter certam causam, simul cum ipsa causa expirare, ex doctrina Bart. *in l. 1. num. 5. in fin. Digest. ad leg. Jul. majest.* quam dicit communem & receptam. Et quod cessante causa salvi conductus cesset etiam salvus conductus propter dictam causam concessus ex facto consuluit Imol. *cons. 33. post princip.* ubi tamen declarat, hoc procedere, quando causa cessat finalis ipsius salvi conductus, secus si cesset causa impulsiva nempe ad commodum recipientis solum, quia tunc minime salvus conductus expirat, ut ibi per eund. *Confirmatio à simili.*

Circa hanc tamen terminandæ Advocatiæ formam, ut propter cessationem causæ finalis, contractus clientelaris dissolvatur, necesse est hoc ab initio initæ Advocatiæ expressum fuisse, haud scilicet diutius eam durare debere, quam adsit propria infirmitas ad seipsum defendendum, argum. eorum quæ *supra de reservata renuntiatione Advocatiæ circa decimum septimum finiendæ clientelæ modum*, dicta sunt, quo lectorem remittimus. *Declaratio præcedentis modi.*

382 Porro circa † tricesimum primum cessantis Advocatiæ modum, maxime controvertitur. *Num propter impotentiam protegendi, in ipsius Advocati persona existentem, clientela dissolvatur ac corruat?*

XXXI. Dissolutio Advocatiæ propter impotentiam defendendi in controversiam tracta. Utrum Advocatia propter impotentiam defendendi in Advocato residentem corruat?

Hujus quæstionis partem † affirmativam expresse tueri videtur Zas. *cons. 7. lib. 2. n. 6. & seq.* ubi in terminis Advocatiæ concludit, cum manifestum ac notorium sit, quod Hartman. Nobilis quidam (de quo loquitur) ob inopiam, ne fundum quidem, nedum monasterium defendere possit, quod ad feudum Advocatiæ Accessorib. suis constitutum, admitti non possit, aut debeat, per rationem, quod Advocati eo potissimum fine constituantur, ut Jura Ecclesiæ defendant, quod facere non possunt, nisi ad defendendum satis potentes sint. Cardin. *in c. præterea. de elect. in 6.* † Remota igitur potentia & qualitate protegendi, removetur & tollitur ipsum Jus protectionis, Zas. *d. cons. 7 n. 8. per l. tutelas ibi*: quia desinunt esse familia mutata *ff. de cap. diminut. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.* † ubi dispositio in hæredem collata, quia ex supervenientia liberorum hæres esse non potuit, vitiatur. Accedit secundum Zasium, quod dicitur removeri debere obstaculum, quod impediat, ut consequaris, quod contendas, ut not. *in l. si duo. §. si juraverit, ff. de jurejur. l. si rem. §. omnis. ff. de pignor. act. cum simil.* Quoniam subjectum debet esse habile ad suscipiendam qualitatem, *l. quod si filius ff. de raptio. l. quod adipiscendæ ff. de donat. inter vir. & ux.* Et propterea tandem Zas. *d. cons. 7. n. 66.* dicit, quod volens admitti ad feudum Advocatiæ, prius probare debeat, hanc qualitatem adhærentem, hoc est, se talem esse, qui possit defendere, arg. *l. 4. §. decere ff. de vi bon. capt. l. 1. §. ait prætor.* ubi Bart. *ff. ne quid in flumine publ.* Eandem Zasii opinionem insecutus D. Sebast. Dietherich. publice etiam propugnavit *disput. Anno 1592. Tubingæ habita thes. 29.* eamque etiam in terminis firmavit D. Jo. Georg. Becht. *de salvo conduct. c. 10. in fin.* ubi dicit Advocatum ad clientum protectionem, necessitate exigente etiam armis faciendam astringi, & propterea eidem defensionis nervis destituto Jus

383 *Affirmativa Ratio dubitandi l. ab auctoritate.*

384

385

Advocatiæ perire. Idque etiam nominatim recepit, post hæc scripta visus D. Hepingk. *novissima dissert. de Jure protect. thes. 61. lit. C.* ubi scribit, quod ut maxime impossibilitas mereatur excusationem omissæ defensionis, ut præcedenti capite deductum fuit & per textum *in c. unico §. 2. vers. aliud est si forte 2. feud. 24.* Alvarot. tradit arg. *l. 17. §. 1. ibique* gloss. & DD. *de usur.* Paul. de Cast. *cons. 923. n. 9. lib. 1.* atque illud quod commode possimus dicamur posse *l. 12. de verb. sign.* Cævall. *Spec. comm. opin. contra comm. tom. 3. quæst. 828. n. 253. & seq.* tamen si protegendi impotentia in ipsa Advocati persona resideat, Advocatia corruat, post Dn. Mylerum *disput. de Advocatia thes. 6. lit. C.* Ad quorum opinionem inclinat & Jacobus Sinzius *in disput. de jure protect. thes. 29.* affirmans, Jus protectionis ex sententia quorundam perire si Patronus ita elumbis sit, ut ei nullæ amplius defendendi vires suppetant, ubi tamen hunc Juris articulum controversum esse subjicit.

386 *Ratio dubitandi II.* Secundo præter adductas auctoritates † hanc affirmativam sententiam roborare videtur, quod scilicet communi usu notum sit, Advocatiæ vel defensionis hujusmodi præsidia, in utilitatem, ut aliorum, sic maxime Ecclesiarum, ad vim iniquam & injurias profligandas constitui consuevisse, ut in individuo tradit Zal. *d. cons. 7. n. 7.* & Cardinal. *in cap. præterea, extr. de jur. patron.* quo fit, ut protectores qualitatem intrinsecam habere dicantur, defendendi videlicet eos quos in protectionem susceperunt, Cardin. *c. Dominicus. c. generali. de election. in 6.* Nam Advocatus seu protector, attenta proprietate comparatur tutori †, qui datur pupillo, ut

387 eum defendat à vexationibus aliorum, appellaturque honorarius, ut formaliter dicit gloss. *in cap. venerabilem. 34. in verb. carebit, ext. de elect.* per text. *in l. quod si forte. 14. §. 1. in princip.* juncta gloss. *1. Digest. de solut.* Ex quo intentio & causa finalis Advocatiæ satis perspicue colligitur, secundum quam omnia accommodanda & temperanda sunt, † ut quemadmodum contractus

388 quilibet, à sua causa finali influentiam recipiunt, ita quoque secundum eam omnia regulentur. *l. cancellaverat ff. de his, quæ in test. del. gl. in l. legata inutiliter ff. de adim. leg.* Ang. *cons. 248. col. fin.* Menoch. *cons. 23. n. 18. per alleg.* Et hoc est, quod fere in omnium ore versatur, non factum ipsum, sed causam facti inspiciendam, & semper intuendam causam ipsam, per quam dispositio ordinetur, gloss. *in d. l. legata inutiliter.* Cravett. *cons. 304. n. 3.* Idem *cons. 319. n. 6. & cons. 202. n. 7. ibique alleg.*

389 Et sic absque contradictione infertur, † à causa cessante conventionis, tolli quoque illam ipsam, per text. expressi. *in l. si pater, C. de hered. instit. l. generaliter C. de Episc. l. actione §. si alicujus ff. pro soc. l. 1. §. sexum. ff. de postul.* prolixe Everh. *in Top. loc. 50.* Idque tum præsertim si causa illa finalis sit, quod nimirum à Baldo dicatur fons causarum omnium *in l. cum 14. C. de fideicom in 10. notab.*

390 Hinc & eam inspiciendam, † considerandamque magis judicent, quam ipsum principium, per text. *in Auth. de nupt. §. quia vero gloss. ibid. verb. eventus. c. fraternitatis, in fin. ex. de frigid. & malef. l. etsi quis, §. fin. de usufr.* Paris. *cons. 28. num. 13. lib. 1.* Andr Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 16. n. 18.* ubi docet, causam finalem hanc esse, quæ rem ipsam cujusmodi sit, designare soleat, ex eo fieri, ut exinde argumentum ducatur omnium efficacissimum, Alex. Jas. Dec. *in l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est Iurisdict.* Bald. *cons. 190. & cons. 145. lib. 2.* Cravet. *cons. 104. in princ. lib. 2.* Tiraquel. *tract. cessante causa. limit. 1.* Wesenb. *cons. 51. n. 39. & seq.* ubi

391 *n. 39.* tradit, quamcunque † dispositionum omnium, sive generales illæ sive speciales sint, ex causa finali ampliationes restrictionesque admittere, adeoque etiam ex defectu illius, in totum concidere, Socin. *cons. 165. n. 7. lib. 2.* Paris. *cons. 67. n. 5. lib. 1.* Cravet. *cons. 16. n. 5. cons. 9. n. 15. & cons. 221. n. 12.* per *l. 31. & l. non omnis.* ubi Dd. *ff. si cert. petat.*

392 Quemadmodum igitur alius quilibet † contractus ob defectum causæ finalis vitiatur, & redditur nullus *l. tale pactum. paragrap. ult. de pact. l. prima C. de condict. ob caus.* & in specie docet Bald. *in l. nec apud C. de hered. instituen.* quem sequitur Dec. *cons. 350. n. 4. & cons. 351. alias 352. n. 5. cons. 475. n. 32. & cons. 600. n. 7.* qui refert eund. Baldum *alibi* idem firmantem ac etiam Bartolum. Castrens. Cuman. & Fulgosium idem respondit Bero. *cons. 140. n. 42. vol. 1. & cons. 186. n. 41. & 43. vol. 2.* Paris. *cons. 12. n. 97. vol. 2.* Cravet. *cons. 192. n. 22. & cons. 246. n. 2.* Cephal. *cons. 674. n. 67. vol. 5.* & ultra eos Surd. *decis. Senat. Mantu. 300. n. 2.* Ita etiam conventio protectionis ob defectum ipsius causæ finalis irritatur atque resolvitur.

393 *Ratio dubitandi III.* Tertio hanc opinionem fulcit † receptum à non nullis axioma, quod scilicet, cum res in eum incidit casum, à quo incipere non potest, obligatio ejus tunc videatur extincta, per text. *in l. existimo 98. ff. de verborum oblig. & ibi* DD. Petr. Fabr. *in l. in ambiguis ff. de Reg. jur. §. non est nov.* ubi dicit hoc etsi novum non sit, attamen Regulæ Juris civilis contrarium esse, quæ dictat, placere extingui obligationem, si in eum casum inciderit, à quo incipere non potest. Atqui vero certum est Advocatiam iniri non posse initio, cum illo, qui † ad protegendum impotens est. Hoc fine enim principaliter Advocatus constituitur, ut clientes in personis & rebus contra aliorum violentiam defendat arg. *c. 7. in fine verb. offendere in personis aut reb. extr. de statu Monach.* Gilman. *decis. 1. n. 157. lib. 1.* Bodæus *in l. 63. de evict.* Mod. Pist. *cons. 43. n. 20.* Ergo qui ad taliter defendendum satis virium non habet, initio protector constitui non potest.

394 *Ratio dubitandi IV.* Quarto ad idem probe facit, † quod tradit Jo. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de Iure patronat. super rubrica* quod Episcopus, qui ordinavit aliquem ad sacerdotium, eumque admisit ad secundam Ecclesiam parochialem, eundem jam ad tertiam præsentatum reprobare potest, propter insufficientiam, non solum ad finem, ne adipiscatur hanc tertiam, verum etiam, ut removeatur ab illis, quas prius obtinuit, gloss. 1. & Dd. *in cap. fin. extr. de renunciat.* Felin. *cap. 1. ad finem de Magist.*

395 *Ratio dubitandi V.* Quinto in hanc rem faciunt notata † per Parid. de Puteo *tract. de reintegr. feud. cap. 48. n. 12.* ubi ex dictis Joan. Andr. asserit, in fortioribus terminis Advocatiæ in feudum datæ, quod scilicet feudum Advocato datum, ut pro Domino in judicio loquatur, si is postea efficiatur mutus, vel aliter inhabilis, quod ex illa superveniente inhabilitate, amittat feudum, ex quo causa finalis est reducta ad non causam. † Hinc etiam

396 tradunt Doctores *in l. cum quid, in fine Digest. si certum petat.* & ibi Alexand. *n. 17.* Aretin. *in fine* Jason. *in prima lectura n. 3.* Curt. Junior. *n. 29.* Socin. Senior. *in fin.* Philip. Decius *in fine* Cagnol. *n. 101.* Joan. Bologn. *col. penult.* nempe Advocatum, qui nescivit defendere causam, restituere debere fundum, quem accepit, detecta nempe progressu temporis ejusdem imperitia, per rationem, † quod propter causam supervenientem,

397 sive de novo apparentem, is, qui semel approbatus fuit, iterum reprobari possit, *l. sed & reprobari Digest. de execut. tutor. l. ut gradatim paragraph. reprobari Digest. de muner. & honor.* Decius *in cap. cum venerit, n. 38. & sequent. de except. & cap. quemadmodum, de jurejur.* Cum ergo constitutus protector similiter ponatur ad defendendum esse inhabilis, idem de eo, sicut de Advocato, judicandum est.

Sexta

398 Sexta dubitandi ratio admodum fortis † adduci potest ab exemplo vasalli, qui post adeptum feudum, si ex intervallo mutus, aut alias imperfectus evasit, eo casu, in feudo novo, uno ore omnes concludunt, quod mutus, surdus, vel alioqui imperfectus, sive ex natura, sive ex accidenti hoc ipsi contigerit, feudum novum sine peculiari gratia domini non solum non acquirere possit, sed etsi illi sano adhuc feudum novum jam concessum sit, isque deinde mutus, vel surdus, vel alioqui imperfectus fiat, istud denuo amittat, per text. *in c. 1. §. mutus. Episc. vel Abb.* ubi Jacob. de Belu. Andr. de Isern. Alvarot. Bald. Afflict. & denique omnes Interpp. *ibi, & in cap. 1. tit. an mut. vel alias imperfect.* Zas. *de feud. success. num. 68.* Hieron. Schurff. *cons. 24. cent. 4.* ejusdemque hanc dicunt esse rationem, quoniam feuda ideo conceduntur vasallo, ut serviat, §. *beneficium, in quib. caus. feud. amitt.* sed in muto vel alio imperfecto, quia ad servitia inutilis redditur, causæ, propter

Ratio dubitandi VI.

399 quas feuda obtinentur, penitus cessant. † Non mirum igitur, si causa cessante, ipse quoque cesset effectus *cap. cum cessante de appellat.* atque propterea vasallus à

400 feudo, ad quod idoneus non est, arceatur. † Quippe cum in omnibus causis id observetur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat, *l. in omnibus causis. de reg. jur.* facit text. *in §. sed nec alia, quæ fuer. prim. caus. benefic. amitt.* ubi dicitur, non esse aliam justiorem causam beneficii auferendi, quam si id, propter quod be-

401 neficium datum fuerit, non præstetur à vasallo. † Pertinet etiam huc vulgata illa Juris regula, quæ dicit, quoties causa, ob quam aliquid datum est, reducitur ad non causam (ut nostri loquuntur) quod tum id, quod datum est, repetere liceat, *l. ex his omnibus ff. de condict. indeb. l. 1. & l. nihil refert. de condict. sine causa.* Neque enim audiendus videtur vasallus, qui ejusmodi vitio laborans, per substitutum præstare vult servitia, cum Dominus feudum concedendo censeatur elegisse

402 personæ industriam. † quo casu alter alterius vices supplere regulariter non potest, ut docet Andr. de Isern. *d. tit. an mut. vel al. imperfect.*

403 Septimo ad corroborandam hanc † opinionem facere videtur Auctoritas Lud. Romani alias etiam *supr.* ad alium casum allegati, qui in facto destructi per hostes Castri cujusdam à Civitate quadam in tutelam suscepti, consultus, super eo, an ob defectum defensionis Advocatiæ, contractus ille diremptus fuerit, respondit affirmative, motus pluribus rationibus, potissimum vero, quia à contrahentibus hæc causa considerata vel

Ratio dubitandi VII.

404 potius expressa fuit, ut castrum protegeretur, † unde cessante causa finali, propter quam promissio fuit facta, cessat quoque ipsa promissio, *d. c. cum cessante.* Tiraq. *tract. cessante causa n. 189.* ubi dicit, quod obligationis

405 causa cessante cesset obligatio, & *n. 198.* oneris causa † cessante, cesset onus, & *n. 224.* promissionis causa cessante, utpote quia castrum est dirutum, cesset & promissio.

Quare cum Romanus, per hæc & alia plura *ibi* per se videnda, intrepide concludat, in isto casu destructi castri, quod tamen citra factum Advocatæ & protectricis civitatis accidit, neq; per eam stabat, quod vel solum aut territorium postea defenderet, Advocatiam & obligationem annuæ pensionis esse extinctam: Multo magis id pronunciaturus fuisset eo casu, quo protector ad defendendum inhabilis evasisset, ita ut amplius rem suæ fidei commissam perfecte defendere non pos-

406 sit. † Nec enim defendere, aut effectum promissionis consummate implere dicitur, qui aliquando defendit, si non omni tempore ad defendendum præsto est, aut

407 protegere potest. † Cum non dicatur factum, quod non durat factum, *l. si pro patre, 10. §. in rem vers. ff. de in rem vers. l. acceptis. 92. ff. ad leg. Falcid.* & utrobiq; glos. ponit concord. Cui adde dictum Dn. Bernhardi: *tolle perseverantiam, & non mercedem habebit obsequium.* Atque hoc in simili casu promissi ob causam & facti habentis tractum successivum declarando tradit Angel. *cons. 34. n. 8. & seq.* Philip. Dec. *cons. 177. prope finem.*

408 Verum his, similibusq; argumentis, quæ fulciendæ hujus sententiæ gratia adduci possent, nihil obstantibus, æquiorem esse censeo, sententiam negativam, ob impotentiam scil. defendendi supervenientem, ita simpliciter Jus Advocatiæ inter aliquos rite pactum, non dissolvi, aut corruere.

Ratio decidendi III. Decisio Negativa.

Ad hanc autem sententiam negativam tuendam inprimis movet me authoritas clarissimorum & doctissimorum Dom. Decani & Doctorum Collegii Jurisconsultorum almæ Universitatis Ingolstadiensis, qui in cons. in causa controversa Advocatiæ C. contra R. Anno 1581. per D. Georg. Everh. confecto, *primoq; Consiliorum ab ipso evulgatorum voluminis sub. n. 56.* inserto, expresse concludunt † contractum Advocatiæ legitime semel celebratum, propter supervenientem defensionis impotentiam, non rescindi, *quæst. fin.* per multas decidendi rationes *infra* subjectas.

Ratio decidendi I.

409

Et in horum sententiam etiam inclinat Jacob. Synz. *in disput. de jur. protect.* post hæc scripta visa, *th. 29.* ubi is in casu, de quo nos hic loquimur, quando scil. à principio protectori vires justæ, & defensioni pares fuerunt, sed ille casu postea ad protegendum firmus, & sufficiens esse desiit, ut ob id, Jus protectionis pereat, civilem & humanitatis rationem vix pati existimat.

Deinde etiam ad sic pronuntiandum adducor authoritate aliorum plurimorum Juris Interpp. Ad hanc enim conclusionem multum facit, quod post Cyn. notat. Bald. *in l. non solum. §. si status. circa fin. ff. de procurat.* dicens, si promitto te defendere, de Jure & de facto, quod hoc intelligatur de modo licito, & juxta posse, non de vi majore. † Ex quo casus fortuiti non debentur, nisi quando specificantur, in quam rem multa alia congerit Rol. à Val. *cons. 45. n. 20. cum seq. vol. 3.* quamvis haud nescius sim, istos DD. fere loqui in casu, in quo alias de natura contractus non veniat defensio cum armis.

Ratio decidendi II.

410

411 Melius igitur tertio facit text. *in l. 1. §. occisorum, vers. hoc ideo. ff. ad SC. Syllan.* ubi servi tenentur præcise ad defensionem dominorum, & tamen illi non tenentur de morte Domini, quoties auxilium ei adversus vim ferre non potuerunt. Unde Bart. *ibid. n. 2.* infert, quando ex statuto villæ, vel castra tenentur capere malefactores, quod hoc intelligendum sit, si possint. *Quid enim, inquit, si quis in villam veniat cum tanta gente, ut ei tota villa non possit resistere? certe non tenentur,* arg. *l. addictos. C. de appellat.* Idem expresse ponit Bald. *in l. si ideo, in fin. C. de his, quib. ut indign. ibidemq;* Angel. Corn. & alii. Ex quorum notatis clare ad propositum nostrum concludit Alb. Brun. *cons. 16. n. 6. lib. 1.*

Ratio decidendi III.

412 † quod confœderati, qui tenentur ad mutuam defensionem, obligentur solum pro illorum possibilitate, hoc est, sufficiat, si faciant, quod possunt, pro adjuvando offensum. Idemq; expresse dixit Laud. *tract. de confœder. & convent. prin. quæst. 4.* Nulli enim debet impossibile injungi, pro quo plura allegat Bald. *in d. l. si ideo. in fin.* † Et nemo videtur se ad impossibile obligasse,

413 quia nec ita se obligare posset, ut plene habetur *in l. impossibilium ff. de reg. Jur. & in cap. nemo potest. eod. in 6.* Accedit prædictis text. *in cap. Felicis, prope fin. ibi,* si potestas ei affuerit, *Extr. de pæn. in sexto,* per quem ibi Archid. Joan. Andr. & Petr. de Anchar. *col. penult. in 20. notab.* & Philip. Franc. *in paragraph. fin. 2. not. num. 4.* dicunt. † Licet civitas possit incidere in de-

414 lictum

lictum committendo & omittendo, puta non puniendo delinquentes, ut in casu illius cap. tamen si offendentes sunt tam potentes, vel tanta adhærentium multitudo, ut Civitas illos prehendere vel punire non valeat, quod excusetur propter impotentiam, sive summam difficultatem. Quibus addimus Jo. Lupum *tract. de confœderat, princ. §. ista quæstio col. 2. n. 3.* ubi probat, † licet Papa vel alius Princeps Christianus regulariter non debeat fœdus inire cum infideli, tamen, si videat potentiam Turcæ, Soldani, aut alterius infidelis insuperabilem, sive quod ipse contra tales non possit se sufficienter defendere, quod licite cum illis, ad tempus faciat pacem, ut latius per *eundem.* 415

416 *Ratio decidendi IV.* Quarto ad hoc adducimus Aretin. *in l. impossibilis. col. 2 post med. vers. præterea ipsa ratio. & col. 3. ante med. vers. & est ratio* & rursus *post med. vers. in contractib. tamen ff. de verb. oblig.* ubi subtiliter ponderando text. *in l. per servum 14. §. fin. cum l. seq. ff. de usu & habit.* & ter repetendo illam rationem, quod difficilius destruatur, quod semel in esse productum est, quam impediatur in esse produci, expresse vult; quod contractu semel perfecto, ut hic quæstionis est, impossibilitas superveniens eum non resolvat.

417 Idem sensit Jas. *in d. l. impossibilis, n. 5.* dum ait, † quod promissio sub impossibili conditione, vitiet contractum, ut ibi, hoc verum esse, quando ab initio taliter fit promissio. Secus autem, quando à principio promittitur aliquid possibile, puta, promitto aliquem sistere in judicio, & renuncio exceptionibus, quæ mihi competere possent, ex futura impossibilitate & sic volo teneri, etiamsi impossibile fiat eum me sistere, talem promissionem valere. Quia ista specialis renunciatio non inducit obligationem super impossibili, sed remanet solum obstaculum exceptionis supervenientis ex impossibilitate. Ita prius limitaverunt Bar. Angel. & Alberic. *in l. sed & si quis. §. quæsitum.* per ill. text. *ff. si quis cautio,* ubi præfati Dd. clare præsupponunt, si non subjecta fuisset specialis illa renunciatio, quod promissor ex superveniente impossibilitate, potuisset juvari.

418 *Ratio decidendi V.* Quinto huc insuper pertinet, † vulgata Juris regula, quæ docet, id quod semel legitime factum est, ex superveniенti causa retractari, & in irritum vocari non debere, per clarum text. *in cap. factum legitime, de Reg. jur. in 6. & in l. ambiguis §. non est novum ff. eod. tit.* text. & DD. *in l. 2. de itiner. act. privat. l. donationes in concubin. de donat.* Surd. *1. cons. 145. n. 18.*

Ratio decidendi VI. Sexto confirmatur decisio nostra ex ratione illa generali, quæ docet, inter clientes & protectorem, maxime æquitatem esse considerandam, arg. text. *in c. fin. de probib. feud. alien. per Lothar,* ubi hoc in simili not. Interpp. & *in c. 1. §. prædictus. ibi.* æquitati obsecundari solicitus: *quæ fuer. prim. caus. benef. amitt. & in c. 1. §. ut autem æquitas. de pace juram. firm.* Modo, si æquitatem spectemus, nemo inficias ibit, non solum valde rigidum, & admodum etiam inhumanum esse, si clientes, qui semel alicujus protectionem elegerunt, adversæ fortunæ casum, quem præstare nemo tenetur, protectori imputare atque ideo Advocatia eundem privare vellent, quin potius æquitatis ratio exigit, ut ii commiseratione ducti ejusdem patroni, qualicunque auxilio, quod præstare potest, donec potentior fiat, contenti

419 sint. † Ubi namq; Jure destituimur, ibi maxime æquitas spectanda est. *l. 2. § idem Varus. ff. de aq. pluv. arc.* usq; eo, ut sufficiat ad decisionem causarum, allegare rationem naturalem, *c. secundo requiris. de appellat. l. scire oportet §. sufficit. de excusat. tut l. si me & Titium ff. si cert. pet. l. ubi autem non apparet. §. illud. ibi.* ipsa natura manifestum est, *de verb oblig.* Nam ratio naturalis ad cuncta recte respondet, & vix aliquid reperitur, cum ratione naturali pugnans, quod non remordeat conscientiam, ut ait Bald. *cons. 39. lib. 1.* quem refert Crav. *cons. 31. n. 5.* Ideoque † dictum rationi congruum, Judicem non minus movere debet, quam lex ipsa, ut dicit Andr. de Isern. *in princ. feud.* cujus dictum referens commendat Jason. *in l. quoties. C. de rei vendicat.* 420

421 *Ratio decidendi VII.* Septimo haud ambigui juris est, eum, qui promisit, † se quid facturum, sub pœna, excusari ab illa, si fecit, quod potuit. *l. si ideo C. de his, quib. ut indign.* Bart. *in cons. 236. Martinus promisit.* Hoc enim intelligitur, quod curabit cum omni diligentia, vere & non ficte, si tamen fecit, quicquid potuit, excusatur, prout ex Aretin. aliisque probat Dec. *in l. impossibilium, de Regul. Jur. n. 4.*

422 *Ratio decidendi VIII.* Octavo † firmatur conclusio per text. *in cap. brevi extr. de jurejur.* ubi innocent. III. Papa Romanus Apollinari magistro in terminis rescribit, quod ille, qui Jura Ecclesiæ alicujus servare ac pro posse defendere juramento tenetur, si necessitate imminente, super hoc sub Juramenti debito requisitus duxerit appellandum, perjurii reatum incurrat, nisi difficultas existat, propter quam requisitus non possit Ecclesiæ subvenire.

423 *Confirmatio ex textu allegato.* Ex quo textu recte concludunt † Dd. quod impossibilitas, paupertas ac difficultas, quæ nulla diligentia evitari potuit, juxta ea, quæ tradit And. Khol. *in exercit. 12. n. 66,* obligatum ad factum, non solum ab omni privationis pœna eximat, adserente Bart. *in l. quarta §. Cato. n. 14. ff. de verb. obligat.* ubi dicit, stipulationem pœnalem propter difficultatem impediri, Dd. *in l. quod te ff. si cert. pet.* & *ibi* Bart. *col. 2. & 3.* & reliqui, volentes, quando factum est in obligatione, difficultatem impedire moram, per *l. si vehenda. §. pen. ff. ad leg. Rhod. de jactu. & in l. 1. §. jubet vers. si frater ff. de collat. bonor.* † In mora autem, qui non fuerunt, pœnam & interesse non committunt. P. Paul. Paris. *consil. 110. n. 26. vol. 1.* Socin. Sen. *cons. 287. n. 2. & 3. lib. 2.* Decius *in l. fin. in princip. n. 19. ff. si cert. pet.* Thom. Ferrat. *cautel. 43.* ubi refert. Aret. *in l. si ita stipulatus ff. de verb. oblig.* Sebastian. Med. *de casib. fort. part. 1. quæst. 4. n. 48.* ubi allegat Bero. *cons. 151. n. 34. vol. 1.* † Sed etiam à perjurio excuset, *l. cum quidam, §. si pupillo ff. de usuris.* Bald. *in cap. querelam,* per illum text. *de jurejur.* Cacheran. *decis. 92. n. 20.* Zasius *in §. item si quis postulante n. 21. Instit. de actionib.* Joachim. à Beust. *in l. 1. n. 20. ff. de jurejurando.* Anton Hering. *de fidejuss. cap. 19. n. 113.* Late Paris. *d. cons. 110. n. 32.* † Qui enim facit, quantum potest, perjurium non incurrit, si non observat, quod observare non potest. Abbas *in c. gemma, n. 9. circa med. de sponsal.* & communem testantur Grammat. *quæst 2. n. 7. in quæst. impress. post ejus decisiones.* Felin. *in ca. ex rescripto. col. penult. de jurejur.* Gozadin. *cons. 27. n. 2. & 3.* Natta *cons. 451. col. penult. lib. 2.* Ferrat. *caut. 43.* & post alios multos Rimin. *cons. 268. n. 48. lib. 3.* 424 425 426 427

428 Et in specie, † quod qui non solvit convento tempore, non incidat in perjurium, si solvere non potuit, post Innoc. *in c. P. & G in princ. de offic. deleg.* firmat. Bald. *in cap. 1. §. porro, n. 5. quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* sequitur Jason. *in l. qui jurasse n. 9. ff. de jurejur.* Felin. *in cap. 1. n. 28. in fin. vers. tertius casus. de jurejur.* Quæ conclusio optima ratione fundatur, † quoniam perjurium non committitur, sine dolo, Dd. *in l. si quis major. C. de transact.* Bald. *l. observare § proficisci, n. 7. ff. de offic. procons.* Castrens. & Alexand. *in d. l. qui jurasse.* sed impossibilitas superveniens excludit non solum dolum, sed etiam culpam, cum qualibet causa à dolo excuset. *l. igitur, vers. potest. ff. de liber. caus.* Bald. *in l. 1. n. 2. C. ubi de crimin. agi oport.* Gramm. *decis. 5. n. 26.* Cravet. *cons. 6. n. 89. lib. 1.* Bursat. *cons. 112. nu. 18. lib. 1.* Grat. *cons. 50. n. 75. & seq. lib. 1.* Menoch. *de recup. possess.* 429

430 *remed.* §. *q.* 14. *n.* 44. *& seq.* Nam † juramentum præcise non astringit, superveniente & stante difficultate,

431 † Qua tale juramentum censetur præstitum limitate & secundum qualitates comprehensas in primæva promissione, secundum quam limitate consensus & successive juramentum dicitur præstitum, & ulterius se non extendit, ut traditur *in l. fin. C. de non num. pec.* Bart. *in l. Titia.* §. *Imperator. col. fin. de leg.* 2. Jas. *in l. si quis ita* §. *ea lege. col.* 7. *ff. de verb. oblig.* P. Paul. Paris. *cons.* 110. *n.* 33. *col.* 1.

Et licet, quando difficultas, vel impossibilitas aderat tempore initæ protectionis, res sit dubitabilis, tamen in casu, de quo agitur, quando scil. illa post semel constitutam Advocatiam, absq; culpa protectoris supervenit, sine dubio hæc sententia in casu isto admitti debebit

432 Marsil. *in rubr. de fidejuss. n.* 155. *cum seq.* Ceph. *cons.* 187. *n.* 7. *lib.* 2. Marol. *cons.* 116. *n.* 35. Et idem † quod ob difficultatem & impossibilitatem supervenientem non debeatur pœna conventionalis, firmat etiam Natt. *cons.* 451. *n.* 41. *lib.* 2. Hier. Gabr. *cons.* 181. *n.* 13. & *seq. lib.* 1. Joan. Vincent. Honded. *p.* 6. *cons.* 89. *num.* 33. *vol.* 2.

433 *Ratio decisionis ultima.* Denique si clientes ob inopiam Patroni se clientelæ subducere statim vellent, iis obstaret mala electio, quæ propriæ culpæ imputatur, *l. fin.* §. *servorum. ff. nav. caup. stab. l.* 1. §. *is quoq; ff. de act. & oblig.*

434 Et præcogitare debuerant contrahentes, quæ successu temporis evenire possent, *leg. si quis domum.* 9. §. 1. *ff. locat.* Specul. *in tit. de Advocat.* §. *nunc. de exordiis. sub. num.* 41. Angel. *in* §. *illud quæsitum Instit. de rer. divis.*

435 Hinc videmus etiam, † quod vasallus, qui propter feudi beneficium quoq; obligatus est ad defendendum Dominum excusetur, si illi superveniat impotentia defendendi neq; propterea feudum amittat, si obstante virium imbecillitate, defensionem omiserit, per clarum textum *in* §. *Sed non est alia, Quæ fuit prima caus. benefic. amitt. in cap.* 1. §. *ad hoc. Hic finit lex in cap.* 1. §. *final. An ille qui interfec. frat. domin. & ibi* feudistæ communiter Curt. Jun. *part.* 4. *n.* 61. *caus.* 28. *de feud.* Intrigliol. *in comment. Feud. q.* 98. *n.* 122. *vers. secundo principaliter declara.* Moz. §. *final. Ex quib. caus. Feudum amitt. n.* III. Leonard. *cons.* 117. *inter consil. Bruni, nu.* 199. Blanc. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 107. Hannet. *lib.* 3. *Feud. c.* 9. Vultæus *cap.* 11. *num.* per text. *in l. desertorem* §. *si ad diem, & l. qui commeatus ff. de re milit. l. si vehenda* §.

436 *idem Juris ff. ad l. Rhod. de jact.* † ubi omnes docent vasallum qui ex impotentia servire non potest, excusari à felonia, nisi impotentia illa simulata seu affectata fuerit, Isernia *in d. cap.* 1. §. *Sed non est alia nu.* 25. Alvarot. *ibid. nu.* 7. Præpos. *n.* 1. *in fine* §. *Item qui domino,* Schenck. *in cap.* 1. §. *ad hoc num.* 3. *& seq.* arg. *l. quæsitum.* 60. *ff. de re Judicat. l. si ideo Cod. de iis quib. ut indig.* Facit. *cap. Imperialem* §. *firmiter, ibi,* temere venire supersederit, *de prohibit. Feud. alien. per Frideric. l.* 2. §. *si quis municipalis &* § *si quis tamen ff. si quis caut. jud. sist. l. si vehenda* 10. *ff. ad l. Rhod. de jact. l. quod quis sua culpa* 203. & *ibi not. ff. de Reg. Jur.* aut vasallus propria culpa talem impotentiam omissorum servitiorum caussasset, per textum *in cap.* 2. *in fin. de feud. sine culp. non amitt.* ubi pulchre per rationes Alvarot. *n.* 3. Matth. de Afflict. *n.* 6. *cum. seq.* & alii, & latissime post alios idem Afflict. *in c.* 1. §. *sed nec est alia num.* 38. *tit. quæ fuit prim. caus. benef. amit.* quo nos remittimus.

437 Sic & impossibilitas excusat appellantem à prosecutione appellationis, adeo, ut elapso tempore concesso ad persequendam appellationem non dicatur deserta appellatio, secundum Innoc. & alios *in c. ex ratione de app.* Bald. *in l. fin. C. de cond. indeb.* Bart. *in l. si procur.* §. *ignorantes ff. mand.* Guil. de Cun. *in l. eos, C. de app.* Bald. *in l. si quis testium de testib. & l.* 2. §. *si quis cau.* Angel. post Bartol. *in l. illud Cod. de annon. & trib. lib.* 10. Et facit quod tradidit Bald. *in querelam de Jurejur.* ubi dixit, † quod impossibilitas excuset emphyteutam, qui non potest solvere canonem propter inopiam, ut non cadat à jure suo, accedit Ant. *in c. significante col.* 1. *de pig.* quos allegat & sequitur Hippol. de Marsil. *tract. de fidejuss. n.* 158. 438

Distinctio quorundam Auctorum in decidenda hac quæstione. Quamvis autem in hujus quæstionis resolutione nonnulli distinguant, an tempore contractus quo Advocatum clientes susceperunt, eadem potentia ac facultas defensionis exhibendæ in Protectore electo fuerit, quæ nunc est, vel initio majore vi ac potestate opibusque copiosioribus Advocatus polluerit, quæ successu temporis imminutæ fuerint, & in priori tantum casu nostram decisionem admittant, in posteriori vero diversum statuant, nos tantum præmissam sententiam nostram in utroq; casu procedere existimamus idque propter contractus firmitatem, qui ex subsecuta virium imbecillitate, uti ex deductis satis manifeste colligitur, nequaquam resolvitur.

439 *Declaratio decisionis præmissa.* Si tamen Advocatia non ex mutua conventione seu contractu, sed ex aliis causis, puta ex spontanea liberi populi electione, vel superioris mandato, aliisve similibus modis extitisset, viresque patroni adeo imminutæ essent, ut nullam fere præstare queat defensionem, vix retineri eum invitis clientibus crediderim. Et secundum hanc declarationem accipio quæ Jac. Synzius *in d.* §. 29. *in fine* subjicit, cum eo nempe, qui extrema necessitate & tanta rerum inopia laborare incipit, ut nec ulla spes defensionis & melioris sortis, sive regressus ad habitum supersit, Jus clientelæ emori, & præstandæ pensionis necessitatem cessare, quo in sensu alios etiam præter Zasium allegatos auctores, in contrariam euntes sententiam exaudiendos esse statuo.

Solutio contrariorum Argumentorum. Cæterum ab illa, à nobis extra prædictam declarationem recepta approbataque sententia negativa neminem abducent, quæ initio ad firmandam contrariam opinionem adducta fuerunt.

440 *Respons. ad auctoritatem Zasii & aliorum.* Quod enim ad Zasii & eundem sequentium authoritates attinet, eorum sententia procedit in casu Advocatiæ, ubi post habilem initio personam, Advocatiæ feudo investitam vita functam, alia ad defendendum minus idonea in eodem Feudo succedere vult, & sic in casu mutati Protectoris uti allegatus Zasius in eo duntaxat loquitur, indeque cum ille non sit idoneus ac potens ad defendendum, & consequenter ad Feudum Advocatiæ defensionis causa de novo suscipiendum inhabilis, mirum non est eundem ob notorium defectum, ad illud non admitti: Quemadmodum in simili usuvenire videmus, quando feudum † concessum fuit Advocato ratione peritiæ, quod illud non transeat in successorem cum fuerit electa industria personæ, argument. *l. inter artifices ff. de solut.* Bartol. *in l. continuus* §. *An eo, n.* 2. *ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitr. Jud. libr. quæst.* 68. *n.* 9. 441

Et propterea Zasius *circa finem ejusdem consilii n.* 66. subjungit, quod volens † admitti ad feudum Advocatiæ, prius probare debeat hanc qualitatem adhærentem, h. e. se talem esse, qui possit defendere, arg. *l.* 4. §. *docere ff. de vi bonor. rapt. l.* 1. §. *ait prætor.* ubi Bart. *ff. ne quid in flum. public.* 442

Deinde Zasius loquitur in casu, quando feudum Advocatiæ & protectionis aliorum fuit alicui concessum ab Episcopo, & sic à tertia persona in tertias, quo casu facilius dissolvitur, si vergat in tantum præjudicium illorum tertiorum, in protectionem susceptorum. Quoniam, si absq; tali intrinseco intellectu Episcopi simpliciter

citer concederentur feuda Advocatiæ, sive defenderentur Ecclesiæ, sive non, talis Episcopus certe non Pater sed tyrannus & Prædo rectius appellaretur cui merito administratio interdiceretur, juxt. not. *in l. fin. C. de sent. pass.* ita formaliter ait ipse Zas. *d. cons. 7. nu. 7.*

445 Vltra quem bene facit, † quia mens concedentis talis præsumitur fuisse, qualis de Jure esse debuit, *l. quoniam C. de nat. lib.* nimirum justa & talis, ne ex illis nascatur injuriarum occasio, ut per Bald. *in l. 1. col. fin. ff. de constit. prin. & cons. 336. vol. 1.* Hinc etiam, si privilegium ex post facto efficiatur iniquum & appareat, quod cesset causa concessionis (quæ hic fuit protectio) privilegium expirat ipso jure; quamvis si non cessaret causa, sed tantum efficeretur iniquum, Princeps pro illo retractando adeundus esset, ut per gloss. Dyn. & alios *in c. decet. de reg. Jur. in 6.* Alex. *in l. ex facto n. 9. ff. de vulg. & pupill. substit.* Secus est in protectionis conventione in qua non tractatur de aliqua concessione, facta à tertio, sed de contractu inito per eos ipsos, qui protectioni se submittebant ac defensionem pacti sunt.

Quod si vero neutra harum solutionum arrideat ac satisfaciat, demum in effectu dici potest, quod ea, quæ Zasius in dicto suo consilio deducit, procedant duntaxat, quoad principium, nempe si tali concederetur Advocatia, qui non potest defendere; Secus vero, si concessa fuerit ei, qui ab initio potuit, ac defendit; tunc enim licet postea desinat posse, non propterea constitutum Advocatiæ Jus evanescit, cum facilius impediatur faciendum, quam tollatur jam factum; *Jurib. paulo post allegatis*; quibus addi potest gloss. & DD. *in l. servus C. de pactis* & difficilius destruitur, quod jam factum est, quam quod est in fieri, *l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. Jur.* &

Turpius ejicitur quam non admittitur hospes.

c. quemadmodum §. alioquin. de Jurejur. Anan. *cons. 63. n. 1. in fin.* Tiraq. *de constit. poss part. 3. lim. 7. nu. 43.* Curt. Jun. *cons. 108. n. 23.* Surd. *2. cons. 175. n. 40.*

Quibus omnibus recte ponderatis, cum manifestum sit, Zasium ejusque Asseclas diversis in casibus loqui, auctoritas ipsius uti & eum insequentium, præmissam decisionem negativam non infringit.

446 *Respons. ad II. dubitandi rationem.* Secundum argumentum plus coloris habet, quam difficultatis. † Quod enim de causæ finalis defectu arguitur, id intelligendum est, si in principio contractus, causa finalis deficiat, secus, si post perfectum & impletum contractum eveniat; 447 † quia in consideranda validitate, vel invaliditate contractus, in omnibus negotiis, id tempus spectamus, quo contrahimus, gloss. *c. dudum. 1. de elect. l. qua legata. & ibi* Cagnol. *n. 3. & 4. de Reg. Jur. l. fin. de stipul. serv. & l. si filiusfam. in fine*, ubi est materiæ hujus sedes ordinaria & *in leg. continuus. §. cum quis ff. de verbor. oblig.* Matt. Coler. *cons. 30. n. 317.* † Et in contractibus vel quasi consideratur qualitas, 448 quæ adest tempore conventionis initæ non autem conditionis, aut alterius futuri eventus, qui ex post facto contingere potest, *l. si filiusfam. ff. ad Maced. l. 1. §. item si servus. ff. depos. l. si filiusfam. & ibi* Bart. & Doctores *oblig. l. qua legata & l. seq. ff. de reg. Jur. l. 2. §. id quoq; ff. de collat. bon.* Bart. *in l. si rem meam 31. ff. de verbor. obligat.* Alex. *cons. 232. col. 1. lib. 6.* Schrad. *tract. feud. p. 10. sect. 2. num 11.* Tiraquel. *in tract. de utro retract. part. 1. §. 1. glos. 9. n. 98.* Cum non spectetur futura capachas personæ, sed ea tantum, quæ adest tempore actus, *l. usufructus. & ibi* Bart. *ff. de stipulat. servor. l. si cognatis, & ibi not. ff. de reb. dub. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. & cap. fine tempore. & ibi* late Dd. *Extr. de rescript.* Quare, si initio aliquis Advocatiam suscipere vellet, qui exhibendæ defensioni foret insufficiens, protectionis conventio subsistere non posset:

Secus autem, si Advocatia concessa fuit ei, qui ab initio potuit defendere, ac aliquoties defendit. Tunc enim, licet postea desinat esse sufficiens, non propterea constitutum Jus Advocatiæ evanescit, cum facilius impediatur faciendum, quam tollatur jam factum, *cap. quemadmodum de Jurejur.* Chassan. *cons. 28. n. 7.* Sebast. Hornmol. *in repert. sententiar. part. 1. lit. F. n. 130.*

449 *Respons. ad III. dubitandi rationem.* Præterea frustra etiam in patrocinium tertio loco accersitur illud Dd. placitum de extincta obligatione, quando ad eum casum pervenit, à quo incipere non potest. Quia Marcellus *in d. l. existimo* ait esse illam quorundam opinionem: quasi dicat, ita quidem nonnullos sentire indistincte, ut si res in eum casum incidat, à quo incipere nequit, negotium, quod gestum est, perimatur, sed id esse falsum, & multo expressius Paulus IC. *in l. penult. §. etsi. ff. eod.* docet regulam illam non esse per omnia veram *l. patre furioso 8.* ubi copiose. Jas. *n. 7. & seq. ff. de B. D.*

450 Vnde concludunt Dd. si stipulatus quis † sit ante furorem, cum mentis adhuc esset sanæ, furorem postea supervenientem negotium contractum non perimere. *§. furiosi autem. quib. non est permis. fac. testam.*

Ita Judex aut † Magistratus qui furere cœpit, licet nove Judex creari non possit, *leg. cum prætor. 12. §. 2. de Iudic. leg. 1. §. 5. de postuland.* veterem tamen retinet auctoritatem, *l. Judex 46. de Judiciis.* Sic Jure fere gentium communi, Reges † non esse desinunt, qui durante imperio, mente, similive vitio capiuntur, argumen *leg. 20. ff. de stat hom.* Christoph. Besold, insignis ac doctiss. Jurisconsultus ac Politicus Tubingensis Academ. Professor, *3. dissert. Polit. 4. n. 26.* Sic cum Saul † Rex Israelis in furorem incidisset, Regno tamen minime fuit privatus: Sic quoque Ozia Rege Judæ Elephantiasi laborante non Regnum sed regni administrationem cæpit filius Jonathanus 2. *Chronic. 26.* Ita & in Galliis factum, cum Clodovæus † II. in morbum animi incidisset. Et postea cum Carolus † VI. magno incendii metu percussus, furiosus evasisset, ut Guaguin. testatur & rerum Gallicarum alii scriptores.

451 Similiter legitimatio perfecta, † per supervenientiam filiorum legitimorum non revocatur, quamvis ad eam causam deveniat, à qua incipere non posset, secundum veriorem & magis comm. opin. ut per Jason. *in leg. ex facto n. 15. cum seq. ff. de vulg. & pupill.* Ita etiam sententia sub conditione proferri non potest; tamen ab ea sub conditione lata datur appellatio, *l. 1. §. biduum. & ibi* Bartol. *ff. quando appell. sit.*

452 Quemadmodum enim ipsum Jus certum & finitum est, *l. 2. ff. de Jur. & facti ignor.* † Ita, quod Juris certa ratione perfectum consummatumve est, durare debet, nec ex superveniente casu dissolvi. Christoph. Sturcius *ad l. in ambiguis. 85. §. non est novum. n. 1. ff. de reg. Jur.* 453 † Atque si homo sanæ mentis duxerit uxorem *l. patre furioso. 8. ff. de his qui sunt sui vel. alien.* vel testamentum fecerit, *l. is cui 18. ff. qui test. fac poss.* casus furoris superveniens nihil præjudicat *l. oratio. 16. ff. de sponsal.* late Dynus *in c. legitime factum de reg. Jur. in 6.* Nec etiam propter impedimentum superveniens, ordo Senatorius, & judicandi munus aut magistratus vitiatur, *l. 1. § 5. vers. casum, ff. de postul.*

454 Sic igitur pari modo indubitanter tenendum est quod quando contractus † jam est perfectus, licet deveniat ad casum, à quo incipere non potest non tamen vitietur *l. plurib. §. & si placeat. ff. de verb. oblig. l. patre furioso*, ubi plene Jas. *n. 8. 10. & seq. ff. de his qui sunt sui vel alien. Jur.* Ant. Piagg. *de Tutor. & Curator. q. 3. n. 52. & seq.* ubi speciatim tradit, Tutelam non vitiari, etiamsi perveniat ad casum, à quo incipere non potuit, ex Bart. *in Auth. ut hi qui oblig. in princ. n. 2.*

Sed nec

Respons. ad IV. dubitandi rationem. Sed nec quarto loco de præsentato ad tertiam Parochiam presbytero propter sufficientiam reprobato, adductum argumentum, robur nostræ decisionis labefactat.

Cum enim in Protectore & Parocho longe sit dispar ratio, ab uno ad aliud, tanquam disparatis, solidum 456 argumentum depromi non potest. † Quod enim admissus ad unam vel alteram parochiam Pastor, ad tertiam præsentatus propter inscitiam reprobari possit, ratio in promptu est, quia vel propter multitudinem plebis, vel auctoritatem & peritiam parochianorum, una Parochia requirit magis idoneum Rectorem, quam alia, unde fit, ut ad hanc aptus & sufficiens ad aliam possit esse insufficiens, verum, quoad Jus protegendi semper manet eadem Advocatia. Unde his duobus diversitatem subjecti inesse, satis patet, ideoq; includenter ab una ad alteram argui, ut taceam, quod ibi versetur animæ periculum, hic vero corporis duntaxat & bonorum.

Respons. ad V. dubitandi rationem. Quod ulterius quinto loco de feudo Advocatiæ, patrono muto, vel aliter inhabili facto, adimendo objectum est, nihil ad rem facit, † nec enim hoc casu procedit argumentum à feudo Advocatiæ, ad contractum 457 Protectionis seu ab Advocato forensi togato, ad Advocatum Tutelarem armatum, ob diversitatem rationis hic pugnantem † quia illud feudum Advocatiæ per 458 se est annuum duntaxat, attestante Schrad. *part. 5. c. 6. n. 22. tr. feud. lib. priori.* per tex. *in c. 1. de feud. Guard.* Sonsb. *de Feud. part. 5. n. 4.* Dn. Rosenth. *de Feud. 2. concl. 68. n. 2. & in scholiis lit. A. & conclus. 70. & seq.* ubi limitat. Bart. & Zas. *in l. continuus. 137. §. ab eo. ff. de verb. oblig.* Ideoque anno elapso, revocari per Dominum libere potest, neq; ad hæredes transmittitur, per not. Bald. *in d. c. 1. § si vero n. 4. de feudo Guardia.* Præposit. *ibid. n. 5. in princ.* Afflict. *ibid. n. 3.* & Martin Laudens. *n. 9.* † quoniam inquiunt, text. ille *cap. 1.* habet, 459 quod feuda illa pro mercede alicujus rei concessa transacto anno auferri possunt; Imo, si Advocatus corruptus fuerit, aut alias non legitime serviat, tempore, etiam nondum finito, avocari ejusmodi feudum potest, ut in individuo tradunt Feudistæ omnes, *in §. quicunq; Advocatiam ac pace tenend &c.* Paril. de Plateo *de feud. redintegrat. c. 17. n. 14.* Schrad. *part. 2. c. 4. nu. 23. 25. & 35.* † Contractus autem protectionis, rarissime est an-460 nuus, sed multoties, ut constat ex alibi traditis, valde diuturnus ac perpetuus esse solet.

Nec ad tollendam hanc † solutionem recte argui 461 potest de hominis imperitia, qui ut peritus concessionem recepit, ad impotentiam in protegendo: Siquidem illud ingenium respicit; hoc arma, in illo detecta imperitia apparet, eum hominem antea nunquam peritum fuisse, & sic nihil novi, nulla causa supervenit, sed tantum id, quod à principio latebat, in cognitionem venit, in hoc vero impotentia defendendi comperta non infertur, quod prius quoq; erat impotens protector, imo præsupponitur, quod antea ad hoc sufficienter fuerit potens, sed ex causa superveniente extrinsecus considerata, nempe gravioris belli, aut pervasionis, & ita non simpliciter & omni respectu protectorem esse effectum impotentem ad defendendum clientes ab injuriis invasorum, &c. quod longe est aliud.

462 *Resp. ad VI. dubitandi rationem.* Quod porro ad sextum ab exemplo vasalli post acquisitum feudum surdi, cæci aut alias imperfecti facti, dictum attinet, per id nullo modo conclusio nostra infringitur, quia ex saniori, & magis communi Feudistarum sententia distinguitur inter feudum jam acquisitum, anteaq; possessum, & feudum de novo acquirendum; In hoc enim concludunt, si quis prius, quam de feudo investiatur, mutus, surdus, vel alioqui inhabilis etiam ex accidenti casu factus, atque idcirco jam eo tempore, quo primo feudum ad eum devolvitur, imperfectus repertus fuerit, quod tum, ob vitium ejusmodi, quamvis adventitium sit, ad feudi successionem non admittatur: At, quando quis de feudo jam est investitus, & dominus eum semel vasallum agnovit; tum etsi ex casu quodam superveniente inhabilis reddatur, æquitatis tamen ratio suggerit, ne dominus id, quod præter culpam vasalli evenerit, ipsi imputet, neve afflicto afflictionem addat; *l. Divus de offic. præsid. l. tam. dementis Cod. de Episc. aut l. antepen. C. de pœn. l. navis onusta, §. quid ergo ff. ad l. Rhod. de jact. l. fin. §. fin. de administr. tut.* sed potius hunc diversæ fortunæ casum patienter ferat, atque concedat, ut vasallus interim per substitutum militaria præstet servitia. Hartm. Pistor. *lib. 2. q. 2. quæst. 32. n. 21.*

Et hanc quidem sententiam, tam in feudo paterno quam novo procedere, primo concluditur argumento desumpto à lege cessante; Nusquam enim Jure feudali cautum reperitur, vasallum, qui post feudum acquisitum mutus, vel alioqui inhabilis est factus, propterea feudum amittere.

Quamobrem sine lege temere non est adleverandum 463 cum erubescere merito † debeat, qui sine legis auctoritate quippiam asserit, *§. consideremus. Auth. de trient. & semiss. l. diffent. C. de repud. l. illam C. de collat. l. fin. C. unde vi* Everhard. *in topic. in loco à leg. cess. n. 1* Ant. Quett. *cons. 47. n. 4. vol. 1*

Idque secundo in proposito vel ideo magis locum habet, quia agimus de privatione Juris. † Nunquam enim 464 privationis pœna locum habet, nisi illa manifesta lege, statuta reperiatur, *§. cum igitur vers. sicut enim pact. Auth. de non elig. secund. nub. l. at si quis. §. Divus. ff. de relig & sumpt. funer* not. gl. *in cap. fin.* & *ibi* Abb. *de Jur. patr.* Bald. *in Auth. ex testam. C. de secund. nupt.* Alex. *cons. 103. col. pen. vol. 1.* Decius *cons. 571. n. 30.*

Pertinet huc tertio † generalis illa regula, quæ do-465 cet, vasallum feudo, semel acquisito, sine culpa, ab ipso commissa, privandum non esse, *tot. tit. de feud sine culp. non amitt.* certum est enim, adversam valetudinem, inter culpam minime referendam, neq; eo nomine quicquam vasallo imputari posse. Consectarium est igitur, neque etiam vasallum ob morbum supervenientem, quamvis perpetuus is fuerit, feudo jure privari posse. † Cum nullus pœnæ locus esse possit ubi nulla 466 præcessit culpa *l. aliud. 131. ff. de verb. signif. l. crimen. 26. ff. de pœn. l sancimus. 22. C. eod. l. ult.* ubi castr. *n. 5. C. posthum. hær. instit. l. contra voluntatem C. de manum. test.* Jo. Harprecht. *§. injuria autem. 1. n. 226. Instit. de Injur.*

Respons. ad ultimam dubitandi rationem. Nihil deniq; faciendum est quæsitum ex Romano. *in d. cons. 417.* septimo loco subsidium, Casus enim, in quo ille loquitur, & is, qui propositæ quæstioni inest, di versi sunt: In illo namq; de quo Roman. respondit, constabat, quod non amplius erat facultas defendendi, ex eo quod castrum defendendum fuerat sublatum; Et sic non supervenerat ibi impotentia vel impossibilitas extrinsecus, sed propter defectum rei peremptæ defecerat etiam qualitas ejus, scilicet, defensionis.

Secus est in casu nostræ quæst. in qua supervenit impotentia defendendi, & impossibilitas, propter quam non indifferenter tollitur promissio ob causam protectionis, *Jurib. & rationib. modo assertis.*

Transitio ad causas finitæ Advocatiæ ex culpa provenientes. Ex hactenus quidem de causis dissolvendæ Advocatiæ, quæ nullam culpam in se continent; Nunc autem ad reliquas, quæ cum aliquo delicto conjunctæ sunt, & cum noxa fiunt, prosequendas accingamur oportet, cum autem ex his ipsis quædam in † committendo, quædam in omittendo consistant, argument. gloss. *in leg. si mora, & ibi* DD. *ff. soluto matrimonio, priores* initio

initio enumerabimus. Hujus generis prima, alias in ordine trigesima secunda se offert, circa quam, in quæstio 467 nem vocatur: *Utrum † ex inimicitia inter Patronum & clientem orta Jus protegendi finem accipiat.*

468 Partem affirmativam nuncupatim defendit doctiss. Dn. Sebast. Dietherich IC, Hallensis *in sua de Advocat. disput. conclus. 29.*

Affirmativa Ratio dubitandi I. ab auctoritate. Ratio dubitandi II.

In cujus sententiæ confirmationem facere videntur, quæ in fortiori obligationis genere de dissolutione nempe confraternitatis, in literas retulit Bart. Musculus *in disput. de pacto successor. illustr. Person. conclusione ultim.* ubi concludit audacter confraternitatem, uti & confœderationem, labefactari ac dissolvi, quando unus ex confœderatis factus est æmulus alterius aut capitalis hostis Mancin. *lib. 6. de Jur. Princip. cap. 22.* Machiavell, *libr. 1. disput. in Tit. Livium cap 11,* quos refert & sequitur Waremb. ab Erenb. *de feud. c. 2. n. 134. & 243.* Alber Gentil. *3. de Jur. Bell. c. 24.*

469 *Ratio dubitandi III.* Tertio solidius eadem sententia, ex eo corroborari videtur, quod etiam contractus † feudalis, qui fortior est protectitia conventione propter exortam inter vasallum & patronum capitalem inimicitiam rescindatur per text. *in c. ibi* atque in aliis ita versatus est, ut potius inimicus quam fidelis &c. *quos testes sint necessar. ad proband. vasall ingrat.* gloss. *in c. 1. §. item si fidelis in verb. concubuerit quib. mod. feud. amitt.* ac ibi omnes interpretes. Matth de Afflict. *in c. 1. in prin. n. 20, in fin. Quo temp. mil.* Schneidevv. *de feud. p. 8. c. 1. caus. 37. num. 171.* Joan. de Monte *lib. 4, c. 1. causa. 10.* Blanc, *lib. 2. cap. 1. num. 50.* Schrader. *part. 9. c. 5. num. 7.* Paris. *cons. 1. n. 14. vol. 1.* Hieron. Grat. *cons. 9. n. 59. lib. 1.*

470 *Ratio dubitandi IV.* Quarto confirmatur ex eo quod filius inimicus patris ob hanc causam licite exhæredari potest, Schrader. *d. loco.* post Bald. *cons. 112. n. 12. vol. 5.* & legatarius ob inimicitias cum testatore intercedentes legato tanquam indignus repellitur, *l. 3. §. fin. l. ex parte 22. l. pen. §. scire. ff. de adimend. leg. l. si inimicitia in princ. ff. de his quib. ut indig. cum similib.* Schneidew. *d. loco,* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 1. q. 18. n. 7.* Alexand. *cons. 127. in fin. libr. 4.* Fichard. *cons. 18. n. 6. & seqq. tom. 1.*

471 *Ratio dubitandi V.* Quinto pro munienda ista assertione maxime facit, quod nemo censeatur idonee defensurus suum capitalem inimicum, ut eleganter tradit Anton. Hering. *tr. de fidejuss. cap. 20. §. 22. n. 11.* Cum autem actus defensionis proprius sit finis Advocatiæ, ut alibi probatum est, inimicus † autem potius ad offendendum quam tuendum, magisque ad nocendum, quam commodandum affectus esse censeatur, semperq; male de inimico præsumatur cogitare, ad tradita per gloss. *in l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Bald. *in l. final. in 20. opposit. C. de hæred. instituend.* Cravett. *cons. 8. n. 13.* Farin. *cons. 30 n. 32. & 42.* Surd. *cons. 32. n. 6. per l. inimicitia ff. de his quib ut indig. l. 1. §. præterea ff. de quæst. c. repellantur & c. cum oporteat de accusat.* Sic & inimicus præsumitur, inimico struere insidias, & semper inire consilium, quo pacto illi obesse possit, ut not. consuluit Marc. Mant. *cons. 325. n. 6. vol. 1.* per ibi adducta. Blanc, *in l. fin. n. 89. ff. de quæst.* Mascard. *de probat. vol. 1, conclus. 98. n. 2.*

472 Hinc & damnum † præsumitur ab inimicis tanquam adversantibus illatum, ubi ignoratur, à quo provenerit Roman. *cons. 7. col. 1.* Calc. *cons. 63. n. 2. & 3.* Adeo, ut habens † inimicum, possit petere & implorare Judicis officium, ut ipsum compellat, ad præstandam sibi cautionem de non offendendo: ita probatur *in l. 1. §. ne potentiores, de offic. præsid.* & voluit Abb. *in rubr. Extr. de treug. & pace,* Bart. *in l. 2. in fin. prin. ff. solut. matrim.* Bart. & Angel. *in l. sed si susceperis §. fin. de Judi. & in l. sanctum ff. de rer. divis. & in l. denunciamus C. de his qui ad Eccles. confug.* Innoc. *in c. 1. in fin.* gloss. *de offic. deleg.* Bar. *in auth. habita. col. 5 v. ex quo diligenter C. ne filius pro patre. & in l. fin. d. offic. præf. urb.* Flor. *in l. æquissimum, in princip ff. de usufruct.* pro quibus faciunt notata per Lud Roman, *cons. 244. in prin.* Hippol. de Marsil. *in l. in criminalibus. §. præterea n. 44. ff. de quæstionib.*

Unde nexus protectionis tam gravi exorta inimicicida consistere amplius non posse videtur.

Ratio dubitandi VI. Sexto pro hac ipsa assertione dimicare videtur, quod etiam Tutela, nedum ex hac causa dissolvatur, sed propter eandem, nec incipere possit, *l. athleta §. dat remissionem ff. de excusat. tutor. §. item propter inimicitias Instit. eod. l. tutor. §. si tutor inimicus ff. de suspect. tutor,* & habet apertam in se æquitatem; cum enim inimicitiæ præsumantur durare cum filiis, æquum visum fuit, quem non cogi ad tuendos eos, quos odit, neque fidei inimici tutelam committere eorum, qui per ætatem se defendere nequeunt, ut inquit Aldobrand. *in dict. §.* item propter inimicitias, quem *ibid.* sequitur Schneidew. *n. 6 instit. de excus. tutor.*

473 *Ratio dubitandi VII.* Septimo non abhorret ab hanc sententia, quod in simili etiam Jura prohibeant per Judicem eum Advocatum dari, cum quo intercessit gravis inimicitia, tradente gl. & *ibi* Angel. *in l. 1. § ait prætor. ff. de postuland.*

474 *Ratio dubitandi VIII.* His accedit octavo, quod propter intervenientes capitales inimicitias, multa, quæ ab initio constituunt, ex post facto intercidant & finiantur, ut annotavit Jo. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de Judiciis. §. specialia. n. 3. in fin. ad versic. si pro ea.* aliquot textib. Juris *ibi* in medium allatis, quibus & addi possunt *l. 4. ff. de testam. tut. l. octava. ff. de confirmat. tutor.* & tradita per Ant. Hering. *tract. de fidejuss. cap. 20. §. 32. n. 2.*

475 *Decisio Negativa. Ratio decidendi I.* Verum hisce non obstantibus, si exactius res expendatur, magis est, ut concludamus, propter exortas inimicitias non statim dissolvi Advocatiam.

Primum enim in potestate protectoris esset, in magnum præjudicium clientum, se quandocunque pro libitu ab obligatione defensionis debitæ liberare, aut vicissim in arbitrio clientum, sese ab onere conventi annui honorarii persolvendi extricare.

476 Siquidem in cujuslibet stat arbitrio, † ejusmodi quippiam moliri, ex quo capitalis inimicitia oriri potest, ut egregie adducto in id memorabili exemplo, quod Neapoli, ipso ibidem Vicarii munere fungente, contigit, docet Joseph. Mascard. *concl. 857. n. 54. vol. 2. de probat.*

Ratio decidendi II. Deinde valde infirmus ac debilis esset, initæ Advocatiæ effectus, si propter emergentem inimicitiam statim Protector vel clientes ab obligatione contracta laxarentur.

477 Hoc enim mihi detur, necesse † est, ex pacto & stipulatione, qua Advocatus ad tuitionem, & clientes ad annuum persolvendum honorarium se obstrinxerunt, ortam fuisse obligationem naturalem, & civilem & ex hac obligatione rursus actionem, & vim exigendæ ex hac parte conventæ annuæ pensionis, ut nominatim *subsequenti de actionibus Capite* ubertim explicavimus, ex illa vero Tutelaris auxilii promanare subsidium, juxta definitionem obligationis *§. primo Instit. de obligationibus.* ubi Stephan. Bodeus eleganter dicit, quod obligatio † sit Juris vinculum, quo vel inviti creditoribus nostris aliquid dare, vel facere compellimur, pro lege, quæ inter contrahentes dicta est. 478 Quæ † igitur actio ex efficaci obligatione semel nata est, ea, per exortam inimicitiam rursus perimi non potest. Quemadmodum nec † bellum inimicitiæ filia nec alia quantumvis atrox inimicitia efficere potest, quo minus debitor creditori etiam hosti facto satisfaciat, prout respondit Cravett. *consil. 6.*

fil. 8. n. 97. lib. 1. Cujus rei vivum exemplum præbuit *Fridericus* † *Dux Austriæ Alberti Cæsaris filius.* Hic enim commissurus prælium adversus *Ludovicum Bavarum*, quo cum de Imperio contendebat quamvis accepisset Marchiones Brandenburgenses, cum hostibus sentire, his tamen promissam ante pecuniam numeravit, alienam fidem accusare, quam suam malens, teste Ænea Sylvio. *lib. 3. comment. in Panormitan.* Sicut igitur exceptio † capitalium inimicitiarum debitorem à debiti solutione nequaquam liberat, ita nec Protector propter conceptum in se clientelare odium à nexu defensionis promissæ solvitur, alias enim sequeretur, quod Protector clientibus & vicissim, obligatus & non obligatus esset, quod est absurdum.

479

Ratio decidendi III.

Præterea roboratur, præcedens decisio nostra ex eo, quod nec obligatio fidejussoria propter enatas inter principalem & fidejussorem inimicitias extinguatur, ut recte pronunciavit Antonius Hering. *c. 20. §. 32. n. 3. de fidejussorib.* Sic enim in potestate debitoris & fidejussoris esset, in magnum præjudicium creditoris se pro libitu ab obligatione liberare: siquidem alias quoque mutuum dando inimicos nobis emimus, amicos vendidum. ut ait Plautus *in Trinummo.* facit text. *in l. ne in potestate & l. si quis rem ff. de arbitris.* Muscatell. *in pract. fidejuss. part. 2. q. 4. n. 6.*

480

Declaratio decisionis negativa.

Cæterum receptam † à nobis & hactenus corroboratam decisionem negativam, eo solum casu procedere declaramus, quando scilicet ex parte clientum duntaxat inimicitia in protectorem fervet, secus autem quando protector factus est capitalis clientum hostis, ac inimicus, vel manifesta inter utrumque enata est simultas, invidia & capitale odium:

Ratio declarationis I.

Major siquidem hoc casu dissolvendæ Advocatiæ ratio militat, quam si clientes tantum inimici essent Protectoris: vel protector summe odisset clientes, ea maxime de causa, quod nemo censeatur idonee defensurus inimicos suos capitales, quæ ratio cessat ubi inimicitia tantum in clientibus consideratur, cum ab ea alienum esse Protectorem censeamus: Neque enim consequens est, quod stante unius partis inimicitia, eandem quoq; alteri parti necessario affingamus, siquidem id quod adesse vel abesse potest, pro certo aut probato non habeatur, Jurib. vulgatis.

Quinimo animus Protectoris pius ac timore Dei imbutus non obstante eo, quod clientes erga illum odiosi maleq; affecti sint, causa forte per tertium interjecta, abhorrere pro sua persona ab inimicitiis potest, uti sagaciter perpendit Henric. Rosenthal. *de feud. c. 10. quæst. 17.*

Ratio II.

Adhæc allata à nobis declaratio inde etiam colligitur, quod ex mutua, eaque gravi ac acerbiori animorum disjunctione, multo etiam fortiora obligationum vincula disrumpantur, quemadmodum de nexu feudali fortissimo ac juramento etiam vallato *supra* diximus, & patet idipsum ex aliis etiam obligationum nodis.

Ratio III. à simili.

Sic & tertio inimicitia † superveniens inter dominum & Procuratorem facit finiri mandatum ceu docent gloss. & Dd. *in l. filius §. Procuratorem. ff. mandati*, quemadmodum aliud etiam quodlibet mandatum finitur & solvitur mutatione status in peius, respectu utriusq; *l. si cum & l. cum quis ff. de solut ibi* Bart. *l. confirmantur. ff. de confirm. tuto.* facit *c. si quem de procurat. in 6. & leg. pater. §. fin. C. de testam. tutel. l. cum qui. §. qui filio* ubi Alex. *ff. de verb. oblig. & l. rogasti §. si fugitivus* ubi Jas. alegat alia Jura *col. 1. ff. si cert. petat.* sic etiam inimicitia gravis inter fidejussorem & principalem superveniens sine culpa fidejussoris est justa causa petendi se liberari. Jo. Andr. *in addit. ad Specul. de judi. §. specialia ver. si vero in princ.*

Objectionis præventio.

Et licet alias, ut supra dictum est, propter supervenientes inimicitias capitales, inter fidejussorem, creditorem ac debitorem fidejussor ab obligatione fidejussoria non liberetur, secus tamen est, quando ipsa rei qualitas fidejussoris liberationem causat, ut si defensionem promisisset, postea tamen inter absentem & defensorem ejus inimicitiæ intercessissent, per rationem, quod ubi defensio cessat, cesset & stipulatio judicatum solvi, quæ clausula in se continet, pro qua fidejussor fidem suam interposuerat, *judicatum solvi. ff. judicatum solvi.* Ant. Hering. *de fidejus. c. 20. §. 32. n. 11.* ubi hunc in modum *l. non cogendum 45.* juxta *l. metus 43. in fine* ob intervenientes inimicitias de fidejussoris liberatione loquentes, declarat.

Solutio contrariorum Argumentorum.

Qua posita declaratione negativæ decisioni non obstant illa, quæ *superius* dubitationis ergo, prolata sunt.

Respons. ad I. dubitandi rationem.

Quod enim initio ad allegatorum Doctorum & inprimis Dn. Sebast. Diètherici authoritatem attinet, etsi illam permagni faciam, Eam tamen decisioni nostræ nil decerpere censeo, Aut enim illam intelligit, prout modo declaravimus, de mutua inter clientes ac Patronum inimicitia, vel de solius Protectoris Vatiniano in susceptos odio, & tunc consentimus, si vero eam de sola clientum inimicitia exauditam velit, cum nullum opinionis suæ solidum fulcimentum afferat, nec ulla eam lege aut ratione firma comprobet, idcirco caussæ nihil est, quin ab illius opinione absq; lege loquentis discedamus.

481

Respons. ad II. dubitandi rationem.

Sic etiam movere neminem debet, quod secundo loco allegati auctores asserant, fraternitatem & confœderationem ob capitalem inter fratres ac socios ortam inimicitiam dissolvi; quia similiter illorum decisio intelligenda est, de mutua inter illos inimicitia, quamvis Warem. ab Erenb. de æmulis propter æqualem virtutem vel potentiam, non de inimicis loquatur.

Resp. ad III dubitandi rationem

Nec obstat etiam quod tertio loco objectum erat nexum feudalem ob ingruentes inimicitias solvi, Quia id solum procedit quando vasallus (qui ut *alibi* probasse me recordor, Protectori comparatur) Domini factus est inimicus capitalis, Et eo quidem duntaxat casu, quando is inimicitiæ causam commisit Rosenth. *de feud. c. 6. q. 17. n. 8. & 31.* secus autem quando Dominus in vasallum duntaxat quantumvis capitale odium concepit, vel illud culpa ejusd. Domini emersit Afflict. *in c. 1. in prin. n. 20. & seq. Quo tempor. mil.* Joan Blanc. *in summa feud. lib. 2 c. 1. n. 20. & 30.* Schneidew. *p. 8 c. 1. n. 174. in fin.* Schrad. *p. 9. c. 3. nu. 15.* ubi *compluribus numeris seqq.* id late confirmat arg. *l. non debet alteri 74. l. non fraudentur 134. nemo ex suo.* & istis locis Dec. Cagnol. & alii. *ff. de reg. jur. l. si mulier. 21. in pr. ibi*, quia hunc sibi metum ipsa infert *ff. quod metus caus.* Quia alioquin in arbitrio Domini foret, vasallo, quoties se ejus inimicum fingeret, feudum auferre, ut eleganter ratiocinatur Rosenth. *d. q. 17. n. 31.*

482

Respons. ad IV dubitandi rationem.

Non obstat etiam quarta objectio, quod scilicet inimicitia tantæ sit virtutis ut etiam exhæredationem liberorum progeneret. Sicut enim sola clientum in Protectores, & quæ culpa Advocatorum exorta est, inimicitia non tollit contractum Advocatiæ, uti *supra* diximus, ita nec exhæredatio locum habet quando Pater duntaxat filium odit, vel causa filialis rancoris ex culpa paterna profluxit, *§. causas in fin. Authent. ut cum de appellat. cognos.* Schrader. *de Feud. part 9 cap. 3. num. 15.* Bald. *consil. 112. num. 6. lib. 5.* quemadmodum nec legatum, propter inimicitias quibus testator caussam dedit, legatario aufertur secundum Bart. *in l. cum Tabulas 16. §. quoniam. ff. de his quib. uti indign.* Cotta. *memorial. verb. inimicitia capitales* Angel. Aret.

Aretin. §. *Item si propter inimicitiam vers. qualiter autem Institut. de excusat. Tutor.* Paul Castr. *in l. Fideicomm. 28. C. de Fideicommiss.* Hippol de Marsil. *l. 1. §. praeterea n. 26. & § sequent. n. 6. ff. de quaest.* Lud Rom. *Singular. 180.* Barbat. *in tract. de praestantia Cardinalium part. 2. q. 3. col. final.*

483 *Resp. ad III. dubitandi rationem.* Non infringit etiam decisionem † nostram quinto loco obtensum obstaculum, quod nemo censeatur idonee defensurus suum inimicum; Quia respondetur, id quidem ita posse praesumi, si merum inimicitiae rancorem praesumamus, econtra tamen, si nexum obligationis, inter clientes & Patronum ad praestandam defensionem obstringentem, perpendamus, is adeo devincit Protectorem, ut non attenta dissensione nihilominus, debito protectionis muneri satisfacturus esse putetur, aut si id praetermittat, ex eo tamen vinculum obligationis, respectu inimicitiae non dissolvatur, sed firmum perduret, quemadmodum nec hostilitas efficit, quo minus debitor creditori etiam hosti facto debitum exolvere debeat, ut respondit Cravetta *cons. 6. nu. 97. lib. 1.*

Deinde, sicut ex praememorata declaratione notum est, nos hic non loquimur de eo casu quando Protector factus est Inimicus clientum, sed quando hi fovent simultatem, in illum, ideoque respectu suae personae non protegit, quos odit, sed eos, quibus ipse summo habetur odio.

Si tamen protector ob exortas forte inter se mutuo capitales inimicitias debitam ex promissione tuitionem clientibus deneget; tunc quidem non respectu simultatis, sed ob culpam intermissae defensionis, ut *paulo post* dicetur, Advocatia exui potest. Aliud autem est, propter inimicitias subortas Tutelarem obligationem tolli, aliud propter neglectam protectionem, ut patet per se eam desinere ac finiri.

Respons. ad VI. & VI. dubitandi rationem. Nihil etiam momenti adversativi habent sexta & septima dubitandi rationes, à similitudine Advocati forensis & Tutoris sumptae. † Quia textus Juris, in id allegati, non probant, Tutelam ob enatas discrepantias dissolvi, vel Advocatum necessario removeri, sed Legum latores affirmant duntaxat, propter eas, siquidem graves ac capitales inter Patrem Pupilli & ipsum Tutorem extiterint, talem inimicitiam suscipiendae Tutelae excusationem praebere, & ut Advocatus initio non detur, efficere, eo, quod inimicus alicujus praesumatur etiam inimicus filiorum suorum, sicut in simili dicitur, quod injuria facta uni ex cognatis toti cognationi facta videatur. *l. lex Cornelia.* juncta gloss. *in verb eorum. ff. de Injur.* Excusatur igitur, qui propter inimicitias à patre testamento † tutor est datus, veluti si testator, cum sciret, se magnum aes alienum & inexplicata negotia relicturum, vindictae sumendae causa inimicum suum tutorem scripsit, ut eum in tutelam periculosam immisceret, supponeretque debito & negotiis, *d. § item propter inimicitias. Inst. de excusat. tutor. l. athleta. §. dat remissionem. ff. eod.*

484

485

Quare licet ponamus, obstantibus enormibus ejusmodi inimicitiis haud recte initio constitui Advocatiam: tamen semel legitime constitutam ob easdem distrahi, nulla consecutionis ratione inferri potest, † siquidem multa reperiantur, quae initio contractum fieri impedire solent, quae tamen factum non tollunt, multaq; facta firma perdurant, quae initio fieri prohibita sunt. *c. biduum. 2. quaest. 6. c. quemadmodum. de Jurejur. c. ad Apostolicam de regularib. l. non dubium Cod. de legib. leg. si fundum ff. de fundo dotali l. patre furioso*, & ibi Jal. multis id exemplis confirmans *à nu. 8. usque 17. ff. de his qui sunt sui, vel alien. Jur.*

486

ultimam dubitandi rationem. Nihil deniq; pro tuitione affirmantis opinionis conducit, quod, propter intervenientes capitales inimicitias, multa, quae initio constiterunt, ex post facto intercidant, & finiantur.

487 Quia respondetur, eam † regulam procedere, iis in casibus, quibus id Jure definitum reperitur, nempe in revocatione legatorum, donationis & similium, de quibus Dd. *in l. si quis 3. §. final. ff. de adimend. vel transf. leg. & in l. final. C. de revocand. donat.*

488 At nusquam in Jure † scripto reperire est, quod propter enatas quantumlibet graves inimicitias Advocati Tutelares, à nexu defensionis seu vicissim clientes ab obligatione pensionis annuae praestandae liberentur; proinde dici non potest, clientelam ex causa capitalium simultatum esse dissolvendam.

489 *XXXIII. Amissio Advocatiae ex perpetrata nece, vel mutilatione Praelatorum.* Tricesima tertia porro, & quidem urgentissima amittendae Advocatiae causa est, dolosa nimirum occisio, vel mutilatio Episcopi, Rectoris, praelati, conventualis, vel alterius in protectionem suscepti seu Ecclesiae impatronatae inservientis clerici per Protectorem perpetrata, id est, si Protector Praelatum, vel alium clericum Ecclesiae, à qua Advocatiam habet, è vivis sustulerit. Wann nemblich ein Schutz und Schirmherr / eine oder mehr aus den Geistlichen Personen / so in seinem Schutz und Schirm sind / selbst / oder durch andere dolo malo gar umb das Leben bringt / oder sie sonsten mutilieret, und am Leib mercklich beschädigt.

490 *Ratio solenta Advocatiae ex sanctione Juris Pontificii.* Hanc enim amittendae † Advocatiae poenam in transgressores Patronos, Advocatos, Feudatarios, Vicedominos, & alios beneficiatos Ecclesiasticos, expresse statuit Innocentius III. *in cap. in quibusdam, de poenis.* sequentibus verbis: *In quibusdam*, inquit, *provinciis Ecclesiarum Patroni & Advocati seu Vicedomini se in tantam insolentiam erexerunt, quod non solum cum vacantibus debet Ecclesiis de pastoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt & malitias, verum etiam de possessionibus aliisque bonis Ecclesiasticis pro sua voluntate ordinare praesumunt, & (quod horrendum est dicere) in necem praelatorum prorumpere non formidant.* † *Cum igitur, quod ad defensionis subsidium est inventum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri*, † *prohibemus expresse, ne Patroni vel Advocati seu Vicedomini super praemissis de caetero plus usurpent, quam reperiatur in Jure permissum, & si contra praesumpserint per severitatem canonicam districtissime compescantur.* † *Sacri nihilominus concilii approbatione statuimus, quatenus si Patroni vel Advocati aut feudatarii seu Vicedomini aut alii beneficiati alicujus Ecclesiae rectorem vel Clericum alium ipsius Ecclesiae, per se vel per alios occidere vel mutilare ausu nefando praesumpserint, patroni Jus patronatus, Advocati Advocatiam feudatarii feudum, Vicedomini Vicedominatum & beneficiati beneficia prorsus amittant.* † *Et ne minus vindicta, quam excessus memoria prorogetur, non solum de praemissis nihil proveniat ad heredes, sed etiam usque ad quartam generationem posteritatis talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, neque in domibus regularibus alicujus praelationis assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum.* Hactenus Innocentius.

491

492

493

494

Quod autem text. hic allegatus de Protectoribus atq; Advocatis clientelaribus proprie intelligendus sit, non solum litera ipsius textus clare ostendit, *ibi, Advocati Advocatiam amittant:* sed & authoritate plurium Dd. qui eundem text. ad Protectores referunt, planum est.

495 *Ratio II. praedicti casus, ab exemplo vasalli, feudum committentis.* Sic etiam † Feudistae (quia ibidem disponitur, quod etiam feudatarii, id est vasalli ob factam clerici occisionem, vel mutilationem, feudo privari debeant,) omnino decidunt, quod vasallus qui Praelatum; puta, Episcopum, si est Cathedralis Ecclesia, Praepositum & Decanum, si est collegiata, Abbatem, si est Monasterium; vel Rectorem, id est, parochum Ecclesiae, à quo feudum habet, interfecit, absq; omni

omni dubio, eo privandus sit, per notata Ardiz. *in summ. tit. quib. mod. feud. amitt. rubr.* 55. *vers. amittit autem quis feudum, &c.* Joan. Blanc. *de feud. libr.* 2. *capit.* 1. *num.* 2. & 3. Panorm. *in cap. quibusdam num.* 6. *de pœn. ibid.* Henric. Bobic. *numer.* 24. Ægid. Boss. *tract. crim. tit. de crim. læs. majest. in fin. num.* 144. Alexand. *cons.* 92. *nu.* 19. *lib.* 6. Anchar. *cons.* 277. *nu.* 1. de vasallo Comite agens, qui Cardinalem, Dominum suum, in vincula conjecerat, Bart. *cons.* 161. *num.* 4. *vol.* 1. Rosenth. *synops. feud. cap.* 10. *conclus.* 34. *nu.* 71.

496 Sic & Canonistæ † per eundem textum expresse tradunt, Patronum occisorem Prælati, vel rectoris, Jure patronatus ipso facto exui, Panorm. *in d. c. in quibusdam.* Paul. de Citadin. *part.* 14. *nu.* 6.

Ratio III. ab exemplo Patroni jus patronatus amittentis.

Porro desumpta ex *prædicto c. in quibusdam* † amittendæ Advocatiæ causa primo ampliatur, locum habe-497 re, etiamsi Protector prælatum vel Rectorem Ecclesiæ non penitus occiderit, sed manus duntaxat, ei impias intulerit, gravia vulnera infligendo, aliave enormi læsione offendendo.

Ampliatio I. præcedentis casus. Ratio ampliationis I.

Probatur hæc ampliatio primum ex ipsis textus verbis disjunctivis seu alternativis, *ibi*: occidere vel muti-498 lare præsumpserit, † quorum natura est, ut obligent ad utrumque, *l. si illud ff. de constitut. l. si duo, l. ubi autem, §. qui illud aut illud, ff. de verb. obligat.*

499 Est autem mutilare, † nil aliud, quam membro aliquem necessario truncare seu minuere, & mutilatus, cui ferro vel alio instrumento, membrum exectum est.

Ratio ampliationis II.

Si igitur Patronus mutilet tantum Prælatum, non minus Jure Advocatiæ privatur, ac si plane occidat, quod confirmatur argumento textus *cap.* 1. *§. porro*, & *ibid.* Isern. *num.* 18. & *sequent.* Bal. *num.* 1. Alvarot. *num.* 1. Schenck. *nu.* 1. Balzaran. *num.* 5. & alii, *quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* Idem Isern. *in cap.* 1. *§. item si fidelis* 11. 13. *circa med.* Afflict. *in eodem cap.* 1. *§. fin. nu.* 23 *caus.* 54. *quib. mod. feud. amitt.* Capyc. *in investit. f. ud. c. feuda amittuntur, col.* 12. *§. duodecimo si vasallus, &c.* Zas. *de feud. p.* 10. *nu.* 39. & 63. Sonsbec. *par.* 12. *nu.* 35. Borcholt. *c.* 8. *nu.* 110. Wesenb. *cap.* 15. *nu.* 5. Jo. Schneid. *p.* 8. *c.* 1. *nu.* 92. Schrader. *p.* 9. *cap.* 4. *nu.* 1. & *seq. caus.* 15. Intrigl. *in cent. feud.* 1. *quæst.* 88. *nu.* 62. & 65. *caus.* 9. & 10. Vult. *lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 25. & 26. Pract. Jacob. *in pract. aur. libell. rubr.* 59. *nu.* 19. Oldendorp. *class.* 5. *post. act.* 17. ubi de act. benef. *in pract. spec.* 3. *intent. actor. art.* 13. Schoner. *disp. feudal.* 10. *thes.* 26. Afflict. *decis. Neapol.* 165. *num.* 59. Molin. *consuet. Paris. tit.* 1. §. 30. *quæst.* 40. *num.* 4. Ubi omnes unanimiter concludunt

500 † vasallum, etsi non occidat dominum, verum tantum reali injuria afficiat, puta, manus impias, vulnera, vel verbera inferat, feudo denudandum esse. Ergo & argumentum exinde ad privationem Advocatiæ deductum, eodem modo extendendum videtur, arg. *l. fin.* & *ibid. not. C. de revoc. donat.* & *Auth. ut cum de appellat. cognosc. c.* 3. *Novell. constit. Henric.* 2. *Imp.* quam Cujac. *lib.* 5. *tit.* 2. collocavit.

501 Quinimo tertio communis est feudistarum † traditio, quod etiam absque læsione corporali, si graviter tantum offendatur Prælatus, privationis pœnam vasallus incurrat, per notata Alvarot. *in c.* 1. *§. fin. num.* 7. & *ibid.* Petr. Raven. *quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* Ardiz. *tit. quib. mod. feud. amitt. c.* 63. Jac. de S. Geor. *verb. dictique vasalli promiserunt non committere feloniam, nu.* 54. Molin. *consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 30. *nu.* 115. & 120. Schrad. *tract. feud. p.* 9. *c.* 4. *nu.* 17. Anton. Capic. *in investit. feud. c. feudorum dominia, column.* 13. *§. decimo octavo, ut si cut, &c.* ubi citat Iserniam, Jacob. de Beluis. Nicol. de Neapol. & Alvarot. *in cap.* 1. *§.* & *iterum de cap. Conrad.* argum. *c. ad aures* & *c. in quibusdam,* ubi omnes plerunque interpretes, *de pœn.*

Ratio ampliationis III.

502 Secundo ampliatur præsens doctrina, † quod etiam absque alia læsione conjurans tantum in necem Prælati aut rectoris, Advocatia exui debeat, per verba textus præcitati *cap. in quibusdam, ibi per se vel per alios occidere vel mutilare ausu nefario præsumpserint.* Qui enim in necem alicujus conjurat, utique eum occidere præsumit.

Ampliatio II.

Deinde etiam, secunda hæc ampliatio firmatur per ea quæ in terminis feudi scribunt Natta, *consil.* 174. *nu.* 18. *lib.* 1. Isern. *in cap.* 1. *§. si convenerit, nu.* 6. *de cap. qui cur. vend.* & *eod. loco* Alvarot. *num.* 3. Ravenn. *in fin.* Balzaran. *nu.* 8. Schenck. *nu.* 2. Mozz. *de feud. tit. fin. ex quib. caus. feud. amitt. nu.* 17. Curt. Jun. *p.* 4. *nu.* 36. Zas. *part.* 10. *nu.* 39. Schrader. *part.* 8. *ca.* 4. *nu.* 33. Vult. *cap.* 11. *nu.* 20. *in fin. libr.* 1. argum. *c.* 1. *§. conventicula, de pace juram. firm. l. conventicula,* 15. *C. de Episc.* & *cler. l.* 3. *ff. ad l. Jul. de vi publica.*

503 Tertio extenditur † Canonica isthæc determinatio, ut procedat non tantum, ob Prælatum vel Rectorem, sed ob quemlibet etiam clericum, ab Advocato ejusdem Ecclesiæ, in qua jus protegendi habuit, occisum vel mutilatum: per clarum textum *d. c. in quibusdam, his* verbis VEL CLERICUM ALIUM IPSIUS ECCLESIÆ. Et hanc etiam ampliationem amplectitur Hier. Gratus *cons.* 147. *num* 19. *vol.* 2. Alexand. *in l. si finita §. si de vectigalib. num.* 25 *ff. de damn. infect.* Ancheran. *cons.* 277. *num.* 1. *in fin.* Bald. *cons.* 141. *num.* 2. *vers. sed super partu num.* 2. *vol.* 2. Abb. *in capit. in quibusdam, num.* 6. *de pœn.*

Ampliatio III.

504 Sed quæret aliquis hic non importune, † *An in casu d. c. in quibusdam, ad incurrendam amissæ Advocatiæ pœnam, conatus etiam solus occidendi, vel mutilandi sufficiat.*

Conatus occidendi vel mutilandi Prælatum an privationem Advocatiæ inducat.

Et videtur sane hoc ipsum affirmandum esse, † ex verbis textus *d. c. in quibusdam.* Nam dicit *ibi* Pontifex, *si occidere vel mutilare præsumpserit,* & non loquitur de facto occisionis seu mutilationis, ideoque videtur cona-505 tus sufficere. † Verbum enim præsumere, communiter usurpatur, pro audere, vel tentare aliquid, contra jus, & sic pro conatu, ut nominatim scribit Joan. Calvin. *in suo lex. juridico, verb. præsumere.*

Affirmativa. Ratio dubitandi I.

506 Deinde idem magis † etiam corroborari videtur ex communi Dd. traditione, asserentium in homicidio so-507 lum occidendi animum, ad aliquem actum perductum, mortis pœnam mereri, etiam homicidio non secuto, secundum Paulum de Castr. *in leg.* 1. *§. hæc autem verba, post nu.* 2. *vers. aliquando tamen, ff. quod quisque Jur.* ubi etiam Bolognet. *nu.* 1. *vers.* & *dubitationem faciebat* & *num.* 17 *in fin. vers.* & *in l. Cornelia,* Hostiens. *in summa de pœn. §. illud autem ante med. nu.* 9. *vers.* & *quod si quis gladium strinxerit,* Bald. *in l. data opera, C. de iis qui accus. non poss. num.* 55. Imol. *in c.* 1. *col. fin. vers. in gloss.* 1. *extr. de præsump.* & ibi etiam Felin. *num.* 1. Angel. *cons.* 14. *post num.* 3. *column.* 2. *in princip.* Cornel. *cons.* 202. *ante num.* 1. *vers.* & *in homicidio, libr.* 1. per text. express. *in l. is qui cum telo C. ad l. Corn. de Sicar.* cujus textus verba hæc sunt, *is qui cum telo ambulaverit hominis necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit, vel cujus dolo malo factum erit commissum, l. Corn. de Sicariis pœna coercentur,* & ibi gloss. *in verb. ambu-508 laverit,* reddit rationem, quia scilicet † in delictis non exitus, sed voluntas inspicitur Bartol. *in summario* & Odofred. *in princip.* bene ponit casum illius legis, Ang. *in summario* & *in* 1. *not.* & Marsil. pariter *in summario* Wesenb. *in paratis. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Althus. *libr.* 1. *Jur. Rom. c.* 55. Concordat text. *in §. item lex Cornel. de Sicar. Institut. de public. jud.* & *in l.* 1. *§. Divus ff. de Sicar.* Bart. *ibidem num.* 1. *in fin. ver.* & *videbitis gloss. in c.* 1. *in verb. voluntatem in fin gl. ver. sed si voluntatem habes malefaciendi, extr. de eo qui mitt. in possess.* † Imo 509 in crimine homicidii ad effectum imponendi eandem

Ratio dubitandi II.

pœnam videtur sufficere etiam actus remotus, postquam *in d. l. is qui cum telo.* sufficit sola deambulatio hominis necandi causa, prout credidit, & defendit, Joan. Harprecht. *in §. item lex Cornelia, de Sicar, n.230. Instit. de publ. judic.*

Ratio dubitandi III. Præterea hoc tanto magis asserendum videtur si Protector occisionem vel mutilationem Prælati aut Rectoris affectans, ad actum ipsum delicto proximum

510 pervenerit: † tunc enim pro delicto attentato imponitur eadem pœna, quæ imponeretur pro delicto consummato, Angel. Salyc. & Marsil. *in d. l. is qui cum telo. in summario C. ad l. Corn. de Sicar.* Abb. *in c. 1. num. 13. vers. secundum dictum, extr. de eo qui mitt. in poss.* Franc. *in c. pro human. num. 8. vers. sed si supervenit ad actum facti proximum de homicid. in 6.* Bellapert. *in l. si quis non dicam, col. 3. vers. aut ipse processit ad actum incidentem, C. de Episcop. & cler.* Bald. *ibidem num. 1. in fin. col. 2. vers. sed tu dic.* ubi quod hæc conclusio procedit de rigore Juris. Brunor. à Sol. *q. 34. n. 34. in fin.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 360. num. 20.* Bertaz. *cons. 123. n. 7. lib. 1.* Hier. à Monte *q. 16. num. 12.* Petr. à Plac. *in epit. delict. lib. 1. ca. 21. num. 4. vers. quare in hoc gravissimo crimine* Covarr. *in clem. si furiosus, par. 2. §. initium n. 6. vers. contraria tamen de homicid.* Sylvan. *cons. 43. post n. 22.* Afflict. *decis. 276. n. 3. ante med.* Novell. *reg. 114. in 1. fallen. in fin.* Grammat. *decis. 74. n. 2.* Capyc. *decis. 126. post n. 2.* Bart. Tæg. *tract. crimin. part. 7. n. 3. & 5. vers. & licet de Jure communi.* Tiraq. *de pœn. temper. caus. 37. n. 1.*

511 *Decisio Negativa.* Verum his non obstantibus, † nos contrariæ suffragamur sententiæ.

512 *Ratio decidendi I.* Primum enim affectus seu conatus, † non est ipsum delictum, & effectu non secuto, nunquam punitur ordinaria pœna, nisi in lege puniente expresse eadem pœna tam pro conatu, quam ipso facto imponatur, Bald. *in l. 1. §. hac autem verba col. 1. in fin. vers. respondeo si in eadem ff. quod quisque Jur. in 1. lectur. & 2. lectura vers. si autem non fit mentio in fin.* & ibi Angel. *num. 3. vers. ultimo scias,* Alexand. *post numer. 5. column. 2. post med. vers. si vero non specificat.* Jacob. de S. Georg. *num. 10.* ubi ita concludendum statuit ex mente Dd. Zabarell. *in cap. 1. column. 2. ante fin. vers. alii dicunt, quod etiam in atrocioribus, extr. de eo qui mittit. in possess.* Rayner. de Forliv. *in l. qui ea mente in fin. vers. aut criminaliter ff. de furt.* & *ibidem* Alber. *num. 2. vers. unde & primo casu,* Jacob. Buttrig. *in l. quisquis column. 2. ante fin. vers. aut propter impedimentum, Cod. ad leg. Jul. majest.* Covarru. *in clem. si furiosus §. initium p. 2. num. 6. versicul. verum circa illationem de homicid.* Bartol. Tæg. *tract. crim. p. 7. num. 9. & sequent.* B. ſſ. *in tit. de extraordin. crim. num. 2. vers. sed tamen,* Bertazol. *cons. 125. num. 5. in fin. & sequent. libr. 1.* Ludovic. Peguer. *decis. crim. 7. num. 9.* Catald. de Boncompagn. *cons. crim. divers. 55.* & inter eadem Pet. de Sonceno. *cons. 98. num. 5. & seqq.* ubi late hanc sententiam defendit, Andr. Gail. *de pace public. libr. 1 capit. 14. num. 16* Boer. *decisio. 316. num. 2.* Afflict. *decis. 276. post num. 8.* Joan. de Lignan. *cons. crim. divers. 20. num. 2. libr. 1.*

At vero manifestum est, quod in prædicto c. in quibusdam, nulla fiat mentio conatus occidendi. Ergo in illo is non punitur pœna facti.

513 *Ratio decidendi II.* Secundo affectus seu conatus non punitur, † effectu non secuto, quando pœna imponitur ipso Jure, secundum Felin. *in c. 1. n. 8. in 4. fallent. extr. de præsumpt. & tract. de conat. col. 2. vers. fallit tertio,* Marsil. *in l. is, qui cum telo, num. 26. Codic. ad leg. Corn. de Sicar.* ubi multos refert concordantes, Alexand. *in cap. fin. num. 7. col. fin. verb. ubicunque autem lex irrogat pœnam ipso Jure, extr. de sponsal.* Alber. *in l. si quis non dicam rapere, num. 15. C. de Episc. & cler.* ubi bene refert scripta per Jo. Andr. *in c. in pœnis, de reg. Jur. in 6.* & cum eo dicit hanc conclusionem esse intelligendam, non habita distinctione, an delicta sint levia, atrocia vel atrocissima, quoad pœnam ordinariam Grammat. *decis. 2. post num. 13. & decis. 74. num. 10.* Capra *conclus. 66. n. 26.* Socin. *reg. 31. fallent. 2.* Menoch. *arbitr. quæst. lib. 2. cas. 360. num. 87.* Brunor. à Sole. *in suo compend. Jur. vers. delicti attentatio.* Alban. *cons. 14. num. 17. vers. secundo se offert.* Tiraq. *de revocand. donat. verb. revertantur,* Hieron. à Monte. *q. 16. num. 8.*

Sed pœna illa *d. cap. in quibusdam,* contra Patronos occidentes aut mutilantes intelligitur esse ipso Jure imposita, ut testatur Abb. Panormitan. *ibidem n. 7.* propter dictionem, *prorsus*, ibi in textu positam, ubi notandum esse admonet, quod verbum, prorsus, junctum cum verbo futuri temporis semper inducat dispositionem pœnæ ipso Jure ac facto imponendam.

514 *Ratio decidendi III.* Tertio & ultimo † confirmatur hæc negativa sententia, quod de generali consuetudine totius mundi, exceptis certis criminibus, è quorum numero non est homicidium, conatus, delicto non secuto, haud puniatur pœna pro ipso facto commisso ordinata per tradita Speculat. qui ad id originaliter allegatur *in tit. de accusatore §. 1. num. 7. fin. vers. de consuetudine tamen,* Bald. *in l. data opera. num. 55. Cod. de his qui accus. non poss.* Alexand. *in addit. ad Bart. in l. qui ea mente lit B. verb. ad quod ff. de furt.* Angel. *in l. 1. § hac autem verba, numer. 3. in fin ff quod quisque Jur.* Marsil. *in l. qui falsam, num. 14 in fin. & num. 24 ff. ad L. Cornel. de fals.* Bald. *in l. fugitivi num. 3. in fin. Cod. de serv. fugit.* ubi quod hæc consuetudo, ex quo est generalis, non indiget probatione. & *ibi* Cæpoll. *num. 12. vers. & hac est generalis consuetudo,* Tiraq. *de pœn. temperand. caus. 37. n. 3.* Sylvan. *cons. 83. num. 21. & 22.* Anton. Gomez. *de delict. cap. 3. rubr. de homicid. num. 30. ad med. ver. adde tamen,* Bertachin. *in repert. verb. venenatio num. 6. vers. hodie vero,* Marsil. *cons. 105. n. 20. 29. & seq.* ubi quod ista consuetudo nititur æquitate, quæ ubique terrarum servanda est. Hier. Cuccalon. *in addit. ad Dec. in l. non vult hæres n. 7. lit. A. verb. necessitas. vers. tertio facit. ff. de reg. Jur.* Hippol. Riminald. *cons. 328. n. 11 lib. 3.* Covarr. *in clem. si furiosus part. 2. §. initium, num. 6. de homicid.* Soarez *commun. opin. lit. V. n. 70.* Joseph Fontanel. *cons. crim. divers. 97. num. 9. lib. 2.* ubi pluribus probat ab hac consuetudine non esse ullo pacto recedendum, Cacheran. *decis. 19 num. 4. vers. in contrarium vero,* Joseph. Ludovic. *decis. 15. num. 25. & seq* Clarus *in pract. §. homicidium, n. 65 vers. ultimo quæro,* Hieron. Cavall. *in commun. opin. quæst. 540. n. 19. & n. 22.* Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. cas. 360. n 92.* Peguer. *decis. crim. 7. n. 13.*

Solutio contrariorum Argumentorum. Cæterum his non officiunt ea, quæ prius ad colorandam affirmativam sententiam adducta sunt.

Responsio ad I. dubitandi rationem. Quamvis enim primo Pontifex Innocentius *in d. c. in quibusdam,* usus sit verbo, præsumpserint occidere vel mutilare, hoc est, tentaverint, vel ausi fuerint, id facere; pœnæ tamen ibi statutæ interpretatio sumi non potest, nisi ipsa occisio aut mutilatio subsecuta fuerit, alias enim, si de solo conatu ea verba intelligerentur, talis interpretatio foret contra mentem omnium Juris interpretum in præmissis tribus decidendi rationibus allegatorum.

515 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Quod autem secundo loco adductum est, † in homicidio nempe, solum occidendi animum sufficere, id communiter improbatur, sicut nominatim docuit Afflict. *in constitutione asperitatem, n. 1. rubr. 11. de pœna ejus, qui contra aliquem arma extraxit. lib. 1.* ubi dicit, quod licet hoc procedat de Jure communi, contineat tamen in se non modicam asperitatem, cui unanimiter subscribunt Dd. in tertia decidendi ratione modo adducti.

Nec

516 Nec admittitur, † pœnam pro conatu imponi in actu remoto, ut objectum fuit ex *l. is, qui cum telo, &c.* Si enim volumus intelligere textum illum generaliter, prout verba sonant de eo, qui cum telo ambulat, ut si casu, inimicus suus ei fiat obvius, habeat parata arma ad illum occidendum, sed de eo qui cum telo deliberate & ex propotito ambulat animo tunc suum inimicum occidendi, ita quod homicidium erat de proximo patrandum: vel potius idem textus recipiendo interpretationem à Jure communi intelligendus est, si ultra ambulationem, cum telo ambulans deveneris ad insultum & sic ad actum proximum, alias secus, per tradita Corn. *consil.202. num. 3. libro* 1. Joseph. Fontanel. *consil.crim.divers.97. numer.18 libro* 2. Menoch. *de arbitr. quæst. cas. 360. numer. 36. versicul. dubitari etiam potest, & num.27. libro secundo.*

517 *Responsio ad ultimam dubitandi rationem.* Nihil denique in hoc casu refragatur, † tametsi ponamus, tentantem occidere vel mutilare Prælatum ad actum proximum pervenisse, quia, ut dictum est in primo decidendi argumento, ordinaria delicti pœna, nunquam imponitur pro conatu, si in lege vel canone puniente, nulla ejus expressa mentio fiat, argument. *leg. 1. in princip. ff. de extraordinar. crimin.* ubi habetur, quod solicitatores alienarum nuptiarum, etsi in effectu sceleris potiri non possint, propter voluntatem tamen perniciosæ libidinis extra ordinem puniuntur. Et *in §. qui puero*, pariter habetur, quod qui puero stuprum persuaserit, & quæ sequuntur. perfecto flagitio, capite punitur, imperfecto, in insulam deportatur. Et sic etiam quod ibi tractetur de delictis enormibus, prout annotavit, *ibid.* gloss. *in verbo propter voluntatem.* attamen conatus, effectu non secuto, non eadem pœna, sed mitiori & extra ordinem punitur, & *ibidem* Angel. notat. Non ergo eadem pœna puniri affectum, effectu non secuto, & hanc extraordinariam pœnam, de qua *in d. leg.* 1. aut exilii ad certum tempus, aut pecuniariam, arbitrio judicis, esse debere scripsit Melch. de Facin. *consil. crim. divers.* 78. *num.* 56. *libro* 1.

Sed nunc reliquas materiæ propositæ ampliationes prosequemur.

518 *Ampliatio IV.* Quarto igitur ampliatur præcedentis Canonis decisio, † ut pœna in eo constituta, non solum in patrono personaliter occidente, sed etiam in mandante fieri mutilationem aut homicidium, locum habeat. *l. nihil.* 15. §. 1. *Digest. ad leg. Corn. de Sicar. l. non solum,* 11. *§. si mandatum ff. de Injur. leg.* 1. *§. dejecisse,* 12. *ff. de vi & vi arm. leg* 1. *§.* 1. *ff. de eo per quem fact. erit quo minus & c. leg. si quis id.* 7. *§. fin. Digest. de jurisdict. l. non ideo* 5. *C. de accusat. cap. mulieres* 6. *in fin. de sentent. excomm. cap. periculose* 23. *de pœnitentia, dist.* 1. Paul. *libr.* 5 *senten. t.* 23. Clar. *§. homicidium, numer.* 12. Wesenber. *in paratit. ff ad leg. Corn. de sic. num.* 13. Valent. Guilhel. Forst. *tract. Justin. lib.* 3. *disp.* 18. *thes. ult.*

519 *Ratio hujus ampliationis I.* Et hujus ampliationis expedita ratio est, † quoniam, quod quis per alium facit, per seipsum facere censetur *c. qui facit,* 72. *de reg. Jur. in* 6. *l. is damnum* 169. & *ibi* Dec. *ff. de tit.*

520 *Ratio II.* Quin etiam secundo Juris receptissimi est, † facientem & mandantem pari pœnæ obnoxios esse, uti sunt ad hoc contextus manifestissimi *in c. final. de homicid. in* 6. *& in d. l. non solum* 11. *§. si mandato, ibi* Bart. *num.* 19. *ff. de Injur.* Jas. *in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandavit, num.* 16. *ff. de acq. hered. & in l.* 1. *numer.* 22. *Codic. de serv. fug.* Curt. Jun. *consil.* 237. *numer.* 5. Carer. *in pract. crim. § homicidium, numer.* 123. *versicul. sequitur etiam.*

521 Et hæc ipsa ampliatio extenditur locum habere, † etiamsi protector mandasset vulnerari tantum & non occidi Clericum Ecclesiæ in tutelam susceptæ. Eo enim casu, si mandatarius fines mandati excedendo ipsum interficiat, mandans Advocatus non minus pœnam privationis Advocatiæ incurrit: ita probat tex. *in d. c. final. de homicid. in* 6. ubi habetur, si quis vulnerari jusserit clericum, & occisus fuerit, tenetur mandator de homicidio non secus atque si mandasset ipsum occidi. Idem tenet Bald. *in l. cum mandati, in fin. Cod. mandati, & in l. non eo minus, num.* 29. *C. de accusat.* Jas. *in leg.* 1. *num.* 31. *Codic. de serv. fug.* Clar. *libr.* 5. *senten. §. fin. quæst.* 89. *num.* 5. Boss. *in tract. crim. tit. de mandat. ad homicid. num.* 10. Cæpoll. *cons.* 34. Grammat. *cons.* 20. *num.* 1. Menoch. *libr.* 2. *de arbit. Jud. cent.* 4. *cas.* 352. *num.* 2. *Ampliationis ejusdem extensio.*

522 *Ratio extensionis I.* Tum, † quia mandans id, ex quo ut plurimum sequitur mors, homicidium mandare censetur: Jacob. Ayrer. *in comment. ad l. ut vim, ff. de Justit. & Jur. part.* 2. *num.* 44. Sed mandans vulnerationem, mandat id, ex quo ut plurimum mors sequitur, † non 523 enim stateram percutiens in manu habere potest, ut vulnera ad mensuram dare possit, *cap. olim causam, de restitut. spol.* ubi gloss. *verb. excessistis*, text. *in l. si adulterium, §. Imperatores, Digest. ad leg. Jul. de adulter.* Menoch. *loco relat. num.* 2. Clar. *d. §. fin. quæst.* 89. *num.* 5. Gail. *libr.* 2. *observ.* 110. *num.* 17. † Ergo mandans vul- 524 nerationem, mandat homicidium, & consequenter non minus pœnam privationis Advocatiæ incurrit.

525 *Ratio extensionis II.* Tum, quia in simili, † qui mandat clericum percuti, ita excommunicatus est, ac si ipse percuteret, *c. mulier de senten. excommunicat.* Petr. Nicol. Mozz. *tit. de donationibus column.* 7. *num.* 34. Etsi † vasallus 526 fecerit percuti dominum per alium, privatur feudo ac si ipse verberasset, secundum Jacob. Alvarot. *in c.* 1. *§. porro, qua fuer. prim. caus. benef. amitt.* facit text. *l. hac verba ff. de adult. & c.* 2. *de cler. pug. in duell. & d. c. qui per alium, de reg. Jur. in* 6.

Ratio extensionis III. Tum etiam, quia dispositio prædicti canonis in quibusdam, non solum loquitur de homicidio, sed etiam de mutilatione disjunctim, adeo, ut ob vulnerationem etiam Jure Protectionis exuatur delinquens.

527 *Ampliatio V.* Quinto extenditur prædicti † canonis dispositio, ut non minus procedat in præbente consilium occidendi vel mutilandi, quam in ipso homicida per text. *in l.* 3. *§. item is, vers. item qui, & l.* 15. *ff. ad leg. Corn. de sic. leg.* 1. *§ incidit,* 13. *Digest. ad SC. Turpill. c. sicut dignum,* 6. *§. qui vero, & §. clericos*, juncta gloss. *in verb. consilium. c. de cætero,* 11. ibique gloss. *de homicid. cap. periculose & c. noli, de pœnit. dist.* 1. *c si quis viduam, dist.* 50. *c. nuper.* 19. *& c. quanta,* 47. *de senten. excomm.* † Ubi 528 facientem & consentientem eadem constringit pœna, quod in terminis etiam tenent Bald. & Alb. de Rosat. *in l. ob hac verba ff. de his qui not. infam.* Dec. *in l. consilium,* 47 *n.* 4. ibique Cagnol. *n.* 6. *ff. de reg. Jur.* Damhoud *in prax. crim. cap.* 70. *num.* 5. Covarr. *Clement.* 1. *de homicid. p.* 2. *§.* 2. *num.* 1. Mathesi. *sing.* 97. *incip. nota quod is, cujus*, Menoch. *d. lib.* 2. *cas.* 351. *num.* 17. Ubi Baldum Angelum, Jasonem, Corneum, aliosque sententiæ hujus authores refert. Quibus noviter accedit Burchard. *in appendice ad Voltz. num.* 76. *& seq.* & Petreius *in thesaur. controvers. concl. crim. conclus.* 127.

529 *Ampliatio VI.* Sexto ampliatur præcedens dispositio, † ut procedat nedum in faciente aut consulente, sed auxiliante tantum, ad faciendam occisionem vel mutilationem clerici, eo, quod faciens & auxilium ferens eadem afficiendi sint pœna, per *leg. nihil interest,* 15. *ibi* Hippolyt. de Marsil. *num.* 7 *ff. ad leg. Corn de Sicar.* Bart. *in l. is, qui opem ff. de furt.* Salyc. *in l. unica, numer.* 27. *C. de*

rapt. virg. Bald. *in l. non ideo minus num.* 31. *Cod. de accusat.* Hippolyt. de Marsil. *in leg. si in rixa, numer.* 13. *ff. ad leg. Cornel. de Sicar.* Cyn. Bald. & Angel. *in l. 1. Codic. de Nili agge. non rump.* Dec. *in cap. 1. num.* 12. ubi communem perhibet *de off. deleg.* Angel. Aret. *de malefic. verb. dicto maleficio num.* 10. Cœpoll. *cons.* 34. Natt. *cons.* 458. *num.* 9. *vol.* 2. Mascard. *de prob. vol.* 1. *conclus.* 158. *num.* 15. late Gomez. *tom.* 3. *variar. resol. c.* 3. *num.* 48. Ubi hoc multis probat Menoch. *d. lib.* 2. *cas.* 349. Clar. *d.* § *fin. q.* 90. & Covarr. *d. clem. si furiosus, p.* 2. § 2. *num.* 2. *de homicid.* De ampliationibus Canonis prædicti hucusque, nunc etiam de limitationibus ejus, videndum.

530 *Limitatio præmissi casus I.* Existimo igitur † inprimis hujus Canonis pœnam locum non habere, si protector, adhibito inculpatæ tutelæ moderamine defendendi sui causa aliquem ex prædictis personis mutilet vel occidat, † quia vim vi 531 repellere & ob id alterum occidere Jure licet, Florentin. *l.* 3. *ff. de just. & Jur.* Ulpian. *in l. sed & si* 5. *in princ. ff. ad leg. Aquil. l.* 1. §. *vim vi ff. de vi & vi arm.* Item Imper. Gordian. *in l.* 3. *C. ad leg. Corn. de Sicar.* Paulus, *in l. scientiam,* 45. §. *qui cum aliter ff. ad leg. Aquil.* & Pontifex Innocent. III. *in c. significasti de homicid.* ubi vim vi repellere, ait, omnes leges & omnia Jura permittunt, *cap.* 1. *de pace tenend. & ejus violat. in usibus feudor.* Cujac. *lib.* 5. *observ. c.* 18. Bocer. *libr.* 2. *de duell. c.* 10. *n.* 15 *& seq.* Gail. *de pace public. c.* 16. *num.* 7. *& sequent. libr.* 1. Obrecht. *de defens. necess. ca.* 1. *num.* 13. *& seqq.* Quibus consentit Plato *dialogo* 9. *de legib.* Ubi: *si orta seditione,* ait, *vel quovis modo frater fratrem in se impetum facientem pro defensione sua interimat, quasi hoste perempto, purus sit. Quin etiam Civis Civem, aut peregrinus peregrinum, aut peregrinum Civis, vel è converso defendendo se interfecerit, similiter mundus sit:* quo circa qui alterum lædit seipsum defendendo plectendus non est.

532 *Ratio limitationis I.* Ratio est, † quia hoc à natura cuique tributum est, ut se, vitam & corpus suum tueatur, Cic. *lib.* 1. *offic.* quia, inquam, naturalis ratio dictat, & quemlibet admonet, seipsum statumque suum conservare. Hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim quacumque ope possent à corpore, à capite, à vita sua propulsarent, Idem Cic. *pro Milon.* Nam ani-533 mal simul, † ut ortum est, seipsum & omnes suas partes diligit: & omnis natura vult esse conservatrix sui, ut salva sit & in genere conservetur suo, ut Cic. *lib.* 1. *de fin.* sentit, adeo, ut non tantum homines sed etiam bruta animantia totis viribus in id incumbant, ut quam longissimo tempore statum suum salvum & incolumem conservent. Unde belle Propert. *libr.* 2. *Eleg. ad Cynthiam Eleg.* 5.

Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti læsa repugnat ovis.

Et Ovid. *lib.* 3. *de arte amandi.*

Judice me fraus est concessa repellere fraudem,
Armaque in armatos sumere Jura sinunt.

534 Quid multis? Jura, judicia, leges, † reliqua omnia Jura, naturalia, divina, Canonica & Civilia permittunt pro conservanda sua salute defensionem adversus oppresso-535 rem, ita, ut invasus aggredientem, sine delicto interimere possit.

Ratio limitationis II. ex Iure naturali. De Jure naturali † patet ex *cap. Jus naturale, dist.* 1. *clem. pastoralis, de sentent. & re jud.*

536 *Ratio III. ex Iure divino.* De Jure divino *Exod.* 22. *versicul.* 2. † ubi dicitur: *Si effringens fur domum, sive suffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis.*

537 *Ratio IV. ex Iure Canonico & Civili.* De Jure Canonico & † Civili præter text. modo allegatos, *cap. dilecto de sent. excomm. in* 6. *Clem. unic. de homicid. l. sed & partus,* 12. §. 1. *ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis,* 52. §. 1. *eod. l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadr. paup. fec. dic. &c.*

Ratio V. ab auctoritate. Præterea hanc limitationem in individuo infiniti tum profitendo tum consulendo comprobarunt Doctor. communiter *in l. ut vim* 3. ubi Bartol. *num.* 5. Bald. *num.* 1. Fulg. *num.* 2. Angel. *num.* 1. Jas. *num.* 1. Dec. *num.* 6. Zas. *num.* 10. Mar. Salom. *num.* 8. *ff. de just. & Jur.* Hipp. de Mars. *in l.* 1. *in prin. num.* 36. *ff. ad leg. Corn. de Sicar.* Petr. à Plac. *lib.* 1. *delict. cap.* 28. Petr. Royz. *decis. Lit.* 5. *n.* 76. Clar. *lib.* 5. *sentent.* § *homicidium, n.* 24. Geor. Schonborn. *Politicor. lib.* 6. *cap.* 1.

538 *Ratio ultima ex constit. pœnali.* Eandem denique limitationem firmat constitutio Pœnalis Carolina *articul.* 139. *& sequent.* ubi habetur: Welcher eine rechte Nothwehr zu rettung seines Leibs vnd Lebens thut/ vnnd den jenigen/ der jhne also benöttiget / in solcher Nothwehr entleibt/ der ist/ darumb niemandts nichts schuldig/ id est, *qui ob vitæ corporisque propriæ defensionem susceperit legitimam, eumque, qui vim intulit, defendendo se interfecerit, omni culpa caret.*

539 *Protectio occidenti vel mutilanti Protectorum defensionem sui ipsius necessariam prætendenti, ad evitandam amissionis Advocatiæ pœnam quæ probanda sint. Remissio ad alios auctores.* Cæterum hoc in casu, † quid Protectori defensionem necessariam prætendenti ad evitandam amissionis Advocatiæ pœnam, probandum sit, & in quibus inculpatæ tutelæ moderatio consistat, jam ante infiniti perspicuæ gratuitatis Jurisconsulti *in comment. ad Leg. Cornel. de Sicar.* itemque consiliis & aliis tractatibus, præsertim mox allegandi Doctor. tanto studio enuclearunt, ut nostri laboris, si quid impendere eam in rem hic vellemus, opella plane supervacanea foret. Quare in accumulandis etiam pluribus ampliationibus & limitationibus insudare nolumus; alias enim integer hic inserendus esset tractatus, eos qui scire avet, præ cæteris, adire potest ex modernis Jacob. Ayrer. Advocat. Norinberg. doctiss. *in comment. ad l. ut vim ff. de justit. & Jur.* Dn. Joan. Harprecht. *in tract. criminal. ad Institut.* §. *item lex Cornelia de Sicar.* Georg. Obrecht. *tract. elegant. de necess. defens.* & ante ipsos per Valent. Voltz. *ad d. l. Cornel.* ubi de variis excusationum causis, ut furore, amore, ebrietate, ætate, ira, cæterisque consimilibus, & quatenus hæ justam excusationem ab ordinaria pœna tribuant, diffuse agit, ad quem, aliosque innumeros homicidii materiam tractantes, ne transcriptorem videar egisse, benevolum Lectorem remisisse sufficiat. Ad alios igitur cessantis Advocatiæ modos ex delicto, vel quasi promanantes, progrediendum est.

540 XXXIV. *Amissio Advocatiæ ex perpetrato læsæ majestatis vel rebellionis crimine.* Trigesimoquarto igitur, † amittitur Advocatia Protectore crimen læsæ majestatis vel rebellionis perpetrante: Hæc enim duo, rebellio & læsa majestas, sæpe pro eodem usurpantur, attestante Gig. *tract. de crimin. læs. majest. sub rub. qual. & à quib. q.* 6. *n.* 3. *sub rubr. de rebell. q.* 1. *per tot.* Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *c.* 32. *de Rebell. n.* 2. Natt. *cons.* 580. *n.* 18 *cum seq. vol.* 2 *& cons.* 596. *n.* 6. *tom.* 3. Rolent. *de feud. c.* 10. *concl.* 35 *n.* 37

541 *Ratio hujus modi generalis.* Ratio autem præcedentis decisionis generalis inde sumitur, quod rei rebellionis, non solum vita privantur, ut per Bart. *in extravag. qui sint rebell. verb. rebellando, n.* 13. Gig. *d. rubr. de rebellib. q.* 25. per *l. si quis aliquid,* §. *transfuga ff. de pæn.* Curt. Jun. *cons.* 137. *n.* 13. †, sed & o- 542 mnia, quæ juris civilis sunt, amittunt, *l.* 5. §. 1. *ff. de c. minut.* 543 Henr. Bocer. *de crimin. læs. majest. c.* 4. *n.* 5. & à quovis impune trucidari possunt, *l. minime.* 35. *ff. de relig. & sumpt. fun. l.* 5. *C. ad Leg. Corn. de Sic. l.* 3. §. *ult. ff. eod. tit. l.* 1. *&* 2. *C. quand. lic. unicuiq. sine jud. vind.* Sic etiam reum criminis læsæ † majestatis non solum pœna mortis affici, testa- 544 tur Bal. *in l data opera* 11. *n.* 14. *C. de his, qui accus. non poss.* Bonif. *tract. de malef. rub. quib. caus. quis possit ad mort. vel in membro condemn.* Salyc. *ad l. quisquis,* 5. *in pr. col.* 2. *C. ad leg. Jul. majest.* Ant. Capy. *decis.* 130. *n.* 20. Verum † 545 etiam publicatione bonorum plecti eundem, præsertim, si non habeat liberos & parentes, constat, *ex l.* 3. *ff. de interdict. & relegat. l. quando quis,* 10. *C. de bon. proscriptor.*

l. eorum,

Locrum, 9. ff. Ad leg. Iul. majest. tit. 56. quæ sint regalia, libr. 2. feud & Novell. 134. cap. ult. Capyc. *dicta decis.* 130. *num. 20. vers. fit ergo conclusio, quod in secundo capite legis Iuliæ majestatis est pœna mortis & publicationis bonorum,* Menoch. *cons. 99. numer. 41. & seqq.* & plures ab eo adducti.

546 *Confirmatio ejusdem ab exemplo Patroni Beneficialis.* Confirmatur insuper præcedens traditio, † quod etiam patronus Ecclesiasticus committens crimen læsæ majestatis, amittat jus patronatus, ut colligitur ex traditis per Abbat. *in c. cum Laici, de Iure patron.* & per regulam ejusdem, quam posuit *in cap. quia diligentia, in fin. de elect.* quod scilicet ubicunque ex delicto præcedit bonorum publicatio à Jure, vel ab homine; tunc sequatur etiam privatio Juris patronatus. Sic etiam tradit gloss. *in verb. subjecta, in clemen. pastoralis, de re judic.* ubi infert, quod pater committens crimen læsæ majestatis per confiscationem omnium bonorum non tantum pro sua persona, sed etiam pro filiis & successoribus Jure patronatus privetur, idemque expresse tenuit Joan. de Anan. *in cap. vergentis, col. 2. vers. ex cujus dicti, de hæret.* *Ab exemplo Patris.*

547 *Ab exemplo vasalli.* Sic etiam rebellem † ac reum læsæ majestatis ipso Jure feudum amittere, testantur Bald. *in cap. Imperialem §. callidis, num. 6. de prohib. feud. alien. per Freder.* post Jacob. Belvis. *in Authent. de nupt. in pr. column. 2.* Matth. de Afflict. *in cap. 1 §. 1. num. 26. & 27. & in § fin. numer. 20. in fin sub causa 39. quibus mod. feud. amitt.* Decian. *d. tract. crim. libr. 7. cap 40. num. 15. & cons. 18. num. 324 vol 1,* Grammat. *decis. 6. num. 9.* Menoch. *cons. 99. num 95. & 99. cum sequent.* Joan. Ferr. Mont. *libr. 4 feudor. cap. 1. vers. 78.* Thom. Marin. *de gener. & qualit. feud. tit. 2. p. 2. numer 56. & sequent.* Carol. Molin. *consuet. Paris. tit. 1. §. 30. numer. 25.* Schneidew. *de feud. p. 8. capit. 1. numer. 134. caus. 24.* Schöner. *disputat. feud. 10. thes. 76.* quos compluribus accumulatis sequitur Rosenth. *de feud. cap. 10. conclus. 35. numer. 70.*

548 *XXXV. Amissio Advocatiæ ex lapsu in hæresin. Ratio I.* Trigesimo quinto, † insuper Protector Advocatiam amittit, si factus fuerit hæreticus, † quia per crimen hæresis, omnia bona ipso Jure confiscantur, *c. cum secutum, vers. bona hæreticorum, de hæret. lib. 6.* Archid. *in cap. unico, de Iur. patr. col. 1.* Paul. de Citad. *tract. Iur. patron. part. 14. n. 7.*

549 *Ratio II.* Deinde veritas decisionis inde elucet, † quod, sicut hæreticus non potest à principio ædificare vel 550 dotare Ecclesiam, ut acquirat jus patronatus, Ant. de Butrio *in cap. nobis, 25 num. 11. de Iur. patron* Cæsar Lambertin. *tract. de Iur. patron. q. princ. 8. art. 1. n. 5.*

551 Ubi patet, † hæreticum omne legitimum privilegium perdidisse, & nullum in rebus suis dominium habere, sed illa esse ipso Jure confiscata, *l. Manichæos, C. de hæret. d. c. cum seculum, de hæret. libr. 6.* Eodem modo dicendum est, ipsum privari Jure patronatus, per supervenientiam hæresis, cum eædem rationes utrobique militent, quo idem nominatim ita decidunt Henr. Boich. *in d. c. nobis, n. 2. de Iur. patron.* Gauffred, *in c. consuluit, num. 8. eod. tit.* Et quod hæreticus sit privatus Jure patronatus, tanquam committens crimen læsæ majestatis æternæ, voluit Gag. *in repet. c. fin. de Elect. lib. 6. vol 4.* & expressius *col. 44.* allegatus per Lambertin. *d. art. 2. n. 4.*

552 *Ratio III. à simili.* Et in simili, † quod vasallus factus hæreticus, feudum amittat, & quidem, ut volunt, ipso Jure, sicut & reliqua bona, tradidit Præpol. *in c. 1. in princ. num. 2. & ibi* Paul. Pic. *num. 6. & 9. vers tertio fallit, quib. mod. feud. amitt.* Curt. Jun *de feud. p. 4. n. 155.* Intrigliol. *in cent. feudal. quæst 98. num. 189.* Decian. *tract. crim. lib. 5.* 553 *cap. 44. num. 1. & 2.* Nam † gravius est crimine læsæ majestatis *c. urgentes & c. excommunicati, de hæret.* facit *Authent. Gazaros Cod. de hæret. & Manich.* Sic tamen ut requiratur sententia declaratoria per text. *in cap. cum secundum, 19. de hæretic.* & ibi Anchar. *in 2. notab.* Carer. *tract. de hæret. sect. expedito processu hæreticorum, numer. 20. & 21.* Oldrad. *cons. 271.* Bellamer. *decision. 678. numer. 5.*

Declaratio præcedentis Modi. Prædicta tamen intelligenda sunt, dummodo Protector vere & proprie hæreticus effectus fuerit per not. Iser. *in c. 1. §. diffidamus, vers. sed an omnis hæreticus perdat bona, de stat. cont. libert. Eccles.* quem ita allegando sequitur Carer. *d. sect. expedito processu, n. 18.* Nec hic temere agendum, & nisi vere talis esset juste & recte judicatus, ingentium turbarum invehendarum via aperiretur, Henr. Rosenth. *tract. feud. ca. 10. conclus. 13. num. 11.*

554 *Hæreticus reversus ad fidem an recuperet Advocatiam prius habitam.* Sed quæret quis hic non importune, † *An hæreticus, si reversus sit ad veram fidem, recuperet jus protectionis.*

Hanc quæstionem, † si à paritate rationis, quæ militat in Jure patronatus Ecclesiastico, definire velimus, cum Paul. de Citadin. *part. 14. num. 7. de Iur. patron.* per gloss. *in c. maximum, in verb. dignitate, 1. quæst. 7.* asserendum erit, quod recuperet jus patronatus, per *l. sed si*, ubi contra legem prostituta patronum 555 habet venditorem, *l. 3. § si deploratum, ff. de bon. libert.* ac illis potest succedere *cap. quia diligentia de elect.* cui pro secunda ratione addi potest, quod ex pulcherrimo textu *l. Imperialis C. de nupt.* Bart. notat, dicens: Eum, † qui se post delictum emendat, perinde haberi, ac si nunquam deliquisset, prout etiam allegat Sichardus *in l. in arenam 11. C. de inoff. test.* quod quidem, an 556 sit semper verum, de eo remittit Author, ad *c. testimonium 54.* ejusque gloss. *Extr. de testib.* Unde non immerito prædictam sententiam motæ hujus quæstionis, & decisionis ejusdem limitant Doctores, nisi sit lata sententia contra talem hæreticum, super perditione talis Juris, ut Gemin. *in c. unico, column. 2. vers. quid si patron. fuer. & gloss. in d. c. maximum, per c. de illa, de divort.* Ubi separata à marito, † mediante judi- 557 cio, non cogitur ad eum reverti, etiamsi ad veram fidem fuerit reversus, alias sic, *cap. fin. de conversion. conjugat.* Prædictis etiam adstipulatur Archidiac. *in cap. quicunque fidelium, 16. quæst. 7.* ubi dicit, quod si patronus labatur in hæresin, amittat jus patronatus, subjiciens tamen, quod si ad fidem redeat, illud recuperet. *Affirmativa. Ratio I. dubitandi pro Affirmativa. Ratio dubitandi II.*

558 *Decisio Negativa.* Alii tamen, † quibus & ipse calculum adjicio, tenent contrarium: Ita Abb. Panorm. *in d. c. quia diligentia, in fin. de elect.* indistincte tenet, quod hæreticus, reversus ad fidem, non recuperet jus patronatus uti nec alia bona, & assignat rationem, quod 559 † ubi præcessit bonorum publicatio ab homine vel à Jure, non recuperet quis bona per pœnitentiam; quia semel commissum, non retractatur; sed bona hæretici ipso Jure & facto à lege sunt publicata, *cap. secundum leges, de hæret. in 6.* Abb. *in cap. vergentis, de hæret.* Adeo ut text. *in capite secund. in fin. de præscript. lib. 6.* dicat, tametsi hæreticus reputetur Catholicus in vita sua, quandocunque detegatur hæresis post mortem ejus, posse illius bona per fiscum ab hæredibus avocari nisi ipsi hæredes illa per quadraginta annos, bona fide possederint, per quam rationem hanc quoque veriorem adseverat Roch. de Curte *tract. de Jure patron. tit. jus patronat. quib. competat. q. 10. n. 27.* Plura de hæreticis huc pertinentia peti possunt, ex c. 8 n. 195. Ubi de iis in Protectionem non recipiendis egimus, itemque ex *Cap. XI.* ubi de clientibus in hæresim lapsis, an ea censura non obstante defendi debeant, nec ne, tractavimus. *Ratio d. decisionis.*

560 *XXXVI.* Porro non incongrue ad hujus † Capitis materiam trigesimo sexto quæri etiam potest, *An protector ortho-*

Jus Protectionis utrum amittatur propter mutationem Religionis per Advocatum factam.

orthodoxa Romana religioni addictus transiens ad dogmata Confessionis Augustana, vel econtra hic se ad Catholicorum castra conferens propter mutationem religionis, jus protectionis amittat?

561 *Affirmativa. Ratio dubitandi I.*

Quod quidem ex eo dicendum videtur, † quod quælibet conventio & promissio, eam recipiat interpretationem, ut intelligatur, rebus sic stantibus & in eodem statu permanentibus, per tex. ab omnibus ad hoc allegari solitum *in l. quod servum* juncta gl. *ult. ff. de condict. ob caus. leg. continuus, §. cum quis, de verbor. oblig. l. quaro, § inter locationem, ff. locati, l. ex pacto, in prin. ff. de vulg. & pupill. cap. ne quis, 22. quæst. 2. & c. quemadmodum, de Jurejur.* Alex. *conf.* 71. *num.* 8. *vol.* 5. Paris. *conf.* 24. *num.* 22. & 23. *vol.* 2. Alciat. *conf.* 71. *num.* 3. Camill. Borell. *conf.* 49. *num.* 46. *cent.* 1. Bertazol. *conf. civil.* 80. *n.* 8. *vol.* 1. Bursat. *conf.* 248. *numer.* 7. *vol.* 3. Surd. *decis. Senat. Mant.* 289. *num.* 11. & *seq.* Neviz. *conf.* 51. *num.* 15. & 16. Pancirol. *conf.* 16. *num.* 1. & 2. *vol.* 1. qui eodem in loco affirmat istud illa ratione receptum esse: Nam quæ de novo emergunt novo egent auxilio, *leg.* 1. *in princ. de ventr. inspic. l. de atate, §. ex causa, de interrog. act. l. si ab arbitrio, cum gloss. ult. ff. qui satisd. cog.* 562 † rerumque mutato statu, & nova causa accedente contractus, seu dispositio cessare debet, ut copiose probat Natt. *conf.* 525. *num.* 16. & *seq. vol.* 3. Anton. Rubeus latissime *conf.* 147. *num.* 3. *lib.* 1. Tiraquell. *in l. si unquam, in præfatione, num.* 163. *Codic. de revoc. donat.* Carol. Molin. *tract. usur. quæst.* 92. *num.* 710. & *consuet. Paris. tit.* 1. §. 2. *gloss.* 4. *n.* 6. Mynsing. *conf.* 37. *n.* 17. & *seq.* Cacheran. *decis. Pedemont.* 91. *nu.* 2. Rick. *tract. de union. prol. cap. fin. num.* 28. 563 ubi dicit † nihil tam firmum, tamque perpetuum esse & immobile excogitari posse, quin d. clausula, rebus sic stantibus, vel eodem statu manente subintelligatur, utpote cujus intuitu, etiam juramentum ipsum, omnium vinculorum juridicorum firmissimum, & interpretationem recipiat, & mutatis rebus, interversionem patiatur, Innocent. & alii *in c. quemadmodum, Extr. de Jurejur.* Frid. de Senis *conf.* 181. Castrens. *conf.* 348. *in fin. lib.* 1. Roman. *consil.* 22. *col.* 1. Albert. Brun. *conf.* 99. *in fin.* Georg. Natta *in repet. c. quamvis, col.* 2. *de pact. lib.* 1. Roland. à Vall. *conf.* 7. *num.* 57. *vol.* 3.

Cum igitur religionis concordia per alterius assumptionem, in eodem statu non permanserit, sed mutata jam fuerit, videtur concludendum esse, protegendi obligationem ex novitate religionis supervenientе evanescere.

564 *Ratio dubitandi II.*

Deinde † affirmanti sententiæ auctoritatem dare videtur, quod omne id pro expresso & disposito habendum sit, quod disposuissent verisimiliter ii, qui contractum aliquem inierunt, si ejus rei præscii vel admoniti fuissent diligentius, text. *in l. tale pactum,* 40. §. *pater, ff. de pact. ibi* gloss. & Dd. omnes similis text. *in l. Titius §. Lucius* 1. *ff. de lib. & posthum.* Decius *conf.* 394. *num.* 4. *part.* 3. Schurff. *conf.* 61. *num.* 2. & 3. Wesenb. *conf.* 51. *num.* 42. & *seq. cum formaliter.* inquit, *in contractibus illa interpretatio fieri debet, quam fecissent contrahentes, si de occasione ejusmodi interrogati fuissent,* per Dec. *conf.* 555. *numer.* 6. & 7. prolixe Anton. Gabriel. *conclus.* 10. *libro* 6. ibique per varia explicata.

At verisimile est, quod si clientes, tempore initii contractus, de superveniencia alterius religionis, & status mutatione cogitassent, conventionem super Protectione initam, ea mutatione eveniente, non valere amplius, disposuissent, per ea quæ copiose in hanc rem, generatim tamen, afferunt, Anchar. *consilio* 84. *in primo dub. vers. quibus non obstantibus.* Decius *conf.* 334. *alias* 335. *numer.* 3. & *sequent.*

565 *Ratio dubitandi III.*

Tertio denique non mediocriter pro hac sententia pugnat, quod secundum Senecam, † Amicitiæ coagulum unicum sit fides, & Hieron. authore, † 566 nulla fida societas inter eos, qui sunt diversæ fidei, quomodo enim potest congruere charitas, si discrepat fides? Ambrос. *lib.* 1. *de Abrah: quomodo potest amicus aut frater meus esse, qui Dominum meum blasphemat?* ut dixit Ignat. † 567 Atque hinc contentiones illæ de religione omni ætate & nostra, proh dolor, verissime funestissimorum bellorum & motuum civilium, præsertim, occasiones fuere, dumque de religione certatum, regio, dum de cœlo, terra amissa. Hinc fit, ut quibus defendendis, illorum sanguine diffundendo ensis exerceatur, & qui præsidium afferre, periculum denunciare malint; cum quibus pax esse debebat, pactio magis fit imminentis servitutis, ut loquitur Christoph. Varsevic. *in parad. p.* 9.

Ratio dubitandi IV.

Hinc & quarto in simili Bartholom. Musculus *in dissert. de confraternit. sive pacto successor. illustr. personar. conclus.* 56. † 568 *constituendis,* inquit, *fœderibus, atque adeo confraternitatibus adversari potissimum videtur religionis morum, legumque disparitas; cum enim confœderatorum unum velut corpus efficiatur, quis speret dissidentes religione, institutis, & legibus, in unum coalescere posse;* graviter Varsevic. *in parad. d. loco.* † 569 paritatem animorum, concordiæ matrem, internæ pacis altricem, externæ præsidium dixit.

570 *Decisio negativa.*

Sed etsi hæc & similia in † affirmativam sententiam facere videantur, re tamen æquius perpensa, illis non obstantibus, contrarium, quod scilicet mutatio religionis non adferat finem constituto protectionis Juri, definimus.

Ratio decidendi I.

Primum enim per se constat, quod contractus Advocatitius & qualitas religionis, nullam inter se cognationem habeant, cum jus protectionis in prophanis occupetur, nec quicquam cum Religionis causa, aut spiritualitate habeat commune. Jacob. Synzig. *disputat. de Jure protect. habita Argentinæ An.* 1621. *Thesi* 33. quam ad hoc allegat Dn. Besold. *dissertat. de Jure Fœder. cap.* 5. *num.* 15. ideoque una alteram non tollat, cum separatissima sint, † 571 & proinde earundem separata ratio, *l. si maritus, Cod. de donat. inter vir. & uxor. l. de bonis, ff. de Carbon.* Lud. Schwartzmeyer. *inter conf. celebr. Jureconf. consil.* 8. *num.* 11. *vol.* 1. Academ. Altorffian. *inter d. conf. celebr. Jurec. consil.* 30. *n.* 16. *vol.* 1.

572 *Ratio decidendi II.*

Deinde & hoc controversiæ expers est, † id quod initio contractum non impedit, eundem jam initum rescindere non solere: Sed religionis diversitas ineundum protectionis contractum non impedit, quia nullo jure prohibitum est, cum diversæ religionis sectatoribus contrahere, & defensionis præstandæ pactum inire, dummodo Protector constitutus ad defendendum aptus sit & potens, præstetque ac servet fidem promissam, † 573 cum omnes fere contractus sint Jurisgentium, Bart. *in l. ex hoc jure, num.* 8. *ff. de just. & Jur.* Ruin. & Soc. Jun. *ad rubr. de verb. oblig. num.* 15. Bolognet. *ead. rubr. sub num.* 57. Imola post Anton. de Butr. *in c. qua in Ecclesiarum de constitut.* Ipsum autem contrahere, sit facti, ut inquit Bart. *in d. l. ex hoc jure ff. de just. & Jur.* quod probatur per *l. consilio, in fin. ff. de curat. furios.* Recte ergo concluditur, per mutationem religionis, Advocatiam non dirimi.

574 *Ratio decidendi III.*

Tertio, † licet multi sint modi, quibus obligationes & contractus resolvuntur, de quibus. *tot. tit. Inst. quib. mod. toll. oblig.* nec non *in l. ab emptione* & per discurs. *ff. de pact.* & in aliis pluribus integris titulis: Tamen nullibi in Jure reperitur, quod mutatio religionis sit modus tollendi conventiones & contractus.

Quarto

575 *Ratio decidendi IV.* Quarto roboratur hæc eadem † sententia ex caussa finali pacificationis religiosæ Anno 1555. per Status Imperii erectæ, quæ fuit primo, ut per eam tollerentur omnia, quæ pacem & securitatem publicam turbare possent; Deinde, ut animi Statuum & subditorum reconciliarentur, & in mutuam confidentiam & quietem reponerentur, ipsaque Natio Germanica, Patria nostra ab interitu vindicaretur, prout colligitur ex *Formula dictæ Pacificationis in* §. in solcher fürgezogener Berathschlagung 2c. At vero causæ illi finali contraveniretur, si per religionis in Imperio approbatæ mutationem Protectionis jus dissolveretur, quia magna inter patronum & clientes ob rescissionem Advocatiæ diffidentia & exacerbatio animorum subsecutura esset.

Ratio decidendi V. Quinto facit pro affirmativa decisione, textus manifestus *in d. constitutione pacificata religionis in* §. Es soll auch kein Stande 2c. ubi id expresse disponitur, hisce verbis: Und soll hiemit den jenigen / so hievor von alters Schutz und Schirmherrn anzunemen gehabt/ hierdurch nichts benommen/ und dieselbige nicht gemeint seyn.

Quibus ex verbis satis evidenter colligitur sub præmissa dispositione, non comprehendi Advocatos seu Protectores Schutz / unnd Schirmherrn / qui 576 antiquitus fuerunt † constituti. Cum dispositum in uno ex correlativis, dispositum quoque censeatur in altero *leg. fin. Cod. de indi. vid. toll. leg. unic. Cod. de cupr. libr.* 11. & plene per Bapt. à S. Blasio *in tract. de correlativ.* Everhard. *loc. à correlat. numer.* 3. sed hoc in casu verum est, quod illi relinquantur in suo statu, & ea res in dispositione juris communis, argum. *leg. commodissime Digest. de liber. & posthum.* At jure communi cautum est, quod facilius aliquid conservetur, quam de novo concedatur, *leg. 1. §. si quis ædificium ff. de oper. nov. nunc.* Firma igitur stat conclusio, propter alterutrius religionis electionem, juri protectionis nihil præjudicari, multo minus protegendi jus per eam tolli, siquidem ea pax Protestantibus æque ut Catholicis, omnia jura integra conservat, atque in eodem statu, in quo ante mutationem religionis erant confirmat, prout ex ejusdem lectione clarius patescit.

Objectionis refutatio. Nec obstat, quod *in Recessu Comitiorum Ann. 1541. Ratisbonæ habitorum fol.* 6. §. und damit im Heyligen Reich Teutscher Nation 2c. in quo confirmatur denuo der hievor auffgericht Nürnbergische Fridstande *in fine* his verbis cautum fuit. daß die Protestierenden / niemands der andern seiten zu sich tringen / bewegen oder ziehen / auch deß andern Theils Underthanen in Schutz und Schirm nit annemen / noch wider jhre Obrigkeit verthedigen sollen / quia dicta verba intelligenda sunt de illis Protestantibus, qui alterius partis subditos practicando ad se pertrahunt, sive in protectionem recipiunt, post illam pacem religionis promulgatam & sic de novo. Sed de iis, qui multo tempore ante jus protectionis seu Advocatiæ legitimo titulo consecuti sunt, nullum verbum *ibi* disponitur.

577 *Ratio decidendi VI.* Sexto hanc nostram affirmativam † sententiam fortissime corroborat observantia in Imperio Romano, post mutationem religionis subsecuta. Nam à tempore erectæ Pacificationis religiosæ, & sic à lapsu sexaginta annorum in Germania nostra nec visum nec auditum uspiam fuit, quod aliquis Princeps vel alius Status, cui jus Advocatiæ competebat, ob mutatam religionem illud amiserit, sed è diverso infinita docent exempla, quod veteres Protectores, eandem clientelam etiam post factam à Catholica religione discessionem, & vicissim, priorem Advocatiam retinuerint.

578 Ita enim, † (ut alia innumera omittam,) Illustrissimi Duces Wirtembergici Monasterii Zwifaltensis, aliorumque quamplurium, † uti & Comites 579 Palatini ad Rhenum, Cænobii Waldsassens. Landgravii Hassiæ Monasterii Hersfeldens. Marchiones Badenses Monasterii Schwarzach. in Alsatia. Itemque Illustres Comites Oetingenses, Monasterii Kirchen / Comites Leosteinii, Cænobii Brumbach. Barones Limburgici Nobilis Collegii Chombergensis, Barones Gerolzeggenses, Monasterii Schuttern / Civitas Imperialis Ulmensis, Cænobii Wengensis & Sefflingensis Rotenburgo Tuberana prædicti Collegii Chombergensis super Pago Gebsattel Advocatiam quam antea habuerunt, etiamnum hodie retinent. *Exempla multorum qui non obstante Religionis mutatione Advocatias retinuerunt.*

Cum igitur qualibet in re, † observantia rerum 580 mutationem insecuta, optima sit interpres usitati juris, consuetudinis, vel dispositionis præcedentis, *leg. minime, & leg. si de interpretatione Digest. de legibus.* & faciunt, quæ scribit Bald. *in cap. 1. in princ. tit. de feudo sine culp. non amitt.* ubi ait, quod vera sit interpretatio, quæ sumitur à practica & observantia quod & probat Cravett. *consil.* 211. *circa fin.* dicens, quod observantia, post secuta declarat, quale fuerit jus præcedens reservatum, pro quo inter alia citat Paul. de Castr. *consil.* 314. *incip. super eo quod quæritur ad fin. volum.* 1. Socin. *consil.* 25. *colum.* 9. *ad fin. volum.* 1. *& consil.* 145. *colum. secunda. eod. volum. & consil.* 66. *col.* 4. *& consil.* 68. *col. penultim. ad fin. volum.* 3. Roman. *consil.* 271. *col.* 2. *versicul. tertio non est dubium.* Consequitur, attenta ea observantia, secundum eandem in quæstionis propositæ decisione necessario concludendum esse.

Ratio decidendi ultima ab authoritate. Hanc denique decisionem nostram in terminis approbavit pridem Georg. Everhard. *consil.* 56. *numer.* 23. *& sequen. vol.* 1. eumque insecutus D. Hepingk. *dissert. de jure protect. conclus.* 61. *lit. ult.* qua de re etiam videndus est Syring. *de pace Religion. conclus.* 37. eamque novissime firmant Jacob. Synzius. *disputat. de jure protect. conclus.* 33. & post illum Dn. Besold. novissima dissertat. *de jure fœd. capit.* 5. *numer.* 15. §. *verum.* ubi dicit, non videri probabilem solvendi juris protectionis modum, si Advocatus mutata Religione, in sectam diversam, modo ne ipsis clientibus hoc fraudi sit, concedat.

Ex præmissis igitur argumentis & Auctoritatibus indubitate concluditur, quod etsi Protectores, vel etiam clientes, eam, cui alterutra pars adhæret, religionem mutaverint, ac partibus Protestantium, vel Catholicorum accesserint, propterea tamen initum inter eosdem Advocatiæ jus non perimi, dummodo illi personas ac bona clientum rite ac debito modo protegant, & defendant, hi autem conventum honorarium persolvant; sin Advocati non recte protegant nec clientes, quod promiserunt præstent, tunc non ex eo, quod altera pars religionem mutaverit, causa dissolvendæ clientelæ oritur, sed quia non faciunt quod in contractum devenit, de quibus speciatim *infra* tractabimus.

Solutio contrariorum Argumentorum. Nec vero, quæ supra pro dubitandi rationibus allata sunt argumenta, affirmativam hanc sententiam tollunt.

581 *Responsio ad I.* Quod enim primo ad † clausulam illam attinet, qua dicebatur, Rebus sic stantibus, & in eodem

statu permanentibus, contractus stabiles ac firmos esse, secus autem, si rerum status permutetur. Ad illud respondendum est, jura illa non intelligi de mutatione in rebus externis facta, sed de ipso negotio, cujus causa actum & contractum est, quando scilicet ea ipsa res, quæ in tractatum pervenit, intrinsecus, quoad substantiam, non autem quoad accidentia duntaxat, mutata reperitur, per ea, quæ 582 tradit Bald. *in leg. proponebatur, de judis.* † Contractus enim substantialibus durantibus subsistit, etiamsi naturalia mutata fuerint, Rosenthal. *de feud.* 583 *capit.* 12. *quæstion.* 14. *numer.* 16. † Et naturalia sine rei corruptione, mutari posse juris est manifesti gloss. Bald. & Dd. communiter *in leg. pacta conventa Digest. de contrahend. emption. leg. Lucius leg. dies Digest. depositi.*

584 Sic quoque non quæcunque alteratio facit † feudum novum, nisi substantialia alterentur, prout Zasius probat, *consil.* 13. *numer.* 7. *libr. prim.* ubi *in praeced. & seqq.* etiam tradit, quod res in suo priori esse potius remanere præsumatur, quam novum assumere. Imo si etiam aliqua formæ antiquæ investituræ (de qua ibi agit) mutatio intervenisset, adhuc, non diceretur, inquit, novum, & facilius quoque res continuat esse suum, quam de novo fiat, ut tradidit Bald. *consil.* 137. *part.* 2. *in addition.*

585 *Alia responsio.* Deinde etiam respondetur, † axioma illud locum non habere in actu descendente ex voluntate duorum; quia tunc non attenditur ista clausula, nec licet alteri mutare voluntatem, *leg. sicut Cod. de actionibus & obligationibus leg. sicut Cod. de action. emptionis.* sic formaliter tradit Alciat. *regul. secunda. præsumption.* 16. *numer. sexto.* quem ad hoc etiam concordantet allegat Menoch. *de præsumption. libr. sexto. præsumptione* 37. *numer.* 32. ubi præter jam citata ex Alciato 586 ulterius tradit, & iisdem legibus probat, † quod non liceat uni mutare voluntatem, in detrimentum alterius, quod & Bald. *in leg. pecuniam de condict. caus. dat. &c.* agens de contractibus innominatis, mox post principium dupliciter ponit, quod scilicet in contractibus innominatis pænitentia unius alteri damnosa esse non debeat.

587 Quinimo, † si ob mutationes personarum rerum & negotiorum itemque mores & ordinationes hominum sive Ecclesiasticorum, sive sæcularium vicissitudine temporum mutatos, contractus inter eosdem rescinderentur; nullus in mundo contractus, olim cele- 588 bratus, firmus ac constans persisteret. † Nota enim est rerum omnium fragilitas, inconstantia, instabilitas, vitæque humanæ, quæ ideo *rota subinde agitata* vocatur à Phocylide, fugacitas, vicissitudo & mutatio, ob quam nihil in eodem statu permanet, sed ut *tempora mutantur, ita & nos mutamur in illis.* Quin & secundum Physicos, nec idem homo est, qui fuit ante annum, mutatis subinde particulis materiæ, quibus consistit homo, ut refert ICtus *in leg.* 589 *proponebatur, de jud.* † nihilominus tamen semper idem est, & esse dicitur judicium, quamvis omnes ejus judices mutentur, & populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo viveret, eleganter tradit idem IC. *in dict. leg. proponebatur.* Hinc Bald. *in consil.* 159. *part. tertia. incip. super eo quæritur. Mundus*, inquit, *non moritur, sed dispositiones mundi moriuntur & mutantur, & alterantur, & non perseverant in eadem qualitate.*

Responsio ad II. Ad secundam deinde objectionem, quia dictum fuit, omne id pro disposito habendum, quod disposuissent verisimiliter ii, qui actum quempiam perficerant, si præscii vel præmoniti fuissent ejus, quod postea præter eorum expectationem evenit, facilis est responsio. Cum enim præsupponatur, in ejusmodi contracta Advocatiæ stipulatione clarissimis verbis expressum fuisse, quousque ea durare, aut quando finiri debeat, nulla certa alia, quam ipsa verba demonstrant, interpretatio locum habere debet: † In claris enim, 590 non opus est conjecturis, *leg. continuus de verbor. obligation.* † Et verba clara, non sunt interpretanda pro 591 arbitrio, nec ferendus est, qui talia pro suo arbitrio interpretari velit, *leg. quicquid tertia. respons. de verb. obligationib.* Zas. *in gloss. leg. prim. Digest. si quis dicent. non obtemp. in libr. secundo. intellect. singul.* Bald. *consil.* 160. *part.* 1. ubi dicit, verba clara non requirere adminicula interpretationum.

Deinde etiam ad hoc ipsum responderi potest, *Alia responsio.* quod in casibus objectis contractuum, non tantum unius, sed utriusque partis interpretatio audienda ac secundum eam judicandum sit, † quia in omni re 592 quæ ex duorum pluriumve consensu agitur, omnium voluntas spectatur, & contractus concluditur & absolvitur, ex consensu contrahentium, Petr. Peck. *in capit. impossibilium, de regul. jur. in sexto.* At non est verisimile, quod ea pars, quæ postea ad aliam se contulit religionem, etiam initio de dissolutione contractus interrogata responsura fuisset, contractum Advocatiæ ob religionis mutationem rescindi debere; quare dato etiam, quod alter contrahentium, id forte voluisset, ipsius tamen solius diversa interpretatio obligationem tollere non potest, per jura prætallegata.

Non infringunt insuper decisionem præmissam, *Responsio ad II. dubitandi rationem.* quæ tertio loco ex D. Hieronymo & Ambrosio adducta sunt, quia in Romano Imperio huic rei jampridem frænum pacis religionis injectum fuit, atque adhuc est: quæ pax Protestantibus æque, ut Catholicis, omnia jura integra servat, atque in statu, in quo tunc temporis reperiebantur, prout ex ejus lectione clarescit, relinquit.

Hinc etiam insignis ille Politicus Waremar. † ab 593 Ehrenberg, vel quisquis auctor sit *meditam. pro fœder. capit.* 2. *numer.* 86. docet, consensum religionis in fœderibus ciendis propter constitutionem de pace religionis non exacte exigendum, nec omnino fugienda fædera ob dissensiones in rebus adiaphoris, ac non decisis, in sacris literis, quam sententiam communiter sequi solent illi, qui in bene constituta Republica religionis diversitatem tolerandam censent, de qua quæstione videatur Danæus *libr.* 2. *Ethic. Christ. cap. septimo* Bodin. *libr.* 3. *de republic. cap.* 7. Justus Lipsius *libr.* 4. *polit. c.* 3. *&* 4. Jo. Gerard. *Polit. q. cent.* 1. *in fin.*

Quod denique ad *allegat. conclusion.* 56. Bart. Mus- 594 *Responsio ad IV. dubitandi rationem.* culi attinet, licet is scribat, constituendis confraternitatibus videri disparitatem religionis adversari, id tamen aperte non tradit; quin ipse *in ead. dissertat. conclusion. nona.* exemplum ejusmodi † con- 595 fraternitatis inter Principes diversæ religionis, Duces scilicet Bavariæ & Comites Palatinos Rheni, tam quoad bonorum & Principatuum, quam Electoralis dignitatis successionem, initæ, nec tamen ob insecutam ab altera parte religionis mutationem resolutæ adducit, multo vero minus, dicit, eas ob mutatam religionem dissolvi, sed in effectu duntaxat existimat, valde odiosas ac periculi plenas esse pactiones omnes, cum infidelibus, peregrinis, ac hæreticis; à quo nec ego, uti hoc ipsum *in isto tracta-*

tu

ut alibi edocui, alienus sum, ut taceam modo diversam, & magis considerabilem in puncto religionis, confraternitatibus ejusmodi, inesse rationem quam juri protectionis; quia stante diversitate fidei delata post mortem alterius contrahentium Principatus successione, ad Principem infidelem aut peregrinum, subditi cum salutis dispendio, aliam suscipere religionem cogerentur, quod in hoc Advocatiæ negotio minime timendum est, † siquidem religio nullo modo Advocatiæ, sed jurisdictionis sequela esse dicatur §. vnd damit *constitut. de pace religion.* Adrian. Gylman, *p. prima. symphor. tit. de religion. vot.* 12. *in consult. numer.* 29. Idem Musculus *in meditat. ad constitut. de pace religion. in quastion. An pax religionis subditos, & meditate Imperio subjectos concernat*, ubi pluribus tractat An & quatenus subditis religio imperari possit.

596

Alia ad hunc passum pertinentia, de hominibus alienæ Religionis in protectionem recipi non prohibitis tractantur *in Cap. VIII. sub num.* 329. *usque ad nu.* 352. quo Lectorem benevolum remittimus.

Quinta ob delictum, alias in ordine XXXVII. causa, ob quam jus † protegendi solvitur, vel ad minimum suspenditur, Banno Imperiali ascribitur, ex cujus incursione Advocatiam extingui nominatim testantur Georg. Everhard. *conf.* 17. *numer.* 12. *vol.* 2. Gæ ld. *consil. Marp.* 28. *num.* 23. & 113. *vol.* 2. Myn. *consil.* 166. *num.* 8. & *seq. volum.* 2. quos refert & sequitur D. Hepingk. *diss. nov. de jure Protectionis conclus.* 61. *lit. H.* ubi notat Banno Advocatiam extingui arg. *cap.* 3. Reysstl. Landfriedens *An.* 1548. zu Augspurg auffgericht. & Ordinat. Cam. *part.* 2. *tit.* 9. §. 1.

597 XXXVII. *Advocatia solutio vel suspensio ex incursione Banni.*

Et hanc etiam causam extinctæ clientelæ amplectitur Jacob. Syncius *disput. de jure protect.* 6. 13. asseverans, magna capitis diminutione, ut dicitur, *in l.* 1. §. *quarto de suis & legit. hæred. leg.* 1. §. 8. *ad SC. Tert.* hoc est proscriptione durch deß Reichs Acht / Tutelam extingui eo quod ut alibi dictum, proscripti omnium clientela, fide protectione, omnibus humanitatis juribus, officiorum & commerciorum vicissitudine excludantur, civitatem, libertatem & omnia privilegia amittant *leg. Imper. de pace publ. Anno* 1548. Ordin. Cam. *p.* 2. *Tit.* 9. §. 2. Petr. Frider. *de process. extrah. c.* 16. *num.* 5.

Et hæc quidem causa extinguit vel suspendit Advocatiam, sive Protector Banni censura innodetur, si quidem clientes à Banniti Protectoris clientela liberi esse cupiant alias enim si hi nolint, esse jus protegendi solutum, Advocatus (quemadmodum *in Cap. XI. num.* 324 & *sequentibus* ubertim docuimus) eos non obstante Banno defendere tenetur. Sive suscepti in protectionem clientes Imperii Bannum incurrant, eo quod † illi à fide & tuitione Imperii excluduntur, & omni protectione indigni sint, quemadmodum fusissime *in cap.* 8. *num.* 83. & *seq.* deduximus.

Extensio ejusdem amissionis ad læsæ majestatis reatum.

Quod similiter etiam locum habet, si clientes crimen læsæ † majestatis committant, vel Hæresi, aliisve enormibus criminibus obnoxii fiant, per ea quæ *in d. cap.* 8. de his & similibus copiose dicta sunt, ad quæ benevolum Lectorem remitto.

598 XXXVIII. *Advocatia utrum propter Protectoris excommunicationem finiatur? Ratio assertionis.*

Sed *de excommunicato † Protectore, quid dicendum* sit, non alienum ab hoc loco est indagare. Verum cum de eodem, an & quatenus in protectionem recipi possit, *dict. Cap. VIII. numer.* 147. & *seq.* ubertim tractatum fuerit, simpliciter hic absque repetitione priorum decidimus. Excommunicatione etiam majori non tolli Advocatiam, non quod Bannum mortale; excommunicatio vero medicinalis sit, uti loquitur, Nellus *tract. de Bannitis tempore* 2. *p.* 3. *quastion.* 26. sed quod Excommunicatus, quamvis assequendorum beneficiorum ecclesiasticorum sit incapax *c.* 7. *de cler. Excommunic.* Bertrand. *conf.* 174. *numer.* 7. & ab agendo, patrocinando ac testificando arceatur, 2. 8. *de sent. excommun. in* 6. & *c.* 8. *extr. de dolo & contu.* ab actibus tamen judicialibus (qualis est protectio) non repellitur Innoc. *in cap.* 13. *de major. & obed.* Joan. Andr. *in cap.* 6. *de jure Patron.* Abbas *in cap.* 25. *in not. marginal. lit. A. eodem Tit.* quos omnes refert & sequitur David Hepingk *novissima dissert. de jure Protect. Thesi* 61. *lit. D.* ubi concludit Advocatiam non extingui per excommunicationem, sicut per Bannum.

Porro septima ob noxam, alias in ordine tricesima nona amittendæ † Advocatiæ causa sumitur ex abusu juris protectitii, quem quidem abusum Zas. *in Epit. feud. part.* 10. *concl.* 8. scite depingit hisce verbis *Verum isti*, de Advocatis monasteriorum loquens, inquit, *pro defensione, ad quam tenentur, monasteria & subditos sæpe supprimunt, pro patrocinio oppugnant, subterunt, & spoliant, gravant, premunt, flagellant, personisque & rebus privilegiis, bonis juribus monasteriorum abutuntur.*

599 XXXIX. *Amissio Advocatia ex abusu.*

Et nos quidem hoc loco † Protectores abuti Advocatia dicimus, quoties clientes inique turbant ac molestant in personis vel eorundem bonis, tam verbis, quam factis *leg. Lucius* §. *tres hæredes Digest. ad Trebellian. ibi*: controversiam movere, ubi not. gloss. *repetit. in versic. de omni.* idem notant *ibi* Bart. & Raph. post Cyn. *in leg. quoties in fine Cod. de donat, qua sub modo* Alexand. *conf.* 52. *num.* 2. *vol.* 2. Socin. Jun. *consil.* 113. *numer.* 38. & *conf. ult. numer.* 15. *vol.* 3. Ripa *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de rejud.* Riminald. *conf.* 375. *nu.* 6. Men. *de recuper. poss. rem.* 1. *num.* 256.

600 *Protectores quando dicantur abuti Advocatia.*

Cæterum turbatio illa in Clientes † per Advocatos usurpata, olim Caroli Magni sæculo vocabatur *Balmund* seu *Balmond*, ut videre est in ejusdem Caroli diplomate super Advocatia Monasterii Ottenbeuren / alibi inserto, aliisque passim hujusmodi privilegiis: A veteribus enim Alemannis per idem vocabulum falsum Tutorem indigitatum fuisse testantur Nauclerus, Cujacius & Crusius nominatim ex Melchior. Goldast, *ejusque rationali constit. Imper. tom.* 1. *constit. Frider. II.* refert Wehnerus *obs. pract. verb. Balmond.*

601

Ejusmodi autem abusus quot modis † fiat, enumerari vix potest, cum plura sint negotia, quam vocabula, *leg. si quis in fundi vocabulo, de leg.* 1. & interrogatus respondit Bartol. *consil.* 112. *numer.* 1. *libr.* 1. turbationem esse quandam speciem delicti habentem plures differentias. Includit enim in se molestiam & impedimentum in re, §. *retinenda Instit. de Interdict.* Quocirca Petr. Rebuffus *in comment. ad Regias constit. Galliæ tom.* 3. *tit. de materiis possessor. art.* 1. *gloss.* 2. duos & viginti turbationis modos recenset. Et Dn. Menoch. *remed. de retin. possess. remed.* 3 *num.* 468. & *seq.* 28. modos turbandi seu inquietandi retinet, aliosque Petr. Surd. *tract. de aliment. titul.* 9. *quæstion.* 26. accumulat, ad quos clientes gravatos, si adversus Patronos suos ex hac causa agere volunt, remitto.

602

Quoniam vero in prædictis turbandi modis, certa Regula dari non potest, idcirco Judex æquus circumstantiis personarum, temporis, causæ rerum, loci & similibus arbitrio suo legibus communibus regulis & doctrinis juris informato qua pœna, & quando male tractans clientes Protector afficiendus sit arbitrabitur, per ea quæ speciatim notat Dn. Menoch. *de arbit. jud. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 138. *numer.* 5. post Angelum *in leg.* 1. *numer.* 7. *versic. Qualiter autem Cod unde vi* & Tiraq. *in Rep. l. si unquam in verb. omnia vel partem num.* 31. *C. de revoc. don.*

603 *Prohibitio abusus Advocatia per Canones.*

In genere autem de abusu hoc loquendo, † constat illum in multis juris Canonici locis sub gravibus pœnis repre-

reprehendi atque inhiberi utpote *in c. generali 13. de elect. in 6. ibi.* Qui autem ab ipsarum Ecclesiarum, cæterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine jura sibi hujusmodi vindicant, ab illorum abusu sic prudenter abstineant, & suos ministros in eis solicite faciant abstinere, quod ea, quæ non pertinent ad fructus sive reditus provenientis vacationis tempore non usurpent.

Deinde *in d. c. in quibusdam ext. de pœnis.* ubi concilium generale Advocatos seu vicedominos Ecclesiarum in tantam efferri insolentiam conqueritur, ut non solum cum Ecclesiis vacantibus de personis idoneis est providendum, difficultates & malitias ingerant, sed etiam in bona & possessiones Ecclesiasticas grassari non formident, subjuncta ibidem expressa inhibitione, ne Advocati, vicedomini seu patroni præfati, de cætero plus usurpent, quam reperiatur in jure permissum: & si contra præsumpserint Canonicis pœnis subjiciantur, ut latius *ibid.* Et notat ibi gl. quod sicut vasallus feudum amittit, ob non servatam fidelitatem: ita quoque Advocatus jus Advocatiæ, ob non præstita[m] defensionem.

604 Similiter abusus istiusmodi meminit text. † *in c. 2. de reb. Eccles. non alienand. lib. 6.* ubi prohibetur Ecclesiarum prælatis, ne Laicos Patronos, seu Advocatos Ecclesiarum seu bonorum ipsorum perpetuo aut ad tempus non modicum constituant. † Item *in cap. quia clerici extr. de Jure Patronatus* dicitur, quasdam Advocatias Ecclesiarum, quocunque modo possint, acquirere, ut postmodum eorum filii, seu nepotes ad easdem Ecclesias præsententur, sed advocationes tales appellatione postposita explodi jubentur. † Item in *cap. præterea eod. tit.* præcipitur Advocatis, Patronis, Vicedominis, sive custodibus Ecclesiarum, quocunque nomine censeantur ut à gravaminibus Ecclesiarum cessent, nihilque præter antiquos & moderatos reditus à locorum Episcopis institutos exigere præsumant, & si quid aliud exegerint, excommunicationi subdantur.

605

606

Præterea hoc ipsum roboratur ex Concilio Tridentino, † ubi Synodus *sess. 22. reformat. cap. 11.* Patronos Ecclesiæ jurisdictiones, bona, census, jura, feuda, emphyteuses, fructus, emolumenta & quascunque obventiones, quæ in Ministrorum Ecclesiæ necessitates conferri debent, per se vel alios, vi vel timore incusso seu quacunque arte aut quocunque colore quæsito, in proprios usus convertentes illosque usurpare præsumentes, seu impedientes, ne ab his, ad quos de jure pertinent, percipiantur, anathemati subjicit, & jure patronatus eo ipso privat, Et *sess. 27. c. 9.* ubi patronos in perceptione fructuum, proventuum, obventionum, sese ingerentes, excommunicationis & interdicti pœnis subjicit, & jure patronatus ipso jure privatos esse declarat.

607

608 Improbatur denique iste abusus juris protectitii † *in c. in singulis, in fin. Extr. de statu monachor.* ubi districte præcipitur Episcopis & aliis, qui præerunt capitulis celebrandis, ut per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compescant Advocatos, patronos, vicedominos, & quoslibet alios, ne Monasteria præsumant offendere in personis aut in rebus & si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem compellere non omittant, ut liberius & quietius Deo valeant famulari. Ex his textibus adductis satis liquere potest Ecclesiarum Advocatos olim etiam officio suo frequenter abusos fuisse.

609 Quin etiam generatim, † maxime quoad illicitas exactiones ab Ecclesiis, abusus inhibuit Frideric. Roman. Imperator, *in titul. de pace tenend.* inter subditos *in fine* hisce verbis: *Illicitas*, inquit, *exactiones maxime ab Ecclesiis (quarum abusus jam per longa tempora inolevit) per civitates & castella omnino condemnamus & prohibemus, &, si facta fuerint, in duplum reddantur.*

Quamvis autem in prædictis locis propter abusum clientelæ pœna amissionis Advocatiæ, excepto casu occisionis vel mutilationis personarum Ecclesiasticarum, de qua superiore membro egimus per summos Pontifices, † ut qui plerunque in pœnis imponendis leniores fuere nullibi expressa reperiatur & regulariter odia ac pœnæ per se non sint extendendæ † sed potius restringendæ *c. odia de reg. jur. in 6. l. cum quidam ff. de lib. & posth.* † & pœna privationis rerum alicujus juris, beneficii, privilegii & similium nunquam habeat locum nisi in casibus, in quibus lex hoc expresse dicit, & pœnam privationis imponit, per tex. *in §. cum igitur, col. 3. vers. sicut enim patres in Auth. de non elig. secundo nub. leg. at si quis §. Divus ff. de religio. & sumpt. funer.* gl. magna *ad fin. in c. fin. Extr. de jure patr.* ubi Abb. *prope fin.* Alex. *cons. 103. col. pen. numer. 22. vol. 1.* Jason. *in l. illam column. pen. numer. 13. C. de collat.* Philip. Dec. *in capit. 1. numer. 5. extr. de offic. deleg.* qui plura allegant & longe omnium copiosissime Dn. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. libr. 2. cent. 3. cas. 276.* † Imperator tamen laudatissimus Fridericus Barbarossa *in constitut. de pace tenenda & ejus violator §. publici latrones versicul. quicunque Advocatiam*, Protectorum Ecclesiasticorum insolentiam & abusum in susceptis vel commissis Advocatiis coarctaturus, recte ac prudenter statuit, Advocatos ejusmodi susceptæ protectionis jure abutentes & male in Advocatia versantes, præter antiquas Canonum pœnas, eadem privandos esse, † similiter & alios quoscunque feudi beneficio exuendos, si ob malam administrationem [id] mereantur, juris tamen ordine observato. Et quidem merito: † Nam vulgata juris Regula est; Concessa abutentem potestate, eadem privandum esse argumen. *leg. Judæos Cod. de Juda.* Sic & re privari meretur, qui male versatus est in eadem *l. ade quam te C. de loca. Auth. qui rem hujusmodi C. de sacros. Eccl.*

610

611

612

613 Confirmatio prædicti XXXVII. Modi ex constitutione Friderici.

614

615 Ratio privationis ex prædicto modo I.

Quamobrem uti judex, qui injuriam intulit, Sacerdos, qui sacra expilavit, Actuarius ac Scriba, qui falsum admisit, Tutor qui pupillæ stuprum intulit, gravius aliis, qui iisdem se criminibus obstrinxerunt, puniendi sunt; ita Protectores, qui eos, quos defendendos susceperunt, offendunt ac violant, præter alias juris pœnas, merito officio suo privandi sunt. Quarum enim † rerum ac Personarum custodes ac vindices esse debemus, si in iis tuendis ab officio nos deseri patiamur, severius plectendi sumus *leg. Presbyteri C. de Episc. l. si quis decurso ff. de fals. leg. quædam ff. de pœnis* D. Tho. Aquin. *1. 2. q. 6. art. 3.* Salicetus *in l. Nemo de summa Trin.* quib. non inconvenienter addi potest text. *in l. altius 15. A. si serv. vend.* ubi dicitur, quod quis alium facientem prohibere ex officio necesse habuit [id] ipse committere non debuit. † Prohibere autem facinus debet quicunque potest, juxta versus Guntheri *Ligurini libr. 7. num. 276. ibi.*

616

617

618

Qui spoliare sacras aliquem conspexerit ædes:
Si prohibere potest facinus, prohibere laboret;
Si prohibere nequit, maneat securus: at ille
Judicis arbitrio tanum pro crimine pendet.

619 Constitutio Friderici de Pace tenenda & ejus violat. an de Advocatis Feudalibus tantum vel aliis etiam protectoribus intelligenda sit.

Quod autem dicta † Friderici constitutio de Advocatis Tutelaribus intelligenda sit, præter alios expresse testatur Zasius *dict. loco Ego*, inquit, *ultra alios Doctores* (id est textum illum supra allegatum) *probabiliter de Advocatis Nobilibus, Baronibus, aut cæteris potentioribus, qui monasteriis ad protectionem in defensionis subsidium dantur, intellige: Nam & hi Advocati seu Patroni aut Vicedomini nominantur.* ut est text. *in c. præterea 2. de jure patr. c. in singulis in fi. de statu monach. c. in quibusdam, de pœn. cum simil.*

Et

Ulterioris Affirmativa aversis auctoritatibus probata.

Et hunc Zasii intellectum etiam sequuntur præstantissimi ICti, honorandi quondam Præceptores mei DD. Jacobus Streith. Christianus Angerer & Fridericus Martini Professores Universitatis Friburgensis *in consilio pro Monasterio B. contra Nobiles de E conscripto versic. His fundamentis loco*: eundemque recipit, Auctor des Fridbergischen Berichts *c. 4. nu.* 53. ubi ait ex dicto §. *publici Latrones v. Quicunque Advocatiam*, agi posse ad privationem Advocatiæ si Advocati in clientes sæviant.

Quem & pariter in hunc sensum acceptat D. Hepingk. *dissertat. de jure Advocat. §. 61. Lit. F.* Ubi in terminis concludit; Patrono molestiis clientes afficiente, & in eos sæviente (monitione, ut ab offensione & sævitia desistat, præmissa) ad Advocatiæ agi posse privationem, per tex. *capit. un. §. 7. 2. F. 27. & capit. pen. ext. de pœn.* Itemque novissime Jacob. Synzius *disputat. de jure protection. §. 3.* nominatim adseverans hoc sensu Advocatiam accipiendam esse, cujus mentio fit *libr. secundo. Feud.* 27. nimirum pro beneficio tali cui Advocati seu Patroni tutelaris officium adjunctum est, quamdiu is ornate & solerter patrocinio functus fuerit, id est clientes benigne, & moderate tractaverit. Quamvis autem idem Synzius *conclusion.* 30. hunc privationis modum de Feudali tantum Advocatia intelligendum esse existimet quæ beneficii nomine in hoc conceditur, ut investitus rei beneficiariæ, puta Ecclesiæ Monasterii perceptis inde quibusdam reditibus, curam & sollicitudinem habeat, res eorum & personas salvas & incolumes fore, omnemque fraudem, injuriam, vim abfuturam promittat, provideatque ut rite bona ecclesiastica & causæ religiosæ administrentur (quem sensum ex ipso textu colligi & similiter per Rosenthal. *conclusion. 14. numer. 2. capit. 4. lit. B.* & aliis Feudistis accipi ait) Et tales Advocatos, si clientes molestent, flagellent, spolient, sub specie patrocinii, opes & facultates eorum exhauriant suæque libidini prostituant, privilegiis, & juribus abutantur, & uno verbo patrocinium in injuriam vertant, querela cognita, munere seu beneficio ut indignos destituendos asserat, tamen alii Feudistæ ut *infra numer.* 625. habetur, ad officium Protectionis etiam sine feudo extendunt.

Porro taliter etiam prædictum textum intelligit atque ad Monasteriorum Advocatos applicat. Dn. Frideric. Schenck. *loco paulo ante citato*, inquiens, *Tametsi Alvarotus varios intellectus hujus §. conglomerat; Ego tamen eum Advocatiis illorum recte accommodandum puto, quorum expertam temeritatem audaciamque jura non semel in ordinem redigere statuerunt.*

Ita similiter dictum constitutionis textum nuperrime 620 acceptant, † & ad Monasteriorum Protectores restringunt doctiss. Dn. Thom. Mich. Cam. Imp. Asses. *in sua de jurisd. disput. thes. 55. lit. E.* ubi is similiter de Advocatiæ abusu loquens, ait, ad privationem Advocatiæ agi posse, si Advocati in clientes sæviant, per dictum text. *quicunque de pace ten. & ejus viol.* & Thom. Maullius *Tract. de Homag. titul. 11. numer.* 20. ubi similiter decidit, si Patronus jure protectionis abutatur, hoc est, in clientes sæviat, pro defensione opprimat, gravet, vel premat, rebus bonis, & privilegiis abutatur, quod eodem exuendus & privandus sit, per eundem textum *c. unici, §. publici latrones, v. quicunque de pace tenenda & ejus violat.*

621 Quarto hunc eundem textum † haud obscure ad Tutelarem Advocatiam extendere videtur magni nominis ICtus Dn. Dionys. Gothofred. *in gloss. feudal. ad d. §. quicunque post lit. d.* ubi se refert ad Betunæ Advocatiam in Chron. Flandr. & Tigurinensem in Austria Lazii; nec non Advocatum & Advocatiam in donat. Caroli Magni Monasterio divitis Augiæ, de qua apud Mutium *Chronic. libr. 9.* Certum autem & à nobis prius alio loco ostensum est, eundem Carolum Magnum de Advocatia Tutelari ac Protectione Ecclesiastica loqui.

Eandem interpretationem sequitur Jo. Gemmelius *in tract. suo feud. part. 10. de feudi privatione verbo deterioratio*, ubi dicit, si patroni monasteriorum, als Schutzherrn/ vnd Kastenvögt non legitime exequantur id, cujus causa ipsis feudum datum est, eo privandos esse tantoque magis si subterant & spolient Monasteria Advocatiam amittere, allegans Bald. *in d. c. 1. §. publici latrones de pace tenend.*

Quinto insuper prædictum Zasii intellectum Decanus & Dd. ICtorum almæ universitatis Ingolstadiensis in consilio, quod ab iisdem in causa protectionis C. contra R. ante triginta annos redditum fuit dicunt, esse tolerabilem, excepto eo, quod verba Zasii significare videantur, Patronos Ecclesiæ & Advocatos unum & idem esse, pro quo † alias videtur textus 622 rotundus *in cap. quia clerici 6.* ibique gloss. 1. *extr. de jure patr.*

Sed revera tantum improprie & per abusionem illa vocabula permiscentur, ut satis colligitur, ex notat. *ibi* per Abb. *in primo not.* dum post gloss. ait hoc quandoque solum fieri: Et denominationem illam inde fluxisse, quod Patronus debet Ecclesiam defendere, sicut Advocatus, ut notat idem *in rubr. extr. de jur. patron.* Cæterum proprie loquendo Patroni Advocati, Vicedomini, Custodes & Rectores Ecclesiarum diversa sunt ut clare probatur *ex capit. praterea* 23. ubi etiam expresse observat gloss. 2. & Dd. *extr. de jur. patron. & capit. generali 13. de elect. in 6.* Sicut diversa ponuntur etiam *in capit. in singulis 7. ad fin. extr. de stat. monach.* & clarius *in capit. pen. extr. de pœn.* Idque evidenter corroboratur ex eo, quia jus Advocatiæ mere est temporale, licet sit protectio personarum & rerum Ecclesiasticarum, uti idipsum *alibi* compluribus demonstravimus, sed jus patronatus ex quorundam sententia spirituali annexum sit *c. quanto* ubi plene not. *ext. de jud.*

Porro nil refert quod dicto textui † *Quicunque* 623 *Advocationis.* alii Intellectus per Doctores nonnullos, maxime per Alvarot. *ibid.* assignantur, qui ordine recitat quatuor, & circa tertium dicit, quod dominus concesserat feudum Advocato, ut præstaret sibi patrocinium vel Advocationem circa quartum autem quod fuerit quoddam officium Advocationis, puta fisci vel Cameræ alicujus Domini, pro quo erat assignatum certum feudum, forte feudum Advocatiæ dictum.

Objectionus ditnti.

Sed quod textus ille non possit de feudo Advocatiæ, hoc est Advocationis forensis intelligi, ex eo manifeste patet, † quia feudum ejusmodi per se absque omni cul- 624 pa, etiamsi id habens suo officio rite fungatur absque prævia monitione revocari potest, uti se testem præbet doctiss. Henr. à Rosenth. *synops. feud. c. 2. concl. 72. num. 1.* ubi contestes laudat Bald. *in c. 1. num. 4. de feudo guardia* Præpos. *ibid. in pr. num.* 15. ubi allegat Bart. *in l. continuus §. si ab eo ff. de verb. obl.* & Affl. *in d. pr. num. 3.* Mart. Laud. *num. 9. quoniam*, inquiunt, *textus ille d. c. 1. habet, quod feuda illa pro mercede alicujus rei concessa transacto anno auferri possunt*, & Petr. Rav. *ibi*, pro mercede quod est alicui concessum in mercedem propter laborem suum &c.

Quare recte Andr. de Isern. † docuit Advocatiam 625 hic capi pro officio Aovocati, hoc est, Protectoris sine aliquo feudo; Et sequentia verba (*vel aliquod aliud officium*) intelligi similiter de aliquo alio offi-

officio Advocationis forensis procuratoris, judicaturæ vel similis, quæ quidem officia, si inordinate quis tractet, ut si protector clientes molestia afficiat aut in juribus suis illicite turbet, vel eorundem personas offendat vel Advocatus forensis contra regulas *l. quisque C. de postulando*, peccet, aut judex contra normam *in tit. de sent. ex. privil.* & *in seq.* judicet, vel alias officium suum inordinate tractent: tunc si præmoniti se non emendent, officiis privari possint.

626 *Alterius objectionis dilutio.* Deinde non refragatur, † quod textus *d. §. quicunque* expressis verbis requirat, ut Advocatus, de quo ibi, à Domino suo admoneatur, nemo vero probabiliter dicere possit, clientem esse Dominum sui protectoris seu Advocati, ideoque Advocatiam, de qua loquimur, non convenire terminis, quorum *in d. §.* fit mentio, & consequenter textum illum non posse accommodari ad protectionem, 617 † per vulgatam Reg. ubi deficiunt verba legis, quod deficiat etiam dispositio *l. 4. §. totius ff. de damn. infect.*

Quia cum allegatus textus distinctim de Advocatia & simul etiam de habente aliud beneficium seu officium loquatur, sufficit, verba illa (*à Domino suo admonitus*) ad alterum textus illius membrum, nempe ad habentem aliquod officium, ut is nempe à Domino suo admoneatur, accommodari ac referri posse. Quemadmodum etiam eadem immediate verbis illis (*vel aliquod aliud beneficium inordinate tractaverit*) subjiciuntur, ideoque de iis duntaxat intelligi debent, unde recte etiam *ibid.* scribit And. de Isernia, beneficium ibi non accipi pro feudo sed pro officio, idemque scite admonet Afflictus *in comment. feudal. ad hunc eand. §. n. 7.* subdens, quod licet in toto feudorum opere beneficium sumatur pro feudo, hic tamen sumi pro officio.

618 *Litera aliorum Imperatorum quibus edocetur propter abusum Advocatiam amitti.* Quin insuper Abusus ille Advocatiæ non solum per dicti Friderici Imperator. allegatam constitutionem perstringitur sed & ex eodem proveniens pœna privationis passim etiam ab aliis Imperatoribus & summis Pontificibus in Protectionum literis expresse statuitur, † ut videre est ex Bulla donationis Caroli Magni, qua Ulmam regiam villam suam Abbati & conventui divitis Augiæ Anno 813. concessit in qua inter cætera de Advocato, munere suo abutente, sequentibus verbis cavit, 619

Quapropter omnium, inquit, præsentium ac futurorum comperiet industria, qualiter Ulmam nostram regalem villam pro animæ nostræ ac parentum nostrorum remedio ad monasterium quod constructum est in insula, quæ in Alemanniæ partibus sita Sintleohesuna nuncupatur, ubi venerabilis Præsul Hetto spirituali turmæ præest cum omnibus appendiciis suis & locis adjacentibus tradimus atque transfundimus, ut fratres ibidem regulariter subsistentes & divino operi die noctuque jugiter insudantes dum à nostris sumptibus alacriter procurantur, assiduis eorum precibus Deum nobis propitium facere dignentur, utque prædictus Hetto cum fratribus suis, Monachis videlicet atque clericis in præfata insula exterioribus curis remotis, Deo servire liberius atque securius insistere valeat, cum ipsius Abbatis desiderio, suorumque 630 monachorum rogatu † Adelbertum cognatum nostrum in supradicta villa Advocatum ac defensorem constituimus: & eundem, quia quales futuri homines sint, ignoramus, ne statuta nostra, vel quisquam successorum suorum transgrediatur in præsenti cum juramento tenaciter obligamus. Hac de causa nostræ placuit providentiæ eodem Adelberto defuncto in præsentia Abbatis suorumque successorum ac fratrum, videlicet monachorum hoc perpetua ponere potestate, ut sapientum usi consiliis, ex his, quos inter potentes seculi noverint & invenerint meliores & æquitatis amatores; eligant huic loco sicut & in cæteris locis suis competenter Advocatos, & defensores, eo tamen tenore, ut quandocunque sui commissi prævaricator aut in rebus vel hominibus, quod vulgo Balmundt dicitur, existat, statim sine mora, sine judicio Advocatiam perdat.

Et *in fine subdit*; Addimus, quod nihil privati muneris vel servitii in eadem villa vel à quolibet locorum illuc pertinentium sive à cellariis, quasi ex debito & statuto sibi jure exigat, ac mansiones vel pernoctationes uspiam frequentare audeat. Quod si præsens Advocatus vel quisquam suorum successorum hæc nostra statuta transgrediatur, sine judicio & absque spe recuperationis jubemus, ut Advocatia statim privetur & alter fidelior ac justitiæ amantior sano consilio in ejus locum subrogetur.

631 *Carolus Magnus de Advocato Ottenburensi.* Eundem in modum idem met Carolus Magnus constituti Uttenburrhensis Advocati insolentiam atque abusum Advocatiæ compescendo in privilegio eidem Monasterio Anno 769. concesso, inter cætera sancivit hisce verbis:

Quando autem hujus commissi vel in homines vel in res (quod vulgo Balmund dicitur) extiterit, statim sine mora & sine præjudicio, nisi cito resipuerit Advocatia cum omnibus commodis sine spe recuperationis carebit.

632 *Lotharius III. de Advocato Einsidlen.* Simili modo Imperator Lotharius III. † cum Annum post natum Christum 1135 donationem Varæ Monasterio Deiparæ Virginis in Einsidlen à Lutholdo Barone Regenspergensi factam suo diplomate confirmasset in † eodem diserte statuit, ut si Advocatus ibidem, potestatem injustam in Ecclesiam suæ protectioni commissam exerceat, ea privari debeat, quantumvis Advocatia illa ut ex eodem patet diplomate, esset hæreditaria. Verba edicti illius ad propositum facientia hæc sunt: 633

Perietunt etiam ut ipse Lutholdus & post eum filius ejus super eundem locum, & super omnia ejusdem loci data vel danda ejus possessioni apta Advocatiam, Abbate concedente habeat, & post eos ejusdem generis major natu, possessor tamen Castelli Regensperg: Ea tamen conditione, ut pro labore defensionis, non temporale commodum, sed æternum præmium & remissionem speret peccatorum. Nec in rebus vel

vel familia Ecclesiæ injustam exerceat potestatem, sed omnia ad utilitatem fratrum & Ecclesiæ devote disponat. Quod si hæc infregerit, semel bis & ter commonitus si post inducias sex hebdomadarum non emendaverit, prædicto honore & Advocatia privetur, aliusque ejusdem generis major natu huic substituatur, simili conventione. Si autem aliqua ipsius defensione minus apta fuerint in Abbatis arbitrio sit cui ea commendentur.

634 *Urbanus Papa de Advocato Hirsaugiensi.* Sic etiam Urbanus summus Pontifex † in Bulla confirmationis restaurati Monasterii Hirsaugiensis de Advocato injusto sequentem in modum statuit.

Si autem, *inquit*, non ut defensor, sed potius ut calumniator pervasor & rerum sibi commissarum extiterit, nostro banno excommunicatum omnino habeat Abbas potestatem hunc reprobare, & alium sibi utiliorem undecunque placuerit, auxilio etiam Imperatoris (si necesse fuerit) eidem monasterio providere.

Henricus Romanorum Imperator de Advocato Hirsaugiensi. Quod ipsum Henricus Romanorum Rex in sua confirmatione eidem Hirsaugiensi Cænobio 7. Idium Octobr. Anno Domini 1075. donata statuisse reperitur, ubi iisdem verbis inquit; Si autem non ut Advocatus, sed potius ut calumniator & pervasor Monasterii fuerit: omnino potestatem habeat Abbas, cum consilio fratrum hunc reprobare, & alium sibi utiliorem undecunque eligere.

635 *Cœlestinus II. Papa de Advocato Anhusiano.* Pari modo Cœlestinus II. † Pontifex Romanus in diplomate super confirmatione Cœnobii Anhusii Ordinis sancti Benedicti à Managoldo Comite Palatino Tubingensi ejusque filiis Walthero Episcopo Augustano, Mangoldo, Adalberto & Udalrico circa Annum 1125. fundati ad Brenzium amnem in Augustana diœcesi sit, de inutili Advocato deponendo rescripsit: Liceat autem vobis communi consilio Advocatum (quem ad defensionem ejusdem monasterii utilem esse cognoveritis) libere eligere, ipsumque (si inutilis apparuerit) removere & alium quem utiliorem provideritis substituere.

636 *Diploma, Friderici Regis Romanorum quo privilegia Monasterii Lorchensis confirmat Abbati licentiam eligendi protectoris ex senioribus familiæ fundatorum concedit, eumque Advocatia abutentem removendi potestatem tribuit.* Eundem denique in modum Fridericus I. Rex Romanorum † Anno 1154. de removendo protectore Advocatia abutente Lorchensibus Monachis subsequens privilegium concessit.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. FRIDERICUS Dei favente clementia Romanorum Rex.

Scimus quo modo diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: Qua dilectione sacra legum præcepta omnibus sunt intelligenda atque observanda: præcipue vero summo Romanorum Principi. Cujus dignitatis pietate omnia sunt augenda & emendanda: & sacris institutionibus in meliorem statum reducenda. Quod Deo annuente in omnibus locis venerabilibus regni nostri seu personis: Deo jure ibidem sine angaria & sordidis muneribus servientibus: nec non in eorum privilegiis & cæteris immunitatibus à prædecessoribus nostris legaliter eis præstitis sanciendo confirmare satagimus. Quapropter auctoritate nostra privilegium cœnobii Lorich, in honore gloriosæ Dei Genetricis à Parentibus nostris fundati à Cunrado traditum, cum aliis ibidem ascriptis confirmamus. Scilicet Abbatem præfati Cœnobii Craftonem honori nostro fideliter obsequendo indissolubili dilectione, cum reliquis fratribus suis nobis adhærentem, libertatem habere *eligendi quenquam majorem natu inter descendentes de genere Regis Cunradi, & Friderici Ducis clarissimi, nulla ei indulta licentia per se constituendi Subadvocatum, Qui si forte à stirpe parentali, dilapidando, distrahendo, sibi emancipando dotes Ecclesiæ aberraverit: communi fratrum prædictorum assensu alius idoneus eligatur.* Præterea regia nostra auctoritate sancimus feudos; prædia seu mancipia, à nostra familia illic data vel danda, seu si qua etiam aliunde concordi fratrum aspiratione commutata sint vel fuerint; ne quis successorum ausu temerario, seu ratiocinio aliquo in transiendo legitimam satisdationem rescindat. Jura vero spiritualia Cœnobii prætaxati ad Apostolicam sedem pertinentia, devote collaudamus. Secularia quoque sub Regia tutela consistere debentia, ut inconvulsa & immobilia in posterum permaneant, & Regia nostra auctoritate privilegiis, sigilli quoque nostri impressione incommutabiliter confirmamus. Hujus rei testes sunt Fridericus filius Cunradi Regis. Cunradus frater Regis. Episcopus unus de Saxonia Hanselmus nomine. Albertus Comes. Ludovicus Comes & frater ejus Emicho de Wirtinibergh, Marquardus de Grumbach. Et alii plures de familia Regis.

Signum Domini Friderici Regis primi.

Ego Zalzzolfus Cancellarius vice Archicancellarii recognovi. Data Anno Dominicæ incarnationis 1154. Indictione secunda, regnante ipso Friderico Rege primo. Anno vero regni ejus III. apud Geppingen in Christo feliciter Amen.

Eundem denique in modum ex mente Fundatoris Monasterii Chombergensis, Ruothardus Archiepiscopus Moguntinus de reprobando Advocato incurioso vel alias sua potestate abutente his verbis statuit: Si autem hic Advocatus calumnias vel injurias Monasterio, Abbati vel familiæ faciat, omnino potestatem habeat Abbas, cum adjutorio Episcopi & consilio fratrum eundem reprobare & alium sibi utiliorem undecunque eligere &c.

Deinde si & juris † divini exempla indagare velimus, non deerunt, quibus & Deus Opt. Maxim. homines prius beneficiis cumulatos, propter abusum & ingratitudinem ea rursus ab ipsis tanquam indignis aufert: Ita regia † dignitate Saulem decoravit ea tamen illum utpote ingratum paulo post privavit. Constituit etiam Jeroboam Principem decem tribuum, aliosque aliis beneficiis affecit, quæ ab eisdem postea, propter eorundem abusum abstulit. Collocavit etiam Sodomitas in optimo terræ situ, *Erat enim terra † illa*, ait Scriptura, *sicut paradisus Dei*. Sed quia illi hujus beneficii immemores libidini inserviebant, à vehementissimo igne consumpti sunt. Neque solum provincias & Regna, sed totum etiam terrarum orbem Deus evertit & aquarum obruit eluvione, quod homines acceptis ab eo beneficiis abuterentur. Caspar Sanch. *concion.3.fer.6.post Dom.2. Quad.discurs.2.pr.*

637 Præterea generatim etiam jure † communi statuitur propter abusum rerum iisdem male utentem privari, easque amittere, per jura *superius allegata*.

638 *Exempla privationum ex abusu.* Hinc per omnis humanæ societatis gradus, † vetita est sævitia, vetita est abusio potestatis. Hinc speciatim Patronus fiduciarius olim etiam si clienti fraudem fecerat, censoria nota sacer erat adnotat. *supra in cap. quinto. de origin. Advocatia.* †

639 Sic in herili potestate invisa fuit Jovi sævitia Domini, Livio teste, proptereaque servus sævitia, fame obscænitate pressus, vænire jussus est, *l.1. & 2. Digest. de his qui sui vel alien. leg. 1. §. 8. ff de offic Praefect. urb. l.24.ff. soluto matrim.leg.1.Cod. de emendat.servor.* Ita

640 pater † etsi vitam quam filio dederat eripere quondam impune poterat, *leg.11. Dig. de liber. & posthum. leg. final. Cod. de patr. potest.* postmodum tamen ob ferociam filium emancipare cogebatur, *leg. final. Digest. si quis à patr. manum. leg. 1. §. final. ff. de liber. exhibend. leg. quinta Digest.ad leg. Pomp. de Parricid. leg. unic. Cod. de emendat. propinq. leg.3. & 4. Cod. de patria potest. leg.si Lenonus Cod. de Episcopal. Audient.* Sic etiam Præceptoris animorum parentis *leg. Aquilius Digest. de donat.* sævitia culpæ annumeratur *leg.5. §.si Magister leg. 6. Digest. ad leg. Aquil. leg. item quæritur §. Julianus Digest. locati.* Mascard. *conclus.* 999. *leg. Præceptoris Digest. ad leg. Aquil.* Sic à societate ante tempus recedere licet ob immodicam socii sævitiam *l.si convenerit ff. pro socio.*

641 *Exemplum in Imperatore.* Sic Imperator † indignum sese Imperio gerens, Imperii fastigio dejicitur, *cap. ad Apostolica, de sententi. & re judicat. in 6.* Canonist. *in cap. venerabilem, de elect. & elect.potest.* Paris. de Put. *in tract. synd. cap. de excess. Imperat.* Lancellot. *in tempo judic. 1.cap. 1. §. secundo quæstion. 6.* Bodin. *de Republic. libr. 2. cap. 5.* Daniel Otto *de jur.publ. cap. 10.* Joan. Parlador. *libr. 1. rer. quotid. cap. 3. num.* 8. Frideric. Schot. *tom. 1. libr. 1. consil. 1. numer.* 236. Gerlac. Buxtorff. *in dissert. ad* 17. *prior. Aurea Bull. cap. conclusion. 11. in princip.*

642 Ita post antiquiores † Henricum IV. Ottonem IV. nec non Adolphum de Nassau Imperatori Wenceslao contigit, qui cum Imperio abutens tyrannide, socordia, & luxu omnia fœdaret; neque ab ipsis Imperii Electoribus crebro admonitus ab hisce vitiis desisteret, bis in custodiam conjectus tandem per Electores & Status imperio Bopardiæ deturbatus est, omniaque ejus rescripta & privilegia ab ipso emissa cassata sunt, adsentiente & hoc confirmante postea Rodolpho Comite Palatino Rheni in ejusdem locum pro Rege Romano suffecto, de quo *in Chronic. Landgrav. Thuring. cap.* 141. Pistor. *tom.1. antiquit. German.* Trithem. *Chron. Spanheim; Anno* 1400. Sebastian. Munster. *Cosmograph. libr.3.sub Imperator. Wenceslao* Huld. Mut. *lib.26. Chronic. German.* Aventin. *libr. septim. Annal. Bojor.* Raph. Volaterran. *libr.23.* Frossard. *coævus scriptor. libr.4. Histor. cap. ult.* Marquard. Freher. *in notis ad Patrum de Andlo. de Imp. Roman. lib.2. cap.2.* Joach. Mynsing. *decad. 2. respons.16.n.6.*

643 *Exemplum in Principe & aliis Magistratibus.* Et principem, † uti & quemvis alium magistratum, per nimiam sævitiam (quæ tamen in iis non præsumitur testimonio Mascard. *de probat. conclusion.* 193. *numer. sexto. volum.1.* Gail. *1. observat.* 17. *numer.* 7. & *1. de PP.* 2. *nu.* 19. Menoch. *2. præsumption.60. numer.* 7.) Jurisdictione sua abutentem ea privari posse notatur expresse per text. *cap. in quibusdam, §. sacri Extr. de pœn. argumen. §. sed hoc tempore 2. Institut. de his qui sunt sui vel alien jur. leg.2. Digest. eod.* Cravett. *consil.* 597. *nu.3.* Menoch. *in respons. caus. Finar. artic.3. num.12. & sequen.* Nicol. Boer. *decis.*304. *p.1.* Lud. Peguer. *quæstion. crimin.36.per tot.* Fachin. *consil.19.num.16.lit.c.* Boer. *decis.*304. *num.*5. & 6. Roman. *consil.37. numer.1. juncto cons.*523. *num.* 14. Cels. Hug. *cons.*60. *numer.* 35. Gram. *decis.*184. Foller. *pract. cons. fol.* 489. *numer.*39. Mynsing. *centur.5. observat.*8. Gail. *1. observat.17.num.2.& seq. & de pac. public. cap.2. numer.22.* Molin. *in consuet. Parisiens. titul.1.§.3. gloss.3.n.6.* Hart. Hartman. *pract. for. tit.54.obs.*43. Joan. Frid. Hus. *tract. de homin. prop. cap.8. quæstion.5. numer.*25. Quintil. Mandos. *de inhibition quæstion.* 104. *numer.*5. Bodin. *de Republ. libr.2. cap.*5. Thom. Mich. *de jurisdicti. conclus.* 135. *in fin.* Arnold. de Reyger. *in thesaur. jur. lit.j. ac jurisdict.n.*405.

644 Hinc & subditi obsequio, † fide, sacramentique vinculo liberantur si princeps concesso dominatu ad sævitiam aut proterviam præpostere abutatur, per *cap. scelus 2. q.1.* Luc. de Penna *leg. si colonus n.12. C. de agric.* Bart. & Bald. *ad leg.2 ff. de his qui sui* Frider. Mindan. *de process. libr.2. cap.*13. Mynsing. *centur.5. observat.* 8. Gail. *libr. 1. obser. 17.* Mandos. *de inhibition. cap.*103. & 104. Hartm. Hartman. *titul.54. observat.*43. Jacob. de Ayello *de jur. adboa. numer.*23. Anton. Faber. 3. *Cod. tit.18. def.2.* Alph. Moditius *§. magistratuum dub.*5 Paris. de Put. *titul. de excess. Imper. numer. 12. & de excess. regul. cap.1 & 2.* Azevedo *libr. 3. ad constit. Hispan. tit.15. leg.6. numer.5. & libr.6 titul.4 leg.21. numer.*8. Petr. *de jur quæsit. cap* 8. *numer.*76. Husan. *de propr. hominibus cap.8. num.27.& 28* Lud. Roman. *consil.*523. Curt. Jun. *cons.137.numer.2.part.2.* Cravett. *consil.*297. *numer.* 1. Boer. *decis* 51. Papa *decis.*62. Afflict. *decis.*165. *num.* 72. Cabedo *decis.8. numer.1.p.2.* Unde laudabile Parisiensis curiæ edictum, Le Seigneur, qui abuse, de sa justice en doit estre prive. Abutens Imperio privator Padon. *libr.13. arrest titul.2.arr.5 & libr.23. tit.5. arr. 1.2.* Joh. Gallus. *q.*340. Coppin. *de dom. lib.2. tit.8. artic.* 10. Charond. *lib.2. resp.*17.

645 *Exemplum à abusu Privilegio.* Ita & quilibet alius abutens † privilegio sibi concesso meretur id amittere, *gloss. in cap. suggestum 9. de decim. cap.60. privilegium 11. quæstion.3. cap.7.* ubi ista distinct. 74. *cap. ut privilegia & cap. tuarum de privileg. leg. qui sine de negoc. gest. leg. Judæus. 11. Cod. de Judæis cap. licet quibusdam* 18. *de regular.* Gail. *de Arrest. Imper cap.10. numer.13.* Carol. Tapia *in leg fin. ff. de constit. princip. cap.7. part.2.n.1.*

646 Siquidem prætextu privilegiorum † flagitiorum authoritatem crescere, & publicam utilitatem vacillare non oportet, *l.2. C. de privil. Scholar.* & est tex. *in Auth. de Mand. Prin. §. quod si delinquentes ibi* non permittas privilegiis aliquibus uti nocentes, & *in c. Abbate de verb signif.*

647 Sic quoque judex privatur jurisdictione, † qua abuti-

Exemplum in Iudice. utitur, Parif. de Put. *in tractat. de Syndicat. versicul. Barataria*, ubi allegat *leg. judicis*, & *ibi* tenet *idem.* Joan. de Platea *Cod. de dignitat. libr.* 12. Cyn. & Bald. *in leg.* 2. §. *dominorum*, *de his qui sunt sui vel alien. jur.* Jacobin. *in tract. de feud.* §. *Marchio in Italia v. quaeritur etiam numer.* 1. & *tract. de Royd. n.* 46. & *seq.*

648 Simili modo pater, † & si habet usumfructum & legitimam administrationem in bonis liberorum adventitiis, *l.* 1. *C. de bon. mater.* tamen, si ea dissipet, vel noceat liberis in sua administratione, jure ea † privatur *Alex. in l. Imperator n.* 6. *ad Treb.* Ar. Pinel. *in d. l.* 1. *nu.* 33. *C. de bon. matr.* *Exemplum in Patre.* 649

650 Quin & idem, † officium erga filium, quod in pietate non in atrocitate consistere debet, *leg. divus Hadrianus* 5. *ad leg. Pompei. de Parricid.* Volzius *in commen. ad l. Corn. de Sicar. c.* 7. *n.* 16. † male usurpans officio judicis implorato ad emancipationem compelli potest. *leg. fin. Digest. si quis à parent. manum. fuer. gloss. in* § *fin. verb. pene Quib. mod. jus patr. pot. solvat.* Andr. Gail. *libr.* 1. *obs.* 17. *n.* 5. 651

652 Hinc & de vasallo statuunt † feudistae, quod in subditos infeudatos saevienti, & homines in jurisdictione infeudata habitantes male tractanti feudum auferatur, & applicetur Domino Angel. *in Authen. qui rem Cod. de sacrosanct. Eccles.* Bernhardus Graeveus *conclus.* 16. *consid.* 1. *num.* 14. *libr.* 1. Ant. Faber. *libr.* 3. *Cod. Tit.* 18. *diffin.* 2. Husan. *de prop. homin. cap.* 8. *numer.* 27. 28. Cabedo *decis.* 8. *num.* 1. *part.* 2. Tho. Mich. *de jurisdict. conclus.* 135 *lit. D.* Mandos. *de inhibitio. quaestion.* 103. *num.* 5. Papon. *libr.* 13. *Tit.* 1. *art.* 13. 21. & *libr.* 23. *Tit.* 5. *art.* 4. Bossius *Tit. de Princ. numer.* 57. Zoannet. *de duplici venat. numer.* 75. Beust. *ad leg. Admonendi numer.* 1114. Choppin. 2. *Doman. Tit.* 8 *num.* 10. Ludo. Fachs. *consil.* 1. *num.* 20. Mastrillus *decis.* 13. *num.* 18. Ursil. *addit. Afflict. decis.* 265. *numer.* 17. Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1. § 2. *gloss.* 4. *num.* 14. & §. 30. *numer.* 166. & ante eum Ferrar. *in form. libell. quo agit. ad revoc. feud. super gloss. verb. nec superstitibus numer.* 25. *causa* 29. (quod nota, inquit, contra istos feudatarios Imperii & regum, qui subditos pessime tractant) Petrus Anton. de Petra *de potestat. Princip. cap.* 5. *numer.* 120. ex Beroo *consil.* 81. *numer.* 19. & *sequen. volumin.* 1. ubi dicit, Innocentium IV. privasse Federicum Regno Siciliae propter illicitas & inconsuetas exactiones: quas faciebat, ubi & ipse Berous consulit contra Hippolytum Paghanum, quem ea de causa, quod esset exquisitus inventor impositionis novorum onerum, à Duce Ferrariae Comitem creatum & castro quodam investitum, ob illicitas tamen exactiones, & onera subditis imposita, ad eorundem querelam non multo post rursus Feudo privatum fuisse. Generatim insuper de Feudo ob abusum Domino auferendum loquuntur Vasq. *illustr. controvers. libr.* 1. *cap.* 8. *numer.* 17. Schoner. *disputation. feud.* 10. *thes.* 55. *libr.* 1. Vult *de feud. libr.* 1. *cap.* 11. *num.* 36. *in fin.* Schrader. *part.* 9. *cap.* 6. *num.* 61. *ampliat.* 1. Zas. *part.* 10. *numer.* 55. Wesenbec. *cap.* 15. *num.* 6. *vers. Item si nimium saeviat.* Borchol. *cap.* 8. *num.* 129. & *seq.* & sexcentis alleg. congestis Henr. à Rosen. *in sua synop. feud. c.* 1. *concl.* 33. *n.* 45. 48. & 59 *Exemplum in Vasallo.*

653 Hoc enim pacto superior † Feudi dominus contra vim, iniquitatem & crudelitatem vasalli sui subditos merito tuetur ac defendit, id quod fieri publice maximopere interest, argumen. § *sed & major asperitas. Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur. l.* 1. § *fin. cum l. seq. ff. eod. tit.*

654 Sicuti & maritus ob nimiam † abusionem juris in uxorem suam saevitiamque intolerabilem privatur uxore, & meretur mensae thorique separationem Bald. *in leg.* 1 *num.* 9. *Cod. de legatis.* Hieronym. Schurff. *consil.* 42. *per tot. cent.* 2. Schneidewin. *Instit. de nupt. rubr. de divortiis qua fint causa divortii num.* 17. *cum seq.* Idem *in* § *hi in parentum Inst. de oblig. qua ex delict. nasc. n.* 5. *in fin.* Gail. *obs. libr.* 1. *obser.* 17. *num.* 5. per text. *in c. literas*, § *fin. de restit. spoliat.* & gloss. *in cap. benedicto* 33. *quaest.* 1. *verb. sub cautela* & *c.* quibus adde Uran. *tom.* 2. *consil.* 66. *per tot.* & Ful. Pacian. *consil.* 86. Borchold. *consil.* 16. Fachinaeus *consil.* 42. *volum.* 1. Natta *consil.* 616. Decian. 26. *vol.* 4. Graeveus *concl.* 17. *consid.* 3. *libr.* 1. Laurent. *dec. Aum.* 131 *Exemplum in Marito.*

655 Pariter fructuarius quoque † uti frui à Domino juste prohibetur, si notabiliter reddat deteriorem proprietatem caedendo arbores frugiferas vel simile damnum dando *leg.* & *eleganter* 7. §. 1. *de dol. leg.* 2. *Digest. si usufruct. pet. leg. hoc amplius* 9. §. *fin. ff. de damn. infect.* Wesenbec. *in paratit. ff. quib. mod. usufruct. amitt. nu. fin.* 8. *Exemplum in usufructuario.*

656 Sic & colonus male utendo fundo, † corrumpendoque eum jure suo cadit & expelli potest, *l.* 3. *C. locati l. cognov.* 1. *C. de emancip.* & *col.* *Exemplum in colono.*

657 Similiter quoque prodigus, † qui bona sua dilapidando & dissipando profundit, meretur interdictionem administrationis bonorum suorum & constitutionem curatoris, sicut furiosus, per *tot. tit. ff. de curat. fur.* & § *furiosi*, *ibique* Schneidew. *num.* 6. *Inst. de curatorib.* Hinc probari aliquem † esse prodigum si ei curator bonorum sit datus, testatur Bart. *in l. is, cui bonis ff. de verb. obl.* *Exemplum in Prodigo.* 658

659 Sic denique Emphyteutae etiam, res Emphyteutica, propter ejusdem abusum, & si eam notabiliter deteriorem fecerit, licite aufertur, *l. jubemus* 14. *Auth. rem C. de sacrosanct. Eccl.* ubi etiam Paul. de Cast. & Jaso. *n.* 6. Barthol. Caepoll. *consil.* 25. *n.* 11. *v. item ex alio capite.* Aurel. Corb. *tract. de jur. emphyt. c.* 4. *n.* 1. Modest. Pist. *cons.* 48. *n.* 17. *lib.* 1. *Exemplum in Emphyteuta.*

At vero praeter modo adducta, † quod Protectores propter molestationes, oppressiones, vexationes, aggravationes, offensas, & injurias in eos quos defendendos susceperunt usurpatas (id quod nomine abusus Advocatiae intelligitur) jura protectionis merito privandi sint, multis insuper argumentis, ac ICtorum authoritatibus convinci potest. *Rationes privandi Advocati ex abusu.*

660 Si enim primum is Protector, † qui contra fidem datam tempore necessitatis à clientibus invocatus eos indefensos relinquit (ut *hoc ipso Capite paulo post* docebitur) jus protectionis perdit, is utique qui in fidem susceptos injuste offendit ac turbat, multo magis eo privandus est, † Siquidem delictum consistens in committendo, gravius est delicto consistente in omittendo, gloss. Bald. Innocent. Alexand. Castrens. Franc. Aretin. *in l. si mora* 9. *ff solut. matrimon.* gloss *leg.* 2. *Digest. ad SC. Syllian.* Bald. *leg legis virtus* 7. *Digest. de legibus* & *leg. Imperator lectlur.* 1. *colum penultim. Digest de stat. homin.* & *leg.* 1. *in princ. ff. de oper. quam fact. fuer.* cum multis similibus allegatis per Tiraquell. *in tract. de paen caus.* 44. *numer.* 24. *cum seq. argumen. leg. ita vulneratus* 51. *ff. ad leg. Aquil. leg. et, apud* 5. *in princ. ff. depos l. si sterilis*, 21. §. *cum per venditorem ff. de act. empt. l.* 4. *ff. de impens. in reb. dotal.* *Ratio I.* 661

662 Quod ipsum confirmatur per † Ulpiani responsum *in leg. altius* 15. *ff. si servit. vindicet.* ubi accommodate ad propositum scribit, quod is, qui alium facientem ex officio prohibere necesse habet, id ipse committere non debeat, † & non obscure per Julianum *in leg. si negotia* 31. *Digest. mandati.* ubi textus dicit, eum qui alterius negotia administranda suscipit, idem praestare debere in sua persona, quod in aliorum. In idem recidit quod Frideric. Pruckman. *tom.* 1. *cons.* 7. nu- *Ratio II.* 663

664 *numer.* 143. in terminis juris protectitii tradit, † cum scilicet, qui tenetur defendere, non debere offendere, allegans Ruinum *consil.* 43. *column. penultim. versic. item dicitur libr.* 1. Cephal. *consil.* 427. *num.* 4. quibus adde Francisc. Vivium *libr.* 2. *decis.* 233. *numer.* 2. Joan. Bapt. Caccialup. *in rep. leg. frater à fratre Digest. de condict. indeb. numer.* 19. *versicul. in verb. porro notat text.* Ad quod insuper faciunt eleganter notata per 665 Simon. Pistor. *consil.* 19. *numer.* 28. *in fine volum.* 1. † ubi dicit promittere alicui tuitionem & protectionem aut defensionem à vi, & submittere ei vel inferre 666 vim non posse simul stare, † nec jus & injuriam se compati posse arg. *l. meminerit, C. unde vi l.* 2. *in fin. D. de indict. viduit. toll.*

667 *Ratio III.* Prædictis accedit simile juris † axioma, quod is, qui obligatus est alium indemnem conservare contra extraneum, multo magis eum contra seipsum indemnem conservare cogatur, *leg. cum in eo* 44. *Digest. de pact. l. frater à fratre* 38. & *ibi* Jas. *lect.* 1. *numer.* 23. & *lect.* 2. *nu.* 15. *ff. de condict. indebit. leg. ff negotia* 31. & *leg. si fundum.* 35. *ff. de mand. l. antep. ff. de admin. tut.* Lud. Schrad *tract. feud. p.* 9. *c.* 4. *n.* 22.

Concordant cum hactenus adductis, quæ in terminis prætensæ protectionis super Monasterio S. Crucis in Donawörth contra eandem Civitatem solide deducit Relator, amicus ac fautor summus Contubernalis olim noster in Academia Patavina ac Bononiensi *part. prima* Notwendiger Erinnerung *in refutat. primi fundamenti* §. dahero informator solchen Schutz *etc.* ubi ex eo privationem Advocatiæ refert daß die Statt/ als ein getrewer Vogt/ das Closter bey seinen Rechten/ Ehrn/ und Würden/ wie es fundirt/ schirmen/ unnd nit gleich von anfang der unseligen Religions deformation (als dasselb geplündert/ eingenommen unnd die Münch verjagt worden) zusehen/ mit einstimmen/ auch damals und vorhero selbst von jahren zu jahren/ auff underschiedliche weiß/ und mit verdecktem schein nach dem Closter greiffen und stellen sollen/ mit welchem die Statt solch ihr Jus, wann sie eins gehabt/ vermög Rechtens hette verlohren.

Ex quibus omnibus infertur, cum Protectores alios, qui clientes offendere, turbare aut modo quovis illicito molestare præsumunt, ex officio incumbentis clientelæ, arreptis etiam armis, si opus sit, prohibere atque impedire teneantur, multo minus illi ipsimet eosdem offendere, gravare, vel, ut inquit text. §. *sed licet in leg. metum Digest. quod metus causa,* vim ei submittere debeant, Pistor. *dict. consil.* 19. *n.* 19. aut, si hoc faciant, clientelari Advocatia merito exuantur.

668 *Declaratio prædictorum.* Ista tamen, † quæ de privatione juris protectitii ex abusu causata, hactenus in medium prolata sunt, cum mica salis eaque moderatione accipienda sunt, ut procedant iis tantum in casibus, quando clientes à protectoribus suis injuste & inique turbantur aut molestantur, secus autem si ab ipsis clientibus ad hoc provocati, vel alias ipsi patroni juris rerumque suarum tuendarum causa aliquid contra eos faciant.

669 Molestare namque non dicitur, † qui id facit ex causa, sibi per alterum data, prout decidit Bartol. *in leg. item quæro,* §. *inter locatorem Digest. locati.* Dn. Menoch. qui alios citat *in tract. præsumpt. libr.* 3. *præsumpt.* 38. *nu.* 4.

670 Sic etiam non statim aut ob id † Advocatiæ abusus insimulari possunt Protectores, quando ob Jurium rerumque suarum conservationem, justo modo Clientes judicialiter conveniunt, Menoch. *consil.* 230. *numer.* 16. & *sequen.* ubi probat, † quod 671 non dicitur quispiam turbare, quando de jure agit, quia non inducitur privatio, nisi molestia inferatur de facto & injusta, Joan. Petr. Surd. *tract. de aliment. tit.* 9. *qu.* 26. *n.* 9. *in pr.*

Nec vero intelligitur protector initio pactæ protectionis locutus de molestia judiciali & juridica prout *alibi* fusius probavimus, & notant in simili Curt. Jun. *consil.* 173. *numer.* 13. Corset. *in singul. incipiens molestia* Bero. *consil.* 2. *numer.* 9. *volumin.* 3. Bald. *in leg. unica numer.* 27. *Cod. de his qua pæn. nom.* † ubi quod testator mandans uxorem non molestare, intelligi debeat, de molestia malo modo & malo animo illata, idem Bald. *in l.* 1. *v. sed pone C. de usufruct.* Cuman. *consil.* 51. *in princip.* ubi dicit, hanc esse justiorem & veriorem sententiam. Et hoc idem voluit Aretin. *in leg. si servum* §. *ait prætor. in fin.* ad hoc allegans text. *in leg. ut si quis impediat, Digest. de religios.* ubi glossa *in verb. impediat.* dicit, injuste, & hoc modo intelligit quoque Decius *consil.* 58. *num.* 11. ubi pro comprobatione allegat multa jura & authoritates, dicens amplius, quod, & si aliquando veniat etiam molestia juris, tamen intelligitur de ea, quæ infertur extra judicium de facto, non de judiciali, vel etiam quando in judicio quidem infertur, sed per calumniam & malo animo. (672)

Estque ratio prædictorum, quia molestiam non injuriam infert, qui utitur jure suo, † *leg. injuriarum, in princip. Digest. de minor. leg. nullus videtur Digest. de regul. jur. leg.* 3. §. *si is tamen Digest. de liber. homin. exhiben.* † Sicut enim nemo alius, ita nec Advocati Tutelares ob nexum clientelæ res ac jura sua indefensa relinquere tenentur, per text. *in leg. prima.* ubi Bald. *numer.* 44. Angel. *numer.* 5. *Cod. unde vi text. in cap. olim de restitution. spol text. in cap. si perfodiens de homicid.* Angel. *in leg. quoniam, num.* 3. *Cod. ad leg. Iul. de vi public.* † Hoc enim esset suum prodigere, quod non est credendum *leg. cum de indebito Digest. de probationibus.* Surd. *de aliment. titul. nono. quæstion.* 12. *num.* 23. † Cum natura doceat, ut quisque se & sua defendat, *leg. ut vim ubi text.* & *ibi* Dd. *Digest. de Justit. & jur.* & *cap. per ambitionem* 64. *distinct.* ubi glossa ponit carmina: (673, 674, 675, 676)

Cuilibet est homini licitum sua jura tueri:
Quodque resisto tibi, non potes inde queri.

Hinc Lud. Roman. *consil.* 113. † ait, quod is, qui rem 677 suam indefensam relinquit, eam occupanti ultro dimisisse intelligatur, Henrichman. *in append. cons.* 2. *num.* 13.

Protector, an ex abusu privari possit Advocatia, an & quoties, ad desistendum præmoneri debeat. Et hæc hactenus de abusu Advocatiæ, indeque emergente privationis causa dicta sufficere possunt, quia tamen *in leg. quicunque Advocatiam* verba illa, & si à domino suo admonitus non resipuerit, continentur, idcirco priusquam ad reliquas amittendæ clientelæ causas progrediamur, illud etiam *sub finem hic* examinabimus dubium, † *An nimirum ad privandum ex abusu Advocatia Protectorem, necessarium sit, Clientum, vel eorundem magistratus commonefactionem ad cessandum, ac desistendum à turbationibus præcessisse, & quoties eam factam esse oporteat.* (678)

Diversa Dd. sententia. Circa hanc quæstionem in terminis quidem feudalibus quos ad nostram materiam ob paritatis rationem recte accommodari posse existimo, diversæ sunt Dd. opiniones.

Opinio I. Nullius prævia monitionis mentionem facientium. Prima eorum est, qui nullius † monitionis præcedentis mentionem facientes simpliciter asserunt, ob malam tractationem vasallum feudo privari, atque id 679 quod

quód de admonitione Advocati & vasalli in prædicto §. quicunque Advocatiam, dicitur potius cautelæ ac consilii quam necessitatis esse, quorum in numero sunt Vult. de feud. cap. 11. sub num. 36. Afflict. decis. Neapol. 265. numer. 72. Gramm. decis. 104. col. penult. num. 18. & 19. ubi dicit, si advertatur Baldum in §. publici latrones. de pace tenend. non dicere, quod debeat præcedere monitio, sed quod fieri possit, quemadmodum etiam verba ejus sonant, sic enim inquit num. 2. dominus potest eum monere, quod tractet subditos modo debito, alias curia domini potest sibi auferre &c. eumque sequuntur ejusdem fere verbis Alvarott. eod. loco numero 1. Præpos. numer. secundo. Laudens. in §. si quis rusticis arma numer. 3. eod. titul. Curt. Jun. de feud. p. sexta. numer. secundo in fin. Socin. Jun. consil. 134. numer. 38. volum. tertio. Menochius consil. 2. num. 197. volum. 1. Hartman. Hartman. sub tit. de feud. 54. observ. 36. Zas. de feud. part. 10. numer. 55. Wesenbec. cap. 15. numer. 5. Borcholt. cap. 8. numer. 129. Mynsing. centur. 3. observ. 8. numer. 6. Gail. libr. 1. observ. 17. num. 4. & libr. de pace public. cap. 2. numer. 22. Molin. consuet. Parisiens. titul. primo. § secundo gloss. 4. n. 14. Rosenthal. de feud. c. 10. concl. 33. n. 59.

Hanc tenentes sententiam niti videntur subse- [680] quenti † fundamento. Quia enim vasallus male tractando subditos, qui largo modo etiam superioris sunt vasalli ac clientes, ceu tradunt Bartol. in leg. Claudius numer. 2. Afflict. ibidem numer. 2. & 16. Balzaran. numer. 13. Raynaud. numer. 23. in § firmiter de prohib. feud. alien. per Frider. Digest. qui potior. in pignor. Hern. in § illud numer. 2. Alciat. in leg. Modestinus num. sexto Digest. de verbor. signific. Molin. consuetud. Paris. titul. prim. §. 1. gloss. 6 numer. 1. & 2. Roland. à Vall. consil. 1. numer. 79. & sequen. volum. [681] 2. † substantia rei ad dominum pertinentis abuti dicitur, & hujusmodi subditorum offensiones per se illicitæ sunt, ideo vasallus etiam non monitus facile intelligit, quod ab iis abstinere debeat per doctrinam Bald. in cap. primo. §. publici latrones numer. secundo. de pace tenend. quem sequitur ibidem Alvarott. numer. 1. opposit. & communiter alii teste Roland. à Vall. consil. 18. numer. 14. & 19. volum. 3. Hartmann. Hartm. dict. observ. 36. in princip. Gail. dict. observ. 17. numer 5. libr. 1. Grammat. dict. decis. 104. Afflict. dict. decis. 265. num. 11. Boer. decis. 304. num. 1. Curt. Junior. cons. 137. num. 1. Natta cons. 174. numer. 11. Capyc. in invest. feud. cap feuda amittuntur colum. 46. casu 47. Marin. Freccia libr. 2. de subfeudat. Baron. author. 8. num. 1. Mozz. de feud. titul. fin. numer. 79. versicul. inferri etiam potest &c. argumen. leg si cum dotem §. sin vero Digest. soluto matrimon. & cap. fin. de accusat. leg. impera ff. ad SC. Trebell.

[Margin: Fundamentum I. opinionis.]

Et sic ex prædicta ratione concludunt allegati Dd. cum regulariter vasallus ob culpam puniatur, etiamsi, ut desisteret monitus non fuerit, non posse solidum fundamentum ex dict. text. §. quicunque Advocatiam, de necessitate præviæ alicujus monitionis sumi. Nam textus, ut supra diximus, diver- [682] simodas interpretationes habet. † Constat autem ex textu varios intellectus habente, argumentum præsertim contra generalis juris dispositiones non duci teste Bartol. in leg. Labeo Digest. de reb. dub. Cravett. in quæstion. de indemnitate mulier. in fine num. 16. Socin. Jun. consil. 110. numer. 18 volum. 2. Vivius [683] commun. opin. versicul. judex in judicando. † Atque tum is prævalet, qui per alias leges, aut rationes meliores probari potest Bartol. dict. loco & Cravet. num. 17. leg. 1. sed neque Cod. de veter. jur. enucleand. cap. capellanus & ibi Dd. de feriis Jason. in Authent. novissima num. 22. Cod. de inoffic. testament. & in leg. illam num. 9. Cod. de collat. plures citat Hartman. Pistor. quæstion. 36. num. 30. lib. 2. p. 2.

Secunda sententia aliorum est, † qui requi- [684] runt præviam commonefactionem, & quidem non unam duntaxat sed binam, vel ternam dict. §. quicunque Advocatiam & ibi Bald. Alvarot. Præpos. Lud. Roman. & Alexand. leg. divortio §. si fundum Digest. soluto matrimon. Jacob. de S. Georg. in verb. quæritur etiam num. 2. & verb. dictique vasalli num. 59. Socin. cons. 272. num. 9. libr. 2. Jason. in Authen. qui rem num. 5. Zasius de feud. p. 10. num. 55. Socin. Jun. consil. 134. num. 51. libr. 3. Curt. Jun. cons. 137. numer. 20. Cravett. cons. 6. num. 108. libr. 1. Matth. de Afflict. cap. 1. §. licet. num. 13. si de feud. defunct. conten. argumen. §. si quis in sua Authen. ut liceat matr. & aviæ § si autem qui hoc Authen. de Ecclesiastic. tit. & priv. §. presbyteris autem & diaconis Authen. de sanctiss. Episc. gloss. §. si quis autem non implens, & ibi Angel. Auth. de hæred. & Falc.

[Margin: Opinio II. binam vel ternam commonefactionem requirentium.]

Tertio non desunt qui præcise † trinam admonitio- [685] nem desiderant, cap. 1. ubi glossa & Dd. de mil. vas. cap. 1. §. fin. de pace jur. firm. clement. 1. de vita & honest. cleric. Jason. in Authen. qui rem num. 5. versic. limita tamen Cod. de sacrosanct. Eccles. Afflict. in cap. 1. licet num. 4. si de feud. defun. cont. fuer. Curt. Jun. cons. 137. num. 2. Cravett. cons. 6. num. 198. Roland. à Vall. cons. 18. nu. 29. & 30. vol. 3. Wesenbec. cons. 43. n. 129. & cons. 58. n. 10. Borch. de feud. c. 8. n. 130.

[Margin: Opinio III. trinam admonitionem desiderantium.]

Quarto nonnulli non tantum admonitiones † sim- [686] plices sed sub pœna amissionis feudi requirunt, Wesenbec. dict. consil. 57. num. 10. part. 2. ubi expresse decidit, quod ex mala subditorum tractatione vasallus, nisi præcedat monitio domini, ut subjectos bene tractet, cum comminatione, quod alias feudo privabitur eo exui non possit. In eadem stat sententia Curt. Jun. dict. consil. 137. num. 17. Alexan. consil. 103. num. 15. libr. 1. Menoch. de arbitr. jud. libr. 2. centur. 3. cas. 276. num. 16. Intrigliol. centu. feud. quæst. 98. num. 210. Marian. Socin. cons. 134. num. 51. vol. 3. Grammat. decis. 104. num. 8. Rol. à Vall. d. cons. 18. n. 29. ubi hanc receptissimam Dd. conclusionem esse dicit.

[Margin: Opinio IV. præter monitionem etiam specificam pœnæ privativæ monitionem fieri requirentium.]

Quinto plerique in ea sunt opinione, † quod [687] monitio requiratur in delicto amissionis, non autem in eo quod fit committendo. Innocent. in cap. extirpandæ §. quia vero de præbend. quem sequuntur alii omnes Archid. in cap. propter distinct. 18. † Ra- tio est quia non facta latent, facta vero patent, ut inquit Innocent. loco prædicto, quem sequitur Joan. And. Hostiens. & Butr. Ancharan. Imol. Abb. Bartol. Bald. Cuman. Roman. & alii adducti per Alexandr. in leg. [688] ita stipulatus num. 13. Digest. de verbor. obligat. ubi dicit hanc esse elegantem decisionem Castrens. consil. 371. num. 3. in fin. volum. 2. Bald. in authen. hoc amplius num. 16. versicul quæritur utrum Cod. de fideicomm. quod non requiratur monitio ubi quis privatur propter factum sequitur Roman. in leg. cognitione Digest. ad Syllania. Alexand. in leg. 1. n. 7. Cod. de his quib. ut indig. & d. l. ita stipulatus n. 13.

[Margin: Opinio V. dehortationem in delicto amissionis duntaxat desiderantium.]

Cum autem Innocent. dict. loco in † genere lo- [689] quatur, volens, quod si quis non fecerit hoc aut illud, puniatur hac aut illa pœna: quod talis puniri non possit nisi præcedat monitio, modo ipso facto tempus adjectum non fuerit; si vero pro facto affirmativo; veluti quod furans, vel ingrediens talem locum, aut accedens ad moniales, vel clericum percutiens pœna aliqua afficiatur, eam non præcedente etiam admonitione irrogari posse; Recte hanc distinctionis doctrinam ad Protectorem Advocatia abutentem accommodari posse existimo,

[Margin: Innocentii intellectus.]

secundum doctrinam Dn. Rosenthal. *de feud. cap.* 10. *conclusion.* 33. *numer.* 67. ubi ex *infra* allegatorum 690 sententia scribit, ejusmodi † admonitionem non modo in abusu jurisdictionis sive sævitiæ, aut alterius tractationis malæ subditorum, sed etiam in alia qualibet deterioratione requiri, ut videlicet propterea etiamsi notabilis sit, privari nequeat, nisi prius per dominum ut desistat, monitus non resipuerit, sicut etiam ipse textus *in dict.* §. *quicunque* generaliter de inordinata, sive mala tractatione beneficii loquitur, & præterea sentiunt, Paris. de Put. *de reditegr. feud. cap.* 46. *numer.* 10. Schoner. *disputat. feud.* 10. *thes* 55. *libr.* 1. Schneidewin. *de feud. cap.* 1. *part.* 8. *num.* 32. Schrader. *part.* 9. *cap.* 6. *num.* 67. Boss. *titul. de princ. & ejus privil. num.* 56. Nicol. Mozz. *de feud. titul fin. num.* 76. *versicul. vel secundo dicas* sic generaliter distinguit Borcholt, communem pronuncians *de feud. cap.* 8. *num.* 130. Lud. Roman. *in leg. divortio* §. *si fundum numer.* 6. *Digest. solut. matrimon.* de emphyt. & feudo loquens sequitur & declarat Alexand. *ibidem numer.* 3. ubi ejus sententiam tum procedere asserit cum negligentiæ deterioratio accidisset, quemadmodum eandem distinctionem locum habere in feudis asserunt Jacobin. de S. Georg. *de Rheyd. num.* 46. Natta *consil.* 174. *numer.* 12. Carol. Ruin. *consil.* 70. *numer.* 13. *volumin.* 5. Afflict. *in cap.* 1. §. *fin. numer.* 16 *in fin caus.* 23. *Quibus mod feud. amitt.* Molin. *consuetu. Paris. tit* 3. §. 2. *gloss.* 4. *numer.* 14. Hartman. *titul. de feud.* 54. *observat.* 36.

Et ita volunt Feudistæ, si vasalli factum sit negativum, utpote denegando subditis aut subvasallis justitiam seu eam non administrando, & sic omittendo peccet, aliter privari non possit, quam si à domino aut superiore præmonitus, ut officium faciat, justitiam administret &c. sese non corrigat, neque emendet. quibus casibus admonitionem ternam plerunque requirere videntur; si vero vasallus delinquat in deterioratione scilicet committendo siculi sæviendo. male aut tyrannico modo subditos tractando &c. nulla admonitione etiam antecedente eum privari posse statuunt.

691 *Decisio auctoris unicam monitionem suffi. cere existimantis.* Ex enumeratis hactenus diversis † Interpretum opinionibus ultimæ inhærentes, in terminis Advocatiæ concludimus, ad hoc ut Protector propter abusum Advocatiæ eadem privetur, quoad facta in omittendo consistentia unicam admonitionem ut officium suum recte faciat sufficere: Nullibi enim cautum existimo, quod contra Protectorem clientes male tractantem admonitione trina opus sit. Textus quidem *de pace tenend.* ait *in leg.* §. *Quicunque Advocatiam suam vel aliquod aliud beneficium inornate tractaverit, & à domino suo admonitus non resipuerit* &c. sed nihil de admonitione trina, vel etiam bina textus habet, unde recte referri posse videtur, † quod (uti pluralis numerus duobus 692 sic singularis uno contentus est, dictus vero textus, si illo in hanc sententiam uti velis in singulari, vel indefinitive, admonitus &c. loquatur) admonitio una sufficiet.

693 *Objectionis repulsio.* Nec quicquam ad rem facit, † quod dicitur judicem justitiam denegantem, ter debere requiri: Respondetur enim vel hoc regulariter in judicio verum non esse apud Gail. *observ.* 28. *libr.* 1. vel unam requisitionem ter iteratam pro tribus sufficere, vel etiam unam in personam vel publice emissam uti tradit Rol. à Val. *consil.* 40. *n.* 29. *vol.* 4.

694 Et hæc sententia, ut diximus, procedit tametsi † clientes in commonendo protectore non adjecerint verba illa privationis comminatoria nec enim textus *in d.* §. quicunque advocatiam, hanc adjectionem requiri, minus id pro forma præscribit, sufficit igitur ut desistat, monitum fuisse Rosenth. *de feud. c.* 10. *concl.* 33. *n.* 58.

Et hæ præcedentes cum culpa conjunctæ causæ amittendæ Advocatiæ, & in committendo consistunt, sequuntur nunc aliæ in omittendo consistentes.

Corruit ergo quadragesimo, Protectionis contractus ex culpa † etiam Protectorum, si clientes in 695 periculo existentes, tempore necessitatis absque rationali causa indefensos relinquant, debitoque auxilio destituant. *XL. Amissio Advocatiæ ex omissa defensione.*

Cum enim protectionis unio eam ob † causam 696 initio inita, & facta fuerit, ut protector annuo fruens stipendio fidelem ac indubitatam clientibus defensionem exhibeat, ea vero postea non sequatur, patrono scilicet auxilium non ferente, merito clientibus condictio competit ad repetendum honorarium, quod datum est, rescindendumque contractum *tot. tit. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut. & C. de cond. ob caus.*

Sic enim primum Administratores nolentes, vel negligentes defendere officio moventur, *gloss. in leg.* 3. *verb. cogatur, & verb. jurisdictionis C. de proc.* uti etiam ob inferioris judicis negligentiam jurisdictio in superiorem transfertur. Jacob. de Bellov. *tract. crim. cap.* 11. *numer.* 16. *& sequen.* Menoch. 3. *retinend. possess. remed. n.* 414. *& seq.* *Ratio I. huius doctrinæ.*

Ita quoque secundo munus † suum negligente 697 vasallo contractum Feudalem vel ipso jure, vel per actionem ex capite non secutæ causæ dissolvi, testatur Schenck. de Tautenberg *de Feud. libr.* 3. *titul.* 6. *Ad hunc tantocunque numer.* 1. ubi scribit vasallum requisitum, Dominum suum non adjuvantem regulariter Feudo cadere, idemque docuerunt Rosenthal. *Synops. Feudal. cap.* 10. *quæstion.* 40. *numer.* 27. Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. convention. leg.* 3. *tit.* 17. *num.* 20. *Ratio II.*

Et nominatim hanc amittendæ Advocatiæ ex defraudata defensione, promanentem causam observavit D. Hepingk post hæc scripta visus *in dissertat. de Jure protect. conclusion.* 71. *lit. D.* ubi existimat nec nomen protectoris † mereri qui protegendo suum non facit officium, argumen. *leg. unic. Cod. de nud. jur. Quirit. toll.* quod & adstruit glossator. *cap. in quibusdam extra de pœnis,* ubi notat quod sicut vasallus amittit Feudum, ob non servatam fidelitatem, ita quoque Advocatus jure Advocatiæ ob non præstitam defensionem.

Ita quoque tertio si conditio † quædam qua fœdus & societas inita erat non præstatur, renunciatio Societatis valet *leg.* 15. *ff. pro Socio.* *Ratio III.*

Sic etiam quarto subditos † non esse obstrictos 698 ad obsequia dominorum suorum, si iisdem illis debitum & promissum defensionis officium non præstiterint post Baldum tradit Jacobin. de S. Georg. *Rubric. de Roydis numer.* 48. Non enim Dominus à subditis præstari sibi petere potest, nisi ipse prius ex sua parte præstiterit illud ad quod se obligavit, *leg. Julianus* 23. §. *offerri* 8. *Digest. de action. & emption. leg. quaro* 54. §. *inter locatorem* 1. *Digest. locati.* Paris. *consil.* 33. *numer.* 57. *libr. prim.* Et qui fidem † contractus non adimplet, facit ut adversa pars liberetur *cap. frustra de regul. jur. in sexto. leg.* 12. *leg.* 21. *Cod. de pact. leg.* 27. *de inoffic. testamen.* Hartman. Pistor. *part.* 2. *quæstion.* 24. *numer.* 4. 5. 6. Joan. Vincent. Honded. *volumen.* 2. *consult.* 34. *numer.* 19. Mynsinger. 3. *observat.* 96. *&* 4. *obser.* 7. *&* 8. Schrader. *de feud. p.* 9. *c.* 4. *n.* 88. Col. *de process. exec. p.* 4. *c.* 1. *n.* 97. *&* 105. *Ratio IV.*

Quin-

Ratio V. Quinto in hujus rei confirmationem inprimis etiam faciunt tradita per Bart. Musculum *in disput. de confraternitat. conclus. penult.* Ubi scribit, fraternitati † renunciari posse si conditio sub qua inita, non præstetur, vel si ea re cujus gratia principaliter contractum fuit, fratri non liceat frui, ut si denegetur defensio sine justa causa argument. *leg.* 15. *Digest. pro Socio.* Hinc est quod non † præstans id cujus causa conventio facta est, dicatur non servare formam contractus; quæ ex integritate consistit, *l. si is, qui ducenta.* §. *quadam, ff. l. ad leg. Fal. rei appellatio, vers. opere, & l. adificia, vers. perfecisse ff. de verb. significat.* Hermanoct. Decus *l.* 4. §. *Cato num.* 54. *de verb. oblig.* Bar. *in l. Graci,* §. *illud nu.* 4. *de fideiuss.* Achil. Pedrocch. *respons. de interpret & resol. contr. num.* 118.

699

700 Ratio VI. Sexto Jura pariter in simili statuunt, † donationem, liberto factam, revocari sola ratione obsequii, non præstiti, ut tradit gloss. *in capit. final. de donat.* & text. *in l. final. C. de donat.* Mozzius *de donat. tit. quemad. annulletur & revocetur donat.*

Alioquin enim clientes & re sua, quam patrono dedere, atque auxilio, cujus causa dedere, carere cogerentur, *contra l. emptorem,* §. *ibid. ait, vers. neque enim ff. de actionibus empti,* & protector ex parte sua satisfacere, sive contractum adimplere nolens ex malitia sua commodum reportaret, contra *l. non fraudantur,* §. *nemo ex suo ff. de regul. Jur.* cumque non faciat, quod tenebatur, contravenit contractui protectitio, per *l. qui non facit ff. de reg. Jur.*

701 Siquidem omittens, † ad quod se teneri sciebat, vel scire debebat, in dolo esse præsumatur, argum. *l.* 1. §. *est autem ff. deposit. l. si Procuratorem,* 8. §. *dolo autem facere, leg. dolum,* 44. *cum gloss fin. ff. mandat.* Felin. *in c. si autem, nu.* 1. *de rescript.* Bartol. *in l. dolum, nu.* 3. & 4. *ibid.* Paul. Castr. *nu.* 3. *C. de dol.* Alexand *consilio* 41. *n.* 7. *libr.* 3. Corn. *conf.* 116, *nu.* 4. *ad fin. & conf.* 128, *nu.* 5. *vol.* 3. Riminald. *conf.* 391. *nu.* 23. quem refert & sequitur Mascard. *de probat. conclus.* 31 *nu.* 149. *libr.* 1. Decian. *conf.* 60. *nu.* 46. *vol.* 2. Afflict. *in c.* 1. §. *praterea si vasallus, nu.* 12. *qua fuit prim. caus. benef. amitt.* citat gloss. *in l.* 1. *ibi.* ex qualitate *ff. de dolo malo.* Ideoque contractui facto inhærere amplius, invitis clientibus, nequit, cum frustra sibi ab ipsis servari desideret, quibus fidem à se præstitam servare renuit, *c. frustra.* & *ibi* Dd. *de reg. Jur. in* 6.

702 Quare absurdum esset, eum, qui ex parte † sua contractui non satisfacit, ex contractu sese juvare, contrahentemque secum ad pacti contractus adimpletionem cogere, Bald. *l. petens, nu.* 46. *Codic. de pact.* Jas. *l. cum proponas, la.* 2. *nu.* 4. & 5. *C. eod. tit.* Mascard. *de probat. conclus.* 387. *num.* 9. & *per tot.* Petr. Alvarot. *l. rescriptum,* §. *si pacto, nu.* 18. *ff. de pact.* Petrut. *l.* 1. *nu.* 62. *ff. de Jurejur.* Crav. *conf.* 246. *nu.* 3. Alc. *conf.* 7. *nu* 5. *lib.* 8. Roland. à Vall. *conf.* 53. *nu.* 27. *vol.* 1 Tiber. Decian. *conf.* 60. *nu.* 44. *lib.* 2. Bursat. *conf.* 101. *nu.* 16. *vol.* 1. & *conf.* 194. *nu.* 2. *vol.* 2. Modest. Pistor, *conf.* 2. *num.* 30. *conf.* 45. *num.* 3. & *conf.* 48. *num.* 2. *vol.* 1. text. *l. quaro.* §. *inter locatorem ff. locat.*

Quorsum & omnia Jura, frangenti † fidem servandam non esse volentia, referenda sunt, *c. frustra, de reg. Jur. libr.* 6. *gloss. cum inter R. Extr. de elect.* Anton. de Petrut. *d. leg.* 1. *nu.* 63. *ff. de Jurejur.* Neviz. *sylv. nupt. lib.* 4. *nu.* 48. & *nu.* 135. Tiraq. *de utroq. retract. p.* 2. §. 3. *gloss. unic. nu.* 21. Exea. *tract. de pact. nu.* 382. Cassan. *in Catal. glor. mund. p.* 1. *consid.* 21. Seraph. *tract. de juram. priv.* 60. *nu.* 12.

Circa quæ tamen illud observandum est, quod tractans solita † ac consueta à dolo, secundum Wesenbec. *conf.* 53. *nu.* 56. excusantia, vel qui offensus ac lacessitus quid facit fidem frangere non dicatur, arg. *l.* 132. *de verb. oblig.* Georg. Everh. *conf.* 56. *nu.* 87. *vol.* 1. ubi *nu.* 88. ex Jas. Alex. Hippol. de Marsil. Soc. Jun. & Hercul. causam etiam levem, ad excusandum aliquem, ne fidem fregisse dicatur, sufficientem esse ait.

703 Denique generatim etiam Juris per se manifesti est, quod si unus † ex contrahentibus etiam in re minima, pro parte sua promissa non adimpleat, alteri fas sit, contractum itidem non observare, & ab eo discedere, ut docuit Bart. *in l.* 56. *ff. locat.* Alexand. *in l. fin. C. de his, quib. ut indign.* Decius *in l. cum proponas, C. de pact.* Menoch. *conf.* 35. *num.* 3. *libr.* 1. Bald. *in l. pacta conventa, num.* 1. *lect.* 2. *de contrah empt.* cum aliis, quos congerunt, & sequuntur, Jas. *conf.* 216. *num.* 1. *vol.* 2. Rol. à Vall. *conf.* 53. *num.* 29. *vol.* 1. cumulatiss. Franciſc. Bec. *conf.* 45. *num.* 6. & *seq.* Bursat. *conf.* 259. *nu.* 4. *vol.* 3. & plures, quos refert & sequitur Fab. Turret. *conf* 74. *num.* 7.

704 Ampliatio. Et prædicta adeo vera † esse Dd. volunt, ut procedant etiam in contractibus & pactionibus, jurejurando roboratis, in quibus non censetur fidem frangere, aut promissioni juratæ contravenire, si adversarius non præster, quod pollicitus fuit, *c. pervenit,* & *c. sicut* 3. §. *fin. de Jurejur.* Corn. *conf.* 102. *num.* 4. & 13 & *conf.* 149. *num.* 12. *col.* 1. Roland. à Vall. *conf.* 53. *num.* 30. *vol.* 1. Anchar. Jun. *q.* 51. *num.* 7. & 8. *libr.* 3. Becius *conf.* 45. *sub num.* 12. Decian. *conf.* 1. *num.* 64. *vol.* 3. Panciròl. *conf.* 119. *num.* 47. *vol.* 1. Menoch. *conf.* 84. *nu.* 72. *col.* 1. Joan. de Selv. *de Jurejur. part* 3. *num.* 46. Cun. *de pact. cap.* 22. *num.* 95. 96.

705 Hinc & Apostillator † ad Abbat. *in d. c.* 3. *sub lit. G. de Jurejur.* ait, hunc unum esse casum, quo licitum est, sibi ipsi propria authoritate remittere juramentum, referente Pedrocch. *de respons. de interpr. & resolut. contr. numer.* 126.

Objectio. 706 Nec vero obstat huic decisioni, si dicatur, quod contractus † jam consummatus & perfectus non rescindatur ex eo, quod alter non adimpleat, sed cogi possit ac debeat ad implendum, *l. incivile Cod. de rei vendicat. l. non idcirco, C. de rescind. vendit.* † nec sit locus resolutioni sub prætextu contraventionis, etiam in substantialibus: sed agendum sit vel ad implementum vel ad interesse, *l. sicut. C. de act. & obligat. l.* 1. ubi Dd. præcipue Castrens. *C. de act. empt. l. in commodato,* §. *sicut, ff. commodat.* Bart. *in l. ult. num.* 13. ubi etiam Jas. & alii, *de condict. ob caus.* Crot. *conf.* 75. *num.* 19. *vol.* 1. Ludov. *decis. Perus.* 53. *num.* 4. Francisc. Beci. plures accumulans *conf.* 45. *num.* 1. & 2. Idem ultra eos responderunt Alex. *conf.* 212. *num.* 2. *vol.* 2. Natta *conf.* 219. *nu.* 5. *vol.* 1. Ruin. *conf.* 128 *in fin. vol.* 5. Alciat. *conf.* 108. *num.* 5. Gabr. alios allegans. *conf.* 51. *num.* 11. *vol.* 1. Anton. Eugenius *conf.* 29. *num.* 29. *vol.* 1.

707

708 Solutio præcedentis objectionis. Quia ad hoc respondetur, nedum † innominatos sed etiam contractus nominatos perfectos atque consummatos rescindi propter implementum, ab altera parte non secutum, quoties illud, quod erat implendum, fuit causa potissima seu finalis ipsius contractus, tex. notab. *in l. cum te.* ubi gl. *verb. conveniat.* Bal. Sal. Castrens. *num.* 1. 2. & cæteri *C. de pact. interempt. & vendit.* Bart. *in l. ult. num.* 11. dicens glossam præcitatam esse veram, secundum omnes, & *numer.* 14 *ff. de condict. caus. dat.* Bald. Novell. *de dote p.* 6. *privil.* 50. *vers. nam debes scire* Cravett. *conf.* 246. *num.* 2. Cephal. *conf.* 674. *numer.* 67. *vol.* 5. & Emanuel Soarez. *in thesaur. recept. sent. lit. C. numer,* 302. ubi hoc commune interpretum placitum attestatur post Alexandrum, Socinum, Jasonem Corneum, Curtium, Afflictum & Pinellum, quos *ibid.* commemorat.

709 Constat autem, † protectionis contractum ideo potissimum ac unice fieri ac celebrari, ut clientes per Tutorem defendantur, & sic illud, quod erat implendum, fuisse

710 fuisse causam finalem contractus; pro causa † enim finali habetur, quod causam contractui dedit, & sine quo contractus non fuisset initus, Tiraquell. *in tit. causa cessante, num. secund.*

Limitatio hujus modi prima. Circa hanc tamen amittendæ Advocatiæ causam limitationis loco advertendum est: Si quis duos † habeat comprotectores, uno quidem partes suas in 711 defendendo non implente altero tamen Clientes perfecte ac sufficienter defendente, quod eo casu, præstita ab uno protectio alterius negligentiam excuset argument. *l. 29. versicul. Quod si socii sint Digest. de libr. leg.*

712 *Ratio limitationis.* Ratio est quod paria † sint, per se, vel cum alio conjunctum aliquid tale esse *l. 11. §. 2. & ibi Bl. de aq. & aq. pluv. arc.* post Br. in duobus Fratribus vasallis loquentem Boer. *decis. 300. num. 3.* quibus addendus Pereg. *consil. 29. num. 22. lib. 1.* Ubi quærit an in Jurisdictionalibus duorum sociorum Feudis delictum unius Feudo utrumque privet?

713 *Limitatio II.* Secundo limitando notandum est Protectorem, propter omissam † defensionem, Jure Protectionis non exui posse, si ad auxilium ferendum sese obtulerit, clientes autem opem ipsi oblatam respuerint. 714 Si enim quis ad impletionem † se offerat, alter autem suscipere recuset, sufficit talis oblatio, *l. 2. §. quod ait Digest. quod legatur.* Hering. *de fidejussor. capit. 10. numer. 496.* 715 † Et facit quod ex beneficio legis vel contractus concessum aut debitum aliquid, accipiat hanc tacitam conditionem si is, in cujus favorem introductum est, eo uti velit, *l. ult. Codic. de excusat. rei judicat. l. debitoribus, & ibi* Alexand. & alii *ff. de re judicat. l. universa Cod. de precibus Imperat. offerend.* Carotius *decis. 116. num. 3.*

Quare cum clientes ipsimet protectionis intermissæ causam dederint, nullam in Protectorem culpam conferre possunt.

716 *Ratio limitationis secunda.* Causans enim † non causatus actus, est spectandus, Cravetta *respons. 1. pro genero, num. 33. & 60.* nec objicere quis id alteri potest cujus faciendi causam ipse objiciens præbuit Bart. *l. 1. §. 1. ff. quod legator.* facit text. *in l. altius ff. si servit. vind.* Cravett. *cons. 83. num. 2. & cons. 919. num. 10. & cons. 969. num. 7.* ubi id multis Juribus adductis communit.

717 *III. Limitationis.* Tertio fallit prædicta † ob omissam protectionem de privatione Advocatiæ tradita regula, ut locum non habeat, si Advocatus ad defensionem præstandam à clientibus non sit requisitus, tunc enim omittens defensionem propterea privari Advocatia non potest, per rationes & Jura *supra Cap. XI. de offic. protectorum* fusius allegata.

718 *Sublimitatio.* Hoc ipsum tamen limitatur, † & locum non habet, si hostes clientum, eosdem invasuros, quocunque modo juverit, ut, si iisdem annonam, arma, iter, transitum per loca sua præbuerit. Tum enim omittens defensionem, perdit Advocatiam: tametsi requisitus ad defendendum non fuisset, per ea, quæ in simili de amittendo feudo tradunt Feudistæ *in ca. Imperialem §. illud quoque, de probibit. feud. alien. per Frideric. c. 1. de form. fidel. & c. 1. de nov. form. fidelit.* Balzaran. *in c. si capitanei, num. 12. vers. & vasallus si fecit confœderationem quib. mod. feud. amitt. titul. 17. lib. 1.* Zal. *de feud. part. 1. num. 43.* Schneid. *in epit. feud. p. 8. cap. 1. num. 175. caus. 38.* post Matt. de Afflict. *decis. Neapol. 265. n. 109.* allegans Raphael. Cuman. *cons. 61. per tot.* ubi hoc plene tractat. Schrader. *d. feud. p. 9. cap. 5. num. 32.* post Barbat. *in c. caterum, nu. 107. de Judic.* Schoner. *disput. feudal. 10. thes. 34.* Alexand. *cons. 92. num. 19. & seq. libr. 6.* Thom. Grammat. *decis. 6. in princip. si arma* inquit, *vel equos in favorem hostium transmittis,* &c. eleganter Natta *cons. 174. num. 17. tom. 1.* Dec. *cons. 604. num. 1. in fine & 2.* Joan. de Anan. *cons. 7. num. 10. & 11.* argumento. *l. si quis barbaris, 9.* & ibi gloss. *Cod. de re milit.* 719 † Cum enim clientes contra hostes, quantum potest, juvare promiserit, certe ipsis hostibus auxilio esse ratione ulla non debet, Matth. Wesenbec. *de feud. c. 15. num. 5.* Vult. *de feud. lib. 1. c. 11. num. 38.* Grat. *cons. 1. num. 75. vers. circa secundum,* Henr. à Rosenthal. *synops. feud. cap. 10. conclus. 19. nu. 1.*

720 *Declaratio prædictorum.* Intelligenda tamen sunt prædicta, † dummodo Advocatus seu protector hostibus clientum transire volentibus, resistere & eos transitu prohibere potuerit, ut in simili tradunt Doctores, præsertim Hieron. Gigas *tract. de crim. laes. majest. tit. de prodit. qu. 1. num. 13. libr. 3.* sequitur Schrader. *d. p. 9. cap. 5. numer. 32. vers. hac conclusio* Schneidew. *d. p. 8. c. 1. num. 176.* argum. *c. 1. §. praterea ibi,* quam citius potest, &c. *qua fuit prim. caus. benef. amitt.* facit lex *item quaritur 13. §. exercitu, 7. ff. locat. & conduct.*

721 Justo enim metu captivitatis, † depopulationis agrorum similiumve compulsus, hæc hostibus concedens, pœnam privationis non meretur, Schneid. *d. cap. 1. vers. aut si ad vitandam,* Joan. Imol. *cons. 34.* Hieron. Gratus *d. cons. 1. num. 84. cum seqq. & consil. 5. num. 36. vol. 1.* Schoner. *d. thes. 34.* Panormitan. *consilio 3 num. 5. in quaest. 6. vol. 2.* Joan. de Imol. *consil. 34.* Dec. *consil. 604 num. 8. & ibi additio Carol. Molin. in verb. metum.*

722 *Protector ob culpam omissæ defensionis ad privationem conventus, quibus ex causis actionem adversus se institutam elidere possit.* Præterea hoc loco generatim notandum est, † Protectorem, si ex causa omissæ defensionis ad privationem conveniatur, elidere posse adversus se institutam actionem, omnibus ex causis illis, quas sub *Capite 11. de offic. protectoris*, pro limitationibus assignavimus, quare eundem, si casus in facto occurrat, eo remittimus.

XLI. Cessatio Advocatiæ ex defraudatione salarii. Quadragesima prima † porro causa dissolvendæ Advocatiæ est defraudatio, seu retentio honorarii Protectoribus promissi. Si enim clientes fidei datæ immemores, das Schirmgelt / Advocatis suis pendere detrectent, vel amplius solvere nolint, Protectoribus quidem liberum est, ad solutionem agere, vel à contractu clientelæ discedere eumque distrahere.

723 Pactum enim non servans cliens. † non potest in eo facere fundamentum, ut notat Baldus *in rubric. C. de pact. in fine,* Panormitan. *in c. quemadmodum, de Jurejur.* Matth. Cuno *de pactis libr. 1. capit. 22. numer. 88.* 724 *Ratio I.* † Et fidem frangenti fides etiam non est servanda, *d. leg. cum proponas,* & ibi Doctores *Cod. de pactis, l. Julianus, 13. §. offerri,* & *& l. qui pendentem 25. ff. de action. empt. d. l. quaro §. inter locatorem Digest. locati* 725 textus insign. *in l. si diversa 14.* ubi prolixe Doctores & *l. sive apud 28.* & *ibidem* Bartol. & Dd. *Codic. de transact. capit. frustra* gloss. & Dynus *ibidem de regul. Jur. in l. 6. pollicitat.* & ibi Bartol. *Cod. de donat. ante nupt.* gl. & Dd. *in l. qui fidem ff. de transact. c. dilectus, Extr. de Simonia.*

726 *Ratio II.* Hincque recepta interpretum Doctrina est, † contractum non observare alteri fas esse, quoties alter contrahentium pro parte sua promissa non implet, ut docuit Bald. *in l. pacta conventa, numer. 1. lectura 2. de contrahend. empt.* cum aliis quos congerunt & sequuntur Jas. *cons. 216. numer. 1. vol. 2.* Rol. à Valle *cons. 53. numer. 29. vol. 1.* & cumulatissime Francisc. Becius *cons. 45. num. 6. cum sequent.* Pedrocch. *cons. 1. numer. 246. vol. 1. & cons. 22. numer. 12. & 13. vol. 2.* & ita etiam respondit Fabius Turrettus *consilio septuagesimo quarto, numer. 7. vol. 1.* Ex quorum numero & authoritate constat, hanc opinionem esse communiter approbatam, quam etiam sequitur Bursat. *cons. 259. num. 4. vol. 3.*

727 *Ratio III.* Tum, † quia frustra fidem quis sibi postulat ab eo

eo servari, cui fidem à se præstitam non servavit, *c. frustra, & ibi* Dyn. Alber. Anchar. Philip. Franc. & Dd. *de reg. Jur. lib.* 6. Tum, † quia etiam frustra petit debitum, à promittente, qui quod vicissim debet & promisit, non impendit, Paul. Castr. *cons.* 70. *nu.* 7. *in fin. lib.* 1. Vital, Camban. *in tract. claus. tit. an aliment. renunc. poss. nu.* 93. per text. *cap.* 1. *de mut. petit.*

728

719 *Ratio IV.* Imo dolus † est id non præstare ad quod se teneri quis novit *l.* 44. *ff. Mand.* Roman. *cons.* 191. *numer.* 3.

730 Unde etiam qui non facit † quod debet, non recipit quod oportet, Cavalc. *decis.* 43. *numer.* 66. *p.* 1. Rosbach. *proc. Civil. tit.* 1. *num.* 62. Et si quid recipit, † ad

731 ejus tenetur restitutionem *l.* 9. §. 1. *vers. sed licet. Quod metus causa.* Pistor. *cons.* 19. *numer.* 16. Bald. *cap.* 1. *column. ult. qualiter, dom. propriet. privet.* Bald. *cap.* 1. §. *porro qua fuit prima causa* Jas. *consilio* 4. *in princ. libr.* 3. Cuno *de pact. d. cap.* 22. *num.* 91.

732 *Ratio V.* Tum † denique quia data contraventione primi secundus non incidit in pœnam *d. l. sive apud acta Cod. de transact. l. si instituta ff. de inoffic. testament.* Hinc est

733 quod si Dominus fidem † vasallo non servet, vasallus non teneatur servare juramentum fidelitatis, & consequenter nec servitia juramento promissa præstare gloss. *in cap.* 1. *§. ult. verb. utilitatem ibid.* Beluis. Alvarot, *num.* 7. Laudens. *num.* 4. & cæteri *de nov. form. fidelit.* Panormitan. *in cap. pervenit num.* 3. *de Jurejur.* Jas. *in l. cum proponas* 21. *num.* 6. *Cod. de pact.* Schrader. *p.* 6. *cap.* 5. *num.* 15. Kohl. *de servit. feudal. lib. part.* 2. *numer.* 97. Decius *cons.* 265. *numer.* 4. Ubi decidit Domino promissa non servante, vasallum ab observatione Juramenti liberari.

XLII. Dissolutio Advocatiæ ex inobservantia pactorum. Porro ex prædictis duabus specialibus perdendæ Advocatiæ causis derelictionis nimirum in periculo, & defraudationis salarii, quarum hæc clientes illa vero protectores respicit, † quadragesima secunda Protectionis dissolvendæ generalis ratio resultat ex inobservantia scilicet, aliorum & qualiumcunque pactorum, argument.

734 *capt. militare vers. de Protectoribus & vers. Si amplius quæris.* 23. *quæst.* 1. Decius *cons.* 117. *nu.* 16. *& sequent. versic. Tertio considero libr.* 3. Decian. *cons.* 18. *nu.* 122. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 32. *num.* 64. *lib.* 1. Bec. *cons.* 9. *nu.* 144. Vult enim sibi quisque credi † (ait Livius *lib.* 22. *c.* 22.) ac habita fides obligat fidem. Et nemo † fere credit nisi ei, quem fidelem putat: Unde perditissimorum hominum est, & Amicitiam dissolvere, & eum, qui læsus non esset nisi credidisset, fallere. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Quo nomine ne & Germanici nostri (quorum pectora † ad promissa constantissima, & certa voluntatis composita perpetuatione, non vulgares colere amicitias, Scalig. *exerc.* 167. *dist.* 1. testatur) apud exteros male audire, cogantur, ipsa avertat fides. Quoniam ergo fallacia † pactorum, dolum semper habet adjunctum, ut per text. *in l.* 41. *Codic. de trans.* ostendit Dec. *consil.* 452. *num.* 7. Cravett. *consil.* 6. *numer.* 46. Bertazol. *crim.* 70. *numer.* 15. Surd. *cons.* 10. *numer.* 70. Rot. Rom. *decis.* 280. propterea non abs re est propter inobservantiam pactorum inter Advocatum ac clientem ictorum, protectionis jus dissolvi atque irritari, ut per præallegata Juris axiomata generatim etiam edoctum est.

735 *Advocatia utrum ob quaslibet non servatas pactiones dissolvatur. Decisio quæstionis cum distinctione.* Verum pro clariori hujus rei enodatione, † non impertinenter hic quæritur: *An ob quaslibet pactiones adjectas & non impletas, Advocatia ob earundem inobservantiam dissolvatur?*

Ad hanc quæstionem adhibita distinctione respondendum esse censemus; Aut enim in tali, vel tali pacto apponendo inter clientes ac Patronum expresse conventum est, ut si pactum non servetur, contractus Advocatiæ dissolvi debeat, aut nihil omnino explicite dictum est.

736 *Ratio decisionis I.* Priori casu absque dubio † ex pacto ejusmodi adjecto, qualecunque illud sit, non impleto, jus protectionis resolvitur, per generalem Juris traditionem, qua statuitur, † nihil tam humanæ fidei congruere, quam

737 ut rata sint ea, quæ semel placuerunt, *l.* 1. *in pr. ff. de pact.* Afflict. *decis.* 265. *num.* 101. Stracch. *tract. de mercatur. p.* 2. *num.* 10. Mozz. *de contract. tit.* 1. *art.* 3. *nu.* 8. Ronucl. *in l. ut vim. num.* 206. *ff. de justit. & Jur.* Boer. *in consuet. Biturig. tit. de consuet. matrim.* §. 2. Frider. Pruckman. *tom.* 1. *cons.* 46. *num.* 156.

738 *Ratio decisionis II.* Tum, † quod naturalis ratio atque æquitas pactorum & contractuum observantiam præcipiat, *d. l.* 1. *in pr. ff. de pact.* tum, quod pacta & conventiones sint Jurisgentium *l. ex hoc Jure, ff. de just. & Jur.* † tum eti-

739 am, quod in talibus pactis apponendis, interveniat consensus mutuus Patroni & clientum, qui de Jure naturæ observari debet, *d. leg* 1. *ff. de pact.* Curt. Jun. *in l.* 1. *num.* 11. *ff. quod quisque Jur.*

Infertur igitur ex hac decisione, quod ex aliis etiam causis & quidem levioribus, quam quas hactenus enumeravimus, jus Protegendi resolvatur, si ita inter partes conventum sit, † quemadmodum etiam in feudis

740 fieri solet, quod nimirum conveniri possit per concedentem, & accipientem in feudum, ut ex certis etiam non expressis in Jure feudorum, neque ibi expressis paribus, aut majoribus causis amittatur feudum, Alvarot. *in capit.* 1. §. *sed nec est alia, numer.* 2. per illum text. *qua fuer. prim. caus. benef. amitt. ibidem* Afflict. *numer.* 36. *versicul. secundo not.* Frideric. Schenck. *ibidem numer.* 2. Isern. *numer.* 35. *in princip. & versicul. si autem convenit,* Bald. *in* §. *porro si dominum, num.* 5. *eodem tit.* Alvarot. Præpos. & Afflict. *in ca.* 1. *de feud. sine culp. non amitt.* Ripa *in leg. fin. numer.* 101. *Cod. de revoc. donat,* quem referendo sequitur Schrader. *tract. feud. p.* 9. *capit.* 9. *numer.* 5. *versicul. quadragesima prima causa.* ubi hoc multis modis ampliat, & limitat. Albert. Brun. *consilio* 41. *numer.* 19. *& seq.* & compluribus allegat. Rosenthal. *synops. feud. cap.* 10. *conclus.* 14. *numer.* 8.

741 *Ampliatio decisionis I.* Ampliatur autem prædicta conclusio, † ut tanto magis procedat, Advocatiam nempe ex pacti appositi inobservantia evanescere, quando pactum causam ejusmodi in se contineat, ob quam ipso etiam Jure clientela amittitur: quia tunc pœna amissionis non minus ex conventione, quam Juris dispositione incurritur, siquidem duo vincula fortiora sunt uno, argument. *leg. re conjuncti.* 89. *ff. de leg.* 3. *Authent. cessante Codic. de suis & legit. hared. Authent. itaque Codic. commun. de success.* §. *sed hodie Instit. de adopt.* Petr. Ravenn. & alii *in d. capit.* 1. §. *sed non est alia, qua fuit prim. caus. benef. amitt.* per ill. text. facit *l. quod favore, Codic. de legib.*

742 *Ampliatio II.* Ampliatur secundo eadem conclusio, † ut locum habeat, sive pactum illud Advocatitio contractui adjectum in committendo sive omittendo consistat, siquidem, quoad pœnæ conventionem in hoc par sit ratio; † pœnalis autem dispositio semper extenditur,

743 ubi similis militat ratio, prout docuit Jason auctoritate gloss. *in capit.* 1. *in verbo. Italia de temper. ordin. in* 6. quæ vult, quod quando est eadem ratio, etiam in pœnalibus licita sit extensio, vel ampliatio, idque sequuntur quam plures allegati per *d.* Jas. *in l. fin. de in jus voc.*

744 *Alterum distinctionis membrum.* Et hæc hactenus de † primo distinctionis membro, nunc ad alterum accedendo concludimus, quod si in pacti adjectione, ob ejus inobservantiam de infirmanda Advocatia nihil dictum fuerit, tunc non ob quodlibet non servatum, clientelam rescindi: ut si forte Protector pactus sit, per Clientes ei

ei semper ad Calendas Januarii aliquid strenæ loco mitti; tunc, etiamsi illi hoc non faciant, ob id tamen non solvitur.

745 *Ratio decisi posterioris Membri I.* Advocatia; † quemadmodum in simili, si conventum sit annis singulis, præter servitia, Canonem aliquem præstari ex feudo, tametsi vasallus tempore convento nihil præstet, feudum non revocaretur, ut multorum auctoritate definit Schrader. *capit.* 6. *numer.* 75. *causa* 29. *p.* 9. Paris. de Put. *de redint. feud. capit.* 10. *per tot.* Caccialup. *de feud. recogn. p.* 7. *membr.* 3. *differ.* 5. *num.* 5. *& seq.* Borcholt. *de feud. cap.* 3. *numer.* 26. *in fin. & numer.* 44. & compluribus agglomeratis, Henric. Rosenthal. *synops. feud. capite* 10. *conclus.* 34. *numer.* 10. *&* 33. ubi etiam contraria argumenta solide refellit.

746 *Ratio II.* Sic etiam † non ob quodlibet pactum non servatum, donatio ex *l. fin. C. de revocand. donat.* sed propter tale duntaxat, quod donationi principaliter causam dedit, revocatur, sicut eleganter docet Fachinæ. *part.* 3. *controvers. Jur. lib.* 7. *cap.* 87. Ripa *ad l. fin. numer.* 132. *Codic. de revoc. donat.* Eman. Soarez. *thesaur. sent. C. num.* 302. Modest. Pistor. *consil.* 2. *num.* 31. Bart. Bald. & Salyc. *in l. incivile* 12. *C. de rei vendicat.* Socin. *fallent.* 1. *regul.* 149.

747 *Ratio II. generalis.* Quin & ratio † generalis hujus decisionis hæc assignari potest, quod, sive contractus sit nominatus, sive innominatus, ob inobservantiam pacti tunc demum agatur ad revocationem contractus, si pactum adjectum concernat causam finalem per *l. cum te fundum C. de pact. inter empt. & vend. l.* 1. *C. de donat. quæ sub modo*, 748 † si vero non sit causa finalis, tunc non ad rescissionem, sed ad observantiam pacti agitur, *l. ea venditione C. de rescind. vendit.*

749 *Limitatio prima, posterioris Membri decisi.* Limitatur tamen ista traditio, † ut locum sibi non vendicet, si tale pactum adjectum sit, propter quod non servatum, Jure communi contractus ex pœnitentia, revocatione, seu condictione causa dati, causa non secuta, dissolvi potest, sicut fit in donationibus, de quo late tractat Bartol. *in leg. fin. numer.* 13. & post eum alii, *Digest. de condict. causa dat.*

750 *Limitatio II.* Secundo limitatur † posterioris membri decisio, ut non procedat, si pactum adjectum talem causam contineat, ob quam per se etiam ad resolutionem Juris protectitii agi potest: quia tunc tametsi de contractu rescindendo nihil expressum fuerit: tamen ob ejusmodi pactum, non servatum, jus protegendi dissolvi potest, per Jura & rationes *supra* adductas. Si enim pactum ejusmodi aliquid continet, propter quod Jure communi Advocatia committitur, illud non minuit, sed aggravat potius pœnam, ut ea non minus ex pacto, quam Jure communi infligatur, ut in materia feudorum arguit doctissim. Dn. Rosenthal. *cap.* 10. *conclus.* 14. *numer.* 9.

Sublimitatio præcedentium limitationum. Hæ tamen adductæ limitationes aliter non procedunt nisi rebus omnibus utrinque in eo, quo ab initio fuerunt manentibus statu. In omnibus enim dispositionibus, † contractibus, pactis & promissionibus, 751 Clausula *rebus & terminis sic stantibus*, tacite subintelligitur, ut fuse docet Tiraquell. *in leg.* 8. *Codic. de revoc. donat. in præfat. numer.* 166. Cravett. *consil.* 668. *numer.* 15. Decian. *consil.* 19. *numer.* 25. *vol.* 4. Menoch. *consil.* 27. *numer.* 47. etiamsi promissiones 752 juratæ † sint, ut testatur Honded. *consil.* 18. *numer.* 46. *& consilio* 111. *numer.* 49. *& sequent. vol.* 1. ubi hoc locum habere ait in promissione habente verbum aliquod extensivum ad futurum arg. *l.* 51. *de legat.* 2. Et hanc in rem pro more suo acute disputat Seneca *de benef. lib.* 4. *cap.* 34. 35. *&* 38.

Amissio Advocatiæ per universitatem. Sed hæc, quæ hactenus de Advocatiæ ex diversis delictorum generibus causata amissione dicta sunt, non solum ad personas Patronorum singulares, sed ipsas etiam universitates referenda sunt.

753 Quod, † ut clarius innotescat, non abs re hoc loco illa examinatur quæstio: *Utrum scilicet universitas vere & proprie possit delinquere?*

Universitas an & quatenus delinquere & jus Protectionis ob delictum amittere possit. Deinde vero videndum est, quæ requirantur ad hoc, ut universitas dicatur deliquisse, & delicto per ipsam patrato Advocatiam amisisse.

Ad priorem disquisitionem quod attinet, † haud præter rationem prima fronte in eam opinionem quis venire posset, ut existimet, universitatem vere & proprie delinquere non posse.

754 *Negativa.* Primum enim pro † assertione illa stabilienda facit, quod universitas sit nomen Juris, & non personarum, & quoddam corpus intellectuale, carens animo 755 *Ratio dubitandi I.* & intellectu, *cap. Romana*, §. *in universitate Extra de senten. excomm. in* 6. Hinc Jason. *in leg.* 1. §. *munici pu, numer.* 1. *&* 2. *Digest. de acquir. possess.* scribit † u- 756 niversitatem non habere animum, & sic nec consensum, & universitatem esse nomen Juris & non personarum, non habens animum nec intellectum, nec etiam corpus, Bald. *in l.* 22. *numer.* 1. *ff. de legat.* 1. Innocent. *in cap. gravem, num.* 1. *Extr. de senten. Excomm.* Castrens. *in l.* 2. *num.* 2. *Digest. quod cujusque univers.* Ideo non potest delinquere, *l.* 1. *ff. si quadrup. pauper. fecis. dicat. l. infans, ff. ad l. Cornel. de Sicariis.* Quia † in 757 delictis requiritur verus dolus, voluntas & consensus delinquentis. text. *in l.* 1. *ff. de furt.* Andr. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 7.

758 *Ratio dubitandi II.* Deinde negantis † opinionis fundamentum ponitur, *in leg. sed ex dolo*, §. 1. *ff. de dolo malo*, ubi contra universitatem non datur actio de dolo, quia dolum committere non potest, ergo nec delinquere.

759 *Ratio dubitandi III.* Tertio communis & recepta interpp. † traditio est, universitatem non posse incurrere infamiam, in individuo id propalante Nicol. Losæo *de universitat. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 49. Consequitur ergo, universitatem non posse delictum perpetrare, saltem illud, ex quo irrogatur infamia.

760 *Decisio Affirmativa.* Verum his dubitandi rationibus non attentis, † si recte res perpendatur, communis conclusio stat in contrarium, quæ probat, non minus universitatem quam singulares personas delinquere, atque ob delictum Advocatiam amittere posse.

761 *Ratio decidendi I.* Probatur id primum † textu manifesto *in l. metum* §. *animadvertendum, cum sua gloss. Digest. quod metus caus.* ubi universitas potest metum inferre, & per consequens delinquere: † Metus enim illatio, secum 762 trahit de necessitate delictum, *tot. tit. ff. & Cod. quod metus causa.*

763 *Ratio decidendi II.* Suffragatur secundo † text. *in l. si usufructus ff. quib. mod. ususfruct. amitt.* ubi Civitas potest puniri & aratro subjici, ut fuit in Carthagine, ergo potest delinquere; † quia ubi non est delictum, ibi etiam pœna esse 764 non potest, *l. sancimus, & tot. tit. C. de pœnis.*

765 *Ratio decidendi III.* Tertio confirmatur † id ipsum per gloss. *in l. sicut in verb. non debetur ff. quod cujusq. univers. nom.* & gl. *in l. aliud*, §. *refertur ff. de reg. Jur.* ubi dicitur universitatem posse delinquere.

766 *Ratio decidendi IV.* Quarto quemadmodum † universitas contrahere potest & se obligare ex contractu, *l. civitas, ff. si cert. petat*: ita etiam potest delinquere & ex delicto obligari. † Nam bonum est argumentum de contractibus ad 767 delicta, & econtra *l. omnem, cum gl. ff. de Judiciis Authent. qua in provincia C. ubi de crimin. agi op. cap. fin. de foro compet.* Everhard. *in top. loco à contractibus ad delict. numer. prim. & secund.* Matth. Steph. *in dialect. Jur. libr.* 2. *loco* 102. *num.* 1.

Quinto

768 Quinto ad hanc † decisionem servit *Authent. item quæcunque communitas Cod. de Episc. & cler.* & text. *in cap. 1. §. si quis vero ausu temerario, de pace tenend. & jurament. firm. In usib. feudor. capit. Romana, §. in universitate, Extr. de sentent. Excomm. in 6.* ubi universitas potest & excommunicationis & banni pœna mulctari. Ergo & delinquere potest.

Ratio decidendi V.

769 Sexto hanc sententiam † diserte approbat Bart. *in l. Civitas, in princ. ff. si cert. pet. & d. l. metum §. animadvertendum, num. 2. ff. quod met. caus. & in constit. ad reprimendum, nu. 3.* & Didac. Covarr. *var. resolut. libr. 2. cap. 8. num. 9.* Bald. *in l. 6. §. 2. num. 3. & 4. ff. de his qui not. infam.* Jul. Clar. *in pract. crim. quæst. 16. nu. 7.* Alber. de Rosat. *in l. si quis in tantam columni, 3. vers. quidam dicunt Cod. unde vi.* Paris. *cons. 16. num. 13. lib. 4.* Jas. *in d. l. Civitas num. 2.* Bald. *in Auth. item nulla communitas C. de Episc. & cler.*

Ratio decidendi VI.

Porro non obstant initio in contrarium adducta.

Solutio contrariorum Argumentorum.

Nam ad primum respondetur, † universitatem posse considerari duobus modis: uno modo, in abstracto, & hoc casu non est persona, nec animatum corpus, sed est quoddam corpus intellectuale & quoddam nomen Juris, habens quandam repræsentationem, & eo modo sumpta universitas, non potest delinquere. Alio modo sumitur universitas in concreto, & tunc est nomen personarum, & sumitur pro singularibus personis, in ipsa universitate contentis. Ita post Bald. *in l. 7. §. 1. & in princ. numer. 1. ff. quod cujusque univers. nomine, & in l. 6. §. ult. numer. 2. & 3. ff. de his qui not. infam.* distinguit Nicol. Losæus, *tract. de universit. part. 1. numer. 10.* & hoc modo accepta legitime convocata & congregata tanquam vicem personæ sustinens, potest delinquere, atque ex delicto Advocatia privari, tradente generatim Innocent. *in capit. gravem extr. de sentent. excommun.*

770 Responsio ad I. dubitandi rationem.

Quare licet universitas sit nomen Juris, animo & intellectu carens: tamen legitime congregata unum corpus ac vicem personæ repræsentat, & hoc fictione quadam & repræsentatione per rectores & administratores ipsius universitatis, *l. mortuo, ff. de fidejuss.* Anton. Gomez. *variar. resolut. libr. 3. capit. 1. numer. 52.* Mynsing. *observ. 78. numer. 7. centur. 4.*

771 ubi scribit, † universitatem, non esse personam veram, sed fictam, repræsentantem aliam personam diversam à particularibus & singularibus personis, & hoc improprie & secundum fictionem Juris Oldrad. *cons. 65. numer. 7.*

772 Improprie igitur † universitas delinquit, proprie vero singuli de universitate deliquisse censentur, juxta *l. 1. in fine cum l. sequent. ff. de acquir. poss.* Abb. *in capit. dilectus, de Simon.* & Doctor. communiter. U-

773 niversitas enim nihil est aliud, quam homines universitatis; quicquid igitur homines Civitatis deliberato consilio faciunt, universitas fecisse censetur, cum factum ab ipso Senatu & rectoribus Civitatis vel majore parte legitime convocatis, à tota Civitate factum intelligatur, *l. quod major, Digest. ad municip. l. nulli, ff. quod cujusque univers. nom.* Bartol. *in l. aut facta, §. ult. ff. de pœnis,* Abb. *in d. capit. dilectus, 2. de Simon,* & *ibid.* Jo. de Anan. Andr. Gail. *de pace publ. cap. 9. num. 14. lib. 2.*

774 Secundum argumentum solvitur † per negationem subsequentis. Universitas enim, secundum communem opinionem, dolum committere & proinde delinquere potest, per text. *in d. l. metum, §. animadvertendum, ff. quod vi aut met. caus.* text. *in d. c. 1. §. si quis vero casu temerario, de pace tenend. & jurament. firm.* Andr. Gail. *d. c. 9. num. 2.*

Responsio ad II. dubitandi rationem.

775 Quinimo & metum & dolum committere, † & alio modo delinquere potest, licet non cum eadem facilitate, qua singulares & particulares personæ, gloss. *in d. l. sed & ex dolo, §. 1. in verb. facere possunt, ff. de dolo.* gloss. *in d. §. animadvertentem, verb. collegium, in fine ff. quod met. causa.* gloss. *in l. unica verb. non possunt, ff. de libertis universitat.* gloss. *in d. l. aliud §. refertur, in fine ff. de reg. Jur.* gloss. *in l. 1. §. ult. verb. non possunt ff. de acquirend. possess.*

Nihil denique facessit, quod tertio loco objectum erat, non posse scilicet universitatem notari infamia. Etsi enim hoc detur: consequentia tamen non valet, ideo scilicet universitatem non posse infamiæ pœna quid dignum admittere.

Responsio ad III. dubitandi rationem.

776 Quod enim universitas infamis non fiat, † ideo est, tum, quia alieno nomine condemnatus de delicto, ex quo infamia irrogatur, non efficitur infamis, nec is, cujus nomine condemnatur, *leg. 6. §. 2. Digest. de his qui not. infam.* Ergo universitas condemnata etiam ex delicto, ex quo infamia contrahitur, non efficitur infa-

777 mis, † cum per se non possit litigare, nec stare in judicio, sed per Procuratorem duntaxat seu Syndicum. Quia impossibile est totam universitatem per se litigare & in judicio stare posse, & sic necessitas licitum facit illud, quod alias esset illicitum, ad notat. Bald. *in leg. 6. §. 2. Digest. de his qui not. infam. & l. 10. §. ultim. ff. de in jus vocand. & in l. 2. numer. 6. Cod. de his quibus ut indignis, & in leg. 3. num. 27. Cod. de accusat.* Castrens. *in leg. 1. §. 1. numer. 2. ff. quod cujusque univers. nom.* Gail. *libr. 2. de pace public. capit. 9. numer. 3.* Mynsing. *observ. 76. per tot. cent. 4.* Franc. Marcus *decision. 70. per tot. vol. 2.* Bartol. *in leg. 18. numer. 1. Cod. de re milit. libr. 12.* de hoc est text. elegantissim. *in l. 18. §. ut autem omnifariam, Cod. de re milit.* Bartol. *in Extravag. ad reprimendum, quomodo in læsa majestat. crimine procedatur in verb. legitime, circa finem.* Tum eti-

778 am, † quia pœna infamiæ personam desiderat, sed universitas, proprie loquendo, non est persona, nec animatum corpus, sed est quoddam corpus intellectuale per *text. ante* adduct. Ergo infamia non potest cadere in universitatem.

779 Idque adeo verum est, † ut tametsi tota Civium multitudo, explicato etiam vexillo, & pulsata campana, iverit ad delinquendum; non tamen ab universitate delictum perpetratum esse, dici queat, neque etiam puniri possit, si collegialis deliberatio non præcesserit, sed potius illæ singulares personæ delictum commisisse dicendæ sint gloss. *in leg. aliud. §. refertur, ff. de regul. Jur. & in l. sed ex dolo §. 1. ff. de dolo malo & in l. sicut, §. 1. in verb. non debetur, ff. quod cujusque univers. nom.* Bartol. qui ad hoc solet communiter allegari *in l. aut facta §. ult. num. 9. ff. de pœnis,* Boer. *in tract. de seditiosis, nu. 8. capit. ult.* Oldrad. *cons. 315. numer. 3.* Curt. Jun. *cons. 174. num. 36. & cons. final. num. 9.* Corn. *cons. 224. nu. 3.* Gail. *d. libr. 2. cap. 9. num. 4.* Octav. Cacheran. *decis. 39 num. 3. & decis. 138. per tot.* præsertim *num. 28. cum seq.* ut eum refert & sequitur Bursat. *cons. 160. nu. 91. vol. 2. & cons. 312. num. 5.* Roland. à Vall. *cons. 66. numer. 32. vol. 2.* Et ex communi affirmant Villalob. *comm. opin. in verb. universitas num. 46.* Clar. *libr. 5. sent. §. fin. q. 16 num. 7. & 8.* Soarez. *in thesaur. recept. sent. sub lit. V. num. 68.*

Expositum est hactenus, an universitas possit delinquere & delinquendo Advocatiam perdere, videndum nunc est, † *quæ requirantur ad hoc, ut illa dicatur delinquendo Advocatiam amisisse.*

780 Et breviter dicendum est, quod sicut in paciscenda Collegii vel universitatis † Advocatia consensum omnium, argum. *c. 29. de R. I. in 6. l. ult. C. de auct. præst. l. 7. in fin. C. de omn. agr. desert. lib. 11. T. 58.* Toming. *decis. 43. num. 11.* Vel certe majoris partis intercedere necesse

Universitas ut Advocatiam amittat, quæ requirantur.

neceſſe eſt argument. *l. 16. §. 1. ff. de R. I. l. 19. ad Municip. l. 17. § 2. l. 7. ff. de pact. l. 1. Cod. qui bon. ced. l. 18. ff. de recept. l. 2. §. 5. in fin, C. de Jurejur. propter cal, l. 45. C. de decur.* Arniſ. 1. *Republic. 5. ſ. 3. num. 6. tit. quæ fiunt à majo. part.* ita etiam in amittendo per delictum Jure protectionis, ad hoc, ut univerſitas vel Civitas Advocatiæ jus amiſiſſe dicatur, requiritur totam univerſitatem, vel majorem ſaltem partem, delictum commiſiſſe concilio generali, per capita domorum congregato, convocato & communicato, & deliberatione præcedente ad delinquendum; alias non ipſa univerſitas tenetur, ſed ſingulares perſonæ, quæ deliquerunt, ut nominatim tradit Jaſ. *in l. Civitas, numer. 2. & 3. ff. ſi cert. pet.* Afflict. *deciſ.* 376. *numer.* 1. Franc. Marcus *deciſ. 126. numer. ult. vol. 2. & deciſ. 776. numer. 2. & 3. vol. 1.* Roland. à Vall. *conſ. 66. numer. 33. cum plurib. ſequent. & numer. 63. 64. cum ſequent. vol. 2.* Alexand. *conſ. 13. numer. 9. vol. 6.* Curt. Jun. *in l. ſi familia, numer. 10. & 21. Digeſt. de Juriſd. omn. Jud.* Clar. *in pract. crim. quæſt. 16. numer.* 8. quibus in locis evidenter ſcribunt prædicti Dd. quod ad hoc ut univerſitas dicatur delinquere & obligetur puniaturque pro delicto per ipſam commiſſo, requiratur de neceſſitate, quod ſolenniter, moreque ſolito fuerit ipſa univerſitas tota congregata, fiatque propoſitio ad delinquendum & ſubſequatur deliberatio communis, ſimultanea totius univerſitatis, nam etſi omnes de univerſitate iverint ad delinquendum, non propterea dicetur univerſitas deliquiſſe, niſi probentur iviſſe ad delinquendum ex propoſito & deliberato conſilio.

781 Quare quemadmodum † Civitas vel univerſitas aliquid ex prædictis delictis Advocatiæ privationem inferentibus committens, non convocatis ſolenniter omnibus Civibus, vel illis, qui ſunt de univerſitate, neque communicato conſilio, ipſa feudum non amittit, Joan. Andr. *c. felicis, §. fin.* & *ibi* Geminian. *de pœnis in 6.* Pariſ. *conſ. 27. numer. 102. libro 1.* Ruin. *conſil. 107. numer. 4. libro 5.* Cravett. *conſ. 21. num.* 8. Plot. *repet. l. ſi quando §. 50. numer. 9. Codic. unde vi* Gaſp. Cabellin. *miſceloq. 1000. numer. 1. part. 2.* Ludolph. Schrader, *tract. feud. 2. part. 9. part. princip. ſection. 9. numer.* 51.

782 Sic etiam, † tametſi conſul vel triumviri Civitatis (quos alibi die Eyniger / alibi Die dreyer nuncupant. Halæ Suevorum etiam vocantur Eyniger / qui ex ordine Senatorio deputantur, zum Gericht / daran lauter Schuld / Schmach und Raufhändel diſceptiert werden præſidente Reichs Sculteto, ſed nobis hic ſermo eſt de aliis qui die Geheimen Quinqueviri Uberlingæ Stubliſchherrn Ulmæ die Eltern alibi aliter appellantur) non convocatis ſolenniter omnibus Civibus neque communicato conſilio vel accepto ad hoc ſpeciali mandato deliquerint: ex eo tamen delicto Civitas vel univerſitas Jure protectionis non deſtituitur, per notat. Bartol. *in d. l. aut facta, §. fin. numer. 11. ff. de pœn.* Socin. Jun. *conſil. 115. numer. 25. libro 2.* Caſtrenſ. *conſil. 423. numer. 7. libro 1,* Oldrad. *conſ. 66. & conſ.* 315. Alexand. *conſ. 105. numer. 33. libr. 3.* Corn. *conſ. 224. libr. 4.* Felin. *in capit. novit. numer. 9. limit. 6. extra de Judic.*

Civitas ſeu univerſitas an Advocatiam ex delicto conſulum vel trium virorum illius Civitatis perdat. Deciſio Negativa.

783 † & licet in hoc contrarium teneant Angel. *in d. l. metum, §. animadvertendum, Digeſt. quod metus cauſa* Joan. de Anan. *in cap. dilectus, el. 2. extra de Simon.* Albert. Brun. *conſ. 28. numer. 8. 9. & 10.* Menoch. *de remed. recuperand. poſſ. remed. 9. numer. 123. & ſeqq.* volentes, ex delicto Conſulum, priorum ſive illorum, qui Civitati præſunt, Civitatem ad pœnam obligari: attamen horum ſententia communiter improbatur, atteſtante Ludolph. Schrader. *d. ſect. 9. num. 31. §. Quæ concluſio.*

784 Nec obſtat, † quod Conſules, Priores, principales, ſive præſidentes Civitati vel univerſitati totam Civitatem vel univerſitatem repræſentent, gloſſ. *rubric. Codic. quæ ſit long. conſuetud.* Decius *in d. leg. Civitas, num. 1.* & *ibi* Bartol. *Digeſt. ſi certum petat.* Angel. & Caſtrenſ. *l. nulli, 3. Digeſt. quod cujuſque univerſ. nom.* Imol. *capit. cum omnes column. 18. Extr. de conſtitut.* Corn. *conſil. 193. in princip. libro 1.* Roland. à Vall. *conſ. 90. num. 1.* Cravett. *conſ. 195. nu.* 8. Laurent. Sylvan. *conſ. 71. num. 9. libr. 1.*

Objectio.

785 Nam hoc tantum procedit in iis, † quæ Senatui, prioribus ac Conſulibus à Civitate generaliter vel ſpecialiter permiſſa mandata vel conceſſa ſunt: Secus autem eſt in illis, quæ Senatui ac Conſulibus à Civitate generaliter vel ſpecialiter permiſſa, mandata vel conceſſa non ſunt; in illis enim Senatus, Priores ac Conſules totam univerſitatem non repræſentant, prout hoc expreſſe & in ſpecie tradit Corne. *conſilio 224. numer. 10. libro 4. & conſ. 241. column. penult. libro 4.* Armon. Cravett. *conſil. 195. numer. 8. libr. prim.* Laurent. Sylvan, *conſil. 71. numer. 9. libr. 2.* Cagnol. *repetit. leg. 2. in princip. numer. 103. Digeſt. de origin. Jur.* & idem expreſſius tenet Ludovic. Roman. *conſil. 501. numer. 9.*

Objectionis ſolutio.

786 ubi ipſe inquit, † quod Priores, quibus noſtro tempore utuntur Civitates, habeant poteſtatem limitatam, quam iis non licet transgredi, quem referendo ſequitur Dec. *rubr. numer. 13. verſic. ſed prædictam relationem, Extr. de appellat. & conſil. 5. in princ. & conſil. 72. column. 1. verſicul. ſed his nonobſtantibus,* & idem eſt de mente Bald. *in Authent. Caſſa, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* dum *ibi* Bald.

787 † dicit, quod poteſtates, & alii magiſtratus noſtri temporis, nullam habeant auctoritatem, niſi quatenus ipſis per ſtatuta attribuitur, quod dictum Baldi ſequendo allegat Dec. *lect. 1. numer. 7. & lect. 2. numer. 29. Codic. qui admitti* Aymon Cravett. *conſil. 196. numer. 4. libr. 1.* Eandem ſententiam amplectitur Bartol. *in l. ambitioſa, 4. num. 26. Digeſt. de decret. ab ordin. faciend.* argum. *l. diligenter 5. Digeſt. mandati, leg. 1. & 2. Codic. ſi non à compet. Jud. l. non diſtinguemus 32. §. de officio, ff. de arbitr.* facit text. *l. prohibere, 3. §. plane Digeſt. quod vi aut clam. leg. fin. Codic. de vend. rebus civit. leg. prim. ff. de conſtitut. princip. §. ſed & quod principi Inſtitut. de Jur. nat. gent. & civil. l. age cum Geminiano 3.* & *ibi* Jaſ. *Codic. de tranſaction.*

788 Si enim univerſitatis conſilium ordinarium, † ſeu ordo decurionum aliquod delictum faciat, non debet attribui toti univerſitati ſed duntaxat decurionibus qui deliquerunt, Nicol. Loſæ. *de univerſ. part. 4. numer. 14.* Henric. Roſenth. *de feud. capit. 10. concluſ. 4. numer.* 6.

789 Nam in generali poteſtate † conſiliariis per univerſitatem & populum data, non includitur poteſtas delinquendi, vel mandantem ad pœnam obligandi niſi hoc expreſſe in ipſa conceſſione poteſtatis dicatur, vel poſtea ratificetur, Bald. *conſil. 271. num. 5 & 6.* Cagnol. *in d. l. aliud §. refertur, num. 20. & ult. ff. de reg. Jur.* Ludolph. Schrader. *d. ſection. 9. num. 52 per l. 3. § ſi Procuratore & ibi* Dd. *ff. quod cujuſque univerſ nom. l. ſi Procurator* & *ibi* Jaſ *ff. de condict. indeb. l. meminerint, 6.* & *ibi* Bald. *C. unde vi. l. neque interdicto, 198.* & *ibi* Dec & Cagnol. *ff. de reg. Jur.* Et pro hoc videtur text. apertus *in d. l. ſed & ex dolo §. 1. & §. 2. ff. de dolo malo.* ubi ſi decuriones dolum & ſic delictum committunt, non datur actio de dolo contra univerſitatem, ſed contra ipſos decuriones, qui deliquerunt.

790 Tunc ergo † demum dicitur univerſitas delinquere quando homines ipſius univerſitatis delinquunt, ut univerſi & tanquam corpus, præcedente concilio, & deliberatione, ſecus, ſi ut ſinguli delinquunt nullo habito tractatu prævio, nec communicato

conſilio

Consilio, nam hoc casu universitas ex delicto non tenetur, neque punitur, sed puniuntur duntaxat illæ personæ singulares & particulares, quæ delinquerunt, tanquam incitatores personarum & seditiosi, *tot. tit. C. de seditiosis.*

791 *Limitatio præcedentis traditionis.* Præcedens tamen traditio, ut scilicet requiratur communis & simultanea deliberatio & convocatio totius populi ad hoc, ut Civitas dicatur deliquisse, ac delinquendo Advocatiam amisisse, limitatur in urbibus potissimum Germaniæ, in quibus magnus solet esse Senatus, totius populi nomine in arduis congregari solitus, si is solenniter convocatus deliberate & communicato consilio delinquat, ut si consules ac Senatores, quibus plerunque in Germania gubernandæ Reipubl. cura demandari solet, qui & totam civitatem repræsentant, & de quavis re statuendi, sine aliorum Civium convocatione facultatem habent, animis deliberatis & communicatis consiliis aliquod delictum Advocatiæ privatione dignum comiserint, illam certe amittunt, per notata Bart. *in d. l. aut facta, 16. §. fin. n. 9. ff. de pæn gloss. in l. sicut. 7. §. si quid in verb. debetur. ff. quod cujusq. univers. nom.* Felin, *in cap. cum omnes nu. 25. de const.* Jas. *in l. civitas n. 2. 3. ff. si cert. petat.* & in casu homicidii respondit Angel, *cons. 165.* sic & in delicto turbatæ possessionis concludit Affl. *decis. 376. nu. 1.* & in damno dato Dec. *cons. 221. n. 2.* Ruin. *cons. 107. n. 4. lib. 5.* late Men, *recup. remed. 9. n. 123. & seq.* Andr. Gail. *de pace publ. lib. 2. cap. 9. nu. 4.* Hotoman. *quæst. Illustr. q. 42. in fin. vers. Sin autem public. cons.* Hier. Gigas *tract. de crim. læs. Majest. rubr. de rebellib. qu. 12.* Nell. de Bannit. *p. 1. primi temp quæst. 5.* Boer. *in tract. de seditiosis, in septimo præsupposito, n. 8. cum seq.* Rosenth. *de feud. cap. 10. concl. 4. n. 5. in gl. lit. g. in fin.*

Ratio ejusdem limitationis. Ratio est, quia ex consuetudine generali omne jus Civitatis in Consules & Senatum à populo intelligitur translatum, ita ut tales Civitatum magistratus totam Civitatem repræsentent Zasius *in l. civiles n. 11 ff. si cert. petat.* Castrens. *in l. si præses n. 2. C. de transact.* Meichs. *tom. 2. decis. Cameral. lib. 2. decis. 4. nu. 185. & tom 4. decis. 22. n. 116* Hotoman. *cons. 6. n. 5.* Sunt enim Universitas & collegium nomina Juris & dicuntur personæ repræsentatæ per suos Rectores & Moderatores *l. 1. §. quibus 1. l. 2. l. sicut. 7. §. quod cujusque univers. l. mortuo ff. de fidejuss. l. si quis in suo §. ultim. C. de in offic. test. cap. innotuit. de his, quæ fiunt à major. part.* Menoch. *lib. 2. arbitr. quæst. cap. 598. n. 11.* Auctor. deß gründlichen Berichts / von deß H. Reichs Statt Friedberg Standt *c. cap. 2. n. 106.* Modest. Pistor. *p. 4. quæst. 134. n. 5.* Henric. Bruning. *de jur. univers. concl. 44.* In Civitatibus Imperialibus hoc omni quoque caret dubio, in quibus omnis fere potestas est apud Senatum, qui unam partem status repræsentat, & qui in locum Principis est quasi electus. Adrian. Gylman. *tom. 1. p. 1. tit. 2. ad supplic. vot. 1. n. 3.* Casp. Ziegler. *in conclusionib. ad aur. praxin. Caluol. §. Civitas. concl. 1. num. 72. & 73.* Quod ergo Proceres Civitatis, quibus gubernatio & omnis administratio rerum publicarum concessa est, faciunt, id pro eo habetur, ac si tota Civitas fecisset *l. 3. ibi.* si ordo dedit. *ff. quod cujusq; univers. nom. l. item magistri 14. ff. de pact. l. Municipes 14 ff. ad Municipalem.* Matth. Coler. *de process. execut. p. 2. c. 3. num. 361.*

792 *Limitatio II.* Secundo limitatur præcedens conclusio, † si culpa per universitatem seu Civitatem in clientes commissa consistat in omittendo: tunc enim licet illa culpa fuerit commissa, non convocata solenniter universitate, neque habito consilio, Civitas vel universitas nihilominus Advocatiam amittit. Cum ex delicto in omittendo consistente Civitas ad pœnam obligetur, licet non præcesserit communis & simultanea deliberatio, Salycet. *in l. 1. C. de seditiosis* Felin. *d. cap. cum omnes 32. extr. de constit.* Jas. *d. l. civitas. n. 4. ff. si. cert. pet.* Petr. de Anchar. *cap. Romana, n. 9. de sent. excomm. lib. 6.* facit text. *in l. jubemus & ibi* Bart. *C. de sacrosanct. Eccl.* Gail. *d. cap. 9. n. 6* Mascard. *de probat. conclus. 1420, n. 20. & seq.* Boer. *d. tract. de seditios. cap. ult. n. 8. & 9.* Schrad. *d. p. 2. p. princ. 9. sect. 9. n. 33. §. hac conclusio.* Losæ, *d. part. 4. n. 26.*

793 *Limitatio III.* Tertio fallit supradicta traditio, † si delictum in clientes commissum, habeat tractum temporis successivum, ut continua turbatio, invasio bonorum & similia. Tunc enim etiam non convocato consilio, neque convocatis solenniter omnibus civibus, universitas Advocatia privatur, si dignum privatione delictum per aliquos cives commissum fuerit. adstruente Salyc. *in l. 1. n. 3. C. de seditios.* Jas. *in d. l. Civitas. 27. n. 4. ff. de reb. credit.* Cardin. & Anchar. *in clem. 1. de pæn.* Boer. *in tract. de seditios. in septimo præsupposito n. 9.* Affl. *decis. Neapol. 376 n. 2.* quem refert & sequitur Menoch. *Remed. recup. 9. n. 127.* Hier. Gigas *tract. de crim. læs. majest. sub rubr. de Rebell. q. 12. n. 4.* Caspar. Caballin. *Milleloq. 1000. p. 2. n. 2.* Dec. *cons. 486. in fin. n. 13. & ibi addit. Molin in verb. tractum,* Rol. à Vall, *cons. 66. n. 32. & cons. 68. vol. 2.* Mynsing. *obs. 89. cent. 4.* Gail. *de pace publ. lib. 2. c 9. n. 31.*

794 *Ratio limitationis III.* Quia manifesti Juris est, † & à Dd. communiter traditum, Civitatem ex delicto Civium habente tractum temporis, indistincte obligari ad pœnam, Joan. de Anan. *cap. dilectus. el 2. & ibi* Felin. *num. 8. extr. de Simon.* Paris. *cons. 111. num. 72. lib. 1. cons. 21. lib. 4.* Albert. Brun. *cons. 28. num. 11.* Et comprobatur ex eo, quod Dd. tradunt, licet ex facto familiaris Dominus non obligetur, hoc tamen non procedere, quando delictum, à familiari commissum, non est momentaneum, sed habet tractum temporis successivum, Abb. *in cap. constitutis. & cap. cum causam. Extr. de testib.* Jas. *cons. 139. lib. 4.* Schrad. *d. sect. 9. n. 58. vers. tertio Civitas, &c.*

795 *Limitatio IV.* Quarto limitatur assertum dogma, † si universitas vel Civitas non communicato consilio contra clientes delictum etiam à particularib. personis commissum, ratum habuerit, asseverante Rol. à Vall. *cons. 66. n. 32. cum seq. vol. 2.* Innoc, *in c. gravem. n. 1. extr. de sentent. excom.* ubi dicitur expresse, universitatem posse puniri ex delicto facto per homines de universitate tanquam per singulos, ex delicti ratihabitione secuta, veluti si aliqui particulares de universitate per vim expulerint aliquem de castro, & universitas illud sibi retineat, Nam ex hujusmodi actibus successivis & continuatis præsumitur ratihabitio, † quæ mandato etiam in delictis 796 comparatur, *l. fin. C. ad SC. Macedonian.* Nam ista patientia universitatis, habetur loco mandati, *l. qui patitur ff. mandat.* eleganter Cacher. *decis. 138. n. 4. & 5.* Unde per ratihabitionem efficitur, & dicitur actus universitatis. Nam factum à singulis, censetur factum ab universitate, quando universitas scivit & passa est, nec contradixit, & factum non erat momentaneum, Benintend. *decis. Avenionens. 70. num. penult. & ult.* Mascard. *concl. 1420 n. 10.* Jas. *in d. l. Civitas. n. 3. in fin. ff. si cert pet.* Affl. *decis. 376. num. 2. 3. & 4.* Cacheran. *d. decis. 138. per tot.* Mynsing. *obs. 79. n. 4. 5. & 6. cent. 4.* ubi ex ratificatione delicti tacita, vel expressa tenetur universitas, etiamsi delictum, nullo communicato consilio & præcedente deliberatione sit perpetratum, Gail. *lib. 2. de pace publ. c. 9. n. 5. & 31.* Dec. *cons. 486. n. pen. & ult.* † Nam ratificatio non solum verbo, sed 797 etiam facto fieri potest, *l. Paulus respondet ff. rem ratam haberi.* Quinimo plus est aliquid facto facere, quam verbo, *c. dilecti, col. 1. ext. de appellat. l. de quib. in fin. ff. de legib.*

798 Voluntas enim hominis magis factis, † quam verbis declaratur ac proditur, text. *in l. reprehendenda C. de inst. & substitut.* Boer. *in tr. de seditios. in 7. praesuppos. nu. 9. cum seq.* Andr. Gail. *d. c. 9. n. 32.*

799 Vnde indubitanter infertur, quod ex delicto commisso à civibus, etiam non convocatis solemniter omnibus civibus, neque communicato consilio, civitas ex ratihabitione postea subsequente ad pœnam obligetur, Bart. *d. l. aut facta, §. fin. n. 10. ff. de pœn.* Bald. *cap. cum dilectus. col. fin. extr. de ordin. cognit.* Matt. de Affl. *decis. Neapol. 376.* Paril. *cons. 21. lib. 4.* Felin. *cap. cum omnes, n. 32 extr. de constit.* Hieron. Gigas *tract. de crim. laes. majest. rubr. de rebell. q. 12, n. 4.* Albert. Brun. *cons. 28. n. 11.* Menoch. *recup. poss. remed. 9. n. 126.* Et comprobatur ex eo, quod traditur capitulum ratum habens delictum à praelato commissum, indistinctè illo delicto obligari, gl. *c. dilectus.* & *ibi* Bald; *col. fin. extr. de ordin. cognit.* Jason. *cons. 139. col. 2. lib. 4.* Jas. *d. l. Civitas, n. 3. ff. si cert. petat.*

800 Ratio est, † quod talis ratihabitio videatur aliquo modo delicti participatio vel conjectura atq; actus sequens, ex quo voluntas populi colligitur: in terminis sic Ludolph. Schrad. *d. sect. 9. nu. 58. vers. quarta hac conclusio.* Zabarell. *in clem. 1. verb. Civitas num. 3. de pœn.* Felin. *in d. c. dilectus, n. 9. de Simon.* Castrens. *cons. 423. incip. quia scio. n. 9. vol. 1.* Anchar. *cons. 158.* Men. *de remed. recup. poss. 9. n. 129.*

801 *Limitatio V.* Quinto fallit adducta decisio, † post delictum à civibus non communicato consilio perpetratum, per conjecturas & actus sequentes colligatur voluntas universitatis, utputa, quia non punit delinquentes, neque illos ex civitate expellit, sed eos recipit, Petr. Anchor. *d. cons. 158.* Felin. *d. c. dilectus, n. 9. extr. de simonia* Zabarell. *d. clem. 1. verb. Civitas. n. 3. de pœnis.* Men. *d. remed. 9. numer. 129.* Paul de Castr. *consil. 423. num. 9. lib. 1.*

Porro, quae hactenus de universitate delinquente adducta fuere, active, hoc est, quatenus ipsa tanquam

802 *Habens universitatem vel Collegium in protectione quarum personarum offensione illud amittat.* Patrona, Jus protectoris sustinens, illud amittat, exaudienda sunt. † Verum exadverso illud quoque explanandum est, *si quis universitatem vel collegium Ecclesiasticum in protectione habeat, quas personas ex illa universitate vel collegio offendendo protector Jure Advocatiae ob culpam exui possit?*

Decisio per certas conclusiones. Ea res ut clarius explicetur, per certas conclusiones expedienda videtur.

803 *Conclusio I.* Sit igitur prima conclusio. † Si protector Monasterii vel Collegii Ecclesiastici offendat, vel delinquat, in Praelatum ac totum conventum vel Capitulum: dubium non est, quin Advocatiam amittat, si quidem delictum privatione dignum sit, per notat. Henr. Rosenth. in terminis feudalibus hisce convenientibus, *cap. 10. concl. 9. n. 8.* ubi remissive multis hoc ipsum adductis authoritatibus comprobat, quo lectorem remitto.

804 *Conclusio II.* Secunda Conclusio: † Advocatus Monasterii, vel Collegii Ecclesiastici, si offensam privationis pœna dignam, in Praelatum committat, Jus protectionis amittit, tametsi non in totum conventum vel collegium deliquerit, ut in similibus terminis de privatione feudi communiter concludunt ex Feudistis Alvar. *inc. 1. §. fin. n. 7.* & *ibid.* Petr. Rav. *qua fuit prim. caus. benef. amitt.* Ardiz, *quib. mod. feud. amitt. c. 63. utrum vasall. alicujus univers. &c.* Jacobin. de S. Georg. *in verb. dictiq; vasalli promiserunt non committere feloniam n. 54.* Mol. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 115. & 120.* Schr. *tr. feud. p. 9. c. 4. n. 17.* Ant. Capyc. *in invest. feud. c. fendor. dominia col. 13. § 18.* ubi citat Isern, Jac. de Belvis. Nic. de Neap. & Alvar. *in c. 1. §. & iterum de cap. Conrad.* qui omnes hoc *ibi* adstruunt, ut praesupponunt text. *in c. ad aures. in cap. in quibusdam* & *ibi* plerunque Interpp. *de pœnis.*

805 *Limitatio II conclusionis.* Haec tamen conclusio limitationem † recipere videtur, ut non procedat; si offensa protectoris Praelati duntaxat personam respiciat, hoc est, Praelato speciatim, ex privato odio, non respectu dignitatis nec intuitu Conventus seu Collegii, cui praeest, illata fuerit, per ea quae tradit fusissime Prosper Farin. *prax. crimin. part. 3. quaest. 105. n. 302.* ubi docet, offensam vel injuriam

806 uni de collegio seu universitate non inferri, si injuria particularem tantum universitatis personam concernat, nec ipsam universitatem respiciat, secundum tradita Marian. Socin. *in c. olim n. 20. extr. de jurejur.*

807 Videndus tamen Oldrad. *cons. 66.* † An ob injuriam uni ex Collegio factam, totum Collegium agere possit? ubi decidit, quod sic: per rationem, quia qui membrum tangit, totum corpus tangit, de quo pluribus agentem videre licet Mart. Uran. *tom. 1. cons. 8. & tom. 2. cons. 38.* & ibi in Additionibus lit. A. & B.

808 *Conclusio III.* Tertia conclusio est. † Protector Monasterii vel Collegii aut Civitatis non amittit Advocatiam, etiamsi unum, ex conventu, Capitulo vel Civitate offendat, si id non contemplatione capituli, vel Civitatis factum fuerit.

809 *Ratio conclusionis I.* Quia capitulum est universitas, † at singularem aliquem, puta civem offendens, non delinquit contra universitatem aut Civitatem, sed solū, si contra ipsos omnes, tanquam unum corpus, bona universitatis invadendo, prodendo, &c delictum aliquod perpetret, Blanc. *de feud. lib. 2. cap. 1. n. 19.* Zas. *part. 7. n. 53.* Chass. *in consuet. Burgund. tit. de feud. rubr. 3. § septimo, in princ. n. 5.* Schrad. *p. 6. c. 6. num. 11.* facit text. *in l. 5. 6. & 7. ff. quod cujusque univers.* & not. *in §. universitatis. Institut. de rer. divis.* text. elegans *in l. sed etsi hac lege 10. §. qui manumittitur. ff. de in Jus vocand. ibi*: non est enim singulorum libertus, sed Reipubl. honorem habere debet, *cap. in quibusdam. de pœnitent.*

Ratio conclusionis II. Altera non minus evidens praedictae conclusionis ratio est, quod sicut protectio ipsa, sic ejusdem contraria offensio principaliter, magisque universas, quam singulas & privatas personas respiciat, id quod eleganter deducit Dn. T. M. *in consil. nondum impresso W. quaest. 4. paragraph.* am fünfften & nominatim etiam Auct. Recht. Deduction. in causa des Ritterlichen S. Johans Ordens contra Rotenburg auff der Tauber/ quemadmodum nec ob res particulares tuendas protectorem assumere usu receptum esse idem Auct. scribit.

810 Hinc etiam est, † quod vasallus Civitatis aut universitatis feudo non privetur, ob feloniam aut offensionem in unum Civem, aut aliquam partem Civium perpetratam, sicut innuunt Dd. expresse Zas. *d. p. 7. numer. 57.* Ardizon. *rubr. sive cap. 63. utrum vasallus alicujus univers. ibi*: vel dic, quod ibi loquitur in Praelato Collegii Ecclesiastici, vel clericus ejusdem, &c. Henric. à Rosenthal. *synops. feud. cap. 10. conclus. 9. n. 12.*

811 † Sed si contra universitatem ipsam, vel consules aut praefectos, quibus juravit, modo illos, ut tales ut consules & praefectos sive administratores generales universitatis, offendat, recte privationis pœnam incurrat, ad notata Ardiz. *d. loco* & Alvarot. *in cap. Imperialem §. praeterea Ducatus. n. 6. de prohib. feud. alien. per Frideric.*

812 *Limitatio III. conclusionis.* Fallit tamen haec tertia † conclusio in casu homicidii vel mutilationis. Si enim protector aliquem ex Collegio, Conventu vel Ecclesiastico ordine Ecclesiae illius, cujus Advocatiam tenuit, occidat, vel mutilet, eadem exuitur, per text. *in cap. in quibusdam, extr. de pœnis.* Faciunt in comprobationem hujus fallentiae Blanc. *de feud. lib. 2. cap. 1. num. 2. & 3.* Alexand. *in l. si finita, §. si de vectigalibus, n. 25. ff. de damn. infect.* Addit. ad Bart.

ad Bart. *in l. si ita stipulatus, 126. §.* Chrysogonus, *n. 10. verb. fratrem meum. circa fin. ff. de verb. obligat.* Panorm. *in c. in quibusdam n. 6. de poenis. ibique* Henric. Bohic. *n. 24.* Ægid. Boss. *in tract. criminal. tit. de crim. las. majest. in fin. n. 144.* Bald. *cons. 141. n. 2. vers sed super partes, vol. 2.* ubi ait, ob hoc facinus ipso Jure privari, si sit notorium, alias per sententiam. Alex. *cons. 92. n. 19. lib. 2* ubi de Cardinale loquitur, per vasallum Ecclesiæ occiso, Imol. *in c. ex parte, de feud. col. 17. per c. felicis 5. §. si qua vero de poen. lib. 6.* Men. *cons. 534. n. 10. vol. 6.* Vult. *de feud. lib. 1. c. 11. n. 25.*

Ampliationes circa amissionem Advocatiæ ex delictis provenientem generales.

Et hactenus de universitate. Porro lubet nunc ad materiæ hujus uberiorem explicationem, circa amissionem Juris clientelaris, ex delictis tam ab universitate, quam ab aliis privatim consideratis personis, commissis, generales ampliationes ac limitationes subjicere.

813 *Ampliatio I.*

Primum ergo ampliantur prædicta, quod scilicet ad amittendam ex delictis hactenus enumeratis Advocatiam, unius duntaxat criminis à protectore vel clientibus perpetrati culpa sufficiat, arg. *l. scire, §. oportet, ff. de excusat. tutor.* quod similiter in materia feudali tradunt Bald. *in c. si cautio. n. 11. & 12. de fid. instrum.* Blanc. *in summa feudal. lib. 2. c. 2. n. 8.* Alvarot. *in c. 1. n. 4. de feud. sine culp. non amitt.*

814 *Ampliatio II.*

Secundo extenduntur prædicta, † ut poenæ illæ saltem applicabiles locum habeant non solum in iis, qui actu possident, vel quasi Advocatiam, sed in illis etiam qui expectativam, ein Anwartschafft künfftigen Schutz und Schirms / habent, vel quibus in diem, aut sub aliqua conditione committendæ Advocatiæ promissio facta est. Tunc enim, si protector futurus, aut destinatus, aliquod ex prædictis criminibus, conditione vel expectantia pendente, committat, æque privari potest, ac si in quasi possessione Juris illius jam antea fuisset, per ea, quæ eleganter in hanc rem scribit Schoner. *disputat. feudal. 10. thes. 12. lib. 1.* argum. *l. Sempronius Attalus ff. de usufruct. legat,* ubi jus † constituendum eodem modo amittitur, quo constitutum.

Ratio ampliationis I. 815

816 *Ratio II.*

Deinde sicut ille, † qui ædificium jam constructum destruere potest, multo magis prohibere potest ne extruatur arg. *l. nec non 28. §. exemplo. ff. ex quib. caus. major.* quia facilius quid fieri impeditur, quam jam factum destruatur. *l. patre furioso. 8.* & *ibi* Jas. *ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* ita ille qui expectativam dedit Advocatiæ nondum constitutæ, ob delictum facilius, eam, ne in esse deducatur prohibere potest. † quemadmodum & alias causa promissionis cessante vel sublata, tollitur & ipsa promissio, arg *l. 1. ff. de condict sine causa. l cum text. 16. C. de pact. inter empt. &c.*

817

Ratio III.

Præterea faciunt ad eandem ampliationem corroborandam tradita per Belvis. *in ca. imperialem. §. insuper vers. quæritur si vasallus feloniam, &c. de prohib. feud alien. per Frider. ibid.* Hern. *n. 58. & seq.* Laudens. *num. 1.* eleganter Alvarot. *num. 3. & 4.* Præpos. *nu. 1. vers. quod si promisit.* præclare in utramque partem disputando Matth de Afflict. *n. 13. & 14.* ubi simpliciter in hanc sententiam concludit. *vers pro solutione præsentis,* Schrad. *tract. feud. part. 9. princ part. 2. sect. 6. n. 9. & 10.* Anton. Capyc. *in invest. feud. c. feudor. investitura. col. 5. si is quem Dominus, &c.* Zas. *epit. feud. part. 10. num 78.* & alii ab his adducti, ubi communi ore tradunt, ad hoc, ut vasallus feudo privetur, unam solam ex causis amissionis à vasallo perpetratam esse sufficere.

818 *Extensio ampliationis.*

Et hæc ampliatio, ut dictum est, procedit, sive facta, de Advocatia assignanda promissio sit pura & simplex, sive conditionalis, nempe sub illa conditione, si prior protector decesserit absque successore, vel liberis, aut sub alia conditione.

819

Sed circa hanc ampliationem † non inelegans oritur quæstio: *Si Imperator expectativam certa Advocatia concedens alicui, ante protectorem, prius existentem, super cujus Advocatia, expectativa fuit concessa, & sic super Iure protectionis nondum aperto moriatur, utrum tunc successor in Imperio, eandem Advocatiam, casu quo ad se revertitur, illi, cui Antecessor eam promisit, omnino concedere teneatur?*

Expectativam Advocatiæ ab antecessore habenti an successor eam concedere teneatur.

820 *Affirmativa Ratio dubitandi I.*

Affirmativam suadet primum ea ratio, † quod successor in Imperio, teneatur observare gesta per antecessorem suum, in pertinentibus ad dignitatem & officium suum, hoc est, quæ sunt de natura & consuetudine dignitatis Imperatoriæ, ut est, dare Subadvocatos, juxta tradita Socin Jun. *cons. 60. n. 29. vol. 3.* Curt. Jun. *tract. feud. part. 2. n. 8.* Cuno. *de pactis, quæst. 24. nu. 48* Anton. Capyc. *decis. 121.* Cravet. *cons. 241. num. 17.* Albert. Brun. *cons. 1. col. 4. vol. 1.* Rosenth *synops. feud. cap. 10. concl. 38. n. 27.* ubi dicit, non esse dubium, quin successor in dignitate regali stare teneatur facto antecessoris, si id ad naturam & administrationem dignitatis pertineat, † Cum enim eadem dignitas in successore maneat, nec moriatur, *§. illud in fin. Authent. constit. quæ de dignit. c. si gratiose de rescript. in 6.* Ideo & pactum vel contractus ejusmodi in successore durare debet. Bald. *cons. 159 n. 4. lib. 3.* Tiraq. *tract. de jur. primogen. q. 35. n. 20.* Natt. *cons. 122. n. 3.* Et in specie de Imperatore, quod Antecessorum concessiones rite factas, inviolatas custodire teneatur, testantur Bald. post Cyn. *in l digna vox. n. 3. C. de legib.* Jas. late *cons. 1. n. 2. vol. 1.* Rol. à Vall. *cons. 13. n. 37. & seq. vol. 3.* Anton. Gabr. Rom. *commun. opin. tit. de jur. quæsit. non tollend. concl. 5. n. 2. & seq.* Grass. *comm. opin. cent. 2. obs. 63.* eleganter Decian. *cons 25. per tot. vol. 1.* Franc. Bursat. latissime examinat *cons. 16. n. 55.* Claud. Seysell. qui hac de re omnium uberrime scribit *de feud. tit. de his qui feud. dare poss.* Mandell. *cons. 67. n. 1.* Alciat. *lib. 2. præsumpt. ult. & cons. 18. vol. 6.* Henning. Goden. *cons. 3. de Jure Civit.* Ac militat sententia Gregor. à Montan. relata *in cap. justitia 25. quæst. 1.* ubi ait, *justitiæ ac rationis ordo suadet, ut qui sua à successoribus desiderat mandata servari, decessoris sui mandata & voluntatem custodiat.*

821

Quodque sit unum Imperium prædecessorum, & successorum, tradidere Bald. *cons. 326. vol. 1.* Alciat. *cons. 4. vol. 4.* & pluribus novissime Albert. Gentil. *lib. 3. de jur. belli, cap. 22. per tot.*

822 *Ratio dubitandi II.*

Et sic generatim etiam, † quod ex pacto vel contractu principis cum subdito vel aliis inito etiam principis successor obligetur, Anton. de Butrio Imol. Panor. Felin. & Dec *in cap. 1.* per ill. text. *de probat.* Paul de Castr. *in . fin. C. de transact. vers. & nota.* Bart. *l. prohibere. §. plane ff. quod vi aut clam.* Bald. *cap. fin. vers. octava extr. de sent. & re judic.* Ruin. *cons. 17. n. 2. lib. 5.* Boer. *decis. 204. n. 41.* Paril. *cons. 2. n. 13. lib. 4.* Boss. *tract. crimin. tit de Principe n. 29* Eman. Soarez *comm. opin. vers. princeps n. 267.* per text. *c. abbate sane, vers. sed ad hæc de re jud in 6.* Schurff. *cons. 72. n. 8. cent. 2.* Lofred. *cons. 38. col. 6. & seq.* Igneus *in l. donationes quas Divus col. 2. & 3. C. de donat.* tradunt.

823 *Ratio dubitandi III.*

Præterea Advocatiæ concessio gratiosa est, præsertim, quam Imperator alicui largitur; † At gratia concessa, sub nomine dignitatis Imperatoriæ, pro se & successoribus in Imperio, omnino per successorem servanda est, per ea, quæ scribunt Socin. Jun. *cons. 34. n. 4. vol. 3.* & Abbas & Dec. *in d. c. 1. in 2. not. extr. de probat. & in cap. quoniam Abbas. extr. de offic. delegat.*

824 *Decisio Negativa.* 825 *Ratio decidendi I.*

Verum, non obstantibus his argumentis † contrariam sententiam rectius defendi posse judico, quia communis Interpretum conclusio est, † quod Imperator, ac generaliter omnes, qui non Jure hæreditario, sed per viam electionis succedunt aliis, non co-

gantur habere ratas expectativarum concessiones per eorum antecessores aliis factas. † Tum, quia par in parem non habet Imperium, *l. nam & magistratus ff. de arbitr. l. ille à quo, §. tempestivum ff. ad SC. Trebell. ca. innotuit. extr. de elect.* Tum, † quia successor in dignitate, non habet causam ab antecessore, ideo ex his, quæ ex natura dignitatis non veniunt, non obligatur, arg. *l. lex vectigali Digest. de pignor. & l. si quis domum Dig. locat.* tum etiam, † quia Imperator existens præsentium tantum, non etiam post mortem suam rerum gerendarum administrationem habet, argumento *c. fin. 12. q. 1. & c. 2. de donat.* Harum. Pist. *quæst. jur. lib. 2. part. 2. quæst. 27. n. 2. & 3.*

826 827 828

829 *Ratio decidendi II.* Deinde fulcitur hæc decisio, quod Jus Antecessoris ex electione, in administratione tantum consistat, ideoq; in futurum successoris præjudicium disponere de re futura non possit, glos. *in c. 1. verb. compelluntur.* ubi Azonem adducit, *qui success. dat. teneant.* Rolenth. *de feud. c. 6. concl. 16. n. 13.*

830 *Ratio decidendi III.* Tertio pro hac sententia pugnat, † quod Actus ad certum tempus vel conditionem destinatus, si præcipitetur, non valet, in præjudicium tertii, scilicet successoris, ut pulchre ratiocinatur Paul. Picus *in ca. 1. nu. 13. tit. 9. lib. 1. de feud.* ubi scribit, quod rogatus agere actum post tempus, aut conditionem aliquam evenientem, si is agat ante eventum, aut tempus, actus ille non sustineatur, si vergat in præjudicium tertii, ut *in l. uxori. § Scimus ff. de legat. 3. filiusfamil. §. Divus Digest. de legat. 1.*

831 *Ratio decidendi IV.* Quarto idem speciatim † confirmatur exemplo feudorum, si enim Dominus de feudis adhuc penes alium vasallum existentibus, & nondum vacantibus alicui expectativam contulit, si vivo Domino non aperiantur, successor non est obstrictus, ea aperta, illi cui antecessor promisit, conferre, per text. *in d. ca. 1. qui successor. & c. tit. 9. lib. 1. de usib. feud. ibi:* si præmoriatur antequam conditio vel tempus existat, &c. per quem tex. ita *ibid.* docent Bald. *n. 2.* Alvar. *n. 3.* & Matt de Afflict. *num. 18.*

Et in specie de Imperatore, si is feuda nondum aperta alii promittat, eaque illo mortuo demum ad Imperium pleno Jure per mortem vasalli, aut alio modo revertantur, quod successor in Imperio nullo Jure cogi possit, talem promissionem ratam & gratam habere, text. est expressus *in c. 1. an apud Judicem vel pares Curiæ, &c.* gloss. & Feudistæ *ibi.* Jac. de Belvis. Nicol. de Neapol. Alvar. & Præpos. *in princ.* Affl. *n. 1.* Schenck, *n. 1. & 7.* And. de Isern. *in c. 1. ad fin. tit. qui success. teneant.* & *ibid.* Laudens. *n. 13. vers. nota hanc gloss.* Matt. de Afflict. *n. 94. & 95.* & alii communiter omnes, qui hoc deducunt ex *glossa final. ibid.* quoniam nec Imperator accipit Imperium ab antecessore titulo hæreditario, sed ad fastigium illius dignitatis evehitur per electionem legitimam juxta text. *in ca. venerabilem, extra de elect.* & faciunt not. per Imol. *in cap. grandi extr. de supplend. neglig. prælat.* & fuse tradita per Hennig. Goden. *in cons. 1. per tot.*

832 Quare ex concessione facta alicui † per antecessorem in Imperio, ipse successor (si concessio non sit jam consummata) non obligatur, nec efficaciter obligari potest. Siquidem antecessor in successorem suum, qui est ei par in Imperio non habet Jurisdictionem aut statuendi potestatem, *cap. innotuit, cum gloss. ibid. extr. de elect. & cap. proposuit. extr. de concess. prabend.* Et habetur per Dd. communiter *in rubr. & cap. 1. extr. de constitut.* & Præpos. Alexandr. *in cap. si Papa 40. distinct.* ac gl. *in c. dudum verb. nos igitur de præbend. in 6.* Nec

833 † potest antecessor disponere in tempus, quo ipse nullam in eo potestatem habiturus est, *l. cum hic status. §. si sponsus ff. de donat. inter vir. & uxor. l. fin. in princip. ff. de pæn. l. in tempus. ff. de hæred. instituit. c. præsenti de offic. legat. in 6.* per quæ Jura sic scribit Tiber. Dec. *cons. 14. n. 104. & seq. vol. 3.*

834 *Ratio decidendi alt.* Nec denique potest † Imperator legem aliquam ponere successori suo aut manus ejus ligare, ac præire illi, quo minus immutare concessionem possit, juxta ea, quæ notantur *in l. digna vox. & C. de legib.* Matth. de Affl. *in d. cap. 1. num. 91. in tit. qui successor. teneant.* cum multis similibus citatis per Tiber. Decian. *cons. 25. nu. 1. & 2. in 1. notab.* Cumque, ut antea dictum est, Imperator non ab antecessore suo capiat Imperium, & potestatem suam, sed per electionem, & sic aliunde, non cogitur, factum Antecessoris non consummatum adimplere, aut ratum habere, sicut nec is, qui feudum capit ex pacto, & providentia primi concedentis, obligatur ex facto vasalli Antecessoris, juxta tradita *in cap. 1. in tit. an agnat. vel fil.* Et faciunt ea, quæ not. *in cap. 1. §. hoc quoque. tit. de success. feud.* & ita sentit gloss. *1. in cap. 1. tit. qui successor. teneant. 2.* ubi Matth. de Afflict. *num. 52.* dicit illam gloss. esse ad hoc notabilem.

Porro non obstant huic sententiæ, ea, quæ dubitationis movendæ gratia *supra* deducta fuere.

Solutio contrariorum Argumentorum. Resp. ad I. dubitandi rationem. Nam quod primo objectum est, successorem obligatum esse ad observantiam gestorum, per Antecessorem suum, respondetur, quod concessio hujusmodi expectativarum super Advocatiis nondum vacantibus, saltem, quatenus ex post mortem concedentis vacaturæ sunt, non spectet ad dignitatem aut officium Imperatoris, siquidem hac ratione ille officium suum extenderet in id tempus, quo ipse administrationem amplius habiturus non est, quod ei facere non licet, arg. *l. cujus bonis ff. de curat. furios. & l. in tempus ff. de hæred. instit. l. quod sponso ff. de donat. ante nupt.* & facit text. *ibi c. 1.* cum ibi not. per Bald. Alvar. Affl. & alios *tit. qui success. teneant. cum similib. supra adductis.*

835

836 *Respons. ad II. dubitandi rationem.* Ex quo & altera objectio diluitur, † quod nempe ex pacto vel contractu Principis cum subdito vel aliis inito, ejusdem successor obligetur, quia idipsum locum tantum habet, si Princeps contrahat super pertinentibus ad officium juxta morem principatus, sicut declarant Dd. *ad l. 1. ff. de constit.* & alii *supra* allegati.

837 *Respons. ad III. dubitandi rationem.* Nec obstat denique, † quod gratia concessa sub nomine dignitatis imperatoriæ per successorem exequenda sit, quia respondetur, quod adducta in contrarium procedant, quando hujusmodi concessio per antecessorem facta, jam est consummata. Tunc enim, si sub nomine dignitatis facta & consummata sit, successor, etiam per electionem veniens ad dignitatem, non potest illam concessionem revocare, secus vero est, si concessio vel gratia facta per Antecessorem, nondum fuerit consummata. Nam tunc successor, per electionem vocatus ad Imperium vel dignitatem, factum Antecessoris sui adimplere, aut servare non cogitur, juxta tradita per Joan. Andr. *in c. ex tua. extr. de filiis presbyt. c. super gratia. de offic. deleg. in 6.* Cyn. *in l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* Bald. *in c. 1.* ubi & reliqui Feudistæ præsertim Afflict. *n. 92. sæpe dicto tit. qui success. teneant. cum similib.*

Limitationes præcedentis decisionis. Cæterum præcedens decisio aliquot recipit exceptiones seu declarationes.

838 *Limitatio I.* Primo enim limitatur, † si Imperator cum consensu Principum Electorum, expectantiam Advocatiæ alicui promisisset. Quæ enim Imperator facit cum consilio & consensu Electorum Imperii, tanquam procerum suorum ac præcipuorum membrorum & columnarum Imperii, non suo particulari, sed totius Imperii nomine fecisse censetur, per ea, quæ *supr. eod. hoc. c. in 2. casu,* quo protectio Cæsareæ morte suscipientis non finitur aut dissolvitur, in simili adducta sunt.

Quia

839 Quin & eadem limitatio satis probatur † per ea, quæ in simili tradunt Feudistæ, quod scilicet in casu Expectativæ alicui super feudo per alium adhuc detento datæ (Wann einem ein Anwartung auff ein Lehen verschrieben oder zugesagt worden) successor in Imperio teneatur factum antecessoris adimplere, etiamsi feudum promissum Antecessore mortuo demum aperiatur, si investituræ aut promissioni istius expectativæ ab antecessore factæ consensus Principum Electorum accesserit, iisque assentientibus hæc concessio celebrata sit, ut expressim probat Nicol. Everh. Jun. *cons. 1. nu. 27. vol. 1.* per ea, quæ in simili scribunt Jo. Borcholt. *de feud. p. 7. in pr. n. 21.* Herman. Vult. *cap. 10. nu. 16. vers. quod si vero investitura lib. 1.* Matt. de Afflict. *in d. cap. 1. n. 14. tit. qui success. teneant.* ubi ait, quod quando Prælatus cum consensu Capituli sui, investivit aliquem de feudo viventis, ipso non consentiente, in diem, vel sub conditione, si feudum aperietur, tunc mortuo Prælato ante diem vel conditionem, nihilominus successorem ejus teneri, eveniente casu ad implendum & exequendum dictam concessionem propter consensum Capituli, citans ad hoc ea, quæ scribunt Cardinal. *cons. 15. vers. sed etiam alio capite* & Joan. de Anan. *in cap. fin. ne prælat. vices suas, &c.* † Ubi tradunt, quod si prælatus de rebus Ecclesiæ consensu Capituli contraxit, successor huic contractui stare debeat. Et ita respondit Facultas Juridica Lipsensis *consil. apud Hartman. Pistor. quæst. Jur. lib. 2. p. 2. post quæst. 27. nu. 15. extante,* ubi *num. 24.* ait, idem esse, si capitulum & Prælatus, præfecturam cui feudum aperiri debebat, ante eventum conditionis alienavit, quod & amplectitur in eodem casu Academia Francofurtensis *in cons. d. loco impresso num. 11. & seq.* & idem Pistor. examinat. *d. quæst. 27. num. 19. & seq.* ubi & *num. 25.* ad contraria respondet. † Capitulum enim & Ecclesia non moriuntur, & Prælatus successor ab illo causam accipit, argum. *l. proponebatur, Digest. de judic.* cum ibi not. per Ang. & alios *l. si usufructus,* cum *ibi* traditis per Dd. *Digest. de usufruct. legat.* & faciunt quæ habentur per Bald. *in l. fin. C. sine censu vel reliquis, & in cap. si gratiose,* junctis ibi not. *de rescript. in 6. cap. libera. 12. q. 2. & §. licentia. Auth. de Sanct. Episcopo.*

Rati limitationis (839); 840; 841

842 *Limitatio II.* Secundo limitatur præmissa decisio, † quando is, qui possidebat Advocatiam, vita functus est, superstite adhuc & in administratione existente (nam ab officio remotum, & mortuum esse, hoc casu paria sunt, per ea, quæ tradit Alvarot. *in cap. 1. n. 3. qui success. teneant. gl.* & alii *in cap præsenti de offic. ordin. lib. 6.* Bald. *in d. cap. 1. n. 2.*) eo qui hoc jus protectionis taliter concessit, tunc enim licet concessio expectativæ per ipsum concedentem nondum fuerit impleta, ob id forte, quod concedens impeditus, vel morte præventus, non potuerit tam cito eum, cui Advocatiam sub tali conditione concesserat, in possessionem ejus ducere, successor ipsius, quamvis per electionem ad dignitatem vocatus, tenetur ejusmodi concessionem exequi ac ratam habere, quoniam concessio facta per Antecessorem, in vita ejus cœpit habere effectum, & quoad Juris acquisitionem omnino fuit consummata, licet executio Juris quæsiti nondum fuerit subsecuta arg. text. *in d. ca. 1. qui success. tenean. ibi:* si possessio rei penes eum fuerit, ipse & ejus successor teneatur, &c. per quem text. hoc etiam notant Matth. de Afflict. *ibid. num. 52.* Isern. *num. 2.* Bald. *num. 4.* Alvar. *numer. 1. & 3.* Laudens. *num. 1.*

843 *Limitatio III.* Tertio declaratur antecedens conclusio, † ut non procedat, quando ille, cui per antecessorem expectantia Advocatiæ promissa fuit, priori ejusdem possessore consentiente, in possessionem Juris Advocatitii missus fuit, tunc enim, quia concessio vel gratia, facta per Antecessorem, jam fuit consummata, successor etiam per electionem vocatus ad dignitatem, gratiam illam vel concessionem revocare non potest, sed eam servare cogitur, etiamsi Advocatia in feudum forte habita Antecessore mortuo aperiatur, sicut aperte probatur per text. *in d. cap. 1. qui success. ten. tit. 3. lib. 1.* & *ibi* Jacob. de Belvis. & Andr. de Isern. *nu 1. & 5.* Schenck. *n. 1. & 8.* Paul. Picus *n. 13.* Hotoman. Cujac. & alii. Et quod textus hoc velit, apparet ex dictione, nisi, quæ est exceptiva, Dd citati & interpp. *in l. actione C. de sacrosanct. Eccles.* Borcholt. *de feud. p. 7. in princ. n. 20. & seq.* quod & multis defendit Hartm. Pist. *lib. 2. p. 2. quæst. 27. num. 40. & seq.* & regulariter verum testatur Collegium Lipsense *in cons. ibid. subjecto. n. 24.* Vult. *c. 10. n. 16. in fin. lib. 1.*

844 *Limitatio IV.* Quarto limitatur nostra decisio, † si antecessor expectativam super Advocatia vacatura per modum legitimi contractus concessit. Tunc enim ejus quoque successor, qui pro una eademque persona cum prædecessore habetur, Alvar. *cons. feud. 121. n. 12.* eundem contractum servare tenetur, maxime quando alii jus est quæsitum, Bald. & Dd. *in l. digna vox. & in l. fin. C. de legib.* late Jacob. *in tract. feud. in pr. ad verb. sed an princeps n. 1.* cum ibi allegat. Matt. Wesenb. *cons. 41. n. 183. vol. 3.* Quoniam tali casu non tam de Jure prædecessoris agitur, quem res amplius non tangit, quam de Jure tertii, cui ne princeps quidem jus suum auferre vel potest, vel debet, Jas. post gloss. & Dd. *in l. ult. n. 2. & 3. C. si contr. jus vel util. publ.* Bart. *in l. 2. C. de feud. pat. lib. 10.* Castrens. *cons. 156. viso & cons. 281. primum vol. 1.* Ægid. Boss. *tr. de principe n. 21.* Brun. *cons. feud. 16. nu. 4. 5. & 6.* Nevizan. *cons. feud. 12. n. 30.*

845 *Limitatio V.* Quinto locum non habet nostra assertio, † si successor factum antecessoris, Advocatiam vacaturam promittentis sua sponte ratam habere velit, id enim posse eum, dubio omni caret. Rosenth. *in simili synops. feud. cap. 6. concl. 16. n. 6.*

Atque hæc de quæstione proposita sufficiant, nunc ad reliquas extensiones, quasi è diverticulo in viam revertimur.

846 *Ampliatio III. præcipuis de amittenda per delictum Advocatia.* Tertio igitur prædicta de amittenda † scilicet per delictum Advocatia extenduntur, locum habere, etiamsi delinquens minor sit, quia minor curatore carens, æque ut major, ex delicto obligatur. *l. auxilium. 37. §. in delictis ff. de minorib. l. unic. C. si advers. delict.* & utrobique Dd. Grammat. *decis. 23. n. 12.* Jul. Clar. *lib. 5. § ult. quæst. 60. n. 3.* † Sed in integrum restituitur in non atrocibus, si careat dolo vero, etiamsi forte esset in præsumpto vel culpa, Dd. *d. locis* communem calculum hunc esse referentes, de quo plene & distincte Sforzia Odd. *in tract. de restit. in integr. p. 2. quæst. 80.*

847

848 *Ampliatio IV.* Quarto ampliantur prædicta, † quod jus protegendi ob delictum commissum, non solum ipsi Patrono delinquenti, sed etiam ejusdem hæredibus auferatur, quod tamen in certis duntaxat casibus procedit, quia regulariter † pœnæ auctores tantum suos tenere debent. *l. crimen 26. ff. de pœnis, l. sancimus C. eod. l. si fint tabulæ ff. de tab. exhib.* cum concordant. in gl. *ibid.* citatis. *l. neq; 159.* & *ibi* Interpp. *ff. de reg. jur.* neque quisquam odio alterius prægravari. *c. non debet aliquis 22.* ubi Dyn. *de reg. jur. in 6. l. si quis in suo. §. legis autem. C. de inoff. testam. l. 3. §. emancipatus ff. de bon. possess. contra tab.* neque filius iniquitatem patris portare, ut est apud Prophet. Ezech. *c. 40. & d. l. crimen. ff. de pœnis. l. 2. §. in filiis ff. de Decur. cum simil.* Dyn *in d. c. non debet. 22. n. 6.* ubi pulchra addit. *in lit. f. l. defunct. & l. fin. C. si reus vel accusator mort. fuer. l. milites ff. de re milit.* gl. fin. *in l. filium ff. de Senatorib.* † & actiones ad vindictam competentes raro contra hæredes transeunt. *l. si cum §. qui injur. ff. si quis caut. l. pen. ff. de in*

849; 850

de in jus vocand. l. 1. ff. de privat delict. l. ejus qui delatorem ff. de jur. fisci & l. 1. C. ex delict defunct. in qualit. ubi Cuiac. *in paratis*, prolixe Benedict. Capra. *in regulis suis regul. 67. nu. 12. & seq.*

851 *Quarta ampliationis exceptus Casus I.* Inter alios autem prædictæ † ampliationis casus qui nobis occurrunt, primus est, quando Advocatus ausu temerario Prælatum Ecclesiæ occidit, vel mutilavit. Eo enim casu omnes successores usque in quartam generationem, Jure Advocatiæ facto ipso privantur, per text. *in cap. in quibusdam. §. & ne minus ibi.* de præmissis nihil veniat ad hæredes, notat idem Panor. *in d. c. in quibusdam. nu. 1.* Paul. de Citadin. *de Jure patronat. part. 14. nu. 6.*

852 *Casus II.* Secundus casus est, † quando protector Jure Advocatiæ ob inobservantiam pactorum privandus est. Tunc enim eadem pœna redundat in ejusdem hæredes, quia jus commissæ Advocatiæ ob pacta non servata, ad hæredes transitorium est, ut in terminis feudalibus testatur Bald. *in c. Imperial. §. insuper n. 7. de prohibit. feud. alien. per Frid.* quod notatu dignum dicit Præpos. *eod. loco n. 1. in fin.* sequitur Sylvan. *de feud. recognit. quæst. 29. n. 25.* Carol. Molin. *consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 126. q. 33.* idemq; in terminis donationis adseverat Salyc. *in l. fin. n. 4.* Cyn. *ibid. n. 5.* & Bald. *n. 1. C. de revoc. donat.* Curt. Jun. *de feud p. 4. n. 156.* & communis est in donatione, tam ibi quam *in ca. fin. de donat.* teste Ripa. *in d. l. fin. n. 236.*

853 *Limitatio II. casus.* Id tamen, † quod dictum est ob pacta conventa non servata, pœnam locum habere, etiam in hæredibus intelligi debet, de pactis specialiter expressis extrinsecis, non autem internis sive intrinsecis, sed si quid specialiter pactis expressum sit, id quod etiam sentit Schrad. *de feud. part. 2. part. 6. prin. sect. 10. n. 24.* dum ait, quod ob pacta conventa non servata, transeat actio contra hæredes, id intelligere oportere propter pacta conventa extranea sive extrinseca, hoc est, extra substantiam rei, non vero, si contravenit pactis internis, sive intrinsecis, hoc est, iis, quæ insunt naturæ aut substantiæ rei, etiamsi expresse non fuerint per contrahentes dicta, conventa ac tabulis contractus inserta, &c. juxta tradita per Bart. & Dd. *in l. fin. ff. de cond. ob. causam.*

Limitationes circa amissionem Advocatiæ ex delictis enascentem generales. Huc usq; ampliationes, nunc generales etiam limitationes prosequemur, casus afferendo, in quibus commissæ privationis pœnæ locum non habent.

854 *Limitatio I.* Primum igitur prædicta de privationis † pœna ob delictum infligenda declarantur, locum non habere postquam clientes protectori in crimen privatione dignum lapso, culpam remiserunt, quia non possunt pœnitentia ducti postea ad privationem agere, per ea, quæ tradunt Thom. Grammat. *decis. Neapol. 105. n. 5.* Jas. *cons. 16. n. 8. & 9. vol. 3.*

855 *Ratio limitationis à simili.* Sic etsi pater filium ex justa causa † exhæredavit postea vero cum eo ita reconcilietur, ut culpæ det veniam, exhæredatio illa sublata intelligitur, & consequenter privatio hæreditatis ipso Jure, non obstante exhæredatione facta, nec poterit pater semel remittens ad eam redire, per tradita Bart. *in l. 3. §. fin. ff. de adimend. & transf. legat.* Jas. *in l. in arenam. 11. n. 8. C. de inoffic. testam.* sequitur & receptissimum testatur Vasq. *de success. creat. &c. §. 30. nu. 193. & seq.* Mich. Graff. *§. testam. quæst. 42. n. 11.*

856 Inducitur autem remissio culpæ † per renunciationem, aut pactum expressum vel tacitum inter clientes & protectorem initum, per ea quæ tradunt Dd. *in l. si unus 27. §. illud. ff. de pact.* Ripa *in l. fin. n. 200. C. de revocand. donat.* Rimin. *§. 1. n. 459. Instit. de donat.* Bart. Jas. & Dd. *in l. fin.* & *ibi* Cagnol. *n. 81. & 82. C. de pact.* Idq; procedit, sive hoc pactum sit gratuitum, sive onerosum, quod videl. fit, aliquo dato vel recepto. Nam ea, ob quæ Advocatia amittitur, privata, ut plurimum delicta sunt eorumq; pœnæ persecutio, non fisco, sed parti applicatur. † Clari vero Juris est, quod de delictis privatis, quoad pœnam applicandam parti, indistincte, non tantum gratis pacisci, verum etiam transigere liceat, Dd. communiter *in l. transigere, 18. C. de transact.* 857

858 [...]a tamen remissio per se non præsumitur, † sed protectori probanda venit, facit id, quod tradit Men. *tr. recuper. poss. rem. 9. n. 143.* tum quia facta non præsumuntur. Cagnol. *in l. quatenus 24. n. 7. ff. de reg. jur.* Alc. *de præsumpt. part. 3.* tum etiam, quia multo minus reconciliatio inimicorum, & se mutuo offendentium præsumitur, Bald. *auth. si dicatur C. de testib.* Fel. *c. quoties, n. 4. extr. de testib.* Quodq; usq; adeo verum est, ut nec ex scientia, & patientia sive taciturnitate clientum remissio talis præsumatur vel indicatur, Alex. *cons. 30. n. 5. lib. 6.* etiamsi intervenerit lapsus longi temporis nisi conjectura aliqua concurrat, Ruin. *cons. 44. n. 4. lib. 1.*

859 *Limitatio II.* Secundo declarantur prædicta, quod licet protector dignam privatione pœnam incurrerit si tamen, eo vivente clientes tacuerint, eo ante querimoniam mortuo, contra hæredes ejus ad pœnam privationis agere non possunt *l. si cum 10. §. qui injuriarum ff. si quis caut. l. pen. Digest. de in jus vocand. l. 1. ff. de privat. delict. l. ejus qui* & *ibi* Bart. *Digest. de Jure fisci. l. 1.* & *ibi* Bald. *C. ex delict. defunct. §. non autem Instit de perpet. & temp. act. gloss. in l. omnimodo 30. in verb. non licebit. C. de inoffic. test. ibid.* Salycet. *n. 6.* Jas. *n. 10.* Cyn. *in l. 1. n. 6 ibid.* Ripa ex communi *n. 237. C. de revoc donat.* Corbul. *de jur. emphyt. caus. & cap. amiss. 15. ob. non solut. canon. ampliat. 45. n. 2.* Tiraquel. *in repet. l. si unquam in verb. susceperis liberos. n. 215. C. de revoc. donat.* Mascard. *de probat. concl. 1262. n. 9. & 23. lib. 3.* Catel. Cott. *memorabil. incip donatio perfecta.* Cacher. *decis. Pedemont. 77. n. 11* Laur. Kirch. *ex communi cent. 5. concl. 60. sub lit. i. n. 9.* Villalob. *in tit. C. n. 1.* Ant. Gabr. Rom. *comm. opin. lib. 7. de malef. concl. 35. n. 2.* citant. *l omnimodo C. de inoffic. testam. & l. 1. & l. fin. C. de revoc. donat.* ubi idem in donationis revocatione statuitur, † quod nempe actio competens donatori ad revocandum rem donatam post mortem ejus propter ingratitudinem donatarii, regulariter contra hæredes donatarii, non detur, gl. *fin. c. fin.* & *ibi* Dd. *extr. de donat.* Covar. *in ca. Raynutius in princ. n 9. de testam.* Gomez. *var. resolut. tom. 2. cap. 4. n. 14.* Roland. *cons. 81. n. 18. vol. 3.* Surd. *tract. de aliment. tit. 1. quæst. 48. num. 42.* † Sicuti & hæres mariti de adulterio uxoris defuncti ad privationem dotis conqueri nequit, si maritus sciens de hac in vita sua conquestus non sit. Bald. *in l. rei judicata §. 1. eod. loco* Castr. *n. 3.* Alex. *n. 3.* & *ibi* addit Curt. *n. 4. ad verb. privare, Digest. solut matrim.* Angel. Aret. *tract. de Malefic. ad verb. Che hai adulterato, &c. vers. quid si maritus. & ibi* addit. Alex. de Imol. & August. Ariminens. *post. n. 29.* Salicet. & Tiraquel. *ad. loc.* 860 861

862 *Limitatio III.* Tertio locum non habent † prædicta in delictis illis, alioquin privatione dignis, quæ protectores ante susceptam Advocatiam commiserunt, arg. *l. si uxor. 13. §. fin. Digest. ad l. Jul. de adulter. l fin ff. de bon. libert. l. si quis, testib. 17. C. d. testib* tum, † quia vasallus feudo privari non potest ex illis delictis, quæ ipse commisit, antequam vasallus fieret, vel ei feudum concederetur, Jac. de Belvis. Isern. Bald. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. *in c. 1. §. fin de Cap. Corad.* Isern. *in c. 1. §. insuper ibique* Afflict. *n. 40. de prohib. feud. alien. per Frider.* Alvarot. & Præpos. *in cap. 1. in princ. de feud. sine culp. non amitt.* † tum quia donatarius non privatur re donata propter ingratitudinem commissam ante donationem factam Franc Ripa. *in repet. d. l. fin. n. 200. C. de revocat. donat.* † Tum, quia etiam civi novo non possunt 863 864 865

possunt concedi represaliæ propter injustitiam ipsi factam antequam civis fieret. Bart. *tr. de represal. q. 5. princ. n. 11.* Cald. *Auth omnino n. 8. C. ne uxor pro marito.* Bertachin. *in suo repertor, verb. repressalia, quib. concedantur, n. 12.*

Plures limitationes seu exceptiones quibus pœnæ delictorum vel temperantur, vel penitus abolentur, si quis requirat, eas apud præstantiss. ICtum Prosp. Farinac. *part. 3. tract. crimin. q. 86. & seq. usq; 99.* copiosissime pertractatas inveniet.

XXXXIII. *An protectoribus propter delicta prius examinata majora Jus protegendi adimi possit.*

Et hactenus quidem iis, quæ speciatim de causis amittendæ Advocatiæ ex delictis tam à singularibus personis, quam ab universitate commissis descendentibus ampliative & limitative à nobis allata sunt, benevolo lectori satisfactum speramus; ut tamen non ignoretur, amissionem Advocatiæ, non tantum ex enumeratis culpis præcise fieri, sed ex aliis etiam similem vel majorem enormitatis rationem habentibus procedere posse, idcirco illa hic necessario examinanda est quæstio, † *An protectoribus propter delicta commissa hactenus expressis majora jus protegendi adimi possit?*

866

867 *Negativa. Ratio dubitandi I.*

In negativam partem primo adducitur, quod privatio nunquam † sit imponenda, nisi expresse à lege caveatur, gl. *in c. fin. in verb. ex vi.* ubi Abbat *de Jur. patron.* Alex, *cons. 103. n. 15. lib. 1.* Felin. *in c. 2. n. 13. de sponsal.* Dec. *in c. ex tenore sub. n. 8. de rescript.* Crav. *de antiq. tempor. part. 4. §. transeo nunc. ad quartam n. 148.* Curt. Jun. *cons. 119. n. 9.* Bertazol. *in repet. l. si quis major. n. 174. de transact.* cum multis similibus allegat. per Tiraquel. *in repet. l. si unquam 8. verb. revertatur n. 149. cum seq. C. de revoc. donat.*

868 *Ratio dubitandi II.*

Item secundo, quod † pœnæ non sint imponendæ, ex magistrorum opinionibus, sed in casibus tantum expressis Tiraquel. *d. verb. revertatur n. 251.* argum. *c. si habes. 24. quæst. 3. c. Romana de suppl. negl. prælat. lib. 6. gloss. c. porro. verb. separari extr. de divort.* quodque pœna regulariter non imponatur, nisi lex hoc expresse dicat. *l. etsi quis. 14. § divus ff. de religios. & sumpt. funer. c. is qui in prin. de sent. excomm. lib. 6. §. quia vero Leonis Auth. de non alien. & permut. reb. Eccles.* Barb. *cons. 11. cons. 16. & cons. 24. lib. 1.* Curt. Sen. *cons. 13. n. 24. & cons. 63. n. 14.* cum similibus alleg. per Cravett. *de antiq. temp. dict. p. 4. §. transeo nunc. n. 148.*

869 *Ratio dubitandi III.*

Tertio urget, quod in pœnalibus non fiat extensio neq; de similibus ad similia. *l. si vero. §. de viro ff. solut. matrim.* Jas. *l. cum quidam. ff. de lib. posthum. & in l. fin. ff. de in jus vocand.* neque ex majoritate rationis. gl. & Jas. *Auth. quas actiones Cod. de sacros. Eccl. & in l. fratres 27. col. 3. C. de inoff. testam.* Aret. *cons. 27. col. 2.* Corne. *cons. 271. col. 4. lib. 4.* Dec. *l. non debet cui quod plus 21. n. 3. ff de reg. Jur.* Curt. Jun. *cons. 6. col. 6.* Nicol. Everh. *in Top. loco à ratione leg. larga.*

870 *Ratio dubitandi IV.*

Denique inficias ire nemo potest in † jure Canonico, duos tantum casus, quibus pœna privationis Advocatiæ constituta est reperiri; occisionis nempe & mutilationis Rectoris Ecclesiæ in protectionem commissæ, *d. c. in quibusdam de pœnis.* Ab aliis igitur novis, tanquam odiosis excogitandis ingenium cohibere debemus arg. *c. odia de reg. Jur. in 6.* Alciat. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6.*

871 *Decisio Affirmativa.*

Verum his non obstantibus † affirmativam partem rectius defendi posse, existimo, quod scilicet ex delictis similibus vel gravioribus, quam Jure expressum sit, Advocatiæ privatio induci possit, dummodo in iis par, vel major perdendæ clientelæ ratio militet.

872 *Ratio decidendi I.*

Ad hanc decisionem moveor primo, † quod etiam vasallus privetur feudo, non tantum ex causis in consuetudinibus feudalibus expressim positis, sed etiam ex causis similibus aut majoribus. *c. 1. §. sed quia* ubi Bald. Alvarot. & Præpos. *qua fuit prim. caus. c. si capitanei ibi* Bald. Præpos. & Affl. *quib. mod. feud. amitt.* Curt. *tr. feud part. 4. n. 80.* Soc. *cons. 87. n. 16. lib. 3.* Benincas. *§. actionum n. 164. Inst. de actionib.* Schr. *de feud. part. 9. c. 9. n. 18.* Rosenth. *c. 10. concl. 14. n. 6.* Jo. Jac. de Leonard. *inter cons. feudal. Brun. cons. 117. n. 34.*

873 *Ratio decidendi II.*

Deinde quod etiam donatio † legitime perfecta, secundum communem & receptam Dd. sententiam non tantum de causis in Jure expressis, sed & similibus ac majoribus quam propter ingratitudinem donatarii revocari possit. Abb. Anchar. Imol. & Barb. *in c. fin. extra de donat.* Dec. *c. cum speciali. col. 2. extr. de appellat.* gl. Cyn. Joan. Fab. & Dd. *in l. fin. Codic. de revoc. donat.* Bald. *§. 1.* & *ibi* Riminald. *Inst. de donat.* Jas. *auth. non licet. col. 2. C. de liber. præterit.* Præpos *c. 1. in princip. n. 1. quib. mod. feud. amitt.* Cagnol. *l. in condemnatione, 173. ff. de regul. Jur.*

874 *Ratio decidendi III.*

Tertio, quod etiam filium † exhæredare liceat patri non tantum ex causis in Jure expressis, verum etiam similibus sive majoribus. Guil. Benedict. *c. Raynutius verb. in eodem testam. relinquens, n. 29. Extr. de testam.* Govar. *d. c. Raynutius in princ. n. 16.* Eman. Costa. *in l. gallus 29. §. & quid si tantum. part. 3. n. 173. ff. de lib. & posthum.* Guil. de Cun. *Auth non licet* & *ibi* Curt. *n. 23. C. de liber. præterit.* Everh. *in Topic. loco ab exceptione ad regulam.* Rimin. *§. 1. n. 538. Instit. de donat.* Petr. Gerh. *singul. 1.* Hippol. *singul. 78.* Chass. *consuet. Burgund. rubr. 7. §. 2. vers. sed quæro.* Jo. Lup. *in rubr. extra de donat. § 16. n. 10. & in c. per vestras notab. 3. §. 20. n. 15. extr. de donat. inter vir. & uxor.*

875 *Solutio contrariorum Argumentorum generalis.*

Nec obstant in contrarium † adductæ Juris theoricæ quæ omnes una eademq; responsione recte eliduntur declarando, eas nempe locum non habere, quando ratio in lege pœnali est expressa; † tunc enim illa lex pœnalis, locum habet in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat. *l. cum mulier. 47.* ubi Alex. *ff. solut. matrim.* Gemin. *c. si civit. §. 1. de sent. excomm. lib. 6.* Jas. *l. 1. col. 2 ff. in jus vocati ut eant.* Dec. *l. factum cuiq; 115. §. in pœnalib. n. 15. ff. de reg. Jur.* Crav. *de antiq. tempor. part. 4. §. videamus modo n. 18.* Rimin. *§. 1. n. 546. Inst. de donation.*

876

877

Certum autem est, † quod ubi similis vel major subest ratio, lex non extendi sed declarari dicatur, Oldrat, *cons. 185. in fin.* Calderi. *cons. 1. in tit. ut lite pendent.* ubi ait, quod ubi est eadem ratio non dicitur quis extendendo novum casum addere, sed quod in primo casu in ratione concludebatur, secundum æquitatem detegere seu declarare, lex enim dicitur esse, quod in ratione consistit, *c. consuetudo distinct. 1.* Ergo ubi locum habet legis ratio circa eadem etiam lex ipsa obtinere debet, idem Calder. *cons. 1. in tit. de regular.* ubi dicit, † 878 quod ratio dicatur lex communis ad omnes casus quos comprehendit, & ob id non inspiciatur dispositio, an in ea sit idem casus vel non, sed ratio duntaxat consideretur, cui suffragatur Jo. de Anania *inter cons. Paul. de Castro cons. 261. col. 2. lib. 2.* ubi dicit, quod ubi est eadem ratio & omnimoda similitudo, non dicatur lex extendi, sed casus ille sub ejusdem legis dispositione includi ac contineri, cum hic nulla proprie dici possit extensio, per gl. *in c. 1. de temp ordin. lib. 6.* sequitur Bald. *in l. omnes populi 9. col. fin. ff. de just. & jur.* Petr. de Anch. *cons. 304. in fin.* Tiraq. *in tr. cessante causa part. 1. n. 152.* † 879 Idque obtinere etiam in pœnalibus, ut in iisdem fiat extensio de similibus ad similia, ex rationis identitate notant Jas. *in §. sequens col. 7. & in §. tripli Instit. de acti. & in l. 1. col. penult C. de transact.* Dec. *in c. translata in prin. de constit. & in c secundo requiris col. fin. de appell. & in cap. 1. col. 13. de probat.* Rom. *cons. 429.* ubi exempla complura adducit.

880

Porro illa dicuntur similia, † quorum est una qualitas, Bald. *c. 1. de feud. cognit.* Matt. de Affl. *cap. 1. §. sed*

quia num. 25. quæ fuit prim. caus illaque tantum similitudo recipitur, quam vel lex, vel princeps, vel ratio naturalis dictat, Alvarot. *c. si capitanei n. 3.* & *ibi* Præpos. *n. 2. quib. mod. feud. amitt.* & is, qui dicit, vel allegat aliquid simile esse, parte adversa hoc negante, illud probare cogitur. Archidiac. *cap. cum dilectus 22. quæst. 2.* Matt. de Affl. *c. 1. §. si duo fratres n. 9. de feud. Marchia.* atque illius rei, utrum aliquid sit simile vel non, cognitio ad judicem causæ spectat, Bald. *d. cap. si capitanei. n. 1.* & *ibi* Alvarot. *n. 3.* Præpos. *n. 2.* & Affl. *nu. 27. quib. mod. feud amitt.* Socin. *cons. 87. num. 16. lib. 3.* argum. *l. ideo quia 26. ff. de legib. l. 1. ff. de jur. deliberand. l. voluntas 5. C. de fideicommiss. c. de causis, §. fin. extr. de offic. delegat.*

881 Nihil denique obstat decisioni † nostræ quarta & ultima objectio: Quamvis enim duæ solum causæ amittendæ Advocatiæ *in d. cap. in quibusdam.* à Pontifice exprimantur: tamen hæc ipsa enumeratio non excludit casus alibi designatos propter quos Clientela amittitur, quemadmodum nec *lex finalis C. de revoc. donat.* certas causas enarrans, ex quibus donatio rescindi potest, respuit illas quæ comprehensæ sunt *in l. si unquam C. eod.* de qua re copiose Tiraquell. in expositione *d. l. si unquam*; Ita etiam commemoratio duarum illarum causarum homicidii ac mutilationis non submovet, neque excludit illas privationis causas, quas hoc ipso Capite partim ex jure civili, ac feudali deduximus.

Respons. ad ultimam objectionem.

883 Circa easdem tamen similesq; causas † dijudicandas, Judex debet esse solers, discretus, & æquitatis studiosus. Nam non quælibet causæ hic vago Judicis arbitrio committuntur, sed bene, an proposita, & in judicio deducta sit similis vel major antiquis, & causis non controversis, ut consideret, perpendat, solerter, & discrete examinet ac arbitretur, per ea quæ tradit Men. *de arbitr. jud. quæst, casu. 267 n. 1. & 7. cent. 3.* Jo. Jacob. Leonard. *cons. 117. inter cons Bruni nu. 37.* Wesenb. *cons. 43. n. 118. cum seq. vol 1.* Socin. *cons. 99. n. 3. vol. 3.* Jo. Petr. Ferrar. *in form. lib. quo agit. ad revoc. feud. §. nec superstitibus. n. 25. caus. 28.* Rosenth. *Synops. feud. c. 10. concl. 14. n. 6.*

884 His expeditis porro circa causas amittendæ ex delicto Advocatiæ generatim etiam notandum est, siquidem pars † rea nollet cedere, quod semper in dijudicandis iis, cognitio judicis an legitimæ illæ, ac sufficientes sint, necessaria sit.

Advocatia ex delicto commissa an a patrono sine judicis cognitione adimi possit.

Generatim enim leges & statuta, quæ inducunt privationem Juris alicujus, declaratoriam super commisso crimine sententiam exigunt: per text notab. in *cap. cum*

885 *secundum. de hæretic. lib. 6.* text. *in l. ejus qui delatorem, ff. de jur. fisc. gloss. in clement. 1. de vit. & honest. cler.* Zabarell. *in clem. 1. n. 7. de pœn.* Phil. Franc. *in c. fin de præscript. in 6.* Socin. *in c. Judei. n. 1. de Jud.* Hippol. la-

Decisio Negativa. Ratio decisionis.

886 tissime *ad rubr. ff. ad leg. Corn. de fals.* ubi hoc *à nu. 24. usq; ad n. 50.* multis exemplis declarat. Idq; † procedit etiam in notoriis, quia in notoriis etiam sententia declaratoria requiritur. ad notat. Bart. *in l. Mævius. §. si duobus. n. 24. & seq. ff. de leg. 1. & in l. Imperator n. 1. ff. de jur. fisc.* Hippol. *in pract. crimin. §. aggredior. n. 133.* Felin. *in c præterea, n. 2. de sponsal* Andr. Gail. *ob-*

887 *serv. 51. n. 6. libr. 2.* pulchre Grammat. *decis. 15. n. 8.* † ubi dicit, omnia Jura mundi disponentia, pro aliquo crimine ipso Jure pœnam imponi, intelligenda esse, dummodo secuta fuerit sententia declaratoria, per quam declaretur, illud crimen fuisse commissum,

888 alias pœna non poterit habere executionem seu effectum suum.

Confirmatur ab exemplo vasalli.

Hinc est, quod, etsi vasallus † commissa felonia feudum ipso Jure, quoad utile dominium, amittat; tamen, ad auferendam possessionem, sententia privationis requiratur, per text. *in c. 1. de feud sine culp. non amitt.* Sylvan. *de feud. recognit. q. 22. n. 4. & seq.* Sonsbec. *p. 13. n. 74.* Zas. *p. 10. n. 72.* Hanne: *lib 3. cap. 13. vers. siquidem generaliter,* Borcholt. *de feud. cap. 8. n. 156.* Carol. Mol. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 1. nu. 44.* late Ludolph. Schrad. *tr. feud. pr. p. 2. part. 9. princ. sect. 8. q. 25. n. 14. cum seq.* Vult. *lib. 1. cap. 1. n. 59.* latissime Henr. Rosenth. *synops. feud. cap. 10. conclus. 41. n. 1.* ubi infinitis authoritatibus conglomeratis id adseverat, Hart. Hartm. *pract. quæst. lib. 2. tit. 54. de feud. observ. 23.* Schurff. *cons. 10. n. 22. cent. 3.* Philip. Port. *lib. 1. comm. opin. conclus. 2. in fin.* Fichard. *cons. 18. num. 34. tom. 1.* Schoner. *disput. feud. 10 thes. 137. lib. 1.* Ant. Gabr. Rom. *in tr. regul. lib. 7. rubr. de crimin. concl. 9 n. 10.* In quibus locis præallegati Doctores concludunt hoc & regulariter & generaliter verum esse.

889 Quare licet Protectores † ejusmodi delicta, ob quæ eos Jure Advocatiæ exui posse docuimus, commiserint, ad auferendam tamen possessionem vel quasi Juris protectitii sententia privationis omnino requiritur, idq; verum est, etiamsi de patroni pressura notorie constaret, quia etiam in notoriis ut prædictum est, sententia declaratoria requiritur, text. *in l. fin. C. de malefic. & mathemat.* Bald. *ibid. n. 1. in fin.* gl. *in c. evidentia verb. non indiget. de accus.* Ang. *in l. libertas §. final. n 3. ff. de statu homin.* Hippol. *in pract. crimin. § aggredior. n. 133.* Idem *ad d. Rubric. ad. leg. Corn. de fals. n. 38.* gl. *in c ad nostram el. 3. in verb. observandus ibique* Bald. *n. 4. de Jurejur.* ubi dicit, in notoriis requiriri citationem & sententiam † unde infert, causæ cognitione opus esse,

890 ita ut Judici ex actis appareat de notorio, † quia senten-

891 tia non debet ferri de facto, tex *in l. ea quidem C. de accusat. & in c. cum sit Romana in fin. de appell.* gl. *ibid. in verb. irrequisit.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. fin. q. 19. n. 3. 4. & 5.* ubi communem dicit, quod de notorio constare debeat Judici, & judicet ex actis & quod non sufficiat, factum esse notorium, nisi etiam qualitates facti sint notoriæ, ita quod delinquenti nulla possit defensio vel exceptio competere, quo fac. not. gl. *in c. ex parte in verb. manifesta de sponsal. & matrim.* Fel. *in c. inquisit. n. 6. de accusat.* Jas. *in l. stipul. 21. §. habet n. 11. ff. de oper. nov. nunciat.* Andr. Gail. *de pace publ. c. 3. n. 13 lib. 2.*

892 Ratio prædictorum inde elucescit, quod pœnæ nunquam ipso † Jure intelligantur impositæ nisi hoc lex expresse dicat, aut rationes aperte convincant, per gl. *in c. fin. verb. ex vi. de Iur. patron.* Panor. *in cap. fin. n. 6. de Cleric. non residentib.* Fel. *in cap. querel. n. 1. de Iurejur.* & *ibi* Panor. *n. 3.* Fel. *in cap. ex part. 2. n. 3 de rescr.* Rom. *cons. 925. n. 3. vers. 2. quia pœnam &c.* fac. tex. *in Auth. de non elig. secund. nuben. §. cum igitur reli, num ibi 2* nec quælibet lex est tale quid dicens, *collat. 1. tit. 2.*

Ratio ulterior decisionis.

Prædicta tamen doctrina, quod nempe ad revocandam Advocatiam sententia declaratoria requiratur, & consequenter Jus protegendi Advocato, non nisi culpa per sententiam convicta adimi possit, vel alias ipso jure finiatur, aliquot limitationes recipit.

Limitationes præmissæ decisionis.

893 Primo enim locum non † habet ea conclusio, nisi in causis pœnalibus, in aliis vero plerisque hactenus enarratis nulla opus est Judiciali privatione, cum Advocatia per se corruat, nec aliquem contradicentem habeat, ut videre est quando Advocatia desinit, destructo vel desolato Monasterio, cujus quis Protector fuit, itemque rei in protectionem commissæ interitu, causa, ex qua aliquis protector extitit perempta, remissione seu cessione per Patronum facta, contraria liberi populi se in protectionem committentis voluntate, morte alterius contrahentium in personali Advocatia, pœnitentia partium contrahentium, revocatione committentis, lapsu temporis, eventu conditionis: In istis enim aliisque similibus

Advocatiæ privatio, quibus in casibus ipso facto, nulla præcedente Judicis cognitione inducatur.

milibus casibus, ubi nullus contradictor aut vindicator Advocatiæ apparet, nulla requiritur sententia, ubi namq; nulla lis existit, ibi nulla opus est definitione, uti per se notorium est.

894 *Limitatio II.* Deinde etiam non procedit ea regula, quando initio inter Patronum ac clientes conventum est, ut eveniente privationis casu, Advocatia ipso Jure absq; suffamine litis terminari debeat, arg. text. *in l. 3. & ibi* not. *C. de pignorib. contractus ff. de reg. Jur.* Atque idipsum quoque præcedente hujusmodi conventione, in feudi amissione locum habere communiter docent Feudistæ, Afflict. *in c. 1. § firmiter, nu. 13, in 7. notab. de prohib. feud. alien. per Frider.* Zasius *de feud. p. 10, num. 72.* Hanner. *lib. 3. cap. 13. in princip.* Carol. Molin. *consuet. Parisiens. tit. 1. §. 30. nu. 105.* Schrader. *part. 2. princ. part. 9. sect. 8. n. 31. & seq.* Vultæ. *lib. 1. de feud. cap. 11. n. 60.* Schoner *disp. feudal. 10. thes. 138. lib. 1.* Capyc. *decis. 130. num. 16.* tex. *in c. 1. de feud. sine culp. non amitt.* ubi tex. † & omnes Dd. posse conveniri, ut

895 ex certis causis feudum ipso Jure perdatur. Simile de emphyteusi scribit Castrens. *cons. 61. n. 1. lib. 2.* & post eum Schrad. *loco allegat.*

896 *Limitatio III.* Tertio claudicat ea decisio, quando ad tempus incertum, puta tertiam vel quartam generationem, vel pro omnibus descendentibus Advocatia concessa est; quia tunc finita generatione expressa, vel defunctis descendentibus, ob cessantem eorum successionem jus protectionis per se expirat, & tempus incertum antea, tunc certum factum est, ac protectio eo ipso finitur, ut eleganter discurrit Rosenth. *de feud. c. 10. conclus. 41. n. 31.*

897 Limitatur denique præinserta doctrina in casibus † in quibus lata sententia criminali contra Protectorem bona illius publicantur, quia tunc, sicut vasalli feuda, ita Advocati tutelares Advocatiam absque alia sententia privante perdunt, ut æquipollenter tradunt ex Feudistis Schrader. *de feud. part. 2. p. 9. princip. sect. 8. numer. 41. in fin. fallent. 18.* post Bald. *consil. 141. numer. 2. vers. sed super partes. & consil. 281. num. 1. in fin. vol. 2.*

Atque ita, enumeratis omnibus, quotquot in mentem venere, amittendæ atque dissolvendæ Advocatiæ quadraginta modis, huic quoque capiti finem imponimus, deinceps Juris studiosum, ex amœnissimo Theoriæ campo, in quo hactenus, omnia causarum genera, idemq; Adjuncta, cognata & contraria Advocatiæ, perlustrantes, latissime expatiati sumus, ad minime tritam praxis viam, ut doctrinæ istius à nobis copiosius atque prolixius traditæ major percipiatur utilitas, verusque usus demonstretur, *insequenti de Actionibus Capite*, manuducturi, quas tanto majori etiam cura & studio explanare oportet, quod hujus elegantissimæ materiæ cognitio, parum profutura esset, nisi & usum ejusdem probe cognitum haberemus, siquidem intelligentia rerum, absque eorundem usu & praxi, veluti campana sine tintinabulo, esse perhibetur.

CAPUT XVII.

De Actionibus, quæ Patrono adversus Clientes, & his vicissim contra Protectorem, utrisq; in alios competunt.

SUMMARIA.

In actione proponenda docti etiam Advocati nonnunquam hallucinantur, n. 1

Actiones quænam Protectori tam in clientes, quam alios communiter competant, n. 2

Actionum remedia generatim competentia, alia sunt petitoria, alia possessoria, ibid.

Possessorium præcedere debet petitorium, 3

Petitoria vel sunt personalia vel realia, ibid.

Ad acquirendam de novo Advocatiam, quæ actionum remedia concedantur, n. 4

Personalia proveniunt ex contractibus; pro quorum diversitate diversæ etiam actiones oriuntur, 5.

Patronus jus protectionis remedio reali acquirere volens, intentare debet illas actiones, quæ ex singulis nominatum existentis Advocatiæ modis competunt, 6

Ex diversis acquirendi juris alicujus titulis, diversa ad consequendum illud actiones promanant, 7

Patronus ad vindicandum Advocatiæ jus præter certa realia petitoria remedia instituere potest actionem confessoriam, utilem, 8

Patronatus jus est quædam servitus Ecclesiæ, servitutibus comparatur, & ex earum jure æstimatur, 9

Confessoria & negatoria dantur pro quibusvis juribus incorporalibus, 10

Juris venandi, 11

Decimandi, 12

Vectigalium, 13

Jurisdictionis, 14

Pascendi, & similibus, 15

Confessoria & negatoria usufructus & servitutum propriæ actiones, secundum Joan. Vanaum num. 16

Reprobatur ex communi consuetudine & praxi Camerali, 19

Actiones utiles non ad omnia jura persequenda, sed ad servitutes duntaxat fructuarius, superficiariis & creditoribus dari solent, 17

Actiones certa causa ad alias specias non sunt trahendæ, 18

Confessoria actio qualiter protectori adversus turbantes competat? 20

Patronus turbatus in jure præsentandi actione confessoria contra turbantem agere potest, 21

Confessoria actionis quæ sint requisita? 22

Advocatus quasi possessionem Advocatiæ sibi competentem acquirere etiam potest rei vindicatione, num. 23

Patronatus jus petitur conditione ex jure Canonico, vel ex lege, 24

Rei vindicatio regulariter tantum competit in rebus corporalibus, 25

Rei

Condictio ob causam regulariter conceditur in contractibus innominatis, n. 85

Clientes si conventioni protectitia in casum omissa defensionis certa pœna adjecta fuerit, adversus protectorem etiam ad pœnæ appositæ solutionem agere possunt, 86

Protectore pro se & heredibus defensionem clientum suscipiente, utrum in casum omissæ ab alterutro vel ab uno duntaxat exhibitæ defensionis pœna committatur in solidum ab heredibus ejus? 87.

Affirmativa, 88

Negativa, 90.

Reis duobus in obligatione individua constitutis, & uno contraveniente, committitur stipulatio contra utrumque 89

Declaratur n. 100.

Delicta suos habent auctores, & personam egredi non debent, 91

Feudatarius negans partem rei feudalis esse feudalem, non privatur toto feudo, 92

Pœna commissi non committitur in solidum contra omnes heredes, sed solum contra heredem non solventem, num. 93

Actiones passivæ dividuntur inter heredes pro portionibus hereditariis, 94

Obligatio defuncti in solidum in ejus heredibus dividitur, etiam creditore invito, 95

Dolus ei duntaxat nocere debet, qui illum admisit, num. 96

Sine culpa nemo puniendus, 97

Pœna commissa ex stipulatione Prætoria, facto unius heredis, ipse solus & non alii tenentur, 98

Stipulatio ab uno heredum interposita ad alios non porrigitur, 99

Protectionis conventio est contractus bonæ fidei, 101

Contractus Principum & Magnatum, omnes sunt bonæ fidei 102

Clientibus adversus patronum ob non præstitam defensionem ad privationem Advocatiæ actionem intentantibus incumbit onus probandi, patronum ad defensionem faciendam ab iis legitime fuisse requisitum, nu. 103

Actor fundamentum suæ intentionis, præsertim affirmativum, probare tenetur, 104

Protector ante eventum præstandæ defensionis se declarans, quod defendere nolit, ad privationem Advocatiæ etiam sine prævia interpellatione à clientibus tempore necessitatis ab eo non defensis conveniri potest, 105

Requisitione frustranea clientes non sunt onerandi, 106

Clientibus ex contumaci protectoris non defendendi recusatione facultas eos Advocatia exuendi acquisita censetur, 107

Feudi dominus vasallum post commissam feloniam ad præstanda servitia denuo requirens, ei feloniam remisisse censetur, ibid.

Protector, si in clientes sæviendo eos injuste turbet & offendat, quænam actiones adversus eundem ad privationem Advocatiæ clientibus dentur, nu. 108.

Protectores si Advocatiæ subtrahere sese invitis clientibus intendant, quibus mediis ad eandem sustinendam cogi possint, 109

Clientes, quibus actionibus uti possint adversus extraneos Salvæguardiæ turbatores ac violatores? 110

Imperatores aliorum tutelam alicui commendantes, plerunque sub certa pœna prohibere solent, ne quis Advocatum in protectionis jure turbet, seu in clientum defensione impediat, 111

Confirmatur exemplo Friderici III. Imperatoris, Episcopum Herbipolensem anno 1485. monasterii Chombergensis Advocatum constituentis, 112

Privilegiis protectitiis ab Imperatoribus *concessis, passim certa pœna contra privilegii violatores adjici solet, 113*

Henricus IV. Imp. Monasterium Spanheim *in protectionem recipiens, adversus molestantes pœnam criminis læsæ majestatis constituit sub n. 113*

Gregorius VII. Papa Monasterium Hirschaw *in tutelam sedis Apostolicæ assumens, illud infestantibus, privationem honoris & potestatis cum pœna excommunicationis comminatus, ibid.*

Salvaguardiæ concessio impetrantem cum rebus suis inviolabilem reddit, & violantes pœnæ reddit obnoxios, 114

Protectionis violatæ actio apud quem judicem instituenda & agitanda sit? n. 115

Camera Imperialis judicium Imperatoris ac PP. Electorum & reliquorum Statuum personas, quoad contentiosam jurisdictionem repræsentat, 116

Camera Imperialis concurrentem cum Cæsare jurisdictionem obtinet, 117

Privilegiorum à Cæsare datorum causa ad Imperatorem vel Cameram, neglecta etiam prima instantia privilegio, pertinent, n. 118. & 163

In judicibus ordinariis, qui pares sunt in jurisdictione, præventioni locus est, 119

Præventio jurisdictionis fit per Citationem. 120

Interpretari ejus est cujus est concedere, sub n. 120

Salvi conductus super concessione orta dubitatio per concedentem eundem declaranda ibid.

Imperator vel Princeps super violatione privilegii à se concessi merito cognoscit & judicat, 121

Princeps, controversia de sensu privilegii à se concessi exorta Judex, & privilegiorum suorum, sicut & antecessorum suorum, interpres est. 122

Pœna delicti cedit lucro ejus, qui principaliter læditur, 123

Imperator in causis violatæ Salvaguardiæ à se concessæ ex pœna privilegio inserta, cujus medietas ad fiscum Cæsareum pertinet, habet interesse proprium, 124

Pœna commissa violationis privilegii ab Imperatore concessi, jure totaliter Imperatori debetur, num. 125

Pœna in vindictam propriæ injuriæ debita alteri non confertur, n. 126. & 142

Feudum, quod vasallus delinquendo in dominum amittit, non ad proximum, sed ad dominum revertitur, 127. & 143

Socius socio communicat de iis, quæ ob delictum consequutus est, 128

Protectionis violatæ cognitio in casu, quo subditus alicujus vasalli Imperialis ab Imperatore salvamguardiam habens, ab alio ejusdem vasalli subdito in ipsius vasalli territorio violatus fuit: an ad Imperatorem vel vasallum spectet? num. 129

Affirmativa pro vasallo, ibid.

Negativa decisio, 139

Vasallus investitus de feudo cum mero & mixto Imperio & omnimoda jurisdictione, habet jurisdictionem privative, quoad investientem, 130

Declaratur, 152

Vasallus cognoscit in omnibus causis privative quoad concedentem, 152

Pœna

Privilegio-

Actio-

Actiones pœnales lite contestata regulariter etiam in casibus exceptis ad hæredes transeunt, 320

Actio violati privilegii per solam citationem & ejusdem reproductionem, etiam lite non contestata, in Camera Imperiali contra heredes perpetuatur, 321

Ex delicto defuncti heredes ejus, etiam lite non contestata, conveniuntur, si ex facta violatione commodum aliquod ad illos pervenerit, 323

Lucra injusta ab heredibus extorquentur, 324. & 329

Actio de dolo quando detur in heredem? 325

Actio rerum amotarum quatenus contra heredem concedatur? 326

Condictio furtiva adversus heredes furis in solidum competit, tametsi nihil ad eos pervenerit, 327

In actionem Salvæguardiæ violatæ qui lnam veniat, 328

An causa principalis cum pœna privilegio inserta simul tractari possit? 330

Affirmativa, 331

Negativa, 332

Accessorie & per consequentiam multa conceduntur, quæ principaliter & directo fieri non possunt. eod. 331

Iurisdictio Cameræ fundatur propter continentiam causarum, 333

Comites, Barones & Nobiles Imperio immediate subjecti in prima instantia in Camera conveniri possunt, 334

Princeps Imperii obtenta citatione ob violatum privilegium, contra civitatem sibi immediate subjectam, simul causam principalem incidenter deducere & super ea pronunciari petere potest, 335

Princeps Imperii civitatem sibi subjectam in prima instantia in Camerâ convenire potest, 336

Actio ex privilegio Salvæguardiæ violatæ enata, quando & quamdiu violato competat? 337

Actio post lapsum termini ad agendum præstituti frustra instituitur, 338

Actio violatæ Salvaguardiæ num sit annalis tantum, vel perpetua? 339

Ex verbali offensione enata unius anni lapsu terminatur, 340

Ex læsione reali orta ad unius 20. vel 30. annos durat, 342

Actio ex natura sua temporalis, per litis contestationem fieri potest perpetua. 341

Actio civilis ex delicto proveniens intentata civiliter durat annis triginta. 343

Condictio ex privilegio, quamvis ex delicto descendat, non est Prætoria, sed civilis 344

Actionis ex violata Salvaguardia competentis quænam sint remedia affin a? 345

In Salvaguardia violatus contra violatorem intentare potest actionem ex edicto, si quis jus dicenti, &c. 346

Pro privilegii confirmatione nobile judicis officium implorari potest, 347

Pœnæ executio ex jussu summi Magistratus fieri potest, 348

Ex privilegio Principis Iudicium tam possessorium quam petitorium competit, 349

Contra Salvaguardiæ violatorem præter condictionem pœnæ à privilegiante expressæ actio etiam injuriarum intentari potest, 350

Actiones plures ex eodem facto competentes simul intentari possunt, nec una per aliam impeditur, si diversas habeant obligationis causas, 351

Actione ad privationem feudi intentata ratione ejusdem feloniæ. alia quoque actione, puta injuriarum, damni dati, &c. à domino contra vasallum agi potest, 352

Salvamguardiam violando rebus eam habentis detrimentum afferens directa Aquiliæ conveniri potest, 353

In Salvaguardiæ privilegio molestatus contra molestantem uti potest remedio l. diffamari, 354

Remedium l. diffamari est everriculum omnium injuriarum, 355

Remedium l. diffamari in quibus causis locum habeat? 356

Ex l. diffamari agendi modus expeditior, 357

Ex l. diffamari ad restitutionem detracti honoris, & pœnam Salvaguardiæ privilegio insertam agi potest, 358

Pœnam violati privilegii si Princeps concedens remittat, an pars offensa eam nihilominus exigere possit? 359

Affirmativa, ibid.

Delinquens ubi cum Magistratu paciscitur, per pactum illud pœna parti debita non tollitur 360

Pœnam violati privilegii si pars offensa remittat, Procurator fisci nihilominus ad vindictam publicam contra eum agere potest, 361

Reverentia publica inter homines omni modo retinenda est, 362

Salvæguardiæ ruptæ Judicio condemnatus si pœnam pecuniariam indictam solvere nequeat, an ea in corporalem à judice converti possit? 363

Negativa, 364

Affirmativa, 370

Mulcta indicta quæ ex præsentibus condemnati facultatibus redigi nequit à præside remittitur, 365

Pœna corporali propter inopiam nemo afficiendus, vel carceri mancipandus est, 366

Declaratur, 379

Paupertas generi malorum non est annumeranda, 367

Delara ut n. 361

Actio, cui ob inopiam adversarii inanis & inutilis est, nullam habere censetur, 368

Declaratur, 382

Afflicto non est addenda afflictio, 369

Declaratur, 383

Pœnam edicto Prætoris constitutam qui propter inopiam solvere non possunt, corpore torquendi sunt, 371

Pœnam pecuniariam qui in legibus publicorum judiciorum vel privatorum criminum egentes eludunt, iis coercitio extraordinaria inducenda 372

Injuriam atrocem faciens, qui ob infamiam vel egestatem suam injuriarum judicium potest contemnere, à prætore acriter coerceri debet, 373

Injuriam mortuo debitori inferens, 50. libras auri dependere, vel si minus solvendo sit, corpore suo sub competenti judice pœnas luere debet. 374

Ædes alterius casu vel negligentia comburens, damnum sarcire, vel leviorem corporis castigationem sustinere cogitur, 375

Libertus patronum sine venia in jus vocans pœnam 50. aureorum solvere, vel si inopia laboret, quasi inofficiosus à præfecto urbis castigari debet, 376

Qui non habet in ære, luat in corpore, 377

Mulcta & pœna qualiter differant? 378

Intellectus l. nemo carcerem, 2. C. de exactor. tribut. nu. 379

Debitores cessione bonorum carcerem effugere possunt, donec ad meliorem fortunam pervenerint, 380

Intellectus l. nam is. 6, ff. de dolo malo, 382

Delinquens ex dolo & improbitate sua commodum reportare non debet, 384

Nobiles & egregiæ personæ si non sint solvendo, corporali Pœna non sunt plectendæ, 385

Pœna ex legum permissu in aliam commutanda, non in graviorem, sed æqualem vel mitiorem converti debet, 386

Continuatio ordinis Capitum.

Post enumeratas Advocatiæ dissolvendæ causas restant modo explicandæ actiones, quæ Patrono adversus clientes, & his vicissim contra Protectorem, aliosque respectu Advocatiæ acquirendæ, conservandæ ac tuendæ, vel ratione violatæ protectionis competunt, ex quibus quidem, qualiter hæc protectionis materia in foro ad usum accommodanda sit, utiliter ediscetur.

Ejus autem capitis explanatio paulo accuratius tractanda est, ut natura & proprietas actionum, quæ ex Jure protectitio descendunt, rectius percipi, actionesque idonee intentari possint. † Cum enim non raro 1 haud inductos etiam Advocatos in proponenda actione (quod quidem diuturnitati litium non exiguam præbet causam) hallucinari contingat, & de istis actionibus, quantum nobis quidem constat, nihil usquam ab ullo quod ante complementum hujus tractatus viderimus aut legerimus, proditum sit, dabimus operam, quam possumus, diligentissimam, ut quantum quidem ingenii vires suppetunt, nihil, quod ad cognitionem harum actionum pertinet, à nobis prætermissum videri possit.

Actionum hujus Capitis, in quinque classes divisio.

Ut igitur dilucite res tota explicetur has ipsas actiones in quinque classes distribuemus, distincteque & ordine primum de actionibus quæ generatim Patronis tam contra clientes, quam alios permittuntur tractabimus: Deinde de iis quæ solum per Patronos in clientes intentari possunt, agemus: Tertio autem loco illa agendi remedia, quæ clientibus contra Protectores jura indulgent, proponemus: Quarto insuper illas conventionis formulas, quæ clientibus ratione Salvæguardiæ Cæsareæ contra alios concessæ sunt, per omnes causarum circumstantias, accuratissime explicabimus: Quinto denique actionum formulas quæ neque Patronis neque clientibus, sed aliis vel ratione susceptæ in alienos subditos clientelæ, vel contra proprios subditos quod ii se insalutato domino aliorum protectioni submiserint, aliosve quod illos injuste in tutelam susceperint, dantur, subnectemus.

Actiones primæ classis.

2 Quod igitur ad primæ classis remedia, † quæ Patronis tam in clientes, quam alios competere possunt, attinet, ea vel sunt possessoria, vel petitoria.

Quanam actiones Protectori tam in clientes quam alios competant.

Quamvis autem ex † ipsa ordinis ratione actiones ad possessorium spectantes in tractando remediis petitoriis præmitti soleant, arg. *l. is qui destinavit ff. de rei vendicat* Men. *de remed. poss. recup. 15. n. 136.* Quia tamen generatim duntaxat, & non speciatim ex singulis 3 acquirendæ Advocatiæ modis congruentes petitorias actiones, & sic remissive potius, quam active persequimur, ideo has illis præmittemus.

Ad acquirendam de novo Ad.

4 Generatim igitur ad fontes † actionum quæ ad vindicandam seu acquirendam Advocatiam pertinent futurum patronum manuducendo, inprimis adverti debet, remedia petitoria ad propositum spectantia esse vel personalia, vel realia; Personalia autem provenire ex contractibus quando scilicet Advocatia pactionibus, stipulationibus, aut aliis contractibus inita atque constituta fuit, & tunc competere illas actiones, quæ ex pactis & stipulationibus dari solent, quas cum doctiss. ICtus Rutger. Rulandus *in tract. de commissar. & commission. part. 3. lib. 7. cap. 1. & 3.* diligentissime enucleaverit, ad eundem lectorem remitto.

Vocationes quanam Actionum remedia competant; 5 *Remedia petitoria personalia.*

6 *Remedia petitoria Realia.*

Cæterum ad realia remedia quod † attinet, cum illa ex aliis acquirendæ Advocatiæ, de quib. cap. 9. latissime egimus, modis promanare soleant, admonendus hic est patronus, quod jus protectionis acquirere volens, illas intentare debeat actiones, quæ ex singulis nuncupatim existentis Advocatiæ modis competunt, arg. eorum, quæ traduntur per Feudistas Wesenb. *cap. 17.* Duaren. *cap. 18. num. 2.* Borcholt. *cap. 9. numer. 10.* Schneidew. *part. 1. numer. 27. de feud.* Dd. *in leg. certi conditio, leg. si quis certum. Digest. de rebus credit.*

Singulas igitur speciatim in hoc genere actiones scire cupientem, ad modos quibus antea Advocatiam constitui diximus, recurrere oportet. Nam ex 7 diversitate titulorum acquirendi Juris ejusmodi, diversæ etiam ad adipiscendum illud actiones promanant, quas in specie prosequi nimis longum & superfluum esset.

Actio confessoria utilis.

Speciatim tamen in hoc passu notandum est, † ad as- 8 serendum seu vindicandum jus Advocatiæ præter cætera realia petitoria remedia competentia, *actionem confessoriam utilem* institui posse exemplo Mäyntz contra Erdfort, attestante Rutg. Ruland. *d. tract. de commiss. p. 3. lib. 3. c. 18. in fin.* Et in simili quod ad vindicandum jus patronatus hæc ipsa actio parata sit, nominatim consuluit Wesenbec. *cons. 48.* ubi *n. 2.* tradit, quod † jus 9 patronatus sit quædam servitus Ecclesiæ, servitutibus comparetur, & ex earum Jure æstimetur. Hostiens. *in summa. de Jure patron. n. 5.* Jo. de Anan. *in c. illud n. 3. eod. tit.* Mascar. *de prob. concl. 585. n. 2.* improprie tamen Bald. *in rubr. C. de usufruct.* Roch. de Curt. *vers. & dotavit. n. 4. tr. de Jure Patronat* Butr. *in cap. examinata de judic.*

Præterea antedictam actionem competere nominatim in terminis novissime ex professo prodidit Thom. Maullius *tract. de homagio tit. 11. n. 17.* ubi dicit, quod sicut pro servitutibus competunt duæ actiones, confessoria & negatoria; confessoria ei, qui negat servitutem esse debitam; ita etiam istæ duæ actiones locum habeant pro jure incorporali protegendi: Hasce † enim duas 10 actiones pro quibusvis juribus incorporalibus, puta † 11 jure venandi Ruland. *de commiss. p. 3. lib. 3. cap. 10. n. 1.* Jas. *in §. aeque num. 124. Instit. de actionib.* observatum in causa Simmeren contra Wormbs. Item der drey Gemeynden S. Johan. Dassenheim/ & Steinburg Actorum contra Herrn Philipps Comitem de Hanaw Lichtenberg Anno 1578. Jure † decimandi. Moneta 12 *tract. de decimis cap. 8. n. 39.* ubi dicit confessoria agi inter duas Ecclesias de proprietate Juris decimandi concertantes, eo quod de re incorporali agatur; Jure † 13 vectigalium in specie contra exigentem vectigal, dari confessoriam utilem docet Bart. *in l. si publicanus §. in omnibus ff. de publican.* Bald. *in rubr. de usufruct. n. 1. in fine.* Jas. *in l. si prius ff. nov. de oper. nunc. n. 3.* Specul. *de caus. possess. & prop. n. 16. & de restit. spol. nu. 9.* & in materia † jurisdictionum Castr. *ad l. primum ff.* 14 *de servit.* Soarez. *in recept. sent. verb. actio confessoria n. 25.* Wesenb. *ff. de jurisdict. n. 13.* Oldendorp. *class. 4. action. 4.* Joan. Coras. *in l. et qui ff. de servitut. num. 9.* ubi dicit omnes propemodum scriptores tam legistas, quam Canonistas docuisse, actiones hujusmodi non tantum

tantum pro servitutibus verum etiam pro quocunque jure incorporali dari Innoc. *in c. inter quatuor. de major. & obed.* veluti pro † jure pascuorum, jure pedagii; jure eligendi prælatum, jure præsentandi clericum, pro jurisdictione & similibus Bald. *in d. rubr. C. de usufruct.* Mynf. *in d. §. aque n. 25* Zas. *ibid.* & Jo. Fab. *Instit. de act.* ubi citat ad hoc *cap. veniens de praescript.* & per hoc dicit omnes Dd tenere *in cap. tua & in cap. prohibemus de decim.* Bald. *in l. 1. Digest. si cert. pet.* Schurff. *cons. 69. n. 12. & cons. 78. cent. 1.* Guido Papa *decis. 148.* Jas. *cons. 6. vol. 2.*

16 *Objectio ex Vaudo.* Quamvis autem Joan. Vaudus † *lib. 2. quaest. 29.* asserat hanc sententiam juri Civili refragari, & confessoriam ac negatoriam ususfructus & servitutum proprias actiones esse *l. 1. l. 4. §. 1. & §. si quis mihi in fin. & §. seq. ff. si serv. vend. l. 1. ff. si ususfru. pet. d. §. aque Inst. de act.* atque adeo non nisi ad tuendas aut vendicandas eas dominis prædiorum solis, non etiam aliis, aut ad alias instituendas competere. *l. 2. in princ. & l. si forte §. hoc autem actio ff. si serv. vend.*

17 † Utiles autem non quibus nostri defendunt, ad jura persequenda omnia, sed ad servitutes duntaxat fructuariis, superficiariis, creditoribus dari solere *l. & qui pignor. ff. de servit. l. 1. § pen. de superf. l. 1. §. idem Julian. de remiss.*

18 † Proinde actiones certæ caussæ certas constitutas, ad alia velle provehere prætoriæ illud non interpretum jurisdictionis esse. *l. quia actionum ff. de praescript. verb. l. si mensor. §. uls. ff. si men. fal. mo. dix.*

19 *Solutio.* Consuetudine tamen † ac praxi Camerali has actiones communiter introductas esse testatur experientia & commonefacit ex Rutger. Ruland. Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 1. cap. 40. n. 10.* ubi dicit esse quosdam, qui ita demum pro jurisdictione, similibusq; juribus incorporalibus actionem negatoriam dari volunt, si aliquis in illis jure servitutis alicujus impedimentum inferat, & verbi gratia jurisdictionem nos habere neget, nisi ipsi quotannis certum precium solvamus, secus autem se rem habere, si adversarius jurisdictionem suam esse, vel ad se pertinere contendat. Accurs. *in l. si eam verb. ita habere ff. si serv. vind.* & alii relati ab Ernest Cothman. *resp. 32. nu. 75.* Et negatoriam utilem in Camera receptam tribus præjudiciis confirmat Ruland. *lib. 3. part. 3. cap. 18. num. 9.*

20 Ex quibus omnibus indubitato constat, † jus protectionis vindicanti competere utilem actionem confessoriam, quæ eidem contra impedientes ipsum in Advocatia, sive clientes ipsimet hoc faciant, sive alii, ad declarationem Juris sui, & ut cessent ab impediendo ac caveant, sese & successores suos non turbaturos amplius in quasi possessione juris sui Protectitii, datur ac conceditur, arg. *l. si quis diuturno, §. fin. & l. harum l. egi ff. si servit. vendicet.*

21 Quemadmodum igitur cum quis † turbatur in jure præsentandi, quod competit patrono Ecclesiæ, vel in aliis juribus Ecclesiasticis, aut in jurisdictione potest agere confessoria secundum Bald. *super rubr. C. de usufruct.* Jo. Faber *d. §. aque n. 3. Inst. de action.* Plat. *ibid. num. 23.* & Jason. *num. 24.* Schneidew. *num. 10.* Ita similiter, si quis impediatur, aut molestetur in Jure defendendi, eadem actio competit ad notata Bald. & Faber. *dict. locis* id quod nominatim etiam post Dn. Hepingk. *concl. 60. lit. F.* attestatur Christoph. Besold. Profess. Tubingensis celeberrimus *nupera sua dissert. de foederum Jure cap. 5. n. 17.* ubi scribit Advocato tutelari, qui in quasi possessione protectionis turbatur, quasi confessoria, ut in Patronatus Ecclesiæ Jure, experiri licere.

22 *Actionis Confessoria Requisita.* Hujus autem actionis requisita eadem sunt, † quæ infra in rei vindicatione assignantur. Sic enim Joan. Faber *in d. §. aque num. 14.* subjicit, quod sicut in rei vendicatione à parte agentis requiritur Dominium, & à parte Rei conventi possessio seu facultas restituendæ rei, juxta *l. unic. cum ibi not. C. de alien. judic. mut. caus. fa.* Sic in confessoria exigitur à parte actoris principaliter, servitutem esse debitam, à parte vero Rei, impedimentum vel turbatio. Schneid. *d. §. aque nu. 17. Instit. de actionib.*

23 *Actio rei vendicatoria.* Cæterum præter actionem confessoriam † potest insuper aliquis Advocatiam sibi competentem acquirere *rei vendicatione*, arg. eorum quæ de jure patronatus, quod similiter incorporale est, tradit Andr. Barbat. *in c. quanto fin. col. 10 vers. quarto etiam Bald.* ubi concludit, competere rei vendicationem ad Ecclesiam pro jure patronatus, quod quis habet in ea, allegans ad M *l. qui tabernam ff. de contrah. empt. & l. si domus. §. 1. ff. de leg. 1.* & facere singularem textum *in cap. cum venerabilis de except.* cui subscribit Innoc. *in cap. cum inter de major. & obed. & in c. examinata de judic.* idemque habetur *in c. venerabilis de relig. dom. & c. examinat. de confirmat. util. vel inutil.* prout refert & sequitur Cæsar Lambert. *de jure patr. quaest. 1. art. 7. n. 8.* & hoc ipsum confirmat gl. *in l. in rem §. loca sacra. ff. de rei vendic.* quæ dicit in simili, quod jus

24 † patronatus petatur condictione ex Jure Canonum, vel ex lege, quam gloss. sequuntur Bald. Ang. Cardin. & And. Barb. *in d. c. quanto de jud.* & communiter Canonistæ *in c. examinata. extr. eod.*

25 *Objectio.* Quamvis enim rei † vendicatio regulariter tantum competat ad rem corporalem per text. *in §. omnium Inst. de actionib.* & non ad incorporalem, Wesenb. *in paratis. ff. de rei vendic. n. 5. vers. nam jura.* Idem *praeced. tit. de hered. pet. n. 12. vers. quanquam autem.*

26 *Solutio.* Quando tamen incorporalia † veniunt accessorie ad rem corporalem, sicut jus protectionis semper cohæret Ecclesiæ, Monasterio Civitati vel communitati, seu personis earundem & sic rebus corporalibus, tunc etiam locum habet rei vendicatio per *l. 1. §. hoc interdictum juncto vers. plane §. si fundus. ff. de vi & vi arm.* Jo. Faber *in d. §. omnium* quem referendo sequitur Jas. *ibid. n. 110.*

27 Protector autem Ecclesiasticus habet † quandam quasi possessionem, respectu juris & bonorum Ecclesiæ conservandæ, quo respectu potest vendicare jus protectionis ad not. Ant. de Butr. *in c. examinata de judic.*

28 Verum patronus agens rei vindicatione † quasi dominium Advocatiæ probare tenetur. Nam Oldendorp. tradente, in ista principe vindicandarum rerum actione, quæ ex summo jure Civili constat, oportet probare dominium utile vel directum. *class. 3. act. 2. practic. n. 3.* Schneid. *d. §. omnium Instit. de action. n. 61.* ubi tradit,

29 † substantia hujus actionis, quæ ad hoc requiruntur, ut competat, duo esse, quorum unum à parte agentis, veluti dominium, alterum à parte Rei conventi, possessio scilic. requiritur, secundum glos. *in verb. possideat.* text. & gl. *in l. unica. C. de alien. jud. mutan. caus. fac. lex diversa §. 1. ff. de rei vend.* Quem textum *ibi* Bart. notat ad hoc, ut agens rei vindicatione, in conclusione libelli semper petat, se declarari dominum, de quo vide eund. Bart. *in l. Pomponius §. sed & si ff. de procurat.*

Quibus autem modis dominium Advocatiæ probetur, *in subsequenti capite* late deduximus.

30 *Advocatia jus vigore privilegii competens amissum, qua actione ab Advocato recuperari possit Condictio ex privilegio.* Porro & illud in hac prima † actionum classe silentio prætereundum non est, si vigore privilegii jus Advocatiæ alicui competit, is vero quoquo modo ea destitutus sit, ad illam recuperandam ei competere *condictionem ex privilegio* ad notat. Casp. Klock. *de contribut. concl. 98. in scholiis.* Rutg. Ruland. *part. 3. lib. 5. c. 6. n. 4.* ubi hoc *in vers. 2. extendendo*, dicit condictiones ex lege competere etiamsi jure communi conce-

Ulpianus *in l. exitus Digest. de acquir. possess. Exitus*, inquit, *controversia possessionis hic est tantum, ut prius pronunciet Judex, uter possideat. Ita enim fiet, ut is, qui victus est possessione, petitoris partibus fungatur, & tunc de domino quaratur.* Accedunt *l. nullis C. de judic. l. ordinarii C. de rei vindicat.* Nam inde interdictum hoc retinendæ possessionis dicitur, ut quis retineat possessionem vel quasi quietam, & non vis fiat ei qui possidet, aiente IC. *in d. l. 1. §. est igitur ff. eod.* Hinc nominatim tradit Jo. Faber *ad d. §. retinenda* in libello hujus interdicti sapienter narrandum & cavendum esse, ne ita narretur factum per quod actor videatur compulsus & expulsus desiisse possidere.

43 Sufficit tamen hoc in judicio † protectorem habere possessionem naturalem tantum, ut probat text. *in l fin. ff eod.* gl. *in l. 1. §. ult verb possidet. ff. uti possidet.* & ibi Bart. *n. 2.* idem *in d. l. 1. §. hoc. interdictum n. 8.* Bald. *in l. 1. n. 8.* & ibi Salyc. *col 6. vers. circa exemplum C. eod.* idem Bald. *in l. fi. de proprietate n. 15. in fin. C. si à non peten. jud.* Jo. Fab. *in §. retinenda n. 1. Inst. de interdict.* Alex. *cons. 80. n. 7. lib. 2.* Ang. Aret. *in §. quadrupli nu. 49. vers. quid plura. instit. de action.* Socin. Sen. *cons. 15. n. 3. lib. 4.* Bero. *c. in literis n. 46. de restit. spoliat.* Rebuff. *in comment. ad constit. Reg. Gallia tom 3 tit. de mater. possess. artic. 2 gloss. 3. n. 12.* & Natt. *cons. 419. n. 4. lib. 2.*

Qualis possessio in hoc interdicto requiratur.

44 † Quo circa respondit Calcan. *cons. 76. n. 3.* libellum sustineri, quo civiliter possidens petiit possessionem sibi restitui, & in ea non turbari, siquidem, ait ille, petit in possessione Civili non turbari & ad naturalem restitui. Hinc consuluit Corn. *cons. 113. n. 1. lib. 1.*

45 donatarium † civiliter possidere cum donans in ea donatione usum sibi reservavit, & ob id non tantum illum, sed & eum qui ab eo causam habuit hoc interdicto experiri posse. Habet enim hunc effectum civilis posses-

46 sio, ut ob eam possessor † fructus suos faciat, *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poss.* si ergo in ea civili, turbatio fit, hoc interdicto uti possidetis, experiri licet.

47 Sic dari hoc interdictum vasallo † in possessione feudi sui turbato, licet naturaliter tantum possideat, docuit præceptor meus Dn. Menoch. *de retinend. possess. remed. 3. n. 81.* Jo. Faber & Joan. à Platea *in d. §. retinenda. Instit. de interdict.*

Confirmatio ab exemplo vasalli.

48 Deinde id quoque interdictum † datur habenti etiam civilem duntaxat possessionem. ut est casus *in l. final.* juncta gl. *super verb. alter possessionem Digest de eod.* & alia gl *in l. unica super verb. uti possidetis in princip. C. eod.*

49 Tertio etiam datur habenti † possessionem naturalem & civilem simul per tex. *in d. l 1. §. hoc interdictum ff. eod.* ubi simpliciter de solo possessore sermo est, cum verba in potiori significati sint accipienda, *l. 1.* juncta gl. *in verb. domini C. si ager. vectig. vel. emphyt.* non solum quando turbatur ab eo, qui non contendit se possidere, sed etiam ab eo, qui possessorem se esse affirm. *d. l. 1. § sed si inter ipsos ff. eod.*

50 Secundo à parte Rei conventi † requiritur turbatio, & sic vis aliqua circa jus Advocatiæ illata, ut probat tex. *in d. l. 1. in princ.* ubi prætor vim fieri vetat, & in *ead. l. §. est igitur.* habetur, ideo retinendæ possessionis interdictum dici, ne vis fiat ei, qui possidet.

Requisitum alterum ex parte Rei.

51 Dicitur autem vim facere vel turbare, † qui impedit Advocatum in defensione vel in receptione honorarii vel quovis alio modo, intuitu Advocatiæ, per quem liberam possessionem ejus non relinquit, *l. vim facit. ff. de vi & vi armat.* Unde recte docet Lanfranc. *ad tit. de cans. possess & propriet. in evidentialib. n. 10.* quod quo-

52 tiescunque impeditur aliquis actus, per quem improbatur possessio vel quasi, tunc quis turbare in possessione dicatur.

Probatio requisitorum.

Et ista, duo principalia & substantialia requisita possessionis nimirum, à parte actoris, & turbationis, à parte Rei, per actorem probanda sunt, *vulgat. l. qui accusare C. de edendo.* Id autem quomodo fiat non est præsentis instituti explicare, docet idipsum præter Mascard. eleganter Schneid. *in §. retinenda à n. 46. usque 57. Inst. de Interdict.* ubi numeris sequentibus explicat etiam, cujus temporis possessio in hoc interdicto probanda sit, ad quem lectorem remisisse sufficiat.

53 Prædictis tamen † duobus requisitis justificatio etiam tituli pro tertio addenda esse videtur, per notata Casp. Klok. *de contribut. concl. 77.* ubi dicit justificatione tituli non probata in ejusmodi possessorio judicio, respectu jurisdictionis vel Regalium, possidentem obtinere non posse, arg. *l. 3. §. hoc autem interdictum vers. itaq; ff. de itin actuq; priv. l. 1. § ff. de aqua cottid. & astiv. c. de prascript in 6.* Men. *3. retinend. n. 590. & recuper. 15. n. 469* Contard *de moment. possess. limit. 2. ratione mixtura §. 7. n. 5. & seq. & §. 8. n. 25. & 27.* Bursat. *cons. 190. n. 2. & 3.* Bertaz. *cons. 31. n. 8. & 37 & seq. in civilib.* Peregrin. *cons. 2. n. 2. & seqq & n. 12. & cons. 3. n. 17. & seq vol. 1. & cons. 102. n. 8. vol. 2.* Achil. de Grassis *in decis. Rota Roman 246. n 2.* Jo. Lup. de Palat. Rubeos *in repetit. c. per vestras. §. sed est pulchrum n. 43. vers. imo ultra. de donat. inter vir. & uxor.*

Requisitum tertium.

54 Circa libellum † insuper hujus interdicti notandum est tria in eo petenda esse.

In libello interdicti propositi, qua & quot petenda.

Primo ut Reus desistat à turbatione præsenti, & sic cesset à vi turbativa: Et hoc est, quod dicit IC. *in l. 1. ff. de interdict. Quo minus ita possideatis, vim fieri veto.* Item hoc interdictum dari, ne vis fiat ei, qui possidet, & si reus nolit desistere ab impedimento compellitur manu militari per judicem arg. *l si quis missus. ff. ne vis fiat ei qui in possess. missus est.*

Petitionis punctum I.

Secundo petendum est, ut desistat à turbatione futura, simulque de eo caveat, de non turbando in futurum, arg. *l. harum & l. ei ff si servit. vind. & l. penult. ff. de aq. quotid. & astiv.* quæ cautio succedit loco perfectæ cessationis & patientiæ, sicut cautio Mutiana in legatis relictis sub conditione negativa, de qua est text, *in l. Mutiana ff. de condit. & demonstr.* Et debet ista cautio fieri vel cum fidejussoribus vel pignoribus, vel etiam mulcta indicta. secundum Bart. *in l. si prius. n. 9. ff. de nov. oper nunc.*

Punctum II.

Tertio petendum est interesse præteritæ turbationis, quod Reus solvere & præstare tenetur, non ut possessio rei, vel res ipsa æstimetur, sicut in interdicto unde vi fieri solet, juxta *l. si quis in tantam C. unde vi.* Unde omnia ablata, & damna illata, item fructus si aliquos percepit, Reus restituere cogitur. Aliquando etiam ipsa possessio, quam Reus habuit præstanda venit, veluti si uterque possidebat, unus Civiliter, alius naturaliter. Si Reus habet illam naturalem possessionem ab actore vi, clam, vel precario condemnatur, ut à turbatione Civilis possessionis desistat, & per consequens prohibetur, ne utatur illa naturali possessione, quæ actori restituenda venit. ut notatur post text. *in princip. l. si duo. & l. clam possidere. paragraph. qui ad nundinas Digest. de acquir. possess.* Item quando quilibet contendit se in solidum possidere, adjudicatur solida possessio illi, qui potiora habet Jura, de quo latius vide Fabr. *in. §. retinenda num. 14.* & Plat. *ibid. num. 10. Instit. de interdicto.*

Punctum III.

55 Porro si protector nolit judicio experiri, & sat virium habeat, resistere etiam de facto, ei qui possessioni Advocatiæ impedimentum aliquod creat, ipsum turbatorem in continenti propria auctoritate repellere potest, argum. *tit. C. quando lic. unic. se sine jud. vind. & ut vim. ff. de justit. & jur l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. l. 1. §. vim vi. Digest. de vi & vi armat. l. 1. C. unde vi c. olim causam ext. de restit. spoliat.* Wesenb.

Actualis repulsio turbantis Advocatiam.

senb. *conf.* 33. *n.* 1. *& seq.* Men. *conf.* 230. *n.* 14. *& seq.* Henning. Gædden. *conf. in ord.* 62. *n.* 8. Modest. Pistor. *conf.* 4. *n.* 2. *vol.* 2.

Et hæc de remedio retinendæ possessionis.

56 Cæterum pro † Advocatiæ possessione amissa recuperanda protector adhibere potest *utile interdictum recuperandæ*, arg. *c. querelam verf. finali extra de Elect.* Beto. *conf.* 56. *n. & conf.* 139. *n* 34. *vol.* 3. D. Hepingk *de Jure Advocatiæ concl.* 60. *lit. l. in fin.*

Advocatus, spoliatus pro amissa Advocatiæ possessione, quænam remedia habeat. Utile interdictum recuperandæ.

Deinde etiam Advocatus † spoliatus agere potest, *interdicto unde vi*, per notata specul. *de restit. spoliat.* §. 1. *n.* 7. *& §. nunc dicamus n.* 2. *& seq. de cauf. propr. & pof.* §. 1. *n.* 17. Menoch. *remed. recup.* 1. *n.* 81. Ferrar. *in form libelli in causa spol. glos.* 1. *n.* 15. Wesenb. *in paratit. ff. de vi & vi arm. n.* 9. vel † aliis locupletioribus remediis juris Canonici cap. redintegrandæ 3 *quæst.* 1. *cap.* sæpe *de restit. spoliat.* Menoch. *remed. recup.* 15. *& seqq.* Quod remedium omnium recuperandæ plenissimum & tutissimum est Gail. *lib.* 2. *observ.* 75. *n.* 10.

Interdictum unde vi.

57 Menoch. *d. remed.* 15. *nu.* 5. *& in resp. cauf. Finariens. artic.* 2. *nu.* 1. Calp. Klock. *differt. de contribut. concl.* 79. *lit. b.*

Remedium exc. recuperandæ & alia Iuris Canonici.

Et hæc de actionibus † primæ classis, quod jam secundo loco ad actiones, quæ protectoribus adversus clientes duntaxat competere solent, attinet, earum consideratio quatuor membra complectitur: Nam aut primo Advocati tutelares volunt perdurante ac salvo Advocatiæ Jure clientes duntaxat super honorario convento, wegen deß versprochenen außstendigen Schutzgelts convenire: vel secundo propter restitutionem sumptuum in exhibita defensione factorum aliave de causa occasione Juris patronatus controversa judicio pulsare: aut tertio contra clientes jugum protectionis excutere volentes ad continuandum contractum vel persistendum in Advocatia judicio experiri desiderant: aut quarto denique protectores intendunt onere protectionis invitis scilicet & jus implorantibus clientibus per actionem institutam liberatos sese pronuntiari.

58 *Actiones secundæ classis. Protectori quænam actiones speciatim adversus solos clientes competant.*

59 Et primo quidem casu, si clientes salvo atque integro protectionis Jure patrono, in quasi possessione Advocatiæ existenti debitum ac conventum annuum honorarium solvere ac restituere recusent, ac negligant, tunc protector pro consequendo salario promisso habet *actionem* † *in factum* tradente Alexandr. *in l.* 1. *in princip. Digest de extraordin. cognit.* Quin & eo nomine vel certi condictio, vel ex stipulatu actio, competit. Potest insuper protector hoc in casu experiri *interdicto unde vi*, argum eorum quæ in simili tradit de vasallo Rutger. Ruland. *de commissar. part.* 3. *lib* 3. *cap.* 19. *nu* 3. Ubi scribit, si vasallus præstationem annuam etiam personalem præstare recuset, Domino competere utile interdictum unde vi, quod similiter ob paritatis rationem in protectore locum habere videtur.

Protector quo actionum genere non solutum sibi annuum honorarium exigere possit.

60 *Actio in factum. Interdictum unde vi.*

Denique Advocato etiam *officium judicis* competit gloss. not. *in l. unic. C. de suffrag. in verb. constrinxerint.* Speculat. *in tit de salar. Advocator.* §. 1. *num.* 4. Cum

Officii judicialis imploratio.

61 enim † officium suum nemini damnosum esse debere multis in locis juris nostri inculcatum sit *l.* 7. *ff. quemadmod. testam. aper. l si servus* 61. §. *quod vero ff. de furt.* ne quidem in publicis muneribus *l. videlicet. ff.*

62 *ex quibus causis major.* sicut nec fides sua cuiquam † nociva esse debet, *l.* 1. §. 2. *ff. ad Trebellian.* Ea de causa merito tales protectoribus actiones indultæ ac permissæ sunt.

63 In exigendo tamen salario, quod in solutum datum est, computari cum eo debet, quod debetur, ne utrumque compositum licitam quantitatem excedat text. *in d. l.* 1. §. *litis causa ff de extraord. cognit.* ubi definitur, quæ dicatur licita quantitas.

64 Si tamen in protectionis † conventione promissum quidem fuerit honorarium, sine certa tamen quantitate tunc ex illo, tanquam super facto, quod locari non solet, non actione mandati petetur (est enim hoc mandato contrarium) sed aut *ex stipulatu*, si stipulatio intervenit aut ex alio contractu, aliaque actione, puta præscriptis verbis, vel extra ordinem exigetur, *C.* 1. *l. de præscript. verb. l. salarium* 7. *ff. mandati* Matt. Wesenb. *in paratit. super d. tit. ff. mandati.*

Actio ex stipulatu.

65 Secundo autem casu † quando clientes expensas in defensione exhibita insumptas Advocato refundere detrectant, tunc is instar mandatarii, instituere potest *actionem mandati*, arg. *l si quis* §. *impendia Digest. eod.* Gilken. *tract de impensis part.* 3. *cap.* 1. *num.* Frider. Pruckman. *consil.* 30. *numer.* 144. *lib.* 1. Oldendorp. *class.* 4. *action.* 24. *verf. Quid prosequamur* §. *contraria num.* 1. † Ubi sumptus bona fide ac necessario factos exigi posse, tradit, tametsi negotium conficere non potuerit, & minus feliciter gesserit sine culpa sua *l. qui mutuam.* 56. *in fin. ff mandat. l. etiamsi contrarium C. eod. tit.*

Sumptus & impensæ in defendendis clientibus facta quibus actionum remediis repeti possint. Actio mandati.

66

67 Sic etiam contraria depositi † sequestraria actio datur sequestri, apud quem res litigiosa est deposita, ad consequendum sumptus, expensas, omneque id, quod in rem sequestratam necessario, vel utiliter impendit, *l. ei, apud quem.* 5. *in princip. Digest. depos.* Salyc. *in l. unic. in fin. C. de prohib sequestr. pecun.* Curt. *de sequest. quæst.* 3. *n.* 24. *&* 27. *per l. fin. C. de bon. author. judic. possid. l. is, cui s.* §. *qui legatorum, ut in poss. legat. servand. caus. &c.* Sicuti etiam de damno illato agere potest Corat. *de sequestr. part* 3. *quæst.* 48. Salycet. *in d. l. unic. C. de prohib. sequestr. pecun.* ne obsequendo sequester damnum patiatur, *l. nam hoc natura* 14. *de condict. indeb.* Andr. Clud. *de Iure sequestrat. cap.* 12. *num.* 18.

68 Quin etiam hoc ipso in casu † protectoribus competere videtur *actio negotiorum gestorum* contraria ad repetendum id, quod necessario impenderunt, vel utiliter, sed non voluptatis causa, *l. ex duobus in princ. Dig. negot. gestor, l. qua utiliter in prim. Dig. d. tit.* Paulus *ibid. si quis*, inquit, *aliena negocia gerens, plus quam oportet, impenderit, recuperaturum eum id, quod præstare debuit.*

Actio Negotiorum Gestorum.

69 Si enim is, † qui obtulisset se negociis gerendis, vel nullam habiturus esset actionem de eo, quod de suo utiliter impendisset, ut ait text. *in l.* 5. *in princ.* §. *ideo autem Digest. de obligat. & act. l.* 2. *in princip. C. de negot. gest.* Vel etiam iis non esset subveniendum, qui pro aliis in molestia fuerunt, ut loquitur text. *in Novell.* 4. *de fidejuss. cap.* 1. *in fin. verf. sitque solatio intercessori.* Tum non solum multorum negocia disperirent, §. 1 *verf. idque utilitatis causa Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur.* Verum etiam quodammodo commerciis promiscuis interdiceretur arg. *l. quæ si nunc.* §. 1. *ff. de major.*

70 Ne igitur protectores dispendium patiantur inde, unde præmium meruerunt, ideo prædictæ actiones ad consequendum id, quod clientum causa erogarunt, concessæ fuerunt.

Quænam actiones protectoribus speciatim contra clientes.

Tertio autem casu, † si clientes absque causa Juri protectionis & clientelæ renunciare, protectoremque mutare velint, adversus eosdem protector paratam habet *actionem præscriptis verbis*, vel *in factum*, quæ competit ex contractibus innominatis, † ubicunque enim negotium gestum est inter partes, quod non cadit in certam speciem contractus, & æquum est, dari actionem, nec tamen specialiter de ea in Jure cautum reperitur, tunc si verba intervenerunt, ex quibus resul-

Juri protectionis sub ducere sese volentes comparant. Actio præscriptis verbis.

resultat contractus innominatus, actio præscriptis verbis competit, ubi actor concludit. Reum condemnari secundum verba præscripta, narratis scilicet verbis conventionis. Si autem verba non intervenerunt, & est tale aliquod factum, propter quod æquum est dari actionem, isto casu *actio in factum* competit, ubi actor simpliciter narrat factum, & petit, Reum condemnari secundum qualitatem facti in libello deducti, de quo latius videantur gloss. & Dd. *in l. quoties ff. de præscr. verb. & in l. in factum ff. de action. & obligat.* Doctores præsertim Zas. *in §. actionum. Inst. de actionib.* Ita etiam post alios in terminis Thom. Maullius *tract. de homag. tit. 11. numer. 19.* ubi dicit, clientes, si semel, † alicujus protectioni se subjecerint, istius protectionis pertæsos, non posse, invito protectore jus protectionis excutere, nisi pacto ab initio renunciationem sibi reservaverint, quia semel † Jus alicui quæsitum sine facto & consensu suo, ei auferri non potest, *l. fin. ff. de pact. l. id quod nostrum ff. de reg. jur.* vel talis extiterit causa, quæ de Jure sufficiat, ut una pars alteri resignare queat. de quibus causis *præcedente Capite* ex instituto actum est.

Actio in factum.

72 Quarto demum casu † quatenus patronus suo dissensu Advocatiæ renunciare, aliisque ex causis ea se abdicare invitis clientibus possit, id superiori ex capite ubi de diversis dissolvendi juris protectitii modis egimus, repetendum est.

Protector Advocatiæ renunciare volens si id clientes permittere nolint, quibus modis, eosdem compellere possit.

Nam pro diversitate causarum, quibus cassari ac finiri Advocatiam diximus, diversæ similiter excutiendi oneris ejusmodi actiones ac remedia patronis eam declinantibus competere possunt.

Enumeratis huc usque primæ & secundæ classis actionibus, quæ protectoribus contra solos clientes competunt, videndum nunc tertio loco est, quæ clientibus adversus eorundem patronos actionum remedia concedantur.

Actiones III. classis. Quænam actiones clientibus adversus protectores suos competant.

Primum autem clientibus putativum † non agnoscentibus patronum *Negatoria* (cujus requisita sunt, rerum quarum vindicatur libertas dominium, & libertatis ex adverso probatio, Gilm. *decis. 42. n. 1. lib. 1.*) competit *Actio*. Hæc enim, sicut Confessoria, non tantum pro servitutibus, sed etiam aliis datur Iuribus per *l. 9. §. 2. de damn. infect.* Joan. Faber. & Jas. *in §. Æque Inst. de Actionib.* post Alex. Bero. *cons. 19. n. 14. & seq. vol. 1.* Guid. Pap. *decis. 148* & in terminis Advocatiæ Hier Schurff. *cons. 7. n. 9. vol. 4. inter consil. Kirchov.* Gilm. *decis. 8. n. 3. lib. 2.* & Fachin. *cons. 4. n. 23. & 25. lib. 1.*

73 *Actio Negatoria.*

74 *Utrum Citatio ex L. diffamari contra eum qui se protectorem esse jactitat etiam mediatum in Camera Imperiali decernatur. Decisio Affirmativa. Ratio decisionis.*

An autem clientibus contra eum, † qui protectorem se esse jactat, etiamsi Imperio non sit immediate subjectus, ex l. diffamari processus in camera decernantur, non inconvenienter hoc loco quæritur.

Affirmat Gilm. *Symphor. tom. 3. in verb. lex diffamari* per rationem, quod Imperator in Privilegiis Salvæ Guardiæ omnibus & singulis, tam mediatis, quam immediatis violationem prohibeat, ideoque violantes etiam mediati, ex L. diffamari ad Tribunal Cæsareum evocari possunt, nisi ex justa & probabili causa fiat diffamatio & super aliquo fundetur Iure, per ea quæ tradit Bl. *in l. 21. C. ad l. Jul. de adult.* & Cæs. Contard. *in repet. l. diffamari §. 4. n. 77. & seq. C. de ingen. manumiss.*

75 *Quibus actionum generibus clientes adversus Advocantum defensionem suique destractantes uti possint.*

Deinde quoniam (ut alibi diximus) hodierni temporis Advocatia, id unice secum affert, ut clientes contra vim & violentiam aliorum defendantur *l. non dubito. §. 1. ff. de capt. & postlim. revers.* Bud. *in l. Herennius ff. de evict.* Modest. Pist. *cons. 43. n. 20.* † propterea si patronus requisitus, defensionem iniq; detrectaverit, clientibus adversum eum variæ competunt actiones.

Primo etenim *præscriptis verbis possunt agere in id, quanti ipsorum interest, non defensos fuisse,* D. Hepingk *dissert. novissima de Jure Advocat. concl. 60. lit. D.* ubi notat ex civili obligatione, quæ inter patronum, & clientes virtute innominati contractus celebrati orta fuit, ipsis dari actionem præscriptis verbis, in id, ut promissi patrocinii, cujus gratia quid datum est præstetur fides arg. *l. 4. C. de rerum permut.* vel quanti clientum interest, non impletam fuisse fidem contractus, seu defensionem non fuisse exhibitam *l. 5. §. 2. & l. 7. de præscr. verb.*

I. Actio in præscriptis verbis in id quanti clientum interest.

76 Quia etiam is, † qui tueri aliquem promittit, & non defendit, tenetur ad interesse, actione de dolo *l. fi. te Titio. & ibi* Bart. *ff. de dolo.* † Advocatus enim obligatur ad damnum, si sit negligens vel dolosus *l. si vacantia ver. fisci & ibi* Ang. *C. de bon. vacand. lib. 10.* Bart. *in l. 1. Digest. mand.*

77

78 Secundo si nihil clientum intersit, † ad annuum repetendum honorarium, ubi per protectorem stetit, promissi quo minus sit secuta fides, clientibus *condictio, causa dati causa non secuta*, competit exemplo text. *in c. sancimus, tit. 21. de feud. sine culp. non amitt. lib. 1. l. 5. § 2. & l. 7. de præscr. verb. l. 3. §. 2. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* Generaliter enim si causa, ob quam honorarium datum est, nempe defensio, non sequatur, Jure clientibus adversus patronum competit ista species. *tot. tit. ff. de condict. caus. dat. caus. non secuta. & tit. Cod de condict. ob caus. datorum.* Cujus fundamentum æq; positum est in ipsa naturali æquitate, ut condictionis indebiti itemq; sine causa. Quare si, ut dictum est à clientibus protectori quippiam datum sit, ob causam, ut ipsis ab eo defensio exhibeatur, & per patronum steterit, quo minus illa causa, defensio scilicet, sequatur, jam id, quod datum est à clientibus, apud protectorem esse incipit sine causa, & indebitum esse. Repeti ergo potest, ne videlicet contra naturalem æquitatem, contra æquum & bonum cum clientum damno locupletetur patronus. *l. nam hoc natura ff de condict. indebiti.* Matt. Wesenb. *in paratis, Digest. de condict. caus. dat. caus. non secut. n. 2.* si tamen non protectoris culpa, sed defensio fortuito casu impedita fuerit, dati non est locus repetitioni *l. 19 C. de cond. ob caus. dat.* D. Hepingk *dissert. de Jure protect. conclus. 60. lit. C.*

II. Condictio causa dati causa non secuta.

79 Tertio competit etiam clientibus, *actio præscriptis verbis*, si relicta penes protectorem Advocatia, promissæ defensionis subsidium urgere & exigere malint, quam ad rescindendum protectionis pactum agere, Christ. Besold. *dissert. novissima de Iure fœd. cap. V. n. 17.* ubi scribit. Cum ex advocatiæ contractu obligatio civilis nascatur, actionem quoq; præscriptis verbis utilem inde competere, in id ut fides patrocinii promissi, cujus gratia data est præstetur; vel si fidem susceptam protector implere nolit, remuneratio defensionis causa data restituatur, vel etiam præstetur quanti interest clienti, fidem contractus haud impleri, seu defensionem præstitam non fuisse *l. 1. §. 2. l. 8. l. ult. C. de condict. ob caus. dat. l. 5. §. 2. ff. de præscript. verb.* Quibus cum conveniunt notata per Hepingk *d. concl. lit. G.* dummodo tamen nulla ipsius protectoris mora aut culpa intervenerit: quo minus legi conventionis pareretur, seu debita clientibus præberetur tuitio arg. *l. 5. §. fin. de cond. caus. dat. caus. non secut.* Cum enim Advocatia conventionalis, prout *alibi* fuse docuimus, sit contractus, innominatus, do ut facias, ex eo actionem præscriptis verbis nasci constat. *l. 8. & passim ff. de præscript. verb. l. 6. C. de rer. permutat.*

III. Actio præscriptis verbis.

80 Quarto si stipulatio, † protectitio contractui adjecta fuerit, clientibus datur *actio ex stipulatu* ad exhibendam defensionem à protectore, si eam stipulati sint, vel in id, quod intersit fidem placitis præstitam non esse *l. 4. C. de rerum permut. l. 33. C. de transf.* idque nullam habet dubitationem; Et hanc eandem feudi Domino ad exhibenda à vasallo servitia competere communi-

IV. Actio ex stipulatu.

muniter Feudistæ tenent. Duaren. *c. 19. in comment. de feud. n. 1. gloss. in §. tit. 51. lib. 2.* Rittershus. *partit. feud. cap. 8. q. 14.*

81 Quinto etiam clientes *actionem* † *habent proficiscentem ex illo ipso contractu bonæ fidei*, ex quo protectionis unio primo est constituta, si pacta aliqua in continentia adjecta sint, hæc enim inesse dicuntur ipsi contractui, & formare solent actionem inde descendentem *l. 7. §. quinimo ff. de pact. l. 75. qui fundum & l. 79. fundi ff. de contr. empt. l. si sterilis, 21. Dig. de action. empti l. 4. ff. de lege commiss.*

Actio bonæ fidei ex pacto apposito.

82 Sexto insuper si lubet clientibus, possunt etiam tali casu non præstitæ defensionis, *agere ad rescindendum contractum* Advocatitium per *actionem præscriptis verbis*, qua dissolutio vel liberatio nexus Advocatitii peti potest. † Ea enim est natura contractuum innominatorum, quod implemento secuto ex utra parte, non tantum detur actio ei, qui adimplevit, contra non adimplentem, ut adimpleat, vel condemnetur ad totale interesse *l. naturalis. §. 1. ff. de præscript. verb. l. 1. ff. de rer. permut. l. Juris gentium. §. 1. ff. de pact. l. quoniam asseveras. C. de rerum permut.* verum etiam, si nolit agere ad observantiam contractus, vel ad interesse, datur actio ad dissolvendum contractum, ex capite causæ non secutæ, Fabius de Anna. *cons. 17. n. 4.* Et hæc erit condictio ob causam, ad petendum rem, quam dedit. *d. l. 1. in fin. ff. de rer. perm.* & *ibi* gl. *d. l. naturalis. §. 1. l. si tibi decem. eod. tit. d. l. quoniam asseveras & l. cum precibus. in fin. C. de rer. permut.* Et ita diligenter explicat Ant. Gomez. *var. resol. tom. 2. c. 8. col. 2. vers. quaro tamen pro perfecta declaratione n. 2.* Salic. *in d. l. 1. ff. de rer. permut. n. 2.* & *ibi* Castr. *n. 7.* Ad idem est text. *in l. fin.* ubi Bart. Alex. Jas. & cæteri *ff. de cond. ob caus.* Ang. *in l. prima C. de rer. permut.* Imol. *in l. Aristo. ff. de donat.* Alciat. *in l. si pro fundo vers. instaurari C. de transact.* qui *n. 4.* tradit † quod idem sit in contractibus innominatis omnino non implere, vel non perfecte; Quinimo etiam re data & evicta videtur illum, qui dedit, non adimplevisse, Alciat. *in d. l. si pro fundo, vers. præscriptis verbis n. 5.* † Et regulariter condictio ob causam, conceditur in contractibus innominatis *l. si quis accepto. ff. de condict. ob caus.* Fab. de Anna. *cons. 17. n. 6.*

Actio præscriptis verbis ad rescindendam Advocatiam.

83

84

85

86 Septimo denique, † si conventioni protectionis certa insuper pœna, in casum omissæ defensionis, adjecta fuerit (quod posse fieri, *supr. in c. de forma* demonstravimus) tunc, siquidem Advocatus ad ferendum auxilium, tempore instantis periculi legitime requisitus fuerit, & nihilominus defensionem detrectet, aut oppressis non succurrat, clientes, per *condictionem certi ex stipulatione*, ad consequendam pœnam appositam, agere possunt, Nam certa & utilis pœna, per hanc condictionem recte petitur, *l. si pœnam ff. de verbor. oblig.* Oldendorp. *class. 4. Act. 28. n. 5. §. Quid veniat in hanc action. vers. Idem est in fine.*

VIII. Condictio certi ex stipulatione.

Et quidem cum difficilis sit probatio ejus, quod interest, & sæpe ad exiguam summam redigatur. *l. ult. ff. de prætor. stipulationib.* Ideo tutius est in contrahenda Advocatia pœnam adjicere arg. *§. fin. Inst. de verb. obligat.* Schneid. *§. omnes autem actiones, Inst de Action. n. 3.* ubi dicit, consultum esse, ut quis obligationi faciendi certam quantitatem pecuniæ, loco pœnæ vel interesse adjiciat.

87

Quod *si autem protector, † pro se & hæredibus suis certa etiam in casum omissa defensionis pœna adjecta, clientes in tutelam susceptos defendere promiserit, & defunctus duos hæredes reliquerit, quibus ambobus, re exigente, ad defensionem à clientibus interpellatis, & uno duntaxat eorum succurrente alter suam defendendi operam deneget, utrum, pœna committatur insolidum vel alter tantum, qui in mora fuit, ad pœnæ præstationem solus conveniri possit,* non immerito dubitatur.

Protector pro se & hæredibus suis defensionem promittens, si ea à nullo, vel aliquo tantum ex hæredib. exhibeatur an pœna à singulis exigi possit.

Et competere actionem in solidum, † tenet Bart. *in d. l. 4. §. Cato. n. 30. de verb. oblig.* Cujus opinio communis est, secundum Rip. *ibid. n. 99.* quæ niti videtur eo fundamento, † quod ubicunque duo Rei constituuntur in obligatione individua, uno contraveniente committatur stipulatio contra utrumque *cap. cum ex causa 139. ff. de verb obligat.* Socin. *d. l. 4. §. Cato. num. 10.* Eand. opinionem secutus est clariss. JC. Dn. Sebast. Dietherich, Advocatus Reipubl. Hallens. *disp. de Advocatia thes. 4.*

88 *Affirmativa*

Ratio dubitandi ab auctoritate.

89

Sed contrarium † hic decidendum esse, censeo.

90 *Decisio Negativa.*

Primum, † per regulam quod delicta suos habeant auctores, & personam egredi non debeant, *l. sancimus C. de pœnis l. rescriptum ff. de his quib. ut indign.* gloss. *in c. quæsivit in fin de his, quæ fiunt à majori part. capit.* & sic hæres promissoris, qui pro sua parte officio defendendi satisfecit, non debet puniri, ex delicto & negligentia socii: † Et sic quoque Feudistis receptum est, quod si feudatarius negat, partem rei feudalis esse feudalem, non privetur toto fundo, sed tantum parte negata, cum in pœnalibus transit, non sit faciendus de re ad rem, neq; de persona ad personam, gl. *verb. scientiam, in c. 1. §. vasallus si de feud. fuerit controvers.* quam communem dixit Jul. Clar. *lib. 4. sentent. §. feud. n. 59.*

91 *Ratio decidendi I.*

92

Et pro hac decisione facit doctrina Alberic. *in l. communi dividundo ff. communi dividundo.* Ubi dicit communem & æquiorem opinionem, † quod pœna commissi non committatur insolidum, contra omnes hæredes emphyteutæ, sed solum pro parte contra hæredem non solventem. quem referendo sequitur Hieron. de Cavall. *opin. commun. contra commun. q. 6.* Bald. & Salic. *in l. 2. C. de hæred. act.* ubi deducunt, quod † omnes actiones passive dividuntur inter hæredes, pro portionibus hæreditariis, & est etiam text. *in d. l. 2. C. de hæred. action. & l. in executione. vers. infr. species. ff. de verb. oblig.* & sic † licet defunctus sit obligatus in solidum, tamen in ejus hæredibus obligatio dividitur, etiam invito creditore, & solvendo partem, pro virili remanebit liberatus, ita resolvit Ant. Gomez. *2. tom. variar. resolut. c. 10. n. 4.*

93

94

95

Deinde pro hac sententia multæ aliæ juris communis regulæ vulgares afferri possent, quod scilicet alius propter alium plecti non debeat, multo minus indebite damnum pati, & si quæ sunt ejusdem farinæ similes theoricæ, veluti † dolum ei duntaxat nocere debere, qui illum admisit, *l. 11, qui a debitore. 9 ff. quæ in fraud. cred.* neminem alterius odio prægravari, nec alteri per alterum iniquam conditionem inferri debere, *l. si quis in suo §. legis C. de inoffic. testam.* ubi Jason ponit, quando locum habeat prædicta regula, de alterius odio nemine prægravando, in civilibus, & quando in criminalibus, *l. non debet, 74. de reg. jur.* ubi Dec. concord. text. allegans addit, neminem † sine culpa esse puniendum, quæ regula similiter huc allegari convenienter potest. Adde, quod ibi debeat esse pœna, ubi noxa est, ubi autem nulla transgressio, ibi nulla pœna, *d. l. sancimus. 22. C. de pœn.*

Ratio decidendi II.

96

97

Præterea cohæredem ab omni pœna immunem esse, colligi videtur *ex l. pœnales, §. Julian. ff. ad l. Falcid.* ubi habetur, † si pœna committatur ex stipulatione prætoria, quod facto unius hæredis, ipse solus, non alii teneantur, ubi etiam Bart. dicit, † stipulationem interpositam ab uno ex hæredibus, ad alios non porrigi, quibus congruit doctrina Romani *in l. 4. §. Cato. n. 55. ff. de verbor. obligat.* dicentis, si unus ex hæredibus stipulationi contraveniat, quod is solus incidat in pœnam pro sua parte, alii vero, propter prætoriam actionem non teneantur, nec conveniri possint.

Ratio decidendi III.

98

99

Nec obstat decisioni † huic præallegata Bartoli & Ripæ opinio, quia contra Bartolum alii concludunt communiter

100 *Objectiones repulsæ.*

communiter, limitando ejus sententiam procedere, quando sumus in judiciis stricti juris, secus autem in judiciis bonæ fidei. Quia tunc agitur ad pœnam contra illum qui contravenit, & cum hac distinctione transeunt communiter Dd. Socin. *in d. l.* 4. §. *Cato n.* 18. *ff. de verb. obligat.* 101 † At conventio super præstanda defensione est contractus bonæ fidei, 102 † Cum enim omnes Principum & magnatum contractus, sint bonæ fidei, ut docet Hotoman. *consil.* 15. Alciat. *cons.* 45. *lib.* 8. Jason *in l. civitas num.* 8. *ff. si cert. petat.* Bald. *in tit. de pace Constant.* §. *si quis vero num.* 1. Cotta *in memorab. v. contractus* el. 2. Joan. Bapt. Blot. *tr. de in lit jur.* §. 22. *n.* 3. Exea *tract. de pact. numer.* 456. *versicul. tertio sublimita* Mozz. *tract. de contract. tit.* 1. *artic.* 4. *num.* 26. Sylvan. *de feud. recog. quæstion.* 4. *nu.* 14. Wesenb. *de feud. cap.* 1. *num.* 8. Seraph. de Seraph. *tract. de juram. privil.* 3. *num.* 97. Contractus sane Advocatiæ, qui non nisi cum magnatibus & potentibus initur talis etiam esset debet.

Requisitum præcedens actiones adversus Protectores intentandas.

103 Verum circa præmissas hujus ordinis † actiones contra Protectores intentandas ante omnia sciendum est, clientibus ob non præstitam defensionem ad privationem Advocatiæ aut pœnæ conventionalis exactionem, vel alium quemcunque finem agentibus, incumbere onus probandi, quod per eosdem Patronus ad tuitionem faciendam legitime requisitus fuerit, nisi factam denunciationem sponte fateatur, argumento eorum, quæ in simili sancita sunt de vasallo requisitionem non fatente, quam inprimis etiam Dominus feudi probare tenetur, ut nuncupatim docuit Bald. *in cap.* 1. §. *ut autem numer.* 19. ubi Alvarott. *numer.* 1. Præpos. *numer.* 2. Afflict. *numer.* 11. Schenck. *numer.* 2. *de allod.* Schrader. *de feud. p.* 6. *cap* 6. *numer.* 39. & *part.* 10. *sect.* 9. *numer.* 70. Rosenthal. *cap.* 8. *concl.* 26. *nu.* 4. *in addit.* per text. *d cap.* 1. §. *ut autem ibi* Domino suo convinci *de allod.* & *cap.* 1. *vers. si quis enim dixerit*, quæ causæ, quemadmodum alicui domino ad ingratitudinem alicujus vasalli probandam 104 possint sufficere, in quibus caus. feud. amitt. † Quia actor fundamentum suæ intentionis, præsertim affirmativam (prout est interpellatio) probare tenetur *l.* 2. *leg. ab ea Digest. de probation. leg.* 1. *leg actor. Cod. de probat.* Et quidem si clientes in propria persona protectorem interpellarunt, hoc ipsum probasse sufficiet, ut protector de legitima vocatione convinctus censeatur.

Declaratio præcedentis requisiti.

105 Si tamen patronus ante eventum † faciendæ requisitionis palam & rotunde se declarasset, quod clientibus suis etiamsi ad auxiliandum ac opitulandum, iis invocaretur, opem ferre nollet, tunc in eundem actiones prædictæ, ob intermissam defensionem competentes nihilominus locum habent, etiamsi postea præsente tuitionis necessitate nominatim interpellatus seu vocatus non fuisset, per ea quæ de vasallo traduntur *in c. sancimus de feud. sine culp. non amitt. c.* 1. §. *sed non est alia qua fuit prim caus. benef. amittend. c. ad hoc* ubi Iern. & Afflict. *numer.* 9. *hoc finit. lex*, facit etiam *c. ult. de dolo & contum, in* 6. 106 & *clem. unic. d. tit.* † Cum enim ex contumaci requisitione certum sit interpellationem nihil ponderis apud protectorem habituram, non debent onerari clientes necessitate faciendi requisitionem inanem & frustratoriam, sive supervacuam *leg. hac stipulatio in fin. ff. ut legator. seu fideicomm. nomine* Paril. *consil.* 24. 107 *numer.* 24. *volumin.* 1. † præsertim cum ex recusatione defensionis tam contumaci videatur clientibus qui tuitione ac subsidiis indiguere, acquisita facultas privandi Protectorem Advocatiæ jure ipsi competente. Cui quidem facultati maxime præjudicaretur interpellando, seu requirendo auxilium à protectore siquidem eo ipso clientes denotarent, etiamnum sese velle ab eo defensionem suscipere, & consequenter ob privationem Advocatiæ non agere.

Confirmatio declaratione præmissa ab exemplo vasalli.

Quemadmodum enim † in casu privandi ob servitia denegata vasalli, si Dominus post commissam privationis culpam eandem ad præstanda servitia advocet, eaque recipiat, feloniam remisisse censetur, tradentibus in individuo Hieron. Schurff. *consil.* 74. *numer.* 2. *cent.* 2. Joan. Jacob. Leonhard. *inter consil. feudal. cons.* 114. *num.* 328. Menoch. *cons.* 204. *num.* 56. & *seq. volum.* 4. Dec. *cons.* 185. *nu.* 10. & 12. Ruin. *cons.* 35. *nu.* 25. *lib.* 1. Schneidew. *de feud p.* 5. *n.* 99. Intrigliol. *in cent. feud.* 98. *n.* 121. Thom. Marin. *de gener. & qualit. feud. tit.* 2. *sect.* 2. *n.* 80. Capyc. *investit. feud. cap. feuda amittuntur casu* 33. §. *limita* 40. *col.* 30. Mozz. *de substant. feud. num.* 48. Vultæi. *de feud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 63. Rosenthal. *synops. feud. cap.* 10. *conclus.* 38. *num.* 4. *in schol. lit. e.* Sic etiam si clientes post commissam Advocatiam denuo patronum suum ad præstandum auxilium implorarent, actionis adversus illum instituendæ facultati renunciasse judicarentur.

Protector si in clientes sæviendo eos injuste turbet, ac offendat, quænam actiones adversus eum pro Advocatiæ privatione dentur Condictio ex constitutione Friderici de pace tenenda.

108 Porro si protector in clientes sæviendo eos † injuste offendat, turbet ac molestiis afficiat, datur Clientibus ad exuendum eum Advocatia, condictio ex lege seu constitutione Friderici *de pace tenend.* & *ejus violat.* §. *Advocatiam*, quam ad Monasteriorum Advocatos aliosque protectores extendendam atque accommodandam esse, auctoritatibus plurimorum Interpretum *supra in c.* 16. latissime probavimus, quo lectorem ex hoc capite acturum remittimus.

Protectores si juri defensionis subtrahere se invitis clientibus cupiant, quibus remediis ad eandem sustinendam cogi possint.

109 Cæterum si Protectores forsan † invitis clientibus Advocatiam deserere velint, quibus remediis ad eam sustinendam compellantur quærentem pariter remittamus ad quæstionem *in prædicto capite* fusissime tractatam; quando nimirum, interveniente unius vel utriusque consensu vel dissensu; Advocatiæ jus dissolvatur, ubi abunde docuimus, in contractu innominato, qualis est conventionalis Advocatia re non integra & ex una parte secuto implemento, alteri non licere recedere, quapropter casu supradicto Protectori potius, quam clienti incumbit aliquo se medio à Protectionis nexu liberare. Econtra vero si clientes super amissione seu privatione Advocatiæ adversus suos Protectores judicium intentare velint, recurrere eos oportet ad causas *superiori capite* (ex quibus nempe Advocatia cessat, atque deperditur) copiosissime enucleatas.

Quartæ classis Actiones. Clientes quibus actionibus uti possint, adversus extraneos Salvæ Guardiæ turbatores.

110 Porro expositis hucusque variis actionum remediis tam in clientes quam in alios, Patronis competentibus, deinde iis quas in illos separatim tantum habent præterea quibus clientibus adversus protectores suos consulitur, restat, ut quarto loco dicamus de actionibus, quas iidem clientes adversus extraneos, nimirum salvæ guardiæ turbatores ac violatores habent. Ad horum meliorem intelligentiam præambuli loco in memoriam revocare oportet solere Imperatores aliorum protectionem alicui committentes, plerunque sub certa pœna pecuniaria prohibere, ne quisquam Advocatos in jure clientelæ ipsis impartito turbet, seu in clientum defensione impediat, vel susceptos à sua majestate in peculiarem tutelam injuste offendat, lædat, aut quovis modo molestet. 111 Ita † laudatissimus Imperator Fridericus III. cum Anno 112 1485. Advocatiam, quam Hallenses in Monasterium Chombergense habuerant, ab iisdem revocasset, atque in Rudolphum Episcopum Wirtzeburgensem, ejusque successores in perpetuum transtulisset, in diplomate commissionis statuit pœnam 50. marcarum auri hisce verbis:

Vnd gebieten darauff allen Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen / Prälatē / Grauen / Freyen / Herrn / Rittern / Knechten / Hauptleuten / Vitzthommen / Vögten / Pflegern / Verwesern / Amptleuten / Schultheissen / Burgermeistern Richtern / Räthen Bürgern vnd gemeinden / vnd sonst allen andern Vnsern vnd deß H. Reichs Vnderthanen vnd Getreuwen / in was Würden / Stands oder Wesens die seyn / vnd insonderheit Burgermeistern vnd Rath der obgemelten Statt Schwäbischen Hall / von obbestimbter Röm. Keyserlicher Macht Vollkommenheit ernstlich vnd vestiglich mit diesem Brieff / vnd wollen / daß sie den genanten Vnsern Lieben Fürsten Bischoffen Rudolphen vnd ein jeden Bischoffen zu Würtzburg sein Nachkommen in ewigkeit vnd jhr vndergesatzt Vögt vnd Schirmer / an diesem Vnserm Keyserlichen Befelch / Schutz vnd Schirm des gemelten Gottshauß Chomberg vnd den Leuten vnd Gütern darzu gehörende / nit verhindern noch irren / sondern sie deren geruhiglichen gebrauchen / vnd gentzlich dabey bleiben lassen / vnd dawider nit thun / noch jemandt zuthun gestatten / in kein weiß / als lieb einem jeglichen sey / Vnser / vnd deß H. Reichs schwere Vngenade vnd Verlösung einer Poen / Nemlich 50. Marck Lötiges golts zu vermeiden / die ein jeglicher so offt er freventlich hiewider thet / vns halb in Vnsere vnd des Reichs Cammer / vnd den andern halben theil dem gemelten Vnserm Fürsten von Würtzburg vnd seinen nachkommen vnableßlich zubezahlen verfallen seyn soll. Sic etiam passim literis Salvæguardiæ, quas summi Pontifices vel Imperatores pro personæ ac rerum defensione tribuunt, certæ pœnæ & interdum quidem gravissimæ (quo modo Henricus IV. Imp. Anno 1125. Monasterium Spanheim, in suam & Imperii tutelam suscepisset, sub pœna criminis † 113 læsæ majestatis, ne quis molestiam vel damnum ei inferret inhibuit, uti refert Trith. *in Chron. Spanheim*, *p.*240. & Gregorius VII. Papa Monasterium Hirsaug. in protectionem sedis Apostolicæ receptum, inf. stantibus privationis † honoris & potestatis, ut & excommunicationis pœnam minatus est, Testante eodem Trith. *in Chr. Hirsaug. p* 89.) contra violatores privilegii adjectæ, in hunc vel similem modum semper inseri, ac adjici solet.

Vnd befehlen darauff E. L. Andacht / vnd euch allen sammentt / vnd einem jeden insonderheit / von Röm. Key. vollkommenheit hiemit ernstlich gepietendt / vnd wollen daß jhr gedachten N N. sambt seiner Ehlichen Haußfrawen / Kindern / auch derselben Erbens-Erben / Dienst / Ampleut / zugehörigen vnd verwanten mit aller jhrer Leib Haab vnd Gütern / Lehen vnd eygen / so sie jetzunds haben oder künfftig wie obstehet vberkommen / vnd allem denjenigen so jhnen zu versprechen stehen / bey denen jhnen ertheilten G. Freyheiten Immuniteten / Possessionen vnd Gütern geruhiglich verbleiben / vnd wider diesen Vnsern Keys. Schutz / Schirm vnd Salvamguardiam keines wegs betrüben / Arrestiren / hemmen / beleydigen / einfallen gefenglich bestricken / straffen / plündern / oder auch in andere wege wie solches jmmer zugehen vnd geschehen möcht beschweren / sondern sie vnd alle die jhrigen vnd was denselbigen zustendig wie auch das nahmen haben mag / dabey allerdings vnbeleydiget bleiben / auch ausser ordentlichen Rechtlichen Proceß vnd darin ergangenen / vnd in der andern Instantz publicirten Endvrtheil nicht anfechten / noch bekümmern lassen / als lieb euch vnd ewer jedem sey Vnser Keys. Vngnade vnd die Poen deß Glaidtbruchs vnd darzu noch eine sondere Poen / nemblich 50. Marck Lötiges golds / so ein jeder so offt er freuentlich hierwieder handelt / halb in Vnser Keyserliche Cammer / vnd den andern halben Theil Vielgedachtem N. vnd desselben Erben vnd Erbens Erben / so hierwieder angefochten / oder beleydiget würden / vnabläßlich zubezahlen verfallen seyn soll zuvermeyden / vnd das meynen wir ernstlich.

Quoniam igitur hujusmodi † 114 Protectionis seu salvæguardiæ concessio frequentissima est impetrantemque cum suis rebus inviolabilem reddit, violantesque pœnæ facit obnoxios, ut nominatim consulendo concludit Bertaz. 511. *n.* 36. *lib.* 1. At vero in hac mundi perversitate, non attenta ejusmodi securitate, multoties contingat salvas hujusmodi Guardias ab hominibus odiosis & malignis violari, idcirco hac tota de re cum ad praxim maxime spectet, paulo diligentius agendum est, adeoque ad totius negotii hujus explicationem subsequentia puncta hic speciatim enucleanda sunt.

Ordo ac summa capita, quæ circa Actiones ob Salva Guardia violationem competenter tractantur.

Primo, videndum erit apud quem judicem causa violatæ protectionis instituenda atque agitanda sit. Deinde, quo genere actionis utendum, & quæ sint ejusdem requisita? Tertio, ex qua causa hæc actio veniat: Quarto, quibus competat prædicta actio: Quinto adversus quos hæc actio intentari queat: Sexto, quid de hæredibus offensi & econtra offendentis seu frangentis salvamguardiam dicendum sit: Septimo, Quid in hanc actionem veniat, & num causa principalis coram eodem judice ventilari possit ac debeat. Octavo, quando & quamdiu huic actioni locus sit: Nono, quæ sint actionis prædicta affinia remedia. Decimo, quibus exceptionibus actio instituta eique affinia remedia elidantur & repelli soleant. Denique ut ea, quæ hactenus de foro & actionibus super fracta salvaguardia tradita sunt, ad praxim melius reduci, atque aptari queant, aliquot formulas supplicationum pro Citationibus ad videndum se incidisse in pœnam Keyserlichen Schutz vnd Schirms una cum libello & defensionalibus ad finem hujus capitis subjiciemus.

Primum Membrum de Salva Guardia instituta tractatione.

Ad forum igitur primo quod attinet, † 115 sciendum est, siquidem salvæguardiæ privilegium per Cæsarem concessum fuerit, causam ex violatione ejusdem enatam, vel ad judicium ejus aulicum, an den Keyserlichen Hoff / vel ad Cameram Imperialem pertinere ideoque propter violatum privilegium ad pœnam ejusdem apud aulam Imperialem, vel in Camera Spirensi, prout offenso libuerit agi posse.

Protectionis violatæ actio ag ad quem judicem instituenda sit.

Cum enim judicium Imperialis Cameræ, † 116 utpote quod Imperatoris & reliquorum Electorum principum ac statuum personas, quoad contentiosam Jurisdictionem repræsentat vicesque agit Rodin. *in Pand. Cam. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 2. Schwarzmayer *Miscell. c.* 13. † 117 concurrentem cum Imperatore jurisdictionem obtineat, Gail. *lib.* 1. *obs.* 29. *n.* 3. Knich. *de non prec. Sax. jur. verb. jus c.* 2. *n.* 4. Zang. *de exceptionib. p.* 2. *c.* 1. *n* 138. † 118 Ideo causæ privilegiorum à Cæsare datorum, quoties de substantia, sensu vel intellectu eorundem disceptatur, vel ea ipsius Imperatoris jus tangunt, in eadem Imperiali Camera rectæ intentantur, & sic ob protectionem Cæsaream violatam, potest quis statim immediate neglecto primæ instantiæ privilegio, Imperatorem vel Cameram adire ibique adversus Violatorem Imperialis privilegii pro Citatione ad videndum se incidisse in pœnas Cæsarei privilegii supplicem libellum offerre: nominatim Otho Meland. *in commen. Cameral. Noe Meurer*, *numer.* 54.

Lau-

Laurent, Reichwein *in formular. supplicat ex Gylmanno accept. cap. 17. part. 1.* Ubi ejusmodi processum ad videndum se incidisse in pœnam Keyserl. Schutz und Schirmsbrieff ad instantiam des Fürstlichen Stiffts Lindaw/ contra Consulem & Senatum Imperialis Civitatis Uberlingen in Augustali Cameræ judicio 12. Decembr. Anno 1598. decretum fuisse attestatur.

Si ergo Actor conquesturus, se contra privilegium Cæsaris violatum esse, prius Cameram, quam Cæsarem adeat, & citationem petat, jure præventionis illa decerni & causa ibidem agitari poterit, per text. *in cap. cum plures, de offic. delegati in 6.* Anch. *ibid.* 2. Philip. Fran. *n.* 2. Dd. *in l. si quis postea ff. de judi.* late Socin. *in c. proposuisti, de foro comp. n. 7. cum seq.* Panor. *in c. ut debitus n. 22. de appell.* ubi dicit, † quod in ordinariis judicibus, qui pares sunt in jurisdictione, præventio locum habeat, per text. *in l. pen. ff. de petit hered.* † quæ quidem præoccupatio sive præventio jurisdictionis fit per solam citationem, per text. *in d. l. si quis post. ff. de jud. & d. c. proposuisti de for. comp.* Marant. *disp.* 6. *n.* 20.

119

120

Fundandæ autem in utroque foro jurisdictionis in hoc causarum genere, duplex ratio assignatur, † Prior, quod Imperator, qui aliquem in protectionem recepit desuperque privilegium impertivit, ac violationem ejusdem sub certa pœna inhibuit, merito de ejus violatione cognoscat, ac judicat cum violatio privilegii Cæsarei, jus Imperatoris tangat, arg. *l. non de novo C. de legib. tex. in c. cum venissent, de judiciis,* & gl. *ib. in verb. judicare.*

121

Fundandi judicii causa duplex. Prima.

Ratio causæ prioris.

Nam & generale juris dogma habemus ejus esse † cognoscere & interpretari privilegia, cujus est ea largiri, arg. *l. 6. C. de SS Eccles. c. 12.* & *ibi* gl. Abbas & Canonistæ *de judic.* Bal. *in l. fi. C. de l. & in prælud. Feud. n.* 18. Afflict. *in c. unic.* 2. *F.* 56. *num.* 76. Rot. Rom. *decis.* 83. *n.* 3. *& seq. p. 2. in noviss.* Cavalc. *in Repert. decis. p.* 1. *titul.* 1. *verb. judex nullus inferior.* Lancell. *in temp. omn. jud. p.* 289. *n.* 3. Jo. Vinc. de Anna, *sing.* 644. Burs. *cons.* 156. *n.* 2. Vasq. 1. *illust. controv.* 46. *n.* 7. & 8. Sola *in const. Sab. de claus. Mand. Princ. gl.* 1. *n.* 3. 8. *& seq.*

Confirmatio ab auctoritate.

Atque ita etiam in simili si super Salvi conductus † concessione dubitatio aliqua oriatur, declarationi concedentis standum esse, respondit Mod. Pist. *cons.* 49. *n.* 25. *vol.* 2. Nominatim autem in terminis Privilegiorum Cæsareorum loquentes assertionem rationis adductæ comprobant Dn. And. Gail, *lib. 1. obs. 1 n. 7.* idipsum eleganter firmat Lud. Schwarzenmayer consiliarius Cæsar. Miscellan. *cap.* 13. nominatim tradens, solum Imperatorem, qui privilegium aliquod concessit, de eo cognoscere & judicare. Franciscus de Claper. *decis.* 23. *numer.* 11. ubi dicit, ad Principem pertinere, de privilegiis ab eo concessis decernere & pronuntiare, per allegata *ibid.* And. Rauchbar, *lib.* 2. *q.* 11. *n.* 145.

122

Et quod Princeps, † si de mente vel sensu privilegii inter subditos contentio oriatur, ejusdem controversiæ judex & privilegiorum suorum sicut & antecessorum suorum interpres sit, probatur per text. *l. ex facto* 43. *in pr. ibi* beneficia quidem principalia ipsi principes solent interpretari, & *ibi* Ripa *n.* 6. & DD. *de vulg. & pupill. subst. & ex l. Neratius* 181. *ibi* quem tamen modum beneficii sui esse vellet, *de Reg. jur. l final.* & *ibi* Bald. *C. de legib.* Item ex *c. ordinarii de offic ord. in 6. c. fin. de conceß. præbend. c. sicut n. 11. q. 1. c. inter alia §. ut igitur* unde jus prodit, interpretatio quoque procedat, *ext. de sent. excommunic.* Ruin. *cons.* 208. *vol.* 1. Menoch. *consil.* 102. *n.* 173. *vol.* 3. Schrad. *in rep. l admon. n. 35. de jurejur.*

Altera ratio est, quod in judicio violatæ Protectionis consideretur inprimis injuria illi facta, qui concessit Salvamguardiam, eamque in contravenientes, pœnam apposuit, ideoque ad eundem etiam potissimum spectat cognitio, nominatim tradente Thessaur. *decis.* 132 *n.* 1. Natta *cons.* 580. *n.* 7. ubi ponit regulam, † quod pœna delicti cedat lucro ejus, qui principaliter læditur ut is injuriæ suæ ultionem habeat per *l. cum emancipati §. emancipatus filius ff de coll. bon.* Bart. *in §. hanc. inprimis verbis in Auth. quomo. oport. Episc.* Jo de Anan. *in c. ad liberandam* 4. *not. de Judæis & in c. de hoc in fine de Simon.*

123

Cum enim Imperator † in causis violatæ Protectionis, ex pœna privilegio inserta proprium interesse in hoc judicio instituto habeat, cujus medietas fisco Cæsareo, ceu verba ipsa privilegiis inseri solita clare ostendunt. & communibus suffragiis receptum scribit Simon Gunth. *in thes. practic. in explic. tab. n.* 69. saltem pro parte applicanda debeatur, idcirco recte de imponenda ejusmodi pœna in foro Cæsareo agitur adstruente Jul. Magenhorst. *in comment. Cam. Imp. tit.* 26. *§. fit itaque regulariter. ver. Quartus.*

124

Quamvis autem ejusmodi pœna violationis commissæ, alias ex præscripto juris † totaliter Imperatori debeatur, cum illud, quod alicui † in vindictam propriæ injuriæ debetur, alteri non conferatur, *l. 2. §. emancipatus ff. de collat. bonor. l. at ubi ff de petit. hered. l. bovem §. si quis servo ff. de ædil. edict.* text. *in cap. 1. §. denique qua fuer. pr. caus. benef. amittend.* † ubi si vasallus amittit feudum, eo quia in dominium deliquerit, feudum non ad proximos, sed ad dominium revertitur, ut hanc saltem Dominus habeat injuriæ suæ ultionem. Quia tamen ipse etiam qui ex beneficio Imperiali fruitur Salvaguardia non minus, quam Imperator concedens, læditur, clementia ipsius Principis de medietate ejus participare eum voluit, † cum alias etiam socius socio communicet de iis, quæ ob delictum consecutus est, *l. si quis societatem ff. pro socio.*

125

126

127

128

Sed hic occurrit dubium, † quid dicendum sit, *quando per Imperatorem subditus alicujus vasalli Imperialis qui merum & mixtum Imperium, cum omni jurisdictione ab Imperatore in feudum tenet, salvamguardiam obtinuit, & tunc idem per alium ejusdem vasalli subditum & in territorio vasalli violetur, an eo casu nihilominus fractæ protectionis cognitio ad Imperatorem pertineat?*

129

Subditus vasalli Imperialis, Salvaguardiam si ab alio quodam subdito & in territorio vasalli violetur cujus sit cognitio Imperatoris an Domini territorialis.

Dubitandi rationem præbet, quod Imperator † investiens vasallum de aliquo castro, civitate vel villa, cum mero & mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione, transferat in eum omnia jura utilia, & omnem causarum tam civilium quam criminalium notionem privative, quoad ipsum principem, sic investientem, prout est vulgatissimum dictum Baldi, quem omnes sequuntur *in l. 1. q. 41. ff. de rer. divis.* Brun. *cons.* 31. *de num.* 7. *& cons.* 47. *n.* 7. Jas. *cons.* 57. *col.* 2. *in fine lib.* 3. Boss. *in tit. pœn. n.* 25. Luc. de Pen. *in l. 1. col. 8. vers. secundo quæritur C. de priv. schol. lib.* 12. Gram. *decis.* 30. *num.* 2. Nat. *cons.* 418. *in pr. n.* 7 *& cons.* 580. *n.* 4. ubi attestatur omnes Dd. ita tenere & alii, quos citat Rol. à Vall. *cons.* 21. *n.* 10. *lib.* 4. Franc. Marc. *quæst.* 91. *n.* 4. *part.* 2. late Cravet. *cons.* 411. *n.* 28. *& seqq. lib.* 3. Bero. *cons.* 74. *n.* 7. *& seq. lib.* 1. Socin. Jun. *cons.* 126. *n.* 1. & 3. *libr.* 3. Cacher. *decis.* 29. *n.* 8. † Et propterea vasallus cognoscit in omnibus causis in prima, vel in secunda instantia juxta qualitatem investitutarum privative, quoad dominum concedentem. Jacobin. *in sua investit. verbo Vicarius nu.* 41. *& verbo cum mero & mixto imperio* Abba. *in c. cæterum col. 3. in fi. de Jud.* Nevizan. *in cons.* 61. *n.* 9. Sola *ad decret. antiq. Sab cat.* 3. *col.* 1. *n.* 3. Thom. *de collect. §. ne scienter n.* 3. Thessaur. *decis.* 132. *n.* 2. *& decis.* 226. *n.* 4. Cacher. *cons.* 26. *n.* 16. cum feudum habeat fidei suæ commissum, exemplo Præfecti urbis *in l. 1. §. initio ff. de offic. præfect. urb.* qui ob talem commissionem, cognitionem omnium eorum, quæ intra urbem admittebantur habere dicebatur.

130

Affirmativa pro vasallo. Ratio dubitandi.

131

132 *Ratio dubitandi II.* His accedit secundo, † quod cum mulctæ & pœnæ sicut fructus jurisdictionis, pleno jure pertineant ad eum, qui de jurisdictione est investitus, etiam privative, quoad dominum investientem, Bart. Castrens. & Alex. *in leg. si. ff. sol. matr.* Præpos. *in prælud. feud. num.* 17. Hern. *in tit. de pac. tenen. vers. si vero aliquis in fin. n.* 5. & *ibi* Afflict. *in §. si quis aliquem n.*16. Guido Pap. *q.* 76. Carer. *tract. de har. post suam pract. crim. n.* 135. Pet. à Placa. *in epit. delict. c.*23. *n.* 12. *circa fi.* Crav. *conf.* 128. *n.*3. Chassanæ. *in catal. gl. mund. p.*5. *consid.* 24. & *in titulo Des confiscationes §.* 1. *per totum.*

Ratio dubitandi III. Tertio in hanc sententiam facere videtur, quod licet in literis salvæguardiæ, læsio prohibeatur sub 133 pœna fisco applicanda, † quia tamen fiscus vasalli succedit loco fisci Imperialis, eique subrogatur, per doctrinam Nattæ *in conf.* 346. *n.*2. ubi infert, decretum applicans pœnam fisco Ducali, & loquens de casibus quibus Ducali fisco pœna applicatur vendicare sibi locum etiam in terris infeudatis, in quibus pœnæ ad vasallos spectant & dicit And. de Ponte *q. Laud.* 24. *col.*5. *in fine*, quod vasallus gerat vices principis & ejus authoritate statuat, & *col. seq.* dicit, quod jure principis jus dicant, allegat Brun. *in conf.* 103. *numer.* 4. Ideo cum vasallus exigit pœnam, positam in proclamate, Princeps exegisse videtur, cujus nomine & auctoritate fit exactio.

134 *Ratio dubitandi IV.* Quarto adducitur, † quia, ubi dominium utile concurrit cum directo, tunc utile præfertur, arg. *leg. procuratorem in rem suam dato Digest. de procuratorib.* Bald. qui ponit de dominio utili & de directo, disceptantibus de feudo alienato, & vult vasallum, habentem jura utilia, præferri *in cap. prim. §. similiter numer.* 3. *de lege Corra.* quem refert & sequitur Jason *consil.*57. *col.*3. *vers. sexto facit volumin.*3. Amad. *d. quæst.*24. *col.*4. & 7. ubi post Curt. Jun. & alios dicit, quod causa immediata attenditur quando concurrit cum mediata.

135 *Ratio dubitandi V.* Quinto facit quod decreta & † privilegia Imperatoris, quæ pœnam deferunt ad fiscum seu Cameram Imperialem intelligi & restringi debeant ad subditos Imperatoris immediatos, non autem extendi ad subditos vasallorum, quia quoad eos, pœnæ delictorum spectant ad vasallos, per supradicta, & ita intelligit & declarat Jason *in dict. conf.* 57. *col. fin. versic. intentio ergo*, & sequitur Amad. *dict. quæstion.* 24. *col.* 6. *in prin.* ubi dicit Taurinensem Senatum ita judicasse.

136 *Ratio dubitandi VI.* Denique in terminis salvæguardiæ † quod spectet cognitio & pœna ad vasallum, tenuit Jas. *consil.* 57. *libr.* 3. *per tot.* ubi expresse docet, pœnam ejus, qui fregit salvamguardiam, à Principe concessam, applicari vasallo, si delinquens sit subditus vasalli Rebuff. *de mater. possess. & art.* 2. *gloss. secund. versicul. quemadmodum* Nevizan. *consil.* 83. *num* 9. Senatus Tholosanus post multas disputationes referente Thessaur. *decis.*132. *n.* 3. censuit, Principem non posse retinere causam ratione ruptæ salvæguardiæ generalis: secus in speciali obtenta in executionem sententiæ Senatoriæ Anno 1571. penul. Januarii, cujus etiam decisionis meminit Amad. à Ponte *d. q. Laud.*24. *col.* 4. *v. limitant etiam aliqui*, quod intelligitur procedere, nisi vasallus retardaret justitiam facere, ut per Gram. *vot.*28. & D. Ponte *d. q.* 24. *col.* 5. *in fi.* 10. *vol. tract. part.* 4.

137 *Objectio repulsionis.* Nec obstat, quod Imperator ex contraventione sui privilegii, † dicatur offensus, & hac ratione ad eum pertinere debeat pœna indicta contravenienti ut habeat suæ injuriæ ultionem. Quia respondetur, satis esse Imperatori, quod injuria non remaneat inulta, & dummodo delinquens pœna plectatur, nec refert, per quem, nec ad cujus commodum, ut in simili dicit Natta, *consil.* 119. *column.*2. ubi inquit, satis esse, quod dominus videat delinquentem puniri, sequitur Amad. à Pont. *dict. quæstion.* 24. *column.* 5. *in princip.* ultio enim consistit in pœna, non in eo quod uni potius, quam alii, applicetur, † quia pœna est delicti satisfactio Azo *in summa C. de pœnis.* 138 & imponitur, ut in futurum discat delinquens rectius vivere, *clem.* 1. §. 2. *de pœn.* & ut unius exemplo, abstineant alii à maleficio, *clem.* 1. ubi Card. *de offic. ord. l. capitalium §. famosos ff. de pœn. l.* 1. *C. ad l. Jul. rep.* & vindicta consistit in punitione facta à Judice; *leg. si quondam C. de adulter.*

139 *Decisio negativa.* Verum his non obstantibus, † nihilominus dicendum est, prædicto in casu Imperatori competere cognitionem, ac pœnam dimidiam violatæ salvæguardiæ.

140 *Ratio decidendi I.* Constat enim ex prædictis, quod in † literis salvæguardiæ Imperator præcipiat omnibus singulatim cujuscunque status, conditionis aut dignitatis sint, ne lædant vel offendant receptum ab eo in specialem 141 protectionem. Quotiescunque autem aliquis contravenit mandato seu præcepto Imperatoris ac Principis, eique est inobediens, Imperatorem offendit, & contemnit, ut patet ad sensum & probatur per *notata in can. Metropolitanum* 2. *q.* 7. ubi contemnere dicitur aspernari, mandatum non curare & sine causa non servare, dictum quod est, Archid. *in cap. prim. numer.* 7. *de appellation. in* 6. Sic qui sententiæ non paret, offendere manifeste judicem dicitur, de quo vide Contard. *ad l. diffamari c.*1. *n.*22. & *seq.* & notat. *in l.*1. *de op. no. nunc.* Pœna vero delicti regulariter ad eum pertinet qui principaliter læditur, ut habeat suæ injuriæ ultionem *l. emancipati, §. emancipatum filium ff. de collation. bonor.* Bart. *in §. & hanc. in princip. Auth. quomod. oport. Epis.* Bald. *in c. prim. col. penultim. de capit. qui curiam vendid.* † quia alteri non confertur, 142 quod alicui in vindictam propriæ injuriæ debetur, *l. at ubi Digest. de petit. hered.* & hanc conclusionem approbavit etiam Brun. *conf.* 31. *n.*18. *v. insuper facit* ubi alios textus citat. Eandem decisionem pluribus confirmat Natta *conf.* 580. *n.* 6. & *seq.* ubi inter alia adducit text. *in c.*1. §. *denique quæ fuer. prima caus. benef. amitt.* † ubi si vasallus privatur feudo, eo, quod deliquerit 143 in dominum, non applicatur agnatis, sed domino, ut habeat vindictam injuriæ sibi illatæ, & infert Natta prædicto loco quod, ubi † confiscatio facta est, vel pœna 144 imposita ob crimen læsæ majestatis commissum in dominum, vel ob contumaciam subditi, qui non obtemperavit præceptis principis, semper cognitio & pœna spectat ad dominum, non autem ad vasallum, licet delinquens sit subditus vasallo & dicit *n.*18. † quod spernens 145 præcepta Principis & inobediens dicatur largo modo rebellis, quia secundum Ang. *in leg.* 2. *§. fin. ff. de judi.* rebellis dicitur quicunque persistit in proterva & notoria inobedientia, & Nattam sequitur Amad. *d. q.* 24. *col.* 5, ubi infert, quod subditus vasalli † delinquens 146 coram officiali Principis, non parendo vel aliter, possit ab eo mulctari, & pœna applicanda sit fisco Ducali, argumen. *leg. nullum Cod. de testibus.* & vult hoc procedere etiam quando officialis principis cognoscit in territorio vasalli, & subditus ibi est inobediens, quia citatus efficitur de ipsius citantis territorio & delictum habetur perinde, ac si esset commissum in territorio judicis causæ, & subdit, ita servatum fuisse in quadam causa, dum insultus fuisset factus in territorio vasalli, coram Senatore deputato ad controversiam finium dirimendam. Si igitur subdito vasalli spernente, simplex præceptum Principis, vel sui officialis, pœna delicti applicatur fisco Principis; quanto magis ei applicabitur pœna subditi

diti: qui contravenit legi generali, quam princeps promulgavit, cum longe majus sit delictum, quod in legem committitur, quam quod incurrit quis non parendo simplici præcepto, cum primo casu sit pœna, secundo vero mulcta, *l.* 1. *ff. si quis jud. non obtemp.* certe nulla adduci potest ratio diversitatis.

147 *Ratio decidendi II.* Deinde, cum offendens eum, qui salvamguardiam † habet, crimen læsæ majestatis incurrat, per tex. *in l.* 1. *in pr.* & ibi gl. *verb. securitatem* & Bart. *n.* 6. *ff. ad l. Jul. majest.* Bart. *in l.* 3. §. *transfugas in fi. ff. ad l. Corn. de sicar.* Mart. Laud. *tract. de crim. læs. majest. q.* 6. Luc. de Penna *in l.* 1. *v.* & *nota quod is C. de navicula*, Gigas *de crim. læs. majest. lib.* 1. *tit. qualiter & à quib. crim. læs maj. commit. q.*

148 18. *n.* 1. & *seqq.* Boer. *decis.* 179. *n.* 2. † Quod maxime procedit, si offensio facta sit in contemptum Imperatoris concedentis salvamguardiam, per notat. Boss. *tit. de crim. læs. majest. n.* 10. Decius *inter cons. crim. diu tom.* 1.

149 *cons.* 102. *n.* 17. † Secus autem, si offensio facta sit, non ex odio Principis ac in contemptum illius auctoritatis, sed ex aliquo particulari odio vel inimicitia, & tunc pœna erit arbitraria, quia isto casu offendens, non dicitur incurrere crimen læsæ majestatis, cum in tutelam assumptum offendat, non ut principi injuriam inferat aut illius honorem lædat, sed ut de suo inimico, ex particulari odio vindictam sumat, per ea, quæ in fortioribus terminis & in simili de occidente officialem ceu consiliarium Principis traduntur à Petr. de Placa, *in epit. delict.* 6. 22. *n.* 21. Rol. à Val. *cons.* 1. *n.* 32. *vol.* 3. & *cons.* 15. *num.* 11. *vol.* 4. Gig. *de crim. læs majest lib.* 11. *d. tit. qualiter & à quib. crim. læs. maj. comm. q.* 26. *num.* 3. & *quæst.* 14. *n.* 4. & *seq.*

150 At vero communis est interpp. sententia quod pœna, quæ ex † crimine læsæ majestatis imponitur, spectet ad principem, non ad vasallum *c.* 1. §. *denique qua fuer. prim. caus. benef. amitt.* & quamvis inter Dd. sit contentio: tamen communis est opinio, quod applicetur Principi quando crimen committitur in ipsum Principem, ea ratione ut habeat ultionem propriæ injuriæ. Ita Guido Papæ *qu.* 341. ubi dicit, procedere sive bona mediate, sive immediate sint sub Principe læso, sed ante eum Oldr. *cons.* 148. ubi movetur plurimis rationibus sed præcipue pœna ad dominum spectat, in ultionem suæ injuriæ, item, quia concessio intelligitur de his, quæ spectabant ad dominum, uti judicem, non ad vindictam irrogatæ injuriæ, & respondet ad fundamentum universalis concessionis, quod universalitas intelligi debeat civiliter, prout ratio dictat, non injuriose; Idem tenet Bald. *in c.* 1. *nu.* 15. *de capit. qui cur. vend.* Jacob. *in sua invest. in ver. de castro rubei n.* 13. Boss. *in tit. de pœn. n* 28. ubi allegat Bellam *cons.* 15. Crav. *consil.* 127 *num.* 6. ubi ita conciliat contrarias Dd. sententias, Gramm. *cons.* 6. *numer.* 6. ubi idem dicit de pœna cudentis falsam monetam, Natta *consil.* 580. *numer.* 7. ubi idem dicit in pœna imposita ei qui non obtemperat præcepto Principis, vel est contumax, late Rol. à Vall. *cons.* 78. *num.* 36. & *seq vol* 2. quibus in locis respondent ad ea, quæ in contrarium allegantur, quare, si ratio propriæ injuriæ efficit, ut pœna delicti damnati ex jure communi spectet ad dominum superiorem, quare non erit potens, ut principi applicetur pœna delicti, quæ non descendit à jure communi, sed à lege ipsiusmet principis? cum tamen plus juris habeat vasallus in pœna delicti communis, quam in alia.

151 *Ratio decidendi III.* Præterea hanc opinionem, † quod in casu infractionis salvæguardiæ solus Princeps & illius supremus magistratus cognoscant, etiam odio vasallorum, tenuerunt Rebuff. *in leg. ab his colum.* 1. *in fine C. de navicular.* Chassan. *in consuetud. Burgun. rubr.* 1. §. 4. *num.* 65. Joan. Ferrant. *de privileg. Reg. Franc. privileg.* 16. Jacob. Bonaud. *in suo panegyrico post tractat. Joan. de Ferra rubea column.* 14. Natta *consil.* 237. *numer.* 2. Masuer. *in praxi titul. de judicibus numer.* 14. & *titul. de remiss. numer.* 9. Renat. Copin. *de jurisdictione Andegaven. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 1. dicens, ita judicatum, & *de deman. Fran. lib.* 2. *tit.* 8. *in fin.* citans etiam pro eadem sententia Aufrerium.

Solutio contrariorum Argumentorum. Nec vero, quæ *supra* pro dubitandi rationibus adducta sunt, hanc sententiam turbant.

152 *Responsio ad I. dubitandi rationem.* Nam quod primo dictum fuit, Imperatorem † investientem vasallum regalibus cum mero & mixto Imperio; privare se jurisdictione & emolumentis ejus, proindeque omnes pœnas, in territorio commissas, ei applicandas esse, nihil obstat, Quia respondetur, id procedere, quando delictum non est commissum contra Principem, tunc enim pœna inde proveniens, fisco vasalli applicatur: secus vero, quando Princeps offenditur, ut quando quis contravenit ejus legi vel statuto, tunc enim in ultionem suæ injuriæ ad eum pertinet pœna, ita post Oldrad. Guid. Pap. & alios respondit Natta *consil.* 580. *numer.* 14. Rol. à Vall. *consil.* 78. *numer.* 29. *volumin.* 2. Surdus *consil.* 151. *n.* 28.

153 *Alia responsio ad eandem.* Deinde responderi potest, quod † in concessione jurisdictionis meri & mixti Imperii, quæ fit vasallis includantur ea sola quæ proveniunt ex ipsa re, non autem, quæ extra rem sunt uti post Innocent. *in cap. cum sedem numer.* 2. *de restitution. spoliat.* concludit Alvarot. *in cap. prim.* §. *si quis aliquem circa fin. de pace tenend.* Brunus *consil.* 31. *n.* 12. *in fin.* Natt. *d. cons.* 580. *n.* 14.

Hujusmodi autem pœnæ in fractores salvæguardiæ per Imperatorem statutæ, non proveniunt, ex castro vel rebus infeudatis, sed ex peculiari Cæsaris inhibitione descendunt, uti per se patet.

154 *Responsio ad II. dubitandi rationem.* Secundo non obstat, † quod vasallus, investitus de feudo, habeat mulctas & pœnas privative, quoad investientem, & quod fructus jurisdictionis spectent ad vasallum. Quia respondetur, hoc procedere, quando pœnæ descendunt ex delictis, commissis contra jus commune, aliud autem est in iis, quæ proveniunt ex speciali Imperatoris prohibitione ceu nominatim post Bart. Bald. Butr. Imol. Angel. Aret. & alios docet Natt. *d. cons.* 580 *numer.* 4. ubi pro confirmatione adducit, † quod dici

155 solet unumquemque fiscum occupare bona, sibi subjecta, quando ex communi jure bona confiscantur, licet aliud sit, quando confiscatio inducitur à speciali aliqua dispositione, quibus accedit Brun. *cons.* 31. *ver. ad prædicta numer.* 15. Marsil. *in l. fi. n.* 188. *ff. de jurisd. omn. jud.* & communem dicit Bossius *tit. de publ. bonor. n.* 62. Clarus *in pract. crim. q.* 78. *n.* 27. & Rol. à Val. *d. cons.* 78. *n.* 14. *vol.* 2.

156 *Responsio ad III. dubitandi rationem.* Nihil insuper momenti habet ad firmandam † contrariam, quod fiscus vasalli sit subrogatus fisco Principis, quia verum est, quoad ea, quæ Princeps concessit vasallo, & quoad vasallus sustinet vices princip's, non autem, quoad pœnam specialiter sibi reservatam, & ex inobedientia provenientem,

157 & ideo † subrogationis regula procedit quoad ea, in quibus facta est subrogatio, non quoad alia, ut post Decium *consil.* 38 *in fin.* notat Menoch. *consil.* 88. *nu.* 23. & Alex. *cons.* 106. *n.* 15. & 16. *vol.* 3. quos sequitur Beccius *cons.* 101. *n.* 58.

158 *Responsio ad IV dubitandi rationem.* Nec refragatur etiam quartum, † quod vasallus qui habet utilia jura, præferatur domino habenti directa, quia hoc duntaxat locum habet, si dominus directe concurrat cum habente utile dominium, ut quando unus habet jura utilia alter vero habet directa, Ita declarat Bald. *in cap. prim.* §. *similiter num.*

num.3. de l. Corrad. sed ubi cessat concursus, non est tractandum de prælatione, ut per Bald. *ibid.*

159 *Responsio adv. dubitandi rationem.* Quod attinet ad quintam dubitandi † rationem, qua dictum fuit, pœnas contravenientium decretis & privilegiis fisco Imperiali applicandas esse, ad immediatos duntaxat, non autem mediatos, hoc est, vasallorum Imperialium subditos spectare: ea pariter objectio nihil virium habet, ad labefactandam prædictam decisionem nostram. Contrarium enim ipsa verba privilegiis ejusmodi inseri consueta innuunt. Nam Imperator in literis salvæguardiæ omnibus & singulis tam mediatis, quam immediatis offensionem ejus, qui in tutelam receptus est, prohibet his vel similibus verbis. Und befehlen darauff E. L. Andacht und euch allen sament: und einem jeden insonderheit / von Röm. Keys. Macht / vollkommenheit hiemit ernstlich gebietende und wöllen / daß ihr mehrgedachten N. rc. Quia igitur verba etiam immediatos continent, ideo pœnalis dispositio eos quoque complecti debet, *l. 4. §. totin ff. de damno infect.* Becc. *cons. 1. num. 23.*

160 *Responsio ad ultimam dubitandi rationem.* Nihil denique officiunt authoritates, † pro contraria sententia adductæ, quia procedunt in generali salvaguardia, secus in specialiter obtenta beneficio Imperatorio: ratio differentiæ est, quia in hac ultima magis offenditur majestas & authoritas Principis, cujus principaliter interest, ut servetur justitia. Quam distinctionem approbat Thessaur. Jun: *in additionib. ad decis. patris sui 131. ad finem,* ubi ex Gailio scribit, quod si frangatur salvaguardia in contemptum pacis publicæ, cognoscatur causa per Cameram Imperialem, si vero contraveniat quis simplici mandato, ne quid de facto fiat, tunc remittantur partes coram ordinariis, aliud enim est, quod spernatur judicatum aliud quod contraveniatur simplici inhibitioni, sicut & aliud est, contemnere & aliud non parere, *gl. in can. quis autem dist. 10.* Zas. *co. 10. n. 58. p. 2.* de quo vide Spec. *de contemptu* plura tractantem *in tit. de Accus. §. 1. n. 1. in Addit. lit. C.*

Et hæc decisio ad prædictam regulam de foro Cæsareo, loco primæ ampliationis esse potest, ex qua etiam

161 *Salvam Guardiam violans si non immediate tantum subjectus sit an nihilominus in foro Cæsareo conveniri possit.* manifestum evadit, † *quod in causis privilegiorum violatorum, non solum immediate Imperio subjecti, sed etiam mediati in foro Cæsareo conveniri possint,* ut nominatim testatur collector præjudiciorum Cameralium *verb. citatio ad videndum §. 2.* hisce verbis: *Si pro citatione vel mandato ad videndum se incidisse in pœnas privilegii Cæsarei supplicatur: tunc indistincte existimandum est, judicio Cameræ competere jurisdictionem, sive princeps sit, sive privatus, contra quem supplicatur;* † *Imperator enim potest esse judex in causa propria l. proxime ff. de his, quæ in test. delent. In istis enim casibus dimidia pars pœnæ venit applicanda fisco Cæsaris.*

162 *Præjudicia Cameralia decisionis præmissæ.* *Talis citatio* † *decreta in causa* Lübeck *contra* Borckwaldt / *ubi* Borckwaldt *condemnatur in quatuor marcas auri puri 9. Octobr. Anno 88.* Quod ipsum clarioribus etiam verbis indicat idem *verb. Privilegium tit. de personis privilegiatis, §. 3. Si quisquam,* inquit, *privilegium seu beneficium ab Imperatore habeat, & hoc à Cæsare confirmatum sit, jam si contra hoc molestetur, tum ratione pœnæ, quæ forte in privilegio expressa est adversarium, etiam non sit immediate sub Camera ratione pœnæ per citationem huc ducere potest,*

163 † *quia nemo de concessione & privilegio Cæsaris judicare potest quam Cæsar & Camera.* Ita observatum in causa D. Glocken Contra D. Eggelspach & in aliis multis causis similiter idem collector *in verb. jurisdictio Cameræ, §. pen.* ubi scribit, *super privilegiis Imperialibus judicium Cameræ quidem immediate & omisso medio, judex est quando agitur principaliter super viribus eorum vel ad pœnas* darin verleibt / *secus si incidenter. Tunc enim apud competentes judices agitur* und an gebührliche örte / *quo sæpe partes supplicantes remittuntur.*

164 *Salvam Guardiam violans si sit persona Ecclesiastica, an nihilominus in foro Cæsareo conveniri possit.* Sed hic non immerito dubitatur † quid eo casu statuendum sit, *quando salvamguardiam violans, est persona Ecclesiastica an nihilominus in foro Cæsareo super pœna conveniri queat?*

165 *Negativa. Ratio dubitandi I.* Nam pro negativa sententia primo militare videtur, † quod in clerici personam nullam Laicus judex possit habere jurisdictionem *c. nullus cum ibi not. de foro comp. Auth. statuimus C. de Episc. & cler.* unde nec Imperator ob delictum in personas † Ecclesiasticas ullam habet jurisdictionem, Gail. *de pace pub. c. 3. num. 14.*

166 Et omnes causæ clericorum, tam civiles quam criminales ad forum Ecclesiasticum pertineant, adeo, ut huic privilegio neq; expresse neq; tacite renunciare possint, † ex. *in c. si diligenti de foro comp.* & *c. at si clerici de Jud. tex. in §. nos Frider. v. item statuimus de stat. & consue. in usib. feud. & § si clericus de pace ten. & ejus viol.* Mart. Uran. *cons. 22. n. 1. & seq.* per pulchras rationes ut *ibi vol. 2.*

167 168 *Ratio dubitandi II.* Deinde, sicut statuta & præcepta Laicorum non † ligant clericos, & personas Ecclesiasticas *c. Ecclesia de constitut.* Bart. *in leg. cunctos populos C. de summa Trinit.* Barb. *consil. 12. in fin. num. 33.* ita nec salvaguardia vel edictum Principis, ligabunt ipsum clericum, vel res Ecclesiæ, per tex. *in Auth. Cassa. C. de sacrosanct. Eccl.* & *ibi.* Bart. *numer. 2.* Cyn. & communiter Dd. *ibid.* text. notab. *in d. c. Ecclesia S. Mariæ constit.* ubi exactissime & latissime hanc materiam persequitur Panor. *in repet. sua n. 26. & 37. cum seq.* dicens, prædictam regulam usque

169 adeo veram esse † ut non valeat statutum etiam favorabile & clericis utile, si videlicet in specie disponeret aliquid de Ecclesiasticis personis, vel earum rebus nec sit ab Ecclesia vel Pontifice approbatum, secundum distinctionem Pan. *in d. rep. n. 5. & 14.* Fel. *ibid. n. 76.* & communiter Canonistæ.

170 *Ratio dubitandi III.* Præterea in facti specie judices procedentes † contra clericos, hoc in casu excommunicationis censura innodari aperte testatur præstant. Galliæ ICtus Gui. Papæ *quæst. 77. num. 3 v. Sed an judex temporalis,* dicens judices temporales Franciæ co[illegible]itionem violatæ, Guardiæ suscipientes esse excommunicatos per tex. *in c. penult. de Immunitat. Ecclesiar.* & ibi novissimus Apostillator scribit, tales Judices incidere in *pœnam c. si quis suadente, 17. qu. 4.* Joan. And. *in cap. 2. gloss penultim. de foro comp lib. 6.* de quo vide Uran. *cons. 26. per tot. to. 2.*

Affirmativa. Sed pro contraria opinione statuenda occurrunt argumenta haud minoris ponderis.

171 *Argumentum pro affirmativa Primum.* Cum enim Imperator habeat universalem in Imperio jurisdictionem, & ratione istius universalis jurisdictionis & protectionis Imperii, Dominus omnium sit, adeoque totius mundi, ut Dd. loquuntur per text. *in leg. deprecatio Digest. ad l. Rhod. de jact. & l. bene à Zenone Cod. de quadrien. præscript.* gloss. *ibid. verb. omnia* & text. *in cap. Adrianus distinct. 63. & cap. quo jure dist. 8.* gloss. *in leg. Barbarius verb multo magis Dig. de offic. præt.* Bart. *in leg. si duas §. 1. numer. 2. Digest. de excusat. tut.* Idem *in Extravag. ad reprimendum verb. totius orbis, & l. 1. §. per hanc actionem, n. 2. ff. de rei vindic.* Jal. *in l. cunctos populos n. 2. & 8. num seq. Cod. de summa Trin. & fide Cath.* Ad eundem quoque pertinere debent omnia dependentia ab ipsa jurisdictione, & consequenter pœnæ ob violatam protectionem commissæ exactio.

172 *Argumentum II.* Deinde, cum salvaguardia potissimum ab † Imperatore concedatur, pro conservatione & manutentione possessionis, ceu nuncupatim notat Additionator filius *ad dec. patris Thess. dec. 131. n. 1. v. 4.* Massuer. *pract. for. tit. 11. n. 4.* † At vero in possessoriis clerici forum sortiantur coram judice sæculari, ut not. Guid. Pap. *dec. 1. n. 1. & dec. 83.* Gail. *1. obs. 30. n. 20.* Cov. *pract. q. 35.* consequitur, personas etiam Ecclesiasticas in foro Cæsareo, ad fractæ protectionis pœnas exolvendas conveniri posse.

Ter-

Argumentum III. Tertio, in confirmationem hujus † sententiæ facit text. *in l. final. Codic. ut nemo privat.* ubi etiam contra 173 clericum proceditur in casu falsæ impositionis, ibi Miles vel clericus & in versicul. Executoresque hujus legis omnes Judices. Stephan. Aufrer. *in tract. de potest. secular. in Eccles.* 1. *fallent.* 12.

Argumentum IV. Quarto, † supra probatum fuit, quod per violationem Salvæguardiæ offendatur Principis Maje- 174 stas, cum Regiæ Majestatis sit, Salvamguardiam constituere *leg.* 1. *Codic. ut nemo privat.* Joann. Fab. *in l. denunciamus, Codic. de his qui ad Eccles. confug.* Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholos. quæst.* 490. *numer.* 175 6. † At in crimine læsæ Majestatis etiam contra clericos & Ecclesiasticos proceditur, Massuer. *in praxi Tit. de remissionibus numer.* 9. Et hoc præsertim, quia potest puniri clericus, in bonis temporalibus, juxta Oldrad. *cons.* 17.

Argumentum V. Quinto, ex clausula præcepti Imperialis, quæ Salvæguardiæ diplomatis subnectitur, aperte apparet, pœnam privilegio protectitio insertam in transgressores tam Ecclesiasticos quam seculares statutam esse.

Quemadmodum hoc ipsum aperte colligitur ex Diplomate Salvæguardiæ, ab Invictissimo Imperatore Ferdinando II. tam mihi quam hæredibus meis, Anno superiori 1620. ex singulari gratia, concessæ, cui in fine subsequens clausula annexa est: Vnnd gebietten darauff allen vnnd jeden Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen vnnd Weltlichen/ Prälaten/ Graven/ Freyen/ Herrn/ Rittern/ Knechten/ Landtshauptleuten/ Landtmarschalcken/ Landtvögten/ Hauptleuten/ Vitzdomben/ Vögten/ Pflegern/ Verwesern/ Amptleuthen/ Landtrichtern/ Schultheissen/ Burgermeistern/ Richtern/ Räthen/ Kundigern der Wappen/ Ehrnholden/ Persevanten/ Burgern/ Gemeinden/ vnnd sonst allen andern vnsern vnd deß Heyligen Reichs/ auch vnserer/ Erb Königreich/ Fürstenthumb/ vnnd Lande Vnterthanen/ vnnd Getreuwen/ was Würden/ Standts/ oder Wesens die seyn/ vnd sonderlich allen vnnd jeden Keyserlich. Cammerrichtern/ Hoffrichtern/ Landtrichtern/ Westphalischen vnd andern Richtern/ vnd derselben Assessorn/ Beysitzern/ Vrtheilsprechern/ Stulherrn/ Freygraven/ Schöpffen/ gegenwertigen vnnd künfftigen/ ernstlich vnnd fleissiglich mit diesem Brieff/ vnd wollen daß sie den offtbenanten D. Martin Mager von Schönberg/ seine Ehelichę Leibs Erben vnnd derselben Erbens Erben/ Haußfrauwen/ Diener/ Haußgesind/ Lehenmanne vnnd darzu jhre eygen Leuth/ Hindersassen/ Vnterthanen vnnd Verwandten Mann vnd Weibs Persohnen/ so jhnen zugehoren oder zuversprechen stehen/ für vnd für in ewige Zeit/ bey allen obgeschriebnen vnsern vnterschiedlichen Keyserl. Gnaden/ Privilegien/ Immuniteten/ Freyheiten/ Schutz vnnd Schirm/ Rechten vnd Gerechtigkeiten gentzlich vnnd in allweg handhaben/ schutzen/ schirmen/ vnd in solchem allem nicht hindern/ noch jrren/ sondern sie deren aller vnd jeder obberührter massen/ ohne Eintrag rühig vnd würcklich erfrewen/ gebrauchen/ geniessen vnnd gentzlich dabey bleiben lassen/ auch hierwider nicht anfechten/ betrüben/ beleydigen oder beschwehren/ noch das jemands andern zuthun gestatten/ in keine Weiß/ noch weg/ als Lieb einem jeden sey vnser vnd deß Reichs schwere Vngnad vnd Straff/ vnd dazu ein Peen nemblich fünfftzig Marck löttigs Golds zuvermeiden/ die ein jeder/ so offt er freventlich hierwider thete/ vns halb in vnser/ vnd deß Reichs Cammer/ vnd den andern halben Theil vielgedachtem D. Martin Magern von Schönberg/ seinen Erben/ nachkommen/ vnnd den jenigen so hierwider beleydigt würden vnnachläßlichen zubezahlen verfallen seyn soll. Mit Vrkunde diß Brieffs/ besiglet mit vnserm Keyserlichen anhangenden Insigel: Geben in vnser Statt Wien/ den 13. Monatstag Septemb. nach Christi vnsers lieben Herrn vnd Seeligmachers Geburt sechszehenhundert vnd im zwantzigsten vnserer Reich deß Römischen im Ersten/ deß Hungerischen im andern/ vnd deß Bohemischen im dritten Jahren.

Argumentum ultimum. Denique hanc ipsam sententiam in terminis decisionis nostræ multi Jurisconsultorum secuti sunt, nempe Jacob. Rebuff. *in l. ab iis, num.* 8. *C. de navicul. lib.* 11. Nevizan. *cons.* 83. *num.* 11. Chassan. *in consuetud. Burgund. tit. des Justices* §. 5. *num.* 81. qui habet eadem verba cum Aufr. *d. q.* 490. ubi *in additione* probat † cleri- 176 cos pro infractione Salvæguardiæ quotidie condemnari per judices seculares ad emendam, & si non habeant immobilia detineri in carceribus, atque ad satisfactionem emendæ; Quod ipsum etiam testatur Boer. *decis.* 2. *num.* 143. & 147. ubi affirmat puniri clericum in hujusmodi delicto pœna pecuniaria per Judices regios, sed pro corporali remitti ad suum Episcopum, † & Regem 177 Franciæ esse in possessione judicandi per suos officiales contra clericos de hujusmodi delicto, ubi & pluries ita judicatum fuisse testatur, quos etiam sequitur Benedict. *in c. Raynut. in verb. & uxorem decis.* 2. *num.* 143. ubi dicit Regem & ejus officiarios de omni crimine privilegiato contra clericos cognoscere Massuer. *in d. tit. de remissionib. num.* 7. *vers. item in Salvaguardia & tit.* 6. *de Judicib. num.* 9.

Approbatio affirmativa sententia. Cæterum in hoc diversitatis conflictu, nos posteriorem hanc opinionem sequentes, non obstantibus prioribus argumentis, putamus, personas etiam ecclesiasticas super fracta Salvaguardia in foro Cæsareo conveniri posse, eas maxime, quæ ratione dignitatis, Regalium, & feudorum Imperialium immediate Cæsari & Imperio subjectæ sunt, quales sunt Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, Abbates, &c. † Illos enim hic consideramus, 178 ut Principes politicos & Status Imperii cum ratione bonorum feudalium Imperii, Privilegiorum & Regalium ejusdem conditionis sint, & eadem superioritatis Jura habeant, quæ Duces, Comites, & alii in suis territoriis Andr. Gail. 1. *obs.* 30. *nu.* 2. & *obs.* 37. *nu.* 10. Carol. Molin. *ad consuet. Paris. tit.* 1. *in pr. nu.* 70. & 71. Petr. Heig. *p.* 1. *q.* 4. *nu.* 53. Andr. Knich. *de jur. territor. c.* 4. *nu.* 58. Coler. *de jur. Imper. conclus.* 49. Item Vulte. *de feud. c.* 5. *nu.* 7. † Unde & investiri solent mit aller Welt- 179 lichen Obrigkeit Andr. Gail. *de pignorat. c.* 7. *nu.* 1. Joach. Cluten. *in syllog. rer. quotid. concl.* 8. *lit. b.* Andr. Knich. *verb. Ducum. c.* 2. *nu.* 6. 7. 8. 9. & 10.

Inde Jurisdictio Cæsaris, † licet Laicus sit, adversus 180 ecclesiasticos fundatur, ratione bonorum feudalium, privilegiorum & regalium quæ à Romanorum Imperatore & sacro Rom. Imperio habent, eorumque nomine forum Cæsaris sortiuntur, von wegen deß Heyligen Reichs Regalien vnnd Weltlichkeit/ oder Weltlicher Obrigkeit/ & ideo præceptis Cæsaris & Imperii parere debent, per tex. *in c. si Episcopus ibi:* præceptione regia. 18. *distinct. gloss. ibid. in verb. regia. & in c.*

verum parati, de appell. gloss. ibid. in verb. legatione, & Panormitan. *ibid. numer.* 8. *cum sequent.* text. *in c. nimiis, de Jurejur.* gloss. *in c. reprehensibile, verb. orationibus*, 23. *quæst.* 8. Buxdorff. *ad capit.* 5. *Aur. Bull. conclus.* 69. *lit. A*, Casp. Ziegler. *tract. de Roman. Imper. subject. Instantiis conclus.* 1. *numer.* 13. Andr. Gail. *libr.* 1. *de pac. public. c.* 8. *numer.* 8. Franc. Marc. *quæst.* 456. *numer.* 9. Hieron. Schurff. *cons.* 72. *numer.* 2. *cum seq. cent.* 1. ubi dicunt expresse, ratione regalium & feudorum temporalium Ecclesiasticos sæcularibus, à quibus talia regalia & feuda recognoscunt, obedientiam præstare debere, forumque sæculare sortiri, facit gloss. *in c. solite, verbo, suscipiunt, de major. & obed.* Canonistæ *in c. Romana, §. debet. de appell. in* 6. Philip. Franc. *ibid. num.* 2. pulchre Guid. Pap. *cons.* 52. *nu.* 5.

181 ubi dicit. † quod licet Rex non possit clericum in persona punire; tamen in patrimonio, quod Regi subest, eum mulctare possit, per tex. *in l. de his C. de Episc. & cleric.* Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 1. *num.* 15.

Hinc etiam Ecclesiastici ut Principes imperii, onera Imperii portant & collectas solvunt Sixtin. 2. *de regal. cap.* 14. *num.* 127. Chassanæ. *catal. glor. mund. p.* 5. *cons.* 24. *nu.* 162. *& consuet. Burgund. tit. de justic. n.* 8. Cevallos *commun. opin. q.* 415. 576. Molin. *cons.* 11. & 12. homagium, ut alii Imperatoris vasalli præstant, *c. si Episcop. dist.* 18 Gail. *lib.* 1. *de pac publ. c.* 8 *num.* 8. Alv. Valasc. *consult.* 100. *numer.* 6. Schurff. *cons.* 72. *vol.* 1. Choppin. 2. *de doman. tit.* 10. *numer.* 9. conveniunt & conveniuntur in Camera Gail. *lib.* 1. *obs.* 30. *num.* 1. & *obs.* 37. *num.* 10. Mynsing. *cent.* 5. *observ.* 58.

182 *Declaratio Affirmativa sententia.* Existimo tamen, † alios Ecclesiasticos inferioris ordinis, qui non sunt Status Imperii, sed mediate Imperio subjecti, si contra privilegia Salvæguardiæ delinquant, non in judicio Cæsareo, sed coram ordinario Judice Ecclesiastico conveniendos esse, quia etiam in causis fractæ pacis, à foro Cæsaris & Cameræ eximuntur, ac judicio ordinarii subjiciuntur, text. *in capit. at si clerici, de Judi.* & *ibid.* Dd. late Jul. Clarus *in pract. crim. §. fi. q.* 36. *per tot.* Andr. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 11. *num.* 7.

183 *1. Ratio posita declarationis.* Ratio est, † quia Imperator ob delictum non habet Jurisdictionem in personas Ecclesiasticas, nisi ratione Regalium & beneficiorum sæcularium, per text. *in c. nimis, de Jurejurand.* quod & Juri Civili consentaneum est: quia *ut supra* quoque probatum est, omnes causæ clericorum tam civiles quam criminales ad forum Ecclesiasticum pertinent, adeo, ut huic privilegio neque tacite renuntiare possint, per text. *in cap. si diligent. de foro competent. §. si clericus, de pace publ. & ejus Violat.* text. *in §. Nos Fridericus, vers. Item statuimus, de statut. & consuet. in usib. Feudor.* Remittendus igitur clericus contra Salvamguardiam delinquens, ad Judicem Ecclesiasticum, cujus forum ob delictum sortitur, per nota. Gail *in simili c.* 1. *de pace publ. num.* 16.

184 *Ratio declarationis II.* Deinde pugnat pro † hac sententia text. *in c. clericum in secundo*, 11. *q.* 1. ubi habetur negocia clericorum sive criminalia sive civilia non nisi apud Judicem Ecclesiasticum ventilanda esse, & late probat Alex. *cons.* 8. *vol.* 1. ubi quod laicus quacunque dignitate fulgeat, nullo modo possit cognoscere in causa civili ipsius clerici, & multo minus in criminali; jurisdictiones enim sunt distinctæ & summo Pontifici competit in spiritualibus, Imperatori vero in temporalibus *c. cum ad verum dist.* 96.

185 *Ratio III.* Tertio, † facit quod etsi alias laici Salvamguardiam sive conductum alicui à Principe concessum violantes, si id quidem in contemptum ejus fiat læsæ majestatis crimen committant, *l.* 1. & *ibi* gloss. *in verb. adversus securitatem ejus ff. ad L. Jul. majest.* Batt. *in l.* 3. *§. transfuga ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Martin. Laudens. *in tract. de crim. læs. maj. q.* 6. Decius *cons.* 102. *inter cons. crim. vol.* 1. † Clericos tamen hoc crimen non incurrere

186 auctoritate plurimorum Dd. probat Marta *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *cas.* 133. *per totum*, indeque casu subsequenti *numer.* 5. concludit eosdem si in contemptum principis verba injuriosa proferant per Episcopum esse puniendos.

187 Quinimo clericos † in enormissimo quoque crimine ante degradationem non esse puniendos per Judices Laicos, etsi esset læsa majestas humana diserte tradunt Gigas *tract. de crim. læs. majest. in rubr. quis de crim. læs. majest. cognos. poss. num.* 12. Rol. à Vall. *cons.* 4. *nu.* 6 *vol.* 1. Bossi. *tit. de for. compet. num.* 127.

188 *Objectionis repulsio.* Quamvis autem Dd. † Galli asserant quo suis etiam clericos lacerantes vel aliud faventes contra Salvamguardiam Principis, in ejusdem contemptum puniri per Judices Laicos prout ex supra allegatis Dd. constat, † 189 tamen assentiente etiam Marta *d. cas.* 134. *num.* 4. verior opinio est in contrarium, videlicet, neque Regem ipsum Christianissimum neque ejus ministros posse animadvertere in clericos hujus facinoris reos, quam opinionem defendunt etiam aliqui Gallorum Jurisperiti Petr. Jacob. *in tit. de condict. ex lege, Inst. de action. §. quadrupli, col.* 2. *vers. hodie in multis*, Guido Pap. *supra allegat. cum aliis.*

Unde non obstat asserta illa Galliæ consuetudo contra quam multa scripsit idem Marta *cas.* 63. & 64. quia ut supra dictum est, clerici sunt exempti à jurisdictione Imperatoris Innoc. *in c. significantibus de offic. deleg.* quia sunt res spirituales, ideo solum debent conveniri coram judice Ecclesiastico, non sæculari ut probant omnes *in c. at si clerici de judic.* † & hoc privilegium conces-

190 sum clericis à Pontificibus & Imperatoribus non habuerunt dispositive sed declarative ut dixit gl. *fi. in c. si Imperator dist.* 96. & antequam emanasset clerici erant liberi à jurisdictione seculari, ideo constitutio Ecclesiastica est declaratio, non dispositio † text. *in d. c. si Im-*

191 *perator in v. Deus omnipotens voluit clericos discuti à Pontificibus, & non à potestatibus secularibus.*

192 Possunt tamen clerici † etiam mediate Imperio subjecti ad persequendam pœnam Salvæguardiæ privilegio insertam contra Laicos in Camera agere, quemadmodum etiam in causis fractæ pacis id facere possunt, si duntaxat ad restitutionem bonorum ablatorum & damna accepta acturi sint. Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *capit.* 8. *numer.* 13. Faciunt notata Abb. *in c. cum P. Manconcella numer.* 8. *de Accusat.* & Dd. *in c. cum sit generale de foro competent. & in c.* 2. *& in c. postulasti de homicid. lib.* 6. Marta *casu* 136. *num.* 6. Ubi dicit † clericum per-

193 sequendo suam vel Ecclesiæ suæ ultionem, ubi accusando Reum capitis incurreret irregularitatem, & alias pœnas posse id facere, si protestetur de pœna sanguinis se minime laborare, sed tantum agere velle de resarciendo damno aut de cautione in posterum de non offendendo, neque similia faciendo, Abb. *in c. cum Manconcella, n.* 10. *vers. si vero venit imponenda pœna sanguinis, de accusat.* Summa Sylvestrina, *in ver. homicidium in* 3. *vers. secundo quæritur* Navarr. *in manuali confessor. c.* 27. *n.* 226. Joan. Bern. Diaz. *in pract. crim. canon. c.* 98. Feder. Scot. *cons.* 16. *num.* 1. *lib.* 6. *tom.* 1.

Solutio contrariorum Argumentorum. Non obstant autem argumenta in contrarium adducta, quo minus Ecclesiastici immediate saltem Imperio subjecti, ad Cæsareum Tribunal super pœna violatorum privilegiorum commissa evocari possint.

194 *Responsio ad I. & II. dubius. Rat.* Nam, † quod primo ac secundo loco de Statutis Laicorum clericos non ligantibus, & quod Laicis nulla in clericos competat Jurisdictio, inductum fuit, ad infirmandam hanc de personis Ecclesiasticis immediatis decisionem invalidum est; Quia, ut dictum est, status Ecclesiastici ratione regalium & sic magis

respe-

respectu beneficiorum sæcularium, quam suarum personarum intuitu, sortiuntur forum Cæsareum. Gail. *de pace publ. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 14.

195 Quod autem † Prælati ratione temporalium dominiorum, quæ à Cæsare habent, suæ majest. perinde atque alii sæculares status, subjecti sint, notant etiam Canonistæ *in c. Romana* §. *debet. de appellat. in* 6. Philip. Franc. *ibid. nu.* 2. *& in c. cæterum, de judi. gloss. in c. solita, verb. suscipiunt, de major. & obed.* Castrens. *in l. si quando C. de appell. num.* 2. Bart. *ibid. nu.* 3. idem præclare *in l.* 1. §. *si quis num.* 14. *ff. eod. tit.*

196 *Responsio ad authoritates DD. sub III. dubitandi ratione objectas.* Nec obstant † etiam auctoritates Petr. Jacob. Guid. Papæ & Jo. Andr. & aliorum superius allegatorum DD. statuentium, Judices sæculares contra clericos in casu Salvæguardiæ violatæ procedentes excommunicatos esse: quia id ad statum Romano Germanici Imperii, quo ad Principes aliasque personas Ecclesiasticas immediate Imperio subjectas, trahi non potest. † Ita enim

197 tota die conveniuntur proceres Ecclesiastici, tanquam Principes Imperii & ejusdem Status ad mulctas pecuniarias, tanquam personæ Jurisdictioni Cameræ immediate subjectæ per tradita Andr. Gail. *lib.* 1. *obs.* 1. *n.* 39.

198 *Decisionis Principalis limitatio prima.* Prædicta tamen, † de causis scilicet violatæ Protectionis in sola Camera vel Aula Imperiali introducendis, primæ limitationis loco, intelligenda sunt iis in casibus procedere, quando de substantia privilegii disputatur, aut de Privilegii violatione, ejusque pœna agitur, vel quoties privilegium jus principis tangit: Si vero jus alterius concernat: tunc etiam Judicis ordinarii cognitionem locum habere secundum Bald. *in prælud. feudor. numer.* 18. *& c.* 1. *de Lege Corrad.* Guilhelm. Roding. *Pandectar. Cameral. lib.* 1. *tit.* 16 *num.* 3.

199 Hinc infertur, † quod, si de Privilegii ambiguitate Princeps ipse cum Civitatibus vel subditis suis controversiam habeat, illa ex legum Imperii præscripto, vel coram Privilegiatis primæ instantiæ Judicibus, si scilicet subditi Principem suum ibi convenerint, aut in Curiali Judicio, si ibidem experiri maluerint, vel in Camera Imperiali, si Princeps contra subditos agendum esse putaverit, causa terminari debeat secundum ordin. Cam. Imp. *part.* 2. *tit.* 4. §. *final.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 1. *num.* 18. *&* 19. Mynsing. *cent.* 5. *obser.* 1. Petr. Frider. *lib.* 1. *de process. in Cam. extrahend. c.* 16. *numer.* 9. *&* 10. Schwanman. *in process. Camer. tit.* 4. *de Jud. obs.* 1. *num.* 7. *in addit.* Rauchbar. *lib.* 2. *q.* 11. *num.* 146.

200 *Limitatio II. Membrum tractationis de Salvaguardia secundum.* Deinde limitatur † etiam hactenus firmata decisio, ut non procedat, si Salvamguardiam non Imperator, sed alius Princeps concesserit. Tunc enim causa violationis, non ad Cameram, vel aulam Imperialem, sed ad tribunal ipsius Principis concedentis spectat, uti notatur *in c. suggestum, de decimis,* Imola *in l. ab omnibus ff. de legat.* 1. Butrius Panorm. & alii, *in c.* 2. *de Immunitat.*

201 *Ecclesi. & in c. accedentes, de præscriptionibus* nominatim Francisc. de Claper. *decis* 23. *num.* 11.

Quodnam actionis genus adversus Salvaguardiæ violatorem instituendum sit. Et hæc hactenus de primo membro tractationis propositæ.

Quod nunc secundo † loco ad genus actionis hoc in negotio instituendum attinet, adversus violatorem Salvæguardiæ *condictio ex lege* competit, † eo, quod privilegium vim legis habeat, arg. §. *sed & quod principi, Inst. de Jur. nat. gent. & civil.* Bart. *in l. unic. de condict. ex leg.* Alber. *in l. qui autem ff. si quis caut.* Adr. Gylm. *Symphor. tom.* 1 *part.* 2. *tit.* 11. *Vot.* 7. *numer.* 2. Et sic, cum ad pœnam privilegiorum actum esset, data est actio in factum, vel condictio ex lege, quæ ad pœnam privilegiorum instituta, in causa Burgermeister vnd Rath der Statt Alt Stettin / contra Burgermeister vnnd Rath der Statt Franckfurt an der Oder. & consideratum in causa Hall contra Schwäbischen Gemünd / & in causa Speyr / contra Germersheim per multa fundamenta adducta, & in causa Jngelheim / contra Churfürstliche Pfaltz / notat Rutger. Rulan. *tract. de Commissar. part.* 3. *libr.* 3. *c.* 6. *num.* 4.

202 *Condictio ex Lege. Præjudicia Cameralia instituta conditionis ex Lege in causis privilegiorum violatorum.*

203 *Requisita prædictæ actionis.* Ut tamen hæc actio, † quæ in Camera, vel aula Imperiali agendum est, ex lege vel privilegio Keyserlichen Schutz vnd Schirms locum habeat, duo requiruntur.

204 *Requisitum primum.* Primum enim, constare debet, actori, Salvamguardiam revera esse concessam: † quia privilegium quacunque allegans, idipsum probare debet, per *c. cum persona, de privileg. in* 6. Bar. *in l. si solemnib. C. de fide instrum.* ubi existentem in possessione privilegii illud probare debere tradit, quod etiam docuit Cyn. *in l. si solemnib. C. de fide instrum.* ubi *in fine* dicit, non sufficere aliquem esse in possessione privilegii, nisi de eo probatum fuerit.

205 Requiritur autem ad esse privilegiorum † scriptura *l.* 1. *C. de mandat. princip.* Meland. *in notis ad process. Noe Meurer. part.* 1. *num.* 44. *in fin. tex. in c. porro. de privilegiis.* Philip. Porcius *conf.* 25. *num.* 15. † Etsi vero

206 quibusdam placuit; posse etiam per testes privilegia probari, prout generaliter in casu, quando instrumenta deperdita sunt receptum esse testantur Frid. Pruckman. *conf.* 18. *nu.* 28. *& seq.* Petr. Wesenb. *conf.* 33. *nu.* 17. *& seq.* ubi docent, quales testes esse, & quomodo deponere debeant; Facit ad hoc *c. institutionis* 7. *caus.* 25. *q.* 2. ubi gl. *in verb. sive,* quæ in nostra præsentia videntur esse disposita, dicit, quod princeps etiam sine scripto det privilegium: Hoc † tamen non aliter accipiendum ar-

207 bitrantur, quam si de parvis, non vero de magnis privilegiis agatur, arg. *Novell.* 113. *c.* 2. *vers. eam autem jussionem,* Marius Anguisol. *conf.* 62. *nu.* 23. Rutger. Ruland. *de interrogat. lib.* 2. *c.* 4. *nu.* 9. *&* 24. ubi etiam *nu.* 10. recte affirmat, quod privilegiorum in scriptis redactorum, igne, aqua, aut vi hostium deperditorum tenor testibus probari possit.

208 Duobus autem modis protectionis † privilegium liquidum fit, nempe per factam prius insinuationem Cameræ, atque ipsi parti Reæ, vel ipsius originalis diplomatis exhibitionem, quod fidem facit plenissimam Capyc. *dec.* 77 *nu.* 5. post Ant. de Butrio. & consideratum est in causa Oppenheim contra Franckfurt.

Requisitum II. Hinc secundum resultat ad propositum spectans Requisitum, ut Privilegiorum & Cameræ in Originali, & parti contra quam Citatio petitur, legitime facta sit insinuatio arg. *l. si quis* 5. *C. de Aquaduct. libr.* 11. Gail. 1. *obs.* 1. *num.* 9. *&* Joan. Zanger. *tract. de except. part.* 2. *num.* 134. *& seq.*

Privilegiorum autem Cameræ Imperiali insinuandorum modum ac praxin, edocet Auctor præjudicior. *verb. privilegium,* §. *Tenor* der Schrifft / *&c.*

209 Parti vero insinuatio fieri potest, per Notarium, † in præsentia duorum testium, quia Notarius habet Jurisdictionem, sive notionem in voluntariis actibus, & Judex Chartularius appellatur, gl. *in l.* 1. *in verb. judiciis ff. de judic.* Marant. *part.* 4. *dist.* 18. *num.* 2. Matthes. *singul.* 20. *in apostilla. num.* 3. *incip. nota bonam.*

210 Quamvis autem nonnulli velint, † Privilegia ejusmodi, quoad scripturam, oportere esse in membrana scripta; ex hujus enim defectu, processus ad videndum se incidisse in pœnam violati Privilegii denegati sunt, in causa Stiffts-Herrn zu St. Blasii in B. contra Jobs Friesen Hauptmann / Florian Dietzen / Amptmann zu Diessthorn / vnd Caspar Heyloß von Pessendiek. 24. Maji. Ann. 1591. Id tamen multis non placet: Cum constitutio Maximiliani primi loquatur tantum de instrumentis Notariorum; quis autem Imperatori modum præscribet, conficiendi & conscribendi privilegia in membrana vel charta? Rutg. Rulan. *de commiss. part.* 4. *lib.* 2. *c.* 4. *num.* 25.

Sed,

211 Sed, † ad prædictum secundum requisitum pedem referendo, certum est, in Camera vel Aula Imperiali non decerni processus seu Citationem ad videndum se incidisse in pœnas privilegii, nisi prius privilegium Cameræ & parti rite insinuatum sit, Cameræ, inquam, ut ostendatur de fundata Jurisdictione; Parti vero, ut privilegii pœnæque ei insertæ scientiam habeat, neque ignorantiam ostendere possit: quia, cum privilegia sint facti alieni, text. *in c. 1. de constit. lib. 6.* Paris. *cons. 95. numer. 8. vol. 4.* ideo eorum ignorantia, omissa prævia insinuatione, præsumitur, text. *in l. plurimum, ff. de jur. & facti ignorant. & in l. fin. ff. pro socio cum simil.* Herman. Vultæ. *inter consil. Marpurg cons. 35. numer. 210. vol. 3.* Hinc cum aliquando in Camera in causa Bemelberg pro interesse vnnd Flach Principal Appellanten / contra Philips von Freyberg als Vormündern Fraw Ursulä von Baumgarten citatio & inhibitio petita esset, vigore privilegii, super quo appellantes se fundabant, illud autem non esset Cameræ insinuatum, nec allegatum, quod judici à quo insinuatum fuerat, tantum citatio, periculo partis, decreta fuit 2. Januarii Anno 88. referente Ruland. *de commissariis part. 3. libr. 3. capit. 6. numer. 4.* Hanc ergo ob causam necessarium est, ut in supplicatione pro impetranda citatione, ad videndum Reum incidisse in pœnam privilegii, narretur, privilegium & Cameræ, & parti legitime insinuatum esse.

Quod si autem diploma Salvæguardiæ prius non fuerit præsentatum Cameræ, necesse est, ut una cum supplicatione exhibeatur ipsum autographum, & narretur, quod privilegium pervenerit ad notitiam ejus, contra quem supplicatur, alias processus denegantur, Andr. Gail. *d. obser. 1. num. 9.* Ludovic. Schwarzenmayer *lib. 2. Miscellan. Jur. & observat. pract. capit. 1.* Otho Melander. *in commentar. Cameralib. part. 1. numer. 7. fol. 52. vers.* Item zu erscheinen vnd zusehen/sich in die Straff habender Freyheit gefallen seyn/ ꝛc.

Exemplis enim, sive transsumptis privilegiorum non creditur, sine insinuatione, & privilegium non legitime

212 præsentatum † Judici neque parti, nihil prodest, *Auth. in med. lit. non fieri facr. formas* text. *in l. si quis divinam C. de aquaduct. & in l. fin. C. eod. tit.* Roman. *cons. 330. num. 19.* Gail. & Meland. *locis relatis.*

213 Tertium ad impetrandam Citationem ad videndum se incidisse in pœnas privilegio Keyserlichen Schutz vnd Schirms insertas, requisitum est, ut in narratis supplicationis, continua privilegiorum † possessio allegetur, & in causæ deductione probetur, ad notat. Jasonis *in l. Barbarius num. 47. de offic. prætor.* Mynsing. *cons. 19.* Jo. Petr. Surdus *decis. 309. num. 3. libr. 3.* Cujus ratio perhibetur, quod Privilegia ex † possessione æstimanda atque declaranda sint, Br. *cons. 59. incip. commune Spoletum num. 3. vol. 1.* Decia. *cons. 55. inc. Quod autem n. 36. vol. 2.* Roman. *cons. 271.* Vinc. de Franch. *decis. 56. num. 6 & decis. 397. num. 12.* & ex observan-

214 tia † subsecuta vires sortiantur, *l. semper in stipulationib. 34. ff. de reg. Jur.* Menoch. *cons. 748. incip. disput. n. 19.* Decia. *cons. 44. num. 28 vol. 4.* Joseph. Ludov. *in commun. opin. conclus. 38. num. 40.* quemadmodum alias & sequela facti demonstrat, qualis fuerit præcedens conventio Bald. *in l. si certis annis Cod. de pact.* Bursat. *consil. 16. incip. multum magnificus num. 39.* præsertim si per spacium temporis tolerata sit, Marc. Ant. Peregr. *de Jure Fisc. lib. 1. sub rubr. de iis qui Jura Fiscal. hab. num. 99.* Nam absque temporis etiam longi interventu contractus dubios declarare solet observantia Crav. *cons. 828. incip. de Anno num. 11.* Decia. *d. loco num. 28.* & Joseph. Ludov. *num. 3.* quos omnes recenset & sequitur D. Hepingk. *dissert. novissima de Jure Advocat. conclus. 14. in notis sub lit. A.*

Requisitum III.

Quartum prædictæ actionis requisitum est, ut contra tenorem privilegiorum à Reo, vel jussu & ratificatione ejus dolose ex proposito certaque scientiâ adversus salvam Actoris guardiam aliquid attentatum vel factum sit, astruente Baldo *in leg. fin. ff. Quod quisque Jur.*

Requisitum IV.

215 Regulariter enim in delictis † dolum requiri, & ubi dolus non adest, delicti pœnam locum non habere, probat text. *in l. 1. C. de Sicar. l. qui injuria ff. de furt. l. quod Reipubl. ff. de injur. & in l. cum autem, §. excipiuntur ff. de adil. edict.* per quæ Jura hanc regulam firmarunt Marant. *in spec. part. 4. in princ. num. 58. ad med. vers. quarum prima est, & n. 59.* Marsil. *in l. lege Corn. la. 2. §. cum quidam, nu. 3. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Decia. *tract. crim. part. 1. lib. 1. c. 4. n. 9.* Idq; tanto magis procedit, quando lex pœnalis, ut in hujusmodi privilegiis videre est, expresse requirit dolum, seu de dolo aliquo mentionem facit. Tunc enim dolus omnino requiritur, nec lata culpa dolo æquiparatur, etiam, quod agatur de pœna pecuniaria, Bart. *in l. quod Nerva, n. 20. ad fi. vers. aut quo ad pœnam pecuniariam ff. depos.* Angel. *in l. plagii nu. 1. ante med. vers. tamen lata culpa, C. ad l. Flav. de Plagiar.* Jas. *in l. in actionib. n. 25.* Bald. *ibid. col. 2. ante med. vers. item fallit si Statutum,* & Alex. *post n. 8. ff. de in lit. jurand.* August. ad Angel. *de malef. in verb. scienter & dolose, post n. 5. vers. concedit tamen* Ang. & Men. *de arb. quæst. lib. 1. q. 65. n. 8.* Covarr. *in epit. part. 2. ca. 6. §. 8. rubr. de contrah. succes. nupt. n. 21.* uti aliis relatis, ac reprobatis Zas. & Dec. contrarium tenentibus, testatur de communi eumque refert & sequitur Villalob. *comm. opin. lit. d. n. 90.* Capra *concl. 78. n. 90.* Flor. *tract. de in lit. jurand. §. 6. n. 28. & 32.* Farinac. *tract. crim. q. 87. nu. 30.* ubi hoc extendit procedere non solum, quando lex vel statutum e... esse requirit dolum, sed etiam, quando tacite illum requirit, secundum Butr. *cap. 2. nu. 9. de const.* Jacob. *ibid. col. 6. in prin. post n. 12.* Abb. *n. 6. vers. & hoc casu dic,* Mant. *n. 38. per tot.* ubi hanc extensionem & Bart. opinionem *in d. l. quod Nerva* latissime defendit, ab impugnationibus Decii, Boss. *tit. quem. proced. per act. in delict. nu. 36.*

Similiter etiam requiritur contemptus, ideoque etiam probandum est, violatorem privilegii post factam admonitionem, nach beschehener Verwarnung verächtlicher Weiß/ ejusmodi privilegium violasse, atque infregisse Auctor præjudicior. Cameral. *d. verb. privilegium Tit. de personis privilegiat. vers. Quomodo procedatur in causis commissa pœna privilegiorum, hominibus privatis concessorum.* † Reus enim non aliter 216 condemnatur ad pœnam privilegio insertam, quam si de vero & manifesto dolo, non etiam de præsumpto doceatur, quoniam ejusmodi privilegia semper & ubique doli veri mentionem faciant, dum eis inseruntur verba fürsetzlich oder gefährlich / quæ denotant dolum verum, Mynsing. *cent. 3. obs. singul. 98. & respons. 19. num. 2.* † Quanquam enim ex actu illicito dolus præsumi- 217 tur, *l. si non convicii, C. de injur.* Cornel. *cons. 93. & cons. 360. vol. 3.* Mascar. *de probat. conclus. 531. numer. 10. vol. 1.* tamen, quando lex pœnalis verum dolum requirit, etiam si factum illicitum fuerit, præsumptio doli plane non sufficit, sed docendus est verus dolus, quem lex ipsa præsumendo statuit, *l. dolum, 6. C. de dolo l. interpositas, 13. C. de transact. l. 3. §. 1. in fin. ff. de injur. l. si prætor, 75. §. Marcellus, ff. de Judic. l. quoties 18. §. 1.* & *ibi* gloss. *ff. de probat. l. & eleganter, 7. in fin. ff. de dolo,* late Menoch. *lib. 5. præsumpt. præs. 3. num. 7. & num. 45. & seqq.*

218 Ratio est, † quia quando qualitas est causa alicujus effectus, puta, pœnæ inferendæ, non sufficit probare factum, nisi in specie seu (ut Dd. loquuntur,) punctualiter deducatur, & probetur qualitas *l. non solum, §. sed ut probari,* & *ibi* Bart. *ff. de oper. nov. nunciat.* gloss. & Angel.

Angel. *in l. cum alium ff. de negot. gest.* Et hinc est, quod si actum sit ad pœnas violatæ sive ruptæ pacis publicæ nisi probetur qualitas veri & expressi doli, quæ in ruptione læsæ pacis publicæ omnino requiritur, Mynsing. *cent. 3. obs.* 98. reus non sit condemnandus, sed absolvendus, etiamsi de alia violentia vel saltem de ejusdem excessu, ultra moderamen inculpatæ tutelæ, probatum fuisset; Et sic notandum, quando deducitur vel requiritur actus seu factum qualificatum, non sufficere, probatum esse factum sine illa qualitate, *l. prætor ait*, 2. §. *decere, ibi*: cæterum si alibi, *ff. de vi bonor. rapt. l. Fulcinius*, §. *cum autem*, juncta gloss. *verbi debet fraudationis ff. ex quib. caus. in possess. eat.*

Cæterum dolus ille in hoc actionis † genere requisitus difficillimæ est probationis, ceu attestatur Joan. Fichar. *consil.* 134. *num.* 2. *vol.* 2. ubi ob hanc probationis difficultatem, ne super privilegiis ageret, clienti suo dissuasit, eo quod dolus ab Actore prætensus, à Reo facile purgari possit, frivolæ † siquidem, temerariæ & bestiales etiam causæ (ut loquuntur DD.) ad excludendum dolum & fraudem sufficiunt, arg. *l.* 12. §. 3. *ff. de liber. causa.* gloss. *in l. plagii C. ad L. Fab. de plagiar. & in l.* 1. *in fin. ff. de Abig.* Plotus *de in lit. jur.* §. 6. *nu.* 30. Dn. Menoch. 5. *recup. poss. remed. num.* 49. Cacher. *decis.* 71. *num.* 17. Natta *cons.* 338. *numer.* 11. Ant. Gabr. *comm. opin. libr.* 7. *sub rubr. de Malef. concl.* 8. Corbul. *de Jure Emphyt. c.* 15. *limit.* 17. *num.* 2. Gail. 2. *de PP.* 10. *num.* 4. Et semper † in dubio eam interpretationem, quæ delictum excludit capiendam esse arguit *l.* 51. *ff. pro Soc.* Hinc est quod dolosa violatione (utpote qualitate Jurisdictionem fundante) remota vel non probata, aut Cassatio citationis, vel absolutio in Camera decernitur & causa principalis ad Judicem competentem remittitur. Nam recepta inter Camerales Judices opinio est, si in puncto Citationis ad videndum se incidisse in pœnam privilegiorum à pœna quis absolvatur, quod nec tum causa principalis ibi determinanda vel ventilanda sit, sicuti de causis fractæ pacis in Recess. Imper. *de An.* 1594. §. dieweil dann 70. *versic.* so setzen/ ordnen/ rc. expresse sancitum est. Et hoc etiam in causis privilegiorum (utpote quæ in hoc quarto requisito comparantur) in Camera observari, & ibidem nulla fere in pœnas privilegiorum condemnationis, complura vero absolutionis, ab iisdem notata hactenus fuisse præjudicia, insignis Cam. Imp. Assessor Dn. T. M. *in consil. W. nondum impresso* per D. Hepingk. *dissert. de Jure protect. conclus.* 14. *relata.* testatur, ubi idem super violatione privilegiorum agendi periculosum & lubricum vocat remedium.

Nisi igitur violatio dolo committatur, & dolus verus probetur, frustra ad privilegii pœnam agitur, ut diserte not. Roding. *de Jurisdict. Cam. tit.* 15. *numer.* 1. Quin etiam Reus absolvitur, & actor in expensas condemnatur, maxime, si reus pro se aliquam causam, etiam injustam, fatuam, & temerariam alleget, quæ alias à dolo præsumpto excusat, *l. igitur*, 12. §. *& generaliter*, 23. *ff. de liber. caus.* Jas. Bart. & Dd. *in l. juste possidet ff. de acquir. possess.* Sic ex interdicto, ne vis fiat ei, qui in poss. miss. est, prætor in factum judicium in eum dat, qui dolo malo fecit, quo minus quis permissu suo, ejusve, cujus ea de re Jurisdictio fuerit, in possessione bonorum sit, *l.* 1. *ff. ne vis fiat ei qui in possess.* Si quis tamen putabat, rem sibi obnoxiam, vel certe non esse debitoris, hoc edicto non tenetur, *d. l.* 1. §. *si quis ideo* 4. Simile exemplum est *in l. inter omnes*, 46. §. *recte*, 7. *& l. qui tu*, 77. *ff. de furt. & l. in lege*, 7. *ff. ad L. Corn. de Sicar. l.* 3. *ff. ad L. Flaviam de plagiar. l.* 1. §. *ult. ff. de abig. l.* 3. *ff. de liber. homin. exhib. l. si de eo*, 40. §. *fin. ff. de acquir. possess. l. igitur*, 12. §. 1. *vers. & generaliter ff. de liberali causa.* † Hinc Juris nostri interpp. post Acc. 219 curs. dicunt, Juris errorem vel ignorantiam, à dolo excusare, puta Juris civilis, *d. l. igitur*, §. 1. *vers. & generaliter ff. de liberali causa*, *l.* 3. §. *etsi sciens*, 21. *ff. ad SC. Syllan.* Nam ignorantia Juris naturalis vel gentium, nullam adfert excusationem à pœna Jure civili constituta, *l. si adulterium cum incest.* 38. §. *stuprum*, 1. *ff. ad Leg. Jul. de adulter. l.* 2. *C. de in jus voc.* Zanger. *de exceptionib. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 140.

Concurrentibus igitur superioribus requisitis condictio ex privilegio Keys. Schutz vnd Schirms utiliter instituitur: Quapropter ad obtinendam Citationem quatuor hæc requisita † quæ hactenus copiose satis explicavimus, nominatim in supplici libello simul commemorari & cœpto judicio luculenter probari debent, nempe 1. privilegium esse concessum 2. parti esse legitime insinuatum 3. contra tenorem privilegii à Reo, vel quod idem est, jussu & ratificatione Rei, attentatum 4. idque ex proposito, vel dolo malo factum esse: Non enim incurrunt pœnas constitutionum, qui non sunt dolo versati in illis, Bald. *in l. fin. ff. quod quisque jur.* 220

Et hæc quidem omnia & singula conjunctim requiruntur, & unum horum non sufficit, † Nam quoties lex vel statutum plura conjunctim requirit, non sufficit alterum fieri, sed omnia impleri necesse est, text. *in l. si quis ita stipulatus ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.* 177. *nu.* 1. Sic in conditionibus quando plures conditiones hæredi conjunctim datæ sunt, omnibus parendum est, quia unius loco habentur; Si disjunctim, cuilibet, text. *in l. si hæredi plures ff. de condit. l. instit. & in l. cedere diem*, §. *ubi sub conditione ff. de verb. signif. qui hæredi ff. de condit. & demonstr. l. cum quærebatur, ff. judicatum solvi.* tex. *in l. si ita quis, & l. si quis ita ff. de verb. obligat.* Bart. *ibid. num.* 1. text. *in l. cum pupillus*, §. 1. *ff. de condit. & demonstr.* Capra. *cons.* 72. *num.* 12. 221

Hinc fit, ut quando agitur de pœna alicujus specialis constitutionis, nisi omnes ejus qualitates doceantur, & verificentur in casu, de quo agitur, pœna non committatur, ut est elegans doctrina Joan. Andr. ab omnibus approbata *in c.* 1. *de homicid. lib.* 6.

Et hæc de genere actionis, ejusque requisitis dicta sufficiant.

Quod nunc tertio loco ad causas, † ex quib. hæc prosecutio proficiscitur, attinet, sciendum est, hâc actionem esse in personam, ex maleficio admissæ contra privilegium concessum violentiæ, ideoque in eo fit mentio doli mali, arg. *l.* 1. §. *hæc actio, ff. si quid. in fraud. patr.* Paul. *in l. is qui à debitore, ff. quæ in fraud. credit. quia dolus*, inquit, *ei duntaxat nocere debet, qui eum admisit.* 222 *Membrum institutæ de Salvaguardia tractationis III. Actio Salvaguardia violata ex qua causa prodeat.*

Multis autem modis violatur Salvaguardia, puta, si quis quoquo modo turbetur, in Juribus per privilegium singulariter indultis, ut si quis de facto arrestetur, capiatur, spolietur, aut alia quacunque ratione, molestetur, contra Salvæguardiæ contenta, quæ plerunque ita habent: Bey denen jhnen ertheilten Gnaden/ Freyheiten/ Immuniteten/ Possessionen / vnnd Güttern geruhiglich verbleiben / vnd wider diesen vnsern Keyserl. Schutz / Schirm / vnd Salvamguardiam keins wegs betrüben / arrestieren / hemmen / beleidigen/ einfallen/ gefäncklich verstricken/ straffen/ plündern/ oder auch in ander weg/ wie solches jmmer zugehen / vnd geschehen möcht / bey schweren/sonder sie vnd alle die jhrigen / vnd was denselbigen zuständig / wie auch das Nahmen haben mag/ da bey allerdings beleydigt bleiben / auch ausser ordentlichen Rechtlichen Proceß / vnnd darinn ergangnen / vnd in der andern Instantz publicierten Endvrtheil / nicht bekümmern noch anfechten lassen. Et videri ad hoc punctum possunt ea, quæ speciatim de turbatione *in superiori Capit.* circa abusum Advocatiæ dicta sunt.

Progre-

223 *Tractationis de Salva Guardia Judicio membrum IV. Actio Salvaguardiæ rupta quibus competat.*

Progrediendo nunc ad quartum punctum, † quibus nimirum actio prædicta competat, dicendum est, hanc ex privilegii contraventione instituendam querelam, inprimis dari personæ privilegiatæ, quæ contra tenorem privilegii aliquo modo, sive verbis, sive facto læsa aut turbata fuit; quia privilegium Salvæ Guardiæ alicui concessum, operari debet, ne impetrans cum rebus suis ullo modo violetur, eleganter doctissim. Georg. Bechtius *in disputat. de Salvoconduct. in delineatione, capit.* 10. *numer.* 3. (quod utinam juxta ordinem *in capite quint. thes.* 139. propositum plene deduxisset) si autem contra fiat: bonum & æquum est, eo nomine actionem dari, argument. *leg. non solum* §. 1. *Digest. de Jurejur.*

Deinde quia principaliter etiam per violationem † Salvæguardiæ offenditur majestas principis privilegium largientis, ideo eadem actio etiam competit Imperatori, qui sub certa violationis pœna aliquem in protectionem suscepit, tum, quod ejusdem dimidia pars ad eundem, ut per se clarum est, pertineat, tum, quod per violationem privilegii à se dati, non mediocri afficiatur injuria, cujus ultionem equidem habet, per Jura & authoritat. *supra* in primo puncto adduct.

224 *Utrum ad pœnam Salvaguardiæ privilegio insertam, pars offensa vel Procurator Fisci Cæsarei agere debeat. I. Ratio dubitandi pro Procuratore Fisci.*

Unde etiam non immerito dubitare quis posset, *Utrum † Procurator Cæsareus, vel pars læsa Salvaguardia gaudens, in processu instituendo primas habere debeat?*

Cum enim dimidium pœnæ, ut dictum est, ex Salvaguardia fracta Fisco Imperatoris debeatur, & ejusdem Procurator ob Cæsaream eminentiam, multo efficacius ac commodius ad pœnæ exactionem agere possit, consultius esse videtur, ut qui habet Salvamguardiam, circa eandem offensus, rem totam ad Fiscalem Cameræ deferat, quo ille contra offendentem ac violatorem Cæsarei privilegii actionem instituat, quam, ut pars læsa duntaxat judicium reo intendat, idque tam Ordinationi Camerali, quam judiciorum ordini conveniens esse videtur, ut scilicet Procurator Fisci ad pœnam illam principaliter agat, per notat. Magenhorst. *in comment. ad Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 20. ubi dicit eum, qui contra Bullam aliquid facit, à Fisco Imperatoris super adjecta pœna conveniendum esse.

Ratio dubitandi II.

Atque ad hoc etiam facit communis DD. traditio, quod, quando pœna venit applicanda qua Fisco, qua parti offensæ, tunc tota pœna debeat venire ad manus Fisci, & ex illius manu, pars offensa debeat recipere partem suam, secundum Bartol. *in leg. Senatus censuit*, §. *Senatus numer. secund. & sequent. Digest. de Jure Fisci*, ponens exemplum in statutis Italiæ, volentibus partem offensam habere medietatem pœnæ, dicitque, totam pœnam Camerario communi solvi debere, & postea Camerarius parti offensæ dare suam dimidiam, & quod propterea Judex debeat condemnare delinquentem ad solvendum totam pœnam ipsi Camerario, cujus medietas sit communis, & alia medietas partis offensæ, refert & sequitur Mathesil. *sing.* 70. *incip. nota, quod si statutum* & Murant. *de ord. judic. part.* 4. *in princ, dist.* 1. *numer.* 74. Gabriel. Sarayn. *in addit. ad Matthes. d. sing.* 70. *col.* 4. *vers. & in quantum.* Concludendum ergo videtur, Procuratorem Fisci principaliter ad pœnam illam agere debere.

225 *Decisio contraria.*

Verum, † cum hoc ipsum sit contra stylum Cameræ, dicendum est, Fiscalem ad hoc non adstringi, sed ipsam partem judicium intentare debere, uti aperte colligitur ex *præjudiciis Cameralibus verb. privilegium, sub Tit. de personis privilegiat.* §. *Quomodo*, hisce verbis: *Quidam cum haberet ab Imperatore Carolo V. privilegium armorum seu insignium ein* Wappenbrieff / *cui inserta erat pœna viginti marcarum auri, sic infligenda, qui contra tale privilegium quippiam attentassent: contigit ut aliquando ejus insignia in fenestra quadam* auff der Zunfftstuben *depicta, cum injuria deicerentur: admonebat Fiscalem Imperatoris, ut contra talem ad pœnam commissam privilegio insertam procederet, cui Fiscalis respondit: hoc ita fieri non posse, sed si ad vindictam agere vellet, posse eum extrahere in Camera citationem ad videndum se incidisse, &c. & postea ordine procedere: Et tum demum solere ipsum ex officio pro Jure & interesse Fisci, omnes recessus, acta & actitata repetere, & Judicis cognitioni commissum facinus committere*, referente Rutger. Ruland, *tractat. de commissar. part.* 3. *de articulis, lib.* 8. *c.* 4. *num.* 23.

Redeundo igitur ad personas, quibus proposita actio competit:

226 *Quænam personæ, Salvaguardia Imperiali communi munita sint. Personæ Camerales.*

Id inprimis etiam sciendum est, † quod cum omnes Imperialis Cameræ personæ in sacræ Cæsareæ majestatis, omniumque Imperii Statuum & quorumlibet aliorum Magistratuum inferiorum fidem, patrocinium atque protectionem ab Imperatoria Majestate & Sacri Imperii Proceribus commendatæ sint, sicuti commemorata omnium Cameralium securitas speciali Salvaguardia ac Protectione Imperatoris & Imperii una cum adstrictione omnium Electorum, Principum, Statuum, & Civitatum præsertim viciniorum, ad eandem sartam tectam tuendam, sancte severeque munitur. *Ordinat. part.* 1. *tit.* 49. §. *ult.* hisce verbis: So wollen die Keyserlich. Mayest. alle vnnd jede deß Keyserlich. Cammergerichts Personen / in jhrer Glübdt / vnnd Keyserlichen Mayestat / vnnd deß Heyligen Reichs Verspruch / Schutz vnnd Schirm hiemit auffgenommen / auch allen Churfürsten / Fürsten / Ständen vnnd Stätten / vnd sonderlich den nechstgesessenen deß Orths / da das Cammergericht jederzeit gehalten wirdt / allgemelte Personen / bey solchem vnserm vnd deß Reichs Schutz vnnd Schirm / zuhandthaben / vnnd zu erhalten / hiemit ernstlich aufferlegt vnnd befohlen haben. Denaiß. *tit.* 57. §. 5.

Ideo omnibus etiam ac singulis Cameralibus personis tanquam in specialem Imperii Clientelam receptis adversus hanc publicæ Guardiæ tesseram quoquo modo læsis, injuriave aliqua affectis, non solum ista ex privilegio promanans condictio competit, sed insuper etiam ad omnia damna & interesse, ratione violatæ protectionis illata agere, vel judicio aliquo pœnali injuriarum experiri licet. Otho Meland. *comment. Cameral. part.* 1. *numer.* 101. Quod quidem utrum in Camera, an coram judicio lædentis ordinario facere velint, arbitrio læsorum permittitur. Rutger. Ruland. *de Commissar. part.* 1. *lib.* 3. *capit.* 8. *num.* 9. *& seq.*

227 *Commissarii Cæsarei & Judices ordinationis.*

Deinde, † quia etiam Commissarii Cæsarei (quales etiam sunt Judices Ordinationis, seu privilegiati primæ Instantiæ, vulgo, die Richter der Außträge. *Ord. Camer. p.* 2. *t.* 2. *& seqq.* Oldend. *in Enchirid. except. tit. exceptionis declinatoriæ num.* 26. Schrader. *p.* 10. *sect.* 5. *numer.* 46. *& sequent.* Gail. *libr.* 1. *observ.* 1. Denaiß. *tit.* 156. §. 3. *& passim tit. sequent.* Ruland. *p.* 1. *libr.* 1. *capit.* 5. *numer.* 1. Treutl. *p.* 1. *disputat.* 12. *thes.* 7. *lib.* 4. *lit. a.*) & Imperialis Cameræ, Salvoconductu Imperii utuntur, ideoque si contra talem Salvamguardiam lædantur, iisdem non minus, quam personis Cameralibus hæc actio contra offensores competit.

Ratio autem, quod Commissarii quoque Imperialis Cameræ ejusmodi privilegiata securitate gau-

gaudeant, fundatur partim in lege non tam genera- 228 liter, † quatenus generaliter cuivis illa debetur, *leg*. 28. §. 7. *Digest. de pœn.* Premus *tract. de securit. in pr. vers. & quidem*, *& quaest*. 3. *& post. pr.* Denaif. *tit*. 211. §. 3. Joan. Becht. *disput. de securit. & Salvo-conduct. ca*. 3. *conclus*. 34. sed etiam specialiter & privilegio-tenus, quatenus, qui ad actum Commissariatus deputantur, de Jurisdictione Cameræ, sicque privilegiatæ Cameralium securitatis & Salvæguardiæ, de qua Ord. Cam. *p*. 1. *tit*. 49. §. *fin.* participes fiunt, Ruland. *de Commissar. part*. 1. *libro* 7. *cap*. 8. *numer*. 1. *&* 5. & partim in tacita concessione, eo, quod per ipsam Commissionem, Imperator, ejusve loco Camera, omnia Jura, quæ talibus personis specialiter competunt, concessisse videtur, Ruland. *d. num*. 5. Quapropter & Commissarius Mandatum seu Commissionem suam ostendere iis monetur, apud quos Commissio expedienda est, Ruland. *d. p*. 1. *libr*. 6. *capite secund.* sicque allegare & docere de qualitate Commissarii, & Jure securitatis exinde proveniente, ne violatores ignorantiam prætendere possint, Ruland. *d. p*. 1. *libro* 8. *capit*. 8. *numer*. 8. ubi *num*. 9. subjicit: Quamvis Salvusconductus, secundum jam dicta, Jure ipso Commissariis competat, quandoque tamen ex justa causa, veluti, si per insidiosa loca proficiscendum eis sit, aut alias ex certis indiciis insidias sibi structas deprehendant, uberioris cautelæ gratia, speciales expressi Salviconductus literas in Camera petere, sicuti obtentæ fuerunt in causa Bentheim / contra Münster.

229 Etsi vero lædentes † Commissarium sicque explicatam ejus Salvamguardiam violantes, ob gravitatem delicti variis sese pœnis obnoxios faciant, veluti, quod primo tenentur ad omnia damna & interesse, ratione violatæ securitatis illata. Secundo, actione injuriarum, aliove pœnali etiam criminali judicio, pro qualitate delicti, ad pœnam Judicis, apud quem agitur, arbitrio statuendam, conveniri possint. Et tertio etiam ordinarie læsæ Maj. Rei agi queunt, eo, quod violatio istius Salvæguardiæ principaliter in committentem, seu delegantem, quem, teste Villalob. *comm. opinion. lit. B. numer*. 26. *cum* 2. *sequent.* & Schrader. *par*. 10. *sect*. 12. *numer*. 85. Commissarius repræsentat, redundet, Ruland. *d. capite octavo, numero nono*. Quæ remedia Commissarii, prout ipsis quippe electionem habentibus, lubuerit, coram ordinario violantis Judice, argument. *d. t*. 49. §. *fin.* Ord. *p*. 1. vel directo, apud committentem, seu omnium superiorem Cæsar. Maejst. seu, quæ ejus vice est Cameram proponere possunt, Ruland. *d. capite* 8. *numer*. 11. *&* 12. Stylo tamen Cameræ, præsertim in casu factæ excessivæ violationis ipsorum, omnium maxime convenire videtur, siquidem illic Commissarii agere velint, ut citationem ad videndum se incidisse in pœnam violati Salviconductus deß Geleitsbruchs / seu Salvæguardiæ Schutz unnd Schirms / extrahant, ac deinceps Fiscalem interpellent, ut pro interesse Fisci se ipsis agentibus conjungat, quod facturus erit haud 230 dubie, † sicut in omnibus pœnalibus, in allen Pœnfällen / ubi pars pœnæ Fisco applicanda venit, pro interesse Cæsar. Majest. intervenire solet, Ord. *p*. 1. *tit*. 16. *& p*. 2. *t*. 20. Ruland. *d. capite* 8. *numer*. 13. ubi plura *numeris seqq.* huc spectantia Lector reperiet.

In laesores Commissariorum diversa Iudicia parata, I. Restitutio damnorum. II. Actio injuriarum. Laesa majestatis rei.

231 Tertio insuper, † uti de Commissariis dictum est, ita etiam Notariis à summo Principe, qui solus, absolute loquendo, primo & per se virtute supremi Imperii, ut vult Innocent. Petr. de Uzol. & Canis, vel Jure majorum regalium, ut placet Doctor. quos allegat & sequitur Sixtin. *de regal. capit*. 2. *numer*. 25. Obrecht. *disputation. de regal. thes*. 136. Bocer. *de regal. capite secund. numer*. 161. Notarios cum pleno effectu creare potest, per *leg*. 7. *ibi*: manus sanxerit principalis, *Codic. de numer. & act. libr*. 12. *N*. 44. *capite prim. in fin.* & argument. *leg*. 1. *Digest. de offic. ejus. & capite secund. de translat. Prælat.* Bartol. *in leg. nec ei* 17. *Digest. de adopt.* Innocent. *cap. cum P. tabellio.* & *ibi* Joann. Andr. *in glo*. 2. *de fid. instrumen.* Specul. *tit. de instrument. edit*. §. *restat. versicul. sed quis potest facere, & tit. de Procuratoribus*, §. *ratione autem forma, versicul. item quod non sunt facti per manus public.* Menoch. *libro secund. præsumpt*. 78. *numer*. 8. vel Comitibus Palatinis Cæsarea auctoritate Notarios faciendi facultate pollentibus, creatis, si eos in exercitio officii sui ab aliquo impediri, molestari, offendi, ullave injuria aut damno affici, detinerive contingat, adversus ea committentes, actio ista competit, tum, † quod sint personæ publicæ *leg*. 18. 232 *Digest. de adopt. leg*. 1. §. 15. *Digest. de Magistra. conven. leg*. 2. *in fin.* ubi Gothofr. *Digest. rem publ. salv. fore. leg*. 32. *Codic. de Episcop. & cleric. leg*. 3. *Codic. de tabular. libr*. 10. *Nov*. 44. *capite prim. in fin cap. quanquam*, ubi gloss. *in verb. servo publico. de usur. in* 6. Joan. Jacob. Canis *in tractatu de offic. tabell. capit. ultim. versicul. Quartum privilegium*, Specul. *tit. de fid. instrument*. §. *Tertio.* Mandos. *de monitor. quæstio*. 55. *numer*. 7. Rosbach, *prax. civil. t*. 8. *de actuario, tabell. vel. Notar. numer*. 1. & Judices chartularii, *l. pen. Sacrosanct. Eccles leg*. 1. § 6. *in fin. Codic. de off. Præf. Afr. l*. 10. *Codic. ubi caus. Fisci, leg*. 2. *&* 3. *Codic. de Præpos. ag. in rebus, leg*. 10. *& ultim. Cod. de actuar. & chartul. libr*. 12. facit *lex*. 1. & *ibi* gloss. *Digest. de Judic.* quam ad hoc allegat, Sichar, *in l. fin. numer*. 15. *Codic. de edict. D. Adr. toll.* plures citat Tiraquell. *tractat. de Jure constitutis limit*. 30. *numer*. 28. laudatus à Menoch. *libr*. 2. *præsumpt*. 78. *numer. prim.* tum, † quod Notariatus 233 officium ab Imperiali culmine suum extraxit principium, cujus beneficio † Notarius persona est privi- 234 legiata, ad negotia hominum authentice conficienda, juxta Rolandin. *tractat. notular. capite prim.* & faciunt quæ in Notariorum encomium contulit Chassan. *catal. glor. mund. par*. 1. *consider*. 19. *folio* 222.

Notarii Imperiales.

Et hoc quidem maxime in † Notariis in Came- 235 ra immatriculatis, processus Camerales exequentibus procedit, ii enim specialiter quoque privilegiati Salvoconductu & Salvaguardia muniti sunt, ut patet ex Ordinat. *d. p*. 1. *tit*. 49. §. *penult.* qui sic habet,

Item die geschwornen Botten / auch die Notarien / so Execution thun / wollen allenthalben im Reich / auch in der Keyserl. Mayest. unsers Lieben Bruders unnd Herrn / unsern / 2c. und allen andern Churfürstenthumben / Fürstenthumben / Graffschafften / Herrschafften / und Oberkeiten jegliches Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Graven / Herrn / und anderer Geleit / Sicherheit und Schirm haben.

Cum autem nihil frequentius aut magis vulgare sit inter homines nostri sæculi, præsertim Nobiles quosdam Cyclopicos, (qui Jovi fulmina fabricare se posse autumant, aut qui, Centaurorum more, parum sanæ mentis habentes, ex innata væcordia quod efficere nequeunt, moliri tamen & machinari conantur) quam Notarios male re aut

verbis tractare, & ad nescio quæ sordida, spurca, naturæ contraria, ausu nefario adigere, stultam inde laudem sibi venari cupientes, (de bonis & probis, prudentibus & innocentibus nullus hic sermo est) ideo ignorandum non est, posse Notarios in Camera Imperiali adversus hoc publicæ securitatis symbolum ipsa lege iis concessum læsos, processus extrahere.

236 Ut igitur modus † coercendi eorundem audaciam, temeritatem, & proterviam palam constet, operæ precium duco, formulam supplicationis pro Citatione ad videndum se incidisse in pœnam deß Gleidtbruchs contra securitatis Notariorum in Camera immatriculatorum violatores, hoc loco subjicere.

Formula supplicationis pro Citatione contra offensores Notariorum imperialium.

Hochwürdiger. ꝛc. E. F. G. bringt Keys. Fiscal Amptshalben Supplicando vnterthenig Clagend für. Wiewol in deß Heyligen Reichs Ordnungen vnd Abschieden heylsamlich versehen/ daß deß Keyserlichen Cammergerichts angehörige Persohnen/ geschworne Botten/ vnd Immatriculierte Notarii bey Exequirung vnnd Verrichtung der jhnen anbefohlenen Processen/ vnd auffgetragenen Sachen allenthalben im gantzen Reich Teutscher Nation ein frey sicher Gleidt/ Schutz vnd Schirm haben/ vnd darwider von niemands was Stands der sey/ in einigen weg beschwert/ vergwaltiget/ noch daran verhindert/ oder verkleinerlich angetastet werden sollen.

So seyn doch dessen alles vngeacht/ vnd solchem allem/ auch gemeinen Rechten zuwider/ H. J. vnd H. L. Wormbser in newlichkeit zugefahren/ vnd vber E. B. Keyserl. Immatriculierten Notarium als er auff vorgehende gebührende/ der Schottischen Freundschafft/ in deroselben Nahmen/ dem Wormbsischen Malefitz Richtern zu V. den 10. Septembr. verschienen 96. Jahrs wegen jhrer verhafften Baasen J. S. ein Protestation vmb einstellung deß Peinlichen vorgehabten Proceß vnd in eventum super nullitate illius mit aller gebührender Bescheidenheit/ vnd auß tragender Ampts schuldigkeit dermassen insinuiert/ daß darauff das Criminal Gericht damals durch die Nidergesetzte Richter eingestelt/ vnd von obgedachtem H. J. W. damals von solcher suspension hieher ans Keys. Cammergericht appellirt worden/ auch vber die Nidergesetzte Richter sich hefftig ergrimmet vnd erzürnet/ solchen gefasten Groll Neyd vnd Vnwillen/ auch nochmahlen gegen jme vollends außgossen/ vnd sein Müthlein wol an jhm vnschuldigen Notario erkühlet hat/ damals ehrnermelter. exequirender Notarius abermals von ehrngedachter Schottischer Freundtschafft von wegen jhrer verhafften Baasen J. S. von V. ꝛc. dieses Keys. Cammergerichts außbrachte Ladung vnd Proceß super nullitate, vnd anderer anbefohlenen hiebevor gethane Protestation/ vnd gebührende defensiones widerholet/ auff abermahls der Schottischen Befreundten vorgehendts ordentlich requirirn vnd bittlich ersuchen/ den Armen gefangnen Weibern zu gutem den 13. Septemb. Anno 96. sein Wormbsers damaln beyständigen Rechtsgelerten auch einem Notario vnd anderm auß dem Ring zu jhme B. abgefertigte Personen zu obbesagtem V. gebührender weiß Copiam arctioris mandati vorgelesen/ vnd wegen der Schottischen Freundschafft ꝛ benmässig den Peinlichen Nidergesetzten Richtern zu avisirn vnd zu erinnern begeret/ hat d. H. J. Wormbser d. Notarium B. ehe er sambt seinen Zeugen in Ring kommen/ mit bewehrten Bawrn vnd auffgezogenen Rohren vberfallen vnd vmbgeben/ vnd jhn vber alles sein flehen vnd hochfleissig Bitten vnd Rechts erbietten/ sich an jhme nicht zuvergreiffen/ vnterm gesuchten Schein vnd vnerfindtlichen angeben/ als solte gedachter B. jhne Wormbser bezüchtiget haben/ er hätte in solchem gegen den verhafften Weibern gevbtem Proceß/ als ein Schelm gehandelt/ wegen nothwendiger Retorsion/ gewalthätiger Weiß/ mit grosser Vngestüm angegriffen/ jhne zuforderst seiner Wehr/ Gelts Weidmesser/ vnd Hosenbendel freventlich spolirt vnd beraubt/ gefänglich hinweg schleppen/ in Hexenthurn zu Vindenheim führen vnd werffen/ auch dermassen tractiren vnd halten lassen/ als wann er der gröste Vbelthäter were/ jhn einen Lecker vnd Hudler gescholten/ auch der abschewlichen Gefängnüß ehe nicht erlassen wollen/ biß er ihme seines gefallens ein abgetrungene scharffe Ehrenrührige/ widerrechtliche Vrphed de non vindicando carcere, & cæt. zu rettung Leibs vnd Lebens/ vber vnd von sich geben müssen/ die er Wormbser ohngeacht/ deß jhme insinuirten Keys. Mandats de relaxando captivo, mit betrawung deß Henckers/ vnd der Tortur/ auch anderer vnmenschlicher Pein/ vnd Ehrenrühriger Lästerworten/ vnd insonderheit letztlich mit dem abgetrungen/ daß er Wormbser jhne Behren in solcher abscheulichen Finstern stinckenden Gefäncknuß/ vnnd squalorn/ zwey schwere vnträgliche Eyserne Bandt an beyde Füß legen lassen/ damit er also neun Tag eingespant mit Wasser vnd Brott enthalten/ daß ihme einen Fuß vber zween zwerch Finger zu rutschen oder zu wenden nicht wol müglich gewesen. An dem allem Wormbser noch nicht ersettiget/ sondern vber das alles zu Justificierung seines gevbten hochsträfflichen Gewalts vnd Thätlichkeit/ jhme Notario ein vnerfindtliche Schmächschrifften in solchen Banden vnd Pein selbsten fürgelesen/ vnd noch darzu ein tausent Gülden zu einer angemaßten Frevel vngescheucht zugemutet. Wann dann erst oberzehlte an Ehrenermelten exquirenden Keys. Immatriculirten Notario gevbte vnnd begangne hochsträffliche Vergewaltigung/ vnd thätliche gefängliche einziehung vnd Mißhandlung an sich selbst atrocissima injuria, den gemeinen beschriebnen Keyserlichen Rechten/ deß Heyligen Reichs Constitution vnd Ordnung/ auch Crafft derselben habenden Key. freyen Gleid stracks zuwider/ auch zu nicht geringer Veracht vnd Verkleinerung der Röm. Keys. May. vnnd dieser

dieser höchsten Justitien Reputation gereichen thut / dardurch auch ins künfftig die exequierende Notarii zu verrichtung jhnen anbefohlener Execution gar Schew vnnd abwendig gemacht werden / umb so viel weniger die Gewalt vnnd Vnthat dißmals vngeandet / oder vngestrafft hingehen zulassen / sondern andern zum Abschewen ein ernstliches Exempel zu statuiren.

So ist deß Keyserlichen Fiscals an E. F. G. Vnterthenige Bitt vnnd Rechtlich begehren / jhme deßwegen wider obgemelte N. vnnd N. Wurmbsern Citationem vnd Ladung ad videndum se incidisse in pœnas, &c. in communi forma gnädiglich zuerkennen vnd mitzutheilen. Hierüber. &c.

237 *Nuncii processus Camerales exequentes.* Quarto, in eadem hac classe, † privilegiata securitate fruentium connumerantur Nuncii Camerales jurati, quia & illi in exequendis Processibus Cameralibus Cæsarea ac Imperiali securitate & inviolabilitate per universum Imperium, & specialiter quoque in ipsis S. C. Majest. terris speciali suæ Majest. ut & in Electoratibus, Principatibus, Comitatibus, Baronatibus, & aliis quibuscunque jurisdictionibus ac territoriis cujuslibet Electoris, Principis, Comitis, Baronis, &c. Salvoconductu & Salvaguardia muniti sunt, Ord. *p.* 1. *tit.* 49. §. *pen.* & antiq. Ord. *de Anno* 1495. *sub rubric.* der Botten vnnd Notarien Geleidt betreffent. *p.* 21. Denaist. *tit.* 57. §. 4. Quare iisdem etiam contra violatores eandem condictionem ex privilegio competere dubitandum non est.

238 *Litium sollicitatores, aliive praxis addiscendæ causa Spiræ commorantes.* Quinto, idem etiam, † quod de personis Cameralibus aliisque enumeratis dictum est, ad eos etiam, qui suæ alienæve litis, vel praxis etiam duntaxat addiscendæ causa Spiræ, vel alio loco, ubi judicium Camerale exercetur, extenditur, & consequenter ibidem læsis prædictæ quoque actiones competunt, per tex. *d. tit. Ordin.* 49. *in fin.* §. 1. *ibi*: auch die Partheyen jhre Anwäld vnnd geschickten / die am Cammergericht zu handlen sicherheit vnd Gleid haben.

239 Inter has tamen & † superiores personas hoc subest discrimen, quod Camerales semper & ubique, quamdiu Cameræ adhærent, prædicta securitate una cum familia sua gaudeant: hæ vero, quamprimum judicium Camerale deserunt, vel quamprimum conductis emptisve domibus, propriam egerint familiam, & œconomiam instituerint, Jurisdictioni Senatus Spirensis subjugentur, Cameraliumque immunitatem perdant. *visit.* Abscheid. *de Anno* 1570. §. Weitters. & §. *sequent. adnot. ad Cisner. sub d. tit.* 49. *Ordin. p.* 1.

240 *Familiares Salvamguardiam impetrantis.* Sexto, † cum beneficium Salvæguardiæ impetranti, ut plurimum non pro sua persona, sed ejusdem etiam uxore, liberis, hæredibus, & tota familia eorumque corporibus, ac bonis, tam allodialibus, quam feudalibus, præsentibus & futuris, itemque vasallis, officialibus, ac propriis hominibus, & omnibus denique, quorum cura, ac tuitio ad impetrantem spectat, concedatur, his aut similibus verbis. Daß jhr gedachten N. sampt seiner Ehelichen Haußfrawen / Kindern / Erben / auch derselben Erbens Erben / Dienst / Ampteut / Zugehörigen / vnnd Verwandten / mit allen jhrer Leib / Haab vnnd Güttern / Lehen / vnnd Eygen / so sie jetzund haben / oder künfftig / wie obstehet / vberkommen / vnnd allen den jenigen / so jhnen zu versprechen stehen / schützen / schirmen / &c. Idcirco sive impetrans ipsemet, sive ejus uxor, liberi seu alii ex supradictis personis lædantur, actio ista privilegiato competit.

241 Quemadmodum enim † aliquis injuriam patitur vel immediate, hoc est, in propria persona, cum ipsemet directo injuria afficitur, vel mediate, cum uxori, liberis vel administris suis contumelia infertur: Sic etiam qui privilegium protectionis impetravit, immediate, vel mediate, in consequentiam per alias personas in Salvaguardia comprehensas violationem patitur, ratione potestatis ei subjectas, ut per filios & servos, vel ratione affectus, ut per uxorem & nurum. §. *patitur autem.* ubi Schneidewin. *numero secund. Institution. de Injur. leg.* 1. §. *item aut per semetipsum. Digest. eodem.* Ludov. Gilhaus. *tractat. de Injur. & famos. libell.* §. 7. *numero primo.* † Quo

242 casu duplex ei injuriarum actio nascitur: alieno scilicet ac proprio nomine, *d.* §. *patitur. Institution. de Injur. l. pater.* 41. *Digest. eodem.* cujus rationem assignat. Ulpian. *in d.* §. item aut per semetipsum, dum ait, spectat enim ad nos injuria, quæ fit his, qui vel potestati nostræ, vel affectui, subjecti sunt, Cyn. *in l. si non convitii. numero septim. in* 4. *quæstio. in princ. Codic. de Injur.* Cyrill. *in summa crimin. rubric.* 24. §. *fin. sub numero secundo,* Farinac. *libro* 3. *prax. criminal. quæstio* 105. *numer.* 253. Harprecht. *in d.* §. *patitur. num.* 1. *Institution. de Injur.*

243 Hinc est, † quod pro injuria facta filio, possit pater agere nomine proprio. text. ad literam *in l. injuriarum actio* & *ibi* gloss. *in verb. duplici.* Butrigar. *in summario.* Bellapert. *numer.* 1. & Salycet. *in princip. Codic. de injur.* text. *in d.* §. *patitur.* & *ibi* communiter omnes. *Institut. eodem l. eum, qui nocentem.* 18. §. *ultimo, Digest. eod.* Azo. *in summa. cap. de Injur. numer.* 10. Hostiens. *in summa eodem tit.* §. *cui detur. num.* 5. *versicul. ubi vero.* Marian. Socin. *in cap. olim. numer.* 16. *in fin. vers. insuper etiam, Extr. de Injur.* Belvis. *in pract. libro primo, capit.* 3. *rubric. de Injur. numer.* 47. Schneidewin. *d.* § *patitur. numer.* 3. Petr. à Placa *in epit. delict. lib.* 6. *cap.* 6. *numer.* 29.

244 Sic etiam, † cum Injuria facta uxori, viro facta dicatur, *d.* §. *patitur. Institut. de Injur.* Bald. *in leg.* 1. *Codic. de in jus vocand.* ubi per text. *ibi not.* dicit, quod is, qui facit honorem uxori, exhibeat eum etiam marito, quique injuriam uxori facit, etiam marito eam inferat, Petr. de Soncen. *inter consil. criminal. Ziletti, vol.* 1. *consilio nonagesimo quinto, numer.* 32. † Ideo-

245 que maritus, ut uxoris defensor pro injuria uxori, nomine proprio, tanquam pro injuria sibi facta, contra injuriantem agere potest, per text *in d.* §. *patitur,* & *ibi* communiter Doctor. Item text. *in d. l. injuriarum actio.* & *ibi* Doctor. *Codic. de Injuriis.* Alberic. *in leg.* 2. *numer.* 2. *Digest. eodem* Petr. à Monte *tract. de Monarchia concilior. quæstio.* 5. *numer.* 3. Bertachin. *de Episcop. part.* 3. *libro* 4. *numer.* 20. *quæstio* 11. Hieron. Schurff. *consilio quinquagesimo septimo, numer.* 1. *cent.* 2. Pract. Belvis. *libro* 1. *capit.* 3. *de Injur. numer.* 41. ubi ampliat, † etiamsi uxor injuriam sibi factam

246 remiserit, † ejus enim remissio, non præjudicat

247 marito agenti. *Jurib. ibi per eum citatis.* Bonifac. Vital. *tit. de Injur. numer.* 37. Damhoud. *pract. crim. capit.* 137. *numer.* 10.

248 Nec minus pro injuria † famulo facta dominum agere posse, probat gloss. & Bald. *in l. si quis homicidii. Codic. de accusat.* Alexand. *in addit. ad Bart. in l. item apud Labeonem.* §. *si quis servo Digest. de Injuriis.*

 Alberic.

Alberic. *in d. l. Item apud Labeonem. § si usumfructum. num.* 15. Damhoud. *d. c.* 137. *num.* 10. Prosp. Farinac. *tract. crim. quæst.* 105. *num.* 277. Mart. Laudens. *de princip. q.* 388. Menoch. *cons.* 107. *num.* 16. *libr.* 2. Paul. Fuscus, *in suis singularib. Juris Cæsar. & Pontif. lit.* D. Schurff. *d. cons.* 57. *num.* 4.

249 *Salvamguardiam impetrantis uxor liberi, aliiq; adhærentes si offenduntur, an iisdem etiam proprio nomine Actio detur.*

An autem hoc casu † quando Salvaguardiæ Privilegio contravenitur, hoc est, cum impetrantis uxor, liberi, vasalli, aliique in Privilegio inclusi offenduntur, iisdem etiam proprio nomine contra violatores Salvaguardiæ hæc actio competat, non abs re dubitari potest?

Quod quispiam inficiari † possit ea de causa, quia, cum pœna violatoribus Salvæguardiæ comminata, vigore privilegii, pro dimidio Imperatori, & altero dimidio parti impetranti expresse assignata fuerit, ad ejusdem consecutionem alius vivente eo, cui privilegium illud indultum est, agere nequit.

250 *Negativa* 251 *Ratio dubitandi*

Pœna enim ex læsione † privilegii competens, cum sit stricte intelligenda, non recipit interpretationem extensivam, nec ad personas non expressas porrigenda est, *l. interpretatione,* 42. *l. penult. ff. de pœn. l. factum,* 155. *§. ult. ff. de reg. Jur.* Bald. *in l. cum proponas, col. fin. de hered. instit.* Dec. *in d. l. factum, §. in pœnalib. n.* 3. *de reg. Jur.* Aretin. *in § jus civile, sub n.* 20. *vers. tertio casu. Instit. de Jure nat. gent. & civil.* Bertazol. *in repet. l. si quis major. n.* 19. *C. de transact.* Fachine. *lib.* 9. *controvers. cap.* 30. *in fin.*

Hinc etiam concludunt Dd. quod quando expressum est, quibus pœna debeatur, tunc illam applicandam esse iis, qui in instrumento nominati sunt, Prosp. Farinac. *tract. crim. q.* 107. *n.* 90.

252 *Affirmativa decisio.*

Quia tamen, † ut *infra* latius edocebitur, in privilegii violatores non tantum ad pœnam, eidem insertam, agere licet, sed aliis quoque actionibus, puta injuriarum, vel damni dati, contra eosdem experiri concessum est: nihil obstare videtur, quin etiam immediate læsi, in Salvæguardiæ privilegio comprehensi, ejusmodi actiones contra violatores privilegii intentare possint.

253 *Ratio decidendi.*

Sicut enim in casibus injuriarum, † cum infertur contumelia personis potestati vel affectui nostro subditis, non solum Domini eorum, sed & ipsæ personæ subjectæ per se etiam, ac proprio motu contra injuriantes agere possunt. Sic etiam in casu violatæ in personis subjectis Salvæguardiæ præter pœnam in privilegio expressam tam principali impetranti, quam personis eidem subjectis injuriarum actionem competere, argumento est text. *in sæpe alleg. §. patitur autem, Inst. de Injur.*

254 Unde etiam injuria illata filiæ nuptæ, † Injuriarum actio quatuor personis competit, videlicet ipsi nuptæ, ejus marito, patri, & socero, quando maritum habet in potestate, neque una per aliam tollitur aut consumitur Belvis. *in pract. lib.* 1. *c.* 3. *rubr. de Injur. num.* 47. Schneid. *d. §. patitur. n.* 11. Mynsing. *ibid. num.* 5. Tadæus Piso, *num.* 2. 3. *&* 4. Borcholt. & Hotoman. *circa fin.* Ubi enim † actio pluribus com-

255 petit: tunc intentata per unum, alterius actionem non perimit, *l.* 1. *§. fin. ff. de injur. & ibi gl. verb. consumi.* Cyril. *in summa crim. rubr.* 24. *§. fin. n.* 6. Joan. Harprecht. *d. §. patitur, n.* 34. *Inst. de Injur.*

256 *Declaratio prædictæ decisionis.*

Quod tamen locum non habet, † si una persona ex his, contra violatorem privilegii egisset, ac succubuisset; quia tunc aliæ contra illum amplius agere non possent, per text. *in l. delictis,* 4. *§. si detracta. ff. de noxalib. action.* ne sæpius de uno ejusdem hominis commisso quæratur, *l. licet gratis.* 6. *§. possumus.* 4. *ff. naut. caup. stabul.* Gilhaus. *de Injur. & famos. lib. d. §.* 7. *n.* 12.

257 *Membrum*

Sequitur nunc quintus in † ordine proposito articulus, contra quos prædicta actio competat? Quo in articulo dicendum est, eam dari adversus illum, qui contempta Cæsar. Majest. auctoritate, aliquid dolose contra Salvæguardiæ contenta molitur, eidem quovis modo contraveniendo, aut susceptum in protectionem Imperatoriam arrestando, impediendo, aut aliter turbando ac molestando.

V. propositæ de Salvaguardia Indultis tractationis.

Quod si autem Salvamguardiam habens, † à pluribus lædatur, instituetne actionem contra omnes simul an singulos?

Actio Salvaguardia violata adversus quos competat.

Et statuendi videntur duo casus: Aut enim duo principales, aut vero duo non principaliter, sed incidenter violarunt eum, qui Salvaguardia potiebatur. Priori casu singulos in solidum teneri, non est dubium, *l. si quis id, quod. §. fin. & l. seq. ff. de Jurisd. omn. jud. l. item Mela. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. l.* 1. *in princ. C de cond. furt.* † In accusatione enim criminis, tot sunt delicta quot sunt personæ, Gomez. *tract. de delict. c.* 1. *n.* 88. Hinc pacem publicam violantes omnes super fracta pace conveniuntur.

258 *Salvamguardiam habens à pluribus si mulctatus, an actio contra omnes conjunctim vel singulos separatim competat. Duorum Casuum propositio. Casus I.*

Secundus casus majorem habet dubitationem. † Videtur enim dicendum, Officiales vel ministros lædentes Salvaguardia donatum, non teneri, quia omnia faciunt ex mandato suorum Dominorum.

Hinc in pignorationibus neque principaliter, neque incidenter pignorationem jussu Domini facientes conveniuntur, Gail. *de pignorat obs.* 5. † Similiter in actionibus injuriarum, si in Camera supplicetur contra Dominum & Officiales, continentiam causæ non esse statuendam, quidam volunt, si jussu Domini facta sit injuria.

259 260 *Casus II. Officiales vel ministri Salvamguardiam jussu Domini violantes an teneantur.*

Contrarium tamen Juris rationibus inspectis, videtur esse verius; † Famulus enim & officialis jussu Domini in criminalibus se excusare nequeunt; † Mandatum namque Domini delictum mandantis, Officialis exequi non debet, unde vulgo traditur: † Mandatum in delictis non excusare, *l.* 1. *§. dejecisse ff. de vi & vi armat. c. mulieres. Extr. de sent. excomm.* Decian. *cons.* 115. *n.* 7. *vol.* 3. Licet pœnam famulis hoc casu mitigandam, tradant Bald. & Salyc. *in servus, C. ad L. Jul. de vi public.* Bald. *in c.* 1. *§ injuria de pace juram. firm.*

Negativa. 261 *Ratio dubitandi* 262

Non solum † autem contra ipsos violatores actioni locus est, sed contra illum etiam, qui violationem ipse quidem non fecit, fieri autem istam dolose procuravit sive mandavit, arg. tex. *in §. non solum Instit. de Injur.* Ulpian. *in l. non solum.* 11. *§. si mandato.* ubi etiam Ang. & Bart. *n.* 1. Item text. *in l. item apud.* 15. *§ fecisse. & in l. sed si injuria, §. si jussu Domini ff. eod.* Hostiens. *in summa eod. tit. n.* 6. *§. contra quos in princ.* Bonif. de Vital. *tit. de Injur. sub n.* 11. *& n.* 41. † Cujus ratio in promptu est, quia, quod quis per alium facit, ipse facere videtur, *l. hoc jure,* 152. *§.* 1. *& l. is damnum.* 169. *ff. de reg. Jur. c. qui facit,* 72 *de reg. Jur. in* 6. † Et alias generaliter in delictis, mandans & mandaturus, qui exequitur delictum, pari pœna tenentur, *l.* 1. *§. dejecisse* 12. *l. quod est* 3. *§. cum procurator.* 10. *ff. de vi & vi arm. l. si quis id* 7. *in fin ff. de Jurisd. om. Jud. l. non ideo.* 5 *C de accus.* & *ibi gl. in verb. ignotum non est.* ubi alia concordantia Jura allegat Cyn. *n.* 3. *in* 2. *notab.* Gandin. *in rub. de transf. n.* 26. *q. ult. vers. Item pari pœna puniuntur mandans & faciens,* Jo. Villemat. *in repet. l. Divus, n.* 18. *ff. ad L. Corn. de Sic.* Jac. Boulenc. *in repet. l. capitalium. § fam. n.* 11. *ff de pœn.* Dec. *tr. crim. lib.* 9. *c* 59. *n.* 1. Giph. *lib* 4 *disp.* 35. *th.* 10. *& ib.* Olem. *n.* 15. † Mandantis enim & mandatarii delictum est unum & idem, *in l. sed si unum. §. servus meus, n.* 5. *ff. de Injur.* Bal. *in d. l. non ideo. n.* 4. *& seq. C. de accus.* Saly. *ib. n.* 26. *&* 27. Dec. *in l si quis id quod n.* 37. *ff. de Jurisd. om. Jud.* ubi simpliciter dixit, quod unicum sit delictum mandantis & mandatarii. Nell. *de bannit. in* 2. *p.* 2. *temp q* 7. *vers.* 2. quia ubi, quod delictũ mandantis & mandatarii est unum & idẽ specie & num. Ang. *de malef. in verb. & Sempronium mandatorem n.* 25. & *ibi* Aug. *in add.* Dec. *d. lib.* 9. *c.* 32. *n.* 5.

263 *Affirmativa. Rationes decidendi* 264 265 266 *Actionis ex Salvaguardia rupta competentis ampliatio ad procurantes & mandantes extensa.* 267 *Ratio Extensionis I.* 268 *Ratio II. Ratio III.* 269 *Ratio IV.*

Exten-

270 *Extensio ejusdem ampliatio I.*

Extenditur autem hoc dogma, quod mandans teneatur, & contra eundem agi possit, etiamsi circa violationem mandaturus minus fecerit, quam sibi mandatum fuerat.

271 *Ratio Extensionis.*

Qui enim mandat id, † quod plus est, censetur, & mandare id, quod minus est, & qui mandat sequentia, censetur etiam mandare præcedentia, quæ sunt præambula ad illa sequentia, Bald. *in d. l. non ideo minus. numer.* 28. *Codic. de accusa.* ubi ponit quæstionem; An mandans teneatur, sola attentatione mandati, Bald. *in l. si quis mihi bona.* §. *aliter, Digest. de acquir. hæred.* ubi facit conclusionem, quod ille, qui mandat id, quod est magis periculosum, videatur etiam mandare, quod est minus periculosum & ponit exemplum in eo, qui mandat alteri, ut occideret aliquem & mandatarius noluit occidere, sed tantum egregie verberare & *ibi* Roman. *in* §. *quid si mandavit, numer.* 3. Aretin. *in* §. *si coram, numer.* 14. *in princip.* Placa *epit. delict. libro prim. capite* 15. *numer.* 4. Carrer. *in pract. in* 3. *tractat. de homicid. & assassin.*

272 *Ampliatio II.*

Secundo ampliatur hæc traditio, † ut si plures mandent, Salvæguardiæ transgressionem, contra omnes ad privilegii pœnam agi possit, argumento text. *in l. si quis id, quod. in fin. Digest. de Jurisdictione omnium jud. ibi.* & si plures fecerint vel corruperint vel mandaverint, omnes tenebuntur, & *ibi* Bartol. *numer.* 12. Odofred. *column.* 2. *in verb. licere.* Paul. de Castr. *numer.* 14. & Jason *numer.* 39. Bald. *in leg. prim.* §. *ne autem, numer.* 18 *versicul. & item si mandavi. Codic. de caduc. toll.* Marsil. *sing.* 81. Monticell. *reg. crimin.* 7. *numer.* 110. Joann. Willemat. *in repet. l. divus, numer.* 18. *in fin. Digest. ad L. Cornel. de Sicar.* Decian. *prax. crimin. libr.* 9. *capite* 36. *num.* 37. Bajard. ad Clar. *quæstio.* 89. *numero sexto.* qui omnes præmissam extensionem procedere affirmant in atrocioribus, secus in levioribus.

273 *I. Limitatio ejusdem doctrinæ.*

Limitatur vero eadem doctrina, 1. quod revocans mandatum, non † teneatur, si mandatarius post revocationem delictum sibi mandatum commiserit, gloss. *in cap. mulieres,* 8 *illi vero. verb. auctoritate vel mandato, versicul. respondeo nihilominus, de sentent. excommun.* Grammat. *decision.* 38. *numer.* 7. Anton. Gomez. *de delict. capit.* 3. *rubric. de homicid. numer* 40. Menoch. *de arbitr. quæstio. libro secund. cas.* 352. *numer. septim.* Jacob. Ayrer. *tracta. de homicid. part.* 2. *numer.* 48.

274 Dummodo † tamen revocatio mandati intimetur, & notificetur mandatario; nisi enim mandatarius sciverit pœnitentiam mandantis, non excusatur mandans, si is mandatum sibi delictum executus fuerit, secundum Cyn. *in leg. non ideo minus, numer.* 7. *Codic. de accusatio,* & *ibi* Alberic. *numer.* 3. *versicul. item quæritur si mandanti,* & Salycet. *numer.* 13. *versicul. sed debet revocatio ad ejus notitiam pervenisse.* & est gloss. *in d. cap. mulieres.* §. *illi vero in verb. auctoritate vel mandato. versicul. respondeo nihilominus, de sentent. excommunicationis* Bolognet. *in l. si is, qui pro emptore, num.* 354. *Digest. de usucap.* Capra *conclusio* 80 *numero septim. & sequent.* Cœpoll. *cautel. ultim. numero secund.* Aug. ad Angel. *de malef. in verb. & Sempronium mandatorem, numer.* 15. *versicul. dummodo illa revocatio mandati pervenerit ad notitiam mandatarii* Placa *d. capit.* 15. *numer.* 7. *ad med.* Conrad. *in pract. in rubric. de mandantibus homicidium, numer.* 6. *versicul. item quando.* Decian. *d. capit.* 36. *numer.* 34. Ayrer. *d. part secund. numer.* 48.

275 *Limitatio II.*

Secundo limitatur, † ut mandans non teneatur, quando mandatarius excessit fines mandati. argumento text. *in leg. cum mandati, Codic. mandat.* §. *cap. significavit. de pœnitent. & remission.* & *ibi* Innocent. & Joann. Andr. Carrer. *in d.* 3. *tractat. de homicid. & assassin. & circa tertium. numer.* 1. Bero. *quæst.* 10. *num.* 6. *& consilio centesimo septuagesimo quinto, num.* 40. *libr.* 3.

276 *Limitatio III.*

Tertio, locum non habent prædicta, † si mandatarius ad inferendam violentiam coactus fuit, quia tunc mandans solummodo hac actione convenitur, per doctrinam Bartol. *in l. sed si unius,* §. *servum, Digest. de injur.* Decius *in l. is damnum dat. numero quart. de Regulis Juris.* Abba. *in d. cap. mulieres numer.* 12. *de senten. excommunicatio.* & Angel. Aret. *in tract. de malef. verb. & Sempronium, numer.* 32. Decian. *tracta. crim. libr.* 9. *cap.* 32. *numer.* 7. *in fin.* Menoch. *d. cas.* 352. *numer.* 17.

277 *Ratio hujus limitationis I.*

Cujus ratio est, † quia qui coacte deliquit; contra mentem & animum suum deliquisse censetur, atque ita dolo caret. *l. imo de lib. causa.* sed qui citra dolum deliquit, ordinaria pœna non punitur, Tiraquell. *tractat. de pœnis legum. causa decima tertia.*

278 *Ratio II.*

Accedit, quod illi, † qui contra suam voluntatem quippiam agit, crimen non adscribatur, sed cogenti, *cap. proposito* 32. *quæstio quint.* ubi D. Augustin. asserit, Lucretiam † Romanam ob perpetratum coactum adulterium cum Tarquinio, pœnam non meruisse. Menoch. *libro secund. cas.* 354. *numer.* 9. 10. *&* 11.

Et hæc quidem de mandante, quæ dicta sunt, procedunt absque omni scrupulo, si constet, quod mandatarius per se & absque mandantis jussu Salvamguardiam non fuisset violaturus.

279 *Mandator an teneatur, si mandatarius sua sponte, etiam nullo subsecuto mandato violationem Salvæguardiæ facturus fuisset?*

Illud tamen non caret dubio, † *An mandator similiter teneatur, si mandatarius ejusmodi violationem sua sponte, nullo etiam præcedente mandato, omnino facturus fuisset?*

Et sane dicendum videtur, † eo etiam casu mandantem ad pœnam privilegio insertam conveniri posse.

Idenim primo † *ex leg. prim.* §. *sed utrum, Digest. de serv. corrupt.* concludi posse videtur, ibi enim actione servi corrupti ad pœnam dupli, etiam ille conveniri potest, qui servo sua sponte & omnimodo furtum facturo suasit, ut furtum faceret.

280 *Affirmativa.*

281 *Ratio dubitandi I.*

282 *Ratio dubitandi II.*

Deinde in terminis quidem † injuriæ illatæ mandatorem hoc casu æque ac mandatarium teneri affirmant Bartol. *in leg. non solum.* 1. §. *si mandato, numer.* 19. *Digest. de Injur.* Bald. *in l. ob hæc verba. numer.* 3. *Digest. de infamibus.* ubi evidenter tradit, quod in mandato mandantis indistincte teneatur, etiam si mandatarius esset alias facturus, & reddit rationem, quoniam ipse fecisse videtur, & plus delinquit quam mandatarius, *juribus ibi per eum allegat.* Idemque concludit Angel. *in leg.* 1. *post numer. secund. Digest. a quo, per quem factum est.* ubi relatis aliorum opinionibus, hanc sequitur sententiam, & ita practicari testatur: cui suffragantur *ibidem* Paul. de Castr. *numer.* 3. Jason *in leg.* 1. *numer.* 22. *Codic. de serv. fugit.* Gabriel. Sarain. *in addition ad* Mathes. *singul.* 96. Gomez. *in* §. *pœnales, numer.* 10. *Institution. de actionibus* Covarru. *ad clemen. si furiosus, part.* 2. *relect.* §. 2. *numero prim. versicul. hac vero distinctio.* Hackelman. *illustr. quæstio. disputatio* 9. *thes.* 18. Treutler. *disputat.* 27. *thes.* 3. *lit. g. vol.* 1. Clar. *libr.* 5 *sentent.* §. *fin. quæstio.* 89. *numer. prim.* ubi post alios à se relatos asserit, hanc opinionem affirmantem, tanquam veriorem & magis communem, tenendam esse.

283 *Negativa decisio.* Verum, his non attentis, † contrariam sententiam magis sequendam esse, arbitror.

284 *Ratio decidendi I.* Quod enim mandator delicti, † pari pœna cum delinquente teneatur, id ea ratione constitutum est; quoniam, qui mandat delictum perpetrari, ipse committere intelligitur, *l. 1. §. dejecisse. 12. Digest. de vi & vi arm. leg. si pater. 12. ibique*, Gothofred. *Digest. quæ in fraud. creditor. leg. is damnum*, 169. *Digest. de Regulis Juris cum similibus supra allegat.* Hæc autem ratio locum non habet, sed cessat eo in casu, quo mandatarius ultro, & absque mandato delictum erat commissurus. Ergo & legum dispositio cessare debet, qua sancitur, mandatorem delicti, & mandatarium, qui illud executus est, eadem pœna mulctandos esse, *cap. cum cessante, 60. de appellat. leg. adigere, 6. §. quamvis, ff. de Jur. patron. cum concordantib.*

285 *Ratio decidendi II.* Secundo confirmatur hæc determinatio à paritate consulentis. † Licet enim consulens alias non facturo puniatur eadem pœna, qua ipse principalis puniendus est: secus tamen est, si consuluit alias facturo, Bald. *in leg. ob hæc verba. numer. 3. versicul. adde quod differentia est, Digest. de infam. & in leg. data opera. numer. 52. in fin. Codic. de iis qui accusar. non poss.* Jason *in leg. 1. numer. 22. in fin. Codic. de servo fugitivo* Bartol. *consilio 165. incip. in quæst. quæ quæritur, numero secundo,* ubi expresse tenet, quod dans consilium alias facturo, nullo pacto punitur, Hippolyt. Riminald. *consil. criminal. divers. 105. numer. 44. tom. prim.* Villalob. *commun. opinion. lit. C. numer. 290.* Bertazol. *consilio sexagesimo secundo, numer. 3. & num. 6. libro prim.* Cacheran. *decision. 67. numer. 10.* Bartol. Tæg. *pract. crimin. part. 11. numero septim.* Paul. Grland. *de pœn. omnifar. coit. quæstio 10 numer. 12.* Pract. Papiens. *in form. inquisit. verb. opem & auxilium, numer. 8.* Bero. *consilio 175. numer. 13 & sequent. lib. 3.* Clar. *in pract. §. fin. quæstio. 88. in princip.* Schrader. *de feud. p 9 capite 2. numer. 50. & 51.* Et quamvis nonnulli in contrarium scribant, quos refert Farinac. *tract. crimin. part. 5. quæst. 129. n. 110.* tamen idem testatur secundam hanc opinionem communiori calculo receptam esse.

Ratio decidendi III. Tertio, hæc decisio evidenter probatur per *d. leg. non solum. 11. §. si mandatu. Digest. de Injur.* ubi Jurisconsultus primum in hæc verba respondet: *Si mandato meo facta sit alicui injuria, plerique ajunt, tam me, qui mandavi, quam eum, qui suscepit, injuriarum teneri.* Deinde *in §. Atilicinus,* sic loquitur: *Atilicinus autem ait, etsi persuaserim alicui alias nolenti, ut mihi ad injuriam faciendam obediret, posse injuriarum mecum agi.* Ex quibus §. §. apparet, actionem injuriam tum demum adversus mandatorem institui posse, si mandato ejus alicui injuria facta sit, & alias injuriam mandatarius inferre noluerit. Atqui si mandatarius ultro, nullo etiam mandato, aut persuasione intercedente, injuriam illaturus fuisset, dici non potest, hoc casu injuriam mandato vel persuasione alterius esse factam.

286 Cum enim mandatarius, † sua sponte injuriam irrogatam facere paratus sit, colligitur eum non mandatoris, sed sui causa & proprio nomine injuriam fecisse, argumento *l. Papinianus, 28. ff. mandati.*

287 *Ratio decidendi IV.* Quarto denique † hoc in casu mandatorem non perinde, ut mandatarium, sed leviore pœna arbitrio judicis afficiendum scribunt, Joann. Andr. *in capit. 1. numer. 16. in verb. minus punitur, de offic. deleg.* Ang: *consilio 22. numer. 3. versicul. contrarium est veritas* Bero. *consilio centesimo septuagesimo quinto, numer. 23. & sequent. libro 4.* Bertazol. *consil. 341. numer. 14.* & latius, *numer. 33. libro secund.* Carer. *pract. tract. de homicid. & assass. §. circa tertium, de causis, numer. 10.* Decius *leg. consilio 47. in prin. numer. 4. & ibidem* Cagnol. *numer. 6. Digest. de regulis Juris* Sichard. *ad leg. 1. num. 15. & sequent. Codic. de serv. fugit.* Socin. Jun. *consil. 38. numer. 18. libro secund.* Alciat. *ad l. sæpe, 53. verb. non potest numer. 35. Digest. de verb. signif.* Cœpoll. *consilio quadragesimo primo, & cautel. 39.* Marc. Anton. Blancus *cautel. 7. num. 3.* Menoch. *lib. 2. arbitr. Jud. q. cent. 4. cas. 352. num. 13.*

Solutio contrariorum Argumentorum. Non obstant autem huic determinationi supra in affirmantem sententiam adducta lex, & Dd. contradicentium auctoritates.

288 *Responsio ad I. dubitandi rationem.* Ad objectam enim † *leg. 1. §. sed utrum, Digest. de serv. corrupt.* respondetur, ex ea nihil pro contrario inferri: quia ex principio ejusdem legis manifestum est, per actionem servi corrupti, non ipsum furtum, quod servus consilio vel suasu alterius perpetravit, puniri; sed duntaxat corruptionem servi eo modo coerceri, quod suadens vel mandans servum committere furtum, hoc nomine in duplum, quanti ea res est, damnari debeat: cum ejusmodi suasione vel mandato servum deteriorem faciat.

Jam vero servus etiam tunc deterior factus intelligitur, quando quis ei omnino furtum facturum suasit, aud mandavit, ut furtum admitteret. Etsi enim hac specie dici nequeat furtum propter suasionem mandatumve alterius secutum esse: attamen malitia servi, ultro ad furandum parati, suadendo & collaudando augetur, & obfirmatur, ut in posterum ad similia patranda scelera promptior sit & confidentior.

Cum itaque servus, eo etiam casu, quo omnimodo furtum facturus erat, alterius suasu vel hortatione & consilio accedente, deterior reddatur, palam est, actionem servi corrupti, isto quoque in casu adversus suadentem, hortantem sive mandantem institui posse. In proposito autem themate cum ipsum factum, quo alius injuria afficitur, puniatur; quæ tamen injuria propter consilium vel suasionem ipsius mandatoris secuta non fuit, non poterit injuriarum actio contra mandatorem, illius injuriæ non participem, intentari. Joannes Harprechtus *in dicto §. non solum, undecim. numero sexto, Institution. de Injuriis.*

Responsio ad auctoritates Doctorum in secunda dubitandi ratione adductarum. Quod vero ad Doct. in contrariam partem allegatorum auctoritates attinet, eæ, si recte ponderentur, non infringunt posteriorem nostram decisionem.

Responsio ad Bartholum. Primum enim licet aliorum velut auriga Bartholus *in dicta leg. non solum, §. si mandato,* dixerit, quod in mandato non habeat locum distinctio, an quis esset facturus nec ne, propterea tamen non credidit, nec sensit, quod indistincte debeat imponi pœna ordinaria, quando mandatarius erat alias facturus, sed ejus mens fuit dicere, prout dixit, quod in mandato non cadat distinctio prædicta, † quia tunc proprie est mandatum, quando mandatarius alias non erat facturus, ut apparet ex verbis ipsius Bartoli *ibi*: qui pro certo præsupponitur, quod non erat facturus. Quod si detur casus, prout dari potest, in quo quis mandat homicidium alteri, qui sine mandato occisurus erat, utputa etiam su- 289

um

um inimicum, & tunc, qua pœna iste sit puniendus, Bartol. non aperit, & in hoc non progreditur, & propterea etiam credo hallucinatos esse Jas. & alios qui allegant doctrinam Bart. ad probandum, quod mandans indistincte teneatur, non adjecta qualitate pœnæ, etiamsi mandatarius esset alias facturus. Apparet ergo, quod Bart. nihil hoc casu, sed id solum dicere voluerit, quod ubi mandatarius erat alias facturus, non sit tunc proprie mandatum, nec tunc cadat nomen mandati, in quo semper præsupponitur, quod mandatarius alias non esset facturus, prout dictam Bartol. doctrinam accurate sic ponderat Decia. *tract. crim. tom. 2. libr. 9. capit. 36. numer. 14.*

290 *Responsio ad Baldum.* Quod deinde attinet ad Bald. † *in leg. ob hac verba Digest. de infamibus.* & eum insequentes, præsertim Jason. Cortam Conrad. & Covarruv. *locis prcitat.* dum simpliciter dicunt, mandantem puniri, & teneri, etiamsi mandatarius alias facturus esset: tamen in specie non declarant, qua pœna isto casu mandans puniendus sit, nec verum est, quod ordinaria pœna eum mulctandum asserant, prout ad id allegantur à Clar. & Menoch. *locis supra notat.* Quare opinio eorum † 291 decisioni nostræ non adversatur, dum dicunt, isto casu intrare pœnam extraordinariam, prout in consulente alias facturo: Verum enim est, mandantem indistincte teneri ac puniri; tametsi mandans alias esset facturus, non tamen pœna ordinaria, sed extraordinaria. Sicut econtra intelligenda est doctrina Bald. & eorum, qui ipsum sequuntur, *in leg. metum in fin. Digest. quod metus caus.* dum dicit, quod mandans alias facturo, non teneatur de subsequenti delicto pœna scilicet ordinaria, secus autem pœna extraordinaria.

292 Verius ergo ac frequentiori † suffragio receptum est, quod quando quis mandat alias facturo, tunc proprie non fit mandatum, sed consilium, & isto casu non ordinaria delicti pœna, sed extraordinaria imponi debeat, prout senserunt Joan. Andr. Aug. Bero, Bertaz. & alii præallegati Dd. & late respondendo singulis Dd. authoritatibus contrarium asserentibus explicat & defendit Decia. *tract. crim. tom. 2. libr. 9. c. 36. num. 14.* & Far. *prax. crim. q 129. numer. 134. & seq.* ubi *num. 138.* dicit istam esse veritatem, à quo in consulendo & judicando non sit recedendum.

Instituta de Salva Guardia tractationis membrum VI. His circa quintum membrum expositis obvius fit sextus in ordine propositus articulus, Quod nimirum sit de hæredibus, qui cum sit bimembris, videndum primo est, † *An actio ista, si fortè post acceptam offensam, habens salvamguardiam, ante institutam querelam vitam cum morte commutaverit, per ejusdem hæredes intentari queat?*

293 *Salva Guardia violata actio, an post violati obitum ab hæredib. ejusdem contra violatorem intentari queat.* Quod affirmamus, per text. *in §. non omnes autem Institution. de perpet. & temporar. actionib.* ubi sancivit Justinianus, † actiones ex maleficiis descendentes, sive mere pœnales, sive rei persecutoriæ sint, excepta injuriarum actione, aut huic similibus hæredibus competere. Quæ enim ex delictis proficiscuntur actiones, institutæ sunt, puniendi delinquentes & exempli statuendi causa, Herman. Vultæ. *§. ex maleficiis vero, Institut. de Actionib. numer. prim.* Actionem autem,

294 *Decisio Affirmativa. Ratio decidendi.* de qua hic loquimur, regulariter mere pœnalem, & pœnæ in privilegio decretæ persecutoriam esse ideoque hæredibus etiam offensionem passi competere, manifestum est.

295 *Salva Guardia violata actionem an violantis in hæredes defuncti violatoris institutere possit.* Et hæc de prima articuli hujus quæstione, † altera est: *Utrum eadem actio in hæredes violantis salvamguardiam detur*, puta cum acturus essem adversus ipsum delinquentem Titium, condictione ex lege seu privilegio, is interim moritur, relicto hærede Sempronio, quæritur, an contra Sempronium hæredem Titii prædicta condictio ex violatione salvæguardiæ à Titio commissa competat.

Negativa. Sane quin is, qui ipse deliquit, teneatur, non est dubium, de successore autem ejus vel hærede dubitari poterat, cum videretur omnimodo teneri, † eo, quod 296 hæres successor est in universum jus defuncti: & rursus 297 non videretur teneri, cum facta, cujusmodi sunt delicta *Ratio decidendi I.* personam non egrediantur, sed ei cohæreant, *leg. crimen 26. ff. de pœnis l. sancimus 22. Cod. eod. tit. l. 2. §. 1. in fin. & §. nullum ff. de decurionib. tot. tit. C. si reus vel accus. mort. fuer.*

Ratio decidendi II. Præterea istam condictionem non dari contra hæredes probare videtur textus expressus *in §. non omnes Institut. de perpet. & temp. action.* ubi statuit Justinianus certissimam esse juris regulam: † Ex maleficiis pœna- 298 les actiones in hæredem Rei non competere, eaque tradita est à Cajo *in l. pupillum 111. §. ult ff. de reg. jur. leg. Julianus de judic. leg. 5. §. hac actio ff. de his, qui dejecer. leg. ultim §. hoc judicium. Naut. Caup stab.* & in specie prædicta regula multis locis à Jureconsultis repetita est, ut *in leg. Neratius 22. §. hanc actionem ff. ad leg. Aqu. l. hac actio 13. ff. de servo corrupt. l. 2. ff. vi bonor. rapt. l. furti 7. §. ult. ff. arb. furt. casar. leg. defuncto Digest. de pub. jud. l. 1. Cod. ne ex delict. defunct.* Bart. & Alex. *in l. si quis iniquum, §. quo autem ff. quod quisque jur.* Ang. *in §. publica autem numer. 3.* & *ibi* Dd. *Inst. de pub. jud.* Gomez. *in §. superst. num. 41. Inst. de act.* Ign. *in l. 1. n. 36. ad Syll.* Mayn. *in l. sicuti pœna numer. 1. & seq ff. de reg. jur.* Rom. *cons. 20. num. 2.* Burl. *cons. 77. num. 20. vol. 1.* Marc. Anton. Eugen. *consil. 21. num. 2. & seq. vol. 1.* Peregin. *de jure fisci libr. 4. tit. 5. num. 1.* ubi ampliat hanc regulam, sive delicta sint privata sive etiam publica Cagn. *in d. leg pupillum §. in hæredem numer. 4. in fin. ff. de reg. jur.* Gigas *de crimin. læs. majest. libr. prim. tit. qualiter in crimin. læs. majest. proced. quæstion. 20. numer. 1.* Bonacos. *commun. opin. libr. 2. versic. morte extinguuntur pœna numer. 3.* Vulpell. *respons. crimin. 1. numer. 2. & numer. 7. vol. 1.* Cacher. *decis. 152. num. 3.* Placa. *in epit. delict. lib. 1. c. 38. num. 2.* Eaque vera est, sive actiones vere sint pœnales sive rei persecutoriæ: Cum enim delictis vel personæ læduntur, vel earum patrimonium minuatur, inde est, ut actiones inde ortæ dentur, vel pœnæ tantum persequendæ causa, vel pœnæ & rei simul, quæ ob id dicuntur mixtæ, quia uno eodemque judicio & rem & pœnam simul exigunt. Vultæ. *in d. §. ex maleficiis vero num. 2.*

Rationes autem prædictæ regulæ perspicuæ sunt † 299 *Ratio Prædictæ Regula I.* tum, quod pœnæ constituantur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem exerceri debent, amplius nullæ sint, *leg. si pœna ff. de pœnis*, Joan. Christ. Herpfer. *in præcep. jur. polit. de pœnis conclusion. 12.* tum quod sicut justum est, ex defuncti maleficio hæredem non teneri, † cum suos pœnæ auctores sequi debeant *l.* 300 *sancimus 22. C. de pœnis* Bertazol. *in repet. l. si quis major. num. 111. C. de transact.* Ita æquitati consentaneum sit, ut ex delicto defuncti hæres quoque nullum incommodum percipiat. Harprech. *in princip. tit. Institut. de oblig. quæ ex delict. nasc. numer. 15.* † quia delicta cum 301 mortalitate delinquentis extinguuntur, ut pœnæ ab hæredibus exigi non possint, *leg. ultim. ff. ad leg. Jul majest. tot. tit. Cod. si reus vel accusat.* Schneidewin. *in §. non autem numer. 3. Instit. de perpet. & temp. act.* & unusquisque ex suo tantum admisso sorti subjicitur, nec alieni criminis successor constituitur, text. *in leg. defuncto ff. de public. judic.* ubi dicitur, quod reo criminis defuncto pœna extincta est, quod gloss. *ibi* de pœna corporali, non autem pecuniaria, in quam Reus jam condemnatus est, intelligendum tradit, sic, quod pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debeat, cla-

re dicitur, *in leg. sicuti 38. ff. de Reg. jur.* ubi Dec. multos concordantes textus allegat, quos per ocium perquirere licet. Ubi enim nulla transgressio, ibi nulla pœna: nullusque ulterius progredi metus debet, quam reperiatur delictum, *leg. sancimus 22. Cod. de pœn.* De hac autem materia quatenus delicta defunctorum vindicentur, in hæredibus & quatenus non, & de interpretatione *tit. C. ex delict. defunctor.* in quantum hæredes conven. scripsit quoque Matt. Uran. *consil. 55. num. 4. in tom. 4. German. nondum excuso.*

302 Hoc tamen de jure duntaxat civili † procedit. Nam jure Pontificio, aliter constitutum est, videlicet, hæredem teneri pro viribus hæreditariis, ad exonerandam defuncti conscientiam, etiamsi nihil ad ipsum ex delicto pervenerit, *c. ult. ibique* gloss. & Dd. communiter *de sepult. c. in literis 5. de raptorib. c. tua nos 9. de usur.* Anton. Gomez. *tom. 3. var. resolut. de delict. cap. prim. nu. 85.* Decian. *tract. crimin. lib. 2. c. 19. nu. 5.* Vasq. *libr. 3. controv. illustr. cap. 96. num. 27.* Cov. *lib. 3. var. resol. cap. 3. num. 7.* Petr. Duennas *reg. 13. nu. 12.* Jul. Clar. *libr. 5. sent. §. fin. quæst. 51. num. 16.* qui compluribus ab his allegatis, hanc communem omnium tam Legistarum, quam Canonistarum opinionem esse affirmant.

303 *Sed utrum jus civile in proposita specie, an Canonicum servari debeat, quæri potest?* Et jus civile in ditione Cæsarea, jus autem Canonicum in foro Ecclesiastico, vel etiam in foro Cæsareo, coram tamen judice Ecclesiastico per denunciationem Ecclesiasticam esse servandum, inter omnes convenit *capit. novit. 13. de judiciis,* Cacher. *decis. Pedemont. 152. numer. 6.* Farinac. *prax. crimin. libr. prim. titul. prim. de inquisition. quæstion. 10. post numer. 64. versic. limitando* quos allegando sequitur And Fach. *libr. 9. contr. jur. cap. 5. versicul. tertio in hoc.* Alias certe, quotiescunque jure civili, res aliqua † existit dubia, jure autem Canonico clare definita, decisioni Canonum in utroque foro standum est, *capit. prim. & secund. de novi oper. nunciat.* Mynsinger. *cent. 1. obs. 41.*

In protectionis violatæ delicto utrum jus Canonicum, quod indistinctè hæredem ex defuncti delicto teneri statuit vel jus Civile, contrarium definiens sequendum sit.

304 Verum, prædictis ll. & Dd. † authoritatibus non 305 obstantibus, in hac læsi privilegii materia, contrarium concludendo arbitramur, condictionem ex lege vel privilegio competentem, etiam in hæredes violatoris intentari posse.

Affirmativa Decisio.

Ratio decidendi I.

306 Etsi enim pœnæ, ut prædeductum est, delinquentium morte regulariter extinguuntur, nec pro earundem exactione, hæredes conveniri possunt: † tamen id non procedit; quando pœna pecuniaria ipso facto vel jure imposita fuit incurrenda. Tali enim casu durat, quoad dictam pœnam, etiam post mortem delinquentis delictum, potestque eadem pœna ab hæredibus exigi: ita probat text. *in l. Cajus ff. ad Syll. l. ex judiciorum v. adeo ff. de accus. l. commissa ff. de publ. & vectigal. l. 3. §. quod autem* ubi gloss. fin. Bart. Bald. Jas. Alex. Castren. *numer. 1. & 2.* ubi hunc glossæ intellectum notabilem dicit, Zasius *numer. 6. & seq.* & alii *ff. quod quisque jur.* idem Bald. *in leg. qua sub conditione §. fin. Digest. de condit. institut. & in rubr. Cod. de privileg. defunct. numer. 12. & in l. unic. col. 2. C. ex delict. defunct.* Bart. *in leg. 1. numer. 2. & 3. Digest. de privat. delict.* & hanc doctrinam communiter receptam testatur Hartm. Pistor. *qu. 35. numer. 5.* Salyc. *in leg. 1. C. si reus vel accus. mort. fuer. col. 1.* Jo. de Plat. *in l. fi. col. 2. C. de jure fisci libr. 10.* Tiraq. *in l. si unquam versicul. revertatur, num. 196. cum seq. Cod. de revoc. donat.* ubi ait. pœnam ipso jure statutam adversus hæredes transire, & plurimas auctoritates adducit & sic etiam active in hæredes actionem pœnalem transire testatur num. 300. Idipsum etiam nominatim confirmat Rosenth. *de feud. c. 10. qu. 40. num. 41.* ubi rationem addit, quod scilicet hoc casu, sententia hæredi pœnam non imponat sed delinquenti impositam retro fuisse declaret. Et hoc semper obtinere in pœnis ad rem certam directis, ipso jure commissis nulli ex præcitatis & subsequentibus auctoribus testantur, idem consulendo insuper adseveravit Fulg. *cons. 24. in fin.* Socin. *cons. 66. col. 5. v. quinto confirmatur lib. 3.* Afflict. *decis. 255. ad fi.* Franc. *in c. felicis de pœn. lib. 6.* Cæpol. *cons. crim. 23. nu. 8. & 9.* Soarez, *com. opin. vers. mors nu. 288. & ver. pœna, nu. 129.* Villalob. *comm. opin. ver. pœna, nu. 63.* Joseph. Ludov. *com. opin. concl. 3. vers. ampliatur hoc maxime* Flamm. Cartar. *tract. de exeq. sentent. capto bannito c. 1. n. 353. & seq.* Boss. *tit. de pœn. n. 34.* Clar. *§. fin. quæst. 51. n. 14. vers. scias etiam.* Ratio est, quia tunc non agitur ad impositionem pœnæ, sed ad pœnam à judice impositam exigendam, & ideo merito ad hæredem transit etiamsi nihil ad eum pervenerit, And. Gail. *de pace publ. lib. 1. c. 20. nu. 18.* Vasq. *illust. controv. lib. 3. c. 96. nu. 21.* ubi communem dicit plene per Dd. modo citatos.

307 Nec opus hoc casu, † ut vivente adhuc delinquente 308 † præcesserit declaratoria, super ipso delicto, † licet enim declaratoria judicis requiratur in casu, in quo lex imponit pœnam ipso jure: ea tamen intelligi debet, quoad executionem facti, & exactionem pœnæ, secus, quoad illius incursionem. Pœna enim statim commisso delicto, contracta est, etiam absque ulla declaratione, ita dictante lege aut statuto, exigi tamen non potest, nisi præcedat judicis declaratio super ipso delicto. Ita declarat Boss. *tit. de sentent. numer. 47.* Quæ quidem declaratio non solum vivente, sed etiam mortuo delinquente, contra hæredem fieri potest, secundum crebriorem opinionem; ut ex Dd. dinumeratione apparet. de qua per Menoch. *consil. 99. numer. 172. libr. 1.* & Flamin. Chartar. *tract. de exeq. sent. capto bannito cap. 1. numer. 356. & seq.* Peregr. *de jure fisci tit. 5. lib. 4. num. 11. & seq.* Farin. *lib. 1. tit. 1. prax. crimin. qu. 10. num. 70. §. sed his non obstantibus.*

Jam vero pœnam pecuniariam, quam Imperator in concedenda salvaguardia contra delinquentes constituit, ipso jure impositam censeri verba illa, communiter privilegio protectionis inseri solita, satis edocent, quorum tenor talis plerunque est: als lieb euch vnd einem jeden sey / vnser Keyserl. Vngnad vnd die Poen des Gleidbruchs / vnd darzu noch ein sondere Poen/nemlich 50. Marck löttiges Golds / so ein jeder so offt er freventlich hierwider handelt / halb in vnser Keys. Cammer / vnd den andern halben Theil vielgedachtem N. vnnd desselben Erben vnnd Erbens Erben / so hierwider angefochten oder beleidiget würden / vnnachleßlich zubezahlen / verfallen seyn soll / zuvermeiden / vnd das meinen wir ernstlich rc. Cum igitur per se pateat, verba illa, verfallen seyn soll / præteriti esse temporis & ambiguitate istud careat, † ipso jure pœnam illatam censeri, si legislator verbis præteriti temporis usus fuerit, per not. Andr. Gail. *libr. 2. c. 3. numer. 5. de pace public.* consequitur, violationem salvæguardiæ morte violantis illam, non expirare quo ad pœnam pecuniariam, sed ejusdem exactionem, etiam ad hæredes pertinere, per text. *in d. l. fi. C. si Reus vel accus. mort. fuer.* 309

Ratio decidendi II.

Secundo ista decidendi ratio, aliam, qua cumulatur, pleniorem habet, siquidem tenor literarum salvæguardiæ expresse ostendit, quod communiter in privilegio mentio fiat duarum pœnarum unius scilicet quæ ex dispositione juris communis per se incurritur, alterius, quæ specialiter, per tribuentem salvamguardiam, ejusdem violatori imponitur, illis verbis, die Poen des Gleidbruchs vnnd darzu noch ein sondere Poen / nemblich N. Marck löttiges Golds rc. sicque apparet, quod præter communem pœnam, mulcta ista pecuniaria, quæ ex violata

lata protectione delinquenti irrogatur, principaliter ac in specie debeatur, ac ipso jure salvaguardiæ privilegio insit, eaque de causa instantia morte Rei, quoad istam mulctam pecuniariam non finiatur, per jura prædicta.

310 Sicut igitur in causis fractæ pacis † instantia quidem per obitum Rei, quoad pœnam banni corporalem extinguitur, nihilominus tamen, quoad pecuniariam, puta 50. marcarum auri puri, itemque damna & expensas offenso contra hæredes actio salva manet, uti videre est in constitutione Divi Imperatoris Caroli V. *Rubrica* das die Instantz der Landtfriedbrüchtigen beschedigung unnd entsatzung auff des beklagten Erben fallen soll / idque in Camera communiter receptum esse testatur Andr. Gail. *libr.* 1. *c.* 20. *de pace publ. numer.* 18. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 98. Ita etiam in causa violatæ protectionis per mortem delinquentis aboletur quidem pœna juris ordinaria, mulcta tamen in concessione privilegii expressa & determinata, ab hæredibus, mediante sententia scilicet declaratoria exigi potest, quia tunc non agitur ad impositionem pœnæ, propter salvum conductum violatum contractæ, sed ad pœnam à lege viva, hoc est, Cæsarea Majestate impositam exigendam, quæ exactio utique contra hæredes competit per leges & Dd. authoritates *supra alleg.*

311 *Objectio.* Nec obstat, † quod crimen fractæ pacis publicum sit, ejusque accusatio cuivis ex populo detur, per text. *in* §. 1. *Inst. de public. jud.* & *in l.* 1. *ff. eod.* ubi Bart. & Dd. text. *in l.* 3. §. *fin. ff. de procurator.* & *in leg. quod Senatusconsultum Digest. de injur.* *Responsio ad eandem.* Quia respondetur, dato etiam, violationem privilegii esse delictum privatum ex eo tamen, quod dimidia pars pœnæ fisco Cæsareo debeatur, actio inde enata, mixta censetur, & de eadem judicandum est, sicut de crimine

312 publico: † Quando enim pœna venit applicanda fisco ex accusatione alicujus delicti, & si crimen sit privatum, dicitur tamen ex eo publicum, & quilibet de populo illud accusare potest. Ita gloss. & Bartol. *in rubric. Digest. de popul. actionibus* & hanc esse communem testatur Augustin. de Arim. *ad Angel. de malefic. verb. ad querelam numer.* 9. Jul. Clar. *libr.* 5. *receptar. sent.* §. *prim. numer.* 3. Ex quo equidem colligitur, in prædictis duabus causis allatam decidendi rationem firmam persistere.

313 Nam licet ex communi Dd. † opinione actio criminalis sit, quoties fisco, & non parti pœna applicatur *l. licitatio* §. *quod illicit. Digest. de public.* & *vectigal.* Bart. *ibid. numer. prim.* gloss. *in leg. prator. verb. aureorum. ff. de sepul. viol.* ubi Bartol. *numer.* 1. dicens ita se habere veritatem & omnes sentire, Marant. *distinct.* 1. *numer.* 2. *cum seq. part.* Canonistæ communiter *ad rubr. de injur.* Curt. Jun. *consil.* 250. *numer.*

314 5. *vol.* 3. ubi etiam communem dicit: † Tamen, quando inter fiscum & partem, pœnæ communicatio est actio partim criminalis & partim civilis, & sic mixta erit criminalis, quatenus concernit publicam vindictam, puta, quoad pœnam fisco applicandam: civilis vero, quatenus respicit interesse privatum, Boss. *tit. de appell. num.* 8. ubi communem dicit, Felin. *ad rubric. de judi. num.* 3. *in fin.* Alexan. *consil.* 66. *num. volum.* 1. per text. *in c. tua in fin. de proc.*

Ratio decidendi III. Tertio denique confirmatur hæc decisio, quia constituti juris est, illud, quod per violatam salvamguardiam ipso jure commissum est, desinere esse ejus, qui crimen commisit, & statim, eo mortuo, transire in hæredem, sicut ex *l. commissa ff. de pub.* & *vectig.* arguit D. Gail. *libr.* 1. *de pace public. c. fin. post numer.* 19. idque procedere dicit etiamsi pars rea ante litis conte-

315 stationem moriatur, † quia in casibus in quibus pœna ipso jure infertur, instantia ad hæredes etiam absque litis contestatione transit, ut expresse voluit Bart. *in l. ex judiciorum, numer.* 2. *ff. de accus.* per tex. *in l.* 3. §. *quod autem ff. quod quisque jur. gloss. ibid. in verb. etiam haredi.* Alex. similiter *numer.* 1. & 2. Clar. §. *fi. q.* 51. *numer.* 16. *vers. ulterius quaro* Duen. *reg.* 13. *num.* 12. idque omnium maxime in Reo, litem ad extrahendam causam, non contestante, obtinet, per tex. *in l. si cum* §. *qui injuriarum ff. si quis caut.* Jas. *ibi nu.* 1. Bald. *in l. unic. nu.* 12. *cum seq. C. ex delict. defunct.*

Solutio contrariorum Argumentorum generalis. His fundamentis jactis, non est, quod aliquis existimet illa subverti posse, per generales illas in contrarium adductas juris theoricas, quæ evincunt, morte delinquentis regulariter crimina & pœnas earundem extingui: Quia simpliciter respondetur istas juris communis regulas in casu violati privilegii, & aliis per D. Gail. *d. c. final. numer.* 7. 11. 12. 13. & 14. non procedere, per rationes *supra* allegatas & ibidem per Gailium fusius deductas.

Decisionis prememorata ampliatio I. Ampliatur nunc primo nostra hæc definitio, quod condictio ex salva guardia in hæredes delinquentis competens, ulterius etiam in hæredes hæredum transeat: † Quia actio semel ad hæredes progressa, porro etiam ad hæredes hæredum porrigitur argu. *l. videamus* 17. *cum l. sequent.* & *ibi* Bart. *ff. quod met. caus. l. pater* 38. §. *quindecim.* ubi etiam Bart. *ff. de legat.* 3. Idem Bar. Alex. Jas. & Dec. *in leg.* 1. *in prin. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdict.* Bart. *in l. filiusfamil.* 114. §. *Divi n.* 9. & *ibi* Alex. & Jas. *ff. de legat.* 1. Bart. *in l. qui dives.* 9. *in pr. ff. de reb. dub.* Jas. *in leg. si sic.* 75. §. *fin. Digest. de legat.* 1. Schrader. *de feud. part.* 2. *p* 9. *princip. section.* 10. *num.* 13. *versicul. tertio hac petitio, quast.* 42. & *nu.* 22. *ver. Quinto si hac actio, qu.* 43. 316

317 *Ampliatio II.* Secundo ampliatur prædicta nostra decisio, † ut læso per salvamguardiam accusatore mortuo, hæredes ejusdem non minus contra violatorem ad pœnæ exactionem agere, aut si pendente lite is obierit, cœptam actionem prosequi possint, idque præter rationes antea in sexto hujus actionis articulo deductas, probatur per text. *in leg. si quis repetere Digest. ad SC. Turpill.* & *in cap. prohibentur* §. *ab alio* 2. *quastion. prim.* Bartol. *in leg. libellorum* §. *fin. numer.* 6. *ff. de accus.* text. *in l. accusatore ff. de pub. jud.* & *in* §. 1. *Inst. eod. tit.* Jul. Clar. *d. qu.* 51. *v. quinimo* &c.

318 *Ampliatio III.* Tertio ampliatur prædicta nostra determinatio, quod pluribus † de eodem crimine fractæ salvæguardiæ uno eodemque libello accusatis, si unus eorum pendente accusatione vita functus sit, instantia, quoad reliquos superstites, nihilominus duret, per tex. *in d. l.* 1. *C. si reus vel accus. mort. fuer.*

319 *Ampliatio IV.* Quarto ampliatur hæc decisio, ut † tanto magis procedat, quando lis cum violatore defuncto contestata jam prius fuerit, quia † tunc regulariter in casibus etiam exceptis actiones pœnales transmittuntur in hæredes, quod generale est in actionibus tam his quæ dantur in hæredes, quam in illis quæ non dantur hæredibus, *leg. pœnalia* 164. *Digest. de reg. Jur. leg. omnes* 26. *leg. constitutionibus* 13. *leg. sciendum.* 58. *Digest. de oblig.* & *actio.* cum quia sunt, jam in bonis, *l.* 2. §. *emancipat. ff. de collat. bonor. l. si cui ff. de verb. signif.* tum quoniam per eam quasi contrahitur, *l.* 3. §. *idem scribit, ff. de pec.* ut jam velut ex contractu existant, & proinde transeant in hæredem quemlibet ex delicto descendentes *l. ex deposito* 12. *l. ex contract.* 49. *ff. de obl.* & *act. l. si pœnas ff. de pœn. l. si sta* 92. *ff. de verb. obl. l. sicuti* 58 ubi Rev. *l. hoc jur.* 195. *l. ad ea* 175. *ff. de reg. jur. l. hominem* 7. §. 1 *ff. deposito* Cach. *dec. Ped.* 149. *n.* 3. & *seq.* Bonac. *com. opin. lib.* 2. *ver. pœna pecuniaria* cum est lis contestata *col.* 4. Dec. *in l. pupillum* §. *in hared. n.* 5. *ff. de reg. jur.* Bar. *in l. unic. in* 2 *lect. n.* 9. & *ibi* Alex. *in addit.* post Jo. Fab. per eum all. & Sal. *n.* 320

9. C.

9. *C. ex delict. defunct.* Covarr. *var. resolut. libr. 3. cap. 3. num. 7. versic. 3. quærendum est.* Cyril. *in summ. crim. rub. 28. §. 1. num. 1.* Vasquius *illustr. controv. capit. 96. num. 25. lib. 3.* Multo vero magis hoc dicendum est, si adversus defunctum judicatum fuisset, & antequam pœnam præstitisset, obiisset, executionem rei judicatæ, in hujusmodi actionibus dari etiam adversus hæredes, *leg. 2. in fin. Digest. de prætor. stipul. leg. Cujus Sejus 22. ff. ad SC. Syllan. l. commissum 14. ff. de public.* Sebast. Medic. *in tract. Mors omnia solvit. part. 2. concl. 32. num. 86. in fi.* Anto. Gomez. *tit. de delict. c. 1. num. 82.* Peregr. *de jure fisci lib. 4. tit. 5. num. 38.* Capra. *concl. & reg. 67. nu. 6. & 27.* Far. *tract. crim. lib. 1. tit. 1. qu. 10. nu. 45.*

322 *Observatio Cameralis de continuatione litis per citationem. Ratio prædicta observationis.* Notandum tamen est, in aula Cæsarea, † sicut etiam in Camera Imperiali, per solam etiam citationem contra violatorem privilegii extractam, & ejusdem reproductionem, etsi lis vivente delinquente contestata non fuerit, hanc condictionem in hæredes continuari ac perpetuari, idque ex hac ratione; quia ob multitudinem causarum, & certam ex ordinatione procedendi formam plerunque intra annum litigantes ad litis contestationem pervenire non possunt; ita, ut non voluntate litem non contestandi, sed tempore ac impedimento processus excludantur: & generaliter, quando stat per judicem, quo minus in causa procedatur; tempora fatalia & præjudicialia parti, non currunt, *Auth. sed & lis & Auth. si appellatione C. de temporib. appell.* Andr. Gail. *li. 1. obs. 64. nu. 6.* Hartm. Pist. *lib. 1. q. 27. nu. 7.*

323 *Ampliatio V.* Quinto extenditur eadem doctrina, † ut tanto magis ex delicto defuncti, hæredes ejus conveniri possint, etiamsi cum defuncto lis nondum esset contestata (si aliquid ex facta salvæguardiæ violatione ad eos pervenerit, *§. non autem verf. aliquando Instit. de perpet. & temp. act. leg. sicuti 38. leg. totius 45. ff. de reg. jur. leg. si plures 17. in fin. ff. de dol. mal. leg. in hæredem 5. ff. de juramen. calumn. l. 1. ff. de vi & vi arm. leg. unic. C. ex delicto*

324 *defunctor.* † Nam injusta lucra etiam ab hæredibus extorquentur, *l. 1. ff. de eo per quem fact. l. videamus ff. quod metus caus. l. in hæred ff. de dolo l. 2. ff. ad l. Jul. repet. d. l. sicuti 38. ff. de reg. jur.* Bart. *in leg. videmus Dig. quod metus causa* Igneus *in leg. Cujus nu. 15. ff. ad Sylla.* Aretin. *in §. interdum nu. 2. Inst. de hæred. quæ ab intest. defer.* Corn. *cons. 114. lib. 1.* Alciat. *in l. 4. §. Cato ff. de verb. oblig.* Decius *in l. pupillum qui §. in hæredem nu. 3. ff. de reg. Jur.* ubi etiam dicit, quod isto casu hæres hæredis teneatur, licet ad eum nihil pervenerit. Ferd. Vasq. *illustr. controv. lib. 3. cap. 96. nu. 26. & 27.* ubi pariter hanc ampliationem extendit, nedum si ad omnes pervenit hæreditas, sed etiamsi ad primum tantum, nam per hoc poterunt etiam alii hæredes conveniri, ad quos nihil pervenit, quia jam cæpit esse hæreditarium, ex quo ad primum pervenit, Cag. *in l. sicut pœna ff. de reg. jur.* Aret. *in d. l. 4. §. Cato in 3. oppos. ff. de verb. obl.* Duen. *reg. 3. in 1. fallen.* Boss. *tit. de pœnis num. 34.* Men. *de recuper. poss. remed. 1. nu. 157.* Seb. Medic. *d. tract. mors omnia solvit. par. 2. q. 32. nu. 87.* Cyril. *d. rub. 28. §. 1.*

Imo vero hoc casu contra hæredem violantis privilegium, etiamsi cum defuncto adhuc prorsus nihil actum fuisset, in id, quod ad eum pervenit, agi potest, ut per dicta jura notat Herman. Vultæ. *d. §. non omnes autem 5. numer. 11. Institut. de perpet. & temporar. action.* & comprobatur hæc assertio ex *d. l. si plures 17. & l. in hæ-*

325 *redem ff. de dol. mal.* † ubi actio de dolo, quæ rem, hoc est, id quod interest, persequitur, in hæredem non

326 datur, nisi quatenus ex delicto ad eum pervenit. † Deinde accedit *l. fin. C. rer. amotar.* ex qua patet actionem rerum amotarum contra successores, non in solidum, sed in quantum ad illos peruenit, dari. Atqui rerum amotarum actio rei persecutoriæ est, licet ex delicto nascatur *l. si mulier, 21. §. hæc actio ff. de action. rer. amot.* Igitur actio, quæ ex delicto oritur, & rei persecutionem complectitur, competit in hæredes, in quantum ad eos pervenit.

327 *Objectionis repulsio.* Nec obstat huic assertioni text. *leg. si pro fure §. ult. & leg. in condict. 9. Digest de condict. furtiv. & §. ult. Inst. de obligation. quæ ex delict. nasc.* ubi expressum est adversus hæredes furis dari condictionem furtivam pro æstimatione rei, etiamsi res furto ablata perierit, vivente fure, nec ad hæredes pervenerit. Nam in condictione furtiva, propter furtorum frequentiam, & odio furum specialiter constitutum est, ut hæredes in solidum teneantur, licet nihil ad ipsos pervenerit ut post gl. & Bald. *in d. l. 7.* Bonifac. *in tract. de furt. §. ult. num. 84.* Negul. *de pignor. in 4. membr. 2. part. princip. num. 124. versic. quæ nota.* Sebast. Med. *tract. mors omnia solvit. part. 2. concl. 32. num. 91.* Gomez. *de delict. ca. 1. nu. 8.* Farinac. *prax. crimin. lib. 1. quæst. 10. num. 72.* Vasq. *controvers. illustr. lib. 3. c. 96. num. 24.*

328 *Membrum de Salva Guardia Indicis VII. In Salva Guardia violata actionem quid veniat.* Absoluto Sexto puncto † succedit septimus quid scilicet in hanc actionem veniat?

Et regulariter quidem nihil, nisi pœnæ persecutionem continet, nisi quid ex bonis læsi clientes ad hæredem pervenisset, Tunc enim ad recuperandam rem illam & pœnam insligendam, adversus hæredes agi potest, quia, ut dictum est, † præter pœnæ persecutionem, turpia hæredibus lucra extorquenda sunt ne alieno scelere locupletentur, *d. leg. in hæredem 5. ff. de calumniator. l. quod diximus, 16. §. ult. & leg. seq ff.*

329 *quod metus causa* Sebast. Med. *in tract. mors omnia solvit, part. 3. num. 70.* Harprecht. *in pr. tit. Inst. de obl. quæ ex delict. nasc. num. 16.*

330 *An causa Principalis in eodem foro Cæsareo, propter pœnæ exactionem tractari possit.* Sed circa hunc passum quæri potest, † *an una cum hoc processu saltem in consequentiam causa principalis in consistorio Imperii tractari possit, ita, ut quamvis Reus absolvatur, à pœna: tamen super causa principali sententia ferenda sit?*

331 *Affirmativa Ratio dubitandi.* Affirmandum id videtur ex eo, † quod licet multa directo non liceant, nec principaliter fieri possint, eadem tamen incidenter & per consequentiam, & accessorie concedantur & permittantur, *l. 1. ff. de author. tut. leg. si nunc, 27. §. illud 3. ff. de pact. leg. in modicis 24. ff. de contrahen. empt. leg. non solum 6. in fine ff. de restitut. in integr.* Canonistæ *in ca. ex literis 7. de jure patron.* cum similibus per Tiraquel. *tract. de jure primogen. quæst. 6. num. 9. adductis.*

332 *Decisio Negativa.* Sed econtra quotidiana docet experientia, † & multa Imperialis Cameræ præjudicia testantur, quod Assessores ejusdem super pœna privilegio inserta tantummodo hactenus pronunciaverint, non etiam super iis, quæ incidenter, ac per consequentiam acta & petita fuerunt. Qualitas enim, quæ fundat jurisdictionem Cameræ in hisce processibus, est, quod concurrentem jurisdictionem cum Cæsare habet Andr. Gail. *observ. 1. num. 7. libr. 1.* Zang. *de exception. part. 2. c. 1. num. 141. & 5. num. 153. & seq.*

333 *Declaratio negativæ decisionis.* Id tamen declaratur, ut, si alia concurrat † qualitas, ob quam Cameræ jurisdictio fundatur, vel ratione continentiæ causæ, Gail. *d. observ. 1. numer. 22. & observ. 32. libr. 1.* † vel ratione personarum, quæ

334 in prima instantia in Camera conveniri possunt, ut sunt Comites, Barones ac Nobiles imperio immediate subjecti, Gail. *dict. observ. 1. num. 17.* Mynsing. *cent. 2. obs. 86.* Item civitates Imperiales, Gail. *d. obser. 1. num. 20.* Frider. Mind. *de process. lib. 1. c. 18. num. 3. & cap. 19. num. 20.* possit in hoc processu causa etiam principalis in consequentiam tractari: ita nominatim sensit Zanger. *dict. cap. 1. numer. 141.* Si igitur aliquis citationem violati privilegii obtinuerit adversus plures personas, sub diversis judicibus domicilia habentes, aut Barones, Comites, Nobiles, Imperio immediate subjectos

jectos, & Civitates Imperiales, & simul principalem causam deduxerit, procul dubio super ea cognoscitur. Et sic praecitatus Dn. Zanger, existimat, accipiendam esse sententiam 6. Octobr. Anno 63. Spirae publicatam, quae extat inter sententias Camerae typis demandatas, in qua rei quidem absoluti sunt, à poena privilegio inserta, sed nihilominus in causa principali condemnati. † Eodem modo Principes Imperii obtenta citatione, ob violatum privilegium, contra Civitates sibi immediate subjectas, simul causam principalem incidenter deducere, ac flagitare possunt, ut & super ea pronuncietur. † Nam Camera judex competens est, tam ratione privilegii & poenae petitae, quam respectu Civitatum Ducalium, quas in prima Instantia Principes in Camera convenire posse testes sunt Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 1. Hart. *tit.* 1. *obs.* 1. *num.* 7. & 8. Frid. Mind. *de process. lib.* 1. *c.* 17. *num.* 10. & Gail. *d. obs.* 1. *num.* 18.

335

336

337

Materia de Salva Guardia judiciorum declarata Membrum VIII. Actio ex Salva Guardia violatione enata quando & quamdiu competat.

His ita definitis, † accedendum nunc est ad octavam particulam atque explanandum, quando nimirum & quamdiu ista ex privilegio propter violatam salvamguardiam enata actio competat?

Plurimum autem refert, ut contra impetratam † salvamguardiam offensus, sciat tempus condictionis istiusmodi, in judicium producendae, ne forte terminum actioni praefinitum elabi patiatur, & sic post lapsum, frustra querelam instituat. In cujus dubii resolutione primo respondemus hanc actionem statim post admissam violationem exerceri posse.

An autem † ista actio, annalis tantum, vel perpetua sit, distinctione adhibita definiendum est.

338

339

Utrum annalis vel perpetua sit.

Aut enim salvamguardiam habens, verbis tantum laesus fuit, aut realem offensionem perpessus est.

Priori casu existimo, † actionem hanc ex verbali tantum offensione enatam, unius anni lapsu terminari, adeo, ut, si contra salvamguardiam verbaliter tantum laesus aut injuriatus per annum taceat, nec super ejusmodi violatione facta citationem extrahat, postea agere volens, non amplius sit audiendus arg. *leg. si convitii* i*bique* gl. communiter approbatae *C. de injur.*

340

Responsio cum distinctione Distinctionis membrum primum.

Ex accidenti tamen † fit, ut & haec actio, quae natura sua temporalis est, fiat perpetua, nempe, per litis contestationem, *l. nam postea quam*, 9. §. *si is, qui Digest. de jurejuran. leg. ultim. Dig. de fidejuss. tutor. l. aliam* 29. *ff. de novat. leg.* 1. §. *ult. ff. de jur. fisci l.* 5. *ult. ff. ad leg. jul. de vi publ.* atque ita coeptae sive inchoatae salvae permaneant, *l. omnes* 139. *ff. de reg. jur.* & in tutum redigantur, *l. ordinatum* 24. *ff. de liber. caus.*

341

342

Distinctionis membrum alterum.

Si vero in protectionem Caesaream † susceptus realiter laesus sit, tunc pro qualitate violationis illatae condictio ista ad minus annos viginti aut triginta durare solet instar actionum ex injuriis realibus ortarum quae sunt perpetuae gl. *in leg. lex Cornelia in verbo dicat. ff. de injur.* Cyn. Bald. & Salyc. *in d. l. si non convitii* Schneiw §. *sed & lex Cornelia, num.* 1. *Inst. de injur. ibidemque* Borch. & Mynsing. Hanon. *disput.* 18. *controv.* 31. & 32. Gilhaus. *tract. de injur. & famos. lib.* §. 11. *numer.* 5. Far. *lib.* 1. *praxis crimin. tit.* 1. *de inquisitione quaest.* 10. *num.* 23. Hackelman. *illustr. disputat.* 23. *thes.* 19. Bocer. *class.* 3. *disput.* 4. *thes.* 72. Goeddae. *disp.* 14. *part.* 3. *thes.* 15. Bronch. *cent.* 4. *marr. assert.* 78. Pet. Foller. *in addit. ad Robert. Marant. in spec. aur. p.* 4. *dist.* 1. *judic. num.* 99. Fich. *cons. latin.* 59. *num.* 4. Joach. à Beust. *ad l. nam postea quam* 9. §. *si is, qui numer.* 10. *ff. de jurejur.* Clar. §. *injuria num.* 9. Henning. Goed. *cons.* 102. *num.* 18. Rol. à Vall. *cons.* 39. *num.* 15. *lib.* 2. Balb. *de praescr.* 4. *p.* 4. *p. pr. qu.* 2. *num.* 6. Gail. *lib.* 2. *obs.* 104. *num.* 4. & communiter Dd. *in tit. Inst. de perp. & temp. act.*

Ratio decisionis praemissa ab authoritate.

Quod autem actio civilis ex delicto, qualis est ea, de qua agimus, proveniens, civiliter intentata citra † controversiam, annis triginta duret, notat gl. *in l. querela in verb. querela, & ibi.* Cyn. *num.* 3. & alii *C. ad l. Corn. de fals.* Gail. *de pace publ. libr.* 1. *cap. fin.* Schrader. *de feud. p.* 2. *part.* 9. *princip. sect.* 14. *q.* 67. *num.* 15. Jul. Clar. §. *fin. q.* 61. *num.* 2. *in fin.* faciunt *lex sicut & lex omnes Cod. de praescript.* 30. *vel* 40. *annor.* Et quia isto tempore tollitur actio injuriarum, *ex l. Corn.* Dd. praecipue Salycet, *in l. si non convitii C. de injur.* eamq; communem & veram tradit, Balb. *de praescr. p.* 4. *pr. q.* 1. *num.* 3. Mynsing. *obs.* 84. *cent.* 1. bis ita in Camera judicatum refert, & *obs.* 7. *nu.* 8. *cent.* 5. Rol. à Val. *cons.* 39. *num.* 15. ubi complures ad hoc citat.

343

Deinde confirmatur haec decisio ex eo etiam, † quod condictio ex lege seu privilegio, non sit praetoria, sed civilis actio, quamvis ex delicto descendat, ideo non ultra praedictum tempus extenditur, sed regulatur secundum naturam accusationum, ut per gloss. & Dd. *in l. querelam C. ad l. Cornel. de fals.* & probatur per tex. *in l.* 2. & *l.* 3. *ff. de requir. reis*, ubi textus inquit: quamcunque quaestionem apud fiscum 20. annorum silentio praescribi, Divi Principes voluerunt. Abbas *in c. cum haberet, numer.* 4. *ff. de eo, qui duxit in matrimon.* ubi dicit; Dd. ita communiter tenere: ipse autem distinguit inter poenam civilem, sive temporalem, & inter poenam divinam, ut primo casu praescriptio locum habeat, altero vero casu secus sit; quibus accedit Zang. *tract. except. p.* 3. *c.* 8. *num.* 70.

344

Ratio II.

Sed videndum jam est hoc loco, † quae sint praedictae actionis affinia remedia.

345

Tractationis de Salva Guardia Membrum IX.

Quo in articulo primo sciendum est, quod in † salvaguardiis violatus, praeter condictionem ex lege seu privilegio competentem, intentare possit *actionem in factum ex edicto, si quis jus dicenti. &c. per l. unic.* ubi glos. & Bart. §. 1. *num.* 9. *ff. eod.* ubi dicit, permitti judici, quod ex officio suo possit mulctam imponere, Gylm. *l. symphorem p.* 2. *tit.* 11. *vol.* 7. *num.* 2.

346

Actionis ex laesa Salva Guardia competentis quaenam sint affinia remedia. Actio I. in factum.

Deinde pro confirmatione privilegii † potest etiam *nobile judicis officium implorari.* ut docuit Spec. *tit. de except. & Rep.* §. *dicto num.* 19. Innoc. *in c. constitutus & gl. in c. veniens, de except.*

Praeterea executio † poenae fieri potest ex mero *jussu summi magistratus.* Specul. *in tit. de execut. sentent.* §. *nunc videndum, num.* 7. *per leg. quod jussit, de re jud.* gl. *in leg. si quis in tantam, verb. mandatum vers.* 8. *Cod. unde vi.* Et hanc secuti sunt Domini Camerales in causa Passaw contra Regenspurg.

347

II. Imploratio nobilis officii judicantis.

Quarto, ex principis privilegio, tam † *possessorium, quam petitorium judicium* competere testatur Bald. *cons.* 345. *num.* 5. *v.* 2. *praemisso vol.* 1. Gylm. *ubi supra.*

348

III. Jussus summi Magistratus. IV. Petitorium & possessorium Remedium.

Quinto, † quia per violationem salvaguardiae eam habenti infertur injuria verbalis aut realis, ideo ei, etiam praeter poenae, à privilegiante expressae, condictionem, competit quoque *actio injuriarum, l.* 1. *l. qui injuria l. ult.* & passim. *tot. tit. de injur.* † Ratio est quia ubi factum incidit in crimen aut delictum aliud puta injuriarum, furti vel alterius; tunc hae actiones diversas habent obligationis causas, nempe concessionem privilegii, quoad certae poenae solutionem si contra id peccatum sit violantem adstringit, & legem civilem quae neminem injuria afficere jubet: neutra tunc harum actionum alteram in se includit, nec habent se invicem, ut majus & minus, aut genus & species, sicut fit *in l.* 1. *ff. vi bonor. raptor. l. licet* 6. §. *possumus ff. naut. caup. stab. l.* 1. §. & *restituendi* & Bart. *ibid. in* §. *unde quaeritur num.* 2. & 3. post Dyn, &c. *ff. de publ.* sed plane diversae ac separatae sunt licet ex uno eodemque facto descendant, ideo una non impedit alteram, sed juris est manifesti, quod tali casu utraq; intentari possit, & altera, electione alterius, non tollatur, sed utrūq; peti queat, per tex. *in l.* 1. *in tutela. ff. de tut. & rat. dist.* Ex sic distinguunt ac tradunt Cyn. *in l. quicunq, n.* 19. *C. de serv. fug.* Nic. de Neap. *d. l.* 1. §. *in tutela ff. de*

349

350

V. Actio injuriarum. Ratio competentis hujus actionis.

351

ff. de rat. distrah. ante nu. 1. & ibid. Bart. *in lectur.* 3. idem Bart. *in d. l. 1. §. unde quaeritur, nu.* 3. & 4. post Dyn. *ff. de pub. & vect.* facit *l. si adulterium cum incestu* 38. §. 1. *ff. ad leg. Jul. de adul.* Bart. *in l. senatus ff. de accus.*

352 Ita in simili Feudistæ concludunt, † quod actione ad privationem feudi intentata, ratione ejusdem feloniæ alia quoque actio, puta injuriarum, damni dati, competat, ut eleganter probat Henr. Rosen. *de feud c.* 12. *concl.* 13. *num.* 47. nec interest, qua actione prius actum sit. Nec enim hic eadem res petitur, sed diversa, nec idem jus petendi prætenditur; proinde exceptio rei judicatæ agenti non obstabit: siquidem requisita exceptionis, actionem excludentis, de quibus *in l. mater. l. cum quaeritur cum duab. & seq. ff. de except. rei jud.* & *ibi* Bart. ac alii desunt.

Ratio alia à simili.

353 Sexto, si quis violando salvamguardiam, rebus † eam habentis detrimentum attulerit, *directa Aquilia* conveniri potest, arg. *l. si servus servum* §. *si olivam ff. ad l. Aqu. Si olivam,* inquit, *immaturam decerpserit, vel segetem desecaverit immaturam, vel vineas crudas, Aquilia tenebitur, l. sed etsi §. injuriam autem ff. eod.*

VI. Actio ex L. Aquilia.

354 Septimo is, † qui in privilegio salvæguardiæ molestatur, contra molestantem, uti potest *remedio L. diffamari*, quod Marqu. Freher. *de fama lib.* 2. *c.* 17. *n.* 3. & *de existimat. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 18. † Everriculum injuriarum

355 & mendaciorum omnium vocat. Id † enim in omni acti-
356 one & causa civili simul & criminali locum habet. Item in omnibus causis diffamationum, non solum in actionibus personalibus, sed & in realibus & non solum in petitore sed etiam in possessore, Blarer. *in repet. l. diffamari c.* 1. *n.* 6 Cæs. Contard. *in interp. ejusd. l. c.* 3. *n.* 185. & *seq.* Lud. Gilhaus. *de injur. & fam. lib.* §. 5. *n.* 139.

VII. Remedium L. diffamari.

357 Læsus autem circa privilegium, † adversus eum, qui contra salvamguardiam quippiam prætendit, dixit, aut fecit, hoc remedio usurus expeditissimum agendi modum habet, ut primo in supplici libello pro citatione petat actori terminum ad comparendum & agendum constitui, intra quem si id minus egerit, ad videndum & audiendum illi insuper perpetuum imponi silentium, atque si citatus in termino minus comparuerit ac egerit, mox eodem in termino per libellum jam expeditum contumaciam non comparentis accuset, eidemque ut per sententiam perpetuum imponatur silentium, roget. Blarer. *ad d. l. diffamari, c.* 5. *num.* 17. Gilh. *d.* §. 5. *num.* 166.

Praxis hujus remedii.

358 Deinde ad restitutionem detracti † honoris & pœnam privilegio insertam agat, per not. Lud. Schwarzenmayer, *libr.* 1. *miscellan. jur. c.* 13. *circa fi.* ubi scribit eo ipso tempore, quo is Spiræ vixit, accidisse, ut quidam nobilitatis privilegio donatus Palatinus incola, contra alium, quendam suum vicinum, qui id deesse ei objecerat, *ex l.* diffamari, ad restitutionem detracti honoris, & pœnam privilegio insertam egerit, & exhibito instrumento diffamantem in pœnam ei insertam declarari petierit, cui processus non modo non denegatus,

359 sed & Reus ad instantiam actoris statim ad tribunal citatus fuerit.

Porro si Imperator aut Princeps remittat pœnam † hujus privilegii, pars tamen læsa nihilominus eam exigere poterit per hanc vel aliam prædictorum actionum, juxta doctrinam communiter probatam, † quod ubi delinquens paciscitur cum magistratu, ibi non tollatur pœna parti debita, *leg.* 2. *Cod. de in jus voc. l. rescripta C. de precib. imp. offer.*

Pœnam violata Salva Guardia si Princeps emendens remittat, An pars læsa eam nihilominus exigere possit Affirmativa.

E diverso quoque, † si pars offensa remittat pœnam violanti protectionem tamen accusari potest à procuratore fiscali, ad vindictam publicam, quia publice deli-
360 quit. Bart. *in l.* 1. §. *usque adeo ff. de injur.* quod eo di-
361 ligentius observandum, cum † reverentia publica in-
362 ter homines omnimodo retinenda sit, qua neglecta, nullus honor recte consistere poterit, ac universus Reipubl. status turbabitur.

363 *Quid autem, si Reus violator, qui ad pœnam pecuniariam † Actori ac fisco numerandam condemnatus est, non sit solvendo, haud abs re quaeritur, an tunc Judex Imperialis eandem in corporalem convertere queat?*

Salva Guardia judicio condemnatus si indictam sibi pœnam pecuniarum persolvere nequeat an in corporalem à judice converti possit.

Occurrunt in utramque sententiam non leves dubitandi rationes.

Quod enim id Judex facere non possit, probari † videtur *ex l. illicitas* 6. §. *fi. ff. de offic. præsid.* ubi scriptum extat, † præsidem provinciæ mulctam indictam, quæ ex præsentibus condemnatorum facultatibus redigi nequit remittere debere, adeoque eam in corporalem pœnam commutare non posse.

364 Secundo, pro hac sententia pugnat tex. † *in l. nemo carcerem* 2. *C. de exact. tribut.* ubi habetur, neminem propter inopiam corporali pœna afficiendum aut carceri mancipandum esse, sed sufficere, ut debitor inops, cum solvendo non est, bonis cedat.

365 *Negativa. Ratio dubitandi prima l.*

366 His accedit tertio, quod paupertas non sit generi † malorum annumeranda, *cap. illa cavenda* 6. *vers. caterum.* 15. *q.* 1. nec pauper præsumatur perfidus & infamis, §. *ult. Inst. de suspect. tut.*

Ratio dubitandi II.

367 Quarto huc facit, *l. nam is* 6. *ff. de dol. mal.* † ubi ille, cui ob inopiam adversarii actio inanis & inutilis est, nullam habere censetur.

Ratio dubitandi III.

368 Quinto, non inscite additur, quod communiter † dicitur, afflicto non esse addendam afflictionem, argum. *l. Divus* 14. ibi cum satis furore ipso puniatur, *ff. de offic. præsid.* & *leg. pœn.* 9. §. *fin. ff. ad leg. Pomp. de Parricid.*

Ratio dubitandi IV.

369 *Ratio dubitandi V.*

370 Diversam sententiam commendant aliæ legum auctoritates non minus urgentes.

Decisio Affirmativa.

371 Primo enim Ulpianus *in leg. si quis* 7. §. 3. *ff.* † *de jurisd.* respondet; eos, qui propter inopiam pœnam edicto prætoris constitutam, solvere non possunt, corpore torquendos esse.

Argumentum pro ex l.

372 Deinde confirmat hanc sententiam tex. † *in l.* 1. §. *fi. ff. de pœn.* ubi idem Ulpianus in hæc verba scribit: *Generaliter placet in legibus publicorum judiciorum, vel privatorum criminum, qua extra ordinem cognoscunt præfecti vel præsides, ut eis, qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coercitionem extraordinariam inducant.*

Argumentum II.

373 Præterea robur eidem opinioni præbet textus † *in l. si quis* 35. *ff. de injur.* ubi diserte notatur, si quis injuriam atrocem fecerit, qui contemnere injuriarum judicium possit ob infamiam suam & egestatem; quod prætor acriter hanc rem exequi, & eos, qui injuriam fecerunt, coercere debeat.

Argumentum III.

374 Quarto insuper non vulgare pondus † huic assertioni addit sanctio Imperatoris Justini, qui similiter *in leg. fin. circa fin. Cod. de sepulchr. violat.* rescribit, eum qui mortuo debitori injuriam infert, sepulturam ejus impediendo, aliove modo; quinquaginta libras auri dependere: vel si minus idoneus ad eas persolvendas sit, suo corpore sub competenti judice pœnas luere.

Argumentum IV.

375 Quinto, Cajus † *in l. qui ades* 9. *ff. de incend. ruin. naufrag. &c.* asserit; eum, qui casu seu negligentia ædes, aliudve combusserit, juberi aut noxam sive damnum sarcire, aut, si minus idoneus sit, leviorem corporis castigationem sustinere.

Argumentum V.

376 Sexto, hæc opinio † fulcitur per Modestin. *in l. fin. ff. de in jus vocand.* ubi inquit, *libertum, qui sine venia patronum in jus vocaverit, quinquaginta aureos pœna loco solvere teneri; vel si inopia dignoscatur laborare, à præfecto urbi quasi inofficiosum castigari.*

Argumentum VI.

Septimo denique his omnibus consentit *l. ult. in fin. C. de modo mulct. leg. quisquis,* 4. *vers. quod si ad prædict. C. de serv. fugitiv. tit.* 53. *de pace tenend. inter subdit. &c.*

Argumentum VII.

§. 1.

§. 4. vers. qui vero lib. 2. feudor. t. fin. litibus. 5. vers. & 377 ff. solvendo. de dolo & contumac. Unde illud de trivio. † Qui non habet in ære luat in corpore, Matth. c. 18. vers. 15. Scipio Gentil. lib 3. de Jurisd. c. 11. Schneid. in §. pœna autem, n. 7. Inst. de injur. & in §. pœnales quoq; n. 55. ubi & alii Inst. de actionib. Covar. lib. 2. var. resolut. c. 1. n. 8. Men. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 5. cas. 447. num. 1. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 95. nu. 2. Gœdd. p. 3. disp. 14. thes. 11. lit. C. Phil. Matth. ad princ. comment. in tit. ff. de reg. jur. num. 3. Speckhan. cent. 1. quæst. 40. Gothofred. & Dd. in d. l. 1. §. ult. ff. de pœn. & alibi passim.

Sententia affirmativa approbatio.

In hac legum diversitate ego posteriorem hanc sententiam veriorem & communiori voto receptam sequor, nec contrariarum allegationum pondere ab ea me abduci patior.

Solutio Argumentorum Negativæ. Respons. ad l. pro ea allatam rationem.

Quod enim primum ad l. illicitas. 6. §. fin. ff. de offic. præsid. attinet, cum in ea mulctæ non autem pœnæ mentio fiat, ex illa ad hanc non recte infertur. † Permagna enim est inter mulctam, de qua opposita lex perspicue loquitur, & pœnam differentia. Pœna namque est delicti æstimatio ex legibus & consuetudine oriunda: 378 mulcta non item. Pœna etiam parti agenti adjudicari potest, mulcta tantum Fisco. Pœna ob delictum solummodo: mulcta ex aliis causis imponitur, l. sanctio 41. ff. de pœn. l. aliud fraus. 131. §. 1. ubi pulchre Gœdd. n. 8. cum seq & l. si qua pœna. 244. ff. de verb. signific. Jul. Clar. §. fin. q. 95. n. 8. Vasq. illust. controvers. c. 24. n. 15. Harprecht. §. in summa autem 10. n. 35. Inst. de injur.

379 Resp. ad II.

Nihil etiam obstat secundo † loco adducta l. nemo carcerem C. de exactor. tribut. Nam in istius l. princip. non agitur de debitoribus, qui ex delicto tenentur, sed de iis, qui ex contractu aliave simili causa, nullam vindictam concernente, obligati sunt, idque ex ipso contextu satis elucescit, dum ibid. debitoribus, qui à carcere & pœna corporali liberi esse jubentur, opponuntur homines noxii & facinorosi, hosq; in carcerem dejiciendos esse asseritur. Ex hac quippe oppositione luculenter constat, quod in principio istius legis de aliis, sicque de illis debitoribus, qui ex contractu vel ex simili causa pœnam non concernente sunt obligati, actum fuerit. Quo casu conversione pœnarum non est opus 380 cum † debitores cessione bonorum carcerem effugere possint, donec ad pinguiorem fortunam pervenerint, l. 1. C. qui bon. ced. poss. c. Odoard. 3. extr. de solutionib.

Resp. ad III.

Multo minus vis aliqua ponenda est in tertio argumento, quod nempe paupertas inter mala non sit refe- 381 renda. † Etsi enim pauper neq; malus, neq; perfidus, neque infamis præsumatur, si tamen ita mente animoque perdite corruptus sit, ut fiducia inopiæ ad illudendas legum pœnas crimina patrare audeat, ordinaria pœna, nempe pecuniaria, merito in extraordinariam, puta, corporalem commutatur: idque ut faciat, gravi & bono præsidi seu Judici convenit, l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.

382 Resp. ad IV.

Quarto, † nec illud ex l. nam is ff. de dol. malo depromptum, quod scilicet actio quælibet, ob adversarii inopiam inanis sit, quicquam ad rem facit. Quia respondetur primo, id obtinere in contractibus, non item in delictis: in quibus ista castigatio corporalis seu pœnæ mutatio locum habet, ut sentit Scipio Gentil. d. lib. 3. de Jurisd. c. 11. Deinde responderi potest, adversarium inopem in præallegata l. nam is. non æque ac in proposita quæstione dolum commisisse, quandoquidem si dolus ejus intervenisset, dubium vix foret ullum, quin, utut egestate laboraret, actio competeret eique pœna corporalis infligi posset, arg. l. si plus. 74. in fin. ff. de evi- 383 ctionibus.

Resp. ad V.

Quinta argumentatio levior est, † quam ut ulla refutatione indigeat. Id enim procedit, si quis adversæ fortunæ casu est afflictus, non autem, si delicto & improbitate sua ulteriorem afflictionem mereatur, tunc siquidem afflictio seu coercitio, delinquenti addi imponiq; potest, & debet, ne delicta maneant impunita contra l. ita vulneratus. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. & d. l. ita congruit. 13. ff. de offic. præsid. † neve delinquens ex dolo 384 suo & improbitate commodum reportet, contra l. 1. in princip. & l. ne ex dolo 12. ff. de dol. malo. l. itaq; 12. §. 1. l. eum, qui 14. §. is autem Digest. de furt. l. non fraudantur. 134. §. 1. ff. de reg. jur.

385 Limitatio sententiæ affirmativæ.

Cæterum affirmativa † ista sententia specialiter limitatur in nobilibus & egregiis personis hac conditione condemnatis, per notat. Salyc. in l. etsi severior. 5. col. 3. C. ex quib. caus. infam. irrog. Jas. in l. si quis id. 7. n. 28. vers. tertio limita ff. de Jurisd. & in §. pœnales quoque actiones, n. 43. Schneid. ibid. n. 57. Inst. de actionib. Ludov. Bolog. in Auth. habita, n. 225. C. ne filius pro patre. Fel. in c. ad liberandum. 17. col. 1. de Juda. Men. lib. 2. arbitr. quæst. cent. 5. cas. 447. n. 12. & seq. ubi hanc receptiorem dicit.

386 Ratio limitationis.

Ratio prædictæ limitationis assignatur, † quod pœna quotiescunque ex legum permissu in aliam & diversam commutatur, non in graviorem, sed æqualem potius, vel interdum etiam mitiorem converti debeat, arg. c. non afferamus, 21. ubi gl. in verb. sceleratus. caus. 24. quæst. 1. † In nobili autem vel egregia persona quælibet 387 pœna corporalis, vel etiam minima, est gravior & major quavis pœna pecuniaria, vel etiam maxima, l. in servorum, 10. in fi. ff. de pœn. Frid. Pruckm. tr. de regalib. §. venatio. n. 58. cum ibi alegat.

388 Sublimitatio.

Quia tamen per hanc traditionem inpunitas, † atq; occasio delinquendi induci, nec non malitiis, quod dicunt, fenestra aperiri videtur, contra l. in fundo. 38. vers. neque malitiis ff. de rei vendicat. l. 2. in princip. ff. solut. matrim. l. 1. §. illud tamen. 15. ff. de aqu. quotid. & æstiv. l. sicuti 9. vers. non enim ff. de servit. l. illud convenire, 5. Dig. de pact. dotal. Idcirco sublimitando hanc eandem declarationem cum Dn. Harpr. in d. §. in summa autem, n. 38. Inst. de injur. tutius esse arbitror, ut dicamus, in proposito casu † Nobilem vel egregiam perso- 389 nam non quidem pœna corporis afflictiva, sed potius tali affici, quæ etiam respectu ipsius personæ non sit pœna pecuniaria gravior, carceris nimirum, quæ etiam in nobili persona talis esse censetur, ut pœnæ pecuniariæ, majoris præsertim summæ & quantitatis correspondere videatur, qua de re fuse post alios à se allegatos Andr. Tiraq. tract. de nobilit. c. 20. n. 28. cum seq. & Matt. Coler. tract. de processibus execut. part. 2. cap. 3. n. 169. & seqq.

390 Limitatio II.

Secundæ limitationis loco advertendum est, † castigationem in locum pœnæ pecuniariæ succedentem, non fieri, nisi nominatim petatur, ut recte docet Bart. in l. quod si minor. §. si servus. ff. de minorib.

Quare si actor in hoc judicio certo sciat, eum, qui contra privilegium suum deliquit, non habere unde solvat ullam pecuniariam pœnam, utiq; tamen hominem egregie perditum esse, quem puniri expediat, tunc sic varianda est petitio, extra naturam hujus actionis, & invocandum officium Judicis sequentem in modum.

391 Explicata de Salva Guardia materia Membrum X. & ult. Salva Guardia violata actio instituta quibus etc.

Quare cum certum sit, Reum conventum inopia laborare: ne ex hoc temeritatis suæ immunitatem ferat, ideo actor eo nomine officium vestrum judiciale invocat, ut eundem Reum, arbitrio vestro, in corpus puniatis, secundum Juris & æquitatis censuram. Videatur Oldend. in class. 1. act. 4. in pract. n. 4. § fin. autem certo, &c.

Expositis hactenus condictionis † ex privilegio affinibus remediis, quæ contra violatores Salvæ Guardiæ competunt, consequens est, ut secundum distributionem antea factam, decimo & ultimo loco investigemus

ptionib. elidi ac perimi posse. mus nunc exceptiones, quibus prædicta conditio, eique affinia remedia, elidi ac perimi possunt.

Et hoc in passu inprimis lector monendus est, *in præcedenti* etiam *Capite* generales quasdam abolitionis culpæ, ac declinandæ privationis modos à nobis expositos esse, quos huc repetitos volumus.

392 *Exceptio I. ob defectum doli.* Præter illos autem modos accusatus † super Salva Guardia violata, cumprimis se defendere, ac pœnam declinare potest, ob defectum doli. Si enim violatio Salvæ Guardiæ absque dolo facta sit actio, prout *supr. in quarto ejus requisito* fuse dictum est, locum non habet.

Ratio hujus exceptionis. Ratio est, quia dolus tanquam requisita ad factum principale qualitas, in hac conditione est de substantia actionis, unde non sufficit merum offensionis factum in judicio deducere, sed qualitas etiam adjecta facto,

393 omnino probari debet. † Nam quando quis factum qualificatum in libello proponit, ad utrumq; se adstrinxisse censetur, puta ad factum, & qualitatem facti, D. *in c. ex parte cl. 1. de rescript.* late Felin. *ibid. n. 21. & seq.* & clarius *in c. licet caus. num. 40. & seq. de probat.* per multa allegata.

Quo fit, ut, omissa deductione qualitatis adjectæ, aliud censeatur esse factum, quam illud, quod in libello propositum fuit, per text. *in l. non ignorat C. de his qui accus. non poss. l. 1. §. fin. ff. de incend. ruin. naufrag. l. Fulcinius, §. cum hoc edictum ff. ex quib. caus. in possess. eat. l. prætor ait l. 2 §. docere, ibi.* cæterum si alibi datum sit, quam in turba. *ff. vi bonor. raptor. l. habebat. ff. de instit. act. ca. ab eo, qui contra de elect. in 6.* gl. not. *in c. significasti 33. q. 5. in verb. cum omni* Castr. *in l. 2. in fin. C. ad leg. Iul. de vi publ.* Dec. *conf. 261. n. 2.* Schurff. *conf. 12. per tot. cent. 2.* Bart. *in l. 1. §. quod autem, n. 1. ff. ne quid*

394 *in flum. public.* ubi per illum text. tradit, † quod quoties à lege vel statuto aliquid cum adjecta qualitate profertur, necesse sit utrumq; probare, factum nimirum cum sua qualitate idem tradit Jas. *in l. non solum. §. sciendum. n. 3. ff. de nov. oper. nunciat.* Alex. *conf. 172. n. 5. vol. 2. & conf. 82. n. 14. vol. 3.* Fel. *in c. ex parte. de rescript.*

395 ubi dicit, † quod succumbens in qualitate, succumbat in toto, quia sermo qualificatus, censetur esse individuus, & ideo in una parte vitiatus, in totum corruit, per text. *in c. ab eo, qui contra de elect. in 6.* Dd. *in l. Divus ff. de re judic.* Bald. *in l. 2. C. de probat.* Bart. *in l. quemadmod. n. 9. C. de agric. & censit. lib. 11.* late Hipp. *in l. si quis, n. 130. & 135. ff. de quæst.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. fin. qu. 85. vers. ubi agitur, num. 9. & in verb. assassinium, circa*

396 *princ.* ubi dicunt, † quotiescunque agitur de pœna imponenda alicujus specialis constitutionis, tunc necesse esse verificari omnes qualitates, in ipsa constitutione expressas, ad hoc, ut pœna committatur non solum factum seu rem principalem probari oportere, sed etiam qualitatem, ad hoc, ut conveniat verbis legis, statuti, vel alterius dispositionis, alias illa qualitate non probata non diceretur legitima probatio, per Jura alleg. Hippol *in d. l. si quis, n. 130. cum ibi citat.* & agens causa cadet.

397 *Exceptio II. ignorantia.* Secundo, † conventus super læsa protectione, à pœna excusatur, si ignoraverit, offensum Salvamguardiam Cæsaream habuisse; quia communiter receptum est, ignorantiam facti regulariter à pœna excusare, *l. illud. §. si tamen ff. de tribut. act. l. genero ff. de his qui not. infam.* gl. *ibid. in verbo, ne ignorantia l. fin. in fin. ff. de decret. ab ord. faciend.* ubi dicitur, pœnas adversus scientes paratas esse. *c. 1. de controv. inter dom. & emptor feud.* Bart. *in l. fin. n. 2. ff. si quis testam. liber esse* Item *in l. omnes. n. 1. C. de agri. & censit.* late Hipp. *ad l. qui ignorans ff. ad leg. Corn. de sicar. n. 9. cum seq. & in l. qui falsam monetam ff. eod. n. 69. & seq.* Hinc ut exemplo etiam hanc exceptionem declaremus, manifestum est,

Ratio hujus exceptionis.

398 † quod res forensis, iter facientis, & non solventis gabellam, quia nescivit, ibi fuisse constitutam, non cadant in commissum, nec incidat talis in pœnam defraudatæ gabellæ Abbas Panor. *conf. 35. incip. videtur primo, vol. 1. per tot.* Hipp. *ad. d. l. qui ignorans, n. 21.* ubi dicit, hoc dictum esse singulare & preciosum, And Gail. *lib. 2. obs. 48. n. 27.* Sic etiam nesciens aliquem habere Salvæguardiæ privilegium, immunis ab ejusdem pœna habetur, †

399 quia ignorans, non contemnit auctoritatem principis, tex. not. *in d. l. genero ff. de his qui not. infam. & d. l. si ignorans ff. locati.*

400 *Confirmatio alia prædictæ exceptionis.* Quin & eadem exceptio evidentius ex eo probatur, quia scil. ad incurrendam hanc pœnam dolus requiritur. † At vero ab ignorante dolum haud posse committi docent text. *in l. non potest videri improbus ff. de reg. jur. l. 3. §. his qui. ff. de lib. hom. exhib. l. bona fides ff. de verb. signif. l. genere ff. de infam. l. ex malef. §. longe minus ff. de act. & obl. l. quinquaginta. ff. de excus. tut.* Blanc. *pr. crim. §. visis indiciis. n. 131.* per tex. *l. qui in alterius ff de reg. jur.* ex Bart. *in l. dolum C. de dolo,* Fel. *in c. si au[illegible] m, col. 1. in prima fallent. de rescript.* Crav. *conf. 8. n. 10.*

Exceptio III. justa iracundia. Tertiam declinandæ pœnæ privilegio insertæ causam præbet, si ostendens justa iracundia motus, in protectione Cæsarea existentem ab eodem ad id verbis aut

401 *Ratio I. exceptionis tertiæ.* facto provocatus lædat, † per rationem, quod provocatus delinquendo non dicatur in dolo, sed in culpa, & sic non de dolo, pœna ordinaria, sed de culpa extra ordinem puniatur. Cæpoll. *conf. 41. n. 9.* Marf. *conf. 137. n. 21. & seq. & in pract. §. quoniam, n. 65. & seq.* Rom. *singul. 5.* Tiraq. *de pœn. temper. caus. 1. n. 6.* Novel. *tr. de defens. in princ. n. 29.* † Huc pertinet, quod ignoscendum sit ei,

402 *Ratio II.* qui provocatus se ulcisci voluit, *l. qui cum major. §. liberus. ff. de bon. libert.* Jo. Andr. *in ca. significav.* per ill. tex. *in verb antecedens* juncta gl. *ibid. de pœnit. & remiss.* Spec. *in tit. de accusat. §. 1. vers. quid. si te vocavi.* Ang. *in l. si adulter. cum incestu § imperatores ff. de adult.* Florian *in l. 1 §. cum arietes ff. si quadrup. paup. fecis. dic.* Luc. de Penn. *in l. erat. q. 5. C. de Castr. pecul. lib. 2.* Aret. *conf. 34. ant. fin.* Jas. *in l. ut vim, n. 11. ff. de just. & jur.* Abb. *in c. 1. n. 2. de injur.* Mynf. *in l. quicquid un. 41 vers. & est ratio ff. de reg. jur.* Jac. Boulenc. *in repet. l. capitalium. §. famos. n. 195. vers. pro hoc facit ff. de pœn.*

403 *Ratio III.* Accedit insuper, † quod impune offendi possit is, qui causam offensionis præbuit, Bart. *in l. aut facta, §. causa Dig. de pœn.* Magolo. *de securit. & salvo conduct. part. 2. col. 5. vers. & si per novum,* cum aliis adductis per Menoch. *conf. 244. lib. 3.*

Exceptio IV. ebrietas. Quarto, a pœna Salvæguardiæ immunis esse videtur is, qui in ebrietate, in protectione positum offendit, † eo, quod delictum in ebrietate commissum nec dolum

404 *Ratio hujus exceptionis.* nec culpam admixtam habeat: ita mihi probare videtur text. *in cap. inebriaverunt 15. q. 1. in ultimis verb.* & *ibi* gl. *in verb. quantum, in fin.* gloss. *in cap. fane, in verb. damnantur, 15. quæst. 1.* Bonifac. de Vitellin. *clem. 1. n. 25. in fin. & seq. de homicid.* & *ibi* Covar. *in 3. part. relect. in initio. n. 3. vers. ex quib. auctoritat. & n. 4. in fin. vers. hinc deducitur.* pluribus Canonum ad Dd. auctoritatibus hoc ipsum confirmat, Augustin. ad Ang. *de malefic. in verb sciènter & dolose, n. 17. in fin.* Rom. *in l. 1. in princip. n. 9. Digest. de verb. obligat.* ubi ex-

405 presse dicit, † quod pro delicto ebrius nullatenus puniatur, quia cum infanti æquipararetur, sicut infans nullo modo punitur delinquendo, ita nec debet puniri ebrius, punitur tamen pro levitate, qua ad ebrietatem inductus est. Ripa *in l. fin. n. 79. vers. 4. intelligo* Petr. à Plac. *in epit. delict. cap. 30. n. 2. vers. ex quib. auctoritatibus.* Vulpell. *conf. 23. n. 4.* ubi expressim asserit, quod ebrietas tollat non solum dolum, sed etiam culpam respectu criminis, licet non respectu vitii temulentiæ Paleth. *conf. 185. post. n. 2.*

406 *Declaratio IV. exceptionis.* Declaratur tamen hæc quarta exceptio, † ut in eo duntaxat locum habeat, qui taliter est inebriatus, ut quic-

quicquid agat, ignoret, cum in totum propter ebrietatem fuerit à mente alienatus, secus autem in leviter ebrio, & ut dicitur tantummodo propter vinum exhilarato, welcher ein wenig ein Rausch hat.

Nam is delinquendo non punitur mitius secundum Bald. *in l. 1. n. 40. in fin. in 2. lectur. C. unde vi. & in l. data opera. n. 6. C. qui accus. non poss.* ubi, quod magna ebrietas extenuat delictum, non autem parva, eumque secuti Ripa *in l. fin. n. 39. C. de revocand. donat.* ubi alios refert concordantes, Tiraquel. *de pœn. temperand. caus. 4. num. 11. & 12.* Angel. *de malefic. in verb. scienter & dolose, n. 17. vers. si vero fuerit parva ebrietas*, Carer. *in pract. in 3. tract. de homicid. §. tertio excusat. n. 1, in fin.* Herculan. *de caut. de non offend. cap. 34. post n. 21.* Damhoud. *pract. crimin. cap. 84. n. 19.* Andr. Gail. *observ. 110. n. 29. in fin. lib. 2.* Menoch. *de arbitrar. judic. quaest. lib. 2. cas. 326. n. 7.* Bertaz. *cons. 26. sub. n. 6. vers. & licet omnes*, ubi tradit omnes ita distinguere inter levem & magnam ebrietatem. Malcard. *de probat. lib. 2. conclus. 579. n. 9.*

407 *Declaratio II.* Secundo declaratur non procedere in eo, † qui ad sobrietatem reversus gloriatur de facta ei offensione, qui Salvam Guardiam habuit, quia tunc ex ratificatione subsecuta apparet, quod eodem modo deliquisset, si non fuisset ebrius, ideoque pœna ordinaria merito puniendus, secundum Ripam *in d. l. fin. num. 79. vers. tertio intelligo C. de revocan. donat.* Men. *d. cas. 326, num. 10.* Hercul. *d. c. 34. post n. 21.*

408 *Declaratio III.* Tertio vires amittit † hæc exceptio in ebrietate procurata & affectata, ad effectum, ut ebrius in offendendo clientem Cæsareum audacior fiat, vel ut ebrietate se excuset, per tradita Menoch. *de arbitr. quaest. lib. 2, cas. 376. n. 8. & 9.* Anchar. Regien. *quaest. 13. nu. 6. in fin. p. 2.* Covar. *in clem. 1. in 3. part. relect. in initio. n. 3. in fin. vers. rursus & hoc de homicid.* Damhoud. *prax. crimin. cap. 84. nu. 16* Petr. à Plac. *in epit. delict. lib. 1. cap. 30. num. 2. post med. vers. quod si sciens, &c. & versic. siquidem affectata, & n. 3. vers. ex quibus sane, in fin. & n. 5. post princip. vers. rursus & eum &c.* Bonif. de Vital. *tit. de insult. & percuss. nu. 48. vers. item in ebrioso.* Tiraq. *de pœn. temperand. caus. 6. n. 10. vers. ex quo dicta.*

409 *Declaratio IV.* Quarto claudicat ista exceptio in eo, † qui sciens se solitum in ebrietate delinquere, aut alios offendere, non continuit se ab immodica vini potatione, & se inebriavit; tunc enim propter ebrietatem à pœna violationis privilegii non excusatur: Ang. *de malef. in verb. scienter & dolose, sub. n. 17.* Marian. Socin. *in cap. ad audientiam. n. 56 de homicid.* Carer. *in pract. in 3. tr. de homicid. §. tertio excusat. n. 3.* Blanc. *in prax. crimin. §. ebrius. n. 21. & n. 25. in med.* Covar. *in clem. 1. in 3. part. relect. in initio n. 4. in fin. vers. posset quidem de homicid.* Duen. *reg. 259. in 4. ampliat. ad fin.* Andr. Gail. *obs. 110. n. 29. lib. 2.*

410 *Exceptio V. obreptitia impetrationis Salvæ Guardiæ.* Quinta excipiendi † contra actorem in hoc judicio causa datur, si privilegiatus Salvam Guardiam impetravit per sub: & obreptionem, sive dolo, prout generaliter etiam Salvamguardiam non suffragari ei, qui dolo & fraude illam impetravit, ex Men. *de arbitr. quaest. lib. 2. cas. 336. n. 18* consulendo retulit Burs. *cons. 345. n. 25. lib. 4.* & ante hos scripsit Nellus, *tr. de bannit. in 2. part. 2 tempor. q. 16. ad fin. vers. praesumitur enim dolose.*

411 *Exceptio VI. Salva Guardia non pura, sed conditionata tantum.* Sextam defensionis † ansam accusatus violationis Salvæguardiæ, ex eo sumere potest, quod violatus non puram, sed conditionatam tantum guardiam habuit, cujus conditio tempore læsionis factæ nondum evenerat, quia Actor ejusmodi securitate, ob non impletam conditionem haud niti, nec ex ea agere potest, arg. *l. Thais ancilla ff. de fide. libert. l. legata sub conditione ff. de cond. & demonstr.* Cephal. *cons. 307. n. 52. lib. 2.* Imo deficiente conditione in Salva Guardia apposita, perinde est, ac si Salva Guardia facta non esset, *l. pecuniam ff. si cert. petat. l. necessario, §. quod si pendente. Digest. de peric. & commod. rei vend.* Soc. Jun. *cons. 4. n. 16. & cons. 180. n. 4. vol. 2.* † & paria sunt Salvam 412 Guardiam non esse concessam, vel concessam sub conditione, quæ non fuerit adimpleta & purificata, Ripa *resp. 2. n. 23. lib. 1.* Cravet. *cons. 15. nu. 3.* Cephal. *cons. 183. n. 52. lib. 2.*

413 *Exceptio VII. expirati privilegii.* Septimo, † contra Salvam Guardiam excipi potest, ex eo capite, quod ejusdem auctoritas vel virtus jam expiraverit, puta vel morte concedentis, vel ejus Jurisdictione & officio finito, iis enim duobus casibus, Salvam Guardiam ad beneplacitum maxime concessam, expirare & minime servandam, probarunt Bald. *in l. 1. n. 3. vers. item dico. C. de postul.* Bart. & Alex. *in l. centesimis §. fin. ff. de verb. obligat.* Ang. *cons. 217. n. 9 vers. ad quartam.* Dec. *cons. 108. n. 2.* Corn. *cons. 235. sub n. 5. vol. 2.* Magol. *tract. de salv. conduct. part. 4. in princ.* Franc. Hercul. *tract. de caut. de non offend. cap. 37. rubr. de salv. conduct. n. 21. & seq.* Men. *de arbitr. qu. lib. 1 q. 69. n. 5.* ubi generaliter ponit, beneplacitum semper expirare morte concedentis & in specie Bursat. *cons. 177. n. 31. & seq. lib. 2.*

414 *Exceptio VIII furoris obventi.* Octavo, † etsi offendens Salvam Guardiam habentem post perpetratam offensionem, in furorem labatur, nihilominus puniri potest, secundum traditionem Bald. *in l. furiosum. 9.* & *ibid.* alii *ff. qui testam. fac. poss.* Jas. *in l. patre furioso. n. 39. & seq. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* & alior. quos cumulat Tiraq. *tr. de pœn. mitigand. caus. 3. n. 1. tom. 7.* Ludov. Carer. *tr. de homicid. §. 2. excusat. n. 6.* † Si tamen in furore existens 415 Salvamguardiam violet, ab omni pœna immunis erit, per text. *in l. Divus ff. de offic. praesid. & ibi* not. Tiraq. *d. tr. de pœn. mitig. caus. 2.* Carer. *d. § secundo excusat.* Petr. à Placa *in epit. delict. c. 29. n. 1. & seq. lib. 1.*

416 *Exceptio IX minoris ætatis.* Nonam adversus agentem ex † guardia violata exceptionis causam præbere potest minor ætas, juxta text. *in l. 1. § impubes. ibi:* ætas enim excusationem meretur, & ibi gl. *in verb. ætas ff. ad Sillan.* item text. *in l. fere in omnib. Dig. de reg. jur.* cujus textus verba sunt, fere in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati & imprudentiæ succurritur. & ibi Dec. *n. 1. in 1. notab & n. 3. vers. & idem est dicendum in minorib. 25. annis* text. *in l. aut facta §. personam ff. de pœn.* dum ibi dicitur: *In hujusmodi rei consideratione ætatis ratio quoq; habetur* gl. *in l. impunitas in gloss. 1. vers. mitius tamen C. de pœn.* Salycet. *ibid. ante n. 1.* gl. *in cap. 1. in verb. non ita. de delict. puer. ibique* Innocent. *in verb. ætas.* Anchar. *n. 2.* Card. Zabar. *n. 3.* Dec. *tr. crimin. part. 1. lib. 5. cap. 37. n. 56.* Sfort. Odd. *tr. de restit. in integr. part. 2. quaest. 80. n. 72.* ubi relatis & reprobatis contrariis rationibus plures & antiquiores & recentiores refert. Brunor. à Sole *in compend. jur. vers. minor, de Iure communi.* Bonacoss. *comm. opin. part. 1. col. 3. vers. minor non debet puniri.* Joseph. Ludov. *decis. 17. n. 41. part. 1.* Men. *recup. poss. remed. 8. n. 49.* Quia tamen ista exceptio multiplex est, variasque recipit declarationes, quæ longiorem indagationem requirunt, eam vero exactissime pertractavit Prosp. Farinac. *quaest. crimin. 92. per tot.* ideo lectorem ad eund. remittimus.

417 *Exceptio X. culpa remissa.* Decimo, dubio omni caret, † quod pœna violantis privilegium, quoad privilegiatum, locum non habeat, † læsus eam expresse pacto, transactione, aut simili modo, remiserit, per not. Francisc. à Ripa *in l. fin. quaest. 54. num. 180. C. de revoc. donat.* Cagnol. ex communi *in l. contractus. 23. n. 76. & 77. Digest. de reg. jur.* Villalob. *commun. opin. sub. lit. l. nu. 34.* Ratio hujus exceptionis per se manifesta est, quia cuilibet favori suo renunciare conceditur, ac renuncianti Juribus

 suis

sus ad ea non datur regressus, *l. si quis in conscribendo C. de pact. l. juris gentium. §. si paciscar. l. si quis decem millia. §. quadam ff de pact. cum simil.* Hic tamen sciendum est remissionem illam partialem non præjudicari fisco Cæsareo, quoad alteram pœnæ dimidietatem, per allegata superius.

418 Undecimo, actione hac conventus, † pœnam privilegio insertam subterfugere potest, si gaudentem Salvæ Guardia læserit, ad hoc minis vel metu justo coactus, puta mandato Principis, aut alterius superioris minantis mortem, aut gravem mulctam, nisi in protectione existentem ostenderit. Talis enim mandato obediens, ut vitæ suæ imminens periculum, aut graviorem mulctam effugiat, à pœna excusandus est, arg. text. *in c. miles. 23. q. 5.* Cujus hæc sunt verba: *Miles, cum obediens potestati, sub quo legitime constitutus est, hominem occidit, nulla Civitatis sua lege Reus est homicidii*, & quæ sequuntur, facit gl. (quæ tamen loquitur in servo delinquente jussu Domini minantis mortem) *in l. penult. verb. agi poterit in fin. Dig. si fam. fur. feciss. dic.* & originaliter ad hoc allegatur doctrina Bald. *in cap. 1. §. injuria. n. 19. ad fin. vers. sed pone quidam potens. de pact. juram. firm.* quem secuti sunt Deo *in l. is damnum. §. ejus vero ff. de reg. jur. & in l. ut vim. n. 9. & seq. Dig. eod.* Jason. *in §. si minus n. 17. Instit. de actionib.* ubi

Exceptio XI. metus vel minarum præcedentium.

419 dixit, † quod occidens aliquem non culpabilem & scienter pro conservatione vitæ suæ non dicatur in aliquo delinquere, Hippol. de Marsil. *in l. 1. in fin. n. 113. vers. fateor tamen Digest. ad l. Cornel. de Sicar.* Vbi quod quando imminet periculum vitæ, nisi quis superiori suo obediat, tunc excusetur exequens etiam injustum mandatum. Clar. *§. fin. qu. 60. vers. solet dubitari. ante fin.* ubi testatur de communi ex Corser. & Bart. Tæg. *locis per eum relatis.* Jac. de Goffr. *in suis decis. lib. 2. cap. 64. n. 11. vers. sed an excusetur. part. 1.* Men. *de arbitr. qu. lib. 2. cas. 354. n. 1.* ubi aliis citatis testatur de communi: Tiraquel. qui complures pro more accumulat. *de pœn. temper. caus. 36. n. 2.*

420 Et confirmatur hæc exceptio † per generale dogma, quod metu vel coacte delinquens, à pœna excusandus sit, sicut probatur per gl. *in l. pen. §. 1. in verb. agi poterit. in fin. vers. vel tertio. ff. si fam. furt. feciss. dicat.* Dec. *in l. velle non creditur, n. 7. in fin. ff. de reg. jur.* Gram. *cons. 13. n. 21. & cons. 31. n. 34.* Novell. *tr. de defens. in prin. n. 85.* Covar. *in 4. decretal. part. 2. c. 3. §. 4. n. 7. in princ.* post Cyn. Jas. & Anan. *in locis per eum adductis.* Beroz. *cons. 173. post. n. 8. & seq. lib. 1. & cons. 266. n. 5. & seq. lib. 2.* ubi consuluit pro eo, qui vi & metu mortis compulsus & conductus à latronibus fecit aperiri januam cujusdam habentis pecuniarum quantitatem in domo, quo ingressi latrones illam deprædati sunt. Et †

Confirmatio undecimæ exceptionis.

421 est ratio, quia voluntas coacta, quoad pœnam, non est voluntas, *l. velle non creditur.* & *ibi* gl. *in fin.* Dec. *n. 1.* & Cagnol. *nu. 1. ff. de reg. jur.* text. *in cap. sacris.* & *ibi* communiter omnes *de iis quæ vi, met. caus.* dum *ibi* di-

422 citur, † quod coactus magis pati, quam agere dicatur. *text. in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. de liberal. caus.* Men. *de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 354. n. 8. & seq.*

423 Duodecimo excusatur à pœna, † qui per imperitiam vel rusticitatem seu casu violavit privilegium alicujus. Sic enim delinquentem excusari, voluisse videtur gl. per illum text. *in l. si quis id, quod §. 1. in verb. vel rusticitate. ff. de jurisd. omn. jud.* ubi alia concordantia Jura alleg. Alex. *ibid. n. 10.* Dec. *n. 32. vers. 2. causa est,* Bero. *cap. super literis. n. 64. extr. de rescript.* Bald. *cons. 229. in fin.* † Ubi consuluit, ad favorem rustici, qui ex simplici-

Exceptio XII. imperitia vel rusticitatis.

424 tate gabellam non solvit dicens, quod pœnæ ejusmodi, quas isti rustici coguntur per gabellarios solvere, dicuntur extorsiones, nec à superioribus tolerandæ sint. Cravett. *cons. 18. n. 13* ubi referendo sequitur Bald. *loc. præcitat,* facitq; conclusionem generalem, quod circa pœnas ratio imperitiæ & rusticitatis habenda sit; subjungens insuper, † quod si quælibet causa injusta & be-

425 stialis excusat à dolo, & pœna viros etiam callidos, tanto magis debeat excusare rusticum simplicem. Tiraq *de pœn. temper. caus. 11. n. 1. & seq.* ubi Jurium ac Dd. tam Juris peritorum, quam Theologorum auctoritatibus hanc regulam late comprobat, Horat. Lutius *cons. crim. divers. 161. n. 66. & seq. lib. 1.* ubi plura congerit ad excusationem rustici in pœnalibus ex Bald. & Cravet. *in locis prædict.* & aliis *ibi* per eum allegatis. Sfort. Odd. *de restit. in integr. part. 1. q. 9. n. 59.* ubi aliis relatis facit conclusionem, quod ignorantia Juris pœnalis excuset rusticos ab incursu illius pœnæ, quando non agitur de alterius detrimento, sed tantum de contemptu & inobedientia pœnalis constitutionis non dolosa, sed ex rusticali socordia. † Sic etiam rusticus excusatur à pœna

426 alibi corrupti, text. & communiter Dd. *in l. si quis id, quod §. 1. ff. de jurisd. omn. jud.* Men. *arbitr. jud. lib. 2. cas. 164. n. 3.* Farinac. *tr. crim. quæst. 98. n. 26.*

427 Ut tamen Reo hæc exceptio proficiat, † oportet simplicitatem probare, quia hoc casu non aliter præsumitur simplex, vel imperitus, propter odium delicti, quam si legitime ostendat, *d. l. si quis id quod §. doli mali ff. de jurisd.* | *igitur, §. potest ff. de liberal. caus.* & *generaliter,* inquit Ulpian. *dicendum est, quoties quis justis rationibus ductus, vel non justis sine calliditate putavit se liberum & in libertate moratus est, dicendum est, hunc ita ea causa esse, ut sine dolo malo in libertate fuerit.*

Requisitum durationis competens.

428 Vltimo deniq; pœnalis † hæc actio ex violatione Salvæ Guardiæ competens, eliditur etiam præscriptione culpæ, hoc est, si læsus per tempus ad præscribendum sufficiens tacuerit, nec actionem suam prosecutus sit, quæ exceptio sufficienter roboratur per ea, quæ *superius in 8. membro de duratione actionum,* deducta & fusius allegata fuerunt.

Exceptio XIII. præscripta culpa.

Circa istam tamen exceptionem non importune

429 quæri potest, † *si quis forte post lapsum prædicti temporis contra violatorem Salvæ Guardia Citationem in aula Cæsaris vel Cameræ Imperiali obtinuerit, eaque reproducta Reus citatus compareat, nec tamen exceptionem præscriptionis objiciat, an Index nihilominus Reum convictum condemnare possit ac debeat?*

Salva Guardia violata actione post lapsum temporis ad agendum præfiniti impetrata, nec temporis exceptionem opponens an victum à judice condemnari possit.

Et quia hæc quæstio pulchris argumentis & rationibus, pro & contra, agitatur, quarum resolutio utilis & perquam necessaria videtur, cum ad intellectum multarum legum conducat, ideo de ejus veritate accuratius videbimus, vel eam potissimum ob causam ne errore eorum, qui in alterutra parte defendenda argumentis satis plausibilibus abusi, indeque & ipsi seducti fuere, alii quoque ignoranter implicentur ac falsa pro veris sibi imprimi patiantur, quod ex accurata argumentorum collatione & contrariorum dissolutione, Deo juvante, feliciter, ni fallimur, præstabimus. Lapsum enim † sive labentem erigere ac sustinere & in rectam veritatis viam deducere, IC. officii ac muneris proprium est.

430 Præscriptio temporis non allegata ipso jure violatorem Salvæ Guardiæ condemnatione securum faciat, vel præsidio tantum opposita exceptionis post tempus ab adversario motam actionem perimat.

Hujus autem quæstionis resolutio facilis erit, ubi decisierimus prius dubiam illam, & pugnantibus Interpp. sententiis involutam controversiam, scil. † *An præscriptio temporis, etiam non allegata ipso Iure violato rem à condemnatione securum faciat, vel præsidio tantum opposita exceptionis post tempus ab adversario motam actionem perimat?*

Lubet itaq; utriusq; partis auctores, cum rationibus hinc inde desumptis in medium afferre, ac deinceps, utra opinio victoriam obtinere debeat, definire.

431 Affirmativa.

Affirmativam inprimis sententiam, quod nimirum præscriptio exactis apparens, etiamsi per partem non

Authoritates DD. eam astruentium.

non fuerit opposita, per judicem in pronunciando attendi debeat, tenere videntur Cyn. *in l. exceptionem, n. 9. Cod. de probat.* ubi vult, exceptionem peremptoriam ipso jure elidere obligationem, & per consequens 432 actionem, ad hoc allegans textum *in leg. Stichum 95. §. naturalis 4. ff. de solut.* & *§. perpetua 9.* ibi perimunt, *Inst. de exception.* Idem docere videntur Anton. de Butr. & Panorm. *in cap. ad aures de praescrip. in nitim. notabili* per illt. text. ibi: quia quadragenalis praescriptio omnem prorsus actionem excludit ubi Abb. ponit, quod praescriptio tollat ipso jure actionem absque allegatione & propositione illius, per text. *in l. sicut ibi:* ulterius vivendi non habeat potestatem, & in fin. ibi: nulli movendi ulterius facultatem *Cod. de praescription. 30. annor.* & text. *in leg. prim. §. 1.* ibi: neque ulterius cujusque personalis actionis vitam longiorem esse 30. annis &c. *Cod. de annal. except.* Lucas de Penna *in leg. fin. col penultim, Cod. de censibus lib. 11.* dicens, non esse permittendum, eum contra quem praescriptum est, possessorem judiciis afficere nec sperare aliquam in his viam apertam; sed omnem ejus aditum excludendum esse, Mynsing. *cent. 3. observ. 28,* ubi 433 *in fine* dicit. † se meminisse, ita in Camera decisum, quod praescriptio, etiam parte non opponente, in ferenda sententia attenta fuerit, cum manifeste appareret probata.

Rationes dubitandi pro Affirmativa.

Et haec quidem affirmativa ex sequentibus ll. ac canonum fundamentis & pariter etiam subjectis rationibus defendi posse videtur.

434 Primo ex text. † *in l. omnes 4. C. de praescript. 30. vel. 40. annor.* ubi Imperator Anastasius omnes nocendi artes amputare cupiens, sancivit, quamlibet actionem 40 annorum curriculo sopiri nullumque amplius in privatum vel publicum in quacunque causa vel persona moveri posse, sed quemcunque super quolibet jure, quod per memoratum tempus inconcussum, & sine ulla reipsa judiciaria contentione possedit, liberum, ac plenissima munitione esse securum.

Ratio dubitandi I.

435 Quod autem sopitum & extinctum semel est, neque † resuscitari, *leg. Mavius 26. §. duorum ff. de l. 2.* neque effectus ullos habere potest, cum quod non sit nullas quantitates admittat, *l. act. C. de prob.* ubi Bald. *nu. 21.* Balb. *in l. Celsus de usucap. n. 4.*

436 Sic etiam Imp. Hon. & Theo. † *in l. sicut in rem C. eod.* expresse rescripserunt quacunque actione vel persecutione quis pulsetur, agenti 30. annorum praescriptionem esse metuendam, ideoq; actiones quae tot annorum jugi silentio motae non fuerint, vivendi ulterius non habere facultatem, sed post eum temporis decursum nulli eas movendi ulterius facultatem competere, etiamsi legis ignorantia se excusare tentasset.

437 Deinde pro eadem confert text. † *c. ad aures extr. de praescr.* ubi cavetur, praescriptionem 30. vel. 40. annorum, omnem prorsus actionem excludere, & in specie, quod maleficia 20. annorum spacio tollantur, ex communi, quam allegat & probat, opinione, tenet Mart. Uran. *in 4. mundum excuso tomo Germanico consilio 55. n. 4.*

Ratio dubitandi II.

Rationes autem, quae praedictam sententiam fulci-438 re videntur, istae sunt. † Primo, cum juris indubitati sit obligationi naturali posse accedere fidejussorem, *l. fidejussor obligari §. fidejuss. ff. de fidejussor.* Econtra vero 439 non minus certi juris sit † obligationi praescriptae non posse accedere fidejussorem, *leg. si quis postquam ff. eod.* Consequitur obligationem etiam naturalem ex delicto profectam per praescriptionem omnino esse sublatam 440 † Sic etiam *l. fin. §. fin. ff. rem, ratam haberi* & de ratihabiti. satis ostendit, non esse locum condictioni, nec minus etiam ex *leg. 2. §. deinde ff. de orig. jur.* aperte constat, actiones esse † juris civilis, & ni-441 hil tam esse naturale quam eo genere quicquid dissolvi, quo colligatum est, *l. nihil 35. l. omnes l. fere. ff. de reg. jur.*

Tertio autem sententia ex eo confirmari videtur 442 quod praescribens similis sit solventi *l. si pupillus, §. is autem ff. de administr. tutor.* † Aut solutionis effectus est, 443 ut ea tollatur omnis obligatio tam naturalis, quam civilis, *l. Stichum, 95. §. naturalis 4. de solut.* Zanger. *de except part. 3. cap. 1. n. 96.* Ergo etiam praescriptio idem operari debet.

Ratio dubitandi III.

Quarto sicut judex ex officio repellit † Procurato-444 rem inhabilem secundum gloss. *in cap. 1. in verb. absentia, de election. in 6.* & ineptum rejicit bellum, Ab. *in d. c. ad aures de praescr.* Item similiter ex officio inquirit de conditione testis gloss. *in l. 1. §. Procuratores ff. de magist. conven.* aliaque similia proprio motu facit, ita & praescribentem ex officio parte etiam non apponente, videtur absolvere debere.

Ratio dubitandi IV.

Quinto ad confirmandam hanc † sententiam addu-445 citur, quod is qui praescripsit debitum, si solvit, possit repetere solutum, secundum gloss. *in l. fin. §. 1.* & *ibi* Bart. & Castr. *ff. rem rat. haber.* Franc. Balb. *de praescr. part. 1. quaest. 6, n. 1.* Vasquius *illustr. controvers. lib. 2. c. 53, n. 12.* Ergo praescriptio exercet vires, etiamsi non opponatur.

Ratio dubitandi V.

Econtra vero negativam sententiam, quod scil. prae-446 scriptio non tollat actionem ipso jure, sed tantum ope exceptionis, alii non minoris fidei ac authoritatis Interp. propugnant.

Sententia Negativa. Ratio decidendi I. pro ea ab authoritate Doctorum.

Inter quos Princeps Bartol. *in leg. 1. §. ampliationem circa med. ff. ad Turpill* ubi dicit, quod, ubi quis accusatur de crimine, super quo est praescriptum debeat proponi exceptio, per illum text. in verb. praescriptione poterat summoveri, Idem *in leg legavi ff de liber.* 447 *lega. leg. fiis, cui §. Flavius ff. soluto matrimon.* & *in leg. fin. C. ex quibus caus. matr.* ubi dicit, quod licet obligatio tollatur ipso jure, tamen contra agentem opus sit exceptione quia remansit naturalis, licet inutilis, allegans gloss. *2. in leg obligationum fere, §. placet Digest. de act.* & *obligation.* quem sequitur Bald. *in leg. poena causa in princip. ff. de condict. indebit.* & *dict. leg. fin. Cod. ex quibus caus. matrim.* ubi ait, licet praescribens sit tutus plenissima securitate, *leg. omnes Cod. de praescrip 30. annor.* tamen civilem & naturalem obligationem non tolli ipso jure, idemque *in l. fin. in 13. opposit. Cod. de edict. D. Adrian. toll.* expresse tradit, † quod praescriptio etiam longissima non removeat 448 actionem ipso jure, eo, quod nihil fiat solo tempore, in eo in quo necessaria est hominis operato, & quod non est causa entis non possit esse causa privationis. Ex quo colligitur, † tempus solum non posse 449 esse causam privationis, cum non sit causa entis. Salycet. *in leg. sicut. verb. facultatem C. de praescription. 30. annor.* ubi expresse etiam tenet, quod praescriptio non tollat actionem ipso jure, sed tantum ope exceptionis, late Felin. *in dict. cap. ad aures numer. 2. de praescription,* Alexand. *in leg. fin. Apost. ad Bartol. Digest. rem rat. hab.* Bertachin *in repert. verb. praescriptio, versicul. 5.* Eandemque sententiam expressim defendit Zanger. *de exception, p 1. cap. 3. numer. 8.* ubi ex Ulpiano docet, † tum demum exceptione elidi actio-450 nem, si exceptio actioni opponatur §. *1,* & *ibi* Wesenb. *in verb efficax Institut de except, leg. 2. §. 7. ibi,* qui objicit exceptionem *ff. de dol. mal. except.* & diserte *ibid* affirmat idem Zanger. exceptionis oppositionem adeo esse necessariam, ut si praetermissa sit, exceptio nihil prosit Reo ad liberationem, sed omnimodo juxta petitionem actoris condemnari debeat, *dict. §. 1.* & *ibi* Wes. *in verb. efficax.* Unde recte dicitur, defensionem

nem exceptionis in facto rei positam esse, & judicem eam non supplere, gloss fin. in l. ult. ff. de pet. hared. Bart. Alex. & Dd. communiter in l. 4. §. hoc autem judicium ff. de damn. infect. Socin. in reg. 248. Bart. in l. 1. n. 10. ff. de except. Dd. communiter in l. cum, qui ita §. qui ita ff. de verb oblig. Paul. de Cast. in l. unic. n. 3. & 4. Cod. ut. qua desunt advocatis judex suppl. Prædictis adstipulatur Balb. tract. præscription part. prim. princip. quæst. 8. n. 1. ubi concludit, quod præscriptio non nisi ope exceptionis actionem reddat inutilem & inefficacem pro quo allegat gl. Bald. & Salyc. comprobantem per plura & respondentem ad contraria in d. l. sicut C. de præscript. 30. vel 40. annor. idemque decidit Guido Pap. decis. 221. ubi plures casus adducit, in quibus actio non tollitur, sed judicium procedit, si per partem ipsam non opposita fuit exceptio. Pro hac insuper sententia multa congerit Boer. decis. 344. par. 2. n. 1. 2. & 3. & tandem allegato præjudicio curiæ decidit in fine, omnino opus esse opponere exceptionem & objicere incapacitatem.

451 Denique quod regulariter ex officio, parte non petente, judex non repellat actorem, nisi prorsus actione carentem sive agentem de facto testatur Balb. tract. præscript. d. part. 1. quæst. 8. n. 2. Ergo ad elidendam actionem Rei exceptione opus est, juxta doctrinam glossæ & Bart. communiter approbatam in l. ubi pactum C. de transact. & in l. si unus §. pactus ne peteret verb. opponendo ff. de pact.

Ratio decidendi II. Deinde præter auctoritates allatas hanc sententiam expresse approbat text. in c. 1. ibi, nisi de re judicata transacta seu finita excipiat litigator, & ibi gl. in verb. finita de præscript. & Dom. de S. Gemin. Petr de Anchar. col. 3. versic. sed juxta prædicta & Philip. Franc. col. 3. vers. in eadem gloss. de lit. contest. libr. 6. ad idem est text. in c. 2. ibi exceptio peremptoria eod. tit. & singul. text. in leg prim. §. accusationem is intulit qui præscriptione submoveri poterat, &c. & ibi Bartol. ff. ad Turpill. & Bald. in leg. querela, ante fin. vers. in ead. gl. C. de fals. Similiter hanc opinionem firmat tex. in c. ex literis circa fin. ibi cum jure cautum sit, quod quis objecerit præscriptionem longissimi temporis, & ibi Canonistæ ext. de probat.

452 Ratio decidendi III. Tertio hanc sententiam confirmat, quod licet † contra fidejussorem non detur actio, nisi prius discusso principali, nisi renunciaverit juri de prius conveniendo principalem, quam fidejussorem, tamen † si fidejussor, hoc non proponat, feratur contra eum sententia & valeat, ut dicit Bart. in l. prolatam C. de sent. & inter. omn. jud. & in leg. 2. Cod. commun. divid. idemque affirmat in agente hypothecaria, non discusso principali debitore, quia si hoc non opponatur, condemnatur possessor, ut clare demonstratur per eund. Bart. in Auth. de fidejussor. §. sed neque col. 2. ver. quaro, si fuit actum hypothecaria quod itidem diserte tenet Jacob. Butrius in Auth. hoc si debit. C. de pign. & secundum hanc opinionem in curia Parlam. Delph. judicari testatur Guid. Pap. dec. 94.

453

Sic videmus, quod compensatio fiat quidem ipso jure, si tamen petatur, alias non, prout docet gl. in l. si constat. C. de compensat.

454 Ratio decidendi IV. His accedit quarto, quod actiones, postquam † semel vestigia impresserunt, non possint à persona separari, l. 3. ff. pro socio l. 2. ff. fam. herisc. l. 6. Cod. eod. ubi Bart. Onofr. Bal. Cast. & alii l. debitorum 25. C. de pact. ubi Alex. n. 2. Jas. n. 2. Bal. n. 2. Cast. n. 1. item l. pacto 28. ubi Bal. n. 1. Salyc. n. 1. Alciat. n. 10. Ita sane ex quo competere cœperunt tolli, perimi, evelliq; radicitus, ex cursu temporis non possunt, l. actionum 25. ff. de act. & obl. Petr. Gilk. tr. præscript. par. 1. c. 4. n. 4.

Quinto hanc sententiam immobilem reddit quod tempus non sit modus † tollendæ obligationis, leg. obligationum fere 44. §. placet ff. de obl. & act. leg. cum qui 56. §. si quis ita ff. de verb. oblig. leg. 4. ff. de serv. Et post præscriptionem debiti principalis; tamen adhuc pignoris persecutio salva sit, l. cum not. C. de præscr. 30. vel 40. annor. item & fidejussor conveniri possit, l. cum quis 38. § pen ff. de solut.

455 Ratio decidendi V.

Deniq; suffulcit † hanc doctrinam totus titulus de præscriptione 30. vel 40 annor. qui, ut jus aliud contineat, ita sane exceptio vocatur, l. si. eod. tit. tot. de annal. except. Est autem exceptio actionis exclusio, l. 2. ff. de except.

456 Ratio decidendi ultima.

Approbatio posterioris Negativa. Cæterum in hac pugnantium sententiarum ambiguitate, hanc posteriorem sententiam priori esse præferendam existimo, in qua stabilienda etsi argumenta in contrarium adducta per enarratas posterioris doctrinæ rationes satis enerventur, ut tamen in re tota minus dubii relinquatur, ad easdem specialiter respondendum esse duxi.

Solutio Argumentorum pro Affirmativa sententia adductorum.

Quod igitur primum attinet ad auctoritates Dd. qui affirmativam opinionem tueri videntur, plerique, ut patet ex prædictis, sibimet contrarii sunt, † Quanquam autem Cynus in d. leg. exceptionem, num. 3 Cod de probat. velit exceptionem peremptoriam ipso jure elidere actionem, ad hoc allegans text. in d. l. Stichum 95. §. naturalis, 4. ff. de solut. & dict. § perpetua 9. Instit. de Exception. Hoc tamen Cyni dictum generaliter de omni exceptione & obligatione intelligendum non est, sed secundum allatam leg. Stichum 95 §. naturalis 4. de naturali obligatione tantum, cum alias Dd. opiniones accipiendæ sint secundum rationem & jura, quæ allegant, c. intelligentia, 6. de verb. sin. Bartol. in l. non solum, §. si liberationis, num. 7. ff. de liber. legat. Lud. Roman. consil. 211. n 5. ubi Addit. Mandol. in lit. I. & cons. 76. post num. 1. cum simil. lib. ad hoc alleg. per Mandos in d. add. ad cons. 211 Quæ obligatio naturalis, † cum nullam producat actionem leg. jurisgentium 7. §. sed cum nulla, 4. Digest de pactis, dicitur perimi ipso jure, per pactum de non petenda pecunia, hoc est æquitatis potestate, sine exceptionibus d. leg. Stichum, 95. §. naturalis, 4. arg. l. si unus, 27. §. pactus ne peteret 2. ubi Jason. num. 2. & Cuiac. Digest de pact. Civilis enim obligatio, ex qua effi aciter agitur, leg. licet 42. §. ea obligatio 2. Digest. de procurat. per pactum ipso jure non excluditur, sed per exceptionem, d. l. si unus 27. §. pactus ne peteret, 2. & ibi Jason. numer. 2. & 3. † Hinc est, quod pactum tollendæ obligationis modus non sit legitimus, sicut solutio, acceptilatio novatio & delegatio argum. tit. Inst. quib. mod. toll. obligat.

Responsio ad auctoritates Affirmantium.

457

458

459

Nec movere quenquam debet, † dict. §. perpetua 9. Instit. de except. in quo Imperator exceptiones peremptorias definit, ut sint, quæ actionem institutam perimunt. Nam id sub hac conditione accipiendum est si in lite contestanda à Reo proponantur & probentur l. præscriptionem, 8. & l. seq. C. de except. l. emptor. 9. C. de præscr. longi tempor. & ita Cynus in d. l. exceptionem, n. 3. ver. Jacobus de Ravenn. dicit sentire videtur dum sententiam Jacobi de Ravenn. refert, volentis, tum demum exceptionem, quæ inducitur ex pacto de non petendo actionem perimere, cum proposita sit ab homine, quam ipsemet probat licet eo loci non addat, quo tempore proponenda sit. Eam enim disputationem decidit in l. peremptorias C sententiam rescindi non poss. ubi est sedes ordinaria.

460

Deinde vero, qui absolute tradunt, † præscriptionem absque ope exceptionis, actionem tollere intelligendi sunt in mere civilibus. Nos vero hic versamur in actionibus ex delicto descendentibus, judex autem in criminalibus † nunquam supplere debet exce-

461 Responsio alia.

462

exceptionem præscriptionis, per tradita Andr. Gail. *c. final. de pace publ. num. 35. lib. 1.* Mynsing. *cent. 4. obs. 35. numer. 4.* Quia † tempus non tollit crimen, nec temporis præscriptio, delictum extinguit, per text. *in c. cum haberet circa fin. de eo, qui duxit in matrim.* Guid. Papæ *decis. 221. per tot.* Quo pertinet, quod multa non allegata subsistunt, quæ allegata corruerent, prout compluribus exemplis declaravit, Gail. *lib. 2. observat. 46.* per allegata *ibid.* & Pap. *d. decis. 221.*

463

464 *Responsio ulterior.* Si tamen nec istis acquiescere † quis velit, ei adhuc responderi potest, contrarium defendentibus concedi, quod Judex possit quidem per se supplere defectum oppositionis, si manifeste ex actis appareat, aut constet de præscriptione, non tamen teneri, parte non opponente, si non velit, per text. *in leg. non quicquid, ff. de judiciis.* alias, parte petente, tenetur *d. l. 1. §. hoc autem, ff. de damn. infect.* ut tenent Paul. de Castr. & Alex. *in d. l. ubi pactus. C. de transact.* Et hæc interpretatio etiam placuit Felin. *in d. c. ad aures, vers. intellige secundo de præscript.*

Quod vero ulterius ad LL. & CC. allata fundamenta attinet, ea plane non probant affirmativam sententiam.

Resp. ad I. dubitandi rationem. Primum enim frustra in patrocinium prioris sententiæ afferuntur text. *ex l. 3. & 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* † Quia non fuit Impp. mens, ut per textus illos, regulas Juris civilis, dictantes, tempus inter causas contrahendæ aut submovendæ obligationis non referri, *d. l. obligationum fere. §. 1.* abolerent, sed exceptionis Jure quem ex tempore defenderent, *l. 1. ff. de annal. except. & l. fin. eod. tit. l. 1. C. de transform. usu cap. l. penult & ult. C. de præscript. 30. vel 40. annor* † Nec etiam fieri potest, ut uni, & eidem titulo inæqualis determinatio attribuatur, nisi nominatim, id alibi comprehensum sit, *d. fin. C. de sent. & interlocut. omn. Jud. l. jam hoc Jure 4. ff. de vulg. & pupill. substit.* Petr. Gilken. *de præscript. d. par. 1. cap. 4. num. trigesimo secundo.*

465

466

467 Nec refert, † quod textus illi sopiendi, extinguendi, non amplius vivendi verbis utantur, sæpius enim contingit, ut verborum inopiæ coacti aut ne semper unum & idem verbum, cum nausea & tædio legentium usurpemus, nonnihil de proprietate verborum descendentes, ad cognatos effectus deflectamus, quemadmodum videre est *in l. 1. §. final. ff. ad. SC. Turpil.* ubi extinguendi, nec non *l. quæcunque 14. ff. de compensat.* perimendi *& l. Marcellus, 66. ff. de reg. Jur.* desinendi, verba propriæ significationis oblita, referuntur ad obligationes, quæ ipso Jure non expirant, sed exceptione repelluntur, ut e diverso *in tit. de sentent. quæ sine appellat. rescinduntur* item *l. 1. ff. de feriis* rescindi & infirmari illæ dicuntur, quæ antea non subsistebant, æquum enim est, ut mens loquentis, & ratio semper prævaleant, *l. 15. § sin uo,* alias lex est *ff. locati, l. in conventionibus 219. ff. de verb. signif.*

Quia etiam in specie *ad d. l. sicut. 3.* ex mente Baldi responderi potest, eum loqui de vita, non respectu esse, sed respectu officii, sicut mortuum dicitur esse membrum, quod non habet suum naturale officium Bald. *ibid. in verb. vivendi Codic. de præscript. 30. vel 40. annor.*

468 *Respons. ad II. dubitandi rationem.* Deinde vero, quod ad textum *d. c.* ad aures, attinet, licet, *ibi* dicatur, præscriptione 30. vel. 40. annorum omnem prorsus excludi actionem, id tamen aliter non est intelligendum, quam si opponatur exceptio, † cum proprium exceptionis officium sit, actionem excludere, *leg. prim. §. 1. Dig. de except.* unde actio non diceretur moveri, si illa extincta esset, & sic non competeret. *l. 3. §. fin. Digest. de negot. gest.*

469

470 Multo minus vero rationes adductæ nostram sententiam evertunt. Quod † enim ex *l. 37. ff. de fidejuss. l. fin. rem rat. haber.* itemque *l. 2. ff. de orig. Jur.* adductum fuit, eo ipso refellitur, si meminerimus, etiam alias exceptiones efficere, quo minus condictio, fidejussio, aut constituta pecunia locum habeat, *l. sufficit ff. de condict. indeb l. 2. §. aliud, ff. de donat. l. quamvis. & l. mulierem C. ad SC. Velleian. l. qua exceptionem, 40. ff. de condict. indeb.* Quæ tamen non solvunt nos necessitate illas exceptiones opponendi, *cum inter. & c. inter extr. de re jud. l. exceptionem C. de probat. l. peremptorias C. rem judicat. non rescid. leg. præscriptionem Codic. de exception. & l. siquidem. Codic. eodem titul.* Gilken. *dict. capite 4. numer. 35*

471 *Respons. ad III. dubitandi rationem.* Non etiam † pellet nos à susceptæ opinionis cursu tertium affirmativæ sententiæ argumentum, quo dictum fuit, præscriptionem similem esse solutioni; Quamvis enim præscribens, æquiparetur solventi, quantum ad hoc, ut excludatur ille, contra quem est præscriptum, si nimirum opponatur, quoad principalem tamen effectum, multum à se invicem discrepant, quia præscriptio tollit solum obligationem civilem, ita ut remaneat naturalis, sed elisa & inefficax; Solutio autem tollit naturalem in totum, quia † solutione ejus, quod debetur tollitur omnis obligatio, *Inst. quib. mod. toll. oblig. in princip.* Bart. *in l. si pupillus, ante fin. ff de administrat. tutor,* Balb. *de præscript. quæst. numer. 4. part. 1.*

472

473 *Respons. ad IV. dubitandi rationem.* Quarto etiam nihili faciendum est subsidium, ex eo quæsitum, quod Judex ex officio repellat inhabilem procuratorem, & rejiciat ineptum libellum, quia illa concernunt nullitatem judicii: Sententia † enim super inepto libello lata, ipso Jure, etiam parte non opponente, nulla est, per text singul. *in c. cum dilecti de empt. & vendit. c. examinata, de judic.* Ratio: † quia sententia debet esse conformis libello, text. *in c. licet Hely, extr. de Simon,* gl. *ibid. in verb. formam,* text. *in c. qualiter & quando. el. 2. §. ad corrigendos, in fin. de accus. & in clem. sæpe. §. verum quia. de verb. signif.* gl. notab. *ibid in verbo pronunciatio,* text. *in l. ut fundus, ff. commun. divid.* Dec. *consil. 22. incip. & pro tenui.* Si igitur libellus ineptus est, & ipsa sententia super eo lata nullius erit momenti, Andr. Gail. *lib. 1. obs. 66*

474

475 Idem etiam pronunciatur in falso aut inepto procuratore; quia † enim judicium ex tribus personis consistit, Judice, Actore, & Reo, text. *in cap. forus. §. in omni. de verb. signif.* ideo deficiente una persona, judicium retro nullum est, & per consequens, neque litis contestatio aut conclusio facta valet, textus notabilis, *in leg. licet. Codic. de procurator.* Gail. *dict. libr. prim. observ 47, n. 2.*

476 Sic etiam inquirere de † conditione testis pertinet ad veritatem eruendam & sciendam, ut melius possit & juste judicare Judex, quam veritatem omnino ipse investigare debet, *cap. judicantem, 30. quæstio ultim. l. nullum Codic. de testib us.* Imo autem Judex ex officio debet providere, ut serventur solennitates in judicio, quibus omissis, judicium redditur frustratorium, Felin. *in cap causam 9. de judic. num. 1.*

477 Et ubi Judex videt, † ex defectu solennitatis, judicium reddi frustratorium providere debet, ne hoc fiat: ita probat textus *in dict. cap. causam. de judiciis.*

Secus autem est in præscriptione, quia licet pars non opponat, nec Judex eam suppleat: judicium tamen nihilominus validum est.

Uuu 4 Nulla

478 *Resp. ad ultimam dubitandi rationem.* Nulla denique † vis in eo ponitur, quod præscribens debitum, si solverit, repetere possit solutum: Quia aut scienter id fecit, aut ignoranter; Si illud non potest repetere, † quia solvens scienter indebitum non repetit, *l. si quis ff. de condict. indeb.* si vero ignoranter 479 solvit, is repetet, mediante judicio, in quo præscriptionem deducere tenetur, & sic nihilominus consequetur, necessariam esse oppositionem præscriptionis.

Porro his decem punctis ad Actiones ex violata protectione Cæsarea competentes, spectantibus expeditis, juxta promissum, aliquot nunc formulas supplicationum, pro citationibus tam in causis violatæ Salvæguardiæ, quam aliorum privilegiorum impetrandis, in gratiam novellorum subjicere placet.

480 Communis Formula † Supplicationis ad videndum se incidisse in pœnam violatæ Salvæguardiæ, in quam N. I. V. D. Comes Palatin. Cæsar. ab Imperatore, præter alia ab eodem ei indulta privilegia, susceptus erat.

Hochwürdiger/ꝛc. E. F. G. bringt Anwald deß Ehrnvesten und Hochgelehrten/ N. Vnterthenig supplicirend für und an/ Ob wol jetztgemelter sein Principal/ neben andern ansehnlichen erlangten Keyserlichen Privilegiis/ sampt seiner ehelichen Haußfrawen/ allen ihren Leibs Erben und derselben Erbens Erben/ Dienern/ Haußgesindt/ Vnterthanen/ Hindersassen/ Lehenmannen/ Eygen Leuten/ Verwanten/ vnd allen den jenigen/ so ihnen zugehören/ vnd zu versprechen stehen/ auch allen ihren Leib/ Haab vnd Güttern/ die sie jetzo haben/ oder künfftiglich mit rechtmässigem Titul vberkommen/ ligenden vnd fahrenden/ Lehen/ vnd Eygen/ wo/ vnd an welchen enden die gelegen/ nichts davon außgenommen/ von dem Allerdurchleuchtigsten Großmächtigsten Vnüberwindtlichsten Fürsten vnd Herrn/ Herrn Matthia/ jetzt regierenden Römischen Käysern/ zu allen Zeiten mehrern deß Reichs in Germanien zu Hungern/ Böheim/ Dalmatien/ Croatien/ vnd Sclavonien/ꝛc. Königen/ Ertzhertzogen zu Oesterreich/ Hertzogen zu Burgund/ Steyer/ Kärnten/ Crain vnd Würtemberg/ Graven zu Habspurg vnd Tyrol/ vnserm aller Gnädigsten Herren/ in ihr Keys. May. vnd deß H. Reichs/ auch dero Königreich Erblichen Fürstenthumben vnd Landen/ auch deß Hochlöblichen Hauß Oesterreich/ besondere Gnad/ Verspruch Schutz vnd Schirm auff ewig Zeit auffgenommen/ ihme auch dazu ihrer Keyserl. Mey. vnd deß Reichs/ deßgleichen jetztgemelter ihrer Königreich Erblicher Fürstenthumb vnd Landen frey gestrack Sicherheit vnd Geleidt/ für Gewalt/ zu recht Allergnädigst mitgetheilt vnd gegeben worden/ also vnd dergestalt/ daß vorgedachter N. sampt den seinigen/ wie obgemelt alle vnd jede obgeschriebene Gnad/ Freyheiten/ Privilegien/ Ehr/ Würde/ Vortheil/ Recht/ Gerechtigkeit vnd gut Gewonheit haben/ sich deren an allen Enden vnd stetten frewen/ gebrauchen vnd geniessen/ vnd darauff allenthalben im H. Reich ihrer Königreichen/ Fürstenthumben/ Landen/ Stätten/ Flecken/ Obrigkeiten vnd Gebieten zu Wasser vnd Land ihrer Nothdurfft vnd Gelegenheit nach/ frey sicher vnverhindert vnd vnbeschwert handlen/ wohnen vnd wandlen/ darzu in Kriegs empörungen vnd andern Zeiten auch jedesmals ihrer Gelegenheit vnd Gefallen nach/ der Röm. Kay. May. vnd deß H. Reichs Key. oder Königl. Adler/ deßgleichen dero Königreich Erblichen Fürstenthumb vnd Lande/ Wappen vnd Kleinoth/ mit oder ohne dero auffgedruckten Insigel vnd Subscription an allen ihren Wohnungen/ Häusern/ Höfen Haab vnd Güttern zu einem freyen sichern Schutz vnd Salvaguardia mahlen vnd anschlagen lassen/ vnd sich dessen alles wie andere/ so in der Kay. Maj. vnd deß H. Reichs/ dero Königreich/ Erblichen Fürstenthumben vnd Lande/ sonder Gnad/ Verspruch/ Schutz/ Schirm/ frey sicherheit vnd Geleidt/ auch von dero Vorfahren/ am Reich vnd dem Hochlöbl. Hauß Oesterreich mit dergleichen Salvaguardien Privilegiert vnd fürsehen seyn/ solches haben/ gebrauchen vnd geniessen sollen vnd mögen/ von Recht vnd Gewonheit/ von Allermenniglich vnverhindert/ also vnd dergestalt/ daß ein jeder was Würde/ Standes oder Wesens der auch sey/ so offt er wider solche Freyheiten vnd sonderlich wider die ihme allergnädigst ertheilte Salvaguardi, oder Schutzbrieff freventlich thun oder handlen würden/ N. Marck lötiges Golds halb in die Key. Cammer vnd den halben theil offterwöhntem seinem Principaln/ seinen Ehelichen Leibs Erben vnd Erbens Erben/ vnd den jenigen so hierwider beleydigt worden/ ohnnachläßlich zubezahlen verfallen seyn solle. Ob woln auch/ solcher Käys. Schutz vnd Schirmbrieff N. N. den 2. Tag May diß lauffenden N. Jahrs durch Notarien vnd Zeugen gebührender Massen insinuirt vnd in Wissenschafft gebracht/ so ist doch in facto wahr/ daß allerhöchstgedachter Keys. Maj. vnd deß Heil. Reichs ihme verkündten Schutz vnd Schirm zu nit geringen Verkleinerung vnd Veracht jetztgemelter N. ohnlängst hernach ohn einige befugte redliche Vrsachen/ ex proposito & dolo malo sich frevelmüthig vnd trutzentlich gelüsten lassen/ꝛc. hic narranda sunt facta & gravamina violatæ Cæsareæ Salvæguardiæ, alles den gemeinen Rechten vnd Reichs/ sonderlich auch der Landfriedens Constitution vnd zuforderst diesem Käy. Schutz vnd Schirmbrieff zu Abbruch/ schmelerung vnd verächtlichen despect/ dardurch dann dem Key. Schutz vnd Schirmbrieff in viel weg zuwider gehandelt/ die Peen desselben vnzweiffenlich verwürckt/ vnd beklagter Rath de facto darein gefallen.

Dieweil dann Gnädiger Fürst vnd Herr/ obberührte Sach/ vermög deß Heyl. Reichs Ordnungen ihrer Art vnd Eigenschafft nach/ für E. F. Gn. vnd diß Hochlöblich Keyserlich Cammergericht gehörig/ so ist demnach an dieselben mein vnterthänige Bitt/ mir in Namen mehrgedachten meines Principaln wider besagten N. N. citationem ad videndum se incidisse in pœnam deß Keyserlichen Schutz vnd Schirmbrieffs in forma communi gnädig zu erkennen/ hierüber/ꝛc.

Alia

Alia Supplicatio.

481 Pro citatione ad videndum † se incidisse in Salvæ Guardiæ pœnas Thumb Dechant zu N. contra Consulem & Senatum in N.

Wolgeborner ꝛc. wiewol Käy. Mayest. unser allergnedigster Herr/ dem Ehrwürdigen und Edlen N. von N. Thumbdechant zu N. ein Käyserlich Privilegium und begnadigung gnediglich geben/ laut hiebey gelegter collationirter Copey/ darinnen außtrücklich angezogen / daß bemeltes Thumbdechants Leut / Unterfassen / Vögt und Diener / auch alle derselben Haab unnd Güter/ allenthalben im H. Reich frey sicherheit und geleyd haben / also daß sie wider Recht nicht verwaltiget/Arrestirt / und auffgehalten werden sollen/ welche Käyserliche Freyheit unnd Privilegium dann auch insonderheit die von N. Bürgermeister und Raht angezeigt und erkundigt/ deß auch gut wissen tragen / so haben doch bemelte Bürgermeister und Raht zu ersten N. und obgenants Thumbdechants Unterfassen ihres vielfältigen Rechterbiethens unangesehen/ gewaltiglichen und thätlicher weiß in einen Thurn oder Gefängnuß gelegt/darinnen etliche Tag enthalten / mit der Verhafftung oder Verstrickung / ob sie gemahnt würden / sich wider in solch Gefängnuß zu stellen / demnach und dieweil in obangeregten Käyserlichen Privilegien deß Schutz und Schirms begnadigung / solche thätliche verhändler / die Straff unnd Pön darin verleibt / halb Käyserl. Mayest. Cammer / und der ander halb theil dem obgenanten Herrn N. von N. Thumbdechant Clägern / unablässlich zu erlegen verfallen seyn/und Kays. Mayest. gegeben Privilegium gehandhabt/auch niemand wider Recht beschädigt werden soll/ bitt ich derhalben in Krafft deß Gewalts/ so ich mich cum productione executæ citationis einzubringen erbeut / eine Ladung wider obgemelte Bürgermeister und Rath / daß sie sehen sich in die Pöen deß Schutz und Schirmbrieffs gefallen seyn und verwürckt haben/declariren / und die ermelte Gefangenen ihrer wider Recht abgedrungener Pflicht unentgeltens ledig und frey zehlen / auch was ferner meiner Parthey zu gutem erkandt werden mag / gnediglich mitzutheilen / E. Gn. Hochadelich Richterlich Ampt unterthäniglich anruffend.

Alia Supplicatio.

482 Pro citatione † ad videndum se incidisse in pœnas privilegiorum propter receptos in protectionem alienos Subditos, ac eosdem è clientela dimittendum & relaxandum N. contra N.

Hochwürdiger Fürst/Röm. Kay. May. Cammer Richter/gnediger Herr E. F. G. bringt Anwald/deß Edlen und Ehrnvesten N. gegen unnd wider N. Gebrüdere supplicirend für / und sagt: Wiewol Weyland der Allerdurchleuchtigst / Großmächtigst unnd Unüberwindlichst Fürst und Herr / Herr N. der dritte deß Namens / gewesner Röm. Käyser / ꝛc. Hochlöblichster Christmiltester Gedächtnuß / dem Adelichen Geschlecht von N. und allen auß demselben herkommenden Mannlichen Lehens Erben / in gnedigster ansehung/und betrachtung ihrer gegen dem Heyligen Reich geleister / getrewer / annehmblicher unnd nützlicher Dienst / aus Römischer Käyserlicher Macht und eigner bewegnuß / etliche sonderbare stattliche Privilegia / Freyheiten und begnadigung miltiglich concedirt, gegeben / und mitgetheilt / auch damit sie sämptlich bey denselben Käyserl. Gn. Freyheiten / günnung und erlaubung desto stattlicher und gerühiglicher bleiben/ gehalten und gehandhabt werden/sonderlich aber vermercken möchten / daß man ihrem Stammen und Nahmen mit sondern Genaden geneigt were/sie noch darzu mit sampt allen ihren Schlössern/Haab und Gütern / auch ihren Dienern/ Knechten / Unterfassen / und allen denen so ihnen zuversprechen und zuverthädigen zustehen/in deß Heiligen Reichs sondere Gnad/Verspruch/ Geleyd / Schutz und Schirm / dero gestalt genommen und empfangen / daß wo jemand/wes Stands / Würden oder Wesens der were / zu derer von N. einem / oder mehr einigen Spruch oder Forderung hette oder gewünne / derselben solches an ordentlichen bedingten Rechten oder Gerichten / wider sie suchen / unnd gantz und gar keinen Gewalt gegen ihnen denen von N. ihren Haab und Gütern / oder den ihrigen fürnehmen / oder in einige Weiß gebrauchen solte/ alles bey verliehrung einer namhafften Pöen/ nemlich zweyhundert Marck Lötiges Golts / die ein jeder / so offt er freventlich darwider thete/ halb in deß Heil. Reichs Cammer / und den andern halben theil dem Geschlecht von N. unnachlässig zu bezahlen / verfallen seyn solte / ferners Inhalts / deß sub dato Franckfurt den 3. Monats Tag Februarii / Anno Christi 1486. unter höchstgedachtem Käyserlichen Nahmen mitgetheilten Privilegii / welchem fürters ein anders sub eodem nomine von N. aus unterm 12. Tag Januarii Anno 1490. deß substantial inhalts nachgefolgt / daß niemands ohne der vorgemelten von N. und ihrer Erben sondere Gunst und verwilligung keiner ihrer Gebrötten Diener/Unterthanen/Lehenmänner oder Hindersässen / so sie mit Thür und Nagel beschliessen/oder über die sie sämptlich oder besonder Vogt Recht/oder andere Gericht haben / in Verspruch / Schutz und Schirm annehmen noch empfangen / auch da schon solches hierüber beschehen / doch nichts destoweniger die auffgenommen N. Personen/auff deren von N. Mündlich oder Schrifftlich absordern/in 6. Wochen hernach solcher frembder Verspruch/Schutz und Schirms ledig / und denen von N. ohne irrung wider heim gewiesen / und gehorsam seyn sollen/ bey abermals einer namhafften Gelt-Pöen / als 40. Marck Lötiges Golts/ welche beyde Privilegia dann neben noch einem / so nit hieher gehörig / hernach von höchstselig gedachts Keyser N. deß dritten / hinderlassenen Herrn Sohn und nachfolger am Reich / Keyser N. dem ersten/wie auch von Keyser N. dem funfften / beyden gleiches Christmiltestes Andenckens/und endlich von dem jetzt noch regierenden K. N. dem andern/

dern/vnserm allergnedigsten Herrn/ sub repetitione omnium & singularum pœnarum zu Prag/den 11. Monats Tag Augusti/ An. 78. allergnedigst confirmirt, vnd so bald im Namen N. für sich/vnd alle ihre Mannliche Erben vnd Nachkommen/durch Herrn N der Rechten Doctorn ꝛc. zu einem rechten Reichs Lehen empfangen/fürter vmb wissenschafft willen/nit allein beyden beklagten von N. laut eines darüber auffgerichten sonderbaren/vnd zu seiner zeit fürleglichen instrumenti insinuationis, durch N den Eltern/ gewesenen offenbahren Notarien zu N. Donnerstags/vnd Freytags den 3. vnd 4. Octobris/ An. 83. nacheinander ordentlich insinuiret, sondern auch erst newlich/als den 1. Julii kurtz verschienen 96. Jahrs diesem hochlöblichen Käyserl Cammer Gericht in originali præsentiret vnd den 11. Januarii An. 97. genugsame Vhrkund insinuationis (sich beflissener kürtze halben dahin gezogen) bey der Cantzley daselbsten darüber erhaben worden/also daß sich hierinnen durchauß keiner vnwissenheit zubehelffen / sondern vielmehr zu beyden von N. rechtlich zu versehen gewesen / sie würden oberwehnte / beygebrachte vnd von ihnen acceptirte insinuation der Käyserl. Privilegien sampt ihren einverleibten clausulis ac præceptis prohibitoriis respectu concedentium, confirmantium & mandantium aller vnterthenigster schüldigster gebühr nach besser zu Gemüth gezogen/ vnd sich darauff gegen dem von N. vnd den seinigen dermassen erzeigt vnd verhalten haben / damit es dieses nothdringlichen klagens nit bedürfft hette. So haben doch dessen alles vngeacht/die beyde von N. sambt ihren familien zu veracht vnd verkleinerung der ertheilten Käys. Privilegien / vnd darinnen begriffenen Gebott vnd Verbott viel actus violentos, temerarios, injuriosos, offensivos, & in privilegia ac mandata Cæsarea recta impingentes, contraveniendo exercirt, vnd verübt/ als daß sie An. 94. am alten S. Jacobs Tag/ hindan gesetzt / auch aller auffgerichter original verträg/die den von N. die halbe Bestallung der Pfarr/vnd aller anderer gemeiner Aempter / so wol die halbe Vogthey im gantzen Dorff N. vnd besonders auff den Closter/Pfarr/Heiligen/vnd gemein Lehen tribuiren vnd geben / die Pfarr zu gedachtem N. für sich allein / mit gewaltthätiger vnd gewehrter Hand/darzu mit einer vnwürdigen Person besetzt/vnd seinem deß von N. dahin abgeordneten Schreibern N. wider den klaren / lautern/obangezogenen Buchstaben deß ersten Privilegii/eussersten Gewalt mit fürruckung der gespanten / vnd allerdings zum Schuß zugerüsten Rohr/auch abreissung deß Kröses vom Halß/ angelegt.

Item daß sie seinen Vogt zu N. capitaliter angefeindet/vnd noch/ihn vnd die seinigen in seinen vier Pfälen gantz hostiliter vberlauffen/provocirt, verbaliter quam atrocissime injuriirt, vnd realiter gröblich gnug insultirt, darzu gar terribiliter bedräwet/also daß er nicht wol sicher aus dem Hauß gehen/vnd seinen anbefohlenen Geschäfften abwarten dörffen/sich beflissener kürtze halb/auff die Narrata vnd Inhalt deß vnterm 13. Tag May/An. 98. wider sie außbrachten/ vnd hiebey in originali gelegten mandati de non offendendo gezogen. Bey dem es aber nit blieben/sondern gemelter N. als er vermerckt/ daß er von N. dem wider sein willen eingeschleichten Pfarrherrn durch seine Vnterthanen kein Gült reichen lassen wolte/hat er Freytags den 23. Tag Decembr. An. 97. gegen Abend/ N. zu N. sein Gaden auff dem Kirchhoff daselbsten durch den Fuhrknecht/heimlicher weiß mit gewält auffbrechen / ihme neun Metzen Korn/vnd eylff Metzen Habern herauß nemen/vnd dem Pfarrherrn geben/ deßgleichen N. daselbsten sein Keller auffbrechen/ darauß mit gewalt ein halben Eymer Weins nehmen / vnd gleichfals dem Pfarrherr zustellen/wie auch nicht wenigers er vnd sein Bruder N. in der vergangenen Ernd An 96. dreyen N. Vnterthanen / benantlich N. gleichfalls heimlich/ vnd bey nächtlicher weil etliche Schock Korns vom Feld auff den Pfarr- vnd Lehenäckern/ auch mit gewalt hinweg nemen/vnd in des Pfarrherrn Schewren führen lassen/mit der lautern erklärten bedräwung / da die N. ihre Gült dem/ von ihnen wider die Verträg eingestelten Pfarrherrn ihres theils gleich den S. N. nit auffschütteten / vnd sich vber das auff dem Pfarr Lehen betretten liessen/ daß man sie gefänglich einziehen / vnd doch nichts destoweniger die Frucht/so ihnen auff den Pfarrlehen erwachsen/mit gewalt abschneiden/vnd dem Pfarrherrn zustellen lassen wolte/geschweigen was N. sonders zweiffels mit vorwissen vnd beystimmen seines Bruders sich gegen den N. Vnterthanen in gemein/in specie N. der Schatzung halb von Closter/Pfarr/Heyligen vnd gemein Lehen / für gewalt vnterstanden/indem er ihn fünff Tag gefänglich ingehalten / vnd ehe nicht dann auff versprechen 50. Gulden zu straff zu geben/ von statten erlassen/ auch was er Dinstags den 14. Tag Febr. An. 98. in außgebung deß gemeinen Holtzes zu N. gegen den N. Vnterthanen für beschwerliche vngleichheit vnd hefftige bedräwungen / die neben andern dem ersten Käys. Privilegio è diametro zuwiderlauffenden vngebührlichen actibus, mehr zu seiner zeit anzuzeigen vnd außzuführen seyn werden/ gebraucht/ Jngleichen wird dem andern obangezogenen Käys. Privilegio/in dem fürnehmlich zuwider gehandelt/daß die beyden von N. den von N. seine Erbgehuldigte Vnterthanen zu N. verleyten/sie wider ihn verhetzen/ bey den ihrigen vnterschleiff gestatten/vnd sie dadurch gar Rebellisch machen/auch solcher gestalt dahin zu bringen vermeynten/ daß sie dem von N. zuwider ihrer Erbhuldigung einigen gehorsamb / dienst / oder schuldigkeit nicht leisten sollen / wie in specie mit dem Exempel / N. die man dem von N. klaren Verträgen zu entgegen/zu trutz auffhelt/beschützt/ verthädigt vnd von allem schüldigen Gehorsamb vnd Diensten ableitet/auch vber beschehene offentliche/ diesem andern Käys. Privilegio gemäß / gestelte abforderung-Schreiben auff diese Stund

noch

noch nicht wider an ihn weissen will / zu verificirn vnd darzu thun.

Dieweil dem also/vnd darauß offenbar wird/ daß mehrbesagte beyde von N. Gebrüdere / den klagenden vnd vnbeschwerten von N. vnd seine angehörige Leut/ bey dem in seim habenden Kayserl. Privilegio angedeuten ordentlichen außträglich mittel Rechtens/darzu er seines theils jederzeit erbiethig vnd gesessen gewesen / vnd noch/ nicht bleiben lassen/noch den vielmahls angezogenen zweyen insinuirten Käyserl. Privilegien vnd darinn einverleibten Gebotten / gehorsame folg leisten wöllen/sondern denselben in vielerley/zum theil allbereits angezeigte/ zum theils aber zukünfftiger zeitiger Anzeig/vorbehaltene weg/gantz vorsetzlich/ muthwillig vnd gewaltthetig zuwider gehandelt/ auch dannenhero in die in beyden Privilegien specificirte Pöen gefallen seyn/ vnd aber gleichwol in dergleichen Privilegien Sachen/ die unter Ihrer Mayest. Namen gegeben/ dieselben allein / oder diß hochlöbl. Käys. Cammergericht zu judicieren hat/auch also dißfals obgestelten anzeigen nach/ die jurisdiction gnugsam fundirt/zumahlen/weil beyde theil/dem H. Reich ohne mittel vnterworffen/darzu der Käys. Fiscal/dessen Sachen sonsten nirgend anders wohin/dann fur E. F. Gn. gehörig/der Pöen halb hierinnen pro sua quota mit interessirt. So ist demnach an E. F. Gn. Anwalds gantz vnterthänige Bitt/ihme an statt seines Principalen/ als der dergleichen verbrechen zu rechtfertigen höchlich benotdrängt / wider mehrgedachte beyde von N. Gebrüdere citationem ad videndum se incidisse in pœnas privilegiorum, in communi & consueta forma gnediglich zuerkennen vnd mitzutheilen/darüber/oder wie es sonsten in besserer Form gebethen werden sollen/können oder mögen / E. F. Gn. Hochadelich Miltrichterlich Ampt vnterthänigs fleisses anruffend.

Alia Supplicatio.

Pro citatione ad videndum se incidisse in pœnam Käyserlichen Schutz vnd Schirmbrieffs / cum annexo Mandato de non turbando nec molestando contra rem Judicatam, item non offendendo & servando salvo conductu N. contra N.

Hochwürdiger Fürst / Röm. Käys. Mayest. Cammerrichter/gnediger Herr/ E. F. G. bringt Anwald/der Hochwürdigen Fürstin vnd Frawen/ Frawen/N. vnterthänig supplicirend für.

Ob wol hochgedachte Fürstin / vnd gleich J. F. G. Vorfahren Abbatissinen deß Gottshauß Hochseeliger Gedächtnuß in dem Dorff N. auff deß Gottshauß vnzweiffentlichen territorio, Grund vnd Bottmässigkeit / vnfern von deß H. Reichs Statt N. gelegen/vo 10. 20. 30. 60. 100. vnd mehr Jahren / als sich Menschen gedencken erstrecken mögen/vber daß ihr der Kirchensatz jus patronatus vnd collatur gebührt / der Weintabern vnd Vngelts wegen bey zween drittheil / vnd dann einen Amptmann daselbst zu setzen/ allein zu beeydigen/durch denselben das Gericht zu halten/ vnd den gewöhnlichen Gerichtsstab zu führen berechtiget/wölches auch in An. 1453. laut num. 1. beykommenden instrumentirten transsumpti zwischen ihr eines / vnd weyland denen von N. als der zeit Inhabern vnd Vogts Herrn deß Schloß N. andern theils mit Vrtheil vnd Recht beståttigt / darzu auch ein eigene Behausung alda hat/das alles besitzlich herbracht / daran niemand einige Gerechtigkeit zustehe oder gebühren möge.

Ob wol auch S. G. Fraw Fürstin vnd Capitul ihres Gottshauß/wie dero Vorfahren / nicht allein in weyland der Allerdurchleuchtigsten / Großmächtigsten / Vnüberwindlichen Fürsten vnd Herrn Hochmiltseeliger Gedächtnuß Röm. Käyser vnd König / vnd deß H. Reichs sonderbaren Verspruch / Schutz vnnd Schirm gewesen / sondern auch solcher deß Reichs Schutz vnnd Schirm vnter dato deß 3. Tags Monats Novembr. An. 1589. von jetzt regierender Kay. Maj. mit wolbedachtem Muth / gutem Raht vnd rechten wissen confirmirt vnd beståttiget / vnd mehr hochgedachte Fürstin vnd Fraw Abbatissin vnd Capitul deren Nachkommen sampt ihrem Gottshauß Dienern/Vnterthanen / Hindersassen/ Lehen/eignen Zinß vnd Gült Leuten / zugehörigen vnd verwandten mit ihrer aller Leib/ Haab vnnd Güter / wo vnd an welchen enden die gelegen sind/ von newen in allerhöchstgedachter Ihrer Kays. May. vnd deß Reichs besondere Gnad / Verspruch/Schutz vnd Schirm allergnedigst auffgenommen/ darin zu sein/auch alle vnd jegliche Gnad/ Privilegia/Freyheiten/ Vrtheil / Recht vnd Gerechtigkeit zu haben sich deren an allen enden vnd örtern ihrer nothdurfft vnd gelegenheit nach zu erfrewen/gebrauchen vnd zu geniessen / als andere dergleichen von Recht vnd Gewonheit von allermänniglich vngehindert / doch daß sie Abbatissin vnd Capitul deß Gottshauß sonst männiglich so Spruch vnd Forderung zu ihnen hett oder gewünne/derselben halben an gebührlichen Orten Rechtens statt thun/vnd deme nicht vor seyn sollen.

Darauff bey hohen schweren Poenen / nemlich 30. Marck Lötiges Golts/die ein jeder / so offt er freventlich darwider thäte / halb in die Käy. Cammer/vnd den halben theil offtgedachter Fraw Aptissin vnd Capitel/ihren Nachkommen vnd Gottshauß vnnachlässig zu bezahlen verfallen seyn solle/ allen vnd jeglichen Churfürsten / Fürsten / Prälaten/Bürgermeistern/Räthen / Bürgern/ Gemeinden vnd sonsten allen deß Reichs Vnterthanen vnd Getrewen gebotten worden/ viel hochgedachte Fraw Fürstin vnd die obbenente ihre angehörige Personen vnd Güter bey dem Schutz vnd Schirm bleiben/daran nicht irren noch hindern/ sondern dessen trewlich gebrauchen / darwider nit bringen oder beschweren/noch das jemands andern zuthun gestatten zulassen / in keinerley weiß noch weg/ferners Inhalts hierbey cum copia lit. A. vbergebenen Original Käys. Schutz vnd Schirmbriefs / dessen collatio & originalis restitutio gebethen wird.

Ob wol auch dieser Allerhöchstgedachter Käy. May.

May. confirmation vnd renovation Schutz vnd Schirmbrieffs/den Ehrnvesten/ Fürsichtigen/weisen Herrn N. Bürgermeistern vnd Raht obgenandter Statt N. als obgemelter von N. Successorn vnd jtzige Inhabere vnnd Vogtsherrn deß Schloß N. laut deß instrumenti lit. B. den 2. Tag May newen Calenders / dieses abnahenden 98. Jahrs / durch Notarien vnd Zeugen gebührender massen insinuirt vnd in Wissenschafft bracht/ so ist doch in facto wahr / daß obangezogener Berechtigung vnd ersessichem herbringen zuwider / auch allerhöchstgedachter Key. May. vnd deß Reichs ihnen verkünden Schutz vnd Schirm zu nit geringer verkleinerung vnd verachtjetztgemelte Bürgermeister vnd Raht vnlengst hernach ohn einige befügte redliche Vrsachen ex proposito & dolo malo sich frevelmütig vnd trutziglich gelüsten lassen / anfangs den 1. Augusti Anw. Gn. Fürstin vnd Principalin Amman/Amptsverwaltern N. so J. F. G. Leibeigener vnd Lehnman/vnd ihr allein vergelübd ist/ auff dz Rahthauß zu N. zu erfordern/vnd wider obberührte deß Gottshauß berechtsame vnd wolhergebrachte Gerechtigkeit/ Vngelt / auch ihnen zu geloben vnd beschweren zu begehren/gleichwol deßmals auff anzeig dessen von S. Gn. Herrschafft Anw. G. Fraw Fürstin vnd Princip. gehabten Befehls heimziehen / aber alßbald dessen nach Mittags vnd vmb 7. Vhren Abends vngefehr durch ihren deß Rahts Vogt zu N. vnd etliche verordnete jedes mals in die zehen starck ihme Amman Amptsverwaltern gewaltthätig/ wie sie darzu gerüst gewesen / gefänglich anzunehmen / in seinem Lehenhauß mit schmertzlicher betrübung seiner Haußfrawen vnd Kinder in Bett vnd allen orthen suchen/deßgleichen den 8. Tag Octobris darauff morgens / als sie den Amman nicht funden / durch dieselbe verordnete den Gerichtsstab abnehmen lassen/alles eygenthätigen/ Landfriedbrüchigen Gewalts vnd darwider beschehenen protestirens vnd Recht erbiethens/veracht/ vnd in Wind geschlagen / dardurch Anw. Gn. Fraw Fürstin Amman Amptsverwalter schew gemacht / sich deß Orths bey den seinigen sicherlich nit finden darff / sondern stätigen ebenmässigen bedräweten vberfalls vnd gefänglichen einziehens zu besorgen hat / vnd dann irr gehen muß.

Vnd ob wol auch auff Anwalds Gn. Fraw Fürstin vnd Principalin anlangen / die Käyserl. Herrn Conservatorn, in Krafft Käy. Conservatorii mehrgenenten Amman Amptsverwaltern sicher Geleyd wie lit. A. (hiebey ertheilt) und darneben der Raht zu N. von ihren vnbefügten thätlichen handlungen abzustehen ersucht / so will doch alles bey ihnen dem beklagten Raht/weniger dann nichts angesehen / sondern deß Gottshauß Amman Amptsverweser einen weg als den andern angedräweter massen beygefangen / vnd in dero Sorg mit erneweten bedräwungen gehalten/daß er bey den seinigen sicherlich nicht gefunden/vielweniger dem herkommen nach / der Gerichtsstab geführt/vnd in commune bonum Jus & justitia administrirt werden mög / sondern gesperret würdet / den allgemeinen Rechten vnd Reichs/sonderlich auch der Landfriedens constitution, so wol als obeingeführtem ersessenem herbringen/Rechtlichen Erkantnussen / vnd zuforderst diesem Käy. Schutz vnd Schirmbrieff zu Abbruch/schmälerung vnnd verächtlichem Despect/ dardurch dann dem Käyserl. Schutz vnd Schirmbrieff in viel weg zuwider gehandelt / die Pöen desselben vnzweiffentlich verwürckt/ vnd beklagter Raht de facto darein gefallen.

Derowegen / vnd damit Anwald gnediger Fraw Fürstin angehöriger Amman Amptsverweser / auch andere angehörige dabey gebührlich geschützt vnd gehandhabt / J. F. G. bey E. F. G. die dißfalls/da der Herrn Conservatorn authoritet gleicher gestalt nicht respectirt werden will / beneben allerhöchstgedachter Käy. Mayest. vnd an dero statt allein vnd niemand ander darüber zu erkennen hat vnd pflegt / zu suchen / vnd ordentlichen außzuführen entschlossen / als auch vnumbgänglich genöthigt.

Gelangt vnd ist demnach an dieselbe E. F. G. dero jurisdiction aus nechst angezeigtem Grund wider die beklagte / so ohne das dero ohnmittel vnterworffen sind / vberflüssig fundirt ist / Anwalds vnterthänige hochfleissige Bitt / sie geruhen seiner Gn. Fraw Fürstin vnd Principalin wider die von N. umb beklagter handlung / verachtung vnd fürnehmens willen / so offt in pœnam sæpe fatam Käys. Schutz gefallen seyn / citation ad videndum, So dann vnd dieweil Anwalds Gn. Fürstin Principalin vermög mehr angezogener Rechtlicher Erkantnuß dessen ersessens herbringens ihre Gerechtigkeiten zu vielgedachtem N. zu exercirn befügt / Aber dem allem entgegen / so wol auch dem Käyserl. Schutz vnd Schirmbrieff/vnd deß H. Reichs Sicherheit zuwider Anwalds gnediger Fraw Fürstin vnd Principalin / Amman vnd andere von denen von N. ihrem mehrmahligen / vnd noch newlichen ihres mittels / vnd anderer verordneten eingenommenen bedräwungen nach / mit beklagten widerrechtlichen turbationen vnnd Bettrangnussen beschwert worden / vnd die von N. noch täglich bedräwen/welchem nach Anwalds gnediger Fraw Fürstin vnd Principalin Amman Amptsverwesere vnd andere deß Gottshauß angehörige von deren von N. utpote qui minas suas exequi consuevere ferner dergleichen Landfriedbrüchigen Vberfalls/ hinschleppens vnnd dergleichen gewaltthätigen gebärens zu besorgen / ein scharpff Käyserlich mandatum sine clausula, darinn den beklagten bey ernstern Pöen gebotten / dero Vrtheil vnnd Erkantnuß sich zu halten / dero zugeleben / vnnd darnach dem Käyserlichen Schutz vnd Schirmbrieff zuwider Anw. Princip. noch die Ihrige nicht zu beschweren/ turbieren / beeinträchtigen / beunruhigen / oder molestieren / sondern bey dem Ihren sicher/friedlich / ruhig vnnd vngehindert bleiben / vnnd keines wegs deß Gotts Hauß Amptmann oder

andere

andere mit der That vnd wider Recht zuverfolgen/betrüben/anzufechten/ vnd in Vnsicherheit zusetzen/weniger gefänglich beyzufangen vnd überfallen/sich ordentlichen Rechtens / darzu Anwaldts Gnädige Fraw Fürstin für sich vnd die ihrige dißfalls hiemit Cautionem offerirt vnd judicialiter inscribirt haben will / genügen vnnd sättigen zulassen / auch ob præsentissimum moræ periculum sicher Geleidt für den Ammann Amptsverwalter G. fürderlich zu erkennen vnd mitzutheilen/ annexo mandato de non offendendo in communi forma, vnd nach gestalt Anwaldts Gnädiger Fraw Fürstin Person/ sub pœna pecuniaria in pacis publicæ constitutione expressa, vber das alles oder was Anwaldts Gnädiger Fraw Fürstin vnnd dero Gottshauß zum vorstendigsten gebetten werden mag / E. F. Gn. Hochadelich / miltrichterlich Ampt bestes fleisses Vnterthänig anruffend.

Actiones Quinta & ultima classis.

Sed omissis nunc pluribus formulis, quarum occasione, ab enumeratione reliquarum actionum *initio hujus capitis* propositarum nonnihil digressi sumus, è diverticulo quasi in viam redeuntibus, videndum est ultimo loco, de iis Actionibus, quæ neque Patronis, neque clientibus, sed aliis, intuitu tamen clientelæ competunt.

Hujus autem generis duo membra in considerationem veniunt, unum scilic. earum actionum, seu remediorum, quæ contra proprios alicujus subditos, sese inscio magistratu in alienam clientelam tradentes, alterum eorum, quæ contra alium quemvis ratione susceptæ in alienos subditos clientelæ invito nimirum domino factæ competant.

484 *Magistratui contra subditos alienæ protectioni sese citra ipsius consensum submittentes, quænam actio competat. Actio injuriarum. Ratio competens hujus actionis.*

Ad prius, quod attinet, cum *Cap. VI. quæst. XV.* multis rationibus luculenter demonstraverim, non licere subditis circa consensum Domini sui alienum protectorem eligere, † ideo, si contra fiat, magistratus ordinarius contra suos alterius protectioni, inscio eo, & sine legitima causa sese submittentes, injuriarum experiri potest, ex sententia Petr. Frider. Mind. *de mand. lib. 2. cap. 14. num. 4.* per leg. *1. §. 2. ibi*, omnemque injuriam aut ad corpus, aut ad dignitatem aut ad infamiam pertinere *ff. de injur.* quam referunt & sequuntur Lud. Gilhauf. *tract. de Injur. & famos. libell. §. 5. n. 61.* Casp. Ziegler, *ad praxin Calnoli §. Landsassii conclus. 1. num. 90.*

Rationem autem actionis hujus, in prædicto casu competentis, elegantem idem Frid. *d. c. 14. n. 4.* assignat, quod scilicet à reverentia subjectionis alienum sit, protectorem aliunde & foris alienum, inconsulto præsertim Domino, suscipere. Etsi enim, ut alibi dictum, Protectionis jus, nihil de subjectione clientum participat: tamen jus est proprio Domino competens, & tale jus, ex quo Ordinario magistratui magnum præjudicium generari potest, ideoque absque injuria ejusdem, in alium conferri nequit.

Quæ autem vicissim hac actione conventis subditis defensiones seu exceptiones competant, limitationes prædictæ quæstioni subnexæ eos facile edocebunt.

485 Quod nunc ad posterius membrum, † quales nempe adversus eos nimirum, qui invito Domino alienos subditos in clientelam recipiunt actiones competant attinet, cum non solum legibus scriptis vetitum sit, ut nemo potentiorum patrocinium advocet, *l. 1. C. ne liceat potent. l. illicitas, §. ne potent. ff. de off. præsid. & l. 1. C. ut nemo ad suum patrocin.* Jo Faber. §. *præjudiciales. Inst. de actionib.* Jal. *in l. debitorum C. de pact.* Bal. *conf. 135. vol. 5.* Surd. *conf. 47. n. 25.* Verum etiam novissimis Imperii recessibus acriter interdictum, ne alterius protectionem quis ambiat, aut subeat præsertim contra Magistratum. Recess. Imper. *An. 1529.* §. Wir auch / *Anno 41.* §. vnnd damit *Anno 1555.* §. es soll auch kein Landsfried. *Anno 44. in p.* §. doch soll auch kein Stand. Denais. *Jur. Cameral. tit. 211.* §. 2. Gilman. *symphor. t. 1. p. 1. tit. 2. vot. 1. n. 143. & 144.* Ruland. *de commissar. part. 4. lib. 2. c. 3. n. 12.* sed ut quisque suosmet subditos tegat & tueatur, Ferald. *de privil. & Jurib. Regn. Fran. n. 40.* Felin. *in c. dilecti. ext. de major.* Obrecht. *de jurisdict. 8. n 97.* Natta *conf. 636. n. 59* Alex. *conf. 94. nu. 4. vol. 5.* Rol. à Vall. *conf. 18. n. 28 vol. 3.* Boer. *decis. 179. & 304. n. 6* Capic. *decis. 27. n. 2.* † Dubium non est, adversus suscipientes instituti posse *condictionem ex Lege, seu constitutione.*

486 *Subditos alienos invito Domino in clientelam recipientes, quib. actionum formulis conveniantur. Condictio, ex Lege. Ratio competentis hujus condictionis.*

Si enim obligatio nova introducta sit, nec cautum quo genere actionis experiamur, ex Lege agendum esse, inquit Paulus *in l. 1. ff. de condict. ex leg.* Sicut enim ex incidentibus negociorum speciebus, quæ ad certam Juris formam exigi non possunt ideoque nec certam habent agendi formulam, in factum vel præscriptis verbis agendum est; ita cum per legem communem vel municipalem scriptam aut non scriptam, præcipitur aliquid, aut prohibetur, ex cujus auctoritate subditi quidem obligantur aliquid facere, aut non facere, quod tamen ad negocium lucri causa contractum, referri non potest principaliter; tunc, si non fuerit adjectum speciale nomen actionis, ad hanc condictionem generalem, velut nominatam, ac quoquo versus commodam perveniendum est. Oldend. *class. action. 4. in princ.*

487 *Actio injuriarum. I. Ratio competentis hujus actionis.*

Deinde, non absque ratione statuendum videtur, adversus eos, qui alienos † in suam protectionem subditos recipiunt, *actionem quoq; injuriarum* intentari posse; Cum enim *supra* traditum, atque authoritate Juris Interpretum edoctum fuerit, ordinario magistratui ac Domino contra subditos, eo inscio & invito se alienæ submittentes protectioni, injuriarum actionem competere, eadem non minus contra recipientes alienos subditos in tutelam, locum habere censetur, quia uterque tam faciens, quam consentiens & receptans alienos subditos in protectionem, ordinario magistratui parem videntur inferre injuriam, arg. *l. item apud Labeonem. § fecisse convicium, ff. de injur. & l. non solum in princ. & §. si mandato meo, & § seq.* [illegible] *l. sed si injuria §. si jussu Domini. ff. eod.*

489 *Ratio II.*

Hinc Juris est agentes & consentientes † pari pœna puniri, *gloss. in c. sicut dignum. in fin. vers. item consentientes, & agentes. extr. de homicid.* Bonif. *de Vital. in clem. 1. n. 28, in fin. & n. 29. & 31. de pæn.* Nicas. *in §. interdum. il. 1. n. 8. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Jac. Boulenc. *in repet. l. capitalium. §. famosos num. 90. ff. de pæn.* Cæpol. *conf. 35. n. 13.* Barthol. Thæg. *pract. crim. part. 12. n. 6.* Jacob. Ayrer. *tract. de homicid part. 2. n. 35.* Farinac. *tract. crimin. part. 5. tit. 15. q. 129. nu. 32.* † 490 Imo faciens illicitum magis obstringitur delicto, quam ei consentiens tantum, Jacob. Butrigar. *in l. 1. C. de Nili agger. & ibi* etiam Salycet. *n. 1.* ex Jo. Willemat. *in l. Divus n. 6. & 12. vers. quinto fallit,* Farinac. *d. q. 129. n. 33.* Cæpoll. *conf. 34. num 22.* Paris. *conf. 152. nu. 39. & seq. lib. 4.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1139. n. 10.* ubi distinguit inter consensum cooperationis & simplicem.

Ratio III.

Confirmatur insuper prædicta assertio ex eo fundamento, quod recipientes alienos homines in protectionem & sese submittentes alienæ tutelæ, ejusmodi factionis participes, conscii, ac complices es-

 secen-

491 se censeantur: At † communi interpretum sententia receptum est participes alicuius delicti pari pœnæ & judicio esse obnoxios tradente Alberic. *in Dictionario verb. particeps dicitur* Dec. *in c. 1. n. 34. de offic. deleg.* Angel. *in l. is qui opem, n. 9 ff. de furt.* ubi remissive qui dicantur participes *& n. 13.* ubi quod puniatur eadem pœna sicut principalis Jas. *in l. num. 20. C. de serv. fugit.* ubi remissive qui dicantur participes delicti. Soc. *cons. 188. numer. 1. lib. 2.* Ubi videtur † concludere participem criminis illum esse, qui quomodocunque delicto favorem & auxilium præstat, Capr. *conclus. 10. num. 1. 28. 30. 31. 53. 60. & 62.* Ex cujus dictis colligitur, verbum particeps esse verbum generale comprehendens mandatum, consilium, auxilium, & omnes alios modos, quibus quis in delicto habet partem.

492

493 *Utrum actio servi corrupti adversus recipientes alienos subditos in suam tutelam ordinario magistratui illorum competat.*

Præterea cum † *actio servi corrupti*, auctore Oldend. *class. 7. act. 2. num. 4* adversus illum detur, qui homines cuiuslibet conditionis, sexus, ætatis sollicitat, ad aliquid illicitum faciendum, *l. 1. §. persuadere, ff. servi corrup.* Eandem sane actionem utilem per extensionem passivam, & interpretationem extensivam, magistratui ipsorum ordinario vel etiam constituto protectori contra illos, quod subditos alienos, suadelis & machinationibus quibuscunq; meliorem iis defensionem, quam à proprio Domino percipiant pollicentes ad se pertrahunt, dari existimo, aperte manus ad hanc opinionem porrigente Oldend. *ubi supra vers. itaque concedebatur*, ubi nominatim dicit, hodie † nobilibus propter rusticos corruptos, & magistratui de subditis, & generaliter omnibus hanc actionem concedi, per rationem † quod lex nova loquens in uno casu, ad alium etiam in quo militat eadem ratio extendatur Bart. *in l. ut tantum 13. ff. de serv. corrupt.*

494

495

Sic etiam pro famulis corruptis, etsi directa actio non competat, recte tamen Zas. *in §. omnes autem actiones, Inst. de act.* docuit utilem competere Domino, si famulus corruptus sit, ut suas res subtraheret, arg. *l. ut tantum §. ff. de serv. corrupt.* ubi hoc edictum Prætoris etiam extenditur ad partem, ut habeat utilem actionem adversus corruptores liberorum, *quia interest* inquit ICt. *in d. §. 1. animum nostrorum liberorum non corrumpi.* Ex eadem ratione potest maritus hac actione agere pro uxore corrupta, quia & interest mariti suum animum non corrumpi. idem quoad operas est in potestate mariti *l. sicuti 48. ff. de oper. libert.*

496 *Ampliatio.*

Ampliatur autem † hæc traditio primo, ut Domino prædicta actio competat adversus illos, qui suis subditis deditionem in alienam protectionem persuadere solummodo tentarunt, etiam si persuasio illa effectum sortita non fuerit.

Ratio ampliationis.

497 Quia in his quæ faciliter † trahuntur ad perniciosa exempla, conatum etiam puniri opportet. Nam à corrumpente & persuadente quantum in illo fuit, perfecta res est, *§. sed etsi credat. Inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. si quis servo. C. de furt. & serv. corrupt.*

498 *Objectionis repulsio.*

Nec obstat, † quod etiam in delictis ex consilio regulariter quis non obligetur, nisi sequatur factum seu delictum, *l. sæpe ita in fin ff. de verb. signif.* quia hoc casu consilium & persuasio cadit in proprium nomen delicti scilicet servi corrupti, ut statim consumatur delictum secundum gloss. *in l. 1. §. persuadere super verb. furtum facturus ff. de serv. corrupt.* Plat. *§. in duplum n. 4.* & Jas. *n. 3. Inst. de action.* Neque † attenditur illa distinctio an alias erat facturus vel non: Quia secundum communem & veram opinionem Dd. is qui consulit delinquenti, indistincte tenetur. Si enim non erat facturus, de bono quis facit malum, si vero erat facturus, de malo quis facit deteriorem, nec debent subdi calcaria equo currenti secundum Zas. *in d. §. in duplum. Inst. de actio.* Unde nec in proposito nostro distinguitur, an quis persuadendo servum bonum reddat malum, vel ex malo deteriorem, cum laudando malitia non debeat augeri, *d. l. 1. § non enim ff. de serv. corrupt.*

499

500 *Limitatio*

Circa istam tamen actionem, † quod exceptionis loco notetur, sciendum est, illam locum non habere, si aliquis non ea intentione & animo, ut in alienis subditis jus protegendi quæreret, sed ut pericula & damna ab iis averteret, vel humanitate aut misericordia, aliave probabili ac justa causa adductus, defendendos susceperit, per not. Mynſ. *ad d. §. in duplum nu. 8. vers. pari ratione Inst. de actionib.* quia ut competat hæc actio, dolus requiritur, *ex l. doli verb. in princ. ff. de serv. corrupt. l. dolo malo ff. eod.* Schneid. *in d. §. in duplum n. 5. in fine.* ubi dicit dolo cessante, etiam ipsam cessare actionem. *l. 3. ff. eod.*

501 *Clientes malis alicujus persuasionibus ad dandum se in alienam clientelam seducti an contra seductores ipsi actione servi corrupti experiri possint.*

Sed hic quæritur, † *anne & ipsis clientibus qui malis alicujus persuasionibus ad dandum sese in alienam tutelam seducti fuerunt, actio ista competat?*

Quod sane affirmandum videtur: † Si enim Protector, vel ordinarius subditorum magistratus, ut ex prædictis constat, agere potest, pro corruptione clientum, vel subditorum, multo magis & fortius ipsismet clientibus hæc actio concedenda videtur, propter corruptionem in suis personis factam, cum ordinata charitas incipiat à seipso *l. præses C. de serv. & aq.* Et propter quod unum quodque tale est, illud magis tale est *Auth. multo magis C. de sacros. Eccl.* & hanc sententiam expresse sequitur Ang. *in d. §. in duplum n. 3.*

502 *Affirmativa Ratio prima. Ratio secunda.*

Secundo facit quod nonnulli Dd. in quæstione hac, an ipsi corrupto contra corrumpentem hæc actio competat, affirmativam astruant, ut de Petr. de Bellapert, & Jac. de Rav. testantur Jas. & Faber, *in d. §. omnes autem Inst. de action*, & hanc opinionem ipse Faber dicit esse multum æquam, eamq; inculcandam esse, quam itidem approbare videtur Mynſ. *in d. § in dupl. n. 5.* † Ubi in materia hujus actionis, ait illam competere utiliter ipsi etiam corrupto, exemplum *ibid.* afferens de scholari: *Quidam*, inquit, *bonæ spei adolescens jubetur, cum viatico ad archigymnasium studiorum causa proficisci. Illic persuasione quorundam levium hominum (quorum magna est ubique in Academiis frequentia) seductus viaticum suum ludendo, potando & scortando profundit; decideruns crebriore calculo Dd. si parens suus illic neq; per se neque per Procuratorem præsens fuerit adolescenti, hanc actionem dari utiliter adversus persuasores ad duplum æstimationis damni sui.*

503

504 *Decisio Negativa. Ratio decidendi I.*

Sed his non attentis, † contrarium statuens existimo clientibus hanc actionem non dari.

Primum enim in confesso est diversam esse rationem inter Protectorem & clientes, vel magistratum ac subditos, cum hi consenserint in suasiunculas, ut se alienæ protectioni submitterent, non autem Protector, † vel magistratus; quia igitur volenti & consentienti non fit injuria ut speciatim probat tex. *in l. 1. §. usq; adeo & ibi* Alber. de Rosat. *n. 2.* ubi ponit exemplum de dante alapam alicui volenti *ff. de injur.* Cyn. *in l. si non convicii, n. 10.* & Salyc. *n. 1. C. de injur.* Damh. *pract. crim. c. 137. n. 14.* Neviz. *cons. 27. n. 20.* Boss. *tit. de injur. n. 14.* Baiard. ad Clar. *in §. injuria n. 7. vers. idem adde an injuria.* Fab. à Monteleon. *in prax. arbitrar. part. 4. q. 9. nu. 3.* Ideo clientibus sponte aliena consilia sequentibus nulla adversus persuasores actio competit.

505

506 *Ratio decidendi II.*

Ad hæc communem habemus quoq; † Juris theoricam quæ statuit, in delictis quem non obligari ex consilio, ei cui consulit, licet tertio obligetur, in cujus caput damnum redundat, & imputet quis sibi, quod rem turpem etiam suadente alio perpetravit. Cum mandatum † rei turpis sit nullum, *§. illud quoque Inst. mandat. & l. si remunerandi. §. rei turpis ff. mandat.*

507

Ex

Solutio contrariorum. Ex quibus etiam facilis est responsio ad ea, quæ initio propositæ quæstionis in contrariam sententiam adducta sunt.

Respons. ad 1. dubitandi rationem. Ob consensum enim clientum, qui in facto illo intervenit, actio alias regulariter domino, in cujus damnum seductio subditorum suorum facta fuit, competens tollitur, uti ex præmissis constat.

508 *Respons. ad II.* Nec obstat etiam authoritas allegatorum Dd. affirmativam tenentium: quia alii † communiter contrarium concludunt, asserendo affirmantem sententiam de rigore Juris defendi non posse. Fab. Plat. Jas. Zas. *in d. §. omnes autem.* Schneidew. *in d. §. in duplum, n. 10.* & alii passim. *Inst. de actionib.*

509 *Via Mandati.* Porro si Dominus talium subditorum, qui in alienam se contulerunt † clientelam, malit *per viam mandati* agere, poterit etiam Mandatum sine clausula in Camera impetrare, dummodo utraque pars immediate subjecta sit. Extant ejus rei vestigia apud Gylman. Symphorem. *tom. 2. part. 3. tit 1. post supplicationem n. 14. fol. 19.* ubi subsequens in ejusmodi casu mandati forma extat.

510 Mandatum sine clausula cum citatione, in † causa N. contra N.

Wir Rudolph ꝛc. Entbieten dem Hochgebornen N N. zu N. vnserm Lieben N. vnnd N. vnser Gnad vnd alles guts/ Hochgeborner Lieber N. vnd N. vnserm Keys. Cammergericht hat der Ehrwürdig N. N. zu N. zu erkennen geben/ wie auff den N. (in einer pflege auff der Garte genent) fünff Dörffer/ mit Namen N. N. N. N. vnd N. Augenscheinlich gelegen / welche fünff Dörffer mit allen ihren Einwohnern vnd zugehörungen/ N. N. vnd N. Gebrüdern von N. wie auch deren Vorältern/ als Dorffsherrn/ mit Gerichtbarkeit / Gebott vnnd Verbott Eygenthumblich/ aber sonsten mit der Landtfürstl. Obrigkeit S. L. N. zu N. dero Vorfahren / weit weit vber aller Menschen gedencken zugehörig gewest / vnd noch / wie dann auch bemelter Dörffer Einwohner/ gedachten beiden Gebrüdern/ als ihren Dorffs Junckern/ aber S. L. N. zu N. als ihrem Landfürsten vnd Herrn mit gebührlichen Eyden vnd Pflichten respective verwandt / gehuldiget vnd zugehörig seyn / vnd sie sich selbsten für N. Landtsassen (nit weniger als ihre Dorffs Junckern) jederzeit auff den N. bekant gehalten/ S. L. Landt- vnd Reichsstewer gehorsamblich erlegt/ in ihren Sachen an das Meintzische Landgericht Appellirt / daselbst zu Recht tam active quam passive gestanden/ vnd von S. L. vnd deren Vorfahren als N. Vnterthanen / in ihrem Anligen bey Nacht fur Gewalt geschützt vnd gehandthabet worden/ da sie auch etwan wider ihre Dorffs Junckern selbst zu klagen gehabt/ dasselbig beym N. Ober Amptmann auff den N. oder auch bey einem N. zu N. selbst Supplicando anbracht/ vnd umb Verhör / Schutz vnd Schirm in Vnterthenigkeit angesucht / in dem ihnen auch jederzeit zur Billigkeit verholffen worden / derhalben/ als sie etlicher Dienst vnd Zinß halber / mit ihren Dorffs Junckern bey den obgemelten Gebrüdern von N. in Anfang dieses 92. Jahrs strittig worden/ vnd beyde Theil vmb Rechtlich Verhör vnd Administration der Justitien erstlich bey mehrberührten N. Ober Amptmann N. von N. darnach auch bey S. L. selbsten in Vnterthänigkeit angesucht / S. L. auch darüber gebührliche genugsame Erkundigung durch ernänten ihren Ober Amptmann vnd andere mehr ihre Räthe/ auff dem N. einnemmen / auch beyde Theil in ihren Klagen Antworten / Bericht vnd Beweißthumben mit allem Fleiß anhören lassen/ vnd so viel darauß befunden/ daß sie die Vnterthanen vnd Einwohner oben benanter fünff Dorffschafften ihrer Klagen nit befügt / darauff ihnen dieser Bescheidt von obgemeltem Ober Amptmann vnd Räthen den 15. Februarii Anno 92. eröffnet vnd geben worden/ daß sie die geklagte Dienst vnd Zinse / ihren Dorffs Junckern / zu leisten vnd zu geben schuldig/ darum sie hinfüro alles vngehorsams / vnd widersetzigkeit bey vermeidung ernster straff sich enthalten sollen.

Wiewol nun die Vnterthanen von solchen billichen bescheiden nit Appellirt (wie sie auch dardurch nit beschwert worden) sondern dieselbe in kräfften ergehen lassen/ darumb sie auch denselben gehorsamblich geleben sollen. Sie haben aber/ auß anreitzung etlicher Redelsführer verbottene conventicula zu Wälden vnd Feldung gehalten/ wider ihre Dorffs Junckern mit geleisten Eyden bößlich conspirirt/ vnd Gelt zusammen gelegt/ denselben mit gewehrten Händen sich zu widersetzen/ welches sie auch mit sträfflicher That im Werck erzeigt / vnd als gedachter Amptmann auff der Gebrüder der von N. ansuchen/ umb Amptshülff vnd einsehens zuthun / offene Mandata in den Dörffern anschlagen lassen/ darinn allen vnd jeden Vnterthanen / bey vermeydung ernster Straff gebotten worden / sich aller verbottener Conventiculn / Conspirationen ferner zuenthalten / so haben sie nichts desto weniger dasselbige nicht allein nichts geachtet / sondern je lenger je mehr conspirirt/ darzu den von N. abgeordneten Schultheissen vnd andere mehr Vnterthanen/ so gehorsamb seyn wöllen / mit betrawung sie Todt zu schlagen / dahin gezwungen / daß sie ihnen in offenem Feldt bey Pflichtig sich machen mussen / wie sie dann auch vnterstanden / etliche mit freventlichem Gewalt Todt zu schlagen/ da es nit von andern gewehrt worden / als nun der Ober Amptmann solche ärgerliche hochsträffliche zunemende Rebellion (darauß leichtlich ein newer Bawrenkrieg erweckt werden köndt) vernommen/ vnd zum Theil selbst erfahren / darauff mit vorwissen vnd Bevelch S. L. Clagenden N. andere Schärffere Mandata in etlichen Dörffern durch etliche N. bestelte Reisige vnd Diener anschlagen lassen / darinnen denselben Vnterthanen abermahls bey vermeydung Leibsstraffen verbotten worden/ sich aller Thätlichkeit / conspiration vnd Auffruhrs zuenthalten / darneben auch der Magistratus mit gefaster starcker Hand in Dörffern etlich fürnehme Anstiffter der Conspiration vnd Auffrührer gefänglich annehmen vnd gen N. führen / daselbsten sie mit Recht beklagen vnd straffen zu lassen. So haben sich abermal sol-

ches nothwendig gebrauchten Ernsts halben die Conspirirten rebellischen Bawren nit geförchtet/ sondern zum gäntzlichen Abfall von ihrer von Gott angesetzten Obrigkeit / sich an D. L. Ober-Amptmann zu N. N. auff desselben erpractisirtes Anreitzen / per suos commissarios de facto gehänget / daß er sie im Monat Octobri nechst/als vermeinte N. Unterhanen / in seinen und seines N. und N. N. Schutz und Schirm / mit empfahunge offentlicher Eyden und Huldigung / wider N. N. ihres eigenen Herrn und Landtsfürsten/ und wider offtgemelter Dorffs-Junckern von N. ernstlich verbieten/auff/und angenommen/die angeschlagenen N. Mandata mit Gewalt abgerissen / und darwider andere N. Fürstliche N. Mandaten mit auffgetrucktem Fürstlichen Insigel auß N. Statthalter/Cantzler und Räthen Befelch (welches D. L. auch seithero ratificirt und approbiert) in allen fünff Dörffern oben benänt offentlich anschlagen / und daselbst allen und jeden N. Innwohnern vnnd Unterthanen gebotten / S. L. N. N. ihrem Herrn und dem N. Ober Amptmann / noch deren Gebotten / keinen Gehorsamb weiter zu leisten / sondern nun mehr N. N. zu N. für ihren Herrn allein zu erkennen / und dero Gehorsamb zu seyn/ alles mit angehefften erbieten / sie hinfür an mit starckem Gewalt / für die N. wol zu schützen/ auch die andere N. gefangene / ledig zu machen.

Wann dann in den Keyserlichen / und deß H. Reichs publicirten Constitutionen / Ordnung und Abschied/ sonderlich auch in der Keyserlichen Gülden Bullen / neben der natürlichen Billichkeit / wolbedächtlich / löblich und mit sonderm Ernst versehen und gebotten worden / daß kein Standt deß Heil. Reichs einem andern Standt seine Dörffer/ Leuth und Unterthanen/ mit thätlicher Gewalt abnöthigen/ auch in seinen Schutz und Schirm/als Unterthanen/wider ihre fürgesetzte Herrn und Obern auffnehmen/ noch viel weniger die Administration der ordentlichen Justitien und bestraffung der begangenen offentlichen ärgerlichen Conspiration/ Auffruhr und Rebellion der Unterthanen / wider ihre ordentliche Obrigkeit / dardurch zu verhindern/ und solchem nach diese oberzehlte Sach und Handlung in alle wege für straffwürdig und unrechtmässig zu halten.

Solchem nach / diesem ärgerlichen Exempel/ und in gemein schädlichen Unwesen / rechtmässig zu begegnen/ umb diß unser Keys. Mandat und Ladung wider D. L. zu ertheilen bestes Fleiß anruffen und bitten lassen/ als auch erlangt das heut dato gebettene Proceß erkant worden seindt. Hierumb so gebieten wir D. L. von Röm. Keyserl. Macht bey Pöen 16. M. Löttiges Goldts/halb/ ꝛc. hiemit ernstlich und wöllen / das D. L. den nächsten nach uberantwortung oder verkündigung dieses Brieffs ohne Verzug und Einrede/ die obgemelte N. Unterthanen und Innwohner in benanten fünff N. Dörffern / von den ihnen mit verbottener That abgenommenen Pflichten/ Gelübt/Eydt und Huldigung relaxire / entbinde/ frey ledig und loß gebe / sie ferner nit abfällig mache/ oder in ihrem ungehorsamb steiffe / befestige/ Handthabe / noch an gebührlicher Execution der Justitien thätliche Verhinderung/ und S. L. ꝛc. Klägern einigen Eintrag thun / sondern bey deroselben befugten ordentlichen Obrigkeit und Gerichtszwang / sie bemelte Unterthanen unverhindert bleiben lasse / dem allem D. L. also und zuwider nit thue / als lieb ihr sey bestimbte Peen zu vermeiden / davon geschicht unser ernstliche Meynung. Wir heischen und laden auch D. L. von berührter unser Keys. Macht hiemit / daß sie auff den 30. Tag den nechsten nach gemelter Insinuation und Verkündigung/ deren wir ihr 11. ꝛc. erscheine / glaublich anzeige und in Recht darzu thun / daß diesem unserm Keyserl. Gebott / gehorsamblich gelebt sey/ wo nit / alsdann zusehen und hören sich in obbestimpte Peen gefallen seyn/ mit Urtheil und Recht sprechen / erkennen und erklären / oder aber erhebliche beständige Ursachen ob D. L. einige haben möchte/ warumb solche erklärung nit solte geschehen / gebührlich fürbringen darüber unsers Keyserl. Cammergerichts Erkantnuß und furderlichen Endtscheidts zugewarten/wann D. L. komme und erscheine / als dann oder nit / so würdt/ ꝛc. darnach/ ꝛc. Geben Speyer den 13. Novembr. Anno 92.

511 Cæterum, si is, cujus subditi ab aliquo in clientelam suscepti fuerunt, specialiter forte privilegiatus esset, ne quis suos subditos, familiam, aut vasallos in protectionem recipiat, quemadmodum Nobiles de Bibera tale privilegium obtinuisse, *alibi* diximus, & dubitandum non est, sæpiuscule aliis etiam similia concessa fuisse, eo casu competit ei ad dimittendos è clientela subditos atque ad exigendam pœnam privilegio insertam *conditio ex privilegio*, de qua, cum supra pluribus egerimus, hic tantum formulam supplicationis pro Citatione ad videndum se incidisse in pœnam privilegii, subjiciemus.

Conditio ex privilegio.

512 Supplicatio † pro citatione ad videndum se incidisse in pœnam privilegii Cæsarei, & supplicantis subditos temere susceptos è clientela dimittendum N. contra N.

Hochwürdiger/ ꝛc. E. F. G. bringt Anwaldt deß Edlen und Ehrnvesten N. N. gegen und wider N. N. supplicirend für/ und sagt/ wiewol weiland der Allerdurchleuchtigst/ Großmächtigst/ und unüberwindtlichst Fürst und Herr / Herr N. gewesner Römischer Keyser / ꝛc. Hochlöblichster Christmiltester Gedächtnuß / dem Adelichen Geschlecht von N. und allen auß demselben herkommenden Mannlichen Leibs Erben / in gnädigster Ansehung und Betrachtung ihrer gegen dem H. Reich geleister / getrewer/annemblicher und nutzlicher Dienst / auß Römischer Key. Macht und eygner Bewegnuß / neben andern stattlichen Privilegiis und Begnadigungen / laut beygelegten Originals / diese besondere Freyheit / allergnädigst concedirt / gegeben / und mitgetheilt / daß niemandts ohne der vorgemelten von N. und

N. vnd ihrer Erben sondere Gunst vnd Bewilligung/keiner ihrer Gebröter Diener/Vnterthanen / Lehenmänner / oder hindersassen / so sie mit Thür vnd Nagel beschliessen / oder über die sie sämptlich/oder besonder Vogtrecht / oder andere Gericht haben / in Verspruch / Schutz vnnd Schirm annehmen noch empfahen sollen/mögen oder köndten/ auch da schon solches hierüber beschehen/doch nichts desto weniger die auffgenommene N. Personen auff deren von N. Mündlich oder Schrifftlich abfordern / inner N. Wochen hernach solcher frembder Verspruch/Schutz vnd Schirms ledig / vnd denen von N. ohne irrung wider heim gewiesen vnd gehorsam seyn sollen: bey einer namhafften Gelt Pön / als N. Marck Lötiges Golts / die ein jeder / so offt er freventlich darwider thete / zum halben theil in die Keyserl. Cammer / vnd den andern halben theil vorgedachten von N. vnnachlässig zu bezahlen verfallen seyn soll.

Ob wol auch dieser aller Höchstgedachter Käyserl. May. Befreyungs Brieff N. N. als beklagtem / laut deß Instruments lit. A. den N. Tag/dieses ablauffenden N. Jahrs / durch Notarium vnd Gezeugen gebührender massen insinuirt vnd in Wissenschafft gebracht. So hat doch dessen alles vnangesehen sich N. in jüngstverschienem Novembri gemelten N. Jahrs vnterstanden/vnd deß klagenden von N. Vnterthanen zu N. in seinen vnd seines Gn. Fürsten vnnd Herrn Schutz vnd Schirm / mit abnehmung offentlicher Eyden vnd Huldigung/wider gedachten von N. als ihren eignen Herrn vnd Obern auff vnd angenommen.

Wann dann in angezogenem Käys. Privilegio solche thätliche Vberfahrer / die Pön vnd Straff darin verleibt / zum halben theil in die Käy. Cammer/vnd den andern halben theil obgedachten Anwalds Principaln / als Clägern / ohnablässlich zu bezahlen verfallen seyn / deßgleichen an ihme selbsten auch offenbar/daß diese oberzehlte Sach vnd Handlung in allweg Straffwürdig vnd vnrechtmässig zu halten: beneben auch in mehrgedachtem Freyheits Brieff ernstlich gebotten/ die in Schutz vnd Schirm auffgenommene Persohnen auff deren von N. Mündlich oder Schrifftlich erfordern / alsbald solches frembden Verspruch / Schutz vnd Schirms ledig zu sagen vnd denen von N. ohne Entgelt wider heim zu weisen / vnd sonsten auch / vermög der Ordnung / in dergleichen violirten Freyheits Sachen niemand anders / als allerhöchstbesagt Käys. May. oder an dero statt E. F. Gn. als Cammer Richter / zu erkennen/dann auch obberührte Sach/vermög deß H. Reichs Ordnung / ihrer Art vnd Eygenschafft nach/für E. F. Gn. vnd diß Hochlöblich Käyserl. Cammer Gericht gehörig.

So ist demnach an E. F. Gn. Anwalds gantz vnterthänig bitten / ihme an statt seines Principaln / als dergleichen verbrechen zu rechtfertigen / höchlich benothdrängt / wider mehrgedachten N. Citationem ad videndum se incidisse in pœnam privilegii in communi & consueta forma gnediglich zuerkennen vnd mitzutheilen.

Darüber / oder wie es sonsten in besserer Form gebeten werden sollen/können oder mögen / E. F. Gn. Hochadelich Mildrichterlich Ampt vnterthänigs Fleiß anruffend/2c.

Plures supplicationum formulas, ne opus hoc crescat in immensum, hic congerere omitto, alias plures suppeditabit praxis.

513 Et hactenus quidem de Remediis, quæ Magistratibus tam adversus subditos suos in alienam protectionem se conferentium, quam alios, eosdem in tutelam illicitam recipientes sufficienter ad rem præsentem, actum esse existimo; Restat modo, ut priusquam huic capiti finis imponatur, econtra etiam videamus, quid subditis, si illi à propriis suis Dominis, indefensi relinquantur, agendum sit.

Subditi à Magistratu suo indefensi relicti quæ Actionum remedia habeant.

514 Et primo quidem subditi, non habentes † extraordinarium protectorem, si ordinarius eorum Magistratus in defensione necessaria, partibus suis non fungatur, negligentiam eorum ad superiorem deferre, & per recursum ejusdem auxilium implorare possunt. Tunc 515 enim Magistratus † ac Domini superiores quando scilicet inferiores in auxilio ferendo negligentiores existunt, partes suas interponere, & injuriam patientibus, opem ferre omnino tenentur, per tradita à Parlador. *rer. quotid. lib. 2. c. 1. n. 26.* Garf. *de expens. c. 12. n. 56.* vel mandatis severioribus, inferiori Domino, protectionem subditorum, injungere debent.

516 Multo magis autem si Domini † & Magistratus subditos pro tuitione opprimat & indigne tractet, implorationi superioris locus erit, & si dominus immediate Imperio subjectus sit, Camera adiri potest, quæ Mandata sine clausula eo nomine decernit, si narrata supplicationis tantam referant sævitiam ut factum omni Jure prohibitum, nec ullo modo justificari posse videatur Gail. *1. obs. 17.* Imo talia † Mandata non tantum ad 517 instantiam subditorum, sed etiam ex officio, si res postulat, videlicet, si præ metu supplicare non audeant, aut vi prohibeantur subditi, Camera decernere solet ac potest Gail. *1. de PP. cap. 2. num. 22.* Tuitionem † enim eorum, qui à potentioribus, & 518 quod multo indignius est à proprio Magistratu opprimuntur, Cæsari & consequenter etiam Cameræ incumbere, ex iis, *quæ in c. 5. sub n. 70. & seqq.* deduximus, manifestum est.

519 Deinde vero subditi, superiore † negligente eos tueri, alterius potentioris protectionem, quærere possunt, qui eos defendat & imminentem vim ab iisdem propulset: Si enim indefensi relinquantur subditi, Jura † etiam Magistratum ad tuitionem subditorum 520 obligantis, à Principe Laudens. *de Princip. q. 454.* & quovis alio etiam singulari successore servanda, Bertaz. *cons. 418. n. 2.* Dn. Pancirol. Præceptor meus honorandus Pataviens. Professor. *cons. 119. n. 4.* ab ipso violantur.

521 Quæ violatio † ab obedientia cujuslibet superioris etiamsi Imperator vel Papa sit, discedendi excusationem præbet, docente Contard. *in l. unic. Cod. si de moment. possess. Limitat 3. numer. 25.* quod etiam diserte tradit Andr. Knich. *de vestitur. pact. part. 2. cap. 5. num. 222.* Et sic multo † magis, in casu deficientis 522 auxilii necessarii, subditi à proprio domino derelicti alienæ se defensioni etiam inscio suo Magistratu submittere possunt, id quod multorum auctoritatibus adductis *in cap. VI. sub numer. 340.* ubertim probavimus, & insuper in facto consultus respondit ex Baldi & Felini sententia Thomingius *consil. 19. num. 43. & seq.*

Sic

523 Sic à Moscho, ut rem exemplo illustremus Livoni & Borussi pressi & ab Imperio deserti in fidem & clientelam Poloni Regis, ante aliquot annos se contulerunt, ut testantur August. Brun. *in Libell. Synopt. Rom. Imp. Episc. Reg. Tit. 3. in Anno 1560.* Schleid. *de Stat. Relig. & Reipubl. lib. 5.* & Bucholz. *Indice Chronol. in Anno Christi 1565.*

524 Præterea si Iudiciali remedio adversus Magistratum suum experiri volunt subditi, quando ad illorum instantiam, Domini † contra exteros vim inferentes eos tutari, aut molestantes ac turbatores, cum potuissent

525 abigere vel comprehendere noluerunt, citationem in Camera vel Aula Imperiali contra eosdem impetrare possunt, *ord. Cam. part. 2. Tit. 15.* ubi statuitur si Dominilocorum seu Magistratus subditis, qui à vagis militibus infestantur, non subveniant eos in Camera citari posse.

Subditi à Dominis suis contra oppmentes non defensi an eos in Camera denegata justitia accusare possint?

Verum *an hoc vel simili casu subditi † ordinarium Magistratum in Camera super denegata Iustitia accusare possint*, quærit P. Frid. Mind. *2. de mandat. Iudic. 14. n. 1.* sed non decidit.

Ego vero ad hoc † quæsitum, cum D. Hepingk. post hæc scripta viso *differt. de Iure protect. concl. 12. sub lit. C.* negative respondendum esse censeo.

Decisio negativa. Ratio decidendi

Quæ enim ex ordin. Cam. *part. 2. Tit. 26. pr.* requiruntur, ut causæ denegatæ justitiæ ad Cameram Imperialem devolvantur, hic deficiunt, ad notat. Gail. *1. obs. 28. n. 2. & 3.*

Unde quæstio illa; *An si ex capite denegatæ Iustitiæ Iurisdictio Cameræ fundata sit, processus ex L. diffamari decerni possunt*, † quod alias affirmat Gilm. *Symph.* 527 *Tom. 3. lit. L. voce: Lex diffamari*, prædicto in casu frustranea est & per se corruit. D. Hepingk. *d. loc.*

Et hæc de actionibus ad materiam Advocatiæ ac Salvæguardiæ spectantibus, (quas quidem, etsi nullo, quem sequeremur, duce prævio, quam potuimus, accuratissime digessimus, in scripta relata, pro Praxeos tyronibus sufficere speramus. Cæterum, quia omnis actio, cujus probatio deficit, inanis esse censetur, ideo, quæ ad doctrinam edocendæ Advocatiæ pertinent, *subsequenti Capite* explanabimus.

CAPUT ULTIMUM.

De diversis Advocatiæ probandæ modis ac rationibus.

SUMMARIA.

Actiones frustra instituuntur, deficientibus probationibus. n. 1
Paria sunt non habere Advocatiam, & eam non apparere, ibid.
In probatione virtus causarum & controversiarum exitus consistit, n. 2
A probationibus omnis justitia contentiosi fori dependet, 3
Iudex secundum probata, non secundum conscientiam judicare debet, 4
Probatio est anima processus judiciarii, 5
Probatio dicitur navicula, quæ judicem deducit ad portum. eod n.
Lis nulla est, cui non opus sit probatione, 6
Probatione deficiente, deficit substantia causæ, 7
Iura non prosunt ubi deest probatio, 8
Qui deficit in probatione, deficit in salutari suo ibid.
Multi justam causam foventes succumbunt propter inopiam probationum, 9
Iuris Advocatiæ probatio difficilis, 10
Monasteria à protectorum tutela libera præsumuntur, si ex antiquis instrumentis vel scripturis de ea, nihil constet, 11
Protectionis jus in alterius subditos sibi competere asserens, illud probare tenetur, ibid.
Ius protegendi alterius subditos nemini competit, nisi cui hoc jus est constitutum, 12
Res qualibet libera præsumitur, nisi de servitute doceatur, ibid.
Pro libertate semper judicandum ibid.
Servitutem alleganti incumbit probatio, ibid.
Res ipsa non solum, sed & qualitas illius probanda, ibid.
Advocatiæ probatio unde desumi possit, 13
Ius unumquodque iis modis regulariter probatur, quibus emersit 14
Advocatia quemadmodum ex edocta terrarum, è manibus infidelium ereptarum occupatione edoceatur, num. 15
Advocatia qualiter probetur ex literis fundationis, aliisque antiquis scripturis, in quibus juris protectitii fit mentio? 16
Ius Patronatus instrumento dotationis probatur, ibid.
Probatio, quæ fit per instrumenta, dicitur realis, liquida, manifestissima, evidentissima, 17
Habet vim definitionis, & de ea judicatur, ut de casu legis, ibid.
Non indiget discussione & disceptatione fori, 18
Exceptio, de qua per instrumentum fides fieri potest, semper admittenda est, etiam in casibus, in quibus alioquin talis exceptio non admitteretur, 19
In jure patronatus Civitatis vel universitatis probando, non sufficit probare dotationem, fundationem aut constructionem, nisi etiam probetur, ex bonis ipsius universitatis constructum, fundatum & dotatum fuisse, 20
Patronatus jus ille duntaxat acquirit, qui Ecclesiam de suis bonis fundavit & dotavit, sub. n. eod.
Ius patronatus civitati non competit ex eo, quod singuli cives erexerunt vel dotarunt Ecclesiam, 21
Advocatia qualiter ex restauratione seu reædificatione antiquæ, penitus tamen collapsæ Ecclesiæ seu Monasterii alicujus edoceatur, 22
Ad probandum jus protectionis qualem præsumptionem præbeat territorii locus? 23
Bona intra fines regni, provinciæ, Civitatis vel castri sita; censentur esse illius, cujus est regnum, provincia, Civitas vel castrum, 24
Monasterium in alicuius Principis territorio situm, in dubio ab ipso vel ejus majoribus constructum & dotatum præsumitur, 25
Ecclesia dicitur constructa ab illo populo, vel illis parochianis, ubi sita vel constituta est, 26
Principi cuilibet protectio & tutela Clericorum in territorio suo habitantium incumbit, 27
Advocatiæ probandæ argumento in Iure territoriali radicato, Principes, quod exemplis adductis illustratur frequenter utuntur, ibid.
Omnia intra territorii alicujus fines inclusa, in domini illius fide ac protectione existere, regulariter in summo duntaxat Principe verificatur, 28
In Principis alterius territorio facile locus exemptus, & alterius

Instrumentum, in quo continetur emptio alicujus rei, si alicui tradatur vel legetur, ipsa res intelligitur tradita vel legata, 88

Probationes præsumptivæ in defectum aliarum directarum lege sustinentur, 89

Advocatia quomodo per Testes probetur, 90

Probationum species validissima & dignissima est, quæ fit per testes, ibid.

Testis deponens super juribus incorporalibus, quæ judicio intellectus percipiuntur, semper tenetur reddere rationem dicti sui, 91

Testis deponens super jurisdictione, jure decimandi, & similibus, etiam non interrogatus, debet reddere causam scientiæ, 92

Testis deponens super Advocatiæ jure, quando congruentes dictorum suorum rationes attulisse censeatur, 93

Testes in eundem finem concordantes plene probant illud, quod habet plures actus vel plura media, quæ tendunt ad genus, 94

Testes ad eundem finem tendere intelliguntur, qui deponunt per idem, vel simile medium, 95

Testes per diversa media ad idem deponentes, non possunt dici singulares, 96

Testes nulla lege coguntur ad reddendam unam eandemque rationem scientiæ, 97

Lex magis favet testibus per diversas rationes concludentibus, quam per unum eundemque mediatum sermonem deponentibus, 98

Testes non dicuntur singulares, quando ratio concordiæ est eadem veritas, 99

Juris protectitii fides quomodo inducatur per instrumenta, 100

Probatio per instrumentum in exercendis litibus, quoad effectum, eandem vim obtinet cum depositione testiū, ib.

Probatio per instrumenta in factis antiquis melior est, quam per testes, 101

Instrumentis magis creditur, quam testibus, 102

Probationes quænam rei sufficientem fidem faciant, discreti judicis arbitrio relinquendum est, 103

Ad Advocatiæ probationem, qualem arma seu insignia gentilitia in clientum locis à protectoribus apposita præsumptionem inducant? 104

Insigniis antiquarū familiarum vestigia conservantur 105

Insignia sapiuscule, veluti signa & literæ hieroglyphicæ, aliud quod non videtur, ad memoriam eorum, qui aliquid egregium demonstrandi signo proportionatum gesserunt, significant, ib.

Insignia seu arma gentilitia transeunt in omnes de illa agnatione descendentes, 106

Insignia seu arma familiæ alicujus in loco quopiam apposita sunt sempiternum monumentum juris cujuspiam illi familiæ inibi competentis, 107

Insignia familiæ alterius in loco publico depicta amovere, & sua, etiam novum opus ædificando apponere volens, judicis officio id facere prohiberi potest, 108

Insignia in foribus, turribus, muris Monasteriorum vel Ecclesiarum adpicta seu insculpta, arguunt jus protectionis vel patronatus, 109

Contributio liberalis ad opus aliquod faciendum, insigniorum in loco etiam alterius Jurisdictioni subjecto apponendorum beneficium indulget, ibid.

Contra, 111

Insignia familiarum in Ecclesias admittuntur ad tuenda jura patronatus, quæ temporis diuturnitate collapsa his insignibus conservari & probari solent, 110

Insignia in turribus, portis aliisve locis depicta, magis jurisdictionem & dominium, quam Advocatiæ indicium denotant, 112

Insigniis & armis probatur res ad eum spectare, cujus arma sunt, 113

Civitas in sigillo suo Principis insignia ferens, ex eo Principi illi subjecta censetur, 114

Imperialis civitas judicatur, in cujus portis seu ædificiis publicis Imperatoris insignia longo tempore suspensa fuerunt, 115

An patronus, in quem legitimo titulo Jus protectionis translatum fuit, arma seu insignia prioris patroni, quæ in signum competentis sibi Advocatiæ Monasterio vel Ecclesiæ apposuit, auferre & sua apponere possit? 116

Affirmativa, 117

Refutatur, 127

Negativa asseritur, 120

Insignia prioris Domini possunt auferri & deleri per novum successorem in feudo, 118

Insignis fundatoris in Capella seu sepultura pro se & familia sua, erecta appositis, alii ex fœminis ejusdem familiæ descendentes arma sua conjungere, nec Monachi deficiente stirpe masculina id prohibere possunt, 119

Declara, ut n. 129

Fundatoris primi arma ab Ecclesia vel sepulchro nullo modo amoveri, sed in memoriam ejusdem semper permanere debent, 121

Ratio, 122

Religiosi male faciunt, qui capellas fundatorum, in quibus appicta sunt eorum arma, immutando, veterum patronorum insignia auferunt vel delent, 123

In reparatione sacrarum ædium, palatiorum, aliorumq; operum publicorum licitum est, antiquas imagines, statuas, insignia, & inscriptiones hominum deponere, sed refectis ædificiis remota reportari, & quæque suo loco reponi debent, 124

Patronus Ecclesiæ potest habere honoris causa insignia familiæ suæ depicta in Ecclesia, nec ea à quopiam sine injuria abradi queunt, 125

Insignia familiæ alicujus in Ecclesiis aliove loco ad perpetuam memoriam collocata corrumpens & delens, punitur pœna judicis ordinaria, 126

Præeminentiæ ac honoris jus ex prima fundatione alicujus Ecclesiæ est infinitum, 128

Iura, quæ loquuntur de Jure patronatus laicorum in Ecclesiis à se fundatis, non habent locum in Capellis per laicos fundatis in Ecclesiis, in quibus habitant religiosi mendicantes, n. 130

Patronus insignia primi fundatoris in Ecclesia non solum non potest mutare, sed nec sua etiam antiquis remanentibus apponere, si ipse sit alterius familiæ, 131

Insignia primi fundatoris etiam heres juris patronatus ex linea ejusdem fœminina descendens non potest in Ecclesia vel Capella immutare & sua apponere, 132

Arma primi fundatoris non possunt delere clerici illius Ecclesiæ & alia imponere, alioquin puniuntur arbitrio judicis. 133

An à fundatoribus recte ac licite in monasteriis vel Ecclesiis à se fundatis, apponantur insignia seu arma gentilitia? 134

Affirmativa, 135

Negativa asseritur, 151

Moderatur tamen, 182

Insignia seu arma licite apponuntur in opere alicujus sumptibus & liberalitate constructo, 136

Declara, ut nu. 166. in operibus scilicet prophanis, non sacris.

Usufructuarius, quemadmodum & proprietarius, in re, in qua usumfructum habet, arma sua appingere potest, 137

Donans vel legans pecuniam ad extruendas ædes sacras, hospitalia, imagines, &c. nomen & arma sua in iisdem apponere potest, nec ea abradi debent, ut alterius ponantur, 138

Defun-

Con-

Advocatiæ jus an etiam per vehementem hominum opinionem inducatur? 247

Opinio vehemens plenam probationem inducit, 248

Confines per communem opinionem probantur, 249

Jus protectionis qualiter probetur per observantiam? 250

Per observantiam jus Patronatus uti & alia jura probantur, ibid.

Observantia subsecuta conventa protectionis contractum declarat, 251

Sequela facti qualis præcedens fuerit conventio demonstrat. ib.

Advocatia quomodo probetur aliis scripturis ac monumentis in archivo publico repertis? 252

Scripturis in Archivo publico repertis fides adhibenda est, 253

Probationum materia est arbitraria, 254

Iudex non ad unam duntaxat probationis speciem animum applicare debet, eod. n.

Iudex ex concurrentia plurium præsumptionum, quæ ex variis rei propositæ circumstantiis desumi possunt, ad credulitatem indubitatam induci potest, 255

Probatio ex conjecturis & indiciis resultans sæpe pro plena habetur, 256

Probatio ubi à lege vel statuto requiritur, præsumptiones juris ad obtinendum non sufficiunt, 257

Ad probandum jus patronatus an probationes præsumptivæ sufficiant? 258

1 *Continuatio Capitis.* CUm incassum instituantur † actiones, quas *præcedenti ex capite* tam Patronis, quam clientibus adversus se mutuo competentes, cognovimus, nisi in iisdem jus protectitium evidentibus argumentis probari ac edoceri possit. Nam ut ait Juvenalis *lib. 3. Satyr. 8.*

—— Collapsa ruunt subductis tecta columnis.

Paris enim sunt non habere † Advocatiam, vel jus Advocatiæ non apparere arg. *cap. fin. de Probationib. leg. duo sunt 30. ff. de testamen. tut. l. in lege 77. ff. de contrah. empt. l. si fuerit 10. ff. de reb. dub.* Gail. *1. observ. 105. n. 14.* Ideo properantibus nobis ad calcem institutæ tractationis nostræ & metam prope tenentibus hoc loco de probationibus juris Advocatiæ subjiciendum est.

2 *Probationis utilitas & necessitas.* In probatione enim tota † virtus causarum, pondusq; litium, omnium controversiarum exitus consistit, notante Bald. *in c. quia propter n. 23. col. pen. extr. de elect. & in l. 2. sub n. 8. vers. breviter ego dixi col. 4. Cod. de Episc. aud.* Imo ab hac omnis fere contentiosi fori dependet † justitia, quæ ex actis & probatis à judice distribuitur, ut ait Jacob. de S. Geor. *in rub. ff. de prob. n. 8. v. advitte col. 2.* & Bald. *in rub. extra de judiciis sub n. 3. v. est & justitia col. 3.*

4 Hinc nostri, post Ulpianum † probationi tantum tribuunt, ut judicem per probata astringi atque ligari, & secundum ea, non etiam secundum conscientiam judicare debere dixerint, *l. illicitas. §. veritas, de offic. præs. 4. judicet 3. q. 7.* & ibi gl. & alibi gl. *in c. 1. de off. ord. & in c. pastoralis, §. quia vero de offic. deleg.* gl. *in leg. 2. de fer.* Bart. *l. 1. C ut quæ des. Advoc.* Jo. And. *in addit. ad Spec. tit. de disput. & alleg. §. satis n. 13.* Fel. *in d. §. quia vero n. 10.* & *ibi* Barb. ubi *n. 36.* hanc communem opinionem esse dicit, & *ibi* etiam Im. *col. pen. & in d. c. 1. de offic. ordin. n. 14.* & ibi Alc. *n. 33.* & Bald. *in præjud. ad lib. 2. decretal. col. 2.*

5 Unde eleganter Jod. Damhoud. *in prax. civ. c. 156. n. 11.* probationem † animam processus appellare consuevit, & Augustin. Bero. *quæst. 30. n. 1.* ipsam probationem causæ victoriam & decisionem respicere prodidit. Hinc probatio Navicula dicitur quæ judicem ad portum ducit, ideoque apposite à M. Fab. Quintiliano dictum est litem † nullam esse, cui probatione opus 6 non sit. Nam cum de illis, quæ in judicium vocantur, judici sententia dicenda sit, & is sane prius decernere non potest, quam si probatum sit, ita esse, ut intenditur: Ita fit, ut quamvis maxime alia omnia nonnunquam sine detrimento abesse possint aliis, teste eod. Fabio, hac tamen probatione nulla disceptatio aut controversia carere queat, usque adeo, ut deficiente probatione tota causæ substantia deficiat ex trad. Fulv. Pacia. *de probat. lib. 1. cap. 3. num. 5.* nihilque nobis † profutura 7 sint jura & actiones ubi probatione destituimur, *cap. solennitates, de consecrat. leg. duo sunt. ff. de testam. tutel.* Cravett. *cons. 48. num. 4. lib. 1.* Herculan. *in tract. de proband. Negat. n. 30.* Matth. Berlich. *in conclus. practic. part. 1. concl. 26. in prin.* ideoque recte Bald. dixit, eum qui deficit in probatione, deficere in salutari suo; confert Mascard. *de probat. vol. 1. quæst. 1. per tot.* Hinc est quod multos sæpe videmus etiam justas † causas foventes propter egestatem & inopiam proba- 8 tionum causa cadere & succumbere, juxta illud, *Amice, tibi non deficit jus sed probatio d. leg. duo sunt ff. de test. tut.* & *ibi* Bald. *& in l. ingenuum n. 9. vers. etsi nescis ff. de statu hom.* Anchar. *cons. 242. in princip.* Quod quidem maxime, in hoc nostro protectionis jure (cum non raro, casu cessantis oppressionis defensio longo annorum interstitio, nunquam præstita fuerit, nec facile postmodum propter antiquitatem & diuturnitatem temporis præter lapsi; de eo, alterutra parte, id in disceptationem vocante, constare queat) evenire posse palam est. Quare, ut & huic morbo medicinam paremus qualiter id, sive à clientib. sive protectoribus in casu necessitatis probari possit, *postremo hoc capite* enodare necessarium duximus.

9 Etsi vero jus clientelare, non sit ex eo actuum seu rerum, genere, quæ occultæ ac clam fiunt, nihilominus tamen, eam maxime ob causam, quod ceu diximus, ut plurimum non eveniente casu defensionis necessariæ, longo intervallo, nullum ejus exercitium extiterit, idcirco non admodum proclivis atque obvia illius probatio censetur, per notat. Arch. *in c. unic. de jur. patron. in 6.* Roffred. *eod. tit. §. nunc. de ultimo,* quos retulit Paul. de Citad. *in suo tract. de jur. patron. part. 6. qu. 17. n. 27.* prout etiam tradit Lamb. *in eod. tr. 2. p. 2. lib. 4. art. 10. qu. pr. n. 5. 10. & 11.* & Burs. *in in cons. 324. n. 1.*

10 Quare si de eo ex antiquis † instrumentis vel aliis scripturis non appareat, monasteria à Protectorum tutela præsumuntur esse libera, iis maxime casibus, quando potentes eam affectant, tunc enim Advocatia potius præsumitur vi usurpata, quam juste quæsita, ut in simili respondendo decidit Do. Men. *lib. 3. præsum. 90. num. 2.*

11 Unde is, qui asserit, sibi † competere jus protegendi alterius subditos, hoc jus probare tenetur, cum assertio ejusdem conjiciat onus probandi in ipsum, *leg. generaliter, si petitum in fin. ff. de fideicommiss. libert. l. ultim. in princ. Digest. de eo quod met. caus. leg. nuptura in fin. Digest. de jure dot. leg. si chirographum, & in l. cum de indebito in princip. ff. de probat. leg. sæpe possidentis Cod. de probat.* Menoch *libr. prim. præsumpt. 93. n. 1. 2. 3. 4.* Idem Menoch. *libr. 4. præsumpt. prim. num. 6.* Gail. *lib. 2. obser. 128. n. 12.* Idem Gail. *de arrest. cap. 7. n. 4.* Mynl. *cent. 5. obs. 68.* Gabr. *lib. 1. de prob. concl. 6. num. 4.*

12 Nemini igitur jus protegendi alterius † subditos competit, nisi cui hoc est constitutum ut novissime in terminis adstruit Thom Maullius *de homagio, tit. 11. numer. 3.* eo quod res quælibet præsumatur libera nisi de

de ſervitute doceatur, Bertrand. *conſ. 200. num. 12. vol. 3.* Huſan. *de hom. prop. cap. 1. nu. 2. & 3.* Menoch. *retinen. poſſ. Remed. 3. num. 41. 49. & 53.* & pro † libertate non contra illam judicandum ſit, *l. 38. prin. de re judic. c. final. de ſent. & re judicat.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. Rubr. 1. §. 4. num. 6.* hinc ſervitutem allegantì † probatio incumbit, Dd. *in l. 8. C. de ſerv. & aq.* Et ſic jus protectionis (quod quaſi ſervitutem eſſe *in Cap. IX.* probavimus) ſibi competere aienti juris præſumptio, onus probandi deferat argum. *l. fin. pr. de eo quod m et. cauſ. l. 57 in fine de jur. dot leg. 24. & ſeq. in fin. de probat.* Gabr. *comm. opin. Tit. de probat. concluſ. 6. numer. 4.* Menoch. *4. Præſumpt. 1. num. 6. & 1. præſumpt. 53. num 2. & ſeq.* Gail. *de Arreſt. c. 7. num. 4.* in tantum ut & Advocatiam ad ſe pertinere, & defendere ſe poſſe, probare teneatur, cum non ſolum res † ipſa, ſed & qualitas rei adhærens ſit probanda, arg. *l. 4. §. 12. vi bon. rap.* poſt Bart. Bald. & Joan. Andr. Zaſ. *conſ. 7. n. 6. lib. 2.*

13 Generatim autem † ante omnia notandum eſt, probationem Advocatiæ deſumi poſſe ex capite de forma in quo varios conſtituendæ protectionis modos deſignavimus. † Regulare enim eſt, quibus modis † jus aliquod emerſit, iiſdem etiam probari. Eos autem modos, una cum aliis à nobis indagatis quatenus huc accommodari poſſunt, etſi non omnes certam aut perfectam ſed aliquam duntaxat præſumptivam juris protectitii ſeu ordinarii ſeu ſpecialis ſive extraordinarii probationem inducant, ordine percurremus. 14

Advocatia probatio unde deſumi poſſit.

Enumeratio modorum quib. Advocatia probatur.

Collegimus autem in hoc toto probationis genere, quibus Advocatia partim præſumptive partim vere edocetur triginta & unum modos, quibus erudimur, jus protectionis probari, primo quidem (poſt legitimam Advocatiam quam lex ipſa probat) per edoctam terrarum e manib. infidelium ereptarum poſſeſſionem, deinde per literas fundationis Eccleſiarum ſeu Monaſteriorum, tertio per demonſtratam earundem reſtaurationem, quarto per territorii poſſeſſionem, quinto per liberi populi probatam in alicujus tutelam, deditionem, ſexto per præſcriptionem, ſeptimo per Bullas ſeu Diplomata privilegiorum, octavo per conſervatorii literas, nono per Tabulas delegationis, decimo per verba enuntiativa Epiſcopi, undecimo per inveſtituram, duodecimo per Tabulas clientelares & Reverſales, decimotertio per aditionem Hæreditatis, tam ex Teſtamento, quam ab inteſtato, 14. & 15. per titulum donationis & emptionis, 16. per teſtes 17. Per inſtrumenta antiqua, 18. per appoſitionem inſigniorum, 19. per libros Eccleſiæ antiquos, 20. per ſcripturas priſcas in lapidibus & Campanis, 21. per fidem Hiſtoricorum 22. per Famam 23. per literas Miſſivales nominationem Advocati vel clientum continentes, 24. per invocationem auxilii clientelaris, 25. per Actus exhibitæ defenſionis 26. per ſolutionem Honorarii, 27. per ſententiam Advocatiæ adjudicatoriam, 28. per notorietatem & evidentiam, 29. opinionem hominum communem 30. per obſervantiam, per ſcripturas denique in Archivis repertas.

I. Advocatia qualiter probetur ex edocta terrarum à manibus infidelium ereptarum occupatione.

Cum ergo poſt ordinariam ſeu legitimam defenſionis neceſſitatem, quam lex ipſa generatim omnibus Magiſtratibus defert, vulgo, Landſchutz dictam quam jure divino naturali & poſitivo ortam, veluti notoriam ac manifeſtam omnibusque confeſſam, probatione nulla egere conſtat, uti *in c. XI. num. 422.* oſtenſum fuit, Advocatiam, ex licita † terrarum, ac provinciarum è manibus infidelium ereptarum occupatione acquiri, 15 per ſe liquidum eſt, probata tali occupatione, ipſum etiam protectionis jus manifeſto edoceri arg. eorum, quæ *ibid.* copioſe adducta fuerunt, quo & lectorem remittimus.

II. Advocatia qualiter probetur ex fundationum literis.

Cum vero ulterius protegendi jus ex fundatione Eccleſiarum vel monaſteriorum exurgere ibidem traditum fuerit idcirco Advocatia ſecundo loco *probari poteſt † ex literis fundationis aliisq; ſcripturis & inſtrumentis antiquis* in quibus fit mentio juris protectitii, 16 quemadmodum etiam Patronatus jus publico dotationis, fundationisq; inſtrumento probari teſtatur Lamb. *de jur. Patron. part. 2. libr. 2. articul. 12. quæſt. 10. in 7. artic.* Farin. *deciſ. 563. 579. n. 1. & ſeq. in novit. noviſſ.* ubi addit licet in probanti forma inſtrumenti, hoc non reperiatur, ſi illud tamen antiquum ſit, & de cenſuum juxta tenorem illius facta Patrono ſolutione conſtet, minus etiam ſolennem ab obſervantia ſecuta ſcripturam, robur accipere, quod etiam in ſimili conſuluit Crav. *conſ. 322. n. 7.* Alb. *conſ 6. n. 21. & 22.* quos ſequendo refert Burſ. *conſ. 324. n. 9.*

17 Et ea quidem, quæ fit per ejusmodi antiqua † inſtrumenta eſt probatio vere realis, Soc. in. *conſ. 69 col. 2. lib. 3.* Rol. à Vall. *conſ. 85. n. 40 lib. 1. & conſ. 75. n. 19. lib. 2.* Hip. Rim. *conſ. 6. n. 40. lib. 1.* Idem probatio probata Bald. *in l. quoties 3. in fi. C. de jud. & l. fi. C de uſur. pup.* Abb. *c. cum olim ext. de conſuet.* Ceph. *conſ. 4. n. 22.* Natta *conſ. 502. n. 8. & conſ. 543. n. 28.* Soc. *conſ. 12. ad fi. & conſ. 89. col. pen. lib. 1.* Col. *conſ. 1. n. 81. & conſ. 87. n. 9.* Certa Bart. *l. 1. in pr. col. 2.* & *ibi* Jaſ. *n. 20 ff. de oper. novi nunc.* Rol. à Vall. *d. conſ. 75. n. 19. libr. 2.* patens Panor. *c. cum olim ult. notab.* arg illius text. *Extr. de cenſib.* Hip. Rim. *conſ. 6. nu. 40. lib. 1.* liquida Alex. *conſ. 137 lib. 6.* Rol. à Vall. *d. conſ. 75. n. 19 lib. 2.* Hip. Rim. *dict. conſ. 6. n. 40. libr. 1.* Pariſ. *conſ. 10. n. 95. lib. 1.* Coler. *conſ 28. n. 210.* notoria, Bald *in l. generali 13. col. 1. ult. not. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Jaſ. *leg. 1. in pr. n. 10. ff. de oper. nov. nunc.* Cephal. *conſ. 4 n. 20.* Novizan. *conſ. 1. n. 1.* indubitata, Dec. *conſ. 389. col. 4.* Ceph. *d. conſ. 4. n. 23.* Rimin. & Rol. à Vall. *d. loc.* evidens, *c. cum dilecti* & *ibi* Panor. *n. 1. notab. 1.* & Barb. *col. 2. extr. de donat.* Hip. de Marſil. *d. l ſi quis, ne quæſtio, n. 140. ff. de quæſt.* Ceph. *conſ. 4. n. 21.* Natta *conſ. 543 n. 28.* Alex. *conſ. 116. n. 5. lib. 2.* Coler. *d. conſ. 28 n. 10.* evidentiſſima, *c. licet cauſam* & *ibi* Ant de But. *col. 7.* Pan. *notab. 13.* Felin. *notab. 11.* & Dec. *notab. 13. extr. de prob.* Rol. à Vall. *conſ. 85. n. 39 lib. 1.* Nat. *conſ. 543. n. 28.* Pariſ. *conſ. 54. col. 1. vol. 1.* manifeſta gl. *in l fi. ver. manifeſtum C. de reb. cred.* Hip. de Marſ. Rol. à Vall. & Rim. *locis cit.* Col. *d. conſ. 1. n. 82.* manifeſtiſſima *l ſi plurib. 33. ff. de leg. 1.* Fra. Ar. *l. ſi duo col 2. ff. de acq. hered.* Rim. Ceph. & Rol. à V. *d loc.* habetq; vim † definitionis, & judicatur de ea, ut de cauſa legis, de quo non venit dubitandum Bald. *conſ. 215. col. 2. ad fi. vol. 2. & conſ. 233. poſt. pr. lib. 1.* Rimin. *d. conſ. 6. n. 40. lib. 1.* Col. *d. conſ. 28. n. 213.* & inducit veritatem apparentem. Soc. *conſ. 178. n. 2. & conſ. 189. n. 14. lib. 2.* Thom. Gram. *deciſ. 45. n. 9.* in tantum ut non indigeat diſcuſſione † & diſceptatione fori, Jaſ. *repet. l. admonendi col. 53. n. 154. ff. de Iureiuran. & l. 1. in prin. n. 10. ff. de oper. nov. nunciat.* Bald. *in l. Imper. col. 2. ff. de ſtat. hom.* Pariſ. *d. conſ. 54. col 1.* Hip. Rim. *d. conſ. 6. n. 40.* Soc. Jun. *conſ. 119. n. 14. lib. 2. & conſ. 127. n. 7. lib. 3.* 18

Atq; illud, de quo conſtat per inſtrumentum publicum, dicitur eſſe certum, Hip. Marſil. *d. l. ſi quis, ne quæſtio n. 140 ff. de quæſt.* Gramm. *deciſ. 45. n. 11.* verum, Bart. *in leg. 1. in princip. col. 2. verſic. venio ad rationem ff. de novi oper. nunciat.* Coler. *dict. conſil. 28 num. 208.* manifeſtum Thom. Gramm. *d. deciſ. 45. n. 12. & deciſ. 103. n. 2.* & notorium, Socin. *conſ. 87. lib. 3.* Cravett. *conſ. 299. n. 7. lib. 2.* ideoque mirum non eſt, illud, quod per inſtrumentum probari poteſt in continenti probari poſſe intelligi, *c. ſæpe verb. facit*, & *ibid.* Abb. & Dec. *numer. 9. ext. de appel.* Cacheran. *deciſ. 26. nu. 16.*

num. 16. Achil. Personal. *tract. de adipisc. possess. numer.* 112. Tiraquell. *tract. de utroque retract. part.* 1. §. 2. *gloss.*

19 1. *numer.* 20. *cum sequent.* † illamque exceptionem, de qua per instrumentum fides fieri potest, semper admittendam esse, etiam in illis casibus, in quibus alioquin talis exceptio non admitteretur. Ludolph. Schrader. *tract. feud.* 2. *part.* 9. *part. princ. sect.* 11. *num.* 56. recte docuit.

20 *Declaratio praedicti II. modi.* Sed circa hunc ex fundatione † promanantem probandi modum advertendum est, si de probando Jure patronatus Civitatis seu universitatis agatur, non † sufficere, ex literis fidem facere de dotatione, fundatione aut constructione ab universitate factis, sed illud in specie demonstrandum esse, quod ex bonis ipsius universitatis constructum, fundatum ac dotatum fuerit monasterium, cum illi soli acquirant jus † Patronale, qui de suis bonis Ecclesias fundarunt & dotarunt, nuncupatim stabiliente Modest. Pistor. *consil.* 43. *n.* 22. *libr.* 1.

21 Ex quo infertur, quod Protectionis † jus universitati seu Civitati non competat ex eo, quod Cives Monasterium erexerunt ac dotarunt, ut idem determinans scribit Modest. Pistor. *d. consil.* 43. *numer.* 34. Quemadmodum in simili dicitur, non competere jus patronatus universitati, si ex eleemosynis populi monasterium aliquod factum aut dotatum esset, quia ex hoc jus patronatus non competit universitati, ut censuit Udo. *in cap. pia mentis, in gloss. prim.* 16. *quaest.* 7. Archid. *in cap. si plures. eadem caus. & quaest.* Joan. And. *in c. unic. de Jur. patronat. in* 6. quos esse sequendos refert Lambert. *de Jur. patron. articul.* 15. *quaest.* 1. *p.* 1. *lib.* 1. *n.* 9. *& art.* 5. *q.* 10. *p.* 2. *lib.* 2. *vers. & si jus patronatus praetenditur.*

22 *III. Advocatia qualiter ex probata restauratione seu reaedificatione antiquae penitus tamen collapsae Ecclesiae seu monasterii alicujus edoceatur.* Tertio cum Protectionis jus non tam ex prima fundatione novae quam † ex subsecuta restauratione antiquae, postea tamen iterum collapsae aut dirutae Ecclesiae seu Monasterii exsurgere posse *in praedicto Cap. IX.* circa tertium existentis Advocatiae modum enucleate, cum auctoritatibus, tum exemplis firmaverim, consequens est Advocatiam non minus ex † reaedificationis, quam fundationis facto doceri posse, per Jura & exempla *ibidem* adducta, quae ad hujus rei fidem faciendam, huc referri possunt.

23 *IV. Ad probandum jus protectionis, quatenus praesumptionem faciat jus territorii edoctum.* Quarto, cum ut plurimum etiam jus Advocatiae ex territorii finibus, ut *eodem cap. de form.* diximus, existere soleat, † idcirco, si monasterium aliquod in territorio † alicujus Regis aut Principis situm sit, ad eundem etiam jus protectionis spectare praesumitur, quia generaliter, quicquid est, intra fines † Regni, Provinciae, Civitatis vel Castri situm, id censetur illius esse, cujus est Regnum, Provincia, Civitas vel Castrum, *l.* 1. §. *initio* 4. *ver. quicquid intra urbem Digest. de off. Praefect. urb. L. Insula,* 29. *cum l. sequent. ff. ad municip. l. nulli,* 28. §. *quod si in viro* 4. *C. de Episcop. & cleric. l. Pupillus* 239. § *territorium* 8. *ff. de verb. sign. cap. omnes Basilicae* 17. *quaest.* 1. Canonistae plerique *in cap. nimis de Jurejur.* Alciat. *de praesumpt. reg.* 2. *praes.* 20. *num.* 2. Hieronym. de Mont. *tract. fin. regund. cap* 30. 61. 82. 83. Pruckm. 1. *consil.* 27. *num.* 4. Pacian. *consil.* 3. *num.* 47. Curt. Jun. *cons.* 158. *num.* 24. Paris. *cons.* 15. *n.* 9. *lib.* 1. Wesenb. *cons.* 42. *n.* 4. Anchor. *cons.* 142. Mynsing. *cons.* 16. *num.* 35. usque adeo, ut dominus Regni, Provinciae &c. habeat intentionem fundatam, arg. *l. ad e sacra ff. de contrahend. empt.* quod etiam plerique Dd. uno ore tradiderunt, Gabriel. *libr.* 1. *conclus.* 9. *de Probat.* Mascard. *concl.* 270. 296. Menoch. 3. *Praesumpt.* 100. Aceved. *lib.* 4. *constit. Hispan. tit.* 15. *leg.* 1. *numer.* 57. Choppin. *de doman. lib.* 2. *tit* 9. *num.* 2. Valasc. *de Emphyt. quaest.* 8. Avendan. *de execut. mand. lib.* 1. *cap.* 1. *24 Ratio hujusmodi prima.* Aegid. Bossius *tit. de Princip. num.* 233. Lancell. *in templ. Jud. lib.* 1. *cap.* 6. Bald. *in rubr. Cod. eodem tit. quaest.* 22. & post Castr. Socin. *in l.* 1. *in princ. nu.* 27. *in fin. Digest. de acq. poss.* Dec. *in cons.* 517. *nu.* 9. *& cons.* 528. *num.* 2. Boer. *decis.* 50. *num.* 11. Cavalc. 1. *decis.* 28. *num.* 1. Anton. de Amat. *decis.* 116. *num.* 23. Franc. Marc. *decis.* 542. *nu.* 4. *p.* 2. Capycius *decis.* 180. *num.* 7. Math. de Afflict. *decis.* 267. *num.* 5. Cabed. *decis.* 9. & 10. *p.* 2. Laurent. *decis.* 128. *num.* 15. Melchin. *tom.* 3. *decis.* 23. *num.* 20. Tilman. de Benig. *Synag.* 1. *dec.* 4. *vol.* 1. *n.* 49. Anton. Faber. 3. *C. tit.* 12. *def. in.* 17. *&* 28. Schurff. *consil.* 26. *num.* 1. *vol.* 1. Natta *consil.* 313. *numer.* 3. Oldrad. *consil.* 176. Marant. *cons.* 105. *num.* 8. Cravett. *cons.* 615. 673. 882. 949. Roland. à Vall. *cons.* 91. *num.* 17. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 22. *libr.* 1. Calcan. *cons.* 100. *num.* 15. *vers. & quod fortius est,* Ruin *cons.* 26. *column.* 3. *vol.* 1. *cons.* 53. *num.* 4. *& cons.* 92. *col.* 5. *libr.* 4. Brun. *cons.* 24. *column.* 2. Gozad. *consil.* 50. *col. fin.* Socin. Jun. *cons.* 65. *num.* 68. *vol.* 1. Joann. Fab. *in l.* 1. *col.* 2. *Cod. de summ. Trinit. & fid. Cathol.* Jas. *in l. rem, quae nobis, column.* 7. *in fin. vers. crederem ff. de acquir. poss.* ubi hanc sententiam usu & consuetudine receptam testatur. Guido Pap. *sing.* 661. *in fin.* Specul. *tit. de Jurisdict. omn. Jud.* Boer. *in sing. verb. praesumpt. n.* 18. Chassan. *cons.* 18. *n.* 22.

25 *Ratio II.* His accedit, † quod monasterium existens in alicujus Principis territorio, in dubio praesumatur ab ipso, vel illius majoribus constructum ac dotatum, adeo ut Principes, Reges & alii magnatum Status, Juris praesumptione, in Ecclesiis Abbatiis & aliis collegiis ac particularibus beneficiis, fundatam habeant intentionem, ut decidendo tradit Nicol. Boer. *decis.* 32. *per tot.* Nam praesumuntur talia beneficia fluxisse à Principe, tanquam à fonte & Nutricio Ecclesiarum, per ea quae tradit Ant. Faber. *in Codic. rer. in Sabaud. Judicat. lib.* 1. *tit.* 2. *definit.* 48. *in notat. n.* 7. Theod. Reinkingk. *de Regim. sae. & Eccles. lib.* 3. *class.* 1. *ca.* 9. *n.* 45. conferunt notata per Joseph. Mascard. *conclus.* 587. *n.* 3. ubi dicit Ecclesiam dici constructam † esse ab illo populo, vel ab illis parochianis, ubi constituta vel sita est Ecclesia, ad id referendo Lambert. *de Jur. patron. articul.* 11. *quaest. princ.* 2. *part.* 1. *lib.* cui accedit Roch. de Curt. *de Jure patron. in verb. construxit num.* 38. *vers. vigesimo octavo quaero.* ubi ita dicentem testatur Panorm. *cons.* 106. *incip. prius juxta ordinem in prin. & in fin vol.* 2. *& in c. querelam. de election.* 26

27 *Ratio III. ab Autoritate.* Confirmatur insuper praedicta † assertio in terminis per Lud. Fachs. *cons* 55. *tom.* 2. *inter consil. illustr. Jurisconsul. & Academ. ante num.* 6. *ibi.* Auß dem mag nuhn herfliessen der Gebrauch/ daß ein jeglicher † Fürst vnd Herr die Geistlichen/ die in seinem Landt wohnen/ in Schutz vnnd Verthädigung nimmet/ vnd ist nicht vnbillich/ sonder recht vnnd wol gethan/wann man rechtschaffen damit vmbgehet/ vnd lasts beym Schutzen bleiben ꝛc.

Maximam autem, ut practicis ICtis ignotum non est, Principes aliique Status hodiernis temporibus, à quibus superioritatum ac territorialia Jura latissime extenduntur, in hoc probandae Advocatiae Jure † territoriali radicato modo, vim ponunt, uti hoc ex fundamento Principes Palatini Neoburgici, Advocatiam super Monasterio Caesariensi, die Erbe Castenvogthey vnd hohe Obrigkeit vber das wollöblich Gotteshauß Keysersheim, eo quod in Comitatu Graispach situatum sit, praetendunt, eamque inani tamen conatu sibi vindicant, ceu nominatim observavit Christ. Besold. *novissima dissertatione de Jure foeder. c.* 8. ubi addit eadem propemodum Jura episcopum Augustanum simili ex causa in monasterium Ottenbeurē affectare, quod in individuo etiam prius astruit Knichen *de Jure Territ. c.* 4. *num.* 395. quemadmodum & Duces Witten-

Wirtembergici super cœnobio Oberstenfeld / quod in Ducatu Wirtembergico situm reperiatur.

Limitatio prædicti ex territorio probandæ Advocatiæ modi.

Circa istum tamen adocendæ Advocatiæ, modum, limitationis loco sciendum est, quod prædicta vi & virtute Juris territorialis, existentis Advocatiæ probatio sæpiuscule degeneret. Nam præsumptio illa, quod scilicet omnia, intra territorii alicujus septa, inclusa in fide ac protectione Domini istius esse censeantur, regulariter, tantum in summo † principe propter generalem in omnes eidem competentem protectionem locum habet, advertente Henric. Boich. *c. si dilig. de præscript.* Gabriel. *1. comm. opin. tit. 1. de prob. conclus.* 9. Cravett. *cons.* 615. *num.* 13. Anton. Faber. 3. *C. tit.* 12. *defin.* 17. In Inferioris vero principis districtu † facile fallit, cum in ejus toparchia locus exemptus esse queat, Gail. *de arrest. cap.* 6. Mascard. *de probat. conclus.* 217. Vantius *de def. jurisd. ord. num.* 108. Petra *de jur. quæs. cap.* 22. *numer.* 51. Mynsing. *cons.* 16. *num* 45. *p.* 1. Natta *cons.* 636. *num.* 30. Socin. Jun. *cons.* 68. *num.* 7. *vol.* 1. Meichsner. *tom.* 3. *decis.* 6. & *tom.* 2. *lib.* 1. *decis.* 6. *num.* 99. & *lib.* 2. *decis.* 4. *num.* 167.

28

29

Et potest Monasterium aliquod, cum suo territorio, etiam in alterius provincia † situm, ad alium Principem una cum Advocatia pertinere, per quæ tradit Abb. Panormit. *in cap. nimis num.* 1. *versicul. post. de Jurejurand.* Meichsn. *tom.* 2. *decis.* 8. *lib.* 1. *capit.* 11. constituitque tum territorium per se ac separatum, Castrens. *cons.* 179. *num.* 2. Rucker. *inter Cant. cons.* 23. *n.* 114. Cravett. *cons.* 672. *in fin.* Raudens. *decis. feud.* 5. *n.* 6. Cacheran. *decis.* 29. *n.* 6. Meichsner. *tom.* 2. *libro* 1. *decis.* 8. *numer.* 43. *in causa* Hirnheim *contra* Pfaltz. Quo casu paria sunt, esse extra † territorium : & esse in territorio, sed esse exemptum, Jas. *in l. fin. num.* 9. *ff. de jurisdict.* Matth. Stephan. *de Jurisdict. libr.* 1. *capit.* 33. *num.* 15. Surd. *decis.* 329. *num.* 17. Magonius *decis. Luc.* 36. *num.* 29. Kopen. *decis.* 48. Cabedo *decis.* 10. *n.* 3. *p.* 1. Wesenbec. *cons.* 88. *n.* 8. *libr.* 2. Schrader. *de feud. part.* 2. *part. princ.* 9. §. 3. *n.* 157. Knich. *de Jure territ. cap.* 4. *num.* 58. Vantius *tit. de def. ord. num.* 108. præjudicia collegit Bidenbach. *quæst. nobil.* 1. *n.* 17. Surd. *decis.* 129. *num.* 17. Ziegler. *commun. concl.* 5. *Landsassii num.* 21. & *sequent.* per multa allegata & post eum Reinkingk. *de Regim. Eccles. & secul. libro* 1. *conclus.* 5. *capite* 1.

Hinc promanavit elegans divisio, qua superioritas † territorialis in omnimodam & universalem, quæ per universum territorium, quod alicui competit, tanquam corpus & omnia ejus membra, quæ intra fines ipsius universitatis continentur, diffunditur, alles was darin gelegen und befreyst / ratione cujus quis fundatam habet intentionem in omni superioritatis, Jurisdictionis & protectionis Jure Knich. *de Jur. territ. capit.* 3. *num.* 89. & *sequent.* Matth. Steph. *de Jurisd. libr.* 2. 1. *cap.* 7. *num.* 53. & 191. Hænon. *disputat. polit.* 3. *th.* 41. *lit. B.* Volckmar. *de Jure Princ. capit.* 8. *num.* 4. Et in specialem seu particularem, quæ intra certas tantum partes concluditur & certa quædam exempla continet in territorio alieno, vel per expressam conventionem & consensum Domini, vel ex consuetudine aut alio Capite singulari alicui concessa & acquisita. Schrader. *p.* 10. *sect.* 1. *numer.* 148. *to.* 2. Bald. *ad l.* 3. §. *final. num.* 1. *ff. de testib.* Alciat. *respons.* 20. *num.* 6. *lib.* 5.

30

Sicuti ergo apud philosophos particulæ † *in* & *intra* modo partem, modo accidens denotant : ita etiam receptum est, apud Jurisconsultos, docente Bart. *l. quibus diebus* §. *therm. ff. de cond. & demonst.* Alb. *de Rosat. in dictionar. verbo IN.* Menoch. *de arbitr. jud. cent.* 5. *cas.* 495. Hinc paradoxa ista, non tamen paralogia, esse in diœcesi, nec tamen de diœcesi, in territorio, nec tamen de territorio *cap. si propter. de rescript.* Rol. à Vall. *cons.* 33. *num* 35. *vol.* 3. Natta *cons.* 301. *n.* 2. Cravett. *cons.* 673. *num.* 11. Ancharan. *cons.* 437. *n.* 3. Surd. *decis.* 129. *numer.* 17. vel uti idem argumentum tractant nostrates, esse maximam differentiam in eines Fürsten Obrigkeit und unter eines Fürsten Obrigkeit sitzen / argument. *ca. si proponente ext. de rescript.* Victor. *disputat. de exemp. conclus.* 27. late & eleganter Bidenbach. *quæst. nobil.* 1. *num.* 16. Rudinger. *lib.* 3. *observ.* 10.

31

Quemadmodum igitur in Imperio multi † Nobiles, ac liberæ Civitates passim principum oris, velut palis circumseptæ inveniuntur, in quas tamen nihil Juris ii habent, Paurmeist. *lib* 2. *de jurisd. c.* 8. *n.* 27. Matth. Steph. *lib.* 2. *Jurisd. p.* 2. *cap.* 7. *n.* 66. Knich. *de Iure territ.* 1. *c.* 4. *n.* 73. Mynsing. *cons.* 16. *n.* 44. Exempla præbet Meichsner. in causa Teutschmeister contra Oettingen / *tom.* 2. *libr.* 1. *decis.* 6. *num* 51. & *in causa* Hirnheim *contra* Pfaltz *decis.* 8. *num.* 50. idem *tom.* 3. *decis.* 6. *n.* 64. Quinimo locus mœnibus & pomærio inclusus liber esse potest, disserente Ernest. Cothmanno *cons.* 21. *num.* 103. *vol.* 1. Quemadmodum † Ratisbonæ eodem murorum ambitu quinque Imperii Status, & quidem liberos oculis usurpamus, Warem. ab Erenberg. *de fœder. lib.* 2. *capit.* 1. *num.* 61. Zachar. Victor. *de causis exempt. Imper. conclus.* 27. Sic etiam multa Germaniæ insignia monasteria, in aliorum † territoriis, imo ipsis urbibus sita reperiuntur, in quæ nullum territorii, vel urbium Dominis, Advocatiæ jus competit, quod eleganter deducit Auctor Keysersheimischer Confutation *contra* Pfaltz Newburg *in confutat. primi fundamenti contrarii*, *circa finem* hisce verbis : Inmassen man dann im Heyligen Reich viel ansehnliche Stätt unnd Clöster vor Augen hat / welche mit Fürstenthumben unnd anderer Stände territoriis circulariter und ringsweiß umbgeben / und nichts desto weniger ungemittelte Reichs Stätt unnd Prälaturn deß Reichs seyn und verbleiben.

32

33

Cujus rei multa per Germaniam obvia sunt exempla,

Exempla monasteriorum in Urbibus sitorum, nulla tamen protectionis iure illis subjectorum.

Hunc enim in modum insigne † ordinis D. Benedicti monasterium, Anno Domini 1096. à Mangoldo patre & Walthero ac Wolfrado Comitibus Veringensibus ejusdem cum Civitate nominis fundatum, licet intra muros Imperialis oppidi Isnensis situm sit, non tamen illius consules ac Senatores, sed Illustres ac præpotentes Sueviæ Barones, Sacr. Roman. Imper. Dapiferos de Waldpurg Scherenses, † quorum majores jam olim sub Carolo Martello inter Comites recensebantur, Advocatos habet.

34

Monasterium Isne.

35

Ejus tamen Advocatiæ titulus inde † emersit, quod ipsum oppidum olim etiam in Dominio eorundem Dominorum Dapiferorum fuerit, qualiter autem à jurisdictione illorum liberatum ad jus & ditionem Imperii devenerit, commemorat Munster. *lib.* 3. *Cosmograph. in descript. ejusd. oppidi.* itemque Wolff. Lazius *de migrat. gent. lib.* 8. *in genealog. Comitum de Truchburg. n.* 20.

36

Pari modo licet monasterium † Sanct. Crucis, à Mangoldo Comite Dillingensi & Kiburgensi Anno 1100. fundatum, mœnibus & pomario Civitatis Donavverdanæ inclusum sit, nihil tamen Juris Advocatitii Civitas in eo habet, sicut multis argumentis probat Auctor Nothwendiger Erinnerung / *contra Informat.* Donawerdischer Relation *part.* 1. *in refutat.* 1. *informationis fundamenti.* §. So viel nun das erste / *&c.*

37

Monasterium S. Crucis in Civitate Donawerda.

Idque

Idque pluribus demonstrare exemplis in proclivi esset, sed ne Lectori fastidium pariat prolixitas, ea omittimus, conferat Lector, si placet, quæ hac ipsa de materia *in cap. VIII. numer.* 410. *& sequent.* prolixius & distinctius annotavimus, nunc institutum commonet, ut alias probationis species, ordine præfixo prosequamur.

38 *V. Advocatia probatio qualis ex spontanea liberi alicujus populi in protectionem deditione resultet.*

Quinto igitur cum protectio quoque oriatur ex spontanea liberorum hominum in clientelam † alicujus subjectione, si ea quidem recens sit, aut hominum memoriam non excesserit, testibus ad minimum † duobus aut tribus probari potest, per text. *in leg. ubi numerus Digest. de testibus, & l. vult. Digest. ad Trebell.* & probatur *in cap. cum omnes & cap. relatum, de testib. cum simil.* ut sensit Caccialup. *in tractat. de feud. cognit. articul.* 6. *num.* 4 *conclus.* 4. qua de re latius Afflict. *in cap. si quis numer.* 1. *in prim. notab. si de* 39 *investit. inter dom. & vasall.* & ibi etiam Alvarot. *num.* 1. *& in cap.* 1. *qui test. sint necess. ad proband. investit.* Aut non est recens sed vetusta, sed tunc vel in annales relata fuit, aut non: si illud: tunc Historicorum testi-40 monio edoceri potest; qui a libris † historicis & chronicis, quibus à majoribus nostris fides adhibita fuit creditur, ut est gloss. *in cap. inter dilectos, vers. magis, de fide instrument. & cap. venerabilem, in vers. transtulit, de elect.* Bartol. *in leg.* 1. *num.* 12. *ff. si cert. pet. ibique* post alios Dec. *num.* 22. Gozadin. *consil.* 8. *numer.* 99. Hieronym. Grat. *respons.* 9. *num.* 5. *vol.* 1. Roland à Vall. *consil.* 2. *num.* 60. *vol.* 1. Hieron. à Monte *tractat. fin. regundor. capit.* 62. *num.* 2. Si non; tunc ad famam, ea de re extantem, recurrendum est, ea enim in an-41 tiquis plenam † fidem facit & pro plena scientia habetur, facit text. *in l. si arbiter.* 28. *Digest. de probat. & in leg.* 2. *§. item Labeo ff. de aq. pluv.* gloss. *in l. as quin.* 19. *§. si cum me absente Digest. de negot. gest.* quam Doctor. prædicant ut singularem, Innocent. & Hostiens. *in cap. si quid novale. ext. de verb. signific.* Bald. *consil.* 104. *versicul. ad secundum, part.* 2. Ubi dicit famam in antiquis haberi pro veritate. Famam e-42 nim antiquam † veram esse præsumimus, cum verisimile sit, quod diu in ore hominum fuit, per *d. l. arbiter*, Menoch. *tracta. de præsumpt. libr.* 1. *quæstio* 18. *numer.* 15. Bald. *consilio septuagesimo tertio, versicul.* 3. *vol.* 3.

Ubi dicit, famam multum antiquam, quæ transcendit sensum hominum viventium, facere notorium & probare in vim notorii, per notat. Archidiac. *in cap. benedicti.* 2. *quæst.* 2. Alexand. *consil.* 15. *in princ. p.* 5. Roman. *consil.* 424. Zas. *consil.* 16. *numer.* 21. *& consil.* 6. *num.* 8 *libr.* 2. Francisc. Vivius *comm. opin. verb. Fama*, Marquard. Freher, *tract. de fama lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 4.

Quia tamen plerunque etiam cum ejusmodi clientelaris deditio fit, literæ in id confici solent, idcirco per † easdem etiam acquisitum protegendi jus comprobari potest. Hunc in modum Auctor Wertheimischen Gegenberichts / *part.* 2. *folio* 78. ex literis super facta, incolarum † Erlebachensium in clientelam Comitum Werthaimiorum, deditione Anno 1409. erectis, manifestum facit, ejusdem *Erlebachensis Pagi*, liberos homines, in prædictorum Comitum protectione esse ibidemque Comites illos protegendi jus habere: Sed ipsas pactæ clientelæ istius literas in *Cap.* 9. integras, certam ob causam inseruimus.

43 *VI. Præscriptione acquisitam fuisse Ad-*

Sexto, cum etiam per præscriptionem, † Advocatiam enasci constet, ea ex antiqua † possessione vel quasi Juris clientelaris deduci potest, Jacob Synzius *disputat. de Iure protect. th.* 23. ubi dicit Tabulis clientelaribus non extantibus aut amissis, si alia probatio haberi nequeat, & antiquissima possessionis allegatione & actibus possessoriis non vitiosis probationem fieri posse Mascard. *conclus.* 958. Rosenthal. *capit.* 4. *conclus.* 14. *numer.* 3. *in fine.* Talis autem Advocatiæ quasi possessio loco tituli habetur, ut notat Bald. *in l. cum semper Codic. de rei vend.* quem sequendo refert Barbat. *consil.* 41. *numer.* 3. *vol.* 1. *& consil.* 6. *numer.* 24. *vol.* 2. Calcan. *consil.* 8. *num.* 12. Cyn. *in l. cum res in fin. Codic. de prob.* Abb. *consilio* 176. *in princ. part.* 2. Corset. *in sing. suo verb. Patronus, ill. secund.* Joseph. Ludovic. *conclus.* 42. *columm.* 6. *ampl.* 2. C-stad. *decis.* 7. *num.* 4. *de Jur. patron.* Socin. *cons.* 205. *n.* 2. *& 3. vol.* 2. Rol. à Vall. *cons.* 3. *vol.* 1. Bursat. *cons.* 324. *num.* 2.

vocatiam qualiter evincatur.

44 *Limitatio ad VI. probationis modum.*

Hic tamen limitationis loco notandum est Advocatiam non probari ex † possessione, quando intentatur petitorium, nam illo casu ea possessio non probat intentionem agentis, quia non sequitur, ego possideo, ergo sum Dominus; Ista enim inter se penitus sunt diversa & nihil commune habent, ut tradit Lambert. *de Jur. patron. part.* 2. *libro secund. articul.* 4. *quæstio.* 10. *num.* 4. *& sequent.* Paul. de Citadin. *de Jur. patron. part.* 6. *quæst.* 17. Secus si ageretur † 45 possessorio, vel etiam petitorio & possessorio simul, quia tunc sufficeret probare in possessorio vel etiam quasi possessionem, ut notat Zabarell. *in cap. querelam de elect.* nisi adversarius melius probaret in petitorio ut *in cap. cum dilectus de caus. poss. & proprietat.* quia tunc præferendus esset verus Dominus & non præsumptivus, ut ex præallegatis tradit Mascard. *de probat. conclus.* 958. *numer.* 8. *vol.* 2.

Requisita hujus protectionis.

Cæterum quid in hac præscriptionis ac possessionis vel quasi probatione ulterius requiratur, accurate docuit Mascard. *de probatio. tom.* 3. *conclus.* 1213. *& sequent.* & post ipsum Marcell. Cala *de mod. articul. & proband. sub tit. de prim. specul. probatio. quæ fit testib. numer.* 520. ad quos lectorem remitto.

VII. Ex speciali Principum protectionem facta receptione, qualiter Advocatia vel Salvaguardia edoceatur.

Septimo cum ex alibi traditis constet, Salvamguardiam existere, etiam ex speciali summi Pontificis, Imperatoris, Regum aut Principum in protectionem receptione, eoque casu in Clientelam susceptis, semper exhiberi soleant literæ privilegiales, quibus certæ in violatores pœnæ inferuntur, ea propter jus Advocati cum ejusmodi † Bullis privilegiorum evidenter etiam edoceri potest, ad notat. Mascard. *de probat. conclus.* 958. *numer.* 39. ubi in simili de Jure patronat. tradit hunc proban- 46 di modum habilem esse, ad consequendum illud, 47 subjungens ibidem, privilegium † ejusmodi probari debere argument. *cap. porro de privileg.* & nominatim induxit Lambertin. *tractat. de Jur. patron. part.* 1. *libro* 1. *artic.* 10. *quæst.* 10. *numer.* 2. *versicul. si quis vellet probare.*

48 *VIII. Qualiter per literas conservatoriorum Imperialium de Advocatia, fieri queat.*

Octavo loco satis congruentem competentis Advocatiæ fidem facere licet, ex literis † conservatoriorum Imperialium, in quibus tuitio monasteriorum protectioni alicujus subjectorum per Cæsarem aut alium injungitur, ac commendatur, quem probandi modum inter alios Auctor Wertheimischen Gegenberichts *contra* Würtzburg *part.* 1. *capite* 3. *fol.* 41. usurpat, ad edocendum, quod Advocatiæ monasteriorum in Comitatu Wertheim / & ditione Breubergensi sitorum Comitibus Wertheimensibus competant, ubi eam in rem duas conservatoriorum Testimoniales à Carolo V. Anno 1541. & 1548. sub Num. 13. & 14. ejusdem fere tenoris producit, cujus prioris copiam

piam ad majorem evidentiam hic ſubjicere placuit. Ea vero ſic habet.

49 *Conſervatorium Caroli V. Imperatoris quo Michaeli Comiti Wertheimenſi mandat, ut monaſteria in Comitatu Wertheim, & ditione Breuberg tam quam Protector eorundem defendat.*

Wir Carol von Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer/ zu allen zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanjen/ zu Hiſpanien/ beyder Sicilien/ Jeruſalem/ Hungern/ Dalmatien/ Croatien/ ꝛc. König/ Ertzhertzog zu Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/ ꝛc. Grave zu Habſpurg/ zu Flandern/ zu Tyrol/ ꝛc. Entbieten dem Edlen vnſerm vnd deß Reichs Lieben Getrewen Micheln Graven zu Werdtheim/ vnnd ſeinen verordneten Vormündern vnſer Gnad vnd alles guts/ Edler vnnd lieben Getrewen nach dem vns als Römiſchen Keyſern gebürt/ vnſer vnnd deß Heyligen Reichs Vnterthanen/ Ständt/ vnd Verwandten/ vnd inſonderheit die Klöſter vnd Gottsheuſer bey fried/ ruhe/ vnd gemach zu behalten/ vnd vor Schaden/ Abfall vnd zerrüttung zubehüten/ auch deß zuthun gäntzlich gemeinet ſeind. Vnd dann du Graff Michael von Werdtheim vnter andern deinen Regalien vnd Lehen den Schutz vnd Schirm vber die Klöſter vnd Gottshäuſer ſo in deiner Graffſchafft vnnd Herrſchafften Werdtheim vnd Breuberg Obrigkeiten/ gelegen ſeyn/ vnd von altershero darzu gehört haben/ von vns vnd dem Reich durch gemelte deine Vormünder zu Lehen empfangen laſſen haſt/ demnach vnd damit ſolche Klöſter/ Gottshäuſer/ vnd die Perſonen darinn/ dieſer ſorglichen Läuff halber die ſich im Heyligen Reich Teutſcher Nation ereugen vnd erzeygen/ bey fried/ ruhe/ vnd dem jhren vnbeſchwert verbleiben. So befehlen wir dir bey den Pflichten vnd Eyden damit du vns vnd dem Reich verwandt biſt/ auch vermeidung vnſerer ſchweren vngenad vnd Straff von Römiſcher Keyſerlicher Macht/ ernſtlich mit dieſem Brieff gebiettend/ vnd wollen/ daß jhr alle die Klöſter vnnd Gottshäuſer/ ſo wie obſtehet/ vnter der Graff: vnnd Herrſchafft Werdtheim vnd Breuberg gelegen ſeyn/ vnd von alters hero darzu gehört haben/ vnd dir zuſchützen gebühren/ in allem dem/ damit ſie vnnd die jhren wider Billichkeit/ Recht/ vnſern vnnd deß Reichs Landtfrieden/ vnd jhr Kloſterordnung/ an jhrem Gottesdienſt vnnd allen löblichen Ceremonien/ auch Haaben vnnd Güttern nicht beſchwert noch beleydigt werden/ in Crafft vnnd auffgedachten Schirm/ von vnſer vnnd deß Heyligen Reichs wegen ſchützeſt/ ſchirmeſt vnd Handhabeſt/ niemandts ſie hiervber zubeſchweren/ oder zubeleydigen/ noch auch denſelben Klöſtern ſich von gemelten Graffſchafften vnd Herrſchafften ohn vnſer ſonder wiſſen vnnd Bewilligung davon abzuwenden nicht geſtatteſt/ vnnd hierinn nicht vngehorſamblich erſcheineſt/ halteſt/ oder erzeigeſt/ als Lieb dir ſey/ vnſer vnd deß Reichs ſchwere Vngnad vnd Straff zuvermeiden.

Das meinen wir ernſtlich. Geben vnter vnſerm hierunter auffgedruckten Inſigel/ in vnſerer vnd deß Heyligen Reichs Statt Regenſpurg/ am erſten Tag deß Monats Junii Anno im ein vnnd viertzigſten/ vnſers Keyſerthumbs im ein vnd zwantzigſten/ vnnd vnſerer Reiche im sechs vnd zwantzigſten.

IX. *Advocatiam alicui fuiſſe per Principem conceſſam, quomodo demonſtretur per literas delegationis.*

Nono, quia ex *alibi* dictis liquet, per Imperatores Reges aut Principes aliquibus Advocatiam ſæpiſſime privilegio concedi, aut per literas committi ac delegari, ideo probari etiam poteſt per eaſdem † delegantis literas, argument. *leg.* 1. §. *prohibitum* *Codic. de Jur. fiſc.* Guid. Pap. *deciſion.* 356. *in fin.* Afflict. *deciſion.* 361. *num.* 17. Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 14. *num.* 7. quos ad id adducit Cephal. *conſ.* 236. *n.* 4. *vol.* 2.

50 Si enim Bullæ ejuſmodi privilegiorum ſint integræ, † nec raſæ, aut alias vitioſæ, pleniſſimam con- 51 feſſionis factæ probationem faciunt, *cap. inter dilectos, de fide inſtrument. cap. cum perſona, eodem tit. in* 6. Panormitan. *in cap. ad audientiam*, ubi etiam alii, *Extr. de præſcript.* Privilegia namque rem † notoriam & 52 evidentem faciunt, *cap. cum contingat Extr. de reſcript.* Felin. *in c. cum licet cauſam, de probat.* Alexand. *conſil.* 197. *vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 27. *num.* 2. *vol.* 1. Camill Borell. *conſ.* 1. *num.* 36.

53 Et ſufficit ad probandam delegatam † Advocatiam delegantis ſigillum, ut quando clientelæ delegatio facta eſt per aliquam ſcripturam, quæ eſt exarata manu alterius, & in ea ſcriptura reperitur, & appoſitum eſt ſigillum ejus, qui delegavit. Nam tunc licet non appareat, ſcripturam eſſe manu illius exaratam, qui habet poteſtatem delegandi: tamen per illud ſolum ſuum ſigillum probatur delegatio, ita tradidit Angel. *in l. conſentaneum, prope fin. Codic. quomodo & quando Jud.* Doctor. & Innocent. *in cap. quoniam contra de probat.* Marſil. *in rub. C. de probat. n.* 323. *verſ. & ideo Angel.*

X. *Advocatia quomodo probetur auctoritate Epiſcopi aſſerentis aliquem eſſe Advocatum alicujus Eccleſiæ.*

54 Decimo cum per † Epiſcopi aſſignationem nonnunquam jus protegendi exoriri quoque conſtet, idcirco probari etiam poteſt Advocatia per verba † enunciativa Epiſcopi aſſerentis aliquem eſſe Advocatum, juxta ea quæ in terminis juris patronatus tradit Decius *in Authentic. ſi quis in aliquo Cod. de edend.* ubi hujus ſententiæ aſſertores plures recenſet, quibus itidem accedunt Socin. *conſilio* 256. *column. prim. vol.* 2. Pariſ *conſ.* 33. *numer.* 7. *vol.* 1. & *conſil.* 15. *numer.* 27. & *conſ.* 17. *num.* 14. *vol.* 4. Abb. *conſil.* 62. *numer.* 72. Cravett. *conſil.* 157. *numer.* 3. & 6. Didac. Covarru. *pract. quæſtio. capit.* 21. *numer.* 2. Burſat. *conſilio* 524. *numer.* 7. Joſeph. Ludovic. *concluſ.* 52. *ampliat.* 11.

55 *Qua ratione jus protectionis Feudale advocatur.*

Undecimo, cum interdum etiam mediante inveſtitura jus protectionis conferatur, illud per literas † inveſtituræ vel Reverſalis probari poteſt: Feudum enim & conſequenter Advocatia † feudalis, ſine inveſtitura conſtitui non poteſt, tradente Jaſone *in præludi. num.* 12. *verſ. item inveſtitura*, Curt. 56 *de feud. p.* 2. *membr.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 14. Zaſ. *part.* 6. *num.* 8. & 9. Mozz. *de ſubſtant. feud. num.* 33. Afflict. *deciſio. Neapolit.* 129. *num.* 3. Borchol. *cap.* 9. *num.* 2. Duaren. *cap.* 7. *num.* 4. Weſenbec. *cap.* 8. *num.* 17. Eamque † 57 ſolum & unicum modum feudi conſtituendi ait Vultæ. *capit.* 7. *num.* 2. Schneidew. *part.* 4 *num.* 1. Gozad. *conſil.* 8. *num.* 21. & *ſequent.* Gratus *conſ.* 9. *numer.* 113. & *ſequent. vol.* 1. Pariſ. *conſil.* 23. *num.* 5. *vol.* 1. Berous *conſ.* 65. *numer.* 55. *vol.* 1. Burſat. *conſil.* 127. *num.* 15. & *ſequent. vol.* 2. Menoch. *conſil.* 1. *num.* 23. *vol.* 1. & dicit Roland. à Vall. *conſil.* 50. *numer.* 8. *vol.* 3. eſſe ſignum † neceſſarium feudi poſt Afflict. *dict. deciſio.* 58 129. Roſenth. *ſynopſ. feud. capit.* 6. *concluſ.* 1. *numer.* 5. *lit. e.*

Probari

Probari autem feudum & consequenter Advocatiam † feudalem per investituram, docet Knich. ex Cephal. *cons.* 458. *num.* 57. *cum sequent, in tract. de sublim. & reg. territor. Jure cap.* 5. *num.* 140, & Menoch. *cons.* 401. *num.* 7. *& cons.* 701. *num.* 43. Investituræ † enim publicam merentur fidem, proque publicis instrumentis reputantur, Bald. & Salycet. *ad l. si qua Cod. de Episcop. aud. per cap. post cessionem.* ubi Canonistæ *extr. de fide instrument.* Wesenbec. *consil.* 21. *num.* 59. *cons.* 27. *num.* 10. *&* 11. *& cons.* 42. *num.* 7. 8. *& seqq.* Joan. Gœddæus *inter cons. Marpurg. vol.* 3. *cons.* 32. *ante num.* 204. & sunt probatio † probata, uti quælibet alia publica instrumenta, per *leg. cum precib. Codic. de probat.* Tiber. Decian. *resp.* 66. *numer.* 59. *vol* 3 *resp.* 55. *num.* 6. *vol.* 5. Roland. à Vall. *cons.* 76. *numer.* 8. *consil.* 79. *num.* 47. *consil.* 85. *num.* 38. *vol.* 1. Joann. Gallic. *tom.* 1. *cons. feud.* 2. *num.* 10. atque faciunt rem indubitatam † & apertam Jas. *ad leg.* 1. *num.* 10. *Digest. de nov. oper. nunc.* Tiber. Dec. *d. resp.* 55. *num.* 6. Menoch. *cons.* 7. *num.* 4. *& cons.* 384. *num.* 1. maxime in negotio † antiquo, Bald. *ad l. emancipatione, vers. ultimo quæro.* Decian. *responf.* 64. *numer.* 9. *vol.* 5. Aym. Cravett. *de antiq. tempor. part.* 1. §. *ampliatur, num.* 10. *& seq.* Joan. Gallic. *d. consil. feudal.* 2. *num.* 14. Joan. Gædd. *cons.* 33. *n.* 40. *& seq. vol.* 3.

Cæterum investitura ipsa probatur per testes † etiam extraneos, ut ostendit Bald. *in capit.* 2. *si inter dom. & vasall. & cap.* 1. *num.* 8. *quid sit investit. & in capit.* 1. *n.* 1. *qui testes sint necess. ad proband. investit.* Afflict. *in decis.* 398. *num.* 1 *& super constitut. regni. libr.* 1. *rubric.* 35. *num.* 12. Lambert. *de Jur. patron.* 3. *articul.* 10. *quæst. princ.* 3. *part. libr.* 2. *num* 4. Alvarot. *in cap. si quis, numer.* 5. *si de investit. inter domin. & vasall.* quod sensit & Martin. de Silima. *in tract. feud. rubr. de investit. qual. fiat. & quot test. num.* 225. mares † tamen, non fœminas, quia hæ, nisi sint illustres, & ipsæ feuda habeant, non possunt esse testes in feudali causa ad probandam investituram, argument. *capit.* 1. *in fin. quot testes sint necess. ad proban. no. invest.* & *ibi* Jacob. de Perus. Bald. Alvarot. & cæteri Doctor. Afflict. *in ca.* 1. *num.* 8. *de controv. investit.* Roman. *in l admonendi n.* 119. *Digest de Jurejur.* Felin. *in cap. quoniam, num.* 2. & *ibi* Dec. *num.* 18. *de testib.* Jacob. de Sancto Georg. *in lex eo, num.* 2. *Digest eod.* Jas. *in l. si quis agere, num.* 19. *Codic. de codicill. & in l hac consultissima, in princ. Codic. de testament.* Joan. Bapt. Caccialup. *in tract. de feud. recognit. articul.* 6. *num* 2. Tiraquell. *in tract. leg. connubial. l.* 10. *num.* 52. Cato Saccus *in d. l. admonendi, num.* 108. *& sequent. Digest. de Jurejur.* Marsil. *in sing.* 611. & Stephan. Aufrer. *in tract. de reprobat. test. numer.* 69. Dummodo in probatione Advocatiæ † feudalis antiquæ versemur, quia nova per pares Curiæ probari debet, text. est *in cap.* 1. *in princ. ibi:* quæ siquidem ab illo, &c. ac *ibid.* gloss. *ad verb. vasallos,* Hanner. *libr.* 4. *de Jur. feud. capit.* 4. Duaren. *de feud. cap.* 21. *num.* 1. Schrader. *de feud. p.* 5. *cap.* 2. *numer.* 3. *& sequent.* Nicol. Vigel. *cap.* 3. *Method. feudal. quæst.* 3. *regul.* 18. Dionys. Gothofred. *in epit. feudor. sub rubric. de probat. & præsumpt. versicul. de nova & veter. invest. probat.* novissime Joann. Schoner. *disputat. feud.* 3. *thes.* 85. *libro secund.* Thom. Marin. *de generibus & qualit. feudor. titul.* 2. *part.* 1. *numer.* 24. quod tamen multis modis limitant Mascard. *de probat. conclus.* 942. & post eum Henric. Rosenthal. *synops. feud. cap.* 12. *conclus.* 17. *per tot.*

Hujus porro generis probatione ad evincendam Advocatiam monasteriorum † Brumbach & Holtzkirchen ad Comites Wertheimicos pertinere, utitur Auctor Wertheimischen Gegenberichts contra Würtzburg *part.* 1. *capit.* 3. *fol.* 41. *ibi.* Inmassen dann nit allein die alte Graven von Wertheim / durch jederzeit Röm. Keyser unnd König mit solchem Closter Schirm als einem Reichs Lehen / sondern Lewenstein selbsten von weiland den Hochlöblichsten Keysern Maximiliano unnd Rudolpho, wie nicht weniger von der jetzo Regierenden Römis. Keyserlichen Majestät investirt unnd belehnet / *rc.* & *capite* 13. *folio* 337. hisce verbis: Wie dann erweißlich / daß die Graven unnd Herrschafft Wertheim nicht allein länger dann 200. Jahr nach altem Fränckischen Gebrauch / in offenem gehegtem Gericht / für den Herrn / Vogt / Schutz / unnd Schirmherrn solches Klosters Holtzkirchen auch judicialiter zu unterschiedlichen mahlen / vermög deß Urtheilbriefs recognoscirt unnd außgesprochen worden / daß ein jeder Graff zu Wertheim / und der Wertheim innen hat deß Closters Schutz unnd Schirmherr seye / sondern es ist auch in deß Reichs investitorn, solche Schutz Gerechtigkeit neben andern Clöstern Wertheim jederzeit verliehen / Krafft derselben Conservatoria von den Römischen Keysern ertheilt / und eorundem vigore solche Schutzgerechtigkeit der Orthen vielfältig exercirt worden / *rc.*

XII. *Advocatia conventionalis utilis, item Reversalibus ac Tabulis protectitiis adducatur.*

Duodecimo, † cum frequentissime constituatur jus protectionis mutua clientum ac Protectoris conventione & desuper plerunque conficiantur à clientibus Tabulæ protectitiæ, quas Protectores recipiunt, ab his instrumentum recognitionis, quod clientibus tradunt, & vulgo literas Reversales (Revers) vocant, in quibus pacta utrinque inter partes inita consignantur: ideo hujuscemodi etiam literis † Advocatia quoque probari potest, ut nominatim etiam post hæc scripta visus testatur Jacobus Synzius *disputat. de Iure protect.* §. 23. diserte asserens Advocatiam per Tabulas clientelares probari, cui subscribit David. Hepingk. *dissert. de Iure Protect. conclus.* 25. *lit. B. ibi.* Idemque primæ de protegendo conventionis instrumentum operatur, ad hoc allegans Paurmeist. 2. *de Jurisdict.* 9. *in fine* Menoch. *consil.* 241. *numer.* 30. *vol.* 3. ubi ex Gilm. *decis.* 1. *numer.* 34. *libr.* 3. subdit: Si quis ex tali conventione docere nequeat se esse perpetuum Advocatum, sed pro beneficio duntaxat habita, & gratis sponteque facta sit defensio, neque Patronum hunc neque clientes ad perpetuationem Advocatiæ, cogi posse, arg. *l.* 69. *& l.* 156. *de Reg. Jur.*

Ratio hujusmodi.

Ratio hujus probatorii modi inde clara est, quod hujusmodi literarum ea † vis sit, ut in controversia clientelari plene probent, & sufficientem mereantur fidem. Bald. *in l. plures apochis Codic. de fide instrument.* Jason *in leg. ex ea parte, in princ. numer.* 11. *Digest. de verbor. obligat.* & hoc usu servatur quotidiano, & universali, per Germaniam & aliis in locis: quemadmodum idipsum etiam in materia feudali de Domino feudi & vasallo tradit Rosenthal. *de feud. capit.* 6. *conclus.* 67. *numer.* 1. Ubi dicit, Dominum † ad dandum vasallo, sicut & econtra vasallum Domino ad antapocham ejusdem argumenti, quam vulgo Reversales nuncupant, teneri, sequitur Herman. Vult. *de feud. capit.* 7. *num.* 42. *vers. atque hoc instrumentum, &c.* & Schneidew *de feud. par.* 5. *numer.* 117.

Etenim, sicut quivis † alius, ita & Protectionis initæ contractus in scriptis celebratus, per scripturam desuper confectam probatur, ut traditum est ab Hippolyt. de Marsil. *in rubric. Codic. de probat. numer.* 65. ubi ad hoc allegat Franc Aret. *consilio centesimo quinquagesimo nono, num.* 10. cum aliis *ibi* per

eum allatis & extat context. *in l. contractus.* ubi eleganter Cyn. *Codic. de fide instrument. in verb. in scriptis*, 72 dum contextus dicit, illam † translationem videri esse factam in scriptis, de qua convenit, ut conficeretur instrumentum, & late prosequitur Aretin. *d. cons.* 159. *num.* 8. 9. *& seq.*

73 Et licet alias privatæ † scripturæ plena fides non adhibeatur per text. *in leg. rationes, l. exemplo & l. instrumenta Cod. de probation.* text. *in l. fin. Cod. de conveniend. fisci debitor. cum similibus* Paris. *consil.* 104. *num.* 74. *vol.* 1. Doctor. communiter *in l. admonendi Digest. de Jurejur.* Andr. Gailius *observ.* 20. *numero prim. libro secundo.*

74 Quando tamen † consensus partium pacto valido, uti in protectionis unione perfecta fieri solet, celebratus accedit, tunc ejusmodi scriptura plene probat, ut tenet Felin. & alii *in cap. scripta. de fide instrument.* Bartol. post Dyn. *in l. fin. ff. de prætor. stipul. & in l. Theopompus ff. de dote prælega*, Bart. *in Auth. si quis in aliquo in princ. C. de edend.*

Transitio ad modos probanda Advocatia, jam prius ab aliis usurpata ad aliosque translata.

Et hactenus duodecim illos, ex constituti Juris protectitii seu Advocatiæ, fontibus emergentes probandi modos percurrimus. Verum, quia nonnullas etiam formas, quibus Advocatia, jam antea ab aliis usurpata in alios transfertur, *in dict. cap. de forma.* tradidimus, ideo videndum nunc est, quatenus ex illis etiam clientelæ probatio elici possit?

XIII. Advocatia jus quemadmodum probetur per aditionem hæreditatis vel testamentum.

Quoniam igitur usus probat, Advocatiam tam per successionem ab intestato, quam etiam testamento in alium transferri posse: consequens est decimo tertio loco eam probari posse tam † per additionem hæreditatis, quam per ipsum testamentum.

Quare probata aditione hæreditatis, in qua jus protectionis fuit, probatum erit etiam idipsum 75 per notat. Alciat. *consilio* 192. *numer.* 2. Idem *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 23. *num.* 2. ubi ait, hæreditate 76 † delata alicui, qui reperitur rem aliquam hæreditariam possidere, eum præsumi jure hæreditario possidere, argum. *l.* 3. *vers. & quid de subeunda C. de natural. liber.*

Quibus autem modis aditio hæreditatis probetur, hujus loci non est edocere: qui id scire desiderat, videat Mascard. qui materiam illam *à conclus.* 40. *usque ad conclus.* 52. ubertim prosequutus est, ad quem, ne opusculum hoc ultra destinatos excrescat limites, benevolum lectorem remitto.

Cæterum, quando testamento sive per viam legati, sive institutionis alicui Advocatia delata fuit, 77 illam ipsis testamenti † Tabulis probari, est extra controversiæ aleam, siquidem per testamen-78 tum † legata in eo facta vel non facta communiter probantur, argument. *leg. final. Codic. de rebus credit.* ubi, quod legata facta, vel non facta fuerint, probatur ex facie testamenti, & *ibi* per scribentes declarat Dec. *consil.* 424. *column. fin. libr.* 3. & melius *consil.* 483. *column.* 2. *in princip. libr.* 4. & Alexand. *cons.* 123. *column.* 9. *versicul. præterea libr.* 4. Sebastian. Vant. *tractat. de nullitat. tit. A quo & quibus mod. poss. nullit.* 79 *probar. numer.* 13. Sicuti, quod collatio † beneficii alicui facta fuerit, aut non fuerit, per inspectionem librorum, in quibus talia registrari solent, probatur: Nam si ibi registrata non reperitur, non præsumitur, ut tradit Felin. *in c. illud in fin. de præsumpt. & c. sicuti. col.* 15. *vers. & ita putavi, de re Jud.* Cassad. *decis.* 8. *n.* 2. *super regul.*

80 Porro, † cum interdum etiam jus protectionis in alium donationis titulo transferatur, & de super instrumenta confici soleant, decimo quarto loco non impertinenter dicimus, per † eadem-81 met quoque clientelam edoceri posse, per text. notab. *in leg.* 1. *Codic. de donat.* text. *in l. qui filium, & in l. qui chirographum, Digest. de leg.* 1. Jason *ibidem num.* 1. & 2. & tradito † instrumento donationis, res in eo 82 contentæ etiam traditæ intelliguntur, Goth. *ad dict. leg.* 1. *Codic. de donat.* And. Gail. *pract. observ. libro* 2. *observ.* 37. *numer.* 10. Unde & protectori ejusmodi instrumentum † donationis super Advocatia penes se habenti ad consequendam Advocatiam actio in rem per Impp. Severum & Antoninum per *d. l.* 1. data fuit.

Jus protectionis donationis titulo in aliquem fuisse translatum qualiter probetur.

XV. Advocatiam emptionis titulo comparatam, qua ratione manifestum fiat.

Pari modo cum non minus Protectionis jus certis concurrentibus requisitis emi vendique posse, compertum sit, nec id facile absque interventu literarum emptitiarum expediri contingat, similiter Advocatia in emptorem translata decimo quarto emptionum † tabulis evidenter probari potest, siquidem illæ per contrahentes subscriptæ aut sigillatæ ad minus fuerint. Hodie enim literæ † istius-83 modi super contractibus erectæ publico instrumen-84 to æquiparantur, prout notanter tradit clarissimus inter Germanos Jureconsult. Hieron. Schurff. *cons.* 17. *incip. in prima consultatione n.* 3. *cent.* 1. ubi dicit, scripturam, † cui est appositum sigillum authenticum, 85 æquiparari instrumento publico, allegans ad hoc *c.* 2. *in prin. vers. sigillorum. de offic. ordin. in* 6. & idem Schurff. tradit *in consil.* 67. *numer.* 3. *cent.* 2. Idque maxime procedit in Germania, ubi generali fere consuetudine tales scripturæ pro authenticis recipiuntur quasi publicæ. Quod consuetudine introduci posse etiam contra jus commune (quamvis hic non contra, sed secundum jus & Jure fundata sit consuetudo) vel ex eo manifestissime colligitur, quod Philipp. Dec. *in consilio* 618. *numero prim.* scribit, consuetudinem † 86 etiam privatæ scripturæ authoritatem tribuere posse, per text. *in cap. dilectus extr. de fide instrum.* cum similibus per eundem adductis.

Quo pertinet, quod per traditionem † instru-87 menti censeatur res tradita, de qua in instrumento fit mentio *leg.* 1. *Codic. de donationibus*, Ludovic. Roman. *singular.* 338. *numer.* 1. & sicut tradendo instrumenta, res in instrumentis contentæ videntur traditæ, *dict. leg.* 1. Ita quis, instrumenta retinendo, videtur res in instrumentis contentas retinere, ita gloss. express. *in constitutionibus regni Neapol. Constit. cum concessiones, in verb. nostra Camera ad fin. in titul. de privil. Curia Capuana tempore turba. indult.* & an instrumentorum assignatio inducat assignationem rei? tradit idem Roman. *singul.* 677. Gabriel Sarayn. *in addit. ad dict. singul.* 338. Pro quo etiam faciunt notata per Dynum *in regul. cap. post medium vol.* 3. *de regul. Jur. in* 6. ubi habetur quod si instrumentum, † in quo continetur emptio alicujus rei, 88 alicui traditur vel legatur, ipsa res intelligatur tradita vel legata, ut late per Lambert. *de Jur. patronat. art.* 4. *q.* 10. *lib.* 2. *part.* 2. *n.* 12.

Porro hunc in modum deductis huc usque probandi modis illis, qui juxta seriem acquisiti primitus ac deinceps etiam in alios translati Juris patronatus enucleati sunt, consequens est, ut & alias externas edocendi Juris istiusmodi, rationes in medium adducamus. Earum autem in fide facienda, conditio duplex est; Aut enim plenam ac solidam clientelæ probationem faciunt, vel præsumptivam duntaxat competentis Advocatiæ conjecturam inducunt, quæ tamen nihilominus in defectum † aliarum probationum susti-89 nentur: Cum enim multoties Advocatia directe

recte probari nequeat, vel propter antiquitatem temporis, vel etiam ob amissionem scripturarum, fundationum & similium. Ideo lex ea probatione, quam præsumptivam nominamus, contenta est, *c. cum causam* ubi Bald. *col.* 3. & late Felin. *de prob.* & idem Fel. *in c. de quarta numer.* 27. *de præscript.* Jas. *in leg. ex his limit.* 4. *C. de test. milit.* Corne. *cons.* 333. *num.* 8. *libr.* 1. Dec. *cons.* 42. *numer.* 8. & *consil.* 146. *numer.* 14. Paris. ubi plures refert *cons.* 27. *num.* 15. & 16. *lib.* 1. Alciat. *libr.* 5. *parer. c.* 13. Alvar. Valasc. *de jur. emphyt. qu.* 9. *numer.* 21. Masc. *de probat. conclus.* 958 *num.* 2. *vol.* 2.

90 Prioris autem perfectioris nempe probandæ † Advocatiæ & sic decima sexta species est quæ fit per testes, deponentes daß Advocatus ein Closter oder ein Statt in begebenden fällen und Kriegsleufften je und allwege geschützt habe. Gylman. *decis.* 51. *numer.* 13. *lib. prim.* quæ probatio cæteris omnibus validior ac dignior est, nominatim id tradentibus Abbat. *in rubric. de testibus* Felin. *in rubric. de fid. instrument. num.* 1. Innocent. *in cap. cum* 5. *Tabellio extr. eod.* ubi dicit, probationem per testes esse naturalem, & congruere cum jure divino, ex illo divinæ vocis testimonio, in ore duorum vel trium stat omne verbum.

XVI. Advocatia quomodo per testes probatur.

Si itaque duo pluresve testes affirment hunc vel illum talis monasterii esse Protectorem atque Advocatiam penes hanc vel illam familiam existere, illa utique sufficienter probata esse censebitur, dummodo tamen iidem testes, aptas & sufficientes assertionum suarum rationes afferant. Nam in iis quæ non sensu † corporeo sed judicio intellectus percipiuntur qualia sunt jura incorporalia testes semper tenentur reddere causam scientiæ & rationem dicti sui, Bart. *in leg. non solum numer.* 3. *versic. sed si deposuit super eo num.* 14 *aut fin. Cod. de testibus* Marant. *in spec. rubric. de testium productione numer.* 13. Crott. *de testibus numer.* 307. *versicul. octavo fallit* Bossius *tit. de oppos. contra testes numer.* 83. *post med. vers.* & *quando deponit* &c. Gomez. *variar. resolut. tom.* 3. *capit.* 12. *rubric. de prob. delict. numer.* 10. *versicul. quod idem subintellige.* Campeg. *de testib. reg.* 192. *in* 2. *fallen.* & *reg.* 193. *fall.* 1. Nell. *de testibus numer.* 135. Vivius *comm. opin.* 898. *versic. secus vero.* ubi de † communi Alex. Stiat. *in pract. judic. capit.* 16. *numer.* 67. Rol. à Val. *cons.* 3. *num.* 52. & *seq. lib.* 1. Bertaz. *cons.* 379. *num.* 9. *in fin. lib.* 2. Cach. *cons.* 66. *post numer.* 17. Masc. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1369. *post num.* 2.

91

92 Sic in simili testes deponentes super † jurisdictione, jure decimandi ac similibus etiam non interrogati, debent reddere causam scientiæ Bald. *in c. cum causam numer.* 20. *extr. de testib.* Lanfranc. *de testibus post numer.* 20. *versic. exemplum* & *num.* 22. Gomez. *d. capit.* 12. *num.* 10. Boss. *tit. de oppos. contra test. num.* 74. Mascard. *d. concl.* 1369. *num.* 5. & 36. Prosp. Far. *tract. de testib. lib.* 3. *tit.* 7. *q.* 70. *num.* 71.

93 Censentur autem testes aptas † dictorum suorum rationes afferre, si dicant se vidisse literas fundationum, quibus fundator jus protectionis sibi reservaverit, vel spontaneæ in clientelam deditioni interfuisse, aut vidisse tabulas protectitias, salvæguardiæ, delegationis, seu alia instrumenta hoc jus demonstrantia, Item se audivisse & vidisse per Clientes petitam, & per protectores præstitam defensionem, vel hoc nomine persolutum iis fuisse honorarium, & similes actus. Nec opus est ad probandam Clientelam, ut singuli testes de omnibus istis actibus, deponant, sed sufficit, si unus de isto, & 94 alius de alio actu testificetur, quia testes in eundem † finem concordantes plene probant illud quod habet plures actus vel plura media quæ tendunt ad genus, ut eleganter docet Bald. *consil.* 514. *voluminis* 5. ubi dicit quod tendere ad eundem † finem intelligitur 95 is, qui deponit per idem medium vel simile; & ideo in usu jurisdictionis si testis unus dicat de uno actu & alter de alio, communis opinio est, quod jurisdictionem in genere probent, & subjungit hanc esse rationem, quod eadem jurisdictio utrique actui insit, sicut genus inest speciei, & de eadem jurisdictione una cum possessione & decimis tradit Corne. *cons.* 34. *col.* 2. & *cons.* 247. *in lit. L. vol.* 4. ubi communem dicit, & *cons.* 184. *lit. c. v. his tamen minime refragantibus* & *cons.* 189. *lit. G. v.* & *ad probandum vol.* 3. late Gabr. *concl.* 2. *numer.* 33. *vers. secundo infertur libr.* 1. *de testibus* Cæpolla. *cons.* 3. *libr. causar. civil.* & late Hip. Marsil. *cons.* 1. *num.* 41. *cum seq.*

96 Nec in isto casu testes dici possunt esse † singulares, licet per diversa media deponant, quoniam illa dispositio per diversa media non extenditur ad probandum illud medium, vel aliquem actum particularem, sed efficax est pro reddenda ratione, vel causa scientiæ, ut exempli gratia si testes interrogati unde sciant Sempronium habere Advocatiam super tali loco, unus ex his deponat, scire, quia vidit ad factam Clientum requisitionem, ipsos à Sempronio defensos fuisse, alter vero respondeat, scire quia vidit literas, in quibus Clientes Sempronium nominaverant Protectorem suum, & hunc eosdem Clientes suos, Tertius autem dicat se vidisse, Advocato protectitio numerari mercedem tuitionis, Quo in casu concludendum erit testes esse concordes & plene probasse, in genere Advocatiam cum reddiderint rationes efficaces & clientelæ inductivas.

Nec obstat quod ipsi reddant diversas rationes vel diversas causas scientiæ; quia respondetur hoc nihil importare, nec istud eos facere singulares, cum nullam legem habemus quæ astringit testes, † ad reddendam 97 unicam, & eandem causam scientiæ Fulv. Pacian. *de probat. libr.* 1. *cap.* 14. *numer.* 15. imo èconrario lex magis favet testibus † per diversas rationes concludentibus quam per unum eundemque meditatum sermonem deponentibus, ut habetur; *in l.* 3. 8. *ideoque Divus ff. de testib.*

Objectionis solutio.

98

Cum igitur testes non sint obligati ad reddendam unam duntaxat rationem sed possunt reddere plures secundum quod sibi & suis sensibus magis convenire arbitrabuntur, merito concludere oportet, testes non posse dici singulares ex eo quod reddant diversas causas scientiæ, modo illæ diversæ rationes sint bonæ & tendentes ad eundem finem super quo testes examinati sunt, id quod etiam sentire videtur Bald. *in l. act. numer.* 18. *v. scias tamen col.* 2. *C. de probat.* ubi dicit quod testes non dicuntur singulares † quando 99 ratio concordiæ earum est eadem veritas licet diversis mediis sit percepta ab iis: nam posito quod ipsi non probarent omnino directo probant tamen in ratione singulorum, & Baldum referendo sequitur Cornel. *d. cons.* 34. *col.* 2. *vol.* 2. & Mar. Soc. *cons.* 90. *num.* 14. *v.* & *confirmatur prædicta col.* 2.

Altera hujus generis & sic in ordine decima septima edocendæ Advocatiæ species est, quæ fit per instrumenta, quorum fides † in exercendis litibus 100 eandem vim obtinet, quam depositiones testium quoad probationis effectum text. *in l. in exercendis Cod. de fid. instrument.* Mascard. *de probat. quæst.* 4. *numer.* 11. *vol.* 1. His enim merito in factis antiquis statur *capit.* 13. *de probat.* Quare si antiquæ Monachorum literæ vel Monasterii extent Registra, quibus Tutelam ejus in periculosis casibus apud Advocatum fuisse testatum sit, non leve probationi Advocatiæ accedit adminiculum. Wesenbec. *cons.* 48. *num.* 14. & 21. cui subscri-

XVII. Protectitii juris fides quomodo inducatur per instrumenta.

scribens Jacob. Synzius *disput. de jure protect. Argentina Ann.* 1621. *habita* li. 23. ait Protectionem probari per instrumenta, allegans in comprobationem Dn. Menoch. *consil.* 241. *num.* 30. *vol.* 3. Lambert. *de jure Patronat. p.* 2. *libr.* 2. *art.* 12. *q.* 10. *num.* 7. *artic.* Grav. *cons.* 322. Imo in † antiquis meliorem esse probationem per instrumenta quam per testes affirmat Fran. Aretin. *cons.* 65. *num.* 2. Bald. *in l. si alterius C. si min. se major. nu.* 5. ubi inquit magis † instrumentis quam testibus credi. Alba. *cons.* 6. *nu.* 10. *& cons.* 64. *nu.* 22. Curt. Jun. *in l. pactum quod bona fide C. de pact. num.* 2. Masc. *de prob. q.* 6. *num.* 15.

101

102

Sed quia *superius* de instrumentis speciatim egimus hic abrumpendus de iis est sermo.

Alias perfectioris probationis species partim praecedentes, partim subsequentes, probandae Advocatiae assignatae rationes suppeditant.

103 Quae autem ad faciendam, cujusque rei † plenam fidem argumenta sufficiant, nullo certo modo satis definiri potest, sed discreti judicis arbitrio relinquendum est, ut etiam reliquit Justin. *in §. si vero tale aliquid in Authen. de instrum. fid. & cautel.* id quod clare scriptum reliquit Castr. *cons.* 163. *col.* 2. *lib.* 1. *in antiq.* Paris. de Puteo *tract. synd. tit. de arbitr. titrum num.* 21. qui hoc maximum esse arbitrium scripsit. Baldui. *ad l.* 12. *sub. lege* 31. *ad fi.* sic respondit Soc. Jun. *cons.* 32. *n.* 11. *& cons.* 61. *nu.* 46. *&* 47. *libr.* 2. probationes omnes judicibus esse arbitrarias post Dec. *cons.* 448. *nu.* 29. *&* 463. *nu.* 23. late Gram. *dec.* 34. *nu.* 47. Paris. *cons.* 55. *n.* 34. *cons.* 75. *nu.* 21. *& cons.* 107. *nu.* 48. *lib.* 1.

Sed his missis imperfectarum etiam probationum formas nonnullas deinceps attingere libet.

104 Inter caeteras autem species † hujusmodi praesumptivae probationis decima octava est, quae ex appositione insigniorum protectoris deducitur. Videmus namque multis in locis insignia familiae suae per Patronos Ecclesiarum ad indicium juris Patronatus in Turribus apponi, ne temporis diuturnitate illud obliteretur.

XVIII. Advocatiae probatio qualis per insignium appositionem inducatur.

105 Solent enim ex armis seu insigniis familiarum antiquarum † vestigia conservari, ut inquit Molina *de primogenit. libr.* 2. *cap.* 14. *in princip. & num.* 5. Stephan. Gratian. *libr.* 2. *discept. forens. c.* 288. *numer.* 26. Burs. *consil.* 228. *numer.* 4. *libr.* 3. Cephal. *consil.* 196. *numer.* 21. Curt. Jun. *consil.* 11. *numer.* 12. Paris. *cons.* 19. *num.* 28. *cum seq. vol.* 2. Lud. Marot. *resp.* 50. *num.* 10. Boer. *decis.* 146. *numer.* 6. Melch. Palaez. *de majorat. p.* 2. *q.* 4. *illat.* 8. *& q.* 5. Ripa *in l. centurio numer.* 163. *Digest. de vulg. & pupill.* Quinimo insignia non raro sunt veluti signa † & literae hieroglyphicae breviter & compendiose aliud, quod non videtur, per sculpta, picta aut caelata significantia, ad memoriam eorundem, qui quippiam egregium, simile vel proportionatum demonstranti signo, gesserunt Pet. Greg. Thol. *libr.* 6. *de Republ. c.* 16. Petrus Fri. *de Nobilitate inter Arum. discurs. Academic.* 16. *l.* 29. Chassaneus *in catal. glor. mund. part.* 1. *considerat.* 38. *concl.* 61. *& seq.* Gratianus *libr.* 2. *discept. forens. cap.* 319. *numer.* 26. *& seq.* & facit text. *in leg. lex qua tutores §. nec vero Cod. de administr. tutor. & l. legatum ff. de admin. rer. ad civ. pert.* per quem text. ita tenet Ana. *cons.* 113.

106 Cum igitur haeredes † etiam ad quos Advocatia transit, subsequantur insignia, per traditionem Bart. *tract. de insigniis nu.* 10. ubi dicit, arma gentilicia transire in omnes de illa agnatione descendentes, arg. *leg. familiaria ff. de religios. domib.* Bart. Chassa. *in tract. glor.*

107 *mund. part. prim. concl.* 38. ideo per appositionem † armorum monumentum quasi sempiternum competentis tali familiae juris istiusmodi inde existit, ut non obscure testatur idem Chas. *d. tra. concl.* 11. ubi dicit, insignia poni ad perpetuam hominum memoriam.

108 Hinc usu venit, ut si aliqui † ex familia antiqua videant arma majorum suorum depicta aut alias insculpta in aliquo loco publico, magno id sibi honori ducant, & si ea quispiam amovere, & sua de novo ponere velit, etiam aedificando novum opus, petere possunt id ipsi per judicium eo officio prohiberi Chassan. *in catal. glor. mund. conclus.* 21. *v. Hinc videmus.*

109 Ea ipsa autem insignia in foribus, † Turribus seu muris Monasteriorum, vel ipsis etiam templis ad picta seu insculpta arguere jus protectionis seu Patronatus, novissime ex professo prodidit Josias Nolden *de statu Nobilium civil. cap.* 15. *numer.* 135. ubi ait, insignia, in Ecclesia juris patronatus esse symbola, Seraphin. Olivar. *decis.* 652. *numer.* 2. *p.* 1. *& decis.* 1141. *numer.* 7. ubi multos adducit. Hinc Advocatiae jus insignibus non minus probari ac Patronatum illius Ecclesiae in qua familiae alicujus arma appicta cernuntur, post Far. *decis.* 517. *numer.* 7. *in novis. Noviss.* concludit etiam post hunc commentarium confectum visus David Hepingk. *diss. de jure Protect. Thesi* 25. *lit. F.* Nam ut privatum ita multo magis Principem liberali saltem ad opus † aliquod faciendum contributione, insignium parieti vel moenibus loci suae jurisdictioni non subjecti affigendorum vel insculpendorum beneficium consequi posse arg. *l. fi. §.* 1. *de op. publ.* tradit Bruning. *de var. univ. spec. Thes.* 25. *lit. A.* Tho. Mich. Assess. Cam. Spiren. celebratissimus *disp. de jurisd. concl.* 53. *in scholiis sub lit. e.* ubi in comprobationem adducit Cravettam *de antiq. temp. part.* 1. *§. octava datur, num.* 12. *& seq.* D. Men. 3. *praesump.* 130. *num.* 31. *&* 2. *praesum.* 59. *num.* 2. Mascardum & Valasc. licet duo posteriores ab eo allegati non de armis sed de literis in margine templi incisis, de quibus *paulo post*, loquantur.

110 Idem visus est asserere Illustriss. & doctiss. Cardinal. Dn. Gabriel. Paleot. Archiepiscopus Bononiens. *in tract. de imagin. lib.* 2. *cap.* 48. ubi dicit, defendi posse, ut insignia † familiarum in ipsas Ecclesias admittantur, nimirum ad tuenda jura patronatus, quae temporis diuturnitate collapsa his insignibus conservari & probari solent.

111 Sed sane, ut, quod sentio libere dicam, si assertus hic probandi † modus vera atque exacta judicii trutina examinetur, quoad probationem juris patronatus vel Advocatiae videtur, valde incertus & fallax, eam maxime ob causam, quod hodie usu receptum sit, insignia † in Turribus, portis, aliisve locis depicta magis denotare dominium ac jurisdictionem Dominorum, ad quos ea spectant, quam competentis Advocatiae indicium facere, *leg. qui libertate leg. final. Digest. de oper. libert.* Wesenbec. *consil.* 21. *numer.* 68. Freccia. *libr.* 2. *de auctor. Baronum cap.* 47. *numer.* 2. *circa fin.* Benevent. Stracha. *de Mercatur. par.* 2. *numer.* 86. *&* 78. Choppin. *de legib. Andium lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 1. *tit.* 4. *numer.* 7. Hier. de Mont. *tract. fin. regund. cap.* 175. *num.* 5. Cassan. *in catal. glor. mundi part.* 1. *consid.* 55. Peregrin. *consil.* 75. *numer.* 3. *libr.* 1. ideoque si Protector alicujus loci, in signum competentis sibi Advocatiae ibidem insignia sua apponere tentaret, non putarem id ei absque consensu Domini istius loci facere licere, nisi in ipso constructae à se Ecclesiae tempore faceret, per not. Chassan. *in Catal. glor. mund. part. prim. conclus.* 55. Natta *consil.* 636. *numer.* 91. Wesenb. *cons.* 21. *num.* 68. *in pr. & in paratit. C. ut nemo pr. tit. prad. suis* Hier. à Monte *de fi. reg. c.* 75. *num.* 5. Mar. Frec. *de feud lib.* 2. *§.* 47. *num.* 2. Hinc moeniorum dominium esse Principis cujus arma & insignia in iis depicta, respondit Rol. à Val. *cons.* 84. *n.* 23. *& seq. vol.* 2. Idem diserte statuit novissime inter insignes multos And. Knich. *in Epop. Dant. num.* 289. ubi eleganter asserit, armorum & insignium pictu-

Assertus per insignia probandae Advocatiae modus incertus & lubricus.

112

picturam, Wapen und Fahnen / darauff das Wappen gemahlet / intus vel extra Civitatem ædibus publicis & muris appositam superioritatis, dominii & possessionis publicam esse tesseram, astruente etiam Peregrin. *conf.* 75. *numer.* 3. *libr.* 1. Choppin. *de legib. And. libr.* 2. *part.* 2. *c.* 1. *tit.* 4. *numer.* 7. Wesenbec. *dict. conf.* 21. *numer.* 68. Schonborn. *Politicor. libr.* 5. *capit.* 30. Quod etiam regulare esse propalat Anton. Sola *in comment. ad constitut. Sabaud. super decret. de Insigniis & armis gloss.* 2. ubi tradit, armis & insigniis probari, † res ad eum spectare, cujus arma sunt, eo quod ejus res esse dignoscatur, cujus signo reperitur notata per *leg. qui libertate*, & *ibid.* Bart. *Digest. de oper. public. leg. monumentorum Cod. de relig. & sumpt. funer. leg. quod si neque* §. *fin. ff. de peric. & comm. rei vendit. & c. si judex de sent. excommun. in* 6. Ad idem facit *prim. quæstio. prim. c. quod quidam insi. &* 23. *quæstion.* 7. *cap. quemadmodum, de confess. dist.* 4. *c. postea signatum* 24. *q.* 2. *c. sane profertur extr. de vot. mag. & c. fin. ibid.* Corn. *consil.* 227. *numer.* 1. *vol.* 1. hinc signum denarii subindicat dominium & superioritatem Hier. Cevallos. *comm. opin. qu.* 745. *numer.* 4. & 5. Gylm. symph. *tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 2. *numer.* 23. ubi arguit civitatem † E. Archiepiscopo Moguntino esse subjectam ex eo quod illa Principis insignia in sigillo ferat. Confert ad idipsum, quod eleganter ex D. August. annot. Dionys. Gothofred. *ad l. regia* 1. *C. ut nemo privatus tit, præd. suis vel alien. impon. lit. l.* † urbem nimirum Imperialem censeri, in cujus portis aut ædificiis publicis insignia Imperatoris longissimo tempore suspensa fuerint, nemine ea evertente.

113 114 115

116 Verum enim vero si ponamus † fundatorem alicujus Ecclesiæ vel monasterii in signum competentis sibi Advocatiæ in eodem insignia sua apposuisse, postea vero ipso mortuo, aut familia illius extincta jus protectionis ad alium pervenerit, haud abs ratione in quæstionem vocatur, *an patronus in quem legitimo titulo protegendi jus translatum fuit, arma seu insignia primi protectoris inde auferre & sua apponere vel appingere possit?*

Protector novus utrum insignia prioris & antiqui Patroni in fidem competentis sibi juris patronatus apposita auferre atque sua apponere possit.

Et prima quidem fronte haud præter rationem † id omnino licitum esse videtur, ex eo quod tradit Marinus Freccia *de feud. libr.* 2. *authorit.* 47. *numer.* 3. ubi dicit si alienetur feudum in alium, donetur vel vendatur, & in eo essent insignia prioris domini, posse novum successorem & dominum, illa amovere pro libito voluntatis, quia per alienationem validam jam desinit ex toto dominus esse, neque aliquod jus penes alienantem remansit: Cum igitur nulla imago prioris domini remaneat priorque origo sublata sit, absurdum esse Justinianus inquit *in l. in pr. C. de lat. liber. toll.* origine rei sublata ejus imaginem relinqui. Causa vero armorum seu insignium in loco existentium erat dominium, eo igitur mutato mutatur status & conditio rei, cessatque causa causæ, extinguitur sequela & accessorium ejusdem.

117 *Affirmativa Ratio dubitandi*

118

119 Deinde in eandem partem affirmativam faciunt tradita per Petr. de Ancharan. qui *conf.* 113. expresse concludit, quod armis † fundatoris in capella, vel sepultura pro se & familia sua facta, appositis, alii postea ex fœminis ejusdem familiæ descendentes sua etiam insignia conjungere possint, & Monachi id deficiente etiam prole masculina permittere debeant.

Ratio dubitandi II.

120 Sed præmissis non obstantibus contraria sententia, uti favorabilior esse videtur, ita † crebriori ab interpretibus calculo approbata & recepta est firmante eam post alios Cæsare Lambert. Episcopo Insulano *tract. de jur. patron. art.* 4. *quæst* 5. *numer.* 12. ubi concludit nullo modo arma † primi fundatoris à capella, Ecclesia, vel sepulchro esse amovenda sed ibidem semper permanere debere in memoriam primi fundatoris, & dicit in hoc concordare omnes Dd. Et hoc ipsum ante prædictum Dn. Lambertin. consulendo etiam decidit Joan. de Anania *respons.* 86. *circa finem*, ubi dicit interesse memoriæ illius fundatoris, ut alia arma vel insignia quam sua non ponantur: quia per talia signa armorum conservatur memoria defuncti. Et pro hoc dicit optime facere textum, *in l. legatum in fin. Digest. de administr. rer. ad civitat. pertin.* & quod notat Bald. *in leg.* 1. *Cod. ut nemini liceat.* Nam memoria † fundatoris per impressionem armorum alterius posset de facili confundi, quia successu temporis posset dubitari quis illa sacella ædificari fecerit & sic non conservaretur dignitas agnationis fundatoris quæ salva semper esse debet, *leg. prim.* §. *sed & servum Digest. de ventre inspiciend.* Concurrit insuper in hanc sententiam Bartol. *in leg. qui liberalitati* §. *nec ejus nomine de oper. publ.* disserte statuens non esse licitum primi patroni insignia antiqua tollere vel abradere & ponere nova, ubi etiam per textum illum infert, religiosos † male facere, qui capellas antiquorum fundatorum, in quibus adpicta sunt eorum arma, immutant, veterum Patronorum insignia auferentes vel delentes, uti etiam notat Lud. Roman. *singul.* 474. & refert Joa. de Terra rubea *in suo opere de vinea Ecclesia tract.* 3. *art.* 6. *conclus.* 8. *in verbo damnabilis.*

Decisio Negativa. Ratio decidendi ab authoritat.

121 122 123

Ad quod facit text. † *in leg. si quando Codic. de oper. public.* ubi habetur quoties opus † publicum, ut palatium, ædes sacræ, vel porticus, reparatione indiguerint, licitum quidem esse imagines, statuas, inscriptiones nominum, vel arma quorumcunque deponere, sed refectis ædificiis unamquamque remotam reportari & proprio loco denuo collocari debere. Idem non ineleganter firmare videtur Dn. Menoch. *recuper. poss. remed.* 15. *numer.* 47. ubi dicit honoris † causa patronis esse concessum, ut habere possint in Ecclesiis depicta familiæ insignia, quæ ab alio abradi sine domini injuria nequeant, allegans ad id Bartol. *in dict. leg. prim.* §. *ne ejus nomine ff. de oper. public.* Cæpoll. *tract. de servit. urb. præd. cap.* 71. *de pictura.*

124 *Ratio decidendi II. à textibus juris.*

125

Præterea in confirmationem hujus conclusionis accedunt textus *in d. l. qui liberalitate ibidem*, de inscriptione nominis sui operibus (si qua fecerit) capere per invidiam non prohibetur, & *ibid.* non ejus nomine cujus liberalitate opus extructum est eraso aliorum nomina inscribantur.

Constat autem eum qui de novo Ecclesiam vel Monasterium fundat, magnam exercere liberalitatem, Quare si idem in signum Patronatus seu Advocatiæ ibidem insignia familiæ suæ posuit, videtur id fecisse sub ea lege, ne unquam amoveantur, per *d. l. qui liberalitate & l. si judices C. eod. l. legatam ff. de adm. rer. ad civ. pert.*

Denique non solum jure communi sed particularibus etiam multorum locorum statutis cautum est eos esse puniendos, † qui alicujus familiæ insignia in Ecclesiis, aliove loco ad perpetuam memoriam collocata corrumpunt, & delent. Et quidem Roman. *singul.* 474. scriptum reliquit pœnam ejusmodi esse judici arbitrariam, cui subscripserunt Gom. §. *pœnales numer.* 5. *Institut. de actionib.* Curt. Jun. *in l. si quis id quod numer.* 6. *de jurisdict. omn. jud.* Rebuff. *in comm. ad Reg constitut. Galliæ tom.* 3. *tit. de materiis possessor. artic.* 1. *gloss.* 2. *num.* 35. *ex text.* ubi Bart. *in l. quæ liberalitate ff. de oper. publ.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 3. *consil.* 281. ubi *numer.* 6. dicit extare Patavii statutum, *sub rubr. quibus liceat acquirere bona ea nullum homi-*

126 *Ratio decidendi III. à particularibus locorum quorundam statutis.*

minum, quo pœna quinquaginta ducatorum, indicitur illi, qui arma, insignia & epitaphia è sepulchris delevit atque corrupit.

Solutio rationum dubitandi adductarum. Responsio ad I. dubitandi rationem.

Nec vero illa quæ initio quæstionis in contrarium adducta sunt, hanc decisionem infringunt.

Quamvis enim arma & insignia prioris Domini per novum successorem in feudo alienato auferri aut deleri posse concedatur, † tamen aliud dicendum est, quando insignia † tempore fundatæ ac constructæ Ecclesiæ per Patronum ad indicium juris patronatus seu protectionis apposita fuerunt, idque propter summum constructoris favorem, qui etiam extincto jure protectionis durare censetur per rationes supra allegatas, quemadmodum etiam ipsemet Freccia allegato loco innuere videtur, insignia in Capella alicujus depicta, ex quibus demonstratur eam ab aliquibus de alique familia constructam fuisse, tanquam reliquias primævi juris durare debere, ibidemque ex Capitio & Chassanæo subjicit, † jus illud præeminentiæ ac honoris ex prima fundatione acquisitum non esse finitum, quemadmodum in simili etiam dissoluto feudo remanent tamen reliquiæ ejusdem ex præstito fidelitatis juramento uti testatur ex Bald. *consil.* 16. *versic. porro volum.* 1. Freccia. *d. auctor.* 47. *sub num.* 3.

127

128

129 *Responsio ad dicta Anchorani.*

Præterea non obstat decisioni † nostræ quæ ex Anchorano inducta fuere. Nam in causa ab eodem in consultationem deducto aliæ rationes ac circumstantiæ consideratæ fuerunt. Nam inprimis Baronis illius de cujus insigniis ibi loquitur Anchorani cognati pro augmento divini cultus ornamentis Capellam augere, & pro fratribus alendis multa adhuc in eandem Ecclesiam conferre proposuerunt, pro solatio tamen viventium sua etiam, relictis tamen prioribus insignia ibidem affigere cupiebant. Ne igitur ob talem appositionem à bono proposito abducerentur, id eis propter affectionem, quam ad locum illum habebant concedere, consulenti æquum visum fuit, ideoque consulendo conclusit posse fratres mendicantes de jure permittere descendentibus ex via fœminea, à fundatore sua arma imprimere, & aliis prohibere, & dictis capellis ac rebus ipsarum pro utilitate animarum fundatoris & suorum disponere, prout iis visum fuerit expedire.

Alia solutio dictorum Anchorani.

Adhæc inter hanc quæstionem nostram & casum ab Anchorano definitum, in re principali summa est discrepantia, quia nos de insigniis, quæ ad indicium & in signum juris patronatus ex constructa Ecclesia competentis, posita sunt, loquimur, ille vero sermonem habet de armis gentilitiis, quæ in Capellis fratrum mendicantium juris patronatus incapacibus collocata, sculpta, vel adpicta fuerunt.

130 At in comperto est, quod jura, † quæ loquuntur de jure patronatus Laicorum in Ecclesiis vel capellis fundatis vel dotatis per eos juxta ea quæ habentur *in Rubric. & per tot. titul. de jur. patronat.* non vendicant sibi locum in Capellis fundatis per Laicum in Ecclesiis, in quibus habitant mendicantes nam in eis præsentatio vel institutio eorum qui servire habeant, circa divina, non habent locum, & in dictis capellis cessat jus patronatus, *capit. indemnitatibus, in fin. de election, in* 6. Cum ergo in dictis Ecclesiis non sit reservatum aliquod jus Laicis libere, & reservatum sit in administratione ipsorum fratrum, possunt ergo disponere fratres de dictis Capellis sicut de corpore Ecclesiæ suæ, nam judicantur tanquam membra Ecclesiæ & tanquam accessorium sequuntur naturam sui principalis *c. accessorium de reg. jur. in* 6. *& l. cum principaliter ff. de reg. jur.* Et ex his manifestum est, præmissam nostram decisionem negativam per allatas dubitandi rationes non everti, sed firmam solidamque persistere.

131 *Ampliatio decisionis I.*

Ampliatur porro eadem † decisio in terminis propositæ quæstionis, quod novus Protector non solum non possit mutare arma fundatoris à Capella, Ecclesia vel sepulchro, sed nec etiam si ipse est alterius familiæ sua insignia seu arma sculpi facere, etiam remanentibus antiquis, ita aperte volunt prædicti Dd. & præsertim Joann. de Anania *in consil.* 86. & Bologn. *in addition. ad dict. consil. Joann. de Anan.* quibuscum concurrit Petr. de Ancharan. *consil.* 113. in quo de Barone quodam disserens, ait, licet fuerit finita agnationis dignitas illius Baronis, quia nullus de domo ejus supererat, tamen dicit non debere extingui ejus memoriam, sed extendi per aspectum ædificiorum, templorum Dei & similium, & ad hunc finem arcus triumphalis & statuæ marmoreæ sculpebantur in Urbe ut illorum memoria, qui gloriose vixerant, & honores gesserant, in perpetuum haberetur.

132 *Ampliatio decisionis II.*

Deinde ampliatur eadem † decisio ut neque agnatus hæres juris patronatus ex linea fœminea descendens primi fundatoris insignia immutare aut sua apponere possit, in Ecclesia, Capella vel sepulchro fundatoris, ut nominatim consuluit Joan. de Anan. *in d. consil.* 86. cujus decisionem secutus est Angelus *in suo testamento ante fin. gloss. in verbo. idem mandavit construi capellam unam.* ubi concludit non solum hæredem, sed nec rectorem vel conventum Ecclesiæ posse mutare nomen illius fundatoris Ecclesiæ & ponere sub nomine alterius, & concedere alteri, nec posse mutare arma aliqua, allegans ad hoc Bart. *in leg.* 2. §. *fin. Digest. de oper. public.* Bartholl. Cæpoll. *de servit. urb. præd. in rubric.* 71. *de picturis in fin. versic. item pone* † ubi quærens de eo qui fundavit Capellam vel Ecclesiam, ibidemque in memoriam nominis sui apponere fecit insignia sua, an clericis ea delere, aliaque substituere liceat? decidit negative, videlicet ipsum iis non licere, si & contra faciant judicis arbitrio puniendos esse, *l. opus ff. de oper. publ.* quod etiam statuit Lud. Rom. *sing.* 355

133

134 *Utrum in Monasteriis vel Ecclesiis à se fundatis, aut constructis Fundatoribus eorundem insignia sua apponere liceat.*

Porro quod attinet ad insignia turribus † seu portis templorum, vel in ipsis etiam Ecclesiis adpicta vel insculpta non inelegantis insuper est disquisitionis, *an recte, prudenter, & laude dignum faciant, qui in vel extra monasteria vel Ecclesias à se fundatas, arma sua gentilitia poni curant.*

Ac prima quidem fronte id laudabiliter, † & non præter rationem fieri ex sequentibus patescere videtur.

135 *Affirmative.*

Primum enim multi ex nostris aperte scribunt, in opere † cujuspiam impensis ac liberalitate facto seu constructo, arma ejus licite affigi, atque apponi posse, per text. *in l. fin. in fine Cod. de statuis* Notat Alberic. *in leg. legatum* per illust. text. *in fin. ff. de administr. rer. ad Civit. pertin.* Nec solum habenti proprietatem † in aliqua re arma sua pingere licet, sed etiam usufructuario, in re, in qua habet usumfructum, *leg. arquissimum* §. *sed si aedium usufructus legatus sit.* Nerva filius & lumina immittere eum posse ait, sed & colores & picturas & marmora poterit & sigilla & si quid ad domus ornatum pertinet, & not. *ibi sigill. ff. de usufr.* & ibi Ang. de Perus. & Flor. Quia per hoc non efficitur deterior conditio rei neque mutatur ejus substantia quoniam alias secus esset, *l. monumentum C. de reli. & l. rep.* §. *rei mutatione ff. quib. mod. usufr. vel usus amitt.*

136 *Ratio dubitandi I.*

137

138 *Ratio dubitandi II.*

Deinde, quod insignia etiam in ipsis † templis collocare liceat, non ineleganter firmare nititur Chassan. *d. tract. conclus.* 13. ubi dicit, donantem seu legantem pecuniam, ut fiat aliquod opus, puta templum

plum, ædes sacræ hospitale, imagines &c. nomen vel arma sua in iisdem inscribere, ponere, seu depingere posse, nec debere abradi seu deleri, etiam ut alterius arma ponantur, text. *in leg. qui liberalitate in princip. & fin. ff. de oper. pub.*

139 Nam ad judicis pertinet officium † tueri memoriam defunctorum, *l. Quintus §. Pomponius ff. de anno legat.* Per armorum insignia denotatur, & conservatur familia domus ejus circa divinum cultum, quæ per impressionem aliorum armorum confunderetur, & in modico tempore ignorari posset, quis dictam Ecclesiam seu capellam fundaverit, vel quæ domus, & sic non conservaretur agnationis dignitas quæ debet esse salva *leg. prim. §. prim. ff. de liber. agnosc.* per signa † enim cognoscuntur signata *capit. in novellis de judic.* & propterea armorum alienorum impressio est prohibita in alienis rebus *leg. prim. Codic. ut nemini liceat, & leg. basilicam Cod. de nov. oper. nunciat.* Et quando finiretur familia, ut quia nullus de domo superesset, tunc non debet extingui memoria, sed extendi per aspectum ædificiorum templi Dei & similia Marta *de jurisdiction. part. secund. capit. 4. numer. 28. in fine.* Hinc etiam post Petr. à Placa. *in epitom. delict. libr. 1. capit. 6. numer. 17.* tradit Ludolph. Schrader. *tract. feud. part. 9. capit. 4.*

140 *numer. 24.* † Eum, qui statuas, † imagines, vel insignia alicujus concutit, delet, conflat, vel aliter violat, illum, cujus est hæc status, imago, vel insignia, & injuria afficere & injuriarum ab eo conveniri posse. † Sic

141 etiam insignia † Domini destruentem feudo privari, Henric. Rosenthal. *de feud. cap. 10. quæst. 37. numer. 29.* eo casu admittit, si dolose & sine causa id ab eo factum sit.

142 *Ratio dubitandi III.* Tertio ab hac opinione aliena non est † traditio Dd. asserentium, obligari quem posse, non solum ex contractu *l. ex hoc jure, §. fin. de donation.* sed etiam ex testamento, ut, si quis institutus sit hæres sub conditione, ut nomen & arma testatoris deferat, *l. facta 63. §. si vero nominis Digest. ad Trebell.* Quod exquisite exornat. Anton. Thessaur. *decis. ultim. per tot.* ubi initio testatur, istam conditionem in institutionibus & substitutionibus extraneorum in Hispania frequentem esse, & in curiis judiciorum multum agitari, per Dd. *ibid.* per eum copiose allegatos, & *numer. 15.*

143 aperte tradit, eo modo institutum † hæredem gravari etiam posse, ut teneatur, arma testatoris pingi facere etiam in domo vel Capella, ut per Jo. de Anan. *consf. 86. col. fi.* & ibi Bolog. *in addit. suis* Anch. *consf. 113.* & latius per Melch. Palaez. *in tract. major. p. 2. q. 8. num. 4.* & Mol. *de primog. lib. 2. c. 14. in fin.*

144 *Ratio dubitandi IV.* Quarto, nemo facile inficias ibit, eum, qui † Ecclesiam ædificavit, aut sacellum exornavit, expertem reprehensionis esse, etiamsi dicat: Hæc à me Ecclesia, hoc sacellum sumptibus meis ædificatum est; quid obstat, quo minus idem possit scribere, & si potest nomen suum, aut familiæ, quæ Ecclesiam dotavit in memoriam adscribere, cur ei non licebit significatione signi proprii idem efficere. Cum præsertim ipsa scriptione contineatur & nomen & cognomen & universa perfecti operis historia, insigne vero auctoris tantum familiam significet, per *jura superius adducta.*

145 *Ratio dubitandi V.* Quinto, videmus hunc sacris locis † apponendorum insignium morem † nedum ætate nostra, sed etiam priscis sæculis ante Salvatorem nostrum in terris natum in usu fuisse, ut habetur; *Mac. 13. cap. ibi Ædificavit Simon super sepulchrum fratris sui, & fratrum, ædificium altum visu lapide polito retro & ante, Et statuit septem pyramides, unam, contra unam patri & matri & quatuor fratribus, & his circumposuit columnas magnas, & super columnas, arma ad memoriam æternam; & juxta arma naves sculptas, quæ viderentur ab hominibus navigantibus mare* & 1. *Reg. 31. c. ibi: Posuerunt Philist. arma Saulis interfecti in templo Astaroth, corpus vero ejus suspenderunt in muro Bethsan.*

146 Et hunc morem etiam hodie servamus, ut sepulchris † arma & insignia defunctorum nomen & familiam referentia, affigantur Thessaur. *d. decis. ultim. numer. 34.*

147 *Ratio dubitandi VI.* Sexto, si licitum, vel potius quandoque necessarium est, in sedilibus † scamnis & scabellis templorum signum fieri, ne loco moveantur, vel aliorum usui pateant, per traditionem Menoch. *recuper. remed. 15. numer. 47.* ea ratione, quod sicut Patronus † ex

148 gratia habet in Ecclesia jus Patronatus *capit. quoniam de jure patron.* sic ei ex gratia concedatur habere sedem in Ecclesia, honoris causa, ut tradunt Hostiens. & Abb. *in capit. abolenda de sepult.* Cur non idem permissum esse censeatur in parietibus portis, aut turribus Ecclesiarum.

149 *Ratio dubitandi VII.* Septimo non abhorret ab hac sententia quod Salvator noster in Evangelio præcepit, ut facta † nostra omnibus pateant, omnibus cognita sint, luceantque opera nostra coram hominibus, ut exemplo & quasi cohortatione quadam, alios in viam rectam ducamus, *Matth. 5.* Ut igitur facta per aliquem Ecclesiæ ædificatio, Altaris constructio, vel cujusvis rei ad sacros usus destinata donatio aliis etiam innotescat, iisque ad similia facienda incitentur, ejus rei admonitoria & incitantia insignia in Ecclesiis ponere utique licitum esse videtur.

150 Consequitur ergo, † quod eam maxime ob causam fundatorum imagines in templis poni debeant, ut facilius homines adducantur, ut in Ecclesias liberalitatem exerceant, easque altaribus picturis, & reliquo vestium & rerum apparatu instruant, quæ parva impensa comparari non possunt, cum intelligant in iisdem Ecclesiis monumentum aliquod nominis sui perpetuum relinqui posse, & hoc non leve est incitamentum apud animos hominum, qui cum videant aliquorum nomina his insignibus illustrata, imitationis desiderio incenduntur, quo fit, ut per singula tempora Ecclesiæ & ampliores & ornatiores existant.

Ex his aliisque ejusmodi rationibus quispiam sibi forte persuadere posset, eos, qui Ecclesias ædificant, vel in easdem magnam dotem conferunt, non solum excusatione, sed etiam commendatione dignos esse, si in constructis à se templis vel monasteriis insignia seu arma sua gentilitia apponant.

Verum juxta quæstionis statum *supra* à nobis formatum, secus nobis respondendum esse videtur.

Decisio Negativa. Contrarium enim firmatur ex Regula subsequenti, cui adhærere debemus sicut Bononienses adhærent Carocio, ut dicit gloss. *in leg. omnis definitio Dig. de Reg. jur.* Certum enim est, quod eo ipso dum templa † vel

151 *Ratio decidendi I.* Monasteria ædificantur in solo ad Ecclesiam deputato ea efficiantur ejusdem & cedant solo inædificato, per text. express. *in leg. adeo ff. de acquirendo rer. domin. §. cum in solo Instit. de rerum domin.* Sed juris expediti est quod in re aliena † non liceat imponere insignia vel

152 arma *l. 1. & per tot. C. ut nem. liceat sign. imp. l. si Basilicam C. de oper. publ.* Bart. *in suo tract. de arm. & insig. circa pr.* Jo. de Anania *consf. 86.*

153 Cum ergo ædes † sacræ, Monasteria atque Ecclesiæ domus DEI sint, & divino cultui destinatæ atque dicatæ: non videtur æquum esse, ut quis sua insignia in alienas ædes inferat, vel in iisdem relinquat Bartol. *tract. de insign. & arm. numero 4.* quæ ut *supra* dictum est, jurisdictionis ac dominii argumen-

mentum præ ſe ferunt, eleganter Cardinal. Palæot. *de ſacr. & prophan. imagin. libr.* 2. *capit.* 48. Quia uti *ſupra* etiam tactum eſt, plane inconveniens atque abſurdum eſt origine rei mutata ac dominio in alium translato, ea in re, quam quis in alienum tranſtulit, imaginem atque inſignia ejus remanere, contra textum expreſſum *in leg. unica C. de Lat. libert. toll. in princ.*

154 Deinde, cum proviſi juris ſit, quod Venditor † domus aut prædii alicujus, non queat in re alienata arma ſua de novo ponere, multo autem minus poſſit emptorem compellere, ut inſignia ſua vetera retineat, ſed liberum ei ſit, auferre antiqua anterioris Domini, & ſua propria reponere, per notata Chaſſan. *dict. part. prim. concluſion.* 21. *ad fin.* multo minus ſane decet, eum, qui libere DEO Eccleſiam, aut rem aliam dedicavit, ſigna ibi inferre ſua, quandoquidem munus totum liberaliter Deo obtulit, atque omne Dominium à ſe in cœleſtem Dominum tranſtulit. per ea, quæ *ſupra capit. XVI. de contrariis* Advoc. annotavimus.

Ratio decidendi II.

Ratio decidendi III.

Tertio, ad fulciendam hanc ſententiam præmiſſis illud morale non impertinenter addimus, quod ſicut imprudenter faceret, & ſemetipſum aliorum 155 ludibrio ac riſui exponeret, qui librum forte † aut numiſma vetus Principi donaturus, ſignum ſuum in eo appingeret, vel arma ſua cum Principum inſigniis conjungeret, per ea, quæ in ſimili ſcribit Freccia *de Feudis auctoritate* 47. *numer.* 2. ubi dicit ſi in eodem loco † & æqualiter Sub feudatarius poneret arma ſua cum armis Domini quod videretur eidem ſe æqualem facere, Jaſon *in leg. prim. C. ut nemo privat. in princip.* Ubi dicit, quod inſignia Principis, non debent depingi, niſi ſuper rebus quæ ſunt Principis, ut Venetiis videre eſt, in armis S. Marci, quæ non pinguntur in oſtiis aliorum niſi ſint Ducis. Bald. *in leg. prim. Cod. quæ res vendi non poſſ.* ubi dicit eum qui arma ſua cum inſigniis Principis conjungit, videri ſe parem facere eidem, ſicut Lucifer qui voluit ſe parem facere Deo, & ideo ejectus fuit è cœlo. Ita longe Deo deſpectus major infertur, ſi in eo, quod Principi omnium Principum donatur, aliud appareat, quam divinæ majeſtatis inſigne, præſertim cum 156 Deus † ſigno, ut noſtri meminerit, non egeat, 157 quod neceſſarium † hominibus ſæpe eſſe ſolet, D. Thomas *ſecunda ſecundæ quæſtion.* 19. *artic. prim.* qui aut multa ignorant, aut recordari omnia non poſſunt, quo fit, ut inſigne adjectum, Deo nulla in re ſerviat ſed tanquam inſtrumentum ad oſtentationem inventum nos ipſos prædicet.

158 Quarto, cum in jure civili ab Imperatoribus cautum reperiatur, non licere homini † privato imaginem ſuam in Aula regia ponere, per *leg. ſi quæ Cod. de ſpectacul.* nec quenquam, ut dictum eſt, in aliena domo, ſua ponere arma conveniat, quanto minus hoc facere oportet in ſacrario Dei, ubi præ reverentia ipſi Angeli, & ſummæ cœli poteſtates contremiſcunt, ut quiſpiam ignobilitatis ſuæ arma inferat, & tanquam gemmis & auro carbones atros admiſceat, ita arguente Palæot. *d. c.* 48.

Ratio decidendi IV.

159 Quinto, deciſionis noſtræ armorum in † Eccleſiis illationem coarguentis, fundamentum poſitum habemus *in leg. baſilicam C. de oper. public.* ubi Impp. Theodoſ. & Valentin. diſertis inhibuerunt, ne in Baſilica (quæ eſt domus Regis vel Eccleſia ſacra,) inſignia ſeu arma alicujus apponantur, vel alicujus imaginis aut pictarum cujuslibet honoris tabularum obumbratione Baſilicæ obfuſcentur, quo textu innixus Salycet. *ibidem* ad terminos deciſionis noſtræ ad literam tradit, in ſacra Eccleſia non poſſe alicujus imagines pingi, vel ſtatuam poni.

Ratio decidendi V.

160 Sexto pro confirmatione enunciationis † præmiſſæ illud inprimis conſiderandum eſt, illos, qui ſigna ſua in Eccleſiis, quas conſtruunt, & in veſtibus, quas DEO donant, affigunt, grave periculum incurrere, ne meritum † omne amittant, quod fieri tradidit ex antiquioribus Gemin. *in capit. duæ ſunt* 45. *diſtinct.* quem refert & ſequitur Bernard. de Landriano *in addit. Panormitan. in capit. dilecta de exceſſibus Prælator.* Idem cum aliis admiſit Chaſſan. *concluſion.* 13. ubi rotunde dicit, advertendum eſſe quod ponentes arma ſua in Eccleſiis, quas faciunt, aut in ornamentis, quæ donant Eccleſiis ſive monaſteriis, meritum perdant. Et præter hos diſſuaſorem ejuſdem rei ſe inter modernos præbet Anton. Sola. *ſuper dict. decret. de armis & inſigniis gloſſ. ſecund. numer.* 8. Ubi graviter monet Eccleſiarum fundatores, ornamentorumque Eccleſiaſticorum largitores, ne in Capellis vel ornamentis inſignia depingi vel inſui curent, eo quod per id boni operis meritum amittant.

Ratio decidendi VI.

Ratio decidendi ultima.

Ultimo denique hanc ipſam ſatis ſuperque confirmatam deciſionem ſummæ authoritatis ac nominis ICtus Gabr. Palæot. *de imagin. libr. ſecund. capit.* 47. *verſicul. poteſt etiam*, expreſſe tuetur inquiens, graviter errari, ſi inſignia † in Eccleſiis 161 ponantur, aut cum rebus ſacris & divino cultui addictis conjungantur, quod inde non parva indignitas & ſumma analogiæ offenſio conſequatur, *ibidem* ſubjungens, Licet hæc in Laicis forte diſſimulanda ſint, in perſonis † tamen Eccleſiaſticis mi- 162 nus tolerari, & majus argumentum Spiritus, & prudentiæ eos præbituros, ſi iſta prætermittant. Nam cum Clerici † & charactere & veſtitu, & piis 163 fidelium oblationibus ac eleemoſynis, quibus fruuntur, item officiis, quæ ſuſtinent, & ſacris omnibus, quibus initiati ſunt, publice profiteantur, ſe à mundo abeſſe longius, & ſummo DEO vere dedicatos; æquum & eorundem muneri conveniens eſt, ut in his familiarum inſignibus, in his titulis affinitatum, ſe cæteris præbeant diſſimiles, & in ipſorum locum Eccleſiarum titulos, ſi quas habent, inferant; aut ab officio Eccleſiaſtico, cui addicti ſunt, aut aliunde aliquid petant, quod & ſtudiis ipſorum reſpondeat, & cum inſtituto vivendi genere congruat, denique re ipſa aliquid ſignificent, quod ab eo, quod inſignia facere ſolent, longiſſime abſit. Nam cum iſta oſtendant, res illius eſſe proprias, cujus inſigne ferunt, debent iſta quidem oſtendere, id quod poſſidetur, eſſe Eccleſiæ proprium, eſſe dignitatis aut officii, in quo poſiti ſunt, aut aliquid aliud, cum vita Eccleſiaſtica conſentiens. Hæc hactenus ex Palæoto.

Exiſtimo autem præcitatos authores in hac traditione potiſſimum reſpexiſſe ad abuſum hujus rei, quem Palæot. *d. c.* 48. tam longe proceſſiſſe, adeoque hominum animis dicit inſediſſe, ut ſi cui venit in mentem Eccleſiam ædificare, aut ſingulari aliqua re, illam exornare, ſtatim etiam ante cœpti operis initium cogitare incipiat, quem reperire poſſit illuſtriorem locum, ubi inſignia ſua collocare poſſit, ut ſe fortaſſe inprimis nobilitet, accurate proſpiciendo, ut ſignum ſuum ſumme conſpicuum, impenſeque elaboratum, omnium oculis appareat.

Ex quo quidem abuſu dubium non eſt, quin commune illud Germanorum † diverbium ſcaturiginem 164 ſumpſerit, quod vulgo dicitur, Es ſey kein Kirchlein ſo klein in welchem der Teuffel nicht auch ein Capellen zuhaben begehre / hoc eſt, non fieri Eccleſiam, in

qua

qua sibi dæmon sacellum non occupet, quod urbane ac perbelle ad propositum applicat Palæot. *d. c. 48. v. urbane* ubi subjungit, nec verbi Dei prædicationem uspiam constitui, in qua ipse locum assidendi non habeat, nec ullam unquam sortem aut conditionem proponi, in qua ipse suis suffragiis non utatur, *Ita* inquit ille *cum in casula sacerdotali aut pallio aut candelabro altaris aut rebus hujusmodi, signa auctoris fiunt, videri dæmonem tanquam de specula quadam cum populo his dictis agere, aspicite me hoc in loco considentem ecce ista pars mea est, Ecce vanitatis & inanis gloriæ mea insignia &c.*

Ex quibus omnibus satis patere existimo, non satis prudenter facere illos, qui insignia sua solo nomine militarem originem præseferentia, & mere prophana in Ecclesias inferunt, quæ divini † duntaxat nominis laudibus & non aliis mundanæ vanitatis solennitatibus dicatæ fuerunt. [165]

Solutio contrariorum argumentorum.

Quibus ita firmatis, non est, quod laboremus multum de argumentis, quæ pro asserenda contraria sententia initio quæstionis adducta sunt.

[166] *Resp. ad I. & II. dubitandi rationes.*

Quod enim primo & † secundo ad illatas Doctorum authoritates attinet, asserentium, posse quamlibet in opere suis sumptibus fabrefacto insignia sua ponere, id non negamus quidem in prophanis structuris licitum esse, minime vero in templis aliisque locis, Deo sacratis.

Tametsi autem nulli excitatis expresse etiam de locis consecratis & sic de Ecclesiis loquantur: tamen magis est, ut illorum dicta, ad eos, † qui jura patronatus in Ecclesiis illis habent, quorum authoribus per summos Pontifices vel ex indulgentia quadam & speciali gratia vel ex longæva consuetudine ad tuenda eadem jura, illud per quandam quasi convenientiam permissum fuit, referantur. [167]

Quamvis nec in eo desint existimantes multo melius esse, si qui Ecclesias liberalitate Christiana ducti optimoq; consilio incitati ædificent vel congruente dote exornent, ut vel arma sua gentilitia iis plane non inferant, ut priscis temporibus sancti patres fecerunt, qui rationes omnes ad solius DEI gloriam dissemimandam contulerunt, vel si ea ad patronatus jura tuenda, loco sacro apponere ac familiæ monumentum relinquere velint, † id non ostentationis causa, sed solo juris tuendi studio faciant, uti recte nos monuit Salvator noster in iis rebus, quæ pertinent ad pietatem, tutius ac melius fore, si quod manus dextra facit sinistra ignoret: quod ipsum magis fieri debet in hujusmodi rebus, in quibus cum magnum liberalemque animum ostendamus, his insignibus tanquam argumentis proprii indebitique forsan amoris, bona omnia, si qua inerant, evertimus. [168]

Quare ex eodem fonte derivatur tanto minus id aliis licere, † cum jus singulare produci ad consequentiam non debeat, *l. 1. ff. de const. §. sed & quod princ. Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. si vero ff. de legib. l. si vero §. de viro ff. solut. matrim.* ubi Bart. Castrens. Joan. Imol. Nicol. Everhard. *in loco à ratione legis larga num. 41.* [169]

[170] † Si enim in uno casu aliquid est speciale sequitur jus commune contrarium esse *c. contra morem dist. 8. c.* [171] *petiisti 7 q. 1.* † Et quotiescunque tractatur de his, quæ de jure † speciali competunt, illud videtur esse prohibitum, quod specialiter concessum non est, arg. *c. pervenit dist. 73.* & quod *ibi*, notatur item *c. consuluisti 2. q. 5.* Arch. *c. hortamur dist. 71.* gl. *in c. ult. 24. q. 1.* Men. *consl. 90. n. 82.*

[172] Unde consequitur, indignum esse, ut quis authoritate † propria præsumat, quod Romana Ecclesia alicui certa ratione inspecta singulari privilegio indulsit. Constat autem speciali gratia summorum Pontificum conditoribus Basilicarum hoc esse concessum, ut alii tanto promptiores ad hujusmodi pia opera redderentur.

Præterea adversus objectionem tertiam de testatore, hæredem † ad ponenda in templo ejus insignia gravante illatam, parata responsio est, quia, ut videre est, subjungit *illoc* ipsemet Thess. *d. n. 15.* excusationem taliter gravati, quod nimirum, si præpositi Ecclesiæ nolint ea arma seu insignia depingi in Ecclesia, excusaretur gravatus, siquidem non stet per eum, sed per Ecclesiasticos, qui nolunt Ecclesiam, domum orationis, facere vanæ ipsius humanæ gloriæ & ambitionis spectaculum, & cum Ecclesia etiam non sit hæredis gravati, sed Dei & ipsius Præpositi, non poterit in re aliena insignia apponere per notata Joan. Ana. *d. cons. 86. col. 2. in fi.* & Bart. *in tract. de insig. & arm. col. 2.* [173] *Resp. ad III. dubitandi rationem.*

Ad quartum argumentum, quo dictum est, si alicui liceat dicere, se sacellum construxisse, non minus licere idipsum scriptura aut pictura ostendere, respondetur, haud minus in † dicendo quam scribendo summam cautionem esse adhibendam, ut vitium ostentationis devitetur: homines enim in re sua restrictiores esse oportet, nisi aut personæ, aut justitiæ aut charitatis officium aliud deposcat. quod si quis passim jactitet, re nulla suadente aut exigente, sacellum illud à se ædificatum aut Ecclesiam fundatam esse, ipse videbitur tuba canere & supellectilem suam ostentare, quam latroni vanitatis facile diripiendam exponit, quod si eadem literis & scriptioni committantur, idem subest periculum, atque eo majus, † cum scriptura tanquam publica res loco apertiore non ad breve spatium sed ad longi temporis memoriam omnibus proponatur, semperque loqui ac durare censeatur, argumen. text. *in l. Arriani C. de hæretic.* text. *in l. quædam §. nummularios, ff. de edendo*, ibi quarum probatio scriptura continetur, Paris. *consil. 112. num. 44. vol. 1.* Bald. *in l. unica nu. 5. circa finem C. de confessis*, ubi dicit scripturam † habere actum permanentem, sed non confessionem, viva voce factam, Hippol. *sing. 469. incip. viva vox* gl. *in d. l. quædam §. nummularios, n verb. decurritur*, Alex. *cons. 241. n. 1. cum seq. vol. 6.* id quod Schenck. quoque observavit, *concl. 108.* [Resp. ad IV. dubitandi rationem.] [174] [175] [176]

Quinta dubitandi ratio pro defensione contrariæ sententiæ allegata adeo frivola est, ut uno verbo destrui possit. † Nec enim hic de iis insignibus loquimur quæ alicui † post obitum ab aliis honoris ergo ad rei memoriam ponuntur; sed de iis, quæ sibimet ipsi aliquis vanæ gloriæ aucupandæ causa procurat. Jam vero in adducto Simonis exemplo, is non sibi, sed fratri suo vita functo sepulchralia ejusmodi monumenta constituit. Quem morem etiam hodie laudabiliter observamus, ut sepulchris arma & insignia defunctorum nomen & familiam referentia; quas nostri die Wapen Schilt und Helm vocant, deferantur & affigantur. Chassane. *Cat. glor. mund. p. 2. consid. 6.* Tira. *de Nobilit. c. 20. n. 149. cum seq.* Quod si ultimus familiæ moriatur, insignia franguntur & simul cum eo sepeliuntur, Rudinger. *5. obs. 46.* Quo spectat illud, Taciti *lib. 16. Anna. 16. Exequiæ à promiscuo secernunt funere Nobiles*, idque olim apud antiquos usitatissimum fuit, erantque hæc insignia defunctorum trophæa, ut apud Maronem *Æneid. lib. 10.* [Resp. ad V dubitandi rationem.] [177]

—— Arma Serestus
Lecta refert humeris tibi Rex Gradive trophæum,

Et apud eund. *lib. 1.*

Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.

Et id intelligendum non esse de armis ad bellum propriis, patet ex alio ejusdem Maronis carmine, dum loquens de Junone, quæ in urbe Carthaginis arma sua ita habebat, sic canit.

—— *hic illius arma,*
Hic currus fuit.

Ad ſextum quod attinet objectum de ſedilibus & ſcamnis reſpondetur, illa in templis ab hominibus privatis, ad uſum & commodum proprium conſtitui & inde pro libitu rurſus auferri, & in quemcunque prophanum uſum converti poſſe. Templa † autem & quæ iis inferuntur, ceu Deo jam ſacrata in alium uſum traduci amplius nequeunt, adeoque cum ad divinum duntaxat honorem deputata fuerint nullum in iis benemerentium ſignum neceſſarium, quandoquidem eorum, † quæ donata ſunt univerſum dominium à ſe in donatarium transfertur, arg. text, juncta gloſſ. ordinar. *in l. 2. ff. de public.* Bald. *leg. 2. Cod. ſi quis alteri vel ſibi* & *ibi* Salyc. & alii Dd. idem Bald. *in l. cum hi ff. de tranſact. 1. lect. col. fin.* & *l. 2. ff. de legat. 1. ibi* Caſtrenſ. Alexand. & alii communiter & idem *in l. ſi mortis C. ad legem Falcid.* Specul. *titul. de donat. col. penult. verſic.* & notat Roman. *l. 1. ff. de donat. cauſ. mort. col. fi.* & *ibi* Cuman, & alii Dd. Angel. de Aret. *§. 1. Inſt. de don. col. fi. ibi* Rim. *ſub. n. 653*

Reſp. ad VI. dubitandi rationem. 178 179

180 Nihil etiam negotii faceſſit, quod ſeptimo † loco ex præcepto Evangelico inductum erat, quia reſpondetur, Salvatorem voluiſſe, ut opera hominum non tamen auctores operum coram hominibus videantur ac pateant, quod longe abhorret ab inſignibus & titulis, qui nihil agunt aliud niſi ut auctoris perſonam oſtentent, cum opus ipſum ſe ſatis declaret, nec ſigna aliqua ad ſui declarationem deſideret, præterea addit idem Salvator cauſam, cur id requirat dicens, & *glorificent patrem veſtrum qui eſt in cælis.*

Reſponſ. ad VII. dubitandi rationem.

Non eſt denique quod nos ſollicitet eodem loco propoſita aliorum invitationis illatio, ea enim per *ſupra* dicta in primæ ac ſecundæ objectionis refutatione ſatis enervata intelligitur, ubi ſimul diximus, ad probandum jus † patronatus id indulgentia ſacrorum Canonum conniveri magis, quam approbari, & conſequenter, ſi quis ad patronatus jura tuenda velit inſignia gentilitia loco ſacro apponere, & ſuæ nobilitatis ac familiæ monumentum relinquere, id non oſtentationis cauſa ſed ſolo juris tuendi ſtudio eſſe illi permiſſum, Paleot. *d. lib. 2. c. 48. §. hinc ſequitur.*

Reſponſ. ad ultimam dubitandi rationem. 181

Ceterum his ita diſſolutis, licet aſſerta hucuſque † negativa opinio theorice diſputando jure optimo defendi poſſe videatur, ne tamen quis ſenſum noſtrum durius interpretetur, exiſtimando, nos magnis Prælatis & Principibus viris pene innumerabilibus qui ſumma pietate præditi, in conſtruendis Eccleſiis, iisdemque inſigni munerum theſauro augendis, toti inſudarunt & inſignia ibi ſua reliquerunt, aliquam reprehenſionis notam inurere, idcirco, quia propoſiti non eſt noſtri, tantorum virorum facta redarguere, aut de alienis conſiliis judicium ferre, ſentimus, prædictam deciſionem cum mica, quod aiunt, ſalis accipiendam eſſe, 183 adeoque inſtitutum † illud affigendorum inſignium, quod latius inter Prælatos Eccleſiarum dimanaverit, 184 per ſe non eſſe reprehendendum: Cum enim ſigni † natura indifferens ſit, & in medio quaſi loco inter virtutem & vitium conſiſtat, quod totum à vano hominis 185 propoſito alium & alium finem reſpiciente proficiſcitur. Ea propter hiſce in rebus agentis intentionem ſpectandam rectius aſſerit Purp, *in l. 1. n. 156. ff. ſi cert. pet.* eumq; ſecutus Ant. Sola *ſuper d. decre. de arm. & inſig. gl. 2. num. 8.* quæ ſi recta ſit, armorum poſitio non ſolum ab omni vituperatione aliena verum etiam admodum Deo accepta, & meriti loco eſſe ſic ut e diverſo, quando deeſt rectus finis, per eandem peccati labes contrahi poteſt.

Deciſionis moderatio. 182

186 Quare prælatos illos excuſatione † dignos putamus qui cum videant, conſuetudinem hanc titulorum & inſignium retinendorum uſu, & conſenſu pene omnium, qui dignitates in Eccleſia obtinent, receptam eandem ipſi quoq; ut ad virtutes, quibus dignitates promeruerunt, conſanguineos ſucceſſores extiterit. Itaque ſi eſt, quis eſt, qui inſignia ſua in turribus templorum vel ipſis etiam in Eccleſiis ponere velit, illud inprimis illi curandum eſſe exiſtimo, ut eum ſibi finem præfigat, vel alios exemplo ſuo in exornandis ædibus ſacris excitandi, vel quod inſtituti noſtri ratio magis ſuadet, inſigniorum ſuorum appoſitione fidem tituli patronatus firmandi.

Sed hæc nimis multa de inſigniorum elegante materia, qua de forte erit, ut alias integrum librum diſpoſitione jam jam adornatum, edamus, nunc ad reliqua properandum.

187 Probatur igitur decimo nono clientela per libros antiquos Eccleſiarum, in quibus ſcriptum repetitur, Advocatiam ad talem pertinere, per tex. *in c. cum cauſam, de prob. ibi* quæ per libros antiquos vel alio modo quod etiam firmavit Aym. Crav. *conſ. 158. n. 4. vol. 1.* Panorm. *conſ. 74. incip. domine in fi. primi dubii vol. 1.* dilucide ac nominatim his adſtipulatur in terminis juris patronatus multorum ſtipatus authoritatibus. Alv. Valaſc. *de jure emph. qu. 9. nu. 26. ver. rurſus cum dico,* ubi dicit, ſe nuper obtinuiſſe in cauſa ardua quaſdam Eccleſias ad jus patronatus Regis pertinere, ex eo ſolum, quod in libro cenſuali poſito in archivo Eccleſiæ majoris Epiſcopatus Colubrienſis, ubi ſitæ erant illæ Eccleſiæ, repertum fuerit ſcriptum in margine libri (Regis eſt.)

XIX. Advocatia quali ter per antiquos Eccleſiarum libros probetur.

Quod tamen Hoſtienſ. & Joan. Andr. *in c. ad audientiam de præſcript.* intelligunt procedere, in libris reſervatis in cuſtodia publica & fideli, & pro iſta reſtrictione optime facit text. *in d. c. ad audientiam, de præſcript.* & *ibi* dicunt Dd. quod libri faciant fidem, ſi reperiantur in Camera Cardinalis vel Epiſcopi, idque propter fidem ſcriniariorum referente Arnold. Reyg. *in theſſaur. lit. P. de probat. n. 539.*

Verum non ſolum libris repertis in archivo Eccleſiæ aut Camera Epiſcopi, ſed & ſi reperiantur in domo † Receptoris Eccleſiæ, hominis honeſti & legalis, dabitur fides, ut poſt Card. & Abb. *in d. c. ad audientiam,* tradit *ibid.* Fel. *concl. l. 3.* & ſequitur Boer. *deciſ. 105. n. 12.* 188

189 Vigeſimo edocetur jus Advocatiæ ex ſcripturis † ſeu characteribus antiquis, lapidibus, parietibus, foribus campanis, iſtius loci, ubi jus patronatus vindicatur, inciſis Bald. *conſ. 310. incip. an patron. vol. 5.* ubi dicit hujusmodi ſcripturas cum temporis longinquitate, fidem facere per gloſſ. ordinariam *in c. cum cauſam de probationibus c. audientiam 2. de præſcript.* idem teſtatur Cavalc. *deciſ. 17. ordine 63. n. 1.* ex Bald. *conſ. 310. vol.* S. Ferr. *conſil. 293. n. 9 vol. 2.* Camill. Borell. ex Alex. Corneo, Cagnolo & aliis, *conſil. 23. num. 39. 40. cent. 2.* & ita fuiſſe deciſum refert Joan. Vincent. de Anna *ſing. 289.* quibus conſenſum præbent Bart. & Bald. *in l. monumentorum Cod. de relig. & ſumpt. funer.* Bart. *leg vel quod alias, & leg. quod ſi locus ff. eod.* Alberic. de Roſat. *in l fin. ff. fin. regund.* Marſil. *in rubric. c. de probat. n. 111.* Im. *conſ. 60.* Dec. *conſ. 135.* Weſenb. *conſ. 48. nu. 13.* Maſc. *de prob. concl. 958. num. 31. vol. 2.* & *concl. 230. nu. 2. vol. 1.* Brixianus *de finib. regund. cap. 63. num. 2.* Guido Papa *quæſtion. 321. nu. 2.* Cerola *in praxi Epiſcop. 1. part. verb. arma verſicul. 2.* Andr. Gail. *2. obſ. 149. n. 8.* ubi ſcribit per ſcripturas antiquas lapidibus vel columnis inciſas induci plenam probationem, teſte Innoc. *in c. 1. n. 1. in fine de prob* quia non eſt credibile tales ſcripturas, ſi veræ non eſſent, in publico poſitas fuiſſe nec verus Advocatus in præjudicium juris ſui, eas toleraſſet Menoch. *lib. 3. præſump. 90. num*

XX. Ius protectionis, qua ratione antiquis characteribus in lapidibus aut campanis inſcriptum edoceatur.

91. num. 10. & libr. 2. præsumpt. 59. n. 1. 2. 3. ubi dicit ejusmodi literas inducere notorium, *cons. 512. nu. 12. vol. 6.*

190 Et quod literis, † in marmore templi incisis credendum in causa juris patronatus antiqui notavit etiam Jas. *in §. pœnales num. 16. de action.* Purpurat. *leg. 1. n. 111.* & *ibi* etiam Alciat. *verb. celsus ff. si cert. petat* Accedit idem Alciat. *lib. parerg. 13. in fine*, & latissime Aym. Cravet. *de antiq. tempor. part. prim. nu. 298.* Nimirum hæc omnia propter antiquitatem, quia in antiquis † 191 annos centum excedentibus lex facilioribus & verisimilibus probationibus & conjecturis contenta est, teste Cavalcan. *d. decis. 12. sub n. 1.* Cardinal. Puteo *decis. 355. & 358. libr. 1.* Berez. *consil. 89.* text. *in cap. veniens 2. §. final. de testibus* text. *in leg. vicinis Cod. de nupt. & in leg. si quando Cod. unde vi.* Zasius *cons. 15. nu. 1. cum sequent. volumin. 2. incip. Superioribus* Alex. *cons. 24. num. 6. incip. Animadversis his vol. 2.* qui omnes decidunt in casibus difficilis probationis admitti probationes leviores etiam conjecturales.

192 XXI. *Authoritate ac fide Historicorum quaelibet Advocatia probatur.* Vigesimo primo haud dubie etiam probatur Advocatia testimonio † historicorum authenticorum præsertim vetustiorum, qui in literas retulerunt, talem familiam hujus vel istius monasterii Protectores extitisse.

Quod enim historicis approbatis in † edocenda Advocatia ac jure Patronatus aliisque rebus fides adhibenda sit inprimis demonstrat text. *in leg. 1. ibi* à qui-193 busdam scriptoribus traditum est, *ff. de offic. consul.* & quod historiis & Chronicis sit credendum tradunt Fel. *cap. 2. de rescript. in fin.* Abb. Felin. & Dec. *c. cum causam de probat.* Bart. & omnes *in l. 1. ff. si cert. petat.* Marian. Socin. *cons. 76. num. 64. vol. 1.* Tiber. Dec. *cons. 19. num. 80. volum. 3.* Natta *cons. 638. num. 41. & 91.* Joan. Garcia. *de nobilitat. gloss. 18. nu. 14.* Caputaquen. *decis. 190. p. 2.* Cerola *in prax. Episc. 1. part. verb. arma vers. secundo*, & Roderic. Suarez. *allegat. 8. nu. 21.* Tiber. Decian. *cons. 21. num. 29. vol. 1.* Menoch. *cons. 512. num. 5. & 30.* Hieron. de Monte Brixiano *de finib. regund. c. 62. n. 6.* Baraona *in addit. ad Palatium Rub. in rubric. de donat. in introductione num. 2. lit. A.* Faber. *in §. idem precium numer. 5. institut. de emption. & vendition.* Aviles *in capitulis prætor. in proœm. verb. 9. Reyna n. 9.* Mascard. *conclus. 287.* Lasarte *de gabellis in præfat. n. 23. & 25.* Molina de Medrano olim Regii Indiarum Senatus & Cameræ nunc supremi Castellæ *in allegatione Viceregis extraneitate regno de Arragon. numer. 168.* ubi de historiis Ecclesiasticis & sæcularibus. Quinimo scripturas Historiarum & Chronicorum regulariter probare, post Præpositum & Alexandrum à se allegatos diserte concludit Dn. Card. Tuschus *concl. pract. jur. Tom. 4. concl. 139.* ubi *n. 3.* hoc procedere astruit quando ab antiquo communiter iis creditum fuit, & cum eorum monumenta propter vetustatem omnium populorum & judicantium approbatione fidei & veritatis testimonium meruere, cui assonat Jo. Bap. Schwarzenthaler *process. judic. libr. 2. act. definit. judic. 8. cap. 5. n. 11.* Et hoc probandi modo ad asserendam Advocatiam super Monasterio Brumbach Comitibus Wertheimiis competentem utitur etiam *supra* aliquoties allegatus Auctor des Wertheimischen Gegenberichts *contra* Würtzburg *p. 1. c. 2.* ubi Munsterum adducit, scribentem memoratos Comites habere Advocatiam prætacti Monasterii Brumbach.

194 XXII. *taliter Advocatia probatur per famam.* Porro huic probationis formulæ affinis est vigesimus secundus modus fidei faciendæ super jure protectionis per famam † nempe, per ea quæ in terminis juris patronatus tradit Cæsar Lambert. *libr. 2. p. 2. artic. 4. qu. 10. n. 13.* Alex. de Nevo *in c. 1. n. 21. versic. interdum autem de appellat.* & *ibi* Decius *nu. 43. versic. septimus casus* Bald. *in leg. 4. vers. Tertio modo Cod. de probat.* Bart. *cons. 41. col. 1. volum. 1.* Pacian. *de probat. libr. 1. cap. 49. num. 48.* ubi omnes testantur jus † Patronatus probari per famam. Hæc enim ut in antiquis ad demonstrandam † jurisdictionis Roman. *cons. 70. n. 13. vers. final.* Burs. *cons. 27. n. 8.* Menoch. *cons. 701. n. 46.* Par. de Put. *de Syndicat. cap. 1. n. 3.* Cravett. *de antiquit. temp. p. 1. §. viso in hac. n. 1. & seq.* Et superioritatis † quasi possessionem non parum conducit, Gœden. *cons. 42. n. 20.* Tho. Mich. *de jurisdict. conclus. 53. lit. C.* Regna & dominia antiqua Principum possessionem esse Bald. *in leg. 4. Cod. de prob.* Laud. *de Princip. q. 443.* & ipsum Patronatus jus ut *supra* dictum est probet Mandell. *cons. 64. n. 21.* Masc. *concl. 753. n. 8. 46. & seq.* Pac. *de prob. lib. 1. c. 49. n. 48.* ita fama quoque inter Advocatiæ probationes non postremum sibi locum vendicat. D. Hepingk. *dissert. de jure protect. conclus. 25. lit. E.*

195 Quamvis enim fama † plenam probationem non faciat, quantumvis ipsa plena & legitime probata fuerit, ut expresse cautum est à Rota *decis. 236. ad effectum ut probend.* Bellamer. *decision. 564. & decis. 98.* Marc. Mantuã *consil. 62. num. 41. & cons. 248. num. 7.* Parisi. *cons. 164. vol. 1.* Cels. *cons. 62. n. 8. & 9.* Bero. *cons. 193. num. 25. vol. 3.* Burs. *cons. 20. num. 31.* Plerique ta-196 men statuunt famam † regulariter probare præsumptive arg. *c. illud ext. de præsumpt.* sumpto argumento tam ex nigro quam ex rubro. Ex quo sequitur quod fa-197 ma † transferat onus probandi in adversarium, ut apud Aletan. *cons. 51. vol. 1. & cons. 15. in princip. vol. 3.* Alc. *cons. 6. n. 18.* Gozad. *cons. 50. n. 24.* Natt. *cons. 460. n. 17. vol. 2.*

198 Quod illa commune habet cum † testimonio de auditu, illud enim similiter in casibus, quibus non probat saltem præsumptionem facit & transfert onus probandi in adversarium Archid. *in c. hoc videtur 22. q. 5.* Roman. *singul. 341.* Dec. *cons. 272. & consil. 595.* Socin. *cons. 295. versicul. 2. libr. 2.* Curt. Sen. *cons. 70.* Tanto magis autem Advocatia per famam probari potest si jus protegendi valde antiquum fuerit aliterque pro-199 bari non possit, † quia fama generaliter probat plene in his in quibus alias probatio est difficilis secund. Bart. *in l. siquidem C. solut. matr. & in l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.* Bald. *cons. 37. col. ult. vol. 1.* Alex. *cons. 481. col. ult.* Lud. Rom. *cons. 86.* Pet. Anch. *cons. 316. colum. 2.* Nam in talibus propter † difficulta-200 tem directæ probationis etiam admittitur probatio per conjecturas & præsumptiones, Alex. *cons. animadversis. 24. colum. 1. volum. 2.* cum multis ibi alleg. conjecturæ enim ad probationem rerum præteritarum in dubio plurimum possunt, etsi de futuris non sit tutum illis fidere.

201 In omnibus autem illis casibus, quibus res † conjecturis & præsumptionibus potest probari, potest etiam per famam, ut tradit Bart. *in leg. de pupillo § si quis ipsi n. 17. de nov. oper. nunciat.* Quia fama in obscuris magnam præbet conjecturam & cæteris conjecturis præfertur Dd. *in c. illud. de præsumpt.* & ubi aliunde probatio sumi non potest, fama hæc plene probat Jas. *in l. cum te n. 5. C. de transact.* Dec. *in c. 1. n. 6. de appell.* & his in casibus fama non habetur pro vano rumore & si aliquando talis sit juxta not. *in leg. non omnes §. à barbaris de re milit.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas. 89. num. 11. & 89.* † Quinimo communi etiam Dd. sen-202 tentia receptum est, quod fama publica & communis opinio in rebus antiquis (ut quarum difficilis sit probatio) plenam fidem faciat, & pro plena scientia habeatur fac. tex. *in l. si arbiter 28. ff. de proba. & l. 2. § item Labeo de aq. pluv. glo. in l. atquin. 19. §. si cum ne*

Zzz 2

ab-

abſente ff. de negot. geſt. quam Dd. prædicant ut ſingularem Innoc. & Hoſtienſ. *in c. quid per novale de verb. ſign.* Butrius *in c. veniens de teſtib.* Bald. *conſ. 104. v. ad ſecundum p. 2.* ubi dicit famam in antiquis haberi pro 203 veritate. † Famam enim antiquam veram eſſe præſumimus, cum veriſimile ſit quod diu in ore hominum fuit eſſe verum per *d. l. arbiter* Men. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 18. n. 15.* Bald. *conſ. 73. verſ. 3. vol. 3.* ubi dicit, famam multam antiquam quæ tranſcendit ſenſum hominum viventium facere notorium & probare in vim notorii per not. Archid. *in c. benedict. 2. q. 7.* Innoc. *in c. cum cauſam de juram. col. gloſſ. in c. 1. de præſcript. in 6.* Alex. *conſ. 15. in pr. part. 5.* Socin. *conſ. 86. col. 2.* Lud. Rom. *conſ. 424.* Corn. *conſ. 48. n. 4.* Zaſ. *conſ. 16. n. 21. & conſ. 6. n. 8. lib. 2.* Et licet Philip. Corn. aliquoties contrarium tenere niſus ſit, *conſ. 304. vol. 3.* tamen hanc eſſe communem opinionem quod fama in antiquis plene probet teſtatur Cravett. *de antiq. temp. par. 1. n. 302.* Zaſ. *in l. prætor. ait §. prætor. n. 25. ff. de eden.* Alex. *conſ. 18. col. 2.* Dec. *in c. 1. col. 46. de eden.* Alex. *conſ. 18. col. 2. vol.* Dec. *in c. 1. col. 4. nu. 46. de appell.* Cæſar Lamb. *de jure patron. lib. 2. part. 2. arti. 4. q. 10. n. 13.* Affl. *deciſ. 277.* Pariſ. *conſ. 52. vol. 3.* Dec. *in l. ex his. col. 3. C. de teſt. mil.* Curt. Jun. *conſ. 17.* Fran. Vivius *comm. opin. in verbo fama* alii ſexcenti allegati per Tiraq. *tract. de præſcription. §. 1. gl. 4. v. decimo* 204 *quinto.* † Quæ famæ vis in antiquis ita nota eſt, vt etiam de inſtrumentis dicatur, quod inſtrumenta de antiquo habeant vim famæ ad probandum Dd. *in l. cum aliis de jure delib.* Socin. *conſ. 89. col. 3. lib. 1.* Alex. *conſ. 90. col. 2. lib. 6.* Crav. *de antiq. temp. & conſ. 34. n. 10. & conſ. 258. n. 17.* Idq; verum eſt etiamſi agatur de re magna & gravi præjudicio ut *ibid.* Crav. ait.

205 *XXII. Literis miſſivalib. nominationem Advocati vel clientum in ſe continentibus qua rationes jus protegendi adoceri poſſit.*

Vigeſimo tertio demonſtratur jus † protectionis ex privata etiam ſcriptura ſeu literis, quas vocant Miſſivalibus à Protectore ad Clientes vel ab his ad illum datis, in quibus ſuſcepti nominantur Schirmsverwanten/ aut viciſſim Advocatus Schirmherr appellitatur. Hunc in modum inter cætera argumenta Auctor deß Wertheimiſchen Gegenberichts/ contra Würtzburg ex literis Abbatum & Conventus Cænobii Brumbacenſis convincere conatur Comites Wertheimios ejuſdem Monaſterii eſſe veros ac legitimos † Advocatos, allatis variis confeſſionum teſtimoniis *p. 2.* quæ documenta inſerta continet *ſub n. 10* in quibus omnibus Abbates ac conventus diverſis temporibus Comites Wertheimios monaſterii ſui protectores ac defenſores nuncuparunt. Et hac ipſa etiam probationis ſpecie ad vendicandam, edocendamque Advocatiam ſuper Monaſterio Keyſersheim præ cæteris utitur, Auctor Pfältziſcher Information *ſ. in Anno 1459. & ſeq.* ubi adductis aliquot à Prælatis ac conventualibus ad Duces Bavariæ ſcriptis literis evincere conatur Palatinos Rheni ejuſdem Monaſterii Advocatos † eſſe eo quod in literis ad eoſdem datis ipſos, Landsfürſten/ Schutz vnd Schirmherrn appellaverint, quemadmodum in ſimili à Dd. receptum 206 eſt in nominatione † filii aſſerentibus filiationem probari ex tali nominatione, & conſtitui filium in quaſi poſſeſſione. Ita reſponſum eſt à Jaſon. *conſ. 106. col. 2. v. 2. vol. 1,* quem refert & ſequitur Grat. *conſ. ult. n. 44. vol. 1. & conſ. 62. n. 10. vol. 2.* Natt. *conſ. 473. n. 24. ad fi. arg. tot. tit. C. res inter alias acta & l. ſæpe ff. de re jud.* & retulit Tiraq. *in tr. de utroque retract. gl. 16. §. 1. de retract. ligna. col. 2. n. 3.* Sic Princeps eo ipſo quod loco alicui ut Civitati ſcribit civitatem facit, ut probat Pacian. *de prob. c. 27. num. 145.* & Caſtald. *de Imp. quaſt. 110. privil. 114*

207 *Extenſio prædicti modi probatorii prima.*

Et talis probatio à nominatione † ſumpta tanto magis vires exerit, quando Protector & Clientes ſe mutuo tales, hoc eſt Schutzherrn vnd Schirmsverwanten nominant, ut in ſimili interpretes extenſionem faciunt 208 in filiatione † probanda ut ſi pater filium & viciſſim filius eundem Patrem nominet, tunc ex hujusmodi reciproca nominatione probatur filiatio, ita docente Bart. *in l. 2. §. 1. ff. de liber. agnoſc.* ſicq; tradidere Cyn. Bart. Bald. & Sal. *in l. non nudis C. de prob.* ſequitur Barb. *conſ. 14. n. 33. vol. 5.* & Pariſ. *conſ. 10. n. 51. vol. 2.* ubi inquit, quod conſtituatur filius in quaſi poſſeſſione filiationis.

209 *Ampliatio præcedentis modi Advocatiam probandi.*

Deinde ampliatur prædicta aſſertio, ut hic probandi modus per nominationem † interveniente Epiſtola validus ſit etiamſi ſcribentes vita functi ſint, eo, quod 210 epiſtola † operetur effectum non ſolum inter vivos, ſed etiam probet poſt mortem ſcribentium, juxta Felin. *in cap. ſcripta num. 19. verſ. item operatur de fid. inſtrumen.* Cyn. *in l. generaliter Cod. de non num. pecun.* Anton. de Butr. *in cap. cum dilectus extr. de ſucceſſ. ab inteſt.* Maſcard. *vol. 2. de probation. concluſio. 626. num. 24.*

211 *Limitatio illius modi prima.*

Recipit tamen iſte † probandi modus convenienti temperamentum, ut jus Advocatiæ nominatione per literas ad Protectorem directa minus certo probetur, ſi Prælatus ſolus pro ſua duntaxat perſona abſq; conventu in literis ſuis aliquem nominet Advocatum ſeu protectorem, ut probe etiam notavit D. Hepingk. *diſſer. de jure protect. concl. 25. lit. G.* ubi ſcribit, ſi Epiſtola aliave Abbatis aut Prælati abſque Capituli conſenſu facta ſcriptura privata, Advocati nomine quis honoratur, Advocatiæ jus inde ſibi competere haud probare arg. text. *in c. fin. de ſentent. excom. in 6. & c. 10. de priv. & l. 13. C. de prob.* quia tali caſu confeſſio † per 212 nominationem facta Monaſterio vel Eccleſiæ nihil præjudicat, ſecundum traditionem Cravettæ *de antiq. temp. part. 1. verb. propoſitum noſtrum* Anch. *conſ. 50.* Soc. *conſ. 23. col. 3.* ubi in pulchro caſu idem conſuluit Rom. *conſ. 489. n. 1.* ubi ait ita communiter omnes ſentire, Bal. *conſ. 227. n. 1. & 2. vol. 1.* Franc. Marc. *deciſ. Delphin. 1124. n. 2. part. 1.* Quo pertinent ea, quæ ſcribit Martinus Vranius *conſ. 56. tom. 2. num. 8.* quod ſcilicet nominatio nuda † non inducat plenam probatio- 213 nem, alias eſſet in poteſtate cujusque ſuis appellationibus ſibi jura acquirere, quod fieri non poteſt per text. *ſupra citata leg. non nudis, Cod. de probat. & leg. pen. Cod. de liber. cauſ. & leg. fin. Digeſt. de probation. & ibi gloſſ.* Quibus adde Oldrat. *conſ. 139. num. 4.* ubi habet, quod nominatio † rei veritatem natura inſitam, non mutat, argumen. *leg. 8. de caſtr. pecul. & leg. ſext. princ. ad municip.* Joan. And. *in addit. ad Specul. tit. de inſtrumen. edit. §. Porro.* Nec in præjudicium † tertii, ſed nominantis tantum operetur, Jaſon. *conſ. 106. n. 29. lib. 1.* Natta *conſ. 473. n. 4.* Unde nec ſola nominatione nominantis filius quis eſſe probatur *§. fin. Inſt. de Adopt.* Rebuff. *tr. nominat. q. 1. n. 3.* & latiſſime Becius *conſil. 194. per tot. lib. 2.* Et hoc exemplificat idem Uran. *conſ. 1. de decim. vol. 3. n. 8.* quod ſcilicet plerunque contingat, aliquem vocari vulgo Keyſer / Hertzog / Graff / qui tamen non ſit Cæſar, Dux, Comes, ſed infimi generis hominum.

214 *Ratio limitationis.*

Et ratio hujus declarationis ſeu moderationis eſt, quia ſtatur confeſſioni, † cum præjudicat tantum confitenti, & non etiam alteri, ut ſancitum eſt *in authen. de æquali dote, §. primum quidem illud ſancimus & in authen. quod obtinet C. de probation. & l. ſi quis poſthac C. de bon. proſc.* cum aliis allatis per Paul. Caſtrenſ. *conſil. 337. num. 9. vol. 1.* Bart. Soc. *conſ. 75. n. 3. vol. 1.* late Matt. Affl. *deciſ. 161. num. 4.* Jacob. Men. *conſ. 50. num. 55. & tract. de recup. poſſ. rem. 9. 109. cum ſeq.*

215 Et eandem declarationem in terminis nuncupatim approbat Henr. Roſenthal. † *ſynopſ. feud. cap. 4. concl.*

concluſ. 14. *in allegat. ad lit. C.* ubi in cauſa Wandigaſſen contra Walden Anno 1563. in Camera Spirenſi ſuper controverſo Protectionis jure inter Baronem quendam ac monaſterium agitata refert, non fuiſſe attentam cujusdam Abbatis epiſtolam, in qua Baronem illum monaſterii Caſtenvogt appellarat, quod ea confeſſio ſine capitulo facta fuerit. Regulariter enim con-

216 feſſionem Prælati † cum capitulo ſimul factam, & non aliter Eccleſiæ præjudicare reſpondit Dec. *conſ.* 474. *numer.* 5. ubi ad hoc refert notata per gloſſ. *in l. certum §. ſed an ipſos verſ. non ſufficere ff. de confeſſ.* & idem voluit gloſſ. *in c. dudum el.* 2. *de elect. in verb. veritate* & idem Dec. *in c. reprehenſibilis extr. de appell. numer.* 10. ubi atteſtatur de hoc eſſe communem opinionem, idem voluit Bald. *conſ.* 127. *vol.* 1. Caſt. *conſ.* 337. *num.*

217 20. *vol.* 1. Niſi forte † Eccleſia non haberet capitulum, ex traditis per Abbatem *in c. dilectus de capit. monach.* quem referendo ſequitur Dec. *d. conſ.* 474. *numer.* 7. Rom. *conſ.* 36. ubi refert ad hoc text. *in clement. prim. de reb. Eccleſ. non alien.*

Id quod & jurium proviſioni conſentaneum eſt, eo,

218 quod conſenſus † Capituli ubique ſit neceſſarius in his, quæ Prælatum & capitulum ſimul tangunt, *c. accedentes, extr. de praeſcript.* Abb. *ad cap. novit, ſub numer.* 7. *verſic. tertio extr. de his quæ fiunt à præl. ſine conſ. Cap.* Redo. *in tract. de reb. Eccl. q.* 51. *c.* 1. *numer.* 11. Pruckman. *vol.* 1. *conſ.* 20. *num.* 94.

219 Idem præjudicium † licet immutatis partium nominibus, in his ipſis terminis refert Rutg. Ruland: *in notis ad proceſſ. judic.* Joan. Ferrar. Montan. *libro* 2. *capit.* 4. *verſicul. ſecundum exemplum*, ubi commemorat in cauſa Wagnaſſen contra Veldens producta fuiſſe Epiſtolam Abbatis, in qua Rei majores,

220 vocaverit Kaſtenvogt vnnd Schirmherrn quæ † confeſſio, licet tum maxime probet, quando geminatur, & per ſcripturam, & ſic deliberate fit, adſtruente Alexandr. *in addition. ad Bartol. in leg. non fatetur Digeſt. de confeſſ.* in illa tamen cauſa eam Epiſtolam ad producentis victoriam non prævaluiſſe, tum quod ut ſupra dictum fuit confeſſio Prælati Eccleſiæ non præjudicet, ut poſt præcitatos in terminis adſeverat Cynus *in leg. prim. col.* 9. *numer.* 15. *Digeſt. de confeſſ.* Bertrand. *conſ.* 100. *numer.* 18. *libr.* 1. tum etiam,

221 quod cum Prælatus † per ſe facit quidpiam, non præſumatur id facere ex conſenſu Capituli, Bart. *in l. actor. pen. C. rem rat. haber.*

222 Secunda moderatio † circa hanc doctrinam tradi poteſt Advocatiam nempe non probari per nominationem in Epiſtola factam, ſi, antequam Epiſtola perveniſſet ad manus illius, cui mittitur, mortuus eſſet ſcribens. Nam tunc epiſtola non obligat, nec effectum aliquem parit, ita docte prodidit Menoch. *de arbitrar. jud. quæſt. caſ.* 94. *numer.* 19. quod etiam voluit Roman. *in l. nuda ratio poſt numer.* 12. *verſ. hoc tamen mirabiliter ff. de donat.* Innocent *in c. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſt.* Jaſon. *in repet. leg. admonendi numer.* 136. ubi etiam Ripa. *numer.* 136. *ff. de jurejur.* & eſt ratio,

Limitatio II. modi præcedentis.

223 quia mittens dicitur abſentem † alloqui per epiſtolam, ſed quando mittens eſt mortuus, non poteſt dici, quod alloquatur illum, ut ait Jaſon *in dict. leg. admonendi numer.* 142. pro quo facit etiam, quod mortuus non poteſt dici velle, ut ait Bartol. *in leg. centeſimis, §. fin. ff. de*

224 *verb. oblig.* ſed per mortem † omnino extingitur voluntas. *l.* 4. *ff. locati* & *ibi* Bald. & late Marſil. *in rubr. C. de probat. num.* 248. ubi ait hanc eſſe mirabilem doctrinam. Accedat, quod hoc caſu deficiat ſimultaneus conſenſus, ut inquit Men. *d. caſ.* 94. *num.* 19.

225 Tertio limitatur hic probandi modus, † ut nequaquam pro legitima probatione recipiatur, ſi quis per tertium aliquem in Epiſtolæ inſcriptione, vel alias quavis in ſcriptura privata Advocatus alicujus monaſterii vel civitatis appelletur, ceu nominatim teſtatur Jacob. Synzius *in diſputat. de jure protect. l.* 23. ubi expreſſe defendit, non eſſe legitimam Advocatiæ probationem ſi quis Epiſtola vel alia ſcriptura privata cujusdam Abbatis vel Religioſi Præſulis, protectoris ſeu Advocati nomine honoretur, ſo jemand ein Schirmherr oder Kaſtenvogt dieſes oder jenes Gottshauß genandt würde, juxta Dn. Menoch. *recuperan. poſſ. remed.* 9. *numer.* 106. Maſcar. *concl.* 867. *num.* 1. quos allegat Roſenthal. *c.* 4. *concl.* 14. *num.* 4. *lit. C.*

Limitatio III.

Quarto inſuper claudicat propoſitus Advocatiæ edocendæ modus, ſi forte aliquis honoris † duntaxat 226 cauſa vel ad complacentiam nominaſſet alium Patronum ſeu protectorem quia verba honoris & civilitatis gratia prolata, nec obligationis, nec diſpoſitionis vim inducunt Cornel. *conſil.* 129. *numer.* 7. *vol.* 3. Tib. Decian. *conſil.* 67. *vol.* 2. Molin. *in conſuetud. Pariſ.* §. 5. 1. *gloſſ.* 4. *numer.* 14. faciunt ad hoc ipſum ea quæ tradit Boer. *deciſ.* 153. *numer.* 37. ubi dicit verba ad † complacentiam prolata ſervire de vento, nec ullam obligationem inducere, cui finitimum eſt quod ſcripſit Parladorius *libr.* 2. *rer. quotid. cap.* 3. *numer.* 45. *Si quis*, inquit *officii* † *aut urbanitatis gratia omnia bona, vel* 227 *aureos montes pollicetur, non obligatur.* Hinc quotidiana Italorum favorem alterius aucupari conantium verba *Caſa mia caſa voſtra*, Hiſpani *Palabras de complimiento* vocant. Hinc & Camera Imperialis mature hoc perpendens, inſcriptiones Epiſtolarum, quia vel ad amicitiam vel ad favorem accommodantur, parum ad rem conferre ſæpius judicavit apud Gylm. *tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 3. *num.* 183. Et palam † quoque eſt ex juris diſ- 228 poſitione, in Imperii, aut alterius cujusvis etiam tertii ſucceſſoris, confeſſiones iſtas nil operari *c. ex te* & *ibi* Panorm. *art.* 3. *de jurejur.* Innocent. *in c. dilectus de capell. monach.* Speculat. *tit. de juriſd. omn. jud. verſ. illud etiam* Vantius *de nullit. tit. quotiens & intra num.* 52. 53. 54. Pinell. *ad leg.* 1. *Cod. de bon. matern. p.* 3. *num.* 50. Jo. Garſ. *de exp. fideic. num.* 18. Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 38. *num.* 18. Natta *conſil.* 636. *numer.* 16. Milanenſ. *deciſ.* 9. *num.* 92. Seraph. *deciſ.* 292. *num.* 2. etiam erroneas, ne quidem in præjudicium confitentis *l.* 2. *ff. de confeſſ. l. error. C. de jur. & facti ignor. l.* 1. *C. de error. calc.* Maſcard. *concl.* 378. Ferra. *tit.* 1. *gl.* 7. Pariſ. *conſ.* 131. *num.* 33. 34. *vol.* 3. Mynſing. *conſ.* 57. *numer.* 1. *dec.* 6. Borchold. *conſ.* 11. *lib.* 1. Seraphin. *dec.* 417. *num.* 6. ſed ad ejus favorem explicandas Anton. de Amat. *deciſ.* 53. *num.* 19. Partim, † quia totus actus ex cauſis falſis cor- 229 ruit, utpote agentis voluntate deficiente, Vulr. *conſ.* 35. *num.* 194. *vol.* 3. *Marpurg.* partim, † quia nuda confeſ- 230 ſio non eſt titulus, quo dominus aut dominii cauſa mutatur, Knich. *in epop. numer.* 171. Auream Imperatoris vocem repeto: *Sancimus, ne ſolis ſcripturis aut confeſſionibus homines forte liberi, ad deteriorem fortunam detrahantur, l. cum ſcimus* 22. *C. de ag. & cenſit. lib.* 11.

Limitatio VI.

Vigeſimo quarto probatur Advocatia per invocationem petitæ † defenſionis, quando ſcilicet extant 231 confeſſiones, aut literæ antiquæ eorum, qui ſub protectione eſſe dicuntur, ex quibus apparet in caſibus neceſſariis aut periculoſis, talem tutelam apud Protectorem requiſitam fuiſſe, ut in terminis tradit Weſenbec. *conſ.* 148. *numer.* 219. ubi in comprobationem adducit Jaſ. & Dd. *in d. l. admonendi, ff. de jurejur.* Salyc. *in l. poteſt de exemplo C. de prob.* late Crav. *de antiq. temp. p.* 1. § *quid ſenſimus. in libr. per totum.*

XXIV. Advocatia qualiter probetur per invocationem petitæ defenſionis.

Modum articulandi in hoc protectionis puncto talem practici uſurpant, Item wahr / daß mehrgedachte Cloſter vnnd Convent zu St. ſambt ihren Gütern / in nottürfftigen fällen vmb Schutz vnnd Schirm zu Burgermeiſtern vnnd Rath der

Statt N. deß bemeltem Closters unnd desselben zugehörigen Güter Schutz und Schirmherrn / vel, als verordneten Keyserlichen Conservatorn / zuflucht gehabt / Hilff und Beystandts sich bey denselben erholt / &c. Cui autem incumbat probatio petitæ defensionis seu facta requisitio Item quando absque ea Protector nihilominus ad succurrendum, sua sponte obligatus sit, *in c.11. & 16.* explicatum extat.

232 XXV. *Advocatia qualiter adducatur per Actus possessorios præstitæ defensionis.*

Consequenter etiam vigesimo quinto † probari potest jus protectionis, actibus factæ ac præstitæ defensionis, quemadmodum in simili jura statuunt, quasi possessionem juris patronatus ex actibus factæ præsentationis ostendi, ceu docent Canonistæ *in c. consultationib. & c. ex literis de jure patron.* tacit. *c. cum Ecclesia de causa poss. & proprietat.* Dec. *l. si emancipati C. de collat. vers. sed tamen videatur.* Meichsner. *decis. 6. n. 19. lib. 1. Tom. 2.* ubi tradit, quod sicut ex præsentationibus † juris patronatus quasi possessio demonstretur arg. *c. 24. de Elect.* Bero. *cons. 6. n. 1. vol. 1.* Far. *dec. 540. & 580. n. 4. in novis. nov.* etiam ex servitiorum præstatione probetur clientela D. Heping. *diss. de jur. Advo. concl. 15. lit. B. in fine.*

Et in hoc probationis modo etiam unico præstitæ defensionis † actu aliquem in quasi possessione juris Advocatiæ constitui post Wesen. *cons. 48. n. 20. p. 1 arg c. 3. de causa poss. & prop. & l. 1. §. 4. 21. & 22. ff. de aq. quotid. & astiv.* concludit David. Hep. *d. diss. de jure Protect. th. 24.* sicut & unica † præsentatione, quæ effectum sortita est, quasi possessio juris patronatus acquiritur, ut præter alios *in Cap. IX. n. 910.* allegatos testantur Far. *dec. 568. n. 3. & 517. pr. in nov. noviss.* Knich. *de Territ. jur. c. 3. n. 165.* Roch. de Curt. *tr. de jur. patr. verb. competens alicui n. 35.* Bec. *cons. 130. n. 4. lib. 2.* ubi in dignitatis & officii quasi possessione exemplificat, Crav. *cons. 124. n. 9.* ubi hoc tam in acquirenda possessione, quam quasi possessione procedere affirmat Barb. *cons. 74. col. 3. in fin.* Soc. *cons. 258. col. 1.* Inno. *in c. cum Ecclesia Sutrina de caus. poss. & prop* Joseph. Masc. *concl. 918. n. 6.* Franc. Balb. *in tract. de prascr. p. 5. par. prin. qu 9. n. 5.*

233 Cæterum isti, exhibitæ defensionis probandi † modo ad evincendam Advocatiam Monasterii Brumbach fortissime innititur Auctor Wertheimensis *in Actis contra* Würtzburg *p. 1. c. 3. fol 42.* ubi in hunc modum scribit Dahero dann nicht allein zu allen begebenden fällen dem Closter von Werdheim auß der Schutz würcklich prästirt sondern auch Abt und Convent für der Graffschafft hindersassen von allermenniglichen gehalten worden / wie allein darauß zusehen das nach dem in Anno. 1519. Christoph Breitenbach ein Eysenburgischer diener mit Brumbach ein Vehd anfangen wollen / hat Abt unnd Convent Graff Georgen von Wertheim als dem Schutzherrn solches geklagt / welcher derowegen an Graff Dietherichen von Eysenburg geschrieben daß er seinen Knecht dahinhalte / was er an seine hindersassen zufordern / daß es mit Recht geschehe / damit er nicht zu anderm verursacht &c. Quo loco etiam enarrat, & duabus literis diffidatorialibus demonstrat. Was gestalt Marsilius Vayd von Rineck und Heintz von Aulenbach mit Graff Georgen von Werdheim / in ein Vehd gerathen / und derselben Schutzverwanthes Closter Brumbach im Jahr 1521 zu brandschatzen underſtanden / welches als es Graff Georgen von Werdheim dem Patrono vom Abt und Convent geklagt worden / hat derselbe in krafft der schutzgerechtigkeit sich seiner Clienten mit solchem ernst angenommen / daß diese diffidaten ad implorationem prædicti Comitis nicht allein darüber von dem Key. Cammergericht in deß H. Reichs Acht erkant sondern auch folgends uber trotziger beharrung ihrer hostilitet / durch erstermelter Graff Georgen von Wertheim / dem Vayden sein Hauß Ursprungen eingenommen / daselbst auch seiner helffer Nebuchodonosor Vayd und Marcellus von Weyl er nider geworffen und gefangen / und ehe nicht ledig / noch das Schloß mit darzugehörigen Gütern den Vayden restituirt worden / biß wolermeldem Graff Georgen in allem gebührenden Satisfaction beschehen.

Ad probationem Advocatiæ actibus præstitæ defensionis faciendam quænam requirantur.

Ut tamen Advocatiæ quasi possessio probetur per actum præstitæ defensionis, necesse est talem † actum jure proprio fuisse exercitum arg. *l. fin. ff. quemad. serv. amitt.* Matth. de Affl. *dec. 67. n. 2.* Meno. 2. *arb. jud q. cas. 160. n. 3.* Idque data acquirentis persona capace nec ex adverso alios eodem jure possedisse constituto Burs. *cons. 235. n. 27. & seq. lib. 3.* relatus per D. Heping. *dissert. de jure Advoc. concl. 14 lit. B.*

Jure autem non proprio † gesti intelliguntur Actus protectionis qui alio fine ob necessitatem facti sunt, quibus in consequentiam alicui præstita videtur protectio, qualem Veneti, Dalmatæ & alii sinus Adriatici accolæ, dum perpetua cum Sarracenis, ut se tueantur, exercent, prælia reliquis Italiæ exhibent partibus, Jo. Mar. *de Schism. & concil. diss. p. 2 c. 7.* als in deme einer / durch beschützung seines eignen Landes eines andern daran gelegen Vestung auch verwahret damit auß eroberung derselben / dem Land kein schad beschehe oder dasselbig nit in deß Feinds hand komme. Id quod probe Auctor Rechtl. *Deduct. in causa* deß Ritterl. Johannes Orden / contra Rotenburg auff der Tauber / attendisse videtur, dum accurate deduxit: Ob wol die Johannitersche angehörige durch deren von Rotenburg Landwehr geschützet / daß doch die von Rotenburg deßwegen uber den Orden keines Protectionis juris sich anzumassen haben.

De aliis ad validitatem actuum hujusmodi, pertinentibus, videat Lector *Capite IX. sub n. 904. usq. ad n. 912.* deducta.

234 XXVI. *Qualiter Advocatia probetur per factam annui honorarii protectionis causa conventi solutionem.*

Vigesimo sexto, satis clare ac manifeste Advocatia probatur per solutionem † protectionis causa conventi annui honorarii deß bedingten Schutz oder Verspruchgelds / quoniam perceptio pensionis inducit acquisitionem quasi possessionis Advocatiæ, per notat. Innoc. *super factum c. cum venissent col. ult. de resti. spol.* Et dicunt Angel. & Alex. *in l. quamvis, §. 1. ff de acquir. poss.* quod contra † solventem mercedem, semper probetur possessio recipientis. Faciunt ad idem notata *in d. c. cum venissent ibi:* perceperunt annuam pensionem, *de restit. spol.* ubi Ant. de But. *n. 13.* Card *in fi.* Anch *n. 6.* Fel. *in c. cum Berthol. n. 25. de re jud.* Roder. Soar. latissime per multa jura *in l. post rem judicatam lim. 2. n. 3. ff. de re jud.* Alc. *cons. 9. n. 9.* Ant. Gom. *l. 45 Tauri n. 67 & n. 195. ver. sexto modo.* Et est ratio secundum Fel. *d. loco*, quia ex tali actu perceptionis pensionum fingitur apprehensio rei in utilitatem illius cui solvitur, Alv. Valasc. *de jur. emph. q. 9. n. 13.*

235

236 *Declaratio modi prædemonstr.*

Hic tamen probandæ Advocatiæ modus declaratur, ut tunc solum procedat, † quando certo constat, vel ex circumstantiis liquido apparet, solutionem illam annui honorarii in signum pactæ protectionis fieri ut in materia census, idem intelligit ac restringit Bald. *in l. solet. §. non vero n. 3. ff. de offic. procons.* Abb. *cap. ult. num. 4. de caus. poss. & propr.* Nam indeterminata † solutio 237 arguitur, & certificatur ex circumstantiis, ut recte annotavit Accurs. *in l cum quod in verbo pro canto. ff. si cert. petat.* ad quod spectat *c. illud* & quod *ibi* notatur. *ex. de præs.*

Secus autē est, quando in genere † tantum probatur 238 annuæ

annuæ pensionis seu honorarii solutio, nec sunt aliæ circumstantiæ, quod in signum protectionis, & clientelæ competentis gratia, annua illa summa depensa ac numerata fuerit: Tunc enim non probatur Protectionis jus, nec ejus quasi possessio, tametsi titulus adesset, quia is sine possessione contra tertium non sufficit *l. cum res* ubi gloss. Bartol. & cæteri *C. de probat.* Joseph. Mascard. *conclus.* 527. *num.* 1. 15. & alii Rosenthal. *de Feudis capit.* 4. *quæst.* 14. *numer.* 3. *lit. C.* Notat insuper Carot. *tract. locat. & conduct. quæst.* 2. *numer.* 26. ubi ait, ex diuturna † præstatione non probari titulum locationis vel contractus, sed eo præsupposito, si oriatur contentio circa quantitatem pensionis, attendi diuturnam præstationem, ex Cyno & Alber. *in l. excepto. Codic. locat.* Menoch. 3. *præsump.* 111. *numer.* 2. Jacob. Synz. *disputat. de Jure protect. c.* 14. *in fine.* ubi dicit ab honorario annuatim solvi solito non statim protectionis aut Advocatiæ jus argui.

239 Cum enim annua † solutio certæ pecuniæ vel censfus, ex pluribus causis quæ ex circumstantiis dijudicandæ veniunt fieri possit, attestante Abbate *in capit.* 2. *de censib. & capit. fin. numer.* 4 *de caus. poss. & propr.* Felin. *in c. ad audientiam, de præscriptionib. numer.* 21. *vers. sed in contrarium.* ubi inquit, solutionem census aliquando ostendere subjectionem, aliquando exceptionem, aliquando protectionem; Unde infertur census solutionem esse signum † subjectionis *capit.* 2. *de censib.* si ab ordinario magistratu imponatur, ut consuluit Decius *cons.* 307. *numer.* 8. aliis præsertim concurrentibus indiciis, Natta *consil.* 636. *numer.* 8. *tom.* 3. vel libertatis seu privilegii, qualem censum concessa subditis libertate ordinarius recipere potest argument. *capit.* 14. *versicul. distinguentes. ext. de privileg.* vel denique Protectionis, qui licet inter tributa referatur, ad trad. Casp. Klock *de contribut. conclus.* 3. *lit. A.* non tamen subjectionem arguit, Cardin. Tusch. *pract. conclus. Jur. tom.* 1. *lit. C. conclus.* 190. *numer.* 9. & post Boss. Ferrar. Cravett. Tholos. & Hartman. Victor. *de caus. exempt. conclusion.* 37. *versicul. collectas dixi*, ideo annui alicujus honorarii numeratio, non semper infert jus Advocatiæ, arg. *l. Papinianus exuli ff. de minorib. l. final. ff. de Calumniator.*

Id quod etiam nuncupatim in terminis Advocatiæ, adducto † præjudicio Camerali in causa

240 Wandegassen contra Walden Anno 1563. terminata, eleganter firmavit D. Henric. à Rosenthal. in perfectiss. suo *tractat. feudal. capit.* 4. *conclus.* 14. *lit. C.* ubi aperte *post numer.* 3. asserit, quendam Dominum, monasterii alicujus Advocatiam prætendentem, etsi probasset, eam suis majoribus cum quadam Baronia à quodam Barone venditam, & inde quotannis sex florenos aliaque exigua honoraria semper ab Abbatibus sibi persoluta fuisse, nec tamen aliter, Advocatiæ illius quasi possessionem ostendere posset, causa in Camerali judicio Spirensi cecidisse, adeo, ut nullum in posterum, Protectionis jus in monasterio illo prætendere potuerit.

241 Vigesimo septimo ad oculum probatur Advocatia per instrumentum † sententiæ, qua olim jus patronatus à majoribus ejus, qui id affectat, seu edocere cupit, mediante judicis declaratione obtentum fuit.

XXVII. Qualiter jus protectionis per sententiam super eodem competentem latam edocetur.

242 Quia † instrumentum sententiæ, in quo fit mentio de causa controversa, & actis judiciariis, plene probat, quantum expresse narrat, licet acta judicii in illa causa, cujus facta est mentio, non producantur, quemadmodum declarant Dd. *in auth. si quis in aliquo. C. de edend. & in c.* 1. *de fide instrument.* Nicol. Everh. Jun. *cons.* 41. *num.* 144. *vol.* 1.

243 Et quod per † sententiam latam res judicata inducat probationem, notatur per Bald. *in repet. rubr. C. de probat.* Hippol. de Marsil. *in rep. ejusd. rub. num.* 151. *vers. modo transeo*, per rationem, quia † res Judicata

244 pro veritate habetur, *l. res judicata, ff. de regul. Jur.* Imo dicit Bald. *in l.* 1. *C. de fal. caus. ad lega. in princip. ult. column.* quod non minus operetur † sententia, quam

245 dicta testium, & instrumenta, ad probandum allegans *d. l. res judicata ff. de reg. Jur.* Arnold. de Reyger. *in thesaur. Jur. lit. P. de probationib. num.* 504.

Nominatim autem † hanc probationis speciem adhibet Auctor Werdtheimischen Gegenberichts contra Würtzburg *part.* 1. *c.* 13. *numer.* 9. *fol.* 337. ubi ex tenore aliquot sententiarum Annis 1406. 1424. & 1429. per Judices Pagi Holtzkirchen latarum roborare nititur Advocatiam ejusdem Monasterii, quod tempore † Caroli Magni teste P. Christophoro Bovero *lib.* 3. *antiquitat. Fuldens.* in provincia Walsazi circiter Annum à Christo nato 760. per Troandum quendam Principem Franconicum fundatum fuit; ad Comites Wertheimios spectare, per sequentia in prædictis sententiis contenta verba: Auch ward getheillet / ein Graff zu Werthein seye Herr vnd Vogt in dem Closter zu Holtzkirchen / vnnd im Dorff / vnnd im Felde in Weltlichen Sachen / vnnd solle auch deß ehegenanten Closters Schutzer vnnd Schirmer seyn / warzu es Recht hat / als ferre er mag / ohngefährlich / etc.

246 Vigesimo octavo Advocatiæ probatio haberi potest per Notorietatem † & Evidentiam, ut quando omnibus notorie ac manifesto constat, Titium esse Advocatum talis monasterii vel Civitatis, per ea quæ scribit Gutierez *libr.* 3. *&* 4. *pract. q.* 14. *numer.* 100. *& seq.*

XXIX. Ius protectionis quomodo per Notorietatem & Evidentiam monstretur.

Imo quando alicujus Advocatia manifesta est alia demonstratione non indiget, argum. *l. emptorem.* 12. *in princ.* & ibi gloss. *in verbo manifestum, Digest. de action. Empt.* Frustra enim fit rei demonstratæ demonstratio, *l.* 1. *§. si quis* 8 *Digest. de dote praleg.* argument. *l. continuus* 7. §. 2. *in fin. ff. de verb. obligat.* Et manifestæ probatio argument. *capit. cum evidentia* 9. *de Accusa. capit.* 3. *de testib. cogend. l. si vero* 5. §. 1. *Digest. qui satisdar. cogant. l. cum tale §. falsa ff. de condition. & demonstrat.*

247 Vigesimo nono deficientibus aliis probationum adminiculis, Advocatia edoceri potest per vehementem hominum opinionem † ac communem æstimationem ac reputationem patriæ, ut quando communiter omnes in vicinia certo existimant, jus protectionis ad hunc vel illum pertinere, argument. *l. cum de* 18. §. *Item* 3. *in fin. Digest. de Instrument. legat. leg.* 1. §. 1. *ff. de Flamin. l. final. in fine Codic. si serv. aut libert.* Men. *de A. I. Q. cas.* 67. *numer.* 4. *& consil.* 729. *numer.* 6. *lib.* 8. Farin. *decis. crim.* 290. *numer.* 3. Gilman. *decis. Cam.* 27. *num.* 32. *lib.* 1. Olivar. Razal. *decis.* 207. *num.* 6. *& seq. p.* 1. Covarr. *lib.* 1. *var. Resolut. c.* 16. *num.* 10. Chassan. *in Catal. glor. mund. p.* 8. *consid.* 16. *& in consuet. Burg. Rubr.* 4. §. 19. *num.* 11.

XXX. Qualiter probetur Advocatia per vehementem hominum opinionem.

248 Quod enim per vehementem † opinionem inducatur & fiat plena probatio, notatur per Bald. *in d. repet. Rubric. C. de probat.* imo, quod inducat notorium actus non permanentis, tradit Hippol. Marsil. *in ead. repet. num.* 173. *vers. superest modo*, & quod præsumatur vera, notat Bald. *in l. cum aliquis col.* 1. *de Jure delib.* Requiritur autem ut ejusmodi vehemens opinio sit veritati consona, & tunc idem operatur, quod ipsa certitudo, ut est gloss. notab. *in l. si quis extraneus §. sciendum, in gloss. fin. ff. de acquir. hared.* & ibi. Bald. & ad idem gloss. est *in l.* 2, §. *item Labeo ei.* 1. *ff. de aq. pluv. arcend.*

Hinc ſimiliter etiam tradunt ſcribentes, confines † per communem opinionem probari poſſe, ut voluit Specul. *tit. de probat.* §. 1. *& §. videndum reſtat, num.12. ibi:* per communem opinionem. Ruin. *conſ.50. num. 16. vol. 1.* Papienſ. *in form. libell. actio real. verb. cui coheret. num.* 3. Barthol. Socin. *conſ.* 86. *num. 2. & ſeq. libr. 1.* Hieronym. à Monte. *tract. de fin. regund. caput.52. numer. 16.* Maſcard. *de probat. concluſ. 403. num. 11. vol. 1.*

250 XXX. *Ius protectionis qualiter probetur per obſervantiam.* Triceſimo, cum obſervantia ſemper pro Lege habeatur *leg. 2. princ. ff. de aq. & aqua pluv. arcend.* & per eam, uti alia Jura, ita & patronatus † probetur, ad tradita Farin. *deciſ. 569. num. 1.* per eandem etiam Advocatiam edoceri poſſe nullus dubito, cujus traditionis aſſeclam, poſt hæc ſcripta viſum D. Hepingk adduco, qui *de Jure protect. diſſertatione noviſſima concluſ. 25. lit. D.* hoc palam etiam aſtruit.

251 Obſervantia enim ſubſecuta † conventæ protectionis declarat contractum *l. 34. de regul. Jur.* Matth. de Afflict. *deciſ. 226. num. 4.* Decian. *conſ. 44. num. 28. vol. 4.* Cravett. *conſ. 828. num. 11.* Menoch. *conſil. 748. num. 19.* Joſeph. Ludov. *in com. opin. concluſ. 38. numer. 40.* Et ſequela † facti, qualis præcedens fuerit conventio demonſtrat Bald. *in l. 28. Cod. de pact.* Burſat. *conſil. 16. num. 39.* præſertim per ſpacium temporis tolerata Peregr. *de Iure Fiſci libr. 1. rubr. de iis qui Jur. Fiſc. hab. numer. 99.*

252 XXXI. *Advocatia quomodo per documenta litteraria in Archivis reperta commonſtretur.* Ultimo denique generaliter Advocatia probari poteſt, quibuscunque aliis ſcripturis, † in Archivo publico repertis, in quibus de illa, ad hunc vel illum ſpectante, mentio ſpecifica fit, per conſtitutionem Innocent. III. Pontif. max. *in c. ad audientiam, de præſcriptionib.* quod idem confirmatur *in leg. cenſus cum gloſſ. ff. de probation.* & animadvertit Barthol. *in l. 1. ff. ſi cert. petat.* eleganter Corne. *conſ. 333. ſub n. 7. vol. 1.* ubi dicit ſcripturis † in archivo publico repertis fidem adhibendam eſſe, fretus auctoritate Imper. *in Auth. ad hæc C. de fid. inſtrum.* & gloſſ. *in c. pervenit, verſic. archivis, 30. q. 1.* Decian. *reſponſ. 66. n. 54. vol. 2.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 2. Reſol. 8. de fide inſtrum.* Perez. *de Laza de Anniverſ. & Capellan lib. 1. c. 25. n. 3.* Et talibus documentis in publicis Archivis, poſitis credi, palam inſuper teſtantur Natta *conſ. 636. n. 41. & 91. tom. 3.* Jaſ. *in c. n. 25. ff. ſi cert petatur,* Menoch. *conſ. 1003. n. 81. lib. 11.* Cacheranus *conſ. 3. n. 4.* Thomin. *conſ. 26. n. 22. vol. 1.* Maſtrill. *deciſ. 43. per tot.* Meichſn. *deciſ. 8. n. 46. tom. 2. lib. 1.* Gilman *deciſ. Cam. 11. n. 7. & 8.* Nicol. de Paſſeribus *tract. de privat. ſcript. lib. 5. q. 1. tit. de lib. Chron.*

Et hactenus nos potiſſimos Juris Advocatitii probandi modos expoſuiſſe autumamus, reliquos ſolertibus Advocatis (ſic ubi caſus inciderit) ad indagandum relinquentes. Hoc Coronidis vice ſubjicimus cum probationum materia ſit † arbitraria, quod Judex non ad unam duntaxat ſpeciem probationis animum applicare debeat, Munoz. *tract. de ratiocin. adm. cap. 16. n. 46. in f.* ſed ex pluribus concurrentibus † præſumptionibus & conjecturis, quæ ex circumſtantiis negotii propoſiti variis eniteſcant ad credulitatem indubitatam permoveri & induci poſſit. Hinc aliquando ex indiciis † reſultans probatio pro plena habetur. Joann. Fich. *conſ. 148. n. 3. lib. 2.* Decian. *reſp. 76. n. 28. vol. 3.* Menoch. *conſ. 979. n. 8. vol. 10.* 254 255 256

257 Interim tamen notandum, ubi lex † vel Statutum requirit probationem, quod tunc præſumptiones Juris ad obtinendum non ſufficiant. Fride. Pruckm. *conſ. 50. n. 122. vol. 1.* Quinimo ubi probari aliquid debet, ibi Juris duntaxat præſumptionem allegaſſe ſatis non eſt, Bart. *in l. 1. C. de fide inſtrument. & Jur. haſta Fiſc. lib. 10.* Innoc. & Joan. Andr. *in c. innotuit de cleric. per ſalt. promot.* Andr. Rauchbar. *lib. 1. q. 26. n. 29.* quamvis non deſint, qui in probando Jure patronatus (à quo ad clientelam non impertinenter argui poſſe alibi diximus) probationes etiam præſumptivas ſufficere exiſtiment, Menoch. 3. *conſ. 231. n. 7. & n. 21. incip. an. hac diſputat.* Cæſar. Lambert. *part. 2. lib. 2. art. 4. q. 10. principal. n. 4. 11. & 14.*

QUIBUS

Conclusio operis.

QVIBVS omnibus in hac Juris Advocatitii, non tenui sane, nec parum difficili materia, quam à nullo prius edoctam, multo minus diductam reperire est, non equidem pro rei dignitate, sed ingenii ac judicii nostri mediocritate in magna temporis inopia horis ab incumbentis officii negociis vacuis, atque ut plurimum nocturnis somnoque detractis, adeo ut indidem Cleanthis aut Aristophanis non immerito Lucernam olitura sint, in præsentem commentarium congestis, pedem tandem sistimus, Lector amicissime, ne Codex hic, variarum hinc inde materiarum congerie onustus, indeque effectus per se satis prolixus nimium excrescat. Quæ scripsimus academica usi libertate, Juris ab aliis hactenus intacti enucleandi, Advocatiæque illustrandæ gratia, absque ullius, ut speramus præjudicio, nullum de Magnatum litibus Judicium nobis sumentes scripsimus.

Quod si in hac, protectitii Juris, immatura quidem segete, culturam non satis diligentem adhibuisse cuipiam forte videbimur præsto est, quæ nos apud æquos censores excusare debet, gravissime materiæ novitas, raritas amplitudoque, quam neminem, ut decuit, attigisse pridem conquestus est Bodinus *in princip. cap. 4. libr. 1. de Republic.* hisce verbis: *de toto*, inquit, *Iure clientelarum accurate nobis est disserendum, eoque accuratius, quod cum nulla sit ad Reipubl. vim & naturam intelligendam fructuosior cognitio & ignoratio perniciosior, eam tamen ab iis omnibus qui eo de genere scripserunt, videmus esse prætermissam*: Si quis autem ad id quod ipse Andius sine bono in hoc argumenti genere præstitit attendat, facile intelliget, eundem id quod facturum se promisit, nequaquam executum esse. Si igitur nos quoque in tractatione ejusdem omnium pene, quos sequeremur auctorum præsidiis destituti (quis enim in tam vago latentis materiæ luco, sine ductore palando non impingeret aut à semita deviaret?) alicubi hallucinati fuimus, & benevolus lector nobis haud gravatim ignoscet, si vero in resolvendis tot novis, à nulloque prius in quæstionem vocatis dubiis errore lapsi fuimus, decisiones nostras retractandi expressam nobis facultatem reservamus, in aliam sententiam promptissime ituri victasque manus libenter daturi, si quis meliora & certiora nos edocuerit. Quod si etiam rigidiores aliqui futuri sint censores, eos ad Dn. Besoldum doctissimum nostri temporis Jurisconsultum & politicum, *de Iure Imper. capit. 1.* remissos volumus, ubi dicit: *Sunt qui cum ipsi hac non inquirant, alios indagare ea ægre ferunt, pariter ac in Theologia & Philosophia, quidam mysteria scrutari prohibent, & qui hoc faciunt, nescio cujus novitatis sese faciant Reos, nempe ne pigra illorum inscitia detegatur*: Quanquam & hic tenuitatem nostram ingenue confiteamur, optantes ut aliquis alius magis peritus huic incudi præficeretur Vulcanus, qui præsenti materiæ, ut nobilissimæ, ita gravissimæ, satisfacere, ad eamque dextre, feliciter, & pro rei dignitate illustrandam, altiores ingenii ac doctrinæ dotes, quibus nos carere libenter concedimus, easque vires, quas in nobis haud agnoscimus, afferre possit. Nam in eum finem partim materiæ hujus nobilitate ac præstantia, partim etiam juvandæ rei literariæ desiderio, adducti ista collegimus, & nunc etiam publicamus, ut veritas aut hinc elucescat, aut ab aliis doctoribus & peritioribus, quorum censura lubentes meritoque nos subjicimus, eruatur, & sicut ad minimum hoc nostro labore, excellentibus Jureconsultis, de universa hac materia accuratius cogitandi & disputandi ansa porrigatur.

Libenter enim ac ingenue, cum magno illo Platone in Hipp. major. fatemur, Τοιαῦτα τὰ ἡμέτερα ἐςίν, οὐχ οἷα βούλεταί τις (φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι) ἀλλ' οἷα δύναται. *Talia quidem nostra esse, non qualia quis optares, ut trito proverbio fertur, sed qualia esse possunt*, simul agnoscentes, *alium reperiri posse, qui plura & meliora in hoc argumentum conferat, qui vero omnia, neminem.*

Quicunque igitur æqui bonique intus radicem alit, atque à mordendi consuetudine alienus est, eundem vehementer, etiam atque etiam rogatum volumus, ut quæ haud exiguo labore in scripta retulimus absque invidentiæ aculeis, perlegat, de perlectis dextre judicet, obscuris lucem, dubiis certitudinem, sauciis medelam afferat, omissa suppleat, superflua resecet, erratis vel minus concinne positis, veniam & monitionem amicam adhibeat, exemplo boni Cytharædi, qui in fidibus, si quid discrepet, non abrumpit sed paulatim pertentando ad concentum reducit, cur hic amabo talem pigeat imitari? Nos sane cum D. Augustino nunquam pigebit sicubi hæsitamus quærere, nec pudebit sicubi erramus resipiscere: Omnia denique & singula, quæ in præsenti Tractatu nostro complexi scripsimus, diximus, sive disputandi causa sive per modum dubitandi sive decidendi adduximus, ea orthodoxæ inprimis Ecclesiæ Judicio, censuræ ac decisioni nominatim & expresse subjicientes more solenni protestamur, nihil nos in hoc Commentario, cogitasse aut sensisse, quod vel minima ex parte, SS. Catholicæ &

Apo-

Apoſtolicæ Religionis & fidei dogmatibus ac decretis, quoquo modo, directe vel per obliquum, adverſari, vel in odium, invidiamque alicujus Eccleſiaſtici, aut ſæcularis Status, Reipublicæ, aut cujusque privati hominis contumeliam trahi, referri aut retorqueri poſſit. Et proinde ſi qui ſint, qui aliter nos in præſenti opere, quippiam ſcriptitaſſe, incuria, vel lapſu inconſiderato effudiſſe deprehenderint, eos rogatos cupimus, ne ea ſecus ac ipſi ſenſimus, interpretentur, & ſi quæ in illo Roſæ reperiantur, prætermiſſis ſpinis, eas emergere creſcere, florere, atque à cupida Legum juventute decerpi, haud illibenter patiantur: Dei Opt. Maximi totius mundi Defenſoris & Advocati clementiſſimi, ad cujus gloriam, omnia noſtra directa eſſe, volumus, æternæ protectioni ac tutelæ, nos in omne ævum, enixe commendantes ac committentes.

INDEX

INDEX
RERUM ET MATERIARUM OMNIUM, MAXIME MEMORABILIUM, QUÆ IN TRACTATU DE ADVOCATIA, SIVE JURE PROTECTIONIS CONTINENTUR, ABSOLUTISSIMUS.

NUMERUS PRIMUS CAPUT, SECUNDUS NUMERUM MARGINALEM, ET POSTREMUS PAGINAM DENOTAT.

A.

Actio

Admi-

INDEX.

Advo-

Aa aa 3 doc

Anti-

Assas-

B.

Ban-

Utrum

C.

Utrum

Cin-

Cle-

Clientes

Clien-

Sub

Contra-

Cccc 2 Credi-

D.

Debi-

Domi-

INDEX

Do-

Eccle-

Ele

F.

Fama

Fun-

G.

Hirs-

Hospi-

I.

INDEX.

Impe-

Judex

K.

L.

Libris

pro

 cu-

K.

L.

La-

M:

pro

 ris

O.

Obli-

Patri-

Prin-

INDEX.

Pro-

Prote-

Proto-

Pro-

Q.

R. ...

R.

Re-

INDEX.

Rudol.

S.

Sci-

Sen-

Stylus

Sum-

T.

V.

Vasallus

Vidua

Uni-

W.

Werda

INDEX.

Z.

FINIS.